Googl

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXVI
G
17
NAPOLI

XXVI
G
~~16~~
17

Digitized by Google

RUDOLPHI GODOFREDI
KNICHEN
OPERIS PO-
LITICI
VOLUMEN ALTERUM.

Digitized by Google

Digitized by Google

OPERIS POLITICI
Libri II.
DE
ADMINISTRATIONE
ET CONSERVATIONE
REIPUBLICÆ
Pars III.

Continens Partem Specialem De Statu & Regimine Imperii noſtri.

SECTIO I.

CAPUT I.
DE IMPERII ROMANI CONSTITUTIONE
Et ad Germanos Translatione.

SUMMARIA. A.

TH. I. Ratio connexionis.

TH. II. Imperii Romani conſiderandum corpus & membra.

TH. III. Circa corpus conſideranda ejus conſtitutio antiqua & nova.

TH. IV. Conſtitutio antiqua ex quibus cognoſcatur.
Expl. Comparatur corpus myſticum cum vero hominis ratione quatuor ætatum.

TH. V. Infantia quibus annis circumſcribatur.
Expl. I. Comparatio Reipubl. cum animantibus grandioribus circa conceptionem & partum.
Recenſetur incrementum Romani Imperii intra 700. annos cum ſuis cauſis. B.
An Romani plus fortunæ, quàm virtuti debuerint? remiſſivè.
Expl. II. Circa infantiam conſideratur tempus ortus, & Cauſa incrementi: Ubi duæ ridiculæ ſimul afferuntur cauſæ.
Expl. III. Septem priorum Regum vita & res geſtæ maximè memorabiles recenſentur.
De parentibus Romuli & Remi.
An Lupa illorum nutrix beſtia fuerit vel ſcortum quoddam.
Recenſentur exempla illorum, qui à Numine in infantia ſingulariter protecti.
Refertur Romuli fratricidium cum aliis.
De ejus exceſſu agitur.
De Romæ Natalibus.
Narrantur breviter res geſtæ reliquorum; nempè
Numæ Pompilii.
Tulli Hoſtilii.
Anci Martii.
Tarquinii Priſci.
Servii Tullii.
Tarquinii Superbi.

TH. VI. Adoleſcentia, quibus annis comprehendatur, & quâ formâ conſtiterit.
Expl. Referuntur varia computa illius.
Quæ officia publica ſub illa introducta & uſitata; fuereque illa duplicia ordinaria ac extraordinaria.
Quæ Leges ſub illa latæ.
Exempla fortitudinis ſub illa.

TH. VII. Juventus quem terminum habeat.

Expl. De hujus variâ definitione agitur.
Res fortiter geſta recenſentur.
Carthaginis magnitudo & vires referuntur.
Terminis Imperii ſub illa quis remiſſivè.
Sub illa per ſingularem Dei Providentiam univerſalis pax.

TH. IIX. Ætas ingraveſcens quot ſpacium annorum complectatur.
Expl. I. Agitur de vero illo ſpacio.
Oſtenditur non à Julio Cæſare, ſed Auguſto poſt prælium Actiacum Monarchiam introductam.
Quoto Auguſti anno Chriſtus natus fuerit.
Sub ejus Imperio incepit ætas ingraveſcens.
Ubi ſimul de illius cauſa.
Expl. II. Agitur de Perſecutionibus novem.
Referuntur præſtantiſſimi eruditi viri.

TH. IX. Senectus quem terminum habeat.
Expl. I. Demonſtratur Status Imperii Romani ſub Conſtantino M. & cauſa diminutionis examinatur.
Expl. II. Imperium Romanum poſt lapſum 500. circiter annorum ab Auguſti Imperio ad barbaras nationes pervenit.
Introductus tamen fuit contra illas Exarchatus, & in quo ille conſtiterit remiſſivè, ac quàm diuturnus fuerit.
Expl. III. Refertur ultima Diocletiani & Maximini perſecutio.
Nec non potior pars Hæreticorum illius temporis.

TH. X. Nova Imperii conſtitutio in quibus conſiſtat.

TH. XI. Ejus primordium Carolo M. debetur, qui illud ad Germanos tranſtulit.
Expl. I. Diſquiritur: Utrum hic Carolus M. an Germanos, an vero Gallos Imperium illud tranſtulerit?
Expl. II. An Leo Pontifex Imperium noſtrum in dictum Carolum M. contulerit?
De tranſactione inter Irenen Imperatricem Conſtantinopolitanam & dictum Carolum M. ſecundum quosdam inita diſquiritur.
Expl. III. An Imperium noſtrum adhuc rectè dicatur & ſit Romanum.
Expl. IV. Qualis ſit hodie Imperii noſtri Status.
Expl. V. An Imperium noſtrum hæreditarium unquam fuerit?
Quo tempore Imperium à Pontificibus ſecundum Catholicos collatum primo fuerit.

TH. I.

Fuerunt modi adminiſtrationis togatæ, in genere ſive generales: Sequitur ſpecialis eorum applicatio ad Imperium Romanum.

TH. II.

Imperii Romani conſiderandum eſt corpus totum & membra diſtinctim.

TH. III.

Circa corpus conſideranda venit ejus conſtitutio duplex antiqua & nova.

TH. IV.

Conſtitutio ejus antiqua cognoſcitur ex quinque gradibus ætatis in hominis corpore aliàs conſpicuis & diſtinctis, nempe (1.) Infantiâ, A. (2.) Adoleſcentiâ, (3.) Juventute, (4.) Ætate ingraveſcente, (5.) Senectute.

Explic.

NOn incongruè quidam corpora Rerumpublicarum vel Univerſitatum myſtica cum corporibus humanis ita comparant, ut ſicut his ſua ſunt nativitatum, incrementorum, decrementorum & interitus tempora, *ita etiam illis* ſimilia per analogiam quandam attribuant, fecit hoc inter alios *Florus*, qui in *hiſtor. Proæmio* Romano Imperio prædictos ætatum gradus nervosè & ingeniosè determinat, uti ex ſequentibus pluribus patebit. Imitati autem ſunt Florum alii, inter quos ex antiquis *Marcell. l. 14. hiſt. p. m. 11.* his verbis: *Romanus Populus ab incunabulis primis ad uſque pueritiæ tempus extremum, quod annis circum-* B. *cluditur fere trecentis, circummurana pertulit bella. Deinde ætatem ingreſſus adultam, poſt multiplices bellorum ærumnas alpes tranſcendit & fretum. In Juvenem erectus & virum ex omni plaga, quam orbis ambit immenſus, deportavit laurea triumphos.* Et ex Seneca (loco fortè non ampliùs exſtante) *Lactant. l. 7. c. 15. Non inſcitè Seneca Romanæ Urbis tempora dividit per ætates. Primam enim dicit infantiam ſub Rege Romulo fuiſſe, à quo genita & q. educata ſit Roma. Deinde pueritiam ſub cæteris Regibus, à quibus & aucta ſit, & diſciplinis pluribus inſtitutuque formata. At verò Tarquinio regnante, cum jam quaſi adulta eſſe cœpiſſet; ſervitium non tuliſſe, & rejecto ſuperbæ dominationis jugo maluiſſe Legibus obtemperare, quàm Regibus. Cumq; eſſet adoleſcentia ejus fine Punici belli terminata, tum denique confirmatis viribus cœpiſſe juveneſcere. Sublatâ igitur Carthagine, quæ diu æmula Imperii Romani fuit; manus ſuas in totum orbem terrâ mariq; porrexit, donec* C. *Regibus cunctis & nationibus ſubjugatis, cum jam bellorum materia deficeret, viribus ſuis malè uteretur, quibus ſe ipſa confecit. Hæc fuit prima ejus ſenectus, cum bellis lacerata civilibus atque inteſtino malo preſſa rurſus ad regimen ſingularis Imperii recidit quaſi ad alteram infantiam revoluta. Amiſſâ enim libertate, quam Bruto Duce & auctore defenderat, ita conſenuit, tanquam ſe ipſa ſuſtentare non valeret, niſi adminiculo regentium niteretur.* Ex recentioribus verò *Reuſner. in Iſagoge Hiſtoricâ*, qui in toto illo opere eâdem diſpoſitione uſus eſt.

TH. V.

Infantia annis circumſcribitur 250. quibus Romanus Populus Monarchicè gubernatus ſub Regum fuit Imperio, qui ſeptem fuère numero, & cum finitimis colluctati populis D. prima Imperii hujus magni rudimenta duxerunt & fundamenta jecerunt.

Explic.

I. *QUod magnis animalibus naturaliter obvenit*, ut pro mole ſuâ diutiùs in matris ſuæ hæreant alveo, antequam maturitate obtentâ in lucem edantur, & tandem edita ſerò ad juſtam perveniant magnitudinem, referente *Plinio l. 10. c. 63. Camelus ſiquidem* 12. menſibus teſt[illegible]em, & *Elephantus* 10. annis, *Plauto in Sticho, Act.* [illegible]1. *& Ariſtot. l. 5. de Hiſt. Anim.* 14. quod utrumque *Plinius l. 8. c. 10.* etiam refert, carceri materno includitur:

Id etiam magnis Corporibus Politicis ac Rebuspubl. uſu evenire, noſtrum Romanum Imperium exemplo ſuo docet. Illud enim in prima ætate, uti dictum, per 250. annorum ſpacium circum ſinum matris ſuæ ſerpens

cum

cum finitimis de incremento admodùm luctatum eſt, ſecundùm *Florum in d. Prologo* (quem hic ſequi placuit, licet ſciamus, illius calculum à multis, de quo etiam legi poteſt *Scalig. de Emend. Tempor. l. 5. in pr. non immeritò* in dubium vocari, ſicuti & *Liv. l. 1. in f. ſaltem* 244. ac *Sext. Rufus Feſtus in Breviar. in pr.* ac *Auguſt. verò de Civit. Dei l. 3. c. 15. in f.* 243. annos ponit) *& ita*, ut totis illis annis ſecundùm *Euſeb. in Chron. ſaltem* ad milliaria 15. *Eutropium l. 1. Breviarii poſt pr. ſub Marcio* ad 16. vel *Sextum Ruffum d. l.* 18. *& Auguſtin. d. l.* ad 20. ſe extenderit, *& quamvis in adoleſcentia ſua* per 200. vel potiùs, ut mox *in hac expl. & th. 6. ſeq. dicetur*, 250. annos aquila hæc alas ſuas ſat latè expanderit, *extra Italiam tamen* illis pertingere non potuit, imò ſecundùm eundem *Flor. d. l. & l. 2. c. 1.* 500. annis domi luctata eſt. *Adeò ſcilicet difficile erat, ſuper Italiam caput extollere. Plura vide apud Neuhuſium in Infantia Populi Romani.*

Ab illo autem tempore & quidem à Conſulatu Claudii & Fulvii ad Auguſtum, atque ita ſecundùm *Eundem in d. Prologo* intra ſpacium 250. circiter annorum, vel ut idem poſteà d. c. 1. tradit, 200. annorum, (quos ſi agnoſcamus, neceſſe eſt, ut à Regicidio uſque ad dictos Conſules & ſuppletionem modò dictorum 500. annorum ponamus 250. annos, adeoque in prioribus numeris Florum corrigamus, quod etiam facit *Rupert. in Obſervat. ad d. Prolog. §. 7.* motus ejusdem Flori verbis in *d. l. 2. c. 1.*) ita ſuum dilatavit imperium, ut Africam, Europam & Aſiam, atque tandem totum orbem bellis victoriisque peragraret, ut mox pleniùs dicetur.

Rationem tanti incrementi reddit ipſe Florus d. l. 1. c. 9. ita ſcribens: *Prima Romanus Populus adverſus exteros arma pro libertate corripuit, mox pro finibus, deinde pro ſociis tum pro gloria & imperio, laceſſentibus aſſiduè usquequaque finitimis. Quod penultimum etiam Cicero 3. de Republ. in Fragm.* aſſerit hiſce verbis: *Populus Romanus ſociis defendendis terrarum jam omnium potitus eſt*: & tangit *pro L. Manilià c. 6.*

Et ſanè ita ſe res habet, ut Romani, cum Italiam ſibi ſubjeciſſent, & jam eorum vires vicinis formidabiles eſſent, cum quolibet de finibus certarent, inde bellum ex bello ob violentum propoſitum ſe dilatandi ſererent, & acceſſione virium propriarum ac ſociorum fortiores redditi, tantâ audaciâ ac fortunâ progrederentur, ut quoslibet obſtantes proculcarent, ex iis proxima quæque victoria inſtrumentum ſequentis eſſet, *ut de Nino ſcribit Juſtinus l. 1. c. 1. in eoq; inſuper ipſorum conſtabat artificium, ut* non tam propriis, quàm devictorum in amicitiam receptorum & ſociorum armis ſub ſpe patrocinii horum causâ ſuſcepti contra omnes adhuc reſiſtentes pugnarent, illosque feliciter ſibi ſubjicerent, uti hoc eleganter *Zevecotius ad Suet. Jul. Caſ. c. 25.* ad verba: Præter ſocias ac bene meritas civitates, & *Arthurus Duck de Auctor. Jur. Civil. Rom. l. 1. c. 1. n. 11.* demonſtrat: De quo etiam eleganter diſſerens Forſtn. ad l. 3. Ann. Tac. c. 26. verb. provenére dominationes. conſulendus eſt; adde his, quæ *ſeq. part. 4. c. 1. th. 8. expl. 1.*

Plures modos augendi & conſervandi Imperii à Romanis uſurpatos vide apud *Manzium in Fundam. Urbis & Orb. part. 2. l. 1. tit. 4. §. 16.*

Pertinet huc nobilis illa quæſtio: *An Romani plus fortunæ, quam virtuti ſuæ debuerint?*

Reſp. Reſolutionem illius jam præc. part. 1. c. 9. th. 2. expl. 1. conſignavimus.

II. *Circa infantiam hanc notandum* (1.) *tempus conditæ Urbis, quod Kircher in Latio Parte 1. c. 16.* in annum Mundi 3216. & Romuli 18. ponit, ſed plerique annum Mundi 3219. ac ante Chriſtum natum 752. fuiſſe ſtatuunt, teſte *Boxhorn. de Imperio Romanor. Diſſert. 1. aphor. 1. Petav.* verò in *Ratiocin. Tempor. part. 2. l. 3. c. 2.*

A. annum 3960. vel ſeq. periodi Julianæ facit, quem poſtremum etiam agnoſcit *Scaliger de Emend. Tempor. l. 5. tit. de primis palilibus Urbis f. m.* 385. qui illis eſt mundi 3230. vel ſeq. *Uſſer. in Ann. Vet. Teſt. e Ætates f. 87. A. M.* 37. 56. & *Joh. Temporar. Chronolog. Demonſtr. l. 3. f. m.* 231. 3271. *Sed ab illis omnibus non ſine ratione diſſentit Hugo de Orig. Italiæ & Romæ l. 1. c. 10. ex* probatis auctoribus demonſtrans Romam aliquot ſeculis prius & quidem à Japheto extructam eſſe, ubi conſuli eique ſimul addi poteſt *Merula p. 2. Coſmogr. l. 4. c. 22.* ubi multas & diverſas de illius urbis auctore vel conditore opiniones refert & in illius diſcrepantiæ cauſas ſtudiosè inquiſit. (2.) *Cauſa vel principium incrementi*, quod ut dictum, nonnulli virtuti & prudentiæ, alii cæco fortunæ ductui, alii utrique adſcripſerunt, de quo nos modò d. l. noſtram mentem declaravimus.

Planè verò ridiculum principium antiquorum quidam
B. *poſuerunt*, inter quos *Val. Max. l. 7. c. 3. n. 1.* illud ita refert: *Servio Tullio regnante, cuidam patrifamiliâs in agro Sabino præcipuæ magnitudinis & eximiæ formæ vacca nata eſt. Quam oraculorum certiſſimi auctores in hoc à Diis immortalibus editam reſponderunt, ut quisquis eam Aventinienſi Dianæ immolaſſet, ejus patria totius terrarum orbis imperium obtineret. Lætus eo dominus, bovem cum ſumma feſtinatione Romam actam in Aventino ante aram Dianæ conſtituit, ſacrificio Sabinis regimen humani generis daturus. De qua re Antiſtes templo certior factus religionem hoſti intulit, ne prius victimam cæderet, quàm proximi amnis aquâ ſe abluiſſet. Eoq; alveum Tiberis petente, vaccam ipſe immolavit, & urbem noſtram, tot civitatum, tot gentium dominam pro ſacrificii furto reddidit. Nec non illud L. Tarutii Firmani, qui* in Chaldaicis rationibus eruditus ex natalibus Urbis tunc, cum in jugo Luna eſſet, incidentibus fatum ejus dignoſcere ac canere non dubitavit,
C. *falsè ideo à Cicerone 2. de Divin. 47. deriſus* his verbis: *O vim maximam erroris! Etiamne Urbis natalis dies ad vim Stellarum & Lunæ pertinebat? fac in puero referre, ex qua affectione cœli primum ſpiritum duxerit: num hoc in latere, aut in cæmento, ex quibus urbs effecta eſt, potuit valere?* De quo plura *ſeq. l. 3. c. 1. th. 2. expl. 1.* dicta ſunt. *Ut etiam pro ridicula ſuperſtitione habendum, quod Romani verum & genuinum urbis nomen referente ex Plinio l. 3. c. 5. & aliis Scriptoribus Camer. Cent. 2. Subciſ. Hor. c. 10. celaverint*, & quidem ideò, ne tutelares Dii urbis evocari poſſint, ut tradit *Plut. in Quaſt. Rom. c. 61.*

Pleriq; autem putant cum Hieronymo ex 1. Petri 5. v. 13. illam ſecretò Babylon vocatam fuiſſe, uti legi poteſt apud *Camer. d. l.* ubi refert vocabulum illud etiam aliquoties in libro de Limitibus occurrere. *Hugonem de Origine Italiæ l. 1. c. 10. p. 84. Biſciol. Tomo 1. Horar.*
D. *Subſeciſ. l. 6. c. 22. ubi tamen* illam à D. Petro ita dictam fuiſſe ſcribit, quod omnium exterarum gentium ſit colluvies. & *Ludov. Calium l. 8. Antiq. Lect. c. 11. ubi* rationem illam addit, quod D. Petrus ob delicias illam ita vocarit, & legi poteſt. *Sed Solinus in Polyh. c. 2. in pr. primò Valentiam dictam eſſe narrat.*

III. *Notandum, primos ſeptem Reges fuiſſe ſequentes:*

1. *Romulum*, de quo obſervari debet primò circa *ejus natales, quos Flor. l. 1. c. 1. Plutarch. in ejus vitâ c. 4. & ſeq. Livius l. 1. c. 4. Halic. l. 1. c. 78. & ſeqq.* (dubiâ tamen pleriq; fide) *Marti & Rheæ Sylviæ virgini veſtali ita adſcribunt*, ut referant illum cum geminorum altero Remo ex coitu damnabili natum in Tyberim abjectum non potuiſſe interire, ſed ad littus appulſum à Lupâ vagitum ſecutâ lacte & uſu uberum educatum fuiſſe.

Memorandum hic (1.) circa hos natales veteribus planè in uſu fuiſſe, ut ad auctoritatem Regibus vel Conditoribus ſuis conciliandam eos cœleſti alicui origini & plerumque ſpurio illorum coitui falsò ad-

Digitized by Google

ſcripſerunt, uti hic de Romulo factum. Similiter *Alex. Magnus* ut ſe communi hominum ſorti eximeret, ex adulterino Jovis ſemine natum fuiſſe dicere non erubuit, *Curt. l.4.c.7.& l.8.c.5.* à Veſpaſiano ideò meritò irriſus, referente *Sueton. in ejus vitâ c.4.* Martem enim ejus patrem fuiſſe ex ipſis Romanis non omnes, ut dictum, crediderunt, de quo vide *Liv. d. l.1. c 4. Dionyſ. Halic. d.l.1. Antiq. c.78. & ſeq. & alios.*

(2.) *Circa nutritionem, Romulum* hunc cum fratre Remo *non à Lupâ* quadrupedâ & fero animali, *ſed Accâ Larentiâ*, ſecundùm *Plutarch. in Romulo c.6. Macrob. l.1. Saturn. c.*10. & alios. Fauſtuli uxore ob corporis promiſcuam proſtitutionem Lupæ nomen meritæ educatos, uti quidem ex dictis auctoribus pro ſolito defendit *Lactant. l.1. Divin. Inſt. c.*20. & *Voſſius l.1. de Idolol. Gent. c.12. p.48. pro quibus facit*, quod cum olim Athenis meretrix quædam Leæna dicta Tyrannum Hipparchum interfeciſſet, & hoc factum Statuâ dignum judicatum eſſet, magis belluæ cognominis effigiem quàm mulieris illius meretriculæ ponere voluerint Athenienſes, ut poſt *Plut. de Garrulit. c.*11. *& Polianum l.8. Stratagem. n.*44. demonſtrat *Meurſ. in Piſiſtrato, c. 15. Item quod* Romani in honorem Larentiæ illius menſe Aprili feſtum ideò Larentia dictum celebrarint, referente *Plut. in vita Romuli d.c.6.*

Contrarium tamen & nutricem illam veram Lupam fuiſſe ex Dione l.37. f.m.33. & Cicerone 3. Catilin. c.8. apparet, ubi, *Tactus eſt*, inquit, *fulmine ille, qui hanc urbem condidit, Romulus, quem inauratum in Capitolio parvũ atq; lactantem uberibus lupinis inhiantem fuiſſe meminiſtis.* & 2. *de Divin.*20. clarius: *Romulus & Remus cum altrice belluâ vi fulminis icti conciderunt.* Quod etiam *ex nummis antiquis apud Gorlaeum Tab.44. n.7. Anton. Auguſtin. Tab.37.41. & 58. Patinum in Opere de Rom. Imper. Numiſmatis f.3. & Triſtanum in Comment. de Imper. Romano Tomo 1. f.*716. conſtat.

Sed id fortè ob eandem cauſam, quam Athenienſes in Leæna habuerunt, ita fieri potuit, quare etiam Patinus d.f.3. id in dubio relinquit.

(3.) *Exempla reperiri non infrequentia, Heroica indolis perſonas ſingulariter à Numine periculis imminentibus tam verè, quàm fabuloſè ſubtractas.* Sic *Moſes* miraculoſè conſervatus fuit, *Exod.2. v.1. & ſeqq.* Sic *Tarteſiorum Rex Habis* poſt varios caſus in Oceanum abjectus ac in littore leni fluctu expoſitus à cerva nutritus eſt, *Juſtin l.44. c.4.* *Cyrus* in ſylvis expoſitus à cane lactatus, atq; à feris defenſus, *Id. l.1. c.4.* *Semiramis* à columbis nutrita dicitur, *à Diod. Siculo l.2. c.4.* *Midas* à formicis, *Plato* ab apibus, *Val. Max. l.1. c.6. in extern. 2.* de quo plura vid. apud *Rangõ. in vita Romuli c.4. n.13.*

Placet hic judicium Plut. in Romulo c.11. quod Romuli hiſtoriæ annectit hiſce verbis: *Hæc tamen narratio, quia ſcenice figmenti ſimilis eſt, ſuſpecta à nonnullis habetur, fidem vero ei adhibere non recuſabit, qui ad fortunam, cujus tam mirabilia ſunt opera, reſpiciet &c.*

Plura exempla etiam refert Rupertus ad Flor. l.1. c.1. §.3. memorans *Leunclavii* hûc de re judicium ex *l.1. Hiſtor. Muſulman. f.m.*25. his verbis: *Fieri plerumq;, ut quo magis impedire homines progreſſus eorum nituntur, quos cœleſtis Providentia magnis deſtinavit imperiis, eo faciliorem ipſis ad præfixam divinitùs metam perveniendi viam efficiant.*

(4.) *Circa ejus fratricidium:* Illud quidem à *Floro d.c.1.* in dubium vocari, ſed verum eſſe, alioſq; id conſtanter aſſerere, ſicut etiam illud ab *Imperatore in §. Sancta. 10. Inſt. de R. D.* relatum eſt. Quemadmodum etiam id ac alia ejus ſcelera egregiè refert *Oroſius l.2. Hiſt. c.4.* his verbis: *Romulus interfecto primùm avo Numitore, dehinc Remo fratre, arripuit Imperium Urbemq; conſtituit: Regnum avi, muros fratris, templum ſoceri ſanguine dedicavit. Illumq;* trucem & ſanguino-

A. lentum animum ex conſtellatione tempore conceptionis ac nativitatis exiſtente, ac à Tarrutio Firmiano in Themate ejus Genethliaco apud *Guichardum de Antiq. Triumphis c.7. §.9.* conſignato apparere quidam Mathematici demonſtrant. *Sicuti etiam* illud mirum eſſe non poteſt, quia judice *Lucano lib. 1. Belli Civil. poſt pr.*

Nulla fides Regni ſociis, omnisque poteſtas
Impatiens conſortis erit. – – –

& Seneca in Agamemn. Acta 2.

Nec regna ſocium ferre, nec tædæ ſciunt.

Eximia ſunt hanc in rem *Puteani lib.2. Hiſtor. Inſubr. c.13. n.1.* ſequentia verba: *Ipſa Natura vincula dominandi perversâ libidine diſſolvuntur, Hoſtes facti, qui fratres erant: Nihilq; profuit eodem ſanguine concretos eſſe, in iisdem viſceribus, priùs quam naſcerentur, veluti domo habitaſſe.*

B. *Nec alibi incognitum hoc facinus.* Ita enim *Abimelecus 70. fratres* occidit, ut ſolus rerum potiretur, *Jud.9. v.1. & ſeqq.* *Turcici Imperatores à fratricidio plerumq; gubernationem inchoant*, ut notum eſt.

Plura vide apud Zevecot. in Suet. Cæſar. c.1. Rupert. ad Flor. d.l.1. c.1. §.8. Putean. in Comm. ad d.c.13. & quæ nos *præc. p.2. Sect.2. c.10. th.2 expl.4. notavimus.*

(5.) *Circa illius exceſſum*, illum ſequenti modo narrante, *Flor. d. lib.1. c.1. His ita ordinatis, repente, cum concionem haberet, ante urbem apud Capreæ paludem è conſpectu ablatus eſt: Diſcerptum aliqui à Senatu putant ob aſperius ingenium: ſed oborta tempeſtas, Solisq; defectio conſecrationis ſpeciem præbuere, &c. ad quem locum notat Rupertus cauſas*, cur à Senatu fuerit ſublatus, & aliquot *refert exempla* hominum è conſpectu reliquorum ſublatorum ſine ullâ modi, per quem id factum, indagatione vel corporũ repertione, ubi videri poteſt.

C. *Quod verò Florus addit, & ſimul Plut. in Romulo c.53. Cic.1. de Leg. c.1. & alii referunt, illum* ſecundùm Julii Proculi Juramentum in cœlum pro Numine aſſumtum fuiſſe, *id ex* ſuperſtitioſâ Ethnicorum fictione, ad favorem & venerationem Regibus & Legislatoribus ſuis conciliandam ortum traxit, *de quo Plut. d.c. 53. Quanquam* ſecundùm alios id à Patribus Romanis excogitatum fuit ideò, ut Populum Romuli ſui ſublationem vel potiùs clandeſtinam interfectionem malè ferentem, & ideò concitatum, per talem divinum honorem obtentum placarent.

Plura de eo lege in ejus vita à Rangone deſcripta, ubi c.2. ejus Genealogiam refert.

Regnavit verò ſecundùm Halic. l.2. c.57. & Sextum Rufum d.l. annos 37. vel ſecundum *Plut. in ejus vita c. 59.* 38. annos, natus ſecundùm illum 55. ſecundũ hunc 54. *de qua diſcrepantia exactè agit Petitus l.5. Eclog. Chronolog. c.4.*

2. *Numa Pompilius*, qui è gente Sabinorum tunc

D. nondum civis Romanus in Regem electus, primò Regnum detrectavit eleganti ad Legatos habitâ oratione, tandem tamen elapſo à morte Romuli anno in ſe recepit, & *Juris humani ac divini conſultiſſimus*, judicio *Liv. l.1. c.18. ad auctoritatem ſibi conciliandam congreſſum & familiaritatem cum Egeria Dea finxit*, prætendens, ab ea omnem ſibi ſapientiam & Legislatoriam Prudentiam infundi, ut *Plut. in ejus vita c.7. & Flor. d.l. 1. c.2. refert.*

Fuit verò ad pacis ſtudia & artes inclinans & quaſi natus, & idcircò Regnum ſuum religionis & ſapientiæ cultu firmavit, fecialium & Sacerdotum collegium inſtituit, & colluviem illam Romanorum civium ad pietatem, juſtitiam, humanitatem, & reliquas virtutes traduxit, adeoq; imperium malè conquiſitum, pietate, juſtitiâ & amicitiâ cum vicinis ſanctè cultâ optimè firmavit, ita ut Jani templum ſub eo totis 43. annis continenter clauſum fuerit, ut apud *Plut. d.l. d c.7. atque ad fin.*

Digitized by Google

fin. Flor. d. c. 2. Halicarn. d. l. 2. c. 67. & ſeqq. Liv. d. l. 1. c. 18. & ſeqq. legitur. A

Regnavit ſecundùm *Plut. c. 35. & Halicarn. d. l. 2. in f.* annos 43. & *mortuus anno ætatis* 80.

3. *Tullus Hoſtilius* patre Hoſtilio è Medulliâ Albanorum quondam oppido, ſed poſteà Coloniâ Romanâ viro nobili, divite & ſtrenuo ſub Romulo milite natus, belli ſimul ideò & gloriæ appetens fuit. *Primùm* plebis favorum à diviſione inter illam agri regalis uberrimi, ac ampliatione Urbis ad cuilibet certam ſedem tribuendam nactus, artem bellandi & diſciplinam militarem apud ſuos introduxit, *ac multa* bella cum finitimis, nempe Albanis (quod tamen amicabiliter per fœdus conjunctionis interveniente per duorum tergeminorum Horatiorum & Curiatiorum conflictum de primatu obtinendo deciſione pro Romanis factâ ſed inconſtanti propter Albanorum proditionem effectu compoſitum fuit) Fidenatibus, Vejentibus, Sabinis, Latinisque proſperè geſſit. B

Periit autem incendio domus unà cum uxore & totâ domeſticorum turbâ incerto principio ortu, poſtquam regnaſſet 32. *annis*, de quibus latiùs legi poteſt *Halicarn. l. 3. à pr. uſq; ad c. 48. Flor. d. l. 1. c. 3. Liv. d. l. 1. c. 22. & ſeqq. multis.*

4. *Ancus Martius* Pompilii ex filia nepos, Deorũ cultum & religionem, nec non agriculturæ ſtudium ab Hoſtilio intermiſſum reſtituit, quietem, ut avus, publicam omni modo promovens. *Sed* contra intentionem & ſpem bella gerere coactum cum Latinis, Fidenatibus, Sabinis & Vejentibus proſpero omnia ſucceſſu bellicas quoq; ceremonias & modum belli indicendi inſtituit. *Poſt Urbem amplificavit, Aventino* ſimul mœnibus incluſo, & ad oſtium Tiberis navale condidit, oppidum *Ancus* muniit, ac ex re Oſtiam appellavit. *Janiculum* impoſito præſidio muro cinxit, ac ponte ſublicio, ut fertur, Tiberim junxit, nec non carcerem ad terrorem increſcentis à tanta multitudine audaciæ foro imminentem ædificavit, ut latè refert *Halic. d. l. 3. à c. 49. uſq; 58. & Liv. d. l. 1. c. 32. & ſeqq. brevibus vero pro more Florus d. l. 1. c. 4. Regno per 24. annos præfuit. Halic. d. c. 58. & Liv. d. l. 1. c. 35.* C.

5. *Lucius Tarquinius Priſcus*, ante Lucumon, Romam veniens pro illo Lucii nomen & à Tarquiniis Etruſcorum urbe, tanquam Patriâ ſuâ, nomen Gentilium ea more Romanorum aſſumſit, & poſteà ſimul Priſcus dictus fuit. *Hic* bellicâ virtute ſub Martio clarus, ac divitiis pollens benignitate & comitate ſuâ tantum profecit, ut illi mortuo communibus ſufficeretur ſuffragiis. *Bellum* primum cum Apiolis, poſteriora cum Cruſtuminis, Nomentanis, Collatinis, Latinis omnibus & Sociis Etruſcis ſimul, ac his ſeparatim, cunctis tamen populis, ac Sabinis proſperè geſſit, primis omnibus ſine prælio ſe dedentibus, poſtremis tribus Populis verò prælio acriter dimicantibus: *Duodecim Tuſciæ Populis ſubactis in ſignum ſubjectionis obtinuit illorum Regum inſignia*, Faſces, Trabeam, Curulem, Anulum, Phaleram, Paludimentum, Prætextam, Coronam auream, Sceptrum & ſimilia. Præterea ducentis Senatoribus, centum ex plebejis prudentiâ & fortitudine præſtantibus adjecit. *Urbis mœnia* ſubitario opere confecta primus ſectis ad regulam lapidibus prægrandibus extrui curavit. Cœpit etiam cloacas fodere, circum maximum adornavit, & aggreſſus eſt Templum Jovis, & Junonis & Minervæ ædificare. *Interemtus eſt inſidiis inimicorum anno ætatis octogeſimo, Regni verò* 38. *Halic. d. l. 3. à c. 69. uſq; ad fin. Liv. d. l. 1. c. 35. & ſeqq. & Flor. d. l. 1. c. 5.* D.

6. *Servius Tullius*, patre Tullio, matre Ocriſiâ in direptione Corniculi à Tarquinio in prædâ gravidâ captâ Romæ natus à patre Tullius, & ob præſentem ſervilem matris ſtatum Servius dictus, ac à Tanaquili Tarquinii uxore liberaliter educatus, & ab hoc poſteà in generum per matrimonium Tarquiniæ filiæ alterius adſcitus fuit. *Cum ergò*, ut dictum, maritus ita miſerè interemtus eſſet, *diſſimulavit mortem uxor*, & concurrenti manè ad Regiam Populo è feneſtra inſidias marito heri ſtructas retulit, *Tulliumq; interim*, donec maritus convaleſceret, tanquam ſubſtitutum ab illo tam publicorum, quàm privatorum negociorum curatorem commendavit, eoq; perfecit, ut Tullius tanquam Regis Vicarius regiis ſtipatus lictoribus in comitium ſe contulerit, & Marcios per præconem citatos ac non parentes perpetuo damnarit exilio, atque ſic æmulis ejectis aditum ſibi firmum ad Regnum capeſſendum paraverit. *Quo facto* mortem Tarquinii quaſi recentem indicavit, illumq; regio extulit funere, & cum cerneret, Patricios fraudulentam hanc Regni uſurpationem ægrè ferre, plebem variis illecebris ſibi devinxit, atque ita invitis patriciis Regni adminiſtrationem continuavit, tandem verò ejus reſtitutionem ſimulans, *omnium Curiarum ſuffragio Rex electus eſt. Quo impetrato* agrum publicum egenis civibus diviſit, Leges bonas condidit, urbi collem viminalem & Eſquilinum addidit, & Regum ultimus pomœria protulit, atq; urbem in quatuor regiones diſtribuit: Cenſum præterea inſtituit ſecundum claſſes, & cives omnes cum armis luſtravit: Concordiæ fœdus inter Romanos & Latinos ſancivit, & ad conventus annuos ædem Dianæ in Aventino exſtruxit: *Bellum* cum Etruſcis gentibus per 20. annos feliciter geſſit, eosq; omnes ad deditionem coëgit. *Periit tandem inſidiis Lucii Tarquinii Generi* ab uxore fratris Aruntis (quæ Lucii uxoris ſoror atque Tullii filia etiam fuit) ſe illi per deſertionem hujus inceſtuoſo conjugio jungente ſummâ cum audaciâ ſuggeſtis, poſtquam regnaſſet annos 44. de quibus omnibus latè legi poteſt *Halic. l. 4. à pr. uſq; ad c. 45. Liv. d. l. 1. à c. 42. uſq; ad 49. Flor. d. l. 1. c. 6.*

7. *Tarquinius Superbus*, Tarquinii Priſci nepos, non filius, (ut bene demonſtrat *Halic. d. l. 4. c. 8. & ſeq. nec non ipſe Tarquinius in Oratione ſua apud eund. ſeq. c. 37. & 38.* dicit) *ſuperbus* à tyrannicis moribus, ſecundũ *Halic. d. l. 4. c. 48. & Flor. d. l. 1. c. 7. vel à ſuperbia ipſa*, quam inprimis cum crudelitate exercuit, ut conſtat ex *Dione in Excerpt. Conſtantini Porphyrogeniti Imperatoris p. m. 573.* vel quod perinde eſt, à ſcelerum cumulo, in quibus ſuperbia agmen ducere ſolet, ſecundum *Latinum Pacat. in Paneg. Theod. c. 20. ſecundum Liv. verò d. l. 1. c. 49.* quod ſoceri cadaver ſepeliri prohibuerit, dictus. *Adeptum ita per ſcelus Regnum in manifeſtam vertit tyrannidem*, ut *Dio modò dicto loco f. 572. & Halic. d. c. 48. & ſeqq.* latè narrant.

Latinos Populos è medio ſublato per dolum Turno id diſſuadente, fœdere ſibi junxit, illorum Princeps ita factus, bellum hinc Sabinis inferre decrevit, primaque arma Sueſſanis cum illorum internecione intulit, deinde illa in reliquos Sabinos convertit, eosq; duplici clade contrivit: Poſteà in Volſcos aliquoties movit, ac dehinc cum Gabiis bellum inferentibus ancipiti Marte ſæpe conflixit, tandem tamen ex compoſito cum ſimulato transfuga & perjuro filio Gabios dolo cepit, ſed in libertate ad illorum benevolentiam captandam & auxilium in poſterum obtinendum reliquit. Templa poſtmodum in loco, qui deinde Capitolium dictus, exſtruxit. Ardeatibus bellum grave intulit, & cum *filius Sextus Tarquinius* natu maximus Collatiæ *Lucretia* (quæ ejus cognati L. Tarquinii uxor fuit) abſente hoc pudicitiam vi & metu delibaſſet, illaq; Romam injuriæ hujus deferendæ causâ ad patrem ſe contuliſſet, ac recenſitâ patri & cognatis illâ, pugione ſe confeciſſet, *defecere* ad querelas has & alias *Romani, Tarquiniumque Regem cum filiis* ex caſtris Ardeatenſi-

tenſibus defectione cognitâ ſubitò revertentem portâ excluſerunt, atque ita *Regno privarunt, introductâ Ariſtocratiæ forma*, ut latè legi poteſt apud *Halic. d. l. 4. à c. 48. usque ad f. Liv. d. l. 1. c. 49. & ſeq. ac Flor. d. l. 1. c. 7. nec non Boxhorn. diſſert. 7. & Imperatorem Conſtantinum in d. Excerptis p. 575. & ſeq. Regnavit verò annos 25. ſecundùm Liv. d. l. 1. in f. & Halic. l. 4. in fine.*

Quàm variè ergò hi omnes prudentiam & induſtriam ſuam, nec non artes ad Rempublicam Romanam formandam & firmandam contulerint, *partim ex prædictis, partim ex Floro d. l. 1. c.* 8. liquet, & dignoſci poteſt, cui jungatur *Boxhornius in Diſſertationibus ſuis Politicis, & ibi Schmidelius.* uti etiam *Manzius in fundam. Reipubl. Rom. p. 1. l. 1. tit. 2. §. 2. & ſeq. ac tit. 3. §. 1. & ſeqq. Nec non Eduard. Rudelius Lewenſtern in Roma ſub ſeptem Regibus.*

TH. VI.

Adoleſcentia annis circumſcribitur 200. vel ab aliis 244. vel etiam 250. ut præc. expl. dictum, à tempore exactorum Regum usque ad primum bellum Punicum durans: *Sub ea Status fuit Ariſtocraticus Democratiâ leviter permixtus*, ita tamen fortunatus, ut Orbi Romano manus injecerit, & multis triumphis ac immortalibus fortitudinis exemplis inclaruerit.

Explic.

VAriè, ut dictum, *adoleſcentia hæc Populi Romani definitur, Livius enim l. 31. c. 1. in pr. ab urbe conditâ usque ad hoc primum Punicum bellum numerat* 488. *annos, adeoque* demtis illis 244. annis, quos idem d. l. 1. in f. usque ad Regifugium numerat, *adoleſcentia hæc illi circumſcribetur reliquis* 244. *annis.* Cui ferè
C. conſentit *Florus d. l. 2. c. 1.* annos à condita urbe uſque ad adoleſcentiam conſummatam numerans propè 500. & *Onuphr. in Faſtis Conſular.* habens 490. annos. *A quibus aliquantum differt Halic. l. 1. c.* 8. bellum illud contigiſſe anno tertio vigeſimæ octavæ ſupra centeſimam Olympiadis ſive *anno U. C.* 511. ſcribens.

Hâc ætate varii Magiſtratus & Officia tam Sacra, quàm Politica fuerunt conſtituta, & *duplices Magiſtratus ſuperiores introducti, Ordinarii, ad quos* pertinuerunt Conſules, Tribuni militares, Præfecti Urbis, Quæſtores, Prætores, Proconſules, Decemviri, Triumviri & ſimiles: *Et extraordinarii*, qui ſcilicet non ordinariè ſingulis annis, ſed tunc, cum ex occaſione & neceſſitate accidentali creati, & illâ functione abſolutâ iterùm annullati fuére: *quales*
D. Interrex, Præfectus Urbis, Dictator, Magiſter Equitum, Decemviri legibus ſcribendis cum conſulari poteſtate, Tribuni militum cum conſulari poteſtate, Tribuni plebis.

De quibus omnibus conſulendi Roſin. l. 7. Antiq. Rom. c. 16. & ſeqq. Feneſtella de Magiſtr. Romanis & Pomponius Lætus de iisdem.

Latæ tunc quoque fuére Leges XII. Tabularum, & quidem anno Urbis 302. ut ex *Livio l. 3. c. 33. & ſeq.* conſtat. *De quibus videri poteſt Roſin. l. 8. c. 6. & ad illum Dempſter. c. ult. Rupert. in Pomponio ſuo c. 5. §. 4.* Ubi ex Livio d. l. notandum, d. anno ab U. C. 302. formam Reipubl. iterùm mutatam, & à Conſulibus ad *Decemviros* Imperium translatum, illam tamen mutationem, utpote non diuturnam, minùs inſignem fuiſſe. *De illorum novo & tyrannico regimine legi poteſt idem Livius ſeq. c. 36.*

A. *tam brevis verò fuit, ut ſub Appio Claudio ejus initium & finis eſſet, juxta eund. d. c. 33. & 54. ad ſeq.*

Exempla fortitudinis admirandæ occurrunt in Horatio, Mutio, Curtio, Manlio Torquato, Valerio Corvino, Coriolano, Camillo, Deciis, Curio, Appio Claudo, Fabricio, Quinctio Cincinnato, Servilio, Papyrio Curſore, Poſthumio & aliis, de quibus videri poteſt *Val. Max. l. 3. c. 2.*

Nec fœminis defuére fortia facta, ſiquidem *Clælia virgo Romana* una ex obſidibus Porſenæ Regi Hetruſcorum datis fruſtrata cuſtodes Dux agminis virginum inter tela hoſtium Tiberim tranavit, ſoſpitesque omnes Romam ad propinquas reſtituit. Rege primùm illi offenſo, ſed à Romanis redditæ omnem honorem & virtutis laudem præſtante, ac remittente: quâ de causâ & illi Romæ *Statua eque-*
B. *ſtris poſita fuit*, ut refert *Liv. l. 2. c. 13. de qua ſeq. parte 4. c. 9. th. 17. expl. latius actum.*

TH. VII.

Juventus annis circumſcribitur 200. vel 250. à primo Punico bello usque ad Auguſtum Cæſarem incluſivè.

Hâc ætate ſublimi attigit ſidera vertice Reſpublica hæc, Statuque Ariſtocratico Democratico etiamnùm contenta victricia ſua arma per univerſum ferè orbem circumtulit, & in fine ad Monarchiam inclinavit.

Explic.

IN *circumſcriptione hujus Juventutis etiam variant Hiſtorici: Florus* enim *d. l. 2. c. 1. ſaltem* 200. *ponit an-*
C. *nos*, ita tamen, ut usque ad illam ſtatuat 500. penè annos præteriiſſe, ut jam dictum eſt, & inde inferat *ab U. C. usque ad Auguſtum* 700. *annos effluxiſſe, quod etiam tradit l. 1. in Proœmio: Dio Caſſius* verò uſque ad necem Julii Cæſaris *numerat* 710. ut patet *ex Faſtis l. 43. præfixis, junctis faſtis l. ſeq.* quod etiam facit *Onuphr. in faſtis. Quod ſi huic ætati, ut inter alios bene facit Schonborn. l. 5. c. 4. expl. 3. & nos ſecuti ſumus ipſum Auguſtum Cæſarem includamus*, adjectum Triumviratus & illius regiminis, ſive à nece Julii Cæſaris ad illius mortem intercidens tempus 57. ferè annorum efficiet ſpacium ferè 767. annorum, ſecundùm *Dion. l. 56. f. m. 589. & Onuphr. in Faſtis Conſular.*

Miranda & fecit & paſſa eſt Reſpubl. hæc in hâc ætate.

Tria bella Punica fortiſſimè confecit, anteà ingentes à Pœnis perpeſſa clades, quibus adhuc nobilitata
D. lacus Thraſymenus & Cannæ.

Maximoperè verò inclaruit illa *Carthaginis* urbis populoſiſſimæ & munitiſſimæ, ac propterea æmulæ, ac alterum poſt Romam terrarum decus nuncupatæ *Solino c. 40.* occupatio & everſio. Ex fide dignis ſiquidem Hiſtoricis conſtat, *Carthaginem illam amplitudine ſuâ 23000. paſſuum, ut Livius in Epit. lib. 51. narrat, vel 22000. ut Eutropius lib. 4.* ex communi citatione, *vel tandem ſecundùm Oroſ. l. 4. c. 22.* 20000. vult, (de qua latè agit *Hendreich in ſua Carthagine lib. 1. Sect. 1 c. 3.) confeciſſe, tempore occupationis & excidii in urbe fuiſſe 700000. hominum, Strabone recenſente lib. 17. p. m. 657. Muros verò habuiſſe tantæ craſſitudinis*, ut in inferiore illorũ parte Elephanti 300., & in ſuperiore 4000. equi ſtabulati fuerint, ſtabuliſq; anneɑa pabuli promtuaria & hordei penuaria, *Strabo ibid. & Appian. in Punicis p. m. 96.* ita ut Cenſo-

Cenſorinum apparatus ille in admirationem ſummam traheret apud eundem *Appianum d. l.* ideò hæc verba Legatis illorum opponentem : *Jam in mœnibus exercituum, equorum, elephantorum receptacula, & propinqua his æraria. In altitudine vero triginta vel quadraginta cubitorum, & ita firma, ut Cenſorinus ad illorum duritiem rumpendam neceſſe habuerit duos inaudita antehac magnitudinis arietes ſex peditum millium operam ad impellendos illos requirentes conficere, ſicut Idem d. l. p. m. 98.* refert.

Sardiniam inſuper, Macedoniam & Dalmatiam debellavit. Et paucis dicendo juxta *Flor. d. lib. 2. c. 1. Africam, Europam & Aſiam, totumque terrarum orbem bello victoriisque*, ut in theſi dictum, *peragravit*. de quo etiam legi poteſt *Paterc. lib. 2. c. 38. & ſeq.* Hinc *Cicero in Orat. de Provinc. Conſul. c. 12* dicit : *Nulla gens eſt, quæ non aut ita ſubacta ſit, ut vix exſtet, aut ita domita, ut quieſcat: aut ita pacata, ut victoriâ noſtrâ imperioque lætetur.* Vide *Nov. 24. in pr.* ibi, penè diximus totum Orbem & *Horn. in Arca Noæ ſub Romanis p. m. 166. Congeſſit* omnes tempore Auguſti à Romanis occupatas regiones, nationes & provincias *Lipſius in tr. de Magnit. Rom. lib. 1. c. 3.* ubi videri poſſunt.

Maximum verò opus in eo perfecit hæc ætas, quod tot ingentia & periculoſa bella civilia felici ſucceſſu ſopivit & ſuppreſſit. *Ubi ſimul monendum*, hæc omnia ſingulari Dei beneficio peracta fuiſſe in eum finem, ut ſub Auguſto univerſalis pax exiſteret, adeoque templum Jani tertiâ vice clauſum eſſet, ut inter alios narrat *Liv. l. 1. c. 19.* & univerſus terrarum orbis deſcriberetur, *Luc. 1. v. 1. de quo præced. p. 1. c. 9. th. 2. expl. 2. latè dictum eſt.*

Cauſam, cur in hujus ætatis primordio apud Romanos tam pauci fuerint Philoſophi & eruditi viri, interque illos ferè ſoli ſequentes, inter Poetas, Plautus, Terentius, Afranius, & Cæcilius, inter Hiſtoricos & Oratores Cato, *indagavit, ſed veram reperire nequivit Velleius l. 1. Hiſt. c. 18.* ubi tamen legi poteſt. *Circa & ſub finem tamen hujus ætatis multi eruditiſſimi viri floruerunt*, inter quos numerat Velleius l. 2. c. 36. Ciceronem, Hortenſium, Craſſum, Catonem, Sulpicium, Brutum, Calidium, Cælium, Calvum, Cæſarem, Corvinum, Pollionem Aſinium, Saluſtium, Varronem & Lucretium, uti etiam Virgilium, Rabirium, Livium, Tibullum & Naſonem.

TH. VIII.

Ætas ingraveſcens annis circumſcribitur 250. à morte Auguſti Cæſaris usque ad Gallienum. *Hâc ætate* à ſtatu priori auſpiciis Octaviani Cæſaris Auguſti ad Monarchiam revoluta Respublica Romana vitæ tranquillioris ocia ſectari cæpit, & de virtute priſtinâ remittere, furore, qui hoſtibus debebatur, in innocentes Chriſtianos converſo. Interim tamen culmen ferè attigerunt literarum ſtudia.

Explic.

I. Q*Uamvis Florus d. Proœmio, Juventam usque ad Auguſtum*, puta ejus Imperii initium referre videatur, *ad mortem tamen ejus* illam potiùs extendendam eſſe inde patet, *quod ibi Florus* ab Auguſto ſub reliquis Imperatoribus illius decrementum jam incipiens referat, *quod ſanè* non ſub illo, ſed Tiberio demùm aliquo modo initium cæpit. *Et ergò ab ejus morte usque ad Gallienum ſecundum verio-*

A. *rem calculum Ruperti ad Beſoldi Hiſtor. Univ. c. 14. p. m. 369.* anni intercesſére 250. *dum* illum anno U. C. 1017. inſidiis Mæonii interfectum ſcribit, *licet* id in ulterius tempus, nempe annum 1020. rejiciat *Onuphr. in Faſtis f. m. 87.*

Ut verò de principio Monarchiæ Romanæ hîc aliquid inferamus, ſciendum eſt, licet nonnulli in ea hæreant opinione, Julium Cæſarem paulò ante necem ejus A. U. C. ſecundùm *Paterc. l. 2. ex ejus c. 49. & ſeqq.* computo facto 705. vel potius ſecundum eund. c. 65. anno 708. *Livium in Epitome l. 116.* 706. *Dionem l. 43. & ſeq.* 710. anno Mundi verò circiter 3960. ſecundum calculum *Uſſer. in Annal. Tom. 2. f. m. 363. Vel ut Codomannus in Annal. Sacræ Script. p. m. 69.* computat anno M. 4099. (quem *Ravius in Chronol. Biblicâ* duobus ſaltem annis demtis ſequitur) quo Romam omnium victor ingreſſus poſt alios honores
B. etiam Dictaturam perpetuum obtinuit, ſecundùm *Liv. in Epit. d. l. 116.* & Dio l. 42. f. m. 220. & ſimul prænomen Imperatoris obtinuit, *Sueton. in ejus vitâ c. 76.* & ita ante Chriſtum natum 50. *prima Monarchicæ formæ fundamenta (quod etiam absque aliqua temporis terminatione ſtatuit Appianus l. 2. de Bellis Civil. ante fin. & Imperator Conſtantinus Porphyrogenneta lib. 1. Them. 11. in pr.) jeciſſe; Attamen verius eſſe*, illum magis hæc animo tantùm concepiſſe, vel extremis monſtraſſe ſaltem digitis, quàm realiter ſtruxiſſe. *Ex contra illud diffitendum non eſt, Octavianum Auguſtum Cæſarem* ſicuti Julii Cæſaris ex teſtamento hæredem, ita etiam hujus intentionis imitatorem, poſtquam Actiaco prælio obtinuiſſet victoriam, & rerum ſolus potitus eſſet *circa A. U. C. 724. primum gradum ad Monarchiam conſecutum juxta Dion. lib. 51. in pr. & Tac. 1. Ann. c. 1. & 4. eamque tandem* civilibus bellis ſopitis in ſeptimo Conſulatu *anno U.*
C. *C. 727.* poſtquam aſtu ſuo per ſimulatam imperii depoſitionem effecerat, ut ad principatum gerendum precibus invitaretur, atque ita principatum ſolus obtineret, ut refert *Dio. l. 53. f. m. 503. plenè formaſſe & firmaſſe*, Tiberio per adoptionem ſibi ſucceſſorem conſtituendo, quod agnovit *Alex. Severus recenſente Lamprid. in ejus vita c. 10. & tradit Tac. d. l. 1. c. 7. Qualis tunc fuerit imperii magnitudo refert Strabo in fine ſui operis.*

Illud hîc addimus, ſub Auguſti hujus anno 43. natum fuiſſe, & ſub ejus ſucceſſore Tiberio anno 15. triginta annos complevisſe, adeoque ſub ejus anno Imperii 17. completo, vel 18. inchoato paſſum eſſe, Salvatorem noſtrum, idque ideò, ut inde pateat, illo tempore Monarchiæ introductionem à Deo immediatè q. ordinatam fuiſſe, ut *d. p. 1. c. 9. th. 2. expl. 2.* oſtenſum eſt.

Ab hoc Tiberio incepit ætas ingraveſcens, & excur-
D. *rit ad Gallienum usque ſub Imperatoribus 30. vel ſecundum alios 33.* Inter quos plurima fuerunt portenta & prodigioſa monſtra, ut Caligula, Nero, Vitellius, Domitianus, Commodus, Caracalla, Maximinus Senior, Heliogabalus, Decius, Valerianus & alii.

Cœperuntque tunc paulatim à Romano Imperio deficere remota Regna & Provinciæ Imperatoribus ad luxum converſis; quod expreſſit *Flor. l. 1. in Prologo* ita ſcribens : *Ab Auguſto Cæſare in ſeculum noſtrum haut multò minùs anni ducenti : quibus inertiâ Cæſarum quaſi conſenuit atque decoxit, niſi quod ſub Trajano Principe movet lacertos, & præter omnium ſpem ſenectus Imperii quaſi redditâ Juventute revireſcit*: de quo etiam videri poteſt *Rupert. ad illum locum. Rationem reddit Saluſtius in Catilin. cap. 2.* in genere hanc : *Ubi pro labore deſidia, pro continentia & æquitate libido*

atq; ſuperbia invaſere, fortuna ſimul cum moribus immutatur. Imperatores verè multos imò pleroſque uſque ad Veſpaſianum ſceleribus, luxui & libidinibus nefandis deditos fuiſſe, *ex Hiſtoriis, & vel ex illo Tacit. 1. Hiſt. 50. Veſpaſianum ſolum omnium ante ſe Principum in melius mutatum fuiſſe, & altero illo Mimi cujuſdam apud Vopiſc. in Aureliano c. 42. Imperatores qui ex eo omni numero boni fuiſſent in uno annulo perſcribi depingiq; poſſe, conſtat.*

Juvit hanc degenerationem & decreſcentiam dignitatum maximarum in indignos & viles collatio, in quo ita Imperatores quidam exceſſerunt, ut Eunuchis, ſervis & ſceleratiſſimis Conſulatum, qui ſummus honor, & ideò *à Cicerone* finis honorum dictus fuit, *in Orat. Pro Planc. c. 25. commiſerint. Tangit hoc Claud. in Eutrop. l. 1. à pr.* ita canens:

Omnia ceſſerunt Eunucho Conſule monſtra:

& paulo poſt:

Si tibi ſervili placuit fœdare Curules
Crimine, procedit laxatâ compede Conſul.

Quin etiam Caligulæ propoſitum fuerit, Equum ſuum Conſulem deſignare, ut refert Sueton. in ejus vita c. 55. nec diffitetur Dio lib. 59. p. m. 650. Cujus rationem quidem hanc reddit Ludovicus d'Orleans ad Tacit. lib. 1. f. m. 4. Imperatoribus animum fuiſſe ſe ſuamque dignitatem attollere cæteris depreſſis. *Sed illud* ex corruptis in totum Imperatorem animis, & tyrannicâ poteſtate, uſurpatâ, quâ quodvis injuſtum ſceleſtum, irrationale & turpe factum pro vero, juſto & licito habetur, ortum fuiſſe, *verius eſt,* quoniam ipſi Imperatores ſe & dignitatem ſuam ſceleſtis iſtis hominibus ſubjecerint, de quo ſuprà *p. 1. c. 10. th. 5. expl. 2. n. 2.* aliquid annotatum eſt.

Sub Trajano tamen Imperii fines rursùs prolatos fuiſſe, poſt Florum in Proœmio ac alios *Lipſius Admir. Rom. l. 1. c. 3. demonſtrat.*

II. *Hæc ætas graviſſimè Chriſti Eccleſiam afflixit, ſiquidem in eam inciderunt novem diſtincta Chriſtianorum perſecutiones*, quæ illorum multa millia abſumſerunt. Quare *Nicephorus* ſcribit, ſub Decio anno Chriſti 250. martyrum numerum non magis, quàm arenam maris numerari potuiſſe, *l. 5. Hiſt. Eccl. c. 29.* de quibus legi poteſt *Alſted. in Chronol. Tit. 35. Martyrologium Romanum* ibique in notis Baronius ac alii.

Nihilominùs tamen literarum ſtudia floruerunt in hac ætate, quæ Clariſſimos habuit,

1. *JCtos,* inter quos Labeo, Ulpianus, Papinianus, Celſus pater & filius, Julianus, Javolenus, Scævola & alii à *Lambec. l. 2. Prodromi Hiſtoriæ Literariæ in Append. c. 16. & ſeqq. adducti.*

2. *Medicos*, inter quos Princeps Galenus, Cornelius Celſus, Scribonius Largus, Hippocrates, Hermogenus, Antonius Muſa & alii *ab Eodem d. c. 17. & 18. congeſti.*

3. *Hiſtoricos*, inter quos Julius Cæſar, Livius, Curtius, Tacitus, Dio, Suetonius, Florus, Juſtinus, Paterculus, Plinius & alii: Et *ex Græcis* Plutarchus, Strabo, Appianus, Pauſanias, Arrianus, Herodianus, Dio Caſſius, Ælianus & alii ab *Eod. d. c. 17. & 18.* memorati.

4. *Philoſophos & Oratores*, inter quos Plinius, Seneca, Proclus, Plutarchus, Quinctilianus, Gellius: & *ex Græcis* Athenodorus, Epictetus, Apollonius & alii. Marcus Antoninus Imper. ideò Philoſophus in excellentia dictus, cujus ſumma eruditio ex ejus libro De Rebus ſuis inſcripto, conſpicua eſt.

5. *Poëtas*, inter quos, Ovidius, Perſius, Lucanus, Catullus, Manilius, Horatius, Propertius, Seneca Tragicus, Martialis, Statius, Virgilius, Florus, Juve-

A. nalis, Silius Italicus, Oppianus & alii *à Lambecio d. c. 17. & 18.* relati.

Cauſam cur in priori ætate tanta doctorum virorum inopia, & viceverſa in hac tanta copia fuerit, indagavit ut jam diximus, *Vellejus l. 1. Hiſtor. in f.* his verbis: *Hujus præcedentisq; ſeculi ingeniorum ſimilitudines congregantis & in ſtudium par & in emolumentum cauſas cum requiro, nunquam reperio, quas eſſe veras confidam, ſed fortaſſe veriſimiles, inter quas has maxime. Alit æmulatio ingenia: & nunc invidia, nunc admiratio incitationem accendit: naturâque, quod ſummo ſtudio petitum eſt, adſcendit ad ſummum: difficiliſque in perfecto mora eſt; naturaliterque, quod procedere non poteſt, recedit.*

TH. IX.

B. *Senectus* annis circumſcribitur circiter 211. à Gallieno usque ad Romulum Auguſtum communiter Auguſtulum dictum, ſub quo Imperium Occidentis ſeu Romanum ab Oriente avulſum, & à Barbaris, Herulis, Gothis & Longobardis usq; ad Carolum Magnum per 300. circiter annos occupatum eſt. *Effœta hæc ætas* cùm cædibus, tum hæreſibus graviter quoq; afflixit Eccleſiam.

Explic.

I. M*Onarchia Romana ante Conſtantinum Magnum unica, ejusq; una ſedes Roma fuit, cum verò illam Conſtantinus Magnus Byzantium, à ſe Conſtantinopolin ab inſtauratione & amplatione, ab aliis ideò Novam Romam vel NeoRomam*, ſecundum *Friſing. l. 4. Chron. c. 5. appellatam transferret, paulatim res Occidentis adeo prolapſæ ſunt*, ut *Idem d. l. c. 31.* non immeritò mutationi huic omnem miſeriarum ſubſecutarum cauſam adſcribat. *Ad quam etiam ſubſequens ab Imperatore illo inter filios tres circa annum Chriſti 337.* (de quo legi poteſt *Scalig. ad Euſeb. n. 2354.*) *facta utriusque Imperii infelix diviſio*, quâ Conſtantio Imperium Orientis, Conſtanti & Conſtantino Occidentis ceſſis, adeoque Aquila biceps facta eſt, *& Schiſmata inter Epiſcopos Græcos & Latinos poſtmodùm orta, plurimùm contulerunt.* De quo tamen legi poteſt *Blondus Flavius in Hiſtor. ab inclinat. Roman. Dec. 1. l. 1. in pr. Sed potiſſima cauſa in providentia divina & naturali lege, quâ omnia mutationi obnoxia ſunt, conſiſtit, ut ſeq. l. 3. c. 2. th. 3. expl. 1. latè deduximus.*

II. *Imperium ergò Occidentale Romæ ſub Auguſto cœptum, ſub Auguſtulo* (de qua denominatione utrum propria an acceſſoria fuerit, legi poteſt *Rupert. in*
D. *Hiſt. Univerſ. c. 15. p. m. 496.*) *poſt annos circiter 500. deſiit.*

Hic enim ab Odoagro vel Odoacro Herulorum Regulo Italiam maximis copiis ſubjugante purpurâ quidem exutus, vitâ tamen ob formam elegantem donatus eſt anno U. C. 1228. ut memorat *Marcellinus Comes in Chronico ad illum annum:* vel anno 1227. ut habet *Friſing. d. c. 31. Unde ab illo tempore Herulis, Gothis & Longobardis ultra 300. annos Italiam tenuerunt, & Romana Monarchia ſolo Oriente contenta* ab hoſtibus, & imprimis Parthis tamen miſerè vaſtato & lacerato.

Non tamen intermiſerunt Orientales Imperatores Italiam ſibi quodammodo vindicare, ſiquidem Dynaſtiis Longobardicis Exarchatus ſive Vicariatus Ravennenſis (cujus deſcriptionem vide apud *Blondum Flavium in Hi-*

tu Hiſtor. ab inclinat. Romanor. d. Dec. 1. l. 8. in pr.) à Juſtino Imperatore, anno Chriſti 566. ut Sigon. l. 1. de Regno Italiæ ad illum annum vel *anno 571. ut habet Rubeus in Hiſtor. Ravennat. l. 4. f. 221.* refert, *oppoſitus fuit, qui licet* per annos ferè 200. nempe usque ad annum 752. *ut Sigon. l. 3.* ad illum annum ſub Rege Æiſtulfo *& Rubeus l. d. f.* 221. memorat, ab illo Rege deſtructus, duravit, *tandem tamen ex liberalitate Pipini Galliæ Regis*, qui armatâ manu Æiſtulfum illum ad ejus ceſſionem compulit, *S. Petro & ejus Succeſſoribus anno 755. accrevit, ſecundum Sigon ad d. annum & Putean. in Comm. ad Hiſtor. Inſubr. l. 3 c. 14. n. 9.*

De decrementis ſub Imperatoribus Græcis factis legi etiam poteſt Manzius de Fundam. Urb & Orbis p. 1. l. 1. tit. 7. §. 11. & 12. & Horn. in Arcâ Noa p. m. 170. & ſeqq.

III. *In hanc ætatem incidit decima Eccleſiæ perſecutio* ſub Imperatore Diocletiano & Maximino, quæ per totum Imperium Romanum decennalis fuit, quâ intra triginta dies ſeptendecim millia Chriſtianorum ad varia ſupplicia ſunt tracta, & inter illos quoque Imperatrix Serena, ut poſt veteres refert *Alſted. in Chronol. Perſecutionum & eſt in ordine 35. & late* legi poteſt apud *Niceph. l. 7. H. E. c. 3. & ſeqq. Euſeb. l. 8. c. 4. usque ad f. & Zonar. Tom. 2. ſub ejus Imperio.*

Surrexerunt quoque varii Hæreſiarchæ, utpote Novatus, Sabellius, Samoſatenus, Arius, Macedonius, Ætius, Eunomius, Appollinaris, Neſtorius, Eutyches, & hæretici Manichæi, Donatiſtæ & alii *ab Alſted. in Chronol. tit. 37.* ſub illud tempus relati, cui addi poteſt *Lambec. d. tr. c. 17. & ſeqq.*

TH. X.

Hactenus Conſtitutio antiqua: Sequitur nova, cujus conſideranda (1.) Primordium, (2.) Præeminentia. (3.) Diſtributio. (4.) Imminutio per partium alienationem. (5.) Duratio & ejus oppoſitum interitus.

TH. XI.

Novæ Conſtitutionis primordium Carolo Magno debetur, qui è Germanis Patre Pipino oriundus, & Rex Francorum factus maximâ Germaniæ parte in poteſtatem ſuam redactâ, Italiam tandem, ejectis ex illa Longobardis occupavit, & ſic Occidentis Imperium conſentiente Irene Orientis Imperatrice ad ſe & Germanicam Nationem tranſtulit.

Explic.

I. A*Cris hic inter Hiſtoricos & Politicos Germanos ac Gallos eſt diſputatio*; qualibet natione pro ſuæ gloriâ extrema tentantibus, & Gallis quidem ſimul manu militari tuendum ſimul Nationis ſuæ Jus eſſe inclamantibus, ut mox demonſtrabitur.

Utrum Carolus M. in Germanos, an verò Gallos Imperium transtulerit?

Ad quam antequam reſpondeamus, prænotandum duximus, propriè & Politicè loquendo Imperium Romanum à Leone III. Papâ, ſuffragante Clero ac Populo in Carolum M. ſaltem individualiter, non verò cum expreſſo Jure transmiſſionis ad hæredes, fuiſſe collatum, & ideò neceſſarium, ut illo defuncto, iterum in ejus natu maximum

A. *vel alium dignum filium illud ſpecialem per declarationem transferretur, ſed quoniam Populus Romanus cum Clero & Pontificibus ſequentibus primo Carolo M. tacitè indulſerunt, ut is filium ſuum Ludovicum I. Imperialis Nominis hæredem conſtitueret, ut refert Eginhard. in ejus vitâ ante fin. & poſteà Leonis III. Succeſſor Stephanus V. illum Remis abſq; Populi Romani ſpeciali declaratione coronavit, ut traditur in Annalibus Regum Francicor. ſub Ludovico illo ad annum* 816. apud Reuber. in veteribus Scriptor. Germanic. *Paſchalis quoque Pontifex ejusdem Ludovici filium Lotharium à Patre Juſtitiæ exercendæ ergo in Italiam miſſum Romæ coronavit, & Imperatoris ac Auguſti nomine inſignivit, ut in iisdem Annalibus ad ann. 823. refertur, Imperium illud per talia & plura facta tandem transmiſſibile factum fuiſſe, de quo tamen legi poteſt Goldaſt. in Replica pro Sacrâ Cæſar. Majeſt. adverſus Gretſer. c.* 18.

B. *Ad rem ipſam nunc accedendo, pro Germanis noſtris potiſſimum ſequentia militant argumenta:*

Quod (1.) primi acquirentis Caroli M. nec non ejus parentis Pipini ac majorum patria originaria fuerit Germaniæ ac ſimul *Regni paterni potiſſima & nobiliſſima pars, Francia Orientalis*, (quam etiam à Galliæ regno ejus abnepos *Carolus Craſſus in Diplomatibus duobus ab Hundio in Metropoli Salisburgenſi Editionis Gevvoldianæ parte 1. f. 245. & parte 3. f. 2. relatis expreſsè diſtinguit ita, ut ſubſcripſerit anno regni in Italia VI. in Francia V. in Gallia II.*) comprehendens unà Sueviam ſive Alemanniam, Thuringiam & Bojoariam Provincias, ut inter alios teſtatur *Viterb. parte 17. Chron. ad ann. 881. f. m. 469 & Friſing. l. 6. c. 11.* nec non latius deducit *Hadrianus Valeſius in Præfat. ad geſta veterum Francorum, & Conring. de Finibus Imperii l. 1. c. 2. & l. 2. c. 29.* illo tempore latiſſimè patentes, ideoq; hoc intuitu *Caroli Martelli* (qui Princeps 26. annis

C. Gallicis rebus cum omni gloriâ ac laude præfuit) *primogenito Carolomanno in paternarum Provinciarum diviſione obvenerit*, uti omnes Hiſtorici, & inter illos ex ipſismet Gallicis Scriptoribus *Fredegar. de Geſtis Francorum, Gaguinus Hiſtor. Franc. lib. 3. c. 4. f. m. 44. Petav. in Ratioc. Tempor. p. 1. l. 8. c. 7. in pr. Turſelin. l. 7. Hiſtor. Buſſier. Hiſtor. Franc. p. 1. l. 4. Sect. 2. p. m. 232. & Aubertus in Pratenſ. Reg. Gall. l. 2. c. 1. memorant: quibus jungendus ex JCtis Gallicis Petr. Gregor. l. 18. Syntag. Jur. c. 2. n. 23.* ibi expreſsè ſcribens, Carolum M. Franconiæ natum in Germania. *Ac ex Italis Blondum Hiſtor. ab Inclin. l. 1. f. 160. Quâ etiam de causâ Perſonatus ille Pacificus à Lapide, (qui Oldenburgius eſt) in Monzambano explicato Diſc. 5. §. 1. illum non in Germaniâ ipſa ſtrictè ſic ſumtâ, ſed in Francici ſolo (vel regni) provincia Thuringiâ ſcilicet vel Ingelhemii natum eſſe tra-*

D. *dit. Sicuti etiam certiſſimum eſt*, Carolum illum in illâ Germaniæ parte, & quidem (ut alia minus certa loca à *Limn. l. 1. c. 5. n. 5.* allata omittamus) vel *Ingelheimii, tradente Cuſpin. in vita Nicephori Imper. circa fin. & Freher. in Orig. Palat. p. 2. c. 11. ex teſtimonio Caroli IV. & inveterata traditione: vel Caroloburgi in Bavaria, ut refert Aventinus l. 3. Annal. Bojor. f. m. 173. & l. 4. f. 186. vel Vargalabæ potiùs circa flumen Unſtrudt, ex ipſius Caroli M. Diplomate donationis in Monaſterio Fuldenſi reperti & à Brovvero Antiquitatibus ſuis Fuldenſibus lib. 3. c. 12.* inſerto, ac ex illo *à Reineſio in var. Lect. l. 2. c. 16. p. m. 257.* relato his formalibus verbis: *Donamus & contradimus Domino noſtro Salvatori, Sanctoque Bonifacio Martyri, qui in Fuldenſi requieſcit Monaſterio, terram conceptionis noſtræ, hoc eſt, totam comprovinciam circa flumen Unſtrudt, ipſam chortem (quæ domum vel aulam ſignificat, & aliis curtis dicitur) noſtram in Vargalaba cum omnibus*

compar-

rum pertinentiis ſuis, & cum omnibus villis longe vel prope ſitis, qua ad eam reſpiciunt, cum omni proprietate, ſicut eam nos à parentibus noſtris in proprietatem accepimus: Ad quem locum notavit idem Brovverus Henricum Haverum S. J. locum illum nativitatis in confinibus Thuringiæ & Saxoniæ ſitum fuiſſe. *Fortè illud eſt dominium Vargila, ſive Lautenburg, quod nunc Erfurtum poſſidet, teſte Zeill.* **von den zehen Kraiſen.** *tit. 5. p. 328. & in Topogr. Saxoniæ & Thuring. ſub verbo* **Erfurth** *f. 75. & olim ad Dominos de Schencke, qui de Tantenburg poſteà dicti, pertinuit, referente Rivandro* **In der Thüringiſchen Chronica.** *ad ann. 1213, & Becherero* **In der Neuen Thüringiſchen Chronica.** *ad ann. 1263. Quam conjecturam etiam juvat, quod arx Vargila vel Vargula, eodem modo ad fluvium Inſtrut verſus Iſfeldiam & Saxoniam cum dominio illo ſita ſit, ut ex eodem Becherero ad annum 1510. f. m. 448. & ſeq. & Muppu conſtat.* de quo etiam legi poteſt Chiflet. in Vindic. Hiſpan. c. 9. f. m. 86. & ſeq.

Oritur autem fluvius Unſtrudt in confinibus Iſfeldiæ, duobus circiter ſupra Mulhuſam milliaribus, & per Thuringiam labens Salæ propter Freiburgum ſe ingerit,

Licet verò Limn. in addit. poſter. ad d. l. 1. c. 5. n. 5. Carolum noſtrum ob expreſſa in illo Diplomate verba in Chorte illâ Vargalaha ſaltem conceptum, non verò genitum, adeoq; locum nativitatis nihilominùs dubium eſſe putet: Nos tamen nulli dubitamus, quin per illa verba etiam nativitas intelligatur, adeoque Carolus noſter ibi quoq; genitus fuerit, *quia & tunc temporis* Latina lingua apud Germanos non ita exculta, & verborum proprietas tam accuratè obſervata non fuit, *ut ex Diplomatibus* & Scriptis illius temporis notum, & *ſub verbo conceptionis etiam apud alios illius & confinium ſeculorum Auctores nativitas ſimul contineri & exprimi ſolet, & ineptum foret, Carolum,* ſi Parentes tunc ſedem fixam non habuiſſent, ſed variis in locis ambulatoriè ſe continuiſſent, ut ex illa diſtinctione neceſſariò concludendum eſſet, locum vel tempus, ubi conceptus fuiſſet, ita accuratè ſciviſſe, cum in illo etiam matres ſæpe errent, ex quibus firmiter concludimus, illum ſub dicto verbo ſimul nativitatem ſuam comprehendere & exprimere voluiſſe, idque eo magis, quòd in ſequentibus locum illum parentibus proprium & domicilium fuiſſe referat.

Nec obſtat, quod Auctor illius vitæ, qui Eginhardus vulgò eſſe dicitur, *poſt praſcribat, de ejus nativitate, infantia & pueritia nihil ob ignorantiam conſignari potuiſſe. Quia* Auctor ille incertus, & procul dubio Carolo poſterior eſt, dum meminit, neminem ſupereſſe, qui horum ſe dicat habere notitiam: *cum aliàs* Eginhardus ille, qui tamdiu Imperatoris Capellanus & Secretarius, vel, ut alii volunt Cancellarius, & circa illius latus quotidiè fuit, illud vel ab ipſo Imperatore exquirere potuiſſet. *Teſtatur hinc Idem in ejus vitâ, ante finem, & Sigebertus Gemblacenſis ipſemet Gallus in Chronogr. ad annum 794. Carolum noſtrum inchoaſſe Grammaticam patrio ſermone & menſibus anni juxta propriam, id eſt, Teutonicam, linguam vocabula impoſuiſſe, ventos etiam duodecim propriis nominibus appellaſſe: quod etiam* iisdem ferè verbis ex Anglicis ſcriptoribus referunt. *Radulfus de Diceto in Abbreviat. Chronic. ad eundem annum, & Malmesburiens. de Rebus geſt. Anglor. l. 1. c. 4. f. m. 25. Quomodo verò illos appellarit, legi poteſt apud Cruſ. eundem Eginh. d. l. ac Cruſ. in Annal. Suev. p. 1. l. 12. c. 8.*

(2.) *Ipſemet Carolus Regnum Germaniæ*, utpote ex avita hæreditate ex potiſſima parte proveniens, adeoq; nobilius & præſtantius, nec non acceſſione Saxonicarum & aliarum Gentium Gallico licet & tunc valde aucto longè majus (ſicut in reſponſione ad argumen-

A. tum tertium circa finem demonſtrabitur) *primogenito ſuo Carolo, Italia Pipino medio, & Galliæ ultimogenito Ludovico per teſtamentum* (quod *Baron. in Annal. Eccleſ. Tom. 9. ad ann. 806. §. 24. & ſeq.* poſt alios recenſet) *vel conſtitutionem à Goldaſto in Collectione Conſtitut. Imperial. Tomo uno f. 145. relatam* (nam prædictum teſtamentum incboatum quidem ſed perfectum non eſſe *Eginhardus in ejus vita circa fin.* annotavit) *conceſſerit*, ut etiam *Fredegarius Scholaſticus vetus ſcriptor de Geſtis Francor. in f. teſtatur.* atque in illum tanquam Germaniæ Regem iterùm tranſtulerit, quamvis ille patrem morte præveniens illud adire non potuerit, ut poſt alios Gallicos Scriptores teſtatur *Bernard. Girard Dominus du Haillan de Statu & Succeſſ. Negocior. Gallic. l. 3. & Buſſier. l. 5. Hiſt. Gall. Sect. 1. p. m. 316.*

(3.) *Papa Adrianus IV. Pontifex anno 1154. factus*
B. *in Epiſtola ad Archiepiſcopos Germaniæ apud Aventin. l. 4. Annal. Bojor. f. 203. Innocentius III. circa annum 1198. ad* ſedem Romanam evectus *in c. venerabilem. 34. de Elect. & Electi poteſt. & Clemens V. in c. unico Clem. de Jurejur.* tanquam teſtes omni exceptione majores, *expreſsè teſtentur, Imperium Romanum à Sede Apoſtolica (de cujus tamen veritate ſeq. expl. 2. egimus & ſeq. c. 6. th. 7. in explic. & reſponſione ad rationem (4.) quadam diximus) in perſonam Magnifici Caroli à Græcis ad Alemannos vel Germanos translatum eſſe: ideoque Carolum M. Regem Teutonicorum nominent.* Illudque etiam fateantur *Imper. Frider. III.* **in der** *Reformation de anno* 1442. *tit.* **von den heimlichen Gerichten.** *& Imper. Carolus V. in R. J. de dato* **Augſp.** 1530. §. **dieweil auch die Bildnüß.**

(4.) *Etiam illa Imperii Clenodia*, quibus Carolus
C. M. eſt uſus, & in ſpecie corona, (quam tamen nonnulli & fortè rectius Imperatori Cunrado tribuunt, *ut ſeq. c. 3. th. 12. expl. 1. n. 2. demonſtravimus*) enſis, tunicæ Regales, & ſimilia in Germania ſemper permanſerint, & à Succeſſoribus Germanicis Imperatoribus in coronatione illorum uſurpata, uti legi poteſt apud *Goldaſt. in Polit. Imper. parte 8. & nos d. c. 3. th. 12. expl. 1. n. 4. retulimus. De quo plura videri poſſunt apud Otton. in Jure Publ. c. 5. per totum. Conring. de Germ. Imper. Rom. c. 7. Wimpheling. in Epit. Rer. Germ. c. 22. Peutinger in Sermon. de German. circa med. ubi* id ex inſigniis antiquarum & primariarum Germaniæ urbium probat, ac *Limn. d. l. & in additionibus utrisque ibidem: Nec non Manz. de fundam. Urbis & Orbis p. 1. l. 1. t. 8. §. 2. ac Wetzneg. de Imperat. & Imperio c. 4.*

Pro Gallis contrà pugnant ſeqq. fundamenta:

Quod (1.) *Carolus M.* ſit in Gallia natus teſtimoniis omnium antiquorum & recentium Gallicorum Scri-
D. ptorum, *& illi Scriptores Germanici, qui* Franconiam Orientalem, & quidem ejus urbem Ingelhemium ejus patriam conſtituant, *intelligendi ſint de Galliâ Belgicâ vel Auſtraſia Gallico Regno tunc ſubjectâ, & quod à Lingua Germanica,* quæ Carolo M. à Germanicis Scriptoribus tribuitur, *ad limites provinciarum Germanis ſubjectarum non valeat conſequentia,* ut hæc omnia imprimis latiſſimè deducere conatur *Charron en l'hiſtoire Univerſale chap. 113. ubi ſimul demonſtrare nititur*, ex omnibus Caroli M. Majoribus in ejus Genealogia à Germanicis Scriptoribus, & in ſpecie *Irenico in Exeg. Germ. l. 3. c. 23.* adductis, ne ullum quidem natum eſſe trans Rhenum, ſive noſtro reſpectu, cis Rhenum, aut ordinariè illâ in parte ſediſſe, aut etiam voluiſſe alibi ſepeliri, quàm in Gallia, ubi, vel apud *Limn. in addit. poſter. ad d. n. 5.* illum referentem, legi poteſt.

(2.) *Inde neceſſariò ſequatur* per Magnificum illum

Caro-

Digitized by Google

Carolum M. Imperium Romanum tranſlatum eſſe in Gallos, ſicuti inter alios tradunt *Petr. Gregor. Thol. de Republic. cap.15. n.18.* (ſui oblitus) *& Bodin in Meth. Hiſtor. cap.7. p. m. 302.* nec non *Fauyn. in Theatro Honoris c.7. & Haillan de Statu & Succeſſu Negocior. Francic. lib. 1. & ex Germanis Kipping. l.1. Inſt. Polit. c.16. th.20.*

(3.) *Quod Imperium Romanum ad Germanos non potuerit tunc transferri, cum Germania ſubjecta illo tempore fuerit Regno Francico*, ut latè probare conatur *Auberius in Præſenſ. Regis Galliar. ſuper Imper. l.2. c.1. & Carolus M.* ad illud obtinendum atque Deſiderio Italiæ Regulo bellicâ vi adimendum Gallorum maximè viribus uſus fuerit, ut prætendit *Charron. d.l.*

His quidem argumentis ſatis ſuperque reſponderi poteſt, & (1.) in genere negando illa, quoniam teſtimonia adducta partim domeſtica, partim inſufficientia ſunt, dum probanda exactè non probant. *(2.) in ſpecie argumentum primum ſimpliciter negando, Franconia enim* Orientalis, ſicut in argumento primo pro noſtris Germanis adducto deſcripta eſt, in parte Rheni citeriori, reſpectu ad nos habito, omninò & potiſſimùm ſita, & Carolus M. Vargalahæ in confinibus Thuringiæ natus fuit.

Argumento verò ſecundo opponendo auctoritatem Pontificum & Imperatorum tanquam teſtium omnium exceptione majorum in fundamento ſecundo pro noſtris Germanis allato.

Tandem argumento tertio: Negando adhuc ſemel, *& conſtanter aſſerendo primò Franconiam illam Orientalem* cum annexis & poſteà adjectis Provinciis *ſeparatum conſtituiſſe dominium vel Regnum latè ita dictum, à Gallico planè diſtinctum, uti illud ex antiquiſſimo manuſcripto codice, in quo utriusque regni urbes ſeparatim expreſſa fuerunt, firmiter demonſtrat Aventin. lib. 4. Annal. Bojor. f. 185. quod etiam ex Legibus Caroli M. lib.6. c.281. conſtat, ibi enim nationes ſubjectas ſequenti enumerat ordine Francos à Gallis expreſsè diſtinguendo:* Romanos, *Francos*, Alemannos, Bavaros, Longobardos, Gaſcones, Saxones, Thuringos, Friſones, *Gallos*, Burgundiones, Britones, Beneventanos, Gothos, Hiſpanos. *quod quoque in ejus Conſtitut. de anno 813. apud Gold. Tomo 3. Conſtitut. Imper. f. 151. ita reperitur: & Carolus Craſſus in ſubſcriptione cujuſdam diplomatis ſupra in reſponſione ad argumentum 1. ex Hundio relati clarè obſervavit. ac ea propter in diviſione à Carolo Martello Primogenito ſuo Carolomanno ac teſtamento à Carolo M. iterùm ſuo Primogenito tanquam* primarium dominium additâ aliquâ Franconiæ à ſitu noſtro Transrhenanæ particula ex prærogativa tributum fuiſſe, ut jam ſuprà in ratione pro Germanis primâ & ſecundâ dictum fuit.

Secundò opponendo, nonniſi abſurdè ſtatui poſſe, Carolum M. patriam ſuam dulciſſimam & omni ſemper honore proſecutam voluiſſe Regno Gallico, utpote minoris dignitatis, ut mox probabitur, ſubjicere, atque ita ſeipſum per conſequentiam ignominiâ afficere.

Tertiò Carolum M. bella tot ingentia 47. annis per totam Europam ferè geſta non viribus Francorum Occidentalium (uti Gallici Scriptores jactant) ſed univerſorum ſuorum Populorum pro hoſtilis regionis ſitu ac potentiæ qualitate perfeciſſe modò Francis Occidentalibus ſolùm, modò & Orientalibus ſimul, modò pluribus Populis ſubjectis & confœderatis utendo, uti ex *Eginhardo in illius vitâ paſſim, dictis*

A. *Annal. Regum Francic. & aliis Scriptoribus ſatis ſuperq; conſtat.*

Quartò: Carolum eundem ex Germania per Venetam ditionem & Ravennam Romam tendentem à Pontifice Leone III. cum toto Clero obviam facto receptum, & eò venientem ab illo poſt ſeptimum diem ante nil tale cogitantem (nam ut cognoſceret de criminibus Papæ iſti impoſitis, ac illum innocentem repertum defendendum, reosque ad ſupplicium trahendos acceſſerat) cuncto Romano Populo ita volente ac acclamante, adeoque neutrò vi bellicâ, multò minus armis Francorum Occidentalium in ſpecie, ut Galli jactant, adacto in compenſationem fidelis in Deum & conſequenter Pontifices aliquot hos protegendo, ac infideles, puta Saxones, Saracenos, Mauros & Hunnos armis potiſſimùm Germanorum, non verò Gallorum (ut mox demonſtra-

B. bitur) devictos ad Chriſtianam fidem deducendo, præſtitæ operæ Diademate Imperiali cum titulis Imperatoris & Auguſti obtinuiſſe, ut ex *Eginhardo in ejus vita, dictis Annalibus Regum Francicorum, Anaſtaſio Bibliothecario in vita Leonis III. Reginone l. 2. Chronic. ad ann. 800. Æmylio l.3. Rer. Francic. in pr. & aliis tam Germanis, quàm Gallicis Scriptoribus conſtat.*

Certum enim eſt, & ex Scriptoribus dictis ſatis probari poteſt, Franciam Occidentalem in Regni Carolini primordio illarum virium non fuiſſe, ut ex illa tanti exercitus & theſauri, quanti ad tam ingentia bella conficienda neceſſarii fuerunt, deſumi potuiſſent, ut etiam ex utriusque deſcriptione apud *Eginhardum circa med.* patet, ubi ita narrat: *Nam cum prius non amplius, quàm ea pars Galliæ, quæ intra Rhenum & Ligerim Oceanumque & mare Balearicum jacet; & pars Germaniæ, quæ intra Saxoniam & Danubium,*

C. *Rhenumque & Salam fluvium, qui Thuringos & Sorabos dividit, poſita, ac à Francis, qui Orientales dicuntur, incolitur, & præter hæc Alemanni ac Bojoarii ad Regni Francorum poteſtatem pertinerent: ipſe per bella memorata primò Aquitaniam & Vaſconiam, totum Pyrenæi montis jugum & usque ad Iberum amnem, deinde Italiam totam (quam tamen nunquam Regno Gallico inſeruit, ſed Pipino medio filio, ut ſuprà dictum, tanquam ſingulare Regnum attribuit,) tum Saxoniam, poſtquam utramque Pannoniam & Daciam, Hiſtriam quoque & Liburniam atque Dalmatiam perdomuit.*

Sed non opus eſt in Caroli hujus Magni primâ imperii acquiſitione, & in Germanos vel Gallos tranſlatione tantum momenti ponere, atque ad deducendum illius vel hujus gentis inde proveniens jus tantoperè inſudare, *cum à parte Gallorum prætenſum illud jus cum deficiente Carolino in Ludovici IV. Arnol-*

D. *phi filio Imperii Diademate, jam anno 911. vel ſecundum nonnullos 912. exſtinctum ſit, ut inde ineptum principium repetendi, vel potiùs vi militarique manu recuperandi Imperii Romani, ſicut inculcant inter alios Nicol. Vigener. in Bibliotheca hiſtorica M. Beſianus Arroyus in Quæſtionibus Deciſis, Quæſt. 2. f. 110. Caſſan. de la recherche des droits du Roy & de la Couronne de France l. 1. chap. 2. Auberius in Prætenſion. Regis Gall. paſſim, & imprimis l. 2. c. 2. deſumatur.*

Quia à parte Germanorum noſtrorum recentior poſſeſſionis per aliquot ſecula continuata indiſputabile Jus ſtat: quod etiam Regis Galliæ Henrici II. Legatus Johan. Fraxineus apud Thuanum l. 10. Hiſtor. f. m. 201. fatetur his verbis: *Imperium in Regum Franciæ familiâ primùm fundatum commune utrique genti fuit, deinde ad Germanos tranſlatum eſt.*

Cũ enim (1.) ut ex hiſtoriis notũ eſt, inter filios Ludovici

A vici Pii Carolus Calvus natu minimus Imperium Romanum, perſuaſo & approbante Pontifice ad ſe traheret, ac ideò cum fratre Ludovico natu majore & Germaniæ Rege in diſſidium laberetur, cum illo verò & fratre Lothario, ac fratris Pipini filiis ob Regnum Aquitanicum *atrox bellum gereret, & illâ occaſione Britanni ac Normanni* cum maximâ Regni Francici jacturâ validis exercitibus irruerent, poſteà verò idem Carolus mortuo Ludovico hujus Regnum etiam ad ſe rapturus eſſet, & ejus filius natu maximus ejuſdem nominis violentam iſtam invaſionem legatione binâ deprecari non poſſet, ac res tandem ad arma veniret, victoriaque ab hujus partibus ſtaret: *In Italiam quoque Saracens irruerent*; & in his periculis Carolus moreretur, illiuſque Succeſſor Ludovicus Balbus ſine liberis legitimis (nam ejus filii Ludovicus & B Carolomanus ex impari conjugio nati pro inidoneis habebantur) defunctus eſſet, & ideò Boſo ac Theodoricus Regni Primores Ludovicum ad Regnum capeſſendum invitarent, controverſia verò illa tandem per pactum, quo illi Lotharingia ceſſit, ſopiretur: Poſteà illis etiam ſine liberis defunctis in Francico Regno *Carolus Craſſus* Caroli Calvi ex fratre Ludovico nepos ſuccederet, & hic à Normannis ingenti bello peteretur, ſine liberis etiam decedens: *Huic verò Carolus (poſteà Simplex dictus) ſuccedere deberet*, ſed illi ob teneram ætatem & tantas turbas Regnum committi non poſſet, & ideò Proceribus conſultum videretur, ut Eidoni illorum præcipuo adminiſtratio concederetur, hic verò rapto Regno illum planè ejiceret, & interim Normanni ſub Duce Rollone iterùm Franciam invaderent: Eudone verò mortuo ejus frater Robertus Regnum quoque uC ſurparet, Carolus captus in cuſtodia arcta detineretur, ac ideò *Rudolphus Burgundiæ Dux in Regem eligeretur*, Carolus quoque paulò pòſt Peronæ in cuſtodia, ac Rudolphus ille ſimul moreretur, ut legi poteſt apud *Aimoinum lib. 5. de Geſtis Francicis cap. 42.* Ei verò Caroli filius *Ludovicus* ex Anglia revocatus ſufficeretur, & hic à Rudolphi fratre *Hugone* per rebellionem ingentem in Regno turbaretur, ac *per Hungaros* in Franciam irruentes magnum damnum pateretur, iiſque recedentibus *a Normannis novo bello*, in quo *Ottonem, Germaniæ Regem, & poſteà Imperatorem factum*, auxiliatorem habuit, peteretur; Regni illius vires admodùm, ut mox dicetur, debilitatæ ſunt, illudque inſuper mortuo nepote ejus *Ludovico, Ignavo dicto, è Caroli Magni ſtirpe ultimo Rege ad extraneam familiam, Capetorum ſcilicet circa annum 989. per*D *venit, ac ita ſua illius familia in obtento Imperio tunc exſpiravit.* *Et (2.) Reges hi*, (qui ſimul Romani Imperatores fuerunt,) ob domeſticas turbas irruptionibus barbarorum in Italia ſatis reſiſtere, Eccleſiamque Romanam ab iis pro debito defendere non poſſent, illo ipſo *Pontifici Hadriano III. jam tunc ante ſeculum, nempe anno 885. anſam & occaſionem dederunt, ad decretum ferendum, ut in poſterum Italia inquilini Reges præficerentur.* Quod illum eventum habuit, ut duo ſimul Reges Berengarius Forojulienſis & Uido Spoletanus Dux magnis factionibus etiam Pontificum & illorum partes diverſas ſequentium innixi ſe ingererent, hicque illum tandem ejiceret, & Imperiale Diadema à Stephano VI. Papâ obtineret, *Berengariumque eò adigeret, ut Arnolphum Germaniæ Regem in auxilium accer*A*ſeret*, hicque primùm *filium Zvendebaldum* cum exercitu in Italiam ad opem illi ferendam mitteret, ille verò nihil perficiente ad preces Deſiderii novas *ipſe* cum ingentibus copiis mortuo quidem Uidone, ſed in ejus locum filio Lamberto ſuffecto, in illam moveret, & Romam partim caſu, partim vi caperet, & Formoſo Papâ confirmato ejectiſque Sergianis alteræ factioni addictis *ſe Imperatorem inungi curaret.* *Sed cum Imperator hic Berengarium poſteà excæcare, & Regno Italiæ pellere intentaret, in odium Italorum incidit*, & Pontifice Stephano VI. in locum dicti Formoſi mortui ſuffecto factio Sergiana, cui, utpote Italicæ libertati ſtudioſæ, & ipſe addictus erat, iterùm prævaluit, quo facto Pontifex ille electionem Arnulphi tanquam Simoniacam, annullavit, & Lambertum prædictum in Imperatorem unxit. Sed SteB phano illo mortuo ejus ſucceſſores Romanus & Theodorus II. illius acta reſciderunt, & ita Schiſma Papale magis magiſque crevit. Poſt illos Johannes X. aliis IX. Papa electus conventu habito Formoſi Prædeceſſoris acta quidem confirmavit, ſed Arnolphi Imperatoris unctionem, ut vi factam, reſcidit, Lamberti verò coronationem ratam habuit. Sed paulò pòſt etiam Lamberti hujus imperium, ut nimis grave, ab Italiæ Proceribus rejectum, & Berengarius, illo ab Hugone in venatione interemto, Regnum iterùm adiit, & Ludovicum Boſonis Provinciæ Regis filium ab ejus æmulis in Italiam pro Rege & Imperatore vocatum in eas anguſtias compulit, ut pro obtenta dimiſſione Juramentum de non rediendo præſtiterit. Arnolpho autem poſteà morbo pediculari mortuo & Berengario ſuperbiæ à Lambertina functione accuſato, vocatus rurſus fuit *Ludovicus prænomina*C*tus.*

Hoc imperante, Ungari primam in Italiam irruptionem fecerunt anno 901. & Berengarius viribus ſuis diffidens in Bavariam aufugit, poſteà verò iterùm in Italiam ſe occultè contulit, & Veronæ Ludovicum nihil tale cogitantem cepit, atque oculis privatum Regno ſe abdicare denuò coëgit.

Dum hæc ita geſta, Ungari rurſus Italiam magno exercitu ingreſſi a Berengario eò redacti ſunt, ut pacem binâ peterent vice, rejectam verò animoſâ incautorum hoſtium invaſione & profligatione cum magno pro abitu promiſſo & obtento lytro extorquerent. ut hæc omnia *à Puteano in Hiſtor. Inſubr. lib. 5. c. 3. & ſeqq.* elegantiſſimè deſcribuntur & in Commentario ibid. latè deducuntur.

Circa illa tempora Sergius III. jam bis Pontificatus ſpe dejectus nihilominùs illum per audacem ingeſtionem obtinuit, & multa turbavit, eoque D anſam Ungaris & Saracenis Africanis iterùm infeſtandi dedit, & ſequenti anno 911. *Ludovicus Germaniæ Rex è Carolina familia ultimus vitam cum morte commutavit, ex libera electione Cunradum I. Francum Succeſſorem habens.* Interim Berengarius anno Regni 28. Salutis verò 916. Imperator à Johanne X. Pontifice creatus, ſed paulò pòſt ingens rebellio à primoribus quibuſdam Italiæ adverſus illum ſuſcepta & Rodolphus Burgundiæ in Italiæ Regem vocatus, ab iiſque læto animo receptus ac coronatus, ob Italorum verò inconſtantiam civile ex illa re bellum, nonnullis Berengario, aliis Rodulfo adhærentibus, ortum eſt, in quo poſt atrox prælium Rodulfus tandem victor evaſit, Berengarioque per conſpirationem Flamberti & Sociorum anno ſequenti in Templo perfidioſè ſublato, Regnum illud ſolus nactus,

ſed

ſed *Ungarorum novâ irruptione* magnum detrimentum paſſus, & paulò pòſt per fraudem Ermengardæ, viduæ Alberti Eporædiæ Marchionis, in odium Primorum tantum incurrit, ut hi *Hugonem* Comitem Arclatenſem adverſus illum Regem conſtituerent, & viribus ſuis diffidentem ad relinquendum Regnum adigerent. Sed cum etiam Hugo hic ſe nimis inſolentem gereret, Italorum animos ita quoque à ſe avertit, ut hi Rodulfum iterùm advocarent, illo verò non comparente, *Arnoldum Bojoariorum Ducem in Regem eligerent*, *Hugo contrà* ad invidiam declinandam filium ſuum Lotharium Regni ſocium ſibi adſciſceret. *Non diu pòſt mortuus eſt Rodulfus & magnus Ungarorum exercitus in Campaniam irruit*, & *Berengarius II.* dictus, in Italiam accitus à Proceribus læto animo ſuſceptus, ſed paulò pòſt ita *conventum fuit*, ut & Hugo cum filio Lothario & Berengarius ille ſimul regnarent, *ſed Hugo* ſe ſperni videns, relicto Lothario, in Provinciam rediit, hic verò ex ſævo animi dolore mortuus, atque ita *Berengarius ſolus Regno potitus eſt*, filium tamen Albertum ſocium ſibi aſſumendo. Cum verò Berengarius hic ſe quoque nimis arrogantem præberet, & *Adeleidam* Paplæ Dominam Urbe illâ vi expelleret, atque cuſtodiæ manciparet, *illa clam evaſit, & ad Athonem avunculum ſe contulit, & hic ad ſuorum tutelam Ottonem Germaniæ Regem cum oblatione Regni, matrimonii & omnis ſubſidii in Italiam accivit*, ac illius acceſſu ab acri Berengarii obſidione liberatus, nec non illi *prædicta Adeleida* in munerationem nuptui data fuit. Revertente verò illo in Germaniam, Conradus Gener Lotharingiæ Dux juſſu Regis belli reliquias confecit, & Berengarium eò adegit, ut ille cum filio Adelberto ad Ottonem in Saxoniam ſe conferret, & veniam ſupplex peteret. *Quo facto Otto* ipſi Regnum, exceptâ Marchiâ Veronenſi ac Forojulienſi fratri Henrico attributâ, reddidit, *ſed* malo eventu, dum ille denuò motus in Italia excivit, *quare Otto à Pontifice Agapeto II. in auxilium vocatus filium Litulfum* cum valido exercitu adverſus Berengarium miſit, illo verò inſidiis ex vivis ſublato Berengarius magis magisque graſſatus eſt, *quare motus Pontifex Johannes XIII. Legatos in Germaniam ad Ottonem miſit, rogitans, ut ad defenſionem Eccleſiæ & ſalutem Italiæ cum exercitu eò veniret, promittendo, ſe hoc præſtito illum Auguſtalibus inſignibus ornaturum, ac pro Defenſore ſummo Eccleſiæ recepturum eſſe*, illosque ſtatim ſubſecuti ſunt Valpertus Mediolanenſis Archipræſul, Valdo Comenſis Epiſcopus ac Odbertus Marchio ob tyrannidem Deſiderii auxilia requirentes, & per Valpertum Regni inſignia offerentes.

Otto igitur validiſſimo cum exercitu Italiam intrans ſtatim à Valperto conſenſu Procerum Mediolani in Regem Italiæ unctus, & poſteà Romam cum maxima lætitia omnium veniens, à Pontifice prædicto Auguſtus & Imperator cum univerſi Populi & Cleri acclamatione nominatus, ac Imperatorio Diademate coronatus fuit, ut hæc omnia etiam brevitate elegantiſſimâ refert *Puteanus d. Hiſtor. Inſubr. l. 6. c. 2. & ſeqq.*

Sed brevi duravit hic Italorum amor, nam paulò pòſt *Pontifex* approbantibus Proceribus Berengarium, ut ſuæ nationis, iterùm Ottoni præferre, huncque ut extraneum ex Italia pellere conſtituit. *Otto contrà illud* animadvertens ad Berengarium ſupprimendum ac eliminandum omnem impendit operam, Romamque cum parte exercitus veniens, Pontificem cum Adelberto Berengarii filio jam aufugiſſe cognovit, ideoque ad corrigenda in-

A. veterata mala *Conventum Epiſcoporum inſtituit*, & cum in illo hi de Pontificis illius ſceleribus querelas funderent, ille ad ſe purgandum Romam citatus, omnes pœnis inferorum devovit & Sacris privavit, ab omnibus unanimiter rurſus exauctoratus, *Leoque Protoſcriniarius ei numero Octavus ſuffectus fuit. Quare Johannes* dignitatis recuperandæ ingenti deſiderio flagrans *Populo Romano* omnem Theſaurum S. Petri unà ſecum ablatum dividendum pollicitus eſt, ſi in Ottonem arma converteret & inſurgeret, *illumque divite hoc præmio ad invaſionem deſideratam impulit*, *Ottone* verò ſimiliter, licet ſerò, arma ſuorum opponente, & iis Romanos in fugam propellente, ac obſidibus centum datis pacem concedente.

Sed cum ille ad reliqua Berengariorum munimenta expugnanda cum exercitu abiiſſet, *Romani ſtatim*
B. *armata manu Leonem expulerunt, & Johannem reſtituerunt* in ejusque paulò pòſt mortui locum, alium nomine *Benedictum V.* ſuppoſuerunt, *quare Otto fremens* cum exercitu redux Romam arctâ obſidione ita preſſit, ut Romani ſpontè portas aperirent, & veniam Imperatoris implorarent: *atque ita Româ receptâ Leonem dignitati reddidit, Benedictum verò delictum agnoſcentem, in Germaniam, conceſſo aliquo Diaconatu ablegavit.*

Poſteà Otto per Lombardiam in Germaniam ſe rursùs contulit, quo facto *Lombardi* novos tumultus excitarunt, & Adelbertum ex Corſica revocarunt, *ac Ottoni anſam dederunt, ut* Burcardum Ducem magno cum exercitu in Italiam retromitteret, qui etiam Adelbertum magnâ ſtrage affecit.

Interim Romani Leone Pontifice mortuo Johannem XIII. alias XIV. in ejus locum ab Imperatore ſuffe-
C. ctum urbe expulerunt: *Quare Imperator* ipſe Italiam repetens primò in Lombardia & poſteà Romæ auctores rebellionis ſeverè punivit, & res in Italia compoſuit ac firmavit. *Paulo pòſt ejus filius Otto II. in Italiam venit, & à dicto Johanne Pontifice Romæ cum patre coronatus, ejusque conſors Imperii factus eſt. Et cum Nicephorus Imperator Græcorum* in Calabria, Apuliâque Imperium continuare ſatageret, *Otto* ejus præſidia & copias poſt aliquot prælia ejecit, *paulò pòſt mortuus.*

Illi ſucceſſit dictus filius Otto II. abſque ullo in Italia memorabili facto patrato, à Græcis enim & Saracenis Calabriam & Apuliam in ejus abſentia occupantibus gravi prælio victus fuit, Romanis & aliis copiis in exordio pugnæ ex odio adverſus ipſum recedentibus.

D. *Ex illo tempore ſemper in Italia tumultuatum Proceribus illud Regnum Germanis invidentibus & ſuorum imperium appetentibus, ſiquidem ſub illo Creſcens Nomentanus* Imperium ambivit Romani Populi applauſu, *& ſub ejus filio Ottone III. idem auſus eſt*, & poſt ejus mortem *Ardoinus Eporadienſis Marchio* ad ingeſtionem ſuam à Proceribus *Rex Italiæ creatus, Henricus verò Bavariæ Dux ab Epiſcopis Rex adverſus illum conſtitutus eſt, quare hic tandem* contra illum ad preces Archiepiſcopi Mediolanenſis exercitum validum ſub ductu Ottonis Ducis in Italiam miſit, verùm illo ab Ardoino profligato ob domeſticas turbas aliquandiu quievit, poſteà verò ad iteratam Legationem ipſe cum fortiſſimo exercitu Italiam intravit, & *Ardoinum poſt cruentum prælium ſuperavit, inde Mediolanum accedens ferreâ, ut vulgo erroneè nominatur, ac Romam intrans aureâ coronâ conſuetis modis decoratus.*

Illo verò in Germaniam reverſo Ardoinus iterùm turbas concivit, ſed in illis ab Archipræſule Mediolanenſi turbatus abdicato Regno in monaſterium ſe contulit. *Interim Græci* in Apulia & Calabria imperium magis magiſque firmarunt, *quare* Rex Henricus ex Ducibus Bavariæ oriundus ad illos coërcendos, in Italiam ut veniret, rogatus magno cum exercitu eam intravit, & *Græcos* aliquo modo coërcuit, *Germaniam verò repetens morte abreptus fuit.*

Ejus Succeſſor Cunradus Franconiæ Dux in Germania Comitiis Imperator electus ob novas in Italia turbas eò cum valido exercitu progreſſus, & ab *Archiepiſcopo Mediolanenſi ibi coronâ ferreâ (ut vocari ſolet) in Regem Italiæ, & Romæ aureâ in Imperatorem coronatus eſt*, ut ex *Sigon. l. 4. & ſeqq.* & aliis Scriptoribus fide dignis luculenter conſtat. *Illoque jure usque ad hunc diem per Germanos Imperatores*, ſi familia Carolina omittatur, annis circiter ſeptingentis & ſexaginta *Imperium Romanum adminiſtratum fuit.*

Cum itaque ex prædictis clarè pateat, 1. *Carolinam Lineam* jam ante ejus exceſſum Imperio Romano jure privatam fuiſſe, ſubſequentes verò Reges Galliæ per tot ſecula illud ſibi nunquam, ſi recentiora tempora, in quibus tamen ſaltem ſcriptis & clandeſtinis machinationibus illud factum, demantur, modo competenti vindicaſſe: *Contra verò* 2. *certiſſimum ſit, ab Ottone I. Imperatore illud ad Germanos pleno jure* (quod etiam teſtatur *Tholoſan. d. lib. 18. c. 2. in f.*) *eſſe translatum, & apud eosdem per tot ſecula abſque ulla interruptione validâ permanſiſſe, neceſſario omninò ſequitur*, illas prætenſiones, quæ à Gallicis Scriptoribus tam Hiſtoricis, quàm Politicis, (*à Regibus enim ipſis hucusque noſtro quidem ſcitu palàm ſimile tentatum non fuit*) per aliquod temporis ſpatium in vulgus magno conatu & plauſu editæ ſunt, *nihil aliud quam vana ſomnia & fulgures ex pelvi eſſe*, ſicuti etiam illæ à multis præſtantiſſimis viris, ac nuper à *Kippingo in notis ad dictas Auberii prætenſiones*, & *Nicolao Martini in Libertate Aquilæ triumphantis* ſolidè diſcuſſæ ſunt, de quo etiam legatur *Limn. Tomo V. l. 1. c. 5.* *ut taceamus, Germanicum & Italicum Regnum ab illo jure, quod Pontifex Leo III. in Carolum M. olim conſenſu Cleri & Populi contulit, minimè dependere: Dum Pontifex ille* nihil niſi dominium in Urbem Romam & pauca ei ſubjecta territoria contulit, ut bene demonſtrat *Conring. de Germ. Imper. Romano cap. 7. 8. & 9.* *& Pacificus à Lapide in Not. & Strict. ad Severin. de Monzambano Diſc. 6. Sect. 11. & ſeq.* *Sed utrumque liberum, & prius quidem* poſt Caroli Magni demùm tempora quoad nomen ortum, *poſterius* verò Germaniæ Regibus in Italiam protegendæ Eccleſiæ Romanæ cauſâ vocatis & profectis, *per Ottonem M. acquiſitum fuiſſe*, ut apud eund. *Conring. c. 12.* legi poteſt, & aliàs ex hiſtoriis ſatis notum eſt, *ſicuti etiam ob diverſa illa regna tres quoque diverſæ coronæ, nempe Romana, Lombardica & Germanica Imperatoribus Romanis impoſitæ fuerunt*, *ut d. ſeq. cap. 3. theſ. 12. explicat. 1. pleniùs dicetur.*

II. *Cum ergò*, ut dictum, *Papa ille Dominus Imperii Romani non fuerit, ſed ſaltem ut Pontifex Summus conſenſum ſuum in translationem Romæ, & tunc ad illam pertinentium exiguarum Provinciarum, ſub nomine Patrimonii Petrini vulgò comprehenſarum, Carolo Magno jam Italiæ per devictionem Longobardorum Domino & victori à Populo Romano factam, & quidem tantùm, quoad præſumtum jus ſuum Spirituale*, ſecundum

A. quod ei, ut probus, pius ac Chriſtianus Princeps in Imperatorem conſtitueretur, & fides Chriſtiana per eum conſervaretur, incubuit, *interpoſuerit, illumque unxerit ac coronaverit: Clarum inde eſt, illum Imperium Romanum, quod memorato modo nunquam in poteſtate ejus fuit, neque Populus Romanus in tantas anguſtias redactus, tunc poſſedit, transferre non potuiſſe neque voluiſſe, ſed ſaltem Jus illud*, quod Carolus in vindicanda Italia obtinuit, per dictam unctionem & coronationem *confirmaſſe, quod etiam latè demonſtrat Garrenius in Orat. de Pontif. Electi Roman. Imperat. coronatione, poſt medium. & Pacif. à Lapide d. Diſc. 6. Sect. 12. & ſeq.*

Hinc rectè deducitur Carolum illum Magnum ſaltem Italiâ per bellum, & Româ cum Patrimonio Petri ita dicto per electionem Populi Romani me-

B. diante dictâ unctione ac coronatione potitum fuiſſe; de quo argumento etiam legi poteſt Idem *Pacific. à Lapid. d. Diſc. 6. Sect. 13.* *Nam quod plerique Politicorum etiam transactionem à Carolo illo cum Nicephoro Orientali Imperatore initam*, & illâ Imperium in eum translatum fuiſſe, *addunt, idque expreſſe recenſeat Aventin. lib. 4. Annal. Bojar. f. 205. non immeritò aliis & inter eos Gevvoldo de Septemviratu cap. 8. p. m. 139. ob ſeqq. rationes diſplicet, quia* (1.) nemo coævorum illius mentionem facit, nec tabulas recenſet. (2) *Irene*, ut tutrix filii Conſtantini impuberis, ut quidem profertur, illam perficere nequivit, nec voluit, quippe Carolo & Francis ob potentiam ita diffidens, ut dicto ſuo filio Caroli Magni filiam prius petitam poſteà in matrimonium collocare noluerit, ſed ei Orientalem quandam virginem junxerit, ut expreſsè narrat *Zonaras Tom 3. Annal. ſub Ejus Imperio.*

C. *Quidquid verò ſit, licet vera & expreſſa transactio de toto Imperio non intervenerit, certum tamen eſt implicitam & analogum quid obveniſſe, per fœdus amicitiæ, vel pacis inter Imperatorem Carolum Magnum & dictam Irenem, ut conſtat ex Annal. Franciæ. Regum Pipini, Caroli Magni & Ludovici Pii ad ann. 798. & 802. nec non Imperatores Nicephorum Michaelem & Leonem* cum Eodem contractum, ut indicat *Eginhard. in vita Caroli Magni circa med.* his verbis: *Imperatores Conſtantinopolitani Nicephorus, Michael & Leo ultrò amicitiam & ſocietatem ejus expetentes complures ad eum miſére Legatos, cum quibus tamen propter ſuſceptum à ſe Imperatoris nomen, & ob hoc quaſi qui imperium eis eripere vellet, valde ſuſpectum, fœdus firmiſſimum ſtatuit, ut nulla inter partes cujuslibet ſcandali remaneret occaſio. Et paulò antè refert: Carolum noſtrum occupatâ ab Hunnis utrâque Pannoniâ ac Dalmatiâ maritimas Ci-*

D. *vitates ob amicitiam & junctum fœdus Conſtantinopolitano Imperatori permiſiſſe.* *Et dictorum Annalium Autor ad ann. 803.* ibi: *Legati Imperatoris de Conſtantinopoli reverſi ſunt, & venerunt cum illis Legati Nicephori Imperatoris, qui tunc Rempublicam regebat: (nam Irenem poſt adventum Legationis Franciæ depoſuerant) qui venerunt ad Imperatorem ſuper fluvium Salam in loco, qui dicitur Sele: & conditionem faciendæ pacis in ſcripto ſuſceperunt: & inde dimiſſi cum epiſtola Imperatoris Romam regreſſi atque Conſtantinopolin reverſi ſunt:* quæ omnia confirmat *Reſcriptum Caroli ad d. Nicephorum anno illo ſuper pace inter utrumque Imperium exaratum, apud Goldaſt. in Collectionibus Conſtitut. Imperial. Tomo uno f. 114.* *Et ad annum 812. Nicephoro Imperatore mortuo Michael gener ejus Imperator factus Legatos Imperatoris Caroli, qui ad Nicephorum*

Digitized by Google

phorum miſſi fuerunt, Conſtantinopoli ſuſcepit ac abſolvit. Cum quibus etiam ſuos Legatos direxit; & per eos pacem à Nicephoro inceptam confirmavit. Nam Aquisgrani, ubi ad Imperatorem venerunt, ſcriptum pacti ab eo in epiſtola ſuſcipientes more ſuo, id eſt, Græcâ linguâ ei laudes dixerunt; & Imperatorem ac βασιλέα eum appellantes; & inde reverſi Romam in Baſilica Sancti Petri eundem pacti ſeu fœderis libellum à Leone Papâ denuò ſuſceperunt. ac tandem ad annum 814. refert, quod Leo Imperator Michaelis Succeſſor per Legatos ſuos ad Dominum Carolum deſcriptionem ac confirmationem pacti ac fœderis miſit. Quibus ſuſceptis atque demiſſis Dominus Ludovicus Legatos ſuos ad Leonem Imperatorem ad renovandam ſecum amicitiam & prædictum pactum confirmandum miſit. Quibus addi poſſunt Ado Viennenſis in Chronico Ætate VI. Friſing. lib. 5. Chron. cap. 31. & ſeq. Paulus Æmilius l. 3. f. m. 72. & ſeq. Sigon. d. l. 4. f. 103. & alii.

Cum enim ex dictis liqueat; (1.) certa pacta fœderis inter Carolum Magnum & dictos Imperatores inita. (2.) Carolum illum à Legatis Nicephori Imperatorem & βασιλέα dictum, & (3.) inter utrorumque Imperatorum Succeſſores Ludovicum Pium ac Leonem prædictum de finibus Dalmatarum ac Forojulienſium diſceptationem habitam fuiſſe, ex dictis Annal. ad ann. 817. & Sigonio d. l. 4. ad eundem annum conſtet, omninò inferendum eſt, tranſactionem quandam ad minimum implicitam peractam eſſe. Quia verò (4.) certum eſt, Carolum noſtrum Longobardis ſolam Italiam abſque Romana ditione, quam ſemper Pontifices cum Populo Romano adverſus Longobardos defenderunt, & Apuliâ atque Calabriâ, (ut de Sicilia, Sardinia & Corſica tanquam remotioribus taceamus) quas Græci Imperatores usque ad Ottonis Magni tempora ſemper retinuerunt, & poſt illum ſub Imperio filii Ottonis II. receperunt, ac hoc prælio victo, diu adhuc poſſederunt; ut poſt Ottonem Friſingenſem lib. 6. c. 24. & ſeqq. etiam narrat Sigon. lib. 7. ad ann. 969. & 979. & ſeqq. ſequitur infallibiliter conventionem vel tranſactionem illam non univerſaliter de toto Imperio, ſed ſaltem particulariter, & quidem de Provinciis, quas Carolus M. Longobardis & Hunnis vi bellicâ ademit, & Græci Imperatores pro derelictis habuerunt, ſolùm factam fuiſſe.

III. Quæritur: An Imperium noſtrum adhuc rectè dicatur & ſit Romanum?

Pro affirmativa pugnant ſequentes rationes:

Quia (1.) antiquum illud Romanum legitimo modo ad Germanos translatum eſt, ut in præced. demonſtravimus, & adhuc durat; ex primordio autem res æſtimanda; l. 8. ff. mandati, & L. 1. ff. de O. J. Hinc etiam Maximilianus I. Imperator In der Königlichen Satzung von den Gotteslåſtern in pr. Juſtinianum Imperatorem anteceſſorem ſuum in Imperio vocat.

(2.) antiquum illud Romanum Imperium ex viſione Danielis c. 2. & 7. ad ultimum Chriſti adventum durare debet, illud verò nullibi, quàm in Imperio noſtro continetur. ut id latè deducit Chriſt. Matthias in Theat. Hiſtor. in Prolegom. & præcognitis ad l. 4. de quo tamen ſeq. c. 2. th. 11. explicat. 1. latè diſquiritur.

(3.) Hodierni Imperatores antiquis inſignibus citra ullius Monarchæ contradictione utuntur.

(4.) Imperium omne, quod ab hoſtibus totaliter non exſtinctum, ad legitimos Succeſſores etiam par-A. tialiter pervenit, nihilominus antiquum ſuum titulum & reſpectum retinet, ut id egregiè poſt Albertic. Gentil. l. 1. de Jure Belli c. 23. probat Grot. l. 2. de Jure Pacis & Belli c. 9. n. 11.

(5.) Ubi Imperator, ibi etiam Roma eſt, arg. l. 15. in pr. (de Inoff. Teſt. ac Nov. 1. in pr. & Herodianus l. 1. c. 14. & omnes Imperatores Conſtantinopolitani; licet plerique illorum Româ caruerunt, cum populis & exercitibus ſuis, ut ex hiſtoricis Græcis conſtat, Romani dicti fuerunt, ſicuti illud poſt Bulenger. l. 2. de Romano Imperio c. 8. probat Limn. l. 1. c. 4. n. 15. & ſeqq.

(6.) Illud omnes Monarchæ tam Chriſtiani (ſi Gallicorum quorundam Scriptorum ineptias ſuprà refutatas demas) quàm Gentiles pro tali agnoſcunt, ut ex hiſtoriis notum, & ab Arum. de Jur. Publ. Diſc. 1. p. 8. latè probatur. de quo etiam lege Pallas. in Aquila inter lilia l. 1. c. 5. n. 1. & ſeq. & B. Lentulum de Statu Rei Romanæ l. 5. c. 2.

Nec obſtant argumenta in contrarium à Carolo Molinæo de Monarchia Francica n. 20. & ſeq. Marta de Juriſdiction. p. 1. c. 21. n. 22. Ulrico Hubero de Genuina Ætate Aſſyrior. & Medor. Regni p. m. 142. & ſeq. Chamiero in Panſtrat. Cathol. Tom. 2. l. 16. c. 2. Bodino in Methodo Hiſtor. c. 7. Aubrio de Prætenſ. Reg. Gallia afferri ſolita, & à Limn. l. 1. Jur. Publ. c. 4. n. 1. & ſeqq. relata.

Reſpondetur enim 1. ab unius Regni diminutione ad ejus totalem interitum non valere conſequentiam, quia Regna ſunt inſtar peculii, entis congregativi & fluvii; quæ aucta & diminuta nihilominus eſſentiam & nomen ſuum retinent, arg. L. 7. ff. quod Univerſ. nomine, & Heig. l. 1. quæſt. 2. n. 28. & ſeqq. quemadmodum etiam Imperium Romanum antiquum tam in flore ſummo, quàm in diminutione ſumma, C. ſemper ſuum nomen retinuit. 2. A privatione ſedis, Regni vel Imperii ipſius ſimiliter non valere conſequentiam: Quia ubi Imperator, ibi etiam Roma eſt, arg. L. 35. in pr. C. de Inoff. Teſtam. ac Nov. 1. in pr. & Herodian. l. 1. c. 14. unde Bizantii nova Imperii conſtituta illa Roma nova appellari & haberi cœpit, §. fin. Inſt. de Satiſdat. Friſing. lib. 4. Chron. c. 5. Zonar. lib. 3. Sub Imperio Conſtantini Magni f. m. 114. & Valentiniani Junior. ac Theodoſii. Sic quoque cum Pontifices Romam certâ de causâ à tempore Clementis V. ſive anno 1306. ut refert Machiav. in Hiſtor. Florent. p. m. 36. Avenioni ſedem ſuam figerent, etiam Roma ibi eſſe dictum, & omnes ibi ſubſiſtentes Pontifices per annos 74. nihilominus Pontifices Romani dicti ſunt, de quo legi poteſt Platinâ in vita illius. Ut taceamus Romam vi & armis vel aliis legitimis modis nunquam ab Imperio noſtro fuiſſe avulſam; ſed conniventiâ quorundam Imperatorum ac dolis Pontificum libertati ſuæ fuiſſe quaſi re-D. lictam, Advocatiæ tamen Jus ſaltem in integro manſiſſe; adeoque Imperatores hodiernos ad exemplum aliquot Prædeceſſorum jus ſuum in illam ſemper exercere poſſe, ut bene deducit Conring. d. tr. c. 23.

Cæterùm quo jure & nomine etiam Germania Regnum ab aliquot ſeculis ſub Imperio Romano contentum fuerit, apud Eund. d. tr. c. 12. legi poteſt.

IV. Quæritur hîc: Qualis hodie in Imperio noſtro ſit Status? Monarchicusne an Ariſtocraticus, vel ex utroque mixtus?

Pro Monarchico pugnant ſeqq. rationes principales,

Quia (1.) penes Imperatorem unum & ſolum in Imperio Jura Majeſtatis reſident, ut id latè probat Reinking. lib. 1. cl. 2. c. 2. n. 52. & ſeqq. & idcirco ei

omnes ſubjecti rationem reddere debent, *R. J. de dato Spira* 1529. §. **und nachdem.** *ille verò nullius tenetur Imperio*, neminem enim niſi DEUM & enſem ſuperiorem recognoſcit ex communi Electorum Decreto, *anno* 1338. confecto, & ab Aventino *lib. 7. f. m.* 477. relato: quare etiam Status Imperii agnoſcunt, **daß ſie dem Kayſer keine Form oder Maß zu ſetzen wüſten** / *in R. J. de dato Spira* 1544. §. **Als wir aber.** & Imperator ſummum caput in Imperio vocatur, *R. J. de dato Augaſta* 1566. §. **Und nachdem dann.** de plenitudine poteſtatis omnia ordinat cum mandatis adjectis omnes & ſingulos ſtringentibus, ut ex multis Imperii Receſſibus, inprimis verò *de dato* **Speyer** 1529. *in ſubjectis Conſtitutionibus*, **wie Bruder und Schweſter Kinder** *&c.* & **wider die Widertäuffer** §. 1. *R. J. de dato* **Augſpurg.** 1530. §. **und dieweil wir nun.** ibi, **gebieten wir von Römiſcher Kayſerl. Majeſtät Mache und Vollkommenheit allen und jeden Churfürſten.** *R. J. de dato Spira* 1542. §. **hierumb und dieweil.** *& R. J. de dato Spira* 1544. §. **als wir aber in der Handhabung.** *ubi ter verba illa*, **auß unſer Kayſerlichen Mache und Vollkommenheit** / *occurrunt, & ſimilibus nec non mandatis Imperatorum pœnalibus à Reinking. d. l. a. 72. & ſeqq. aliquot adductis, ac A. B. tit. 3. patet. De quo tamen legi poteſt Limn. ad A. B. in Proœm. obſ. 29.*

(2.) *Imperii Status* omnes & ſinguli Imperatorum noſtrorum Majeſtatem in omnibus ſcriptis, dictis & factis, ut notiſſimum, & inprimis ex Imperii Receſſibus vulgatum eſt, venerantur ac agnoſcunt, ac ideò illos *Dominos ſuos clementiſſimos* vocant, ut ſimiliter omnibus cognitum, non ſolùm ſinguli, ſed etiam univerſi, ut patet ex *actis Imperii apud Lundorpium & Goldaſtum, & in ſpecie apud hunc* **in den Politiſchen Reichshändeln** *p. 25. n. 4. & 5. nec non Hortled. de cauſis Belli German. paſſim & imprimis Tomo 1. l. 4. c. 26. & ſeqq. uti & actis Conventuum Imperii univerſalibus.*

(3.) *Iidem ab Imperatore ſolo inveſtituram feudorum ſuorum regalium petunt, ac flexis genibus accipiunt, eique juramentum ſubjectionis, obedientiæ & fidelitatis jurant*, ut ſimiliter omnibus notum, & prius inſuper *ex A. B. tit. 5. & R. J. de dato* **Wormbs** 1521. §. 4. conſtat.

(4.) *Imperator multa Majeſtatica Jura* (Reſervata ejus vulgò dicta) liberrimè & unicè exercet, ut notiſſimum pariter eſt, & *Schoockius Exercit. adverſus Monzamban. 6. th. 12. & paſſim* probat. *Plura vide apud Reinking. d. l. & Wurzendorff. de Statu & Adminiſtr. Imper. Roman. formâ hodiernâ. itaque junge Slaterum ad Hippolith. à Lapide p. 1. c. 2. & ult. & Schookium d. Exercit. 6. & 7.*

Pro Ariſtocratia faciunt ſeqq. argumenta, quia Imperator

(1.) *in maximis Imperii*, nempe Pacis & belli ac fœderum, Legum conſtituendarum vel abrogandarum, Collectarum indicendarum, vectigalium concedendorum, Comitiorum celebrandorum, & Electorum, Principum & reliquorum Statuum proſcribendorum *negotiis abſque conſultatione, partim cum univerſis Statibus, partim cum Electoribus inſtitutâ, illorumque conſenſu & approbatione nihil perficere poteſt, uti notum & ſeq. c. 4. th. 2. & in expl. remiſſivè demonſtrabitur.*

(2.) *ad certas Leges fundamentales ſtrictè obſervandas per Capitulationem* quondam ab Electoribus,

A. nunc verò vigore Pacificationis Oſnabruggenſis art. 8. §. gaudeant &c. præſcribendam juramento præſtito obligatur, ut ſimiliter notum.

(3.) *Ab* Electoribus & cæteris Statibus Imperii ob prægnantes cauſas deponi vel removeri poteſt, de quo *ſeq. c. 3. th. 17. expl. 2. dictum eſt.*

(4.) *Ariſtocratiam illam* in Imperio vigere teſtes omni exceptione majores, nempe *Albertus Elector Moguntinus, referente Sleidano l. 1. Hiſtor. p. m. 19. & Mauritius Saxoniæ Elector apud Eundem lib. 24. p. m. 696. ubi ille* de Franciſco Galliarum Rege hæc verba profert: *Animi fortitudinem ei tribuunt, ſed ad Monarchiam illa ſpectat, nobis autem inprimis Ariſtocratia eſt retinenda.* *Hic* verò ita de Carolo V. ſcribit: *Carolum illum eò ſpectare, ut illa tot annis fabricata Monarchia conſtituatur aliquando.*

B. (5.) *Imperator Ferdinandus I. in R. J. de dato* **Augſpurg** 1559. *in pr. Carolo V. fratre ſaltem adminiſtrationem Imperii adſcribit.*

Sed ad hæc facilis eſt reſponſio, & quidem

ad (1.) *negando primo conſequentiam: Licet* enim verum ſit, Imperatorem in dictis negotiis Electorum vel etiam omnium Statuum conſenſum ac approbationem requirere debere, & ſine eo nullum perficere poſſe, *attamen* Cæſar hic principales partes agit, dum tractanda proponit, & in perficiendo tantum, quantum reliqui Status collectivè ſumti poſſunt, valet, ut *præced. p. 2. Sect. 2. c. 9. th. 7. expl. 1. & 2.* deductum eſt; & quod ita per deliberationem & tractationem unius atque alterius negocii utrique placitum eſt, *per ſuam auctoritatem* in effectum deducit & promulgat.

Contra verò Status abſque Imperatoris voluntate ad negocia talia tractanda ne quidem poteſtatem conveniendi & proponendi, multò minùs in iis aliquid
C. decernendi aut exequendi habent.

Quoniam ergò à principali ſemper denominatio facienda, per L. 10. ff. de Stat. hom. ſequitur Statum potiùs Monarchicum, quàm Ariſtocraticum dicendum. *Secundò Regerendo: Licet* Imperator in prædictis cauſis ſine Statuum Imperii conſenſu nihil efficere queat, *attamen* conſenſum eorundem non tanquam Collegarum vel parium, ſed ſubjectorum Statuum, ipſe tanquam caput, quo eò melius ad ſalutem & utilitatem publicam negocium unum atque alterum deducatur, & totum Reipublicæ corpus in concordia atque bona confidentia permaneat vi Capitulationis & Legum Imperii fundamentalium adhibet. *Tertiò inſtando: Conſenſum illum* ab Imperatore non ex præcepto vel juſſu Statuum, ſed liberâ voluntate, ſecundum quam Capitulationem cum Electoribus & Statibus hodie
D. perficit, & ſe ad talem normam obſtrinxit, *requiri*, ut mox in reſponſione ad objectionem ſequentem latiùs demonſtrabitur.

Ad (2.) Capitulationem inter futurum Imperatorem ac Electores & hodierno jure Status confectam Majeſtati, & per conſequens Monarchico Statui *nihil officere vel derogare*; *quoniam*

1. *Majeſtas & Monarchia* non præcisè in abſolutè ſed relatè ſummâ poteſtate fundamentum ſuum habet *adeò, ut* ad illam obtinendam ac conſtituendam ſufficiat in una eademque Republica ſolum & unum illum imperantem ſummâ præditum eſſe poteſtate, uti omninò in noſtro Imperio Imperator obtinet: *ſiquidem* 1. ut in præmiſſis annotatum non ſolùm quoad poteſtatem hanc ſemiſſim Imperii conſtituit, ſed etiam auctoritatem & nomen in exequendis & perfi-

perficiendis negociis publicis interponit, 2. *ſolus* Majeſtatem obtinet, *&* 3. *ab* omnibus Statibus humillimâ devotione veneratur, *&* 4. Statibus cum ſumma auctoritate & ſub annexis pœnis atque amiſſione omnium regalium & honorum quandoque imperat, ut ex iis, quæ in rationibus pro Monarchia adſtruendâ allata ſunt, & Reinking. d. l. adducit, patet.

2. Capitulatio illa non jam conſtituto, ſed conſtituendo Imperatori per modum conventionis præſcribitur, adeoque Majeſtati nihil derogat, quoniam illam ſciens & volens init, adeoque ei, neque ut conſtituendo, nedum jam conſtituto Monarchæ per eam aliquid præcipitur.

3. *Quia* ille in tali ſibi Leges non præſcribi patitur, neque ipſe præſcribit, ſed tantùm ad facta & placita Prædeceſſorum ſervanda ſe obligat, & ſi quæ nova adjiciuntur, per modum conventionis liberâ, ut dictum, voluntate in ſe recipit.

Et 4. Majeſtati ac Monarchiæ contrarium non eſt, ex præſcripto Legum vivere, quia *Ariſtoteles Monarchiam talem ſub nomine ſecundum Leges pro vera ſpecie agnoſcit l. 3. Polit. c. 10. Et alias ex Philoſophia notum, magis & minus non variare ſpeciem.* de quo *præced. p. 1. c. 6. th. 2. expl. 1. & 2. & ſeq. c. 3. th. 8. explic. 1. quæſt.* 1. plura dicta ſunt.

Ad (3.) *Jus Imperatores deponendi* graviſſimis de cauſis *ſeq. c. 3. th. 17. explic. 2.* relatis, Electoribus & Statibus Imperii competens Majeſtatem illius non infringere, *quia* 1. illud tunc demùm adverſus illum exercetur, quando Majeſtate ſuâ abutitur, eamque contra Leges juratas ipſemet violat, & illâ ſe indignum reddit, quo caſu Majeſtatem ſuam violari prætendere nequit, cum indignus ſit Majeſtatis patrocinio, qui contra illam agit. *c. ſ. de Immun. Eccleſiæ & cap. 14. de Uſuris.* & oſtendit quoque *Sluter. c. 3. Sect. 2. n. 11. & ſeqq. Interim certum eſt, hoc Jus nullâ Lege publicâ conſtitutum,* ſed ex naturâ conventionis initæ quaſi deductum, ac cautè uſurpandum eſſe, ut *d. expl. 2.* demonſtrabitur. 2. *Simile* Jus etiam in aliis Regnis & Monarchiis ſalvo Statu Monarchico, ut ex hiſtoriis notum, ſæpius à Statibus illorum uſurpatum fuiſſe.

Ad (4.) *Electorem dictum Moguntinum allegato in loco non de Ariſtocratia propriè ſic dicta, ſed de Monarchiâ Ariſtocratiâ temperatâ loqui, adeoque* Ariſtocratiam illam non tali, ſed abſolutæ & hæreditariæ Monarchiæ opponere voluiſſe, ut ex toto contextu ibi apparet, *aliàs* dum de idoneo Imperatore eligendo, tunc ſollicitus fuit, ſibi ipſi contradixiſſet per ea, quæ ad rationem primam pro Ariſtocratia modò adductam primo loco regeſta ſunt. *Saxonem verò d. l. vice versâ non de Monarchia ita temperatâ vel reſtrictâ, ſed abſolutâ* & hæreditariâ diſſerere, uti ex textibus clarè patet.

Ad (5.)* *omnes legitimos Reges* & Principes adminiſtratores eſſe Regnorum & Principatuum ſuorum eatenus, quia Regna & Principatus, uti & ſubditi eorum non ſunt in marſupio illorum, ut *præc. p. 1. c. 4. th 6. explic.* 1. demonſtratum eſt. *Idque multo minùs in Imperio vel Regno Electivo, quale eſt noſtrum, obtinet:* Dum enim in illo Imperator vel Rex ad hæredes ſuos nihil juris transfert, ſane aliter quàm uſufructuarius vel Adminiſtrator haberi poteſt.

Pro mixto ſtatu ob prædictas rationes poſt alios pugnat Gresheim. in Jurispr. Romano-Germ. Diſſert. 1. th. 19. & ſeqq. ubi legi poteſt, cui junge quæ habet Limnæus paulo poſt citato loco, & Textor de Ratione Germaniæ Moderna c. 2. p. 44. & ſeq.

A. *Nos in hac maximè arduâ quæſtione ſalvo aliorum judicio priori ſententia ita accedimus, ut ſtatuamus, Statum Imperii noſtri eſſe Monarchicum κατὰ νόμον ſive ad Leges fundamentales adſtrictum,* propter rationes tam pro illius aſſertione, quàm in reſponſione ad contraria adductas: *Seu ad minimum Monarchicum Ariſtocraticè temperatum, ita tamen, ut Monarchicus præponderet, ſicuti jam olim egregiè demonſtravit Godofr. Antonii Diſput. AntiVultej. 1. th. 61. & ſeq. & ex noſtris reſponſionibus ad fundamenta pro Ariſtocratia adducta clarè patet. licet contrarium Limn. lib. 1. cap. 10. & in Additionibus utrique ad illud,* Ariſtocratiæ ſcilicet potiorem deferendo partem anxiè & ſimul latiſſimè defendere annitatur.

Quid verò de diſtinctione notâ inter Statum vel formam ipſam & modum gubernandi ſentiendum ſit præc. p. 2. ſect. 2. c. ult. th. 3. in expl. conſignavimus. & B. *poſtquam nuper in Boecleri Inſtit. Polit. lib. 3. c. 8. repertvimus,* auctorem illum pro more de qua quæſtione accuratiſſimè egiſſe, ſimul eò Lectorem curioſum remittere voluimus.

Ex præmiſſis quidem ſimul patet, quid de illorum opinione, qui Imperium noſtrum Syſtema multarum Rerumpublicarum conjunctarum, adeoque ſpeciem quandam irregularem, immo planè monſtroſam eſſe ſtatuunt, ſentiendum ſit.

Quoniam verò illa planè ſingularis & nuper à Pufendorffio ſub gratiam Severini de Monzambano de Statu Germaniæ contra ejus oppugnatores, & inprimis *Mart. Schoock. in Diſſertationibus ſuis* contra illum in lucem emiſſis & perſonatum *Pacificum a Lapide in Monzambano Illuſtrato & Reſtricto* per ſatis ingenioſas inſtantias in *Diſſert. de Republ. Irregulari* roborata eſt, *opera precium eſſe duximus, de illa hoc loco etiam quædam adducere.*

C. *Et 1. quidem* illam noſtro judicio ſuos natales vel occaſionem debere *Ludolpho Hugoni*, qui in *Diſſert. Inaugurali de Statu Regionum Germaniæ in Proœmio th. 1 ſcribit duplici regimine Imperium noſtrum adminiſtrari, nam illud univerſim ſumtum communi aliquâ Republicâ regi, at ſingulas regiones, ex quibus componitur, peculiarem quandam ſuperiori illi ſubjunctam Rempublicam habere, & c. 2. th. 4. tradit, ſingulas Ordinum Imperii ditiones in particularibus conſiſtere Rebuspublicis, & omnes conjunctim ſumtas communi aliquâ Republ. totius Imperii contineri, quod etiam paſſim repetit.*

2. *Secundum memoratum Monzambanum in d. tr. c. 6. § 9. Germaniam eſſe irregulare aliquod corpus & monſtro ſimile, ſiquidem ad regulas ſcientiæ civilis exigatur, quod lapſu temporum per ſocordem facilitatem Cæſarum, ambitionem Principum, turbulentiam Sacerdotum ex regno regulari in tam malè concinna-* D. *tam formam eſt pervolutum, ut neque regnum, etiam limitatum, amplius ſit, licet exteriora ſimulacra tale quid præ ſe ferant, neque exactè corpus aliquod aut ſyſtema plurium civitatum fœdere nexarum, ſed potius aliquid inter hæc duo fluctuans. Id quod Pufendorf. in d. Diſſert. th. 10. fuſius & ita explicat, quod forma Reipubl. hodierna originem non traxerit ex aliquo fœdere expreſſo, & in anteceſſum aſſignatis cuique juribus, deſcriptoque regiminis modo, ſed paulatim ex degeneratione a Statu Monarchico, morbisque invaleſcentibus provenerit, & quoniam forma illa per Conſtitutiones Imperii nunc roborata ſit, vix aliud dici poſſe, quàm Germaniam Rempubl. eſſe irregularem.*

Quanquam verò negandum non ſit, in Imperio noſtro reſpectu ad alia quædam regna habito nonnulla ſingularia vel etiam latè ita dicta irregularia occurrere, *inprimis verò civitates Imperiales* non minùs quàm

Electores & Principes ac reliquos Status Imperii jura ſua territorialia & ſecundùm illa omnimodam jurisdictionem in ſuis territoriis per omnes partes diffuſam obtinere, & inſuper jus ſeſſionis & ſuffragii in univerſalibus Imperii Comitiis habere, adeoque quo ad jura illa cæteris majoribus Statibus per omnia æquiparari: *Et Imperatorem* hodie, ſi quædam reſervata *ſeq. cap.* memorata demas nihil abſque Electorum vel communi Statuum conſenſu ſtatuere poſſe: *Omnino tamen etiam verum eſt, Imperatorem* præter dicta reſervata etiam Majeſtate verâ pollere, ac ſecundùm illam tam ab omnibus Imperii Statibus quàm ab exteris coli & obſervari, ut in *ratione 1. & 2. pro ſtatu Monarchico in præcedentibus allatâ & ſeq. c. 2. th. 1. expl. 1. n. 4. &* 6. latè deduximus, ac ideò adverſus illum crimen Majeſtatis committi, ſub illius auctoritate & nomine in Comitiis Imperii omnia perfici & expediri, uti etiam bellum indici, pacem firmari ac fœdera pangi, ut ſimiliter *in reſponſione ad rationem 1. pro Ariſtocratia* paulò ante adductam pluribus demonſtravimus ac ex actis publicis conſtat.

Cum itaque hæc omnia Majeſtatis ſuprema ſigna ſint, clariſſimè inde patet, Monzambanum contra veritatem & rei evidentiam agere, dum ex Imperio noſtro ſœdus vel ſocietatem multarum Rerumpublicarum, adeoque per conſequens ex Imperatore noſtro nudum fœderatum vel ſocium efficere ſatagunt.

Licet enim fœdera libera vel voluntaria duplicia ſint æqualia & inæqualia, & hæc ſecundùm jura & obſervantiam Romanorum quo ad hunc caſum io ſe comprehenderint, ut majeſtas illorum comiter obſervari debuerit, ſecundum *Proculum in l. non dubito 7. ff. de Captivis & ea, quæ habet Grot. lib. 1. de Jure Pac. & Belli c. 3. n. 21. Cum tamen* inde imperium in minores ſœderatos vel ſocios, & ab his criminis Majeſtatis commiſſio non inducatur, *ſequitur omninò, malè id ad Imperatorem noſtrum propter prædicta applicari.*

Neque verò exempla ſocietatum antiqua inter Amphyctiones & Achæos, & recentia inter Helvetios & unitos Belgas initarum à Monzambano d. c. 6. §. 5. allegatorum tale quid probant, quia hæ Reſpublicæ vel civitates in unam ſocietatem coalitæ communem aliquam Rempublicam non conſtituêre, ſed quælibet extra ſœderis vel ſocietatis capita liberi & abſoluti juris, adeoque ſingulæ in ſuo ſtatu permanſêre, ut notum eſt ex illorum fœderum tabulis & experientiâ, quælibet enim ultimarum duarum adhuc abſoluto ſuo jure & libero ſuffragio in conventibus publicis gaudet, nec ulla illarum etiam potentiſſima in alteram quidquam poteſtatis uſurpat, ut ſimiliter notum eſt.

Quibus tandem addendum, Imperium noſtrum à Monzambano d. l. §. 9. malè irregulare aliquod corpus & à Puſendorffio in d. Diſſert. irregularem Rempublicam vocari, cum probè loquendo nulla Reſpublica ad aliquam regulam conſtituta eſſe dici queat, adeoque irregularis non detur: nemo enim & ne ſana quidem ratio omnibus totius orbis gentibus talem dictare vel præſcribere potuit, vel voluit, ſed unaquæque ſecundùm ſuæ gentis naturam vel indolem (ſi violenta imperia excipiantur) primùm inſtituta, & reſpectu ad eventum proſperum vel improſperum habito Legibus novis ſubinde conſtitutis pedetentim elaborata & firmata fuit, ut *exemplo Athenienſium, Spartanorum, Romanorum & aliorum ſatis liquet.*

Potiùs ergò dici poſſet, Imperium noſtrum à reliquis Rerumpublicarum formis quodammodo diſcre-

A. pare, non tamen inde morbidum dici debere, *quoniam* temperatio & correctio, quæ ad conſervationem alicujus rei tendit, illam corrumpere non poteſt, adeoque Reſpublica temperata & in melius correcta pro laudabili magis & ſana habenda eſt: *Sicut* in corpore humano humorum temperamenta ſimplicibus meliora & magis proficua, ac inter duo extrema illud maximè conducit ac durat, quod mediocritate gaudet. *Plura vide apud Schoockium & Pacificum à Lapide in ſupra allegatis ſcriptis.*

V. Diſceptari etiam hîc ſolet: An antiquum & noſtrum ſive Romano-Germanicum Imperium unquam & quibus temporibus verè hæreditarium fuerit nec ne?

Reſpondemus, quoad prius membrum, nempe antiquum Imperium, illud primis tribus ſeculis magis ele-
B. *ctivum fuiſſe, quàm ſucceſſivum. Licet enim* negandum non ſit, à prima ejus origine ſtatim Imperatores priores usque ad finem ſeculi III. utplurimùm per adoptionem ſibi ſucceſſores quæſiviſſe, *certum tamen* ex hiſtoriis eſt, adoptiones tales ſaltem in ſpem, & nihil aliud quàm occaſiones & commendationes Senatui ac Populo & potiſſimùm Prætorianis militibus vel etiam exercitibus factas fuiſſe, ita ut magis ex horum arbitrio, quàm adoptantium poteſtate ſteterit, adoptatum talem in Imperatorem recipere, vel alium eligere: Sicuti etiam ideò adoptantes Imperatores adoptatos ſtatim militibus per congiaria & inſertionem in officia militaria ad eò majorem ſavorem conciliandum commendarunt, ut ex hiſtoriis notum eſt: Quo tandem Prætorianorum & exercituum audacia & poteſtas eò crevit, ut eos, qui ipſis inſciis vel invitis, vel non ſatis muneratis
C. imperium adierint, non ſolùm deturbarint, ſed etiam non rarò per occaſionem ſeditionum creatarum necaverint, & ſibi gratos ad faſtigium evexerint, nonnunquam etiam in caſtris proprio auſu electos Senatui obtruſerint, ut ex Hiſtoricis notum eſt, quod bene obſervans *Vopiſcus in Tacito cap. 2. & ſeqq. refert. Tunc odio præſentium exercitum, qui creare Imperatorem raptim ſolebat, ad Senatum literas miſiſſe, petens, ut ex ordine ſuo Principem legerent. Verùm Senatum ſcientem lectos à ſe Principes militibus non placere, rem ad milites remiſiſſe. Nihilominus tamen tunc ob modeſtiam exercitus Tacitum elegiſſe, illumque ad exercitum venientem acceptum fuiſſe, & Mæſium Gallicanum Præfectum Prætorio in hæc verba diſſeruiſſe: Dedit, ſanctiſſimi commilitones, Senatus Principem, quem petiiſtis, paruit præceptis & voluntati caſtrenſium ordo hic nobiliſ-*
D. *ſimus.*

Et conſtat exemplo *Maximi atque Balbini* à militibus poſteà occiſorum, quàm periculoſum fuerit, ſine militum conſenſu Imperatorem eligere, de quo legi poteſt *Capitol. in illorum vitâ per totum, & inprimis c. 13. & Herodianus l. 8. c. 21. Et ita quoque in reliquis Imperatoribus ſe res habet.*

Siquidem *Adrianum* licet à Trajano adoptatum à militibus nihilominùs præproperè Imperatorem factum, & à Senatu confirmatum refert *Spart. in ejus vitâ c. 4. & Dion. l. 69. in pr.*

Ælium verum ab Adriano adoptatum hujus largitionibus Populo & militibus factis impetraſſe Imperium. *Idem Spart. in ejus vita c. 3. narrat.*

Antoninum Pium ſimiliter ab Adriano in Senatu adoptatum congiarium militibus & Populo de proprio dediſſe, cum eo, quod Pater promiſerat, & inſuper aurum coronarium Italicis totum, Provincia-

vincialibus verò medium reddidiſſe, *Capitol. in ejus vitâ c.4. memorat.*

Marcum Antonium Philoſophum ab Antonio Pio in mortis articulo omnibus tanquam ſucceſſorem commendatum, à Senatu coactum Imperium ſuſcepiſſe, *Idem in ejus vitâ c.7.* recenſet: Ubi ſimul refert, illum à Commodo in Imperii conſortium aſſumto caſtra Prætorisna petiviſſe, & ſingulis 20000. nummum militibus ob participatum Imperium promiſiſſe.

Pertinacem à militibus Commodo ſuffectum ac à Senatu Imperatorem appellatum eſſe, ex *Eodem in ejus vitâ c.4.* & *Herod. l.2. c.4. & ſeqq.* conſtat. De quo etiam conſuli poteſt *Conring. ad Lampad. parte 2. §.10. & parte 3. c.2. § 3. Eodem modo reliquos ad Imperium evectos Hiſtorici tradunt.*

Nam quod Conſtantius Chlorus filium Conſtantinum, poſtea Magnum dictum, Cæſarem nominarit, puram ſucceſſionem non includit, inprimis quia Licinius & Maxentius ipſi Conſtantio ſuperſtites, Imperium ſimul tenuerunt, & ille nihilominus applauſu demum militum in Britannia Imperator & Auguſtus eſt ſalutatus, ut refert *Euſebius de vita ejus lib.1. c.16. Et quod Conſtantinus hic Magnus Imperium univerſum inter tres filios*, ut notum, *diviſerit, ad obtinendum illud non ſufficiens fuit, nam & totus exercitus ac Senatus Populusque Romanus illos demum in Imperio confirmarunt, ut idem l.4. c.68. & 69. refert.*

Pari modo Julianus à Conſtantio in ſpeciem ſaltem Cæſar declaratus à militibus illi ſubjectis Auguſtus quaſi invitus ſalutatus, & poſteà Conſtantio mortuo acclamationibus publicis Imperator conſtitutus fuit, ut memorat *Zonar. d. l.3. ſub utriusque Imperio*, & *Marcel. lib.15. p. m. 48. addens, Conſtantinum hunc Julianum militibus convocatis Cæſarem commendaſſe, rogando, ut ſi utile id Imperio & illis videatur, illud ſuâ conceſſione firmarent, & ita illum cum exercitus gaudio Cæſarem declaratum eſſe. Reliquos etiam favore militum ad Imperium evectos ſtudio præterimus.*

Cum verò Gratianus, præter fratrem Valentinianum, Theodoſium ob rem proſperè contra Scythas geſtam etiam Imperatorem nominaverit, ac *in ſpecie ei Imperium Orientale tradiderit, & hic* poſt utriusque mortem utroque Imperio potitus, *Arcadio filio Seniori Orientale, & Honorio Occidentale reliquerit, Arcadii verò filius Theodoſius Junior Patruo ſine liberis mortuo in utroque ſucceſſerit, in hoc tempore quodammodo hæreditarium Imperium Romanum videtur fuiſſe.*

Sed nihilominus etiam hic ſtatuendum eſt, verè ſucceſſivum ideò, quoad illud tempus non fuiſſe Imperium, quoniam nulla Lex publica, qua in illum & ſucceſſores ejus transferretur, lata, *adeoque* ad tales ſucceſſores *non Lege, ſed facto quodam* Prædeceſſorum cum Senatus ac Populi, nec non exercituum, ſi non expreſsâ. ſaltem tacitâ approbatione peracto perveniſſe Imperium, *non aliter* quàm ad Romanum Regem per commendationem Imperatoris & ſubſequentem Electorum electionem hodie defertur Succeſſio.

Theodoſio itaque illo ita ſine hæredibus mortuo illud *ad Marcianum extraneum* per matrimonium cum Pulcheria Theodoſii illius ſorore initum conſenſu Patriarchæ & Senatus, *& ab eo* voluntate Populi *ad Leonem*, poſteà Magnum dictum, delatum eſt, ut memorat *Zonar. d. Tomo 3. ſub ejus Imperio. Qui eodem*, ut dictum, *modo nepotem ſuum*

A. *Leonem juniorem* præterito filio *Zenone* hujus patre ob incapacitatem Imperatorem nominavit. *Zeno hic tamen poſt ejus mortem ad Imperium evectus, adeoque filio contra regulam ordinariæ ſucceſſionis ſubſtitutus fuit.*

Hunc tanquam Imperio indignum *Baſiliſcus* Verinæ Imperatricis frater ope ſororis, atque quorundam Senatorum debellavit, & ad deſerendum Imperium compulit.

Et ita in Urbem profectus in campo Imperator ſalutatus eſt, ac Marcum filium Cæſarem appellavit: Rurſus à Zenone illo ope deficientis exercitus dejectus & cum liberis in caſtello quodam, cui incluſus fuit, mortuus, & Zeno quoque miſerè periit.

Huic de ſententia Senatus & Legionum ſuffectus Anaſtaſius Dicorus à diverſicoloribus papillis dictus.

Illoque mortuo Juſtinus Thrax per fraudem, diB. ſtributâ ſcilicet inter milites Amantii pro ſua propria pecunia Imperium obtinuit, & *nepotem ſuum Juſtinianum* rogatu Principum militiæ ac Populi præſente Patriarchâ Epiphaniâ Imperatorem decernit, qui etiam equeſtri theatro ingreſſus ab omnibus fauſtis acclamationibus ita exceptus eſt.

Mortuo illo Juſtinus junior Juſtiniani ex ſorore vigilantiâ nepos ad Imperii faſtigium ex Curopalatâ evectus eſt.

Hic cum conſenſu Senatus & totius Cleri *Tiberium adoptavit*, & in illorum præſentiâ Imperatorem appellavit. Cum verò *Tiberius* ille maſculis hæredibus careret, ab illo cum conſenſu Patriarchæ & Patrum *Mauritium* generum ſibi ſucceſſorem conſtituit.

Illique per defectionem militum interfecto *Phocas* ſubſtitutus fuit.

C. *Sed Phocas* hic eodem modo de Solio deturbatus, interfectus eſt.

In Phocæ locum ejus deturbator *Heraclius* Imperator electus eſt, illique mortuo filius *Conſtantinus*, & in hujus locum iterum ejus filius *Conſtans*, hocque per inſidias in Sicilia occiſo, ac in ejus locum à Legionibus *Mizizio ſuffecto*, illum Conſtantis dicti filius *Conſtantinus Pogonatus* ſeu Barbatus dictus, quia à Patre inſignibus Imperii ornatus fuit, bello adortus eſt, victumque occidit, & ſic Imperio potitus 17. annos imperavit, ſucceſſorem relinquens filium *Juſtinianum*, ob malè adminiſtratum Imperium præciſo naſo in Cherſoneſum relegatum, de D. quibus omnibus *Zonaras Tomo 3. ſub illorum Imperiis, Pompon. Lætus in Compend. Hiſtor. Romana ſub Iisdem Panvinius de Comit. Imperat. c.1. & Rupert. in Hiſtor. Univerſ. c.15.* legi poteſt. *Quia ergò Imperium ad quartum hæredem incluſivè pervenit, illud iterum ſucceſſivum factum videtur: Sed nobis etiam hic contrarium verius eſt, quoniam*, ut ſuprà dictum, *ſucceſſio illa* abſque Lege publica & cum conſenſu Procerum facta, adeoque anomala ac mixta fuit.

Subſequentes Imperatores usque ad Leonem Iſaurum ex diverſis familiis orti per defectiones & illegitima media Imperium obtinuerunt.

Leo verò ille filio ſuo Conſtantino Copronymo ob maculatam in Baptiſmo ſtercore aquam dicto, & hic Primogenito *Leoni*, ille verò *Conſtantino* impuberi Imperium reliquit, atque ita iterum ad tertiam progeniem pervenit.

Circa hoc tempus Imperium per conniventiam & uſum hæreditarium & ſucceſſivum factum, nam & Imperatores filiis ſuis tam veris, quàm adopti-

[B] 4 vis

A. vis Imperium reliqueruot, & Imperatrices viduæ illud ad maritos tranſtulcrunt, ideoque apud Zooaram ſæpe *mentio ſucceſſionis ab inteſtato & teſtamentaria facta eſt*. De quo etiam latè agit *Godof. de Jena Diſp. 1. De Elect. Imperat. th. 3. lit. C. ut poſtmodum vidimus. Ubi notandum*, circa idem tempus ſub Imperio Irenis Imperatricis & ejus filii Conſtantini à Carolo M. Italiam Lougobardis eſſe ademtam, & paulò pòſt Imperium Occidentis acquiſitum, ut in præcedentibus annotatum:

Nos itaq; ideò omiſſo Orientali ad Statum Occidentalis hujus tranſimus.

In hoc itaq; Imperio per Carolum M. obtento ſucceſſio fuit introducta, non quidem vi primæ acquiſitionis, quâ id Carolo M. individualiter ſaltem collatum fuit, *ſed* per approbationem tacitam Populi & Cleri Romani, uti præc. *expl. 1. in principio* fuit dictum: *Siquidem usq; ad Ludovicum II. ſemper* pater filio ſuo Primogenito B. id liberè tradidit, ita ut Succeſſor nihil niſi coronationem à Pontifice impetrare debuit, uti ex hiſtoriis notum. *Illo autem abſq; filiis mortuo ejus patrus Ludovicus Germaniæ & Carolus Calvus* Franciæ Rex ex una parte de Succeſſionis jure inter ſe diſceptarunt, *ex altera parte verò Italiæ Proceres* Regnum illud ceu apertum ſibi iterùm vindicandum eſſe, & per electionem inquilini Regis patriæ antiquum ſuum ſplendorem Majeſtatemque per exteros ademtam reddi debere poſtularunt. *Sed & memoratum fratrem natu majorem & dictos Proceres Carolus Calvus per aſtutiam ſuam ſubvertit*, miſſis enim quàm celerrimè ad Johannem VIII. Pontificem cum magnis muneribus & promiſſis Legatis, *ipſemet* magnis cum copiis Italiam ingreſſus, Ludovici fratris exercitus ductu filiorum Caroli Craſſi & Carolomanni eò miſſos profligavit & obtinuit, ut dictus Pontifex ipſum per Legatos ad obtinendam coronam invitaret, ac eam adventanti ſolen- C. niter imponeret, Imperatorique proclamato Regnum traderet, *quæ tamen paulò aliter referuntur in Annal. Francor. Fuldenſ. apud Freher. Tomo 1. f. 39. de quo legi poſſunt acta illius coronationis à Pithao edita.*

Et ex hoc tempore Regnum hoc ſive Imperium latè ita dictum nemo abſque Pontificum authoritate & conſenſu, quin etiam delatione obtinuit, ut ex *Panvin. de Imperii Comit. c. 4. Sigonio de Regno Italiæ l. 5. ſub Carolo Calvo ad ann. 876.* ubi ex more & affectu ſuo ſcribit, *Hinc titulum Imperatoris Auguſti poſthac ſincerum Pontificis beneficium factum, annosq; Imperii à conſecratione Pontificiâ repeti cœptos eſſe. & aliis, interq; eos Buſier. l. 6. Hiſtor. Franc ſect. 12.* ubi conſignat, *honorem Imperatorium tunc totum in eum, quem Romanus Pontifex deſignaret, derivandum fuiſſe, patet. Et ſimul Populus Romanus cum Italiæ Proceribus toti in eo fuerunt, ut Regnum illud iterùm ad inquilinos Principes transferretur, ut etiam quodammodò obtentum fuit.* D.

Sed cum illi partim ob inteſtina bella, *partim* externos hoſtes ad tuendum & conſervandum Regnum illud impares forent, ac inſuper Berengarius Rex tyrannicè imperaret, ideoque *Otto I. Germaniæ Rex*, poſteà Magnus dictus, ab Adelheida Regina vidua in auxilium vocaretur, & ei matrimonio jungeretur, ac *Berengarius* ille cum filio Adelberto ingenti prælio ſuperati pacem petere, & ſe Regno abdicare cogerentur, *hi verò* poſt diſceſſum ejus multò majori ſævitiâ Regnum reciperent, & in Pontificem Johannem XII. ac bona Eccleſiæ ſævirent, ideoque Otto ille à dicto Pontifice, *ut ſuprà oſtenſum* cum oblatione Regni in auxilium vocaretur, *hoc modo illud ad ipſum pervenit, & in familia illius ſub nomine Imperii Germanico Romani non tamen vi ſucceſſionis*, (ut quidem in paulò poſt adductis Decretis memoratur,) *ſed ex voluntate Procerum Imperii ob virtutem illius usque ad Henri-*

A. *cum II. Imperatorem incluſivè annis 105. & poſt illius mortem à Conrado II. usque ad Philippum III. in familia Ducum Franconiæ per annos 102. permanſit. Sicuti etiam illud hâc familiâ deficiente eodem modo ex libera Statuum voluntate in Suevicorum Ducum familiâ per annos 112. ſine ſucceſſionis titulo, uti, quoad tres illas familias, id oſtendit Carpz. de Lege Regiâ Germ. c. 11. ſect. 1.* (dum inſuper inſtinctu Gregorii VII. Pontificis à Principibus Imperii Lex perpetuò valitura contra ſucceſſionem hæreditariam in Comitiis Forcheimenſibus anno 1077. ut patet ex *Decretis illorum à Goldaſto in Tomo uno Collect. Conſtit. Imperii f. m. 238. relatis §. 4. & Paulo Bernridenſi in vita illius Papæ f. m. 214.* lata fuit) nihilominus ob præclara merita duravit, & omiſſis antiquioribus illius familiæ Imperatoribus *in Sereniſſima Auſtriaca familia à tempore Friderici IV. ſub undecim Imperatoribus continuâ ſerie ad hæc uſque* B. *tempora duravit per 239 annos, & Deo clementiſſime annuente etiam in poſterum ſubſiſtet. De quo etiam ſeq. c. 3. th. 3. in explic. adducta legi poſſunt.*

CAPUT II.

DE

IMPERII ROMANO GERMANICI Præeminentiâ, Diſtributione & Imminutione per partium alienationem.

S U M M A R I A.

TH. I. Imperii Romano Germanici præeminentia in quo conſiſtat.

Expl. I. Deducitur illa.

Imperium noſtrum cur ſacrum dicatur, & à quo tempore id factum.

C. *Alia probanda illius prærogativæ rationes afferuntur.*

Expl. II. Germani unde dicantur.

De illorum origine, virtutibus, vitiis & lingua.

Ac Imperii noſtri finibus remiſſive.

TH. II. Diſtributio illius in Claſſes & Circulos.

TH. III. Claſſes ejus ſeptem recenſentur.

Expl. I. De Electorum Imperii antiquo & hodierno numero.

Expl. II. Recenſetur Archiepiſcoporum imperii antiquus & hodiernus numerus.

Expl. III. Epiſcoporum Germaniæ jus ſuffragii in Comitiis Imperii univerſalibus habentium catalogus refertur cum memoratione illos omnes eſſe ex ordine S. Benedicti, & ejus ratione.

Expl. IV. Catalogus Principum Secularium idem jus habentium recenſetur.

D. *Expl. V. Similis catalogus Abbatum & Prælatorum Imperii memoratur cum diſtinctione, qui illorum ſuffragium perſonale & curiatum habeant.*

Expl. VI. Comitum, Baronum & Dominorum imperii ſimilis recenſus affertur, cum additione, illos omnes hodie quatuor habere ſuffragia.

Expl. VII. Refertur catalogus liberarum Imperii civitatum, cum diſtinctione Suevici & Rhenani ſcamni.

TH. IV. Circuli Imperii quot ſint.

Expl. I. Referuntur quædam de origine, causâ impulſivâ, juribus & cæteris qualitatibus circulorum.

Demonſtratur non in omni circulo civitates imperii contineri.

Diſquiritur: An omnes Status Imperii ſub illis complectantur.

Expl. II. Recenſentur omnia Imperii membra, uti quælibet ſub ſuo circulo continentur.

TH. V.

TH.V. De Diminutione Imperii, & quæ circa illam obſervanda.

TH.VI. Modi illius qui & quot.

TH.VII. Avulſio totalis quot modis fiat.

TH.IIX. Quot & quibus titulis utraque nitatur.

Expl. Exempla illorum, qui titulo privilegii, præſcriptionis, conventionis, donationis, publicæ & ſolennis declarationis, & belli fundantur.

TH. IX. Quibus titulis utantur alios eximentes.

Expl. Demonſtrantur illi per exempla.

TH. X. Qui imperium imminuant denegando onera.

Expl. Demonſtrantur & examinantur horum jura.

TH. XI. Referuntur veræ cauſæ, per quas Imperium ita diminutum eſt.

Expl. I. Imperia & regna incrementis & decrementis obnoxia eſſe, demonſtratur.

Expl. II. Referantur exempla imminutionum, ex diſſidiis inter Papas & Imperatores ortarum.

Expl. III. Demonſtratur ex diſſidiis iſtis, nec non inter Imperatores & Status, & inter hos ipſos ac religionis causâ ortis, imperium eſſe diminutum.

Expl. IV. Oſtenditur idem ex modo deferendi Imperii per Electionem accidentaliter eveniſſe.

TH. XII. Remedia ablata recuperandi narrantur.

Expl. I. Deducantur illa.

Adducuntur axiomata quædam circa hanc recuperationem.

Expl. II. An inter Magnates circa occupatas aliorum terras præſcriptioni locus ſit.

An bona cuidam Principi ablata à tertio poſſeſſore illa poſtea jure belli tenente vindicari poſſint?

TH. I.

Imperii Romano Germanici primordium ſequitur præeminentia, quâ reliquis omnibus mundi regnis auguſtius & ſublimius eſt ſucceſſionis, gubernationis & durationis, uti etiam elogiorum modo.

Explic.

I. S*Ucceſſionis modo*, quia in locum priſtini illius ampliſſimi & maximi Romani Imperii ſucceſſit, ut præc. th. fin. expl. 3. deduximus, adeoque ejus juribus, præeminentiis & privilegiis fruitur.

Gubernationis modo quia *gubernatio ejus divina*, incomprehenſibilis & admiranda eſt:

Humana verò, prudens, legibus & armis munitiſſima, nullumq; niſi DEUM & Enſem, recognoſcit ſuperiorem, ut *d. th. fin. expl.* 4. demonſtratum: Inſuper auguſtâ quâdam Ordinum Ariſtocratiâ ſapientiſſimè temperatam habet Monarchiam, cujus ſimilē in Mundo videre non contingit, de quo etiam *d. expl. 4. actum.*

Hinc omnes exteri Monarchæ & Reges, exceptis planè Barbaris, intelligunt, debere ſe Romani Imperii Majeſtatem comiter obſervare, quod multis JCtorum & Hiſtoricorum teſtimoniis probat *Reinking. de Regim. Secul. & Eccl. lib. 1. cl. 2. c. 7.*

Memorabilis planè eſt confeſſio Alphonſi Regis Arragoniæ & Neapoleos: Nos Reges omnes debemus reverentiam Imperatori tanquam ſummo Regi, qui eſt caput & Dux Regum, ut ex Melanchth. refert Cothm. in L. 1. Cod. t. 1. q. 1. n. 7.

Elogiorum modo; Inter quæ maximè prævalent, quod vocetur *æternam, Daniel. 2. v. 44. & 7. v. 23. c. ſuturam. 12. q. 1. Cluten. in Sylloge Rer. quotid. concl. 1. lit. c. & Sacrum.*

De quo poſteriori notandum 1. Titulum illum ante ſeculum XII. neq; in publicis, neq; privatis ſcriptis occurrere, & primùm quidem, ut viri Magni obſervarunt, *in Privilegio ab Imperatore Friderico I. Henrico Auſtriæ Duci anno 1156. dato, & à Limn. l. 5. c. 2. n. 30. relato*, in

A. quo Auſtria Cor & Clypeus ſacri Romani Imperii vocatur, & quatenus Dux ille Sacro Romano Imperio obnoxius eſſe debeat, præſcribitur. *Ab illo verò tempore* noſtro ſcitu ante Friderici II. Imperatoris tempora porrò non uſurpatus, ab eo autem & ſubſequentibus iterùm introductus, atq; ita usq; in hodiernam diem adhibitus fuit, ut demonſtrat *Moravvizkius in diſſert. de Sacro Romano Imperio p. m. 3.*

2. *Id abſq; dubio inde ita dictum, quod ſit* inviolabile & venerabile, *ſicuti* Imperatores ipſi ideò Sacratiſſimi, ipſorumq; Palatia Sacra dicuntur. *Plures rationes vide apud Limn. l. 1. c. 7. n. 1. & ſeqq. & Moravvizk. d. l. ubi* ſingularem tituli illius ab Imperatore Friderico I. uſurpati cauſam affert.

Prærogativæ hujus alia etiam ſunt argumenta, quæ deſumi ſolent

(1.) *Ab antiquitate, quam* Juſtinianus Imper. ab Æ-
B. nea Trojano Rege accerſit *Nov. 47. in pr. & Saluſt. in Bello Catilin. c. 6. Hinc Tacit. 4. Ann. 55.* Trojam Urbis Romæ parentem nominat, cui junge eundē 12. *Ann. 56.*

(2.) *A Majeſtate* Urbis Romæ, quæ orbis terrarum Domina & caput fuit & appellatur ab *Imper. Zenone in L. 3. C. de Conſul. Marcell. l. 14. p. m. 14. templum totius mundi Eid. l. 17. p. m. 92. urbs æterna, eid. l. 14. p. m. 10. l. 15. p. m. 46. l. 16. p. m. 71. l. 21. p. m. 195. l. 23. p. m. 240. & aliis locis, lux orbis terrarum & arx l. 19. p. m. 146. arx gentium Cic. 4. Catil. c. 6. arx Regum ac nationum exterarum, lumen gentium, domicilium Imperii, Eid. pro Sulla c. 11. à Martiali l. 12. Epigr. 8.*

Terrarum Dea, Gentiumque Roma
Cui par eſt nihil, & nihil ſecundum.

ac Propert. l. 3. Eleg. 22.

Omnia Romanæ cedant miracula terræ
Natura hic poſuit, quicquid ubique fuit.

De quo plura legi poſſunt apud *Lipſium de Magnit.*
C. *Roma & Caſalium de Urbis & Romani olim Imperii ſplendore parte 1.*

(3.) *A felicitate & dignitate Populi Romani antiqui*, qui totum terrarum orbem latè ita dictum imperio partim ſubjecit, partim fœderibus & ſocietate impari ſibi junctum habuit, *ut ex hiſtoriis notum, & in præc. t. 1. th. 7. in expl. & ſeq. p. 4. c. 1. th. 8. expl. 1. deductum eſt, ut etiam ſeq. n.* (5.) dicetur. Hinc apud omnes terræ Populos nominatiſſimum Cæſaris nomen fuit, *Nov. 30. in f. pr. De felicitate ejus ita Plutarchus de Fortuna Rom.* c. 5 judicat. *Cum fortuna alata ſit & vaga, & modò Aſſyrios, Medos, Perſas, Macedones, Carthaginenſes luſtraverit, eosdemq; reliquerit: videtur ad Tyberim alas poſuiſſe, volabilem globum reliquiſſe, & urbem perpetim inhabitatura intraſſe.*

(4.) *A dignitate nationis Germanicæ*, ad quam translatum eſt. Hinc *Bodinus* iniquus aliàs Germanorum
D. Cenſor. *l. 2. de Repabl. c. 6. in f.* fatetur, *Tantam eſſe Imperii noſtri Majeſtatem, tantumq; ſplendorem, ut Imperator ſuo quodammodo jure omnibus ornamentis & honoribus cumulari mereatur.* Cui ſuffragatur *Favyn Scriptor Gallicus in Theatro Honoris l. 2. c. 13.* ita ſcribens: *Omnibus conſtat, quod in Hierarchia Monarchica Imperator Romanus primas teneat. Unde etiam ille in conventibus tam ſecularibus, quàm Eccleſiaſticis omnibus Regibus præfertur, ut ex Ceremoniali Romano inter alia conſtat,* & tam quoad antiquum, quàm recentem Statum probat *Cruſ. de Præced. l. 3. c. 1. n. 11. & ſeqq. ac c. 2. per totum.*

Admodùm ergò probroſum fuit Maximiliano I. Imperatori, quod Henrico VIII. Angliæ Regi Stipendiarius miles factus fuerit, nunquam ante audito exemplo, *notante Hub Thomâ Leodio lib. 3. de vita Frid. II. Palatini* in pr. cujus rationem in inopia poſuit ipſe Imperator d. l. & ejus Conſiliarius *Rennerus apud eund. lib. 4. p. m.* 66. *Quanquam etiam*

etiam anteà Adolphus Naſſovicus Imper. a Rege Angliæ Eduardo I. acceperit 100 000. marcarum argenti, ut illi auxilium ferret contra Gallos, ex qua re magnam ſibi conciliavit invidiam tam apud Reges prædictos, quàm Status Imperii ipſos; ideò etiam inter alias cauſas depoſitus, ut conſtat *ex Mutio de German. origine, Moribus &c. lib. 22, ab initio.* A

(5.) *Ab amplitudine, quia*, ut dictum, totum ferè orbem olim eſt complexum, *quod tamen* non de toto orbe per ſe, ſed de inhabitato & noto tunc temporis intelligendum eſt: *Freherus enim ad Petr. de Andlo lib. 2. c. 18. bene obſervavit; ſub Trajano Diocletiano & Conſtantino ejus latitudinem tantùm fuiſſe 90 graduum ſive quarta partis orbis & latitudinem 45. graduum.*

Licet ergò veteres Romani Imperatores à nonnullis, & quidem (ut à Conſtantino ſecundum *l. 9. ff. ad L. Rhodiam — de Jactu. & Ammianum Marcell. lib. 15. in pr. & Juſtiniano in L. 3. C. de quadrien. præſcr. l. un. in pr. (de Raptu Virgin. & L. 13. C. de Judic. in pr. factum)* à ſe ipſis *Mundi Domini appellati ſint*, *& Cicero Romanos orbis terrarum & omnium Gentium Dominos in Orat. pro L. Agrar. 2. c. 6. 10. & 13. & pro Milone c. 27. ac Scipio apud Livium lib. 38. c. 51. vocet. ac Marcius Conſul apud Eund. lib. 44. c. 1. Populum Romanum totum complecti orbem* dicat idque *Petron. in Satyrico exprimat*, ita canendo B

> *Orbem jam totum Romanus victor habebat*
> *Quà mare, quà tellus, quà ſidus currit utrumque.*

& milites Romani apud Marcell. l. 19. p. m. 135. de Imperatore Conſtantio & Saracenorum Regali *apud Eund. lib. 23. p. m. 241. de Juliano* prædicent. *Eodemque modo Vopiſcus in Aureliano c. 32.* Imperatorem hunc totius orbis Imperium delatum eſſe referat, ac *ille ipſe ſeq. c. 11.* ſe orbi terrarum principem datum ſcribat, eique ſimilia *Idem auctor ſeq. c. 20. & 22.* narret. *Id tamen vel adulatoriè vel abuſivè, vel per excellentiam & pro more iſtorum temporum ita factum eſt, quo per totum terrarum orbem vel Mundum Orbis Romano imperio ſubjectus denotabatur; ut expreſsè Egeſippus, qui ſub Hadriano in pr. ſeculi ſecundi ſcripſit lib. 2. de Excid. Hieroſol. c. 9. poſt med. refert; & in l. 2. in pr. (de Jurej. propter calumn. ibi. in omni orbe terrarum qui Imperio Romano ſuppoſitus eſt, ac d. l. unica (de Raptu Virgin. ibi. orbis noſtri* (id eſt ſubjecti) *junctâ Nov. 24. in pr. & lib. 17. ff. de Statu Homin. continetur; quo in ſignificatu etiam Evangeliſta Lucas cap. 2. in pr.* ſcribit; prodiiſſe edictum à Cæſare Auguſto, ut deſcriberetur totus terrarum orbis. *& Vopiſcus id; quod in Aureliano d. c. 32. de toto terrarum orbe dixit. præc. c. 28. ad orbem Romanum reſtringit.* C. D.

Notum enim eſt illo tempore Romanos nè dimidium quidem orbis terrarum, nedum totum, ſed tantùm verſus cogniti orbis plagas aliqua regna & Provincias obtinuiſſe. *Indicat verò hoc Philo de Legat. in pr. dum Imperium terra marique à Romanis poſſeſſum ipſe per poteſtatem in præcipuas orbis partes, quæ propriè habitabilis dicitur, & duobus fluminibus, Euphrate ac Rheno definitum eſt, explicat.*

Unde etiam eodem modo à Romanis ſcribitur, illud ab ortu uſque ad occaſum ſeſe extendiſſe, ut in Epiſtola apud Saluſtium in fragmentis lib. 4. Hiſtor. ſcribit Mithridates. Quibus congruit Halicarn. lib. 1. cap. 3. dum ſcribit: Romanorum civitas imperat per cunctas terra plagas, qua quidem inacceſſa non ſunt, ſed habitantur ab hominibus toti etiam mari dominatur non ſolùm intra columnas Herculis, verùm etiam Oceano, quacunque eſt navigabilis: primaq; & ſola in omni hominum memoriâ ortum & occaſum terminos imperii ſui poſuit. A

De hac materia etiam legi poteſt Limnæus lib. 2. c. 8. & in Addit. Prioribus per totum & Cruſius ad L. Ἀξίωσις ff. ad L. Rhod. de Jactu n. 20. ubi n. 19 de latitudine Imperii agit. uti etiam *Conring. de German. Imperio Romano c. 1. & 2. ac Höping. de Jure Inſign. c. 22. memb. 4. n. 314. & ſeqq.*

Patet hinc quantâ cum hyperbole Livius lib. 35. c. 12. ſcribat, Ætolos Romanis per totum ſimul orbem terrarum bellum concitaſſe, cum ſaltem aliquot vicini ad id ſolicitati fuerunt. & *Cæſar. lib. 3. de B. C. p. m. 332.* referat, Pompejanos victoriam ejus diei per orbem terrarum famâ & literis concelebraſſe. B

Illud ſanè conſtat à Friderico III. Imperatore in Comitiis Ratiſbonenſibus anno 1471. catalogum omnium Imperii Statuum, qui circiter intra annos 400. jus ſuffragiorum in Comitiis Imperii habuerunt; confectum eſſe, & in ejus copia apud Gold. in Collect. Conſtitut. Imper. Tomo Uno f. m. 12. undecim Reges contineri.

Sicuti etiam Edicto Friderici I. Imperatoris de Concilio generali *Rex Angliæ Henricus* per Legatum & *Daniæ Waldemarus* anno 1160. & Ottonis IV. Imperatoris Decreto de Bonis Eccleſiæ Erogandis de anno 1212. *Johannes Rex Angliæ, Franciæ & Hiberniæ* per Legatos ſubſcripſit, ut *apud Eund. ibid. f. 275. & 289.* legi poteſt.

(6.) *A teſtimonio ipſius Turcæ, qui anno 1562.* C. in conventu Electorum Ferdinandum I. in literis ita appellavit. In fide Jeſu Nazareni inter cæteros principes Chriſtianorum ſummo atque electo Domino Ferdinando &c. ut legi poteſt apud *Goldaſt.* **In den Politiſchen Reichshändeln** *p. 1. tit. 9. f. m. 80. & Matthiam Imperatorem 1614. Imperatorem ita denominavit:* **Auß den Potentaten Chriſti der fürnehmſte / und zwiſchen dem Geſchlechte JEſu erwehlter fürnehmſter Herr aller Chriſtlichen Völcker / ein Vorſteher und** *Adminiſtrator* **der Gerechtigkeit / unſer Nachbar und guter Freund** *Matthias. Quâ de causâ etiam Imperatoris Legati in aula Turcica* omnibus aliis præferuntur; ita ut etiam Perſicus Legatus Imperatorio cedere cogatur; ut exemplo probat *Leunclav. in Supplem. Annal. Ottomann. & ſoli ſedendo mandata ſua coram Turcâ exponunt.* Hinc cum Imperatoris Caroli V. Legato *Davidi Ungnadio* ad Turcarum Imperatorem D. miſſo pro dignitate mittentis in Audientiâ ſella poſita non eſſet, *pallium ſuum* ille in terram proſtravit, eique inſidens mandata ſui Domini expoſuit, ac aſſurgendo pallium relinquens obloquentibus reſpondit: Cæſaris Legatum non ſolere ſellam ſuam ſecum portare, ut refert *Warſewic. de Legat. & Legatione ante med.* ut *nos præc. p. 2. Sect. 1. c. 2. th. 9. expl. 1. retulimus. Pertinet huc, quod utriusque Imperatoris Legati* in confiniis in Hungaria convenientes ad præcedentiam declinandam à certis limitibus utrinque poſitis uſque ad palum in medio focatum paribus paſſibus accuratè obſervatis procedant, & ad illum ſimul convenientes dextras conferant, uti etiam anno 1666. à Jacobo Comite Leslæo Cæſaris Legato obſervatum fuit, referente *Deſcriptore illius Legationis parte 1. p. 12. & ſeq.*

(7.) *A*

(7.) *A tacito conſenſu omnium Regum & Monarcharum. Neque enim ullus Legatorum Imperatoris controverſiam Status legitur moviſſe; præter Conſtantinopolitanum tempore Friderici I. Imperatoris, & Gallicum in conventu Caletano tempore Caroli V. Imperatoris; de quo videatur Limnæus lib. 2. cap. 7. n. 36. & in annot. prioribus ad hunc num. & Cruſius de Præced. lib. 3. cap. 2. n. 32. & ſeqq. ubi n. 35. & ſeqq. Auberii novis ſomniis ſe opponit*, eique jungatur nobilis *à Stoſch* **in Politiſchen Stats-garten** *Diſc. 7. p. 298. & ſeq.* ubi tamen ex *Limnæo in Notit. Regni Franc. lib. 2. c. 1. lit. C. & ſeqq.* referendum, ſecundùm Gallicos quosdam Scriptores Galliarum Reges quandoque titulo Imperatorio uſos & decoratos fuiſſe. Sicuti etiam inter alios *du Pleix in Hiſtor. Gener. Tomo 3.* illos noſtris Imperatoribus præfert. *Nec non Moſcoviticum, ut refert Nolden. de Statu Nobil. c. 9. n. 178.*

(8.) *A creatione Regum*, quam reliqui Magnates ſibi non arrogant, de qua *ſeq. c. 4. th. 8. expl.* egimus.

(9.) *A vaticiniis Prophetarum*: quia Imperium hoc eſt unum è quatuor illis magnis Imperiis & Regnis, de quibus Prophetæ prædixerunt, vide *Daniel. d. cap. 7. verſ. 23. de quo tamen ſeq. th. 11. expl. 1. diſputatur.*

(10.) *A teſtimonio Papæ, qui*, ſe ſolo excepto, in ſuo, uti vocant, *Ceremoniali*, *à Paride de Graſſis edito*, Imperatori primum, Regi Romanorum ſecundum, Galliæ tertium, & Hiſpano quartum locum tribuit, de quo etiam videri poteſt *Cruſ. d. c. 2. n. 4. & c. 8. n. 3.*

(11.) *Ab abſoluta poteſtate*: Imperator ſiquidem noſter neminem, præter ſolum Deum recognoſcit ſuperiorem, *ut latè probat Reinking. lib. 1. cl. 3. c. 2. n. 62. & ſeqq. cum potentiſſimi reliqui Reges* ratione quarundam Provinciarum & diſtrictuum Imperatorem, vel alios Reges recognoſcant ſuperiores.

Sic Rex Hiſpaniæ ratione Burgundiæ Imperatoris & Imperii eſt Vaſallus, & per Legatum in Comitiis Imperii comparet, ut *ex ſubſcriptione R. I. de dato* **Augſpurg** *1559. de dato* **Augſpurg** *1566. de dato* **Speyr** *1570. & aliis*, nec non *Schemate Seſſionum in Comitiis Imperii univerſalibus præc. p. 2. ſect. 7. c. 9. th. 17. expl. 1. relato. Sicuti etiam dictus Rex* ratione illius caſu exiſtente ab Imperatore *inveſtituram*, uti anno 1670. ſecundum *Diarium Europæum parte 22. p. 334. adhuc factum, accipit, Et præterea illa peculiarem Imperii circulum facit*, ut notum eſt & in *ſeq. th. 4. expl. 10.* recenſetur. *Quod etiam ratione feudi in Ducatu Mediolanenſi cum annexis ita ſe habet, ſiquidem* anno 1621. ejus inveſtitura ab Imperatore Ferdinando II. Viennæ illius Regis Legato collata fuit, ut refert *Abelinus in Theatro Europæo ad illum annum f. m. 563.*

Idem Rex ratione regni Neapolitani & Siciliæ eſt Vaſallus Pontificius, ut notum eſt.

Rex Daniæ ratione Holſatiæ ſimiliter Vaſallus Imperii eſt, & in Comitiis per Legatos comparet, ut *d. c. 9. th. 17. expl. 1. in ſchemate & in R. I. de dato* **Speyer** 1542. §. **dieweilen aber** 125. memoratur.

Rex Sueciæ ratione Ducatus Bremenſis, Verdenſis & Pomeraniæ citerioris, nec non Dominii Wiſmarienſis, ut ex d. Schemate & Inſt. Pac. art. 10. conſtat.

Negandum tamen non eſt, dari etiam aliquos Reges Europæos, qui hodie tam ratione regnorum ipſorum, quàm quarundam acquiſitarum provinciarum neminem ſuperiorem recognoſcunt, *quales Rex Galliarum, Anglorum & Polonorum ac Portugalliæ.*

A. *Mirandum hinc eſt, cur Maximilianus I. Imperator dignitatem Pontificiam tanto niſu*, ut jam cum quibusdam Cardinalibus de illa acquirenda per nuncios egerit & tres tonnas auri impendere ad illam obtinendam voluerit, ut *ex ejus literis ad Paulum de Lichtenſtein Brixiæ anno 1511. 16. Septembr. exaratis, ac à Gold.* **In den Reichshandl.** *f. 96. ac Schikfus. in Chron. Siles. lib. 3. c. 7. f. 52. & ſeq.* relatis, & *Guicciard. lib. 12. p. m. 343. in genere* apparet, *ambiiſſe.*

II. *Obſervandum hic occaſionaliter inter eruditos diſceptari unde nomen Germanus derivetur.*

Nonnulli ſiquidem putant, Germanos à fraterna dilectione tanquam fratres Germanos dici, quia ab antiquo illorum fides & ſinceritas nota eſt. quod ſic expreſſit *Conradus Celtes*

Germanos vocitant Itali, Græci ſed ἀδελφοὺς
B. *Quod fratrum ſoleant inter ſe vivere more.*

Alii à germine, quia nobilitatis germen eſt in Germania, & à germinando. Idem tradit *Malmesbur. de Geſt. Reg. Angl. l. 1. c. 1. f. 8.* *Alii* à gerra, hoc eſt, bello, quia Germani bellicoſi ſunt. *Alii* à **Ger** / vel **Gar & Man** / Germanicis vocabulos illos appellari, quaſi planè viros, ſicuti prior ſyllaba apud Germanos in compoſitione non ignota eſt; *Sic enim* dicitur Gerhardus, Gertrudis, Gervicus, Gerlacus, Gerbrechtus, &c. & poſterior ſimiliter vulgaris, *Sic enim* dicimus **Hartman / Hoffman / Spielman / Edelman / Pettelman 2c.** quod etiam *Willich in Taciti Germ. c. 4. & Rhenanus l. 1. Rer. Germ. p. m. 37.* approbat. *Tſchudus verò* loco paulò poſt relato reprobat.

Alii à Manno Tuiſconis primi Germaniæ Regis filio.

Alii denique, quod Germani ſint quaſi Gallorum
C. fratres, quod primus noſtro ſcitu annotavit *Strabo l. 7. in pr.* & acriter defendit *Tſchudus in Diſput. de Nomine German. apud Schard. in Opere Hiſtor. Tomo 1. f. 577. & ſeq.*

Verùm id vix conſiſtere poteſt propter diverſos utriusque gentis mores jam à Cæſare *l. 6. de B. G. p. m. 133. & ſeqq.* notatos, quod etiam *Irenicus l. 1. Exeg. c. 47.* agnoſcit.

De quibus omnibus legi poteſt Limn. l. 1. c. 6. n. 8. & ſeqq. & in utriusq; Addition. ibid. Althum. & Kirchmaier in Comm. ad Germ. Taciti c. 2.

Quibus addendum nomen Germanorum Taciti ævo, ut ipſe d. c. 2. refert, recens & nuper additum fuiſſe, & quidem poſtquam Germani Rhenum transgreſſi Gallos expulerunt, & primò magis nationis quàm gentis nomen fuiſſe, *ut Brovverus in Annal. Trevir. in Proparaſceve c. 7. f. 15. etiam annotavit.*

D. *Cæterum* de Germanorum origine, nominibus, virtutibus, vitiis & linguis legi poteſt *Limn. d. l. & Lanſ. in Conſultat. pro Germaniâ utraq; & contra illam, uti etiam Cluver. in Germ. Antiq. l. 1. c. 4. & ſeqq. ac Kirchmai. in d. ad Taciti Germ. Comm. c. 19. & ſeqq.*

De hodiernis verò Imperii noſtri finibus Conring. in ſingulari ſuo opere.

TH. II.

Diſtribuitur hodiernum hoc Imperium in claſſes & circulos.

TH. III.

Claſſes, puta Statuûm Imperii, *ſunt ſeptem* (1) Electorum (2) Archiepiſcoporum (3) Epiſcoporum (4) Principum Politicorum (5) Abbatum & Prælatorum (6) Comitum & Baronum (7) Civitatum Liberarum.

Explic.

Digitized by Google

Explic.

I. E*Lectores nuperè adhuc fuére ſeptem, nempe tres Eccleſiaſtici*, qui Archiepiſcopi ſunt, Moguntinus Imperii Romani per Germaniam Archicancellarius: Trevirenſis, Imperii per Galliam & Regnum Arelatenſe Archicancellarius, Galliæ Belgicæ Primas, & Colonienſis, Imperii per Italiam Archicancellarius: *Et quatuor Seculares*, Rex Bohemiæ, Comes Palatinus Rheni, Dux Saxoniæ, & Marchio Brandenburgenſis. *Sed hodie* per Pacificationem Oſnabruggenſem & Monaſterienſem ſunt octo, *acceſſit enim iis Dux & Elector Bavariæ* conceſſo ei Palatini loco, & hoc in locum ultimum ſuffecto, de quo *ſeq. c. 6. th. 5. expl. 1. & th. 15. in expl. 1. & 2. latiùs* dicetur.

II. *Archiepiſcopi præterito tempore in Imperio fuére quatuor, omnes cum reliquis Archiepiſcopis ſeq. ſect. 2. c. 2. th. 3. in expl. dictum, Ordinis S. Benedicti ob rationem expl. ſeq. 3. adductam*, Magdeburgenſis, qui & Primas Germaniæ, Salisburgenſis, Bremenſis & Veſontinus, *quibus* dignitate proximè accedit *Magiſter Ordinis Teutonici*, & ideò proximum ab his locum ante omnes Epiſcopos obtinet, *cui tamen Bambergenſis* Epiſcopus præcedentiam controverſam facit. *Sed hodie ex quatuor illis Archiepiſcopis ſolùm Salisburgenſis & Veſontinus ſuperſunt, dum ambo reliqui Archiepiſcopatus in Ducatus per Pacificationem Oſnabruggenſem & Monaſterienſem Artic.* 10. §. *Tertio & art.* 11. §. *ſimiliter ita ſunt mutati, ut prior*, puta Magdeburgenſis, poſt mortem (quæ anno 1680. ſecuta eſt) hodierni Sereniſſimi Adminiſtratoris tanquam feudum Ducatus ſeculare ad hodiernum Sereniſſimum Electorem Brandenburgenſem & ejus familiam tranſeat, *poſterior verò* nempe Bremenſis Regibus Sueciæ ſtatim à publicatione & executione Pacis tanquam feudum ſeculare ceſſerit. *Cæterùm de Archiepiſcopis plura ſeq. Sect. 2. th. 3. in explic. tradentur.*

III. *Epiſcopi* in Comitiis Imperii locum & ſeſſionem adhuc obtinentes ſunt plurimi, *omnes quoque Ordinis S. Benedicti, cui potiſſimùm hic honor datus ideò, quia* in Germania (quod & aliis regnis ob ſanctitatem fundatoris ac ordinis, ejusque diligentiam in explicandâ ſacrâ ſcripturâ & ſcribendis libris, factum, ut indicat *Trithem. in Operibus Piis & Spiritualibus paſſim ac in ſpecie l. 1. c. 2. 6. & 7.* quâ etiam de cauſa Carolus M. ordinem illum ita honoravit & dilatavit, ut *idem de ruina monaſtici ordinis c. 3. f. m. 831. refert*) primus receptus, adeoque ante reliquorum Ordinum acceſſionem potiſſimis regalibus bonis ditatus fuit, de quo *Conring. ad Lampad. de Republ. Romano Germanicâ p. 3. c. 6. §. 3.* conſuli poteſt.

Sunt verò illi ſecundum Ordinem Seſſionum in Comitiis Imperii & ejus Schema præc. p. 2. ſect. 2. c. 9. th. 17. expl. 3. relatum, poſt Pacificationem dictam cum Magiſtro Ordinis Teutonici qui primum obtinet locum, ut jam in *præc. expl.* diximus, *ſequentes:* Bambergenſis, Herbipolenſis, Wormatienſis, Eichſtadienſis, Spirenſis, Argentoratenſis, Conſtantienſis, Auguſtanus, Hildeſienſis, Padebornenſis, Freiſingenſis, Ratisbonenſis, Paſſavienſis, Tridentinus, Brixienſis, Baſileenſis, Leodicenſis, Oſnabruggenſis, Monaſterienſis, Curienſis, & Lubecenſis.

Ubi notandum, Oſnabruggenſem, ſi Evangelicus ſit Epiſcopus, in ſcamno transverſo, Lubecenſem verò tanquam Evangelicum ſemper in illo ſeſſionem tenere. Cæterùm de Epiſcopis plura *d. c. 2. th. 4. in explic.* dicta ſunt.

A. IV. *Principes ſeculares ſecundum ordinem ſeſſionis dicta ſunt ſequentes:*

Archiduces Auſtriæ & Duces Burgundiæ non in ſeculari, ſed Eccleſiaſtico Scamno, ut ex dicto Seſſionum Schemate, ubi ſimul ejus ratio adducta, ſeſſionem ſuam obtinent. In ſeculari verò ſcamno ita ordo ſe habet: Duces Bavariæ, Comites Palatini, nempe Lauterenſis, Simmerenſis, Bremenſes, (qui ſunt Reges Sueciæ, & locum hunc intermedium obtinent hodie) Bipontini & Lautereccenſes, Saxoniæ Superioris, nempe Altenburgenſes, Coburgenſes, Wimarienſes, Gothani, & Iſenacenſes, Marchiones Brandenburgici, Culmbacenſes, & Onoldini, Duces Brunovicenſes, iique Guelfferbutani, Cellenſes, Grubenhagenſes, & Calenbergenſes. Duces Verdenſes, (qui hodiè ſunt etiam Reges Sueciæ) Principes Halberſtadienſes (qui hodie ſunt Electores Bran-
B. denburgici) Wirtenbergenſes, iique Sturgardienſes & Montisbelgardici. Landgravii Haſſiaci, iique Caſſelenſes & Darmſtadienſes. Marchiones Badenſes, iiq; Badenſes in ſpecie Durlacenſes & Hochbergenſes. Duces Megapolitani, iiq; Suerinenſes & Guſtravienſes. Duces Pomeraniæ citerioris & ulterioris, (quorum illi hodie quoque ſunt Reges Sueciæ, hi Marchiones Brandenburgici.) Duces Saxoniæ inferioris, Lauenburgici. Principes Mindenſes, (qui hodie ſunt Electores & Marchiones Brandenburgici) Duces Holſatiæ, iique Glukſtadienſes, Lineæ Regiæ Danicæ, & Gottorfienſes. Duces Sabaudiæ, Landgravii Leuchtenbergici, (qui hodie ſunt Electores & Duces Bavariæ.) Principes Anhaltini. Hennebergici, (qui ſunt hodie Duces Saxoniæ Superioris conjunctim) Principes Suerinenſes & Raceburgici, (qui hodiè mutatis illis Epiſcopatibus in Principatus, ſunt Duces
C. Mechlenburgici.) Principes Hirſchfeldenſes, (qui ſunt hodie mutatâ iſtâ Abbatiâ in Principatum Landgravii Haſſiæ Caſſelenſes) Duces Lotharingici, reſpectu Marchionatus Numeni. Duces Montisbelgardici Wirtenbergici, ut ſuprà dictum, Principes Arembergici, & recentes illi Principes Hohenzollerani, Eggenbergici, Lobkovvizii, Salmenſes, Dietrichſteinii, Naſſovici, iique Hadmarienſes & Dillenburgici Averſpergici Friſiæ Orientalis, Furſtenbergici, Schvvarzenbergici & Oettingenſes, ut ex *prædicto ſeſſionis ſchemate* cognoſci poteſt. *De quorum omnium ortu, Privilegiis & Juribus ſeq. ſect. 2. d. c. 2. th. 7. & ſeqq.* agetur.

V. *Abbatum & Prælatorum: Ubi notandum, quod ex iis aliqui*, & quidem ſequentes hodie *ſaltem habeant ſeſſionem & ſuffragium* quoad ſingula individua ſive *perſonale*, Fuldanus & Campodunenſis, (nam Hirſchfeldana Abbatia, ut dictum, in Principatum
D. ſecularem mutata) Præpoſitus Elvvangenſis, Abbas Murbacenſis ac Luderſenſis, (quæ Abbatiæ plerunque uni Abbati ſubjectæ) Inter quos etiam hoc loco refertur & ſeſſionem habet Magiſter Ordinis Johannitarum, licet præcedentibus proædriam in dubium vocet, *de quo ſeq. ſect. 2. c. 2. th. 5. expl. 1 quædam ſingularia annotavimus.* Præpoſitus Berchtesgadenſis, Weiſſenburgicus, Prumienſis ac Stabulenſis, & Abbas Corbajenſis, ſicuti ex *prædicto ſeſſionis ſchemate* etiam videri poteſt. *Plura de illis ſeq. ſect. 2 c. 2. th. 5. expl. 1. & 2. dicta ſunt. Reliquos omnes verò* (quorum magnus eſt numerus à *Limn. l. 1. cap. 8. p. m. 106. & 112. relatus*) cum Abatiſſis etiam *ibid. p. 106. & 114.* conſignatis, (de quibus etiam legi poteſt perſonatus ille *Franciſcus Irenicus in colleg. Jur. Publ. p. 1. p. m. 214.*) *hodieque duas ſaltem curias, nempe Suevicam & Rhenanam conficere, adeoque tot ſuffragia in comitiis Imperii univerſalibus hodie obtinere.*

VI. Ci-

VI. *Comitum & Baronum Imperii* numerus ingens eſt, inter illos verò præcipui *ex prioribus*, Ottingenſes, Solmenſes, Rappolſteinus, Fleckenſteinii, Leiningenſes, Naſſovienſes, Hanovici, Hohenloici, Erbacenſes, Benthcimienſes, & Teekelnburgici (qui & Steinfurdienſes,) Lippenſes, Furſtenbergici, Rheingravii, Waldecccnſes, Witgenſteinii & Sainenſes, Mansfeldici, Stolbergenſes & Wernigerödenſes, Schwartzenburgici, Oldenburgici & Delmenhorſtani, (qui ſunt hodie Duces Holſatiæ) Blanckenburgici, (qui ſunt hodie Duces Brunovicenſes) Hoyenſes & Dipholaenes (qui ſunt hodie Duces Lunæburgici) Marcani, Vehlenenſes, Iſenburgici, Eberſteinii, Falckenſteinii, Monfortii, Beichlingani, (quorum exſtinctorum bona Domini à Wetthern hodie poſſident) Hazfeldii, Königseggii, Schaumburgici (qui ſunt hodie Landgravii Haſſiæ Caſſellenſes) Pappenheimii, Manderſcheidii, Friſiæ Orientalis, Ortemburgici, Salmenſes & Rifferſcheidii, Ritterbergici, Caſtellenſes, Lindenſes & Reckumenſes, Bergenſes, Hohenſteinii, Sulzenſes, Fuggeri, Comites Reehbergici, Louenſteinii & Werthemii, Truchſeſii, Gronsfeldici, Cronenbergici, Hohenembſii, Wiedenſes & Runckelani, Waldſeenſes, Wieſenſteigii & Hagii, (qui nunc ſunt Electores & Duces Bavarici) Ranzovii, Trautmansdorffii, Sinzendorffii, Nothafftii, Hohenwaldeccii, Wolckenſteinii, Abenſpergii & Traunii, Wallenſteinii, Schlickii, Tillii, Weiſſenwolffii ſive Ungnadii, *de quibus omnibus & aliis ſeq. th.4. in expl. ſub ſingulis circulis. & ſeq. ſect. 3. c. unico th.4. & ſeqq. & ſubjunctis explicat. latè dictum eſt. Ex poſterioribus* nempe Baronibus & Dominis Rutheni, (qui nunc ſunt Comites) Rappolſteinii, Schönburgici, Limburgici, Blanckenheimii, Sainsheimii, Metternichii, Graffeneggii, Waldpottii, qui Pirmontii & ſimiles, de quibus omnibus legi poteſt poſt *Spener. in Theatro Nobilit. p.2. in indice. Frenscius d. p.1. p.m. 217. & aliquot. ſeq.* ubi de eorum ortu & ſtatu diſſerit. Quot verò præterito ſeculo in Comitiis Imperii comparuerint, vide in Indice Receſſuum Imperii ſub Rubr. **Graffen.** & Rubr. **Herrn und Freyherrn.** *Plura de illis vide d.c. unico. th.4. & ſeqq. ac ſuis explicat. Et hi omnes hodie quattuor Curias*, nempe Suevicam, Wetteravicam, Franconicam ac Weſtphalo-Saxonicam conſtituunt, *adeoque totidem ſuffragia* in Comitiis Imperii univerſalibus, novo indultu in Comitiis Ratisbonenſibus anno 1653. ab Imperatore & Statibus obtenta, cum enim anteà ſaltem tria collegia & ſuffragia, nempe Suevicum, Wetteravicum & Franconicum & poſtremum quidem ex renovatione in Comitiis Ratisbonenſibus anni 1641. impetratâ obtinerent, in præcedentibus ibidem anno 1653. & ſeq. celebratis Comitiis Comites & Barones Weſtphalo-Saxonici dicto anno 1653. ut patet ex eorum ſupplicationibus à *Limn. Tom. V. l. 9. c.1. n. 143.* relatis, Imperatorem & Status debitâ devotione implorarunt, ut etiam particulare collegium ac ſuffragium obtinerent; quod quoque illis paulò pòſt conceſſum eſt.

VII. *Omnes Imperii liberæ* Civitates ſingulare collegium conficiunt, *& in duo ſcamna vel latera nempe Rhenanum & Suevicum dividuntur.*

In illo latè ita dicto comprehenduntur nunc ſequentes in Circulo Rhenano, Burgundico, Weſtphalico, & utroque Saxonico ſitæ civitates, ſecundum ordinem ſeſſionis in Comitiis Imperii:

Colonia, Aquisgranum, Argentoratum, Lubeca, Wormatia, Spira, Francofurtum ad Mænum, Hagenoa, Colmaria, Schleſtadium, Goslaria, Brema, Mulhuſa, Nordhuſa, Weiſſeburgum ad Rhenum ſeu

A. Sebuſiorum, Landavia, Ehenhæmium ſuperius. Cæſareamontanum, Monaſterium S. Gregorii. Conshæmium, Turckhæmium, Tremonium, Fridberga, Wetzlaria, Gelnhuſa, *de quibus ſeq. ſect.4. c.1. th.7. in expl. latiſſimè & ex profeſſo egimus. nam Hervordiam & Hamburgum ac ſimul quodammodo dictam Gelnhuſam certis & relatis de cauſis d. Sect.4. c. 2. th. 2. & in expl. inter civitates controverſi adhuc juris retulimus.*

In hoc verò etiam latè ita dicto non ſolùm in Suevico, ſed etiam Bavarico & Franconico circulo ſitæ comprehenduntur, & quidem ſequentes ſecundum ordinem ſeſſionis & ſuffragii:

Ratisbona, Augusta Vindelicorum, Norinberga, Ulma, Eslinga, Reutlinga, Nordlinga, Rotenburgum ad Tubarim, Halla Suevorum, Rotwila, Uberlinga, Heilbrunna, Gemunda Suevorum, Memminga,
B. Lindavia, Dinckelſpuhla, Biberacum, Ravenſpurgum, Sweinfurtum, Campidonum, Windeshæmia, Kauffbeura, Wila, Wangena, Iſena, Pfullendorffium, Offenburgum, Leutkircha, Wimpina, Weiſſeburgum Norici, Gienga, Gengenbachium, Zella, Buchornia, Ala, Buchavia, Bopfinga.

De his omnibus quoad etymon, originem, jura & ſimilia *d. Sect. 4. c.1. th.7. in expl.* etiam tractavimus: *De illarum verò jure* in Comitiis Imperii Univerſalibus *praec. p. 2. Sect. 2. c. 9. th. 17. explic. 3.* diximus. *Ubi ſimul monendum eſſe duximus, ſtatum & numerum harum civitatum ab aliquot ſeculis valde mutatum & imminutum eſſe; Nonnullæ* enim ob varios prætextus planè ſubjugatæ, *aliæ* controverſi juris redditæ; *aliæ* ab Imperio planè avulſæ fuerunt, ut *ſeq ſect.4. c.2. th.2. & ſeqq. ac illarum explicationibus latè demonſtravimus.*

C.

TH. IV.

Circuli Imperii ſunt decem (1.) Francicus, (2.) Bavaricus, (3.) Auſtriacus, (4.) Suevicus, (5.) Rhenanus, (6.) Quatuor Electorum ad tractum Rheni, (7.) Weſtphalicus, (8.) Saxonicus ſuperior, (9.) Saxonicus inferior, (10.) Burgundicus.

Explic.

I. D*E circulis hisce notandum 1. primam* circulorum diſtributionem *in Comitiis Mergentheimenſibus* anno 1387. celebratis *ſaltem quatuor* in ſe continuiſſe, ut refert *Gold. de Regno Bohemiæ l. 4. c.8. n.2. poſteà illam à Maximiliano I.* Imperatore & Statibus licet non nominatenus, deſcriptivè tamen *in ſex* ocnpe Franconicum, Bavaricum, Suevicum, Rhenanum,
D. Weſtphalicum & Saxonicum in eum finem, ut ex illis totidem Conſiliarii Regimento, & poſteà Aſſeſſores Cameræ dentur, extenſam eſſe, ut patet *ex Illius Ordin. Regiments de dato* **Augſpurg** 1500. *Tit.* **wie zwantzig Perſonen** *&c. in fine. Tit.* **wie Sechs Räthe auß der Ritterſchafft.** *& Ordinat. Camera de dato* **Coſtnitz** 1507. *tit. fin. verſu anno ſeptimo &c. & R. J. priori de dato* **Trier und Cölln** *anno* 1512. *§. item* **ſöllen die vier Churfürſten.** *ac tandem in eodem Receſſu §. praced.* **darauff haben wir.** *decem prædictos circulos inſtitutos fuiſſe*, eosque usque huc in tanto numero permanſiſſe.

Quamvis enim Goldaſt. d. tr. l. 1. c.2. n. 5. l. 2. c.16. n. 1. & ſeqq. & d. l.4. c. 8. n. 1. cum ſeqq. enixè laborat, ut demonſtret Regnum Bohemiæ olim ſingularem Imperii circulum conſtituiſſe, & adhuc conſtituere videri, quia ad expeditionem Romanam 400. equites & 600. pedites confert. *Id tamen* ex Ferdinandi I. Roma-

norum & Bohemiæ Regis reſponſo Statibus Imperii in Comitiis Auguſtanis 1548. in illa cauſa dato abundè *refutat Arum. de Comit. cap. 2. n. 41.*

2. *Cauſam impulſivam* illos inſtituendi quod attinet, *primaria*, ut jam dictum, fuit, ut ex iis Senatus Imperii, qui ſummâ cum auctoritate Jus diceret, ſuppleretur, *acceſſoria verè* ut paci publicæ conſuleretur, hoſtes & turbatores Imperii eò citiùs ſupprimerentur, & ſententiæ à Camera latæ eò citiùs & cum majori auctoritate executioni demandarentur, & ſemper exercitus ad Imperii ſecuritatem eò faciliùs comparari queat, ut ex *Receſſibus Imperii* conſtat.

3. *Collocatione illorum auctores valde diſcrepare*, ut bene tradit & demonſtrat *Limnaeus lib. 1. c. 7. n. 29. ſicuti etiam* in ipſis Imperii Receſſibus in enumerandis illis certus ordo non obſervatur, *ſiquidem in dictâ Regimenti Ordinatione Tit.* **wie Sechs Räthe** *&c. hic illorum ordo eſt*, Franconicus, Bavaricus, Suevicus, Rhenanus, Weſtphalicus, cum Belgico, & Saxonicus inferior. *& in d. R. J. de dato* **Trier und Cölln** / *d. §.* **darauff haben** *&c.* cum ſeq. reliqui quatuor hoc ordine adjecti, Auſtriacus, Burgundicus, Quatuor Electorum ad Rheni tractum, & Saxonicus ſuperior. *Contrà in declaratione Pacis publicæ de dato* **Nürnberg** 1522. *poſt pr. ita poſiti:* Auſtriacus, Burgundicus, Quatuor Electorum, Saxonicus ſuperior, Franconicus, Bavaricus, Suevicus, Rhenanus, Weſtphalicus & Saxonicus inferior. *Rurſus in R. J. de dato Spiræ* 1542. **§. und dieſem obriſten Hauptmann** / *ordo illos referendi talis obſervatur:* Quatuor Electorum Rheni, Franconicus, Bavaricus, Auſtriacus, Suevicus, Rhenanus, Belgico-Weſtphalicus, Saxonicus ſuperior, Saxonicus inferior, & Burgundicus. *Porrò in Receſſu Conventus omnium Circularium* Ducum & Subſtitutorum, excepto Burgundico, qui non comparuit, *nomine Imperii Erfurdiæ anno* 1567. *congregatorum* ab Imperatore Maximiliano II. ibi publicato, *ſubſcriptio à Legatis illorum ſequenti ordine facta.* Legati Circuli Quatuor Electorum, Saxonici ſuperioris, Auſtriaci, Franconici, Bavarici, Suevici, Rhenani, Belgico-Weſtphalici, & Saxonici inferioris.

In inſtrumento Repartitionis Norimbergæ 1650. confecta hoc ordine conſignati ſunt Electoralis Rheni, Saxoniæ ſuperioris, Franconicus, Suevicus, Rheni ſuperioris, Weſtphalicus, Saxoniæ inferioris, Bavaricus, nam duo reliqui in illa omiſſi, quoniam Imperator & Rex Hiſpaniæ ſuis exercitibus ex illis ſatisfecit.

Cauſam variationis illius inquirenti reſpondere quidem poſſet, illam ideò eveniſſe, ne ex conſtanti ejuſdem Ordinis obſervatione præpoſiti Circuli præeminentiam præ poſterioribus ſibi arrogare poſſint.

Sed noſtro quidem judicio ex modò obſervatâ ſubſcriptione poſtpoſitis non parvum præjudicium creatum eſt, dum in ſimili eventu inde argumentum præeminentiæ, ut in ſubſcriptionibus Receſſuum Imperii ſæpe factum, abſque dubio deſumatur.

4. *Circulis his Jus eſſe conventus, circulares dictos*, per ſuos Duces inſtituendi, & in iis de circulorum ſuorum, vel vicinorum, vel etiam totius Imperii ſecuritate ac ſalute cum illis & ſubordinatis deliberandi, ut *præc. p. 2. Sect. 2. c. 9. th. 27. & in explic.* demonſtratum.

5. *A nonnullis Politicis perperàm ſtatui, unumquemque Circulum ex tribus ordinibus, Principe nempe Eccleſiaſtico & Laico, ac Civitate Imperiali conſtare, ſiquidem* contrarium ex Circulo *Auſtriaco*, in quo nulla

A. Civitas Imperialis ullo tempore fuit, & Circulo *Saxonico ſuperiore*, cui jam ultra ſeculum Dantiſcum & Elbinga à Polonis ſubtracta eſt, nec non *Burgundico*, in quo anno 1653. in Comitiis Ratisbonenſibus Veſontio ex Civitatum Imperialium numero demta, de quo legi poteſt *Knipſch. de Juribus Civit. Imper. l. 4. c. 1.*

6. *In decem illos Circulos omnes Imperii Provincias & Status tunc non eſſe redactos*, ſic memorat ex *Goldaſt. de Regno Bohem. d. lib. 2. c. 16. n. 2. Limnaeus in addit. prior. ad lib. 1. c. 7. n. 26. omiſſam eſſe Bohemiam, Boruſſiam ac Livoniam, & ideò in Comitiis de anno* 1512. *deliberatum fuiſſe* de duobus novis Circulis Bohemico & Boruſſico conſtituendis, ſed illos reſtitiſſe: *Circa quod monendum duximus, in d. Receſſu & quidem poſteriori circa fin.* de Magno Boruſſiæ Magiſtro hæc verba reperiri: **den Hochmeiſter** B. **auß Preuſſen belangend / iſt betracht / nachdem der Handel begehrter Hülffe an Unß und die Stände mercklich groß iſt / auch noch nicht wiſſende / ob der Hoch-Meiſter ſich als ein Glied zum Reich thun wolle / oder nicht / und auch zu dieſer Zeit nicht außfündig mag ſeyn / wie hoch und was der Anſchlagungs-Pfenning ertragen mag / daß der und ander Urſachen halber die Sache biß auff den nächſtkünfftigen Reichstag ſol geſchoben werden** / *de quo etiam lege R. J. de dato* **Augſpurg** *anno* 1500. *tit.* **vom Hochmeiſter in Preuſſen** *& ſeq.* ubi de Magiſtro Boruſſiæ & Livoniæ ſubjectione quædam habentur.

De Regno Bohemiæ jam præced. n. 1. egimus. Quoad Italica feuda ſciendum, illa per privilegia Imperatorum ab omnibus oneribus libera, eorumque Prin- C. cipes, *excepto Sabaudico*, Imperii Status non eſſe, ideoque nec particularem Circulum conſtituere, nec aliis inſeri potuiſſe.

Quid circa Civitates Hanſeaticas illas, quæ neque Imperio, neque ejus Statibus aliquid contribuunt, in Comitiis Imperii deliberatum ſit, *ex R. J. de dato* **Augſpurg** 1548. **§. und als erſtlich** *& ſeq.* dignoſci poteſt.

Tandem 7. Monendum, exactam & conformem circulorum horum deſcriptionem, tum ob exemtiones, tum ob novorum ſtatuum receptiones, tum ob diſtractiones multorum comitatuum & dominiorum, tum ob erroneas inſertiones membrorum quorundam nullibi reperiri, & idcirco etiam in *Inſtrum. Pacis art. 8. §. gaudeant &c.* diſpoſitum eſſe, in Comitiis proximis circulos illos redintegrandos eſſe.

Quocirca etiam nos illos exactè hic referre non po- D. tuimus, quoniam iſta redintegratio nondum perfecta eſt.

II. *In Circulo Franconico ſunt ſequentes Status Imperii:*

Ex Eccleſiaſticis Principibus Epiſcopi Bambergenſis (convocator & Director) Herbipolenſis & Eichſtadienſis, nec non Magiſter Ordinis Teutonici.

Principes ſeculares, Marchiones Brandenburgici, Culmbacenſes & Onoldini, tanquam Burggravii Norimbergenſes (ex quibus unus ſimul convocator circuli eſt) Poſſeſſores comitatus principalis Hennenbergici (qui ſunt Epiſcopus Herbipolenſis, Domus Saxonica utraque, & Haſſiaca Caſſelenſis pro cujusq; parte, ut legi poteſt apud Zeiller. **von den zehen Crayſen** tit. 6. n. 6.

Comites Hohenloici, Caſtellenſes. Lovvenſteinio Wertheimii, Poſſeſſores comitatus Reineccii, interq; eos Archiepiſcopus Moguntinus. Porrò Comites & Domini Erbacenſes, Limburgenſes, Schwarzenbergici.

gici, Seinsheimii, Nothaftii. de quibus ſpecialiter *ſeq. ſect.3.c.unico.th.7.in expl.* egimus.

Ex civitatibus Imperii Norimberga (convocatrix ſimul ei vitatum.) Rotenburgum, Windeshemium, Schweinsfurtum, & Weiſſenburgum Norici, de quibus etiam *ſeq.ſect.4.c.1.th.7.in expl.* egimus. In dicta repartitione Norimbergenſi invenitur etiam Herbipolis, non quidem, ut civitas Imperii, ſed ex parte der Neindorffer/qui immediata Imperii bona ſunt.

De ordine ſuffragiorum in hoc circulo ferendorum obſervato legi poteſt Limn. in Addit. prioribus ad l.9.c.1. n.242 poſt ſect.7.

2. *In circulo Bavarico reperiuntur*

Ex Eccleſiaſticis: Archiepiſcopus Salisburgenſis, (qui convocator) Epiſcopi Paſſavienſis, Friſingenſis & Ratisbonenſis. Præpoſitus Berchtolsgadenſis, Abbates Waldſachſenſes, S. Haimerani Ratisbonæ, & Keyſersheimenſis: Item Abbatiſſæ Monaſterii inferioris & ſuperioris Ratisbonæ.

Ex Secularibus Elector & Duces Bavariæ, (ex quibus prior ſimul convocator.) Comites Palatini Neoburgici, (ſub quibus Sulzbacenſes ſimul comprehenduntur) Landgravii Leuchtenburgici, (qui nunc ſunt Duces Bavariæ) Principes Lobkowizii ratione Comitatus Principalis Sternſteinii, ab Imperatore Ferdinando III. ex Dynaſtia in talem Comitatum erecti, ſecundum *Zeill.* von den zehen Kreyſen *tit.3. n.14. & Principes Eggenbergici ratione cenſus vel indictionis ob* Dynaſtiam Gradiſcienſem in Forojulio & aliàs in Circulo Auſtriaco ſitam, ob illam cauſam, quia Auſtriaci cum ſuo circulo Imperio directò nihil contribuunt, ut ſeq. ſect.2.*c.1.th.1.expl.*1. poſt quæſt.2. notatum eſt. Comites & Domini Ortenburgici, Hohenwaldeggenſes, Wolffſteinii. Duces Bavariæ ratione Comitatus Hagenſis & Neoburgici ratione Dominii Stauffen & Ehrenfels. Item Comites Abensbergenſes & Tillienſes, atq; hi ratione Comitatus Breittenecf ſecundum ſubſcriptionem R. J. de anno 1654. de quibus quoque *d.c.8.th.5.in expl.ſpecialiter egimus. Ex civitatibus Imperii ſola Ratisbona*, de qua etiam ſeq. *ſect.4.c.1.th.7. in expl. actum eſt.*

3. *In Circulum Auſtriacum quidem referri ſolent* ex Eccleſiaſticis Epiſcopi, Tridentinus, Brixienſis, Murbacenſis, Gurcenſis, Seggavienſis, Labacenſis & Viennenſis, *ſed circa* quatuor poſteriores notandum, Labacenſem planè nunquam, Viennenſem verò ſemel nomine Epiſcopi Brixienſis, at Seggavienſem quidem anno 1541. in Comitiis Ratisbonenſibus, & Gurcenſem utpote ſimul Brixienſem in Comitiis Ratisbonenſibus anno 1603. comparuiſſe, *hodiè* verò ſolùm in Comitiis Imperii ſe ſiſtere Tridentinum ac Brixienſem, quamvis non ſine contradictione aliquâ Domus Auſtriacæ, reliquos verò ſimpliciter eximi, unà cum Comitibus antiquioribus & recentioribus, nec non Ballivis & Abbatibus, ut nobis in Imperatoria Aula verſantibus certò relatum & compertum, ſicuti etiam illud poſteà *à Zeillero d.tr.tit.1.in f.* obſervatum eſſe vidimus: & ideò dicti Epiſcopi non ſunt Principes Imperii, uti etiam Abbates immediati in illo nulli ſunt.

Ex Secularibus ſoli Archiduces Auſtriæ; uti etiam Principes Eggenbergici prædicto ſub Circulo Bavarico modo, *& Auerſpergici* ſecundum tamen ea, quæ *ſeq.ſect. 2.c.2.th.12.in expl.ante finem, & hic ſeq. n.4.* annotavimus. *Ex Civitatibus Imperii verò jam nulla.*

4. *In Circulo Suevico continentur ex Eccleſiaſticis* Epiſcopus Conſtantienſis (qui convocator Circuli eſt) Auguſtanus & Curienſis, Præpoſitus Elwagenſis, Abbates Campidunenſis, Reichenauenſis, Salmansweillenſis, Weingartenſis, Ochſenhuſanus, Gengenbacenſis, Elchingenſis, Irſinenſis, Auersbergenſis, Roggenburgenſis, Zwyfaltenſis, vigore ſubſcriptio-

A. nis *R. J. de dato* Regenſpurg *anno* 1641. *&* 1653. Munchrotenſis, Schuſſenreidenſis, Weiſſenavienſis, Marchthalenſis, Petershauſenſis, Auguſtanus ad D. Ulricum & Afram, & Wettenhauſenſis: Quibus annumeratur Commendator Provincialis in Alſatia: Item Abbatiſſæ Lindavienſis, Buchavienſis, Baintenſis, Heppachenſis, Guttenzellenſis & Rottenmonaſterienſis.

Ex Secularibus, Duces Wurtenbergenſes, (qui ſimul Convocatores) Marchiones Badenſes utrique, Principes Hohenzollerani, & ratione Comitatus Tengenſis pro parte Auerſpergici, ut *ſeq ſect.2.c.2.th.12.in expl.* ante finem conſignavimus. Comites Montfortii, Furſtenbergici, Ottingenſes, Sulzenſes, Truchſeſii, Waldenburgici & Zeillenſes, Konigseccii, Graveneggii, Hohen Embſii, Eberſteinii, Fleckenſteinii, Fuggeri, Rechbergici, Geroldseggii, qui demùm *anno* 1638. ut Status Imperii recepti fuerunt, *Limn. in addit. ad l.1.*

B. *c.7 n.26.* Poſſeſſores Comitatus Helffenſteinii, ratione Wiſenſteig (qui ſunt hodie Duces Bavariæ) Comitatus Zimmern & Lupfen: Item Dominii Gundelfingen, Mündelheim, Juſtingen, cujus nomine *in R. J. nonnonnullis & in ſpecie de anno* 1654. ſubſcripſit Erneſtus Baro de Freyberg; & Bondorff, *de quibus ſpecialiter d. ſect.3.c.unico th.5.in explic. dictum.*

Ex Civitatibus Imperialibus Auguſta Vindelicorum, Ulma, (quæ apud civitates ſimul convocationis Jus habet) Eslinga, Reutlinga, Nordlinga, Halla Suevorum, Uberlinga, Rotvvila, Heilbronna, Gemunda, Memminga, Lindavia, Dunckelſpuhla, Biberacum, Ravensburga, Campidunum, Kauff beura, Wila, Wangena, Iſena, Leutkircha, Winpina, Gienga, Bopfinga, Buchavia, Ala, Pfullendorffium, Buchornia, Offenburgum, Gengenbachium, Zella, de quibus omnibus in ſpecie *d ſect.4.c.1.th.7. in expl.* latè diximus. *De Ordine, quem hi Status in ſeſſione in Circulo ſuo & ſuf-*

C. *fragio ferendo obſervent, vide Zeilerum* von den 10. Creyſen *tit.7.*

5. *Superior Rhenanus* ideò dictus, quia in ſuperiori Rheni parte potiſſimùm ſitus eſt, continet ſub ſe *ex Eccleſiaſticis* Archiepiſcopum Biſantinum, Epiſcopos Wormatienſem, (qui eſt Convocator) Spirenſem, Argentinenſem, & Baſileenſem, & illis Adjunctum Magiſtrum Ordinis Johannæi. Porrò Abbatem Fuldenſem, Murbacenſem, Luderenſem, Prumienſem & Monaſterienſem in valle Divi Gregorii, nec non Præpoſitum Weiſſenburgicum ac Odenheimium. *Ex Secularibus* Comites Palatinos Lauterenſes, Simmerenſes, (qui nunc Jus ſuum Convocationis recepit) Bipontinos & Lautereccenſes, Birckenfeldenſes & Landsbergicos, Item Poſſeſſores Comitatus Spanheimii, Landgravios Haſſiæ utriusq;, Duces Sabaudiæ, Principes Hirſchfeldicos, qui ſunt Landgravii Haſſiæ Caſſellani, Duces Lotharingiæ, ratione Marchionatus Nomeni-

D. nii: Principes Salmenſes, Comites & Dominos Naſſovios in Sarbruck, Sarwerden, Idſteino. Wiesbaden & Weilburg Wild & Rheingravios, Hanovienſes, Solmenſes, Leiningenſes, Iſenburgicos & Budingenſes, Witgenſteinios, Waldeccenſes, Falckenſteinio-Daunenſes, & Poſſeſſores Baronatus Konigsſteinii (qui ſunt Archiepiſcopi Moguntini) Krichingenſes, & Fleckenſteinios, *de quibus etiam ſeq. ſect.3. c.unico th.6. & ſeqq. in expl. actum eſt.*

Ex Civitatibus, Argentoratum, inter civitates ſimul Convocatricem, Keyſersbergam, Turckhæmium, Monaſterium in valle S. Gregorii, Ehenhæmium ſuperius, Colmariam, Conshænium, Seleſtadium, Hagenoam, Weiſſeburgum Sebuſiorum, Landaviam, Spiram, Wormatiam, Francofurtum ad Mænum, inter civitates ſimul convocatricem, Fridbergam, Gelnhuſam & Wezlariam, *de quibus etiam in ſpecie d. ſect.4.c.1.th.7. expl. egimus.*

6. *Circulus quatuor Electorum ad Rhenum* comprehendit ex *Eccleſiaſticis* tres Electores, Moguntinum Convocatorem, Trevirenſem & Colonienſem, item Commendatorem Provincialem Confluentiæ, & Abbatem ad D. Maximini (qui verò jam ab Electore Trevirenſi eximitur, de quo legi poteſt *Zellerus d. Tr. Tit. 3. ſub verbo* (Trier) & Præpoſituram Selz ad Rhenum.

Ex Secularibus Electorem Palatinum Rheni, Principem Arenbergicum, Comites Naſſovicos in Dillenburg ratione Dynaſtiæ Beilſtein. Iſenburgicos ratione Comitatus inferioris Iſenburgici, & Comites Rifferſcheidios. Dynaſtas in Reineck. de quibus etiam d. ſect. 3. c. unico th. 7. & 8 in expl. egimus. *Ex Civitatibus Imperialibus* Gelnhuſanı ſolam, quæ tamen ab Electore Palatino & Comitibus Hanovicis exemtionis prætenſionem patitur, ut legi poteſt apud *Knipſch. l. 3. c. 16 n. 8.* ſed non attentâ illâ proximis tribus Comitiis Imperii per Francofurtenſes ſuffragium ſuum tulit, ut ex *ſubſcriptione Receſſus conſtat. De qua etiam ſeq. ſect. 4 c. 1. th. 7. in expl. & c. 2. th. 2. in expl. diximus.*

7. *In Circulo Weſtphalico* *Ex Eccleſiaſticis* ſequentes reperiuntur Epiſcopi Paderbornenſis, Monaſterienſis, (qui convocat) Oſnabruggenſis & Leodienſis. Abbates VVerdenſes, Stabulenſis, Monaſterienſis S. Cornelii, Andernachenſis, Corbejenſis, Abbatiſſæ Hervordenſis & Eſſenſis.

Ex Secularibus Poſſeſſores Ducatuum Juliacenſis, Clivenſis & Bergenſis, cum annexis Comitatibus & Dynaſtiis, qui hodie ſunt Elector Brandenburgicus, & Comes Palatinus Rheni Neoburgicus, (nam Elector Saxoniæ Jus quidem Inveſtituræ, verùm abſque poſſeſſione habet)

*Ubi notandum Ducem Clivenſem Jus convocandi cum Epiſcopo Monaſterienſi quidem habuiſſe, ſed illo Do*minos Poſſeſſores non gaviſos, idque in ſuſpenſo relictum eſſe, *donec anno* 1666. *in Tranſactione hæreditaria inter Electorem Brandenburgicum Fridericum Wilhelmum & Comitem Palatinum Rheni Philippum Wilhelmum initâ, art. 18. ita diſpoſitum fuit, ut Directorium illud utrisq; cum Epiſcopo Monaſterienſi commune ſit*, ita ut illi inter ſe alternent, hic vero primum ſuffragium & locum habeat, uti legi poteſt apud *Gaſtel. de Statu Publico Europæo noviſſimo c. 9. n. 116.* Duces Verdenſes, qui ſunt Reges Sueciæ, & Principes Mindenſes, qui ſunt Electores Brandenburgici. Principes & Comites Friſiæ Orientalis. Comites Naſſovicos in Dillenburg. Poſſeſſores Comitatus Oldeoburgici & Delmenhorſtani adhuc incerti, Comites Witgenſteinii ratione Sayn, Manderſcheidii ac Blanckenheimii, Virnenbergici, Widani & Runckelani, Lippicenſes, Mörſenſes, Gronſfeldii in Brunchorſt, Steinfurtenſes, Benthemiei ac Tecklenburgici, Hoyenſes, (qui nunc ſunt ratione Comitatus utriusq; Duces Lunæburgici) Schaumburgici, (qui hodie ſunt Landgravii Haſſiæ Caſſelenſes) Dipholtii, (qui hodie ſunt dicti Duces Lunæburgici) Comites Marco Schleidenſes & Reckumenſes, Wehleni, Domini in Pirmont, quibus *in dicta Repartitione Norbergica de A. 1650. adjectus Dynaſta Holtzapfel, qui tamen in ſubſcriptione Receſſus Imperii de A. 1654. non reperitur. De his etiam ſeq. ſect. unico th. 8. in expl. egimus.* *Ex Civitatibus* Colonia, Aquisgranum, Tremonia, Hervordia, (cui tamen ab Electore Brandenburgico controverſia ſtatus movetur, *ut ſeq. ſect. 4. c. 2. th. 2. in expl.* demonſtravimus) quæ etiam in d. Receſſu reperiuntur. Nam reliquæ, puta Veſalia ſuperior, Suſatum, Duisburgum, Brackela, Warburga, Lemgovia, Dura, uti etiam Monaſterium Civitates Imperiales partim amplius non ...tum controverſiam adhuc ſuſtinent. *De his ſi... d. ſect. 4. c. 1. th. 7. in expl. & c. 2. th. 2. & 3. ac in ...* egimus.

A. 8. *Circulus Saxoniæ* ...
ex Eccleſiaſticis Princip...
nenſem, Martisburgenſe...
zenſis cohæret) Camin...
Havelbergenſem & Libu...
Abbates Salfeldenſem, Pe...
riedenſem, & Abbatiſſas Q...
rodenſem. *Sed ut notum,* ...
ca nunc in ſecularia immut...
Quedlinburgenſi. *Adeoqu*...
Principes ſeculares ſequente...
convocator) cum Sereniſſim...
Elector nomine Electoratu...
ſis, ſecundogeniti Auguſti ſuc...
nis teſtamentariæ, quam Do...
gia & Miſnia obtinuit, tertioge...
nomine Epiſcopatus Martisbu...
B. Mauricius ratione Epiſcopatu...
culum illum pertinet.
Et Elector Brandenburgicus ...
cohærentium Marchiarum, ...
Braodenburgici, Havelbergici, ...
quam propriorum bonorum, ac...
Camminenſis vigore *Inſtr. Pac. art*...
in Principatum mutati pro dimidi...
Abbatia verò Salfeld ad Ducem...
geoſem ac Gothanum, & *Walke*...
Brunovicenſes, vigore Inſtr. Pac. ...
tranſlata eſt: ac Gerenrodenſem P...
Sereniſſimi Jure Advocatiæ, & quide...
illa tanquam bona ſecularia & propr...
conſuctâ & reliquis oneribus ac jurib...
Sequuntur nunc reliqui Duces Sa...
Lineæ Altenburgicæ & Weimarienſi...
ris & poſterioris Pomeraniæ & Epiſco...
C. ſis, nempe Rex Sueciæ & Elector Br...
Principes Anhaltini (qui hodie natio...
ſtanæ ſimul Comites Mühlingani) ...
chenſes, qui Hazfeldici, Rappinenſes (...
ctores Brandenburgici) Schwarzenbur...
dici & Barbyenſes, quibus anno 1659. p...
ſucceſſit ex exſpectativæ collatione à Do...
te factâ Adminiſtrator Magdeburgenſis c...
hæredibus) Stolbergenſes, Hoheuſteinii...
ex donatione à Sereniſſimo Electore B...
genſi factâ, ſunt Comites Witgenſteinii, ...
ſcriptionis R. J. de dato Regenſpurg 1654...
Comitatum inprimis quo ad præfecturam ...
Kletteoberg tanquam feuda Halberſtadienſ...
duot Comites Schwarzenburgii ac Stolber...
gore deductionis in Comitiis Ratisponenſi...
1653. exhibitæ & à *Limn. in Addit. Poſter.* ...
D. *n. 22.* adductæ, de qua controverſia *ſeq. ſect. 3. c.* ...
6. ſub Comitibus Hohenſteiniis pro & contra e...
judicium noſtrum adjecimus) Mauritius Dux ...
ſuperioris ex teſtamento paterno ratione certa...
landiæ partis & trium ex quatuor aſſecuratis, ut...
Præfecturis in Thuringia, nimirum Arenſt...
Ziegenruck & Weyda / nam quartam, Sa...
burg / Auguſtus frater ſimul accepit.
Elector Saxoniæ ratione Comitatus Leiſnic...
& Dynaſtæ Wildenfels. Ratione Beichlingaris C...
tatus Domini à Werthern. Comites Rutheni or...
Linearum, ac Domini de Schöoburg & Domin...
Brandenſtein in Ranis.
De quibus *ex parte d. th. 6. in explicatione* egimu...
In hoc circulo nulla amplius Imperii civitas à lo...
go tempore reperitur.
9. *Circulus Saxoniæ inferioris* (in quo hodie alte...
natim Dux Magdeburgicus cum condirectore Duc...
Brunovicenſi & Dux Bremenſis ſecundum *Inſtrum*...
Pac...

Pac. Art.10. §.quartè Directorium habent) in ſe continet *ex Eccleſiaſticis* Epiſcopum Hildeſienſem & Lubecenſem.

Ex Secularibus Ducem Magdeburgenſem & Bremenſem, quorum ille Elector Brandenburgicus & hic Rex Sueciæ, ut notum eſt. Duces Brunovicenſes & Lunæburgicos omnium Linearum. Ducem Verdenſem & Principem Halberſtadienſem, quorum ille Rex Sueciæ & hic Elector Brandenburgicus eſt. Duces Mechelnburgicos utriusque lineæ. Ducem Saxoniæ inferioris in **Lauenburg**. Principem Mindenſem, qui Elector Brandenburgicus eſt. Duces Holſatiæ Gluckſtadienſes & Gottorffienſes cum agnatis. Principes Sverinenſes & Razeburgicos, qui etiam ſunt Duces Mechlenburgici Sverinenſis lineæ. Auguſti Ducis Saxoniæ ſuperioris ſucceſſores ex teſtamento Johannis Georgii I. Saxoniæ Ducis & Electoris ratione quatuor Præfecturarum ex Pacificatione Pragenſi & Oſnabruggenſi Art. 11. §. cæterùm ad hunc translatarum, Querfurth, Interbock Damé & Borg & Dynaſtiæ Heldrungen. Duces Brunovicenſes ratione Comitatus Blanckenburgici. Elector Brandenburgicus ratione Comitatus Reinſteinii, & tandem Comites Ranzovii, de quibus *d. c. unico th. 8. in expl.* egimus. *Ex Civitatibus* Lubeca, Brema, Goslaria, Muhlhuſa, & Northuſa, de quibus *ſeq. ſect. 4. c. 1. th. 7. in expl.* etiam egimus.

10. *Burgundicus Circulus* olim ſub ſe cum comitatu cognomine ſimul totum Belgium continuit, ut patet ex *R. J. de dato* **Augſpurg** 1548. §. **nachdem auch von unſern.** *In illo jam* nullus Imperii Status, nam Archiepiſcopus Veſontinus ad Circulum Rhenanum ſuperiorem pertinet. Archiepiſcopus Cameracenſis & Epiſcopus Ultrajectinus ſub Weſtphalico comprehenſus fuit. Marchionatus Antverpiæ jam talis eſſe deſiit, uti etiam in nuperis Comitiis Ratisbonenſibus 1653. Veſontio civitas ab Imperio avulſa & Regi Hiſpaniarum cum omni jure tradita fuit, ut legi poteſt apud *Limn. in Addit. poſter. ad lib. 7. c. 6.*

Sed poſteà per notiſſimum illud civile bellum multæ Provinciæ, nempe Hollandia, Selandia, Friſia Occidentalis, Zutfania, Trans Iſalania, & Dominium Ultrajectanum ac Groningenſe, ſe Imperio & Regis Hiſpaniæ dominio exemêre, & ex reliquis Provinciis, ut modò dicetur, quædam manu militari ad ſe traxerunt, & per *Pacificationem Hiſpano Belgicam anni* 1648. Monaſterii initam, plenam libertatem obtinuére, ita; ut Circulo illi tanquam Imperii parti nunc ſolummodò ſubſint Comitatus Flandriæ & Ducatus Brabantiæ, Limburgenſis, Lucæburgenſis, Hannonienſis, Namurcenſis, Gelrienſis pro dimidia, Arteſienſis, Marchionatus Antwerpiæ & Dominium Mechliniæ.

Et ne hæ quidem Provinciæ jam adhuc integræ ſub illo Circulo ſunt, quia per *dictam Pacificationem art.* 3. multa Flandriæ & Brabantiæ loca in ordinum confœderatorum dominium ſimul tranſiere, & Galliæ Rex intra paucos annos etiam multa per nuperum bellum ademit, ac per *Pacificationem Aquisgranenſem anni* 1668. *obtinuit.*

Quibus addendum 1. *Burgundicum hunc Circulum* etiam in Pacificatione Germano Gallicâ ſecundùm Inſtrumentum Pacis pro membro Imperii declaratum eſſe. 2. *In illo hodie* nullum eſſe Principem convocatorem, quia Rex Hiſpaniæ ut Burgundiæ Dux nullum ampliùs Imperii Statum, ut jam dictum, in illo habet, adeoque convocatione non indiget. Relatum quoque eſt nobis; in rebus Imperium concernentibus literas ad Gubernatorem generalem dirigi. 3. *Burgundiæ dictum Comitatum* nuper & poſtquam præmiſſa ſcripſimus, à Rege Galliæ totum occupatum, ac à Rege Hiſpaniæ per Pacificationem Neomagenſem anno

A. 1678. illi ceſſum eſſe, adeoque circulum hunc procul dubio ſublatum iri.

II. *Omnes hi Status in certam matriculam*, quæ cujusque nomina cum adſcriptâ certâ pecuniæ vel militum ſummâ, quam quilibet ea igente neceſſitate præſtare, ac inſuper quid quilibet ad ſuſtentationem Cameræ Imperialis ſingulis annis contribuere tenetur, in ſe continet, *conſignati ſunt, quæ quoniam diverſimodè à Politicis exhibetur, atque ab Imperatore ac Statibus ipſis pro erronea & manca ſæpe habita, & eapropter in Inſtr. Pac. art. 8. verſ. gaudeant, & art. 17. verſ. ut etiam pax &c. ut Circuli redintegrentur, ac Matricula renovetur, & Status exemti reducantur, expreſſè conſtitutum, illud verò nondum perfectum eſt*, de ea nihil hic referre, ſed curioſum Lectorem interim ad *Limn. l. 4. c. 7. n. 66.* ac *in utrisque additionibus, & Zeiller. in itiner. German. continuat. c. 1. f. m. 9.* & ſeqq. multis, nec non

B. in tr. *de Circulis decem Imperii. nec non Wurffbain in Relationib. Hiſtoricis parte 9. remittere voluimus.*

Quare etiam circa Quæſtionem: AN OMNES IN HISCE CIRCULIS HODIE CONTENTI IMMEDIATI IMPERII STATUS SINT? *nihil determinare, ſed Lectorem ad Limn. l. 1. c. 7. n. 36. Strauch. diſſert. Exoter. 1. th. 6. Muller. de Convent. Circulorum remittere voluimus.*

III. *Circumfertur etiam alia diſtributio Statuum vel potiùs membrorum Imperii in quaterniones*, relata etiam *à Limn. d. c. 7. n. 38. ſed illam jam olim pro figmento multi magni viri habent, interque eos Freh. ad Petr. de Andlo l. 1. c. 16. Beatus Rhenanus l. 3. Rerum German. & alii, quibus* ex Neotericis plerique accedunt, interque eos *Conring. de Civib. Imperii th.* 40.

Quid verò de illa ſit ſentiendum, legi poteſt apud Limn. d. c. 7. n. 38. & ſeqq. & in Addit. prioribus. & Schutz. in Coll. J. P. vol. 1. Diſp. 8. th. 1. lit. B.

C.

TH. V.

Hactenus diſtributio Imperii: Sequitur ejus imminutio; circa quam conſiderandi ejus (1.) modi, (2.) cauſæ, (3.) media recuperandi ablata.

TH. VI.

Modi ejus ſunt tres (1.) Totalis membrorum à corpore avulſio, (2.) immediatorum ejus membrorum à potentioribus Imperii Statibus, ſalvis oneribus, facta ſubjectio, (3.) onerum communium denegatio ſolùm.

TH. VII.

D. *Avulſio illa totalis iterùm duplici modo obtigit*, facto ſcilicet proprio adeoque voluntario, vel alterius violento.

TH. IIX.

Avulſio utraque fundatur titulo (1.) privilegii; (2.) præſcriptionis; (3.) conventionis; (4.) donationis; (5.) publicæ & ſolennis declarationis per ſanctiones pragmaticas factæ. (6.) Jure belli.

Explic.

QUoad 1. *titulum*; multi quidem ex antiquioribus JCtis tradidére; *Venetos* pro ſua Urbe & in mari ſitâ ditione exemtionis *ab Imperio obtinuiſſe Privilegium*, in tantum; ut etiam *Albert.* de *Roſate ad L. cunctos Populos. C. de Sancta T.*

6. *Circulus quatuor Electorum ad Rhenum* comprehendit ex *Eccleſiaſticis* tres Electores, Moguntinum Convocatorem, Trevirenſem & Colonienſem, item Commendatorem Provincialem Confluentiæ, & Abbatem ad D. Maximini (qui verò jam ab Electore Trevirenſi eximitur, de quo legi poteſt *Zeillerus d. Tr. Tit. 3. ſub verbo* (Trier) & Præpoſituram Sela ad Rhenum.

Ex Secularibus Electorem Palatinum Rheni, Principem Arenbergicum, Comites Naſſovicos in Dillenburg ratione Dynaſtiæ Beilſtein. Iſenburgicos ratione Comitatus inferioris Iſenburgici, & Comites Riffer ſchidios. Dynaſtas in Reineck. de quibus etiam d. ſect. 3. *c. unico th. 7. & 8 in expl.* egimus. *Ex Civitatibus Imperialibus* Gelnhuſam ſolam, quæ tamen ab Electore Palatino & Comitibus Hanovicis exemtionis prætenſionem patitur, ut legi poteſt apud *Knipſch. l. 3. c. 16 n. 8.* ſed non attentâ illâ proximis tribus Comitiis Imperii per Francofurtenſes ſuffragium ſuum tulit, ut *ex ſubſcriptione Receſſus conſtat. De qua etiam ſeq. ſect. 4. c. 1. th. 7. in expl. & c. 2. th. 2. in expl. diximus.*

7. *In Circulo weſtphalico* ſequentes reperiuntur

Ex Eccleſiaſticis Epiſcopi Paderbornenſis, Monaſterienſis, (qui convocat) Oſnabruggenſis & Leodicenſis. Abbates VVerdenſes, Stabulenſis, Monaſterienſis S. Cornelii, Andernachenſis, Corbejenſis, Abbatiſſæ Hervordenſis & Eſſenſis.

Ex Secularibus Poſſeſſores Ducatuum Juliacenſis, Clivenſis & Bergenſis, cum annexis Comitatibus & Dynaſtiis, qui hodie ſunt Elector Brandenburgicus, & Comes Palatinus Rheni Neoburgicus, (nam Elector Saxoniæ Jus quidem Inveſtituræ, verùm abſque poſſeſſione habet)

Ubi notandum Ducem Clivenſem Jus convocandi cum Epiſcopo Monaſterienſi quidem habuiſſe, ſed illo Dominos Poſſeſſores non gaviſos, idque in ſuſpenſo relictum eſſe, *donec anno* 1666. *in Transactione hereditaria inter Electorem Brandenburgicum Fridericum Wilhelmum & Comitem Palatinum Rheni Philippum Wilhelmum initâ, art. 18. ita diſpoſitum fuit ut Directorium illud utriuq; cum Epiſcopo Monaſterienſi commune ſit*, ita ut illi inter ſe alternent, hic vero primum ſuffragium & locum habeat, uti legi poteſt apud *Gaſtel. de Statu Publico Europae noviſſimo c. 9. n. 116.* Duces Verdenſes, qui ſunt Reges Sueciæ, & Principes Mindenſes, qui ſunt Electores Brandenburgici. Principes & Comites Friſiæ Orientalis. Comites Naſſovicos in Dillenburg. Poſſeſſores Comitatus Oldenburgici & Delmenhorſtani adhuc incerti, Comites Witgenſteinii ratione Sayn, Manderſcheidii ac Blanckenheimii, Virnenbergici, Widani & Runckelani, Lippienſes, Mörſenſes, Gronsfeldii in Brunchorſt, Steinfurtenſes, Benthemici ac Tecklenburgici, Hoyenſes, (qui nunc ſunt ratione Comitatus utriusq; Duces Lunæburgici) Schaumburgici, (qui hodie ſunt Landgravii Haſſiæ Caſſelenſes) Dipholtii, (qui hodie ſunt dicti Duces Lunæburgici) Comites Marco Schleidenſes & Reckumenſes, Wehleni, Domini in Pirmont, quibus *in dicta Repartitione Noribergica de A.* 1650. *adjectus Dynaſta Holtzapfel, qui tamen in ſubſcriptione Receſſus Imperii de A.* 1654 *non reperitur. De his etiam ſeq. ſect. 3. c. unico th. 8. in expl. egimus.* *Ex Civitatibus* Colonia, Aquisgranum, Tremonia, Hervordia, (cui tamen ab Electore Brandenburgico controverſia ſtatus movetur, ut *ſeq. ſect. 4. c. 2. th. 2. in expl.* demonſtravimus) quæ etiam in d. Receſſu reperiuntur. Nam reliquæ, puta Veſalia ſuperior, Suſatum, Duisburgum, Brackela. Warburga, Lemgovia, Dura, uti etiam Monaſterium Civitates Imperiales partim amplius non ſunt, partim controverſiam adhuc ſuſtinent. *De his ſimiliter d. ſect. 4. c. 1. th. 7. in expl. & c. 2. th. 2. & 3. ac in explicat.* egimus.

8. *Circulus Saxonicus ſuperior olim* ſub ſe continuit ex Eccleſiaſticis Principibus *ſequentes Epiſcopos*, Miſnenſem, Martisburgenſem, Naumburgenſem, (cui Cizenſis cohæret) Caminenſem, Brandenburgenſem, Havelbergenſem & Libuſienſem. Nec non Principes Abbates Salſeldenſem, Petershuſanum, ac Walckenriedenſem, & Abbatiſſas Quedlinburgenſem ac Gernrodenſem. *Sed ut notum*, omnia illa bona Eccleſiaſtica nunc in ſecularia immutata ſunt, exceptâ Abbatiâ Quedlinburgenſi. *Adeoque primas in illo jam tenent Principes ſeculares* ſequentes, Elector Saxoniæ (qui convocator) cum Sereniſſimis ſuis Fratribus, ſiquidem Elector nomine Electoratus, & Epiſcopatus Miſnenſis, ſecundogeniti Auguſti ſucceſſores ratione portionis teſtamentariæ, quam Dominus Parens in Thuringia & Miſnia obtinuit, tertiogenitus frater Chriſtianus nomine Epiſcopatus Martisburgici, & quartogenitus Mauricius ratione Epiſcopatus Naumburgici ad circulum illum pertinet.

Et Elector Brandenburgicus nomine Electoratus & cohærentium Marchiarum, nec non Epiſcopatus Brandenburgici, Havelbergici, ac Libuſienſis tanquam propriorum bonorum, ac ratione Epiſcopatus Caminenſis vigore *Inſtr. Pac. art. 11. §. tenetatur*, idem in Principatum mutati pro dimidia in illo continetur.

Abbatia verò Salfold ad Ducem Saxoniæ Altenburgenſem ac Gothanum, & *walkenrithana* ad Duces Brunovicenſes, vigore Inſtr. Pac. art. 13. §. Septimò. translata eſt: ac Gerenrodenſem Principes Anhaltini Sereniſſimi Jure Advocatiæ, & quidem hi omnes bona illa tanquam bona ſecularia & propria cum indictione conſuetâ & reliquis oneribus ac juribus tenent.

Sequuntur nunc reliqui Duces Saxoniæ ſuperioris Lineæ Altenburgicæ & Weimarienſis, Duces anterioris & poſterioris Pomeraniæ & Epiſcopatus Caminenſis, nempe Rex Sueciæ & Elector Brandenburgicus, Principes Anhaltini (qui hodie ratione Lineæ Serveſtanæ ſimul Comites Mühlingani) Comites Gleichenſes, qui Hazſeldici, Rappinenſes (qui nunc Electores Brandenburgici) Schvvarzenburgici, Mansfeldici & Barbyenſes, (quibus anno 1659. planè exſtinctis ſucceſſit ex exſpectativæ collatione à Domino Parente factâ Adminiſtrator Magdeburgenſis cum maſculis hæredibus) Stolbergenſes, Hohenſteinii (qui hodie ex donatione à Sereniſſimo Electore Brandenburgenſi factâ, ſunt Comites Witgenſteinii, *vigore ſubſcriptionis R. J. de dato* Regenſpurg 1654. ſed illum Comitatum inprimis quo ad præfecturam Lohram & Klettenberg tanquam feuda Halberſtadienſia prætendunt Comites Schvvarzenburgii ac Stolbergenſes vigore deductionis in Comitiis Ratisponenſibus anno 1653. exhibitæ & à *Limn. in Addit. Poſter. ad l. 4. c. 7. n. 2a.* adductæ, de qua controverſia *ſeq. ſect. 3. c. unico th. 6. ſub Comitibus Hohenſteiniis* pro & contra egimus & judicium noſtrum adjecimus) Mauritius Dux Saxoniæ ſuperioris ex teſtamento paterno ratione certæ Voigtlandiæ partis & trium ex quatuor aſſecuratis, ut vocant, Præfecturis in Thuringia. nimirum Arenſhang / Ziegenruch & Weyda / nam quartam, Sachſenburg / Auguſtus frater ſimul accepit.

Elector Saxoniæ ratione Comitatus Leiſnicienſis & Dynaſtæ Wildenfels. Ratione Beichlingaris Comitatus Domini à Werthern. Comites Rutheni omnium Linearum, ac Domini de Schônburg & Domini de Brandenſtein in Ranis.

De quibus *ex parte d. th. 6. in explicatione* egimus.

In hoc circulo nulla amplius Imperii civitas à longo tempore reperitur.

9. *Circulus Saxoniæ inferioris* (in quo hodie alternatim Dux Magdeburgicus cum condirectore Duce Brunovicenſi & Dux Bremenſis ſecundum *Inſtrum.*

Pac.

*Pac. Art.*10. *§.quartè* Directorium habent) in ſe continet *ex Eccleſiaſticis* Epiſcopum Hildeſienſem & Lubecenſem.

Ex Secularibus Ducem Magdeburgenſem & Bremenſem; quorum ille Elector Brandenburgicus & hic Rex Sueciæ, ut notum, eſt. Duces Brunovicenſes & Lunæburgicos omnium Linearum. Ducem Verdenſem & Principem Halberſtadienſem, quorum ille Rex Sueciæ & hic Elector Brandenburgicus eſt. Duces Mechelnburgicos utriusque lineæ. Ducem Saxoniæ inferioris in **Lauenburg**. Principem Mindenſem, qui Elector Brandenburgicus eſt. Duces Holſatiæ Gluckſtadienſes & Gottorffienſes cum agnatis. Principes Sverinenſes & Razeburgicos, qui etiam ſunt Duces Mechlenburgici Sverinenſis lineæ. Auguſti Ducis Saxoniæ ſuperioris ſucceſſores ex teſtamento Johannis Georgii I. Saxoniæ Ducis & Electoris ratione quatuor Præfecturarum ex Pacificatione Pragenſi & Oſoabruggenſi Art. II. §. cæterùm ad hunc translatarum, Querfurth, Interbock Dame & Borg & Dynaſtiæ Heldrungeo. Duces Brunovicenſes ratione Comitatus Blanckenburgici, Elector Brandenburgicus ratione Comitatus Reinſteinii, & tandem Comites Ranzovii, de quibus *d.c.unico th.*8. *in expl.* egimus. *Ex Civitatibus* Lubeca, Brema, Goslaria, Muhlhuſa, & Northuſa, de quibus *ſeq. ſect.*4. *c.*1. *th.*7. *in expl.* etiam egimus.

10. *Burgundicus Circulus* olim ſub ſe cum comitatu cognomine ſimul totum Belgium continuit, ut patet ex *R. J. de dato* **Augſpurg** 1548. **§. nachdem auch von unſern.** *In illo jam* nullus Imperii Status, nam Archiepiſcopus Veſootinus ad Circulum Rhenanum ſuperiorem pertinet. Archiepiſcopus Cameracenſis & Epiſcopus Ultrajectinus ſub Weſtphalico comprehenſus fuit. Marchionatus Antverpiæ jam talis eſſe deſiit, uti etiam in nuperis Comitiis Ratisbonenſibus 1653. Veſontio civitas ab Imperio avulſa & Regi Hiſpaniarum cum omni jure tradita fuit, ut legi poteſt apud *Limn. in Addit. poſter. ad lib.*7. *c.*6.

Sed poſteà per notiſſimum illud civile bellum multæ Provinciæ, nempe Hollandia, Selandia, Friſia Occidentalis, Zutfania, TransIſalania, & Dominium Ultrajectanum ac Groningenſe, ſe Imperio & Regis Hiſpaniæ dominio exemêre, & ex reliquis Provinciis, ut modò dicetur, quædam manu militari ad ſe traxerunt, & per *Pacificationem Hiſpano Belgicam anni* 1648. Monaſterii initam, plenam libertatem obtinuére, ita, ut Circulo illi tanquam Imperii parti nunc ſolummodò ſubſint Comitatus Flandriæ & Ducatus Brabantiæ, Limburgenſis, Lucemburgenſis, Hannonienſis, Namurcenſis, Gelrienſis pro dimidia, Arteſienſis, Marchionatus Antwerpiæ & Dominium Mechliniæ.

Et ne hæ quidem Provinciæ jam adhuc integræ ſub illo Circulo ſunt, quia per *dictam Pacificationem art.* 3. multa Flandriæ & Brabantiæ loca in ordinum confœderatorum dominium ſimul tranſiere, & Galliæ Rex intra paucos annos etiam multa per nuperum bellum ademit, ac per *Pacificationem Aquisgranenſem anni* 1668. *obtinuit.*

Quibus addendum 1. *Burgundicum hunc Circulum* etiam in Pacificatione Germano Gallicâ ſecundùm Inſtrumentum Pacis pro membro Imperii declaratum eſſe. 2. *In illo hodie* nullum eſſe Principem convocatorem, quia Rex Hiſpaniæ ut Burgundiæ Dux nullum ampliùs Imperii Statum, ut jam dictum, in illo habet, adeoque convocatione non indiget. Relatum quoque eſt nobis, in rebus Imperium concernentibus literas ad Gubernatorem generalem dirigi. 3. *Burgundiæ dictum Comitatum* nuper & poſtquam præmiſſa ſcripſimus, à Rege Galliæ totum occupatum, ac à Rege Hiſpaniæ per Pacificationem Neomagenſem anno

A. 1678. illi ceſſum eſſe, adeoque circulum hunc procul dubio ſublatum iri.

II. *Omnes hi Status in certam matriculam*, quæ cujusque nomina cum adſcriptâ certâ pecuniæ vel militum ſummâ, quam quilibet exigente neceſſitate præſtare, ac inſuper quid quilibet ad ſuſtentationem Cameræ Imperialis ſingulis annis contribuere tenetur, in ſe continet, *conſignati ſunt, quæ quoniam diverſimodè à Politicis exhibetur, atque ab Imperatore ac Statibus ipſis pro erronea & manca ſæpe habita, & eapropter in Inſtr. Pac. art.*8. *verſ. gaudeant*, *& art.* 17. *verſ. ut etiam pax &c. ut Circuli redintegrentur, ac Matricula renovetur, & Status exemti reducantur, expreſſè conſtitutum, illud verò nondum perfectum eſt*, de ea nihil hic referre, ſed curioſum Lectorem interim ad *Limn. l.*4. *c.*7. *n.*66. ac *in utriusque additionibus, & Zeiller. in itiner. German. continuat. c.*1. *f.m.*9. & ſeqq. multis, nec non

B. in tr. *de Circulis decem Imperii. nec non Wurffbain in Relationib. Hiſtoricis parte* 9. *remittere volumus.*

Quare etiam circa Quæſtionem: AN OMNES IN HISCE CIRCULIS HODIE CONTENTI IMMEDIATI IMPERII STATUS SINT? *nihil determinare, ſed Lectorem ad Limn. l.*1. *c.*7. *n.*36. *Strauch. diſſert. Exoter.*1. *th.*6. *Muller. de Convent. Circulorum remittere volumus.*

III. *Circumfertur etiam alia diſtributio Statuum vel potiùs membrorum Imperii in quaterniones*, relata etiam à *Limn. d.c.*7. *n.*38. *ſed illam jam olim pro figmento multi magni viri habent, interque eos Freb. ad Petr. de Andlo l.*1. *c.*16. *Beatus Rhenanus l.*3. *Rerum German. & alii, quibus* ex Neotericis plerique accedunt, interque eos *Conring. de Urb. Imperii th.* 40.

*Quid verò de illa ſit ſentiendum, legi poteſt apud Limn. d.c.*7. *n.*38. *& ſeqq. & in Addit. prioribus. & Schuz in Coll. J.P. vol.*1. *Diſp.*8. *th.*1. *lit. B.*

C.

TH. V.

Hactenus diſtributio Imperii: Sequitur ejus imminutio; circa quam conſiderandi ejus (1.) modi, (2.) cauſæ, (3.) media recuperandi ablata.

TH. VI.

Modi ejus ſunt tres (1.) Totalis membrorum à corpore avulſio, (2.) immediatorum ejus membrorum à potentioribus Imperii Statibus, ſalvis oneribus, facta ſubjectio, (3.) onerum communium denegatio ſolùm.

TH. VII.

D. *Avulſio illa totalis iterùm duplici modo obtigit*, facto ſcilicet proprio adeoque voluntario, vel alterius violento.

TH. IIX.

Avulſio utraque fundatur titulo (1.) privilegii, (2.) præſcriptionis, (3.) conventionis, (4.) donationis, (5.) publicæ & ſolennis declarationis per ſanctiones pragmaticas factæ. (6.) Jure belli.

Explic.

QUoad 1. *titulum*; multi quidem ex antiquioribus JCtis tradidére, *Venetos* pro ſua Urbe & in mari ſitâ ditione exemtionis *ab Imperio obtinuiſſe Privilegium*, in tantum; ut etiam *Albericus de Roſate ad L. cunctos Populos. C. de Sancta Trinit.*

claris verbis teſtetur, ſe vidiſſe illud Privilegium conceſſum Duci & civitati Venetiarum bullatum Bullâ aureâ: *addendo*, per illam ipſam Bullam illos exemptionem à Juriſdictione Imperii prætendere.

Sed hoc procul omni dubio erroneum eſt: Illos enim ab incunabulis primis exſtructæ in mari Civitatis libertatem plenam nactos eſſe, eamque ſemper conſervaſſe à nullo prudenti & hiſtoriarum gnaro Scriptore uſquam in dubium vocatum fuit, cum Longobardi ipſos nunquam ſubegerint, neque Carolus Magnus & cæteri Italiæ Reges illud unquam ſeriò tentaverint, quin potiùs certum ſit, per fœdera inter Romano-Germanicos & Græcos Imperatores illorum libertati ſatis ſuperque proſpectum eſſe, ut id indicat *Sigon. lib. 4. f. m. 100. & 103.* & *Petrus Juſtinianus in Hiſt. Venetâ l. 1. f. 2.* ac ſeq. & bene inſuper demonſtrat *Conringius de Finib. Imperii c. 11. & 23. p. m. 543. & ſeqq. Ubi etiam ad contraria reſpondet. Addimus his* Carolum M. captam à Pipino Rege Venetiam (*de quo tamen videndus Juſtinianus d. l. 1. f. 5.*) ob fœdus cum Nicephoro Imperatore vel ictum illi libertati potiùs reddidiſſe, ut refertur in *Annalibus Francicis ſub Carolo hoc f. m 38.*

Quod tamen quoad terreſtria dominia aliter ſe habet, ut idem poſtremo loco bene illud deducit.

Quoad II. idem multi *de Venetis* ſtatuunt, & id quidem ratione dictarum terreſtrium Provinciarum, non autem Urbis ipſius & in mari ſiti territorii prætendi ſolet; *ſed abſque ſolido fundamento, ut demonſtrat Conring. d. l. Idem titulus videtur ſtare pro Regno Poloniæ* ſupra ducentos annos Imperio non vindicato, ut refert *Conring. c. 29. p. m. 817. Sed in R. J. de dato* *Augſpurg* 1500. *tit.* *von Hochmeiſter auß Preuſſen* *legitur, conſtitutum fuiſſe*, ut Rex Poloniæ cum Magiſtro illo ad certum diem coram Imperatore & Regimento citaretur, ad controverſiam illi motam componendam. *Pro Regno Daniæ ferè per quingentos annos libertatis priſtinæ relicto, de quo legi poteſt id. c. 14. ſub f.*

Quoad III. Ex conventione mediante certo precio à Rudolpho I. Imperatore obtentam libertatem quidem prætendunt ex teſtimonio *Blondi Hiſtor. Dec. 2. lib. 8. f. m. 328. Natta Tomo 3. conſil. 637. n. 23. & Platina ſub Honorio IV.* (ubi etiam precii ſummam conſignavit) *Lucenſes & Florentini, ac referente Cuſpiniano ſub Rudolpho illo ante f. Bononienſes & Genuenſes, immò recenſente Aretino lib. 3. Hiſtor. Florent. f. m. 57. & aliis, omnes Hetruriæ civitates.*

Verùm ut optimè reſpondet Conringius d. c. 23. p. m. 491. & ſeqq. 1. Omnes illæ civitates, quæ pecuniâ libertatem redemerunt, illam non integram ſed aliqualem ſaltem, ſalvâ Imperii Juriſdictione, & (ut nos quidem ex Hiſtoricis didicimus) *Jus vel Privilegium ſaltem conſtituendorum propriâ auctoritate Magiſtratuum, & Juſtitiæ liberè exercendæ, obtinuerunt: ita enim inter alios Platina d. l.* Florentinos & Lucenſes libertate illâ emtâ ſtatim Magiſtratum addito vexillifero Juſtitiæ creaſſe; quibus etiam conſona tradunt *Blondus & Trithemius dd. ll. Indicat etiam Imperii Juriſdictionem ſalvam Sigon. ipſe d. lib. 20. ad ann. 1277. f. m. 117.* ſcribeos, *Rudolphus Cæſar Rudolphum Vicarium Imperii in Hetruriam miſit, qui Sacramenta ab amicis & in fide manentibus civitatibus poſceret, & jura, quæ relinquebantur, Regni ſive Imperii retineret. Et Panvinius de Comit. Imperial. cap. 6.* his verbis: *Rudolphus omnibus urbibus quæ Juris Imperii in Thuſcia erant, libertatem multis aureorum millibus vendidit, quo*

A. *mercatu eis paulatim (id enim libertatem omnimodè venditam fuiſſe excludit) ab Imperio deſciſcendi occaſionem dedit.*

Ex hiſtoriis ſiquidem notum eſt, urbes illas quidem ob factionis Guelphicæ potentiam & Imperatorum exiguas vires *plenam libertatem tentaſſe, nihilominus tamen* Imperatoribus auctoritate eorum armatâ animadverſâ debitum obſequium præſtitiſſe, ut omiſſis antiquioribus, *id ex rebus à Carolo V. præteriti ſeculi anno triceſimo in Italia geſtis à Jovio lib. 27. Hiſtor. p. m. 209. relatis conſtat; memorat enim ibi*, Imperatorem Florentinorum Legatis omne obſequium, ſalvâ tamen obtentâ ſemel libertate, *offerentibus exprobraſſe, quod inexpiabili delicto ſuperiorum Cæſarum conceſſas libertatis immunitates vel ingratè vel perfidioſè corrupiſſent, & tamen promiſiſſe, ſe crimen Majeſtatis pro ſua*
B. *humanitate animique magnitudine remiſſurum, ſi Pontificem, eundemque civem ſuum (puta Mediceum) quem imprudenter patriâ ejeciſſent, converſis voluntatibus reciperent.*

Quibus adde Diploma Imperatoris Auguſtæ datum reſtitutionem Medicæorum injungens & obſequium à Florentinis præſtandum ab Eodem ſeq. l. 29. p. m. 400. & ſeqq. relatum.

De civitate ergò Lucâ & aliis Italiæ civitatibus ac Provinciis porrò obſervandum, quod illa à Maximiliano I. *in der Verantwortung auff deß Königs in Franckreich Klage auff den Reichstag zu Coſtnitz* 1507. *a Gold.* *in den Reichshändeln* *n. 14. f. m. 64. relatâ cum aliis Provinciis & Civitatibus Italiæ Imperio adhuc aſſerta ſit*, quod & Carolus V. Imperator anno 1526. *in Reſcripto adverſus Clementis VII. criminationes §. 15.*
C. *apud eundem in Conſtit. Imperii tomo uno f. m. 483. quoad Lucam & Senas adſtruit. De reliquis vide Conring. d. c. 23.*

Ubi notandum Ducatum Mantuæ, Mutinæ & Sabaudiæ adhuc recognoſcere Imperium, ut ſeq. th. 10. in explic. pleniùs dicetur.

2. *Conceſſo etiam plenam illis libertatem obtigiſſe, id tamen citra Statuum Imperii conſenſum peractum, adeoque nullum ipſo jure eſſe, ut omnibus notum*, & inſuper *Bodinus* Imperii aliàs acerrimus hoſtis *lib. 1. de Republ. c. 9. p. m. 193.* bis clariſſimis fatetur verbis: *Jura Majeſtatis Imperii venalia non ſunt, nec, ſi eſſent, ab Imperatoribus ſine Principum Germanicorum conſenſione diſtrahi potuerunt; & inde perſpicuum fit, eas pecunias, quæ à civitatibus Italiæ pro libertate adipiſcenda exactæ fuerunt, tributi aut penſionis nomine ſolutas fuiſſe.* De quo etiam *præc. p. 1. cap. 4. th. 6. explic. 1.* latè actum eſt,
D. & legi poteſt *Idem Bodinus ſeq. cap. 10. p. m. 234. ac Reink. lib. 1. cl. 2. cap. 8. n. 85. & ſeqq.*

Ut ita dubio careat, Imperatores noſtros omnes ita ſubtractas Provincias & urbes Italiæ ſemper vindicare, & manu militari in ordinem redigere poſſe, immò debere, capitulationibus eò adſtrictos: Ita enim poſt præcedentes Imperator noſter glorioſiſſimus art. 12. *Vornehmlich auch / dieweil vorkommen / daß etliche anſehnliche dem Reich angehörige Herrſchafften und Lehen in Italien und ſonſten veräuſſert worden ſeyn ſollen / eigentliche Nachforſchungen derentwegen anzuſtellen / wie es mit ſolchen* *alienationen* *bewandt / und die eingeholte Bericht zu Churfürſtlicher Mayntziſchen Canzeley / umb ſolches zu der übrigen Churfürſten Wiſſenſchafft zu bringen / inner Jahres*

res-Friſt nach unſerer angetretenen Königlichen Regirung anzurechnen / ohnfehlbar einzuſchicken / auch in dieſem und obigen allem mit Rath / Hülff und Beyſtand der Sieben Churfürſten allein oder nach Gelegenheit der Sachen / auch anderer Fürſten und Ständen jederzeit an die Hand zu nehmen / was durch Uns und Sie vor rathſam / nützlich und gut angeſehen und verglichen ſeyn wird / &c.

Titulum IVtum nonnulli ponunt in Delphinatu a Carolo IV. Imperatore in Johannem Galliæ Regem ſororis ſuæ maritum, ejusque filium Carolum V. donato, ut inter alios refert *Aventinus lib. 7. f. m. 490. & ſeq.*

Sed id erroneum eſt, cum Delphinatus ille jam ſub Ludovico Bavaro ſive IV. ab Humberto ultimo ſuæ familiæ Principe in Philippi Valeſii filios translatus fuerit, ſub conditione, ut Primogenitus Delphinus vocaretur, referente *Æmylio lib. 9. Hiſtor. ſub dicto Rege. f. m. 283. & hic* primum à dicto Ludovico Imperatore, *illo verò* id recuſante, à Pontifice Legatis miſſis illius translationis confirmationem petierit, ut id latè demonſtrat *Conring. de fin. Imp. l. 2. c. 24. p. m. 592. & multis ſeqq.*

Quod ergò Carolus ille ex immenſo in Regem Galliæ Johannem affinem, ejusque filium Carolum amore in hujus filium cognominem (posteà VI. dictum) tranſtulit, *fuerunt ſaltem* quædam Caſtella in Delphinatu cum adjuncto vicariatu in Regno Arelatenſi, ut claris verbis Gallicus ille Scriptor *Gagninus lib. 9. Hiſtor. c. 2. f. m. 160.* ex aliorum Gallorum ſcriptis refert.

Quod etiam ſpecialius adhuc *Vignier. in tertia parte Bibliotheca hiſtorica apud Limnæum in addit. prior. ad l. 1. c. 9. n. 9. his verbis, Carolus IV. Imperator Duci Andegavienſi donavit reliquias, quæ ſuperfuerunt Imperatoribus in Delphinatu, hoc eſt, Pompam & Charnacum, & ſimul tum conſtituit ad tempus vitæ irrevocabilem Majeſtatis ſuæ Vicarium ejus, quod tenebat in Regno Arelatenſi: cui addi poteſt Bodin. l. 1. de Republ. c. 9.*

Specialiſſimè verò Chriſtiana Piſana in hiſtoria Caroli V. Regis apud Chifletium in vindic. Hiſpanic. & ex illo iterùm *Conring. d. c. 24. p. m. 602. & ſeq.* memorat, ubi legi poſſunt.

De donatione ipſa vide quæ præc. p. 1. c. 4. th. 6. expl. 2. conſignavimus.

Quod verò Imperator hic regnum illud Delphino Galliæ non donaverit, multò minus vero ab Imperio alienaverit, patet ex ejus Epiſtolis à Madero cum Gervaſii Tilberienſis libro de Romano Imperio &c. editis in illarum enim quartâ mandat omnibus Principibus, Comitibus, Baronibus &c. in genere, & in ſpecie per Regnum illud conſtitutis, tanquam S. R. J. fidelibus, ut ſocietatem iniquorum hominum opprimant. *Et in decima tertia* cum Barnabate Vice Comite Mediolanenſi & S. R. J. Vicario Generali pactum iniit, ut ille pro recuperatione regni illius quolibet anno 50000. florenorum puri auri ſolvere, ſeu *barbutas* per ſex menſes, aut quingentas barbutas per annum ad effectum prædictum ſub expenſis, damnis & periculis ejus, puta Imperatoris, quolibet anno dirigere debeat, *ut verba ibi ſonant.*

Cæterùm quod Imperatores Romano-Germanici jura ſua in dictum Delphinatum, uti & totum Regnum Arelatenſe usque ad Carolum V. Imperatorem, qui adhuc anno 1536. Likerçano Lombeca ViceComiti ſcri-

A. *pſit, Delphinatum pendere ab Imperio, Imperio vindicaſſe probat Conring. d. l. p. 608. & ſeqq.*

Sicuti etiam idem Carolo Sabaudiæ Duci in Comitiis Wormatienſibus anno 1521. celebratis Vicariatum in Italia & ejus provinciis & civitatibus ac diœceſibus Lugduni, Matiſconi & Gratianopoli in quantum ſub imperii diſtrictu ac terris ipſius Ducatus Sabaudiæ eædem Diœceſes Lugdunenſis, Matiſconenſis & Gratianopolitanenſis conſiſtunt confirmavit, ut patet ex Diplomate *in Diario Europæo parte 1. p. 715. relato, quod etiam ſubſequentes Imperatores fecere, ut legi poteſt in Diplomatibus ibid. p. ſeqq.*

Cæterùm de Donationibus, quas Imperatores Romanis Papis feciſſe dicuntur partim præc p. 1. cap. 4. th. 6. expl. 2. egimus, partim Goldaſt. in Replicat. pro Imperio c. 31. & ſeqq. legi poteſt.

B. *Titulus Vtus occurrit in* aliquot exemplis per Pacificationem Oſnabruggenſem & Monaſterienſem notis, ac *Receſſum Imperii de dato* **Regenſpurg** 1654. *& quidem 1. in ſupremo dominio Epiſcopatus Metenſis, Tullenſis & Virodunenſis* cum omnibus diſtrictibus, nec non *Pinarolo*, in perpetuum coronæ Gallicæ ceſſis, ac Alſatia utraque unà cum Suntgoviâ & Præfecturâ Provinciali decem Imperialium civitatum in Regem Galliæ cum omni jure & renunciatione Archiducum Auſtriæ perpetuò & citra ullam Imperii recognitionem translata, ut conſtat ex *Inſtr. Pac. Germano-Gallico.* 2. *In Baſilea & tota Helvetia* ab omni Imperii Jurisdictione in ſempiternum exemtâ, ut patet ex *Inſtr. Pac. utroque & Germano-Suecico quidem art. 6. in f.* 3. *In civitate Imperiali Veſontione* in perpetuum Regi Hiſpaniarum adductâ, ut præc. *th. 4. expl. 1. ſub Circulo Burgundico dictum.* 4. *In confœderatarum Belgii*
C. *Provinciarum libertate omnimodâ per Inſtr. Pacis Hiſpano-Belgicum §. 3. in perpetuum declaratâ, cum aſſecuratione confirmationis ab Imperatore & Imperio obtinenda §. 53.* 5. *In Comitatu Burgundiæ Regi Galliarum per nuperam pacem Neomagenſem ceſſo, ut præc. th. 4. expl. 1. in fine diximus.*

Titulus VItus reperitur in Boruſſia à Polonis tam bello, quàm Pacificatione cum Ordine Equitum ſubſecuta, ultra ducentos annos Imperio avulſa, *ſed tamen* ab Imperatoribus usque ad annum 1500. ſecundum R. J. illius anni vindicata & pactis illis à ſequentibus Ordinis Magiſtris *usque ad annum* 1525. armatâ manu impugnatis, *poſteà verò* novo fœdere ob auxilii Germanici defectum firmatis, ut refert *Chytr. in Saxon. lib. 11. f. m. 283. & ſeqq. & Sleid. lib. 5. in f.* *Quo facto iſta Alberti Brandenburgici tranſactio* ab Imper. Carolo V. ad preces Wal-
D. theri Crombergi nomine Ordinis exhibitas anno 1530. *reſciſſa, ac pro nullâ habita, Albertus* verò in fide Poloniæ Regis permanens anno 1532. à Camera Imperiali *proſcriptus fuit*, ut refert *Sleid. lib. 6. p. m. 185. & lib. 8. p. m. 211. Poloniæ verò Rex Sigismundus ad Comitia Imperii anno 1537. Ratisbonæ celebrata miſit Legatum ſuum, qui in iis jura ſui Regis & Regni in Boruſſiam antiqua demonſtravit, & ut præſcriptio illa reſcindatur, petiit, ſed nihil obtinuit, ut ibidem narrat. Quare Idem Rex anno* 1548. ad Comitia Auguſtana denuò Legatum ſuum Stanislaum Laſcum miſit, qui operosè priora, ut verbotenus *idem Sleid. lib. 20. in pr. & Neugebauer l. 7. Hiſt. Polon. p. m. 565.* narrat, repetiit, *ſed poſtquam Ordinis Magiſter Wolffgangus* petitionem illam & prætenſum Jus latè refutavit, ut memorant dicti Autores citatis locis, *ab Imperatore decretum* hujus tenoris, *Imperatoriam ſuam Majeſtatem pro-*

ſcriptionem illam non poſſe reſcindere, velle tamen fratrem ſuum Hungariæ & Bohemiæ Regem Commiſſarium conſtituere; ut hac lis inter Regem & Ordinem amicabiliter componatur; Legato exhibitum, ut patet ex illo Decreto à Gold. Tomo 2. Conſtitut. Imperial. f. m. 241. relato. *Sed Sigismundus Poloniæ Rex noluit* Ferdinandum Regem pro Commiſſario Imperatoris, ſed ſaltem pro arbitro utrinque conſtituto agnoſcere, ut legi poteſt *in actis apud Eundem* **In den Reichshandl.** *f. m. 182. & ſeqq.* *In prædictis tribus Epiſcopatibus* cum civitatibus ejusdem nominis anno 15. ab Henrico II. Galliarum Rege Imperio vi bellicâ ereptis; de quo legi poteſt.

In Helvetia & Belgio ſe armis in libertatem vindicantibus, ut notum, de quorum juſtitia poſt Pacificationes prædictas non ampliùs diſquirendum eſt. *In Provinciis illis, quas Rex Galliæ Ludovicus XIII.* in præterito bello Imperio ademit, & ut modò dictum, per Pacificationem pro ſe & ſucceſſoribus ſuis in perpetuum obtinuit.

Catalogum omnium illorum; qui ſe ita ab Imperio noſtro intra aliquot ſecula avulſerunt, *vide apud Limnæum d. l. 1. c. 9. & in addit. utriusque, & Conring. d. tr. nec non Knipſch. de Civit. Imper. l. 4. c. 1. & Reink. l. 1. cl. 2. c. 9. per totum, & civitatum Imperialium in ſpecie ſeq. ſect. 4. c. 2. th. 4. in explic.* relatum.

TH. IX.

Imminutio Imperii quoad quosdam Status ab immedietate ad medietatem à potentioribus redactos facta fundatur quintuplici titulo ac jure (1.) adjudicationis ab Imperatore vel Camera Imperiali factæ; (2.) propriæ ſubjugationis, quando ſcilicet vi illos recuperarunt, vel ſibi ſubjecerunt; (3.) retentionis pro impenſis in eos in bannum declaratos factis, ac (4.) pignoris & venditionis, (5.) protectionis.

Explic.

Licet per immediatorum talium prioribus Dominis factam adjudicationem, ſubjugationem, retentionem vel oppignorationem Imperium quoad ipſam ſubditorum ac ditionum numerum, aut collectarum quantitatem, vel imperii recognitionem *non minuatur, dum* ſcilicet illi ſuperiores, qui tales Status effectivè exemerunt, onera Imperii iis quondam impoſita ſimul ſuſtinere coguntur: *Splendor tamen & dignitas* illius per ademtionem immediatorum talium membrorum imminuitur; *quia*, quo major numerus ſplendidiorum eſt ſubditorum, eo ſplendidius quoque eſt Imperium vel Regnum; *Nov. 15. in pr.* ut etiam communiter notum, & ideò ſuperior omnibus modis eò ſtudere debet, ut multitudinem talium ſubditorum non modò conſervet, ſed etiam augeat; de quo plura legi poſſunt apud *Amiratum l. 2. Diſſert. Polit. diſc. 8.*

Exempla Statuum pro immediatis erroneè vel falsò habitorum per adjudicationem Cæſaris vel Cameræ Imperialis iterùm Dominis prioribus ſubjectorum occurrunt, in *Erphordia*, cui Archiepiſcopus Moguntinus præterito ſeculo de ſuperioritatis jure litem movit, ut tradit *Gilmann. Tomo 1. Symphorem. p. 1. tit. 2. voto 1. per totum* folio 65. & ſeqq. *& Treviri* Archiepiſcopo ſuo anno 1580. à Rudolpho II. Imperatore per ſententiam in præſentia Electorum Pragæ ſolemniter adjudicatâ, quam refert *Limnæus in addit. prior. ad l. 7. c. 48.* *Huc pertinent aliquot Comites* & Barones, quos diverſi Sta-

A. tus Imperii *jam per ſententiam* exemerunt, & circa quos *illa nondum lata*, ſed adhuc lis pendens eſt, *item nonnullæ Civitates Imperiales* adhuc dubii juris, qualis Veſalia inferior, Brackela, Donavverda, Egra, Gelnhuſa, Hervordia; Magdeburgum, Hamburgum, Verdena & Warburga, de quibus legi poſſunt inter alios in fine hujus explicationis allegati Auctores, & quæ *Nos ſeq. ſect. 4. c. 2. th. 2. in explic.* de his civitatibus annotavimus.

2. Illorum, qui à Superioribus vi ſubacti ſunt, ſunt ſequentia; *Altenburgum, Zwickavia, Chemnitium* Civitates Imperiales à Friderico cognomine admorſo Marchione Miſniæ anno 1305. vi bellicâ ſubjectæ, *Albin. in Chron. Miſn. tit. 15. f. m. 197.* addens, Ludovicum Bavarum Imperatorem illi jus ſuum confirmaſſe; & *Moguntia*, quam per proditionem vi bellicâ & cum multorum civium cæde *anno* 1462.

B. Archiepiſcopus Moguntinus Adolphus Comes Naſſovicus ſibi ſubjecit, ejusque collo caſtro ibi firmiſſimo exſtructo capiſtrum injecit, atque ita vetus illa Imperialis Urbs libertate ſuâ privata eſt. *Stumpf. Chron. Helvet. lib. 2. cap. 37. Kyriander in Annal. Trevir. parte 17. f. m. 225. & Zellerus in Topogr. Archiepiſcopatus hujus ſub illa Urbe, de quibus etiam d. c. 2. th. 3. in expl. diximus.*

3. *In claſſem illorum locorum*, quæ pro impenſis in executionem ob bannum in illa decretum ex mandato Cæſaris & Cameræ Imperialis factum ſumtibus usque dum ii refundantur, retenta fuerunt, referenda hodie *Donaverda* Imperialis urbs, *tum enim* in illa anno 1605. adverſus Catholicos à plebe tumultus excitaretur, & ideò illa interventu aliquorum actorum in bannum ex contumacia declararetur, Bavaroque executio demandaretur, & hic cum ex-

C. ercitu 10000. peditum & 700. equitum urbem adoriretur, & hæc ſe certis pactis dederet, in hanc usque diem pro illis expenſis ſub poteſtate Bavariæ Ducum permanſit: *ut d. c. 2. th. 2. in explicat.* deduximus.

Quamvis enim in Inſtr. Pac. art. 5. §. 2. verſ. quod autem. de illa ita cautum ſit, Quod ad Civitatem Donawerdam attinet, ſi in proximè venturis Comitiis univerſalibus in priſtinam libertatem reſtituenda eſſe judicabitur ab Imperii Statibus, eodem gaudeat jure in Eccleſiaſticis & Politicis, quo cæteræ Imperii liberæ civitates, vigore hujus transactionis, ſalvis tamen; quoad hanc civitatem, eorum, quorum intereſt, juribus: *Nihil tamen in iis & adhuc durantibus Comitiis de ea actum eſt.*

4. *Jure pignoris* obtinent Electores Palatini Urbem *Bilickenam*, quondam Imperii civitatem, *Zeill. in Contin. Itin. Germ. c. 2. f. m. 34.* Reges Bohemiæ

D. *Egram* à Ludovico Bavaro oppignoratam, ut ex Hiſtoricis, utpote *Braunio l. 1. Civit. ſub hac civitate Chronic. Bohem. Aula Regia c. 11. in f.* & aliis notum eſt; & *Knipſch. lib. 4. c. 1. n. 50. & ſeqq.* illam vigore pacti ſemper relui poſſe demonſtrat. Electoribus Palatinis & Comitibus Hanovienſibus ex jure pignoris, quod Guntherus Comes Schwarzburgicus obtinuit à Carolo IV. Imperatore & illius abnepote his vendito *Gelnhuſa, ut jam præced. th. 4. expl. 2. n. 6. inf. & d. c. 2. th. 2.* in explicatione demonſtratum. De *Oppenheimio* idem ex Munſtero refert *Knipſch. d. l. n. 114.* Electores Trevirenſes *Bopardiam & Veſaliam ſuperiorem Trithem. in Chron. Sponheim. f. m. 304. & 330. & Nos d. c. 2. th. 3. in explic. ſub illis urbibus.*

Jure verò emtionis venditionis ab Henrico VII. Imperatore ad Archiepiſcopatû Trevirenſem translatam

eſſe

eſſe *Veſaliam ſuperiorem* narrat *Zeillerus in Topogr. Archiepiſcopatus illius ſub illa Urbe. Sed nos d. th. 3. in expl. demonſtravimus*, illam jure pignoris translatam fuiſſe.

5. *Jure protectionis* tenet Domus Auſtriaca Imperialem quondam civitatem *Conſtantiam. Cum enim illa* anno 1548. Catholicos quosdam ritus abrogaret, poſteà verò librum interim recipere nollet, Hiſpanos quoque ab Imperatore ad Urbem per inſidias occupandam miſſos, magnâ clade repuliſſent, Imperator illos proſcripſit, illique omni ſpe deſtituti, ſe in Ferdinandi Auſtriaci tanquam Provincialis protectionem & ſubjectionem perpetuò dedere, ut refert *Sleid. lib. 21. p. m.* 594. *&* 598. atque ita etiamnum Auſtriacum Imperium agnoſcit, de quo plura apud *Knipſch. d. c. 1. n. 33. & ſeqq. & Bucelin. in Deſcr. Conſtantia parte 2. ad annos* 1539. 1548. *& ſeqq. item* 1563. *De qua etiam Nos d. th. 3. in explic. egimus. Catalogum taliter exemtorum, & ex parte adhuc ob litem nondum deciſam eximendorum vide apud Limn. Tomo 4. lib. 1. c. 7. n. 75. Sprenger. in Lucerna hodierni Status c. 8. & Oldenburg. in Colleg. Juris Publ. p. 3. p. m. 102. & ſeqq.*

TH. X.

Imminutio Imperii per denegationem onerum Statibus aliis incumbentium à quibusdam ſaltem obtingit Italicis & Germanicis Proceribus ac Membris.

Explic.

I*Talia Principes feuda Imperii obtinentes, ejusque Juriſdictionem adhuc recognoſcentes duplicis hodie ſunt generis. vel enim Vaſalli ſimplices ſunt, quales* Mantuani Montisferrati & Mutinenſes Duces, nec non Reges Hiſpaniæ ratione Ducatus Mediolanenſis, quem adhuc ab Imperatore & Imperio recognoſcunt, ut *præ. th. 1. expl. 1. n.* 11. adductum eſt, *ac Marchionatus Finalis & Plombini: Item Principes Mirandula, vel ſimul Imperii Status ſunt*, id eſt, Jus ſeſſionis & ſuffragii in Comitiis habent, *quales* Sabaudiæ Duces. *Et utrique quidem horum* & inprimis priores ideò, quoniam nulli Circulo adſcripti ſunt, Imperio collectas non ſolvunt, *quamvis Zeiller. de Decem Circulis ſub Circulo* 8. *ſect.* 18. referat. Sabaudum quondam Imperio certam ſummam ibi expreſſam ſub illo Circulo contribuiſſe. *De quibus ſeq. ſect. 2. c. 2. th. 8. expl. 2. ſub tertio temporis Ducibus & Ducatibus pluribus actum eſt.*

Quod Germania quosdam Magnates & Proceres, nec non alia membra concernit, notandum eſt, quosdam loco contributionis certam aliquam ſummam, *quosdam* verò nihil conferre.

Inter priores referendi Archi Duces Auſtriaci & Duces Burgundici, quorum quilibet tantum, quantum duo Electores, vel ſecundum reductionem 120. equites & 554. pedites (ſalvo tamen Auſtriacorum exemtionis privilegio, vigore cujus nihil cootribuere tenentur) hodie ad expeditionem Romanam contribuunt, ut legi poteſt apud *Limn. t. 4. l. 4. c. 7. poſt n. 67. inter ſeculares Principes n. 1.*

Inter poſteriores verò Reges Bohemiæ, qui olim quidem aliquid contulêre, ſed hodie poſt Circulorum inſtitutionem ideò, *quia* nulli eorum ſunt inſerti, nihil contribuunt. *Duces VVirtembergici, qui quoad Provinciam Montubellogardicam*, ob eandem rationem etiam nihil conferunt.

Porrò Nobiles Imperii immediati ex Privilegio & inveterata obſervantia à collectis immunes ſunt, ut conſtat ex *R. J. de dato* **Speyer** *anno* 1542. *§.* **demnach haben wir.** *R. J. de dato* **Regenſpurg** 1557. §. **wir wollen auch.** *& dato* **Regenſpurg** 1567. §. **dann weiters wollen wir.** quod de Rhenanis in ſpecie teſtatur *Ferdinandus I. Rex Romanorum in Diplomate apud Limn. l. 6. c. 3. n. 59.*

Ubi tamen notandum 1. illos tempore belli Turcici ab Imperatore rogari, ut aliquid contribuant, ut ex dd. R. J. & Diplomate patet. de quo legi poteſt *Caſp. à Lerch de Equeſtri Ordine German. in Fundam. ſecundo n. 99. & ſeq.* & *Lendersheimius in Diſcurſu de Jure & Privil. Nobil. immed. th. 5. l. f.* 2. *In Declaratione Pacis de dato* **Nürnberg** 1522. *quidem Societatem S. Georgii Clypei & Nobilitatem Hegavia ob bona multa Circulo Suevico adſcriptam eſſe ſed ut memorat Zeiller d. tr. tit. 7. p. m. 471. ad Circulares conventus non convocari, neque certi quid, ſed pro lubitu, extraordinariè contribuere. Nec non Civitates Hanſeatica*, quæ Electoribus, Principibus aut aliis Statibus Imperii non ſubſunt, nec Collectis ſubjectæ, ut patet ex *dd. R. de anno* 1542. *& §. §. & R. J. de dato* **Augſpurg** 1548. §. **Und als erſtlich in ſolcher** *&c. Sed hodie pleraque tales civitates à Statibus jam ſubjecta ſunt, adeoque ad onera ſimul ſuſtinenda a ſuperioribus ſuis adiguntur.*

TH. XI.

Fuerunt modi imminutionis: Sequuntur ejusdem Cauſa, quæ ſunt Principalis, nempe DEUS, Imperia & Regna pro beneplacito ſuo augens & minuens: *Et minùs principales, quæ ſunt* præcipuè duæ, Pontificum inſolentiæ in ſubjectionis Imperatoribus ab antiquo debitæ denegatione & arrogantiâ Imperatoribus dominandi: *deinde* orta ex his diſſidia (1.) inter Imperatores & Pontifices, (2.) inter Imperatorum filios regnandi causâ, (3.) inter Imperatores & Status Imperii, & (4.) inter hos ipſos ſolùm maximâ ex parte ob Religionum diverſitatem diſſeminata: & tandem cauſa per accidens Imperium electitium.

Explic.

I. I*Mperiorum augmentum & diminutionem à DEO ter Optimo Maximo provenire*, apud nos Chriſtianos ob clara Scripturæ teſtimonia indubitatum, apud Ethnicos verò ex natura ipſa deductum eſt, ſicuti utrumque *ſeq. l. 3. c. 1. th. 2. expl. 1. & 2.* ſufficienter, nec non præced. *c. 1. th. 5. explic. 2.* aliquâ ex parte demonſtratum fuit.

In ſpecie verò quoad noſtrum Imperium ejus poſterioribus temporibus prolabentem Statum Theologi quidam & Politici plurimi putant à Deo indigitatum fuiſſe per viſionem Danielis c. 2. verſ. 41. & ſeq. Ubi: *Quod autem vidiſti pedes & digitos partim ex luto figuli, & partim ex ferro, Regna diverſa erunt, in quibus de firmitate ferri futurum eſt: quandoquidem vidiſti ferrum mixtum cum luto cœnoſo. Et digiti pedum partim ſunt ex ferro, & partim ex luto, quia ex parte Regnum futurum eſt durum, & ex parte futurum eſt* fra-

Digitized by Google

vis Imperium reliquerunt, & Imperatrices viduæ illud A. ad maritos tranſtulerunt, ideoque apud Zonaram ſæpe *mentio ſucceſſionis ab inteſtato & teſtamentaria facta eſt.* De quo etiam latè agit *Godof. de Jena Diſp. 1. De Elect. Imperat. th. 3. lit. C. ut poſtmodum vidimus. Ubi notandum*, circa idem tempus ſub Imperio Irenis Imperatricis & ejus filii Conſtantini à Carolo M. Italiam Longobardis eſſe ademtam, & paulò pòſt Imperium Occidentis acquiſitum, ut in præcedentibus annotatum:

Nos itaq; ideò omiſſo Orientali ad Statum Occidentalis hujus tranſimus.

In hoc itaq; Imperio per Carolum M. obtento ſucceſſio fuit introducta, non quidem vi primæ acquiſitionis, quâ id Carolo M. individualiter ſaltem collatum fuit, *ſed* per approbationem tacitam Populi & Cleri Romani, uti præc. *expl. 1. in principio* fuit dictum: *Siquidem usq; ad Ludovicum II. ſemper* pater filio ſuo Primogenito B. id liberè tradidit, ita ut Succeſſor nihil niſi coronationem à Pontifice impetrare debuit, uti ex hiſtoriis notum. *Illo autem absq; filiis mortuo ejus patrus Ludovicus Germaniæ & Carolus Calvus* Franciæ Rex ex una parte de Succeſſionis jure inter ſe diſceptarunt, *ex altera parte verò Italiæ Proceres* Regnum illud ceu apertum ſibi iterùm vindicandum eſſe, & per electionem inquilini Regis patriæ antiquum ſuum ſplendorem Majeſtatemque per exteros ademtam reddi debere poſtularunt. *Sed & memoratum fratrem natu majorem & dictos Proceres Carolus Calvus per aſtutiam ſuam ſubvertit*, miſſis enim quàm celerrimè ad Johannem VIII. Pontificem cum magnis muneribus & promiſſis Legatis, *ipſemet* magnis cum copiis Italiam ingreſſus, Ludovici fratris exercitus ductu filiorum Caroli Craſſi & Carolomanni eò miſſos profligavit & obtinuit, ut dictus Pontifex ipſum per Legatos ad obtinendam coronam invitaret, ac eam adventanti ſolen- C. niter imponeret, Imperatorique proclamato Regnum traderet, *quæ tamen paulò aliter referuntur in Annal. Francor. Fuldenſ. apud Freher. Tomo 1. f. 39. de quo legi poſſunt acta illius coronationis à Pithao edita.*

Et ex hoc tempore Regnum hoc ſive Imperium latè ita dictum nemo abſque Pontificum auctoritate & conſenſu, quin etiam delatione obtinuit, ut ex *Panvin. de Imperii Comit. c. 4. Sigonio de Regno Italiæ l. 5. ſub Carolo Calvo ad ann. 876.* ubi ex more & affectu ſuo ſcribit, *Hinc titulum Imperatoris Auguſti poſthac ſinceerum Pontificis beneficium factum, annosq; Imperii à conſecratione Pontificiâ repeti cœptos eſſe. & aliis, interq; eos Buſier l. 6. Hiſtor. Franc ſect. 12.* ubi conſignat, *honorem Imperatorium tunc totum in eum, quem Romanus Pontifex deſignaret, derivandum fuiſſe, patet. Et ſimul Populus Romanus cum Italiæ Proceribus toti in eo fuerunt, ut Regnum illud iterùm ad inquilinos Principes transferretur, ut etiam quodammodò obtentum fuit.* D.

Sed cum illi partim ob inteſtina bella, *partim* externos hoſtes adtuendum & conſervandum Regnum illud impares forent, ac inſuper Berengarius Rex tyrannicè imperaret, ideoque *Otto I. Germaniæ Rex*, poſteà Magnus dictus, ab Adelheida Regina vidua in auxilium vocaretur, & ei matrimonio jungeretur, ac *Berengarius* ille cum filio Adelberto ingenti prælio ſuperati pacem petere, & ſe Regno abdicare cogerentur, *hi verò* poſt diſceſſum ejus multò majori ſævitiâ Regnum reciperent, & in Pontificem Johannem XII. ac bona Eccleſiæ ſævirent, ideoque Otto ille à dicto Pontifice, *ut ſuprà oſtenſum* cum oblatione Regni in auxilium vocaretur, *hoc modo illud ad ipſum pervenit, & in familia illius ſub nomine Imperii Germanico Romani non tamen vi ſucceſſionis*, (ut quidem in paulò poſt adductis Decretis memoratur,) *ſed ex voluntate Procerum Imperii ob virtutem illius usque ad Henricum II. Imperatorem incluſivè annis 105. & poſt illius mortem à Conrado II. usque ad Philippum III. in familia Ducum Franconiæ per annos 102. permanſit. Sicuti etiam illud hâc familia deficiente eodem modo ex libera Statuum voluntate in Suevicorum Ducum familiâ per annos 112. ſine ſucceſſionis titulo, uti, quoad tres illas familias, id oſtendit Carpz. de Lege Regiâ Germ. c. 11. ſect. 1.* (dum inſuper inſtinctu Gregorii VII. Pontificis à Principibus Imperii Lex perpetuò valitura contra ſucceſſionem hæreditariam in Comitiis Forcheimenſibus anno 1077. ut patet ex *Decretis illorum à Goldaſto in Tomo uno Collect. Conſtit. Imperii f. m. 238. relatis §. 4. & Paulo Bernridenſi in vita illius Papæ f. m. 214.* lata fuit) nihilominus ob præclara merita duravit, & omiſſis antiquioribus illius familiæ Imperatoribus *in Sereniſſima Auſtriaca familia à tempore Friderici IV. ſub undecim Imperatoribus continuâ ſerie ad hæc uſque tempora duravit per 239 annos, & Deo clementiſſime annuente etiam in poſterum ſubſiſtet. De quo etiam ſeq. c. 3. th. 3. in explic. adducta legi poſſunt.*

CAPUT II.

DE

IMPERII ROMANO GERMANICI Præeminentiâ, Diſtributione & Imminutione per partium alienationem.

SUMMARIA.

TH. I. Imperii Romano Germanici præeminentia in quo conſiſtat.

Expl. I. Deducitur illa.

Imperium noſtrum cur ſacrum dicatur, & à quo tempore id factum.

Alia probandæ illius prærogativæ rationes afferuntur.

Expl. II. Germani unde dicantur.

De illorum origine, virtutibus, vitiis & linguis.

Ac Imperii noſtri finibus remiſſive.

TH. II. Diſtributio illius in Claſſes & Circulos.

TH. III. Claſſes ejus ſeptem recenſentur.

Expl. I. De Electorum Imperii antiquo & hodierno numero.

Expl. II. Recenſetur Archiepiſcoporum imperii antiquus & hodiernus numerus.

Expl. III. Epiſcoporum Germaniæ jus ſuffragii in Comitiis Imperii univerſalibus habentium catalogus refertur cum memoratione illos omnes eſſe ex ordine S. Benedicti, & ejus ratione.

Expl. IV. Catalogus Principum Secularium idem jus habentium recenſetur.

Expl. V. Similis catalogus Abbatum & Prælatorum Imperii memoratur cum diſtinctione, qui illorum ſuffragium perſonale & curiatum habeant.

Expl. VI. Comitum, Baronum & Dominorum imperii ſimilis recenſus affertur, cum additione, illos omnes hodie quatuor habere ſuffragia.

Expl. VII. Refertur catalogus liberarum Imperii civitatum, cum diſtinctione Suevici & Rhenani ſcamni.

TH. IV. Circuli Imperii quot ſint.

Expl. I. Referuntur quædam de origine, causâ impulſivâ, juribus & cæteris qualitatibus circulorum.

Demonſtratur non in omni circulo civitates imperii contineri.

Diſquiritur: An omnes Status Imperii ſub illis complectantur.

Expl. II. Recenſentur omnia Imperii membra, uti quælibet ſub ſuo circulo continentur.

TH. V.

TH. V. De Diminutione Imperii, & quæ circa illam obſervanda.

TH. VI. Modi illius qui & quot.

TH. VII. Avulſio totalis quot modis fiat.

TH. IIX. Quot & quibus titulis utraque nitatur.

Expl. Exempla illorum, qui titulo privilegii, præſcriptionis, conventionis, donationis, publicæ & ſolennis declarationis, & belli fundantur.

TH. IX. Quibus titulis utantur alios eximentes.

Expl. Demonſtrantur illi per exempla.

TH. X. Qui imperium imminuant denegando onera.

Expl. Demonſtrantur & examinantur horum jura.

TH. XI. Referuntur veræ cauſæ, per quas Imperium ita diminutum eſt.

Expl. I. Imperia & regna incrementis & decrementis obnoxia eſſe, demonſtratur.

Expl. II. Referantur exempla imminutionum, ex diſſidiis inter Papas & Imperatores ortarum.

Expl. III. Demonſtratur ex diſſidiis iſtis, nec non inter Imperatores & Status, & inter hos ipſos ac religionum cauſâ ortis, imperium eſſe diminutum.

Expl. IV. Oſtenditur idem ex modo deferendi Imperii per Electionem accidentaliter eveniſſe.

TH. XII. Remedia ablata recuperandi narrantur.

Expl. I. Deducuntur illa.

Adducuntur axiomata quadam circa hanc recuperationem.

Expl. II. An inter Magnates circa occupatas aliorum terras præſcriptioni locus ſit.

An bona eidem Principi ablata à tertio poſſeſſore illa poſtea jure belli tenente vindicari poſſint?

TH. I.

Imperii Romano Germanici primordium ſequitur præeminentia, quâ reliquis omnibus mundi regnis auguſtius & ſublimius eſt ſucceſſionis, gubernationis & durationis, uti etiam elogiorum modo.

Explic.

I. S*Ucceſſionis modo*, quia in locum priſtini illius ampliſſimi & maximi Romani Imperii ſucceſſit, ut præc. th. fin. expl. 3. deduximus, adeoque ejus juribus, præeminentiis & privilegiis fruitur.

Gubernationis modo quia *gubernatio ejus divina*, incomprehenſibilis & admiranda eſt:

Humana verò, prudens, legibus & armis munitiſſima, nullumq;, niſi DEUM & Enſem, recognoſcit ſuperiorem, ut *d. th. fin. expl. 4.* demonſtratum: Inſuper auguſtâ quâdam Ordinum Ariſtocratiâ ſapientiſſimè temperatam habet Monarchiam, cujus ſimilē in Mundo videre non contingit, dé quo etiam *d. expl. 4. actum.*

Hinc omnes exteri Monarchæ & Reges, exceptis planè Barbaris, intelligunt, debere ſe Romani Imperii Majeſtatem comiter obſervare, quod multis JCtorum & Hiſtoricorum teſtimoniis probat *Reinking. de Regim. Secul. & Eccl. lib. 1. cl. 2. c. 7.*

Memorabilis planè eſt confeſſio Alphonſi Regis Arragoniæ & Neapoleos: Nos Reges omnes debemus reverentiam Imperatori tanquam ſummo Regi, qui eſt caput & Dux Regum, ut ex Melanchth. refert Cothm. in L. 1. Cod. t. 1. q. 1. n. 7.

Elogiorum modo; Inter quæ maximè prævalent quod vocetur *æternum, Daniel. 2. v. 44. & 7. v. 23. c. futuram. 12. q. 1. Cluten. in Sylloge Rer. quotid. concl. 1. lit. c. & Sacrum.*

De quo poſteriori notandum 1. Titulum illum ante ſeculum XII. neq; in publicis, neq; privatis ſcriptis occurrere, & primùm quidem, ut viri Magni obſervarunt, *in Privilegio ab Imperatore Friderico I. Henrico Auſtriæ Duci anno 1156. dato, & à Limn. l. 5. c. 2. n. 30. relato*, in

A. quo Auſtria Cor & Clypeus ſacri Romani Imperii vocatur, & quatenus Dux ille Sacro Romano Imperio obnoxius eſſe debeat, præſcribitur. *Ab illo verò tempore* noſtro ſcitu ante Friderici II. Imperatoris tempora porrò non uſurpatus, ab eo autem & ſubſequentibus iterùm introductus, atq; ita usq; in hodiernam diem adhibitus fuit, ut demonſtrat *Moravvizkius in diſſert. de Sacro Romano Imperio p. m. 3.*

2. *Id abſq; dubio inde ita dictum, quod ſit* inviolabile & venerabile *ſicuti* Imperatores ipſi ideò Sacratiſſimi, ipſorumq; Palatia Sacra dicuntur. *Plures rationes vide apud Limn. l. 1. c. 7. n. 1. & ſeqq. & Moravvizk. d. l. ubi* ſingularem tituli illius ab Imperatore Friderico I. uſurpati cauſam affert.

Prærogativa hujus aliæ etiam ſunt argumenta, quæ deſumi ſolent

(1.) *Ab antiquitate, quam* Juſtinianus Imper. ab Æ-

B. nea Trojano Rege acceſſit *Nov. 47. in pr. & Saluſt. in Bello Catilin. c. 6. Hinc Tacit. 4. Ann. 55.* Trojam Urbis Romæ parentem nominat, cui junge eundē 12. *Ann. 56.*

(2.) *A Majeſtate* Urbis Romæ, quæ orbis terrarum Domina & caput fuit & appellatur ab *Imper. Zenone in L. 3. C. de Conſul. Marcell. l. 14. p. m. 14. templum totius mundi Eid. l. 17. p. m. 92. urbs æterna, eid. l. 14. p. m. 10. l. 15. p. m. 46. l. 16. p. m. 71. l. 21. p. m. 195. l. 23. p. m. 240. & aliis locis, lux orbis terrarum & arx l. 19. p. m. 146 arx gentium Cic. 4. Catil. c. 6. arx Regum ac nationum exterarum, lumen gentium, domicilium Imperii, Eid. pro Sulla c. 11. à Martiali l. 12. Epigr. 8.*

Terrarum Dea, Gentiumque Roma
Cui par eſt nihil, & nihil ſecundum.

ac Propert. l. 3. Eleg. 22.

Omnia Romanæ cedant miracula terræ
Natura hic poſuit, quicquid ubiq; ſuit.

De quo plura legi poſſunt apud *Lipſium de Magnit.*

C. *Roma & Caſalium de Urbis & Romani olim Imperii ſplendore parte 1.*

(3.) *A felicitate & dignitate Populi Romani antiqui*, qui totum terrarum orbem latè ita dictum imperio partim ſubjecit, partim fœderibus & ſocietate impari ſibi junctum habuit, *ut ex hiſtoriis notum, & in præc. t. 1. th. 7. in expl. & ſeq. p. 4. c. 1. th. 8. expl. 1. deductum eſt, ut etiam ſeq. n. (5.)* dicetur. Hinc apud omnes terræ Populos nominatiſſimum Cæſaris nomen fuit, *Nov 30. in f. pr. De felicitate ejus ita Plutarchus de Fortuna Rom. c. 5* judicat. *Cum fortuna alata ſit & vaga, & modo Aſſyrios, Medos, Perſas, Macedones, Carthaginenſes luſtraverit, eoſdemq; reliquerit: videtur ad Tyberim alas poſuiſſe, volubilem globum reliquiſſe, & urbem perpetim inhabitatura intraſſe.*

(4.) *A dignitate nationis Germanicæ*, ad quam translatum eſt. Hinc *Bodinus* iniquus aliàs Germanorum

D. Cenſor. *l. 2. de Republ. c. 6. in f.* fatetur, *Tantam eſſe Imperii noſtri Majeſtatem, tantumq; ſplendorem, ut Imperator ſuo quodammodo jure omnibus ornamentis & honoribus cumulari mereatur.* Cui ſuffragatur *Fauyn Scriptor Gallicus in Theatro Honoris l. 2. c. 13.* ita ſcribens: *Omnibus conſtat, quod in Hierarchia Monarchica Imperator Romanus primas teneat. Unde etiam ille in conventibus tam ſecularibus, quàm Eccleſiaſticis omnibus Regibus præfertur, ut ex Ceremoniali Romano inter alia conſtat*, & tam quoad antiquum, quàm recentem Statum probat *Cruſ. de Præced. l. 3. c. 1. n. 11. & ſeqq. ac c. 2. per totum.*

Admodùm ergò probroſum fuit Maximiliano I. Imperatori, quod Henrico VIII. Angliæ Regi Stipendiarius miles factus fuerit, nunquam ante audito exemplo, *notante Hub. Thomâ Leodio lib. 3. de vita Frid. II. Palatini* in pr. cujus rationem in inopia poſuit ipſe Imperator d. l. & ejus Conſiliarius *Rennerus apud eund. lib. 4. p. m. 66. Quanquam* etiam

Digitized by Google

etiam anteà Adolphus Naſſovicus Imper. a Rege Angliæ Eduardo I. acceperit 100000. marcarum A argenti, ut illi auxilium ferret contra Gallos, ex qua re magnam ſibi conciliavit invidiam tam apud Reges prædictos, quàm Status Imperii ipſos; ideò etiam inter alias cauſas depoſitus, ut conſtat *ex Mutio de German. origine, Moribus &c. lib. 22. ab initio.*

(5.) *Ab amplitudine, quia*, ut dictum, totum ferè orbem olim eſt complexum, *quod tamen* non de toto orbe per ſe, ſed de inhabitato & noto tunc temporis intelligendum eſt: *Freherus enim ad Petr. de Andlo lib. 2. c. 18. bene obſervavit, ſub Trajano Diocletiano & Conſtantino ejus latitudinem tantùm fuiſſe 90 gradnum ſive quartæ partis orbis & latitudinem 45. graduum.*

Licet ergò veteres Romani Imperatores à nonnullis, B & quidem (ut à Conſtantino ſecundum *l. 9. ff. ad L. Rhodiam — de Jactu. & Ammianum Marcell. lib. 15. in pr. & Juſtiniano in L. 3. C. de quadrien. præſcr l. un. in pr. (de Raptu Virgin. & L. 13. C. de Judic. in pr. factum)* à ſe ipſis *Mundi Domini appellati ſint, & Cicero Romanos orbis terrarum & omnium Gentium Dominos in Orat. pro L. Agrar. 2. c. 6. 10. & 13. & pro Milone c. 27. ac Scipio apud Livium lib. 38. c. 51. vocet. ac Marcius Conſul apud Eund. lib. 44. c. 1. Populum Romanum totum complecti orbem* dicat idque *Petron. in Satyrico exprimat*, ita canendo

> *Orbem jam totum Romanus victor habebat*
> *Quà mare, quà tellus, quà ſidus currit utrumque.*

& milites Romani apud Marcell. l. 19. p. m. 135. de Imperatore Conſtantio & Saracenorum Regali *apud Eund. lib. 23. p. m. 241. de Juliano* prædicent. *Eodemque modo Vopiſcus in Aureliano c. 32.* Imperatorem hunc C. totius orbis Imperium delatum eſſe referat, ac *ille ipſe ſeq. c. 11.* ſe orbi terrarum principem datum ſcribat, eique ſimilia *Idem auctor ſeq. c. 20. & 22.* narret. *Id tamen vel adulatoriè vel abuſivè, vel per excellentiam & pro more iſtorum temporum ita factum eſt, quo per totum terrarum orbem vel Mundum Orbis Romano imperio ſubjectus denotabatur; ut expreſſe Egeſippus, qui ſub Hadriano in pr. ſeculi ſecundi ſcripſit lib. 2. de Excid. Hieroſol. c. 9. poſt med. refert, & in l. 2. in pr. (de Jurej. propter calumn. ibi. in omni orbe terrarum qui Imperio Romano ſuppoſitus eſt, ac d. l. unica (de Raptu Virgin. ibi. orbis noſtri* (id eſt ſubjecti) *junctâ Nov. 24. in pr. & lib. 17. ff. de Statu Homin. continetur: quo in ſignificatu etiam Evangeliſta Lucas cap. 2. in pr.* ſcribit; prodiiſſe edictum à Cæſare Auguſto, ut deſcriberetur totus terrarum orbis. *& Vopiſcus id; quod in Aureliano d. c. 32. de toto terrarum orbe dixit. præc. c. 28.* D. *ad orbem Romanum reſtringit.*

Notum enim eſt illo tempore Romanos ne dimidium quidem orbis terrarum, nedum totum, ſed tantùm verſus cogniti orbis plagas aliqua regna & Provincias obtinuiſſe. *Indicat verò hoc Philo de Legat. in pr. dum Imperium terra marique à Romanis poſſeſſum ipſe per poteſtatem in præcipuas orbis partes, quæ propriè habitabilis dicitur, & duobus fluminibus, Euphrate ac Rheno definitus eſt, explicat.*

Unde etiam eodem modo à Romanis ſcribitur, illud ab ortu uſque ad occaſum ſeſe extendiſſe, ut in Epiſtola apud Saluſtium in fragmentis lib. 4. Hiſtor. ſcribit Mithridates. Quibus congruit Halicarn. lib. 1. cap. 3. dum ſcribit: Romanorum civitas imperat per cunctas terræ plagas, quæ quidem inacceſſa non ſunt, ſed habitantur ab hominibus toti etiam mari dominatur non ſolùm intra columnas Herculis, verùm etiam Oceano, quacunque eſt navigabilis: primaq; & ſola in omni hominum memoria ortum & occaſum terminos imperii ſui poſuit.

De hac materia etiam legi poteſt Limnæus lib. 2. c. 8. & in Addit. Prioribus per totum & Cruſius ad L. Ἀξίωσις ff. ad L. Rhod. de Jactu n. 10. ubi n. 19 de latitudine Imperii agit. ut etiam *Conring. de German. Imperio Romano c. 1. & 2. ac Hôping. de Jure Inſign. c. 22. memb. 4. n. 314. & ſeqq.*

Patet hinc quantâ cum hyperbole Livius lib. 35. c. 12. ſcribat, Ætolos Romanis per totum ſimul orbem terrarum bellum concitaſſe, cum ſaltem aliquot vicini ad id ſolicitati fuerunt. & *Cæſar. lib. 3. de B. C. p. m. 332.* referat, Pompejanos victoriam ejus diei per orbem terrarum famâ & literis concelebraſſe.

Illud ſanè conſtat à Friderico III. Imperatore in Comitiis Ratiſbonenſibus anno 1471. catalogum omnium Imperii Statuum, qui circiter intra annos 400. jus ſuffragiorum in Comitiis Imperii habuerunt; confectum eſſe, & in ejus copia apud Gold. in Collect. Conſtitut. Imper. Tomo Uno f. m. 12. undecim Reges contineri.

Sicuti etiam Edicto Friderici I. Imperatoris de Concilio generali *Rex Angliæ Henricus* per Legatum & *Daniæ Waldemarus* anno 1160. & Ottonis IV. Imperatoris Decreto de Bonis Eccleſiæ Erogandis de anno 1212. *Johannes Rex Angliæ, Franciæ & Hiberniæ* per Legatos ſubſcripſit, ut *apud Eund. ibid. f. 275. & 289.* legi poteſt.

(6.) *A teſtimonio ipſius Turcæ, qui anno 1562.* in conventu Electorum Ferdinandum I. in literis ita appellavit. In fide Jeſu Nazareni inter cæteros principes Chriſtianorum ſummo atque electo Domino Ferdinando &c. ut legi poteſt apud *Goldaſt.* In den Politiſchen Reichshändeln *p. 1. tit 9. f. m. 80. & Matthiam Imperatorem 1614. Imperatorem ita denominavit:* Auß den Potentaten Chriſti der fürnehmſte / und zwiſchen dem Geſchlechte JEſu erwehlter fürnehmſter Herr aller Chriſtlichen Völcker / ein Vorſteher und *Adminiſtrator* der Gerechtigkeit / unſer Nachbar und guter Freund *Matthias. Qua de cauſâ etiam Imperatoris Legati in aula Turcica* omnibus aliis præferuntur; ita ut etiam Perſicus Legatus Imperatorio cedere cogatur, ut exemplo probat *Leunclav. in Supplem. Annal. Ottomann. & ſoli ſedendo mandata ſua coram Turcâ exponunt.* Hinc cum Imperatoris Caroli V. Legato *Davidi Ungnadio* ad Turcarum Imperatorem miſſo pro dignitate mittentis in Audientiâ ſella poſita non eſſet, *pallium ſuum* ille in terram proſtravit, eique inſidens mandata ſui Domini expoſuit, ac aſſurgendo pallium relinquens obloquentibus reſpondit: Cæſaris Legatum non ſolere ſellam ſuam ſecum portare, ut refert Warſewic. *de Legat. & Legatione ante med.* ut *nos præc. p. 2. Sect. 1. c. 2. th. 9. expl. 1. retulimus. Pertinet huc, quod utriusque Imperatoris Legati* in confiniis in Hungaria convenientes ad præcedentiam declinandam à certis limitibus utrinque poſitis uſque ad palum in medio ſocatum paribus paſſibus accuratè obſervatis procedant, & ad illum ſimul convenientes dextras conſerant, uti etiam anno 1666. à Jacobo Comite Leſlæo Cæſaris Legato obſervatum fuit, referente *Deſcriptore illius Legationis parte 1. p. 12. & ſeq.*

(7.) *A*

(7.) *A tacito conſenſu omnium Regum & Monarcharum. Neque enim ullus Legatorum Imperatoris controverſiam Status legitur moviſſe, præter Conſtantinopolitanum tempore Friderici I. Imperatoris, & Gallicum in conventu Caletano tempore Caroli V. Imperatoris, de quo videatur Limnæus lib. 2. cap. 7. n. 36. & in annot. prioribus ad hunc num. & Cruſius de Præced. lib. 3. cap. 2. n. 32. & ſeqq. ubi n. 35. & ſeqq. Auberii novis ſomniis ſe opponit*, eique jungatur nobilis *à Stoſch* **in Politiſchen Stats-garten** *Diſc. 7. p. 298. & ſeq.* ubi tamen ex *Limnæo in Notit. Regni Franc. lib. 2. c. 1. lit. C. & ſeqq.* referendum, ſecundùm Gallicos quosdam Scriptores Galliarum Reges quandoque titulo Imperatorio uſos & decoratos fuiſſe. Sicuti etiam inter alios *du Pleix in Hiſtor, Gener. Tomo* 3. illos noſtris Imperatoribus præfert. *Nec non Moſcoviticum, ut refert Nolden. de Statu Nobil. c. 9. n. 178.*

(8.) *A creatione Regum*, quam reliqui Magnates ſibi non arrogant, de qua *ſeq. c. 4. th. 8. expl* egimus.

(9.) *A vaticiniis Prophetarum*: quia Imperium hoc eſt unum è quatuor illis magnis Imperiis & Regnis, de quibus Prophetæ prædixerunt, vide *Daniel. d. cap. 7. verſ. 23. de quo tamen ſeq. th. 11. expl 1. diſputatur.*

(10.) *A teſtimonio Papæ, qui*, ſe ſolo excepto, in ſuo, uti vocant, *Ceremoniali*, à *Paride de Graſſis edito*, Imperatori primum, Regi Romanorum ſecundum, Galliæ tertium, & Hiſpano quartum locum tribuit, de quo etiam videri poteſt *Cruſ. d. c. 2. n. 4. & c. 8. n. 3.*

(11.) *Ab abſoluta poteſtate*: Imperator ſiquidem noſter neminem, præter ſolum Deum recognoſcit ſuperiorem, *ut latè probat Reinking. lib. 1. cl. 3. c. 2. n. 62. & ſeqq. cum potentiſſimi reliqui Reges* ratione quarundam Provinciarum & diſtrictuum Imperatorem, vel alios Reges recognoſcant ſuperiores.

Sic Rex Hiſpaniæ ratione Burgundiæ Imperatoris & Imperii eſt Vaſallus, & per Legatum in Comitiis Imperii comparet, ut *ex ſubſcriptione R. I. de dato* **Augſpurg** 1559. *de dato* **Augſpurg** 1566. *de dato* **Speyr** 1570. *& aliis*, nec non *Schemate Seſſionum in Comitiis Imperii univerſalibus præc. p. 2. ſect. 7. c. 9. th. 17. expl. 1. relato. Sicuti etiam dictus Rex* ratione illius caſu exiſtente ab Imperatore *inveſtituram*, uti anno 1670. ſecundum *Diarium Europæum parte 22. p. 334. adhuc factum, accipit, Et præterea illa peculiarem Imperii circulum facit*, ut notum eſt & in *ſeq. th. 4. expl.* 10. recenſetur. *Quod etiam ratione feudi in Ducatu Mediolanenſi cum annexis ita ſe habet, ſiquidem* anno 1621. ejus inveſtitura ab Imperatore Ferdinando II. Viennæ illius Regis Legato collata fuit, ut refert *Abelinus in Theatro Europæo ad illum annum f. m. 563.*

Idem Rex ratione regni Neapolitani & Siciliæ eſt Vaſallus Pontificis, ut notum eſt.

Rex Daniæ ratione Holſatiæ ſimiliter Vaſallus Imperii eſt, & in Comitiis per Legatos comparet, ut *d. c. 9. th. 17. expl. 1. in ſchemate & in R. I. de dato* **Speyer** 1542. §. **dieweilen aber** 125. memoratur.

Rex Sueciæ ratione Ducatus Bremenſis, Verdenſis & Pomeraniæ citerioris, nec non Dominii Wiſmarienſis, ut ex d. Schemate & Inſt. Pac. art. 10. conſtat.

Negandum tamen non eſt, dari etiam aliquos Reges Europæos, qui hodie tam ratione regnorum ipſorum, quàm quarundam acquiſitarum provinciarum neminem ſuperiorem recognoſcunt, *quales Rex Galliarum, Anglorum & Polonorum ac Portugalliæ.*

A. *Mirandum hinc eſt, cur Maximilianus I. Imperator dignitatem Pontificiam tanto niſu*, ut jam cum quibusdam Cardinalibus de illa acquirenda per nuncios egerit & tres tonnas auri impendere ad illam obtinendam voluerit, ut *ex ejus literis ad Paulum de Lichtenſtein Brixiæ anno* 1511. 16. *Septembr. exaratis, ac à Gold.* **In den Reichshandl.** *f. 96. ac Schikfus. in Chron. Silet. lib. 3. c. 7. f. 52. & ſeq.* relatis, & *Guicciard. lib. 12. p. m. 343. in genere* apparet, *ambierit.*

II. *Obſervandum hic occaſionaliter inter eruditos diſceptari unde nom Germanus derivetur.*

Nonnulli ſiquidem putant, Germanos à fraterna dilectione tanquam fratres Germanos dici, quia ab antiquo illorum fides & ſinceritas nota eſt. quod ſic expreſſit *Conradus Celtes*

Germanos vocitant Itali, Græci ſed ἀδελφοὺς
B. *Quod fratrum ſoleant inter ſe vivere more.*

Alii à germine, quia nobilitatis germen eſt in Germania, & à germinando. Idem tradit *Malmesbur. de Geſt. Reg. Angl. l. 1. c. 1. f. 8.* *Alii* à gerra, hoc eſt, bello, quia Germani bellicoſi ſunt. *Alii* à **Ger** / vel **Gar** & **Man** / Germanicis vocabulis illos appellari, quaſi plauè viros, ſicuti prior ſyllaba apud Germanos in compoſitione non ignota eſt: *Sic enim* dicitur Gerhardus, Gertrudis, Gervicus, Gerlacus, Gerbrechtus, &c. & poſterior ſimiliter vulgaris, *Sic enim* dicimus **Hartman / Hoffman / Spielman / Edelman / Pettelman ꝛc.** quod etiam *Willich in Taciti Germ. c. 4. & Rhenanus l. 1. Rer. Germ. p. m. 37.* approbat, *Tſchudus verò* loco paulò poſt relato reprobat.

Alii à Manno Tuiſconis primi Germaniæ Regis filio.

Alii denique, quod Germani ſint quaſi Gallorum
C. fratres, quod primus noſtro ſcitu annotavit *Strabo l. 7. in pr.* & acriter defendit *Tſchudus in Diſput. de Nomine German. apud Schard. in Opere Hiſtor. Tomo 1. f. 577. & ſeq.*

Verùm id vix conſiſtere poteſt propter diverſos utriusque gentis mores jam à Cæſare *l. 6. de B. G. p. m. 133. & ſeqq.* notatos, quod etiam *Irenicus l. 1. Exeg. c. 47.* agnoſcit.

De quibus omnibus legi poteſt Limn. l. 1. c. 6. n. 8. & ſeqq. & in utriusq; Addition. ibid. Altham. & Kirchmajer in Comm. ad Germ. Taciti c. 2.

Quibus addendum nomen Germanorum Taciti avo, ut ipſe d. c. 2. refert, recens & nuper additum fuiſſe, & quidem poſtquam Germani Rhenum transgreſſi Gallos expulerunt, & primò magis nationis quàm gentis nomen fuiſſe, *ut Brovverus in Annal. Trevir. in Proparaſceve c. 7. f. 15. etiam annotavit.*

D. *Cæterum* de Germanorum origine, nominibus, virtutibus, vitiis & linguis legi poteſt *Limn. d. l. & Lanſ. in Conſultat. pro Germaniâ utraq; & contra illam, uti etiam Cluver. in Germ. Antiq. l. 1. c. 4. & ſeqq. ac Kirchmaj. in d. ad Taciti Germ. Comm. c. 19. & ſeqq.*

De hodiernis verò Imperii noſtri finibus Conring. in ſingulari ſuo opere.

TH. II.

Diſtribuitur hodiernum hoc Imperium in claſſes & circulos.

TH. III.

Claſſes, puta Statuum Imperii, *ſunt ſeptem* (1) Electorum (2) Archiepiſcoporum (3) Epiſcoporum (4) Principum Politicorum (5) Abbatum & Prælatorum (6) Comitum & Baronum (7) Civitatum Liberarum.

Explic.

Explic.

I. E*Lectores nuperè adhuc fuére ſeptem, nempe tres Eccleſiaſtici*, qui Archiepiſcopi ſunt, Moguntinus Imperii Romani per Germaniam Archicancellarius: Trevirenſis, Imperii per Galliam & Regnum Arelatenſe Archicancellarius, Galliæ Belgicæ Primas, & Colonienſis, Imperii per Italiam Archicancellarius: *Et quatuor Seculares*, Rex Bohemiæ, Comes Palatinus Rheni, Dux Saxoniæ, & Marchio Brandenburgenſis. *Sed hodie* per Pacificationem Oſnabruggenſem & Monaſterienſem ſunt octo, *acceſſit enim iis Dux & Elector Bavariæ* conceſſo ei Palatini loco, & hoc in locum ultimum ſuffecto, de quo *ſeq. c.6. th.5. expl.1. & th.15. in expl.1. & 2. latiùs* dicetur.

II. *Archiepiſcopi præteritò temporè in Imperio fuére quatuor, omnes cum reliquis Archiepiſcopis ſeq. ſect. 2. c.2. th.3. in expl. dictum, Ordinis S. Benedicti ob rationem expl. ſeq. 3. adductam*, Magdeburgenſis, qui & Primas Germaniæ, Salisburgenſis, Bremenſis & Veſontinus, *quibus* dignitate proximè accedit *Magiſter Ordinis Teutonici*, & ideò proximum ab his locum ante omnes Epiſcopos obtinet, *cui tamen Bambergenſis* Epiſcopus præcedentiam controverſam facit. *Sed hodie ex quatuor illis Archiepiſcopis ſolùm Salisburgenſis & Veſontinus ſuperſunt, dum ambo reliqui Archiepiſcopatus in Ducatus per Pacificationem Oſnabruggenſem & Monaſterienſem Artic.* 10. §. *Tertiò & art.* 11. §. *ſimiliter ita ſunt mutati, ut prior*, puta Magdeburgenſis, poſt mortem (quæ anno 1680. ſecuta eſt) hodierni Sereniſſimi Adminiſtratoris tanquam feudum Ducatus ſeculare ad hodiernum Sereniſſimum Electorem Brandenburgenſem & ejus familiam tranſeat, *poſterior verò* nempe Bremenſis Regibus Sueciæ ſtatim à publicatione & executione Pacis tanquam feudum ſeculare ceſſerit. *Cæterum de Archiepiſcopis plura ſeq. Sect. 2. th. 3. in explic. traduntur.*

III. *Epiſcopi* in Comitiis Imperii locum & ſeſſionem adhuc obtinentes ſunt plurimi, *omnes quoque Ordinis S. Benedicti, cui potiſſimùm hic honor datus ideò, quia* in Germania (quod & aliis regnis ob ſanctitatem fundatoris ac ordinis, ejusque diligentiam in explicandâ ſacrâ ſcripturâ & ſcribendis libris, factum, ut indicat *Trithem. in Operibus Piis & Spiritualibus paſſim ac in ſpecie l.1. c.2. 6. & 7.* quâ etiam de cauſa Carolus M. ordinem illum ita honoravit & dilatavit, ut *idem de ruina monaſtici ordinis c.3. f. m.831. refert*) primus receptus, adeoque ante reliquorum Ordinum acceſſionem potiſſimis regalibus bonis ditatus fuit, de quo *Conring. ad Lampad. de Republ. Romano Germanicâ p.3. c.6. §.3.* conſuli poteſt.

Sunt verò illi ſecundum Ordinem Seſſionum in Comitiis Imperii & ejus Schema præc. p. 2. ſect. 2. c. 9. th. 17. expl. 3. relatum, poſt Pacificationem dictam cum Magiſtro Ordinis Teutonici qui primum obtinet locum, ut jam in *præc. expl.* diximus, *ſequentes*: Bambergenſis, Herbipolenſis, Wormatienſis, Eichſtadienſis, Spirenſis, Argentoratenſis, Conſtantienſis, Auguſtanus, Hildeſienſis, Padebornenſis, Freiſingenſis, Ratisbonenſis, Paſſavienſis, Tridentinus, Brixienſis, Baſileenſis, Leodicenſis, Oſnabruggenſis, Monaſterienſis, Curienſis, & Lubecenſis.

Ubi notandum, Oſnabruggenſem, ſi Evangelicus ſit Epiſcopus, in ſcamno tranſverſo, Lubecenſem verò tanquam Evangelicum ſemper in illo ſeſſionem tenere. Cæterùm de Epiſcopis plura *d. c.2. th.4. in explic.* dicta ſunt.

A. IV. *Principes ſeculares ſecundum ordinem ſeſſionis dictæ ſunt ſequentes*:

Archiduces Auſtriæ & Duces Burgundiæ non in ſeculari, ſed Eccleſiaſtico Scamno, ut ex dicto Seſſionum Schemate, ubi ſimul ejus ratio adducta, ſeſſionem ſuam obtinent. In ſeculari verò ſcamno ita ordo ſe habet: Duces Bavariæ, Comites Palatini, nempe Lauterenſis, Simmerenſis, Bremenſes, (qui ſunt Reges Sueciæ, & locum hunc intermedium obtinent hodie) Bipontini & Lautereccenſes, Saxoniæ Superioris, nempe Altenburgenſes, Coburgenſes, Wimarienſes, Gothani, & Iſenacenſes, Marchiones Brandenburgici, Culmbacenſes, & Onoldini, Duces Brunovicenſes, iique Guelfferbutani, Cellenſes, Grubenhagenſes, & Calenbergenſes. Duces Verdenſes, (qui hodiè ſunt etiam Reges Sueciæ) Principes Halberſtadienſes (qui hodie ſunt Electores Bran- B. denburgici) Wirtenbergenſes, iique Sturgardienſes & Montisbelgardici. Landgravii Haſſiaci, iique Caſſelenſes & Darmſtadienſes. Marchiones Badenſes, iiq; Badenſes in ſpecie Durlacenſes & Hochbergenſes. Duces Megapolitani, iiq; Suerinenſes & Guſtravienſes. Duces Pomeraniæ citerioris & ulterioris, (quorum illi hodie quoque ſunt Reges Sueciæ, hi Marchiones Brandenburgici.) Duces Saxoniæ inferioris, Lauenburgici. Principes Mindenſes, (qui hodie ſunt Electores & Marchiones Brandenburgici) Duces Holſatiæ, iique Gluckſtadienſes, Lineæ Regiæ Danicæ, & Gottorfienſes. Duces Sabaudiæ, Landgravii Leuchtenbergici, (qui hodie ſunt Electores & Duces Bavariæ.) Principes Anhaltini. Hennebergici, (qui ſunt hodie Duces Saxoniæ Superioris conjunctim) Principes Suerinenſes & Razeburgici, (qui hodiè mutatis illis Epiſcopatibus in Principatus, ſunt Duces C. Mechlenburgici.) Principes Hirſchfeldenſes, (qui ſunt hodie mutatâ iſtâ Abbatiâ in Principatum Landgravii Haſſiæ Caſſelenſes) Duces Lotharingici, reſpectu Marchionatus Numeni. Duces Montisbelgardici Wirtenbergici, ut ſuprà dictum, Principes Arembergici, & recentes illi Principes Hohenzollerani, Eggenbergici, Lobkovvizii, Salmenſes, Dietrichſtenii, Naſſovici, iique Hadmarienſes & Dillenburgici Averſpergici Friſiæ Orientalis, Furſtenbergici, Schvvarzenbergici & Oettingenſes, ut ex *prædicto ſeſſionis ſchemate* cognoſci poteſt. *De quorum omnium ortu, Privilegiis & Juribus ſeq. ſect. 2. d. c.2. th.7. & ſeqq.* agetur.

V. *Abbatum & Prælatorum: Ubi notandum, quod ex iis aliqui*, & quidem ſequentes hodie *ſaltem habeant ſeſſionem & ſuffragium* quoad ſingula individua ſive *perſonale*, Fuldanus & Campodunenſis, (nam Hirſchfeldana Abbatia, ut dictum, in Principatum D. ſecularem mutata) Præpoſitus Elvvangenſis, Abbas Murbacenſis ac Luderſenſis, (quæ Abbatiæ plerumque uni Abbati ſubjectæ) Inter quos etiam hoc loco refertur & ſeſſionem habet Magiſter Ordinis Johannitarum, licet præcedentibus proædriam in dubium vocet, *de quo ſeq. ſect. 2. c.1. th.5. expl.1 quadam ſingularia annotavimus.* Præpoſitus Berchteſgadenſis, Weiſſenburgicus, Prumienſis ac Stabulenſis, & Abbas Corbajenſis, ſicuti ex *prædicto ſeſſionis ſchemate* etiam videri poteſt. *Plura de illis ſeq. ſect. 2 c.2. th. 5. expl.1. & 2. dicta ſunt. Reliquos omnes verò* (quorum magnus eſt numerus à *Limn. l. 1. cap. 8. p. m. 106. & 112. relatus*) cum Abatiſſis etiam *ibid. p. 106. & 114.* conſignatis, (de quibus etiam legi poteſt perſonatus ille *Franciſcus Irenicus in colleg. Jur. Publ. p.1. p. m. 214.*) *hodieque duas ſaltem curias, nempe Suevicam & Rhenanam conficere, adeoque tot ſuffragia in comitiis Imperii univerſalibus hodie obtinere.*

VI. Ci-

VI. *Comitum & Baronum Imperii* numerus ingens eſt, inter illos verò præcipui *ex prioribus*, Ottingenſes, Solmenſes, Rappolſteinus, Fleckenſteinii, Leiningenſes, Naſſovienſes, Hanovici, Hohenloici, Erbacenſes, Bentheimienſes, & Teckelnburgici (qui & Steinfurdienſes,) Lippenſes, Furſtenbergici, Rheingravii, Waldeccenſes, Witgenſteinii & Sainenſes, Mansfeldici, Stolbergenſes & Wernigerodenſes, Schwartzenburgici, Oldenburgici & Delmenhorſtani, (qui ſunt hodie Duces Holſatiæ) Blanckenburgici, (qui ſunt hodie Duces Brunovicenſes) Hoyenſes & Dipholzenes (qui ſunt hodie Duces Lunæburgici) Marcani, Vehlenenſes, Iſenburgici, Eberſteinii, Falckenſteinii, Monfortii, Beichlingani, (quorum exſtinctorum bona Domini à Wetthero hodie poſſident) Hazfeldii, Königseggii, Schaomburgici (qui ſunt hodie Landgravii Haſſiæ Caſſellenſes) Pappenheimii, Manderſcheidii, Friſiæ Orientalis, Ortemburgici, Salmenſes & Riſferscheidii, Ritterbergici, Caſtellenſes, Lindenſes & Reekumenſes, Bergenſes, Hohenſteinii, Sulzenſes, Fuggeri, Comites Rechbergici, Louenſteinii & Werthemii, Truchſeſii, Gronsfeldici, Cronenbergici, Hohenembſii, Wiedenſes & Runckelani, Waldſeenſes, Wieſenſtelgii & Hagli, (qui nunc ſunt Electores & Duces Bavarici) Ranzovii, Trautmansdorffii, Sinzendorffii, Nothafftii, Hohenwaldeccii, Wolckenſteinii, Abenſpergii & Traunii, Wallenſteinii, Schlicku, Tillii, Weiſſenwolffii ſive Ungnadii, *de quibus omnibus & aliis ſeq. th. 4. in expl. ſub ſingulis circulis. & ſeq. ſect. 3. c. unico th. 4. & ſeqq. & ſubjunctis explicat. latè dictum eſt.* *Ex poſterioribus* nempe Baronibus & Dominis Rutheni, (qui nunc ſunt Comites) Rappolſteinii, Schönburgici, Limburgici, Blanckenheimii, Sainsheimii, Metternichii, Graffeneggii, Waldpottii, qui Pirmontii & ſimiles, de quibus omnibus legi poteſt poſt *Spener. in Theatro Nobilit. p. 2. in indice. Irenicus d. p. 1. p m. 217. & aliquot. ſeq.* ubi de eorum ortu & ſtatu diſſerit. Quot verò præterito ſeculo in Comitiis Imperii comparuerint, vide in Indice Receſſuum Imperii ſub Rubr. **Graffen.** & Rubr. **Herrn und Freyherrn.** *Plura de illis vide d. c. unico. th. 4. & ſeqq. ac ſuis explicat.* *Et hi omnes hodie quatuor Curias*, nempe Suevicam, Wetteravicam, Franconicam ac Weſtphalo Saxonicam conſtituunt, *adeoque totidem ſuffragia* in Comitiis Imperii univerſalibus, novo indultu in Comitiis Ratisbonenſibus anno 1653. ab Imperatore & Statibus obtenta, cum enim anteà ſaltem tria collegia & ſuffragia, nempe Suevicum, Wetteravicum & Franconicum & poſtremum quidem ex renovatione in Comitiis Ratisbonenſibus anni 1641. impetratâ obtinerent, In præcedentibus ibidem anno 1653. & ſeq. celebratis Comitiis Comites & Barones Weſtphalo-Saxonici dicto anno 1653. ut patet ex eorum ſupplicationibus à *Limn. Tom. V. l. 9. c. 1. n. 143.* relatis, Imperatorem & Status debitâ devotione implorarunt, ut etiam particulare collegium ac ſuffragium obtinerent, quod quoque illis paulò pòſt conceſſum eſt.

VII. *Omnes Imperii liberæ* Civitates ſingulare collegium conficiunt, *& in duo ſcamna vel latera nempe Rhenanum & Suevicum dividuntur.*

In illo latè ita dicto comprehenduntur nunc ſequentes in Circulo Rhenano, Burgundico, Weſtphalico, & utroque Saxonico ſitæ civitates, ſecundum ordinem ſeſſionis in Comitiis Imperii:

Colonia, Aquisgranum, Argentoratum, Lubeca, Wormatia, Spira, Francofurtum ad Mænum, Hagenoa, Colmaria, Schleſtadium, Goslaria, Brema, Mulhuſa, Nordhuſa, Weiſſeburgum ad Rhenum ſeu

A. Sebuſiorum, Landavia, Ehenhæmium ſuperius. Cæſareamontanum, Monaſterium S. Gregorii. Conshæmium, Turckhæmium, Tremonium, Fridberga, Wetzlaria, Gelnhuſa, *de quibus ſeq. ſect. 4. c. 1. th. 7. in expl. latiſſimè & ex profeſſo egimus. nam Heruordiam & Hamburgum ac ſimul quodammodo dictam Gelnhuſam tertiis & relatis de cauſis d. Sect. 4. c. 2. th. 2. & in expl. inter civitates controverſi adhuc juris retulimus.*

In hoc verò etiam latè ita dicto non ſolùm in Suevico, ſed etiam Bavarico & Franconico circulo ſitæ comprehenduntur, & quidem ſequentes ſecundum ordinem ſeſſionis & ſuffragii:

Ratisbona, Auguſta Vindelicorum, Norinberga, Ulma, Eslinga, Reutlinga, Nordlinga, Rotenburgum ad Tubarim, Halla Suevorum, Rotwila, Uberlinga, Heilbrunna, Gemunda Suevorum, Memminga,
B. Lindavia, Dinckelſpuhla, Biberacum, Ravenſpurgum, Sweinfurtum, Campidonum, Windeshæmia, Kauffbeura, Wila, Wangena, Iſena, Pfullendorffium, Offenburgum, Leutkircha, Wimpina, Weiſſeburgum Norici, Gienga, Gengenbachium, Zella, Buchornia, Ala, Buchavia, Bopfinga.

De his omnibus quoad etymon, originem, jura & ſimilia *d. Sect. 4. c. 1. th. 7. in expl.* etiam tractavimus; *De illarum verò jure* in Comitiis Imperii Univerſalibus *prac. p. 2. Sect. 2. c. 9. th. 17. explic. 3.* diximus. *Ubi ſimul monendum eſſe duximus, ſtatum & numerum harum civitatum ab aliquot ſeculis valde mutatum & imminutum eſſe*; *Nonnullæ* enim ob varios prætextus planè ſubjugatæ, *aliæ* controverſi juris redditæ, *aliæ* ab Imperio planè avulſæ fuerunt, ut *ſeq. ſect. 4. c. 2. th. 2. & ſeqq. ac illarum explicationibus latè demonſtravimus.*

C.

TH. IV.

Circuli Imperii ſunt decem (1.) Francicus, (2.) Bavaricus, (3.) Auſtriacus, (4.) Suevicus, (5.) Rhenanus, (6.) Quatuor Electorum ad tractum Rheni, (7.) Weſtphalicus, (8.) Saxonicus ſuperior, (9.) Saxonicus inferior, (10.) Burgundicus.

Explic.

I. D*E circulis hisce notandum 1. primam* circulorum diſtributionem *in Comitiis Mergenthemenſibus* anno 1387. celebratis *ſaltem quatuor* in ſe continuiſſe, ut refert *Gold. de Regno Bohemiæ l. 4. c. 8. n. 2. poſteà illam à Maximiliano I.* Imperatore & Statibus licet non nominatenus, deſcriptivè tamen *in ſex* nempe Franconicum, Bavaricum, Suevicum, Rhenanum,
D. Weſtphalicum & Saxonicum in eum finem, ut ex illis totidem Conſiliarii Regimento, & poſteà Aſſeſſores Cameræ dentur, extenſam eſſe, ut patet *ex Illius Ordin. Regiments de dato* **Augſpurg** 1500. *Tit.* **wie zwantzig Perſonen** *&c. in fine. Tit.* **wie Sechs Räthe auß der Ritterſchafft.** *& Ordinat. Cameræ de dato* **Coſtnitz** 1507. *tit. fin. verſu anno ſeptimo &c. & R. J. priori de dato* **Trier und Cölln** *anno* 1512. §. *item* **ſöllen die vier Churfürſten.** *ac tandem in eodem Receſſu §. praced.* **darauff haben wir.** *decem prædictos circulos inſtitutos fuiſſe*, eosque usque huc in tanto numero permanſiſſe.

Quamvis enim Goldaſt. d. tr. l. 1. c. 2. n. 5. l. 2. c. 16. n. 1. & ſeqq. & d. l. 4. c. 8. n. 1. cum ſeqq. enixè laborat; ut demonſtret Regnum Bohemiæ olim ſingularem Imperii circulum conſtituiſſe, & adhuc conſtituere videri, quia ad expeditionem Romanam 400. equites & 600. pedites confert. *Id tamen* ex Ferdinandi I. Romanorum

norum & Bohemiæ Regis reſponſo Statibus Imperii in Comitiis Auguſtanis 1548. in illa cauſa dato abundè *refutat Arum. de Comit. cap. 2. n. 41.*

2. *Cauſam impulſivam* illos inſtituendi quod attinet, *primaria*, ut jam dictum, fuit, ut ex iis Senatus Imperii, qui ſummâ cum auctoritate Jus diceret, ſuppleretur, *acceſſoria verò* ut paci publicæ conſuleretur, hoſtes & turbatores Imperii eò citiùs ſupprimerentur, & ſententiæ à Camera latæ eò citiùs & cum majori auctoritate executioni demandarentur, & ſemper exercitus ad Imperii ſecuritatem eò faciliùs comparari queat, ut ex *Receſſibus Imperii* conſtat.

3. *Collocatione illorum auctores valde diſcrepare*, ut bene tradit & demonſtrat *Limnæus lib. 1. c. 7. n. 29. ſicuti etiam* in ipſis Imperii Receſſibus in enumerandis illis certus ordo non obſervatur, *ſiquidem in dictâ Regiments Ordinatione Tit.* wie Sechs Räthe *&c. hic illorum ordo eſt*, Franconicus, Bavaricus, Suevicus, Rhenanus, Weſtphalicus, cum Belgico, & Saxonicus inferior. *& in d. R. J. de dato* Trier und Cölln / *d. §.* darauff haben *&c.* cum ſeq. reliqui quatuor hoc ordine adjecti, Auſtriacus, Burgundicus, Quatuor Electorum ad Rheni tractum, & Saxonicus ſuperior. *Contrà in declaratione Pacis publica de dato* Nürnberg 1522. *poſt pr. ita poſiti:* Auſtriacus, Burgundicus, Quatuor Electorum, Saxonicus ſuperior, Franconicus, Bavaricus, Suevicus, Rhenanus, Weſtphalicus & Saxonicus inferior. *Rurſus in R. J. de dato Spira* 1542. §. und dieſem obriſten Hauptmann / *ordo illos referendi talis obſervatur:* Quatuor Electorum Rheni, Franconicus, Bavaricus, Auſtriacus, Suevicus, Rhenanus, Belgico-Weſtphalicus, Saxonicus ſuperior, Saxonicus inferior, & Burgundicus. *Porrò in Receſſu Conventus omnium Circularium* Ducum & Subſtitutorum, excepto Burgundico, qui non comparuit, *nomine Imperii Erfurdiæ anno* 1567. *congregatorum* ab Imperatore Maximiliano II. ibi publicato, *ſubſcriptio à Legatis illorum ſequenti ordine facta.* Legati Circuli Quatuor Electorum, Saxonici ſuperioris, Auſtriaci, Franconici, Bavarici, Suevici, Rhenani, Belgico-Weſtphalici, & Saxonici inferioris.

In inſtrumento Repartitionis Norimbergæ 1650. confecta hoc ordine conſignati ſunt Electoralis Rheni, Saxoniæ ſuperioris, Franconicus, Suevicus, Rheni ſuperioris, Weſtphalicus, Saxoniæ inferioris, Bavaricus, nam duo reliqui in illa omiſſi, quoniam Imperator & Rex Hiſpaniæ ſuis exercitibus ex illis ſatisfecit.

Cauſam variationis illius inquirenti reſponderi quidem poſſet, illam ideò eveniſſe, ne ex conſtanti ejusdem Ordinis obſervatione præpoſiti Circuli præeminentiam præ poſterioribus ſibi arrogare poſſint.

Sed noſtro quidem judicio ex modò obſervatâ ſubſcriptione poſtpoſitis non parvum præjudicium creatum eſt, dum in ſimili eventu inde argumentum præeminentiæ, ut in ſubſcriptionibus Receſſuum Imperii ſæpe factum, absque dubio deſumatur.

4. *Circulis his Jus eſſe conventus, circulares dictos*, per ſuos Duces inſtituendi, & in iis de circulorum ſuorum, vel vicinorum, vel etiam totius Imperii ſecuritate ac ſalute cum illis & ſubordinatis deliberandi, ut *præc. p. 2. Sect. 2. c. 9. th. 27. & in explic.* demonſtratum.

5. *A nonnullis Politicis perperàm ſtatui, unumquemque Circulum ex tribus ordinibus, Principe nempe Eccleſiaſtico & Laico, ac Civitate Imperiali conſtare, ſiquidem* contrarium ex Circulo *Auſtriaco*, in quo nulla

A. Civitas Imperialis ullo tempore fuit, & Circulo *Saxonico ſuperiore*, cui jam ultra ſeculum Dantiſcum & Elbinga à Polonis ſubtracta eſt, nec non *Burgundico*, in quo anno 1653. in Comitiis Ratisbonenſibus Veſontio ex Civitatum Imperialium numero demta, de quo legi poteſt *Knipſch. de Juribus Civit. Imper. l. 4. c. 1.*

6. *In decem illos Circulos omnes Imperii Provincias & Status tùnc non eſſe redactos*, ſic memorat *ex Goldaſt. de Regno Bohem. d. lib. 2. c. 16. n. 2. Limnæus in addit. prior. ad lib. 1. c. 7. n. 26. omiſſam eſſe Bohemiam, Boruſſiam ac Livoniam, & ideò in Comitiis de anno 1512. deliberatum fuiſſe* de duobus novis Circulis Bohemico & Boruſſico conſtituendis, ſed illos reſtitiſſe: *Circa quod monendum duximus, in d. Receſſu & quidem poſteriori circa fin.* de Magno Boruſſiæ Magiſtro hæc verba reperiri: den Hoch Meiſter
B. auß Preuſſen belangend / iſt betracht / nachdem der Handel begehrter Hülffe an Unß und die Stände mercklich groß iſt / auch noch nicht wiſſende / ob der Hoch-Meiſter ſich als ein Glied zum Reich thun wolle / oder nicht / und auch zu dieſer Zeit nicht außfündig mag ſeyn / wie hoch und was der Anſchlagungs-Pfenning ertragen mag / daß der und ander Urſachen halber die Sache biß auff den nächſtkünfftigen Reichstag ſol geſchoben werden / *de quo etiam lege R. J. de dato* Augſpurg *anno* 1500. *tit.* vom Hochmeiſter in Preuſſen *& ſeq.* ubi de Magiſtro Boruſſiæ & Livoniæ ſubjectione quædam habentur.

De Regno Bohemia jam præced. n. 1. egimus. Quoad Italica feuda ſciendum, illa per privilegia Imperatorum ab omnibus oneribus libera, eorumque Prin-
C. cipes, *excepto Sabaudico*, Imperii Status non eſſe, ideoque nec particularem Circulum conſtituere, nec aliis inſeri potuiſſe.

Quid circa Civitates Hanſeaticas illas, quæ neque Imperio, neque ejus Statibus aliquid contribuunt, in Comitiis Imperii deliberatum ſit, *ex R. J. de dato* Augſpurg 1548. §. und als erſtlich *& ſeq.* dignoſci poteſt.

Tandem 7. Monendum, exactam & conformem circulorum horum deſcriptionem, tum ob exemtiones, tum ob novorum ſtatuum receptiones, tum ob diſtractiones multorum comitatuum & dominiorum, tum ob erroneas inſertiones membrorum quorundam nullibi reperiri, & idcirco etiam in *Inſtrum. Pacis art. 8. §. gaudeant &c.* diſpoſitum eſſe, in Comitiis proximis circulos illos redintegrandos eſſe.

Quocirca etiam nos illos exactè hic referre non po-
D. tuimus, quoniam iſta redintegratio nondum perfecta eſt.

II. *In Circulo Franconico ſunt ſequentes Status Imperii:*

Ex Eccleſiaſticis Principibus Epiſcopi Bambergenſis (convocator & Director) Herbipolenſis & Eichſtadienſis, nec non Magiſter Ordinis Teutonici.

Principes ſeculares, Marchiones Brandenburgici, Culmbacenſes & Onoldini, tanquam Burggravii Norimbergenſes (ex quibus unus ſimul convocator circuli eſt) Poſſeſſores comitatus principalis Hennenbergici (qui ſunt Epiſcopus Herbipolenſis, Domus Saxonica utraque, & Haſſiaca Caſſellenſis pro cujusq; parte, ut legi poteſt apud Zeiller. von den zehen Crayſen tit. 6. n. 6.

Comites Hohenloici, Caſtellenſes. Lovvenſteinio Wertheimii, Poſſeſſores comitatus Reineccii, interq; eos Archiepiſcopus Moguntinus. Porrò Comites & Domini Erbacenſes, Limburgenſes, Schwarzenbergici,

gici, Seinsheimii, Nothaffti. de quibus ſpecialiter *ſeq. ſect.3.c.unico. th.7.in expl.* egimus.

Ex civitatibus Imperii Norimberga (convocatrix ſimul ei vitatum.) Rotenburgum, Windeshemium, Schweinsfurtum, & Weiſſenburgum Norici, de quibus etiam *ſeq.ſect.4.c.1.th.7.in expl.* egimus. In dicta repartitione Norimbergenſi invenitur etiam Herbipolis, non quidem, ut civitas Imperii, ſed ex parte **der Neindorffer**/qui immediata Imperii bona ſunt.

De ordine ſuffragiorum in hoc circulo ferendorum obſervato legi poteſt Limn. in Addit. prioribus ad l. 9. c. 1. n.242. poſt ſect.7.

2. *In circulo Bavarico reperiuntur*

Ex Eccleſiaſticis: Archiepiſcopus Salisburgenſis, (qui convocator) Epiſcopi Paſſavienſis, Friſingenſis & Ratisbonenſis. Præpoſitus Berchtolsgadenſis, Abbates Waldſachſenſes, S. Haimerani Ratisbonæ, & Keyſershcimenſis: Item Abbatiſſæ Monaſterii inferioris & ſuperioris Ratisbonæ.

Ex Secularibus Electot & Duces Bavariæ, (ex quibus prior ſimul convocator.) Comites Palatini Neoburgici, (ſub quibus Sulzbacenſes ſimul comprehenduntur) Landgravii Leuchtenburgici, (qui nunc ſunt Duces Bavariæ) Principes Lobkowiaii ratiooe Comitatus Principalis Sternſteinii, ab Imperatore Ferdinando III. ex Dynaſtia in talem Comitatum erecti, ſecundum *Zeill.* **von den zehen Kreyſen** *tit.3. n.14. & Principes Eggenbergici ratione cenſus vel indictionis ob* Dynaſtiam Gradiſcienſem in Forojulio & aliàs in Circulo Auſtriaco ſitam, ob illam cauſam, quia Auſtriaci cum ſuo circulo Imperio directò nihil contribuunt, ut ſeq. ſect.*2.c.1.th.2.expl.1.* poſt quæſt. 2. notatum eſt. Comites & Domini Ortenburgici, Hohenwaldeggenſes, Wolffſteinii, Duces Bavariæ ratione Comitatus Hagenſis & Neoburgici ratione Dominii Stauffen & Ehrenfels, Item Comites Abensbergenſes & Tillienſes, atq; hi ratione Comitatus **Breitteneck** ſecundum ſubſcriptionem R. J. de anno 1654. de quibus quoque *d.c.8.th.5.in expl.ſpecialiter egimus. Ex civitatibus Imperii ſola Ratisbona*, de qua etiam ſeq. *ſect.4. c.1. th.7. in expl. actum eſt.*

3. *In Circulum Auſtriacum quidem referri ſolent* ex Eccleſiaſticis Epiſcopi, Tridentinus, Brixienſis, Murbacenſis, Gurcenſis, Seggavienſis, Labacenſis & Viennenſis, *ſed circa* quatuor poſteriores notandum, Labacenſem planè nunquam, Viennenſem verò ſemel nomine Epiſcopi Brixienſis, at Seggavienſem quidem anno 1541. in Comitiis Ratisbonenſibus, & Gurcenſem utpote ſimul Brixienſem in Comitiis Ratisbonenſibus anno 1603. comparuiſſe, *hodiè* verò ſolùm in Comitiis Imperii ſe ſiſtere Tridentinum ac Brixienſem, quamvis non ſine contradictione aliquâ Domus Auſtriacæ, reliquos verò ſimpliciter eximi, unà cum Comitibus antiquioribus & recentioribus, nec non Ballivis & Abbatibus, ut nobis in Imperatoria Aula verſantibus certò relatum & compertum, ſicuti etiam illud poſteà *à Zeillero d.tr. tit.1. in f.* obſervatum eſſe vidimus: & ideò dicti Epiſcopi non ſunt Principes Imperii, uti etiam Abbates immediati in illo nulli ſunt.

Ex Secularibus ſoli Archiduces Auſtriæ; uti etiam Principes Eggenbergici prædicto ſub Circulo Bavarico modo, *& Auerſpergici* ſecundum tamen ea, quæ *ſeq. ſect. 2.c.2.th.12.in expl. ante finem, & hic ſeq. n.4.* annotavimus. *Ex Civitatibus Imperii verò jam nulla.*

4. *In Circulo Suevico continentur ex Eccleſiaſticis* Epiſcopus Conſtantienſis (qui convocator Circuli eſt) Auguſtanus & Curienſis, Præpoſitus Elwagenſis, Abbates Campidunenſis, Reichenauenſis, Salmansweillenſis, Weingartenſis, Ochſenhuſanus, Gengenbacenſis, Elchingenſis, Irſinenſis, Auersbergenſis, Roggenburgenſis, Zwyfaltenſis, vigore ſubſcriptio-

A. nis *R. J. de dato* **Regenſpurg** *anno 1641. & 1653.* Munchrotenſis, Schuſſenreidenſis, Weiſſenavienſis, Marchthalenſis, Petershauſenſis, Auguſtanus ad D. Ulricum & Afram, & Wettenhauſenſis: Quibus annumeratur Commendator Provincialis in Alſatia: Item Abbatiſſæ Lindavienſis, Buchavienſis, Baintenſis, Heppachenſis, Guttenzellenſis & Rottenmonaſterienſis.

Ex Secularibus, Duces Wurtenbergenſes, (qui ſimul Convocatores) Marchiones Badenſes utrique, Principes Hohenzollerani, & ratione Comitatus Tengenſis pro parte Auerſpergici, ut *ſeq. ſect.2. c.2. th.12. in expl.* ante finem conſignavimus. Comites Montfortii, Furſtenbergici, Ottingenſes, Sulzenſes, Truchſeſii, Waldenburgici & Zeillenſes, Konigseccii, Graveneggii, Hohen Embſii, Eberſteinii, Fleckenſteinii, Fuggeri, Rechbergici, Geroldseggii, qui deinùm *anno* 1638. ut Status Imperii recepti fuerunt, *Limn. in addit. ad l. 1.*

B. *c.7.n.26.* Poſſeſſores Comitatus Helffenſteinii, ratione Wiſenſteig (qui ſunt hodie Duces Bavariæ) Comitatus Zimmern & Lupfen: Item Dominii Gundelfingen, Mündelheim, Juſtingen, cujus nomine *in R. J. nonnonnullis & in ſpecie de anno* 1654. ſubſcripſit Erneſtus Baro de Freyberg; & Bondorff, *de quibus ſpecialiter d. ſect.3.c.unico th.5.in explic. dictum.*

Ex Civitatibus Imperialibus Auguſta Vindelicorum, Ulma, (quæ apud civitates ſimul convocationis Jus habet) Eslinga, Reutlinga, Nordlinga, Halla Suevorum, Uberlinga, Rotwila, Heilbronna, Gemunda, Memminga, Lindavia, Dunckelſpuhla, Biberacum, Ravensburga, Campidunum, Kauffbeura, Wila, Wangena, Iſena, Leutkircha, Winpina, Gienga, Bopfinga, Buchavia, Ala, Pfullendorffium, Bucbornia, Offenburgum, Gengenbachium, Zella, de quibus omnibus in ſpecie *d ſect.4.c.1.th.7. in expl.* latè diximus. *De Ordine, quem hi Status in ſeſſione in Circulo ſuo & ſuf-*

C. *fragio ferendo obſervent, vide Zeilerum* **von den 10. Creyſen** *tit.7.*

5. *Superior Rhenanus* ideò dictus, quia in ſuperiori Rheni parte potiſſimùm ſitus eſt, continet ſub ſe *ex Eccleſiaſticis* Archiepiſcopum Biſantinum, Epiſcopos Wormatienſem, (qui eſt Convocator) Spirenſem, Argentinenſem, & Baſileenſem, & illis Adjunctum Magiſtrum Ordinis Johannæi. Porrò Abbatem Fuldenſem, Murbacenſem, Luderenſem, Prumienſem & Monaſterienſem in valle Divi Gregorii, nec non Præpoſitum Weiſſenburgicum ac Odenheimium. *Ex Secularibus* Comites Palatinos Lauterenſes, Simmerenſes, (qui nunc Jus ſuum Convocationis recepit) Bipontinos & Lautereccenſes, Birckenfeldenſes & Landsbergicos, Item Poſſeſſores Comitatus Spanheimii, Landgravios Haſſiæ utriusq;, Duces Sabaudiæ, Principes Hirſchfeldicos, qui ſunt Landgravii Haſſiæ Caſſellani, Duces Lotharingiæ, ratione Marchionatus Nomeni:

D. nii: Principes Salmenſes, Comites & Dominos Naſſovios in Sarbruck, Sarwerden, Idſteino-Wiesbaden & Weilburg Wild & Rheingravios, Hanovienſes, Solmenſes, Leiningenſes, Iſenburgicos & Budingenſes, Witgenſteinios, Waldeccenſes, Falckenſteinio-Daunenſes, & Poſſeſſores Baronatus Konigsſteinii (qui ſunt Archiepiſcopi Moguntini) Krichingenſes, & Fleckenſteinios, *de quibus etiam ſeq. ſect.3. c. unica th.6. & ſeqq. in expl. actum eſt.*

Ex Civitatibus, Argentoratum, inter civitates ſimul Convocatricem, Keyſersbergam, Turckhæmium, Monaſterium in valle S. Gregorii, Ehenhæmium ſuperius, Colmariam, Conshænium, Seleſtadium, Hagenoam, Weiſſeburgum Sebuſiorum, Landaviam, Spiram, Wormatiam, Francofurtum ad Mænum, inter civitates ſimul convocatricem, Fridbergam, Gelnhuſam & Wezlariam, *de quibus etiam in ſpecie d. ſect.4.c.1.th.7. expl. egimus.*

6. *Circulus quatuor Electorum ad Rhenum* comprehendit ex *Eccleſiaſticis* tres Electores, Moguntinum Coovocatorem, Trevirenſem & Colonienſem, item Commendatorem Provincialem Confluentiæ, & Abbatem ad D. Maximini (qui verò jam ab Electore Trevirenſi eximitur, de quo legi poteſt *Zeillerus d. Tr. Tit. 3. ſub verbo* (Trier) & Præpoſituram Selz ad Rhenum.

Ex Secularibus Electorem Palatinum Rheni, Principem Arenbergicum, Comites Naſſovicos in Dillenburg ratione Dynaſtiæ Beilſtein. Iſeoburgicos ratione Comitatus inferioris Iſenburgici, & Comites Riffer ſebidios. Dynaſtas in Reineck. de quibus etiam d. ſect. 3. c. unico th. 7. & 8 in expl. egimus. *Ex Civitatibus Imperialibus* Gelnhuſam ſolam, quæ tamen ab Electore Palatino & Comitibus Hanovicis exemtionis prætenſionem patitur, ut legi poteſt apud *Knipſch. l. 3. c. 16 n. 8.* ſed non attentâ illâ proximis tribus Comitiis Imperii per Francofurtenſes ſuffragium ſuum tulit, ut *ex ſubſcriptione Receſſus conſtat. De qua etiam ſeq. ſect. 4 c. 1. th. 7. in expl. & c. 2. th. 2. in expl. diximus,*

7. *In Circulo weſtphalico* ſequentes reperiuntur

Ex Eccleſiaſticis Epiſcopi Paderbornenſis. Monaſterienſis, (qui convocat) Oſnabruggenſis & Leodicenſis. Abbates VVerdenſes, Stabulenſis, Monaſterienſis S. Cornelii, Andernachenſis, Corbejenſis, Abbatiſſæ Hervordenſis & Eſſenſis.

Ex Secularibus Poſſeſſores Ducatuum Juliacenſis, Clivenſis & Bergenſis, cum annexis Comitatibus & Dynaſtiis, qui hodie ſunt Elector Brandenburgicus, & Comes Palatinus Rheni Neoburgicus, (nam Elector Saxoniæ Jus quidem Inveſtituræ, verùm abſque poſſeſſione habet)

Ubi notandum Ducem Clivenſem Jus convocandi cum Epiſcopo Monaſterienſi quidem habuiſſe, ſed illo Dominos Poſſeſſores non gaviſos, idque in ſuſpenſo relictum eſſe, *donec anno 1666. in Tranſactione hereditaria inter Electorem Brandenburgicum Fridericum Wilhelmum & Comitem Palatinum Rheni Philippum Wilhelmum initâ, art. 18. ita diſpoſitum fuit, ut Directorium illud utrumq; cum Epiſcopo Monaſterienſi commune ſit*, ita ut illi inter ſe alternent, hic vero primum ſuffragium & locum habeat, uti legi poteſt apud *Gaſtel. de Statu Publico Europæo noviſſimo c. 9. n.* 116. Duces Verdenſes, qui ſunt Reges Sueciæ, & Principes Mindenſes, qui ſunt Electores Brandenburgici. Principes & Comites Friſiæ Orientalis. Comites Naſſovicos in Dillenburg. Poſſeſſores Comitatus Oldenburgici & Delmenhorſtani adhuc incerti, Comites Witgenſteinii ratione Sayn, Manderſcheidii ac Blanckenheimii, Virnenbergici, Widani & Runckelani, Lippienſes, Mörſenſes, Gronsfeldii in Brunchorſt, Steinfurtenſes, Benthemici ac Tecklenburgici, Hoyenſes, (qui nunc ſunt ratione Comitatus utriusq; Duces Lunæburgici) Schaumburgici, (qui hodie ſunt Landgravii Haſſiæ Caſſelenſes) Dipholtii, (qui hodie ſunt dicti Duces Lunæburgici) Comites Marco Schleidenſes & Reckumenſes, Wehleni, Domini in Pirmont, quibus *in dicta Repartitione Norimbergica de A. 1650. adjectus Dynaſta Holtzapfel, qui tamen in ſubſcriptione Receſſus Imperii de A. 1654. non reperitur, De his etiam ſeq. ſect. 3. c. unico th. 8. in expl. egimus. Ex Civitatibus* Colonia, Aquisgranum, Tremonia, Hervordis, (cui tamen ab Electore Brandenburgico controverſia ſtatus movetur, ut *ſeq. ſect. 4. c. 2. th. 2. in expl.* demonſtravimus) quæ etiam in d. Receſſu reperiuntur. Nam reliquæ, puta Veſalia ſuperior, Suſatum, Duisburgum, Brackela, Warburga, Lemgovia, Dura, uti etiam Monaſterium Civitates Imperiales partim amplius non ſunt, partim controverſiam adhuc ſuſtinent. *De his ſimiliter d. ſect. 4. c. 1. th. 7. in expl. & c. 2. th. 2. & 3. ac in explicat.* egimus.

8. *Circulus Saxonicus ſuperior olim* ſub ſe cononuit ex Eccleſiaſticis Principibus *ſequentes Epiſcopos*, Miſnenſem, Martisburgenſem, Naumburgenſem, (cui Cizenſis cohæret) Caminenſem, Brandenburgenſem, Havelbergenſem & Libuſienſem. Nec non Principes Abbates Salfeldenſem, Petershuſanum, ac Walckenriedenſem, & Abbatiſſas Quedlinburgenſem ac Gernrodenſem. *Sed ut notum*, omnia illa bona Eccleſiaſtica nunc in ſecularia immutata ſunt, exceptâ Abbatiâ Quedlinburgenſi. *Adeoque primas in illo jam tenent Principes ſeculares* ſequentes, Elector Saxoniæ (qui coovocator) cum Sereniſſimis ſuis Fratribus, ſiquidem Elector nomine Electoratus, & Epiſcopatus Miſnenſis, ſecundogeniti Auguſti ſucceſſores ratione portionis teſtamentariæ, quam Dominus Parens in Thuringia & Miſnia obtinuit, tertiogenitus frater Chriſtianus nomine Epiſcopatus Martisburgici, & quartogenitus Mauricius ratione Epiſcopatus Naumburgici ad circulum illum pertinet.

Et Elector Brandenburgicus nomine Electoratus & cohærentium Marchiarum, nec non Epiſcopatus Brandenburgici, Havelbergici, ac Libuſienſis tanquam propriorum bonorum, ac ratione Epiſcopatus Caminenſis vigore *Inſtr. Pac. art. 11. §. teneatur*, idem in Principatum mutati pro dimidia in illo continetur.

Abbatia verò Salfeld ad Ducem Saxoniæ Altenburgenſem ac Gothanum, & *Walkenrithana* ad Duces Brunovicenſes, vigore Inſtr. Pac. art. 13. §. Septimò. tranſlata eſt: ac Gerenrodenſem Principes Anhaltini Sereniſſimi Jure Advocatiæ, & quidem hi omnes bona illa tanquam bona ſecularia & propria cum indictione conſuetâ & reliquis oneribus ac juribus tenent.

Sequuntur nunc reliqui Duces Saxoniæ ſuperioris Lineæ Altenburgicæ & Weimarienſis, Duces anterioris & poſterioris Pomeraniæ & Epiſcopatus Caminenſis, nempe Rex Sueciæ & Elector Brandenburgicus, Principes Anhaltini (qui hodie natione Lineæ Serveſtanæ ſimul Comites Mühlingani) Comites Gleichenſes, qui Hazfeldici, Reppinenſes (qui nunc Electores Brandenburgici) Schwarzenburgici, Manſfeldici & Barbyenſes, (quibus anno 1659. planè exſtinctis ſucceſſit ex exſpectativæ collatione à Domino Parente factâ Adminiſtrator Magdeburgenſis cum maſculis hæredibus) Stolbergenſes, Hohenſteinii (qui hodie ex donatione à Sereniſſimo Electore Brandenburgenſi factâ, ſunt Comites Witgenſteinii, *vigore ſubſcriptionis R. J. de dato* Regenſpurg 1654. ſed illum Comitatum inprimis quo ad præfecturam Lohram & Klettenberg tanquam feuda Halberſtadienſia prætendunt Comites Schwarzenburgii ac Stolbergenſes vigore deductionis in Comitiis Ratisponenſibus anno 1653. exhibitæ & à *Limn. in Addit. Poſter. ad l. 4. c. 7. n. 22.* adductæ, de qua controverſia *ſeq. ſect. 3. c. unico th. 6. ſub Comitibus Hohenſteiniis* pro & contra egimus & judicium noſtrum adjecimus) Mauritius Dux Saxoniæ ſuperioris ex teſtamento paterno ratione certæ Voigtlandiæ partis & trium ex quatuor aſſecuratis, ut vocant, Præfecturis in Thuringia, nimirum Arenſhang / Ziegenruch & Weyda / nam quartam, Sachſenburg / Auguſtus frater ſimul accepit.

Elector Saxoniæ ratione Comitatus Leiſnicienſis & Dynaſtiæ Wildenfels. Ratione Beichlingaris Comitatus Domini à Werthern. Comites Rutheni omniũ Linearum, ac Domini de Schöoburg & Domini de Brandenſtein in Ranis.

De quibus *ex parte d. th. 6. in explicatione* egimus.

In hoc circulo nulla amplius Imperii civitas à longo tempore reperitur.

9. *Circulus Saxoniæ inferioris* (in quo hodie alternatim Dux Magdeburgicus cum condirectore Duce Brunovicenſi & Dux Bremenſis ſecundum *Inſtrum.*

Pac.

Pac. Art. 10. *§. quartò* Directorium habent) in ſe continet *ex Eccleſiaſticis* Epiſcopum Hildeſienſem & Lubecenſem.

Ex Secularibus Ducem Magdeburgenſem & Bremenſem; quorum ille Elector Brandenburgicus & hic Rex Succiæ, ut notum, eſt. Duces Brunovicenſes & Lunæburgicos omnium Linearum. Ducem Verdenſem & Principem Halberſtadienſem, quorum ille Rex Sueciæ & hic Elector Brandenburgicus eſt. Duces Mechelnburgicos utriusque lineæ. Ducem Saxoniæ inferioris in **Lauenburg.** Principem Mindenſem, qui Elector Brandenburgicus eſt. Duces Holſatiæ Gluckſtadienſes & Gottorffienſes cum agnatis. Principes Sverinenſes & Razeburgicos, qui etiam ſunt Duces Mechlenburgici Sverinenſis lineæ. Auguſti Ducis Saxoniæ ſuperioris ſucceſſores ex teſtamento Johannis Georgii I. Saxoniæ Ducis & Electoris ratione quatuor Præfecturarum ex Pacificatione Pragenſi & Oſnabruggenſi Art. 11. §. cæterùm ad hunc translatarum, Querfurth, Interbock Damè & Borg & Dynaſtiæ Heldrungen. Duces Brunovicenſes ratione Comitatus Blanckenburgici. Elector Brandenburgicus ratione Comitatus Reinſteinii, & tandem Comites Ranzovii, de quibus *d. c. unico th.* 8. *in expl.* egimus. *Ex Civitatibus* Lubeca, Brema, Goslaria, Muhlhuſa, & Northuſa, de quibus *ſeq. ſect.* 4. *c.* 1. *th.* 7. *in expl.* etiam egimus.

10. *Burgundicus Circulus* olim ſub ſe cum comitatu cognomine ſimul totum Belgium continuit, ut patet ex *R. J. de dato* **Augſpurg** 1548. §. **nachdem auch von unſern.** *In illo jam* nullus Imperii Status, nam Archiepiſcopus Veſontinus ad Circulum Rhenanum ſuperiorem pertinet. Archiepiſcopus Cameracenſis & Epiſcopus Ultrajectinus ſub Weſtphalico comprehenſus fuit. Marchionatus Antverpiæ jam C. talis eſſe deſiit, uti etiam in nuperis Comitiis Ratisbonenſibus 1653. Veſontio civitas ab Imperio avulſa & Regi Hiſpaniarum cum omni jure tradita fuit, ut legi poteſt apud *Limn. in Addit. poſter. ad lib.* 7. *c.* 6.

Sed poſteà per notiſſimum illud civile bellum multæ Provinciæ, nempe Hollandia, Selandia, Friſia Occidentalis, Zutfania, Transiſalania, & Dominium Ultrajectanum ac Groningenſe, ſe Imperio & Regis Hiſpaniæ dominio exemêre, & ex reliquis Provinciis, ut modò dicetur, quædam manu militari ad ſe traxerunt, & per *Pacificationem Hiſpano Belgicam anni* 1648. Monaſterii initam, plenam libertatem obtinuêre, ita, ut Circulo illi tanquam Imperii parti nunc ſolummodò ſubſint Comitatus Flandriæ & Ducatus Brabantiæ, Limburgenſis, Lucoburgenſis, Hannonienſis, Namurcenſis, Gelrienſis pro dimidia. Arteſienſis, Marchionatus Antwerpiæ & Dominium Mechliniæ.

Et ne hæ quidem Provinciæ jam adhuc integræ ſub illo Circulo ſunt, quia per *dictam Pacificationem art.* 3. multa Flandriæ & Brabantiæ loca in ordinum confœderatorum dominium ſimul tranſiere, & Galliæ Rex intra paucos annos etiam multa per nuperum bellum ademit, ac per *Pacificationem Aquisgranenſem anni* 1668. *obtinuit.*

Quibus addendum 1. *Burgundicum hunc Circulum* etiam in Pacificatione Germano Gallicâ ſecundùm Inſtrumentum Pacis pro membro Imperii declaratum eſſe. 2. *In illo hodie* nullum eſſe Principem convocatorem, quia Rex Hiſpaniæ ut Burgundiæ Dux nullum ampliùs Imperii Statum, ut jam dictum, in illo habet, adeoque convocatione non indiget. Relatum quoque eſt nobis, in rebus Imperium concernentibus literas ad Gubernatorem generalem dirigi. 3. *Burgundiæ dictum Comitatum* nuper & poſtquam præmiſſa ſcripſimus, à Rege Galliæ totum occupatum, ac à Rege Hiſpaniæ per Pacificationem Neomagenſem anno

A. 1678. illi ceſſum eſſe, adeoque circulum hunc procul dubio ſublatum iri.

II. *Omnes hi Status in certam matriculam*, quæ cujusque nomina cum adſcriptâ certâ pecuniæ vel militum ſummâ, quam quilibet exigente neceſſitate præſtare, ac inſuper quid quilibet ad ſuſtentationem Cameræ Imperialis ſingulis annis contribuere tenetur, in ſe continet, *conſignati ſunt, quæ quoniam diverſimodè à Politicis exhibetur, atque ab Imperatore ac Statibus ipſis pro erronea & manca ſæpe habita, & eapropter in Inſtr. Pac. art.* 8. *verſ. gaudeant, & art.* 17. *verſ. ut etiam pax &c. ut Circuli redintegrentur, ac Matricula renovetur, & Status exemti reducantur, expreſsè conſtitutum, illud verò nondum perfectum eſt*, de ea nihil hic referre, ſed curioſum Lectorem interim ad *Limn. l.* 4. *c.* 7. *n.* 66. ac *in utriusque additionibus, & Zeiller. in itiner. German. continuat. c.* 1. *f. m.* 9. & ſeqq. multis, nec non B. in tr. *de Circulis decem Imperii. nec non Wurffbain in Relationib. Hiſtoricis parte* 9. *remittere volumus.*

Quare etiam circa Quæſtionem: An omnes in hisce Circulis hodie contenti immediati Imperii Status sint? *nihil determinare, ſed Lectorem ad Limn. l.* 1. *c.* 7. *n.* 36. *Strauch. diſſert. Exoter.* 2. *th.* 6. *Muller. de Convent. Circulorum remittere volumus.*

III. *Circumfertur etiam alia diſtributio Statuum vel potiùs membrorum Imperii in quaterniones*, relata etiam *à Limn. d. c.* 7. *n.* 38. *ſed illam jam olim pro figmento multi magni viri habent, interque eos Freh. ad Petr. de Andlo l.* 1. *c.* 16. *Beatus Rhenanus l.* 3. *Rerum German. & alii, quibus* ex Neotericis plerique accedunt, interque eos *Conring. de Civib. Imperii th.* 40.

Quid verò de illa ſit ſentiendum, legi poteſt apud Limn. d. c. 7. *n.* 38. *& ſeqq. & in Addit. prioribus. & Schuz. in Coll. J. P. vol.* 1. *Diſp.* 8. *th.* 1. *lit. B.*

TH. V.

Hactenus diſtributio Imperii: Sequitur ejus imminutio; circa quam conſiderandi ejus (1.) modi, (2.) cauſæ; (3.) media recuperandi ablata.

TH. VI.

Modi ejus ſunt tres (1.) Totalis membrorum à corpore avulſio, (2.) immediatorum ejus membrorum à potentioribus Imperii Statibus, ſalvis oneribus, facta ſubjectio, (3.) onerum communium denegatio ſolùm.

TH. VII.

D. *Avulſio illa totalis iterùm duplici modo obtigit*, facto ſcilicet proprio adeoque voluntario, vel alterius violento.

TH. IIX.

Avulſio utraque fundatur titulo (1.) privilegii, (2.) præſcriptionis, (3.) conventionis, (4.) donationis, (5.) publicæ & ſolennis declarationis per ſanctiones pragmaticas factæ. (6.) Jure belli.

Explic.

QUoad 1. *titulum*, multi quidem ex antiquioribus JCtis tradidêre, *Venetos* pro ſua Urbe & in mari ſitâ ditione exemtionis *ab Imperio obtinuiſſe Privilegium*, in tantum, ut etiam *Albericus de Roſate ad L. cunctos Populos. C. de Sancta Trinit.*

claris verbis teſtetur, ſe vidiſſe illud Privilegium conceſſum Duci & civitati Venetiarum bullatum Bullâ aureâ: *addendo*, per illam ipſam Bullam illos exemptionem à Jurisdictione Imperii prætendere.

Sed hoc procul omni dubio erroneum eſt: Illos enim ab incunabulis primis exſtructæ in mari Civitatis libertatem plenam nactos eſſe, eamque ſemper conſervaſſe à nullo prudenti & hiſtoriarum gnaro Scriptore uſquam in dubium vocatum fuit, cum Longobardi ipſos nunquam ſubegerint, neque Carolus Magnus & cæteri Italiæ Reges illud unquam ſeriò tentaverint, quin potiùs certum ſit, per fœdera inter Romano-Germanicos & Græcos Imperatores illorum libertati ſatis ſuperque proſpectum eſſe, ut id indicat *Sigon. lib. 4. f. m. 100. & 103.* & *Petrus Juſtinianus in Hiſt. Venetâ l. 1. f. 2.* ac ſeq. & bene inſuper demonſtrat *Conringius de Finib. Imperii c. 11. & 23. p. m. 543. & ſeqq. Ubi etiam ad contraria reſpondet. Addimus his* Carolum M. captam à Pipino Rege Venetiam (*de quo tamen videndus Juſtinianus d. l. 1. f. 5.*) ob fœdus cum Nicephoro Imperatore vel ictum illi libertati potiùs reddidiſſe, ut refertur in *Annalibus Francicis ſub Carolo hoc f. m. 38.*

Quod tamen quoad terreſtria dominia aliter ſe habet, ut idem poſtremo loco bene illud deducit.

Quoad II. idem multi *de Venetis* ſtatuunt, & id quidem ratione dictarum terreſtrium Provinciarum, non autem Urbis ipſius & in mari ſiti territorii prætendi ſolet: *ſed abſque ſolido fundamento, ut demonſtrat Conring. d. l. Idem titulus videtur ſtare pro Regno Poloniæ* ſupra ducentos annos Imperio non vindicato, ut refert *Conring. c. 29. p. m. 817. Sed in R. J. de dato* **Augſpurg** 1500. *tit.* **von Hochmeiſter auß Preuſſen** *legitur, conſtitutum fuiſſe*, ut Rex Poloniæ cum Magiſtro illo ad certum diem coram Imperatore & Regimento citaretur, ad controverſiam illi motam componendam. *Pro Regno Daniæ ferè per quingentos annos libertatis priſtinæ relicto, de quo legi poteſt id. c. 14. ſub f.*

Quoad III. Ex conventione mediante certo precio à Rudolpho I. Imperatore obtentam libertatem quidem prætendunt ex teſtimonio *Blondi Hiſtor. Dec. 2. lib. 8. f. m. 328. Natta Tomo 3. conſil. 637. n. 23. & Platina ſub Honorio IV.* (ubi etiam precii ſummam conſignavit) *Lucenſes & Florentini, ac referente Cuſpiniano ſub Rudolpho illo ante f. Bononienſes & Genuenſes, immò recenſente Aretino lib. 3. Hiſtor. Florent. f. m. 57. & aliis, omnes Hetruriæ civitates.*

Verùm ut optimè reſpondet Conringius d. c. 23. p. m. 491. & ſeqq. 1. Omnes illæ civitates, quæ pecuniâ libertatem redemerunt, illam non integram ſed aliqualem ſaltem, ſalvâ Imperii Jurisdictione, & (ut nos quidem ex Hiſtoricis didicimus) *Jus vel Privilegium ſaltem conſtituendorum propriâ auctoritate Magiſtratuum, & Juſtitiæ liberè exercendæ, obtinuerunt: ita enim inter alios Platina d. l.* Florentinos & Lucenſes libertate illâ emtâ ſtatim Magiſtratum addito vexillifero Juſtitiæ creaſſe: quibus etiam conſona tradunt *Blondus & Trithemius dd. ll. Indicat etiam Imperii Jurisdictionem ſalvam Sigon. ipſe d. lib. 20. ad ann. 1277. f. m. 117.* ſcribens, *Rudolphus Cæſar Rudolphum Vicarium Imperii in Hetruriam miſit, qui Sacramenta ab amicis & in fide manentibus civitatibus poſceret, & jura, quæ relinquebantur, Regni ſive Imperii retineret. Et Panvinius de Comit. Imperial. cap. 6.* his verbis: *Rudolphus omnibus urbibus quæ Juris Imperii in Thuſciâ erant, libertatem multis aureorum millibus vendidit, quo*

A. *mercatu eis paulatim (id enim libertatem omnimodò venditam fuiſſe excludit) ab Imperio deſciſcendi occaſionem dedit.*

Ex hiſtoriis ſiquidem notum eſt, urbes illas quidem ob factionis Guelphicæ potentiam & Imperatorum exiguas vires *plenam libertatem tentaſſe, nihilominus tamen* Imperatoribus auctoritate eorum armatâ animadversâ debitum obſequium præſtitiſſe, ut omiſſis antiquioribus, *id ex rebus à Carolo V. præteriti ſeculi anno triceſimo in Italia geſtis à Jovio lib. 27. Hiſtor. p. m. 209. relatis conſtat; memorat enim ibi*, Imperatorem Florentinorum Legatis omne obſequium, ſalvâ tamen obtentâ ſemel libertate, *offerentibus exprobraſſe, quod inemptabili delicto ſuperiorum Cæſarum conceſſas libertatis immunitates vel ingratè vel perfidioſè corrupiſſent, & tamen promiſiſſe, ſe crimen Majeſtatis pro ſua*
B. *humanitate animique magnitudine remiſſurum, ſi Pontificem, eundemque civem ſuum (puta Medicæum) quem imprudenter patriâ ejeciſſent, converſis voluntatibus reciperent.*

Quibus adde Diploma Imperatoris Auguſtæ datum reſtitutionem Medicæorum injungens & obſequium à Florentinis præſtandum ab Eodem ſeq. l. 29. p. m. 400. & ſeqq. relatum.

De civitate ergò Lucâ & aliis Italiæ civitatibus ac Provinciis porrò obſervandum, quod illa à Maximiliano I. **in der Verantwortung auff deß Königs in Franckreich Klage auff den Reichstag zu Coſtnitz 1507.** *à Gold.* **in den Reichshändeln** *n. 14. f. m. 64. relatâ cum aliis Provinciis & Civitatibus Italiæ Imperio adhuc aſſerta ſit*, quod & Carolus V. Imperator anno 1526. *in Reſcripto adverſus Clementis VII. criminationes §. 15.*
C. *apud eundem in Conſtit. Imperii tomo uno f. m. 483. quoad Lucam & Senas adſtruit. De reliquis vide Conring. d. c. 23.*

Ubi notandum Ducatum Mantuæ, Mutinæ & Sabaudiæ adhuc recognoſcere Imperium, ut ſeq. th. 10. in explic. pleniùs dicetur.

2. *Conceſſo etiam plenam illis libertatem obtigiſſe, id tamen citra Statuum Imperii conſenſum peractum, adeoque nullum ipſo jure eſſe, ut omnibus notum*, & inſuper *Bodinus* Imperii aliàs acerrimus hoſtis *lib. 1. de Republ. c. 9. p. m. 193.* bis clariſſimis fatetur verbis: *Jura Majeſtatis Imperii venalia non ſunt, nec, ſi eſſent, ab Imperatoribus ſine Principum Germanicorum conſenſione diſtrahi potuerunt; & inde perſpicuum fit, eas pecunias, quæ à civitatibus Italiæ pro libertate adipiſcenda exactæ fuerunt, tributi aut penſionis nomine ſolutas fuiſſe.* De quo etiam *præc. p. 1. cap. 4. th. 6. explic. 1.* latè actum eſt,
D. & legi poteſt *Idem Bodinus ſeq. cap. 10. p. m. 234. ac Reink. lib. 1. cl. 2. cap. 8. a. 85. & ſeqq.*

Ut ita dubio careat, Imperatores noſtros omnes ita ſubtractas Provincias & urbes Italiæ ſemper vindicare, & manu militari in ordinem redigere poſſe, imò debere, capitulationibus eò adſtrictos: Ita enim poſt præcedentes Imperator noſter glorioſiſſimus art. 12. **Vornehmlich auch / dieweil vorkommen / daß etliche anſehnliche dem Reich angehörige Herrſchafften und Lehen in Italien und ſonſten veräuſſert worden ſeyn ſollen / eigentliche Nachforſchungen derentwegen anzuſtellen / wie es mit ſolchen** *alienationen* **bewandt / und die eingeholte Bericht zu Churfürſtlicher Mayntziſchen Cantzeley / umb ſolches zu der übrigen Churfürſten Wiſſenſchafft zu bringen / inner Jahres**

res-Friſt nach unſerer angetretenen Königlichen Regirung anzurechnen / ohnfehlbar einzuſchicken / auch in dieſem und obigen allem mit Rath / Hülff und Beyſtand der Sieben Churfürſten allein oder nach Gelegenheit der Sachen / auch anderer Fürſten und Ständen jederzeit an die Hand zu nehmen / was durch Uns und Sie vor rathſam / nützlich und gut angeſehen und verglichen ſeyn wird / &c.

Titulum IVtum nonnulli ponunt in Delphinatu à Carolo IV. Imperatore in Johannem Galliæ Regem ſororis ſuæ maritum, ejusque filium Carolum V. donato, ut inter alios refert *Aventinus lib. 7. f. m. 490. & ſeq.*

Sed id erroneum eſt, cum Delphinatus ille jam ſub Ludovico Bavaro ſive IV. ab Humberto ultimo ſuæ familiæ Principe in Philippi Valeſii filios translatus fuerit, ſub conditione, ut Primogenitus Delphinus vocaretur, referente *Æmylio lib. 9. Hiſtor. ſub dicto Rege. f. m. 283. & hic* primum à dicto Ludovico Imperatore, *illo verò* id recuſante, à Pontifice Legatis miſſis illius translationis confirmationem petierit, ut id latè demonſtrat *Conring. de fin. Imp. l. 2. c. 24 p. m. 592. & multis ſeqq.*

Quod ergò Carolus ille ex immenſo in Regem Galliæ Johannem affinem, ejusque filium Carolum amore in hujus filium cognominem (poſteà VI. dictum) tranſtulit, *fuerunt ſaltem* quædam Caſtella in Delphinatu cum adjuncto vicariatu in Regno Arelatenſi, ut claris verbis Gallicus ille Scriptor *Gaguinus lib. 9. Hiſtor. c. 2. f. m. 160.* ex aliorum Gallorum ſcriptis refert.

Quod etiam ſpecialius adhuc *Vigner. in tertia parte Bibliotheca hiſtorica apud Limnæum in addit. prior. ad l. 1. c. 9. n. 9. his verbis, Carolus IV. Imperator Duci Andegavienſi donavit reliquias, qua ſuperfuerunt Imperatoribus in Delphinatu, hoc eſt, Pompam & Charnacum, & ſimul eum conſtituit ad tempus vita irrevocabilem Majeſtatis ſuæ Vicarium ejus, quod tenebat in Regno Arelatenſi: cui addi poteſt Bodin. l. 1. de Republ. c. 9.*

Specialiſſimè verò Chriſtiana Piſana in hiſtoria Caroli V. Regis apud Chifletium in vindic. Hiſpanic. & ex illo iterùm *Conring. d. c. 24. p. m. 601. & ſeq.* memorat, ubi legi poſſunt.

De donatione ipſa vide quæ præc. p. 1. c. 4. th. 6. expl. 2. conſignavimus.

Quod verò Imperator hic regnum illud Delphino Galliæ non donaverit, multò minus vero ab Imperio alienaverit, patet ex ejus Epiſtolis à Madero cum Gervaſii Tilberienſis libro de Romano Imperio &c. editis in illarum enim quartâ mandat omnibus Principibus, Comitibus, Baronibus &c. in genere, & in ſpecie per Regnum illud conſtitutis, tanquam S. R. J. fidelibus, ut ſocietatem iniquorum hominum opprimant. *Et in decima tertia* cum Barnabate Vice Comite Mediolanenſi & S. R. J. Vicario Generali pactum iniit, ut ille pro recuperatione regni illius quolibet anno 50000. florenorum puri auri ſolvere, ſeu *barbutas* per ſex menſes, aut quingentas barbutas per annum ad effectum prædictum ſub expenſis, damnis & periculis ejus, puta Imperatoris, quolibet anno dirigere debeat, *ut verba ibi ſonant.*

Cæterùm quod Imperatores Romano-Germanici jura ſua in dictum Delphinatum, uti & totum Regnum Arelatenſe usque ad Carolum V. Imperatorem, qui adhuc anno 1536. Likercano Lombeca ViceComiti ſcri-

A. *pſit, Delphinatum pendere ab Imperio, Imperio vindicaſſe probat Conring. d. l. p. 608. & ſeqq.*

Sicuti etiam idem Carolo Sabaudiæ Duci in Comitiis Wormatienſibus anno 1521. celebratis Vicariatum in Italia & ejus provinciis & civitatibus ac diæceſibus Lugduni, Matiſconi & Gratianopoli in quantum ſub imperii diſtrictu ac terris ipſius Ducatus Sabaudiæ eædem Diæceſes Lugdunenſis, Matiſconenſis & Gratianopolitanenſis conſiſtunt confirmavit, ut patet ex Diplomate *in Diario Europæo parte 1. p. 715. relato, quod etiam ſubſequentes Imperatores fecere, ut legi poteſt in Diplomatibus ibid. p. ſeqq.*

Cæterùm de Donationibus, quas Imperatores Romanis Papis feciſſe dicuntur partim præc. p. 1. cap. 4. th. 6. expl. 2. egimus, partim Goldaſt. in Replicat. pro Imperio c. 31. & ſeqq. legi poteſt.

B. *Titulus Vtus occurrit in* aliquot exemplis per Pacificationem Oſnabruggenſem & Monaſterienſem notis, ac *Receſſum Imperii de dato* **Regenſpurg** 1654. *& quidem 1. in ſupremo dominio Epiſcopatus Metenſis, Tullenſis & Virodunenſis* cum omnibus diſtrictibus, nec non *Pinarolo*, in perpetuum coronæ Gallicæ ceſſis, ac Alſatia utraque unà cum Suntgoviâ & Præfecturâ Provinciali decem Imperialium civitatum in Regem Galliæ cum omni jure & renunciatione Archiducum Auſtriæ perpetuò & citra ullam Imperii recognitionem translata, ut conſtat ex *Inſtr. Pac. Germano-Gallico.* 2. *In Baſilea & tota Helvetia* ab omni Imperii Jurisdictione in ſempiternum exemtâ, ut patet ex *Inſtr. Pac. utroque & Germano-Suecico quidem art. 6. in f.* 3. *In civitate Imperiali Veſontione* in perpetuum Regi Hiſpaniarum adductâ, ut præc. *th. 4. expl. 1. ſub Circulo Burgundico dictum.* 4. *In confœderatarum Belgii* C. *Provinciarum libertate omnimodâ per Inſtr. Pacis Hiſpano-Belgicum §. 3. in perpetuum declaratâ, cum aſſecuratione confirmationis ab Imperatore & Imperio obtinenda §. 53.* 5. *In Comitatu Burgundiæ Regi Galliarum per nuperam pacem Neomagenſem ceſſo, ut præc. th. 4. expl. 1. in fine diximus.*

Titulus VItus reperitur in Boruſſia à Polonis tam bello, quàm Pacificatione cum Ordine Equitum ſubſecuta, ultra ducentos annos Imperio avulſa, *ſed tamen* ab Imperatoribus usque ad annum 1500. ſecundum R. J. illius anni vindicata & pactis illis à ſequentibus Ordinis Magiſtris *usque ad annum* 1525. armatâ manu impugnatis, *poſteà verò* novo fœdere ob auxilii Germanici defectum firmatis, ut refert *Chytr. in Saxon. lib. 11. f. m. 283. & ſeqq. & Sleid. lib. 5. in f.* *Quo facto iſta Alberti Brandenburgici tranſactio* ab Imper. Carolo V. ad preces Waltheri D. Crombergi nomine Ordinis exhibitas anno 1530. *reſciſſa, ac pro nullâ habita, Albertus* verò in fide Poloniæ Regis permanens anno 1532. à Camera Imperiali *proſcriptus fuit*, ut refert *Sleid. lib. 6. p. m. 185. & lib. 8. p. m. 211. Poloniæ verò Rex Sigismundus ad Comitia Imperii anno 1537. Ratisbonæ celebrata miſit Legatum ſuum, qui in iis jura ſui Regis & Regni in Boruſſiam antiqua demonſtravit, & ut præſcriptio illa reſcindatur, petiit, ſed nihil obtinuit, ut ibidem narrat. Quare Idem Rex anno* 1548. ad Comitia Auguſtana denuò Legatum ſuum Stanislaum Laſcum miſit, qui operosè priora, ut verbotenus *idem Sleid. lib. 20. in pr. & Neugebauer l. 7. Hiſt. Polon. p. m. 565.* narrat, repetiit, *ſed poſtquam Ordinis Magiſter* Wolffgangus petitionem illam & prætenſum Jus latè refutavit, ut memorant dicti Autores citatis locis, *ab Imperatore decretum* hujus tenoris, *Imperatoriam ſuam Majeſtatem pro-*

ſcriptionem illam non poſſe reſcindere, velle tamen fratrem ſuum Hungariæ & Bohemiæ Regem Commiſſarium conſtituere; ut hæc lis inter Regem & Ordinem amicabiliter componatur, Legato exhibitum; ut patet ex illo Decreto à Gold. Tomo 2. Conſtitut. Imperial. f. m. 241. relato. Sed Sigismundus Poloniæ Rex noluit Ferdinandum Regem pro Commiſſario Imperatoris, ſed ſaltem pro arbitro utrinque conſtituto agnoſcere, ut legi poteſt *in actis apud Eundem* **In den Reichshandl.** *f. m. 182. & ſeqq.* *In prædictis tribus Epiſcopatibus* cum civitatibus ejusdemnominis anno 15. ab Henrico II. Galliarum Rege Imperio vi bellicâ ereptis, de quo legi poteſt.

In Helvetia & Belgio ſe armis in libertatem vindicantibus, ut notum, de quorum juſtitia poſt Pacificationes prædictas non ampliùs diſquirendum eſt. *In Provinciis illis, quas Rex Galliæ Ludovicus XIII.* in præterito bello Imperio ademit, & ut modò dictum, per Pacificationem pro ſe & ſucceſſoribus ſuis in perpetuum obtinuit.

Catalogum omnium illorum; qui ſe ita ab Imperio noſtro intra aliquot ſecula avulſerunt, *vide apud Limnæum d. l. 1. c. 9. & in addit. utrisque, & Conring. d. tr. nec non Knipſch. de Civit. Imper. l. 4. c. 1. & Reink. l. 1. cl. 2. c. 9. per totum, & civitatum Imperialium in ſpecie ſeq. ſect. 4. c. 2. th. 4. in explic.* relatum.

TH. IX.

Imminutio Imperii quoad quosdam Status ab immedietate ad medietatem à potentioribus redactos facta fundatur quintuplici titulo ac jure (1.) adjudicationis ab Imperatore vel Camera Imperiali factæ, (2.) propriæ ſubjugationis, quando ſcilicet vi illos recuperarunt, vel ſibi ſubjecerunt, (3.) retentionis pro impenſis in eos in bannum declaratos factis, ac (4.) pignoris & venditionis, (5.) protectionis.

Explic.

Licet per immediatorum talium prioribus Dominis factam adjudicationem, ſubjugationem, retentionem vel oppignorationem Imperium quoad ipſam ſubditorum ac ditionum numerum, aut collectarum quantitatem, vel imperii recognitionem *non minuatur, dum* ſcilicet illi ſuperiores, qui tales Status effectivè exemerunt; onera Imperii iis quondam impoſita ſimul ſuſtinere coguntur: *Splendor tamen & dignitas* illius per ademtionem immediatorum talium membrorum imminuitur; *quia*, quo major numerus ſplendidiorum eſt ſubditorum, eo ſplendidius quoque eſt Imperium vel Regnum; *Nov. 15. in pr.* ut etiam communiter notum, & ideò ſuperior omnibus modis eò ſtudere debet, ut multitudinem talium ſubditorum non modò conſervet, ſed etiam augeat; de quo plura legi poſſunt apud *Amiratum l. 2. Diſſert. Polit. diſc. 8.*

Exempla Statuum pro immediatis erroneè vel falsò habitorum per adjudicationem Cæſaris vel Cameræ Imperialis iterùm Dominis prioribus ſubjectorum occurrunt, in *Erphordia*, cui Archiepiſcopus Moguntinus præterito ſeculo de ſuperioritatis jure litem movit, ut tradit *Gilmann Tomo 1. Symphorem. p. 1. tit. 2. voto 1. per totum* folio 65. & ſeqq. *& Treviri* Archiepiſcopo ſuo anno 1580. à Rudolpho II. Imperatore per ſententiam in præſentia Electorum Pragæ ſolemniter adjudicatâ, quam refert *Limnæus in addit. prior. ad l. 7. c. 48. Huc pertinent aliquot Comites* & Barones, quos diverſi Sta-

A. tus Imperii *jam per ſententiam* exemerunt, & circa quos *illa nondum lata*; ſed adhuc lis pendens eſt, *item nonnulla Civitates Imperiales* adhuc dubii juris, qualis Veſalia inferior, Brackela, Donavverda, Egra, Gelnhuſa, Hervordia; Magdeburgum, Hamburgum, Verdena & Warburga, de quibus legi poſſunt inter alios in fine hujus explicationis allegati Auctores, & quæ *Nos ſeq. ſect. 4. c. 1. th. 2. in explic.* de his civitatibus annotavimus.

2. Illorum, qui à Superioribus vi ſubacti ſunt, ſunt ſequentia; *Altenburgum, Zwickavia, Chemnitium* Civitates Imperiales à Friderico cognomine admorſo Marchione Miſniæ anno 1305. vi bellicâ ſubjectæ, *Albin. in Chron. Miſn. tit. 15. f. m. 197.* addens, Ludovicum Bavarum Imperatorem illi jus ſuum confirmaſſe; & *Moguntia*, quam per proditionem vi bellicâ & cum multorum civium cæde *anno* 1462.
B. Archiepiſcopus Moguntinus Adolphus Comes Naſſovieus ſibi ſubjecit, ejusque collo caſtro ibi firmiſſimo exſtructo capiſtrum injecit, atque ita vetus illa Imperialis Urbs libertate ſuâ privata eſt. *Stumpf. Chron. Helvet. lib. 2 cap. 37. Kyriander in Annal. Trevir. parte 17. f. m. 225. & Zellerus in Topogr. Archiepiſcopatus hujus ſub illa Urbe, de quibus etiam d. c. 2. th. 3. in expl. diximus.*

3. *In claſſem illorum locorum*, quæ pro impenſis in executionem ob bannum in illa decretum ex mandato Cæſaris & Cameræ Imperialis factum ſumtibus usque dum ii refundantur, retenta fuerunt, referenda hodie *Donaverda* Imperialis urbs, *cum enim* in illa anno 1605. adverſus Catholicos à plebe tumultus excitaretur, & ideò illa interventu aliquorum actorum in bannum ex contumacia declararetur, Bavaroque executio demandaretur, & hic cum ex-
C. ercitu 10000. peditum & 700. equitum urbem adoriretur, & hæc ſe certis pactis dederet, in hanc usque diem pro illis expenſis ſub poteſtate Bavariæ Ducum permanſit: *ut d. c. 2. th. 2. in explicat.* deduximus.

Quamvis enim in Inſtr. Pac. art. 5. §. 2. verſ. quod autem. de illa ita cautum ſit, Quod ad Civitatem Donawerdam attinet, ſi in proximè venturis Comitiis univerſalibus in priſtinam libertatem reſtituenda eſſe judicabitur ab Imperii Statibus, eodem gaudeat jure in Eccleſiaſticis & Politicis, quo cæteræ Imperii liberæ civitates, vigore hujus transactionis, ſalvis tamen; quoad hanc civitatem, eorum, quorum intereſt, juribus: *Nihil tamen in iis & adhuc durantibus Comitiis de ea actum eſt.*

4. *Jure pignoris* obtinent Electores Palatini Urbem *Bilckenam*, quondam Imperii civitatem, *Zeill. in Contin. Itin. Germ. c. 2. f. m. 34.* Reges Bohemiæ
D. *Egram* à Ludovico Bavaro oppignoratam, ut ex Hiſtoricis, utpote *Branus l. 1. Civit. ſub hac civitate Chronic. Bohem. Aula Regia c. 11. in f.* & aliis notum eſt; & *Knipſch. lib. 4. c. 1. n. 50. & ſeqq.* illam vigore pacti ſemper relui poſſe demonſtrat. Electoribus Palatinis & Comitibus Hanovienſibus ex jure pignoris, quod Guntherus Comes Schwarzburgicus obtinuit à Carolo IV. Imperatore & illius abnepote his vendito *Gelnhuſa, ut jam praced. th. 4. expl. 2. n. 6. inf. & d. c. 2. th. 2.* in explicatione demonſtratum. De *Oppenheimio* idem ex Munſtero refert *Knipſch. d. l. n. 114.* Electores Trevirenſes *Bopardiam & Veſaliam ſuperiorem Trithem. in Chron. Sponheim. f. m. 304. & 330. & Nos d. c. 2. th. 3. in explic. ſub illis urbibus.*

Jure verò emtionis venditionis ab Henrico VII. Imperatore ad Archiepiſcopatû Trevirenſem translatam eſſe

eſſe *Veſalıam ſuperiorem* narrat *Zeillerus in Topogr. Archiepiſcopatus illius ſub illa Urbe. Sed nos d. th. 3. in expl. demonſtravimus*, illam jure pignoris tranſlatam fuiſſe. A

5. *Jure protectionis* tenet Domus Auſtriaca Imperialem quondam civitatem *Conſtantiam. Cum enim illa* anno 1548. Catholicos quosdam ritus abrogaret, poſteà verò librum interim recipere nollet, Hiſpanos quoque ab Imperatore ad Urbem per inſidias occupandam miſſos, magnâ clade repuliſſent, Imperator illos proſcripſit, illique omni ſpe deſtituti, ſe in Ferdinandi Auſtriaci tanquam Provincialis protectionem & ſubjectionem perpetuò dedere, ut refert *Sleid. lib.21. p. m.* 594. *&* 598. atque ita etiamnum Auſtriacum Imperium agnoſcit, de quo plura apud *Knipſch. d.c.1. n.33. & ſeqq. & Bucelin. in Deſcr. Conſtantiæ parte 2. ad annos* 1539. 1548. *& ſeqq. item* 1563. *De qua etiam Nos d.th.3. in explic. egimus.* B *Catalogum taliter exemtorum, & ex parte adhuc ob litem nondum deciſam eximendorum vide apud Limn, Tomo 4. lib. 1. c. 7. n. 75. Sprenger. in Lucerna hodierni Status c.* 8. *& Oldenburg. in Colleg. Juris Publ. p.3. p.m.* 102. *& ſeqq.*

TH. X.

Imminutio Imperii per denegationem onerum Statibus aliis incumbentium à quibusdam ſaltem obtingit Italicis & Germanicis Proceribus ac Membris.

Explic.

ITaliæ Principes feuda Imperii obtinentes, ejusque Juriſdictionem adhuc recognoſcentes duplicis hodie ſunt generis, vel enim Vaſalli ſimplices ſunt, C. *quales* Mantuani Montisferrati & Mutinenſes Duces, nec non Reges Hiſpaniæ ratione Ducatus Mediolanenſis, quem adhuc ab Imperatore & Imperio recognoſcunt, ut *præc. th.1. expl.1. n.* 11. adductum eſt, *ac Marchionatus Finalis & Plombini: Item Principes Mirandulæ, vel ſimul Imperii Status ſunt*, id eſt, Jus ſeſſionis & ſuffragii in Comitiis habent, *quales* Sabaudiæ Duces. *Et utrique quidem horum* & inprimis priores ideò, quoniam nulli Circulo adſcripti ſunt, Imperio collectas non ſolvunt, *quamvis Zeiller. de Decem Circulis ſub Circulo* 8. *ſect.*18. referat. Sabaudum quondam Imperio certam ſummam ibi expreſſam ſub illo Circulo contribuiſſe. *De quibus ſeq. ſect.2.c.2. th.8. expl.2. ſub tertii temporis Ducibus & Ducatibus pluribus actum eſt.*

Quod Germaniæ quosdam Magnates & Proceres, nec non alia membra concernit, notandum eſt, quosdam D. loco contributionis certam aliquam ſummam, *quosdam* verò nihil conferre.

Inter priores referendi ArchiDuces Auſtriaci & Duces Burgundici, quorum quilibet tantum, quantum duo Electores, vel ſecundum reductionem 120. equites & 554. pedites (ſalvo tamen Auſtriacorum exemtionis privilegio, vigore cujus nihil contribuere tenentur) hodie ad expeditionem Romanam contribuunt, ut legi poteſt apud *Limn. t.4 l.4. c.7. poſt n.67. inter ſeculares Principes n.1.*

Inter poſteriores verò Reges Bohemiæ, qui olim quidem aliquid contulêre, ſed hodie poſt Circulorum inſtitutionem ideò, *quia* nulli eorum ſunt inſerti, nihil contribuunt. *Duces VVirtembergici, qui quoad Provinciam Montubellogardicam*, ob eandem rationem etiam nihil conferunt.

Porrò Nobiles Imperii immediati ex Privilegio & inveterata obſervantia à collectis immunes A ſunt, ut conſtat ex *R. J. de dato* Speyer *anno* 1542. *§.* demnach haben wir. *R. J. de dato* Regenſpurg 1557. §. wir wollen auch. *& dato* Regenſpurg 1567. §. dann weiters wollen wir. quod de Rhenanis in ſpecie teſtatur *Ferdinandus I. Rex Romanorum in Diplomate apud Limn. l.6. c.3. n.59.*

Ubi tamen notandum 1. *illos tempore belli Turcici ab Imperatore rogari, ut aliquid contribuant, ut ex dd. R. J. & Diplomate patet.* de quo legi poteſt *Caſp. à Lerch de Equeſtri Ordine German. in Fundam. ſecundo n.* 99. *& ſeq.* & *Lenderthemius in Diſcurſu de Jure & Privil. Nobil. immed. th.5. l.f.* 2. *In Declaratione Pacis de dato* Nürnberg 1522. *quidem Societatem S. Georgii Clypei & Nobilitatem Hegaviæ ob bona multa Circulo Sue-* B *vico adſcriptam eſſe ſed ut memorat Zeiller d. tr. tit.* 7. *p.m.* 471. *ad Circulares conventus non convocari, neque certi quid, ſed pro lubitu, extraordinariè contribuere. Nec non Civitates Hanſeaticæ*, quæ Electoribus, Principibus aut aliis Statibus Imperii non ſubſunt, nec Collectis ſubjectæ, ut patet ex *dd. R. de anno* 1542. *& §. §. & R. J. de dato* Augſpurg 1548. §. Und als erſtlich in ſolcher *&c. Sed hodie pleraque tales civitates à Statibus jam ſubjectæ ſunt, adeoque ad onera ſimul ſuſtinenda a ſuperioribus ſuis adiguntur.*

TH. XI.

Fuerunt modi imminutionis: Sequuntur ejusdem Cauſa, quæ ſunt Principalis, nempe C. *DEUS*, Imperia & Regna pro beneplacito ſuo augens & minuens: *Et minùs principales, quæ ſunt* præcipuè duæ, Pontificum inſolentiæ in ſubjectionis Imperatoribus ab antiquo debitæ denegatione & arrogantiâ Imperatoribus dominandi: *deinde* orta ex his diſſidia (1.) inter Imperatores & Pontifices, (2.) inter Imperatorum filios regnandi causâ, (3.) inter Imperatores & Status Imperii, & (4.) inter hos ipſos ſolùm maximâ ex parte ob Religionum diverſitatem diſſeminata: & tandem cauſa per accidens Imperium electitium.

Explic.

D. I. IMperiorum augmentum & diminutionem à DEO ter Optimo Maximo provenire, apud nos Chriſtianos ob clara Scripturæ teſtimonia indubitatum, apud Ethnicos verò ex natura ipſa deductum eſt, ſicuti utrumque *ſeq. l.3. c.1. th.2. expl.1. & 2.* ſufficienter, nec non *præced. c.1. th.5. explic.2.* aliquâ ex parte demonſtratum fuit.

In ſpecie verò quoad noſtrum Imperium ejus poſterioribus temporibus prolabentem Statum Theologi quidam & Politici plurimi putant à Deo indigitatum fuiſſe per viſionem Danielis c. 2. verſ. 41. & ſeq. Ubi: *Quod autem vidiſti pedes & digitos partim ex luto figuli, & partim ex ferro, Regna diverſa erunt, in quibus de firmitate ferri futurum eſt: quandoquidem vidiſti ferrum mixtum cum luto cœnoſo. Et digiti pedum partim ſunt ex ferro, & partim ex luto, quia ex parte Regnum futurum eſt durum, & ex parte futurum eſt fra-*

fragile. Quod verò vidiſti ferrum mixtum luto cænoſo, commiſcebuntur quidem inter ſe ſemine humano, ſed non cohærebunt aliud cum alio: perinde ac ferrum non hæret commixtum cum luto. ſtatuunt. *Inter quos ex antiquis Patribus Hieronymus, Theodoretus, Auguſtinus, nec non Sulpitius lib. 2. Hiſtor. Sacræ c. 4. & ex recentioribus Theologis Calvinus, Lutherus, Oecolampadius, & ferè omnes Lutherani, & plurimi Reformatorum*, interque eos, *Alſted. in præcogn. Theolog. p. m. 601. Cocceјus de Antichriſto p. m. 56. & ſeqq. latè. Geiorus in Prælect. Academ. ad Daniel. d. cap. 2. verſ. 40. Johann. Vorſtius Diſſert. Sacrarum. 2. De quatuor his Monarchiis th. 18. & ſeqq. Calovius in Bibliis illuſtratis Tomo 2. ad eundem Danielis locum, quibus adde ex Philoſophis Alph. Mendozam in Floribus Philoſophiæ quæſt. 17. & ex Politicis Beſoldum de Juriſd. Imper. c. 3. Reink. lib. 1. cl. 3. c. 8. n. 6. Lauremb. in Epit. Polit. c. 6. Diſt. 2. Carpz. ad Leg. Regiam c. 13. Sect. 7. n. 9. & ſeqq.*

Verùm multi accuratiſſimi Theologi, & inter eos Conſtantinus L' Empereur in verſione & Annot. ad Daniel. d. l. Junius Piſcator & Tremell. ad eundem loc. Chamierus in Panſtatr. Cathol. Tomo 2. lib. 16. c. 4. diſt. 8. Hugo Broughton in concentu Scripturæ p. 6. adverſ. 33. c. 2. Pezelius in Mellef. Hiſtor. Parte 2. p. m. 388. & ſeq. Ex Politicis verò Bodin. in meth. Hiſtor. c. 7. poſt pr. Kipping. in Inſtit. Polit. lib. 1. c. 9. n. 2. latè & eruditè Horn. in not. ad Sulpit. d. l. diverſum ſentiunt, & noſtro quidem judicio non contemnendis rationibus, de Regno Seleucidarum viſionem illam accipiunt, quibus junge *Becman. in Diſſert. de Quarta Monarch. th. 15. & ſeqq.*

II. *Inter cauſas minùs principales* meritò tanquam primarias (quia ex illis reliquæ omnes deſcendunt) *ponimus Paparum inſolentiam vel arrogantiam, quæ conſiſtit in ſubjectionis ab antiquo debita denegatione eò tendente, ut* (1.) ſuam confirmationem olim etiam ab Imperatoribus Græcis petitam, & Imperatori Carolo Magno poſteà ita conceſſam, ut poteſtatem haberet Pontificem eligendi, & Sedem Romanam ordinaret, ſed ab illo ex modeſtia cum illo temperamento remiſſam, ut Pontifex electionem & conſecrationem legitimè & ſine largitione ac tumultu factam per Legatos ei & Succeſſoribus denunciaret, ut refert *Sigon. lib. 2. f. m. 11. 16. & 18.* poſteà verò ob largitiones & tumultus intervenientes ita à Lamberto Rege ordinatam, ut conſecratio in conſpectu Imperatoriorum Legatorum perficeretur, ſecundum *eundem l. 6. f. m. 144.* & quæ habet *Panvinius in vita Gregorii VII.* dehinc non ſolùm planè rejicerent, ſed & (2.) poteſtatem & Jus conferendi Imperii ſibi aſſererent, adeoque etiam Jus illius excommunicandi atque deponendi tribuerent, de quo *ſeq. c. 3. th. 17. expl. 2. & c. 4. th. 5. expl. 1.* pleniùs dicetur. (3.) *Conſtitutionem Epiſcoporum* cum annexis Juribus antè Imperatoribus competentem ad ſe traherent. Imperatores contrà euntes & poteſtate ſuâ utentes ſimiliter excommunicando, ut etiam *d. c. 4. th. 5. expl. 1.* demonſtrabitur, & (4.) illâ occaſione ſubditos Regni Italici ab obſequio abſtraherent & Imperio avellerent, iisque de cauſis aliis Regnis ſe etiam abſtrahendi anſam darent, de quo etiam agit *Goldaſt. in Replicat. pro Imperio c. 10. & Krigsmannus de Attrito per Papas imperio.*

Et diſſidia, & quidem quadruplicis generis (1.) *Imperatorum & Pontificum*, & in ſpecie Orientales prætereundo quoad Occidentales. Ubi inter alia, omiſſis antiquioribus, de quibus legi poteſt

A. *Schardius de Fide Pontificum erga Imperatores*, occurrunt ſequentia odiorum & diſſidiorum, quæ nonnulli Pontifices in ſequentes Imperatores ad potentiam & auctoritatem illorum omnibus viribus ſupprimendam exercuerunt inſignia exempla.

1. *Hildebrandi poſt Gregorii VII. nomine expreſſi, qui Henricum IV.* (Italis III.) *Imperatorem ideò, quia* Jus conſtituendi Pontificem (ſicut *ſeq. c. 4. th. 5. expl. 1.* per exempla multa probavimus & exempla Paparum depoſitorum adduximus) Prædeceſſoribus neglectum & ademtum poſtliminiò reſtituere vellet (nam Cadaloum Parmenſem Epiſcopum contra Alexandrum II. injuſſu ſuo Pontificem conſtitutum ſub nomine Honorii II. in conventu Baſileenſi Pontificem declaraverat, & per Gibertum Lombardiæ Præfectum Romam conſecrationis & Sedis Apoſtolicæ capeſſendæ cauſâ deduci, & vi illi imponi juſ-
B. ſerat, ſed irrito conatu, quia Romani & Tuſculani Alexandrum ſuum magnis auſibus & Lombardorum damnis defenderunt, & illum denuò per aſtum Romam intrantem, obſederunt atque excluſerunt, congregatio verò Cardinalium ac Epiſcoporum Mantuæ inſtituta, illum planè rejecit, ſicut latè refert *Sigon. l. 9. in pr. & f. m. 213. & ſeq.*) & Epiſcopatus ac Abbatias, ut prætendebat, per Simoniam indignis traderet, & alia ob crimina coram eo accuſatus eſſet, ipſumque Hildebrandum tanquam vitio creatum rejeciſſet, *Romam citavit, comparentem verò, ut anno integro inde non diſcederet, equum non adſcenderet, ſed in veſte humili circumiret limina Eccleſiarum, orationibus & jejuniis reddendo dignum pœnitentiæ fructum condemnavit, intereà verò ex proprio & Cardinalium faſtu depoſuit, ſuffecto in ejus locum Rudolpho Suevorum Duce, ut brevibus Helmoldus in Chron. Slavor. lib. 1. c. 28. latiùs*
C. *verò & paulò aliter poſt alios Sigon. d. l. 9. f. m. 219. & ſeqq.*

Cum ergò excommunicatio & exauctoratio hæc à Papa facta tanquam res anteà in nullum Romanorum Imperatorem (*nam quæ* de Orientali Imperatore Leone Iſauro à Gregorio II. & III. à Sacris excluſo memorat *Sigon. d. l. 9. f. m. 219.* tanti momenti non ſunt, & quæ de Ottonis M. excommunicatione à Bernhardo Halberſtadienſi Epiſcopo factâ *à Cranz. lib. 4. Hiſtor. Saxon. c. 7. narrantur*, interdictionem Sacrorum particularem in ſe ſaltem continent) *ut Otto Friſing. lib. 6. c. 35. ingenuè fatetur, exercita magnos motus cieret, grave hinc inter iſtos duos Cæſares bellum in triennium durans*, & valde damnoſum inter Status Imperii diſſidium ortum eſt, multis Henrico, nec paucis Rudolpho adhærentibus & auxilia ferentibus, *hoc eventu, ut Henricus*
D. *IV. Rudolphum anno* 1080. *prælio ſuperaverit*, hicque graviter vulneratus damnato per multas lamentationes perjurio ſuo *mortem obierit, Henricus verò* cum ingenti exercitu Romam vindicandæ adverſus *Gregorium VII.* tam atrocis injuriæ causâ perrexerit, & quidem Romam anno 1081. fruſtrà obſederit, anno tamen ſequenti obſidione repetitâ urbem Leoninam ſolùm ceperit, & anno demùm tertio obſidione denuò inſtitutâ etiam *veterem Urbem occupaverit, Pontificem verò in arce fruſtrà obſederit*, ſed ut ille per *Robertum Ducem* ex Apulia in auxilium cum valido exercitu adventantem, abduceretur, permittere coactus fuerit, & illo facto à civibus rogatus cum ſuo *Pontifice Clemente III.* urbem intraverit, hunc in ſedem Pontificiam collocavit, & *ſecum uxore Bertâ inungi ac coronari curavit: Illo verò in Germaniam, ob rebellionem reverſo* Romani unà cum præſidio Clementem ejecerint, & Gregorium receperint, atque

atque Imperator denuò excommunicatus fuerit: Illo quoque mortuo *Succeſſor ejus Victor III.* ſedem occupaverit, hujusque Succeſſor *Urbanus II.* Clementem, & hic illum fuerit perſequutus, ſed fruſtrà, hoc per factionem ſuam defenſo, illo verò ideò in Apuliam concedente, ac in Concilio Melfitano Clementem & Henricum execrante, hocque modo Henricum ita exaſperante, ut iterùm eum infeſto exercitu Italiam intraret, & in eâ circa Padum omnia vaſtaret. *Cum verò Imperator* conjugem ſuam Adelheidam odii in eam concepti & ignominiæ inſerendæ causâ Pontifice ita accuſante multis proſtitueret, ac Conradum filium primogenitum ad idem delictum incitaret, recuſantem verò pro ſpurio haberet, *orta inde ſunt nova turba*; primò conjuge ex carcere elabente, ac filio paulò ab illo diſcedente, utrisque verò ad Urbanum ſe conferentibus, illo effectu, ut hic *Conradum Regem Italia* conſtituerit, & ita Henricum deſertum ex illa pepulerit, ac in Concilio Claremontano cum Clemente novo anathemate percuſſerit; *Clemens* autem illo abſente Romanam Urbem & arcem occupaverit, Urbanusque illam poſt longam obſidionem, elapſo tamen clam Clemente, recuperaverit, *& Henricus ademtum Conrado Germania Regnum minori filio Henrice deſtinarit. Urbanus autem & Clemens* (poſtquam hic per 21. annos in Pontificatu vixit) interim & ſequenti anno Conradus diem obierit ultimum, & in locum prioris *Raynerius Paſchalis II. vocatus*, ac poſterioris Albertus quidam ſaltem quatuor menſibus ab illo tempore vivens à factione ſuâ ſuffectus fuerit.

Paſchalis ita Pontificatum adeptus, mortuo, ut dictum, Conrado, Italiæ Rege, *ſub ſpecie* omnium diſſidiorum componendorum ad generale Concilium in Laterano inſtitutum, *etiam Henricum Imperatorem invitavit, illumque contra promiſſum nec ipſummet, nec per Legatos comparentem excommunicavit.* Et paulò pòſt *filius Henricus* à Principibus quibusdam inflammatus ab illo ad Pontificem *defecit*, & publicè in Comitiis Northuſanis clam patre iſtam ſuam voluntatem cunctis Proceribus denunciavit, validoque exercitu Ratisponam contendit. *Quo cognito Pater* cum firmo exercitu illum aſſecutus ad amnem Reginnoem prælium cum illo commiſit, & poſteà illorum controverſia Conventui Principum generali *Moguntia* indicto ad componendam illam reſervata fuit, *cumque pater* ſtato tempore eò veniret, *at monitu filii* propter exacerbatas Procerum mentes Ingelhemium ſecuritatis causâ ſe conferret, *ad illum Archiepiſcopi Moguntinus & Colonienſis cum Epiſcopo Wormatienſi* à Conventu eum mandatis, ut inſignia Imperatoris ab illo poſcerent, & neganti quocunque modo adimerent, miſſi ſunt; cum ergò monitu amicorum ſecedens illa indueret, ita reverſus in ſella ſedens id recuſaret, & ad innocentiam ſuam diris verbis provocaret, *illi ipſum vi adorti illa omnia detraxerunt:* Quo inaudito facto ille attonitus iſtos acerbiſſimè increpuit, *hi verè inſignis iſtis ablatis Moguntia filium decorarunt, & Imperatorem conſtituerunt. Henricus autem Senior* Leodium ſe recepit, ibique operâ amicorum magno numero confluentium exercitum non contemnendum conflavit, *& filium* ei etiam valido exercitu occurrentem prælio ſuperavit, ſed eâ fortunæ inconſtantiâ, *ut* filius recollectis viribus illum rurſus profligaret & *caperet. Cum itaque dimitteretur, Spiram ſe contulit,* (*Helmoldus tamen hac*

A. *aliter & illum Leodii mortuum eſſe l. 1. c. 33. narrat*) *& ab Epiſcopo illius loci victum ſibi in æde Dei Genetricis à ſe constructâ petiit, ſed repulſam ab illo paſſus, in graves ærumnas incidit, & paulè pòſt mortuus per quinque annos juſſu Pontificis in quadam cella illius ædis inſepultus jacuit, ac demùm anno* 1111. *permittente Pontifice Paſchali honorificè à filio ſepultus eſt, ut narrat Sigon. l.* 10. *f. m.* 248. *Sed*, ut dictum, *hac aliter Helmold. d. l. & rurſus aliter Viterbienſ. p. 16. f. m. 504. memorat, ac aliter Otto Friſing. de geſt. Friderici I. Imperat. l. 1. c. 10.*

Quæ omnia ex Helmoldo in Chron. Slav. lib. 1. cap. 28. & ſeqq. Ottone Friſing. lib. 6. Chron. cap. 33. & ſeq. cum l. 7. cap. 8. & ſeqq. Sigon. d. l. 9. f. m. 219. & ſeqq. Cuſpiniano in vitis Cæſarum ſub illo Cæſare, & Schardio de Fide Pontificum erga Imperat. p. m. 28. & ſeqq. tam latè conſignare voluimus, ut inde
B. *dignoſci poſſit* (1.) *quo tempore,* (2.) *quâ de causâ,* *&* (3.) *quibus mediis Imperatorum noſtrorum auctoritas & poteſtas à Pontificibus primùm infracta, & illâ occaſione ab Italis aliisque vicinis Populis neglecta fuerit, addendo,* illam à Pontificibus ob Simoniam adverſus Henricum inſtitutam accuſationem à multis præſtantibus viris antiquioribus & recentioribus pro falſa & prætextu ſaltem ad infringendam illius & Succeſſorum majeſtatem ac poteſtatem habitam fuiſſe, ut à *Bangerto ad Helmoldi Chron. d. l. p. m. 73. & ſeq. & nobis ſeq. cap. 4. th. 5. expl. 1. demonſtratum, & Imperator ipſemet Gregorio VII. in epiſtola ad Clerum Populumque Romanum & ad Papam ipſum apud Auctorem ejus vita circa finem. & Gold. Tom. 1. Conſtit. Imper. f. m. 49. ac ſeq. & in reſponſione dictâ prædictis Archiepiſcopis apud Helmold. in Chron.*
C. *Slav. d. lib. 1. c. 32. Sigon. d. lib. 9. f. m. 238. objecit, Epiſcopi quoque Germania* in ſua ſententia apud eundem Goldaſt. d. l. f. m. 47. oſtendunt.

2. *Paſchalis II. Pontificis & Henrici V. Imperatoris*, cum enim ille hunc ob transactionem vel conventionem inter utrorumque Legatos Romæ Anno 1111. ſecundum *Sigon. d. l. 10. f. m. 245.* initam & juramento confirmatam Romæ in conſeſſu interrogaret, an Eccleſiarum collationi renunciaret ſecundum promiſſa, Hic cum Epiſcopis ſuis deliberationis causâ ſeceſſit, ac reverſus, ſe conciliationem Papæ & Stephani Normanni prius perfecturum eſſe dixit, & ortâ hinc inter Papam & Germaniæ quodam Epiſcopo de Inveſtitura Epiſcoporum controverſia, Papam armatorum turmis circumdari, illâ nocte cum aliquot Cardinalibus & Laicis cuſtodiri & alterâ die in hoſpitium ſuum deduci juſſit. Ex quo ingens tumultus & prælium inter Germanos
D. & Romanos ortum fuit, ita ut Imperator poſt biduum exercitum extra Urbem & Pontificem cum reliquis captivis ſecum duxerit: Tandem verò Pontifex multis captivorum iſtorum precibus emollitus confectâ conſtitutione juratò Imperatori promiſit, & permiſit, ut poſſit Epiſcopos per annulum & virgam deinceps legitimè inveſtire, ſicut hoc & alia plura ex illa *à Dodechino in Appendice ad Chronicon Mariani Scoti ad annum* 1110. *& Goldaſto in Conſtitut. Imper. Tomo 1. f. m. 53.* verbotenus relata, nec non apud *Gemblac. in fine Chronici ſui ac Aventin. lib. 6. Annal. Bojor. f. m. 376. & ſeqq.* videri poteſt. *Quo facto* Imperator cum Pontifice Romam reverſus ſolemni more coronatus & conſecratus eſt, pauloque pòſt cum magna auctoritate in Germaniam diſceſſit, de quo etiam legi poſſunt quæ *ſeq. c. 7. th. 4. in expl. n. 1. conſignata ſunt.*

Verùm

A *Verùm pax hæc non diu duravit*; ſequenti enim ſtatim anno Pontifex Concilium in Laterano habuit, in quo conventio illa tanquam vi extorta, & contra Spiritum S. confecta, impietatis & nullitatis damnata, Imperator verò ab Archiepiſcopo Viennenſi in Galliâ anathemate percuſſus fuit, & Archiepiſcopus Moguntinus cum quibusdam Principibus adverſus ipſum palàm conjuravit.

Cum verò Romæ ob ſuffectum in defuncti Urbis Præfecti locum ejus filium ingentes turbæ orirentur, *Henricus* eâ occaſione uſus in Italiam ſubitò ſe contulit, ac abſente Pontifice Romæ Urbem Leoninam intravit, ac ſe ob excommunicationem *denuò* per Epiſcopum Braccarenſem *coronari juſſit*, *Pontifex verò* abſente iterum Henrico, Romam ſubitò advolans, ſeditioſos quidem compeſcuit, ſed *brevi poſt mortuus eſt*. *Sed cum* in ejus locum ſu-
B bitò *Johannes Cajetanus, Gelaſius II. nominatus*, electus eſſet, *Cincius Fregepanes* potens Patricius in ædes Comitiorum hominibus armatis irruit, & illum pedibus conculcatum in vincula tradidit, ſed ille adverſariorum viribus exemtus, & albo equo vectus in Lateranum magnâ pompâ vectus fuit: *Quâ re auditâ Henricus ex Patavino agro tam citò & inopinatò Romam ſe rurſus contulit, ut Gelaſius nondum conſecratus vix elabi potuerit.* Urbe verò potitus *Mauritium Epiſcopum Pontificem deſignavit, ac Gregorium VIII. nominatum conſecrari juſſit. Sed Gelaſius interim Cajetæ conſecratus Capuæ Concilium habuit, & graviſſimo decreto Henricum & Gregorium damnavit*, ac audito, illum infeſtis armis Pontificia oppida invadere, validiſſimum ex Apulia contractum exercitum contra illum duxit, Româque recedere coëgit. *Cum verò ipſe* dimiſſo auxiliari exercitu Romam clam ingreſſus in æde quâ-
C. dam divinis vacaret officiis, à Frangepanibus armatâ manu quæſitus iterum fugæ ſe dedit, & amicorum ſuaſu planè *in Galliam ſeceſſit, urbemque & Eccleſiam Petro Portuenſi Epiſcopo commendavit, ſequente nempe 1119. anno Cluniaci mortuus.*

In ejus locum ſuffectus Caliſtus II. conventum Remos indixit, & in eo Henricum, ut Sacerdotiorum collationi renunciaret, juſſit: hic verò per Legatos ſpatium cum Principibus ſuis deliberandi petiit, & ille nihilominùs priora decreta ſtabilivit, Romam ſe contulit, Urbanumque Sutrii captum, & in camelo verſo in caudam ore impoſitum Monaſterio Cavenſi incluſit, ubi paulò pòſt mortuus eſt. *Tandem anno 1122. in Conventu Wormatienſi remittente ex tædio de ſuo jure Henrico pax ita confecta eſt, ut ille ceſsâ in Italiâ inveſtiturâ per annulum & baculum, in Regno Teutonico ſolùm inveſtituram per*
D. *Sceptrum retinuerit, ſicut poſt Helmold. cap. 39. & ſeq latè refert Sigon. d. lib. 10. per totum, & Cuſpinianus in ejus vita. Atque ita cum magno Imperatoris Juris detrimento tandem pax inter Imperatorem ac Pontificem confecta eſt. Quare ejus ſucceſſor Lotharius jus illud quidem rurſus à Pontifice Innocentio petiit, verùm D. Bernhardi ſuaſu ab eo ſe abſtinuit, ut memorat idem l. 11. f. m. 264. & pluribus perſequitur Schardius d. l. p. m. 43. & ſeqq. Quibus junge, quæ de inveſtitura Epiſcoporum hodierna ſeq. ſect. 2. c. 2. th. 4. in explic. n. 1. & præc. p. 2. ſect. 2. c. 9 th. 7. expl. 2. n. 1.* dicta ſunt.

3. *Alexandri III. Pontificis & Friderici I. Imperatoris: Cum enim duo ſimul Pontifices* à factionibus ſuis electi eſſent, *& Fridericus* ille alterum ex his nempe *Victorem IV. confirmaſſet, Alexander hic id adeò ægrè tulit, ut Imperatorem aliquoties anathemate percuſſerit, & Civitates Lombardiæ ac alias Italiæ adverſus illum concitarit, unde bellum grave*, quo Mediolanum everſum, & aliæ murorum deſtructione, ingenti mulctâ & libertatis amiſſæ punitæ, ortum eſt. *Et cum Victore mortuo Imperator alium nomine Paſchalem III. ab ejus factione creatum in Conventu Herbipolenſi confirmaſſet, Alexander verò interim Romæ à civibus & Clero receptus eſſet*, nec non Civitates Lombardiæ & Italiæ pacto defenſionis mutuæ inter ſe inito defeciſſent, *novum inde bellum eſt ortum, Fridericus enim* validis exercitibus Italiam ingreſſus, Romam elapſo tamen Pontifice recuperavit, & aliqui Procerum Imperatori, alii Pontifici adhæſerunt, maximo cum Italiæ detrimento continuatum, illud tamen per conciliationem Imperatoris & Papæ *quodammodò anno 1177. ſopitum eſt: Sed paulò pòſt recruduit*, quia Pontifex Urbanus III. contra Imperatoris voluntatem Volcmarum Archiepiſcopatui Trevirenſi præfecerat, & Imperatori ob quædam poſtulata Eccleſiaſticos & illorum hæreditates concernentia denegata *excommunicationem intentaſſet*, ſed morte præventus perficere nequivit, *cauſam verò ſuam Imperator in Conventu Gelnhuſano egregiè defendit, ut memorat Arnoldus Abbas in Contin. Chron. Slavor. l. 3. c. 16. & ſeqq.*

4. *Innocentii III. Pontificis & Ottonis IV. Imperatoris, illo hunc propterea*, quia ditiones & oppida Imperii ab illo tempore vacantia occupata recuperaret, *primùm excommunicante, & deinde planè Imperio privante, ac Fridericum Henrici filium in ejus locum electum comprobante: Inde iterùm factiones* in Italia, unâ Ottonis, alterâ Friderici partibus ſtudente, & magno cum patriæ damno bella inter ſe gerente, ut legi poteſt apud *Sigon. l. 16. per totum, & Cuſpiniano in ejus vitâ, & exactiùs apud Schard. d. l. p. m. 87. & ſeq.*

5. *Aliquot Pontificum Romanorum cum Friderico II. Imperatore, ex quibus Gregorius IX. illum* ob non exſolutam de perficiendâ adverſus Sarracenos in Syria ſub anathemate promiſsâ expeditione *primò excommunicavit, hinc factiones iſta Guelphorum Papæ & Gibellinorum Imperatori* adhærentium Italiam in duas partes ſciſſam admodùm vaſtarunt: Friderico enim poſteà expeditionem dictam Papâ inconſulto & irreconciliato perficiente, hic ſuam factionem contra Imperatorem abſentem & ejus factionem ad bellum huic inferendum inexpiabili odio ita concitavit, ut tota Gallia cædibus & rapinis arderet, *& ideò Fridericus coactus fuit*, ut expeditione illâ derelictâ, è Syria in Italiam reverteretur, ſed paulò pòſt pacem cum Pontifice iniit.

Cum autem anno 1239. in Sardiniâ caſtra Epiſcopi illius loci invaderet, & illa à Gregorio monitus reddere recuſaret, quoniam vi juramenti ſui ad recuperationem bonorum Imperialium teneretur, *ab illo excommunicatus fuit, ſed nullo effectu, dum Fridericus* injuriâ id factum aſſerens, illam militari manu vindicavit, & bona Eccleſiæ ideò ſibi ſubjecit, *Pontifice interim ex animi mœrore vitam cum morte commutante.*

Et Innocentius IV. ei ſuffectus priorem telam orſus, prædicta & alia Eccleſiæ bona repetendo: cum autem nihil obtinere poſſet, Imperatoris potentiam veritus, *clam Lugdunum in Galliam ſe contulit, & ibi Concilio habito*, Fridericum jam in itinere ad ſe ſiſtendum, & cauſam dicendam Taurini conſiſtentem, *excommunicavit, ac ad Principes Germaniæ, ut Henricum Thuringiæ Landgravium in Regem eligerent, Legatum miſit, ut etiam factum, ſed hic paulò pòſt in altero cum Friderici filio Conrado Germaniæ Rege inito prælio victus, & ex vulnere mortuus eſt.*

Quo

Quo comperto Innocentius dictus filium & patrem anathematis fulmine percaſſit, & ut Guilielmus Hollandiæ Comes Rex eligeretur, obtinuit. Sed Conradus hunc prævenit, & coronationis cauſâ Aquas tendentem illis occupatis repulit, tandem verò ille poſt longam obſidionem iisdem captis ibi coronatus, nihilominus tamen poſteà à Conrado victus fuit. Sub his diuturnis turbis & inteſtinis bellis Italia planè vaſtata; *Imperator V. prædictus anno* 1250. *mortuus eſt*, ut latè refert *Sigon. l.* 18. *Cuſpinianus in ejus vita, & Collenat. in Hiſtor. Neapolit. l.* 4. *p. m.* 160. *& ſeqq. &* 184.

Quantas verò prædictus Fridericus II. querelas adverſus iſtos Papas fuderit, apud Petr. de Vineis in Epiſtol. præſertim l. 1. *fere per totum legi poteſt.*

Ubi memorandum, propter turbas illas interregnum diuturnum & quidem 23 annorum exſtitiſſe magno cum Imperii malo & inprimis Italiæ jacturâ, in illâ enim proceres & civitates libertatē ſibi pedetentim aſſeruerunt, obedientiamque Imperatoribus debitam poſtea denegarunt, ac Eccleſiæ Romanæ potiſſima Imperii bona attribuerunt, Gibellinis nihilominus cum Guelphis diverſis in civitatibus pro ſuæ factionis capitibus acriter dimicantibus, & adverſus illos in ſpecie verò Manfredum Siciliæ & Apuliæ Regem à Pontifice Romano Urbano IV. Carolo Andegavenſi Comite cum promiſſione illius regni obtinendi evocato à Clemente IV. ita proclamato, & paulò poſt Manfredo prælio ſuperato ac interemto illud accipiente ut apud *Sigon. L.* 19. *&* 20. *latè legi poteſt.*

Ut itaq; Gibellini novas vires reciperent, Conradinum Conradi Regis Germaniæ filium & Friderici II. Nepotem, ex Germania evocarunt, verum haud diuturnâ ope, dum ille à Carolo prælio ſuperatus, ipſe captus, ac paulò poſt ſuaſu Pontificis Clementis IV. & judicio aliquot Italiæ ICTorum referente *Turquæto in Hiſtoria Generali Hiſpan. l.* 12. *& Gerh. de Roo. Hiſt. Auſtr. l.* 1. *f. m.* 20. (à quo facto tamen Clementem liberat *Ptolomæus Lucenſis Epiſc. Torcellenſis in Annal. ad ann.* 1268) publicè per carnificem ſecuri percuſſus eſt: de quo latè legi poteſt *Limn. in Addit. prior. ad l.* 1. *c.* 7. *n.* 41 *& Bernhardus de la Roche de Parlament. Franc. l.* 13. *c.* 19. *ac Bircken in Hiſtor. Auſtr. l.* 2. *c.* 4. *n.* 7.

Cum ergo his Pontificum artibus Italiæ populi ab obedientia Imperatoribus debitâ ita averſi eſſent, & Imperator Rudolphus I. ob paucas vires & diffidentiam adverſus Pontifices conceptam claris hiſce verbis, ſe ineuntiam Italiam veſtigia cernere, exeuntium non videre, oſtenderet, Legatis verò ſuis obedientia denegaretur; permotus ille fuit, ut nonnullis Civitatibus libertatem quandam concederet, ut præc. th. 8. *explic. dictum, ex quo Imperatorum ſequentium Jus & auctoritas in Italia pedetentim evanuit,* ſic *Sigonius l.* 20. *in fine* ipſemet fatetur hiſce verbis: *Ex quibus intelligi apertè poteſt, cum aliæ civitates atq; provinciæ ad jaſtum, cujas fuerant, Eccleſiæ Imperium reduſſent; aliæ proprios ſibi dominos aſcivisſent; aliæ libertatem armis partam retinerent, atq; hæc omnia ipſo concedente Cæſare facta eſſent, Regnum Italiæ hoc tempore defeciſſe.* Quibus adde quod *Schardius d. tr. p. m.* 89. *& ſeqq. multis* conſignavit.

Quomodo Henricus VII. per multas inſidias & hoſtilitates à Guelphicâ factione perpeſſus, tandem Romæ non quidem à Clemente V. Pontifice, ipſo varia impedimenta cauſante, ſed ejus mandato à Cardinalibus Oſtienſi, Fliſco, & Arnoldo tumultuarie coronatur, & in itinere Beneconventi vel Beneventi non ſine ſuſpicione veneni mortuus fuerit, apud *Vecerium in ejus vita & ſubjecta ibidē Imperatoris epiſtola ad Johannem de* Elnbogen *legi poteſt: Illum tamen certis indiciis à Monacho Dominicani Ordinis veneno ſub Sacramento ſacroſancto exhibito necatum fuiſſe multi referunt; de quo ſeq. lib.* 3 *c.* 3. *th.* 13. *expl.* 3. *latè actum eſt.*

6. *Johannis XXII. Pontificis & Ludovici IV. Bavari Imperatoris: Quoniam enim hic* cum Friderico Auſtriaco diſcordibus Electorum ſuffragiis anno 1314. (*ut communiter traditur, ſed Hervvartus in Libro, cui Titulus Ludovicus IV. Imperator defenſus c.* 2. per exemplar exſtantium in originali in Archivo Bavariæ Ducis decretorum Electoralium & literas Francofurtenſium ideò ad Aquisgranenſes exaratas in copia *pag.* 38. *&* 39. adjectas probat omnes Francofurti ad convocationem Moguntini comparantes Electores, quorum quinque fuerunt: nempè præter dictum Moguntinum Balduinus Trevirenſis, Johannes Bohemiæ Rex, Woldemarus Brandenburgicus & Johannes Dux Saxoniæ Senior (quia Henricus Colonienſis & Rudolphus Palatinus neq; ipſimet neque per Legatos præſentes fuerunt adeòque tanquam abſentes ſuffragio privati fuerunt) unanimiter dictum Ludovicum elegiſſe, *& c. ſeq.* rationes cur multi Hiſtorici contrarium conſignarint, affert, ubi legi poteſt) ſimul electus eſſet, *Pontifex* ille hoc prætextu Bullam ei miſit, in quâ utroſq;, tanquam inauſpicatò electos, *rejecit*; illi verò in ſpecie mandavit, ut intra tres menſes ſe abdicet, nec poſthàc niſi ejus juſſu & mandato dignitatem reſumat. *Cum vero* planè morem gerere nollet, ſed à Papâ ad Concilium appellaret, & octavo ab electione anno Fridericum Auſtriacum Anti-Cæſarem prælio ſuperatum cepiſſet, ab illo *diriſſimè excommunicatus eſt. Sed ille eo non attento* petentibus inſuper Romanis Italiam magno exercitu intravit, & omnia ſibi ſubjecit; *Pontificem verò* prædictum Avenioni tunc ſedentem, ut Coronam Imperialem imponeret, per Legatos rogavit, illoque non impetrato *Romam ſe contulit, ibi benignè à toto Populo receptus, & quod novam planè à Senatoribus Urbis Stephano Columna* (quem tamen Cardinalem fuiſſe & ſolum Coronationis actum perfeciſſe magis probabiliter narrat *Schardius de fide Pontificum erga Imperatores ſub illo Imperatore*) *& Nicolao Sarra* (qui ſimul Imperatoris Vicarii erant) *in æde S. Petri præſente omni Populo coronatus fuit, referente inter alios in ejus vitâ Caſpiniano.* de quo etiam legi poſſunt, quæ *Limn. Tom.* 5. *l.* 2. *c.* 4. *n.* 54. *ex Rouſſet. In Hiſtor. Jurisd. Pontiv. l.* 7. *c.* 3. *n.* 17. *&* 27. *ac Bzovius Tomo XIV. Annal. Col.* 515. *n. II. narrat, & ad illam annotavit Hervvartus in d. lib. ad ann. Chriſti* 1328. *p.* 426. *& ſeqq.*

Et licet ideò à Pontifice Criminis Majeſtatis & hæreſeos accuſatus fuit, id tamen nihil curavit, ſed rejecto illo alium Pontificem nomine Nicolaum V. creavit, qui Johannem publicè dignitate Papali dejecit. Paulò poſt verò ille mortuus & ei Benedictus XII. ſuffectus fuit.

Interim Imperator cum Statibus nomine Imperii egregiam conſtitutionem de Imperii juribus & Electi poteſtate in Comitiis Francofurtanis anno 1338 *publicavit, nec non Apologiam contra calumnias iſtius Johannis in iisdem Comitiis edidit. Electores verò in iisdem ad ſucceſſorem ejus Benedictum XII. ſcripſerunt, ac electionem illam legitimè factam defenderunt, petendo,* ut ſententias adverſus eam & Imperatorem latas revocaret; uti illa omnia legi poſſunt apud *Goldaſt. Tom.* 1. *Conſtit. Imper. f. m.* 98. *& ſqq.*

Qui quidem ab initio contra Ludovicum nihil auſus, illius tamen abſolutionem ſuſpendit, & tandem etiam *excommunicavit. Illo etiam mortuo ejus Succeſſor Clemens VI. illum rurſus atrociſſima Excommunicatione affecit, & ad ſuggeſtionem Johannis Bohemiæ Regis & ejus filii Caroli, tantum effecit, ut ab Electoribus prædictus Carolus in Imperatorem eligeretur.*

Sed Ludovicus Imperium à ſuis partibus ſtans habuit, & nihil illa fulgura æſtimavit, & Carolum, quoad vixit; ab uſurpatione Imperii prohibuit, tandem

anno 1347. non ſine ſuſpicione veneni mortem oppetens, ut id latè refert *Cuſpin. in ejus vita & Schardius in d. tr.* A.

Quam indignè ſequentes Pontifices cum Carolo IV. Wenceslao, Ruperto, Sigiſmundo, & aliis Imperatoribus egerint, apud Cuſpinianum in illorum vitis & Schardium d. tract. legi poteſt.

Leonis X. & Clementis VII. cum Carolo V. Imperatore, dum prior Carolum hunc ſub prætextu, quod ille Rex Neapoleos eſſet, adeoq; vi pacti & ſubjectionis Imperatoriam dignitatem adipiſci non poſſet, omnibus modis impedire conatus eſt, ne in Imperatorem eligeretur, uti refert *Sleidan. l. 1. Comment p. m. 18. & Goldaſt.* in Politiſchen Reichs-Händeln *p. 1. ett. 12. f. m. 24.*

Hoc verò non obtento dictum Neapoleos & Siciliæ Regnum ei adimere, & Civitates Italiæ à fide avertere, & ejus potentiam per Regem Galliæ Franciſcum B. frangere tentavit: *Poſterior vero* iisdem fundamentis inhærens, ad iniquiſſimas conditiones, interque illas eam, ut Italiam Coronæ obtinendæ cauſsâ ſaltem tanto comitatu, quantum ipſe Pontifex & Veneti arbitrarentur, introiret, illum compellere, ac ſimul regnum dictum Regi Galliarum conferre voluit. *Quibus ignominiis & periculis irritatus Carolus*, validum exercitum ſub colore tutandi illius contra Gallum regni, in Italiam miſit, & hujus Duces Burbonius atque Fronsbergius ſimulata in itinere Florentiæ obſidione improviſo Romam petierunt, eamque cum Pontifice ceperunt, nimiam tamen illâ occaſione vindictam in illam & hunc exercentes.

Ac Pauli IV. cum eodem Imperatore, & ejus filio Philippo II. Hiſpaniarum Rege ob dictorum Regnorum collationem fiduciariâ denegatam, ex quâ maximum iterum in Italia & Gallia conflatum bellum eſt, C. de quibus poſt *Roſellum de bello iſto Romano, Zenocarum & Cuſpinianum in vitâ dicti Imperatoris; Roſeum l. 4. Appendicis ad hiſtor. Neapolit. & alios, legi poteſt Schard. d. L. p. m. 129. & multis ſeqq. Baneke de Tyrannide Papæ c. 18. & Molinæus de Monarchia Pontif. Romanor. paſſim*, nec non quodammodo *Pacif. à Lapide in Not. & Strictur. ad Monzamban. Diſc. 6. ſect. 18. & ſeq.*

Dubium itaq; nullum eſt ex prædictis Pontificum actionibus Imperatorum noſtrorum auctoritatem, poteſtatem, potentiam, Jus, debitamque eis obſervantiam & obedientiam planè infringentibus, & ſubditis ſubjectionis denegationem oppidò & clarè inculcantibus *maximam Imperii noſtri imminutionem, Divina permittente, ortam ſimul eſſe. Hinc Molinæus d. tr. c. 23. ſcribit*, Papalis Monarchiæ fundamenta ſuper ruinis Imperii eſſe locata. & *Ferrarienſis in Pract libellandi quodam in loco tradit*. Papam deſtruxiſſe mundum & annihilaſſe ſtatum Imperii, *ac Siffridus* D. *Presb. in Epit. l. 2. ad annum 1276 narrat*, quod Martinus III. Papa Teutonicos in tanto odio habuerit, ut optarit totam Alemanniam eſſe unam piſcinam. De quo plura legi poſſunt apud *Cranz. de Ruinis Imperii Romani & Philip. Nicolai de Regno Chriſti L. 1. c. 7. nec non Greisheim in Juriſpr. Romano-German. Diſſert. 1. th. 7. & ſeqq. Hiſce tanquam directis* ad Imperatorum poteſtatem, potentiam & intentionem Italiam recuperandi & cum Papis ad vetus obſequium redigendi infringendam *modis addunt nonnulli indirectum hunc modum*, ex prudentiâ politicâ vel ratione Status depromtum, *ut nempe Imperatores ſub ſpecie & prætextu religionis Chriſtianæ propagandæ & Mahumeticæ deſtruendæ ad expeditionem ſacram in Orientem & in ſpecie Palæſtinam ſuſcipiendam amiciſſimis literis inſtigarent, & ita ad domeſtica negocia negligenda peregrinis implicarent, & potentiam illorum infringerent.* Incredibile enim ferè eſt, quantâ alacritate, quantisque copiis expeditiones hæ à tempore Imperatoris Conradi III. ad Fridericum usq; II. adeoq; per tria ferè ſecula ſuſceptæ & continuatæ fuerint, & quantum ſumptuum ac hominum fruſtraneo effectu in illas impenſum fuerit. De hoc indirecto modo etiam agit *Pacificus à Lapide in Notis & Strictur. in Severinum de Monzambano Diſc. 6. Sect. 18. p. 235. & ſeq.*

III. *Diſſidia quod concernit, & quidem inter Imperatores & Pontifices*, atque inter illos & illorum filios regnandi cauſſa orta, illa in prædictis Pontificum artibus & actionibus ſimul fundata ſunt, adeoque non minimam dictæ imminutionis cauſam conſtituunt.

Sicuti etiam Diſſidia inter Imperatores & Status Imperii, & inter hos ipſos ſæpè ſuſcitata, originem quandoq; Pontificiis technis, quandoq; & æmulationibus & hereditariis odiis (de quibus legi poteſt *Reinking. l. 1. cl. 2. c. 10. n. 10. & ſeqq.*) debent, dum uno atq; altero Imperatore excommunicato & novo ſubſtituto factiones peſtiferæ, ac bella civilia, integra regna ſubvertentia inde pullularunt, ut ex præmiſſis, & aliis Hiſtoricis notum, & ſimul *ſeq. L. 3. c. 1. th 7. expl. 2. & c. 2. th. 3. in expl. nec non th. 19. expl. 1.* demonſtratum eſt.

Quibus tandem addi poteſt Religionum diverſitatem intra ſesquiſeculum in Germania & aliis Europæis regnis, inprimis odia inflantibus & claſſicum canentibus Clericis, imminutioni illi non parvum incrementum addidiſſe, ut ex multis *Receſſibus Imperii* conſtat, ex quibus ſufficiat *R. J. de dato* Augſpurg 1548. §. und nach dem Wir *adduxiſſe, ubi Imperator Carolus V. refert*: daß ſolche Zwyſpalt eine gewiſſe Wurtzel und Hauptnrſach ſey alles Ubels/ Unglucks und Unfalls Teutſcher *Nation*, daraus nicht allein viel Unrichtigkeit/ ſondern auch alles Mißtrauen/ Unfreundſchafft und Unwill zwiſchen gemeinen Ständen erfolget iſt. *Quod etiam in R. J. de dato* Speyer 1544. §. Erſtlich der ſtreitigen Religion *adduxit. Inde enim atrociſſima illa duo bella, unum in præterito Seculo Smalcaldicum, alterum in hoc Seculo Germanico-Suedicum & Gallicum*, ut proh dolor! nimis notum, quorum occaſione & viâ Galliæ Regibus tres illi Epiſcopatus Metenſis, Tullenſis & Verodunenſis cum omnibus appertinentiis & tota Alſatia ab Imperio in perpetuum avulſa ſunt. *Nec non Confœderatum Belgium* occaſione eadem in Libertatem perpetuam aſſertum irreparabili cum noſtri Imperii damno.

IV. *Addimus cauſam per accidens, Imperium noſtrum non hereditario ſed electitio jure transferri: Ut enim taceamus electitia regna tanquam ſaltem uſufructuaria ideò*, quia Liberis inde exigua vel nulla emolumenta potiſſimum obveniunt, à Regibus non ita ſtudioſè regi & augeri, quam hereditaria, *duplex hic per accidens occurrit imminutionis principium.*

Primum reſpectu Pontificum Romanorum ipſorum met, qui ob imaginarium dominium in illud & Imperatores ſemper occaſionem quæſivêre, *illud tam* per Electorum rejectiones, & jam Coronatorum Imperatorum excommunicationes ac depoſitiones, ut in præcedentibus ſatis demonſtratum, *quam* per avulſionem multarum Italiæ regionum ſub prætextu feudalis qualitatis & donationum quarundam minuendi, & contra Eccleſiæ ditiones dilatandi, ac auctoritatem & poteſtatem ſuam augendi, *quod, ſi illud hereditarium fuiſſet, ita perficere non potuiſſent. Quapropter etiam Hildebrandus Gregorius VII. dictus Principes & Status Imperii per ſchiſma Forcheimii congregatos per ſuos Legatos eò perſuaſit immo compulit, ut decretum de electione in Imperio in poſterum ſemper obſervandâ conficerent, ſicut patet ex illo à Goldaſtô Tomo uno Conſtit. Imper. f. m. 238. relato.*

Secun-

Digitized by Google

Secundum reſpectu duorum per diſſenſum Electorum ſimul conſtitutorum Imperatorum, unde multa & gravia interregna, inprimis verò illud; quod Rudolphum I. Imperatorem præceſſit, cum maximo Imperii decremento orta ſunt, ut notum eſt. A.

TH. XII.

Hactenus etiam Cauſæ imminutionis: Sequuntur media recuperandi ablata, quæ conſiſtunt in repetitione ſimplici, & illâ in valida vindicatione militari ſecundum jura inſtituta.

Explic.

I. EGregiè *Cicero l.1. de offic. c.11. Duo ſunt genera decertandi, unum per diſceptationem, alterum per vim, cumq; illud proprium ſit hominis, hoc belluarum, confugiendum eſt ad poſterius, ſi uti non licet ſuperiore.* Et *Coriolanus apud Halicarn lib. 8. cap. 8. Omnium confeſſione honeſtum eſt, ſi quis alieni non appetens, contentusq; res ſuas repetere paſſus repulſam, armis Jus ſuum perſequitur, de quo pluribus ſeq. parte 4. c.1. th.9. expl.1. actum eſt.* B.

Quoad vindicationem ipſam diſtinguendum eſt (1.) *Utrum tales poſſeſſores legitimo & juſto aliquo juris titulo gaudeant, vel non.* (2.) *Utrum tali juſto titulo muniti poſſideant revocabiliter vel irrevocabiliter.* (3.) *Utrum tales poſſeſſores ipſiusmet Imperii ſubditi, vel alteri ſuperiori ſubjecti, vel ab alterius Imperio liberi ſint.*

His præmiſſis ſequentia circa vindicationem illam obſervanda putamus axiomata:

1. *Juſto & legitimo titulo* talia Imperii bona irrevocabiliter poſſidentes, cujuscunque tandem conditionis, ſubditi ſcilicet, vel abſolutè liberi ſint, in jure ſuo nullo modo turbandi ſunt.

Per juſtos & legitimos titulos hic intelligimus eos, quibus res aliqua valide in alterum transferri, & ab hoc acquiri poteſt. *Per tranſlationem verò vel poſſeſſionem irrevocabilem illam*, quæ mediante tali titulo cum omnis prioris juris in perpetuum factâ renunciatione peracta & tradita eſt. Quomodo autem provinciæ & bona Imperii, regni, aut principatus ita in alios transferri queant *præc. p.1.c.4. theſ.6. expl.1. traditum eſt.* C.

II. *Revocabiliter talia bona poſſidentes, quales ſunt ii; qui* (1.) à prioribus Dominis illa quidem juſtis modis, & legitimis mediis, ſed ſub certis conditionibus, & pactis, iisque *vel* ad certum temporis ſpacium, quo elapſo reddi debent vel relui poſſunt, ut in oppignorationibus fieri ſolet; *vel* ad certas perſonas, uti in collationibus feudorum obſervari moris eſt, *vel* ad certa facta præſtandi, qualia ſunt annua pecuniæ ſubſidia, & certa auxilia neceſſitate exigente, item homagia præſcriptis in caſibus præſtanda; & ſimilia, reſtrictis, obtinuerunt. D

(2.) *Vicino cuidam* per bellum ſive invaſivum ſive defenſivum, juſtum ſive injuſtum quædam ademerunt; illaque citra pacificatoria pacta per vim majorum retinuerunt.

(3.) *Se alieno* dominio & imperio vi vel clàm ſubduxerunt.

Quod primos ſciendum, bona talium poſſeſſorum, ſi vel tempus præſtitutum elapſum fuerit, præſtitis præſtandis, *vel* perſonæ incluſæ mortuæ fuerint, *vel* pacta & facta conventa ab illis ſervata non fuerint, & in illorum poteſtate illorum obſervatio ſteterit, *ſimpliciter* de jure repeti, vel pro re nata, vi recuperari poſſe. *Quod ſi autem tales, quo ad poſtremum caſum*, vi majori, puta vel hoſtium interventu, vel aliis publicis malis, in præſtatione debiti ſui impediti fuerint, miſericordia potius, quàm punitione dignos eſſe.

Contra ſecundos arma pro recuperatione ablati licitè quidem ſuſcipi poſſe. *Si tamen* ita vi dejectus cauſam bello dederit, æquitati magis convenire, ut prius adverſarium ſuum per transactionem vel ſatisfactionis oblationem interventu amicorum perficiendam ad amicabilem reſtitutionem invitet, & illâ tandem fruſtra tentata, armis ſua repetat, per ea, quæ *ſeq. parte 4. c.1. th.9. expl.1.* adducta ſunt.

Contra poſtremos verò arma ſemper licita eſſe, ſi ultrò rurſus ſe ſubjicere nolint ſecundum communem Politicorum doctrinam.

III. *Si poſſeſſores tales* ſubditi noſtri ſint, per remedia juris, & his demum ob illorum pertinaciam & potentiam nil valentibus, armis ad obſequium redigendi ſunt. *Si alieno imperio ſubjecti*, apud illorum Dominum reſtitutio urgenda, & hâc denegata, armis vindicatio inſtituenda eſt.

Si verò iidem nullius poteſtati obnoxii ſint, amicabilis compoſitio vel reſtitutio ablati ſimiliter tentanda & exigente neceſſitate demum ad arma progrediendum eſt.

II. *Quæritur hic (1) Annon in hiſce caſibus, ubi ſcilicet quis revocabiliter poſſidet, præſcriptioni locus ſit?*

Reſp. Quæſtio hæc, ſalvis tamen aliorum opinionibus, noſtro quidem judicio ſub ſequenti diſtinctione affirmativè decidenda eſt.

Si talis Princeps vel Magiſtratus alias extraneus alterius Principis bona & ſubditos per tempus immemoriale, puta centum vel plurium annorum ex publico aliquo facto vel principio (quale occupatio bellica, & populi alterius imperio ſubjecti in alterius imperium per defectionem tranſitio) ſine ullâ turbatione vel repetitione poſſederit, omninò ſtatuendum eſt, præſcriptioni dari locum, neq; vindicationem ullo illegitimi talis principii prætextu poſtea inſtitui poſſe, ne dominia rerum ſint in incerto, litigia verò & bella immortalia, *& ut* ita quies inter Gentes ex jure & æquitate naturali vigeat, ut inter alios diſſerit *Limn. ad Capit. Caroli V. art. 9. verba* **ungebührlicher Weiſe gewachſen** *n.23. & ſeq. & Conring. de Finibus Imperii c.19. ſect.5. p.m.360.* & ſeq. *Quibus junge Puffendorff. in Element. Jurispr. Univ. l.1. defin.5. §.24.*

Quoad primum occupationis bellicæ exemplum res dubio caret, quia primò talis acquiſitio omni jure licita eſt; *Secundò* verò tam diuturnum prioris Domini ſilentium firmiter præſuppon.it, illum in talem ademtionem vel acquiſitionem implicitè conſenſiſſe; *ſicuti etiam ideò Jephte* Ammonitis veteres ſuas ſedes armis repetentibus talem præſcriptionem & quidem 300. annorum objecit, ut legi poteſt in *libro Judic. c.11. v.26. & ſeq.*

Similiter Philippus Macedoniæ Rex Romanis talia pro ſociis repetentibus reſpondit Civitates, quas ipſe cepiſſet, eas liberaturum, quæ ſibi traditæ à majoribus eſſent, earum hereditaria ac juſta poſſeſſione non exceſſurum apud *Liv. l.32. c.10.*

Et Sulpitius Romanorum Legatus apud eundem l.35. c.16. negat ideò ab Attalo contra quasdam Aſiæ Civitates ſervitutem prætendi poſſe, quod aliquando & ante aliquot ſecula ſervierint. *Porro Florus l.3. c.13. in f.* ſcribit Populum Romanum relictas ſibi à majoribus ſedes ætate quaſi jure hereditario poſſediſſe. Et *Iſocrat. in Orat.3.* narrat perſuaſum omnibus eſſe poſſeſſiones ſive privatas ſive publicas præſcriptione longiſſimi temporis & confirmari & patrimonii loco habendas.

Excipit quidem Limn. d.l. n.26. caſum, quo Princeps vel Respubl. quædam ob hoſtis formidabiles vires acquieſcere neceſſe habuit: tunc enim alio & apto etiam longiſſimo pòſt tempore vindicatio-

nem inſtitui poſſe. *Sed dubitamus* an talis caſus facilè evenire poſſit, *quoniam*, qui per tantum temporis ſpacium viribus ad ſua recuperanda deſtitutus fuit, vix poſteà illis gaudebit, niſi in illo ſingulari caſu, quo forte hoſtis talis ab aliis potentioribus adverſariis bello petitus & ita debilitatus fuerit, ut ad defendenda talia impar ſit.

Quo ad ſecundum exemplum verò iterum juris expediti eſt, quod Magiſtratus talis, qui per tam longum tempus in vindicatione rebellium ſubditorum negligens fuit, illos pro derelictis habuerit, adeoq; nullo jure poſtea repetere vel vindicare queat, ut ſimiliter *Limn. d. l.* tradit, cui adde *Alb. Gentil. de Jure Belli lib. 1. cap. 22. Beſold. de Jurisdict. Imperii quæſt. 6. Grot. de Jur. B. & P. L. 2. c. 4. §. 4 Zuchaeum de jure inter Gent. p. 209. Sect. 2.*

Apud Camdenum quidem p. 1. Ann. ad annum 1567. *p. m.* 119. Galliarum Regis Cancellarius Hoſpitalius Legatus Anglicis Caletum ob diuturnam 230. annorum poſſeſſionem repetentibus reſpoodit, præſcriptionem talem inter Principes locum non habere, ſed Jus ſemper valere & ex XII. Tabulis adverſus hoſtem æternam eſſe auctoritatem. *Idq; etiam tradit Vaſquius p. 1. Illuſtr. Controv. L. 2. c. 51. n. 28. Caſſan. de la Recherche des Droits du Roy & de la Couronne de France ſur les Royaumes &c. l. 1. ch. 3. p. m. 145. & ſeq. Ubi pro generali Regula Doctorum tradit*, præſcriptionem non currere adverſus Monarchas & Reges neminem niſi Deum & enſem pro Superiore recognoſcentes, & plerique Gallicorum Politicorum.

Sed fundamento illi benè reſpondent Limn. & Conring. dictis locis.

Plura de Juribus circa recuperationem amiſſorum occurrentibus vel conſiderandis vide apud Bœcl. in Notit. Imper. l. 2. c. 2. & 3. ubi judicium ſuum addit, & in Comm. ad Grot. l. 2. de Jure Belli & Pac. cap. 4. §. 6. 7. 8.

(2.) *An à tertiô, qui ſocius noſter non eſt, & poſtea hoſti bona noſtra militari manu eripuit, illa vindicari poſſint?*

Reſpondetur diſtinguendo inter Statum & tempus, quo illa hoſti tali ita eripiuntur. Si enim ille, cui bona ſua erepta ſunt, in illo adhuc ſtatu poſitus ſit, ut vel per ſemet ipſum, vel ope ſociorum illa præſumtivè & apparenter recuperare queat, & inchoatum bellum nondum finitū ſit, *novus hoſtis mei adverſarius* bello iſti ſe commodi ſui cauſſa immiſcens contra bonam fidem & juſtitiam agit, ſi talia bona priori domino, inprimis expenſas refundere parato, reſtituere recuſet, *& contra prior hic dominus*, niſi per tempus ſupradictum vindicationem ſuſpendat, ſi potentia valeat, bello illa jure recuperare; illâ verò deſtitutus proteſtatione interpoſitâ jus ſuum integrum ſervare poteſt.

Si verò bellum illud, quo talia bona in hoſtium poteſtatem venerunt, vel per amicabilem compoſitionem, vel derelictionem ablati finitum ſit, & poſteà demum inter talem occupatorem & alium vicinum novum oriatur bellum, hicque armis inter alia talia bona ſibi ſubjiciat, *antiquus Dominus* rem vel transactione finitam, vel derelictione perditam, *ſicuti nec à medio, ita nec à poſtremo* domino quocunque modo vindicare poteſt, ſed, ſi amicâ ſatisfactione illa bona obtinere nequeat, neque nova interveniat belli cauſſa, illa iſta relinquere tenetur.

A. *CAPUT III.*

DE ROMANI IMPERATORIS CONSTITUTIONE PER Electionem, Capitulationis obſervandæ juratoriam promiſſionem, Imperii Commiſſionem ac Coronationem, & tandem ità conſtituti Deſinentiâ.

SUMMARIA.

TH. I. Ratio Connexionis.

TH. II. Imperator ſummum Imperii Noſtri Caput, & quæ circa Ejus conſtitutionem obſervanda.

Expl. I. Imperium eſt myſticum corpus, & ideo rectè in caput & membra vel partes integrantes
B. *diſtinguntur.*

Imperatoris prima & originaria ſignificatio.

Cæſaris nomen unde.

Ejus duplex uſurpatio.

Auguſti nomen unde.

De Titulo Germanico Allzeit Mehrer deß Reichs ꝛc. *&*

Latino ſemper Auguſtus

De Titulo Rex Germanorum.

De Titulo deß Haupts / oberſten Haupts und oberſten Voigts.

De reliquis Titulis remiſſivè.

Qui præter noſtrum Imperatorem illo titulo utantur.

TH. III. Electio quid & quæ circa illam conſideranda.

Expl. Demonſtratur inde regnum electivum hæreditarium non fieri, quod longo tempore ex unâ familiâ reges eligantur.

C. TH. IV. Electionis quæ cauſa Efficiens principalis, ſecundaria & impulſiva.

Expl. De primis duabus agitur remiſſivè, de ultimâ aliquanto latius.

TH. V. Subjectum ejus quod.

Expl. I. Germanus cur eligendus.

Verùm ſolùm Catholicus, an vero etiam Lutheranus & Reformatus eligi debeat & poſſit.

Quantæ ætatis eligendus eſſe debeat.

Expl. II. Agitur de duobus Imperatoribus ſimul conſtitutis.

TH. VI. Forma Electionis in quibus conſiſtat.

TH. VII. Antecedentia Electionis quæ.

Expl. I. Deducuntur illa.

Elector Moguntinus omnes Electores convocare debet, & quomodo omiſſio unius atq; alterius vindicari poſſit.

Convocatio illa quomodo fieri debeat.

D. *An intra tres menſes fieri poſſit.*

Quis ſede Moguntinâ vacante convocare Electores poſſit.

An Archiepiſcopus hic per ſolam Electionem habilis fiat ad actum illum perficiendum.

An Elector Laicus ante inveſtituram etiam habilis ſit ad eligendum.

II. Quæ circa ſalvum conductum conſideranda.

III. Comitatus Electorum qualis debeat eſſe.

Ubi aliquot Comitatuum exempla referuntur.

Quædam circa legatos Electorum obſervanda recenſentur.

IV. Qualis ſecuritas à Magiſtratu loci Electoribus & legatis præſtanda.

Peregrini electionis tempore expellendi, ubi diſpenſatio refertur.

V. Taxa à quibus conficiatur.

TH. IIX. Concomitantes quæ.

Expl. I.

Expl. I. Capitulatio quo tempore & à quibus Electoribus conficiatur. Ab Electo juramento confirmanda. Unde dicta, quando primùm introducta, quando perpetua confecta, illa ſanctio pragmatica fuerit. An aliquid deroget Majeſtati quaſt. 2. An imperium Imperatore majus. A.

Expl. II. Quantum tempus ad Electionem perficiendam deſtinatum & quæ retardantium pœna: Ubi ſimul de pœnâ Cardinalium idem committentium.

Expl. III. Quibus ceremoniis Electores ex Curiâ in templum ſe conferant.

Expl. IV. Quomodo in electione Sacra peragantur & quale juramentum præſtetur. Quomodo Eccleſiaſtici & Laici, ac illorum legati jurent.

An poſt electionem munera capere queant, ubi de Franciſci I. Galliarum & Caroli V. Hiſpaniarum Regum donis in promotionem impenſis & Friderici Saxoniæ Electoris continentiâ. B.

Expl. V. Quomodo conclave in templo obſeretur & electio in illo perficiatur.

Quomodo ſuffragia ordine ferantur, & an illa vivâ voce vel in ſcriptis proferantur.

Quomodo illa, quo ad electionis perfectionem computanda & inſtituenda, & à quo colligantur.

Referuntur ſingulares caſus, unus, quo electio per compromiſſum facta, & alii, quibus una Electoralis familia duo ſuffragia tulit.

An quis ſibi ipſi ſuffragium efficaciter dare queat.

An unus Elector ex commiſſione tertii duo ſuffragia habere poſſit.

Utrum Electores tanquam univerſi, an verò ut ſinguli eligant.

TH. IX. Conſequentes quæ, ſunt duplicis generis.

TH. X Quæ ab Electoribus poſt Electionem peraguntur iterum ſunt duplicia. C.

TH. XI. A toto Electorum collegio quæ peragantur.

Expl. I. Quomodo conſenſus electi explorandus.

Expl. II. Fores conclavis à quo & quando reſerentur.

Inſtrumentum ſuper electione perfectâ quomodo & à quibus conficiatur.

Expl. III. Capitulatio quando & ubi electo præſenti prælegatur, & quibus ceremoniis ab illo juramento confirmetur.

Quomodo & à quibus Electoribus Electus altari imponatur & ab eo deponatur.

Si verò ille abſens ſit, quid circa illam impoſitionem peragatur.

Expl. IV. Quomodo Electus in templo in thronum ponatur, & Electores ſubſellia ſua occupent.

Expl. V. Quo ordine Electus in Palatium deducatur.

Expl. VI. Quomodo Electo Electores gratulentur. D.

Quid abſente Electo peragatur.

Expl. VII. Quomodo illi imperium committatur, & in quibus commiſſio illa conſiſtat.

TH. XII. Coronatio Electi quomodo & à quibus à parte Electorum perficiatur.

Expl. I. Unctionis & coronationis primordium recenſetur.

A quibus illa olim in Imperio Orientali perfecta ſit, & hodie in Galliâ, Hiſpaniâ, Angliâ, Hungariâ, Poloniâ: Daniâ, Sueciâ, peragatur.

Coronatio Imperatoris noſtri quomodo peragatur.

Eſt triplex. & quare.

Quæ circa coronationem & coronam Germanicam obſervanda.

Corona illa ex quâ materiâ & cujus auctoritate confecta ſit.

Ejus pondus, forma & hodierna cuſtodia.

Ubi cum reliquis Clenodiis olim & ſucceſſivè cuſtodita, & quando ac quibus de cauſis demum Noribergam tranſlata ſit.

Quomodo illa cum cæteris Clenodiis in locum coronationis transferatur.

Quomodo Aquisgranenſis cum reliquis Clenodiis eò transferatur.

Ubi utraq; recenſentur.

Rudolphi II. Imperatoris ſpecialis Imperatoria corona deſcribitur, & in quem finem confecta ſit, refertur.

Actus coronationis Germanicæ in quibus conſiſtat.

Bos quomodo in culinam deducatur.

Quomodo coronandus in templum deducatur.

Quomodo ei Electores Eccleſiaſtici occurrant.

Quomodo coronatio inchoetur, continuetur & perficiatur.

Quis coronationem illam peragat: Ubi tranſactio inter Archiepiſcopum Moguntinum & Colonienſem Ann. 1657. inita refertur.

Quo proceſſu Imperator ex templo in curiam ſe conferat.

Quæ officia & quibus ceremoniis quilibet Elector ſecularis ante prandium; & durante prandio Eccleſiaſtici obeant, & quæ in compenſationem accipiant.

Ubi de antiquâ controverſiâ inter Electorum vicarios & Legatos principales de præmiis competentibus.

Quo ordine menſam ſuam peculiarem quilibet occupet, & hodie Imperatoris poſita ſit.

Et quomodo illæ ſtrata & quot ferculis inſtructæ ſint, ubi differentia in menſas Electorum præſentium, & abſentium, quorum vices Legati retinent.

Quot gradibus Imperatoris menſa Electorum, & hæ reliquorum Principum menſas præſtent, ubi etiam alia inter has differentia recenſentur.

Supellex menſaria ad quem ſpectet.

Qualia ſervitia Imperatori & Electoribus convivantibus præſtentur.

Quomodo menſa Comitum & Baronum in peculiari cœnaculo inſtructa ſit.

Civitates quatuor convocatrices ſingulas in proximo conclavi habent menſas.

Quomodo Imperatoris vel Regis Romanorum reductio ex curiâ in aulam fiat.

Solet quandoq; à Senatu illius loci pyrobolaria machina adornari.

Coronatio Imperatricis quomodo perficiatur remiſſivè.

Hodie ſub Imperatoribus Auſtriacis vivente defuncti Imperatoris viduâ nova Imperatrix non coronatur, ubi ratio & limitatio.

De Coronatione & coronâ Longobardica obſervanda ſequentia.

Illam Mediolanenſem quidem communiter dici, ſed Modetiæ etiam ſæpe peractam eſſe, ut exemplis probatur.

Ubi ſimul error illorum refutatur, qui Modetiæ per aliquot ſecula coronationem factam non eſſe tradunt.

Coronam illam verè auream ſed circulo ferreo ligatam eſſe demonſtratur.

De coronatione & coronâ Romanâ vel Italicâ ſequentia obſervanda.

Illam quidem regulariter Romæ, ſed quandoq; etiam alibi & extra Italiam peractam eſſe.

Poſteriores Imperatores ſaltem Legatos Romam

miſerunt Electionem factam denunciando & ſe Pontificibus commendando, quod tamen non ab omnibus factum eſt.

Notatur faſtus quorundam Pontificum Romanorum in coronatione perpetratus.

Pontifices ſecundum jus Canonicum ſuâ manu ungere, conſecrare & coronare debent, ſed poſtmodum unctio quandoq; à Cardinali quodam facta eſt.

Unctio quomodo à conſecratione differat.

Imperator Fridericus III. Romæ Coronâ Germanica cinctus fuit.

In Caroli V. coronatione pontem factum non ſine omine fractum eſſe.

Effectus hujus coronationis à Pontificibus magni æſtimatur, ſed id refutatur.

Forma coronæ Romanæ.

Expl. II. Inſignia quæ coronato Imperatori traduntur.

Quid unumquodq; denotet.

Orbis vel globi Imperatorii origo latè indagatur.

Crux ei à quo primum impoſita ſit.

De globo tali Henrico II. Imperatori à Benedicto III. Papâ tradito.

Coronæ inventor quis.

Quæ inſignia in aliis regnis præferri ſoleant.

De gladiis præferri ſolitis quædam ſingularia.

De juramentis ſecratis quædam annotata.

TH. XIII. Quæ ab Electo in coronatione & poſt illam perficiantur.

Expl. I. agitur de pluralitate juramentorum remiſſivè.

Expl. II. Quomodo poſt coronationem equites creentur.

ubi annotatum, olim illud à coronando Romæ in ponte Tiberis peractum eſſe.

Nonnullæ familiæ prærogativam in illâ creatione præ aliis habent.

Expl. III. De modo procedendi ex templo in curiam remiſſivè.

Expl. IV. De miſſilibus jaciendis refertur veterum Imperatorum mos, & qualia illa fuerint.

Qualia Imperatores Conſtantinopolitani jecerint.

Quomodo illa dicta fuerint.

Qualia & à quibus in coronatione noſtrorum Imperatorum præteritis temporibus jacta fuerint & nunc jaciantur.

Expl. V. de Epulo Imperatoris remiſſivè.

Expl. VI. Coronatus Electoribus omnia ſua privilegia olim bis, hodie verò ſemel & vicarius, ſi in vacantia electus eſt, acta illorum confirmare debet.

Expl. VII. referuntur quidam actus acceſſorii ad feſtivitatem pertinentes.

TH. XIV. Locus Electionis & coronatioois ordinarius quis ſit.

Expl. Agitur de utroq; & referuntur cum cauſis illi Imperatores, qui alibi electi & coronati ſunt.

TH. XV. Effectus Electionis & Coronationis potiſſimi qui.

Expl. Agitur de illis remiſſivè.

TH. XVI. Conſtitutionem Imperatoris ſequitur deſinentia vel vacantia, eaque dupliciter fit.

TH. XVII. Violenter iterum dupliciter contingit, morte & depoſitione illius.

Expl. I. De morte omnia ſolvente.

Expl. II. Depoſitio Imperatoris quibus fundamentis nitatur: & quibus impugnetur.

A quibus fieri debeat.

An ſolis Electoribus competat?

An etiam Pontificibus?

Quæ ejus cauſæ afferri ſoleant.

Quis modus in eâ adhibeatur.

A. *Paucas illarum effectum plenum conſequutas eſſe.*

TH. XIIX. Renuntiatio imperii quid ſit.

Expl. Quæ circa illam obſervanda.

An Pontifici illa fieri debeat?

Duplex reſignationis caſus:

Quales cauſæ idoneæ ſint.

An prætenſa ingreſſio in Monaſterium ſufficiat?

Exempla talium.

Modus reſignandi qualis.

TH. I.

Hactenus Imperii Romano-Germanici corpus: ſequuntur ejus Caput, quod eſt Imperator: *& membra*, quæ ſunt Status ejus immediati.

TH. II.

B. *Imperator ſummum eſt Imperii Noſtri Caput, eoq; nomine verus Monarcha. Circa quem conſideranda eſt (1.) Illius Conſtitutio per Electionem (2.) deſinentia vel vacantia (3.) Conſtituti & regnantis poteſtas.*

Explic.

I. *Imperium Noſtrum rectè Corpori integro myſticè comparatur, & ideo in caput & membra vel potius partes integrantes analogicè tamen vel myſticè potius ſaltem ita dictas diſtinguitur in R. J. de dato* Cölln 1512. *in pr. R. J. de dato* Regenſpurg 1541. *in pr. & R. J. de dato* Regenſpurg 1567. §. damit auch Churfürſten. *Quibus junge R. J. de dato* Speyer 1529. *§. 1. ac* 1544. *in pr. & de dato* Augſpurg 1566. §. und nach dem dann ꝛc. *A. B. Caroli IV. c. 24. §. 1. & l. 5. in pr. C. ad L. Jul. Majeſt.* & quæ à *Sinol-*
C. *do de Statu Rei Romanæ vol. 1. Diſp. 2. th. 2. in expl. lit. a & à nobis præc. l. 1. c. 6. th. 11. expl. 1. circa comparationem hanc attulimus.*

II. *Dicitur autem Imperii Noſtri Caput non ſecundum antiquam & à Romanorum militia Duce poſt victoriam aſſumtam appellationem,* de quâ *Appian. l. 2. de B. C. p. m. 747. Dion. l. 52. Hiſt. circa f. & ſeq p. 4. c. 3. th. 3. in expl. à nobis deducta,* legi poſſunt & quod etiam *Seldius in Conſilio Ferdinando I. Imperatori dato in puncto 3. apud Goldaſt. in* Reichs-Händeln *p. 5. tit. 3. f. 194.* adducit, *ſed ſingulari in ſignificatu, quo ſumma Imperii demonſtratur, ut Dio d. l. de Auguſto refert.*

1. *Imperator.*

2. *Cæſar, à C. Julio Cæſare illâ denominatione ſecundum pleroſque inde, quod* cæſo matris utero in lucem editus fuerit, ut poſt *Plinium lib. 7. N. H. c. 9. Imperatorem Conſtantinum Porphyrogen. l. 1. Them. 11. in pr.* & alios tradit *Limn. l. 2. c. 1. n. 16.* quibus junge *Voſ-*
D. *ſium in Lex. Etymol. ſub verbo Cæſones,* ortâ, unde etiam Germanicum Käyſer deſcendit. *Sed Beemanus in Notit. Dignit. Diſſert. 2. th. 1. ex Glandorp. de Familiis Juliæ Gentis demonſtrat Cæſarum nomen illi genti jam A. V. C. D XIVI (nobis vero D X L I & ſeq.) uſurpatum fuiſſe teſte Livio l. 27. & 23. & ſeq. refert.*

Ubi tamen monendum, primos quidem Imperatores illo titulo vel cognomine ad demonſtrandam dignitatem ſuam uſos, *ſed poſtea titulum illum ſaltem iis,* qui ab Imperatore vel Auguſto in ſpem ſucceſſionis adſciti vel adoptati fuerunt, tributum, ut clarè patet ex *Victore in Epitome ſub Diocletiano, ubi Maximianum Auguſtum (id eſt Imperii conſortem) Conſtantium & Galerium Maximianum cognomento Armentarium Cæſares creavit. Et paulo poſt: His diebus Conſtantius Conſtantini Pater atque Armentarius Cæſares Auguſti appellantur Creatis Cæſaribus Severo per Italiam,*

A. Italiam, Maximino Galerii ſororis filio per Orientem, quod etiam narrat Oroſ. l. 7. c. 25. Idem Victor in Breviario Cæſarum ſub Lucio Vero Antoninum Commodum filium Cæſarem: & ſub Galerio, illum Licinium vetere cognitum amicitia Cæſarem Auguſtum creaſſe refert Marcellino l. 27. p. m. 344. ubi ſcribit Valentinianum morem antiquitus inſtitutum ſupergreſſum non Cæſares, ſed Auguſtos Germanum nuncupaſſe & filium. De quo etiam legi poteſt Spart. in Ælio Vero in pr.

Ubi tamen incidenter monendum vocabulo Cæſaris quandoq́ʒ, ceu epitheton non verò ſingularem titulum, de quo mox, additum fuiſſe vocabulum Auguſtus, ut legi poteſt apud Plinium in Panegyr. Trajani c. 4. & ſeq.

Quæri hic ſolet: Quiſnam ita primum vocatus ſive factus Cæſar fuerit? Reſpondemus cum Ruperto in Hiſtor. Univerſ. c. 14. p. m. 316. L. Calpurnium Piſonem; ita enim ipſe apud Tacit. 1. Hiſt. 29. Sextus dies agitur, ex quo ignarus futuri, & ſive optandum hoc nomen ſive timendum erat, Cæſar adſcitus ſum: & c. ſeq. Me Galba conſentientibus vobis, Cæſarem dixit. cui junge Xiphil. in Galbâ, Vide etiam Becman. d. l. theſ. 2. B.

Provenit inde Germanicum Kãyſer/ uti notum eſt. Quis verò primum inter Imperatores Germanicos illo titulo uſus ſit, vide apud ſe diſſentientes Limn. d. c. 1. n. 25. & ſeqq. & Sinold. Vol. 2. Diſp. 2. th. 3. L. A. iisq́ʒ junge Bœcl. in Not. Imperii l. 4. c. 1.

Ubi monendum Cæſaris in poſteriore ſignificatione ſumtam dignitatem per aliquot ſecula, ut notum, proximam ab Imperatoria vel Auguſtali; poſteà verò à Græco Imperatore Alexio Comneno mediam quandam inter utramq́ʒ, ſub novo Sebaſtocratoris à Sebaſto & Autocratore dicti titulo ideò introductam fuiſſe, ut fratrem ſuum Iſaacum natu majorem ita Nicephoro C. Meliſſeno jam conſtituto Cæſari præferre poſſet, ut poſt Annam Comnenam ejus filiam l. 3. Alexiados f. m. 78. & Zonar. Tomo 3. ſub Alexii illius Imper. f. m. 178. refert Codinus de offic. Conſtant. c. 2. n. 2. & 5. ac tangit Glycas in Annal. parte 4. p. m. 469. Eaq́ʒ dignitas usq́ʒ ad Imperium Alexii Comneni (ſub quo Comnenes Iſaacius & Johannes Ducas ultimi Sebaſtocratores fuerunt) duravit, ut ex Chroniate ſub illius Imperio l. 1. f. m. 55. & 60. conſtat, & poſt recuperatum à Latinis Imperium rurſus introducta, ſed minore cum honore uſurpata fuit. Siquidem Alexius Angelus Imperator, ut Generum ſuum Alexium Palæologum ſingulari aliqua dignitate honoraret, Deſpoticam dignitatem Sebaſtocraticâ ſuperiorem introduxit, ut indicat Phranza L. 1. Hiſt. c. 1. Et ab illo tempore hæc Deſpotica dignitas proxima ab Imperatoria fuit, ut clarè oſtendit Gregoras l. 4. Hiſt. c. 1. his verbis. Sebaſtocratori Deſpotica poteſtas ab Imperatore (Michaele) decernitur: Magnus Domeſticus Cæſar: Cæſar verò D. cum Deſpota Socero Sebaſtocrator appellatur. Et ut ex eodem ſeq. l. 7. c. 17. conjiciendum, Sebaſtocratica illa dignitas cum Principatu Theſſalico poſtea conjuncta & hereditaria facta fuit, refert enim morte Theſſalici Principis (qui fuit tunc Johannes Ducas ſecundum eundem c. ſ.) ſucceſſionem & Principatum Sebaſtocratorum defiiſſe. Sed de his dignitatibus plura legi poſſunt apud Goarum in Not. ad Codinum cap. 2. num. 1. 2. 3.

3. Auguſtus ab Imperatoris Octavii vel Octaviani cognomine, quod ex ſententia Munatii Planci aſſumſit, tanquam novum & amplius, quia loca quoq́ʒ religioſa & in quibus augurato quid conſecratur, Auguſta, ab auctu (non quidem in communi, ſed ſpeciali in ſacrificatione vel immolatione uſitato modo vel ſenſu, quo idem ſeq. c. 96. augere hoſtias dixit: Et Caſaub. ad d. c. 7. notat in dedicatione Aræ Narbonenſis ſcripta fuiſſe illa verba. Si. quis. huic. aræ. donum. dare. augereque. volet. liceto.) vel avium geſtu guſtuve dicuntur, ſicut etiam Ennius docet, ſcribens:

> Auguſto augurio poſtquam inclyta condita
> Roma eſt.

ut iiſdem verbis Suetonius d. c. 7. refert.

Eodem modo verbum illud auguſtus pro Sancto vel conſecrato uſurpat Cicero 1. de Nat. Deor. c. 42. 2. de Nat. Deor. c. 24. & 3. de Nat. Deor. c. 21. ac in conſolat. circa finem (ubi templa auguſtiſſima) & Ovid. l. 1. Faſtor. v. 609. & ſeqq. ibi

> Sancta vocant auguſta patres: auguſta vocantur
> Templa, ſacerdotum rite dicata manu.
> Hujus & augurium dependet origine verbi,
> Et quodcunq́ʒ ſua, Jupiter auget ope.

Conſentit huic etymo Dio l. 53. f. m. 507. ita ſcribens: Auguſtus quaſi hominis naturâ amplior (à Senatu Populoq́ʒ) cognominatus eſt: Auguſta enim ea, quæ honore digniſſima ſunt, dicuntur. Ideoq́ʒ Σεβαστὸν Græci Auguſtum interpretati ſunt, quaſi venerandum dicas. Pauſanias in Laconicis f. m. 115. Glycas in Annalib. parte 3. in pr. eadem pene verba referens ac Imper. Conſtant. Porphyrog. l. 1. Themate 11. Julium Cæſarem Sebaſton vocat. Quibus conſentit Juſtinianus Imperator in §. fin. Inſt. de Uſucap. Auguſtam venerabilem. & Nov. 134. in Epigraphe ſe ipſum ἀεισέβαστον, nunquam non colendum, vocans.

De verbi hujus Synonymis legi etiam poteſt Spanhemius de Præſtant. & uſu Numiſmatis Diſſert. 8. p. m. 677.

Ab hac quoq́ʒ denominatione, etymo ſcilicet ab augendo ſumto, Imperatores noſtri hodierni ſe vocant Allzeit Mehrer deß Reiches.

Quis vero inter illos ſe primum Semper Auguſtum vocarit? Controverſum eſt. Verius tamen videtur ſub Imperio Friderici I. Imperatoris id introductum fuiſſe, ut tradit Gold. Tom. I. Conſt. Imper. in Rationali f. m. 65.

Quod vero idem tradit in Latioo titulo ab Imperatore Juſtiniano in proœm. Inſtit. in inſcriptione; (uti etiam in Epiſtolâ ad Johannem Epiſcopum ſcriptâ & tit. Cod. de Summâ Trinit. ante fin. adjectâ) & poſtea Carolo M. ac aliis uſurpato τὸ Semper ad verbum Triumphator, non Auguſtus, referendum eſſe, id aliis & inter illos Limn. merito diſplicet d. c. 1. n. 31. ideo, quia Imperator Idem in Epilogis Nov. 60. 63. 66. & 83. (quibus addantur Epilogi Nov. 50. 51. 52. 57. 58. 59. & aliarum, nec non Epigraphe d. Nov. 134. ubi Idem ſe nunquam non colendum nominat) ſe perpetuò Auguſtum vocat, & Valentinianus Imperator apud Ruffum Feſtum in Breviario, in epigraphe, Imperator & ſemper colendus appellatur. Et Conſtantinus Porphyrog. de Admin. Imperio c. 49. Leonem Imper. ἀειμνήστον & ἀοίδιμον ſemper memorandum ac celebrandum: Sicuti etiam, obſervante Bœcl. d. c. 1. Græcis Imperatores ἀεὶ σεβαστοὶ diviſim & compoſite vocantur.

De Titulo hoc Σεβαστὸς legi poteſt Dio d. l. & Anna Comnena l. 1. Alexiados f. m. 16. & ſeq. ubi ita ſcribit. Sebaſti communiter audiebant Imperatores, & propriè in Imperatorem cadebat Sebaſti appellatio; quod etiam tradit Codinus de Officic. Conſtant. d. cap. 2. num. 5.

Sed notandum ex iiſdem & quidem priori d. l. poſteriori vero ſeq. num. 77. Titulum illum poſtea aliis quoque & quidem minoribus Officialibus

 datum

datum fuiſſe, ut etiam annotavit *Goarus in Notis ibid. num.76.* ob rationem paulò ante ſub voce Cæſar adductam. A.

Id tamen Bœcl. d. l. facile concedendum Germanicum illum Titulum **Allzeit Mehrer deß Reichs** Latino ob prædicta non exactè congruere.

Uſurpant 4. Imperatores Noſtri à præterito Seculo Titulum Regum Germanicorum, de quo & ejus reſpectu conſuli poteſt *Conring. de Imperio Germanorum Romano c.12. Ubi illum ab Imperatore Maximiliano I. primùm introductum eſſe docet.*

Et 5. nonnulli Titulum **deß Haupts/deß Obriſten Haupts im Römiſchen Reich/ und Obriſtem Voigts der Chriſtenheit**/ uti *primus* occurrit in *A. B. c.2. §.2. & 3. & reliqui in R. J. de dato* **Speyer** 1529. §.1. *R. J. de dato* **Augſpurg** 1530. §. **Nach dem über uns 2c.** *& R. J. de dato* **Augſpurg** 1566. §. **Und nach dem den 2c.** *& de dato* **Augſpurg** 1567. §. **danut auch Chur-Fürſten.** B.

De reliquis titulis & Cognominibus vide Limn. d. c.1. c.6. ac 8. & Bœcl. d. c.1.

Notandum etiam hic, quod præter Imperatores noſtros etiam alii nonnulli magni Principes imperatorio titulo partim ad tempus uſi ſint, partim conſtanter utantur: In priorem claſſem referendi ex Regibus Hiſpaniæ Sanctius Major, qui omnibus Hiſpaniæ ditionibus acquiſitis Hiſpaniæ Imperator appellatus fuit, ut refert *Vaſæus in Chron. Hiſpaniæ Tomo I. in f.* & ex citatione *Becmani in Notitiâ Dignitatum Illuſtr. Diſſert.1. c.2. th.6. Zurita l.1. Annal. Arragon. ac Garibay in proœmio Hiſtor. de Illo Rege & Alphonſus VII.* qui in conventu Legionenſi omnium conſenſu, accedente etiam Innocentii II. Pontificis authoritate *Imperator decretus & coronatus fuit*, memorante *Mariana l.10. Rer. Hiſpan. cap.16. & Roder. Toletano lib.7. cap.7. nec non Roderico Santio Parte 3. Hiſtor. Hiſpan. cap.31. & aliis auctoribus à Becmano d. l. annotatis.* C

Nonnulli ex Regibus Galliæ à Bignônio de l'Excellence du Royaume de France & Chaſſan. En la Recherche des droits du Roy & de la Courone de France l.2. ch.1. p.12. relati.

Hinc Bouchel au Threſor du Droit Francois Tomo I. verſu Empereur citante Limn. in Notit. Regni Franc. l.2. c.1. lit. C. ſcribit, Reges Galliæ illo titulo uti poſſe, quando volunt, ubi ſeq. lit. D. & ſeqq. plura refert.

De Regibus Angliæ illo titulo uſis lege Becman. d. l.

In poſteriorem claſſem pertinent Imperatores Turcarum, qui illum titulum ex pacto inter Rudolphum II. Imperatorem ad Achmetem anno 1606. inito uſurpant, ut ex Mercurio Gallico narrat Becmanus d. l. D. *ſed illud non de prima ejus uſurpatione, verum* de Titulis quos Imperatores hi ſibimet publicè contulerunt, intelligendum eſt, ſiquidem Turcici Imperatoris titulum à capta Conſtantinopoli uſurparunt, ut legi poteſt apud *Cuſpinianum in vita Mahumetis II. & Bajazethis II.*

Magni Duces Moſchorum, qui à tempore Johannis Baſilidis poſt ſubjectam Caſanenſem Scythiam *titulum Tzaris* ab ejus Regulis uſurpatum ab anno 1548. aſſumentis eo conſtanter utuntur, & inde ab exteris Imperatores vocantur, *cum tamen illa vox ſaltem Regem denotet*, ut legi poteſt apud *Herberſtein de Rebus Moſcovit. f. m. 16. & Kojalovviz in Hiſtor. Lituana parte 2. l.7. p.411. Uti etiam Baronem de Mayerberg Legatum Imperatorium ad Alexium Michalovvitz Magn. Moſchorum Ducem in Itineris illius Deſcriptione f.63. ubi addit, Ducem illum ſe non* A. *Ruſſorum vel Moſchoviæ, ſed vel indiſtinctè vel diſtinctè Tzarem Caſani Aſtracani, Siberiæ, quæ nullo modo imperia, nec regna, Siberiâ exceptâ, vocari poſſunt, & Cartalinia ac Gruſſinia Regulos etiam Tzares in titulis vocare.*

De ſimili titulo Monarchæ Abiſſini, Sinenſis & Japonenſis lege Becman. d. l.

TH. III.

Electio eſt actus legitimus, quo perſonæ habili ſecundum præſcriptum Aureæ Bullæ & aliarum Legum fundamentalium per Collegii Electoralis unanimia vel plura ſuffragia ſumma Rei Romanæ confertur. *Circa quam conſideranda* (1) *Cauſa.* (2.) *Subjectum.* (3.) *Forma.* (4.) *Locus.* (5.) *Effectus.* B.

Explic.

I*Mperium Noſtrum adhuc hodiè verè Electitium eſſe, prac. c.1. in fine demonſtravimus.*

Nec obſtat; quod, ſicuti ibidem annotatum illud poſt Saxonicam, Franconicam & Suevicam Familiam, apud Sereniſſimam & nunquam ſatis laudandam Auſtriacam Familiam ferè per duo ſecula & dimidium abſque ulla interruptione duraverit.

Nam (1.) per ipſas Electionum Solennitates & Capitulationes ſingulas, in quibus quilibet electus ante commiſſionem Imperii & Coronationem jurare tenetur, ſibi Imperium ex nudâ Electorum benevolentia & ſolo Electionis medio obvenire, ſeque nullo modo ſucceſſionis jus quæſiturum eſſe, hereditario juri capiſtrum ſufficienter injicitur & contrarium evincitur, de quo etiam legi poteſt *Strauch. Exercit. Exoter. 4. th.24.* C

(2.) *Etiam in aliis Regnis Electitiis* citra Succeſſionis periculum ex una eademque Familia multi Reges electi ſunt, *ut in Polonia* aliquoties; *in Dania* verò Regno antequam Fridericus III. Rex prædefunctus Jus hereditarium (poſtquam nobiles à reliquis tribus Statibus, nempe Sacerdotum, Civium & Ruſticorum eò tandem adacti fuerint) conſenſu Procerum Anno 1660. 17. Octobr. uti legi poteſt apud *Auctorem Diarii Europæi Contin. IV. p. m. 367. 379. & 385.* obtinuit, factum eſt.

TH. IV.

Cauſa Electionis eſt vel Efficiens principalis, qui eſt DEUS Ter Optimus Maximus: *Vel Secundaria*, quæ eſt Collegium Electorale legitimè convocatum: *Vel impulſiva, quæ eſt vel* Vacantia; *vel* qualitas Imperatoris electionem talem ſuadens & requirens. D.

Explic.

D*E Cauſa Electionis efficiente principali ſupra p.1. c.1. th.4. in expl. in genere, & de hac ſecundaria ſeq. th.7. & in explicat. dictum eſt.*

De impulſivâ vero hic notandum, Vacantiam vel deſinentiam Imperatoris tripliciter evenire, Morte, utpote quæ omnia per ſe ſolvit *Nov.20. c.20. in pr. Reſignatione*, quando Imperator ſe certis & urgentibus de cauſis Imperio abdicat, cujus exemplum exſtat in Lothario Monaſterium Prumienſe mediante reſignatione ingreſſo ſecundum *Friſingenſem lib.6. Chron. c.1.* & Carolo V. reddito Imperio in Hiſpaniam ſe conferente, ut videre licet apud *Thuanum lib.21. hiſtor. ad annum* 1558. *Stradam Dec.1. hiſt. Belg. lib.1.*

lib.1.p.m.9.& alios, de quâ ſeq. th.15. in explicationibus actum. *Et depoſitione*, quæ ab Electoribus exercita fuit contra Adolphum Naſſovium & Wenceslaum Ignavum dictum, de quâ ſimiliter *ſeq. th.14. in explicationibus* dictum eſt.

De Cauſis Electionem Regis Romanorum urgentibus aliquatenus ſeq. c.5. th.2. expl.1. egimus.

TH. V.

Subjectum eſt perſona in Imperatorem vel Regem Romanorum eligenda, *circa quam requiruntur in genere* qualitates eædem, quæ etiam in aliis Principibus electitiis requiruntur *& in ſpecie* ut ſit Natione Germanus, & Fidei profeſſione Chriſtianus verus, non hæreticus.

Explic.

I. DE *Requiſitis in genere ſupra parte 1. c.3.* dictum. *Circa Speciale vero hoc requiſitum prius notandum* id quidem non certâ lege (ut poſt alios *Strauch. Exercit. Exoteric. 4. th.4.* ſentit) conſtanti tamen & per octo ſecula durante obſervantiâ vel conſuetudine, quæ pro lege habetur ſecundum jura vulgata, *in illâ ratione*, ne Imperium per Peregrinum Imperatorem in peregrinam nationem transferatur potiſſimum fundatâ, introductum fuiſſe. *Quo reſpectu Elector Saxoniæ Fridericus* in Conſultatione & ſuffragio de Romanorum Rege eligendo apud *Sleidan.l.1. Commene. p.m.24.* Gallum, tanquam peregrinum, excludi lege, & adhuc clarius *Albertus Moguntinus Elector præc. p.19.* legibus & jurejurando Electores dicit impediri, ut Gallum eligant, quibus cautum eſt, ne decus hoc imperii transferatur ad exteros.

Quomodo etiam obſervantia & conſvetudo Galliæ, quod fœminæ ad ſucceſſionem in regno non admittuntur *Lex Salica dicitur*, ut nonnulli Gallorum ipſorummet tradunt, interque illos *Hottom. in Francogall. c.10. & Chaſſier apud Limn. in Not. Regn. Franc. l.1. c.8. Lit. X.*

Ne verò quem turbet exemplum Alphonſi Arragoniæ & Richardi Angliæ Regis, ſciendum eſt, Electionem illam irregulariter & factionum in turbis peractam, *adeoq́;* in conſequentiam trahendam non eſſe.

Exemplum autem Caroli V. & Ferdinandi I. minus nocet, quia licet uterq́; Philippum Hiſpaniæ Regem Patrem habuerit, *utriq́; tamen* Avus Paternus Germanus nempe Imperator Maximilianus fuit, *quia* Nepos Avi, in cujus poteſtate eſſe cenſetur, originem ſequitur *§.3. Inſt. de Patr. Poteſt. junctâ l. aſſumptio ff. ad l. Municip. Sicut etiam nihil refert*, an quis extra Germaniam ſit natus modo Patrem habuerit Germanum *l.3. C. de Munic. & Orig: qua etiam de Cauſa Fridericus II. Imperator* in Siciliâ ex Patre Germano natus, pro Germano jure habitꝰ fuit, de quo legi poteſt *Strauch. d. l. th.6.*

Quo ad poſterius quæritur I. *An Imperator eligendus neceſſario Catholicæ Religioni addictus eſſe debeat? Reſp. Qui eum ſimpliciter debere Catholicum eſſe contendunt fundamentum ponunt in eo, quia ille in Capitulatione jurat ſe Papam Romanum & Eccleſiam Catholico-Romanam defenſurum & protecturū: & verò tale juramentum nemo præſtare poteſt vel vult, quam Catholicæ Religioni addictus.*

Sed huic opinioni obſtat, quod inde firmari hoc aſſertum nequeat, *quia* Articulus ille unà cum totâ Capitulatione in nudâ Conventione inter Eligendum & Electores conſiſtat, ut licet non totaliter omitti, ita tamen pro eligendi Religione formari poſſit, ut hic juret, ſe Eccleſiam Chriſtianam veram defenſurum eſſe.

A. *Qui vero etiam Auguſtanæ Confeſſioni addictam admittunt, nituntur fundamento ex R. J. de anno* 1555. §. **damit auch** / quo omnis Cenſura Eccleſiaſtica inter Proteſtantes & Catholicos eſt ſublata: *& addunt hanc rationem, quia* illi apti ſunt ad eligendum Imperatorem, quid ni ergò etiam apti ſint, ut ipſi eligantur, *præſertim* cum ſecundum plurimos Elector ſe ipſum eligere poſſit.

Quæ rationes cum etiam pro in ſpecie ita dictis Reformatis, præſertim poſt Pacificationem nuperam pugnent, *idem juris quoq́;* in Illis ſtatuendum erit. *Vide Carpz. Diſp. Feud. 2. quæſt.2.*

Quæritur porrò 2. Quâ in ætate debeat eſſe Imperator conſtitutus?

Reſp. Etſi illi nullus ætatis terminus per Leges conſtitutus ſit, & ideo multi Imperatores præteritis Seculis in tenera ætate electi, vel potiùs à Dominis parentibus

B. ſuis Imperatoribus ad Imperiū deſtinati ac evecti fuerint: *ſicuti Ottoni III.* Mirabilia Mundi dicto teſte *Mariano Scoto l.3. Aet.6. ad an.983. & Viterbienſi p.17. Chron. f. m.481. Henrico III. teſte eod. f. m. 485. & Mar. Scoto ad ann.* 1057. *Henrico IV. qui quinquennis* electus eſt *Schafnab. de Reb. Germ. ad ann.* 1056. *& Sigebertus in Chronographia ad annum* 1054. *vel ſecundum Herman. Contractum Chron. ad an.* 1056. *ſeptennis, quo reſpectu Mar. Scot. ad ann.* 1057. *& Auctor ejus Vita apud Reuberum*, Illum admodum puerum cœpiſſe regnare ſcribit. *Et Friderico II.* qui in cunis adhuc vagiens ſecundum *Urſperg. in Chron. ſub annis Henrici VI.* vel triennis referente *Mutio in Chron. Germ. l.19. f.m.164.* electus eſt, accidit; *illud tamen in conſequentiam trahendum non eſt, quia* illi vivis adhuc Parentibus ſucceſſores declarati fuerunt, ut ex dictis Auctoribus conſtat. *Et ideò meritò illorum accedimus ſententiæ, qui eligendum ad minimum ejus ætatis, quæ in Electoribus ſtatuta, id eſt Completorum octodecim annorum,*

C. *debere eſſe contendunt, ob gravius adhuc periculum, quoniam Imperium* majori cum auctoritate & prudentia, *quam Electoratus*, regendum eſt. de quo vide *Limn. l.2. c.2. n.75. & legi poſſunt præc. P.1. c.2. th.7. in expl. adducta.*

II. *Quamvis ordinariè & ſecundum Monarchiæ proprietatem ſaltem unus eligi & regnare debeat Imperator, occurrunt tamen exempla duorum & trium legitimè electorū & regnantium* in M. Antonino & Aurelio Vero apud *Capitol. in illius vita. c.7. Marcell. l.27. p. m.144. & Entrop. l.8.* Gordiano Patre et filio *Capitol. in hujus vita in pr.* Maximo & Balbino *Ib. in horum vita in pr.* & *Aurel. Victor.* Diocletiano & Maximiniano *Entrop. l.9. poſt med.* Conſtantino Chloro & Galerio Maximino *Ibid. l.10. in pr. & Aurel. Victor.* Conſtantino, Conſtantio & Conſtante *Entrop. ibid.* Valentiniano & Valente *Marcell. l.26. p. m.315.*

D *& ſeq.* Valentiniano & Gratiano ibid. l. 22. p. m. 342. & ſeq. ac Marcell. d. l. Gratiano & Theodoſio *Caſſidor. in Chron.* Valentiniano & Theodoſio *Ibid.* Theodoſio, Arcadio & Honorio *Ib.* Arcadio & Honorio *Ib.* Honorio & Theodoſio II. *Ibid. & de his omnibus Zonaras Tom.3* Et in Imperio Romano-Germanico in Friderico III. Auſtriaco & Ludovico IV. Bavaro: *Quamvis enim Hervvartus in Tr. cui Titulus Ludovicus IV. Imperator defenſus Parte 1. ad annum Chriſti* 1325 *n.33* & ſeqq. conventionem, quæ inter ambos Imperatores de communi Imperio ſub certis limitationibus inita fuit, neget, *in Hiſtoriâ tamen Auſtriacâ Fuggeri à Birckenio editâ l.3. c.4. f.295 & ſeq. refertur*, Originale illius in Archivo Imperiali Viennæ aſſervari & ſigillis illorum adhuc integris munitum eſſe, *ac f.* 298 literæ Ludovici, quibus promiſit, ſe Friderico imperium ceſſurū, ſubjunguntur, *ut ita de ejus rei veritate dubitandum non ſit.*

TH. VI.

TH. VI.

Forma conſiſtit in certis publicis Actibus Electionem partim antecedentibus, partim concomitantibus, partim ſubſequentibus.

TH. VII.

Antecedentes ſunt (1.) Convocatio Electotum per Archi Epiſcopum Moguntinum intra tres menſes à morte Imperatoris peragenda. (2.) *Salvus conductus* à certis quibusdam Statibus in territorio ſuo Electoribus vel ipſorum Legatis cum Comitatu juxta Auteam Bullam præſtandus. (3.) *Comparitio* Electotum vel ipſorummet, vel per Legatos ſufficientibus mandatis inſtructos definito tempore & certo cum Comitatu facienda. (4.) *Iuramentum* à Civibus Francofurranis Securitatis publicæ causâ præſtandum & illi connexa ejectio peregrinorum ex illa Civitate tempore Electionis perficiendæ durans. (5.) *Ordinatio politica & taxa* tàm victualium quàm habitationum, quæ ab Electore Saxoniæ adhibito Senatu illius loci ante electionis actum, illâ verò perfectâ à novo electo Imperatore confici & publicari ſolet.

Explic.

I. I*Nter inſigniora Electorum jura non minimum eſt poteſtas Imperatore mortuo inconſultis reliquis Imperii Proceribus & Statibus Novum liberrimè eligendi & Imperio præficiendi, quæ ita exercetur.*

Imperatoris mortem ſibi certificatam Elector Moguntinus tanquam Collegii ſui Decanus intra menſem tenetur Co-Electoribus ſuis notam reddere, & Illos ſimul ad Novum Imperatorem eligendum ita Francofurtum ad Mœnum convocare, ut intra trimeſtre ſpatium à tempore inſinuatæ ab ipſo mortis exaratarum ſcilicet Convocatoriarum patentium litterarum computandum vel Ipſimet, vel per Legatos ſufficienti inſtructos mandato ſub pœnâ amiſſi circa illum actum ſuffragii comparere teneantur *A. B. c. 1. §. 18. & 19.*

Ubi notandum Electorem Moguntinum Johannem Philippum poſt mortem Ferdinandi III. anno 1657. Legatum ſuum Johannem Fridericum Greiffenklau cum Notario Pragam miſiſſe, & vice-Regi per eum literas convocatoriae ad Regem Bohemiæ Leopoldum, directas tradi curaſſe, huncque receptis à Rege Viennæ exaratis creditivis literis ad Electorem Bavariæ Monachium ſe contuliſſe, ſimilesque obtuliſſe, ut legi poteſt in *Diar. Europæo parte 1. p. 99.*

Quod ſi verò Moguntinus tempus illud neglexerit, Electores non ſolum ſponte poſſunt ſe Francofurti ad Mœnum ſiſtere, ſed etiam ſub fide Imperio debitâ ibi ad electionem perficiendam convenire tenentur d. §. 19.

Si autem Moguntinus non omnes debito hoc honore dignetur non ſolùm electio ita peracta nulla eſt c. obeuntibus inf. Diſt. 63. Sed etiam injuriam Electori omiſſo graviſſimam infert. Sicuti etiam illa in electione Maximiliani I. à Bohemiæ Rege Ladislao ita ad animum revocata fuit, ut bellum pro ea minitatus ſit, referente poſt *Maurum de Electione Caroli V. Tit. Quo apparata &c. Parente noſtro de Saxon. non provocando jure verbo Electorum c. 1. n. 236.* de quo etiam legi poteſt *Limn. l. 3. c. 8. n. 4. & Gold. de Regno Bohem. l. 3. c. 6. n. 20.*

A. *Quod ſi tamen ita præteritus illam remittere velit; putant Politici actum illum aliàs invalidum ab omiſſo ratificatione ſubſequente validum reddi poſſe, allegantes exemplum dicti Ladislai* apud Maurum d. l. & *Ferdinandi I.* cujus Electionem ſtudio abſens & contra dicens Elector Saxoniæ Johannes Fridericus poſtea ratam habuit, ut refertur in illius Capitulatione in proœmio. *Sicuti & Elector Trevirenſis Philippus Chriſtophorus* juſtis de cauſis ab Hiſpanico exercitu captus & electioni Ferdinandi III. ideò non præſens poſteà liberatus *illam ratihabuit*, ut refert *Carpz. Diſp. Feud. 2. quæſt. ſubnexâ 5.* De quo etiam legi poteſt *Oſterman. in Throno Regali* pro defenſione illius electionis contra *Juſti Aſterii Examen* iſtorum Comitiorum edito ſcripto.

Cæterùm quæſtionem hanc latè tractat & paulò aliter decidit Limn. ad Capitul. Ferdin. III. Art. 50. verbo der
B. Güldnen Bull *per totum, p. m. 746. & ſeq. Ubi etiam* de captivitate & abſentiâ dicti Philippi Chriſtophori Archiepiſcopi Treverenſis ſimul agit.

Illud hic ſingulariter notandum, Regibus Bohemiæ ex ſingulari privilegio vel promiſso 500 auri marcas ab Electoribus præſtandas eſſe, Si illorum culpâ vel ſtudio ad electionem Regis vel Imperatoris Romani citati non fuerint, ut ex Conſtitutione ſingulari ab Electoribus anno 1489. facta & à *Gold. p. 2.* der Reichs-Satzungen *f. m. 178.* adducta conſtat.

Utrum verò quilibet Electores an omnes conjunctim illam ſummam ſolvere debeant conſuli poteſt Limn. ad d. art. 50. n. 26.

Convocatio autem illa, ut jam ex parte dictum, fieri debet per nuncios literis patentibus nomen Citati & Citantis, tempus intra quod, locum in quo, cauſam quare comparere debeat citatus Elector, continentibus: *cujus formulam* poſt mortem Maximiliani II.
C. Imperatoris ad Electores exaratã vide apud *Gold.* In den Politiſchen Reichs-Händlen. *p. 1. n. 5. tit. 2.*

Ubi ſimul notandum tempus jam dictum utpote Legale argumento *L. 4. §. ſi quis ff. de Re Judicata*, & in favorem citandorum, ac ob gravitatem negotii ita deſtinatum, ne Electores per nimiam feſtinationem prægraventur, & rem tanti momenti minus accuratè domi perpendere impediantur, *coarctari à Moguntino non poſſe. Quod ſi tamen ille* propter imminens quoddam grave periculum tempus illud coarctandum exiſtimet, & cæteri Co-Electores conſentiant, *dubium non eſt*, illud fieri ſalvis Electorum Juribus & Electione validâ poſſe: *quia* quilibet favori pro ſe introducto, præſertim ſi tertio inde detrimentum non accreſcat, efficaciter renunciare poteſt *l. penult. C. de Pact. & ſimilibus.* De quo plura lege apud *Limn. ad capit. Ferdinandi I. ad proœm. & dicta verba* Mit folgender Gencheim-Haltung *n. 54 & ſeqq.*

D. *Hæc circa caſum, ubi ob Vacantiam novus Imperator eligendus eſt.*

Quoad alterum verò caſum, quo vivente & non reſignante vel depoſito Imperatore Rex Romanorum eligendus & illi ob certas cauſas adjungendus eſt, *ſeq. d. c. 5. th. 2. expl. 1. ſect. 1. & tractatu neceſſaria adduximus.*

Quæritur hic (1.) Quis ſede Archiepiſcopali Moguntinâ vacante Collegium Electorale ad eligendum novum Imperatorem vel Regem Romanorum convocare poſſit.

Reſp. quia Actus hic ab Electore Mogunt. non tanquam Archiepiſcopo, ſed tanquam Collegii Electoralis Decano perficiendus eſt, *& tali in caſu*, Capitulum ſede vacante Archiepiſcopum ſuum non repræſentat *ex A. B. c. 3. §. 2. ibi* Archiepiſcopos ſacri Imperii principes Electores, patet & poſt *Molin. ad Conſuet. Paris. tit. 1. n. 72. atq; alios benè demonſtrat Carpz. Diſput.*

Feud. 1.

Feud. 1. *quæſt.* 3. *Sequitur omnino* antequam Sedi iterum Archiepiſcopus per electionem Canonicam præfixus eſt, convocationem illam perfici non poſſe, *ſed Capitulum* teneri intra præſtitutum tempus nempe tres à morte Archiepiſcopi menſes per electionem Vacantiam illam ſupplere. *c.* 13. *Diſtinct.* 50. *c.* 2. *Diſtinct.* 75. *& c.* 1. *extra de Electione.*

Cum verò electus talis intra menſem demum præſentandus, poſtea recipiendus, confirmandus, conſecrandus & Pallio à Papâ honorandus ſit, & ita multum temporis ad ejus perfectionem requiratur, Imperium verò diu capite carere nequeat.

Quæritur (2.) Annon Sola Electio Archiepiſcopum hunc ad convocationem ſuam perficiendam ſatis habilem reddat?

Reſp. Affirmativam tuentur nonnulli ob eam rationem, quia hoc in actu non ut Archiepiſcopus, ſed Elector & Princeps Imperii conſideratur, ut modò dictum & ipsâ & ſolâ electione Princeps Imperii & Elector efficitur, reliquæ verò Ceremoniæ ad perſonam Archiepiſcopalem ſuſtinendam tantum neceſſariæ ſunt; *quod inde probatur*, quia tales ſolùm electi Moguntini Archiepiſcopi etiam ante confirmationem in Comitiis Imperii ad ſuffragia & ſubſcriptionem Receſſuum admiſſi fuerunt, uti patet *ex ſubſcriptione R. J. de anno* 1555. 1556. 1559. 1564. 1566. 1567. 1570 1571. 1576. *&* 1582.

Sicuti etiam in Electione Maximiliani II. Fridericus novus electus Archiepiſcopus Colonienſis, poſtquam præcedente demum veſperâ Imperatoris & Coelectorum adhortatione magnis itineribus advolaverat, & ſequenti die manè hora ſeptima in Curiam Electorali veſte eques veniſſet, *ſtatim* abſque ullo aliquo facto præſtito ad electionem admiſſus fuit, *ut refertur* In dem Verzeichniß deß *Actus*, wie ſolche *Election* vollnzogen worden *apud Goldaſt.* In den Politiſchen Reichs-Händeln *p.* 1. *tit.* 8.

Alii tamen ad minimum in tali Archiepiſcopo Inveſtituram vel ſaltem indultum Imperatoris requirunt, quia hic, ut novus electus Princeps inveſtituram ad ſui ſubſiſtentiam omninò neceſſe habet *arg. c. un. Quis dicatur Dux vel Marchio* 2. *Feudor.* 2. *Cui accedit quod* Electores per fidem, qua Imperio obſtricti ſunt, ſe electuros jurare debeant *A. B. c.* 2. §. 2. *ex quo inferunt*, ideò eos ſine inveſtitura obtenta nec Electores convocare poſſe, & quod Imperator ante Inveſtituram electum Archiepiſcopum illo titulo non decoret, ut refert *Auctor in Statu Regiminis Ferdinandi II. in Appendice.*

Et hanc opinionem latiſſimè tuetur Sinold. d. V. I. D. 7. *th.* 7. *lit. G. H. I.* ubi ſimul demonſtrat, Archiepiſcopum talem, licet quoad obtinendã Eccleſiaſticam dignitatem omnia requiſita habeat, in defectu tamen Inveſtituræ pro Principe Electore non haberi.

Sed hæc opinio tunc ſaltem locum habere poteſt, quando Imperatori adhuc viventi Romanorũ Rex adjungendus eſt, in caſu verò vacantiæ ſola Electio ſufficere debet.

Opponi verò ſolet huic opinioni (1.) *quod* conſecratio talis Archiepiſcopi ad perſonam legitimam præſtandam omninò neceſſaria ſit, ut patet inde, quod Elector Colonienſis ante, quam conſecratus ſit, vel pallium obtinuerit, non poſſit coronare Imperatorem, & in Coronatione Maximiliani II. Rudolphi, Matthiæ, Ferdinandi II. Ferdinandi III. & Ferdinandi IV. ut etiam refertur in *tractatu de Jure Coronandi Romanorum Regem* in der kurtzen *Information* vor Chur Cölln *ratione* 10. obtigit.

(2.) *Quod* ſecundum Concordata Nationis Germanicæ, inter Fridericum III. Imperatorem & Nicolaum V. Pontificem ann 1447. inita & à *Gold. Tomo I. Statut. & Reſcript. Imper. f.* 207. relata (quod tamen

A. nos in illis directè reperire non potuimus) Eccleſiaſticis ante confirmationem Papalem ab Imperatore Regalia concedi non poſſint.

Sed reſpondetur quoad prius: A diverſis nihil inferri: Actum enim Convocationis Coelectorum ab actu Coronationis tanquam politicum ab Eccleſiaſtico multum differre notiſſimum eſſe.

Quoad poſterius verò diverſimodè: Et quidem ab Engelb. de Juriſd. Imperii th. 67. Concordata illa fuiſſe perſonalia, adeoq́; ſucceſſoribus & Imperio non nociva. *Ab Hedione verò in Hiſtor. Eccleſ. l.* 11. *c.* 21. & aliis illa ſubdolè Imperatori illi ab Archiepiſcopo Moguntino (Theodorico) & Æneâ Sylvio Epiſcopo Senenſi fuiſſe obtruſa & quidem plurimis Imperii Principibus vel ignorantibus (ut Papa ille in d. Concordatis in pr. ipſe fatetur) vel ex metu conniventibus, vel palam contradicentibus, & ideo poſt Papæ

B. illius mortem ſeceſſionem à poteſtate Papæ apertè ſuadentibus, ut *Platina in Vita Pii II. Pontificis* refert; ſicuti etiam ideo illa tanquam Legibus Imperii fundamentalibus adverſa in Comitiis Imperii Ratisbonenſibus anno 1598. à Statibus Evangelicis in Replicâ adverſus Catholicos apud *Lehman. de Pace Religionis l.* 2. *c.* 70. *p.* 554. rejecta fuerunt, & multas invaliditatis cauſas congeſſit *Schuz. in Colleg. Publ. Vol.* 1. *Diſp.* 7. *th.* 7. *lit. C.* *Sed quoniam Concordata hæc* ab omnibus Imperatoribus (excepto Maximiliano) *utpote Maximiliano I. in Edicto ad Leodienſes exarato apud Gold. d. Tomo I. f.* 211. *Carolo V. in Capitul. art.* 16. *Ferdinando I. in eâdem Art.* 15. *& in Ordinat. Conſil. Aulici ante f.* in quâ conſtituit, ut Conſiliarii iſti Concordata illa obſervare, & in Tabulâ poſita habere debeant. *Rudolpho II. Art.* 15. *Matthiâ Art.* 17. *Ferdinando II. Art.* 15. *Ferdinando III. Art.* 18. *Ferdinando IV. Art.* 16. *& Leopoldo Art.* 19. *approbata, & in Inſtr.*

C. *Pacis art.* 17. § *contra hanc &c. in caſibus non exceptis, uti etiam in Ordinat. Conſilii Imperatorio Aulici Ferdinandi III. in f. pro cynoſura habita ſunt, clariſſimum eſt*, reſponſiones prædictas invalidas & ideo potiùs ſtatuendum eſſe, caſum noſtrum in illis expreſsè non contineri, vel per contrariam obſervantiam in prædictis demonſtratam annullatum eſſe. *Cæterùm de Concordatis hiſce ſpecialem tractatum ſcripſit Georg. Brand.* *Alii verò ſentiunt*, Electores ſicut negligente Moguntino, ita etiam iſtâ Sede Vacante poſt Imperatoris mortem divulgatam proprio motu Archiepiſcopi novi electione non exſpectata Francofurtum accedere & ibi de eligendo novo Imperatore conſultare ac ſuffragia ferre poſſe *argumento Aureæ Bullæ d. c.* 1. §. 19.

Sed poſitâ illâ ſententiâ dubium hoc non vanum oritur, quisnam officium vel Actus Moguntino in ſpecie competentes, rebus ita ſe habentibus exercere

D. poſſit?

Ad hanc objectionem vel dubitationem noſtro quidem judicio aliter reſpondendum non eſt, quàm tamdiu ipſam electionis perfectionem differendam, donec vacantia repleta ſit, & Capitulum adigendum eſſe, ut electionem illam maturet.

Sicut in ſimili caſu in conventu Electorum ad Maximilianum II. in Regem Romanorum eligendum Francofurti anno 1562. inſtituto factùm, *ubi Johanne Gebhardo Archiepiſcopo Colonienſi* mortuo electio eam diu ſuſpenſa, donec Capitulum novum Archiepiſcopum elegiſſet, ut refert *Bertram de Comitiis membr.* 3. *th.* 40. illo verò electo & Francofurtum veniente iſta ſtatim perfecta fuit, ut *præc. quæſt.* 2. dictum.

Ubi tamen notandum, quod, referente ex *Schardio in Narrat. de dictâ Electione & Coronatione Goldaſto l.* 3. *de Regno Bohem. cap.* 6. *num.* 26. tunc ſede

ita

Google

ita vacante Capitulum Colonienſe citatum; ejuſque A. Legatio ab Electoribus in conſeſſum tamdiu admiſſa fuerit, donec novus Elector procuratorium Legatis illis proprio nomine transmiſerit. *Sed dicendum forte*, non ad electionis actum, ſed alias deliberationes illud capitulum citatum, ejusque Legatos admiſſos fuiſſe, quoniam electio ipſa, ut dictum, uſque ad novi Archiepiſcopi electionem & adventum ipſum dilata fuit.

Nos inter has opiniones ob præmemoratas rationes & praxin primam amplectimur.

Quæri hic ſolet (3.) An Elector Secularis ante Inveſtituram huic Electionis actui efficaciter intereſſe poſſit?

Reſp. Affirmativa communiter probatur, ſi legitime ſit ætatis & prædefuncti Succeſſor legitimus ob ſequentes rationes.

Quia (1.) per ipſam Succeſſionem, virtute ſcilicet B. Regni & Principatus ſui in electione Regis Romanorum in Cæſarem promovendi cum cæteris Coëlectoribus ſuis, Jus, Vocem & Locum habet, & Elector eſt, ut Carolus IV. in *A. B. c. 7. §. 1. & c. 20.* latè diſponit. Inveſtitura verò ſaltem perficit id, quod jam ante validum eſt.

(2.) *Id per aliquot exempla*, utpote Chriſtiani I. Saxonis, Joachimi Friderici Brandenburgici & Friderici I. Palatini, immò etiam Eccleſiaſticorum Electorum, ex quibus ſaltem exemplum Friderici Archiepiſcopi Colonienſis ſupra allegatum adducimus, probatur: Uſus verò optimus Legum interpres eſt.

(3.) *Succeſſio* in Feudo Dominium & poſſeſſionem Vaſallo ſecundum Feudiſtas tribuit, qui verò legitimus Electoratus poſſeſſor eſt, Jus ſuffragii vel vocis in electione habet ſecundum *d. c. 20.* de quo latè agit *Limn. l. 3. c. 7. n. 3. & ſeqq.*

C. *Nec obſtat*, quod Electores Electionis actum aggreſſuri per fidem, quâ Deo & Sacro Romano Imperio obſtricti ſunt, jurare teneantur, ſe idoneum temporale caput Populo Chriſtiano eligere velle *d. c. 2. A. B. §. 1.*

Reſp. enim (1.) Carolum noſtrum ad caſum regularem, quando ſcilicet Electores jam ante inveſtiti fuerunt, & juramentum fidelitatis præſtiterunt reſpexiſſe, cum Legislator ſemper ad ea, quæ plurimum fiunt, in Lege ferenda reſpicere debeat *L. 3. & ſeqq. ff. de R. J.*

(2.) *Electores etiam* nondum inveſtitos Imperio ratione Feudorum ſuorum fide in genere obſtrictos eſſe, *licet* juramentum illud de fidelitate Imperatori principaliter & conſequenter & Imperio exhibenda, nondum præſtiterint & ſpecialiter ſe obligaverint. *Actus enim electionis & fides in eo jurato promittenda ſaltem eò reſpicit*, ut velint dignum vel idoneum Imperio caput pro intellectu ſuo & Dei adjutorio eligere; *quo etiam* abſque juramento tanquam originarii ſubditi propter amorem adverſus Patriam, & proprii commodi cauſâ obſtricti ſunt. D

(3.) *Quoad Seculares* fidem & fidelitatem à Majoribus præſtitam, *quoad Eccleſiaſticos verò* ſtatum & dignitatem illorum Religioſam hoc in caſu vicem & defectum præſtandi juramenti ſupplere: *qua etiam de cauſâ* hi Evangelium manibus ſuis corporaliter non tangunt, ut præſcriptum eſt in *A. B. d. c. 2. in pr.* & aliàs notum.

Nos quidem communi huic affirmativæ etiam ſubſcribimus, ſed cum illâ limitatione, ſi terminus electionis deſtinatus intra annum à defuncti prædeceſſoris morte incidat: quoniam ad inveſtituram petendam & impetrandam, omnibus illuſtribus perſonis ac Vaſallis annuum ſpatium præfixum eſt, ut patet ex iis, quæ habet *Limn. l. 4. c. 7. n. 3. & nos prac. 2. ſect. 2. c. 9. th. 7. expl. 2. n. 3.* tetigimus.

Quod ſi vero ultra illum terminum Conventus Electorum ad electionem perficiendam inſtitutus ſit, tunc Electorem, priusquam inveſtitus ſit, non admittendum juri convenit, *dum ita* ob neglectam Inveſtituram pleno Principum Imperii jure frui non poteſt. *Quod ſi tamen* Inveſtituram intra annuum ſpatium petierit, & ejus cauſa requiſitionis documentum vel indultum, Germanicè **Muth-Zettel** dictum obtinuerit, omninò admittendus eſt, *quod etiam Exemplum Ferdinandi I.* Bohemiæ Regis anno 1531. ita ad Conventum Electoralem Coloniæ inſtitutum admiſſi, & in Regem Romanorum electi, *probat, ut patet ex indulto illi à Carolo V. Imperatore conceſſo apud Goldaſt. d. l. 3. de Regno Bohemiæ c. 14. n. 7. & decreto Electionis illius in pr. apud eundem parte 2.* **der Reichs-Satzungen** *ad d. ann. 1531. f. m. 231.*

II. *Circa Salvum Conductum Electoribus vi Aureæ Bullæ c. 1. præſtandum, notanda ſequentia.*

1. *Occaſionem* ordinationi illi Caroli IV. dediſſe inteſtina Statuum tum inter ſeſe tum per crebras ex Electione duorum Romanorum Regum contrariâ inter illos orta odia, diſſidia & bella, nec non diffidationes tunc valdè uſitatas, ut ex hiſtoriis, & ipſâ *Aureâ Bullâ d. c. 1. §. 4. ſeqq. uti & ſeq. c. 17.* liquet. *Quò itaq;* Electorum, tanquam Archi-Principum & ad utilitatem publicam promovendam proficiſcentium ſecuritati conſuleret, ordinationem illam tàm operosè confecit & ſimul publicavit, in illaque ſimul ex prædicta cauſa Co-Electores ad Conductum illum tutò præſtandum ſub gravi pœnâ, de quâ ſeq. numero 5. dicetur adſtrinxit.

2. *Ejus ordinationis duo eſſe Capita*

(1.) *Securitatis* Electoribus ipſis & illorum Comitatui vel Legatis eorundem cum Comitatu tàm in itinere verſus Francofurtum ad Mœnum, & in hâc ipsâ urbe, quàm in reditu ad provincias ſuas præſtationem.

(2.) 2. *Victualium* neceſſariorum communi pretio iisdem ſine fraude concedendam & procurandam emtionem *d. c. 1. §. 3. & 22. cujus exempla parſimoniam veterum demonſtrantia vide apud Limn. ad A. B. Caroli IV. tit. 1. §. 3. obſerv. 6.*

3. *Iter & tranſitum* à quocunque Electore illis Electoribus, Principibus & reliquis Statibus, per quorum territoria & loca ſecundum tenorem *Aureæ Bullæ in d. c. 1.* præſcriptum, ille iturus eſt, *ante denunciandum, viamq; denominandam*, & ab illis literis & juramento Salvum illum Conductum promittendum eſſe ſub pœnâ ſimiliter d. numero 5. exprimendâ.

Formulas petitionis talis Salvi Conductus & Conceſſionis vide apud Goldaſt. **In den Politiſchen Reichs-Händeln.** *P. 1. n. V. tit. 7. & ſeqq.*

4. *Salvum illum Conductum non ſolum* per cujusvis Territoria, & neceſſitate exigente ulterius à Statibus Imperii ipſis in dicta ordinatione nominatis, *ſed etiam* à quibuslibet illorum ſubditis tam nobilibus, quàm ignobilibus præſtandum eſſe *d. c. 1. §. 2. & ſeqq. & in ſpecie §. 9. Ubi Imperator dicit*, licet omnes & ſinguli Principes, Comites, Barones, Nobiles, milites, Clientes, Civitates & immunitates ad præſtandum illum indiſtinctè obligati eſſe debeant; ſe tamen nihilominus eorum cuilibet ſingulares Conductus & Conductores pro Regionum & locorum adjacentiâ magis aptos deſignare voluiſſe.

5. *Pœnas tàm* Salvum Conductum præſatis Electoribus, aut ipſorum Legatis cum Comitatu negantibus, vel præſtare negligentibus, *quàm* iisdem hoſtiles cuſtodias tendentibus, inſidias parantibus, aut vim ipſam inferentibus in *d. c. 1. poſitas eſſe ſequentes:*

In

Digitized by Google

In ſalvum Conductum violantes vel denegantes, *ſi Vaſalli ſint*, pœna perjurii, & privatio Feudorum ac omnium bonorum; *ſi Communitates* amiſſio jurium, privilegiorum & libertatum, item bannum & proſcriptio Imperialis ipſo facto imminens; *& in Electores in ſpecie* ſimul amiſſio ſuffragii in electione iſtâ & conſortii Electorum.

Pœna verò hæc ordinaria ceſſat, ſi Electores vel illorum nuncii abſque denunciatione & determinatione tranſitus per alicujus territorium iter facientes, invadantur aut damno adficiantur, argumento *d. c. 1. §. 16. ſed Dominus ſaltem* ad reſtitutionem damni tenetur, quia quilibet in ſuo territorio tutum iter præſtare debet per vulgata, & ea quæ habet *Gail. l. 2. Obſ. 64. Mynſing. l. 5. obſ. 70. Gravetta conſil. 400. n. 15.* & Dd. communiter; quibus junge *R. J. de dato* Augſp. 1548. §. ferner noch zu mehrer ꝛc. *& de anno* 1555. §. Nach dem aber ein Jeder. ꝛc.

Quod ſi verò illi viâ inſolitâ incedant, neque ad illam Dominus territorii tenetur *ſecundum eoſdem dd. ll. & quidem Gail. n. 11. Mynſing. n. 4. & Friſch. de Regali viarum publicarum jure c. 6. n. 35. & ſeqq. nec non Arum. ad A. B. Diſcurſu 7. th. 22.*

De quo tamen etiam legi poteſt Limn. ad Eandem c. n. §. 4. obſ. 5.

Sedulo tamen in delinquentes inquirere, & captos debito afficere debet ſupplicio, ne illud omittendo ſuſpicionem colluſionis & conſequenter pœnam fractæ pacis incurrat.

6. *Salvum iſtum Conductum hodiè quidem* ab Electoribus & illorum Legatis per loca conductui deſtinata neceſſariò & ſemper peti non ſolere, *quoniam* Pax Puplica per Dei gratiam ſatis firmata in Imperio eſt: *interim tamen Jus vel debitum illud ſublatum non eſſe; ſed vel* exigente neceſſitate ab illis, qui iſtum præſtare debent, omnino exigi poſſe, *vel etiamnum* pro libitu exigi *ita tamen*, ut juratoria cautio plerunque omittatur, *ſicuti patet ex literis petitoriis* talis ſalvi conductus, à Matthiâ Bohemiæ Rege anno 1612. 6. April. ad Joachimum Erneſtum Marchionem Brandenburgenſem *& ſimilibus* à Leopoldo Bohemiæ Rege ad Albertum Brandenburgicum anno 1657. 14 Julii apud *Limn. ad A. B. c. 1. §. 7. obſ. 10. & aliis* ejusdem Matthiæ ad Comites Wertheimenſes eodem anno 16. April. exaratis apud *eundem ad ſeq. §. 10. obſ.* 11. ubi etiam alias, quibus Idem jam Imperator factus, ut ſalvi conductus præſtatio omittatur, poſtulavit, refert.

III. *A Moguntino Archiepiſcopo* & Electore ita citati reliqui Electores ad præſtitutum tempus, nempè intra tres menſes continuos à die in literis expreſsâ numerandos in loco Electioni deſtinato vel Ipſimet, vel per Legatos *Comitatu quidem Statui & Principalibus illorum congruo, non tamen ducentos equites interque eos 50 armatos excedente, & hi quidem* cum patenti mandato plenam & liberam eligendi poteſtatem in ſe continente comparere debent ſub pœna amiſſi, quo ad illum actum Electoralis ſuffragii *d. c. 1. §. 18. & ſeqq.* de quo etiam legi poteſt *Dietericus in Notis ad hunc locum. Ubi refert*, numerum illum ſæpè transgreſſum & quidem ex *Modii Pandect. Triumph. Tomo I. l. 4. c. 24. f. 187.* in electione Maximiliani II. anno 1562. Francofurti factâ, illum cum Regina 900. Electorem Moguntinum 360. Palatinum 364. Saxonicum 802. Brandenburgicum 452. in Comitatu habuiſſe.

Verum notandum numerum illum in Comitatu illo non Electionis 24. Novembr. ſed inaugurationis ultimo ejusdem ſubſecutæ tempore ſic exiſtenti recenſeri, ut ex illo clarè pateſcit; ſiquidem præced. f. 176. titulum illum format: ſequuntur nomina Principum, Comitum, Baronum, Nobilium, Doctorum Virorum &c. omnium, qui huic ſuperiori inaugurationi Francofurti aſſuére; & in ipſa conſignatione multos Principes Eccleſiaſticos & ſeculares, immò privatos etiam refert; *Quod & verbotenus factum in deſcriptione illius actus apud Goldaſt.* In Politiſchen Reichs-Händeln *P. 1. n. 9. f. m. 80. & ſeqq.*

A.

Ubi etiam ſub n. 13. f. m. 197. & ſeqq. ſimilem in actu tàm electionis, quàm Coronationis Matthiæ præſentium Electorum, Principum &c. Catalogum exhibet.

Catalogum Comitatuum, quem Leopoldus Ungariæ & Bohemiæ Rex, & quisque Elector, ac non comparentium Legati ad Conventum Electionis anno 1658. Francofurti inſtitutum ſecum duxére ſatis amplum & abſque dubio prædictum numerum excedentem *vide in Diar. Europæo d. parte 1. p. 630. & ſqq. multis.*

B. *Circa Legatos Electorum monendum* i. *illos* cum literis patentibus, ut jam in præcedentibus dictum, ſigillo majori ſigillatis, plenamque & liberam ac omnimodam poteſtatem continentibus ad eligendum Regem Romanorum mitti debere *A. B. d. c. 1. § 21. ita, ut* cum cæteris Electoribus ubilibet tractare & concordare ac concludere poſſint de perſonâ quacunque habili & idoneâ in Regem Romanum eligendâ, *tàm nominando, quàm in illam, quæ ab aliis nominata eſt, conſentiendo, uti latè in ſeq. c. 19. recenſetur*, de quo plura legi poſſunt apud *Limn. l. 2. c. 3. n. 65. & Jena de Elect. Imper. Diſp. 4. th. 6. lit. D. 2. Plures quidem Legatos* ab uno Electore mitti poſſe, illosque ad deliberationes admitti, *ſed Principalem ſaltem* electionis actui intereſſe, ut ex Deſcriptionibus illorum actuum notum & *ſeq. th. 8. expl. 3.* quoque notatum eſt.

IV. Electoribus ita omnibus vel illorum Legatis præſentibus Senatus Francofurtanus vel illius loci, ubi electio peragi debet, in virtute juramenti corporaliter præſtiti ſecuritatem tutelamque promittere, & ideò *non ſolùm* omnes alios peregrinos cujusque dignitatis, conditionis vel ſtatus exſtiterint abſque mora ex urbe dimittere, *ſed etiam* durante Electionis actu, neminem intromittere, ſub pœnis ſupra circa Salvum Conductum *n. 5.* memoratis *d. c. 1. §. fin.* C.

Formulam talis juramenti Anno 1519. *in Conventu Electorali Francofurti habito & aliam ibidem Anno* 1658. *ante Electionem præſtiti vide apud Goldaſtum* In den Politiſchen Reichs-Händeln *p. 1 n. 5. tit. 23. f. 39. & Auctorem Diarii Europæi parte 1. p. 807.*

Quod ipſum tam ſanctè obſervatum fuit, ut & maximorum Regum Legati Electionis promovendæ vel commendandæ causâ miſſi, vel non intromiſſi, vel jam præſentes exire juſſi fuerint, *ut de Legatis Regis Galliarum* tempore Electionis Anno 1519. refert *Goldaſt. in Polit. Imperiali p. 1. diſc. 1.*

D. *Plura ſimilia exempla omittendo referre hic ſaltem volumus in nuperâ Leopoldi I. Electione Electorale Collegium hoc in negotio diſpenſaſſe & Nuncio Apoſtolico, uti & Regiis, aliorumque Principum & Statuum Legatis, nec non Principibus & aliis Imperii Statibus ipſis præſentibus permiſiſſe, ne cum reliquis peregrinis uno tempore exire cogerentur, in ſpeciem vero indicaſſe, ut ſe ita paratos redderent, quo ad requiſitionem ulteriorem ſtatim excedere poſſent, ſicut ex ſequenti illius concluſo videri poteſt.*

DEmnach ein hochlöbl. Chur-Fürſtliches Collegium auß bewegenden urſachen für gut angeſehen / daß nach heute dato beſchehener Pflicht-Leiſtung hieſiger Stadt Franckfurt / alle diß Orts ſich befindende und zur Wahl nicht gehörige gemeine frembde Perſonen zwar außgeſchafft / wegen Ihr. Päpſtl. Heil. anweſenden Hr. Nuncii,

A. wie auch der Königlichen Geſandſchafften / Fürſtlicher Perſonen / und der Fürſtlichen und anderer Ständen deß Reichs Geſandten / und Deputirten aber / biß auff deß Chur Fürſtl. Collegii weitere Verordnung / vor dießmal nachgeſehen / jedoch derentwegen / durch den Reichs-Erb-Marſchalln zu hochermeldten anweſenden Päbſtl. Hr. Nuncio, Königlichen Geſandſchafften / Fürſtlichen und Reichs-Stands-Perſonen / und dann der Fürſtlichen und andern Ständen deß Reichs Geſandten / Deputirten und Abgeordneten / nach empfahung dieſes zu verfügen / und denſelben / mit mehrerm / glimpflich vorzuſtellen / und zu bedeuten / wasmaſſen deß heil. Römiſchen Reichs Fundamental-Geſätze mit ſich bringen / daß in allhieſiger Stadt Franckfurt / ſo lang ein Wahl-Tag wäre / niemand frembdes / auſſer der Chur Fürſten / oder deren Geſandten und zu B. ihren Hoffhaltungen gehörige Perſonen / darinn bleiben ſollen / allermaſſen auch allbereit wegen unverlangten außſchaffung deren jetztmals allhie ſich befindender frembder Perſonen gehörige Verordnung beſchehen / und zwar dann die Güldene Bull unter denſelben perſonen / keine *diſtinction* mache / ſo habe jedoch ein Höchſt. Löbl. Chur Fürſtliches *Collegium*, auß gewiſſen urſachen vor dießmal und dergeſtalt / daß es der Güldnen Bull ohne Nachtheil ſeyn / auch ins künfftig zu keinen *præjudiz* noch *conſequenz* gereichen ſolle / mit ob hoch- und wolgedachten der Päbſtl. Heiligkeit / Königlicher / wie auch der Fürſten und Ständen Geſandten / und Fürſtlichen und Reichs-Stands-Perſonen / in ſo weit *diſpenſiren* wollen / daß ſie biß auff weitere Anſage / in hieſiger Stadt verbleiben / inmittels aber ſich gefaſt ma- C. chen / und halten mögen / auff daß Sie / ſo bald Ihnen fernere Ankündigung geſchehen wird / Sie denen Fundamental-Reichs-Geſetzen / und alt-üblicher *Obſervanz* Sich auch Ihres Theils bequemen und gegen ſolche Zeit / biß nach verrichter Wahl / Sich ebenmäſſig hienauß verfügen / Geſtalt ein Chur-Fürſtl. Collegium auß freundlich und gnädiger wolmeynung ſolches in Zeiten anfügen zu laſſen / vor gut angeſehen habe. Signatum Franckfurt den 12. 22. Junii 1658.

(L. S.)

Chur. Mäyntziſche
Cantzeley.

Sicuti etiam illi omnes cum ſuo famulitio permanſerunt, uti ſimiliter ex ſequenti Senatus Francofurtani decreto patet:

D. Demnach der Hochwürdigſt. Durchleuchtigſt. deß H. Röm. Reichs / bey dieſem Wahl-Tag / anweſender Herren Chur-Fürſten / Chur-Fürſtl. Gn. und durchleuchtigkeiten / auch der abweſenden höchſt anſehnlichſte Herren Abgeſandte und Bottſchafften / einem Edlen / Ehren-Veſten und hochweiſen Räth gnädigſt anzeigen laſſen / daß Sie nechſt kommenden Donnerſtag den 8. 18 dieſes Monats Julius, zu der Wahl eines Römiſchen Königes / und Künfftigen Käyſers / würcklich zu ſchreiten / und dieſelbe vorzunehmen gnädigſt entſchloſſen: Als läſt Ehrengedachter E. E. Hochweiſer Rath / krafft deren / nach inhalt der Gülnen Bull / dem höchſtlöblichſten Chur Fürſtl. Collegium geleiſteter Eydes-Pflichten / alle und jede frembde / ſie ſeyn auch wer ſie wollen / und welche in höchſtgedachter Herren Chur Fürſten Comitat, nicht gehörig / dahin ernſtlich / und nach befindung / bey Leibs oder anderer Straff erinnern / und denenſelben anbefehlen / daß Sie ſich Morgenden Dienſtag bey Sonnenſchein von hinnen hinweg / und auß der Stadt begebẽ / auch kein Bürger oder Beyſaß Jemandẽ ſolcher Frembden / bey gleichmäſſiger Straff / einigen heimlichen Unterſchleiff oder Auffenhalt geben / ſondern dieſelde von ſich ab und außſchaffen ſollen. Ingleichen ſoll männiglich Sich / in Zeit ſolcher Königl. Wahl / auff den Gaſſen ſonſten alſo ſtill verhalten / daß E. E. hochweiſer Rath gebührende Andung vorzunehmen / nicht urſach haben dörffte. Wornach ſich ein jeder zu richten / deme alſo gehorſamlich nachzukommen / und für ſtraffe ſich zu hüten wiſſen wird.

Ne tamen illa conceſſione præjudicium Aureæ Bullæ & Electorum juri crearetur, non ſolum prædicto concluſo, ſed etiam ſingulari ſequenti Electorali Decreto proſpectum fuit.

Ob wol ein hochlöblich Chur Fürſtlich *Collegium* auß ſonderbahren erheblichen urſachen vor dißmal hat geſchehen laſſen / daß ſo wol außwärtiger Potentaten und Republiquen Bottſchafften / Geſandte und Abgeordnete / als auch andere allerhand Standes Perſonæ publicæ, bey jetzigen wehrender Capitulations; und andern zu der Wahl gehörigen deliberationibus ſich allhier in Franckfurt am Mayn auffgehalten / ſo ſol doch ſolches ins künfftig von niemands / weß Stands oder würden er ſeye / in conſequenz gezogen / oder aber wieder die Güldne Bull / die Chur-Fürſtliche præeminenz und in dieſem fall zuſtehenden ſonderbahren Rechts allegirt oder gemißdeutet werden / Geſtalten denn der Rath / Bürgerſchafft und gantze Stadt Franckfurt ſo wol / als auch andere Reichs-Städte / bey welchen / in entſtehendem fall hinfüro Wahl-Täge angeſtellet und gehalten werden möchten / hiemit alles ernſts und außtrücklich bey Vermeydung der deßhalb in der güldnen Bull geſetzten Straff und pœn erinnert / und verwarnet werden / daß ſie ins künfftig / wenn ein Wahl-Tag außgeſchrieden ſeyn wird / auſſerhalb die Herren Chur Fürſten / und welche ſich in deroſelben Suiten zu würcklichem Dienſt und auffwartung befinden werden keine Perſonas publicas, ſie ſeyn wer ſie wollen / außwärtige / oder zum heiligen Römiſchen Reich gehörige / einlaſſen / noch ihnen bey annahnenden Wahl-Termin auffenthalt verſtatten ſollen / dehme ſie allerſeits alſo nachzukommen und ſich vor jetzt gedachter Straff zu hüten wiſſen werden; Und iſt zu mehrer gewißheit / und damit ſich niemand deßhalben mit der Unwiſſenheit zu entſchuldigen habe / dieſes Decretum Collegii Electoralis nicht nur dem hieſigen Rath in formâ probante inſinuiret / ſondern auch denen vornehmſten Reichs-Städten zu wiſſen gemacht / auch über dem der Capitulationin anzutrücken befohlen worden / So geſchehen Franckfurt am Mäyn den 27 Iunii 1658.

(L. S.)

Churfürſtl. Mäyntz.
Cantzley.

V. *Quomodo in Comitiis Imperii Univerſalibus ordinatio Taxæ confici ſoleat prac. P. 2. ſect. 2. c. 9. th. 21. in expl. n. 2. dictum.* *In Comitiis verò hiſce Elector Saxoniæ*, ſi præſens eſt, per deputatos ſuos, Vice Mareſchallum de Pappenheim, & deputatos ex Senatu illius loci, *abſente verò Electore*, dictus Vice-Mareſchallus cum deputatis Senatus ante Electionem ordina-

ordinationem talem cum politicâ conjunctam conficit, & ſuo nomine publicat, ut in nuperâ Electionis congregatione Francofurti factum eſt, referente auctore *Diarii Europæi d. p. 1. p. 953. & ſeq. Quanquam etiam in ſimili Conventu Senatus Francofurtanus ſolus anno 1612. talem ordinationem publicavit, ut recenſet Goldaſt. d. p. 1. n. 11. f. m. 90. & ſeq.* A.

Poſt Electionem verò etiam Imperator talem ſuo nomine confectam publicare ſolet, cujus Exemplum in Matthia idem Gold. ſeq. n. 14. f. 131. & ſqq. & in glorioſiſſimo Leopoldo I. idem Auctor Diarii p. 951. refert.

TH. IIX.

Concomitantes ſunt, quæ ipſam Electionis perfectionem concernunt, & ſunt (1.) Confectio Capitulationis ab Electo poſtea Rege Romanorum vel Imperarore juramento confirmandæ & pro cynoſura in Regimine habendæ. (2.) Obſervantia temporis Electioni perficiendæ in Aurea Bulla definiti. (3.) Indictio illius diei & proceſſio Electorum ſolennis ad templum, in quo Electio peragenda. (4) Peractio Sacrorum & conſueti juramenti coram altari præſtatio. (5.) Repetita breviter propoſitio de eligendo capite & modus ſuffragia ferendi, colligendi, ac Electionem finiendi. B.

Explic.

I. *CApitulationem Regiam vel Imperatoriam ante Electionis actum ab Electoribus, & quidem ſaltem* ſex (excluſo ſcilicet Rege Bohemiæ, qui non C. ſolùm confectioni huic, ſed etiam omnibus Electorum Conventibus præter ipſum electionis negocium & actum ex longa obſervantia non intereſt, ut Politicis notum eſt, & inſuper apud *Limn. Tom. 4. l. 3. c. 8. n. 21. ac ad A. B. Caroli IV. in Prolegom. ſect. 4. n. 3. & prac. p. 2. ſect. 2. c. 9. th. 25. in expl.* legi poteſt) *conficiendam eſſe res ipſa loquitur, quoniam ab electo Rege vel Imperatore, ſi præſens eſt* (ut hactenus plerumque contigit) *ſtatim poſt factam ei electionis denunciationem in conclavi Electorali templi illius juramento confirmanda eſt*, ut ex relationibus Electionum, & in ſpecie nuperrimâ Invictiſſimi Imperatoris Leopoldi I. ab Auctore *Diar. Europ. d. parte 1. p. 804. 862. & 872.* factâ conſtat. *De quo etiam agit Carpz. de L. Reg. Germ. cap. 11. ſect. 9. num. 20. & ſeqq.*

Circa quam ex illo Diario d. p. 862. id præcipuè notandum, capitulationem illam Suæ Majeſtati aliquot D. diebus ante electionem in Curiâ ab Electoribus communicatam & in conſilium adhibitis tribus ſecretioribus Conſiliariis in peculiari Conclavi probè ponderatam fuiſſe. *Si verò Electus abſens ſit* (ut in Electione Caroli V. factum) *ab illius Legatis plenipotentiariis communicatione factâ nomine Principalis interim juramento approbanda eſt, donec Principalis ipſe illam ante Coronationem juratò confirmet*, ut tunc etiam factum eſt, referente *Gold.* **In den Politiſchen Reichs-Händeln** *d. part. 1. n. 5. f. 44. 48. & 50. Aliud ſingulare in electione Ferdinandi III. in Regem Romanorum accidit; tunc enim Electores* in Conclavi Templi, poſtquam Moguntinus quædam de obſervantia propoſuiſſet, ſtipulatâ manu jam ante factæ Capitulationis obſervantiam juramenti loco promiſerunt, hoc adjecto, ut ſi quis ex iis, puta Secularibus, in Regem Romanorum eligeretur, ille

A. eandem ſtrictè, & loco juramenti corporaliter præſtiti tenere velle, ut patet ex relatione illius electionis apud *Carpzov. de Lege Regia Germ. c. 11. ſect. 9. n. 35. p. m. 782.*

Eſt enim Capitulatio iſta (à diverſis capitulis in illâ comprehenſis, ut latè demonſtrat Limn. ad Capitul. Caroli V. in prolegom. Sect. 1. ſic dicta & in Gravaminibus Paſſavii anno 1550. exhibitis obligatio Cæſarea nominata) nihil aliud, quàm Conventio de futuro regiminis & Poteſtatis modo ab Electoribus & Electo facta, ac ab hoc ad firmam obſervantiam præſtandam corporali juramento roborata.

Quo verò tempore illa primùm introducta fuerit non adeò liquet: Alii ſiquidem illud tempore Henrici IV. factum; Levi tamen principio (de quo conſuli poteſt *Hordled. in commentatione ſuper illa apud Goldaſt. in Politic. Imperial. parte 12. n. 2.*) *Alii contra* il- B. lam jam ante Caroli M. tempora uſitatam (de quo *Limn. ad Capitul. Caroli V. in Prolegom. ſect. 3. n. 15. & ſeqq.* legi poteſt) *Alii porrò* ſub Cunrado I. cùm Imperium Arnolpho ultimo Carolinæ ſtirpis Imperatore mortuo iterum verè electitium fieret, primùm uſurpatam (de quo conſuli poteſt *Fibig. in Electis Semidec. 6. quæſt. 2. & Sinold. in Colleg. ?. P. Vol. 1. Diſp. 4. th. 1. L. F.*) fuiſſe contendunt.

Itaq; & nos hic nihil certi ſtatuere volumus, illud ſaltem monentes illius primordia fuiſſe exigua, ut ex *Speculo Saxon. l. 3. art. 54. & iis, quæ Limn. d. l. Sect. 6. habet, ac Bircken. in Hiſtor. Auſtriacâ l. 5. c. 33. f. 953. in electione à Maximiliano I. juramento promiſſa fuiſſe refert*, perſpici poteſt.

Latiorem tamen formulam jam anno 858. uſurpatam fuiſſe ex *Lehman. l. 2. Chron. Spir. c. 4.* dignoſcitur, ubi plura legi poſſunt.

C. *Meretur etiam legi Fibig. d. l. ubi per aliquot diſtinctiones dubium hoc reſolvere ſtudet.*

Quicquid tandem ſit, fatendum omninò eſt, ante Caroli V. electionem Capitulationem in ſpecie ſic dictam, in quâ ſcilicet Imperatori ab Electoribus certa regiminis & poteſtatis norma per talem conventionem præſcripta eſt, non reperiri, *quod etiam Limn. d. Sect. 3. n. 5. & ſeq. ac Bæcl. in Notit. Imperii l. 12. c. 3. concedit, ut inde fortè non erroneè dicatur in ejus electione illam primò introductam eſſe, præſertim*, quia Elector Saxoniæ Fridericus apud *Sleidan. l. 1. p. m. 24.* in ſuffragio ſuo dicit, ſibi placere ut Carolus renuncietur Cæſar, verum tamen certis legibus (ſub quibus omninò capitulationem intellexit) ut Germaniæ ſua libertas conſtet.

Ubi notandum, quod ſecundum Inſtrumentum Pacis Art. 8. §. gaudeant &c. in proximis Comitiis Imperii Univerſalibus certa conſtansq; Capitulatio cum omnium D. *Statuum ſuffragio perfici debuit, ejusq; initium Ratisbonæ anno 1653. cum Ferdinandus IV. glorioſiſſimæ recordationis in Regem Romanorum eligendus, & Francofurti anno 1657. & ſeq. cùm Conventus Electoralis ad eligendum Imperatorem inſtitutus eſſet, factum (uti quo ad prius apud Limn. Tom. V. l. 1. c. 12. n. 14. quo ad poſterius apud Spreng. in Inſtit. Juris Publ. l. 1. c. 28. legi poteſt.) & forte in adhuc durantibus reaſſumtis Comitiis ad effectum deducetur. Quo facto illa non amplius conventio, ſed Lex vel Sanctio Pragmatica appellanda erit, ut jam prac. p. 2. ſect. 2. c. 4. th. f. in expl. monuimus.*

Quæritur hîc 1. An Capitulatio hæc aliquid detrahat Majeſtati?

Reſp. Negativa uti communior ita verior eſt, probaturq;

(1.) *à fine*, qui eò tendit, ut Reipubl. tantum conſulatur, non verò Majeſtati aliquid detrahatur;

Cum enim Imperator etiam optimus multis de cauſſis poſſet inverti, ut præc. p. 1. c. 10. th. 5. expl. 2. fusè deductum, & in ſpecie per quàm difficile ſit, in ſummâ fortunâ non abripi licentiæ ventis, ad talem eò melius ad bonum, æquum, juſtum & Reipubl. commodum deducendum præſcriptio certarum Legum, in quarum obſervantiam jurare debet, adinventa eſt, quo juxta eas, tanquam cynoſuram, actiones ſuas publicas potiſſimum inſtituere debeat, quod etiam omni tempore quodammodo in Imperio noſtro obſervatum eſt, ut patet ex *Lehmanno & Hortled. dd. ll. nec non Pufend. de Jure Natur. & Gent. l. 7. c. 6. §. 9.*

Abſit ergò, ut ſtatuamus illum ſolum Majeſtate præditum eſſe, cui effrenis & omnimoda etiam mali perpetrandi competit poteſtas, aliàs enim illa non niſi Tyranno vel ad minimum dominatori competeret. Cum etiam Principi ſummo pro diminutione habendum non ſit, ſi non omnia faciat, quæ poſſit, ſecundum *Mæcenatem apud Dion. l. 52. f. m. 492. Majeſtas enim non ſolum in abſolutâ, verum etiam ſaltem ſummâ ejus Reipubl. cui præeſt, poteſtate conſiſtit*, maximè in electitio principato, in quo populus, vel qui ipſum præſentant, tantum, quantum volunt, pro Status ſui conſervatione & commodo, in principem conferre poſſunt, *& nemo Principum conqueri poteſt, ſibi illud adimi, quod nunquam obtinuit, ſed per Conventionem juratam, ut innuunt omnium Capitulationum proœmia, ultro remiſit. Majeſtatem ſiquidem Imperantis ea ſaltem minuunt, quæ ipſi* per Leges & juſſa Populi aut Procerum præſcribuntur, vel poſt jam traditum detrahuntur Regnum vel Principatum, adeòque poteſtatem jam acceptam ac exercitam reſtringunt, ut etiam *præc. p. 1. c. 1. th. 2. expl. 4. n. 1. præc. c. 1. th. 11. expl. 4. in reſponſ. ad rationem 2. docuimus.*

Nam veriſſimum eſt Majeſtatis proprietatem non ex ſpeculativis Philoſophorum imaginationibus & placitis, ſed prudentum hominum, ſecundum cujusque Regni conditionem conditis Inſtitutis metiendam & ſic quoque Imperatoris Noſtri Majeſtatem non ex aliorum regnorum, ſed noſtris Legibus fundamentalibus, adeoque ex modo habendi dijudicandam eſſe, & ſufficere, ſi ejus poteſtas in Imperio noſtro ſit ſumma, ut præc. c. 1. th. 5. expl. 4. demonſtratum eſt, & benè docet Sinold. d. D. 4. th. 1. lit. F. & Limn. in annot. ad Capitul. Caroli V. in Prolegom. ſect. 5. n. 25. & 26 ubi tradit ex eo, quod alibi Majeſtas eminentior ſit, majeſtatis reſtrictioris ſummitati nihil detrahi, *ſicuti* & montis alicujus ſummitati vel cacumini per alterius montis excelſiora juga nihil decerpitur, quia quilibet mons licet diverſæ altitudinis nihilominus cacumine ſuo fulget. *Et majeſtatem cum libertate hic in eo comparat*, quod quemadmodum illa in libero homine eſt facultas naturalis ejus, quod cuique facere libet, niſi quod vi aut jure prohibetur: ita etiam majeſtas in magiſtratu ſummo ſit facultas peragendi quicquid velit, niſi quod vi & jure prohibetur. *Quibus meritò addendus Hornius in Architect. c. 10. ſect. 4. & 7. ubi* in priori loco quod de ita impedita facultate Limneus cum aliis tradit, in dubium quidem vocat, ſtatuens, illo poſito ſimul ponendum majeſtatem ita fieri mancam, ideòque potius dicendum eſſe exercitium quotundam majeſtatis jurium ſaltem ſuſpendi. *Sed fortè* tolerari poteſt illa comparatio, quoniam iſtâ ſaltem oſtenditur, principem talem liberâ tantum & non omni, puta reſtrictâ, privari facultate, quo ipſo majeſtatica quædam jura toti majeſtati non adimuntur, ſed cum conſenſu procerum omninò caſu emergente pleno modo exercentur vel uſurpantur, quæ cum ſequentibus ab illo relatis planè congruunt. *Quod etiam pro more eleganter demonſtrat Pufend. d. c. 6. §. 10. ut in relectione poſtea obſervavimus,*

A. *Et ergo majeſtas definienda non abſolutè ſed relativè in qualibet ſcilicet Republicâ ſumma Poteſtas.* De quo etiam legi poteſt *Grot. de Jure Belli & Pac. lib. 1. cap. 3. n. 16. Horn. d. ſect. 7. Sluter in Animadv. ad Hipp. à Lapide p. 1. cap. 1. n. 7. & ſqq. Pufend. d. §. 10. ubi demonſtrat abſolutum & ſummum unum & idem non eſſe.*

(2.) *Ab exemplis aliorum Regum* Majeſtatis jura habentium & tamen certis fundamentalibus Legibus vel Capitulationibus obſtrictorum, quæ latè inducit *Arum. Tom. 1. Jur. Publ. diſc. 1. & 2. Norderm. de Jure Princip. concl. 5. Carpz. de Lege Regia cap. 1. ſect. 3. n. 12. & ſq. Reink. lib. 1. cl. 3. c. 9. n. 22. & ſqq. Limn. ad Capitul. Caroli V. in proleg. ſect 9. ac Fichlor. de Imperio abſolutè & relativè conſiderato Memb. 1. Sect. 2. th. 1. n. 3. & in genere tangit Pufend. d. §. 9.*

B. *Plura vide apud Manzium de Fundam. Urbis & Orbis p. 2. tit. 1. §. 5.*

Nec obſtat, quod vigore Capitulationis Imperator maximè ponderoſa negotia ſine Electorum conſenſu perficere nequeat.

Reſp. enim id ideò fieri, quia (1.) Imperator per Conventionem in Capitulatione, ut dictum, ſe libera voluntate ad id adſtrinxit, & quod ita cum Conſultatione & Conſenſu Electorum, tanquam ejus & Imperii Conſiliariorum placuit, nihilominus ſub ejus auctoritate & nomine in effectum deducitur. ſicut *præc. cap. 1. th. 5. expl. 4.* deductum eſt.

(2.) *Illud ea propter*, ut etiam ſupra dictum eſt, non ad minuendam Imperatoris auctoritatem, ſed cum majori prudentia & judicio res graviſſimas, prout decet, tractandas ita peragitur.

Licet vero affirmativam omni conatu & ſeq. potiſſimum argumento defendere conetur Fibig. in Elect. Juris Publ. ſemidec. 7. quæſt. 3.

C. *Quodcunque Majeſtatis jura Imperatori imminuit, id omninò Majeſtati Ejus detrahit.*

Atqui verum prius. Ergo & poſterius.

Minorem vero probat ita:

Quod Poteſtatem ſanciendorum fœderum, jus belli indicendi, pacis ineundæ, jus telonitorum, & vectigalium concedendorum, jus ferendarum & abrogandarum Legum & ſimilia reſtringit, illud jura Majeſtatis Imperii imminuit.

Sed verum prius, ut ex Capitulationibus Imperatorum clarè pateſcit.

Ergo & poſterius

Sed Reſponſio ex præcedentibus facilè formanda vigore quorum Conſequentia Majoris planè negatur:

Nam non illud, quod aliquid reſtringit, ſed quod planè adimit, Majeſtatem minuit, ſiquidem reſtri-
D. ctio illa, ut jam dictum, ſaltem majoris cautelæ cauſa adhibetur, & nihilominus illa negotia ſub auctoritate & nomine Imperatoris, ut pote qui ſimul ſemiſſem in ſuffragiis latis facit, & quidem ſub annexa poteſtatis plenitudine, expediuntur, ſicut *d. parte 1. c. 6. th. 2. explic. 6.* fusè deductum eſt.

Et Chriſt. VVinzlerus in Velitat. contra Buchananum ac Hobbeſium de Cive cap. 7. n. 17. abſonum eſſe ſcribat, Majeſtatem cœlo oriundam & incunabula ſua Deo debentem pro libitu à ſubditis minui & divinum factum humanæ exponi libidini, quæ profana decerpat manu, quod attrectare nefas eſt.

Attamen ad illa etiam facilis eſt reſponſio: *Concedendo* quidem Majeſtatem quatenus denotat perſonam ſummi Principis ſanctè colendam & minimè violabilem, à Deo eſſe: *Negando* verò omnia ejus attributa vel jura ex eodem fonte emanare,

ſed

ſed potiſſimum humana inventa, adeòque ratione horum ex modis habendi Majeſtatem dimetiendam eſſe.

Jam verò nemo aſſerere poteſt, Imperatori ob reſtrictam illam poteſtatem debitam venerationem denegari, quia ut dictum omnia Imperii negotia & jura ſub ſuâ Auctoritate & nomine expedit, à toto Imperio & ſingulis ejus membris majeſtatis ſuæ nomine honoratur & colitur ut *d. c. 6. th. 2. expl. 6.* ſimiliter latè demonſtratum eſt.

Nec obſtat, quod adverſarii regerunt 1. *Sam. 8. v. 8. & ſqq.* jura illa Majeſtatica pleraque deſcribi, atque a Deo præſcribi.

Reſp. enim à Samuele illa Populo Iſraëlitico quidem propoſita & conſtituta, ſed non tanquam à Deo ipſo lata, verum quatenus vicini Orientis Reges iis ex obſervantia & facto humano uſi fuerint, talemque adeò poteſtatem Regibus Iſraëlitarum à Deo non tanquam ex privilegio & peculiari gratia conceſſam, ſed in pœnam Populi permiſſam fuiſſe, ut etiam *præc. p. 1. c. 9. th. 10. expl. 3.* demonſtratum eſt.

Quæritur 2. Quia ita Electores nomine Imperii non modo Imperatorem eligunt, ſed etiam per Capitulationem ad certam regnandi aſtringunt normam, ac quandoque pro ejus meritis planè deponunt: Annon Imperium ideò Imperatore ſit majus?

Reſp. Negativa verior eſt, & probatur ſqq. fundamentis (1.) *quia* omnis poteſtas eſt à Deo, & qui ei reſiſtit, ordinationi divinæ reſiſtit ad *Rom. 13. v. 1. & 2. ad quem locum d. p. 1. c. 9. th. 10. expl. 1. in f. quadam egregia ex Cunero addnximus.*

quia (2.) apud Imperatorem non verò Status Imperii, ut præc. *c. 1. th. f. expl. 4.* deductum, vera reſidet majeſtas, & ideò omnes & ſinguli Status eundem majeſtatis & Domini clementiſſimi titulo in dictis & ſcriptis honorant, ut inter alia ex *R. J. de dato* **Speyer** 1529. *§. 1. & R. J. de dato* **Regenſpurg** 1566. §. **Und nach dehm** *& multis aliis conſtat & d. expl. 4.* deductum.

(3.) *Imperator* in omnes Status jurisdictionem ſuam exercet, ut ſimiliter d. l. demonſtratum.

(4.) *Idem Reges creat*, & Statibus ſummas dignitates confert ut *ſeq. cap. 4. th. 8. in explicat.* docuimus.

(5.) *Idem ſua anctoritate* omnia majeſtatis jura & quidem cum adjecto ex plenitudine poteſtatis exercet, ut *præc. quæſt.* dictum. *Et ideircò in Receſſibus Imperii* ſuum Nomen Imperio præponit hiſce formalibus **Unſer und deß heiligen Römiſchen Reichs** auctoritet &c. Item **Unſer / und deß heiligen Römiſchen Reichs Stadt, ꝛc.** ut tuſè legi poteſt apud *Reink. l. 1. cl. 5. c. 9. per totum & in ſpecie n. 35. & 36. Fibig. Semidec. 8. q. 1. & diſſentientem Limn. Tom. V. ad l. 1. c. 12. n. 19. p. 180. ubi tamen variationem hâc in re demonſtrat.*

Plura d. c. 1. th. f. expl. 4. & apud *Stilerum in Diſput. Inaugur. de Jure Majeſt. in genere. VVizendorf. in Diſcurſ. de Statu & Admin. Imperii concl. 5. in f. Stamler. de Reſervat. Imper. §. 25.* legi poſſunt.

Nec obſtat quod (1.) *Conſtituens* conſtituto ſit ſuperius juxta vulgarem Philoſophicam regulam.

(2.) *Dependens* minus ſit eo, à quo dependet. Quo reſpectu *Seneca* *Neroni* dixit: *Non Rempubl. Principis eſſe, ſed Principem Reipubl. lib. 1. de clement. cap. 19.*

(3.) *Prius* poſteriori ſit ſuperius: ſubditi verò priores ſint imperante.

(4.) *Beneficiarius* benefactore minor ſit; Imperator verò tanquam beneficiarius imperii audiat.

(5.) *Imperator* Imperio & Statibus juramento fidelitatis ſit obſtrictus, *ut probat Limn. d. c. 12. n. 20.*

A. *ex Declar. Pacis publ. de anno 1500. tit.* **Von auffgerichtem Land-Frieden.** *de anno 1521. & 1548. titulis iisdem.*

(6.) *Imperator* Imperio & Statibus rationem rerum geſtarum reddere teneatur, quoniam ſaltem adminiſtrator Imperii eſt. *R. J. de dato* **Augſpurg.** 1559. *in pr. Capitul. Ferdinandi I. in proœm. Maximil. II. art. 15. Rudolphi II. art. 32. & reliquorum Imperatorum.*

De quibus omnibus latiſſimè legi poteſt Limn. d. l. 1. c. 12. n. 20. & ſqq. & d. Tom. V. ibidem & Gaſtelius de Statu Publico Europæ c. 7. à n. 41. uſq. ad n. 62. ubi ſtrenuè defendit Imperatorem non Imperio ipſo in illo tamen ſuperiorem eſſe, & ad contraria latè reſpondet.

Reſp. enim ad (1.) Regulam illam univerſaliter veram non eſſe, ſed multas pati exceptiones, *inprimis verò* B. hic inſpiciendam eſſe agentium intentionem. *Licet enim quis*, antequam conſtituatur ad quid, minor ſit conſtituente, *attamen* non ſequitur, illum ſemper minorem vel inferiorem conſtituente permanere, quoniam, ſi intentio conſtituentium id ſecum ferat, etiam ſuper illos poni & conſtitui poteſt, *E. gr.* cum Populus Romanus in Principem omne jus ſuum conferret, illum etiam omninò ſupra ſe conſtituit, ut patet ex *§. 6. Inſt. de Jur. Nat. Gent. & Civ. & l. 1. in pr. ff. de Conſtit. Princip. Sicuti ſimiliter* Cardinales & Monachi Pontificem ac Epiſcopum electum ſupra ſe ponunt. *Cum verò rurſus* Princeps ille Præſides Provinciæ conſtitueret, illos contra ſub ſe & poteſtate ſua poſuit; *adeòque hic intentio & reſpectus agentium modum ſuperioritatis & inferioritatis, ut ita loquamur, ponit*, de quo etiam legi poteſt *Puſend. d. l. 7. c. 6. §. 6.*

Ad (2.) & (4.) Subſumtionem falſam eſſe, quo- C. niam Imperator à ſolo Deo dependet ut præc. *p. 1. cap. 6. th. 1. in expl. & cap. 9. th. 10. expl. 1. & 2.* deductum eſt.

Ad (3.) Negandum eſſe antecedens & conſequens. Et quidem illud ideò, quia id ceſſat in illo, quod *prius dignitate*, qualis eſt Rex in comparatione cum Subditis. Hoc verò ea propter, quia relata & correlata, qualia iterum ſunt Subditi & Rex, ſimul naturâ ſunt, & poſito uno, etiam alterum ponendum ſit, ut ex Logicis conſtat.

Ad (5.) Juramentum illud, quod ab Imperatore in delatione & commiſſione Imperii præſtatur (1.) non conſiſtere in præſtatione & obſervatione fidelitatis, ſed juſtitiæ & Legum fundamentalium. (2.) Non præſtari à jam conſtituto ſed conſtituendo demum Imperatore, idque non reſpectu alicujus Subjectionis, ſed vi conventionis voluntariæ, ut jam ſupra dictum.

D. *Ad* (6.) Ex eo, quod Imperator in d. l. vocatur Adminiſtrator Imperii, non concludi poſſe, illum Imperio eſſe minorem, non minus, quam alii Reges, in electivis Regnis, qui ſimiliter tales ſunt: *Vocantur enim tales ideo, quia* imperium & illa regna non in patrimonio, ſed ſaltem in fiduciario jure conſiſtunt ut *præc. p. 1. c. 4. th. 6. explic.* demonſtratum eſt, de quo etiam legi poſſunt Auctores in rationibus pro negativa n. 5. paulò ante allati.

II. *Quod tempus in A. B. Electoribus in loco electionis deſtinato comparentibus illi perficiendæ præfixum concernit, notandum breviter, illud in eâ ita* determinatum eſſe; ut Electores ſtatim ſequenti ab adventu omnium die diluculo templum Francofurtanum D. Bartholomæo ſacrum ingredi & peracta miſſa ac juramento præſtito electionis negotium (abſque dubio in conclavi templi,

der Sacriſtey / ut etiam hodie obſervatur, de quo tamen legi poteſt *Limn. ad A. B. c.2.* § 3. *obſ.2.*) aggredi, *& ſi* illud intra 30. dies ab illo die continuo numerandos non perfecerint, *in pœnam* poſtea non niſi panem pro cibo manducare & pro potu aquam bibere, nec urbem illam, antequam tale temporale caput Imperio vel unanimiter, vel ſecundum majorem ſuffragiorum numerum eligerint, egredi debere, ut *in c.2.* pluribus continetur, de quo etiam legi poteſt *Limn. ad hoc caput §.3. obſ.3.*

Ubi notandum 1. tempus illud ideò tam anguſto ſpacio & pœna illa adjecta munitum fuiſſe, *ut* pericula ex interregnis ſæpiùs orta evitentur, ad quem locum §. 3. *obſ.* 8. *ſcribit Limn.* quoniam Electores in hoſpitiis ſuis vel domibus conductis vivunt, neſcio quis ipſis imponere poſſit, ut panem manducent & aquam bibant. Lex illis hoc imponit, ſed executorem legis non reperio. 2. *A Pontificibus* ad ſimilitudinem hujus præſcripti ſtatutum eſſe, *ut Cardinales*, poſtquam conclave Papam electuri intraverint, ſi intra tres primos dies electionem non perfecerint, per quinque ſubſequentes dies tàm in prandio, quam cœnâ, uno tantum ferculo contenti eſſe, & elapſo iſto citra electionis perfectionem termino, *panem ſaltem & vinum cum aqua* tam diu, donec illa conſummata fuerit, recipere debeant, ut legitur *in c.3. de Elect. & electi poteſt, in 6. & L. 2. Sacror. Eccleſ. Rom. c.2. de Elect. & coronat.* Quibus adde *Decretum Clementis VI. de dato Avenion Anno* 1340. *apud Bancken in Româ Triumph. c.3. p.38. ubi ſeq. c.5.* de cauſa tam anguſti temporis nempe tumultibus, ſeditionibus & ſimilibus malis vacante ſede oriri ſolitis prolixè agit. *Rationem cur loco aqua ſimplicis etiam vinum* Cardinalibus exhiberi ſoleat Canoniſtæ reddunt, *quia hi* majori ſubtilitate & prudentia in eligendo ſuo Pontifice, tanquam Spirituali capite, quàm illi in eligendo ſuo Imperatore, ceu ſeculari capite opus habeant. *Et porrò* quod ideo ſubtilitate ſpiritus opus habeant, quia ſpiritus in ſicco habitare non poteſt. *c. Moyſes 32. q. 2.* *Egregia, ſi Diis placet, impulſiva!*

Cæterum de modo eligendi. Papam conſuli poteſt Bancken d. tr. c.3. & ſeqq. & in ſpecie de modo cibum dictum illis tradendi ſeq. c.6.

De Electione & Coronatione Felicis IV. dicti V. Pontificis Baſilea Anno 1439. *factâ & in ſpecie de modo cibandi Cardinales vide Modium in Pandect. triumph. Tomo I. l.4. f.151. & ſeqq. ubi f. 152. lepidam hiſtoriam de Archidiacono Cracovienſi* (qui Cardinalis etiam Detzelaus dictus fuit memorante *Ciaccomo in vit. Pontif. ſub illo Pontifice* vel Pſeudopontifice *f. m.911.*) *parcum iſtum cibum rejiciente & inter alia dicente: Ego Polonus ſum, ille Gallus, mihi ardet, illi friget ſtomachus, illi ſanitas, mihi mors jejunium eſt. Ego niſi multum comedam, & multum dormiam, citò deficiam, latè refert.*

Quæri hic ſolet: 3. An etiam in illo caſu, quo vivo adhuc Imperatori certis & gravibus de cauſis per electionem Rex Romanorum adjungitur, tempus illud triginta dierum, cum adjecta illa pœna tam ſtrictè obſervandum ſit?

Et Reſp. ſolet, hoc in caſu in diſpoſitionem non deducto, & inprimis ceſſante illa feſtinationis & pœnæ cauſa, ordinationem illam obſervandum non eſſe, idque eò magis, quod *Limn. paulo ante adducto loco* dubitat, an illa obſervata unquàm fuerit.

III. *Dies ille* ad perficiendam electionem tunc demum, quando alia omnia ad illam neceſſaria jam peracta ſunt, *à Moguntino Electore* ceu Directore & Decano Collegii, *pridiè indicitur, & tunc* expulſis ante peregrinis & reliquis ad Electorum Comitatum non

A. pertinentibus, *porta clauſa manent, Campana omnes circa horam matutinam ſextam vel etiam ſeptimam clangunt, ac Electores ſinguli in Curia Civitatis congregantur, quolibet illorum in ſuo conclavi amictum electoralem, & Eccleſiaſticorum quidem ex rubro panno, Secularium verò ſerico, una cum mitris confectum, & hermelinis pellibus ſuffultum induente, ac poſtmodum ante Curiam circa horam ſeptimam vel octavam equum egregiè ſtratum & ornatum conſcendente, & cunctis ordine ſequenti ad templum ſe conferentibus.*

In primo ordine Elector Moguntinus ac Trevirenſis, in ſecundo Colonienſis & Bohemus, in tertio olim Palatinus, Saxo & Brandenburgicus: nunc poſt Pacificationem Oſnabruggenſem & Monaſterienſem, *Bavaricus & Saxonicus, & in quarto Brandenburgicus & Palatinus, ſi ipſimet præſentes ſint, equitant: Si verò loco illorum quidam Legati comparuerint, Principales*

B. *illorum vices, quidem Dominorum in ſuffragiis ferendis, ſed non in ordine procedendi, ſedendi, ſubſcribendi & ſuffragandi gerunt, ſed, ut prac. p.2. ſect. 2. c.9. theſ. 17. expl. 1. plenius dictum, etiam præcedentium Electorum Legati præſentibus Electoribus hodiè cedunt.*

Ubi notandum: Singulis Electoribus præſentibus gladium in vagina reconditum à ſuis Mareſchallis hereditariis etiam equo vectis immediatè præferri, uti ex relatione Electionis Maximiliani II. & Matthiæ apud *Goldaſt.* **In den Politiſchen Reichs-Händeln** *part. 1. num.8. f. 67. & Polit. Imperialib. part.1. num.14. f.171.* & Electionis moderni Imperatoris apud *Auct. Diar. Europ. d. parte 1. p. 871.* legi poteſt.

IV. *Sacrorum peractio ita à Carolo IV. in A. B. d. c.2. in pr. ordinata eſt*, ut miſſa ſequentis ab adven-

C. tu omnium Electorum vel Legatorum diei diluculo in illorum præſentia cum invocatione Spiritus Sancti Francofurti in templo S. Bartholomæi celebrari & ſtatim juramentum præſtari debeat.

Poſtquam verò Electores Seculares (excepto hodiè Bavaro) Catholica Religioni addicti à longinquo tempore ampliùs non ſint, conſuetudine introductum fuit, ut dicti Proteſtantes Electores vel illorum Nuncii durante miſſa celebratione ad preces ſuas fundendas in proximum ſe conferant templi conclave, illaq; finitâ cantione, Veni Sancte Spiritus, *&c. ſolummodo interſint*, ut apud *Cæleſtin. in Hiſtor. Comit. Auguſt. anni* 1530. *& in d. Relatione Electionis Matthia ab Artuſio conſignata legi poteſt apud Goldaſt. d. n. 14. f.173. Quod & à Politicis communiter, ut nota res, ac in ſpecie Carpz. de Lege Regia German. c.11. ſect.* 7. ubi An Proteſtantes huic Miſſæ ſalva conſcientia inter-

D. eſſe poſſint? disquirit; *refertur.*

Juramentum dictum quod concernit, illud in A. B. d. c.2. §.1. & 2. ita præſcribit Carolus IV. Ego N. N. juro ad hæc Sancta Dei Evangelia hic præſentialiter coram me poſita, quod ego per fidem quâ Deo & Sacro Imperio ſum adſtrictus, ſecundum omnem diſcretionem & intellectum meum cum Dei adjutorio eligere volo temporale caput Populo Chriſtiano, id eſt, Regem Romanorum in Cæſarem promovendum, qui ad hoc exiſtat idoneus, in quantum diſcretio & ſenſus mei dirigunt, & ſecundum fidem prædictam, vocemque meam & votum ſeu electionem præfatam dabo abſq; omni pacto, ſtipendio, pretio, vel promiſſo, ſeu quocunq; modo talia veniant appellari, ſicut me Deus juvet & omnes Sancti.

Hoc juramentum præeunte Moguntino omnes Electores & abſentium legati Principales, ita quidem

alim

olim jurare debuerunt, ſed cum à Ferdinando I. Rege A. *Romanorum in R. J. de dato* **Augſpurg** 1555. §. **und dann dieweil** ꝛc. *conſtitutum fuiſſet, ut ob diverſa Religionis addictos Cameræ Aſſeſſores, una formula nempe* **auff GOTT und das heilige Evangelium** *juramentu præſtarent, abſq; dubio inde introductum fuit, ut à tempore Maximiliani II. omnes Imperatores vigore Capitulationum ſuarum, utpote illius art. 17. Rudolphi II. art. 36. Matthiæ art. fin. Ferdinandi II. & III. artic. penult. & Ferdinandi IV. ac Leopoldi I. art. ult. etiam ita jurarent, idemq; Electores in electione Imperatorum ab eodem tempore ita obſervarent, ut conſtat ex deſcriptione Electionis Maximiliani II. à Schardio confecta apud Goldaſt. in d. Polit. Imper. p. 1. n. 9. poſt pr. f. 142. & annotavit Limn. ad d. c. 2. A. B. §. 2. obſ. 1. ubi* multa notabilia congeſſit, & *Speidelium* Aureæ Bullæ ſtrictam obſervantiam vigore R. J. de dato **Speyer** 1544. B. §. **So viel das Recht belanget** ꝛc. urgentem *refutat.*

Cui Speidelio etiam opponi poteſt, Licet quoad hanc Aureæ Bullæ diſpoſitionem noſtro ſcitu, in ſpecie diverſum ab Imperatoribus & Statibus poſt Receſſum iſtum conſtitutum non ſit, *id tamen* in ſimili quoad Aſſeſſorum Cameræ juramenta, ut dictum factum, & conſuetudine, quæ vim legis obtinet in juramentis recens Electorum Imperatorum introductum eſſe, *ut proinde* in d. §. **So viel das Recht belanget** / argumentum firmum non amplius petendum ſit.

Notandum etiam hic 1. *Occaſione dicta Aurea Bulla c. 2. §. 1. ubi ſtatutum, ut Electores Eccleſiaſtici, pectori admotis manibus & Seculares Evangelio manibus tacto jurare debeant, illud originem debere Conſtitutionibus Imperialibus in Nov. 123. c. 7. & in ſpecie Nov. ejuſdem c. 1. ac Nov. 137. c. 2. Licet vero* C iſtius differentiæ ratio ſtringens dari nequeat, & id probabiliter *reverentia* ob dignitatem Eccleſiaſticis debitæ adſcribat *Hilig. ad Donell. p. 2. l. 24. c. 21. lit. Z. argumento d. c. 7. & L. 2. §. 1. C. de jurej. propter calumn. Id tamen admittendum non videtur,* quoniam ibi Epiſcopis illud tantum dignitatis & reverentiæ cauſa datum eſt, ut non cogantur in judicium venire, ſed domi manibus pectori admotis jurare queant: *Dicendum igitur fortè, ſalvo aliorum judicio, id magis ſpecialiter ob majorem religionem & cautelam factum eſſe, quo illi & Sancta Evangelia inſpecta, & cor vel pectus ſimul tactum in teſtimonium & fidem verè præſtiti illius juramenti advocent, vel adhibeant. Quibus addendum, dextram explicatis digitis* ab Eccleſiaſticis pectori vel cordi admoveri, ut patet ex relationibus de his actibus confectis, inprimis verò dictum apud *Goldaſt. d. n. 9. Idemq;* D. *obſervari* ab illis in inveſtiturarum receptionibus in aula Imperiali, ut nos ipſimet aliquoties vidimus.

2. *Nuncios Electorum jurare in ſuam & Principalium animam, ut ex A. B. c. 19. conſtat,* & per ſe Politicis notum eſt. *Formulam talis juramenti in Electione Caroli V. à Ladislao à Sternberg Regni Bohemici Legato præſtiti vide apud Gold.* **In den Politiſchen Reichshändeln** *d. p. 1. f. 40.*

3. *Quoniam in hocce juramento expreſsè cavetur, ne Electores vel eorum Nuncii Suffragii ſui cauſâ ullam donationem, quocunq; nomine factam, accipere debeant.*

Quæritur: Annon finita electione ab Electo munerationis & præmii loco in ſignum & teſtimonium grati animi aliquid accipere poſſint?

Reſp. Ante Auream Bullam licitum fuiſſe Electoribus finita Electione præmium ab Electo accipere, exinde liquet, quia Albertus Elector Saxoniæ Regem Bohemiæ Wenceslaum Anno 1291. rogavit, ut ſuper ſummam illam Electori cuilibet ab Electo dari ſolitam, nempe 4500. marcas argenti, cautionem præſtaret, eoque facto promiſit, ſe illi ſuffragium ſuum daturum eſſe, cui Rex id dederit, ut in literis illis apud *Hagec. p. 1. Chron. Bohem. f. m. 352. & Goldaſt.* **In den Politiſchen Reichs-Händeln** *p. 1. c. 2.* continetur.

An ergò poſt Auream Bullam liceat idem meritò dubitatur, ob rationem, quia ita, ſi remuneratio licitè accipi poſſit, nunquam vel rarò Electores pauperem eligerent, ne ita præmio largo defraudarentur.

Verum talem remunerationem vel compenſationem ſalva conſcientia & citra perjurium accipi poſſe Politici & Juriſconſulti communiter tradunt: quod talis poſt actum finitum adeoque citra corruptionem & ambitus crimen detur ac accipiatur. *A. B. verò* ſaltem de iis donativis, quæ corrumpendi causâ ante electionem largiri ſoleant, *at poſt Menoch. de Arbitr. Judic. Quæſt. l. 2. q. 2. caſu 518. num. 24. & Marcum P. 1. Deciſ. 936. num. 10. Rittershuſ. ad Novell. p. 1. c. 7. n. 35. ſtatuit Arum. Diſcurſu ad A. B. 1. theſ. 8. Limn. ad Capital. Caroli V. in proœm. verb.* **durch die Wahl** *n. 21. & ſqq. Strauch. in Exercit. Exoter. 4. th. 9. & omnes Neoterici. Quibus addi poſſunt, quæ præc. p. 1. ſect. 1. c. 2. theſ. 18. expl. 1. de muneribus à Legatis finitis negotiis tuto accipiendis, conſignavimus.*

His annectere voluimus I. Carolo huic à multis objici, quod ipſe Legem ſuam de non accipiendis pro ſuffragio in electione præmiis, violârit, Electores ad Filium ſuum Wenceslaum in Regem Romanorum eligendum magnis promiſſis, puta ſingulo illorum 100000. aureorum, ſpondendo, & cum illa ſolvere non poſſet, Telonia & alia jura Imperii oppignorando, ut poſt *Aventin. l. 6. Annal. Bojoar. f. m. 491. Dubrav. L. 22. Hiſtor. Bohem. circa fin. Cranz. l. 8. Wandal. in f. Peucer. in Chronicis l. 5. ſub ejus geſtis. Hagec. in Chron. Bohem. p. 2. f. 44.*

De hujus ſordidis debitis vide Limn. ad A. B proœm. Obſ. 5. n. 9. & ſeq.

2. *In nullo Electionis negotio ſecundum Hiſtoricos pollicitationibus & munerationibus magis certatum fuiſſe, quam illo, quod Maximiliano I. mortuo Anno præteriti Seculi decimo nono Francofurti ad Mœnum inſtitutum fuit,* dum duo omnium potentiſſimi & ditiſſimi Principes Carolus V. Hiſpaniarum & Franciſcus I. Galliarum Rex, circa Imperium obtinendum, magno niſu occupati fuerunt, ut inter alios rerum illarum benè gnarus refert *Hubertus Thomas in vita Friderici II. Palatini l. 5. poſt pr. hujus ſumma Franciſcum hunc Electori Palatino 200000 coronatorum ſingulis annis, ſi Rex fieret, benè aſſignata promiſiſſe; Electori Brandenburgenſi fermè totidem; atque Electori Saxoniæ: Moguntino & Colonienſi ingentem pecuniam pollicitum; Neminemque Conſiliariorum auctoritate valentem immunem relictum fuiſſe.*

Carolum contra per Fridericum II. Palatinum omnibus Electoribus magna promiſiſſe, & tandem per illum Imperium obtinuiſſe. Addens Fridericum hunc cum rogatu Electorum in Hiſpaniam ad Carolum cum Electionis decreto miſſus eſſet, à Carolo quidem & totâ Aulâ acceptiſſimum habitum, ſed à Chivriſio invidiâ preſſum fuiſſe, objiciente, maximâ pecuniâ decretum illud emptum, & tamen Imperium nullius commodi, ſed inanes titulos & vanæ gloriæ nomen eſſe: ubi etiam maſculam illius Reſponſionem refert. *Et ſeq. l. 8. in pr.*

memorat Electorem Colonienſem (qui fuit Hermannus Comes de Weda) ad Conventum Electoralem eligendi Romani Regis & quidem Ferdinandi I. cauſâ inſtitutũ noluiſſe ſe conferre, niſi ſibi & Conſiliariis ſuis ſatis fieret de penſionibus & donariis tunc in Electione à Carolo promiſſis, *ubi plura* de Friderici illius & Epiſcopi Leodienſis fidejuſſione ideò interpoſitâ habet.

Idem de Franciſca I. Sleidanus l.1. Comment. p. m. 25. De utroq; verò & ſimul Electoribus ita Thuanus l.1. Hiſtor. f. m. 8. Suffragiorum venales ſententias fuiſſe conſtans fama fuit, magnaq; invidia ſeptemviri laborarunt, quod ab utroq; Principe acceptâ ingenti pecuniâ ac præcipuè à Franciſci Miniſtris, tamen Carolo ac non potius cuivis ex ſuo Collegio Imperatoriam dignitatem adjudicaſſent; Ubi plura de Franciſci ſui exculpatione legi poſſunt.

Elector ſanè Saxonicus Fridericus laudatur à Sleidano d.l. p. m. 24. quod & delatum Imperium recuſando Carolo cantulerit & oblatam eo nomine ab Hujus Legatis magnam pecuniæ vim rejecerit, ſuisque, ut ne teruntium quidem acciperent, mandârit: & Roteradama l.13. Ep.4. ſequenti prolixiori ſtilo:

Dux Saxoniæ Fridericus delatum ſibi ab omnibus Imperium ingenti animo recuſavit, idq; pridiè quam Carolus eligeretur. Mox rogatus, quem igitur alium cenſeret eligendum, negavit ſibi quempiam alium videri tanta oneri ſuſtinendo parem, quàm Carolum. A noſtris (puta hujus Legatis) oblata 30000. florenorum conſtantiſſime rejecit, cumque urgeretur, ut tantum 10000. pateretur dari famulis, accipiant, inquit, ſi velint; attamen nemo poſtridiè manebit apud me, qui vel aureum acceperit.

De hac recuſatione ita judicium ſuum formavit Limn. ad Capit. d. Caroli V. proœm. verb. **Durch die Wahl** *n.18. Ut maximè autem res tunc geſta fuerit, ſubſequenti tamen tempore 32500. florenos Rhenenſes Electori Saxoni datos, non quidem in pecunia numerata, ſed totidem florenis à debito, quo Auſtriacis obligabatur, in tabulam accepti relatis, memini me legiſſe in antiquis membranis; quibus expreſſum quoque, quantum in numeratâ pecuniâ Electoris familiares atq; miniſtri tunc acceperint, nempe, Philippus Comes Solmenſis quatuor mille; Fridericus à Tungen bis mille; Fabianus à Feiliſch mille; Johannes nobilis de Planiz quingentos; Hieronymus Secretarius totidem Florenos, & pro ſigillatione decreti centum florenos.* Vera dicant iſtæ membranæ, an non, judicet qui vult. Hactenus ille.

V. *Congregatis ita poſt juramentum præſtitum iterum in Conclavi Templi* (quod etiam **die Sacriſtey oder Chur-Kammer** vocatur) *Electoribus ac ſimul Conſiliariis quibusdam cum duobus Notariis tanquam teſtibus requiſitis intromiſſis Vice Mareſchallus de Pappenheim illud primum claudit: Moguntinus* brevibus Electionis negotium commendat, & ut pro fide, quâ Imperio obſtricti ſunt, dignum illi caput eligant, ac Capitulationem, quæ brevibus etiam repetitur ſanctè obſervent, admonet, ut legi poteſt apud *Carpzov. de Lege Regia cap.11. ſect. 9. num. 25. Eoq; facto ac dimiſſis prædictis teſtibus iterumq; obſerato à Pappenheimio conclavi Moguntinus* ex obſervantia per *Auream Bullam cap. 4. §. 2. & ſeq.* confirmata, & novo ordine in Inſtrumento Pacis art. 4. poſt pr. præſcripto ſimul, ut dicitur, primò ex Trevirenſi, ſecundò ex Colonienſi, tertiò ex Rege Bohemiæ, quartò (hodiè poſt translatam antiquam illam dignitatem) ex Duce Bavariæ; quintò ex Duce Saxoniæ, ſexto ex Marchione Brandenburgenſi, & inſtituto per *Inſtrumentum Pacis d. art. 4.*

A *poſt pr.* octavo Electoratu ſeptimò ex Comite Palatino Rheni votum perquirit, *ac tandem ad requiſitionem Co-Electorum ſuum addit.*

Quamvis autem poſt Arum. Diſc. ad A. B. 3. concl. 14. & 21. Carpzov. in diſcuſſione voti ſeptemviralis pro Carolo V. n. 26. in addito 2. dogmate aſſerat, in Electione hujus Imperatoris & Maximiliani II. Moguntinum primum ſuffragium tuliſſe, motus auctoritate Sleidani d.l. & Sabini in Hiſtoriâ Electionis illius, nec non quoad Maximiliani II. Electionem fratrum Heydenarum in Hiſtor. de Electione illâ.

Verior tamen nobis videtur ſententia Limn. l.2 c.3. n.60. & ſeqq. & Tomo V. ad illum locum, in utraque ſcilicet Electione Moguntinum ultimum tuliſſe ſuffragium, idq; ob ſequentes rationes: quia (1.) præſumtio pro Electorali collegio firma ſtat, illud præſertim

B. citra prægnantem cauſam, qualis hic non eſt, à præſcripto Aureæ Bullæ non receſſurum, dum adhuc hodie modo antiquo inhæret. (2.) *Illud ipſum* Collegium in Decreto d. Anno 1519. ſuper Electione Caroli V. confecto & huic transmiſſo, ut videri poteſt apud *Gold. p.1.* **der Politiſchen Reichs-Handlungen** *N.V. tit. 31.* expreſsè memorat, ſe ſecundum Leges Publicas interrogante reliquos Coelectores, cui ſuffragia ſua darent, & ſuum poſtremò addente Moguntino, unanimiter ſuam Majeſtatem in Imperatorem elegiſſe. (3.) *Prædicti Auctores* tanquam privati & ex aliorum relatione Hiſtorias ſuas ſcripſerunt, adeoque facilè errare potuerunt, ac ſine omni dubio id fecerunt, quia Electorale Collegium, ut teſtis in re propriâ aliud protulit, ſicuti etiam *Mameranus* in præloquio ad Lectorem Sabini Hiſtoriæ præfixo hunc etiam circa hiſtoriam coronationis erraſſe annotat. *Sleida-*

C. *nus vero dicto loco*, non de ipſo ſuffragio, ſed deliberatione ei præmiſſâ loquitur, ac intelligendus eſt, uti bene obſervavit *Limn. dd. ll.* ubi pluribus id demonſtrat.

Utrum autem ſuffragia hæc vivâ & clarâ voce, vel in Secreto, & quidem in Scriptis Electori Moguntino à quovis Electorum ferantur? non meminimus à quopiam ex Actis publicis prolatum eſſe, niſi quod *Sleidan. d. p. 24.* circa dictam Caroli V. Electionem narrat, ſingulorum ſuffragia, ſicut fieri conſuevit, in literas relata & obſignata fuiſſe.

Nam quod Limn. ad A. B. c. 4. §. 3. obſ. 1. ad probandum verbale & publicum ſuffragium ita argumentatur

Qualis eſt interrogatio, talis etiam præſumitur eſſe reſponſio.

D *At interrogatio à Moguntino verbis publicè fit in Collegio Electorali.*

E. etiam hæc verbis & quidem palàm fieri debet.

Id (1.) *Erroneum*, cum conſequentia majoris inconſequens ſit, per ea, quæ *præc. P.1. Sect.1. cap.1. th.17. expl.1. & theſ.12. expl.2. num.2.* relata ſunt, & (2.) *inſufficiens eſt*, quia ad probationem rei non præſumtionibus ſed veris argumentis uti debemus. (3.) *Arum. de Comit. Imperii cap.7. num. 80. & ſeq.* circa Electionem Regis Romani quandoque aliter obſervatum, & circa Ducem Belli adverſus Turcas conſtituendum de illa re anno 1594. & 1598. diſceptatum fuiſſe ſcribat.

Quando itaq; ab omnibus & ſingulis ſuffragia ita lata ac ab Electore Moguntino collecta ſunt, Hic illa publicè profert, & una cum

Col-

Collegiis computat, atque ita ille, qui *vel ab omnibus vel majori* illorum parte nominatus atque electus eſt, in Imperatorem vel Regem Romanorum declaratur. *Si vero ſuffragia ſint paria, verb. gr.* hodie quatuor Electores uni & alii quatuor alteri; vel tres uni, & alii tres alteri, reliqui vero duo iterum alii ſuffragium ſuum dent, tunc electio denuo inchoanda & tam diu continuanda eſt, donec unus illorum, qui nominatus eſt, vel per communia, vel per plura ſuffragia palmam obtineat. *A. B. d. cap.* 2. *§.* 3. A.

Singulares hîc duo caſus notandi ſunt. Primus quod Rudolphus I. Imperator proprie neq; per unanimia, neque per majora, ſed ex compromiſſo Electorum omnium à Ludovico Electore & Comite Palatino electus fuerit, ut *poſt Gerh. de Roo in Ann. Auſtr. l.* 1. *f.* 14. *& alios memoratur in Hiſtoriâ Auſtriaca Fuggeri a Bircken. edito l.* 1. *c.* 9. *f.* 79. *& ſeq.*

Secundus in Electione Imperatoris Caroli IV. & ejus Anticaſaris Gunthers Comitis Schwarzenburgici ex Anhaltinâ Electorali domo duos ad eligendum admiſſos fuiſſe & quidem Rudolphum I. Saxoniæ ſuperioris Ducem priorem, nempe Carolum IV. Ericum vero Ducem Saxoniæ inferioris ejus agnatum poſteriorem elegiſſe, ut legi poteſt apud *Cuſpinianum in vitâ ejusdem Caroli. Idem de electione Rudolphi I,* nempe illi duos fratres ex Anhaltinâ Ducum Saxoniæ familiâ Albertum II. & Johannem I. interfuiſſe, in hiſtoricis reperitur, quod etiam narrat *Reuſner. in opere Geneal. f.* 437. *& ſeq. Et in electione Ludovici Bavari ac Friderici Auſtriaci* eveniſſe ſcribitur, quod nempe ex Anhaltinis Saxoniæ Electoribus Rudolphus poſteriorem, & Johannes IV. priorem elegerit, de quo legi poteſt *Bircken. in d. Hiſtor. Auſtr. l.* 3. *c.* 2. *f.* 267. *& ſeqq.* ubi legi meretur. C.

Quocirca cum utriusque familiæ Duces Rudolphus & Ericus I. coram Carolo IV. Imperatore de hoc eligendi jure Tangermundæ anno 1377. intra ſe diſceptarent, & quælibet pars ad obſervantiam provocaret, Imperator litigium id ita compoſuit, ut familiæ hæ alternis vicibus eligerent, & communi titulo uterentur, ſicut narrat *Cranz. l.* 9. *Vandal. c.* 2. *& l.* 10. *Saxon. c.* 3. addens, id ita usque ad Sigiſmundi Imperatoris tempora obſervatum fuiſſe.

Ubi notandum I. Communia hæc vel plura ſuffragia non neceſſario ad totum Collegium vel majorem hujus partem exempli gratia omnes octo, vel ex iis, ſi in duas partes ſecentur, quinque reſtringenda; *ſed etiam ad præſentes ſaltem*, ſi nempe non omnes, neque ipſi neque per Legatos compareant, vel compareant quidem, ſed ex iis quidam ante Electionem perfectam recedant, extendenda eſſe, *ob rationem,* quoniam utrique illâ vice Electionis voce ſeu jure privantur. *A. B. c.* 1. *§.* 21. adeoq; reliqui totum Collegium repræſentant. *De quo etiam legi poteſt Rummel. ad A. B. diſc.* 3. *theſ.* 10. *& Bortius in Typo Juriſpr. publ. c.* 2. *th.* 21. Quod etiam ante Auream Bullam obſervatum fuit, ut conſtat ex illorum Electorum, qui Ludovicum Bavarum elegerunt, notificatione Electionis factæ ad futurum Pontificem transmiſſa apud *Herwartum in Ludovico IV. Defenſo. P.* 1. *p.* 12. *&* 13. & in ſimili à Balduino Electore Treverenſi factâ *ibid. ſeq. p.* 24. *&* 25. D.

2. *Quempiam Electorum in Electione diſpari ſibi ipſi ita ſuffragium dare poſſe*, ut aliis accedendo majorem partem conficiat, ut *d. cap.* 2. *§. fin.* expreſsè continetur.

3. *Electores quoq;* ipſosmet venire, vel Legatos mittere nolentes, poſſe cuique ſuorum Collegarum ſuffragium deferre, *atq; ita unum* duobus ſuffragiis ſimul gaudere ut tradit *Arum. Diſc. ad A. B.* 1. *theſ.* 28. *Spreng. in Inſtit. Jur. Publ. l.* 1. *c.* 27. *& Jena d. Diſp. IV. theſ.* 6. *lit. D. Sed hoc periculo non carere, adeoq; non temerè faciendum eſſe ſatis ſuperque probat Exemplum Adolphi Naſſovici dolo ita electi,* ut latè refert *Cuſpinianus in ejus vita in pr. Et inſuper notandum*, videri hoc in caſu reliquorum Electorum conſenſum requiri, dum in Diplomate illius electionis Moguntinus Elector Gerhardus inter alia de ſe ipſo ita narrat: **Haben Wir auch mit Willen unſerer Mit-Churfürſten Seine (deß Königs von Böhmen) Stelle eingenommen**, uti refert *Goldaſt. in Replicat. pro Imperio p.* 173. *& ſeq. Quicquid ſit, poſt Auream Bullam ejusmodi Exemplum occurrere non meminimus.*

4. *Electores quidem ut univerſos, ſeu ut Collegium conficiunt, eligere, ſcilicet effectivè ſeu determinativè, ſingulos verò ſaltem præſentativè vel denominativè, ita*, ut ſi ab uno tali nominatus, modo à reliquis etiam, vel majori parte, nominetur, Imperator vel Rex Romanorum demum declaretur: *Sicuti id ex d. c.* 1. *§.* 21. *conſtat*, ubi Imperator ut modo dictum ſtatuit, Electorem non comparentem vel ante peractam Electionem abeuntem Electionis voce ſeu jure illa vice carere.

Atq; ita putamus controverſiam illam, quæ inter Hoſtienſem in c. venerabilem de Electione in Gl. hac alternatio, & pleroiq; Politicos hoc in negotio agitatur, decidi poſſe, de qua etiam legi poteſt Strauch. Exercit. Exoteric. 2. *theſ.* 2.

TH. IX.

Fuére Actus Antecedentes & Concomitantes: Sequuntur nunc Conſequentes, quæ à parte vel Electorum, vel Electi perficiuntur.

TH. X.

Ex parte Electorum quæ peraguntur, ſunt duplicis generis: Vel enim à toto Collegio cooperante, vel ab aliquibus ſaltem ex illo fiunt.

TH. XI.

Quæ cooperante toto Collegio fiunt, conſiſtunt in ſequentibus (1.) Exploratione Conſenſus illius, qui electus eſt. (2.) Subſcriptione Inſtrumenti à Notariis ſuper iſtâ Electione confecti & publicatione privatâ electionis. (3.) Poſtulatione & receptione juramenti ab Electo ſuper Capitulatione firmiter obſervanda coram altari præſtandi, nec non Electi ſublatione in Altare & depoſitione. (4.) Deductione ejus in pegma ideò exſtructum, ſellarum occupatione & Proclamatione publicâ mediante aliquo Canonico factâ, cum acclamatione votivâ conjuncta. (5.) Domum deductione ſolenni. (6.) Gratulatione Electo ob dignitatem adeptam cum oblatione humillimorum ſervitiorum præſtitâ. (7.) Commiſſione Imperii.

Explic.

Explic.

I. S*Uffragiis ita ſe habentibus*, ut ſecundum prædicta major illorum pars certum Electum demonſtret *in caſu vacantiæ, ſi ille è Collegio ipſo & præſens ſit, Ipſe; Sin abſens, ejus Legatus nomine illius conſenſum iſtum declarare, & præſtanda præſtare debet: Si verò extra Collegium adeoq; abſens ſit, ejus Legati plenipotentiarii, ſi in vicinia ſint, & ſufficienti mandato inſtructi, ſicut in Electione Caroli V. factum eſt; nomine Principalis conſenſum illum interponere & præſtanda ſimiliter præſtare debent, quemadmodum ſeq. expl. 3. diximus.*

In caſu verò non quidem vacantiæ, ſed quo utilitatis & neceſſitatis publicæ causâ Rex Romanorum Imperatori adhuc viventi adjungendus eſt, *ſi Imperator, ut per longum tempus evenit, electi Parens, & in loco electionis tanquam ſimultaneus Rex Bohemiæ præſens ſit, ad illius conſenſum vel ratihabitionem impetrandam certa deputatio ex Collegio adornanda, & ut ipſemet in templum ſe conferat, rogandus eſt, ut ex Actu Electionum apud Goldaſt.* In den Politiſchen Reichshändeln *& Politicis Imperialibus dd. ll. Carpz. de Leg. Regia Germ. d. c. 11. ſect. 9. n. 25.* ubi ſimul Ceremoniæ illæ eſferuntur, conſtat.

II. *Conſenſu illorum, quorum*, ut jam diximus, *intereſt, impetrato, per dictum Vice Mareſchallum juſſu Moguntini fores dicti Conclavis reſerantur, & Cancellarius, & quidam Conſiliarii illius cum duobus ante jam adhibitis Notariis ac reliquorum Electorum Conſiliariis tanquam deputatis teſtibus intromittitur, ubi primò* dictus Moguntinus Elector Cancellario ſuo & reliquorum Conſiliariorum cœtui Electum indicat, & ut quamprimùm ſuper illo actu ſcripturam ſolemni & conſueto modo conficiat, quo illa ab Electoribus præſentibus & abſentium Legatis primariis ſubſcribi & ſignari queat, jubet: *Deinde* Notariis iſtis, ut inſtrumentum unum vel duplex pro qualitate rei ſimiliter ſuper eodem actu componant, exque dictis Conſiliariis, & quidem ex qualibet Electoris parte duos ſaltem (tot enim regulariter ſaltem admittuntur, & pro teſtimonio donarii loco circiter ſexcentos florenos accipiunt) loco teſtium adhibeant, imperat, quod etiam primarius ex illis ita expedit, uti in actis dictarum Electionum & inprimis apud *Sprenger. d. c. 29. & Carpz. d. l. apparet.*

III. *Hit quoq; peractis Capitulatio à Cancellario Moguntino Electo, ſi præſens eſt, nomine Collegii Electoralis prælegitur, & hic an illam ſervare atq; juramento confirmare velit, interrogatur*, (quanquam etiam illa quandoque, ut Leopoldo Bohemiæ Regi tunc factum fuiſſe, *præc. th. 8. expl. 1.* dictum, ante communicetur) *eoq; adfirmato, ille ab Electoribus ad altare deducitur, & tactis Evangeliis ſuper illius ſanctâ obſervatione jurat, ut ſeq. th. 13. expl. 1. fuſius dictum. Et tunc per ſuffraganeum illius loci intonatur: Adjutorium noſtrum* &c. ac à Choro reſpondetur conſueto modo, qui legi poteſt apud *Sprenger. & Carpz. dd. ll.* Illoque Sacro finito ſecedit ad latus Suffraganeus & Electores præſentes excluſis Legatis abſentium *ſequenti modo Electum ſuper altari ponunt.*

Si omnes Electores adſint ipſimet, notante Sprengero d. l. omnes etiam ad illam elevationem *ita* admittuntur, *ut* Eccleſiaſtici perſonam tollant, Seculares ſaltem veſtimenta elevent; *Si verò non omnes, & præſentes quidem impari conſtent numero, æquali numero*, excluſo ſupernumerario ſive Eccleſiaſticus, ſive ſecularis ille ſit, officium hoc ſub prædicta diſtinctione peragunt, ac ab univerſo fidelium cœtu

A. cantio *TE DEUM LAUDAMUS*, organo & cæteris Inſtrumentis muſicis, tympanis & tubis, nec non tormentis bellicis & ſclopetis interſonantibus ac clangentibus ad DEUM funditur, & *interea Electo hodiè à Brandeburgico ſive ipſo, ſive abſentis Legato, corona de Capite adimitur, & paulò poſt per Palatinum ſive præſentem ſive abſentis Legatum imponitur: eoq; facto ille iterum ab Altari deponitur.*

Si verò Electus abſens & ſimul Elector non eſt, uti in Electione Caroli V. factum, *tunc ejus Commiſſariis vel Legatis plenipotentiariis electio perfecta per deputatos & literas, in illo loco, ubi tunc degunt, denunciatur, & illi ut in locum Electionis facta ſe conferant, rogantur.*

An verò ſimul Capitulationis Articuli ad recipiendum illos tranſmittantur, an verò demùm in Electio-
B. *nis loco & quidem conclavi monſtrentur, nondum certò cognitum habemus*, ſiquidem deſcriptio Electionis à *Goldaſto* In den Politiſchen Reichs-Händeln *d. p. 1. n. 5. tit. 23. & 29. ſaltem in ſe continet*, Electione peracta ab Electoribus certos deputatos illa ipſa die cum litteris ad Commiſſarios Caroli V. Höchſtium miſſos fuiſſe, & hos ſe Francofurtum contuliſſe, ibique coram Electoribus ſuper illos articulos juraſſe; *contra verò Sleidan. d. p. 24. & Sabinus in deſcriptione illius Actus* præſcriptos iſtos articulos Moguntium ad illos Legatos ante peractam electionem miſſos eſſe narrant. *Poſtquam ergo illi advenium*, coram Electoribus in Electionis conclavi articulos illos nomine Principalis juramento confirmant, *ſimulq; promittunt*, illos poſtea ab electo ipſo ſimiliter confirmari debere, quod etiam ante coronationem perficitur, ut conſtat ex *Goldaſt.*
C. *d. l. f. 48.*

IV. *Circa deductionem electi in pegma & thronum præmittendum, in caſu vacantiæ Imperii inſignia* juxta altare menſæ imponi, & depoſito, ut dictum, Electo, ab Imperii Vicariis, tanquam Interregibus, in manus ſumi, ac cuique Coelectorum Secularium præſentium vel abſentium ſubofficiariis hereditariis, officio ſuo competentia tradi, hæcque ab illis præcedentibus Legatis Electo proximè præferri, ut latè legi poteſt apud *Sprenger. d. l. 1. c. 29. & Autorem Diarii Europæi d. p. 1. pag. 873.*

Et Electum ita deductum & Corona redimitum thronum ſuum, Electores verò & abſentium Legatos ſubſellia ſuo apertis capitibus ſequenti modo & ordine, qui in Electione Leopoldi I. obſervatus fuit *occupare*, ita ut Electus in throno aliquot gradus altiori in medio, ab oppoſito Trevirenſis, ac non procul ab illo ad ejus lævam Vicarii in ſubſelliis trans-
D. verſis, à dextrâ Moguntinus cum Bavarico & Brandenburgico Legato, à ſiniſtrâ Colonienſis cum Saxonico & Palatino Legato, quia Electores hi ipſi, tanquam Vicarii non procul à Trevirenſi loca ſua capiant: Illo facto quidam ex Capitularibus, ſi Francofurti id fiat, Moguntinis (ut factum Francofurti in Electione Maximiliani II. referente *Schardio in illius deſcriptione*; Matthiæ memorante *Arniſio ſimiliter in illa.* Ratisbonæ in Electione Ferdinandi III. apud *Carpz. d. c. 11. ſect. 9. n. 25.* Auguſtæ in electione Ferdinandi IV. & Francofurti in electione Leopoldi I. ſicuti ex illarum deſcriptionibus notum eſt:) *Sin alibi*, ejus templi Cathedralis, ad dextram Electi, debitâ cum reverentia ſe confert, & illum Regem Romanorum vel Imperatorem publicè proclamat, & hoc finito cantus & tympana iterum ſonant, ac univerſa multitudo per acclamationem ſolennem VIVAT REX, actum illum claudit.

V. *Tan-*

V. *Tandem Rex Romanorum, vel Imperator, eodem ordine*, quo ductus fuit in thronum, iterum reducitur, & extra templum (in quo interim Deo ſolemnes grates ſolvuntur) deducitur, tunc Electores, Legati & ſubofficiarii adſcendunt equos, & *proceſſio ad Palatium Electi ſequenti peragitur modo.*

1. *Incedunt* Satellites, 2. Nobiles pueri omnium aulatum. 3. Tubicines & Anacoriſtæ, quorum ordinem ducunt Saxonici, tubis & tympanis alternatim intonantes. 4. Conſiliarii, Barones, Comites, Principes. 5. Heroldi, quorum in electione prædictâ quinque fuére inſignia ſua in togis depicta geſtantes, Auſtriacus ſolùm, Hungaricus & Bohemicus junctim, & Regius Romanus cum Imperatorio iterum junctim euntes. 6. Hereditarii Electorum, excepto Saxonico, qui Electorem ſuum proximè antecedit, Mareſchalli pedibus ſecundum ordinem junctim ſequentes cum enſibus vaginâ tectis ſurſum verſis: poſt hos omnes equis vecti 7. Electorum Legati Principales. 8. Elector Trevirenſis. 9. Bavarus in medio, Brandeburgicus à dextra & Palatinus à ſiniſtra ſive ipſi, ſive illorum Vicarii ſeu Officiales 10. Mareſchallus de Pappenheim portans vaginam & 11. Elector Saxoniæ ipſe ſi præſens ſit, portans enſem nudatum ſurſum etiam verſum.

Hos ſequitur 12. Imperator coronam, ſi Bohemiæ Rex eſt, illius regni, ſicuti in ingreſſu, ita etiam egreſſu, in capite geſtans, & poſt illum 13. Elector Moguntinus & Colonienſis, demum 14. Electi ſatellites & 15. Illius & Electorum aulici ac famuli agmen claudentes.

Hocq; comitatu tam pedeſtri, quam equeſtri, uſq; in Palatium Electi abſoluto, Electores ſalutato iterùm honorificentiſſimè Electo domum quisque ſuam equo vectus, & à ſuis aulicis ac famulis ſtipatus absque vicariorum ſuorum præitu, ſe confert, & portæ civitatis reſerantur.

VI. *Ultimò poſt aliquot dies* Electo Electores ſingulatim de obtento imperio gratulantur ſe, ſuam Familiam & Provinciam debitâ ſubmiſſione commendantes, & convivia ſolemnia celebrantes, nec non cum ſuâ Majeſtate de tempore & loco coronationis perficiendæ conſultantes.

Ubi notandum abſenti Electo Legatos cum literis denunciationis & decreto electionis mitti, illumque rogari, ut quam primùm Imperii faſces & coronationem ſuſcipere velit, uti patet ex actis publicis apud *Goldaſt. d. p. 1. f. 45. & ſeqq.* Interim verò Electorum Collegium omnem curam intendit, ne Reſp. quoddam damnum patiatur, ut refert *Sleidan. d. l.*

VII. *Quod Commiſſionem Imperii concernit ex communi opinione illa* non per ſingularem aliquem actum vel ceremoniam perficitur, *ſed conſequens ſaltem* eſt Electionis ritè celebratæ & conſummatæ, *conſiſtitq;* 1. *ex parte Electorum* in delatione per Electionem, ut ex parte Electi in receptione Imperii per Conſenſum ejus & præſtito juramento de Capitulatione ſanctè ſervanda. 2. *In prædictis ceremoniis* ad declarationem collati Imperii adhiberi ſolitis ac jam memoratis, & ſubſecutâ illarum completione per coronationem factâ, ex quibus receptio dicta mediante juramento peracta ejus eſſentialis; coronatio verò tanquam Symbolum externum accidentalis ſaltem pars vel actus eſt, ut benè obſervat *Schütz. in Collegio Juris Publ. d. Vol. 1. diſp. 2. th. 17. & ſeq.*

Putamus tamen ad commiſſionem hanc imperii ſimul & quidem maximè pertinere, quod poſt coronationem Rex vel Imperator ab Eccleſiaſticis Electoribus in thronum ponatur adjectis à conſecratore ſequentibus verbis: Serva & retine locum regium, quem non jure hæreditario, nec paternâ ſucceſſione, ſed Principum Electorum in regno Alemanniæ ſuffragiis tibi noſcas delegatum &c. & ab Electoribus poſt gratulationem addantur hæc verba *Commendamus* (committimus) Germanicè **Befehlen**, igitur Regiæ V. M. imperium Romanum nos & omnes Principes ac Status Imperii, ut pluribus legi poteſt in deſcriptione coronationis Ferdinandi III. apud *Carpz. d. c. 11. ſect. 10. n. 34.*

TH. XII.

Huc usque etiam illa, quæ cooperante toto Collegio fiunt: Sequuntur illa, quæ ſaltem à quibusdam ex collegio individualiter peragi debent, quæ ſuitt coronatio conſiſtens (1.) in coronæ impoſitione & unctione (2.) inſignium Imperii traditione & juramenti iteratâ receptione.

Explic.

I. Q*Voniam unctio & ei connexa coronatio res ſacra eſt*, etiam à Sacerdotibus, & quidem ſummis apud omnes Gentes peragitur, ut id demonſtrat *Paſchal. de Coron. lib. 10. cap. 7.* & ex hiſtoriis notiſſimum eſt: *Siquidem*, ut omiſſo in Rep. Hebræorum uſitato unctionis modo (de quo legi poteſt 1. *Sam. 10. verſ. 1. 2. Sam. 2. verſ. 4. 1. Reg. 1. v. 39.*) ab unctione ſummi Sacerdotis *Exod. 29. v. 7.* à Deo inſtitutâ procul dubio derivato, exempla paura afferamus, *illa in Imperio Orientali* & quidem ex introductione Juſtiniani vel ejus ſucceſſoris Juſtini II. judicio *Panvinii de Comit. Imper. c. 2.* Conſtantinopoli in magnâ Baſilicâ à Patriarchâ peracta fuit. Cui adde *Schardium in Anamneſi Juris*, quod olim in approbandis Pontificibus Imperatores habuerunt & quo vice verſâ hodie Papæ in Imperatores utuntur. *Tit. De More ungendi &c.* ubi Juſtino II. illam introductionem tribuit, quoniam hic primus à Johanne Pontifice unctus & coronatus legitur, inter Reges & Imperatores poſt Chriſtum natum exiſtentes Carolum M. primum numerari, qui unctus ſit & quidem primò tanquam Rex in Franciâ, deinde tanquam Imperator Romæ, tradit *Auctor Anonymus Fragmenti Hiſtor. apud Urſtiſ. Part. 2. Script. Germ. f. 77.*

Galliâ ab antiquo tempore, ſcilicet anno 1179. ab Archiepiſcopo Rhemenſi perficitur, ut late tradit *Limn. in Notit. Regni Franc. lib. 2. cap. 4. lit. P.* & quidem oleo ſancto Remigii, de quo *Idem ad Capit. Carol. V. art. 30. verbo* **empfahen** *num. 32. & ſeqq.* & *Alex. Patric. in Marte Gall. lib. 1. cap. 2.* inprimis verò *Chiflet. de Ampullâ Rhemenſi ubi cap. 2. & ſeqq. operosè probat, oleum illud neq; per columbam neq; per Angelum è cœlo adſportatum fuiſſe, ſed Hincmarum fabulam illam poſt quartum demum ſeculum effinxiſſe:*

De quo legi meretur *Blondellus in Geneal. Franc. Plenior. Aſſert. Tomo I. Quaternione LXIII.* *. 2. *& ſeqq.* ubi refert & probat ab anno 1129. usque ad ſua tempora ſive Ludovicum XIII. omnes Reges excepto Henrico IV. Rhemis non tamen ex aliquâ Lege vel Privilegio, ſed nudâ Regum voluntate conſecratos eſſe, & tandem ſubjungit ex recentiorum doctrinâ, Oleum prædictum ad regiam inaugurationem neque deſtinatum, neque ſemper adhi-

adhibitum, neque tandem ſufficiens eſſe. Adde A. quæ *Idem ſeq. quaternione LXIV. num. 2. & 3. ac ſeqq.* contra Ampullæ Rhemenſis prærogativam & dignitatem diſputat.

In Hiſpaniâ ab antiquiſſimo & quidem Gundemari Regis (qui Anno Chriſti 610. unctus & coronatus fuit) ab Epiſcopo & Archiepiſcopo Toletano uncti fuerunt, ut probat *Chiflet. ſeq. c.* 16. ubi legi poteſt.

In Angliâ ab Archiepiſcopo Cantuarienſi referente inter alios *Vergilio in Hiſt. Angl. l.* 13. *ſub Henrico II. p. m.* 281. *& quidem oleo cœleſti*, quod mater Jeſu quondam Thomæ illius loci Archiepiſcopo tunc exuli tradidit, prædicens eidem, quod Anglorum hoc unguento uncti pugiles eſſent futuri Eccleſiæ & benigni, ut *latè refert Walſingh. In Hiſtor. Angl. ſub Henrico IV. in pr. f. m.* 360. cui junge, quæ *Thuan. l.* 129. *ad ann.* 1603. *f. m.* 1000. de modo & loco B. unctionis narrat & deſcriptionem pompæ in inauguratione Eduardi VI. Angliæ Regis juxta antiquum ritum adhibitæ apud *Auctorem Nobilitatis Politicæ Anglicæ à Thomâ Milles editum f.* 106.

In Hungaria ab Archiepiſcopo Strigonenſi, ut poſt alios *Jeſſenius in deſcriptione Matthiæ II. Regis Hungariæ coronationis* p. 18. & ſeq. recenſet, ubi totus actus legi poteſt: *In Poloniâ à Gneſenſi*, qui ſimul eſt interrex, quod ita à Boleslai Chobry primi Regis tempore obſervatum eſſe tradit *Labienski in operibus ſuis f.* 315. De actu ipſo vide poſt alios *Hartknoch. in Republ. Polon. l.* 2. *c.* 1. *th.* 19. *& ſeqq.*

In Daniâ olim à Lundenſi, nunc Roſchildenſi, ut nobis relatum eſt, & ratio ipſa dictitat, quoniam nunc primarius eſt.

In Sueciâ Ubſalenſis illam perficit, ut breviter memorat *Goldaſt. in Replic. pro Imperio cap.* 36. *& latius* apud ſcriptores illorum Regnorum *& quo ad* C. *Sueciam apud Bureum in illius regni deſcriptione, l.* 2. *c.* 7. & *Thalden. l.* 3. *Hiſtor. p. m.* 192. *&* 194. *legi poteſt*, vide etiam *Loccen. Antiquit. SueoGoth, l.* 2. *c.* 1. *p.* 33.

In Bohemiâ hodie Archiepiſcopus Pragenſis ex beneficio Caroli IV. qui jus hoc ab Archiepiſcopo Moguntino, ut demonſtrat *Balbinus in Epitome Rer. Bohemic. l.* 3. *c.* 14. *f.* 262. *redemit.*

Plura exempla & ſimul Ethnicorum vide apud Beeman. de Dignit. Diſſert. 4. *c.* 1. *theſ.* 2. *ubi ſimul c.* 2. *th.* 3. olim nonniſi quatuor Reges, nempe Hieroſolymitanum, Francorum, Anglorum & Siciliæ unctos fuiſſe narrat.

Verum inde malè infertur per Coronationem talem demum à ſummis Antiſtitibus Imperia & regna conferri ut in ſequentibus, ubi de corona- D. tione Romanâ egimus, *numero* 5. demonſtratum eſt.

De unctione & coronatione Noſtri Imperatoris ſequentia notanda.

1. *Illam ab antiquo tempore tribus diverſis in locis perfici ſolere, adeoq; triplicem communiter conſtitui Germanicam ſcilicet, Romanam ſive Italicam & Lombardicam ſive Mediolanenſem.*

Et quidem originem triplicitati illi dediſſe, tria olim ab Imperatoribus Romano-Germanicis poſſeſſa regna, Germanicum, Italicum & Longobardicum, ut legi poteſt, apud *Putean. in Comment. ad Hiſtor. Inſubr. l.* 6. *c.* 11. *n.* 10. *& quoad Longobardicam apud Sigon. l.* 1. *de Regno Italiæ f. m.* 20. *&* 27.

Ut inde apertè erret Albericus in Dictionario ſuo ſub verbo Corona, triplici illâ coronâ ex diverſis metallis confectâ in Imperatore *triplicia denotari*, & quidem per argentum Germanicæ puritatem conſcientiæ, per ferrum Mediolanenſis virtutem ſive robur & conſcientiam, per aurum Romanæ ſcientiam & prudentiam diſcernendi bonum à malo: Quia inſuper omnes tres coronæ ex auro, ut mox demonſtrabitur, confectæ ſunt. *Qua etiam de causâ errat Balbus de Coronatione cap.* 3. diverſas has coronas inſtituto divino adſcribens, ubi legi poteſt. *Pro illis tamen facit, quod Carolus IV. Imperator, cum anno* 1357. *Curiam Metis celebraret, & ludis ſpectaculisq; indulgeret ter in publico mutaſſe Diadema conſpectus ſit*, primò *argenteam*, mox *ferreum*, denique *auream* oſtentans, ut refert *Maſen. Tomo* 2. *Annal. Trevir. l.* 17. *f,* 230. atque ita procul dubio ad diverſitatem coronarum impoſitarum reſpicere voluerit.

Aliam rationem vide apud Limn. Tomo V. l. 2. *c.* 4. *n.* 3.

De tribus hiſce coronis porrò Putean. d. l. Apud pleroſq; opinio obtinuit, triplici coronâ tanquam metallo diſtinctâ inſigniri Imperatorem ſolitum Aquiſgrani argenteâ, Moguntiaci apud Inſubres ferreâ, Romæ aureâ: Sed ſi res dicenda eſt, una Imperii erat, eaq; à ſummo Pontifice Romæ dabatur, alia aliorum regnorum, una Auguſtalis, alia Regia aurea verò omnes; ubi plura habet.

De Coronatione & coronâ Germanica notanda ſequentia.

1. *Coronam illam ab Imperatore Carolo IV. in A. B. cap.* 26. §. 4. *Aquisgranenſem* à loco coronationi ab antiquo tempore deſtinato, ut *idem ſeq. cap.* 28. §. 5. tradit, ac in *præc. cap.* 4. §. 3. etiam *Diadema regium* appellari.

Ubi per occaſionem referendum in coronatione Alberti I. Auſtriaci anno 1298. in illo loco, nempe Aquisgrani factâ ob multitudinem populi Albertum II. Electorem Saxoniæ oppreſſum cum magno totius conventus dolore fuiſſe, ut legi poteſt in *Chronico Auſtriaco Fuggeri à Birckenſio edito lib.* 2. *cap.* 7. *f.* 220.

2. *Illam eſſe ex puro auro confectam & lapillis pretioſis* pro more & arte illorum temporum ornatam, *ac, ut traditur, Caroli M. impenſis confectam; Cui tamen valde obſtat*, quod in ſemicirculo supernè innexo *nomen Imperatoris Cunradi*, ut ipſimet bis vidimus, inſculptum reperitur, *& Luitpr. l.* 2. *Hiſtor. Ticin. c.* 7. *in pr.* ſcribit: *Conradum hunc Henrico Aucupi deſignato à ſe ſucceſſori propriam coronam & ſceptrum cum reliquis regalibus indumentis miſiſſe ampla circumferentia & ſatis gravis ponderis* (ſcilicet 14. Librarum Noricarum,) Quapropter, ut illa capiti coronandi apta, & eò tolerabilior ſit, mitra lanâ goſſipinâ referta ſupponitur.

Formam verò illius non eſſe talem qualem deſcribit *Paſchalius de Coronis lib.* 9. *cap.* 18. & in Majori nummo vel *typo exhibet Palatius in opere Aquila inter Lilia dicto f.* 66. *&* 67. *ſed confectam* (ſicut illam duabus vicibus unâ Noribergæ Anno 1641. & alterâ Ratisbonæ in Comitiis Anno 1653. & ſeq. celebratis, cum eo ad coronationem Ferdinandi IV. cum reliquis Cleinodiis adducta eſſet, accurate conſideravimus) ex octo (ni fallimur) laminis aureis ſatis craſſis per intervalla in ſuperiori parte inter ſe diſtinctis & in ſemicirculos ferè deſinentibus, diverſiſque gemmis non tamen benè politis ornatam, ac supernè planè

aper-

A. apertam, niſi quod à parte anteriori laminam aurcam inſtar ſemicirculi verſus frontem curvatam & anteriori parte crucem infixam habeat, ut eum typum etiam refert *Mannageta in Coronis XII. Cæſar. in pr.* & conſonat *minor nummus à Palatio d. l.* etiam relatus.

3. *Illam cum aliis Imperii Cleinodiis & ſanctis reliquiis à Friderico I. Imperatore primum Hagenoæ in caſtro & tribus capellis cuſtoditam, ſed poſteà clam* ab Epiſcopo Argentinenſi Henrico à Scharffenſtein vel Scharffenberg ablatam & *Imperatori Ottoni IV. traditam, ut Urſperg. in Chron. ſub Ottonis hujus annis in pr. Felix Faber in Hiſtor. Suevor. l. 1. c. 12. p. 110 & Herzog. in Chron. Alſat. leg. c. 1. f. 148. refert ac poſteà ab Imperatore Rudolpho I. in arce Kyburga teſte eodem Fabro ſeq. c. 13. p. 130. & 140. aſſervatam, & tandem*, ut paulò poſt demonſtrabitur, *Norimbergam tanquam locum ab hæreſi tutum tempore Huſſiticæ rebellionis anno 1424. à Sigismundo Imperatore in perpetuum translatam fuiſſe, ibiq; accedentibus Martini V. & Nicolai V. Pontificum confirmatoriis Bullis adhuc in templo Spiritus Sancti ſervari, indeq;* B. cum illis ad Novum Imperatorem vel Regem Romanorum coronandum in locum deſtinatum per Legatos Reipubl. cum Comitatu aliquo equeſtri, nec non illius Principis vel Status, cujus territorium tranſeunt, vehiculo illius Reip. inſigniis panno rubro & albo inſertis tecto & obſignato aſportari & ſtato coronationis tempore in templo Eccleſiaſticis Electoribus tradi, actu finito in Imperatoris Curiâ deponi, ac ſequenti plerumque die dictis Legatis reſtitui, ac ab illis poſtea Principibus & aliis Statibus, illorumque Legatis ad rogationem illorum monſtrari.

Cleinodia verò illa ſeq. n. 4. recenſentur.

De tranſlatione hâc operæ precium eſſe diximus, C. pleniorem hiſtoriam contexere, & priori relationi hic ſequentia addere.

Cum Carolus IV. inſtinctu Papæ Clementis VI. contra Ludovicum Bavarum anno 1346. electus, hic verò anno ſequenti mortuus eſſet, filioque ſuo cognomini ac reliquis poſt ſe Imperialia Cleinodia reliquiſſet, poſt multas contentiones mediante Rudolpho Bavariæ Duce *amicitia* tandem inter illos Noribergæ vel Iſenaci, ut quidam volunt, & quidem in Cœnobio, ut Chronicon Anhaltinum manuſcriptum teſtatur, *contracta fuit hoc modo, ut Ludovicus* Carolo inſignia Imperialia traderet, *hic verò* enim in compenſationem de Marchionatu Brandenburgenſi Ducatuque Bavariæ ac Carinthiæ inveſtiret, ſicuti inter alios tradit *Cuſpinianus in vita dicti Caroli Aventin. l. 7. f. m. 487.* & paucioribus meminit *Angelus in Annal. Brandenburg. l. 2. f. m. 154.* ac *Rebdorff. in Annal. ad ann. 1348.*

D. *Anno itaq;* 1350. prædictus Ludovicus Marchio Brandenburgenſis & Bavariæ Dux Carolo inſignia illa Monachii tradidit, & hic illi ideo *Reverſales*, quæ exſtant apud *Goldaſt.* **in den Politiſchen Reichs-Händeln**, *p. 6. n. 1.* exhibuit, ac contra cautionem præſtitam, illa debere Norimbergam vel Francofurtum deduci, ut refert *Cuſpin. in ejus vitâ, & Naucl. vol. 2. Gener. 46. f. 255. a.* in Bohemiæ metropolin Pragam tranſtulit ut refert *Rebdorff in d. Annal. ad hunc annum & Hagecius Chron. Bohem. p. 2. f. 7. qui tamen in eo errat*, quod id anno præcedenti nempe 1349. factum eſſe narret, *niſi tunc* in Bohemiâ, uti illo tempore multis in locis uſitatum fuit, annus à feſto Paſchatos inchoatus & numeratus ſit.

Idem Imperator, cum filius Wenceslaus ei anno 1361. Noriberga natus & in præſentia aliquot Eccleſiaſticorum Electorum, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum & Abbatum baptizandus eſſet, *ex Bohemia inſignia illa Imperialia eo deduci & cum magna veneratione oſten-* A. *di curavit*, & fuere ſequentia ut oculat' teſtis *Rebdorff. in d. Annal. ad illum annum refert; Ferrum Lanceæ, qua transfixit latus Chriſti, item clavus cum antiqua petia (ſive particula) ligni S. Crucis qua tranſivit manum Chriſti. Item gladius Caroli M. primi Imperatoris Romanorum, quem tunc Imperator tenuit in manibus, & corona, qua coronatus eſt in Imperatorem à Leone Papa III. & gladius Mauricii Martyris. Item petia brachii S. Annæ matris Mariæ virginis & dens Johannis Baptiſtæ. Item petia cordæ, qua Chriſtus fuit ad columnam ligatus, Spongia qua fuit in cruce potatus & aliæ plures reliquiæ Sanctorum, ut legi poteſt ibidem apud Freher. Tomo I. Scriptor. German. f. 451. & ſeq. Illa verò poſteà anno 1411. Wenceslaus, ignavus dictus, Bohemiæ Rex* & depoſitus Imperator memorante *Hagecio eodem ſeq. f. 68.* cum aliis Sanctorum reliquiis *in arcem Caroloſteinium* à patre exſtructum, clanculum tranſtulit.

Et poſt ejus mortem frater ac Succeſſor Sigismundus Imperator anno 1420. tempore Huſſiticæ rebel- B. lionis Caroloſteinio abſtulit, ac Germanis oppignoravit, ut idem *Hagecius ſeq. fol. 89.* recenſet, quod etiam Bohemici ſtatus anno ſequenti in Reſponſione ad ejus literas ſub aliis gravaminibus n. 11. illi objecerunt, apud *eund. f. 105. & ipſe in replica ibidem f. 106.* diluit his verbis **Eure Beſchuldigung/die Cron und das Heiligthumb aber anlangende/dieſelbe haben wir genommen und verwahret/doch nicht dem Böhmerland zum Nachtheil/ſondern darumb/auff daß dieſe nicht auch alſo ſchändlich/wie die andern/zuriſſen/beraubt und umbgebracht werden möchten.**

Illa Cleinodia ab illo Imperatore Vicegradum ſive C. *Plintenbergam in Hungariam* propter hæreticorum, puta Huſſitarum, perfidiam *eodem anno* 1420. ut habet *Mechov. in Chron. Polon. l. 4. c. 51.* translata, *anno* 1424. *Noribergam delata fuiſſe Andr. Presbyter Ratisbonenſis in Chron. Bavariæ p. 100.* memorat. Quod etiam quo ad translationem illam refert *Celtes in Libello de Origine, ſitu &c. Norimbergæ c. 8. & Aventinus l. 5. Annal. Bojor. f. m. 353.*

Quibus perſonatus Chriſtianus Erdmannus in libro Noriberga in Flore addit, à Pontificibus Martino V. & Nicolao V. ſuper illa translatione Bullas confirmatorias, quas etiam inſeruit, datas fuiſſe, hujus inter alia tenoris, illa in hac urbe hæreticorum labe non infectâ perpetuo manere debere.

Ex quo idem auctor infert, illa ex urbe iſta jam hæretica pravitate imbuta ab Imperatore, puta Ferdinando II. ſub quo libellum illum edidit, rurſus in alium Catholicæ Religioni addictum locum translocanda eſſe, D. *ubi legi poteſt.*

4. *Non ſolum dicta Norimbergenſia, ſed etiam Aquiſgranenſia Cleinodia*, ſi coronatio extra hanc fiat urbem in locum deſtinatum aſportari debere.

Sunt verò illa, Capſula gemmis pretioſis ornata cui ineſt Sanguis S. Stephani, gladius alius Caroli M. ad formam Ungarici factus, cum pendicule, & libri quatuor Evangeliorum ut refert Matenefius l. 3. de Coron. Ferdinandi II. Imperat. c. 87. & Sprenger. d. c. 29. p. m. 184. ubi & præced. p. 183. Noribergenſia enumerat hoc modo: Corona Caroli M. vel potius Conradi I. *Imperatoris* (quæ ut nobis ibi relatum & jam *in præc.* dictum eſt, pondus 14. Librarum auri Noricorum habet,) *annulus, ſceptrum, pomum, ſandalia, enſis ab Angelo Carolo M.* (in expeditione ſcilicet contra infideles) *traditus, qui major eſt Aquiſgranenſi, tres Dalmaticæ, bruni, albi & nigri coloris, cingulum.*

Plura tamen continuator Petri de Dusburg in Chr. Pruſſ. c. 48. qui ea ibi ſub Imperatore Sigismundo ipſe vidit, narrat.

[F] Ubi

Ubi notandum, non omnia hæc Cleinodia ab initio ſimul uſurpata fuiſſe, ſiquidem ut ex Luitprando d.l.2.c.7. conſtat, Conradus I. *Imperator ſaltem uſurpavit coronam auream gemmis ornatam, ſceptrum & regalia indumenta addit tamen* Witichindus *l. 2. Annal. in pr. gladium cum baltheo, & chlamidem cum armillis & ſeq. l.3. f. m.32. lanceam ſacram. Poſtea pomum aureum acceſſiſſe ex Gotfr.* Witerienſi (qui ſub Henrico VI. Imperatore ſcripſit) *in Chronico P. 19. cognoſcitur, tandem ſub Wilhelmo Hollando* cum Rex Romanorum conſtitueretur, quod anno 1247. factum, *etiam annulum adhibitum fuiſſe, ex Chron. magno Belg. f.* 245. patet.

5. *Imperatorem Rudolphum II. aliam coronam* maximi pretii, & quidem cum ſceptro & appendice unius millionis aureorum, ut nobis Viennæ, eum illa in Gazophylacio monſtrarentur præfectus illius aſſeveravit, in Familiæ Suæ Sereniſſimæ honorem & uſum confici curaſſe, illamque, quando Imperatore vivo ex illa Familia Rex Romanorum coronatur, ab illo durante eo actu in capite geſtari. Idem etiam narrat *Auctor Deſcript. Regimin. Ferdin.*II. *c. 22. p.* 44

6. *Actum coronandi in ſequentibus conſiſtere.*

(1.) *Quando dies* coronationi deſtinata (quæ plerumque ultra duas ab electione ſeptimanas, ſi electus præſens ſit, non extenditur obſervante *Sprengero d. l.*) appropinquat, parietes Aulæ Cæſareæ & Templi tapetibus precioſiſſimis ornantur, & in hoc ſubſellia pro Imperatore & Imperatrice, ſi præſens ſit, pro Rege Romanorum, ſi ille ſimul electus ſit, pro Electoribus, pro Legatis Pontificis, Regum & Reipubl. Venetæ, pro Principibus & aliis Statibus ac pro Legatis conſueto illo ordine, qui refertur in *Diario Europæo d.p.* 1. *p.* 942. collocantur. *Fons, ex quo* vinum rubrum & album ſcaturire debet, *& culina Imperatoria, in qua bos iſte integer aſſari ſolet*, ante curiam ex aſſeribus conficitur, & triduò ante per Cæſareos coquos bos iſte cornibus auratis & ſerto ornatus, prævis tibicinibus ſolemniter in eam introducitur, ibiq; mactatur, & veru ligneo quadrato à rotis duabus verſatili impingitur, utræq; forea culinæ quoque cuſtodibus armatis muniuntur, quo ingredi volentes abſque turbis intromitti & emitti rurſus poſſint; pons ligneus, quo Imperator verſus templum incedere debet, præparatur, & ut cives cum præſidiariis militibus ſtato die in armis cum vexillis compareant mandatur.

Apparente die omnes portæ clauduntur, & campanæ à quinta hora usque ad ſeptimam diverſis tamen vicibus pulſantur, & poſt ſeptimam *Seculares Electores, cum reliquis Imperii Principibus ac Statibus, & abſentium Legatis*, Conſiliariis, aulicisq; ſuis in aulâ Imperatoriâ, *Eccleſiaſtici verò in templum coronationi deſtinatũ* ſe conferunt, & *illi quidem*, ut mox dicetur *Imperatorem ordine congruo comitantur, hi verò ad Sacra & actum reliquum ſe accingunt*, & ſtatim à Noribergenſibus & Aquisgranenſibus Legatis dicta Imperii Cleinodia accipiunt, eaque altari ante chorum actui huic deſtinato imponunt, ut refert *Artuſ. in deſcript. Coronat. Matthiæ*; Pontificalia ſua induunt & electum præſtolantur. *Nec non Electo coronam Caroli M. vel potius Conradi* I. per duos Canonicos in aulam mittunt, ut in Coronatione Leopoldi I. factum eſſe memoratur *in Diar. Europ. d. p.* 1. *f.* 940.

Cives quoq; & præſidiariæ cohortes, (ſi quæ conſcriptæ ſint vel conſtitutæ) ſub vexillis ſuis congregantur & à Curia usque ad templum ad utrumque pontis prædicti ex aſſeribus denſioribus conſtantes latus viritim, & inſertis loco competenti officialibus & vexillis, nec non tympanis & fiſtulis diſponuntur.

Omnibus ita in aula diſpoſitis ſignum ab Officiali

A. *quodam aulico ad procedendum datur, & tunc ſequenti ordine deductio fieri ſolet.*

Incedunt nempe 1. Commentarienſis Imperii **der Reichs-Profoß**. 2. Miniſtri & famuli præſentium Statuum. 3. & 4. Pueri nobiles Electorum & Imperatoris. 5. Metatores Aulici Electorum 6. Electorum Mareſchalli. 7. Eorundem Nobiles Aulici & Conſiliarii. 8. Electorum & Imperatoris, vel etiam Regis Romanorum tubicines & Anacariſtæ **die Heerpaucker**. 9. Conſiliarii Imperatoris intimi, qui ſimul aurei velleris Equites ſunt. 10. Heroldus Auſtriacus. 11. Heroldi Hungarici & Bohemici duo, 12. Heroldus Imperatoris & ſi ſimul Rex Romanorum adſit etiam illius: omnes amictu & baculo conſpicui ornati & albis equis vecti, ut refert Artus in deſcr. Coronat. Matthiæ. 13. Mareſchallus hæreditarius Electoris Saxoniæ, ſi hic præſens ipſe eſt. *Et hucusq; omnes, exceptis dictis Heroldis, pedibus eunt, equis verò*

B. *vehuntur ſequentes.* 14. Electorum ſecularium Legati primarii. 15. Abſentium Electorum Vicarii cum inſigniis 16. Electores ipſimet præſentes cum inſigniis. 17. Vice Mareſchallus Imperii de Pappenheim, ſi Elector Saxoniæ præſens ſit, cum ſola vagina, ſi verò abſens cum nudo enſe. 18. Elector Saxoniæ tanquam Archimareſchallus cum nudo enſe in altum erecto. 19. Rex Romanorum præſente Imperatore & 20. Imperator ipſe ſub Baldachino ab octo Senatoribus illius loci geſtato equitans. 21. Imperatoris Magnus Aulæ Magiſter. 22. Ejusdem Capitaneus Satellitum equeſtrium & pedeſtrium, **der Hatſchier und Trabanten Hauptmann** & tandem 23. Satellitum equeſtrium & pedeſtrium pars reliqua, quæ Imperatorem non comitatur.

Finita hac proceſſione templi fores à vigilibus ante cuſtoditæ planè occluduntur.

Imperatore ita templum ingreſſo & verſus chorum

C. *ſe movente dicti Eccleſiaſtici Electores cum aliquot Epiſcopis proceſſionaliter occurrunt, eumq; per Archiepiſcopum Moguntinum excipiunt* & ad altare dictum conſuetis ceremoniis deducunt, ut latè refert *Sprenger. d. l. Quibus peractis Imperatore* thronum in medio verſus altare aſcendente, retrò ab ejus ſiniſtro latere (quod verſus altare dextrum eſt) paulò poſt ſubſident Archiepiſcopus Conſecrator, pro diœceſi & ſecundum tranſactionem nuperam paulò poſt relatam Moguntinus vel Colonienſis, & pone illum alteruter horum, qui non conſecrat; *à dextro* verò ejus latere, ſive ſiniſtro reſpectu Altaris, etiam retrò Trevirenſis. *A ſiniſtro* porrò Imperatoris latere in ſingulari ſcamno ſedent Electores ſeculares, inſigniis Imperii Vicariis traditis, & abſentium legati, & pone hos equites aurei velleris Imperatoris ſummi Miniſtri. *A tergo* Trevirenſis Principes & Status Imperii ſeculares, à tergo autem Imperatoris Principes &

D. Status Eccleſiaſtici, ac poſt hos Oratores Papæ, Regis Hiſpaniarum & Venetus, ac tandem Legati Statuum & Status ipſi minores. Cum verò hi omnes templum intrarunt, omnes fores clauduntur & præſidio firmantur.

(2.) *Occupatis ita ſubſelliis ſurgit è ſuo ſubſellio Conſecrator*, (nempe pro competentia Diœceſeos & ſecundum nuperam tranſactionem paulò poſt relatam Moguntinus vel Colonienſis) & orditur officium miſſæ, cum collectâ graduali & ſimilibus, illisque finitis deponit coronandus amictum ſuum externum, & ſi ex Collegio electus fuerit, Electoralem, ducturâ reliquis duobus Eccleſiaſticis Electoribus (quod quandoque à duobus ſaltem Epiſcopis fit) & ita aſſiſtentibus Clericis in Oratorii ſubſellium, vel ad altare, & cum omnes in genua procubuiſſent, Conſecrator ille Litaniam recitat, eaque ad verſiculum, *ut nos*

exaudire

exaudire digneris &c. deducta, orat, *Ut hunc famulum tuum N. in Regem eligere digneris*, & reſponſione Te rogamus &c. à Choro ſubſecuta pergit, *Ut eum benedicere, ſublimare & conſecrare digneris*, reſpondente itidem Choro, *Te rogamus* &c. finit his verbis *Ut eum ad Regni & Imperii faſtigium perducere digneris*; Chorus verò *Te rogamus* tertio repetit.

Peracta ita Litania & oratione Imperator cum Eccleſiaſticis omnib' iterum ſurgit, & Conſecrator reſumēdo infulam & pedum interrogat illum latinè, *An Catholicam fidem ſervare, Eccleſiam Catholicam protegere, Juſtitiam adminiſtrare, Imperium augere, viduas & orphanos defendere & debitam Papæ reverentiam exhibere velit?* ſingula per verbum *Volo* affirmans *Imperator* ad altare accedit, & ſuper illa ſanctè ſervanda juramentum præſtat.

Deinde Conſecrator omnem cœtum, an coronandum pro ſuperiore agnoſcere, ac illius Imperium debita obedientia colere velint, interrogat, hocque *fiat, fiat, fiat*, inclamantem, accedunt quidam deputati Clerici pectore & dextro brachio coronandum nudantes, ac ad altare deducentes, ubi genibus flexis *impetrata à Conſecratore per manus impoſitionem benedictione oleo ſancto in vertice decuſſatim, intra ſcapulas, in cervice, pectore, dextro brachio, intra manum & juncturam, & palma dextra* (in quo tamen quandoque variatum eſſe ex deſcriptionibus coronationum liquet) *ungitur, ſingula unctioni hac formula: ungo te in Regem de Oleo Sanctificato in nomine Patris, Filii & Spiritus Sancti*, organo & Muſica interſonante canticum *Unxerunt Salomon &c. adjicitur.*

Peracto hoc ritu Regem Electores bi Eccleſiaſtici in Sacriſtiam ducunt, & goſſipio oleum abſtergunt, vel aquâ abluunt (uti in Maximiliani II. coronatione factum, memorante *Schardio in Deſcriptione illius*) *exuunt regalem amictum, & illum Diaconali ſive Dalmaticâ & Sandaliis Norिberga adductis veſtitum, ad altare rurſus comitantur, tunc Conſecrator cum reliquis Archiepiſcopis Electoribus* (in coronatione dicta Matthiæ reliqui ſaltem duo Archiepiſcopi hoc fecerant referente *Arenſio d. l.*) *ei tradit nudum gladium Caroli M. Noribergenſem ab altari deſumptum his verbis: Accipe Gladium per manus Epiſcoporum, hac admonitione, ut illo pro Salute Imperii fideliter utatur, illumq́; vel Imperator ipſe, ut narrat Sprenger. vel Elector Saxoniæ* ut memorat Schard. dd. *ll. in vaginam recondit, & Electores Seculares* (*Schard. ibid.* id ſoli Saxoni adſcribit) *lateri ejus accingunt.*

Porrò Conſecrator adſtantibus à latere Eccleſiaſticis & à tergo Secularibus Electoribus *annulo Caroli M. Imperatorem deſponſat his verbis: Accipe Regiæ dignitatis annulum, & per hoc Catholicæ fidei cognoſce ſignaculum; Corpori chlamidem vel pallium Imperiale ex auro rigidum induit, in dextram ſceptrum, & in ſiniſtram pomum vel globum imperialem tradit hac formula: Accipe virgam virtutis & æquitatis ut orbem regas: ac tandem regulariter omnes Archi-Epiſcopi Electores præſentes*, (ſicuti ex deſcriptione Coronationis Maximil. I. Maximil. II. Rudolphi II. Matthiæ, Ferdinandi II. apud *Bellum* **in dem Oeſterr. Lorber-Krantz** *l. 3. f.* 246. Ferdinandi III. apud *Carpz. de l. Regiâ c.* 11. *Sect.* 10. *n.* 34. Ferdinandi IV. & Leopoldi I. patet) *Coronam Noribergenſem ejus capiti imponunt, adjectis à Conſecratore illius temporis & loci his verbis. Accipe Coronam &c. Imperator verò Electoribus hodie Bavaro & Brandeburgico, vel eorum abſentium Vicariis Sceptrum & pomum tradit, ipſeq; coram altari juramentum de juſtitia exercenda & Legibus privilegiisq; obſervandis præſtat.*

Miſſa dehinc continuatur, legitur Evangelium & Muſica reſonat, Capellani cantant Symbolum Apoſt

A. *licum, Imperator in altari offert*, (quem olim Electores cum offertorio ſecuti ſunt, ut refert *Maurus in Coron. Caroli V.*) *& Sacramentum ſub unâ percipit, atq́; ad thronum ſuum per Conſecratorem ſubſequentibus ordine decenti reliquis Electoribus deducitur, & his verbis Sta & retine locum tuum, quem non jure hæreditario, nec paterna ſucceſſione, ſed Principum Electione in Regno Alemaniæ tibi noſcas delegatum, inthronizatur, gratulatione ab eodem nomine Collegii adjectâ. Retrocedunt poſteà Eccleſiaſtici* in chorum & Pontificalia Electuralibus veſtibus mutant; *Seculares verò* à dextro Imperatoris latere operto capite ſtantes, creationem Equitum de quâ *ſeq. th.* 13. *expl.* 2. latè dictum, ſpectant, *quâ peracta Imperator alterum ad altare poſitum Solium conſcendit, tunc accedunt duo Canonici Aquisgranenſes*, quorum unus Evangelium, alter S. Stephani capſulam, ut ſupra dictum, inde allata, offert, & Imperator illud oſculatur, ſuper
B. hanc verò obſervantiam privilegiorum Eccleſiæ illius jurat, *& ita inter Canonicos iſtius Eccleſiæ recipitur* de quo plura legi poſſunt apud *Sprenger. d. l.*

Finito hoc modo toto Coronationis actu, fores templi reſerantur, & Imperator in choro deponit Dalmaticam ac Sandalia, ac cum pallio & coronâ templū exit.

Quoniam in præcedentibus ſub num. 2. tranſactionis, quæ inter Electorem Moguntinum ac Colonienſem circa controverſiam de jure coronandi ortā an. 1657. inita fuit, mentio facta eſt, illam hic ſubjungere voluimus.

DEmnach zwiſchen denen Hochwürdigſten auch Durchleuchtigſten Fürſten und Herren / Hn. Joh. Philippen Ertz-Biſchoffen zu Mayntz / ſo dann Hn. Maximilian Henrichen Ertz-Biſchoffen zu Cölln / zeithero ſich umb deswillen Irrung und Streit erhalten / daß Ihr Churfl. Durchl. zu Cölln / die Crönung eines erwehlten Röm. Königs Ihr und
C. dero Nachkommen am Ertz-Stifft Cölln allein / und zwar nicht nur zu Aachen und in dero Cöllniſchen Ertz-Biſchöfflichen Landſchafft / ſondern auch durchgehends im gantzen H. Reich Teutſcher Geburth ohne Unterſcheid / krafft zu ſolchem End angezogenen guldenen Bull Käyſer Carls des Vierten / zueignen / hergegen aber Ihr Churfl. Gnaden zu Mayntz / der guldenen Bull nach / die Stadt Aachen zwar Ihre Churfl. Durchl. und dem Ertz-Stifft Cölln geſtehen / Ihro doch und dero Nachkommen am Ertz-Stifft Mayntz / alle übrige Orte des H. Reichs Teutſcher Geburt krafft für ſich angezogenen alten Herkommens und Gebrauchs Beſitzung zuſchreiben wollen / als haben beyderſeits höchſtgedacht Ihr Churfl. Gn. und Durchl. zu Mayntz und Cölln für ſich und Ihre Nachkommen an dero Ertz-Stifften zuvorderſt Gott zu Ehren / dem Vaterlande und dero Ertz-Stifften
D. Land und Leuten zum Beſten / nach reiffem der Sachen Vorbedacht / ſich in der Güte einträchtig und freundbrüderlich verglichen wie folget.

1. Wollen Ihr Churf. Gnaden zu Mayntz und dero Nachkommen am Ertz-Stifft Mayntz / zu Fortpflantzung beſtändigen Wohlvernehmens / guter Vertraulichkeit und Freundſchafft / wann die Frage / ob die Crönung an einem andern / als in der guldenen Bull beſtimten Orte / verrichtet werden ſolle? vorkomt / ſich nicht allein mit Ihr Churf. Durchl. zu Cölln und dero Nachkommen am Ertz-Stifft Cölln einſtimmig erklären / ſondern auch dahin bemühen und vermitteln helffen / damit die beſagte Frage im Churf. Rathe bey Uberlegung des Käyſerl. Wahl-Eydes und vor der Wahl jedesmahl vorgenommen und erörtert / und die Crönung zu Aachen werckſtellig gemacht werde / *niſi impedimentum legitimum obvenerit*, es wäre denn daß eine rechtmäßige Verhinderung dazwiſchen käme / wie die güldene Bull ſelbſt redet unter dem 25. und

28. Titul in dem Abſatz/ ſo ſich anfanget: *Invenimus etiam &c.* Wir befinden auch u. a. m.

2. Daß beyden Ihren Churf. Gn. und Durchl. zu Maynz und Cölln/ die Würde und das Amt zu crönen in Ihren Ertz-Biſtumben undiſputirlich und zwar jedem in ſeinem Ertz-Biſtumb und ſeinem Bezirck allezeit allein und fürnemlich zukommen ſolle.

3. Da aber auſſerhalb dieſen beyden obgedachten Ertz-Biſtumben Maynz und Cölln die Crönung in einigen deren unterhabenden Bey-Biſtumbern/ oder in andern auſſer der Ertz-Biſchöfflichen Maynz und Cöllniſchen Landſchafft gelegenen Ertz- und Biſtumben geſchehen würde/ alsdann ſoll dieſelbe umbwechſelicht von beeder Hn. Churfürſten Maynz und Cölln verrichtet/ und alſo auſſer Aachen/ und dann von beyden Hn. Churfürſten Sich vorbehaltenen/ ihren eigenen Bezircks und Ertz-Biſtumben im gantzen H. Reich zwiſchen Ihnen der Crönung halber eine durchgehende Gleichheit ins künfftig gehalten werden.

4. Dafern die Crönung auſſer denen Maynz und Cöllniſchen Ertz-Biſtumben/ es ſeye inner oder auſſerhalb beyderſeits Landſchafften vorgenommen werden ſolte/ alsdann ſollen bey obgemeldter Umbwechſelung Ihre Churf. Gnaden zu Maynz/ zu mehrer Bezeugung Ihrer treuen freund-brüderlichen Wolgewogenheit/ nicht allein ſich freywillig erklärt/ ſondern dabeneben auch des Erbietens ſeyn/ bey nechſter Wahl und deren Beeydigung beſt-möglichſt ſich dahin zu bemühen/ damit die jetzt bevorſtehende Crönung in der Stadt Cölln/ (weilen etwan wegen des kurtz hiebevorn zu Aachen vorgangenen Brand-Schadens der Bewirthung halber daſelbſten es unbequem fallen dörffte) verrichtet werden möge.

5. Solle dieſer Vergleich nicht allein von beyden Herren Churfürſten unterſchrieben/ ſondern auch von beeden Thumb-Capitulen zu Maynz und Cölln mit bewilliget/ und zu ewigen Tagen hierauff einmütiglich veſt und unverbrüchlich gehalten/ auch andere Außleg- und Außdehnungen oder Einflickungen darinn keines weges zugelaſſen/ viel weniger das geringſte ſonſten dargegen vorgenommen werden/ deſſen allen zu Uhrkund habẽ beede höchſtged. Ihre Ch. Gn. und Durchl. Maynz und Cölln/ für ſich und ihre beederſeits Nachkommen an dero Ertz-Stifftern fünff dieſer verglichener Verträge unterſchrieben und verſiegelt/ welche auch beede hochwürdige Thumb-Capitul zu Maynz und Cölln mit bewilliget und zugleich vollnzogen haben/ darob eine rechtgründliche Abſchrifft Ihrer Churf. Gn. zu Maynz/ eine Ihrer Churf. Durchl. zu Cölln und dero Archiv/ auch jedem Thumb-Capitul eine/ und dann eine zur Reichs-Cantzley außgeantwortet und verwahrlich auffbehalten werden ſolle. Geſchehen den 25. Junius 1657.

3 In exitu idem ordo obſervatur, niſi quod Elector Trevirenſis Imperatorem ſimul ſigillum officii ſui ſive Archi-Cancellariatus manu geſtans, ante tamen Vice-Mareſchallum & Mareſchallum Imperii ſi hic ſimul præſens ſit, præcedat, Moguntinus verò & Colonienſis immediate ſigilla etiam Archicancellariatuum, ut nos in actu coronationis Ferdinandi IV. anno 1653. Ratisbonæ obſervavimus, portantes, cum vigore Aureæ Bullæ c. 26. §. 2. Conſecrator ſolus omnia illa ſuper baculo argenteo geſtare debeat, illosque Epiſcopi præſentes ſequantur; omnes verò pedibus incedant: Imperator verò Ferdinandus III. dicto in actu ob pedum ægritudinem ſella ſub baldachino geſtatus fuit: *proceſſio quoq; non in aulam Imperatoris, ſed Curiam Civitatis illius fiat, & quidem per dictum pontem ligneum, & tunc pannis triplicium colorum*, quibus Imperatores ſuos famulos ab anti- A. quo veſtire ſolent, lutei, ſcilicet, albi & fuſci conſutis, *vel ſi Romanorum Rex* extra vacantiam electus & coronatus eſt, *duorum colorum*, rubri ſcilicet & albi conſutis inſtratum, (quos vulgus ſtatim ſubſequens disrumpit vel diſcindit), fiat.

Ubi in illam venerunt, Imperator in atrium ſolemniter introducitur, & paulò poſt ſinguli Electores in Conclavia ſua ſe conferunt, mox redeuntes in atrio ad feneſtras ſecundum præcedentiam, pone Imperatorem, qui ſolus unam occupat, bini accedunt, & ceremonias ſequentes in coronatione peragi ab antiquo ſolitas, ante prandium interea inſtruendum, adſpiciunt.

Inter illas primam celebrat Elector Saxoniæ & in abſentiâ ejus Vicarius Comes de Pappenheim aliquot ſatellitibus cinctus, qui in *acervum avenæ* ante Curiam congeſtum equo usque ad ejus pectus vehitur, & modium argenteum, ſatis, ut vidimus, capacem, (quem Elector Saxoniæ cum radio ſimiliter argenteo ſuis ſumtibus præſens confici curat, *ac poſt ejus uſurpationem unà cum equo Vicario ſuo tradit: ſi verò ille abſens ſit, modius quidem ille iſti cedit, ſed pro equo certum pretium ei ſolvit*) B. manu tenens, & per famulum impletum radio æquat, atque in famuli primùm venientis ſaccum effundit, & ſic officio ſuo functus recedit, ſecundum *A. B. c. 27. §. 1. & tunc*, ſi Elector ipſe adeſt, ejus Vicarius reliquam omnem avenam diſtribuere debet, ſed ſtatim vulgus circumſtans multo tumultu illam diripit, credulum, illam ab equis vel vaccis comeſam illis ſanitati cedere.

Secundam, (quam etiam *Arnſius d. l. ita refert*) *vi A. B. d. l. §. 3. Elector Brandenburgicus vel ejus abſentis Vicarius* etiam eques & miniſtris ſtipatus peragit, malluvium argenteum cum gutturnio & mantili in menſa prope culinam (ubi *Sprenger.* iterum in culinâ habet) apportans, & in Curiâ equo ab illo intra & ab hoc ante fores relicto Imperatori pedes offerens, *quod cum gutturnio & mantili, uti etiam equo ejus Vicarius ſibi acquirit.*

C. *Tertiam* (quam *Sprenger. dicto loco* ſecundam facit) ſecundum tenorem *Aurea Bulla d. c. 27. §. 4. olim Elector Palatinus, hodie Elector Bavariæ & abſentis loco ejus Vicarius Comes Truchſeſius de Walpurg* ſimiliter equo vectus & famulis ſtipatus verſus culinam prædictam ante curiam in medio caſtructam ſe confert, & poſitas juxta illam (*Sprenger.* erroneè ponit in illâ) in menſa quatuor ſcutellas argenteas cibis repletas Imperatori adſportat, *& ille intra hæc ante curiam* equo deſcendens præcedente Imperii Archi-Mareſchallo & eo abſente illius Vicario ac multis Imperii Comitibus cum reliquis cibis ſubſequentibus patinas illas cum debita ſubmiſſione menſæ Imperatoriæ imponit, & patinæ illæ cum equo dicto Vicario cedunt.

(*Sed in Coronatione Maximiliani II.* tria ſaltem fercula in tribus deauratis catinis adſportata fuiſſe *Schardius in Deſcript. dictâ narrat:*) *inter illa verò fruſtum* D. *de bove aſſato* (qui ſi io æſtate, ut in coronatione Ferdinandi IV. Regis Romanorum glorioſiſſimæ recordationis factum, actus talis perficiatur, propter triduanam bovis toſtionem caro ita fœtet, ut illa citra nauſeam propriâ experientiâ teſte comedi nequeat) abſciſſum pro primario habetur.

Electore Bavariæ vel in abſentiâ ejus illius Vicario vix à culina dicta recedente, vulgus & miniſtrorum cætus magno impetu, nec ſine periculo illam diripit, aſſeres, fores, & ligna cuncta rumpendo, uti etiam reliquias bovis diſcerpendo & auferendo, fruſtaque illius partim conſumendo, partim dominis ſuis afferendo, ſicuti etiam nobis & ſodalibus noſtris ſecundum prædicta aliquod fruſtum adſportatum fuit, ſed tanto fœtore infectum, ut nihil de illo guſtare potuerimus.

Quartam

Quartam exercet nomine Regis Bohemiæ, ſi ipſimet, ut hactenus diu obſervatum eſt, Imperator electus & coronatus ſit, ejus Vicarius Baro de Limburg Imperatori vaſa potoria aurea & argentea vino ex fonte fictitio, cujus paulo poſt mentio fit, hauſto plena in equo adſportans & Imperatori ſubminiſtrans, quæ etiam ipſi poſtea cedunt, ut Schardius d. l. refert.

Quintam hodie expedit Elector Palatinus, tanquam ex novâ conſtitutione Imperii Archithesaurarius, & in ejus abſentiâ illius Vicarius Comes de Sinzendorff, tanquam recenter etiam ordinatus hæreditarius Imperii Theſaurarius, miſſilia aurea & argentea in nummis effigie ac nomine Imperatoris vel Regis Romanorum dicti, & anno coronationis inſignitis conſtantia, quæ ante hujus inſtitutionem in exitu ex templo per duos equeſtres ſatellites inter populum ex crumena diſſeminata fuerunt, ut ex dictis deſcriptionibus conſtat, ex equo etiam circumjiciens, ubi ejus Vicarius etiam ejus equum vel in abſentia ejus pro illo certum precium cum aliquot nummis lucratur.

Hic tamen notandum in coronatione Ferdinandi IV. Electorem Palatinum ſaltem in foro vel ante Curiam, ejus Vicarium verò etiam equo vectum in adjacentibus plateis, ut nos obſervavimus, miſſilia illa projeciſſe.

Et addendum, ut quidem Aurea Bulla d. c. 27. §. fin. abſentibus Electoribus equos & dicta vaſa non dictis illorum Vicariis ſed ordinariis Imperatoriæ aulæ miniſtris officia illa & alia præſtantibus deberi, ſed illud, ut diximus, non amplius obſervari.

Sicuti etiam notandum, quod abſente Electore ſeculari non ejus Legatus, ſed Vicarius ex judicatu & obſervantiâ (de qua Limn. l. 3. c. 7. n. 74. & Carpz. in Synopſi Feudali Diſp. 11. ſubjuncta quæſt. 3. legi poſſunt) uti etiam nova conventione inter Electores in Comitiis Ratiſponenſib. an. 1653 initâ inſigne Domini ſui præferat.

Illud tamen tunc temporis Legati Brandenburgici impugnarunt, cauſando vigore antiquæ transactionis inter ſuos Electores & illorum Vicarios ab antiquo initæ ac obſervatæ illis hoc competere, ut legi poteſt apud Limn. in Tomo V. d. c. 7. n. 74.

Notanda hic quoq; eſt differentia, in præcedentibus jam interſerta, quod in hoc actu Electores ipſimet intra Curiam, Vicarii verò extra Curiam, equos ſuos adſcendant, & ab iis deſcendant.

Dum hæc ita peraguntur, ex fonte illo fictitio ad cujusq; uſum per multas horas rubrum & album vinum continuè fluit, & ideò inter illos, qui id vaſibus & vaſculis excipiunt, multæ turbæ oriuntur, & nonnullis planè vulnera in capite, facie & manibus infliguntur.

Imperatori ad menſam olim ſecundum Auream Bullam c. 28. §. 2. ſex, hodiè verò ex obſervantia tres ſaltem gradus altiorem Electores Eccleſiaſtici & ſeculares menſæ præſtò ſunt, & inter illos dignitate antiquior cibos benedicit, diſponente ita A. B. c. 23. & 27. §. 2. Conſecrator vero cum reliquis duobus accedent Imperatorem, ipſi ſigilla ſua & Collegarum à Cancellario Curiæ recepta ex baculo argenteo (Sprengerus vero d. l. cuique talem baculum & oblationem ſui ſigilli attribuit) qui ex ordinatione A. B. d. §. 2. 12. marcas continere debet, & in coronatione Maximiliani II. referente Schardio d. l. etiam talis ponderis fuit, pendentia conjunctis illorum manibus coram Imperatore in menſâ deponit, & Eccleſias, officia ac jura ſua, nec non ſemetipſos commendans, fauſtiſſimum Imperium illi precatur, cui Imperator benevolentiam ſuam, protectionem Eccleſiarum & perſonarum ac jurium confirmationem pollicetur, ſigillaq; reddit, & majus ejus ſigillum inſtar torquis ad collum appendit, hicq; durante convivio ita geſtare debet d. §. 2. De quo legi poſſunt Deſcriptio Coronationis Maximiliani I. cum reliquis Hanoviæ in octavo anno 1613. edita p. 19. Maurus in deſcript. Co-

A. ronat. Caroli V. Schard. & Heydeni fratres in deſcript. Coronationis Maximiliani II.

Poſterius tamen hodie non obſervari, & ſimul quemlibet Archi-Cancellarium ſua ſeorſim offerre Imperatori & recipere ſigilla tradit Spreng. d. l. 3.

Ubi notandum baculum illum communibus Electorum illorum ſumtibus confici & olim una cum Sigillis, Sigillo Conſecratoris majore ac illius equo ad Imperatoris Cancellarium, cui ille hæc omnia tranſmittere debet, ſpectare debuiſſe d. §. 2. quod etiam in Coronatione Caroli V. factum, referente Mauro d. l.

Electorum itaq; quilibet peractis juxta A. B. tenorem cunctis officiis ſuis ſuam demum peculiarem occupat menſam A. B. c. 28. §. 4. & quidem hodie ſequente modo & ordine.

Imperatoria in medio atrii ſtrata & baldachino tapetibusque à tergo magnificentiſſimis duabusve credentiis, ſcilicet ab utroque latere unâ, ornata, hodie

B. ut dictum ſaltem tribus gradibus altior, quam Electorum eſt. Horum verò menſa ſaltem uno gradu ſuperant reliquorum Principum menſas. Illi ſolus aſſidet Electus: Si verò ille Patre Imperatore adhuc vivente & præſente in Regem Romanorum ſpeciatim electus fuerit, in ejus Coronatione Imperator eidem ad dextram ſimul aſſidet, ut in Coronatione Maximiliani II. apud Schard. & Heydenos legi poteſt, & in Coronatione Ferdinandi IV. peractum eſt. A dextro latere primam ſibi ſtratam habet Elector Moguntinus, alteram Rex Bohemiæ, tertiam Bavarus, quartam Brandenburgenſis; à ſiniſtro primum locum obtinet Colonienſis, Saxo ſecundum, tertium Palatinus: & verſus faciem Imperatoris ex oppoſito ſuum obtinet Trevirenſis; honore & dignitate cuivis vigore A. B. competente, niſi quod Palatinus nunc obtineat ultimum locum.

Omnes quidem hæ Electorum menſæ ſtratæ & tribus ferculis inſtructæ ſunt, illarum tamen quamvis compe-

C. tentem ſolummodo occupant Electores ipſi præſentes, ante reliquas abſentium Legati Principales ſaltem ſtant, & nullos baldachinos, nec patinas apertas, ſed clauſas, ſicut reliqua habent, credentiis tamen ſumptibus Dominorum ornata etiam ſunt; quia ſaltem eſculenta & poculenta ſumtibus Cæſaris exhibentur, Supellex verò argentea Electorum propria eſt, ut refert Sprenger. d. l. & Carpzov. in deſcriptione Coronationis Ferdinandi III. de Lege Regiâ c. 11. ſect. 10. n. 34. In Coronatione tamen Maximiliani II. illam ex Imperatoris penario depromtam fuiſſe Schardius d. l. narrat.

Reliquorum Principum tam Eccleſiaſticorum, quàm Secularium menſæ, una atque etiam altera (ut in coronatione Maximiliani II. factum eſſe retulerunt Heydeni fratres & Schardius dd. ll.) in eodem atrio ſtrata, ſaltem uno, ut ſupra diximus, gradu depreſſior eſt Electorum menſis, & neq; baldachino neq; credentia ornata;

D. Ad quem vero illorum ſupellex menſaria ſpectet, à nemine, quod ſcimus, ante notatum fuit, quam in deſcriptione Coronationis Ferdinandi III. jam memoratâ, in quâ refertur illam ex argento conſtantem ex penu Imperatoris exhibitam, & ſervitia menſalia ab ejusdem miniſtris præſtita fuiſſe.

Eſt quoq; in eodem cœnaculo menſa ſtrata ad cleinodia Imperii prægeſtari ſolita recipienda.

Notandum inſuper eſt (1.) Convivantibus ita cum Cæſare Electoribus, ab his quosdam Comites, quorum in coronatione Maximiliani II. duodecim fuiſſe Schard. d. l. refert, ad ſervitia Imperatori præſtanda deputari: Electori verò ſingulo inſervire Mareſchallum hæreditarium cum gladio, nec non pincernam & dapiferum (2.) Imperatorem & Electores operto capite convivari, ut ex omnibus deſcriptionibus conſtat.

An verò etiam Principes convivio hoc ſolemni ſimul excepti operto vel aperto capite ſedeant, non ita obſervatum fuit. *Quod enim Sprenger. d. l. ſcribit* Principes nunquam in Imperatoris præſentiâ tecto capite incedere, illud generale non eſt, dum nobis ex praxi conſtet, Principes Imperii Regentes, **die regierende Fürſten** niſi in Imperatoris familiâ vel miniſterio, vel recens creati ſint, capite operto præſente, immo cibum capiente Cæſare, niſi alloquio honorentur, tunc enim durante eo caput nudant, incedere & ſtare.

Præter has menſas etiam aliæ pro Comitibus & Baronibus Imperii, procul dubio ad exemplum Principum menſæ Imperatoris vaſculis & ſuppellectile ex argento inſtructæ in peculiari cœnaculo, *& iterum alia quatuor* in proximo conclavi; pro ſingulis quatuor civitatibus vel potius illarum Legatis, Aquisgrano, Noribergâ, Coloniâ & Francofurto, & quidem pro prioribus duabus à dextrâ, poſterioribus autem à ſiniſtrâ cum totidem ſeparatis credentiis vel abacis adornantur, *Ubi narrandum* in coronatione Ferdinandi III. pro prædictis quatuor civitatibus non ut alias fieri ſuevit, quatuor ſingulas menſas, *ſed unam longam, & fortè ideò, quia* coronatio Ratisbonæ facta, & illius Legatus ſimul convivio adhibitus fuit, ſtratam, & vaſis potatoriis argenteis deauratis, ſcutulis verò & orbibus ſtanneis ex Imperatoris penu deſumtis inſtructam, iisque propriis famulis ſervitum fuiſſe, ut ex d. deſcriptione apud Carpz. cognoſci poteſt.

(4.) *Convivio ita peracto* Imperator vel Rex Romanorum ab Electoribus & reliquis Imperii Statibus eodem ordine & comitatu, quo in Curiam deductus fuit, in Palatium & usque in conclave reducitur & inſignia iſta Noribergenſia ibi linquuntur; *Si verò* alia ſunt Vicariis Electorum cuſtodienda traduntur. Tunc gratiis ab Imperatore Primoribus clementiſſimè actis quilibet in ſuum hoſpitium revertitur, & ſe adhuc hilarem præbet, & pro beneplacito poſt unum atque alterum diem domum revertitur.

(5.) Solet *Magiſtratus illius Urbis curare*, ut ex ærario Machina quædam pirobolaria in honorem coronati conficiatur, & ſi ſerenum ſit cælum veſpera ejus diei, ſi non, proximo commodo tempore accendatur, uti in Coronatione Mathiæ Francofurti Anno 1612. factum referente *Arnuſio d. l. inf.* Et quandoque ſi Imperatrix ſimul coronetur, poſtea torneamentum vel haſtiludium ludicrum **ein Ringrennen**, uti etiam chorea ſolemnis celebrari, ut ſimiliter poſt dictam utriusque referente eodem & Ferdinandi II. coronationem factum fuit, de quibus *ſeq. th. 13. expl. 7.* plura dicta ſunt.

Quomodo Coronatio Imperatricis perfici ſoleat, legi poteſt in deſcriptione Arnuſii & in Summario præcipuorum Jurium & rituum circa Electionem & inaugurationem novi Romanorum Regis adhiberi ſolitorum c. 11. circa fin.

Ubi obſervandum hodie vivente Imperatoris defuncti Auguſta vidua novam Imperatricem non coronari, quod à Domus Auſtriacæ Imperatoribus ideò introductum eſt, *quia* per electionem longis temporibus ſi non filii parentibus attamen defunctis agnati ſubſtituti fuerunt, & ita in honorem matris, vel novercæ vel agnatæ Imperatores conjuges ſuas coronari omiſerunt: *Introductus tamen eſt modus duplex, ut Imperatrix vel publicè deponat & reſignet coronam, vel per indirectum*, puta per ingreſſum in monaſterium Viennenſe ad ſeptem libros dictum, ad aliquod breve tempus factum, dignitatem deponat.

De Coronatione & Coronâ Longobardicâ obſervanda ſequentia:

I. *Illam plerumq; apud Hiſtoricos & Politicos ac à Carolo IV, ipſo in A. B. c. 26. §. 4. vocari Mediolanen-*

A. *ſem, quoniam* poſt Carolum M. omnes Imperatores tanquam Italiæ Reges usque ad Cunradum III. & poſt hunc etiam multi, ut mox dicetur, ibi in templo S. Ambroſii ab Archiepiſcopo illius loci (excepto Lothario I. qui Modoetiæ coronatus eſt, Sigon. l. 4. f. 110. & Conrado I. qui utroque in loco coronam accepit. Id. l. 8. f. 193. & aliis poſterioribus mox memorandis,) coronati fuerunt, referente *eodem l. 1. de regno Italiæ f. 27. item q; plures alii poſtea Imperatores Germanici ante dictum Carolum* IV. *utpote Henricus* VI. *al.* V. *apud eundem l. 12. f. 342.* Otto IV. *l. 16. poſt pr. Henricus* VII. *referente Jovio de Viris illuſtr. p. 1. l. 2. & Cuſpinian. in ejus vita. Ludovicus Bavarus recenſente in vitâ Galeacii I. Vice-Comitis Mediolanenſis. Eodem in vit. III. parte 2. l. 3. & Blondo Dec. 2. l. 9. f. m. Carolus ipſe narrante inter alios eod. d. Dec. 2. l. 10. f. m. 369. & Dubravio lib. 22. f. 281. & poſt ipſum ultimò filius Sigismundus, ut inter alios refert Cuſpinian. in ejus vitâ. Blond. Dec. 3. Hiſtor. l. 5. f. m. 469. Ciaccon. in vitis Pontif. ſub Eugenio IV. f.* 888. *&* B. *Rubeus in Hiſtor. Ital. & Ravennat. l. 7. f. m. 616. Nam poſt ipſum nemo illam coronam, præter Fridericum* III. *non tamen Mediolani, ſed Romæ imponente eam Nicolao V. Pontifice, ideo, quia Mediolanum à factioſis obtinebatur & peſte infectum erat, memorante eodem in illius vitâ.*

Quod verò Coronatio illa etiam Modetiæ vel Modoetiæ ſive antiquo nomine Moguntiaci (quæ nunc Italis Monza *& Blondo in Italia illuſtrata ſub Lombardia f.* 364. nobiliſſimũ totius Lõbardiæ oppidum vocatur.) *facta ſcribatur, antiquiora & Longobardica ſive Carolum M. antecedentia tempora ſecundum aliquos ſapit.*

Siquidem referente Sigonio d. f. 27. & f. 20. Theodelinda Longobardorum Regina domi ſtudiis pacis C. intenta oppidum illud XII. millibus paſſuum à Mediolano diſtans magnifica regiâ & Baſilica nobiliſſimâ Divo Johanni ſacratâ illi adjectâ ornavit, & Gregorius Pontifex Mediolanenſem Archiepiſcopum eo jure decoravit, ut vacante Italiæ Regno ipſe poſt 14. dies ſuffraganeorum ſuorum Concilium advocaret, atque ex eorum ſententia Regem conſtitueret, eumque coronâ ferreâ à dictâ Theodelinda inſtituta Modoetiæ redimeret.

Verum licet Coronationis hujus inſtitutio ſe verè ita habeat. Negandum tamen non eſt, etiam poſt Caroli M. tempora Lotharium I. *& Cunradum I. uti jam annotatum fuit, inter priores Cæſares Modoetiæ coronatos fuiſſe. Et quamvis illud poſtea intermiſſum fuerit, cum tamen Mediolanenſes tum ex innatâ ſuperbiâ tum ob* Henricorum Imperatorum cum Pontificibus & inter ſe habita diſſidia, ac inde ſecutas excommunicationes Imperatores deſpectui ac odio haberent, ideoque D. *Imperatorem Cunradum* III. *natione Suevum conjuratione factâ pro Italiæ Rege agnoſcere ac advenientem intra mœnia recipere nollent, hic obſidione fruſtra tentatâ receſſit, ac Modoetiæ agri Mediolanenſis ad decimum lapidem imperialia inſignia accepit, parum referre exiſtimans, ubi coronâ redimeretur dum in Inſubribus hoc fieret. Cujus exemplo etiam alii quidam Mediolano excluſi coronam Imperatoriam ibidem ſumsère. Sed Mediolanenſes has coronas paleas vocant priſco loquendi more, quo res vilis & nihili palea dicitur, ut apud Merulam de Galler. Ciſalpin. Antiquitate & Orig. l. 2. c. 19. ex Alciato de formula Romani Imperii circa finem diſcurrit Caſtellionæus; Addens de ſuo* (quod etiam *Radevicus de ejus geſtis l. 1. c. 44.* refert) *Fridericum* I. *Imperatorem etiam Modoetiæ vel Moguntiaci coronatum idemq; usq; ad Henricum* VII. *Imperatorem Mediolani coronatum, obſervatum eſſe; At Moguntiacos vetuſto ſe ita jure debitoq; honore fraudari exiſtimantes Henricum illum aditu ſe, debuiſſe Regni decora*

cora in Divi Johannis Baptiſtæ templo, & eo in loco Italici regni inſignia capere tum oportere exclamantes. Idq; dignitatis genus ſibi Friderici Rubrobarbi aliorumque Cæſarum beneficio tributum & conſuetudine confirmatum vociferantes (ſicuti etiam illius mandatum ad Canonicos illius loci ad demonſtranda Jura ſua à Goldaſto in Collectione conſtitution. Imperialium f. 320. refertur) Ipſum verò Imperatorem 5000. aureorum accepiis in poſterum conſenſu ſuo ratum feciſſe. Non repugnaſſe Mediolanenſes, quo minus Moguntiacum regni Italici Sedem eſſe Henricus declararat privilegio: quod ſapius experti fuiſſent id qualecunq; honoris eſſet, ſemper in ſummam urbis calamitatem verti: quod intra mœnia recepta Germanorum cohortes cæteraq; barbaræ nationes à rapinâ, incendio, cædibus temperare non didicerint: Conſultiusq; paci ſit, ſi excluſus ab urbe Cæſar in eo oppido Imperialia ornamenta capiat, in quo cum præter loci anguſtiam, tum cenſus & victus inopiam diutius eſſe non poſſit. Optaſſe Galeacium Vice-Comitem eandem Ludovico Bavaro extitiſſe ſententiam, ut relictâ urbe Moguntiacum petiiſſet. B.

Quæ omnia ex dicto Auctore, tum quia ſingularia ſunt, tùm quia ille nõ ita notus eſt, tã latè excerpere voluimus.

Ubi ſingulare hoc ex Maſenii Tom. 2. Annal. Trevir. l. 17. n. 21. conſignare volumus, Henricum illum diademate antiquo amiſſo, vel odio regis nominis abolito novum ex chalybe pulcherrimis & precioſis margaritis, gemmisq; inſertis ſibi reginæq; conjugi tunc ibi confici vel cudi curaſſe, quod auctor ille, ut videtur, ex Actis Mediolanenſibus deſumſit.

Quibus addimus etiam Carolum V. Imperatorem poſtremum in Italia coronatorum Cæſarum etiam Bononiæ anno 1530. Modoetianâ coronâ cinctum fuiſſe, ut ex Jovio d. l. conſtat.

Meminit illius juris à 300. annis ſuo tempore obſervati Blondus d. l.

Cum igitur tot Imperatores & inter eos à Friderico I. omnes, excepto Henrico VII. Ludovico Bavaro, ac Sigiſmundo Modoetianâ illa corona redimiti fuerint, idque Sigon. d. l. 8. f. 193. fateatur, ſcribens Conradum Limitatos eſſe poſteros, & pleroſque illam coronam appetiiſſe, imò Carolus M. ut ita obſervetur apud poſteros, inſtituerit, referente eodem l. 4. in pr. Mirandum omnino eſt, à multis Politicis & viris magnis, inter quos Panvinius de Comitiis Imperatoriis c. 11. in pr. potiſſimum referendus eſt, tam audacter tradi, coronam illam à tempore Caroli M. vel planè non, vel ſaltem in recentioribus ſeculis amplius non uſurpatã fuiſſe. C.

2. Quod inſtitutionem & coronam illam attinet, Theodelinda memorata coronam ad Reges Longobardorum eâ coronandos inſtituit auream quidem, ſed circulo ferreo interiore intextam, unde poſt ferrea corona nomen Italico Longobardorum in regno enatum, eaq; jam anno 591. Ægilulfus Rex coronatus fuit, ut refert Sigon. d. f. 20. de quo etiam legi poteſt Puteanus in Comment. ad hiſtor. Inſubr. l. 2. c. 7. n. 9 & l. 6. c. 11. n. 10. D. Hinc etiam Agrippa, qui coronationi Caroli V. interfuit, in libello de duplici Bononienſi coronatione, c. 1. illam chalybeam (vel ferream) dici (adeoque non eſſe, memorat. Jovius quoque l. 27. Hiſtor. p. m. 237. in relatione actus coronationis Caroli V. ſcribit, illam ferro introrſus tempora præcingente, exterius auro & gemmis exornatam: & Majolus Tom. 2. Dier. Canic. Colloquio 6. p. m. 471. laminam quandam ferream in ſummitate habere, alioquin auream eſſe. Quod etiam in lib. Sacr. Ceremon. Eccleſ. Romanæ ita refertur.

Alii tamen illam planè ex ferro, quod etiam Maſenius d. l. & n. 73. ac n. 171. refert, alii ex argento eſſe conflatã erroneè referunt, de quo legi poteſt Limn. d. l. 2. c. 4.

In tanta diverſitate mirum eſſe a nullo ſcriptore tanquam oculate, quod ſciamus, teſte, veritatem prodi, ſicut de Germanica & Romana materia ac forma multi teA. ſtes oculati afferri ſolent. Credimus tamen Jovii relationi hic maximè fidendum eſſe. Quibus addendum, coronationem hanc utroque in loco ſemper ab Archiepiſcopo Mediolanenſi peractam eſſe.

De coronatione & coronâ Romana vel Italica ſequentia obſervanda.

(1.) Imperatorem antequam Romam adeò adeat, extra territorium Romanum debere ſubſiſtere, & Cardinalibus ablegatis juramentum præſtare, quod velit Romanam Eccleſiam cum Pontifice ſecundùm vires exaltare, & Romæ nullam ſanctionem illi adverſam conficere, ac omnia, quæ de Patrimonio Petri acquiſiverit, illi reſtituere, uti à Friderico IV. Imperatore præſtitum, Fugger. & Bircken. in Hiſtor. Auſtr. l. 5. c. 7. f. 575. cum formalibus juramenti refert.

(2.) Illam coronationem per impoſitionem aureæ illius coronæ quondam regulariter Romæ in templo S. Petri ad Altare majus à Pontificibus ipſis peractam eſſe, ut exemplo Caroli M. apud Sigon. l. 4. f. 98. Lotharii B. f. 110. Ludovici II. l. 5. f. 119. Caroli Calvi f. 133. Caroli Craſſi f. 137. Ottonis M. l. 6. inf. Ottonis II. l. 7. f. 173. Ottonis III. f. 183. Henrici II. al. I. l. 8. f. 189. Cunradi II. al. I. f. 194. Henrici III. al. II. f. 103. Henrici IV. al. III. ſed in ſchiſmate coronati l 9. f. 229. Henrici V. al. IV. l. 10. f. 248. Lotharii III. in ſchiſmate in Vaticano coronati l. 11. f. 264 Friderici I. l. 12. f. 291. Ottonis IV. l. 16. poſt pr. Friderici II. l. 17. poſt pr. Henrici VII. abſente tamen Pontifice Clemente V. à Cardinalibus legatis & inprimis Stephano de Columna à factioſis impedito in æde S. Johannis Lateranenſis inaugurati. Dubrav. l. 20. Hiſt. Bohem. poſt pr. & Cuſpinian. in ejus vita Caroli IV. à Cardinalibus Legatis juſſu Pontificis Innocentii VI. etiam inaugurati. Idem in ejus vitâ Sigiſmundi à Pontifice Eugenio V. in temple S. Petri coronati. Frider. III. etiam à Pontifice Nicolao V. inaugurati. Id. in ejus vitâ & Ciacc. in hujus vitâ f m. 925.

C. Quandoque tamen etiam alibi ex beneplacito, vel neceſſitate Pontificum peractam eſſe.

Ita enim Ludovicus Pius à Stephano IV. Pontifice Remis in Galliâ coronâ Romanâ eo deducta Imperator inauguratus fuit, referente poſt veteres ſcriptores Sigon. l. 4. f. 105. & ſeq. Ludovicus Balbus Trecis à Johanne VIII. al. IX. Pontifice, cum ob turbas Romam deſerere coactus eſſet, coronatus in Imperatorem eſt, teſte eodem l. 5. f. 135. Henricus IV. Imperator Baſileæ in conventu Procerum, quo Romani diadema aliaque ampliſſima munera miſerunt, diadema illud accepit. Avent. l. 5. f. m. 332. Maximilianus I. Tridenti & tantum per Legatum. Cum enim ille anno 1508. bellum cum Venetis gereret, & ſimul illa occaſione Romam ad coronam accipiendam proficiſci vellet, Papa Julius II. expeditioni illius nimis formidabili diffidens Legatum ſuum Cardinalem S. Crucis cum Bulla ad illum Tridentum miſit, ac io eâ illum Imperatorem declaD. ravit, atque talem à Cardinali per plateas publicè proclamari curavit, uti poſt Cuſpinianum in ejus vitâ narrat Fuggerus & Birckenius in hiſt. Auſtr. L. 6. c. 13. poſt pr. ubi hic ſimul ex Hentero recenſet Bullam illam declaratoriam literis aureis ſcriptam fuiſſe.

Quibus etiam junge Caniſium Diſc. ad A. B. p. 1. pag. 76. & Gerh. de Roo l. 12. Hiſt. Auſtr. f. 437. Ubi hic narrat, quod Maximilianus ipſe Tridenti per Matthæum Langium è ſuggeſtu ſe Romanorum Imperatorem deinceps appellandum eſſe, proclamari juſſerit: addens, Pontificem illum titulum poſtea per literas Imperatori Bolſani redditis confirmaſſe.

Carolus V. ex Hiſpania in Italiam ad componenda diſſidia & pacem inter Principes Italiæ conciliandam veniens, variis de cauſis etiam non Romæ ſed Bononiæ anno 1530. à Clemente VII. Pontifice illam ſuſcepit, ut poſt Imperatorem ipſum in R. J. illius anni in pr.

Ciacconius in vitâ Clementis dicti f. 1095. & Agrippa de duplici Bononienſi Coronatione c. 3. & ſeq. latè narrat.

Ubi ex Guicciard. l. 20. Comment. ad d. annum 1530. *p. m.* 942. adducere voluimus, Imperatorem die D. Matthiæ ſacro ideò inaugurari voluiſſe, quod ille naturâ ſibi fortunatus, nempe natalis & contra Franciſcum I. Galliæ Regem victoriæ lator fuiſſet, quod etiam *Ludov. Guicc. in hiſtor. Belg. l. 1. poſt pr. ad d. annum* 1530. *narrat.*

Et poſt hunc nemo Imperatorum amplius coronatus fuit. Siquidem Ferdinandus I. poſtquam frater Carolus V. ſe Imperio publicè per Legatos coram Electoribus abdicaſſet, & hi illi in Conventu Electorali Francofurti 1558. habito prævia capitulatione Imperium pleno jure contuliſſent, *Viennam reverſus Gutzmannum cum mandatis ad Pontificem Paulum IV. Romam miſit ſignificatum* ſe per iſtam reſignationem & Electorum publicam declarationem in Imperatorem promotum eſſe, & paratum Eccleſiæ & Pontifici filialem obedientiam præſtare, & *proxima occaſione ſecundum receptam conſuetudinem de Coronatione rogare. Cum vero Pontifex* deliberatione cum Cardinalibus habitâ, *Legato illi audientiam denegaret, Cæſar ipſi reſcripſit, ut, niſi poſt triduum illam obtineret, cum proteſtatione diſcederet.* Quo facto ad privatam quidem audientiam admiſſus fuit, ſed reſponſionem obtinuit, Papam in re tam arduâ, nunc petitioni locum dare non poſſe, ſed Legationem ad Cæſarem miſſurum eſſe. *Ita Legatus diſceſſit, & Pontifex paulo poſt mortuus eſt.*

Pius vero IV. *ejus Succeſſor* translationem illam ratam habuit, ac Ferdinandi hujus tanquam legitimi ac Catholici Imperatoris Legatos perhonorificè ſuſcepit, ut latiùs narrat *Godelevaus de Abdicat. Caroli V. circa fin.* Quod etiam brevibus narrat *Rouſſel. in hiſt. Jurisd. Pontificial.* 7. *c.* 3. *n.* 47. Et ſimiliter *Maximilianus* II. *ſaltem Romam Legatum miſit ſcciſcitatum*, quibus verbis Pontifici Electionem notam reddere & ſe reſtringere deberet: *Cumq́; reſponderetur*, poſtulandam eſſe Electionis confirmationem, & in obedientiam Sedis Apoſtolicæ jurandum, ad exemplum aliorum Imperatorum: *negavit ſe hoc facturum*, cum id non aliud ſit, quàm ſe Vaſallum profiteri, & Oratori ſuo mandavit, ut referret, ſe omnem reverentiam, devotionem & obſequium Pontifici & Sedi Apoſtolicæ præſtiturum, ac fidei Catholicæ conſervationem, & pro poſſe, amplificationem procuraturum. *Poſtquam verò Imperatoris Legatus Helffenſteinus poſt menſem viceſimum eò veniens nollet præſcripta a Pontifice præſtare, obtinuit tandem a Cardinalibus congregatis reſponſum tale: Quamvis nec confirmatio petatur, nec promittatur obedientia, tamen Sanctitatem Ejus Electionem Regis confirmare, omnes defectus, qui in illa de facto & de jure intervenerunt, ſupplendo, & obedientiam Regis accipere, nullâ interim, utrû poſtulata fuerit, an non poſtulata, promiſſa an ſecus, mentione adjectâ.* Ut latius refert *Sarpius in Hiſtor. Concil. Trident. l. 8. p. m.* 653.

Rudolph. II. *autem & Matthias Imperator & Ferd.* II. *uti & Ferdin.* III. *ſicut apud Lundorpium continuatum P. 4. l. 1. n. 37. f. 115. & ſeq. legi poteſt, anno 1638. per Legatum ſuum* Johannem Antonium *Principem Eggenbergicum & Ducem in Crumau ſolùm Electionem juxta notam reddidit, & protectionem Eccleſiæ Romanæ promiſit.*

Ubi ex Nicio in Pinacotheca part. 2. n. 4. poſt medium adducere voluimus, Legato illi à Franciſco Balduccio oblatum fuiſſe carmen, illumq́; juſſiſſe, ut ei pro honorario trecenti aurei nummi ſolverentur. Poſtquam verò Legatus ille in legendo illo cognoviſſet, Balduccium ſcripſiſſe, quod ab Imperatore miſſus fuerit, ad præſtandam nomine Principalis Pontifici obedientiam, illud

A. *revocaſſe, & contra mandaſſe, ut illi loco iſtius honorarii totidem plagæ infligerentur: quoniam non ad obedientiam, ſed cultum & honorem Pontifici præſtandum miſſus eſſet.*

De Imperatore Leopoldo I. glorioſiſſimo, quid hâc in re egerit, ignotum quidem nobis eſt, quoniam verò in *Capitulatione art.* 37. ſuæ Majeſtati Coronæ hujus poſtulatio remiſſa vel potius prætermiſſa eſt, etiam de Legatione Romam indicandæ Electionis factæ causâ miſsâ ambigimus.

2. *Modum iſtam peragendi breviorem referri ab Agrippa d. l. c. 5. prolixiorem verò ex Libro Ceremoniarum Sacræ Eccleſiæ Romanæ l. 1. Sect. 5. Majol. d. l. & Goldaſt. Tom. I. Conſtit. Imp. f. 421. & ſeqq.* uti etiam *à Fuggero & Bircken. in hiſtor. Auſtr. l. 5. c. 7. n. 9. f. 580. & ſeqq. ubi coronationem Friderici* IV. *Imperatoris recenſet.*

Cæteraquem voluimus notare (1.) *antiquorum nonnullorum Pontificum faſtum, quem ita narrat Hovedenus Annal. Angl. part. poſt. ſub Richardo I. ad annum 1191. f. 689. Papa Innocentius* III. *tranſtulit ſe à Laterano uſq; ad Eccleſiam B. Petri, & venit ei obviam ibi Henricus Alemannorum Rex cum Conſtantia uxore ſua & cum copioſa plebe armata: Romam verò clauſerunt portas urbis & cuſtodierunt eas in manu forti & armata, non permittentes eos intrare. Dominus verò Papa ante oſtium Eccleſiæ B. Petri ſupra gradus recepit Sacramentum à prædicto Alemannorum Rege, quod ipſe Eccleſiam Dei & jura Eccleſiaſtica fideliter ſervaret illibata, & quod rectam juſtitiam teneret, & quòd Patrimonium B. Petri, ſi quid inde ablatum eſſet, in integrum reſtitueret, & quod Tuſculanum ei redderet. Deinde introduxit eos Dominus Papa in Eccleſiam & unxit eum in Imperatorem & Uxorem ſuam in Imperatricem. Sedebat autem Dominus Papa in Cathedrâ* C. *Pontificali tenens coronam auream inter pedes ſuos, & Imperator inclinato capite recepit coronam, & Imperatrix ſimiliter de pedibus Domini Papæ. Dominus autem Papa ſtatim percuſſit cum pede ſuo coronam Imperatoris & dejecit eam in terrâ, ſignificans, quod ipſe poteſtatem ejiciendi eum ab Imperio habet, ſi ille demeruerit, ſed Cardinales ſtatim arripientes coronam, impoſuerunt eam Capiti Imperatoris. Similibus ferè verbis id tanquam ritum coronationis illius ex antiquo Chronico refert Vignerius P. 3. Biblioth. Hiſt. citante Limn. Tom.* IV. *L. 2. c. 4. n. 45.*

(3.) *Pontificem ipſum ſua manu Imperatorem ungere, conſecrare & coronare debere Clem. un. de jurejur. & c. Venerabilem 34. circa med. de Electione & Electi poteſtate. Sed in Coronatione dicta Caroli V. unctionem a Farneſio Cardinali Collegii Decano & Seniore; Conſecrationem vero, inſignium traditionem, & coro-* D. *nationem a dicto Pontifice Clemente* VII. *peractam eſſe, ne legi poteſt apud Agripp. d. c. 5. & apud Goldaſt.* in den Politiſchen Reichs-Händlen. *P. 3. n. 3. Quod etiam in Coronatione Friderici* III. *unctionem Franciſco Portuenſi Epiſcopo & Coronationem Nicolao V.* Pontifice peragente, obſervatum fuiſſe, *ex Bulla hujus n. 4. in Bullario Romano Laërtii & Angeli Mariæ Cherubinorum p. 1. f. 378. celatum liquet.*

Ludovicum tamen Bavarum recuſante id Johanne XXII. *Pontifice à Senatoribus quibusdam Romanis coronatum fuiſſe præc. c. 2. th. 11. expl. 2. annotavimus.*

Ubi monendum unctionem à Conſecratione in illo differre, quod iſta fiat oleo ſacro, hæc nuda manus impoſitione in caput coronandi vel inaugurandi facta & benedictione ut inter alios rectè explicat Azorius Inſtit. Moral. p. 2. l. 10. c. 5.

(4.) *Imperatorem Fridericum III. à Nicolao V. Pontifice Romæ coronâ, gladio & Sceptro Caroli M. (quæ ille Norberga ſecum advexit) inauguratum & ornatum fuiſſe.*

fuiſſe, quod fortè nunquam aliâs accidit, ut refert Ciacconius in vitâ illius Pontif. f. 925. & Fugger ac Birckner. in hiſt. Auſtr. l. 5. c. 7. f. 582. cum omnes Imperatores aureâ Romanâ coronâ redimiti fuerint. Refert tamen Urſpergenſ. in Chron. ſub annis Imperatoris Friderici II. *in pr. Imperatorem hunc poſt coronationem Romæ impetratam coronam & reliqua Imperii inſignia in Alemaniam remiſiſſe & cuſtodiæ Eberhardi de Tanne Dapiferi ſui concrediciſſe. Ut ita procul dubio ntiam hic Româ coronâ Germanicâ redimitus fuerit.* A.

(5.) *In dictâ Caroli V. coronatione pontem illum, qui ab ejus palatio usq; in Templum D. Petronii ad procedendum per eum in illud per 200. fermè paſſus confectus fuit, vix dum illud ingreſſo Carolo inſequentibus aliquot armatis ſtipatoribus per 20. ferme pedum longitudinem confractum corruiſſe, & id à pluriq; pro omine habitum & vaticinatum fuiſſe nullum deinceps alium Imperatorem coronatum iri, ut refert teſtis tunc præſens Agrippa d. §. 5.*

Nec omen hoc usq; huc fefellit, ut ex prae. n. 1. conſtat.

(6.) *Effectum quidem hunc coronati ni à Pontificibus & ejus aſſeclis tribui, quod ante Electorum Regum ante illius perceptionem verus Imperator, aut pro illo à Pontifice habendus ſit, ſed ſaltem Electus vel Romanorum Rex in Imperatorem promovendus vocatur, d. e. venerabilem A. B. c. 1. §. 19. & 21. c. 2. §. 1. 2. & 3. c. 18. c. 20. c. 28 § 5* B.

Quod etiam innuit Imperator Carolus IV. ipſe in A. B. c. 26. §. 4. ita ſtatuens: Portabuntur etiam immediatè ante Archiepiſcopum Trevirenſem ſuo loco tranſeuntem primo Aquiſgranenſis, ſecundo Mediolanenſis corona, & hoc ante Imperatorem duntaxat, qui jam eſt Imperialibus Infulis decoratus, & Speculum Suevicum l. 1. c. 18. his verbis: **Wann er geweyhet wird / und auff den Seul zu Aach geſetzt wird / ſo hat er Königl. Gewalt und Nahmen; Und wenn Jhn der Bapſt geweyhet hat / ſo hat Er volligen des Reichs Gewalt.** C. *Nec non Jovius l. 7. Hiſtor. ad ann.* 1500. *ſcribens* Gregorium V. ordinaſſe, ut nemo Electorum ante Coronationem Pontificiam ſe Auguſtum, aut Imperatorem appellaret. *Et Simon Theſſalonic. de Sacris ordinat. p.* 161. narrans, Reges ideò ab Eccleſia ungi, ut per eam Principes fiant. De quo etiam legi poteſt *Baronius Tomo* 10. *Annal. ad ann. 876. n. 6. Quare etiam Carolus V. in coronatione ſua Bononienſi his verbis conceptis: Ego Carolus Romanorum Rex, & brevi, Dei gratia futurus Cæſar &c. juravit, ut legi poteſt in Deſcriptione illius apud Goldaſt. in Polit. Imp part. 4. c. 6. ſ. 329.*

Quo pertinet quod Hart. Maurus in Coronatione Caroli V. Germanicè ſcribit, feriâ ſextâ poſt illam Sacris publicè in templo factis Archiepiſcopum Moguntinum lectis apicibus publicè edixiſſe: Romanum Pontificem electionem Regis probare, velle, jubereq; ut Imperator ulterius titulo Electi Cæſaris uteretur. D. *Et reſpexit Imperator Sigismundus, qui ante coronationem Pontificam in ſuis ſigillis ſaltem coronâ regiâ vel clauſo, & aquila uniceps, poſt illam verò tanquam Imperator coronâ Imperatoriâ & aquilâ biciptiti uſus eſt, ut apud* Wecken *in Deſcript. Urbis Dresdenſ. p. 1. tit. 5. f. 23. ex typis ibi relatis & ejus ſimul obſervatione cognoſcitur.*

Facit etiam, quod electi Reges in Capitulationibus ſuis hactenus promiſerint hanc Romæ quàm primùm petere, ut patet ex *Capitulatione Caroli V. art.* 30. *Ferdinandi I. art* 28. *Rudolphi* II. *art.* 31. *Matthiæ art.* 38 *Ferdinandi* II. *art.* 37. *Ferdinandi* III. *art.* 39. *Ferdin. IV. art. 37. quoniam in Capitulatione Leopoldi I. art. 37. hic articulus omiſſus eſt.*

De quo etiam legi poteſt Enſius in Theſaur. Polit. part. 3. apotelesm. ult. Limn. l. 2. c. 4. n. 56. & ſeqq.

Verum illud falsò & ex ſola Pontificum ambitione profluit.

Nam ut taceamus Imperium Romanum à Pontifice Leone in Carolum M. non translatum eſſe, ut legi poteſt apud *Boecler. de Rebus ſeculi à Chriſto nato* IX. *&* X. *ſub Carolo hoc Magno p. 25. & nos prae. c. 1. ib. 11. expl. 1. in ſ. & expl. 2. in pr. deduximus. unctionem verò & coronationem* ſaltem ut ceremoniam interveniſſe, ſicut *prae. c. 1. ib. 11. expl. 1. in ſ. & 2. deduximus: Sciendum eſt Johannem quidem* IIX. *&* IX. *Pontificem primò ſubdolè & per ambitum Carolum Calvum Lotharii filium prætertio Ludovico* II. *fratre Germania Rege, in* Imperatorem *promoviſſe & coronaſſe, indeq; ortum eſſe,* ut anni Imperii à Conſecratione Pontificia numerarentur, ſicut inter alios refert *Sigon de Regno Italiæ l. 5. ſ. m. 133. & ex Freber. Limn. Tomo 5. l. 2. c. 4. n. 38.* narrat. *Inde tamen minimè ſequi, Electum ante Papalem illam coronationem Imperii adminiſtrationem non obtinere: quoniam non ideò coronatur, ut Imperator ſit, ſed cum ſit* Imperator, *ideò coronatur, & ideò Imperatores ab Ottone* II. *annos quidem* Imperii ab illa coronatione in memoriam rei factæ numeraverunt, *nihilominus tamen* à tempore electionis ſtatim Imperium adminiſtrarunt, & ſe Auguſtos, etiamſi multi ex iis à Pontificibus planè coronati non eſſent, appellarunt, ut id multis exemplis demonſtrat *Goldaſt. in replicatione pro Imperio c. 36. p. m. 367. & ſeqq. quod etiam poſtea à Matthiâ & ejus Succeſſoribus factum,* de quo etiam agit *Parent noſter de Saxon. non provoc. jure verbo Electorum c. 1. n. 35. & ſeqq. & latius Couring. de* Imperio *German. c. 13.*

Cui accedit (1.) *Quod Ludovicus Bavarus in Conſtitutione ſua in Comitiis Colonienſibus anno* 1339. *lata apud Balbum de Coronatione c. 19. & Alber. de Roſate in L. Benè à Zenone C. de quadrag. præſcript.* nec non *Goldaſt. Tom. 3 Conſtit. ſ. m. 411. ſanciat,* in Imperatorem electum ſtatim ab omnibus Imperii ſubjectis deberi agnoſci & omnia Imperii jura adminiſtrare poſſe plenâ poteſtate, nec Pontificis approbatione, confirmatione, auctoritate vel conſenſu indigere, *Rexq; & Imperator in eſſentia idem ſint, licet diverſa nomina credantur. Et Carolus* IV. *in A. B. c. 2. §. 5. ſtatuat* Electum ſtatim peracta electione virtute S. Imperii adminiſtrare & Electoribus privilegia ſua confirmare debere. Sicuti etiam *Ubertus de Lampamiano* Juris D. anno 1380. illud in Academiâ Pragenſi publicè defendit, ut legi poteſt in *Epiſtola 24. Caroli* IV. *a Madero Gervaſii Tilberienſis libro de Rom. Imperio unà cum aliis ſubjunctâ.*

(2.) *Quod etiam Pontifices ſtatuerint Pontifices electos ante conſecrationem plenam habere poteſtatem c. 1. diſtinct. 23.* de quo etiam legi poteſt *Cicarella in vitis Pontif. de Urbano* VIII. *& contrarium ſentientes Clemens V. excommunicaverit, referente Modit. in §. Lex eſt dubii. 4. n. 7. Inſt. de Jure Nat. Gent. & Civili.*

(3.) *Quodſi Papalis iſta unctio & coronatio tantum robur in ſe contineret, ſequeretur etiam in aliis regnis illam tantarum eſſe virium, ut ſine ea nullibi Rex ullam poteſtatem haberet; quod tamen experientia teſte falſum eſt, ut legi poteſt apud Nicol. Cuſan. Carvin. l. 3. de Concord. Cathol. c. 4. & Goldaſt. d. c. 36. in pr.*

Et quod Imperatores à Pontificibus non coronati, poteſtatem nullam haberent, quod itidem falſum, de quo prec. n. 1. & à Goldaſt. d. c. 36. p. 366. & ſeqq. adducta legi poſſunt, *ubi p.* 368 *tradit, primum Conradum* III. *ſe ante coronationem Romanam quidem Regem Romanorum ſcripſiſſe, ſed tamen etiam titulo Imperatoris uſum fuiſſe, ac p. 371. ac ſeq. adjungit, alios Imperatores etiam nondum vel planè non Romæ coronatos Imperatorio titulo uſos & honoratos fuiſſe.*

Nec obſtat, quod inter alia à Pontificiis adducta 1. ipſemet Imperator *Carolus IV. in allegatis ex A. B. lo-*

cis

cuſcribat, oligi Regem in Imperatorem poſtea promovendum. A.

R. enim (1.) *Imperatorem iſtum* ex communi tunc loquendi formula & ſimplici credulitate iſtius temporis vel Clericorum perſuaſione illa ſcripſiſſe: *adeoque* (2.) *verba* illa non in tam ſtricto ſenſu ſumſiſſe, *quia etiam in c. 19. ſcribit*, Electum in Regem Romanum promovendum, ac ad Sacrum Imperium eligendum, *immò* anteceſſores quosdam illius uti etiam ſucceſſores diſcrimen illud non attendiſſe, ut ex *Gold. d. l.* conſtat. *Porrò* (3.) non ad realem ſed ceremonialem ſaltem promotionem reſpexiſſe, *quo reſpectu Johannes de Pariſiis* Monachus Dominicanus *de Poteſtate Regia & Papali c. 18. tradit: Dicere Hugonem, quod Poteſtas Spiritualis Regiam inſtituat, non quidem ipſam efficiendo, ut ſit, cum ſit à Deo, & Populo conſentiente & eligente: ſed quia in ungendo ipſum inſtitutum & electum manifeſtat, & Lupold. Babenb. de Juribus Regni c. 13. Reges Romanorum ex ſola conſuetudine non propter poteſtatem aliquam Imperialem, ſed propter* B. *nomen Imperiale duntaxat conſequendam ſolent ſibi ab Eccleſia Romana unctionem & coronationem imperialem impendi. De quo plura vide apud Gold. d. c. 36. in pr. Balbum de Coron. Imperat. c. 18. & 20. Azorium Tomo 2. inſtit. Moral. l. 10. c. 2. §. 6. & c. 6. §. 2. & ſeqq. Navarrum in Relect. c. Novit. de Judic. Not. 3 & alios ab Hervvarto in libro cui tit. Ludovicus* IV. *Imperator defenſus part. 2. p. 739. & ſeqq. relatos.*

(2.) *Quod Electi in Capitulationibus ut jam ſupra dictum juratò promittant, ſe quamprimum Pontificiam illam coronationem accepturos. Quoniam procul dubio id ideò factum, ut Imperium in Italiam ita conſervetur, dum coronatio talis ſymbolum competentis domini &* Imperii *ſit, non verò ut Papa pro collatore dignitatis habeatur.* Ideoq; *fortè primario introductum eſt ut* Imperatores *magnis cum exercitibus per Italiam Romam petant, & in ponte ibidem actum Jurisdictionis per equitum creationem exerceant, de quo ſeq. th. 13. expl. 2. n. 1. latius egimus.* C.

Quo intuitu Maurus de Coronatione Caroli V. Germanicâ ante finem ita ſcribit: Non ignoro Divum Maximilianum à Gallis Venetisq;, adverſum ea, qua ficto officio ſimulataq; ſedulitate adpromiſiſſent tranſitu (occupatis itineribus) prohibitum, impeditumq; quo minus armatus ut Imperatorem tantum decet, pro Coronâ Cæſareâ Romam proficiſceretur, cogitata ratione, titulum Cæſaris, non renuente Pontifice Romano adſumſiſſe, ne ſupremum honorem negligere, atq; pro derelicto habere videretur. Hic tamen imaginarius honos (ſit venia verbo) invictiſſimo Carolo collatus, ſitim ardoremque gloriæ heroico Majeſtatis ſuæ pectori inſidentem, non reſtringet, verum adaugebit, inflammabitq;, ut nihilo ſecius pro conſummatione gloriarum ſuarum refractis revulſisq; inimicorum impotentibus clauſtris, D. *Italiam, avitam poſſeſſionem, regni domicilium legitimum,* Imperii *ſedem non inermis ad hoſtium pertinaciſſimorumq; æmulorum præſcriptum, ocioſè, peregrinantis more (quod ſalvo capite ſuper hos, quod parum decorum eſt, ſalvaque tanti Cæſaris Majeſtate, ſine ludibrio tantorum regnorum atque à inſultu fieri non poſſe, reor) ſed ſuo arbitratu: ne velut victus à victoribus Leges accipere cogatur, quam maturrimè cum maximo, fulgentiſſimoq; exercitu in ſplendore gloriæ intrabit, deſponſamq; Suæ Majeſtati Provinciam, Gentium Dominam amplexabitur.*

Ideoq; *cuipiam mirum videri poteſt cur in Capitulatione Leopoldi* I. *d. art. 37. illud omiſſum ſit. Sed hæc judicio & prudentiæ Electorum meritò relinquenda ſunt, & procul dubio potiſſimum in quinq; illis à Limn. ad Capit. Caroli V. art. 30. §.* zum beſten befleiſſigen. *n. 49. & ſeqq. ex praxi hiſtoricâ adductis cauſis conſtitere.*

3. *Formam illius Coronæ quod concernit Jovius d. l. 27. f. m. 113. refert Carolum V. Bononiæ dicto tempore Tiara Regiâ bicipiti & adamantibus pretioſis ornata inauguratum fuiſſe.*

Plura de hac Coronatione vide apud Garſen. in peculiari Oratione de illa habitâ & libello de Ruminat. Juris ab Imperatoribus in approb. de confirmand. Pontificibus olim uſurpati ſubnexa.

II. *Inſignia illa* Imperii *ante Coronationem ab Archiepiſcopo Conſecratore (excepto gladio, qui ab omnibus Archiepiſcopis Electoribus præſentibus regulariter porrigi ſolet) coronando in ſignum exercendi* Imperii *tradi ab antiquo ſolita ſunt ſequentia.* (1.) *Gladius Caroli M. Norimbergenſis vel Aquenſis* (qui Ferdinando III. apud *Carpzov. d. c. 11. Sect.* 10. *n.* 34. oblatus fuit) (2.) *Annulus.* (3.) *Sceptrum.* (4.) *Pomum aureum vel potius globus) crucem in ſuperiore parte habens.* (5.) *Corona &* (6.) *Amictus ejusdem.*

Ubi notandum 1. ad ſingulorum iſtorum inſignium traditionem certam imprecationis formulam adhiberi, ut in deſcriptionibus Coronationum legi poteſt, & in hac. expl. 2. ſub coronatione Germanicâ n. 2. adductum eſt, exceptâ amictus injectione; illum enim, ut ex iisdem conſtat, ſaltem ſuffraganei vel aſſiſtentes illi ſimpliciter induunt. *Quamvis Ferdinandum* III. ut ex illius Coronationis relatione apud *Carpz. d. l.* dignoſcitur, illo ſingulari modo duo Norimbergenſium Deputati ornaverint.

2. *Quodlibet illorum ſingulare quid denotare & quidem primum* defenſionem Eccleſiæ ac fidelium, ac juſtitiæ executionem: ſecundum Copulationem vel unionem Capitis & membrorum, ſive Imperatoris & Imperii: *Tertium* itidem defenſionem piorum & proborum, ac territionem & concuſſionem impiorum ac improborum: *Quartum* ex communi opinione orbis per Chriſtum crucifixum redemti Imperium, *ut d. expl. 1. n. 2. jam demonſtravimus.*

Nonnulli poſtremò uſum planè antiquum & ab Auguſtum ortum eſſe putant ex traditione Iſidori l. 17. orig. c. 3. ſcribentis, quod pilam in ſigno conſtituiſſe feratur Auguſtus propter nationes ſibi in cuncto orbe ſubjectas, ut magis figuram orbis oſtenderet. Eoque fortè reſpexit Viterbienſ. Chron. part. 19. ita canens

Aureus ille globus pomum vel palla vocatur
Unde figuratum mundum geſtare putatur
Quando coronatur Palla ferenda datur.
Significat mundum formâ perhibere rotundum
Intus habet plenum terreſtri pondere fundum
Quem tenet arcanum Palla ferenda manu.
Hæc fuit ex terris mundi collecta quaternis,
Ut foret Imperii manibus geſtata ſupernis,
Hâc tulit Imperium Julius arte ſuum.

Sicuti etiam nonnulli poſteriorum Imperatorum *Sphæram pro inſigni uſurparunt:* Ita refert *Marcell. l. 25. hiſt. p. m. 306. Maximiani Cæſaris ſtatuam in veſtibulo Regiæ locatam amiſiſſe repentè Sphæram æream formatam in ſpeciem poli, quam geſtavit. Quò reſpiciens Baſilius Seleuciæ Epiſcopus in Sermoni* I. *de Adamo inter alia ſcribit, illos qui in imaginibus Imperatorum manum, qua orbem terrarum in modum ſphæræ formatum digitis geſtare creditur, hærere attonitos.*

Alii verò adhuc antiquiorem eſſe ſtatuunt moti auctoritate Pauſan. in Corinth. f. m. 74. narrantis, quod ad lævam Mycenarum Junonis fanum ſit, & in eo Dea ſedeat in Solio magnitudine eximiâ, auro & ebore fabricatum Polycleti opus, coronam habens capiti impoſitam, & Gratias ac Horas egregiè factas, Deaq; manu alterâ Punicum malum, alterâ verò ſceptrum teneat.

Globo verò Crux communiter à Conſtantino M. occaſione crucis in cœlo vel oculis, vel in

ſomno

ſomno viſa impoſita creditur. Sed id alii in Suida in A. *verbo Juſtinianus huic potius Imperatori acceptum ferunt. Ita enim ille ſcribit: Ille. Statuam ſuam equeſtrem in columna poſuit, quæ læva globum tenet, cruce in eo defixa: quâ ſignificaret, cum ob fidem in Crucem terræ Dominum factum: Globus enim is terra eſt, obrotundam ejus figuram.*

De Globo vel pomo aureo precioſiſſimis gemmis atque Cruce deſuper aureâ ornato Benedicti III. *Papæ juſſu tempore Henrici* II. *aliis* I. *Imperatoris facto legi poteſt Glaber Rudolphus l.* 1. *Hiſt. c.* 5. *poſt med. Quintum ab Hetruſcis inventum & poſteà à Tarquinio uſurpatum referente Halicarnaſſ. l.* 3. *c.* 84. *olim divinitatis arrogatæ ſimulacrum fuit, ut præc. p.* 1. *c.* 5. *th.*4.*expl.*1.*n.* 4. *demonſtratum eſt Sextum deniq; partim Majeſtatem Imperantis, partim ejus Statum Clericalem, quem inter Canonicos Aquenſis receptus quaſi aſſumit, denotare creditur.*

2. *Ex illis inſignibus Friderico* III. *in Coronatione Romana & Carolo V. in Coronatione Bononienſi prælata* B. *& tradita fuiſſe enſem, ſceptrum & globum, ut prius Ciacconius in vita Pontificis Nicolai V. d. f.* 925. *& poſterius Agrippa de duplici illius Coronatione d. c.* 5. *narrat.*

Quibus addendum in Imperio Orientali poſteriori tempore præter Diadema & Purpuram etiam calceos purpureos pro inſignis Imperii & horum traditionem pro ſigno traditi Imperii fuiſſe, cujus exemplum primum noſtro ſcitu conſignatum eſt *à Zonara T.* 3. *ſub Imperio Michaelis Theophili filii f. m.* 151. occurrit, *alia exempla* ſe offerunt *apud eund. ſub* Imperat. *Niceph. Botaniata*, ubi hic in ſignum ceſſi Imperii calceos tales abjecit, *apud Nicet. Choniat. ſub* Imper. *Johannis Comneni in pr.* ubi ejus Pater Alexius illi datis his calceis imperium contulit, *& ſeq. f.* 5. *&* 8. ubi Johannes ille per eoſdem & purpuræ jus idem C. in filium Alexium contulit. *Ita etiam Conſtantinus Angelus* imperium affectans purpureum calceum induit apud *eund. ſub* Imperio *Iſaaci Angeli l.* 3. *f. m.* 49. *& Theodorus Laſcaris* imperium ſibi vindicans ſimilem calceum induit apud *eund. ſub* Imper. *Balduini Flandri f. m.* 70.

4. *Etiam in quibusdam Regnis in Coronatione Regum ſimilia quædam & alia quoq; inſignia præferri & officia præſtari.*

Sic in coronatione Richardi I. *Angliæ Regis prælata fuere* à diverſis Regni Officialibus & Proceribus Pileus Regius, duo calcaria aurea magna & ponderoſa; ſceptrum regale aureum, in cujus ſummitate Crux fuit aurea; Virga aurea habens in ſummitate columbam auream; tres gladii aurei; ſaccarium magnum, ſuper quod poſita fuerunt regalia inſignia & veſtes, corona aurea magna & precioſis lapillis ornata, uti latè legi poteſt apud *Howed. in Annal. Angl.* D. *parte poſt f. m.* 656. *& auctorem Nobilitatis Politicæ à Milloſ. editum f.* 104. *& ſeqq.* ubi totus Coronationis actus refertur, nec non *Modium in Pandect. Triumph. Tomo* I. *l.* 4. *c.* 10.

In *Coronatione Regum Bohemiæ* ab Officiariis regni vaſculum deauratum, duæ paropſides argenteæ deauratæ, annulus regius, ſceptrum, globus, corona & gladius præferri ſolent, ut legi poteſt apud *Mod. d. l.* 4. *c.* 21. *Bellum* in dem Oeſterreichiſchen Lorber-Krantz *l.* 3. *p.* 281. *& Balbin. in Epitome Rer. Bohem. l.* 5. *c.* 12. *f.* 586. *Qualia inſignia in Coronatione Regum Hungariæ uſurpentur refert Bonfin. l.* 10. *rer. Ungar. f. m.* 697. *& ſeq. Mod. d. l.* 4. *c.* 25. *Petr. de Revva de Monar. Regni Hungar. in f. Brachel. l.* 2. *Hiſt. ad ann.* 1625. *p. m.* 129. *& Thulden. in Contin. ejusd. Parte* 1. *l.* 4. *p.* 36. *& ſeq.* quibus adde *Sprenger. in Pentibus juris publ. c.* 9. *§.* 1. *p.* 1106.

A. *Qualia etiam in Coronatione Regum Poloniæ præferantur recenſet Modius d. l.* 4. *c.* 28. & ex parte *Mechov. in Chron. Polon. l.* 4. *c.* 9. latiſſimè verò ſecundum veterem morem *Guagninus Tom.* 1. *Rer. Polon f. m.* 274. *& ſeqq.* & illum qui in coronatione Regis Michaelis nuper obſervatus fuit, *Chwalkowskius l.* 1. *Jur. Publ. Polon. c.* 3. *n.* 29. *&* 32. *& Hartknoch. in Republ. Polon. l.* 2. *c.* 1. *§.* 32. *& ſeq.*

Et qualia ac à quibus in coronatione Regum Sueciæ præferantur apud Bureum in deſcript. Regni Suec. l. 1. *c.* 1. *p. m.* 7. *Thulden. in d. continuat. Brachel. part.* 1. *l.* 3. *ac Muller. in Continuat.* des verwirrten *Europæ parte* 2. *f.* 793. *& ſeq. ubi hic* noviſſimum actum anno 1675. celebratum latè refert, legi poteſt.

Quomodo coronatio Regis Galliæ peragatur refert Modius d. l. 4. *c.* 30. *& Limn. in notit. Regni Franc. l.* 2. *c.* 4. ac noviſſimè *Thulden. d. l.* 3. *p. m.* 170. *& ſeq. ubi hoc ſingulare ſimul narrat, quod in fine illius actus corbis aviarius in templum portetur, & omnes in-* B. *cluſæ aves ad demonſtrandum populum illum liberaliter ſub iſto Rege ſervire aperto corbe dimittantur.* Quomodo verò Proceſſio ad templum perficiatur, refert *Sprenger. d. l. p.* 1003. *& ſeq.*

Quomodo inauguratio Regis Portugalliæ perfici ſoleat apud Coneſtag. *de Portugal. & Caſtella conjunctione l.* 2. *ante f. legi poteſt.*

In ſpecie verò Enſis communiter in coronatione Regib. dari vel accingi ſolet ut fit *in Gallia Gladius* Caroli *M.* per Epiſcopū Remenſem referente *Thulden. d. p.* 170. *& Limn. d. c.* 4. *lit. cc.* In *Ungaria Gladius S. Stephani apud Revvam & Brachel. dd. ll. in Polonia Boleslai Chabri apud Revvam centur.* 5. *f. m.* 32. In *Bohemia S. Wenceslai apud Modium d. c.* 21. In *Anglia Regis Eduardi* III. *apud Becman. de dignit. Diſſert.* 4. *c.* 4. *th.* 5. *& hic* procul dubio ille eſt, qui Weſtmonaſterii juxta ejus ſepulchrum ſuſpenſus & ab ipſo in C. multis præliis uſurpatus eſt, pondere 18. librarum & longitudine ſeptem pedum, ut narrat *Arithmæus in Mauſoleis Regum & Reginar. Angl. p. m* 17. Vide de illis latè *Walſingh. in Hiſt. Angl. ſub Eduardo* II. *f.* 96.

In Imperio noſtro Gladius Caroli *M. ut* notum & *in principio hujus explicationis ac præc. expl.* 1. *n.* 4. *&* 6. deductum eſt.

De juramento à coronato Imperatore poſt coronationem iteratâ exactione legi poſſunt deſcriptores Coronationum.

Continet verò hoc ſicut prius, cultum juſtitiæ, defenſionem Eccleſiæ, & regni, obſervationem legum publicarum & ſimilia.

Prætereà jurat idem peculiariter tanquam receptus Canonicus Aquenſis, ſe Eccleſiæ illius jura & privilegia confirmare, eaque in omnibus ſervaturum eſſe.

Plura de diverſis in diverſis regnis coronationum a- D. *ctus perficiendi modis refert Sprenger. d. l. p.* 1108. *& ſeq.*

TH. XIII.

Fuerunt conſiderata illa, quæ à parte Electorum perficiuntur: Sequuntur illa, quæ à parte coronati peragi ſolent. Conſiſtunt verò illa (1.) in duplici juramento ante & poſt coronationem præſtando (2.) in creatione Equitum. (3.) In proceſſione à templo ad Curiam. (4.) Miſſilium jactu & vini publicâ emiſſione cum annexis. (5.) Epulo ſive convivio Imperatorio in Curia civitatis illius exhibendo (6.) Privilegiorum Electoralium & actuum, quos Vicarii Imperii tempore vicariatus exercuerunt ſpeciali confirmatione & publicâ inveſtiturarum quarundam collatione.

Expl,

Expl.

I. **D**E *duplici vel etiam triplici juramento ab Electo præſtando præc. th. 13. in expl. 2. in f. diximus.*

II. Sacris omnibus peractis coronatus *Equitum creationem* ex antiquo in templo peragit ſequenti modo. *Imperator vel Rex Romanorum* Throno, cui ab Electoribus Eccleſiaſticis, ut *præc. th. 11. expl. 7. in fin.* diximus, impoſitus fuit adhuc inſidens & ſecularibus ad dextram ſtantibus per Mareſchallum Aulicum illos, qui dignitatem hanc ante humillimè petierunt, ſecundum ordinem, quo in ſchedulâ ſecundum prærogativam dignitatem, vel Cæſaris beneplacitum conſignati ſunt, vocari jubet, & unumquemque ita accedentem, & genibus flexis ſe ſubmittentem decuſſatim gladio Caroli M. ſuper humeros leviter percutit.

Ubi notandum 1. *Actum hunc* quondam poſt coronationem Romanam in ponte Tiberis Adriancô celebratum fuiſſe, ut poſt *Maurum de Coronatione Germanicâ & alios ex Heroldo in Solone* memorat *Bernegger. Quæſt. ex Tacito 66. in f. & exemplo Imperatoris Friderici IV. poſt coronationem in iſto ponte 300. equites coronantis apud Fugger. & Bircken. in hiſter. Auſtr. l. 5. c. 7. n. 12.* conſtat,

2. *Familiam Monachorum Baſileenſium, Bejerorum Argentinenſium, Camerariorum Wormatienſium ac Boppartenſium Bavarorum hoc privilegio frui, ut in creatione Equitum primum locum obtinerent, ſicuti ex dicto Heroldo idem d. l. refert.*

Ita, ut obſervavimus, cum anno 1653. Ratisbonæ Ferdinandus IV. glorioſiſſimæ recordationis coronaretur, Camerarius quidam etiam præ Comitibus primum locum obtinuit.

Idem in coronatione Leopoldi I. obſervatum fuit, ut conſtat ex deſcriptione ejus apud Auctor. Diar. Eur. pars. 1. p. 944.

III. *De modo procedendi ex templo in curiam præc. th. 12. expl. 1. ſub Coronatione Germanica n. 6. actum eſt.*

IV. *De Miſſilibus hic notandum*, illa ab antiquo, & inprimis ab Imperatoribus Romanis jacta, & illud ad benevolentiam ſubditorum acquirendam introductum fuiſſe.

Ubi obſervandum, olim Imperatores non nummos, ſed varias res in vulgus ſparſiſſe, ut conſtat ex Sueton. in Calig. c. 18. & in Nerone c. 12. ibi ſparſa & Populo miſſilia omnium rerum per omnes dies, ſingula quotidiè millia avium, cujusq; generis, multiplex penus, teſſera frumentaria, veſtis, aurum, argentum, gemma, margarita, tabula picta, mancipia, jumenta. atq; etiam manſueta fera: noviſſimè naves, inſulæ, agri, puta per teſſeras non realiter, ut benè & ſecundum rectam rationem explicant eruditi, & ex Xiphil. apud Dionem l. 66. f. m. 757. inſuper patet, ubi ſcribit, Titum parvos globos ligneos de ſuperiori loco jeciſſe in Theatrum, in quibus ſcripta erat nota alicujus eſculenti, veſtisq; aut vaſis argentei aut aurei, equorumq; & jumentorum & pecudum ac mancipiorum. Quos globos qui rapuiſſet, attuliſſetq; ad diſpenſatores Titi, quod inſcriptum erat, conſequebatur.

Hinc tandem ortum, ut Imperatores Romani, & quidem Conſtantinopolitani nummos aureos, argenteos & æneos tempore inaugurationis in Populum ſpargerent, ut ex Cantacuzeno l. 1. Hiſt. c. 41. & Codino de Offic. Conſtantin. c. 17. n. 9. & 49. conſtat.

Fuere verò illa ſecundum hunc d. n. 9. & Cantacuzenum d. l. epicombia dicta & fruſtella ex pannis reſecta & connexa tria aurea ac argentea numiſmata & totidem obulos in ſe comprehendentia, quæ à quodam è Senatu ab Imperatore ad id delecto in multitudinem ſupernè projiciebantur. A Cedreno in Juſtiniano, Theophane & Tiberio ac alibi etiam ὑπατείας dicta.

A. *Quod noſtros Imperatores concernit, ſciendum miſſilia iſta in illorum inauguratione & anteà in ipſa proceſſione ex templo ad Curiam per quosdam Satellites equeſtres inter Populum ſparſa eſſe, ut ex deſcriptione Coronationum cognoſci poteſt: poſtquam verò conſtituto octavo Electoratu novum Theſaurarii Imperii munus Electori Palatino & quidem ſi rectè meminimus, in Comitiis Ratiſponenſibus anno 1653. & ſeq. celebratis collatum eſt, ſimul ordinatum eſſe, ut hic in illis actibus primò auream, & poſteà ejus Vicarius Comes de Sinzendorff argenteam monetam inter populum ſpargeret, ut quoq; præc. th. 12. expl. 1. ſub Coronatione Germanica n. 6. dictum.*

V. De Epulo vel convivio Imperatorio etiam d. n. 6. actum eſt.

VI. *Vigore Aureæ Bullæ c. 2. §. 5. Electus ſtatim Electoribus ſingulis* omnia privilegia, literas, jura, libertates, conceſſiones, antiquas conſuetudines, dignitates B. & ſimilia ſingulis diplomatibus confirmare debet, *ut ita fortè illis ita hac in re ſatis proſpectũ eſſet, ſed ad majorem ſecuritatem idem ſtatim adjecit, ut Electus ille, poſtquam in Imperatorem coronatus eſſet, eandem confirmationem renovare debeat. Quod tamen hodie* detecto illo errore, quod Regis Romanorum & Imperatoris dignitas ac poteſtas eadem non ſit, per unam in Capitulatione factam confirmationem ſufficienter fit, *ut annotat Dieter. in Not. ad A. B. h. t.*

Licet verò A. B. quoad verba ſaltem Electores contineat, per conſequens tamen etiam reliquorum Principum & Statuum privilegia ſimul concernit, ſicuti etiam illud in omnibus Capitulationibus ita exprimitur.

An verò iſta confirmatio ita neceſſaria ſit, ut ſine eâ Electores & reliqui Status ſua privilegia tutò uſurpari C. *nequeant. Vide apud Carpz. de Lege Regia c. 3. ſect. 14.*

Quod ad acta Vicariorum tempore interregni attinet, illa ab Imperatoribus noſtris in optima, ut dicunt, juris formâ confirmanda eſſe ex Capitulatione Caroli V. art. 26. conſtat, ad quem locum Limn. exemplum hujus Imperatoris adducit, & ſimul judicat, cuiq; Vicariorum ſua acta ſpecialiter confirmari.

Quod verò in dictâ capitulatione Caroli V. continetur, & in capitulatione Matthiæ art. 37. Ferdinandi II. art. 36. repetitum eſt.

VII. *Olim quoq; uti & præterito Seculo adhuc factam, poſt electionem & coronationem principibus quibusdam feudorum regalium inveſtitura per Reges vel Imperatores publicè facta eſt, ut legi poteſt apud Gold. in Polit. Imperial. parte 6. per totum & ſeq. c. 4. th.* D. *7. in expl. plenius narrabitur.*

Et decurſatio ad Sphærulam ein Ringrennen / *celebrata fuere, ut poſt Coronationem Matthiæ & Sereniſſimæ Dnæ. Conjugis factum eſt, memorante Arthuſio in utriusq; deſcriptione in fine. Similis poſt coronationem Ferdinandi* II. *peracta fuit referente Bello* in dem Oeſterreichiſchen Lorber-Krantze *l. 3. f. m. 247.*

TH. XIV.

Hactenus forma electionis & illi conjuncta coronationis: Sequitur locus, in quo utraque perfici debet, qui regulariter ratione prioris Francofurtum ad Mœnum, ratione poſterioris verò Aquisgranum eſt.

Expl.

U*Terq; locus definitus eſt in Aurea Bulla, & prior quidem ſeparatim c. 1. §. 20. & 22. Uterque verò conjunctim c. 28. §. 5. cum hoc additamento, quod id à tempore immemoriali fuerit ita obſervatum. Quapropter*

A. *propter etiam, quod priorem locum concernit, à tempore hujus Bullæ omnes Reges Romanorum vel Imperatores, præter Ferdinandum I. qui Coloniæ* quidem, tanquam Rex Romanorum electus, Francofurti tamen poſt abdicationem Caroli V. tanquam Imperator ab Electoribus agnitus, adeoque rurſus quaſi electus fuit referente *Godelevao de abdicatione Caroli V. Rudolphum II. qui Ratisbonæ* anno 1575. teſte inter alios *Lundorp. in Contin. Sleid. parte 2. l.15. p.m.254.* & *Capitulatione illius in f. Ferdinandum III.* qui itidem *Ratisbonæ* anno 1636. teſte poſt alios *Brachel. l.5. hiſtor. p.m. 345. ac Capitulatione illius in f. & Ferdinandum IV. qui Auguſtæ* anno 1653. electus eſt, *ut præter hiſtoricos capitulatio illius ſimiliter in f. indicat*, ibidem electi fuerunt. *Nec tamen ut ſcimus, contra hos alibi exercitos electionis actûs à Civitate iſtâ unquam proteſtatum fuit, licet quidam Electores & Status Imperii, ideò electiones Caroli IV. Hermanni Lotharingiæ* B. *Ducis, & Ferdinandi I. alibi factas impugnarint*, ut legi poteſt apud *Limn. l.2. c.3. n.30.* Ubi etiam quomodo Francofurtani in diſcordi vel duorum Imperatorum electione ſe gerere debeant, ex traditione quorundam refert.

Quod vero ad poſteriorem, nempè Aquisgranum attinet, urbs illa à tempore Caroli M. ad coronationem deputata & adhibita fuit, ut Limn. ad A. B. d. c.28. §. 5. obſ.9. exemplo 32. Imperatorum, excepto Lothario II. & Ruperto, qui tamen etiam ibi coronati ſunt, ut tradit Noppius in Chron. Aquisgr. l.1. c.10. poſt illum ibi coronatorum demonſtrat, & ſemper ita usq; ad Carolum V. ſub quo ſcripſit Guicciardinus in Deſcript. Belgii part.2. in f. ſub illa urbe tradit.

Licet igitur quidam alibi, puta Henricus II. Francofurti, Fridericus III. Auſtriacus Bonnæ teſte Noppio ibid. Maximilianus II. Francofurti, referente Schardio in illius deſcriptione, Rudolphus II. referente Lundorp. d. p.254. Ratisbonæ, Matthias narrante Arthuſio in deſcriptione actus illius: Ferdinandus II. referente Bello d. l.3. f. m. 244. & Leopoldus I. Francofurti nuper, ut notum; Ferdinandus vero III. & IV. ut etiam notum & prius Brachel. d. l. p. ſeq. poſterius verò ejus continuator Tulden annotavit, etiam Ratisbonæ coronati fuerint. Id tamen gravibus ſemper de cauſis & ſalvo Aquisgranenſium jure & privilegio (quâ de cauſa etiam quandoque reverſales obtinuerunt) factum eſt: cujus ſpecialem rationem hanc damus, quoniam ibi quædam Imperii clenodia in inauguratione ſimul uſurpanda aſſervantur, & ideò in locum celebrandæ illius deferenda ſunt.

TH. XV.

Tandem etiam Locus conſideratus fuit. Sequitur nunc Effectus Electionis & Coronationis Germanicæ, qui potiſſimum conſiſtit (1) in acquiſitione & uſurpatione omnis poteſtatis Imperatori ſecundum tenorem Capitulationis & aliarum Legum fundamentalium competentis. (2) in confirmatione omnium jurium & privilegiorum Electoribus, Principibus & reliquis Imperii Statibus competentium.

Explic.

QVod Imperatori noſtro etiam ante & citra Coronationem Pontificiam plena poteſtas in omnes Imperii Status & ſubditos ac adminiſtratio Imperii competat, præc. th.12. expl.1. ſub Coron. Rom. num.5. ſicuti etiam th.13. expl.6. dictum, illum ſtatim ab electione omnia Electorum, Principum, ac Statuum Imperii jura, privilegia, immunitates & libertates confirmare poſſe & debere, quapropter de illis hic amplius nihil annotare volumus.

TH. XVI.

Hactenus Imperatoris conſtitutio: Sequitur Ejusdem ſuperveniens vel contingens deſinentia, vel Vacantia, quæ nobis eſt Capitis iſtius ſummi à corpore Imperii avulſio: *& dupliciter fit violenter & volenter.*

TH. XVII.

Violenter obtingit ordinariè illius morte: extraordinariè ejus depoſitione.

Explic.

I. *SIcuti mors omnia ſolvit, ita etiam ordinariè Imperii Caput à corpore ſuo avellit, & hinc etiam in A. B. ſolius iſtius regularis Vacantiæ ſive orbitatis fit mentio, ut patet ex c.1. §.13. & 18.*

II. *Depoſitionem quod attinet, ea nullâ certâ lege* B. *munitur, ſed fundamentum ſuum ſolùm ponit in mutuâ illâ inter ſummum hunc Magiſtratum & Status Imperii obligatione, & juratoria ejusdem de obſervanda capitulatione promiſſione, quâ ab Imperatore neglectâ vel violatâ, etiam promiſſum obſequium & commiſſum Regimen revocari ac tolli, & per conſequens emendationis ſpe evaneſcente illum planè deponi & alium in ejus locum eligi poſſe, communis eſt Politicorum opinio, nonnullis exemplis puta Caroli Craſſi, Henrici IV. & V. Ottonis IV. Adolphi Naſſovii, Friderici II. & Wenceslai Ignavi dicti, nixa.*

Sunt tamen nonnulli egregii Politici & JCTi, qui depoſitionis hujus poteſtatem & ejus exercitium planè rejiciunt, hoc fundamento potiſſimùm uſi, Quod nullis ſubditis & ne Ordinibus quidem integrum ſit Principem ſuum condemnare, adeoq; nec exauctorare, tùm quia inferior in ſuperiorem non habet imperium, *tùm* quia nemo in propria cauſa judex eſſe poteſt, *tùm* quia per C. Dei verbum quivis ad obedientiam etiam Magiſtratui improbo & iniquo præſtandam, ſub gravi pœna obligatus eſt, *ut patet ex iis, quæ nos præc. p.1. cap.10. th. fin. expl.3. pluribus conſignavimus.*

De quo etiam Bœcler. in Notit. Imperii l. 4. c.1. n.1. ubi exempla depoſitorum examinat, legi poteſt. Nimis arroganter ergo Gebhardus Archiepiſcopus Moguntinus Alberto I. Imperatori vectigalia Imperii ab illo & cæteris Electoribus repoſcenti reſpondit, ſe ex cornu ſuo venatorio, quod à latere ejus utpote venatum cum Imperatore abeuntis pependit & in manus ſumſit, plures Imperatores efflare poſſe, ut poſt alios in Chronico Auſtraico à *Birckenio edito l.2. c.8. in pr. refert Fuggerus.*

Illi tamen vice versâ Principes monent, ut ſibi caveant, ne iniquo regiminis modo Majeſtatis & Inviolabilitatis ſuæ fiant prodigi, ſubditosque emendationis ſpe per eluſas ſubditorum preces evaneſcente ad deſperationem ſub hoc prætextu, quod Reſpublica eô D. regnante diutiùs ſalva eſſe nequeat, adeoque magis ſaluti Reip. quàm Rectoris talis iniqui incumbendum ſit, adigant, & ita exauctorationem ipſi procurent.

Noſtram opinionem quod hac in arduâ re concernit, jam ſupra d. th. fin. expl.4. illam declaravimus, eòq; lectorem remittimus.

Solent verò circa depoſitionem hanc quatuor notare & conſiderare Politici (1) *à quo* (2) *quibus de cauſis* (3) *quomodo illa perfici debeat, &* (4) *qui effectus ſequantur.*

Circa 1. ſtatuunt iſtam perficiendam ab iis, qui dignitatem illi contulerunt; ſecundum naturam enim eſt, unumquodque eodem modo diſſolvi, quo colligatum eſt. *L. nihil tam naturale 35. ff. de R. J. Quoniam ergo Electores* Imperii dignitatem illam per electionem & annexa deferunt, omninò illos & quidem unicè ac ſolùm depoſitione iſtam iterùm Imperatori adimere poſſe, *ut ita Pontifici hic nihil Juris competat, quamvis de facto illud uſurparint, idq; probant exemplo Adolphi*

Naſſovici & Wenceslas ab iis ſolis ita exauctoratorum uti prius ex Lehman. in Chronico Spirenſi lib. 5. c. 118. & poſterius ex Cuſpiniano in ejus vitâ liquet. Quo etiam referri poſſunt, quæ habet Bertram de Comit. theſ. 11. & Arniſæus de Jure Majeſtatis lib. 1. c. 6. n. ult.

Et quamvis exauctoratio Henrici IV. Ottonis IV. & Friderici II. in publicis Imperii Comitiis nomine omnium Statuum peracta legatur, id tamen citra præjudicium Electorum & ad majorem auctoritatem & conſenſum omnium demonſtrandum factum fuiſſe judicant.

Placuit tamen Conringio de Judic. Reip. German. §. 44. ſtatuere, ante Auream quidem Bullam exauctorationem talem ab omnibus Proceribus, poſteà verò ob egregias Electoribus in illa conceſſas prærogativas, ab illis ſolis jure peractam fuiſſe, & Status illis hoc integram reliquiſſe.

Fortè diſcrepantia hæc ita concilianda, ut dicamus Electoribus quidem Jus hoc per publicam ſententiam Imperatorem talem deponendi competere, ſed requiri ad hoc, ut Comitiis Statuum celebratis conſilium & conſenſus requiratur, ut præter prædicta exempla etiam exauctoratio Adolphi Naſſovici ac Wenceslai indicant, in quibus conſenſus Statuum intervenit, ut patet ex Lehman. in Chron. Spir. d. c. 118. & lib. 7. c. 72.

Quamvis autem antiquiori tempore Pontifices Jus excommunicandorum & deponendorum Imperatorum, Regum & Principum ſibi ſumſerint, ut Chriſti Vicarii, & illius fundamentum in illo Salvatoris dicto, Quidquid ligaveris ſuper terram, ligatum erit in Cœlis, ſecundum c. 2. de ſent. & re judic. in 6. (cui jungi poſſunt c. un. Clement. de jurejur. & c. venerabilem de Elect. & ibid. Gloſſ. ac Canoniſtæ) poſuerint, cauſantes ſimul Imperatores eſſe Vaſallos Papæ & Eccleſiæ; de quo videri poteſt Formula Depoſitionis Friderici II. Imper. ab Innoc. IV. peracta, Epiſtol. Petri de Vineis præfixa p. 62. Attamen iis ſemper fuit contradictum, ut ex hiſtoriis abunde patet: Sufficiat inter alia adduxiſſe reſponſum Philippi Pulchri Regis Gallorum, qui Bonifacio III. Pontifici poteſtatem ſuam in Reges & Principes in literis oſtentanti reſpondit: Salutem modicam ſive nullam. Sciat tua fatuitas maxima, nos in temporalibus nemini ſubeſſe, ſecus credentes fatuos reputamus & dementes ut refert Auct. Bruti fulm. p. 77. & alii, quos recenſet Limn. in add. prioribus ad lib. 2. c. 11. n. 21. ubi ſimul de veritate hujus Epiſtolæ examen inſtituit.

Quo pertinet reſponſio Valdemari Daniæ Regis Pontifici Gregorio XI. transmiſſa his verbis: Valdemarus Rex &c. Romano Pontifici Salutem. Vitam habemus à Deo, Regnum ab incolis, divitias à Parentibus, fidem verò à tuis prædeceſſoribus, quam, ſi nobis non faves, remittimus per præſentes: Vale: ut refert Pontan. Hiſtor. Danica lib. 8. f. 500.

Vide eundem Limn. in Capit. Ferdin. I. Imper. ad Proœm. & verba Obangeregt. num. 25. & 26. ubi acres ſales in hanc adſumtam poteſtatem congeſſit & Kypping. Inſt. Pol. l. 2. c. 10. & quæ nos præc. c. 2. th. 11. expl. 2. latè conſignavimus.

Interim tamen aſſumta poteſtas illa olim pro legitimâ à Pontificiis quidem habita, ſed ad certas & graves cauſas reſtricta fuit, ut mox dicetur. Quo loco obſervandum, quod Gregorius VII. primus inter Pontifices fuerit (nam etiam ante ipſum, Bernhardus Epiſcopus Halberſtadienſis Ottonem I. Imperatorem non exauctoravit, ſed ſaltem excommunicavit, ut legi poteſt apud Cranz. l. 4. Hiſt. Saxon. c. 7.) qui in Imperio noſtro Imperatorem & quidem Henricum IV. præcipuè ideò, quia Jus Imperatorum antiquum, circa electionem & inveſtituram Epiſcoporum vigore c. Hadrianus 22. & c. ſq. diſt. 63 in uſum reducere vellet, excommunicare auſus eſt, teſte Friſing. l. 6. c. 35. Quod enim Sigon. l. 9. de Regno Italiæ f. m. 219. tradit Leonem Iſaurum ante per

A. Gregorium II. & III. excommunicatum fuiſſe, noſtrum Imperiũ non afficit, & multis inſuper in dubium vocatur.

Circa 2. notaverunt Cauſas illas, quemadmodum etiam ipſam Depoſitionem ſecundum prædicta Legibus publicis expreſſas non eſſe, interim tamen ex omnibus depoſitionum talium actibus apparere veram ſive fictam Reip. & officii neglectum cum ejus magno detrimento conjunctum, & illius per ſchiſmata factam partium imminutionem, ſi non everſionem, in quibusdam verò Eccleſiæ Romanæ deſertionem, Paparum contemtum & perſecutionem; In paucis crimen adulterii, ſtupratarum Monialium, violatæ fidei, ac in Wenceslao plurium tàm Clericorum, quàm Laicorum, contra fas & Jus perpetratam crudeliter interfectionem, pacis Eccleſiaſticæ deſtructionem, membranarum vacuarum ſigillo & ſubſcriptione confirmatarum ad varios & Imperio noxios uſus amicis factam venditionem,

B. pro cauſis allegatas fuiſſe, ut inter alia ex Lamberto Schafnaburgenſi ad ann. 1076. ferè in fine. Lehm. in Chronico Spir. d. l. 5. c. 118. Gold. Tom. unico Conſt. Imper. p. m. 379. & Alb. Argentin. in Chron. in fine.

In Jure tamen Canonico d. c. 2. de ſentent. & re judicata in 6. quoad Friderici depoſitionem leguntur ſequentes cauſæ: Dejeratio circa pacem inter Eccleſiam & Imperium non ſervatam, Sacrilegium circa captivitatem Clericorum commiſſum, Hæreſis & Regni Siciliæ tanquam Feudi Eccleſiæ exinanitio. Et in Speculo Saxonico l. 3. art. 56. tres memorantur, Hæreſis, matrimonii diſtractio & Sacrilegium. Formulam, qua Innocentius IV. ut jam notavimus. Fridericum II. Imperatorem depoſuit, vide in pr. Epiſtolarum Petri de Vineis d. p. 62.

Circa 3. ſciendum, modum exauctorationis talis partim ex præcedentibus, partim ex Lehmanno d. l. conſtare, qui illum in exauctoratione Adolphi Naſſovici ita deſcribit: Convenere ad convocationem Moguntini Electo-

C. res & Status Imperii deſtinato tempore Spiram, & in Cathedralem Eccleſiam ſigno campanâ dato ſe contulere, ubi Elector Moguntinus brevibus cauſas ante ſex annos factæ electionis impulſivas Electi Adolphi, & ejus poſtea ſecutos pravos mores & vitia retulit, concludens ob illas Collegium Electorum cum conſenſu Statuum illum jam exauctorare, omnes Status juramento & obſequio antea præſtito & promiſſo liberare, prohibere ne quis ei opem ferat, & commum ſuffragio in illius locum Albertum Auſtriacum eligere & ſubſtituere, ac Status huic ad omnem obſervantiam & obſequium præſtandum admonere.

4. Quoad Effectum, remotionem ſcilicet ab omni Imperio, dignitate & auctoritate Imperatoris & Statuum ſolutionem ab obſequio ac auxilio ferendum paucas depoſitiones vel exauctorationes illum conſecutas, dum exauctorati ſe manu militari oppoſuerint, & multi Status, ſive ſponte, ſive perſuaſionibus, ſive

D. etiam vi metuq; illis obedientia ac auxilio adfuerint. Sic enim Adolphus Naſſovicus exauctoratus Alberto Auſtriaco in locum ejus electo cedere noluit, ſed ab aliquot Statibus ei adhærentibus adjutus magno cum exercitu illum, ſimiliter cum exercitu obviam euntem, adortus eſt, cumq; in acri prælio ambo reges inter ſemet dimicarent, Adolphus prolatis hiſce verbis, Jam Alberte mihi & imperium & vitam tuam relinques, in hunc invectus, ab illo ex equo proſtratus, ac à milite quodã in collo percuſſus vitam amiſit, ut refert Lehm. d. l. 5. c. 118. & Mutius in Chron. l. 22. ab initio. Similiter Wenceslaus exauctoratus noluit Imperium deponere, ſed auxilio multorum Statuum illud retinuit, & mortuo jam Ruperto in ejus locum ſuffecto, & Sigiſmundo in hujus locum ſubſtituto, nihilominus titulum Imperatorium, vel potius Regis Romanorum uſurpavit, elapſis jam ab exauctoratione undecim annis, ut conſtat ex Wilh. Kyriandro in Annal. Trevir. part. 14. circa fin.

TH. XVIII.

TH. XIIX.

Volenter ſit renunciatione vel reſignatione, quæ eſt actus ſolemnis, quo legitimè electus Imperator gravibus de cauſis Electoribus, ac conſequenter toti Imperio collatam in ſe Imperatoriam Poteſtatem cum diademate & inſigniis pleno jure reſtituit, & ita iis facultatem concedit alium dignum in ejus locũ ſufficiendi, ex quo etiam alius ſtatim eligitur, & Imperii curam ſuſcipit.

Explic.

EX *hac definitione patet circa reſignationem talem quinq; conſideranda eſſe* (1.) *quid Imperator* (2.) *quibus* (3.) *quibus de cauſis* (4.) *& quomodo reſignet, ac* (5.) *ut alius eligatur & imperium ſuſcipiat.*

Quo ad (1.) *reſignatur* imperium & in illum tranſlata poteſtas, cum omnibus juribus, titulis, & dignitatibus, nec non ſceptro & corona pleno jure & irrevocab iliter, ſicuti *Carolus V. fecit vigore Capitul. Ferd. I. in proœm. circa finem, & illorum quæ habet Godelevaus in tr. de Ejus Abdicatione.*

Quo ad (2.) *reſignatur illud Electoribus & per conſequens Statibus, quia illi* nomine Imperii & vi competentis poteſtatis illum elegerunt, juxta illa quæ *præc. th.17. expl.2. & à Limn. ad Capit. Ferdin. in proœm. verb.* **obangeregt Römiſch Kayſerthum** *n.24. & ſeq. dicta: de quo etiam ſeq. n.* (5.) *amplius agitur.*

Ex quibus patet nullo jure Pontifices ſibi Jus attribuere, ut Imperator iis Imperium neceſſariò reſignare debeat, ſicuti in reſignatione Caroli V. factum, de quo latè videndus *Godelevaus de Abdicatione iſta circa f. & Limn. ad Capit. Ferdin. I. Imp. ad proœm. & verba* **Obangeregt.** *n.21. & ſeqq. ubi ad fundamentu Papæ lepidè & ſalſo reſpondet, & Tom. V. L.2. c.11. n.16.*

Ubi notandum circa hanc reſignationem duplicem caſum poſſe evenire, unum, quo Imperatori vivo Romanorum Rex nondum adjunctus eſt, & illo quidem ſolis Electoribus fit renunciatio; licitum tamen eſt reſignanti unum atque alterum ad eligendum illum Electoribus commendare, ſalvâ autem horum poteſtate illum vel eligendi, vel prætereundi: *alterum,* quo ei Rex Romanorum tempore reſignationis adhuc vivens in laborum ſublevationem aſſociatus eſt, & illo caſu Imperium ad abbreviandum actum non in manus Electorum, ſed cum illorum conſilio & conſenſu directò & per brevem manum illi ipſi reſignat, vel potius cedit, *quoniam* hic Rex ideò electus eſt, ut immediatus & infallibilis ejus ſit Succeſſor, non minus, quàm ſi Imperator mortuus vel depoſitus eſſet, uti laudatiſſimus Imperator *Ferdinandus I. in R. J. de dato* **Augſpurg** 1559. *ipſe loquitur, & in Capitulatione ſuâ in proœmio teſtatur.*

Quo ad (3.) *Cauſæ debent eſſe ejus momenti, ut Electores, utpote quibus exacta earum examinatio convenit & incumbit, ad conſentiendum allicere queant, quanquam etiam* cauſæ ex parte renunciantis inſufficientes illos ad conſentiendum, ſi nimirum ex aliis non allegatis ſed Electoribus ſibimetipſis notis cauſis (ſi nimirum è re & decore imperii id eſſe judicaverint) impellere, & impulſivæ aliæ, quibus contra rationes ſat ſufficientes ad diſſentiendum moveri poſſint, iis occurrere queant, ita ut rejecta reſignatione Imperatori diutiùs Imperio præeſſe imponant, eique ad ſublevationem laborum & curarum Regem Romanorum adjungant. De quo legi poteſt *Limn. ad Capit. Ferdin. I. in proœm. ad d. verb.* **Obangeregt.** *n.19. & ſeqq.*

A Canoniſtis quidem Cauſæ, ob quas renunciare Imperator poſſit, ſequentibus verſibus includuntur:

A *Debilis, ignarus, malè conſcius, irregularis,*
Quem malè plebs odit, dans ſcandala, cedere poſſit.

Sed hæ ita comparata ſunt, ut magis ad cauſas Electorum, quam reſignantis impulſivas, quia hic ultra debilitatem & odium populi, reliquas, ut ipſi ſibi turpes, vix allegabit, & potiſſimum in renunciatione beneficiorum Eccleſiaſticorum activa & paſſiva locum habeant, pertineant.

Cauſa, quas Carolus V. Imperator adduxit, fuêre ſenium, debilitas, & ægritudo corporis continua, adeoq; notiſſima inhabilitas, juxta Capit. Ferdin. I. in proœm. & in R. J. anno 1559. Auguſtæ publicato, ubi illa magna & præcellentes dicuntur, de quibus & totâ hiſtoriâ lege dictam deſcriptionem abdicationis illius à Godelevao editam.

B. *Tradunt quidem Canoniſtæ generaliter Imperatorem ac alios Seculares Principes ac Magiſtratus reſignare, nec à ſubditis vel Statibus in eo impediri poſſe, ſi Monaſticam velit ſuſcipere vitam vel Monaſterium ingredi, in gloſſa ad c. ſcripſit nobis 26. cauſ. 27. quæſt. 2.*

Et adducunt exempla plurima, inter quæ præcipua ſunt ſequentia:

Sancti Lotharii Imperatoris Romanorum.

- Theodoſii IV.
- Michaëlis III.
- Romani Lecopani
- Michaëlis IV.
- Michaëlis V.
- Iſaaci Comneni
- Romani V.
- Michaëlis VII.
- Johannis Ducæ
- Nicephori III.

} Qui omnes fuêre Imperatores Conſtantinopolitani.

Aliorum exempla præc. P.1. cap.5. theſ.8. in expl. re-
C. *lata ſunt.* De quibus etiam legi poteſt *Choppin. de Sacra Politia Forenſi l.2. tit.3. n.17.* & *Thuanus l.16. f.m. 325. & ſeq.*

Sed etiam hanc cauſam non ſemper attendi inde patet, quod Principes & Status Imperii Henricum II. Imperatorem ob eam Imperium reſignantem, non dimiſerint, ſed ad continuandum regimen adegerint, ut refert Oſeas Schadeus in ſummo Argentinenſi Templo cap.2. Quod tamen alii ita temperant, Imperatorem ad diutius Imperium gubernandum, non vi adactum, ſed precibus & perſuaſionibus commotum fuiſſe, ut recenſet *Limn. in addit. poſter. ad lib.2. c.11. n.14.*

Quo ad (4.) *&* (5.) *Quomodo ſcilicet utrumq; fiat, reſponſio eſt, juxta prædictu Imperatorem ſe Imperio abdicaturum propoſitum ſuum cum impulſivis cauſis Collegio Electorali aut literis, aut per Legatos, aut ſi præſto ſit verbis propriis notum reddere, & hoc illos ac Status publici conditionem accuratè examinare, ac poſtea habita*
D. *cum Imperii Statibus ſuper iis deliberatione, renunciationi vel aſſentiri vel contradicere, atq; priori caſu Reſignantem in manus Electorum Imperium cum omnibus Juribus, dignitatibus & Cleinodiis reſtituere, omnesq; Imperii Status juramento fidelitatis ac ſubjectionis antea præſtito abſolvere. Quo facto & Rege Romanorum jam non exiſtente, vel ſtatim, vel ex intervallo temporis modico ac legali alius Imperator eligitur. Si verò Rex Romanorum jam electus ſit, illi in Comitiis Imperii ab Electoribus inſtitutis, ab his Imperium ſolemniter traditur, & jusjurandum præſtatur, ſicut ſolennitates in confirmatione Ferdinandi I. obſervatas ſuccinctè refert Godelevaus d. l.*

Ex quibus ſimul ad Quæſtionem, An & Quatenus Imperator Imperium reſignare poſſit? Reſponſio in promtu eſt.

Plura de Reſignationibus præc. part.1. c.5. theſ.8. in expl. dicta ſunt; Quibus addi poſſunt, quæ Fritſchius

de Reſignationibus Imperatorum, Regum, Electorum, Pontificum & aliorum in Tractatu ſingulari conſignavit, & *Chwalkowskius* de reſignatione regni Polonici à Rege Johanne Caſimiro anno 1669. factâ *in Jure Publico Polon. l.1. c.3.* A.

CAPUT IV.

De

POTESTATE IMPERATORI

reſervatâ: Ubi de Superioritate Majeſtaticâ, de Sanctione Legum, de Indictione Belli, de Extremâ Provocatione, de Infeudatione, de Creatione Regum & Principum, de Conceſſione Privilegiorum, de Fundatione Academiarum, de Jure Legitimandi & Similibus

S U M M A R I A.

TH. I. Ratio Connexionis: Poteſtas qualis Imperatori competat, & quotuplex illa ſit. B.

TH. II. Poteſtas quam Imperator cum Conſilio & Conſenſu Electorum ac Statuum exercet, in quibus conſiſtat.

Expl. Agitur de illis remiſſivè.

TH. III. Poteſtas, quam idem liberrimè propriâ auctoritate exercere poteſt, in quo conſiſtat.

Expl. I. An Jura illa rectè Reſervata dici queant.

Capitulatio ſit per meram Conventionem.

Expl. II. Illa, tanquam Majeſtatica Jura exerceri demonſtratur, & objectionibus reſpondetur.

TH. IV. Quæ Jura inter Reſervata illa referenda ſint.

TH. V. Superioritas Majeſtatica quid.

Expl. I. Nemo præter Pontifices Romanos Imperatori ſe præferre auſus eſt;

Reſpondetur illorum fundamentis, & demonſtratur Imperatores quondam Papas conſtituiſſe & depoſuiſſe. C.

Hildebrandi vel Gregorii VII. Papæ ambitio refertur.

Expl. II. Effectus ejus quis.

TH. VI. Extrema Provocatio quale Jus.

Expl. I. Jus illud olim Dictatori datum, ac poſtea ab Auguſto & aliis Imperatoribus uſurpatum.

Fuit quandoq; ab Imperatore malè informato ad melius informandum appellatum.

Sed ineptè, ut demonſtratur.

Idem quandoq; ad Papam vel Concilium factum;

Quod etiam refutatur.

Expl. II. Demonſtratur illos, qui hoc jure ex privilegio utuntur, hâc in re cum Imperatore non conferendos eſſe.

TH. VII. Collatio vel Inveſtitura Feudorum Regalium, eſt quoque ſummæ Majeſtatis ſignum.

Expl. Demonſtratur illud Jus. D.

Feuda illa quare Fahn-Lehn *dicantur.*

Refertur per exempla Inveſtituras tales olim in publicis Conventibus Imperii & Curiis peractas eſſe.

Recenſentur potiſſimi actus talis Inveſtituræ.

Hodiè Caduca illa Feuda reditibus Imperii applicanda ſunt.

TH. VIII. Poteſtas creandorum Regum, Ducum, Principum eſt ſummum Majeſtatis ſignum.

Expl. Demonſtratur illud Jus per Sanctiones & Exempla.

Excipiuntur Electorum creationes.

De Rege Poloniæ Boleslao I. an ille ab Ottone III. Imperatore Rex creatus & coronatus fuerit, diſquiritur.

Auſtria Ducatus à Friderico II. Imperatore in Regnum evectus fuit.

TH. IX. Academiarum fundatio & confirmatio ad ſumma Majeſtatis jura ſpectat.

Expl. Tractatur de eô remiſſivè.

TH. X. Jus Stapulam & Nundinas Univerſales conferendi etiam ad illa pertinet.

Expl. Agitur etiam de illis remiſſivè.

TH. XI. Poteſtas concedendi Jus monetandi quoq; eſt de Juribus Majeſtatis.

Expl. Deducitur illud Jus remiſſivè.

TH. XII. Jus conſtituendi Poſtas etiam ad illa referendum eſt.

Expl. Refertur Poſtarum Etymon & origo.

Angaria & angaria, item parangaria quid apud Perſas & Romanos ſignificent.

Quis illas apud Romanos introduxerit & ampliaverit.

Onus illud fuit apud eos patrimoniale.

Curioſi, Curagendarii, Sajones, hippocomi, parochi, Copiarii, mancipes, clabula, quid.

Hodie iis præfectus eſt Supremus Poſtarum Magiſter & ejus Subofficiarii ac miniſtri

Quis iſte in Imperio noſtro.

Olim fuére quatuor Curſuum publicorum genera, pedeſtris, equeſtris, vehicularis & navalis.

Dromones quæ Naves.

Duplomata quid

TH. XIII. Poteſtas legitimandi liberos naturales, veniam delictis concedendi & famam ac honorem reſtituendi eſt etiam de Juribus Majeſtatis.

Expl. I. Quibus cautionibus legitimatio ab Imperatore peragi debeat.

Qui hodiè ex conceſſione Imperatorum illo jure gaudeant.

Ad quorum Legitimationem Poteſtas Comitum Palatinorum reſtricta ſit.

De Jure Statuum Imperii circa illam agitur.

Expl. II. De Jure veniam delictis concedendi Imperatoribus proprio agitur.

Id tamen hodiè à Statibus Imperii etiam uſurpari oſtenditur, adjecta ſimul illius ratione.

In quibus delictis illud locum habeat, remiſſivè.

Expl. III. Reſtitutionem Famæ & honoris Imperatoribus competere oſtenditur.

Reſtitutio eſt duplex communis vel generalis & ſpecialis.

TH. XIV. Poteſtas veniam ætatis concedendi etiam ad jura Majeſtatis ſpectat.

Expl. Demonſtratur illa poteſtas, & referuntur requiſita illius.

Hodiè venia illa plerumq; & potiſſimum Illuſtribus Perſonis & Nobilibus conceditur.

Comitum Hohenloicorum tota familia tale privilegium habet, ut 18. anno majorennes ſint.

TH. XV. Poteſtas concedendi Jus Civitatis condendæ & muniendi ad eadem pertinet

Expl. De priori remiſſivè.

De poſteriori hic agitur.

TH. XVI. Jus primariarum precum quid.

Expl. Quid de illo diſpoſitum ſit latè adducitur.

TH. XVII. Jus Inducias moratorias Univerſales concedendi etiam ad Imperatoris reſervata ſpectat.

Expl. Deducitur illud & ejus requiſita referuntur.

Speciales vel Locales etiam Status Imperii concedere poſſunt.

TH I.

Hactenus Imperatoris Conſtitutio & Deſinentia: Sequitur ejuſdem adhuc regnantis Poteſtas, per illam Conſtitutionem, in ipſum tranſlata, *Eſtq; duplex, nimirum illa, quam* cum Conſilio & Conſenſu Electorum, vel Statuum

omnium,

omnium, *& quam ipſe* ſolus in præeminentiæ ſignum, quæ ideò etiam *Reſervata* dici ſolent, exercet.

TH. II.

Poteſtas, quam Imperator cum Electorum Conſilio & Conſenſu exercet conſiſtit (1) in indicendis & celebrandis Comitiis Imperii Univerſalibus. (2) In concedendis Vectigalibus. (3) In declaratione Banni Imperialis adverſus Status Imperii (4) in collatione Electoralis Dignitatis. (5) In conceſſione juris monetam cudendi. *Quam verò cum Conſilio & Conſenſu omnium Imperii Statuum uſurpat, conſiſtit primariò* (1) in Legum Imperii Sanctione (2) in indicendo bello & ineundâ pace, & (3) pangendo fœdere. (4) Collectis ordinandis.

Explic.

QVoad priorem de (1) *prac. p.2. ſect.2. c.9. th. 5. & expl.1.* (2) *ibid. c.7. th.26. expl.2.* (3) *ibid. c.4. th.5. expl. n.* (2) (4) *ſeq. c.7. th.5. expl.1. &* (5) *prac. p.2. ſect.2. c.9. th.4. expl.2. n.3.*

Quoad poſteriorem verò de (1.) *etiam d. c.9. theſ.19. expl.1. & prac. part.1. c.11. th.8. expl.1.* (2.) *ſeq. part.4. c.1. th.6. in expl. circa f. ac c.12. th.7. expl.1. n 4. &* (3.) *d. part.2. c 9. th.3. expl.1.* actum eſt, quo Lectores remittimus, plura apud *Sprenger. in Juriſpr. Publ. p.27.* & *Inſtit. Jur. Publ. l.1. c.6. & 7. legi poſſunt.*

TH. III.

Reſervata illa poteſtas eſt, quâ Imperator in præeminentiæ ſignum propriâ auctoritate jura quædam, Majeſtatis ſumma exercere, & pro lubitu circa illa diſponere poteſt.

Explic.

I. *HIppolytus à Lapide in ſuo de Ratione Status tractatu part. 1. c.16. jura ex hac poteſtate Imperatori competentia impropriè Reſervata dici contendit, & quidem eo ſenſu, quaſi Imperator ea ſibi activè reſervaverit*, cum hic nihil juris obtineat, niſi quod Electores nomine Imperii ei in Capitulatione deferant, *illo tamen ſenſu, quaſi* ab Electoribus & Statibus antiquo jure ei paſſim reſervata, id eſt, conceſſa fuerint, *latè ita quidem, ſed rectius relicta dici, & hoc modo definiri poſſe.* Quod ſint jura quædam Imperatori in ſignum præeminentiæ ex antiquâ obſervantiâ & vi Capitulationis conceſſa.

Sed illi objectioni ita reſponderi poteſt (1) *quamvis* negandum non ſit, Electores nudâ affectione cum conſideratione aptitudinis in Imperatorem vel Regem Romanorum quendam ex Imperii Proceribus eligere, D. eiq; pro qualitate Status & conditionis Imperii Leges, fundamenta vel normam regiminis complectentes præſcribere, *inde tamen non ſequi*, Candidatum iſtum iis neceſſariò acquieſcere debere, vel plus, quàm per articulos oblatos primâ vice præſcriptum fuit, ſibi per Poſtulata reciproca reſervare ac impetrare hactenus, antequam perpetua illa Capitulatio confecta non eſt, non poſſe: *Cum enim illa huc usq; mera Conventio inter Electores & Electum mutua pactione inita ſit, quid ni illa*, quæ Imperator vel ex Anteceſſorum vel propriâ conventione in præeminentiam ita exercet, *Reſervata dici queant? Siquidem in prologis Capitulationum expreſſè continetur*, **daß ſich der König mit den Chur-Fürſten auff nachgeſetzte** *Capitula* **vereinbahret habe** / de quo etiam *prac. part.2. ſect.2. c.4. th.10.* actum eſt. (2.) *Jura illa inde Reſervata dicta eſſe*, quia antiquis temporibus, ubi Succeſſio adhuc in uſu fuit, Imperatores illa ſibi, quaſi propria

A. reſervaverunt, id eſt, nulli Statuum communicaverunt, qua etiam de cauſâ à nonnullis non communicabilia dici ſolent. *Plura videri poſſunt apud Stamler. de Reſerv. Imper.* §.2. ubi nobiſcum ſentire illum in relectione poſtea deprehendimus. *Quamvis etiam citra Imperatoris imminutionem illa in ſenſu paſſivo adducta ſignificatio & explicatio locum habere queat, ita, ut dicamus jura illa Imperatori ab Electoribus & reliquis Statibus in præeminentiæ ſignum reſervata, id eſt, integra & illibata relicta fuiſſe.*

II. *Licet nonnulli non ignobilis nominis viri Reſervata hæc Imperatori in præeminentiæ ſignum ſolùm, non verò ut Majeſtatis jure competere aſſerant, ex illa ratione, quod* hæc natura & indole ſuâ ſemper eadem ſint ac maneant, illa verò juxta pacta inter Eligendum & Eligentes conventa mutari poſſint ac ſoleant.

Nos tamen cum aliis intrepidè illa ad Jura Majeſtatis B. *referimus, ſequentibus moti rationibus, quia* (1) Imperator, ut Majeſtate præditus, adeoque ex poteſtate ſummâ, in illum collocatâ, ea exercet, uti *exempli gratia* in Academiarum conceſſionibus Imperatores *Rudolphus II.* in Privileg. Academiæ Altorphinæ conceſſionem hanc ad Cæſareæ poteſtatis plenitudinem & *Ferdinandus II.* Jus illud ad curas ſupremæ ſuæ Poteſtatis referunt, quod etiam alii Imperatores hoc in caſu in aliis ſuis Privilegiis, uti *Maximilianus II.* in privilegio Gymnaſio Argentoratenſi dato. *Maximilianus I.* in privilegio Academ. Wittebergenſi conceſſo, & alii expreſſerunt. *Simile quid in aliis Imperatorum privilegiis ex. gr. quo ad jus monetandi exercetur.*

(2) *Reſervata illa ipſa ſumma ſunt Imperatoris jura*, quæ ſi ad jura Majeſtatis non eſſent referenda, illum Majeſtate omninò carere ſtatuendum eſſet contra communem ſcientiam & *abſurdum conſequens* inde reſultaret, illum, qui inter omnes Reges & Principes C. ſummus eſt, & aliis Regalem Majeſtatem conferre poteſt, ipſummet Majeſtate carere.

Nec obſtat (1) *quod* Imperator non omnia illa Reſervata ex plenitudine poteſtatis exercere poſſit, ſed conſenſum vel Electorum vel Statuum requirere ad illorum conceſſionem validam teneatur.

Reſpondetur enim primò Majeſtatem eſſe ex illorum genere, quæ ex modo habendi æſtimari debent, adeoque Majeſtatem etiamſi non omnia abſolutè perficere queat, ſed reſtrictam in quibusdam habeat poteſtatem, nihilominus ſummam eſſe & dici poſſe, ſi in illa Rep. alius majorem non habeat, ut præc. *cap.3. theſ.8. expl.1. ſub quæſtione* 1. latius deductum eſt.

Secundò Electores & Status in conceſſione illorum non concurrere ut poteſtatis vel juris illius participes vel conſortes, ſed *Electores quidem* ut ejus Conſiliarios, in curarum partem adjunctos, *Status verò reliquos*, ut D. omnes ſimul Imperii ſaluti ac cōmodo, & Juribus quisque ſuis invigilare poſſit, ne Imperator per illorum abſolutam & im̄odicam, importunis petentium precibus extortam quandoq; conceſſionem, tam totius Imperii commodis, quàm cujusq; juribus acquiſitis contra jura noceat, vel inſcienter nocere poſſit, de quo videri poteſt *Capitulatio Ferdinandi III.* §.25. *Et nihilominus tamen conſenſu hoc obtento Imperator ſolus conceſſiones tales largitur ac Sigillo ſuo munit.*

(2.) *Quod* in Capitulationibus quandoq; hæc Clauſula à parte Imperatoris adjecta **Wir ſollen und wollen auch / ohne** *Collegial-***Rath / Wiſſen / Willen und Zulaſſen** / *rc.* & in Receſſibus Imperii non diſſimilis reperiatur, adeoque inde clarè pateat, Imperatorem hic Electorum & Statuum conceſſionem vel voluntatem obſervare debere.

Reſpondetur enim, tàm in Capitulationum, quàm in Receſſuum Imperii confectione duas concurrere partes, in priori ſcilicet Imperatorem & Electores, in

28. Titul in dem Abſatz/ ſo ſich anfanget: Invenimus etiam &c. Wir befinden auch u. a. m.

2. Daß beyden Ihren Churf. Gn. und Durchl. zu Mayntz und Cölln/ die Würde und das Amt zu crönen in Ihren Ertz-Biſtumben undiſputirlich und zwar jedem in ſeinem Ertz-Biſtumb und ſeinem Bezirck allezeit allein und fürnemlich zukommen ſolle.

3. Da aber auſſerhalb dieſen beyden obgedachten Ertz-Biſtumben Mayntz und Cölln die Crönung in einigen deren unterhabenden Bey-Biſtümbern/ oder in andern auſſer der Ertz-Biſchöfflichen Mayntz und Cöllniſchen Landſchafft gelegenen Ertz- und Biſtumben geſchehen würde/ alsdann ſoll dieſelbe umbwechſelicht von beeder Hn. Churfürſten Mayntz und Cölln verrichtet/ und alſo auſſer Aachen/ und dann von beyden Hn. Churfürſten Sich vorbehaltenen/ ihren eigenen Bezircks und Ertz-Biſtumben im gantzen H. Reich zwiſchen Ihnen der Crönung halber eine durchgehende Gleichheit ins künfftig gehalten werden.

4. Dafern die Crönung auſſer denen Mayntz und Cöllniſchen Ertz-Biſtumben/ es ſeye inner oder auſſerhalb beyderſeits Landſchafften vorgenommen werden ſolte/ alsdann ſollen bey obgemeldter Umbwechſelung Ihre Churf. Gnaden zu Mayntz/ zu mehrer Bezeugung Ihrer treuen freund-brüderlichen Wolgewogenheit/ nicht allein ſich freywillig erklärt/ ſondern dabeneben auch des Erbietens ſeyn/ bey nechſter Wahl und deren Beeydigung beſt-möglichſt ſich dahin zu bemühen/ damit die jetzt bevorſtehende Crönung in der Stadt Cölln/ (weilen etwan wegen des kurtz hiebevorn zu Aachen vorgangenen Brand-Schadens der Bewirthung halber daſelbſten es unbequem fallen dörffte) verrichtet werden möge.

5. Solle dieſer Vergleich nicht allein von beyden Herren Churfürſten unterſchrieben/ ſondern auch von beeden Thumb-Capitulen zu Mayntz und Cölln mit bewilliget/ und zu ewigen Tagen hierauff einmutiglich veſt und unverbrüchlich gehalten/ auch andere Außleg- und Außdehnungen oder Einflickungen darinn keines weges zugelaſſen/ viel weniger das geringſte ſonſten dargegen vorgenommen werden/ deſſen allen zu Uhrkund habē beede höchſtged. Ihre Ch. Gn. und Durchl. Mayntz und Cölln/ für ſich und ihre beederſeits Nachkommen an dero Ertz-Stifftern fünff dieſer verglichener Verträge unterſchrieben und verſiegelt/ welche auch beede hochwürdige Thumb-Capitul zu Mayntz und Cölln mit bewilliget und zugleich vollnzogen haben/ darob eine rechtgründliche Abſchrifft Ihrer Churf. Gn. zu Mayntz/ eine Ihrer Churf. Durchl. zu Cölln und dero Archiv/ auch jedem Thumb-Capitul eine/ und dann eine zur Reichs-Cantzley außgeantwortet und verwahrlich auffbehalten werden ſolle. Geſchehen den 25. Junius 1657.

3 In exitu idem ordo obſervatur, niſi quod Elector Trevirenſis Imperarorem ſimul ſigillum officii ſui ſive Archi-Cancellariatus manu geſtans, ante tamen Vice-Mareſchallum & Mareſchallum Imperii ſi hic ſimul præſens ſit, præcedat, Moguntinus verò & Colonienſis immediate ſigilla etiam Archicancellariatuum, ut nos in actu coronationis Ferdinandi IV. anno 1653. Ratisbonæ obſervavimus, portantes, cum vigore Aureæ Bullæ c. 26. §. 2. Conſecrator ſolus omnia illa ſuper baculo argenreo geſtare debeat, illosque Epiſcopi præſeotes ſequantur; omnes verò pedibus incedant: Imperator verò Ferdinandus III. dicto in actu ob pedum ægritudinem ſella ſub baldachino geſtatus fuit: *proceſſio quoq; non in aulam Imperatoris, ſed Curiam Civitatis illius fiat, & quidem per dictum pontem ligneum, & tunc pannis triplicium* *colorum*, quibus Imperatores ſuos famulos ab aoti-

A. quo veſtire ſolent, lutei, ſcilicet, albi & fuſci confuſis, *vel ſi Romanorum Rex* extra vacantiam electus & corooatus eſt, *duorum colorum*, rubri ſcilicet & albi confutis inſtratum, (quos vulgus ſtatim ſubſequens diſrumpit vel diſcindit), fiat.

Ubi in illam venerunt, Imperator in atrium ſolemniter introducitur, & paulò poſt ſinguli Electores in Conclavia ſua ſe conferunt, mox redeuntes in atrio ad feneſtras ſecundum præcedentiam, pone Imperatorem, qui ſolus unam occupat, bini accedunt, & ceremonias ſequentes in coronatione peragi ab antiquo ſolitas, ante prandium interea inſtruendum, adſpiciunt.

Inter illas primam celebrat Elector Saxoniæ & in abſentiâ ejus Vicarius Comes de Pappenheim aliquot ſatellitibus cinctus, qui in *acervum avenæ* ante Curiam congeſtum equo usque ad ejus pectus vehitur, & modium argenrcum, ſatis, ut vidimus, capacem, (quem Elector Saxoniæ cum radio ſimiliter argenreo ſuis ſumtibus præſens confici curat, *ac poſt ejus uſurpationem unà cum equo Vicario ſuo tradit: ſi verò ille abſens ſit, modius quidem illo iſti cedit, ſed pro e-*
B. *quo certum precium ei ſolvit*) manutenens, & per famulum impletum radio æquat, atque in famuli primùm venientis ſaccum effundit, & ſic officio ſuo functus recedit, ſecundum *A. B. c.* 27. §. 1. *& tunc*, ſi Electot ipſe adeſt, ejus Vicarius reliquam omnem avenam diſtribuere debet, ſed ſtatim vulgus circumſtaos multo tumultu illam diripit, credulitatem, illam ab equis vel vaccis comeſam illis ſanitati cedere.

Secundam, (quam etiam *Arumæus d. l. ita refert*) *vi A. B. d. l.* §. 3. *Elector Brandenburgicus vel ejus abſentis Vicarius* etiam eques & miniſtris ſtipatus peragit, mallivium argenteum cum gutturnio & mantili in menſa prope culinam (ubi *Sprenger.* iterum in culinâ habet) apportans, & in Curiâ equo ab illo intra & ab hoc ante fores relicto Imperatori pedes offerens, *quod cum gutturnio & mantili, uti etiam equo ejus Vicarius ſibi acquirit.*

C. *Tertiam* (quam *Sprenger. dicto loco* ſecundam facit) ſecundum tenorem *Aurea Bulla d. c.* 27. §. 4. *olim Elector Palatinus, hodie Elector Bavariæ & abſentis loco ejus Vicarius Comes Truchſeſſius de Walpurg* ſimiliter equo vectus & famulis ſtipatus verſus culinam prædictam ante curiam in medio caſtructam ſe confert, & poſitas juxta illam (*Sprenger.* erroneè ponit in illâ) in menſa quatuor ſcutellas argenteas cibis repletas Imperatori adſportat, *& ille intra hic ante curiam* equo deſcendens præcedente Imperii Archi-Mareſchallo & eo abſente illius Vicario ac multis Imperii Comitibus cum reliquis cibis ſubſequentibus patinas illas cum debita ſubmiſſione menſæ Imperatoriæ imponit, & patinæ illæ cum equo dicto Vicario cedunt.

(*Sed in Coronatione Maximiliani II.* tria ſaltem fercula in tribus deauratis catinis adſportata fuiſſe *Schardius in Deſcript. dictâ narrat:*) *inter illa verò fruſtum*
D. *de bove aſſato* (qui ſi in æſtate, ut in coronatione Ferdinandi IV. Regis Romanorum glorioſiſſimæ recordationis factum, actus talis perficiatur, propter triduanam bovis toſtionem caro ita fœtet, ut illa citra nauſeam propriâ experientiâ teſte comedi nequeat) abſciſſum pro primario habetur.

Electore Bavariæ vel in abſentiâ ejus illius Vicario vix à culina dicta recedente, vulgus & miniſtrorum cætus magno impetu, nec ſine periculo illam diripit, aſſeres, fores, & ligna cuncta rumpendo, uti etiam reliquias bovis diſcerpeodo & auferendo, fruſtaque illius partim conſumendo, partim domiois ſuis afferendo, ſicuti etiam nobis & ſodalibus noſtris ſecundum prædicta aliquod fruſtum adſportatum fuit, ſed tanto fœtore infectum, ut nihil de illo guſtare potuerimus.

Quartam

Quartam exercet nomine Regis Bohemia, ſi ipſemet, ut hactenus diu obſervatum eſt, *Imperator electus & coronatus ſit, ejus Vicarius Baro de Limburg* Imperatori *vaſa potoria aurea & argentea* vino ex foote fictitio, cujus paolo poſt mentio fit, hauſto plena in equo adſportans & Imperatori ſubminiſtrans, *qua etiam ipſi poſtea cedunt, ut Schardius d. l. refert.*

Quintam hodie expedit Elector Palatinus, tanquam ex nuvâ conſtitutione Imperii Archithesaurarius, *& in ejus abſentiâ illius Vicarius Comes de Sinzendorff,* tanquam recenter etiam ordinatus hæreditarius Imperii Theſaurarius, *miſſilsa aurea & argentea in nummis effigie ac nomine Imperatoris vel Regis Romanorum dicti, & anno coronationis inſignitis conſtantia, qua ante* hujus inſtitutionem in exitu ex templo per duos equeſtres ſatellites inter populum ex crumena diſſeminata fuerunt, ut ex dictis deſcriptionibus conſtat, ex equo etiam circumjiciens, ubi ejus Vicarius etiam ejus equum vel in abſentia ejus pro illo certum precium cum aliquot nummis lucratur.

Hic tamen notandum in coronatione Ferdinandi IV. *Electorem Palatinum ſaltem in foro vel ante Curiam, ejus Vicarium verò etiam equo vectum in adjacentibus plateis,* ut nos obſervavimus, *miſſilsa illa projeciſſe.*

Et addendum, ut quidem Aurea Bulla d. c. 27. §. fin. abſentibus Electoribus equos & dicta vaſa non dictis illorum Vicariis ſed ordinariis Imperatoria aula miniſtris officia illa & alia præſtantibus deberi; ſed illud, ut diximus, non amplius obſervari.

Sicuti etiam notandum, quod abſente Electore ſeculari non ejus Legatus, ſed Vicarius ex judicatu & obſervantiâ (de qua *Limn. l.3.c.7.n.74. & Carpz. in Synopſi Feudali Diſp. 11. ſubjuncta quæſt. 3.* legi poſſunt) *uti etiam nova conventione inter Electores in Comitiis Ratiſponenſib' an. 1653. initâ inſigne Domini ſui præferat.*

Illud tamen tunc temporis Legati Brandenburgici impugnarunt, cauſando vigore aotiquæ transactionis inter ſuos Electores & illorum Vicarios ab antiquo ioitæ ac obſervatæ illis hoc competere, ut legi poteſt apud *Limn. in Tomo V. d. c. 7. n. 74.*

Notanda hic quoq; eſt differentia, in præcedentibus jam interſerta, quod in hoc acta Electores ipſimet intra Curiam, Vicarii verò extra Curiam, equos ſuos adſcendant, & ab iis deſcendant.

Dum hæc ita peraguntur, ex fonte illo fictitio ad cujusq; uſum per multas horas rubrum & album vinum continuè fluit, & ideò inter illos, qui id vaſibus & vaſculis excipiunt, multæ turbæ oriuntur, & nonnullis planè vulnera in capite, facie & manibus infliguntur.

Imperatori ad menſam olim ſecundum Auream Bullam c. 28. §. 2. ſex, hodiè verò ex obſervantia tres ſaltem gradus altiorem Electores Eccleſiaſtici & ſeculares menſa præſtò ſunt, & inter illos dignitate antiquior cibos benedicit, diſponente ita A. B. c. 23. & 27. §. 2. Conſecrator vero cum reliquis duobus accedens Imperatorem, ipſi ſigilla ſua & Collegarum à Cancellario Curia recepta ex baculo argenteo (*Sprengerus vero d. l.* cuiqoe talem baculum & oblationem ſui ſigilli attribuit) qui ex ordinatione *A. B. d. §. 2.* 12. marcas continere debet, & in coronatione Maximiliani II. referente *Schardio d. l.* etiam talis pondetis fuit, *pendentia conjunctis illorum manibus coram Imperatore in menſâ deponit, & Eccleſias, officia ac jura ſua, nec non ſemetipſos commendans, fauſtiſſimum Imperium illi precatur, cui Imperator benevolentiam ſuam, protectionem Eccleſiarum & perſonarum ac jurium confirmationem pollicetur, ſigillaq; reddit, & majus ejus ſigillum inſtar torquis ad collum appendit, hicq; durante convivio ita geſtare debet d. §. 2. De quo legi poſſunt Deſcriptio Coronationis Maximiliani* I. *cum reliquis Hanoviæ in octavo anno 1613. edita p. 19, Maurus in deſcript. Coronat. Caroli V. Schard. & Heydeni fratres in deſcript. Coronationis Maximiliani* II.

Poſterius tamen hodie non obſervari, & ſimul quemlibet Archi-Cancellarium ſua ſeorſim offerre Imperatori & recipere ſigilla tradit Spreng. d. l.

Ubi notandum baculum illum communibus Electorum illorum ſumtibus confici & olim una cum Sigillis, Sigillo Conſecratoris majori ac illius equo ad Imperatoris Cancellarium, cui ille hæc omnia tranſmittere debet, ſpectare debuiſſe d. §. 2. quod etiam in Coronatione Caroli V. factum, referente Mauro d. l.

Electorum itaq; quilibet peractis juxta A. B. tenorem cunctis officiis ſuis ſuam demum peculiarem occupat menſam A. B. c. 28. §. 4. & quidem hodie ſequenti modo & ordine.

Imperatoria in medio atrii ſtrata & baldachino tapetibusque à tergo magnificentiſſimis duabusve credentiis, ſcilicet ab utroque latere unâ, ornata, *hodie ut dictum ſaltem tribus gradibus altior, quam Electorum eſt. Horum verò menſa ſaltem uno gradu ſuperant reliquorum Principum menſas. Ille ſolus aſſidet Electus: Si verò ille Patre Imperatore adhuc vivente & præſente in Regem Romanorum ſpeciatim electus fuerit, in ejus Coronatione Imperator eidem ad dextram ſimul aſſidet, ut in Coronatione Maximiliani* II. *apud Schard. & Heydenos legi poteſt, & in Coronatione Ferdinandi* IV. *peractum eſt. A dextero latere primam ſibi ſtratam habet Elector Moguntinus, alteram Rex Bohemia, tertiam Bavarus, quartam Brandenburgenſis; à ſiniſtro primum locum obtinet Colonienſis, Saxo ſecundum, tertium Palatinus: & verſus faciem Imperatoris ex oppoſito ſuum obtinet Trevirenſis; honore & dignitate cuivis vigore A. B. competente, niſi quod Palatinus nunc obtineat ultimum locum.*

Omnes quidem hæ Electorum menſæ ſtrata & tribus ferculis inſtructa ſunt, illarum tamen quamvis competentem ſolummodo occupant Electores ipſi præſentes, ante reliquas abſentium Legati Principales ſaltem ſtant, & nullos baldachinos, nec patinas apertas, ſed clauſas, ſicut reliqua habent, credentiis tamen ſumptibus Dominorum ornata etiam ſunt; quia ſaltem eſculenta & *potulenta ſumtibus Cæſaris exhibentur, Supellex verò argentea Electorum propria eſt, ut refert Sprenger. d. l. & Carpzov. in deſcriptione Coronationis Ferdinandi* III. *de Lege Regiâ c. 11. ſect. 10. n. 34. In Coronatione tamen Maximiliani* II. *illam ex Imperatoris penario depromtam fuiſſe Schardius d. l. narrat.*

Reliquorum Principum tam Eccleſiaſticorum, quàm Secularium menſæ, una atque etiam altera (ut in coronatione Maximiliani II. factum eſſe retulerunt *Heydeni fratres & Schardius dd. ll.*) *in eodem atrio ſtrata, ſaltem uno, ut ſupra diximus, gradu depreſſior eſt Electorum menſis, & neq; baldachino neq; credentia ornata;*

Ad quem vero illorum ſupellex menſaria ſpectet, à nemine, quod ſcimus, ante notatum fuit, quam in deſcriptione Coronationis Ferdinandi III. *jam memoratâ, in quâ refertur illam ex argento conſtantem ex penu Imperatoris exhibitam, & ſervitia menſalia ab ejusdem miniſtris præſtita fuiſſe.*

Eſt quoq; in eodem cœnaculo menſa ſtrata ad cleinodia Imperii prægeſtari ſolita recipienda.

Notandum inſuper eſt (1.) Convivantibus ita cum Cæſare Electoribus, ab his quosdam Comites, quorum in coronatiooe Maximiliani II. duodecim fuiſſe Schard. d. l. refert, ad ſervitia Imperatori præſtanda deputari: Electori verò ſingulo inſervire Mareſchallum hæreditarium cum gladio, nec non pincernam & dapiferum (2.) Imperatorem & Electores operto capite convivari, ut ex omnibus deſcriptionibus conſtat.

An verò etiam Principes convivio hoc ſolemni ſimul excepti operto vel aperto capite ſedeant, non ita obſervatum fuit. *Quod enim Sprenger. d. l. ſcribit* Principes nunquam in Imperatoris præſentiâ tecto capite incedere, illud generale non eſt, dum nobis ex praxi conſtet. Principes Imperii Regentes, **die regierende Fürſten** niſi in Imperatoris familiâ vel miniſterio, vel recens creati ſint, capite operto præſente, immo cibum capiente Cæſare, niſi alloquio honorentur, tunc enim durante eo caput nudant, incedere & ſtare.

Præter has menſas etiam aliæ pro Comitibus & Baronibus Imperii, procul dubio ad exemplum Principum menſæ Imperatoris vaſculis & ſuppellectile ex argento inſtructæ in peculiari cœnaculo, *& iterum aliæ quatuor* in proximo conclavi, pro ſingulis quatuor civitatibus vel potius illarum Legatis, Aquisgrano, Noribergâ, Coloniâ & Francofurto, & quidem pro prioribus duabus à dextrâ, poſterioribus autem à ſiniſtrâ cum totidem ſeparatis credentiis vel abacis adornantur, *Ubi narrandum* in coronatione Ferdinandi III. pro prædictis quatuor civitatibus non ut alias fieri ſuevit, quatuor ſingulas menſas, *ſed unam longam, & fortè ideò, quia* coronatio Ratisbonæ facta, & illius Legatus ſimul convivio adhibitus fuit, ſtratam, & vaſis potatoriis argenteis deauratis, ſcutulis verò & orbibus ſtanneis ex Imperatoris penu deſumtis inſtructam, iisque propriis famulis ſervitum fuiſſe, ut ex d. deſcriptione apud Carpz. cognoſci poteſt.

(4.) *Convivio ita peracto* Imperator vel Rex Romanorum ab Electoribus & reliquis Imperii Statibus eodem ordine & comitatu, quo in Curiam deductus fuit, in Palatium & usque in conclave reducitur & inſignia iſta Noribergenſia ibi linquuntur; *Si verò* alia ſunt Vicariis Electorum cuſtodienda traduntur. Tunc gratiis ab Imperatore Primoribus clementiſſimè actis quilibet in ſuum hoſpitium revertitur, & ſe adhuc hilarem præbet, & pro beneplacito poſt unum atque alterum diem domum revertitur.

(5.) *Solet Magiſtratus illius Urbis curare*, ut ex ærario Machina quædam pirobolaria in honorem coronati conficiatur, & ſi ſerenum ſit cælum veſpera ejus diei, ſi non, proximo commodo tempore accendatur, uti in Coronatione Mathiæ Francofurti Anno 1612. factum referente *Arnuſio d. l. inf.* Et quandoque ſi Imperatrix ſimul coronetur, poſtea torneamentum vel haſtiludium ludicrum **ein Ringrennen**/ uti etiam chorea ſolemnia celebrari, ut ſimiliter poſt dictam utriusque referente eodem & Ferdinandi II. coronationem factum fuit, de quibus *ſeq. th. 13. expl. 7.* plura dicta ſunt.

Quomodo Coronatio Imperatricis perfici ſoleat, legi poteſt in deſcriptione Arnuſii & in Summario præcipuorum Jurium & rituum circa Electionem & inaugurationem novi Romanorum Regis adhiberi ſolitorum c. 21. circa fin.

Ubi obſervandum hodie vivente Imperatoris defuncti Auguſta vidua novam Imperatricem non coronari, quod à Domus Auſtriacæ Imperatoribus ideò introductum eſt, *quia* per electionem longis temporibus ſi non filii parentibus attamen defunctis agnati ſubſtituti fuerunt, & ita in honorem matris, vel novercæ vel agnatæ Imperatores conjuges ſuas coronari omiſerunt: *Introductus tamen eſt modus duplex, ut Imperatrix vel publicè deponat & reſignet coronam, vel per indirectum*, puta per ingreſſum in monaſterium Viennenſe ad ſeptem libros dictum, ad aliquod breve tempus factum, dignitatem deponat.

De Coronatione & Coronâ Longobardicâ obſervanda ſequentia:

I. *Illam plerumq; apud Hiſtoricos & Politicos ac à Carolo IV. ipſo in A. B. c. 26. §. 4. vocari Mediolanen-*

A. *ſem, quoniam* poſt Carolum M. omnes Imperatores tanquam Italiæ Reges usque ad Cunradum III. & poſt hunc etiam multi, ut mox dicetur, ibi in templo S. Ambroſii ab Archiepiſcopo illius loci (excepto Lothario I. qui Modoetiæ coronatus eſt, Sigon. l. 4. f. 110. & Conrado I. qui utroque in loco coronam accepit. Id. l. 8. f. 193. & aliis poſterioribus mox memorandis,) coronati fuerunt, referente *eodem l. 1. de regno Italiæ f. 27. item q; plures alii poſtea Imperatores Germanici ante dictum Carolum IV. utpote Henricus VI. al. V. apud eundem l. 14. f. 342. Otto IV. l. 16. poſt pr. Henricus VII. referente Jovio de Viris illuſtr. p. 1. l. 2. & Cuſpinian. in ejus vita. Ludovicus Bavarus recenſente in vitâ Galeacii I. Vice-Comitis Mediolanenſis Eodem in vit. Ill. parte 1. l. 3. & Blondo Dec. 2. l. 9. f. m. Carolus ipſe narrante inter alios eod. d. Dec. 2. l. 10. f. m. 369. & Dubravio lib. 22. f. 181. & poſt ipſum ultimò filius Sigismundus, ut inter alios refert Cuſpinian. in ejus vitâ. Blond. Dec. 3. Hiſtor. l. 5. f. m. 469. Ciaccon. in vitis Pontif. ſub Eugenio IV. f. 888. &*

B. *Rubeus in Hiſtor. Ital. & Ravennat. l. 7. f. m. 616. Nam poſt ipſum nemo illam coronam, præter Fridericum III. non tamen Mediolani, ſed Romæ imponente eam Nicolao V. Pontifice, ideo, quia Mediolanum à factioſis obtinebatur & peſte infectum erat, memorante eodem in illius vitâ.*

Quod verò Coronatio illa etiam Modoetia vel Modoetia ſive antiquo nomine Moguntiaci (quæ nunc Italis Monza *& Blondo in Italia illuſtrata ſub Lombardia f. 364.* nobiliſſimũ totius Lõbardiæ oppidum vocatur.) *facta ſcribatur, antiquiora & Longobardica ſive Carolum M. antecedentia tempora ſecundum aliquos ſapit.*

Siquidem referente Sigonio d. f. 27. & f. 20. Theodelinda Longobardorum Regina domi ſtudiis pacis

C. intenta oppidum illud XII. millibus paſſuum à Mediolano diſtans magnifica regiâ & Baſilica nobiliſſimâ Divo Johanni ſacratâ illi adjectâ ornavit, & Gregorius Pontifex Mediolanenſem Archiepiſcopum eo jure decoravit, ut vacante Italiæ Regno ipſe poſt 14. dies ſuffraganeorum ſuorum Concilium advocaret, atque ex eorum ſententia Regem conſtitueret, eumque coronâ ferreâ à dictâ Theodelinda inſtituta Modoetiæ redimeret.

Verum licet Coronationis hujus inſtitutio ſe verè ita habeat. Negandum tamen non eſt, etiam poſt Caroli M. tempora Lotharium I. & Cunradum I. uti jam annotatum fuit, inter priores Cæſares Modoetiæ coronatos fuiſſe. Et quamvis illud poſtea intermiſſum fuerit; cum tamen Mediolanenſes tum ex innatâ ſuperbiâ tum ob Henricorum Imperatorum cum Pontificibus & inter ſe habita diſſidia, ac inde ſecutas excommunicationes Imperatores deſpectui ac odio haberent, ideoque

D. *Imperatorem Cunradum III. natione Suevum conjuratione factâ pro Italiæ Rege agnoſcere ac advenientem intra mœnia recipere nollent, hic obſidione fruſtra tentatâ receſſit, ac Modoetiæ agri Mediolanenſis ad decimum lapidem imperialia inſignia accepit. parum referre exiſtimans, ubi coronâ redimeretur dum in inſubribus hoc fieret. Cujus exemplo etiam alii quidam Mediolano excluſi coronam Imperatoriam ibidem ſumſère. Sed Mediolanenſes has coronas paleas vocant priſco loquendi more, quo res vilis & nihili palea dicitur, ut apud Merulam de Gallor. Ciſalpin. Antiquitate & Orig. l. 2. c. 19. ex Alciato de formula Romani Imperii circa finem diſcurrit Caſtellionæus; Addens de ſuo* (quod etiam *Radevicus de ejus geſtis l. 1. c. 44.* refert) *Fridericum I. Imperatorem etiam Modoetiæ vel Moguntiaci coronatum idemq; usq; ad Henricum VII. Imperatorem Mediolani coronatum, obſervatum eſſe; Ac Moguntiacos vetuſto ſe ita jure debitoq; honore fraudari exiſtimantes Henricum illum adiiſſe, debuiſſe Regni de-*

cora

cora in Divi Johannis Baptiſtæ templo, & eo in loco Italici regni inſignia capere eum oportere exclamantes. Idq; dignitatis genus ſibi Friderici Rubrobarbi aliorumque Cæſarum beneficio tributum & conſuetudine confirmatum vociferantes (*ſicuti etiam illius mandatum ad Canonicos illius loci ad demonſtranda Jura ſua à Goldaſto in Collectione conſtitution. Imperialium f.* 320. refertur) *Ipſum verò Imperatorem* 5000. *aureorum accepti in poſterum conſenſu ſuo ratum feciſſe. Non repugnaſſe Mediolanenſes, quo minus Moguntiacum regni Italici Sedem eſſe Henricus declararat privilegio: quod ſæpius experti fuiſſent id qualecunq; honoris eſſet, ſemper in ſummam urbis calamitatem verti: quod intra mœnia receptæ Germanorum cohortes cæteraq; barbaræ nationes à rapina, incendio, cædibus temperare non didicerint: Conſultumq; paci ſit, ſi excluſus ab urbe Cæſar in eo oppido Imperialia ornamenta capiat, in quo cum præter loci anguſtiam, tum cenſus & victus inopiam diutius eſſe non poſſit. Optaſſe Galeacium Vice-Comitem eandem Ludovico Bavaro extitiſſe ſententiam, ut relictâ urbe Moguntiacum petiiſſet.* B.

Quæ omnia ex dicto Auctore, tum quia ſingularia ſunt, tùm quia ille nõ ita notus eſt, tã latè excerpere voluimꝰ.

Ubi ſingulare hoc ex Maſenii Tom. 2. Annal. Trevir. l. 17. n. 21. conſignare voluimus, Henricum illum diademate antiquo amiſſo, vel odio regii nominis abolito novum ex chalybe pulcherrimum & precioſis margaritis, gemmisq; inſertis ſibi regmaq; conjugi tunc ibi confici vel cudi curaſſe, quod auctor ille, ut videtur, ex Actis Mediolanenſibus deſumſit.

Quibus addimus etiam Carolum V. Imperatorem poſtremum in Italia coronatorum Cæſarum *etiam Bononiæ anno* 1530. *Modoetianâ coronâ cinctum fuiſſe, ut ex Jovio d. l. conſtat.*

Meminit illius juris à 300. *annis ſuo tempore obſervati Blondus d. l.*

Cum igitur tot Imperatores & inter eos à Friderico I. C. omnes, excepto Henrico VII. Ludovico Bavaro, ac Sigismundo Modoetianâ illa corona redimiti fuerint, idque *Sigon. d. l. 8. f.* 193. fateatur, ſcribens Conradum I. imitatos eſſe poſteros, & pleroſque illam coronam appetiiſſe, imò Carolus M. ut ita obſervetur apud poſteros, inſtituerit, referente *eodem l. 4. in pr. Mirandum omnino eſt, à multis Politicis & viris magnis, inter quos Paſtvinius de Comitiis Imperatoriis c. 11. in pr. potiſſimum referendus eſt, tam audacter tradi, coronam illam à tempore Caroli M. vel planè non, vel ſaltem in recentioribus ſeculis amplius non uſurpatã fuiſſe.*

2. *Quod inſtitutionem & coronam illam attinet, Theodelinda memorata coronam ad Reges Longobardorum eâ coronandos inſtituit auream quidem, ſed circulo ferreo interiore intextam, unde poſt ferrea corona nomen Italica Longobardorum in regno enatum, eaq; jam anno* 591. *Ægilulfus Rex coronatus fuit*, ut refert *Segon.* D. *d. f.* 20. de quo etiam legi poteſt *Puteanus in Comment. ad hiſtor. Inſubr. l. 2. c. 7. n. 9 & l. 6 c. 11. n.* 10. Hinc etiam *Agrippa*, qui coronationi Caroli V. interfuit, *in libello de duplici Bononienſi coronatione, c.* 1. illam chalybeam (vel ferream) dici (adeoque non eſſe, memorat. *Jovius quoque l. 27. Hiſtor. p. m.* 237. in relatione actus coronationis Caroli V. ſcribit, illam ferro introrſus tempora præcingente, exterius auro & gemmis exornatam: & *Majolus Tom. 2. Dier. Canic. Colloquio 6. p. m.* 471. laminam quandam ferream in ſummitate habere, alioquin auream eſſe. Quod etiam *in lib. Sacr. Ceremon. Eccleſ. Romanæ* ita refertur.

Alii tamen illam planè ex ferro, quod etiam *Maſenius d. l. & n. 73. ac n.* 171. refert, *alii ex argento eſſe conflatã erroneè referunt, de qua legi poteſt Limn. d. l. 2. c. 4.*

In tanta diverſitate mirum eſſe à nullo ſcriptore tanquam oculato, quod ſciamus, teſte, veritatem prodi, ſicut de Germanica & Romana materia ac forma multi teſtes oculati afferri ſolent. Credimus tamen Jovii relatiani hic maximè fidendum eſſe. Quibus addendum, coronationem hanc utroque in loco ſemper ab Archiepiſcopo Mediolanenſi peractam eſſe.

De coronatione & coronâ Romana vel Italica ſequentia obſervanda.

(1.) *Imperatorem antequam Romam ideò adeat, extra territorium Romanum debere ſubſiſtere, & Cardinalibus ablegatis juramentum præſtare*, quod velit Romanam Eccleſiam cum Pontifice ſecundùm vires exaltare, & Romæ nullam ſanctionem illi adverſam conficere, ac omnia, quæ de Patrimonio Petri acquiſiverit, illi reſtituere, uti à Friderico IV. Imperatore præſtitum, *Fugger. & Bircken. in Hiſtor. Auſtr. l. 5. c. 7 f.* 575. cum formalibus juramenti refert.

(2.) *Illam coronationem per impoſitionem aureæ illius coronæ quondam regulariter Romæ in templo S. Petri ad Altare majus à Pontificibus ipſis peractam eſſe, ut exemplo Caroli M. apud Sigon. l. 4. f. 98. Lotharii f.* 110. *Ludovici* II. *l. 5. f.* 119. *Caroli Calvi f.* 133. *Caroli Craſſi f.* 137. *Ottonis M. l. 6. in f. Ottonis* II. *l. 7. f.* 173. *Ottonis* III. *f.* 185. *Henrici* II. *al.* I. *l. 8. f.* 189. *Conradi* II. *al.* I. *f.* 194. *Henrici* III. *al.* II. *f.* 203. *Henrici* IV. *al.* III. *ſed in ſchiſmate coronati l. 9. f.* 229. *Henrici V. al. IV. l. 10. f.* 248. *Lotharii* III. *in ſchiſmate in Vaticano coronati l. 11. f.* 264. *Friderici* I. *l. 12. f.* 291. *Ottonis* IV. *l. 16. poſt pr. Friderici* II. *l. 17. poſt pr. Henrici* VII. *abſente tamen Pontifice Clemente V. à Cardinalibus legatis & inprimis Stephano de Columna à factioſis impedito in æde S. Johannis Lateranenſis inaugurati. Dubrav. l. 20. Hiſt. Bohem. poſt pr. & Cuſpinian. in ejus vita Caroli* IV. *à Cardinalibus Legatis juſſu Pontificis Innocentii* VI. *etiam inaugurati. Idem in ejus vitâ Sigiſmundi à Pontifice Eugenio V. in templo S. Petri coronati. Frider.* III. *etiam à Pontifice Nicolao V. inaugurati. Id. in ejus vitâ & Ciacc. in hujus vitâ f m.* 925.

Quandoque tamen etiam alibi ex beneplacito, vel neceſſitate Pontificum peractam eſſe.

Ita enim Ludovicus Pius à Stephano IV. *Pontifice Remis in Galliâ* coronâ Romanâ eo deducta Imperator inauguratus fuit, referente poſt veteres ſcriptores *Sigon. l. 4. f. 105. & ſeq. Ludovicus Balbus Trecis à Johanne* VIII. *al.* IX. *Pontifice*, cum ob turbas Romam deſerere coactus eſſet, coronatus in Imperatorem eſt, teſte *eodem l. 5. f.* 135. *Henricus* IV. *Imperator Baſileæ* in conventu Procerum, quo Romani diadema aliaque ampliſſima munera miſerunt, diadema illud accepit. *Avent. l. 5. f. m.* 332. *Maximilianus* I. *Tridenti & tantum per Legatum.* Cum enim ille anno 1508. bellum cum Venetis gereret, & ſimul illa occaſione Romam ad coronam accipiendam proficiſci vellet, *Papa Julius* II. expeditioni illius nimis formidabili diffidens *Legatum ſuum Cardinalem S. Crucis cum Bulla ad illum Tridentum miſit*, ac in eâ illum Imperatorem declaravit, atque talem à Cardinali per plateas publicè proclamari curavit, uti *poſt Cuſpinianum in ejus vitâ* narrat *Fuggerus & Birckenius in hiſt. Auſtr. L. 6. c. 13. poſt pr. ubi hæc ſimul ex Hentero recenſet Bullam illam declaratoriam literis aureis ſcriptam fuiſſe.*

Quibus etiam junge Caniſium Diſc. ad A. B. p. 1. pag. 76. & Gerh. de Roo l. 12. Hiſt. Auſtr. f. 437. Ubi hic narrat, quod Maximilianus ipſe Tridenti per Matthæum Langium è ſuggeſtu ſe Romanorum Imperatorem deinceps appellandum eſſe, proclamari juſſerit: addens, Pontificem illum titulum poſtea per literas Imperatori Bolſani redditis confirmaſſe.

Carolus V. ex Hiſpania in Italiam ad componenda diſſidia & pacem inter Principes Italiæ conciliandam veniens, variis de cauſis etiam non Romæ ſed *Bononiæ anno* 1530. *à Clemente* VII. *Pontifice illam ſuſcepit, ut poſt Imperatorem ipſum in R. J. illius anni in pr.*

Ciacconius in vitâ Clementis dicti f. 1095. & Agrippa de duplici Bononienſi Coronatione c. 3. & ſeq. latè narrat.

Ubi ex Guicciard. l. 20. Comment. ad d. annum 1530. *p. m.* 942. adducere voluimus, Imperatorem die D. Matthiæ ſacro ideò inaugurari voluiſſe, quod ille naturâ ſibi fortunatus, nempe natalis & contra Franciſcum I. Galliæ Regem victoriæ lator fuiſſet, quod etiam *Ludov. Guicc. in hiſtor. Belg. l.* 1. *poſt pr. ad d. annum* 1530. *narrat.*

Et poſt hunc nemo Imperatorum *amplius coronatus fuit. Siquidem Ferdinandus* I. poſtquam frater Carolus V. ſe Imperio publicè per Legatos coram Electoribus abdicaſſet, & hi illi in Conventu Electorali Francofurti 1558. habito prævia capitulatione Imperium pleno jure contuliſſent, *Viennam reverſus Gutzmannum cum mandatis ad Pontificem Paulum* IV. *Romam miſit ſignificatum* ſe per iſtam reſignationem & Electorum publicam declarationem in Imperatorem promotum eſſe, & paratum Eccleſiæ & Pontifici filialem obedientiam præſtare, & *proxima occaſione ſecundum receptam conſuetudinem de Coronatione rogare. Cum vero Pontifex* deliberatione cum Cardinalibus habitâ, *Legato illi audientiam denegaret, Cæſar ipſi reſcripſit, ut, niſi poſt triduum illam obtineret, cum proteſtatione diſcederet.* Quo facto ad privatam quidem audientiam admiſſus fuit, ſed reſponſionem obtinuit, Papam in re tam arduâ, nunc petitioni locum dare non poſſe, ſed Legationem ad Cæſarem miſſurum eſſe. *Ita Legatus diſceſſit, & Pontifex paulo poſt mortuus eſt.*

Pius vero IV. *ejus Succeſſor* translationem illam ratam habuit, ac Ferdinandi hujus tanquam legitimi ac Catholici Imperatoris Legatos perhonorificè ſuſcepit, ut latiùs narrat *Godelevaus de Abdicat. Caroli V. circa fin.* Quod etiam brevibus narrat *Ronſſel. in hiſt. Jurisd. Pontifical.* 7. *c.* 3. *n.* 47. Et ſimiliter *Maximilianus* II. *ſaltem Romam Legatum miſit ſeſeſtatum,* quibus verbis Pontifici Electionem notam reddere & ſe reſtringere deberet: *Cumq; reſponderetur,* poſtulandam eſſe Electionis confirmationem, & in obedientiam Sedis Apoſtolicæ jurandum, ad exemplum aliorum Imperatorum: *negavit ſe hoc facturum,* cum id non aliud ſit, quàm ſe Vaſallum profiteri, & Oratori ſuo mandavit, ut referret, ſe omnem reverentiam, devotionem & obſequium Pontifici & Sedi Apoſtolicæ præſtiturum, ac fidei Catholicæ conſervationem, & pro poſſe, amplificationem procuraturum. *Poſtquam verò* Imperatoris *Legatus Helffenſteinius poſt menſem vicoſimum eò veniens nollet præſcripta à Pontifice præſtare, obtinuit tandem à* Cardinalibus *congregatis reſponſum tale: Quamvis nec confirmatio petatur, nec promittatur obedientia, tamen Sanctitatem Ejus Electionem Regis confirmare, omnes defectus, qui in illa de facto & de jure intervenerunt, ſupplendo, & obedientiam Regis accipere, nulla interim, utrū poſtulata fuerit, an non poſtulata, promiſſa an ſecus, mentione adjectâ.* Ut latius refert *Sarpius in Hiſtor. Concil. Tridens. l.* 8. *p. m.* 653.

Rudolph. II. *autem & Matthias Imperator & Ferd.* II. uti & *Ferdin.* III. *ſicut apud Lundorpium continuatum P.* 4. *l.* 1. *n.* 37. *f.* 115. *& ſeq. legi poteſt, anno* 1638. *per Legatum ſuum* Johannem Antonium *Principem Eggenbergicum & Ducem in Crumau ſolùm Electionem ſuam notam reddidit, & protectionem Eccleſiæ Romanæ promiſit.*

Ubi ex Nicia in Pinacotheca part. 2. *n.* 4. *poſt medium adducere voluimus, Legato illi à Franciſco Balduccio oblatum fuiſſe carmen, illumq; juſſiſſe, ut ei pro honorario trecenti aurei nummi ſolverentur. Poſtquam verò Legatus ille in legendo illo cognoviſſet, Balduccium ſcripſiſſe, quod ab Imperatore miſſus fuerit, ad præſtandam nomine Principalis Pontifici obedientiam, illud*

A. *revocaſſe, & contra mandaſſe, ut illi loco iſtius honorarii totidem plagæ infligerentur: quoniam non ad obedientiam, ſed cultum & honorem Pontifici præſtandum miſſus eſſet.*

De Imperatore Leopoldo I. glorioſiſſimo, quid hâc in re egerit, ignotum quidem nobis eſt, quoniam verò in *Capitulatione art.* 37. ſuæ Majeſtati Coronæ hujus poſtulatio remiſſa vel potius prætermiſſa eſt, etiam de Legatione Romam indicandæ Electionis factæ causâ miſsâ ambigimus.

2. *Modum iſtam peragendi breviorem referri ab Agrippa d. l. c.* 5. *prolixiorem verò ex Libro Ceremoniarum Sacræ Eccleſiæ Romanæ l.* 1. *Sect.* 5. *Majol. d. l. & Goldaſt. Tom. I. Conſtit. Imp. f.* 421. *& ſeqq.* uti etiam *à Fuggero & Bircken. in hiſtor. Auſtr. l.* 5. *c.* 7. *n.* 9. *f.* 580. *& ſeqq. ubi coronationem Friderici* IV. *Imperatoris recenſet.*

B. *Circa quem volumus notare* (1.) *antiquorum nonnullorum Pontificum faſtum, quem ita narrat Hovedenius Annal. Angl. part. poſt. ſub Richardo I. ad annum* 1191. *f.* 689. *Papa Innocentius* III. *tranſtulit ſe à Laterano uſq; ad Eccleſiam B. Petri, & venit ei obviam ibi Henricus Alemannorum Rex cum Conſtantia uxore ſua & cum copioſa plebe armata: Romani verò clauſerunt portas urbis & cuſtodierunt eas in manu forti & armata, non permittentes eos intrare. Dominus verò Papa ante oſtium Eccleſiæ B. Petri ſupra gradus recepit Sacramentum à prædicto Alemannorum Rege, quod ipſe Eccleſiam Dei & jura Eccleſiaſtica fideliter ſervaret illibata, & quod rectam juſtitiam teneret, & quod Patrimonium B. Petri, ſi quid inde ablatum eſſet, in integrum reſtitueret, & quod Tuſculanum ei redderet. Deinde introduxit eos Dominus Papa in Eccleſiam & unxit eum in Imperatorem & Uxorem ſuam in Imperatricem. Sedebat autem Dominus Papa in Cathedrâ*
C. *Pontificali tenens coronam auream inter pedes ſuos, & Imperator inclinato capite recepit coronam, & Imperatrix ſimiliter de pedibus Domini Papæ. Dominus autem Papa ſtatim percuſſit eum pede ſuo coronam Imperatoris & dejecit eam in terrâ, ſignificans, quod ipſe poteſtatem ejiciendi eum ab Imperio habet, ſi ille demeruerit, ſed Cardinales ſtatim arripientes coronam, impoſuer unt eam Capiti Imperatoris. Similibus ferè verbis id tanquam ritum coronationis illius ex antiquo Chronico refert Vignerius P.* 3. *Biblioth. Hiſt. cuante Limn. Tom.* IV. *L.* 2. *c.* 4. *n.* 45.

(3.) *Pontificem ipſum ſua manu* Imperatorem *ungere, conſecrare & coronare debere Clem. un. de jurejur. & c. Venerabilem* 34. *circa med. de Electione & Electi poteſtate. Sed in Coronatione dicta Caroli V. unctionem à Farneſio Cardinali Collegii Decano & Seniore; Conſecrationem vero, inſignium traditionem, & coro-*
D. *nationem à dicto Pontifice Clemente* VII. *peractam eſſe, ut legi poteſt apud Agripp. d. c.* 5. *& apud Goldaſt.* in den Politiſchen Reichs-Händlen. *P.* 3. *n.* 3. *Quod etiam in Coronatione Friderici* III. *unctionem Franciſco Portuenſi Epiſcopo & Coronationem Nicolao V* Pontifice peragente, obſervatum fuiſſe, *ex Bulla hujus n.* 4. *in Bullario Romano Laërtii & Angeli Mariæ Cherubinorum p.* 1. *f.* 378. *relatum liquet.*

Ludovicum tamen Bavarum recuſante id Johanne XXII. *Pontifice à Senatoribus quibusdam Romanis coronatum fuiſſe præc. c.* 2. *th.* 11. *expl.* 2. *annotavimus.*

Ubi monendum unctionem à Conſecratione in illo differre, quod iſta fiat oleo ſacro, hæc nuda manus impoſitione in caput coronandi vel inaugurandi facta & benedictione ut inter alios rectè explicat Azorius Inſtit. Moral. p. 2. *l.* 10. *c.* 5.

(4.) *Imperatorem Fridericum III. à Nicolao V. Pontifice Romæ coronâ, gladio & Sceptro Caroli M. (quæ ille Norimberga ſecum advexit) inauguratum & ornatum fuiſſe.*

A. *fuiſſe, quod fortè nunquam aliâs accidit, ut refert Ciacconius in vitâ illius Pontif. f. 925. & Fugger. ac Bircken. in hiſt. Auſtr. l. 5. c. 7. f. 582. cum omnes Imperatores aureâ Romanâ coronâ redimiti fuerint. Refert tamen Urſpergenſ. in Chron. ſub annis Imperatoris Friderici* II. *in pr. Imperatorem hunc poſt coronationem Romæ impetratam coronam & reliqua Imperii inſignia in Alemaniam remiſiſſe & cuſtodiæ Eberhardi de Tanne Dapiferi ſui concredidiſſe. Ut ita procul dubio etiam hic Romæ coronâ Germanicâ redimitus fuerit.*

(5.) *In dicta Caroli V. coronatione pontem illum, qui ab ejus palatio usq; in Templum D. Petronii ad procedendum per eum in illud per* 200. *fermè paſſus confectus fuit, vix dum illud ingreſſo Carolo inſequentibus aliquot armatis ſtipatoribus per* 20. *fermè pedum longitudinem confractum corruiſſe, & id à plerisq; pro omine habitum & vaticinatum fuiſſe nullum deinceps alium Imperatorem coronatum ire, ut refert teſtis tunc præſens Agrippa d. §. 5.*

Nec omen hoc usq; huc fefellit, ut ex præc. n. 1. conſtat.

B. (6.) *Effectum quidem hujus coronationis à Pontificibus & ejus aſſeclis tribui, quod nemo Electorum Regum ante illius perceptionem verus Imperator, aut pro illo à Pontifice habendus ſit, ſed ſaltem Electus vel Romanorum Rex in Imperatorem promovendus vocatur, d. c. venerabilem A. B. c. 1. §. 19. & 21. c. 2. §. 1. 2. & 3. c. 18. c. 20. c. 28 §. 5.*

Quod etiam innuit Imperator Carolus IV. ipſe in A. B. c. 26. §. 4. ita ſtatuens: Portabuntur etiam immediatè ante Archiepiſcopum Trevirenſem ſuo loco tranſeuntem primo Aquiſgranenſis, ſecundo Mediolanenſis corona, & hoc ante Imperatorem dumtaxat, qui jam eſt Imperialibus Inſulis decoratus, & Speculum Suevicum l. 1. c. 18. his verbis: Wann er geweyhet wird / und auff den Stul zu Aach geſetzt wird / ſo hat er Königl. Gewalt und Nahmen; Und C. wenn Ihn der Bapſt geweyhet hat / ſo hat Er volligen des Reichs Gewalt. *Nec non Jovius l. 7. Hiſtor. ad ann.* 1500. *ſcribens* Gregorium V. ordinaſſe, ut nemo Electorum ante Coronationem Pontificiam ſe Auguſtum, aut Imperatorem appellaret. *Et Simon Theſſalonic. de Sacris ordinat. p. 161.* narrans, Reges ideò ab Eccleſia ungi, ut per eam Principes fiant. De quo etiam legi poteſt *Baronius Tomo* 10. *Annal. ad ann. 876. n. 6. Quare etiam Carolus V. in coronatione ſua Bononienſi his verbis conceptis: Ego Carolus Romanorum Rex, & brevi, Dei gratia futurus Cæſar &c. juravit, ut legi poteſt in Deſcriptione illius apud Goldaſt. in Polit. Imp. part. 4. c. 6. ſ. 329.*

Quo pertinet quod Hart. Maurus in Coronatione Caroli V. Germanica ſcribit, feriâ ſextâ poſt illam Sacris publicè in templo factis Archiepiſcopum Moguntinum lectis apicibus publicè edixiſſe: Romanum D. Pontificem electionem Regis probare, velle, jubereq;, ut Imperator ulterius titulo Electi Cæſaris uteretur. *Et reſpexit Imperator Sigiſmundus, qui ante coronationem Pontificam in ſuis ſigillis ſaltem coronâ regiâ vel clauſa, & aquila unicipite, poſt illam verò tanquam Imperator coronâ Imperatoriâ & aquilâ bicipiti uſus eſt, ut apud* Wecken *in Deſcript. Urbis Dresdenſ. p. 1. tit. 5. f. 23. ex typis ibi relatis & ejus ſimul obſervatione cognoſcitur.*

Facit etiam, quod electi Reges in Capitulationibus ſuis hactenus promiſerint hanc Romæ quàm primùm petere, ut patet ex *Capitulatione Caroli V. art.* 30. *Ferdinandi I. art* 28. *Rudolphi* II. *art.* 31. *Matthiæ art.* 38 *Ferdinandi* II. *art.* 37. *Ferdinandi* III. *art.* 39. *Ferdin. IV. art.* 37. *quoniam in Capitulatione Leopoldi I. art.* 37. *hic articulus omiſſus eſt.*

De quo etiam legi poteſt Enſius in Theſaur. Polit. part. 3. apotelesm. ult. Limn. l. 2. c. 4. n. 56. & ſeqq.

Verum illud falsò & ex ſola Pontificum ambitione præferri.

A. *Nam ut taceamus* Imperium Romanum à Pontifice Leone in Carolum M. non translatum eſſe, ut legi poteſt apud *Boecler. de Rebus ſeculi à Chriſto nato* IX. & X. *ſub Carolo hoc Magno p. 25. & nos præc. c. 1. ith. 11. expl. 1. in f. & expl. 2. in pr. deduximus. unctionem verò & coronationem* ſaltem ut ceremoniam interveniſſe, ſicut *præc. c. 1. ith. 11. expl. 1. in f. & 2. deduximus: Sciendum eſt Johannem quidem* IIX. & IX. *Pontificem primò ſubdolè & per ambitum Carolum Calvum Lotharii filium præterito Ludovico* II. *fratre Germaniæ Rege, in* Imp*eratorem promoviſſe & coronaſſe, indeq; ortum eſſe,* ut anni Imperii a Conſecratione Pontificia numerarentur, ſicut inter alios refert *Sigon de Regno Ital. l. 5. f. m. 133. & ex Freber. Limn. Tomo 5. l. 2. c. 4. n. 38.* narrat. *Inde tamen minimè ſequi, Electum ante Papalem illam coronationem Imperii adminiſtrationem non obtinere: quoniam non ideò coronatur, ut Imperator ſit, ſed cum ſit* Imperator, *ideò coronatur, & ideò Imperatores ab Ottone* II. *annos quidem* Imperii ab illa coronatione in memoriam rei B. factæ numeraverunt, *nihilominus tamen* à tempore electionis ſtatim Imperium adminiſtrarunt, & ſe Auguſtos, etiamſi multi ex iis à Pontificibus planè coronati non eſſent, appellarunt, ut id multis exemplis demonſtrat *Goldaſt. in replicatione pro Imperio c. 36. p. m. 367. & ſeqq. quod etiam poſtea à Matthiâ & ejus Succeſſoribus factum,* de quo etiam agit *Parens noſter de Saxon. non provoc. jure verbo Electorum c. 1. n. 35. & ſeqq. & latius Conring. de* Imperio *German. c. 13.*

Cui accedit (1.) *Quod Ludovicus Bavarus in Conſtitutione ſua in Comitiis Colonienſibus anno 1339. lata apud Balbum de Coronatione c. 19. & Alber. de Roſate in L. Benè à Zenone C. de quadrag. præſcript.* nec non *Goldaſt. Tom. 3. Conſtit. f. m. 411. ſanciat,* in Imperato- C. rem electum ſtatim ab omnibus Imperii ſubjectis deberi agnoſci & omnia Imperii jura adminiſtrare poſſe plenâ poteſtate, nec Pontificis approbatione, confirmatione, auctoritate vel conſenſu indigere, *Rexq; &* I*mperator in eſſentia idem ſint, licet diverſa nomina credantur. Et Carolus* IV. *in A. B. c. 2. §. 5. ſtatuat* Electum ſtatim peracta electione virtute S. Imperii adminiſtrare & Electoribus privilegia ſua confirmare debere. Sicuti etiam *Ubertus de Lampamiano* Juris D. anno 1380. illud in Academiâ Pragenſi publicè defendit, ut legi poteſt in *Epiſtola 24. Caroli* IV. *à Madero Gervaſii Tilberienſis libro de Rom. Imperio unà cum aliis ſubjunctâ.*

(2.) *Quod etiam Pontifices ſtatuerint Pontifices electos ante conſecrationem plenam habere poteſtatem c. 1. diſtinct. 23.* de quo etiam legi poteſt *Cicarella in vitis Pontif. de Urbano* VIII. *& contrarium ſententes Clemens V. excommunicaverit, referente Modeſt. in §. Lex* D. *eſt dubit. 4. n. 7. Inſt. de Jure Nat. Gent. & Civili.*

(3.) *Quodſi Papalis iſta unctio & coronatio tantum robur in ſe contineret, ſequeretur etiam in aliis regnis illam tantarum eſſe virium, ut ſine ea nullibi Rex ullam poteſtatem haberet; quod tamen experientia teſte falſum eſt, ut legi poteſt apud Nicol. Cuſan. Carvin. l. 3. de Concord. Cathol. c. 4. & Goldaſt. d. c. 36. in pr.*

Et quod Imperatores à Pontificibus non coronati, poteſtatem nullam haberent, quod itidem falſum, de quo proc. n. 1. & à Goldaſt. d. c. 36. p. 366. & ſeqq. adducta legi poſſunt, *ubi p. 368 tradit, primùm Conradum* III. *ſe ante coronationem Romanam quidem Regem Romanorum ſcripſiſſe, ſed tamen etiam titula Imperatoris uſum fuiſſe, ac p. 371. ac ſeq. adjungit, alios Imperatores etiam nondum vel planè non Romæ coronatos Imperatorio titulo uſos & honoratos fuiſſe.*

Nec obſtat, quod inter alia à Pontificiis adducta 1. ipſemet Imperator *Carolus IV. in allegatis ex A. B. le-*

en-

A. *ſomno viſa impoſita creditur. Sed id alii in Suida in verbo Juſtinianus huic potius Imperatori acceptum ferunt. Ita enim ille ſcribit: Ille. Statuam ſuam equeſtrem in columna poſuit, qua lava globum tenet, cruce in eo defixa: qua ſignificaret, eum ob fidem in Crucem terra Dominum factum: Globus enim is terra eſt, ob rotundam ejus figuram.*

De Globo vel pomo aureo precioſiſſimis gemmis atque Cruce deſuper aureâ ornato Benedicti III. *Papa juſſu tempore Henrici* II. *aliis* I. *Imperatoris facto legi poteſt Glaber Radolphus l. 1. Hiſt. c. 5. poſt med. Quintum ab Hetruſcis inventum & poſteà à Tarquinio uſurpatum referente Halicarnaſſ. l. 3. c. 84. olim divinitatis arrogata ſimulacrum fuit, ut prac. p. 1. c. 5. th. 4. expl. 1. n. 4. demonſtratum eſt Sextum deniq; partim Majeſtatem Imperantis, partim ejus Statum Clericalem, quem inter Canonicos Aquenſes receptus quaſi aſſumit, denotare creditur.*

2. *Ex illis inſignibus Friderico* III. *in Coronatione Romana & Carolo V. in Coronatione Bononienſi pralata & tradita fuiſſe enſem, ſceptrum & globum, ut prius Ciacconius in vita Pontificis Nicolai V. d. f. 925. & poſterius Agrippa de duplici illius Coronatione d. c. 5. narrat.*

B. *Quibus addendum in Imperio Orientali poſteriori tempore prater Diadema & Purpuram etiam calceos purpureos pro inſignius Imperii & horum traditionem pro ſigno traditi Imperii fuiſſe, cujus exemplum primum* noſtro ſitu conſignatum eſt *à Zonara T. 3. ſub Imperio Michaelis Theophili filii f. m. 151.* occurrit, *alia exempla* ſe offerunt *apud eund. ſub* Imperat. *Niceph. Botaniata,* ubi hic in ſignum ceſſi Imperii calceos tales abjecit, *apud Nicet. Choniat. ſub Imper. Johannis Comneni in pr.* ubi ejus Pater Alexius illi datis his calceis imperium contulit, *& ſeq. f. 5. & 8.* ubi Johannes ille per eoſdem & purpuræ jus idem C. in filium Alexium contulit. *Ita etiam Conſtantinus Angelus* imperium affectans purpureum calceum induit apud *eund. ſub* Imperio *Iſaaci Angeli l. 3. f. m. 49. & Theodorus Laſcaris* imperium ſibi vindicans ſimilem calceum induit apud *eund. ſub* Imper. *Balduini Flandri f. m. 70.*

4. *Etiam in quibusdam Regnis in Coronatione Regum ſimilia quadam & alia quoq; inſignia praſerri & officia praſtari.*

Sic in coronatione Richardi I. *Anglia Regis pralata fuere* à diverſis Regni Officialibus & Proceribus Pileus Regius, duo calcaria aurea magna & ponderoſa; ſceptrum regale aureum, in cujus ſummitate Crux fuit aurea; Virga aurea habens in ſummitate columbam auream; tres gladii aurei; ſaccarium magnum, ſuper quod poſita fuerunt regalia inſignia & veſtes, corona aurea magna & precioſis lapillis ornata, uti latè legi poteſt apud *Hoved. in Annal. Angl.* D. *parte poſt f. m. 656. & auctorem Nobilitatis Politica à Milleſ. editam f. 104. & ſeqq.* ubi totus Coronationis actus refertur, nec non *Medum in Pandect. Triumph. Tomo* I. *l. 4. c. 10.*

In *Coronatione Regum Bohemia* ab Officiariis regni vaſculum deauratum, duæ paropſides argenteæ deauratæ, annulus regius, ſceptrum, globus, corona & gladius præferri ſolent, ut legi poteſt apud *Mod. d. l. 4. c. 21. Bellum* in dem Oeſterreichiſchen Lorber-Krantz *l. 3. p. 281. & Balbin. in Epitome Rer. Bohem. l. 5. c. 12. f. 586. Qualia inſignia in Coronatione Regum Hungaria uſurpentur refert Bonfin. l. 10. rer. Ungar. f. m. 697. & ſeq. Mod. d. l. 4. c. 25. Petr. de Revva de Monar. Regni Hungar. in f. Brachel. l. 2. Hiſt. ad ann. 1625. p. m. 129. & Thulden. in Contin. ejusd. Parte 1. l. 4. p. 36. & ſeq.* quibus adde *Sprenger. in Fontibus juris publ. c. 9. §. 1. p. 1106.*

A. *Qualia etiam in Coronatione Regum Polonia praſerantur recenſet Modius d. l. 4. c. 28.* & ex parte *Mechov. in Chron. Polon. l. 4. c. 9.* latiſſimè verò ſecundum veterem morem *Guagninus Tom. 1. Rer. Polon p. m. 274. & ſeqq.* & illum qui in coronatione Regis Michaelis nuper obſervatus fuit, *Chwalkowskius l. 1. Jur. Publ. Polon. c. 3. n. 29. & 32. & Hartknoch. in Republ. Polon. l. 2. c. 1. §. 32. & ſeq.*

Et qualia ac à quibus in coronatione Regum Suecia praſerantur apud Bureum in deſcript. Regni Suec. l. 1. c. 1. p. m. 7. Thulden. in d. continuat. Brachel. part. 1. l. 3. ac Muller. in Continuat. des verwirrten *Europa parte 2. f. 793. & ſeq. ubi hoc* noviſſimum actum anno 1675. celebratum latè refert, legi poteſt.

Quomodo coronatio Regis Gallia peragatur refert Modius d. l. 4. c. 30. & Limn. in notit. Regni Franc. l. 2. c. 4. ac noviſſimè *Thulden. d. l. 3. p. m. 170. & ſeq. ubi hoc ſingulare ſimul narrat, quod in fine illius a*B.*ctus corbis aviarius in templum portetur, & omnes incluſa aves ad demonſtrandum populum illum liberaliter ſub iſto Rego ſervire aperto corbe dimittantur.* Quomodo verò Proceſſio ad templum perficiatur, refert *Sprenger. d. l. p. 1003. & ſeq.*

Quomodo inauguratio Regis Portugallia perfici ſoleat apud Coneſtag. de Portagal. & Caſtella conjunctione l. 2. ante f. legi poteſt.

In ſpecie verò Enſis communiter in coronatione Regib' dari vel accingi ſolet ut fit *in Gallia Gladius Caroli M.* per Epiſcopũ Remenſem referente *Thulden. d. p. 170. & Limn. d. c. 4. lit cc. In Ungaria Gladius S. Stephani apud Revvam & Brachel. dd. ll. in Polonia Boleslai Chabre apud Revvam centur. 5. f. m. 32. In Bohemia S. Wenceslai apud Modium d. c. 21. In Anglia Regis Eduardi* III. *apud Bocman. de dignit. Diſſert. 4. c. 4. th. 5. & hic* procul dubio ille eſt, qui Weſtmo-C.naſterii juxta ejus ſepulchrum ſuſpenſus & ab ipſo in multis præliis uſurpatus eſt, pondere 18. librarum & longitudine ſeptem pedum, ut narrat *Arithmaus in Mauſoleis Regum & Regenar. Angl. p. m. 17.* Vide de illis latè *Walſingh. in Hiſt. Angl. ſub Eduarto* II. *f. 96.*

In *Imperio noſtro Gladius* Caroli *M. ut* notum & *in principio hujus explicationis ac prac. expl. 1. n. 4. & 6.* deductum eſt.

De juramenti à coronato Imperatore poſt coronationem iteratâ exactione legi poſſunt deſcriptores Coronationum.

Continet verò hoc ſicut prius, cultum juſtitiæ, defenſionem Eccleſiæ, & regni, obſervationem legum publicarum & ſimilia.

Prateroà jurat idem peculiariter tanquam receptus Canonicus Aquenſis, ſe Eccleſiæ illius jura & privilegia confirmare, eaque in omnibus ſervaturum eſſe.

*Plura de diverſis in diverſis regnis coronationum a*D.*ctus perficiendi modis refert Sprenger. d. l. p. 1108. & ſeq.*

TH. XIII.

Fuerunt conſiderata illa, qua à parte Electorum perficiuntur: Sequuntur illa, qua à parte coronati peragi ſolent. Conſiſtunt verò illa (1.) in duplici juramento ante & poſt coronationem præſtando (2.) in creatione Equitum. (3.) In proceſſione à templo ad Curiam. (4.) Miſſilium jactu & vini publicâ emiſſione cum annexis. (5.) Epulo ſive convivio Imperatorio in Curia civitatis illius exhibendo (6.) Privilegiorum Electoralium & actuum, quos Vicarii Imperii tempore vicariatus exercuerunt ſpeciali confirmatione & publicâ inveſtiturarum quarundam collatione.

Expl.

Expl.

1. DE *duplici vel etiam triplici juramento ab Electo præſtando præc. th. 13. in expl. 2. in f. diximus.*

II. Sacris omnibus peractis coronatus *Equitum creationem* ex antiquo in templo peragit ſequenti modo. *Imperator vel Rex Romanorum* Throno, cui ab Electoribus Eccleſiaſticis, ut *præc. th. 11. expl. 7. in fin.* diximus, impoſitus fuit adhuc inſidens & ſecularibus ad dextram ſtantibus per Mareſchallum Aulicum illos, qui dignitatem hanc ante humillimè petierunt, ſecundum ordinem, quo in ſchedulâ ſecundum prærogativam dignitatem, vel Cæſaris beneplacitum conſignati ſunt, vocari jubet, & unumquemque ita accedentem, & genibus flexis ſe ſubmittentem decuſſatim gladio Caroli M. ſuper humeros leviter percutit.

Ubi notandum 1. *Actum hunc* quondam poſt coronationem Romanam in ponte Tiberis Adrianeo celebratum fuiſſe, ut poſt *Maurum de Coronatione Germanicâ & alios ex Heroldo in Solone* memorat *Bernegger. Quæſt. ex Tacito 66. in f. & exemplo Imperatoris Friderici IV. poſt coronationem in iſto ponte 300. equites coronantis apud Fugger. & Bircken. in hiſtor. Auſtr. l. 5. c. 7. n. 12.* conſtat,

2. *Familiam Monacherum Baſileenſium, Bejererum Argentinenſium, Camerariorum Wormatienſium ac Boppartenſium Bavarorum hoc privilegio frui, ut in creatione Equitum primum locum obtinerent, ſicuti ex dicto Heroldo idem d. l. refert.*

Ita, ut obſervavimus, cum anno 1653. Ratisbonæ Ferdinandus IV. glorioſiſſimæ recordationis coronaretur, Camerarius quidam etiam præ Comitibus primum locum obtinuit.

Idem in coronatione Leopoldi I. obſervatum fuit, ut conſtat ex deſcriptione ejus apud Auctor. Diar. Eur. part. 1. p. 944.

III. *De modo procedendi ex templo in curiam præc. th. 12. expl. 1. ſub Coronatione Germanica n. 6. actum eſt.*

IV. *De Miſſilibus hic notandum*, illa ab antiquo, & inprimis ab Imperatoribus Romanis jacta, & illud ad benevolentiam ſubditorum acquirendam introductum fuiſſe.

Ubi obſervandum, olim Imperatores non numos, ſed varias res in vulgus ſparſiſſe, ut conſtat ex Sueton. in Calig. c. 18. & in Nerone c. 12. ibi ſparſa & Populo miſſilia omnium rerum per omnes dies, ſingula quotidiè millia avium, cujusq; generis, multiplex penus, teſſeræ frumentariæ, veſtis, aurum, argentum, gemmæ, margaritæ, tabulæ pictæ, mancipia, jumenta, atq; etiam manſueta feræ: noviſſimè naves, inſulæ, agri, puta per teſſeras non realiter, at benè & ſecundum rectam rationem explicant erudit, & ex Xiphil. apud Dionem l. 66. f. m. 757. inſuper patet, ubi ſcribit, Titum parvos globos ligneos de ſuperiori loco jeciſſe in Theatrum, in quibus ſcripta erat nota alicujus eſculenti, veſtisq; aut vaſis argentei aut aurei, equorumq; & jumentorum & pecudum ac mancipiorum. Quos globos qui rapuiſſet, attuliſſetq; ad diſpenſatores Titi, quod inſcriptum erat, conſequebatur.

Hinc tandem ortum, ut Imperatores Romani, & quidem Conſtantinopolitani numos aureos, argenteos & æneos tempore inaugurationis in Populum ſpargerent, ut ex Cantacuzeno l. 1. Hiſt. c. 41. & Codino de Offic. Conſtantin. c. 17. n. 9. & 49. conſtat.

Fuere verò illa ſecundum hunc d. n. 9. & Cantacuzenum d. l. epicombia dicta & fruſtilla ex pannis reſecta & connexa tria aurea ac argentea numiſmata & totidem obulos in ſe comprehendentia, quæ à quodam è Senatu ab Imperatore ad id delecto in multitudinem ſupernè projiciebantur. A Cedreno in Juſtiniano, Theophane & Tiberio ac alibi etiam ὑπατεῖαι dicta.

A. *Quod noſtros Imperatores concernit, ſciendum miſſilia iſta in illorum inauguratione & anteà in ipſa proceſſione ex templo ad Curiam per quoſdam Satellites equeſtres inter Populum ſparſa eſſe, ut ex deſcriptione Coronationum cognoſci poteſt: poſtquam verò conſtituto octavo Electoratu novum Theſaurarii Imperii munus Electori Palatino & quidem ſi rectè meminimus, in Comitiis Ratisponenſibus anno 1653. & ſeq. celebratis collatum eſt, ſimul ordinatum eſſe, ut hic in illis actibus primò auream, & poſteà ejus Vicarius Comes de Sinzendorff argenteam monetam inter populum ſpargeret, ut quoq; præc. th. 12. expl. 1. ſub Coronatione Germanica n. 6. dictum.*

V. De Epulo vel convivio Imperatorio etiam d. n. 6. actum eſt.

VI. *Vigore Aureæ Bullæ c. 2. §. 5. Electus ſtatim Electoribus ſingulis* omnia privilegia, literas, jura, libertates, conceſſiones, antiquas conſuetudines, dignitates & ſimilia ſingulis diplomatibus confirmare (B.) debet, *ut ita fortè illis ita hac in re ſatis proſpectũ eſſet, ſed ad majorem ſecuritatem idem ſtatim adjecit, ut Electus ille, poſtquam in Imperatorem coronatus eſſet, eandem confirmationem renovare debeat. Quod tamen hodie* detecto illo errore, quod Regis Romanorum & Imperatoris dignitas ac poteſtas eadem non ſit, per unam in Capitulatione factam confirmationem ſufficienter fit, *ut annotat Dieter. in Not. ad A. B. h. t.*

Licet verò A. B. quoad verba ſaltem Electores contineat, per conſequens tamen etiam reliquorum Principum & Statuum privilegia ſimul concernit, ſicuti etiam illud in omnibus Capitulationibus ita exprimitur.

An verò iſta confirmatio ita neceſſaria ſit, ut ſine eâ Electores & reliqui Status ſua privilegia tutò uſurpari nequeant. (C.) *Vide apud Carpz. de Lege Regia c. 3. ſect. 14.*

Quod ad acta Vicariorum tempore interregni attinet, illa ab Imperatoribus noſtris in optima, ut dicunt, juris formâ confirmanda eſſe ex Capitulatione Caroli V. art. 26. conſtat, ad quem locum Limn. exemplum hujus Imperatoris adducit, & ſimul judicat, cuiq; Vicariorum ſua acta ſpecialiter confirmare.

Quod verò in dictâ capitulatione Caroli V. continetur, & in capitulatione Matthiæ art. 37. Ferdinandi II. art. 36. repetitum eſt.

VII. *Olim quoq;, uti & præterito Seculo adhuc factum, poſt electionem & coronationem principibus quibusdam feudorum regalium inveſtitura per Reges vel Imperatores publicè facta eſt, ut legi poteſt apud Gold. in Polit. Imperial. parte 6. per totum & ſeq. c. 4, th.* (D.) *7. in expl. plenius narrabitur.*

Et decurſatio ad Sphærulam ein Ringrennen / *celebrata fuere, ut poſt Coronationem Matthiæ & Sereniſſimæ Dnæ. Conjugis factum eſt, memorante Arthuſio in utriusq; deſcriptione in fine. Similis poſt coronationem Ferdinandi* II. *peracta fuit referente Bello* in dem Oeſterreichiſchen Lorber-Krantze *l. 3. f. m. 247.*

TH. XIV.

Hactenus forma electionis & illi conjunctæ coronationis: Sequitur locus, in quo utraque perfici debet, qui regulariter ratione prioris Francofurtum ad Mœnum, ratione poſterioris verò Aquisgranum eſt.

Expl.

U*Terq; locus definitus eſt in Aurea Bulla, & prior quidem ſeparatim c. 1. §. 20. & 22. Uterque verò conjunctim c. 28. §. 5. cum hoc additamento, quod id à tempore immemoriali fuerit ita obſervatum. Quapropter*

propter etiam, quod priorem locum concernit, à tempore hujus Bullæ omnes Reges Romanorum vel Imperatores, præter Ferdinandum I. qui Coloniæ quidem, tanquam Rex Romanorum electus, Francofurti tamen poſt abdicationem Caroli V. tanquam Imperator ab Electoribus agnitus, adeoq́ue rurſus quaſi electus fuit referente *Godelevæo de abdicatione Caroli V. Rudolphum II. qui Ratisbonæ* anno 1575. teſte inter alios *Lundorp. in Contin. Sleid. parte 2. l. 15. p. m. 254.* & *Capitulatione illius in f. Ferdinandum III.* qui itidem *Ratisbonæ* anno 1636. teſte poſt alios *Brachel. l. 5. hiſtor. p. m. 345. ac Capitulatione illius in f. & Ferdinandum IV. qui Auguſtæ* anno 1653. electus eſt, *ut præter hiſtoricos capitulatio illius ſimiliter in f. indicat,* ibidem electi fuerunt. *Nec tamen ut ſcimus, contra hos alibi exercitos electionis actûs à Civitate iſtâ unquam proteſtatum fuit, licet quidam Electores & Status Imperii, ideò electiones Caroli IV. Hermanni Lotharingiæ Ducis, & Ferdinandi I. alibi factas impugnarint,* ut legi poteſt apud *Limn. l. 2. c. 3. n. 30.* Ubi etiam quomodo Francofurtani in diſcordi vel duorum Imperatorum electione ſe gerere debeant, ex traditione quorundam refert.

A.

Quod vero ad poſteriorem, nempè Aquisgranum attinet, urbs illa a tempore Caroli M. ad coronationem deputata & adhibita fuit, ut Limn. ad A. B. d. c. 28. §. 5. obſ. 9. exemplo 32. Imperatorum, excepto Lothario II. & Ruperto, qui tamen etiam ibi coronati ſunt, ut tradit Noppius in Chron. Aquiſgr. l. 1. c. 10. poſt illum ibi coronatorum demonſtrat, & ſemper ita usq; ad Carolum V. ſub quo ſcripſit Guicciardinus in Deſcript. Belgii part. 2. in f. ſub illa urbe tradit.

B.

Licet igitur quidam alibi, puta Henricus II. Francofurti, Fridericus III. Auſtriacus Bonnæ teſte Noppio ibid. Maximilianus II. Francofurti, referente Schardio in illius deſcriptione, Rudolphus II. referente Lundorp. d. p. 254. Ratisbonæ, Matthias narrante Arthuſio in deſcriptione actus illius: Ferdinandus II. referente Bello d. l. 3. f. m. 244. & Leopoldus I. Francofurti nuper, ut notum, Ferdinandus vero III. & IV. ut etiam notum & prius Brachel. d. l. p. ſeq. poſterius verò ejus continuator Tulden annotavit, etiam Ratisbonæ coronati fuerint. Id tamen gravibus ſemper de cauſis & ſalvo Aquisgranenſium jure & privilegio (quâ de cauſa etiam quandoque reverſales obtinuerunt) factum eſt: cujus ſpecialem rationem hanc damus, quoniam ibi quædam Imperii cleinodia in inauguratione ſimul uſurpanda aſſervantur, & ideò in locum celebrandæ illius deferenda ſunt.

C.

TH. XV.

Tandem etiam Locus conſideratus fuit. Sequitur nunc Effectus Electionis & Coronationis Germanicæ, qui potiſſimum conſiſtit (1) in acquiſitione & uſurpatione omnis poteſtatis Imperatori ſecundum tenorem Capitulationis & aliarum Legum fundamentalium competentis. (2) in confirmatione omnium jurium & privilegiorum Electoribus, Principibus & reliquis Imperii Statibus competentium.

D.

Explic.

QVod Imperatori noſtro etiam ante & citra Coronationem Pontificiam plena poteſtas in omnes Imperii Status & ſubditos ac adminiſtratio Imperii competat, præc. th. 12. expl. 1. ſub Coron. Rom. num. 5. ſicuti etiam th. 13. expl. 6. dictum, illum ſtatim ab electione omnia Electorum, Principum, ac Statuum Imperii jura, privilegia, immunitates & libertates confirmare poſſe & debere, quapropter de illis hic amplius nihil annotare volumus.

TH. XVI.

Hactenus Imperatoris conſtitutio: Sequitur Ejusdem ſuperveniens vel contingens deſinentia, vel Vacantia, quæ nobis eſt Capitis iſtius ſummi à corpore Imperii avulſio: *& dupliciter fit violenter & volenter.*

TH. XVII.

Violenter obtingit ordinariè illius morte: extraordinariè ejus depoſitione.

Explic.

I. *SIcuti mors omnia ſolvit, ita etiam ordinariè Imperii Caput à corpore ſuo avellit, & hinc etiam in A. B. ſolius iſtius regularis Vacantiæ ſive orbitatis fit mentio, ut patet ex c. 1. §. 13. & 18.*

II. *Depoſitionem quod attinet, ea nullâ certâ lege munitur, ſed fundamentum ſuum ſolùm ponit in mutuâ illâ inter ſummum hunc Magiſtratum & Status Imperii obligatione, & juratoria ejusdem de obſervanda capitulatione promiſſione, quâ ab Imperatore neglectâ vel violatâ, etiam promiſſum obſequium & commiſſum Regimen revocari ac tolli, & per conſequens emendationis ſpe evaneſcente illum planè deponi & alium in ejus locum eligi poſſe, communis eſt Politicorum opinio, nonnullis exemplis puta Caroli Craſſi, Henrici IV. & V. Ottonis IV. Adolphi Naſſovii, Friderici II. & Wenceslai Ignavi dicti, nixa.*

Sunt tamen nonnulli egregii Politici & JCTi, qui depoſitionis hujus poteſtatem & ejus exercitium planè rejiciunt, hoc fundamento potiſſimùm uſi, Quod nullis ſubditis & ne Ordinibus quidem integrum ſit Principem ſuum condemnare, adeoq; nec exauctorare, tùm quia inferior in ſuperiorem non habet imperium, *tùm* quia nemo in propria cauſa judex eſſe poteſt, *tùm* quia per Dei verbum quivis ad obedientiam etiam Magiſtratui improbo & iniquo præſtandam, ſub gravi pœna obligatus eſt, *ut patet ex iis, quæ nos præc. p. 1. cap. 10. th. fin. expl. 3. pluribus conſignavimus.*

De quo etiam Bœcler. in Notit. Imperii l. 4. c. 1. n. 1. ubi exempla depoſitorum examinat, legi poteſt. Nimis arroganter ergo Gebhardus Archiepiſcopus Moguntinus Alberto I. Imperatori vectigalia Imperii ab illo & cæteris Electoribus repoſcenti reſpondit, ſe ex cornu ſuo venatorio, quod à latere ejus utpote venatum cum Imperatore abeuntis pependit & in manus ſumſit, plures Imperatores efflare poſſe, ut poſt alios in Chronico Auſtraico *à Birckenio edito l. 2. c. 8. in pr. refert Fuggerus.*

Illi tamen vice versâ Principes monent, ut ſibi caveant, ne iniquo regiminis modo Majeſtatis & Inviolabilitatis ſuæ fiant prodigi, ſubditosque emendationis ſpe per eluſas ſubditorum preces evaneſcente ad deſperationem ſub hoc prætextu, quod Reſpublica eô regnante diutiùs ſalva eſſe nequeat, adeoq́ue magis ſaluti Reip. quàm Rectoris talis iniqui incumbendum ſit, adigant, & ita exauctorationem ipſi procurent.

Noſtram opinionem quod hac in arduâ re concernit, jam ſupra d. th. fin. expl. 4. illam declaravimus, eòq; lectorem remittimus.

Solent verò circa depoſitionem hanc quatuor notare & conſiderare Politici (1) à quo (2) quibus de cauſis (3) quomodo illa perfici debeat, & (4) quis effectus ſequatur.

Circa 1. ſtatuunt iſtam perficiendam ab iis, qui dignitatem illi contulerunt; ſecundum naturam enim eſt, unumquodque eodem modo diſſolvi, quo colligatum eſt. *L. nihil tam naturale 35. ff. de R. J. Quoniam ergo Electores* Imperii dignitatem illam per electionem & annexa deferunt, omninò illos & quidem unicè ac ſolùm depoſitione iſtam iterùm Imperatori adimere poſſe, *ut ita Pontifici hic nihil Juris competat, quamvis de facto illud uſurparint, idq; probant exemplo Adolphi*

A. Naſſovici & Wenceslai ab iis ſolis ita exauctoratorum uti prius ex Lehman. in Chronico Spirenſi lib. 5. c. 118. & poſterius ex Cuſpiniano in ejus vitâ liquet. Quo etiam referri poſſunt, quæ habet Bertram de Comit. theſ. 11. & Arniſæus de Jure Majeſtatis lib. 1. c. 6. n. ult.

Et quamvis exauctoratio Henrici IV. Ottonis IV. & Friderici II. in publicis Imperii Comitiis nomine omnium Statuum peracta legatur, id tamen citra præjudicium Electorum & ad majorem auctoritatem & conſenſum omnium demonſtrandum factum fuiſſe judicant.

Placuit tamen Conringio de Judic. Reip. German. §. 44. ſtatuere, ante Auream quidem Bullam exauctorationem talem ab omnibus Proceribus, poſteà verò ob egregias Electoribus in illa conceſſas prærogativas, ab illis ſolis jure peractam fuiſſe, & Statûs illis hoc integrum reliquiſſe.

Fortè diſcrepantia hæc ita concilianda, ut dicamus B. Electoribus quidem Jus hoc per publicam ſententiam Imperatorem talem deponendi competere, ſed requiri ad hoc, ut Comitiis Statuum celebratis conſilium & conſenſus requiratur, ut præter prædicta exempla etiam exauctoratio Adolphi Naſſovici ac Wenceslai indicant, in quibus conſenſus Statuum intervenit, ut patet ex Lehman. in Chron. Spir. d. c. 118. & lib. 7. c. 72.

Quamvis autem antiquiori tempore Pontifices Jus excommunicandorum & deponendorum Imperatorum, Regum & Principum ſibi ſumſerint, ut Chriſti Vicarii, & illius fundamentum in illo Salvatoris dicto, Quidquid ligaveris ſuper terram, ligatum erit in Cœlis, ſecundum c. 2. de ſent. & re judic. in 6. (cui jungi poſſunt c. un. Clement. de jurejur. & c. venerabilem de Elect. & ibid. Gloſſ. ac Canoniſtæ) poſuerint, cauſantes ſimul Imperatores eſſe Vaſallos Papæ & Eccleſiæ, de quo videri poteſt Formula Depoſitionis Friderici II. Imper. ab Innoc. IV. peracta, Epiſtol. Petri de Vineis præfixa p. 62. Attamen C. iis ſemper fuit contradictum, ut ex hiſtoriis abundè patet: Sufficiat inter alia adduxiſſe reſponſum Philippi Pulchri Regis Gallorum, qui Bonifacio III. Pontifici poteſtatem ſuam in Reges & Principes in literis oſtentanti reſpondit: Salutem modicam ſive nullam. Sciat tua fatuitas maxima, nos in temporalibus nemini ſubeſſe, ſecus credentes fatuos reputamus & dementes ut refert Auct. Bratt ſalm. p. 77. & alii, quos recenſet Limn. in add. prioribus ad lib. 2. c. 11. n. 21. ubi ſimul de veritate hujus Epiſtolæ examen inſtituit.

Quo pertinet reſponſio Valdemari Daniæ Regis Pontifici Gregorio XI. transmiſſa his verbis: Valdemarus Rex &c. Romano Pontifici Salutem. Vitam habemus à Deo, Regnum ab incolis, divitias à Parentibus, fidem verò à tuis prædeceſſoribus, quam, ſi nobis non faves, remittimus per præſentes: Vale: ut refert Pontan. Hiſtor. Danica lib. 8. f. 500.

Vide eundem Limn. in Capit. Ferdin. I. Imper. ad D. Proœm. & verba **Obangeregt**. num. 25. & 26. ubi acres ſales in hanc adſumtam poteſtatem congeſſit & Kypping. Inſt. Pol. l. 1. c. 10. & quæ nos præc. c. 2. th. 11. expl. 2. latè conſignavimus.

Interim tamen aſſumta poteſtas illa olim pro legitimâ à Pontificiis quidem habita, ſed ad certas & graves cauſas reſtricta fuit, ut mox dicetur. Quo loco obſervandum, quod Gregorius VII. primus inter Pontifices fuerit (nam etiam ante ipſum, Bernhardus Epiſcopus Halberſtadienſis Ottonem I. Imperatorem non exauctoravit, ſed ſaltem excommunicavit, ut legi poteſt apud Cranz. l. 4. Hiſt. Saxon. c. 7.) qui in Imperio noſtro Imperatorem & quidem Henricum IV. præcipuè ideò, quia Jus Imperatorum antiquum, circa electionem & inveſtituram Epiſcoporum vigore c. Hadrianus 22. & c. ſq. diſt. 63 in uſum reducere vellet, excommunicare auſus eſt, teſte Friſing. l. 6. c. 35. Quod enim Sigon. l. 9. de Regno Italiæ f. m. 219. tradit Leonem Iſaurum ante per Gregorium II. & III. excommunicatum fuiſſe, noſtrum Imperiũ non afficit, & multis inſuper in dubium vocatur.

Circa 2. notaverunt Cauſas illas, quemadmodum etiam ipſam Depoſitionem ſecundum prædicta Legibus publicis expreſſas non eſſe, interim tamen ex omnibus depoſitionum talium actibus apparere veram ſive fictam Reip. & officii neglectum cum ejus magno detrimento conjunctum, & illius per ſchiſmata factam partium imminutionem, ſi non everſionem, in quibusdam verò Eccleſiæ Romanæ deſertionem, Paparum contemtum & perſecutionem; In paucis crimen adulterii, ſtupratarum Monialium, violatæ fidei, ac in Wenceslai plurium tàm Clericorum, quàm Laicorum, contra fas & Jus perpetratam crudeliter interfectionem, pacis Eccleſiaſticæ deſtructionem, membranarum vacuarum ſigillo & ſubſcriptione confirmatarum ad varios & Imperio nocuos uſus amicis factam venditionem, pro cauſis allegatas fuiſſe, ut inter alia ex Lamberto Schafnaburgenſi ad ann. 1076. ferè in fine. Lehm. in Chronico Spir. d. l. 5. c. 118. Gold. Tom. unico Conſt. Imper. p. m. 379. & Alb. Argentin. in Chron. in fine.

In Jure tamen Canonico d. c. 2. de ſentent. & re judicata in 6. quo ad Friderici depoſitionem leguntur ſequentes cauſæ: Dejeratio circa pacem inter Eccleſiam & Imperium non ſervatam, Sacrilegium circa captivitatem Clericorum commiſſum, Hæreſis & Regni Siciliæ tanquam Feudi Eccleſiæ exinanitio. Et in Speculo Saxonico l. 3. art. 56. tres memorantur, Hæreſis, matrimonii diſtractio & Sacrilegium. Formulam, qua Innocentius IV. ut jam notavimus. Fridericum II. Imperatorem depoſuit, vide in pr. Epiſtolarum Petri de Vineis d. p. 62.

Circa 3. ſciendum, modum exauctorationis talis partim ex præcedentibus, partim ex Lehmanno d. l. conſtare, qui illum in exauctoratione Adolphi Naſſovici ita deſcribit: Convenere ad convocationem Moguntini Electores & Status Imperii deſtinato tempore Spiram, & in Cathedralem Eccleſiam ſigno campanâ dato ſe contulere, ubi Elector Moguntinus brevibus cauſas ante ſex annos factæ electionis impulſivas Electi Adolphi, & ejus poſtea ſecutos pravos mores & vitia retulit, concludens ob illas Collegium Electorum cum conſenſu Statuum illum jam exauctorare, omnes Status juramento & obſequio antea præſtito & promiſſo liberare, prohibere ne quis ei opem ferat, & communi ſuffragio in illius locum Albertum Auſtriacum eligere & ſubſtituere, ac Statut huic ad omnem obſervantiam & obſequium præſtandum admonere.

4. Quoad Effectum, remotionem ſcilicet ab omni Imperio, dignitate & auctoritate Imperatoris & Statuum ſolutionem ab obſequio ac auxilio ſciendum paucas depoſitiones vel exauctorationes illum conſecutas, dum exauctorati ſe manu militari oppoſuerint, & multi Status, ſive ſponte, ſive perſuaſionibus, ſive etiam vi metuq; illis obedientia ac auxilio adfuerint. Sic enim Adolphus Naſſovicus exauctoratus Alberto Auſtriaco in locum ejus electo cedere noluit, ſed ab aliquot Statibus ei adhærentibus adjutus magno cum exercitu illum, ſimiliter cum exercitu obviam euntem, adortus eſt, cumq; in acri prælio ambo reges inter ſemet dimicarent, Adolphus prolatis hiſce verbis, Jam Alberte mihi & imperium & vitam tuam relinques, in hunc invectus, ab illo ex equo proſtratus, ac à milite quodã in collo percuſſus vitam amiſit, ut refert Lehm. d. l. 5. c. 118. & Mutius in Chron. l. 22. ab initio. Similiter Wenceslaus exauctoratus noluit Imperium deponere, ſed auxilio multorum Statuum illud retinuit, & mortuo jam Ruperto in ejus locum ſuffecto, & Sigiſmundo in hujus locum ſubſtituto, nihilominus titulum Imperatorium, vel potius Regis Romanorum uſurpavit, elapſis jam ab exauctoratione undecim annis, ut conſtat ex Wilh. Kyriandro in Annal. Trevir. part. 4. circa fin.

1008

TH. XIIX.

Volenter ſit renunciatione vel reſignatione, quæ eſt actus ſolemnis, quo legitimè electus Imperator gravibus de cauſis Electoribus, ac conſequenter toti Imperio collatam in ſe Imperatoriam Poteſtatem cum diademate & inſigniis pleno jure reſtituit, & ita iis facultatem concedit alium dignum in ejus locū ſufficiendi, ex quo etiam alius ſtatim eligitur, & Imperii curam ſuſcipit.

Explic.

EX *hac definitione patet circa reſignationem talem quinq; conſideranda eſſe* (1.) *quid Imperator* (2.) *quibus* (3.) *quibus de cauſis* (4.) *& quomodo reſignet, ac* (5.) *ne alius eligatur & imperium ſuſcipiat.*

Quo ad (1.) *reſignatur* imperium & in illum tranſlata poteſtas, cum omnibus juribus, titulis, & dignitatibus, nec non ſceptro & corona pleno jure & irrevocabiliter, ſicuti *Carolus V. fecit vigore Capital. Ferd. I. in proœm. circa finem, & illorum quæ habet Godelevæus in tr. de Ejus Abdicatione.*

Quo ad (2.) *reſignatur illud Electoribus & per conſequens Statibus, quia illi* nomine Imperii & vi competentis poteſtatis illum elegerunt, juxta illa quæ *præc. th. 17. expl. 2. & à Limn. ad Capit. Ferdin. in proœm. verb.* **Obangeregt Römiſch Käyſerthum** *n. 24. & ſeq. dicta: de quo etiam ſeq. n.* (5.) *amplius agitur.*

Ex quibus patet nullo jure Pontifices ſibi Jus attribuere, ut Imperator iis Imperium neceſſariò reſignare debeat, ſicuti in reſignatione Caroli V. factum, de quo latè videndus *Godelevæus de Abdicatione iſta circa f. & Limn. ad Capit. Ferdin. I. Imp. ad proœm. & verba* **Obangeregt.** *n. 21. & ſeqq. ubi ad fundamenta Papæ lepidè & ſalſe reſpondet, & Tom. V. L. 2. c. 11. n. 16.*

Ubi notandum circa hanc reſignationem duplicem caſum poſſe evenire, unum, quo Imperatori vivo Romanorum Rex nondum adjunctus eſt, & illo quidem ſolis Electoribus fit renunciatio; licitum tamen eſt reſignanti unum atque alterum ad eligendum illum Electoribus commendare, ſalvâ autem horum poteſtate illum vel eligendi, vel prætereundi: *alterum*, quo ei Rex Romanorum tempore reſignationis adhuc vivens in laborum ſublevationem aſſociatus eſt, & illo caſu Imperium ad abbreviandum actum non in manus Electorum, ſed cum illorum conſilio & conſenſu directò & per brevem manum illi ipſi reſignat, vel potius cedit, *quoniam* hic Rex ideò electus eſt, ut immediatus & infallibilis ejus ſit Succeſſor, non minus, quàm ſi Imperator mortuus vel depoſitus eſſet, uti laudatiſſimus Imperator *Ferdinandus I. in R. J. de dato* **Augſpurg** 1559. *ipſe loquitur, & in Capitulatione ſuâ in proœmio teſtatur.*

Quo ad (3.) *Cauſæ debent eſſe ejus momenti, ut Electores, utpote quibus exacta earum examinatio convenit & incumbit, ad conſentiendum allicere queant, quanquam etiam* cauſæ ex parte renunciantis inſufficientes illos ad conſentiendum, ſi nimirum ex aliis non allegatis ſed Electoribus ſibimetipſis notis cauſis (ſi nimirum è re & decore imperii id eſſe judicaverint) impellere, & impulſivæ aliæ, quibus contra rationes ſat ſufficientes ad diſſentiendum moveri poſſint, iis occurrere queant, ita ut rejecta reſignatione Imperatori diutiùs Imperio præeſſe imponant, eique ad ſublevationem laborum & curarum Regem Romanorum adjungant. De quo legi poteſt *Limn. ad Capit. Ferdin. I. in proœm. ad d. verb.* **Obangeregt.** *n. 19. & ſeqq.*

A Canoniſtis quidem Cauſæ, ob quas renunciare Imperator poſſit, ſequentibus verſibus includuntur:

A *Debilis, ignarus, malè conſcius, irregularis,*
Quem malè plebs odit, dans ſcandala, cedere poſſit.

Sed hæc ita comparata ſunt, ut magis ad cauſas Electorum, quam reſignantis impulſivas, quia hic ultra debilitatem & odium populi, reliquas, ut ipſi ſibi turpes, vix allegabit, & potiſſimum in renunciatione beneficiorum Eccleſiaſticorum activa & paſſiva locum habeant, pertineant.

Cauſa, quas Carolus V. Imperator adduxit, fuére ſenium, debilitas, & ægritudo corporis continua, adeoq; notiſſima inhabilitas, juxta Capit. Ferdin. I. in proœm. & in R. J. anno 1559. Auguſtæ publicato, ubi illæ magna & præcellentes dicuntur, de quibus & totâ hiſtoriâ lege dictam deſcriptionem abdicationis illius à Godelevæo editam.

Tradunt quidem Canoniſtæ generaliter Imperatorem
B. *ac alios Seculares Principes ac Magiſtratus reſignare, nec à ſubditis vel Statibus in eo impediri poſſe, ſi Monaſticam velit ſuſcipere vitam vel Monaſterium ingredi, in gloſſa ad c. ſcripſit nobis 26. cauſ. 27. quæſt. 2.*

Et adducunt exempla plurima, inter quæ præcipua ſunt ſequentia:

Sancti Lotharii Imperatoris Romanorum.

Theodoſii IV.
Michaëlis III.
Romani Lecopani
Michaëlis IV.
Michaëlis V.
Iſaaci Comneni
Romani V.
Michaëlis VII.
Johannis Ducæ
Nicephori III.
} Qui omnes fuére Imperatores Conſtantinopolitani.

Aliorum exempla præc. P. 1. cap. 5. theſ. 8. in expl. re-
C. *lata ſunt.* De quibus etiam legi poteſt *Choppin. de Sacra Politia Forenſi l. 2. tit. 3. n. 17.* & *Thuanus l. 16. f. m. 325. & ſeq.*

Sed etiam hanc cauſam non ſemper attendi inde patet, quod Principes & Status Imperii Henricum II. Imperatorem ob eam Imperium reſignantem, non dimiſerint, ſed ad continuandum regimen adegerint, ut refert Oſeas Schadæus in ſummo Argentinenſi Templo cap. 2. Quod tamen alii ita temperant, Imperatorem ad diutius Imperium gubernandum, non vi adactum, ſed precibus & perſuaſionibus commotum fuiſſe, ut recenſet *Limn. in addit. poſter. ad lib. 2. c. 11. n. 14.*

Quo ad (4.) *&* (5.) *Quomodo ſcilicet utrumq; fiat, reſponſio eſt, juxta prædicta Imperatorem ſe Imperio abdicaturum propoſitum ſuum cum impulſivis cauſis Collegio Electorali aut literis, aut per Legatos, aut ſi præſtò ſit verbis propriis notum reddere, & hoc illas ac Status publice conditionem accuratè examinare, ac poſtea habita*
D. *cum Imperii Statibus ſuper iis deliberatione, renunciationi vel aſſentiri vel contradicere, atq; priori caſu Reſignantem in manus Electorum Imperium cum omnibus Juribus, dignitatibus & Cleinodiis reſtituere, omneſq; Imperii Status juramento fidelitatis ac ſubjectionis antea præſtito abſolvere. Quo facto & Rege Romanorum jam non exiſtente, vel ſtatim, vel ex intervallo temporis modico ac legali alius Imperator eligitur. Si verò Rex Romanorum jam electus ſit, illi in Comitiis Imperii ab Electoribus inſtitutis, ab his Imperium ſolemniter traditur, & juſjurandum præſtatur, ſicut ſolennitates in confirmatione Ferdinandi I. obſervatas ſuccinctè refert Godelevæus d. l.*

Ex quibus ſimul ad Quæſtionem, An & Quatenus Imperator Imperium reſignare poſſit? Reſponſio in promtu eſt.

Plura de Reſignationibus præc. part. 1. c. 5. theſ. 8. in expl. dicta ſunt; Quibus addi poſſunt, quæ Fritſchius

de Reſignationibus Imperatorum, Regum, Electorum, Pontificum & aliorum in Tractatu ſingulari conſignavit, & *Chwalkowskius* de reſignatione regni Polonici à Rege Johanne Caſimiro anno 1669. factâ *in Jure Publico Polon. l.1. c.3.* A.

CAPUT IV.

De

POTESTATE IMPERATORI

reſervatâ: Ubi de Superioritate Majeſtaticâ, de Sanctione Legum, de Indictione Belli, de Extremâ Provocatione, de Infeudatione, de Creatione Regum & Principum, de Conceſſione Privilegiorum, de Fundatione Academiarum, de Jure Legitimandi & Similibus

S U M M A R I A.

TH. I. Ratio Connexionis: Poteſtas qualis Imperatori competat, & quotuplex illa ſit. B.

TH. II. Poteſtas quam Imperator cum Conſilio & Conſenſu Electorum ac Statuum exercet, in quibus conſiſtat.

Expl. Agitur de illis remiſſivè.

TH. III. Poteſtas, quam idem liberrimè propriâ auctoritate exercere poteſt, in quo conſiſtat.

Expl. I. An Jura illa rectè Reſervata dici queant.

Capitulatio ſit per meram Conventionem.

Expl. II. Illa, tanquam Majeſtatica Jura exerceri demonſtratur, & objectionibus reſpondetur.

TH. IV. Quæ Jura inter Reſervata illa referenda ſint.

TH. V. Superioritas Majeſtatica quid.

Expl. I. Nemo præter Pontifices Romanos Imperatori ſe præferre auſus eſt;

Reſpondetur illorum fundamentis, & demonſtratur Imperatores quondam Papas conſtituiſſe & depoſuiſſe. C.

Hildebrandi vel Gregorii VII. Papæ ambitio refertur.

Expl. II. Effectus ejus quis.

TH. VI. Extrema Provocatio quale Jus.

Expl. I. Jus illud olim Dictatori datum, ac poſtea ab Auguſto & aliis Imperatoribus uſurpatum.

Fuit quandoq; ab Imperatore malè informato ad melius informandum appellatum.

Sed ineptè, ut demonſtratur.

Idem quandoq; ad Papam vel Concilium factum;

Quod etiam refutatur.

Expl. II. Demonſtratur illos, qui hoc jure ex privilegio utuntur, hâc in re cum Imperatore non conferendos eſſe.

TH. VII. Collatio vel Inveſtitura Feudorum Regalium, eſt quoque ſummæ Majeſtatis ſignum.

Expl. Demonſtratur illud Jus. D.

Feuda illa quare Fahn-Lehn *dicantur.*

Refertur per exempla Inveſtituras tales olim in publicis Conventibus Imperii & Curiis peractas eſſe.

Recenſentur potiſſimi actus talis Inveſtituræ.

Hodiè Caduca illa Feuda reditibus Imperii applicanda ſunt.

TH. VIII. Poteſtas creandorum Regum, Ducum, Principum eſt ſummum Majeſtatis ſignum.

Expl. Demonſtratur illud Jus per Sanctiones & Exempla.

Excipiuntur Electorum creationes.

De Rege Poloniæ Boleslao I. an ille ab Ottone III. Imperatore Rex creatus & coronatus fuerit, diſquiritur.

Auſtriæ Ducatus à Friderico II. Imperatore in Regnum evectus fuit.

TH. IX. Academiarum fundatio & confirmatio ad ſumma Majeſtatis jura ſpectat.

Expl. Tractatur de eô remiſſivè.

TH. X. Jus Stapulam & Nundinas Univerſales conferendi etiam ad illa pertinet.

Expl. Agitur etiam de illis remiſſivè.

TH. XI. Poteſtas concedendi Jus monetandi quoq; eſt de Juribus Majeſtatis.

Expl. Deducitur illud Jus remiſſivè.

TH. XII. Jus conſtituendi Poſtas etiam ad illa referendum eſt.

Expl. Refertur Poſtarum Etymon & origo.

Angaria & angaria, item parangaria quid apud Perſas & Romanos ſignificent.

Quis illas apud Romanos introduxerit & ampliaverit.

Onus illud fuit apud eos patrimoniale.

Curioſi, Curagendarii, Sajones, hippocomi, parochi, Copiarii, mancipes, clabula, quid.

Hodie iis præfectus eſt Supremus Poſtarum Magiſter & ejus Subofficiarii ac miniſtri

Quis iſte in Imperio noſtro.

Olim fuêre quatuor Curſuum publicorum genera, pedeſtris, equeſtris, vehicularis & navalis.

Dromones quæ Naves.

Diplomata quid

TH. XIII. Poteſtas legitimandi liberos naturales, veniam delictis concedendi & famam ac honorem reſtituendi eſt etiam de Juribus Majeſtatis.

Expl. I. Quibus cautionibus legitimatio ab Imperatore peragi debeat.

Qui hodiè ex conceſſione Imperatorum illo jure gaudeant.

Ad quorum Legitimationem Poteſtas Comitum Palatinorum reſtricta ſit.

De Jure Statuum Imperii circa illam agitur.

Expl. II. De Jure veniam delictis concedendi Imperatoribus proprio agitur.

Id tamen hodiè à Statibus Imperii etiam uſurpari oſtenditur, adjecta ſimul illius ratione.

In quibus delictis illud locum habeat, remiſſivè.

Expl. III. Reſtitutionem Famæ & honoris Imperatoribus competere oſtenditur.

Reſtitutio eſt duplex communis vel generalis & ſpecialis.

TH. XIV. Poteſtas veniam ætatis concedendi etiam ad jura Majeſtatis ſpectat.

Expl. Demonſtratur illa poteſtas, & referuntur requiſita illius.

Hodiè venia illa plerumq; & potiſſimum Illuſtribus Perſonis & Nobilibus conceditur.

Comitum Hohenloicorum tota familia tale privilegium habet, ut 18. anno majorennes ſint.

TH. XV. Poteſtas concedendi Jus Civitatis condendæ & muniendi ad eadem pertinet

Expl. De priori remiſſivè.

De poſteriori hic agitur.

TH. XVI. Jus primariarum precum quid.

Expl. Quid de illo diſpoſitum ſit latè adducitur.

TH. XVII. Jus Inducias moratorias Univerſales concedendi etiam ad Imperatoris reſervata ſpectat.

Expl. Deducitur illud & ejus requiſita referuntur.

Speciales vel Locales etiam Status Imperii concedere poſſunt.

TH. I.

Hactenus Imperatoris Conſtitutio & Deſinentia: Sequitur ejuſdem adhuc regnantis Poteſtas, per illam Conſtitutionem, in ipſum tranſlata, *Eſtq; duplex, nimirum illa, quam* cum Conſilio & Conſenſu Electorum, vel Statuum omnium,

omnium, *& quam ipſe* ſolus in præeminentiæ ſignum, quæ ideò etiam *Reſervata* dici ſolent, exercet.

TH. II.

Poteſtas, quam Imperator cum Electorum Conſilio & Conſenſu exercet conſiſtit (1) in indicendis & celebrandis Comitiis Imperii Univerſalibus. (2) In concedendis Vectigalibus. (3) In declaratione Banni Imperialis adverſus Status Imperii (4) in collatione Electoralis Dignitatis. (5) In conceſſione juris monetam cudendi. *Quam verò cum Conſilio & Conſenſu omnium Imperii Statuum uſurpat, conſiſtit primariò* (1) in Legum Imperii Sanctione (2) in indicendo bello & ineundâ pace, & (3) pangendo fœdere. (4) Collectis ordinandis.

Explic.

Q*Voad priorem de* (1) *prac. p.2. ſect.2. c.9. th.5. & expl.1.* (2) *ibid. c.7. th.26. expl.2.* (3) *ibid. c.4. th.5. expl. u.* (2) (4) *ſeq. c.7. th.5. expl.1. &* (5) *prac. p.2. ſect.2. c.9. th.4. expl.2. n.3.*

Quoad poſteriorem verò de (1.) *etiam d. c.9. theſ.19. expl.1. & prac. part.1. c.11. th.8. expl.1.* (2.) *ſeq. part.4. c.1. th.6. in expl. circa f. ac c.12. th.7. expl.1. n.4. &* (3.) *d. part.2. c 9. th.3. expl.1.* actum eſt, quo Lectores remittimus, plura apud *Sprenger. in Jurispr. Publ. p.27.* & *Inſtit. Juris Publ. l.1. c.6. & 7. legi poſſunt.*

TH. III.

Reſervata illa poteſtas eſt, quâ Imperator in præeminentiæ ſignum propriâ auctoritate jura quædam, Majeſtatis ſumma exercere, & pro lubitu circa illa diſponere poteſt.

Explic.

I. H*ippolytus à Lapide in ſuo de Ratione Status tractatu part. 1. c.16. jura ex hac poteſtate Imperatori competentia impropriè Reſervata dici contendit, & quidem eo ſenſu, quaſi Imperator ea ſibi activè reſervaverit*, cum hic nihil juris obtineat, niſi quod Electores nomine Imperii ei in Capitulatione deferant, *illo tamen ſenſu, quaſi* ab Electoribus & Statibus antiquo jure ei paſſim reſervata, id eſt, conceſſa fuerint, *late ita quidem, ſed rectius relicta dici, & hoc modo definiri poſſe.* Quod ſint jura quædam Imperatori in ſignum præeminentiæ ex antiquâ obſervantiâ & vi Capitulationis conceſſa.

Sed illi objectioni ita reſponderi poteſt (1) *quamvis* negandum non ſit, Electores nudâ affectione cum conſideratione aptitudinis in Imperatorem vel Regem Romanorum quendam ex Imperii Proceribus eligere, eiq; pro qualitate Status & conditionis Imperii Leges, fundamenta vel normam regiminis complectentes præſcribere, *inde tamen non ſequi*, Candidatum iſtum iis neceſſariò acquieſcere debere, vel plus, quàm per articulos oblatos primâ vice præſcriptum fuit, ſibi per Poſtulata reciproca reſervare ac impetrare hactenus, antequam perpetua illa Capitulatio confecta non eſt, non poſſe: *Cum enim illa huc uſq; mera Conventio inter Electores & Electum mutua pactione inita ſit, quid ni illa*, quæ Imperator vel ex Anteceſſorum vel propriâ conventione in præeminentiam ita exercet, *Reſervata dici queant? Siquidem in prologis Capitulationum expreſſè continetur*, **daß ſich der König mit den Chur-Fürſten auff nachgeſetzte** *Capitula* **vereinbahret habe**/ de quo etiam *prac. part.2. ſect.2. c.4. th.10.* actum eſt. (2.) *Jura illa inde Reſervata dicta eſſe*, quia antiquis temporibus, ubi Succeſſio adhuc in uſu fuit, Imperatores illa ſibi quaſi propria

A. reſervaverunt, id eſt, nulli Statuum communicaverunt, qua etiam de cauſâ à nonnullis non communicabilia dici ſolent. *Plura videri poſſunt apud Stamler. de Reſerv. Imper.* §.2. ubi nobiſcum ſentire illum in relectione poſtea deprehendimus. *Quamvis etiam citra Imperatoris imminutionem illa in ſenſu paſſivo adducta ſignificatio & explicatio locum habere queat, ita, ut dicamus jura illa Imperatori ab Electoribus & reliquis Statibus in praeminentia ſignum reſervata, id eſt, integra & illibata relicta fuiſſe.*

II. *Licet nonnulli non ignobilis nominis viri Reſervata hac Imperatori in praeminentia ſignum ſolùm, non verò ut Majeſtatis jure competere aſſerant, ex illa ratione, quod* hæc natura & indole ſuâ ſemper eadem ſint ac maneant, illa verò juxta pacta inter Eligendum & Eligentes conventa mutari poſſint ac ſoleant.

Nos tamen cum aliis intrepidè illa ad Jura Majeſta-

B. *tis referimus, ſequentibus moti rationibus, quia* (1) Imperator, ut Majeſtate præditus, adeoque ex poteſtate ſummâ, in illum collocatâ, ea exercet, uti *exempli gratia* in Academiarum conceſſionibus Imperatores *Rudolphus II.* in Privileg. Academiæ Altorphinæ conceſſionem hanc ad Cæſareæ poteſtatis plenitudinem & *Ferdinandus II.* Jus illud ad curas ſupremæ ſuæ Poteſtatis referunt, quod etiam alii Imperatores hoc in caſu in aliis ſuis Privilegiis, uti *Maximilianus II.* in privilegio Gymnaſio Argentoratenſi dato. *Maximilianus I.* in privilegio Academ. Wittebergenſi conceſſo, & alii expreſſerunt. *Simile quid in aliis Imperatorum privilegiis ex. gr. quo ad jus monetandi exercetur.*

(2) *Reſervata illa ipſa ſumma ſunt Imperatoris jura*, quæ ſi ad jura Majeſtatis non eſſent referenda, illum Majeſtate omninò carere ſtatuendum eſſet contra communem ſcientiam & *abſurdum conſequens* inde reſultaret, illum, qui inter omnes Reges & Principes

C. ſummus eſt, & aliis Regalem Majeſtatem conferre poteſt, ipſummet Majeſtate carere.

Nec obſtat (1) *quod* Imperator non omnia illa Reſervata ex plenitudine poteſtatis exercere poſſit, ſed conſenſum vel Electorum vel Statuum requirere ad illorum conceſſionem validam teneatur.

Reſpondetur enim primò Majeſtatem eſſe ex illorum genere, quæ ex modo habendi æſtimari debent, adeoque Majeſtatem etiamſi non omnia abſolutè perficere queat, ſed reſtrictam in quibusdam habeat poteſtatem, nihilominus ſummam eſſe & dici poſſe, ſi in illa Rep. alius majorem non habeat, ut præc. *cap.3. theſ.8. expl.1. ſub quaſtione* 1. latius deductum eſt.

Secundò Electores & Status in conceſſione illorum non concurrere ut poteſtatis vel juris illius participes vel conſortes, ſed *Electores quidem* ut ejus Conſiliarios, in curarum partem adjunctos, *Status verò reliquos*, ut

D. omnes ſimul Imperii ſaluti ac commodo, & Juribus quisque ſuis invigilare poſſit, ne Imperator per illorum abſolutam & immodicam, importunis petentium precibus extortam quandoq; conceſſionem, tam totius Imperii commodis, quàm cujusq; juribus acquiſitis contra jura noceat, vel inſcienter nocere poſſit, de quo videri poteſt *Capitulatio Ferdinandi III.* §.25. *Et nihilominus tamen conſenſu hoc obtento Imperator ſolus conceſſiones tales largitur ac Sigillo ſuo munit.*

(2.) *Quod* in Capitulationibus quandoq; hæc Clauſula à parte Imperatoris adjecta **Wir ſollen und wollen auch/ ohne** *Collegial-***Rath/ Wiſſen/ Willen und Zulaſſen/ ꝛc.** & in Receſſibus Imperii non diſſimilis reperiatur, adeoque inde clarè pateat, Imperatorem hic Electorum & Statuum conceſſionem vel voluntatem obſervare debere.

Reſpondetur enim, tàm in Capitulationum, quàm in Receſſuum Imperii confectione duas concurrere partes, in priori ſcilicet Imperatorem & Electores, in

poſteriori Eundem ac Status, adeoq; Imperatorem ad omnium illorum, quæ inter ipſum, Electores & Status pacta, conventa, concluſa ſunt, obſervationem omninò vi tractatuum & promiſſorum obligatum eſſe. *Aliter autem* ſe rem habere in juribus illius Majeſtaticis, quæ pro ipſorum diſcrimine, aut liberrimâ voluntate ſolus exercet.

TH. IV.

Inter Reſervata hæc numeranda ſunt (1) Superioritas Majeſtatica. (2) Extrema provocatio, eique connexa poteſtas concedendi alicui Statui privilegium de planè non vel ultra certam ſummam ſaltem appellandi (3) Inveſtitura vel collatio omnium Feudorum Regalium. (4) Creatio Regum, Ducum, Principum & ſimilium. (5) Fundatio plena & libera confirmatio à Statibus Imperii deſtinatarum Academiarum (6) Poteſtas concedendi Jus Stapulæ & Nundinarum Univerſalium. (7) Poteſtas concedendi facultatem cudendæ monetæ. (8) Poteſtas conſtituendi Poſtas. (9) Poteſtas legitimandi, veniam delictis concedendi & famam & honorem reſtituendi. (10) Poteſtas veniam ætatis concedendi. (11) Poteſtas largiendi jus Civitatis condendæ. (12) Jus primariarum precum. (13) Jus indulgendi inducias moratorias univerſales.

TH. V.

Superioritas Majeſtatica vel independens eſt Jus quo Imperator nulli Mortalium ſubeſt, unde κατ᾽ ἐξοχὴν ipſi ſoli nomen Principis competit.

Explic.

I. *INter Chriſtianos Principes ut præc. c.2. th.1. expl.1. n.6. & 7. dictum nemo Chriſtianorum Principum Imperatori quæſtionem Status movet, Id tamen Pontifices Romani ut Eccleſiaſtici, attentare auſi ſunt, pro Deo mandato & Supremis orbis Principibus ſe venditantes. Unde Juri Canonico c. ſolicita G. §. præterea De Major. & obed. & c. duo ſunt 10. Diſt. 96. Papæ ſe ipſos auro & ſoli, Imperatores verò plumbo ac Lunæ comparant, addentes, uti aurum plumbo & Sol Lunæ præſtat, ita ſe quoq; Imperatoribus præſtare. Quod quo ad Eccleſiaſtica cum Secularibus comparata aliquomodo excuſationem admitteret, niſi ſimul Papæ poteſtatem ſuam Eccleſiaſticam etiam ad Secularem extendere conati fuiſſent, ſiquidem Bonifacius VIII. in c.1. de Major. in Extravag. com. Sibi duos gladios Spiritalem & temporalem tribuit, cum poteſtate judicandi ſuper omnia & eſſe exemtum ab aliorum judicio. Et Clement V. in c. paſtoralis de Sent. & Rejudic. in fine, expreſſè ſtatuit, ſe tanquam Papam habere ſuperioritatem ad Imperium, & poteſtatem illi vacante Imperio ſuccedendi, & ex illâ a Chriſto in Perſonâ Beati Petri conceſſâ plenitudinis poteſtate ſententiam ab Imperatore Henrico adverſus Robertum Siciliæ Regem latam irritam, inanemq; declarandi. Ex quo principio etiam fluit, Imperatorem eſſe Pontificis Vaſallum; Unde Innocent. II. Papa Lotharium Imperatorem in Lateranenſi Baſilico, quaſi Vaſallum ad pedes ipſius proſtratum, & coronam ab eo accipientem depingi curavit, hic ſubſcriptis verſibus,*

Rex venit ante fores, jurans prius Urbis honores,
Poſt homo fit Papæ, ſumit quo dante Coronam.

Ut ex *Radevico lib.1. c.10. & ſeq.* ac aliis Hiſtoricis conſtat.

Quod inſuper Papa ex Juramento Fidelitatis ab Imperatoribus illis præſtari ſolito Clement. Romani de Jurejur. deducant, cum tamen id non ſubjectionis vel Fidelitatis, ſed protectionis & Fidei Chriſtianæ ſervandæ ac propagandæ ſit, de quo latè videri poteſt *Reinking de Regim. Secul. & Eccleſ. Lib.1. cl.2. c.5. n.1. & ſeqq. Carpz. de Lege Regia cap.2. Sect.7. per totum Goldaſt. in Replicâ pro Sacra Cæſar. Majeſt. contra Gretſer. c.16.* & alii *Licet Clemens V. in d. c. id ita ſed ut Teſtis in re propria, adeoq; meritò ſuſpectus, vocet.*

Et tandem ex jure Coronandi d. Clement. Romani de Jurejur. & aliis Canonibus probant. Sed hoc jam *præc. cap.3. th.12. expl.1. ſub Coronatione Romanâ n.* (5) abunde refutatum eſt.

Verùm arrogatam poteſtatem & præeminentiam hanc tam circa Eccleſiaſtica, quam circa Secularia, tanquam novum commentum & circa annum Chriſti 606. cum Imperator Phocas Bonifacio III. Oecumenici Epiſcopi Titulum ac dignitatem, ut tradit *Paulus Diaconus lib.4. de Geſt. Longob. c.37.* conferret, primum ortam, ſicut hoc eruditè oſtendit *Cruſius de Præeminentia Lib.2. c.1. & in ſpecie n.18. & ſeq. Imperatores aliquot poteſtatem ſuam in Pontifices ipſos exercendo abundè deſtruxerunt: imo etiam ipſimet Pontifices ſubjectionem ſuam agnoverunt. Ita enim Hadrianus Papa* Se & Concilium Carolo Magno ſubjecit, eiq; Poteſtatem dedit eligendi Pontificem ac ordinandi Apoſtolicam ſedem, nec non omnes Archiepiſcopos & Epiſcopos inveſtiendi, *addens*, neminem illorum, niſi ita inveſtitum, conſecrandum, & qui contra illud Decretum ageret, anathematis vinculo innodandum, ac non reſipiſcentem bonorum publicatione multandum eſſe, ut *verba c. Hadrianus 22. Diſt. 63. ſonant.*

Eodem planè modo Ottoni I. & ſucceſſoribus ſe ſubmiſit Leo VII. vel VIII. Pontifex ſecundum c. ſequens 23. ejuſdem diſtinctionis, & idem confeſſus eſt Leo IV. Papa præceptis & capitulis Lotharii I. Imperatoris ſe planè ſubjiciens in c.9. diſt.10. & Gregor. VI. in Oratione ſua apud Malmesbur. l.2. de Geſtis Reg. Angl. c.13. f.84. De quo etiam agit Platina in vitâ illius ac Panvinius in vitâ Gregorii VII. Marſilius Patavinus in Defenſore Pacis Goldaſt. in d. Replic. c.29 Bœcler. de Rebus Seculi a Chriſto nato IX. & X. ſub Carolo M. p.36. & ſeqq. & Petrus de Marca de Concordia Sacerdot. & Imperii Tomo 2. l.8. c 20. & ſeq. Sic cum Papa Sergius II. inconſulto Imperatore Lothario I. electus & conſecratus fuiſſet, ac peſſimè ſuum Pontificatum adminiſtraſſet, *Imperator illum per filium Ludovicum Regem Romam miſſum cum magno exercitu ad obedientiam præſtandam coëgit, ut legi poteſt apud Gold. Tom.3. Conſt. f.269. & ſeq. Similitèr Otto I. Imperator cum conſenſu* Concilii Johannem XIII. al. XII. Papam depoſuit, ſubſtituto Leone, & Cives Romani (ſub quibus ſimul comprehenſi fuerunt Clerici, ut patet ex *Luitbpr. l.6. Hiſtor. c. ult.*) jurarunt, nunquam ſe Papam electuros, aut ordinaturos præter conſenſum & electionem ſuam puta Imperatoris filiique ejus, ut conſtat ex *Eodem d. l. c.6.* & ſeqq. ac *Platinâ & Panvinio dd. ll.* nec non *Theodor. Niem. de Juribus ac Privileg. Imperii ac l.3. de Schiſmate c.9.*

Hujus filius Otto III. Imperator Sylveſtrum II. Papam conſtituit, ut poſt alios fatetur *Baronius Tomo X. Annal. ad Ann. 999. n.2.* Atque hoc jus omnes deinceps uſurparunt Imperatores Papæque admiſerunt, uſq; ad Henricum IV. & Gregor. VII. Papam, primò Hildebrandum dictum, famoſum illum Jurium Imperatoriorum deſtructorem, & poteſtatis in Imperatores, Reges & Principes uſurpatorem, de quo *Otto Friſing.* ita ſcribit *l.6. Chron. c.35. Lego & relego Romanorum Regum & Imperatorum geſta, & nuſquam invenio quenquam ante hunc Henricum à Romano Pontifice excommunicatum & Regno privatum.* De quo

quo latè agit *Garſenius in Ruminat. Juris ab Imperatoribus in approbandis confirmandisq; Pontificibus uſurpati.*

Nec vero Hildebrandus ille Imperatori Jus conſtituendi Papam, *ſed etiam* Jus conſtituendi & inveſtiendi Archiepiſcopos, Epiſcopos & Abbates & inferiores Eccleſiaſticas perſonas in Concilio Romæ congregato ademit, & contrarium facientes anathemati ſubjecit ſequenti conſtitutione: *Conſtituimus, ut ſi quis deinceps Epiſcopatum Abbatiamq; de Manu alicujus Laicæ perſonæ ſuſceperit, nullatenus inter Epiſcopos vel Abbates habeatur, neq; ulla ei ut Epiſcopo aut Abbati audientia concedatur. Inſuper ei & gratiam B. Petri & introitum Eccleſiæ interdicimus, quousq; locum, quem ſub crimine tam ambitionis, quam inobedientiæ (quod eſt ſcelus Idololatriæ) cepit, reſipiſcendo non deſerit. Similiter etiam de inferioribus Eccleſiaſticis dignitatibus conſtituimus. Si quis item Imperatorum, Regum, Ducum, Principum, Comitum, vel quilibet Secularium Poteſtatum Inveſtituram Epiſcopatuum, vel alicujus Eccleſiaſticæ dignitatis dare præſumſerit, ejusdem ſententiæ vinculo ſe eſſe ſciat obſtrictum. Quæ etiam in Jus Canonicum relata eſt, & exſtat in cauſ. 16. quæſt. 7. c. 12. De hac materiâ lege etiam Walthram. Epiſcop. Naumb. in Tr. de Inveſtit. Epiſcop. apud Goldaſt. in Apolog. pro Henrico IV. p. 226. & ſeqq. & adde quæ Idem in Replicatione pro Imperio c. 13. congeſſit.*

De hujus Canonis conſtituendi cauſâ impulſivâ & occaſione ac effectu legi poteſt Conring. de Conſtit. Epiſcop. theſ. 50. & ſeq.

Eandem parum mutatis verbis repetiit in Concilio Beneventano ejus Succeſſor *Victor. III. & Baronius in Annal. Tom. XI. ad ann.* 1087. n. 13. narrat, qui etiam non diſſimiles *Urbani II. ad ann.* 1090. *n.* 4. *& Paſchalis II. Tomo XII. ad ann.* 1107. recenſet. *Calixti ſimile decretum anno* 1119. in Concilio generali Remenſi latum refert *Hoveden. Ann. Angl. p. 1. ſub Henrico I. Plures ejusmodi canones exſtant. in d. quæſt. 7. c. 13. 14. 16. 17. 20. & 25.*

Sed Imperator ille Henricus IV. huic Hildebrando Pontificatum per mandatum Imperiale cum conſenſu omnium Statuum abrenunciavit, ut ejus verba ſonant apud *Gold. in Conſt. Imper. Tomo I. f. m. 49. & ſeq. ubi* aliam adhuc Epiſtolam ad eundem ſcriptam refert, quæ inter alia continet hæc verba: *Tu in ipſam Regiam poteſtatem Nobis à Deo conceſſam exſurgere non timuiſti, quam à nobis auferre auſus es minari, quaſi nos à te regnum acceperimus, quaſi in tua & non Dei manu ſit regnum vel Imperium.*

Subſequentes quoq; aliquot Imperatores eandem Pontificibus denegarunt, ut legi poteſt *de Friderico I. apud Radevicum de illius rebus geſtis l. 1. c. 10. & l. 2. in f. & Mutium l. 18. f. 145. & ſeqq. de Friderico II. in Epiſtolis Petri de Vineis l. 1. Epiſt. 1. & ſeqq. de Ludovico IV. apud Goldaſt. in Conſtit. Imperial. Tomo I. f. 90. Tomo 3. f. 409. & ſeqq. & Tomo unico f. 324. & ſeqq. Quibus jungi poteſt Gregorius M. in Epiſt. 38. ad Johannem Conſtantinop. ab Agrippâ de Vanitat. Scientiar. c. 92. citatus ac Philippi Pulcri Gallicarum & Waldemari Daniæ Regis Pontificibus data & præc. c. 3. theſ. 17. expl. 2. relatæ reſponſiones,* & quæ congeſſit *Gold. in Replicâ pro Sacra Cæſar. Majeſt. adverſus Gretſer. d. c. 13. p. 154. & ſeqq. ac Lentulus de Statu Rei Romanæ l. 5. c. 3. 4. & 5.*

Mirandum hinc eſt, Maximilianum I. Imperatorem Pontificatum tanto ardore ambiiſſe ut præc. cap. 2. th. 1. expl. 1. ante finem demonſtravimus.

II. *Eſt vero effectus hujus Superioritatis Majeſtaticæ, quod* (1) Imperator noſter in omnes & ſingulos Imperii Status ac ſubditos ſummam exerceat jurisdictionem ut *præc. c. 1. th. 5. expl. 4. in pr.* demonſtratum eſt, quâ de causâ à multis Dd. traditur Imperatore præſente

A. Statuum jurisdictionem quieſcere, idque *exemplo Papæ*, quo præſente Epiſcopi munus quieſcit *argum. c. 14. & 38. de Præbend. in 6 & Regis Galliæ*, quo præſente auctoritas & Imperium Parlamenti nullum eſt, & omnia Magiſtratuum imperia etiam conquieſcunt, teſte *Bodino l. 1. de Republ. c. ult. p. m. 255. & auctoritate Juris Saxonici l. 3. art. 60.* ibi In welche Stade der Königkomt/da ſeynd ihm alle Gerichte geöffnet / und muß der Unter-Richter zu richten einhalten. *Zobel. de different. Jur. Civ. & Saxon. 1. parte 1.*

Unde judicio Ziegleri apud Reinking. l. 1. cl. 5. c. 7. n. 4. veriſimiliter ortum, quod Imperatore fines alicujus civitatis appropinquante, claves portarum ipſi offerri ſoleant.

Verum prius hodiè non obſervari ex praxi, inprimis civitatum Imperialium, in quibus comitia celebrari ſo-
B. *lent, demonſtratur à Reink. d. l. n. 11. & patet ex iis, quæ præc. p. 2. ſect. 2. c. 9. th. 21. & in expl. deducta ſunt.*

(2) *Ab illis* ſum̃a veneratione afficiatur, de quâ *præc. p. 1. c. 6. th. 2. expl. 1.* actum eſt. *Et ideo* in conceſſionibus Privilegiorum, jurium & immunitatum ſemper illam excipiat, ut notum eſt, & legi poteſt poſt *Mingium de Superior. Territ. c. 4. concl. 54. apud Carpz. de L. Regia German. c. 1. ſect. 13. n. 15. & cap. 9. ſect. 10. n. 13. Limn. l. 4. c. 8. n. 184. & ſeqq. & alios. Exercetur illa* nomine Imperatoris per duo ſuprema Judicia Aulicum Imperatorium & Camerale, ut illud *ſeq. c. 5. th. 4. expl. 1. 2. & 6. & præc. p. 2. ſect. 2. c. 4. th. 7. & expl.* demonſtravimus.

TH. VI.

Extrema provocatio eſt ſummum Majeſtatis Symbolum, dum ita ſupremum Tribunal, ultra quod provocare non licet, Imperator
C. ſibi proprio jure & Majeſtatis vi vindicat.

Explic.

I. *JUS hoc ſupremæ Provocationis olim Dictatori Romano in ſignum Majeſtatis & Præeminentiæ datum fuiſſe ex Livio l. 2. c. 29. & l. 3. c. 20. & Halicarn. l. 5. c. 72. & l. 7. c. 52 conſtat. Cum verò illa poſt Cæſaris necem abrogata eſſet teſte Dione l. 44. f. m. 267 Imperatores ad inviolabilitatem & ſummam poteſtatem eò rectius & ſine invidiâ ſibi comparandam dignitatem tribunitiam, & quidem perpetuæ poteſtatis ſibi, teſte de Auguſto Tac. l. 3. Ann. 56. & Dione l. 53. f. m. 508. & 518. adſciverunt, ut de illo etiam & Tiberio refert Sueton. in vitâ illius c. 27. hujus vèrò c. 16. & Tac. l. 1. Ann. c. 3. 7. & 9. Qui tamen ſub Nerone L. Ann. 14. c. 28. refert ad Senatum etiam provocari potuiſſe, eodem modo, uti ad Imperatorem.* De quo ex antiquitate multa attulit *Bodin. l. 1. de Republ. d. c. ult. ſub quarto capite Majeſtatis.*

D. *Licet ergo Extrema Provocatio ſignum, ut dictum, Majeſtatis ſit l. 1. ff. à quibus appellare non licet: Contigit tamen 1. quandoq; à Cæſare malè informato, ut dicunt, ad melius informandum appellatum fuiſſe, ut ex aliis refert Limn. l. 2. c. 9. n. 110. & Tom. V. ibid. n. 111. ubi narrat: Ferdinandum Archiepiſcopum Colonienſem Anno 1640. ita appellaſſe, ſed Conſilium Aulicum illam rejeciſſe, ac Notarium, qui circa illam Inſtrumentum confecerat, per annum integrum ab officio ſuſpendiſſe. Aliud exemplum de anno 1628. refert Reinking l. 1. cl. 5. c. 10. n. 61.* ubi conſuli poteſt, cui junge *Stamler. de Reſerv. Imperatoris §. 42. & Klock. de Contribut. c. 3. n. 99. & ſeqq.*

Sed reſpondemus 1. factum illud non appellationem ſed ſupplicationem dicendum, *quoniam* ab uno Magiſtratu ad eundem nulla datur Appellatio ut ex Jure notum, *& ideò 2. Imperatorem* in tali caſu de jure non obligari, ut ſententiam ſuam corrigat, teneri tamen in conſcientia, ut hoc faciat, ſi æquitas vel ſana

ratio id poſtulet, exinde autem ejus ſupremæ jurisdi- A. ctioni vel poteſtati à provocatione liberæ nihil præjudicari, de quo latius *Limn. in ſeqq. numeris* conſuli poteſt.

2. *Ab eodem quandoq; ad Papam vel Concilium appellatum fuiſſe*, uti quo ad poſterius *Ericus Dux Lauenburgenſis* in cauſâ adempti ſibi ab Imperatore Sigismundo Electoratus fecit, ut refert *Goldaſt. Tom. 3. Conſt. Imper. f. m. 440. Sed etiam hic regerimus quo ad utrumque* nullam ſive effectu deſtitutam eſſe talem appellationem, cum *quo ad prius* Imperatores non ſolùm Pontifices Superiores non agnoſcant, ut notum & jam *præc. th. 5. expl. 1.* notatum eſt; ſed etiam tale auſos ſeverè punire ſoliti fuerint. *Sic enim jam olim* nempe circa annum 1151. Conradus III. Romanorum Rex Trajectenſes ad Papam provocantes Majeſtatis reos declaravit & multavit ut refert *Friſingenſis de geſtis Friderici I. L. 1. c. 62. & L. 2. c. 4.* & in Camerali Judicio ab illo ad B. Pontifices appellantes multâ 100. marcarum puri auri affici refert & exemplo probat *Thom. Michael de Jurisdict. concl. 74. Auth Deciſ. Cameral. ſub tit. Appellare quibus &c. f. 31. & Limn. d. l. n. 101. & ſeqq.* ubi hic mulctam iſtam in *Ordin. Cameral. p. 3. tit. 51.* ſtatutam eſſe ſcribit, ſed ibi illam reperire nequivimus.

Quo ad poſterius quoq; Imperatores tali appellationi nihil deferant, uti etiam Sigismundus prædictam appellationem in Comitiis Imperii Ulmenſibus publico edicto pro nullâ declaravit, ut legi poteſt *apud Gold. d. Tom. 3. Conſtit. Imper. f. m. 440.*

II. *Diximus Jus hoc extremæ Provocationis Imperatori vi majeſtatis competere, ut Electorum privilegium de non appellando ab illo ſecernamus, quia eo ipſo*, dum ex privilegio Imperatorum illud Jus obtinent, clarum eſt, illud ipſos vi Majeſtatis non uſurpare, de illo verò *ſeq. c. 5. th. 4. expl. 2. & alibi* dictum eſt. *Sicuti etiam privilegium Sabaudiæ Ducum à Carolo IV. Imperatore &* C *Succeſſoribus eatenus conceſſum*, ut ad illos tanquam perpetuos & generales Imperii in Italia Vicarios omnes appellationes, quæ aliàs ad Imperatores ipſos directæ fuerunt, dirigi & ab aliis abſq; contradictione appellantium ſub pœna congrua contradicentibus imponenda plenè decidi debeant, ut pluribus legi poteſt in ipſis diplomatibus apud *Auctorem Diarii Europæi parte 1. p. m. 712. & ſeqq. ab iſto Majeſtatis jure hic ſeparamus.*

TH. VII.

Inveſtitura vel collatio feudorum regaliũ quoque ſummæ Majeſtatis Signũ infallibile eſt.

Explic.

QUin hæc *infeudatio* ſummæ Majeſtatis ſignum infallibile ſit, nullum eſt dubium, quoniam inter ejus effectus primarios refertur, & ideò etiam *à Carolo* D. *IV. in A. B. c. 5 §. expreſſe reſervata eſt.*

Dicuntur Feuda illa ſecularia **Fahn-Lehne**, *quia ab antiquo ab Imperatoribus per vexillorum traditionem, ſicut regna per gladium conferri ſolent, ut conſtat ex Ottone Friſing. de rebus Friderici I. Imper. L. 2. c. 5. & Günthere in Ligur. L. 1. ante fin. ibi.*

Ergò ibi vexillo partem, quam diximus, ille,
Hic autem gladio regnum ſuſcepit ab ipſo,
Hunc etenim longo ſervatum tempore morem
Curia noſtra tenet.

Ubi notandum, quod olim & adhuc præterito Seculo tales inveſtituræ & quidem vel poſt Coronationem Imperatorum, vel in Comitiis Imperii publicis, vel etiam aliàs in ſolemnibus curiis publicè peractæ fuerint, ut ex exemplis inveſtiturarum talium Borſi Ducis Ferrarienſis ita Ferrariæ anno 1452. inveſtiti apud Modium in Pandectis Triumphalibus tomo 1. l. 4. c. 14. Ducum Pomeraniæ Georgii & Barnimi: & Gualtheri Crombergii Pruſſiæ A. *Adminiſtratoris ac Magiſtri in Comitiis Imperii Auguſtanis anno 1530, inveſtitorum apud Goldaſt. in Polit. Imper. parte 6. n. 3. & 4. ac Caroli Burgundiæ Ducis à Friderico IV. Treviri inveſtiti apud Birckenan Hiſtor. Auſtriacâ l. 5. c. 21. f. 777. & ſeq. necnon Mauritii Electoris Saxoniæ anno 1548. in Comitiis Imperii ibidem celebratis inveſtiti apud eundem ſeq. n. 5. Mameranum in ſpeciali Deſcriptione illius inveſtituræ in opere Hiſtorico Schardii Tomo 2. f. m. 1667. & ſeqq. & Sleidanum L. 20. f. m. 576. & ſeqq. relatis conſtat.*

De ceremoniis in creatione Ducis Eberhardi VVirtenbergici adhibitis in Comitiis VVormatienſibus anno 1495. celebratis vide Hortled. de Cauſ. Belli German. l. 1. c. 3. f. m. 614.

Quibus item ceremoniis Imperator Ferdinandus II. in Comitiis an. 1623. Ratiſponæ habitis 15. (25) Februarii Maximiliano Bavariæ Duci Dignitatem Electoralem B. *contulerit, legi poteſt apud Bellum* **In den Öſterreichiſchen Lorberkrantz** *l. 7. f. m. 736. & ſeqq. Plures tales actus ſolemnes refert Herzog in Chron. Alſatiæ l. 2. f. 153. & ſeqq.*

Ex quibus notanda ſequentia 1. in talibus actibus tunc Imperatori Solium in excelſo tabulato publicè, id eſt, in foro vel ampla platea, coram illius palatio vel curiâ exſtructum, illudque tapetibus precioſis ornatum fuiſſe. 2. *Imperatorem cum præſentibus Electoribus & Principibus* ex palatio verſus illud, ſi aliquantum diſſitum, ſe equis, ſi verò propinquum eſſet, pedibus contuliſſe, *& Cæſarem quidem Imperatorio, Electores autem Electorali pallio ornatos* per pontem in tabulatum iſtud aſcendiſſe, *ita ut* ſeculares vel abſentium Legati inſignia competentia geſtando illum præceſſerint, ac Eccleſiaſtici ſecuti fuerint: *eoque facto Imperatorem in thronum ſuum, Electores vero & abſentium Legatos ſolia competentia ab utroq; latere & reliquos Principes etiam* C *deſtinata Subſellia occupaſſe. 3. Illo peracto quosdam nobiles ex Familiâ inveſtiendi pernicibus equis accurriſſe & circa thronum Imperatorium ſubſtitiſſe, & poſtea aliquot Principes a parte illius etiam ſtantes equis advectos de iis deſcendiſſe, & in tabulatum aſcendendo, unum ex his Sacram Cæſaream Majeſtatem genibus flexis rogaſſe, ut inveſtiendo Principi Feudum & Regalia conferri vellet.* Et cum id Imperator per Archi-Cancellarium Imperii Electorem Moguntinum annuiſſet, illum humillimas gratias agendo clementiſſimam declarationem inveſtiendo retuliſſe. 4. *Tunc alterâ vice prædictos Nobiles* veloci curſu throno Cæſareo appropinquaſſe, *ac tertiâ vice inveſtiendum cum Sodalibus ſuis egregiè ornatis & ſingula vexilla frontibus vel capitibus ac caudis* (in inveſtitura tamen dicti Electoris Mauritii ab equitibus vexillula Electoralia etiam pileis impoſita fuerunt) D. *affixa habentibus equis*, ac prælatis à nobilibus inſignioribus Imperiali & tot aliis vexillis, quot Principatus inveſtiendus habuit (illorum enim in ſingulis depicta fuére inſignia) magno numero, ita ut illorum in *dicti Mauritii Conſortio* 120. *fuerint*, tabulatum circumcurſitando, accepiſſe, & ab iis deſcendendo ſe ad thronum Cæſareum contuliſſe, ibiq; cum Sociis Principibus in genua procumbentes, *per aliquem horum inveſtituram ſupplicibus verbis iterum petiiſſe, Imperatorem verò per Moguntinum denuò ſuam voluntatem declaraſſe. Inde 5. Imperatori* plerumq; per Archi-Cancellarium vel Vice-Cancellariũ Imperii & Epiſcopum quendam in genua quoq; ſe ſubmittentes *Librum Evangeliorum apertum* in genua poſitum eſſe, ac inveſtiendum poſitis in Librum iſtum dextræ duobus digitis prælegente Moguntino *juramentum præſtitiſſe; Eoque abſoluto dictum Imperii Vexillum, cum reliquis allatum, eaq; omnia* inveſtiendo in ſignum vel teſtimonium

colla-

collatorum Principatuum infernè tangenda *tradita*, & tunc *iis*, qui illa aſportaverunt, *reddita, atque poſtea, quandoque*, ut in inveſtitura Mauritii factum, *ab Imperatorio Heroldo in promiſcuam multitudinem projecta; ab Inveſtito verò inſuper nodum gladii nudi ab Imperatore manu comprehenſum, oſculatum & inſignem altius impoſitum fuiſſe*; Inveſtito tunc humillimâ cum reverentiâ recedente.

Sicuti etiam reſignatio Feudorum talium coram Imperatore traditis vexillis facta eſt, ut ejus exemplum in Henrico Auſtrio & Bavarico refert Brunnerus in Annal. Bojorum L.127.p.m.387. Regnorum verò abdicatio coram Imperatore per porrectum gladium facta eſt, ut exemplo Gvvotonis Daniæ Regis conſtat, apud Friſing. L. 2. de geſtis Frider. I. Imp. c. 5.

Verùm ſolemnitas illa hodie non amplius obſervatur, dum inveſtitura Electorum & Principum in conclavi Equeſtri aulæ Imperatoriæ **der Ritter-Stuben** ab Imperatore ita perfici ſolent, ut inveſtiendus per duos Principes regnantes in id & ad thronum erectum ter genibus flexis introducatur, & ante Imperatorem ingenua procubus prælegente Vice-Cancellario juramentum poſitis in apertum Evangeliorum librum duobus dextræ digitis præſtet, eoque peracto capuloque nudati gladii ab Imperatore manu geſtati oſculato trinâ vice genua flectendo & facie ad Imperatorem verſâ recedat, ut aliquoties vidimus: *Comites verò & Barones* plerumque coram Deputatis ex Conſilio Aulico juramentum præſtent & ab uno horum inveſtiantur, ut etiam refert *Sprenger. in Lucernâ Imper. c. 2. p. m. 178. & ſeq. quod procul dubio ob eundem reſpectum in inveſtituris Abbatum & Præpoſitorum principum dignitate non gaudentium etiam obſervatur.*

Quomodo inveſtitura Archiepiſcoporum & Epiſcoporum ac Abbatum & Prælatorum Principum ab Imperatoribus olim peracta ſit & nunc peragatur præc. P. 2. ſect. 2. c. 9. th. 7. expl. 2. n. 1. & ſeq. ſect. 2. c. 2. th. 4. in expl. n. 1. retulimus, & *Limn. l. 4. c. 7. n. 32.* memorat.

Monendum hic hodiè vigore Capitulationum Caroli V. art. 24. Ferdinandi I. art. 23. & ſeqq. ab Imperatoribus Feuda inſigniora Imperii vacantia vel caduca non amplius conferenda, ſed ad uſus & neceſſitates Imperii & Imperatorum adminiſtranda eſſe, uſque dum illud ad meliorem fortunam perveniat. *Sed illud vix obſervari.*

TH. VIII.

Succedit nunc connexum *Ius Creandorum* Regum, Ducum, Principum & ſimile itidem certiſſimum ſummæ Majeſtatis teſtimonium.

Explic.

I*Mperatorem ſolū omnes tales dignitates majores, excepta Electoriâ dignitate* (quam neq; de novo & propria auctoritate ulli concedere neq; vacantem in alium abſque Electorum conſenſu transferre poteſt, ut *ſeq. c. 7. th. 5. expl. 1.* demonſtratum eſt) benè meritis & dignis conferre poſſe jam *præc. part. 1. c. 5. th. 5. in expl. 1.* notatum eſt, & *cùm ex Capitulationibus Ferdinandi III. art. 47. & ſequentium Imperatorum, tum ex praxi per exempla ſeq. c. 7. th. 8. expl. 2. & th. 14. in expl. congeſta quodammodo conſtat.*

Ita enim Henricus IV. VVratislaum, poſtea Sanctum dictum Bohemiæ Regem creavit, ut ex *Coſmâ Pragenſi l. 2. Chronici ad annum* 1086. patet & *ſeq. c. 6. th. 7. in explic. n.* (4.) *latius* deductum eſt.

Otto I. Imperator Haraldum Regem Daniæ & quidem inter Chriſtianos primum, per modum inveſtituræ in regno facta, creavit, ut narrat *Adamus Bremenſis in Hiſtor. Eccleſ. l. 2. c. 2.* cui adde *Helmoldum in Chron. Slavor. l. 1. c. 9. Alii quidem Scriptores Fridericum I. Imperatorem Petro Daci axioma regiū conceſſiſſe tradunt*, A. moti auctoritate *Friſing. d. c. 5. Sed hic rectè inſpectus* non illud, ſed hoc refert, Fridericum illum litem, quæ de regno Daniæ inter Petrum & Gwotonem Conſanguineos mota erat, pro Petro decidiſſe, huncque illi fidelitatem & hominium præſtitiſſe.

Quod Poloniæ Reges concernit, ſcribit Dugloſſus, (qui Canonicus Cracovienſis & anno 1480. mortuus fuit) *Tomo I. L. 2. f. m. 124. & ſeq. & Mechovius L. 2. Chron.* c. 4. deſcribentes ſimul integrum actum illum, ubi prior ſimul addit, aquilam candidam ſimul illi & univerſo Poloniæ regno pro inſigni dediſſe nec non *Decius in Vetuſtat. Polon. f. m. 22. Cromer. L. 3. poſt pr. ac Neugeb. L. 3. Hiſtor. Polon. poſt. pr. Boleslaum I. Chrobri dictum ab Ottone III. Imperatore Gneſnæ ſolenniter in Regem creatum & coronâ redimitum fuiſſe. Quod etiam*

B. *inde probatur, quia* Poſnaniæ in Templo cathedrali exſtat vetuſtiſſimis & antiquitate arroſis literis tumulo illius Boleslai inſcriptum Epitaphium ſequens, ſed excerptum ſaltem.

Tu poſſodiſti velut athleta Chriſti
Regnum Slavorum, Gothorum ſeu Polonorum
Cæſar præcellens a te Ducalia pellens

& paulò poſt in fine

O famam bonam tibi contulit Otto coronam
propter lactamen ſit tibi ſalus, amen!

ut refert *Lubiensky in vitâ Martialis Epiſcopi Plocenſis Folio 315. operam.* Illud tamen anno 1664. renovatum eſſe percepimus.

Et licet illud non contemnendis rationibus neget Conring. de Finibus Imperii, c. 18. deducens Boleslaum quidem I. à Papa coronam petiiſſe, ſed ab Henrico II. impeditum fuiſſe. Sub Conrado tamen Imperatore ſe proprio auſu Regem nominaſſe, & mox mortuum; Ejus verò

C. filium minorem Ottonem à Miſcone fratre expulſum, à Conrado iſto reſtitutum & titulo Ducis ornatum fuiſſe, & Boleslaum II. Caſimiri filium anno 1077, rejecto Ducis titulo, auſu etiam proprio, regium nomen aſſumſiſſe, ac paulo poſt in Hungariam aufugiſſe, omneſque ſucceſſores iterum Ducis nomen uſurpaſſe, *uſque ad Primislaum II. & hunc demum* tempore Friderici II. Imperatoris regium axioma iterum auſu proprio ſibi tribuiſſe, & excuſſo Imperii obſequio ad poſteros transmiſiſſe; ubi cum *Hartknochio in Republ. Polon. l. 1. c. 2. §. 7.* ferè eadem referente legi poteſt.

Attamen inde ſat cauſa non habemus, cur dictis gravibus auctoribus & teſtimoniis publicis contra Regni & Regum auctoritatem teſtimonium deponentibus fidem derogemus, præſertim cum id in Imperii noſtri præcellentiam fiat, & aliàs Polonici Scriptores in illâ minuendâ admodum occupati ſint. Et quanquam ve-

D tuſtiſſimus Polonicorum Hiſtoricorum *Vincentius Kadlubko in Chron. l. 2. Epiſt.* 11. tradat, dictum Imperatorem Ottonem Poloniam ingreſſum, Imperiale Diadema detractum capiti Boleslai non ſine reverentiâ impoſuiſſe, & *Fredro in Fragm. Politicis p. m.* 151. referat, Ottonem dictum Boleslaum ſaltem per humanitatem Regem appellaſſe, attamen etiam per hanc limitatam vel palliatam confeſſionem noſtram opinionem ſatis probari putamus.

Sicuti etiam circa Hungariæ Reges, quis illorum titulum regium ab Imperatoribus noſtris acceperit, dubium occurrit, *dum nonnulli* ab Ottone III. primum Regem creatum eſſe aſſerunt; *Sed* ullum Hungariæ Ducem vel Principem ante Geizonis filium Stephanum Regem fuiſſe, vel ſe geſſiſſe, ex fide dignis Hiſtoricis probari non poteſt. Sicuti etiam *Bonfinius ipſe, Dec. 1. l. 10. circa f.* ubi de Geizone hoc, vel Geysâ ſcribit, illum Principem, & Pannoniam

Duca-

A. Ducatum potius quam Regnum vocat, licet quandoque ex communi Scriptorum mente Rectores illius Reges, & hanc regnum nominet. *Dicti vero Gezonis Filio Stephano poſt Sancti nomine claro, ab Henrico II. Imperatore*, Soror Giſala deſponſata fuit eâ lege, ut rejectâ ſuperſtitione cum Gente Chriſtianam Religionem reciperet; Quo facto ille baptizatus, & nomine Stephani impoſito, à prædicto Imperatore *Rex nuncupatus fuit, ut tradit Aventin. l.5. Annal. Bojor. f.m. 311. Neq; inſuper* vero eſt ſimile, paganum quendam Principem, quales omnes præcedentes Hungariæ rectores fuerunt, ab Ottone III. Regem creatum fuiſſe.

Memorandum porro, quod & Fridericus I. Imperator Bariſonem Arborea Judicem à Genuenſibus adductum, pecuniâ, ſcilicet 4000. marcharum acceptâ, *Regem Sardiniæ appellaverit, & in Baſilica S. Syri ſolemnı ceremoniâ Diademate redimiverit*, referente *Sigon. de Regno Ital. l.13. f.m. 316. & Fridericus II. Imperator Fridericum II. Auſtria & Stiria Ducem in Regem evexiſſe ſcribatur, vigore Diplomatis, quod ex Petro de Vineis l.6. Epiſt. 26. affert Cuſpinianus in Auſtriâ f.m. 55.* addens, ſe illud in Archivo Principum non vidiſſe. Recenſet etiam illud *Mutius in Chron. Germ. l.20. f.m. 182.* & partem ejus *Perſona in Coſmodromio Ætate 6. c.64.* addens, illud effectum non eſſe conſecutum, quod magis veriſimile eſt. *Illum tamen* cum duodecimo pòſt anno ab obſequio defeciſſet, eâ dignitate rurſus ſpoliatum fuiſſe, ſine auctore narrat *Bodinus l.2. de Rep. c.3. poſt pr.*

B. *Sicuti etiam Sigon. de Regno Ital. l.18. f.m. 49.* illum ab Imperatore defeciſſe narrat, & *Mutius d. l. f.184. recenſet illum fouiſſe prædones, & ad Conventum Principum citatum non veniſſe, & Imperatoris literas ac nuncios contempſiſſe, ac ejus terram ab Imperatore, Bohemiæ Rege & Bavariæ Duce hoſtiliter invaſam urcesq; deſtructas fuiſſe.*

C. *Idem filium naturalem Henricum Germanicè Henzonem dictum, Sardiniæ Regem creavit, referente inter alios Sigon. de Regno Italiæ d. l.18. f.m.52. & ſeq.*

Vitoldum Magnum Lithuaniæ Ducem ab Imperatore Sigiſmundo Regiam dignitatem petiiſſe & impetraſſe, ſed actum publicæ collationis vel creationis à Jagellone Poloniæ Rege & Republicâ gravibus de cauſis impeditum fuiſſe late refert *Kojalovvizius parte 2. Hiſtor. Lithuan. c.2. circa finem.*

Carolum quoq; Pugnacem Burgundiæ Ducem ab Imperatore Friderico III. regium petiiſſe characterem, ſub nomine Galliæ Belgicæ, & Imperatorem primo aſſenſum eſſe, ſed poſtea Ludovici Francorum Regis diſſuaſu mutaſſe animum, inter alios memorat *Heuterus l.5. Rer. Burgund. f.m. 172. & ſeq.* ac *Fugger. & Bircken. in Hiſtor. Auſtr. l.5. c.21. n.12.*

D. *Et quod Carolus V. Imperator Belgium* in regni faſtigium ſub titulo Leonum evehere voluerit, narrat *Guicciard. in Belgio & Ejus deſcript. Generali poſt pr. Eitzinger in Leone Belg. in præfat. & Bircken. in d. Hiſtor. Auſtr. d. l.5. c.27. in pr. ac alii. De ſimili à Pontificibus & aliis uſurpato jure vide præc. part.2. ſect.1. c.5. theſ.5. expl.1.*

De aliarum dignitatum collationibus nihil attinet quædam exempla afferre, cum illa ubivis ſint obvia, & *ſeq. Sect.2. c.2. th.7. & ſeqq. & in explicationibus ſubjectis de illâ materiâ late actum ſit. Interim tamen de iis conſuli poteſt Limn. d. l.2. c.9. & in addit. prioribus ibid. n.28.* ubi omnes illos, quos ſolus Ferdinandus II. Imperator in dignitatum evexit faſtigium, recenſet. *Quos Princeps Ferdinandus III.* glorioſiſſimæ memoriæ, *& modernus Invictiſſimus Imperator creavit d. l. & in hoc opere d. c.2. th.12. in explic.* etiam cognoſci poterit.

A. *De modo vero creandi Duces vide Cruſium in Annal. Suevic. part.3. l.9. c.6.*

Et Equites vide apud Speidel. in Speculo ſub verbo Ritter.

TH. IX.

Fundationem plenam & confirmationem liberam à Statibus deſtinatarum Academiarum vel Univerſitatum ad Majeſtatica jura quoque pertinere & à ſolo Imperatore in Imperio noſtro ad beneplacitum exerceri poſſe notiſſimum eſt.

Explic.

B. *DE jure hoc Majeſtatico, non opus eſt multa deducere, cum illud notiſſimum: Legi tamen poſſunt, quæ præc. p.2. ſect.2. th.3. in expl.1.* adducta ſunt.

TH. X.

Poteſtas concedendi Ius Stapulæ & nundinarum Univerſalium meritò etiam inter reſervata Imperatoris refertur.

Explic.

POteſtatem hanc inter Reſervata hac ab omnibus referri, notiſſimum eſt ex illa unica ratione, quia illa in omnibus regnis & abſolutis principatibus ſummæ ſaltem Majeſtati propria eſt, *argum. l.1. ff. & l. un. C. de Nundin. Weſenb. ff. de Nund. n.2. Caterum de utroq; jure præc. l.1. c.6. th.14. expl.2. ſub privilegiis ſpecialibus n.2. & 4. & de poſteriori præc. p.2. ſect.2. c.8. th.6. expl.1. egimus.*

C.

TH. XI.

Poteſtas concedendi Statibus Ius cudendæ monetæ, ex communi ſententia etiam reſervatis rectè quondam adſcriptum eſt, quod tamen hodie aliter ſe habet.

Explic.

JUS cudendæ monetæ olim in Imperio Romano nulli, quam Principi ac Senatui Romano competiiſſe; & in noſtro Imperio illud ſimiliter primò Imperatorum proprium, poſtea verò quibusdam Statibus etiam communicatum eſſe, & hinc illud neminem in Imperio, niſi cui id ex ſingulari gratia conceſſum eſt, uſurpare poſſe præc. part.2. ſect.2. c.8. th.4. expl.2. n.3. late oſtenſum & ſimul deductum, juxta & quomodo illud jus in aliis

D. regnis ſanctè obſervetur, oſtenſum eſt *addito, vigore Capitulationum Imperatoribus illam poteſtatem hodiè ita reſtrictum eſſe, ut in illo concedendo Electorum conſenſum requirere debeant*, quo lectorem remittimus.

TH. XII.

Ius Conſtituendi Poſtas ob utilitatem & neceſſitatem publicam etiam in Imperio noſtro ſoli Imperatori vi Majeſtatis competere dubio quoque caret.

Explic.

CIrca Poſtas ſequentia notanda duximus:

I. Poſtas non inconcinnè à ponendo, quaſi poſitas, quia nempè fixo & ſtato loco conſtitui & ſubſiſtere debent, dici, ut inter alios benè tradit *Hörnigk de Regali Poſtarum jure cap.1.* ubi ejus diverſas ſignifi-

ſignificationes affert; *nobis vero hic Poſta de Officio atq;* A. *opera perficiendi curſus publicos ſumitur.*

II. *Officia vel ſervitia hæc*, vel, ſi malis dicere expeditiones vel operas Curſorias, *à Cyro Perſarum Rege communiter inſtituta eſſe traduntur*, ut clarè indicat *Xenophon. de Inſtit. Cyri L. 8. n. 232.* ſcribens, illum, ad celeriter cognoſcendum, quid in remotis locis obtingeret, certis in locis vel ſtationibus, ad quas unusquisque equus diurna agitatione pervenire poſſet, ſtabula pro equis conſici curaſſe, ibiq; non ſolum equos, & eorum curatores, ſed etiam certos homines, qui literas reciperent, & ulterius promoverent, & equos idoneos vectoribus traderent, conſtituiſſe. Quod etiam *Herodotus l. 8. n. 215. Perſis in genere adſcribit*, addens, illam equorum curſitationem Perſis *Angariam* appellari, cui conſentit *Joſeph. L. 11. Antiq. Judaic. c. 6. Suidas* verò illos *Aſtandas* Perſis vocatos aſſerens. Plura de prioris verbi origine & ſignificatione vide apud B. *Hugonem de primâ ſcribendi origine c. 14. Dilherr. in Diſput. Philol. Tom. 1. diſp. 8.* ac *Guther de Off. Domus Auguſt. L. 3. c. 14.* ubi ſcribit apud Romanos *Angarias ſignificare 1. jumentorum* vel plauſtrorum præbitiones, ſcilicet publicas per *L. 64. C. Theod. de Curſu publ. ac L. 11. C. de Sacroſ. Eccleſ. & Angaros* curſores publicos tradente *Heſychio in Lex. 2. tranſitum* per viam publicam, quæ & curſum habet. *Parangarias verò* tranſitum per viam transverſam, ſive, ut nos putamus, aliò tendentem, *ſecundum Guther. d. l. p. m. 631.* in quo tamen JCTi admodum variant, ut legi poteſt apud *Hörnigk. c. 19. theor. 3.* vide etiam *Gothofred. ad l. 4. & l. 15. C. Theod. de Curſu Publ.*

III. *Apud Romanos primum ab Auguſto Imperatore* curſus iſtos publicos ordinatos ſive in uſum reductos eſſe, ut *Sueton.* in ejus vitâ *c. 49.* indicat, in eum tamen ſaltem finem, qui etiam Perſarum fuit, ut ſcilicet eò celerius cognoſci poſſet, quid in provincia quavis C gereretur; Meminit illorum curſuum & ſub Galba in ejus vita c. 10. *Quod forte neglectum Trajanus iterum induxit, ut narrat Victor in ejus vita.*

Poſteà verò Adrianus Succeſſor illius & ad alium uſum, nempè pro Magiſtratibus Provincialibus Romam & in provincias ſuas publicorum negociorum causâ proficiſcentibus *curſum Fiſcale* inſtituit, ne magiſtratus hoc onere (id eſt, planè ſuis impenſis jumenta & vehicula conducendi, vel de ſuo multum addendi, ſi pecunia iis ab Auguſto ſecundum Sueton. in hujus vita c. 36. non ſufficeret) gravarentur, ut tradit *Spart. in ejus vita c. 7.*

Fuit quidem prius onus ante patrimoniale, ſed à Severo, ne illo privati nimium onerarentur, *ad fiſcum traductum*, ut refert *Spart. in ejus vita c. 14. Poſteà verò iterum patrimoniale factum eſt, ut conſtat ex L. 1. §. 1. & L. fin. §. 21. ff. de Muner. & honor.*

Meminit etiam horum curſuum *Procop. in Anecdot. ante fin.* D.

IV. *Apud eosdem curſibus hiſce publicis præpoſitos ac deſtinatos fuiſſe Curioſos*, qui totius curſus publici curã geſſerunt *L. 9. & 10. C. Th. de Curioſis*, & omnia ſubjectorum Miniſtrorum crimina, judicibus deſtinatis ſive Agentibus in rebus *L. 1. & 2. C. Theodoſ. Eod.* de quo plura legi poſſunt apud *Guther. de Offic. Domus Auguſtæ L. 2. c. 3. ac L. 3. c. 13. ubi ex L. 4. d. & L. 9. C. Theod. de Curioſ.* illos etiam *Curagendarios* & Curſus publici præpoſitos (uti jam dictum) appellari demonſtrat. Videntur illi apud *Caſſiod. L. 4. Var. 47. & alibi Sajones dicti.*

Et quosdam miniſtros, ex quibus ii, qui curam & inſpectionem trium equorum vel mulorum habuerint & illos in itinere ſimul agitarint, *hippocomi vel muliones L. 50. ac l. 10. l. 14. l. 31. & l. 34. C. Theod. de Curſu Publico & Procop. d. l. Qui verò* annonam, id eſt, ſalem, A. panem & ſimilia proficiſcentibus nomine publico exhibuerunt, *Parochi, teſte Acrone & Porphyrione ad Horat. 2. Serm. 8. v. 36.* ubi poſterior eos etiam *Copiarios à Copiis*, quæ teſte *Briſon. l. 1. Solution.* Commeatus, annonas, alimenta & pabula denotant, annumerat præbendis ita dicti. *de cujus tamen verbi variâ ſignificatione & etymo latè legi poteſt Godofred. ad l. 1. C. Theodoſ. de Luſtrali Collatione. Tomo V. f. 5. Utitur priori verbo etiam Cicero L. 13. Epiſt. ad Attic. 2. ſed paulò aliter, nimirum pro iis, qui Legatis exterorum Lautia præbuerunt.*

Item ii, qui rhedis & carpentis (*quorum ſpecies in l. 2. & l. 5. C. Theod. de Curioſ. & l. 23. ac l. 26. C. Theod. de Curſu publico eſt clabula, quæ fuit* vehiculum leve quidem ſed lento motu à quatuor bobus tractum ſecundum *Godofr. ad d. l. 2. & l. 23. ubi ſimul tradit, nomen illud* à clavulis deſcendere, quoniam ex illis, taleis & proſegminibus lignorum, quale ruſticum hodie eſt, vehicu- B. lum illud conſiſtit. *à Marcello L. 20. p. m. 159. Clavula, quæ tamen Valeſ. ibid.* capaciſſima & ſolidiſſima vehicula fuiſſe conjicit,) & veredis Imperatoris epiſtolas vel peregrinantes vehunt, *carpentarii ſeq. L. 31. & veredarii l. 17. C. Theod. de curſu publico. quos tamen Godofredus ad hanc l. pro iis, qui veredis vehuntur, accipit.* ac apud *Ennod. l. 7. epiſt. 28. ac mancipes curſus publici*, quia, quaſi manu capti id eſt coacti fuerunt ad talia miniſteria per quinquennium peragenda *L. 36. d. Tit.* appellantur.

Hodie Curſibus iſtis in Imperio præſunt Supremus vel Generalis Poſtarum Magiſter, qui eſt Comes de Taxis, & illud officium hereditario jure exercet, uti legi poteſt apud *Hornigk. de Poſtar. jure cap. 6. theor. 1.* ubi de ejus officio multa refert. *Sub illo ſunt Submagiſtri & omnes horum magiſtri; Ille vero cum omnibus ſuis ſubofficiariis & miniſtris iterum ſub protectione & inſpectione eſt Electoris Moguntini* tanquam ArchiCancellarii Imperii, C *ita tamen* ut officia omnia pro libera voluntate diſponere poſſit, ſicut idem *d. c. 6. th. 1. & 2.* demonſtrat.

Ab hoc ſeparatus eſt ſummus Aulæ Regiæ vel ArchiDucalis Poſtarũ Magiſter **der ErbLand Poſtmeiſter**/qui omnibus Poſtis in regno Hungariæ & Bohemiæ ac aliis hereditariis provinciis præeſt, & eſt *Liber Baro de Paar*, de cujus officio & dependentia *Hornigk. d. c. 6. theor. 3.* agit.

V. *Apud eosdem Romanos olim fuiſſe quatuor curſus publici ſpecies, Pedeſtris*, de quo legi poteſt *Sueton. in Auguſto c. 49. & in Veſpaſ. c. 8. Equeſtris*, qui apud Perſas & Romanos maximè uſitatus fuit, ut patet ex iis, quæ in præcedentibus dicta ſunt; *Curulis vel Vehicularis*, de quibus etiam ibi dictum, & *Marcell. L. 14. p. m. 28. & ſeq. Capit. in Anton. c. 12. & Spart. in Severo c. 14. & Navalis*, qui Perſis & Romanis etiam uſitatus fuit, meminit ejus *Ulpianus in L. 4. §. 1. de veteran.* D. *& Seneca Epiſt. 73.* ubi *naves tabularias* vocat. *Naves tales celeres Dromones à δρόμος*, quod ſignificat curſus, dici eruditi obſervarunt, ut legi poteſt apud *Martin. in Lexico & Guther. d. l. 3. c. 14. ex qua* origine & *δρόμων*, Cancer, & *δρομὰς* Cameli ſpecies deſcendit ſecundum *Martin. d. l. & Scapulam in Lexico Græco-Latino.*

VI. *Uſum curſus hujus publici à Principe vel Præfecto Prætorio codicillis impetrandum illosque*, quia in charta duplicata ſcriberentur *Duplomata* appellata fuiſſe; meminit horum & hujus rei *Modeſt. in L. 27. §. 2. ff. ad L. Corn. de Falſis & Venul. in L. 137. §. 2. ff. d. V. O. Capitol. in Pertinace poſt pr.* Poſtea illa *evectiones* dicta ſunt: ut patet ex *l. 3. & l. 4. C. Theod. de curſu publico*, ut & pluribus oſtendit *Pancirol. ad Notitiam Imper. Orient.* in Comment. *c. 6.* ubi etiam multa ad hanc materiam pertinentia congeſſit, de quo etiam lege *Godofr. in Paratit. & ad d. l. 4. C. Theod. de curſu publico.*

TH. XIII.

TH. XIII.

Poteſtas legitimandi naturales liberos, veniam delictis concedendi, & famam & honores reſtituendi omnium quoque conſenſu ad reſervata Imperatoris noſtri pertinet.

Explic.

A. C*Irca Legitimationem obſervanda ſequentia:*

I. *Poteſtatem illam de jure Romano & noſtro publico principaliter ſoli ſummo. Principi vel Imperatori competere* conſtat ex *Nov.* 89. *c.* 9. & aliis juris Civilis textibus apud *Beſold. in Delibat. Juris ex L.* 1. *Pandect. p. m.*66. *& Hiſtoriis.* Ita enim jam olim *Cunradus IV. Imperator M. Theodoni de Curia clerici liberos* in ſtatu clericali cum ſolutâ virgine procreatos pleniſſimè legitimavit, ut ex ejus diſpenſatione apud *Goldaſt. Tomo* 3. *Conſtitut. Imperial. ad an.*1245. *f. m.*398. cognoſcitur.

B. & *Imperator Fridericus II. ſimiliter Clerici cujusdam liberos ex ſoluta natos legitimavit,* ut legi poteſt apud *Petr. de Vineis L.* 6. *Epiſt.* 16. Nec non ex praxi notoriâ, probationis non indigente.

Sed illa Legitimatio per d. c. 9. *ab Imperatore ita reſtricta eſt, ut ſaltem locum habeat,* quando legitimi liberi & agnati, quibus jam delata eſt hæreditas, non exſtant, de quo etiam legi poteſt *Ludvvel. Diſput. ad Inſt.* 2. *th.* 7. *in expl. lit. H.*

2. *Poteſtatem illam ſaltem ad filios naturales ex concubina vel aliâ ſoluta natos, reſtringi, adeoq; ad Legitimationem eorum, qui ex* nefario, inceſtuoſo vel alio damnato coitu nati, non extendendam eſſe, *quia* talis conjunctio contra Leges eſt, adeòque omnis juris deſtituitur effectu §.11. *Inſt. de Nupt. & L.* 4. *&* 6. (*de Inceſt. Nupt.* ut id eruditè demonſtrat *Heraldus in Quaſt. Juris quotidiani l.* 1. *c.* 3. *&* 4.

C. *Per conceſſionem & vigore Privilegiorum poteſtas hac communicata eſt Archiducibus Auſtria in ſuis provinciis, ut continetur in privilegio Caroli V. apud Limn. L.* 5. *c.* 2. *n.* 32.

Ducibus Sabaudia vigore Vicariatus generalis in Italia & in ſpecie Privilegii vel diplomatis à Maximiliano I. Imperatore anno 1503. *conceſſi & in Diario Europao part.* 1. *p. m.*713. *relati.*

Nec non Comitibus Palatinis den Reichs-Hof-Grafen/ *ſed hi vigore ſuorum diplomatum & experientia ſaltem in viliori fortuna & ſtatus liberos poteſtatem illam exercent, quoniam Legitimatio Nobilium, Comitum & Principum qualitatem nobilitatis & ſucceſſionis in feudis, nec non prajudicium agnatorum ſimul ſecum trahit, adeoq; à ſolo Ceſare perfici poteſt,* de quo etiam legi poteſt *Harem. Piſt. L.* 2. *quaſt. Jur.*40. *n.*6. *& Sixtin. de Regalibus l.* 1. *c.* 4. *n.*114. *qui tamen nobilium liberos ab illis vi privilegiorum legitimari poſſe tradit, ita tamen, ut* ad feuda talis legitimatio fieri non poſſit, *niſi* Comiti

D. tali Palatino talis facultas in ſpecie conceſſa ſit, *quod ob adductas rationes in medio relinquimus.*

Illud ex obſervantia conſtat, quod Status Imperii Majores Subditorum ſuorum Naturales liberos, ad percipiendum dignitates, & ſuccedendum in bonis in territoriis illorum ſitis legitimare queant, ut tradunt *Decius Conſil.*403. *n.*6. *& ſeq. Caſtrenſ. L.* 2. *conſil.*34. *n.*1. *&* 2. *Borchold. ad c. un. Qua ſint regalia n.*8. *Fohman. Diſput ad Inſtit.*3. *th.*31. *L. c. & Limn. d. c.*9. *n.*142. ubi exemplum de Electore Brandenburgico ex *Scheplitz* adducit, & alii, *cauſantes*, illis oblatam iſtam poteſtatem quoad territoria ſaltem ſua, Imperatorem verò in toto Imperio efficaciter legitimare poſſe.

De Camera Imperiali, an illi Jus legitimandi competat vide rectè id negantem Limn. d. L. 2. *c.*9. *in margine ad n.*141. *quia Camera* ſaltem illa, quæ ad Juſtitiam, non verò gratiam pertinent, peragere poteſt.

A. II. *Quod poteſtatem delicti veniam vel indulgentiam concedendi concernit, illa Imperatori ſoli apud Romanos competiit, ut continetur in L.* 4. *& L.* 9. §.11. *L.* 1. §. *ult. ff. de Quaſt. & toto tit. ff. & C. de Sentent. paſſis & reſtitutis. De quo etiam legi poſſunt* Cacheran. *Deciſ. Pedemont.*101. *n.*3. *& ſeq. Tuſchius Concl.*695. *n.*1. *lit. P. & Dd. communiter, hanc rationem reddentes, quia remittere peccatum eſt ſupra Legem eſſe Matth.* 9. *v.* 2. *& ſeqq. & Marci* 2. *v.* 7.

Sicuti etiam in aliis regnis idem obſervatur teſtante de Hiſpania Don Garſon. Maſtrill. ad Indult. Gener. Philippi III. Regis c. 2. *n.* 4. & *ſeqq.*

De Gallia Choppin. de Leg. Andagav. L. 1. *c.* 48. *n.* 5. *& Bodin. l.* 1. *de Republ. c. ult. ſub quinto Capite Majeſtatis*, ubi multa egregia habet.

In noſtro tamen Imperio Principes & Status Imperii ſimilem poteſtatem ex longiſſimi temporis praſcriptione

B. *& obſervantia obtinent, ejusq; fundamentum in eo ponit Parens noſter p. m. de Saxon. non provoc. Jure, verbo Ducum. c.* 5. *n.* 470. *quia* damnatis nec per viam ſimplicis querelæ, nec appellationis (ut pote quæ nec in Camera ex antiqua conſuetudine recipiuntur. *R. J. de dato* Augſp. 1530 *§. item* als jetzt etliche Zeithero) ſuccurritur, *& inde ſequitur.* Principes, ſicut plenam poteſtatem puniendi, ita etiam pro exigentia facti abſolvendi vel mitigandi pœnas habere.

In quibus verò delictis venia locum habeat prac. part. 1. *c.* 13. *th.* 9. *expl.* 8. *latè demonſtratum eſt.*

III. *Reſtitutio fama & honorum delinquentibus facienda eſt conſequens facta à pœnis abſolutionis*, atque ideò eodem fundamento & jure, quo præcedens poſitio nititur, agiturque de illa in § 1. *Inſt. Quib. mod. patr. pot. ſolv. & L.* 5. 7. *& L.* 10. *C. de ſent. paſſ. & reſtit.*

Eſt verò reſtitutio ſimplex duplex Generalis, communis vel ſimplex, quæ pœnæ tantum gratiam facit, & re-

C. ditum in patriam, ſi qua relegatio vel deportatio interceſſerit, concedit *L.* 2. 7. *&* 9. *C. eod. Et ſpecialis*, quæ ſcilicet in ſpecie & nominetenus omnia priſtina jura, bona & honores damnato reddit *L.* 1. 2. 4. *&* 9. *C. eod. Anton. Faber. Tom.* 1. *Juriſpr. Papin. tit.* 11. *princ.* 3. adde quæ ſeq. c. 5. th. 10. expl. 12. notata ſunt.

TH. XIV.

Poteſtas veniam atatis concedendi primitivè etiam ad Imperatoris noſtri reſervata ſpectat.

Explic.

P*Oteſtas hac olim apud Romanos Patres conſtitit*, ut ex *Tacito l.* 3. *Ann. c.*29. patet, ibi n. Tiberius illis Neronem jam juventam ingreſſum commendavit, ut quinquennio maturius quam per Leges Quæſituram caperet, & id pluribus deducit *Armſ. de Jure Majeſt. l.* 2.

D. *c.* 3. *n.* 15. *poſtquam verò ſecutis temporibus ſub ſtatu Monarchico etiã Conſules & Praſides hanc poteſtatẽ ſibi attribuerent*, minoribus ætatis veniam concedendo, *Imperator verò Severus* illorum decreta improbavit, ac ita illa *ab Imperatoribus ipſis* ſolùm uſurpata fuit, ut conſtat ex *L.* 1. *& t. t. C. de hit, qui veniam atat. impetr. Licet Imperator Leo in Novella ſua* 28. *inf.* circa illos, qui rebus ſuis prudenter præeſſe poſſunt, etiam magiſtratibus *indulgentias* permiſerit.

Continet verò hac venia conceſſio ſecundum Jus Civile & reſpectu illius ſtatus publici liberam ſuarum rerum adminiſtrationem & illum effectum, ut eam percipientes ob minus idoneam geſtionem reſtitutionem in integrum impetrare nequeant, ne hi, qui cum eis contrahunt, principali auctoritate circumſcripti eſſe videantur *d. L.* 1.

Ubi notandum veniam illam juxta L. 2. *in pr. & §.* 1. *ejuſdem tituli non omnibus indifferenter concedendam*

eſſe,

eſſe, ſed ſaltem iis, qui cognita cauſa & teſtimoniis idoneis productis honeſtate morum præditi ſunt, & *vigeſimum primum annum compleverunt*, & ſi fœminæ ſint, decimum octavum annum egreſſæ fuerunt, de quo legi poteſt *Myler. in Etolog. Ordin. Imperial. c. 4. & 5.*

Formulam talis conceſſionis principalis vide apud Caſſiod. L. 7. Var. 41.

Sed hodie Subjectum recepient talem veniam maximâ ex parte ſunt pupilli Illuſtres & Nobiles, qui cum in finem veniam illam petunt & obtinent, ut ipſimet propriâ auctoritate Provincias & ditiones ſuas regere poſſint. Ejusque exempla paſſim obvia & ex parte à Limn. *d. l. 2. c 9. n. 150. & Tom. 4. & 5. ib. n. eodem & ſeq.*

Nos ideo ſaltem hæc annotare voluimus Comites Hohenloicos vigore Unionis hæreditariæ ab Imperatore Rudolpho II. *confirmatæ & à Limn. d. Tom. 4. n. 151. relatæ in decimo octavo anno* (completo tamen ut putamus) *majorennitatem conſequi*, adeoque generalem ætatis veniam obtinuiſſe, *eundem Imperatorem verò Comiti Ludovico Eberhardo* in anno 16. veniam illam conceſſiſſe, *ut ibi legitur.*

Georgium Landgravium Haſſiæ Lineæ Darmſtadienſis ſimile pro tota familia, ut anno ætatis 18. ad ſucceſſionem & gubernationem habiles ſint ejus ſucceſſores *ab Imperatore Ferdinando* II. *anno* 1625. 18. *Nov.* obtinuiſſe privilegium refert *Reinking. l. 1. cl. 3. c. 12. n. 57.*

Et Chriſtianum IV. *Daniæ Regem* anno ætatis 17. nondum impleto, referente *Hering. de Fidejuſſ. c. 7. n. 110. ab Imperatore Rudolpho* II. *anno* 1593. 26. *April.* ætatem legitimam ac ad imperandum perfectam obtinuiſſe *quod tamen de illo, quatenus Holſatiæ Dux fuit, intelligimus.*

Omnia tamen hæc exempla ſuperat, quod Maximilianus I. *Imperator anno* 1503. *Udalricum Ducem Wirtembergicum annum 16. agentem* motu proprio ob ejus animum generoſum, nobilem atque maturum Ducatui regendo remotis Regentibus præfecerit, ut annotavit *Baſeleus en additione ad Nauclere Chronogr. f. m. 306. & Herdled. l. 3. c. 1. n. 64. f. m. 622.*

Nec non, quod Imperator Leopoldus I. *anno* 1675. *per ſingulare diploma Sereniſſimo noſtro Principi Georgio Wilhelmo, nuper proh dolor! defuncto, ob divinam & ab Imperatore ipſo admiratione dignam æſtimatam indolem veniam ætatis in anno decimo quarto & dimidio nondum completo gratioſiſſimè conceſſeret.*

Nam quod Goldaſt l. 4. de Regno Bohem. *c. 1. n. 6. ſcribit, Ludovicum Hungariæ & Bohemiæ Regem annos 13. natum* impetratâ à Maximiliano I. Imperatore ætatis veniâ regnorum illorum gubernacula ſuſcepiſſe, *illud in citato Dubravio lib. 33. Hiſt. Bohem. non reperitur, dum auctor hic in pr. ſaltem narrat*, Status regni Hungarici inter ſe diſſenſiſſe, an Ludovico illi impuberi ſtatim gubernacula deferrent, an verò illud per Gubernatorem adminiſtrari curarent, *& ideo Imperatorem prædictum* ac Sigismundum Poloniæ Regem Legatos ad illos miſiſſe, qui hos in illam ſententiam adducerent, ut regimen apud Ludovicum eſſe ſinerent usque ad publicum Hungarorum concilium, & ut illud, quod eâ de re in iſto definiretur, meritò præpolleret. Legatosque illos hoc impetrato, iterum diſceſſiſſe, ubi legi poteſt.

Et quod Bodinus l. 1. de Repubi. c. 9. p. m. 200. ſcribit, Carolum IV. *Imperatorem anno* 1378. *Carolo.* VI. *Delphino* (Caroli V. Galliarum Regis filio & poſteà ſucceſſori) *Vicariatum Imperii perpetuum contuliſſe, & ob defectum annorum, quæ ſaltem novem annos natus fuit, ſecundum originariam, Gallicam ſcilicet editionem. veniam ætatis conceſſiſſe per Diploma ampliſſi-*

A. *mum Aureâ Bullâ* munitum. *Illud quo ad prius à* multis impugnatur, ut legi poteſt apud *Conring. de finibus Imperii l. 2. c. 24. p. m. 574. & ſeqq. adeoq;* quo ad poſterius etiam auctori ſuo relinquitur. *Et poſito*, ſingulare hoc in ſe continet, quod Carolus ille VI. non ad proprios principatus vel ſuum regnum adminiſtrandum, ſed ad Delphinatum, tanquam Imperii provinciam, fiduciario jure atque honoris gratiâ gubernandam veniam illam obtinuerit.

Plura exempla legi poſſunt apud Mylerum in Etologia Ordinum Imperialium c. 1. th. 3.

Illud hîc ſingulariter ex Beiſio de Pactis Familiar. Illuſtr. c. 7. p. 276. monendum etiam in Epiſcopatibus obtinendis & adminiſtrandis indultis talibus locum eſſe, ut exemplo Caroli Lotharingicæ probat.

Eodem modo in Regno Galliæ, Hiſpaniæ, Luſitaniæ, Cathaloniæ, Neapoleos, Siciliæ, Poloniæ, hæc poteſtas à
B. *ſolo Rege dependit*, ut ex auctoritatibus Dd. probat *Mylerus d. l. th. 5.*

Quid circa hoc jus Statibus Imperii à nonnullis attribuatur ſeq. c. 5. th. 10. expl. 14. dicetur.

TH. XV.

Poteſtas largiendi jus vel Facultatem Civitatis condendæ, & jam conditam muniendi ab omnibus etiam ad Imperatoris reſervata rectè refertur.

Expl.

De *priori membro jam præc. l. 1. c. 6. th. 12. in expl. utraq;* ubi ſimul illud jus à quibusdam Politicis etiam Imperii Statibus tribui & ab Imperatore
C. Ferdinando III. quibusdam conceſſum eſſe, *retulimus.*

De poſteriori verò notandum hîc Imperatoribus quidem quondam Jus concedendi petentibus exſtructionem fortalitiorum & illorum inſciis iis factam ædificationem prohibendi competiiſſe, ut inter alia quoad prius ex *l. 6. ff. de oper. publ. l. 9. §. fin. ff. de R. D. l. 2. C. de fund. Limetroph. & privilegiis Francofurto ad Manum ab Imperatore Ludovico* IV. *& Frederico* III. *apud Limn. l. 7. c. 16. n. 16. & ſeqq. ac Epiſcopis Spirenſibus à Sigiſmundo Imperatore, quod nempe hi, in* territorio ſuo, ubicunque neceſſitas & utilitas vel commoditas id permittit, munimenta exſtruere poſſint, *conceſſit apud eund. l. 4. c. 8. n. 227. quo etiam pertinet conceſſio eadem à Friderico* I. *Imperatore nonnullis Civitatibus Lombardiæ, Marchiæ & Romandeolæ facta, de Pace Conſtantiæ §. Vaſalli ſ. civitatem muratæ ult. Feud. & alia à dicto Ludovico Imperatore Friderico Burggravio de Nurmberg civitatem muniendam*
D. *in Grindelach conſtruendi, ac muris foſſatis cæterisq; munimentis firmandi anno* 1328. *facta*, ut legi poteſt apud *Goldaſt Tom. uno Conſtitut. Imperial. f. 330. inf. Quo ad poſterius vero exemplo Genuenſium à Friderico* I. *Imperatore in munitione urbis per prohibitionem* impeditorum, referente *Sigonio l. 12. de Regno Ital. f. m* 303. & aliorum apud *Limn. d. l. n. 229.* & in ſpecie *Mulhemii apud Knipſch. de Juribus Civitat. Imperial. l. 2. c. 22 n. 70. conſtat.*

Sed illud per conniventiam & inde ſubſecutam longiſſimi temporis obſervantiam, nec non tacitam conceſſionem armamentariorum à Statibus Imperii erectorum, ac permiſſa ſimilium bellicorum actuum exercitia, de quibus ſeq. part. 4. c. 1. th. 6. in expl. actum, in deſuetudinem ferè abiiſſe ſcribitur, ita ut talis poteſtas vel facultas hodie inter regalia Statuum à plerisq; Politicis, quorum amplum catalogum *Knipſch. d. l. n. 74.* refert, *numeretur, & à Statibus ipſis pro talibus habeatur,*

beatur, de quo *idem d. n. 74. & ſeqq. ac Limn. d. l. n. 230. & ſeqq.* nec non *Fritſch. de jure Fortalit. exſtruendi c. 4. & Klock de Contrib. c. 9. n. 1. & ſeqq. Sprenger. in Fontibus Jur. Publ. c. 25.* pluribus agit.

Quibus tamen obſtare videtur art. 8. Inſtrumenti Pacis §. gaudeant, ubi ſtatuitur, quando nova munimenta intra Statuum ditiones exſtruenda ſunt, de illo in publicis Imperii Comitiis ita agendum eſſe, ut Statuum conſenſus interveniat.

Cæterum de Poteſtate Vicariorum circa hoc reſervatum vide Sprenger. d. l.

TH. XVI.

Jus *primariarum precum eſt* reſervatum Imperatoris, vigore cujus ſtatim ab electione ex antiquiſſimâ conſuetudine dignum aliquem ad preces ejus humillimas ad dignitatem vel præbendam Eccleſiaſticam in quovis & cujusvis gradus Eccleſiaſtico Collegio intra ſtatutum tempus promovere poteſt.

Explic.

D*E precibus his primariis, tanquam materia non ubivis obvia ſequentia notanda duximus.*

1. *Illas, ut ex theſi pateſcit*, hoc loco nihil aliud eſſe, quam literas Imperatoris, quibus digna perſona ad obtinendam aliquam dignitatem vel præbendam Eccleſiaſticam Collegio cuidam effectivè commendatur.

Quo intuitu etiam Boerius *Deciſ. Aurear. 31. n. ult.* interceſſiones primò petentibus concedi ſolitas vocat. *Ex quo ſequitur* Imperatores per illas tales dignitates vel præbendas propriè non conferre, ſed ut conferantur, diſponere, vel aliquem ad beneficium tale accipiendum effectivè commendare, ut etiam jam olim obſervavit *Joh. Andreæ in Addit. ad Spec. L. 4. particul. 3. Rubr. de Præbend. & Dignit. §. 2. lit. e.*

2. *Illas primariò & reſpectu originis ita dici ratione* petentis vel impetrantis illo ſenſu, quod Imperator Jus & poteſtatem habeat preces tales primarias ſive primas exaudiendi, & cum effectu Collegio cuidam commendandi, vel ut obſerventur diſponendi. *Licet etiam Imperatores* ipſi abuſivè & translativè preces ſuas nominare ſoleant. *Ita enim Ferdinandus* II. *Imperator in literis talibus apud Fritſch. in Exercit. de jure hoc, mantiſſa 1. loco adjectis in f. ſcribit: Idcir. à Romani Imperii jura & conſuetudines, (ut tenemur) perſequi, & prædeceſſorum veſtigiis inhærere volentes, primarias preces noſtras pro dilecto nobis ac devoto N. N. ad vos porreximus, dedimus, conceſſimus & decrevimus, & per præſentes porrigimus, damus, concedimus & decernimus &c. & Adolphi de Venningen Tutores* in literis ad Imperatorem Matthiam exaratis & *ab eodem Fritſchio ibidem Mantiſſa* 2. relatis memorant, Imperatorem illam receptionem illius pupilli ſeverè & ſub comminatione Canonicis Spirenſibus injunxiſſe.

3. *Literas illas diſtingui in literas precum primariarum in ſpecie, & literas, quibus ſaltem alicui miniſtro emerito* in collegio quodam minori, hoſpitali, vel etiam cœnobio utriusque ſexus (ut videri poteſt in *Diplomate Wenceslai Imperatoris apud Fritſch. in d. Exercit. c. 3. n. 14.*) præbenda quædam absque dignitate, ut ſaltem inde quoad tempus vitæ alimenta habeat, conceditur, quæ ideò etiam à pane Paniß-Brieffe / & Vor und *præſentation*-Schrifften umb Layen-Pfründe zur Küchen und Keller

A. appellantur. *Licet verò diſtinctio hæc a Politicis raro obſervetur, attamen ex literis dictis, & re ipſa ſatis clarè pateſcit, de quo conſuli poteſt* Wehner. *in obſerv. Pract. ſub verbo* Paniß-Brieffe.

4. *Jus illud antiquiſſimum & ex inveterata conſuetudine introductum eſſe, ſicut ex Diplomate Rudolphi I. Imperatoris apud Nauel. vol. 2. gener. 43. in f. & Gold. Tomo 3. Conſt. Imper. f. 106. Aureâ Bulla Caroli* IV. *tit. 5. §. 11. Ejusdem &* Wenceslai *filii à Frehero ad Petrum de Andlo L. 2. c. 6. relatorum &* ſubſequentium omnium Imperatorum Diplomatibus ejusmodi conſtat, ſicut etiam *Maderus Gervaſii Tilberienſis libello de Imperio Romano aliquot Epiſtolas Caroli* IV. *annexit, in quarum 20. & ſequentibus etiam harum precum ex antiqua conſuetudine Imperatoribus competentium mentio fit. Ex quo refellitur eorum opinio, qui Jus illud à conceſſione Pontificum & quidem ſecundum aliquos a tempore Conflictorum inter Fridericum* III. *Imperatorem & Nicolaum V. Papam pactorum Concordata Germanicæ Nationis dictorum deducere*

B. *ſatagunt*, ut poſt aliquot veteres etiam ſentit *Chockier in Scholiis ad indultum primariarum precum tranſmiſſum à Paulo V. Pontifice anno* 1620. *Ferdinando* II. *Imperatori, motus ſequentibus rationibus, quia* (1.) *in Concordatis illis art. 3.* conſtitutum eſt, quod Papa cum conſenſu Cardinalium tales proviſiones Imperatori conferendas conceſſerit. (2.) *Pontifices* omnibus Imperatoribus per indulta illas confirmare ſoleant, & hi ipſimet id fateantur, ut prius inter alia ex indultu dicto Pauli V. Pontificis apud *Chockier d. l. & declarat. nullitatis articulorum nuperæ Pacis Germanicæ poſterius verò ex formulis* conceſſionum talium precum Rudolphi II *apud Pauerm. d. Jurid. L. 1. c. 4. n. 48. & Ferdinand.* II *apud Fritſch d. l.* in mantiſſa

C. prima patet; *quemadmodum etiam ad illa ſufficienter reſpondet Fritſch. d. tr. c. 2. n. 32. & ſeqq.*

5. *Jus illud ortum trahere ex antiquo jure Imperatorum, quo omnia beneficia, præbendas & dignitates Eccleſiaſticas liberè & ignis conferre potuerunt, adeoque eſſe ejus tenues reliquias ut poſt Graven. ad Gail. L. 2. obſ. 155. conſ. 1. n. 4. Klock. Tomo 1. Conſil. 4 n. 15 & 16. Lehman. in Philyra Aur. Bull. ad tit. 5. concl. 6. quæſt. 2. benè obſervavit Conring. in Animadv. in d. Bullam Declarator. c. 6. p. m. 189. & ſeqq. ac Fritſch. d. c. 2. n. 24.*

Nec non ex Jure protectionis univerſalis Eccleſiarum loco compenſationis ut id demonſtrat Fritſch. d. c. 2. n. 47.

6. *Illas Imperatore abſente à Rege Romanorum, mortuo verò a Vicariis concedi poſſe, ut prius poſt Limn. L. 2. c. 15. n. 37. & ſeqq. & Sinold. Coll. J. P. vol. 1. Diſp. 8. th. 3. lit. B. Fritſch. d. l. c. 3. n. 3. & 4. demon-*

D. *ſtrat; poſterius verò Carolus* IV. *in A. B. d. tit. 5. §. 1. conſtituit.*

7. *Imperatorem jus illud etiam in Eccleſiis Collegiatis Evangelicorum, vigore ſupremæ Poteſtatis exercere, ut ex praxi conſtat, ita tamen, ut id ſaltem in iis Eccleſiis*, in quibus ante pacificationem obſervatum fuit, vigeat, & idonei ad normam ſtatutorum ac obſervantiæ præſententur, *in mixtis verò ex utraque religione collegiis præſentatus precibus primariis non gaudeat, niſi beneficium vacans religionis illius conſors poſſederit, ſecundum Inſtrum. Pac. art 5. §. 5. Hinc* cum Capitulum Magdeburgenſe ab Imperatore Ferdinando III. præſentatum Georgium Jodocum *Nobilem de Mareſchal* ſub illo prætextu, quod primariæ illæ preces ibi receptæ non eſſent anno 1653. recipere nollet, *Imperator ille* Electori Saxoniæ Johanni Georgio & Auguſto Brunovicenſium Duci executionem adverſus id demandavit, illudque ita ad recipiendum illum compulit.

8. *Præ-*

8. *Præſentatum illum* per primarias preces debere, ut modo dictum, Statutis & obſervantiæ conformem eſſe, *e. gr. in Cathedrali Magdebargenſi Collegio* nobilem ex antiqua proſapia ortum, & triennalem in antiqua aliqua Academia ſtudioſum.

9. *Præſentationem illam ab Imperatore intra menſis ſpatium à tempore cognitæ mortis alicujus Canonici fieri debere, ut* ex copia dictarum literarum ad Imperatorem Mathiam ab Alphonſi de Venningen Tutoribus exaratarum & à *Fritſch. d. mantiſſa* 2, relatarum in pr. patet.

10. *Electores Brandenburgicos referente Scheplz. in addit. ad Conſuet. Marek. part. 1. tit. 1. §. 2. & 3. n. 5. in primo introitu adminiſtrationis in Eccleſiis Cathedralibus vel Collegiatis vigore harum precum, quas vulgò Electorales vocant, ſolere jus illud intimo cuidam miniſtro vel officiali donare. Quod etiam nosmet ipſi dum ibi in aulâ degimus, obſervavimus illo modo*, ut plerumque Præpoſitura ſimul primario cuidam Miniſtro conferatur, *ſicuti etiam* id in Præpoſitura Halberſtadienſi ſtatim à tempore traditi illius Principatus in Comitem Waldecccenſem tranſlata obſervatum fuit.

11. *An Jus illud aliis ſit communicabile vide apud Fritſch. c. 3. n. 8. & ſeqq.*

12. *An Auguſta Jus hoc competat vide Beſold. de Magiſt. & Cenſorib. ſuf.*

13. *In concurſu talis Preciſtæ cum Turnario (nempe* illo, qui tanquam Candidatus à Collegio in ſucceſſionem futuram, ſive ut præbendarus major receptus eſt, ut patet ex *Mantiſſa* 2. *apud Fritſch. d. l.) priorem præferendum eſſe:* per ea, quæ tradit *Klock. d. Conſil.* 4. *n.* 12. *& ſeqq.* & referuntur in *dicta mantiſſa* 2. *Plura vide apud eosdem dd. ll.*

TH. XVII.

Jus indulgendi inducias moratorias univerſales etiam ad reſervata Imperatoris omninò pertinet.

Expl.

Q*Voniam Jus hoc ad Superioritatem Majeſtaticam, ſeu univerſalem jurisdictionem pertinet, ſequitur omninò illud etiam ad reſervata referendum eſſe,* ſicuti etiam illud in *L.* 2. argumento verborum reſeripto noſtro *C. de Prec. Imper. offer. & L. f.* in verbis initialibus *C. qui bon. cedere poſſ. ac* in der Reformation guter Policey-Ordnung zu Augſp. *de anno* 1548. *tit.* von verdorbenen Kauffleuten *ac altera de dato* Franckfurt 1577. *tit.* 23. *Imperatori aſſeritur.*

Ad hæc verò moratoria obtinenda ſequentia requiruntur, ut (1.) *Mercatores* vel alii debitores, non per prodigalitatem vel aliam propriam culpam, ſed *per infortunium* & caſus inſperatos vel majores bona ſua amiſerint & ad paupertatem redacti fuerint, idque teſtimoniis certis vel magiſtratus ſui, vel aliorum fide dignorum virorum probent, *ſecundum dd. Reformationes, dd. Tit. Lancellot. in Templo omn. judic. L.* 1. *c.* 1. *§.* 4. *de præſtant. & potent. Imper. & Dd. communiter.*

(2.) *Petita à Creditoribus fidejuſſio pro ſolutione idoneè præſtetur per L.* 4. *C. de Prec. Imper. offer. cujus rationem inter alios reddit Hering. de fidejuſſor.* c. 5. *n.* 128. nec debitor aliàs ſua exiſtentia adhuc bona prodigaliter conſumat: *Sed huic periculo jam aliter præcautum ut ex ſeq. n.* (3.) *patet.*

(3.) *Magiſtratus ejus loci* omnia debitoris bona mobilia, libros mercatorios & literariam ſupellecti-

A. lem interim in curiam recipiant, ibique cuſtodiant *ſecundum d. Ordin. Polit. de anno* 1577. *tit.* 23.

Effectus horum mercatoriorum potiſſimum in eo conſiſtit, ut durante illius moratorii termino, qui plerumque quinquennalis, unde etiam *Quinquennell-*Brieffe *in dd. Ord. Polit. & titulis* & induciæ quinquennales *d. L. fin. C. qui bon. ced. poſſ.* vocantur, debitores illi ſecuri ſunt ab omni creditorum exactione & impeditione, *unde etiam ad ſimilitudinem quietis in bello publicæ induciæ quinquennales d. l. f. dicuntur.*

Sicuti verò talia mercatoria univerſalia, quæ ſcilicet in toto Imperio obſervari debent, *ab Imperatore concedi ſolent: Ita etiam à Statibus Imperii particularia*, id eſt, quæ ſaltem in illorum territoriis debitores tales ſecuros reddunt, largiri ſolent, ut ex praxi omnibus notum eſt, de quo legi poteſt *poſt parentem noſtrum Andr. Knichen de Saxon. non provoc.*

B. *jure Verbis Duc. Saxon.* c. 5. *n.* 456. *Limn. l.* 4. *c.* 8. *n.* 329. *Hillig. ad Donell. L.* 22. *c.* 9. *lit. G.* Wilh. *Anton. de Freudenberg de Reſcr. Morator. Tit.* 6. *concl.* 11. *& concl.* 12. *n.* 1. *& ſeq. ac a.* 14. *& Dd. atq; Politicos communiter Speidel. in ſpeculo verbo Quinquenell.*

CAPUT V.

De Poteſtate Imperatoris aliquo modo communicata Regi Romanorum, Cameræ Imperiali Spirenſi, & Judicio Rothwilenſi Aulico ac Provinciali Sveviæ, nec non Statibus Imperii, ubi ſimul de Judicio Auſtregarum.

SUMMARIA.

C. Th. I. Ratio connexionis. Referuntur ii, quibus poteſtas Imperatoris quodammodo communicata eſt.

Th. II. Rex Romanorum quis hic intelligatur.

Expl. Rex Romanorum in duplici ſignificatu ſumitur.

An vivo Imperatori & quidem invito rectè & aliter adjungatur.

Diſpoſitio A. B. de Vicariis Imperii ſaltem eſt proviſionalis.

Th. III. Qualis poteſtas Regi Romanorum noſtro competat.

Expl. Demonſtratur illius poteſtatem propriam conſiſtere in quibusdam gratiæ actibus.

Delegatum verò vel extraordinariam profluere ex mandato Imperatoris expreſſo vel tacito, vel illi competere abſente demum extra Germaniam Imperatore.

Recenſentur tres diverſæ Politicorum de illa opiniones.

D. *Affertur noſtra opinio, eaq; demonſtratur & defenditur.*

Cur Ferdinandus I. *Rex Romanorum in decernendo ſuam plerumq; adjecerit auctoritatem & poteſtatem.*

Refertur noſtra de extraordinaria illius poteſtate opinio.

Demonſtratur Ferdinandum hunc mentionem feciſſe mandati expreſſi & impliciti.

Item Regem Romanorum abſente extra Germaniam Imperatore etiam abſq; mandato urgentia & ſubita Imperii negotia peragere poſſe.

Th. IV. Poteſtas Cameræ Imperialis in quibus conſiſtat.

Expl.I. Juriſdictio illius eſt ordinaria. A.
Illa ab Imperatore & Statibus ſimul dependet.
An Imperatores juriſdictionem illam privative conſulerint.
Expl.II. Omnes Imperii Status & illorum cauſa regulariter illius juriſdictioni ſubjacent.
Exemti verò quidam in totum, quidam quo ad primam inſtantiam in certis cauſis.
Qui utriq; ſint.
Quoad ſecundam inſtantiam à quorundam Electorum ſententiis planè non, ab aliorum verò intra certam ſummam, & à Statuum judicatu hodie non niſi ultra 600. florenos appellari poteſt.
Quæ cauſæ ad Cameram non ſpectent.
Quæ verò etiam in prima inſtantia ad eam præciſè pertineant.
Quales in illis litigantes & in ſpecie res eſſe debeant.
Expl.III. Quando & ubi & in quem finem illa primùm inſtituta, & quibus in locis ſucceſſive habita, ac quando demum Spiræ perpetuò fixa fuerit.
Ex quibus perſonis primum conſtiterit, quomodo deinde illi aucti, & quod illorum nunc ſint. B.
Judex ſemper à ſolo Imperatore conſtituitur, & hunc repræſentat.
Uti etiam quatuor Præſides.
Recenſentur reliqui Cameræ Officiales.
Refertur conſignatio ſalariorum.
Illa ex cenſu Statuum ſingulari colliguntur & ſolvuntur.
Quomodo illo hodie, aucto illorum numero, auctus ſit.
Omnes illius officiales ſunt ſub Imperii & Imperatoris ſpeciali juriſdictione & protectione.
A quo illi in delictis puniantur.
Refertur controverſia inter Camerales & Senatum Spirenſem de Juriſdictione in Cameralium liberos ſeparata vel propria domicilia habentes. C.
De qualitatibus Judicis, Præſidum ac Aſſeſſorum.
Expl. IV. Quomodo quotannis viſitatio illius haberi & inſtitui debeat.
Expl. V. Refertur deliberatio de illa alium in locum transferenda.
Expl.VI. Cur hic de Conſilio Imperatoris Aulico actum non ſit.
Hoc ſaltem delegatam habet poteſtatem.
De illius juriſdictione remiſſivè.
Th.V. Qualis poteſtas Judicio Rothwilenſi & Provinciali Sueviæ competat.
Expl.I. Recenſetur diſtrictus exercendæ illius juriſdictionis.
A quibus id primum inſtitutum & poſteà reformatum ſit.
Qui ex illo diſtrictu ab eo exemti ſint. D.
Quis ejus hæreditarius ſit Judex: Et qui ac quot Aſſeſſores.
Ab illo ad Cameram appellatur.
Expl.II. De Judicio illo Provinciali quædam annotantur.
Th.VI. Poteſtas Statibus communicata quotuplex ſit.
Th. VII. Quæ Statibus ex jure Auſtregarum competat.
Expl. Auſtregæ unde dicantur. Illarũ triplex ſignificatio.
Sunt duplices conventionales & priviſegiatæ.
A quo poſteriores conſtitutæ ſint.
Et an ante Maximilianum I. Imperatorem fuerint.
Judices illarum vocantur Judices ordinationis & cur.
Cur poſteriores introductæ fuerint.
In cauſis ad illas ſpectantes in primâ inſtantiâ Juriſdictio Cameræ ceſſat.
Illarum juriſdictio eſt ordinaria.
Qui Imperii Status illis uti poſſint.
Civitates Imperiales poſterioribus regulariter non utuntur.

Illarum quædam tamen gaudent conventionalibus. A.
Et quæ illæ ſint.
Th. VIII. Poteſtas Statibus in ſuos ſubditos competens ſuperioritas territorialis dicitur, & quid illa ſit.
Expl. Materia de hac ſuperioritate eſt difficilis & quare.
Quando illa introducta.
Ejus recipiens ſubjectum ſunt omnes Status.
Landes-Fürſtliche Hoheit differt à Landes Hoheit/ & quæ utraq;.
Quæ ad illam obtinendam requirantur.
Demonſtratur eſſe in Germania quoſdam Principes mediatos illâ gaudentes.
Illa differt à Regalibus.
Oſſibus territoriorum inhæret, adeoq; à nullo Statuum aliis concedi poteſt vel communicari.
Quomodo in Succeſſores tranſeat.
Th. IX. Quæ circa illam conſideranda.
Th. X. Partes ejus potiſſimæ quæ ſint.
Expl.I. Agitur de jure meri & mixti imperii remiſſivè.
Ab illa dependet, quod Subditi avocari nequeant.
B. Agitur de jure erigendorum Dicaſteriorum aulicorum & provincialium.
Expl.II. Jus remittendi pœnas capitales Statibus ex longiſſima conſuetudine competit.
Expl. III. Jus ſalvum conductum ſubditis concedendi itidem.
Quamdiu ille vires ſuas habeat.
Expl. IV. Jus belligerandi cum annexis itidem.
Expl. V. Judæi hodie vigore Regalium recipi poſſunt.
Expl. VI. De jure inducias moratorias particulares concedendi remiſſivè agitur.
Expl. VII. De jure habendorum conventuum provincialium in iisq; ferendarum Legum & Conſtitutionum, nec non poſtulandarum collectarum.
C. Expl. VIII. De jure Statuum circa religionem & ſacra.
Expl. IX. De jure concedendi nundinas particulares.
Expl. X. De jure monetandi remiſſivè.
Expl. XI. De jure ſuccedendi in bonis vacantibus itidẽ.
Expl. XII. De jure reſtituendi famam.
Expl. XIII. De jure Foreſtali Statibus competente.
Expl. XIV. De jure Statuum circa veniam ætatis.
Th. XI. Quomodo Superioritas illa probetur.
Th. XII. Quis illius ſit effectus.

TH. I.

Hucusque poteſtas Imperatori reſervata: ſequitur aliquo modo communicata (1.) Regi Romanorum (2.) Cameræ Imperiali Spirenſi (3.) Judicio Rotwilenſi (4.) Statibus Imperii.

TH. II.

Regi Romanorum vivo adhuc Imperatore in Conventu Electorum ad id legitimis & urgentibus de cauſis indicto, ſecundùm præſcriptam normam electo competit Jus in dignitate illâ ſuccedendi, & proinde poteſtas duplex propria & delegata. D.

Explic.

DE Conventibus hisce Electorum præc. part. 2. ſect. 2. th. 16. & in expl. abunde actum eſt.

De Rege hoc Romanorum hic notandum. (1.) Illum dupliei modo dici, primo, qui mortuo Imperatore tanquam novum Imperii caput per Electionem legitimè conſtitutus eſt, ſecundum A. B. c. 1. §. 12. & 18. cum ſeq. c. 2. §. 2. & 3. ac paſſim. Et hic olim ſolo nomine & Coronationis Papalis actu ab Imperatore diverſus fuit; cujus principium vel introductionem Cunrado III. tribuunt ſcriptores, hic enim primus fuit, qui ſe ante illam coronationem Regem Romanorum & non Imperatorem ſcripſit, ut refert Goldaſt. in Replicatione pro Sacrâ Cæſareâ Majeſt. contra Gretſer. c. 36. p. 368. ubi

ubi tamen p. ſeq. demonſtrat, illum etiam ſe abſq; tali coronatione Imperatorem vocaſſe.

Hodiè, autem nomine & poteſtate idem cum illo eſt, de quo legi poteſt Limn. ad A. B. d. c. 1. § 1. obſerv. 5.

Secundo qui vivo adhuc Imperatori gravibus & ab Electoribus approbatis de cauſis, interveniente legitima Electione, tanquam immediatus ejus Succeſſor adjungitur. *R. J. de dato* Augſp. 1559. *in pr. De quo in Aurea Bulla nullibi expreſſè mentio fit*, ut legi poteſt *Limn. L. 2. c. 15. n. 22. & ſeqq. & ibid. Tom. V. & ad Capitul. Ferdinandi I. in proœm. verb.* mit folgender Genehmhaltung. *n. 15. & ſeqq.*

(2.) *Cauſas illas debere ab Electoribus, ut dictum, probari, ſecundum Tranſact. Cadanenſem apud Hortled. L. 3. de Cauſis belli Germ. c. 13. §. 3. annò 1544. Spiræ ab Imperatore Carolo V. confirmatam, referunſe eodem ib. & eſſe ſequentes, Impotentiam Imperatoris*, tum ob Senium, tum ob morbum quendam gravem & periculoſum, *abſentiam ejus trans Alpes*, item *multiplicata ac gravia unius hominis vires excedentia negotia* tam pacis, quam belli tempore obvenientia.

Quæritur hic An talis Rex intervenientibus dictis cauſis impulſivis rectè & utiliter mediante Electione Imperatori vivo, & quidem etiam invito adjungi poſſit.

R. Quoniam quæſtio hæc bimembris eſt, duplici reſolutione indiget.

Quam nos in utroque membro affirmativè damus. Et quidem quo ad prius ideo

Quia (1.) quod prohibitum non eſt, cur ſtare non poſſit, nulla ratio ſubeſt *argumento L. 27. C. de Teſtament. & l. 32. inf. C. de Appellation.*

(2.) *Uſus* eſt optimus rerum Magiſter & Legum Interpres *c. 6 de Electione in 6.*

Ita verò Carolus IV. ipſe Aureæ hujus Bullæ Auctor filium ſuum Wenceslaum *in Regem Romanorum creari ab Electoribus petiit & obtinuit Cuſpinian. in ejus vita. Imperator Fridericus* III. in filio ſuo Maximiliano I. *Carolus V.* in fratre Ferdinando I. *Hic in filio Maximiliano* II. *& hic iterum in filio Rudolpho* II. porrò *Ferdinandus* II. *in filio Ferdinando* III. *Hic iterum in filio Ferdinando* IV. *idem impetravit*, ut ex actis Electionum & ſequentibus Capitulationibus in propatulo eſt.

Utilitas etiam ejus inde perſpicitur quia (1.) ita interregna evitantur & bella domeſtica ob æmulationem competitorum Imperatore abſque Succeſſore mortuo ſæpè oriri ſolita, quæ per Vicarios ob defectum auctoritatis & majeſtatis nec ſopiri vel ſupprimi nequeunt, præcaventur, ut notum & *prec. part. 1. c. 1. th. 8. explicit.* 2. inſuper deductum eſt.

(2.) *Hoſtibus Imperii occaſio*, facultas & media imperium turbandi, & minuendi adimuntur, ut ſimiliter notum, quod itidem ob dictam rationem per Vicarios ita inhiberi non poteſt.

Nec obſtat (1.) *quod* ita Libertati Electionis præjudicetur, dum ea liberius mortuo, quàm adhuc vivo Imperatore, propter auctoritatem & reſpectum illius, quo iſto in caſu magis ad Familiam illius, maximoperè autem tunc, ſi ipſe filium alias dignum habeat, attendendum eſt.

(2.) *Quod ita* fraus fiat Legi vel *Aureæ Bullæ, quæ c. 5. §. 1. diſponit*, ut mortuo Imperatore Vicarii Gubernationem Imperii ſuſcipiant, id verò intervertatur ſi ſemper, vel ut plurimùm vivo illi Rex Romanorum adjungitur.

(3.) *Quod ita occaſio* ad jus hereditarium facilè induci poſſit, ſi Patri filius & ejus poſteri ſufficiantur, *ut per ſeſquiſeculum* in Sereniſſima Familiâ Auſtriacâ ſæpius obvenit.

R. enim primo in genere 1. non tam ad abſolutam & indefinitam vel majorem eligendi poteſtatem, *quam*

A. ad majorem utilitatem, utpote de qua potiſſimum hæc quæſtio inſtituta eſt, reſpiciendum eſſe. 2. *Periculo* huic per Capitulationes juramento confirmatos in quibus inter alia continetur, Imperium à libera Electorum voluntate in eos delatum eſſe; ut patet ex *Capitulatione Caroli V. art. 28. Ferdinandi I. art. 26. Maximiliani II. art. 14. Rudolphi II. art. 30. Matthiæ art. 35. Ferdinandi II. art. 34. Ferdinandi III. art 38. Ferdinandi IV. art. 36. & Leopoldi invictiſſimi art. eod.* ſatis percautum eſſe.

Deinde in ſpecie, ad fundamentum ſecundum.

1. *Sanctionem illam Aureæ Bullæ de Vicariis & iis vacantiæ tempore competente jure non eſſe ita diſpoſitivam, ut illa quovis Imperatore mortuo, neceſſario exercenda ſit, ſed ſaltem proviſionalem argumento §. 2. d. tit. 5. adeoque ad iſtum tantum caſum accommodatam, quo Imperator abſque jam electo & conſtituto Succeſſore, nempe Rege Romanorum moritur, ſicut etiam initium ejusdem tit. §. 1. verba: Quoties inſuper* ut præmittitur

B. *Sacrum vacare contingit Imperium: quæ omnino* non de ſimplici, ſed ad caſum quo Succeſſor vivo Imperatori conſtitutus non eſt, reſtricta vacantia intelligenda ſunt, quia Imperatorem ſine Succeſſore, non verò ſimpliciter mori ad contingentiam referendum eſt.

Ubi tamen monendum, Nos poſt pr. hujus explicationis tradidiſſe Romanorum Regis expreſſam mentionem in A. B. non fieri, & ideò implicitam, de qua hic loquimur, excepiſſe.

2. *Neque etiam ſemper vivo Imperatori Regem Romanorum adjungi ſolere, ſed tum demum*, cum neceſſitas & utilitas ſecundum prædicta illud ſuadet, ſicuti, ut modò etiam relatum, praxis demonſtrat.

Ad tertium verò eodem modo, quo ad primum reſpondetur.

Quibus addi poſſunt, quæ Strauch. Diſſert. Exot. 4. th. 24. conſignavit.

C. *Quo ad membrum autem poſterius ideò, quia in Capitulationibus Imperatorum Matthiæ art. 35. Ferdinandi II. art. 34. Ferdinandi III. art. 38. Ferdinandi IV. art. eod. & Leopoldi art. 36. illud clarè & ſequentibus quidem verbis conſtitutum eſt:* Wir / desgleichen unſere Kinder / Erben und Nachkommen / ſollen und wollen die gemelte Churfürſten / ihre Nachkommen und Erben zu jeglicher Zeit / bey ihrer freyen Wahl eines Römiſchen Königs / dieſelbe / ſo offt ſie es einem Käyſer zu Hülff / oder dem heiligen Römiſchen Reich nothwendig und nützlich befinden / auch bey Lebzeiten eines Römiſchen Käyſers mit / oder wenn derſelbige auff angelangte Bitte der Churfürſten ohne genugſame erhebliche Urſachen geweigert werden ſolte / ohne einiges regirenden Käyſers *conſens* vorzunehmen (geruhiglich bleiben und gantz

D. unbedrängt laſſen.)

TH. III.

Poteſtas Regis Romanorum propria nobis eſt, quâ ſuapte auctoritate ordinarie pollet, & conſiſtit in quam paucis actibus utpote Creatione (1.) *Equitum* ſolemni poſt Electionis actum perficienda. & (2.) *Principum, Comitum, Baronum, Nobilium & Comitum Palatinorum* (3.) *exercitio aliorum ad gratiam pertinentium actuum*, puta conceſſione privilegiorum.

Delegata verò, quam vel ex mandato Imperatoris expreſſo, vel tacito adeoque extraordinarie exercet.

Expl.

D*E poteſtate hac Regis Romanorum vivo Imperatore electo propria aliquid certi conſignare non ſolum difficile, ſed etiam arduum, ac ideo à nemine, ut ſcimus, accuratè ac ad normam Legum noſtrarum fundamentalium perfectum eſt.*

Licet enim tres diverſæ apud præſtantiſſimos Politicos & JCtos occurrant de illa opiniones, dum una pars illi candem ferè poteſtatem, quam Imperator habet, vigore Receſſuum Imperii & quidem de dato Speyer 1542. §. 3. 69. 102. 124. *&* 142. *de dato* Nürnberg *eod. anno in pr.* §. 24. 36. 39. *&* 43. *Ibidem de anno* 1543. *in pr. &* §. 40. *de dato* Augſpurg 1555. § 64 136. *&* 143. Cammer-Gerichts Ordnung *de dato* Augſpurg 1555. *in proœm. & parte* 3. *tit.* 54. §. 2 *R. J. de dato* Regenſp. 1557. §. 88. *de dato* Speyer *eod.* §. 1. §. 3. *&* §. 9. *in quibus Ferdinandus* I. *Rex Romanorum ſemper illa poteſtativâ clauſula* an ſtatt der Käyſerlichen Majeſtät und für uns ſelbſt als Römiſcher König *eſt uſus R. J. de dato* Augſpurg 1555. §. 26. *in quo nobiles* Imperii *immediatos ſuos ſubditos, &* 136. *in quo Ordinationem Politicam vigore officii ſui, ut dicit, auxit, eamque ſuam vocavit, & mandavit,* daß derſelben bey Käyſerlicher Majeſtät / Seiner und des Reichs ſchwere Ungnade nachgelebet werde. *R. J. de dato* Augſp. 1548. §. 66. *& Capitulationum Ferdinandi* III. *art.* 46. *Ferd. IV. art.* 45. *& Quibus Regibus Romanorum poteſtas creandi Principes, Comites & ſimiles competit. Ord. Cameral. part.* 1. *tit.* 3. §. 2. *in quibus poteſtatem confirmandi Academias habet. & tit.* 25. §. 5. *ubi Ferdinandus Cameram* Imperialem *ſuam nec non d. R. J. de anno* 1555. *in pr. ubi conſtitutiones & jura in* Imperio *obſervanda ſua vocat, d. R. J. de anno* 1555. *in pr. & Ordinat. Cameral. in pr. R. J. de dato* Regenſpurg *&* Speyer 1557. *in pr. ubi ſe Semper-Auguſtum nominat, quod etiam reliqui Reges Romanorum in ſuis Capitulationibus in pr. fecerunt d. R. J. de anno* 1555. §. 66. *ubi ſe &* Imperatorem *Capita* Imperii *nominat, de dato* Speyer 1557. *in illorum pr. & ſubſcriptionibus, in quibus Sibi idem Majeſtatem tribuit, de quo plura legi poſſunt apud Limn. L.* 2. *c.* 15. *n.* 40. *& Reinking. l.* 1. *cl.* 3. *c.* 14. *n.* 50. *& ſeqq.*

Porrò omnium R. J. ſub Ferdinando illo tanquam Rege Romanorum publicatorum in ſubſcriptionibus: item ſubſcriptionum Capitulationum, in quibus hæc clauſula reperitur gegeben in unſer und des Reichs Stadt *&c. & tandem per d. R. J. de anno* 1542 §. 102. *&* 124. *& dato* Nürnberg *eod. anno* §. 24. *in quibus idem ſibi plenitudinem poteſtatis tribuit.*

Secunda verò pars ex oppoſito nihil illi poteſtatis ordinariæ tribuit, præcipuè ob Ordinat. Cameral. in proœm. part. 2. *tit.* 2. §. 2. *& part.* 3. *tit.* 54. §. 2. *in quibus Ferdinandus idem ſcribit;* daß wir als Römiſcher König an ſtatt der Käyſerl. Maj. in Krafft Ihrer Liebden und Käyſerl. Maj. uns gegebenen Vollmacht und Heimſtellung *& R. J. de dato* Regenſp. 1557. §. 2. *ibi* auff Ihr Liebden und Käyſerl. Maj. freundlichs und brüderlichs Geſinnen/ Begehren und Aufferlegen *&c. Capitulationes Maximiliani* II. *art.* 15. *Rudolphi* II. *art.* 32. *Ferdinandi* III. *art.* 49. *& Ferdinandi* IV. *art.* 47. *in quibus omnes hi Romanorum Reges conceptis verbis jurarunt:* Wir wollen und ſöllen auch Uns keiner Regirung oder *Adminiſtration* im heiligen Römiſchen Reich weiter und anders unterziehen / denn ſo viel Uns des von Käyſerl. Majeſt. vergönnet und zugelaſſen wird / auch Ihr. Käyſerl. Majeſt die Zeit Ihres Lebens an Ihrer Hoheit und Würde des Käyſerthumbs keine Irrung noch Eintrag thun. A.

Media tandem ſtatuit Regem Romanorum, non ex mandato Imperatoris tantùm actus poteſtativas exercere ſolere, ſed etiam illo extra Imperium Germanicum, vel trans Alpes exiſtente, tanquam eum in finem ſubſtitutum Imperii Caput & Rectorem omnia, quæ Imperatoris poteſtati competunt, ex propria poteſtate etiam abſque mandato peragere poſſe, eumque ad caſum referenda eſſe omnia illa loca, quæ pro prima partis aſſertione ſtabiliendâ adducta ſunt. Siquidem ex illis clarè conſtat, Ferdinandum illum omnia iſta poteſtatis exercitia, vel ex mandato ut in ſpecie refertur in d. R. J. de dato Speyer 1542. §. 3. *de anno* 1543. *in pr. de anno* 1555 §. 4. 5. *&* 136. *& Ordinat. Cameral. de eod. ann. in proœm. part.* 2. *tit.* 2. §. 2.
B. *t.* 4. §. 9. *& p.* 3. *t.* 54. §. 2. *& Receſſ. Imp. de dato* Regenſpurg 1557. §. 2. *vel ob abſentiam Imperatoris extra Germaniam peregiſſe, uti in modo dicto R. J. de anno* 1555. *d.* §. 64. *& ſeq. & Ordin. Cameral. p.* 1. *t.* 1. §. 3. *& tit.* 15. §. 1. *&* 2. *ac t.* 16. §. 4. *& t.* 50. §. 1. *item p.* 2. *t.* 9. §. 3. *t.* 34. *ac part.* 3. *t.* 48. §. 9. *& tit. ſeq.* § 7. *ſimiliter continetur.*

Nos tamen nulli ſimpliciter adhærere volumus, ſed pro certo præſupponentes in reſolvendis ad poteſtatem regnantium inprimis in Electivis regnis vel Imperiis pertinentibus controverſiis ſemper ad recentiores fundamentales Leges recurrendum, adeoque antiquiores ìnſuper habendas eſſe, ob hanc rationem, quia majeſtas vel poteſtas ſumma, ex modo habendi, qui ſæpè per intervenientia pacta conventa mutatur, ſemper æſtimanda eſt, ut præc. c. 3. *th.* 8. *expl.* 1. *quæſt.* 1. *deductum eſt. Firmiter ſtatuimus Regem Romanorum in*
C. *dicto ſignificatu conſideratum ſaltem in theſi memoratos actus ex propria poteſtate exercere poſſe, ob illam ſolidam rationem, quia omnes illi Reges* à tempore Maximiliani II. incluſivè usque ad Ferdinandum IV. glorioſiſſimarum recordationum vi juratarum ſuarum Capitulationum, ut in relatione ſecundæ opinionis adductum, *promiſerunt, ſe nihil in* Imperio *adminiſtraturos, quam quod à Cæſarea Majeſtate iis permiſſum vel conceſſum fuerit.*

Cur verò ab hâc regula excipiamus illos actus creandi Equites, nec non Principes, Comites, Barones & Comites Palatinos, item Gratiæ, immunitatum & privilegiorum, ſuadent tum ratio hæc quia actus tales in Capitulationibus Ferdinandi III. *art.* 48. *& ſeqq. Ferdinandi* IV. *art.* 44. *& ſeq. iis permiſſi ſunt, & ad adminiſtrationem juſtitiæ vel regiminis propriè non pertinent, tum fundamentum ſequens, quia omnes tales Reges,* poſt coronationem ſinitam Equites crearunt, ut ex
D. illarum deſcriptionibus obvium & notum eſt. *Sicuti etiam in R. J. de dato* Augſpurg 1548. §. 66. *creatio Comitum & Baronum Ferdinando* I. *Regi Romanorum attribuitur.*

Quibus quo ad privilegia addimus in Ordinatione Camerali p. 1. *t.* 3. §. 2. *poteſtatem Academias confirmandi Regibus his expreſſè attributam eſſe. Licet enim hæc tanquam ſingulare Ferdinando* I. *nonnulli tribuant, regerendum tamen eſt, illum non ſibi ſolum, ſed etiam Anteceſſoribus, Regibus ſcilicet Romanis hanc poteſtatem adſcripſiſſe, ut hinc Succeſſoribus quoque competere dicendum omninò ſit.*

Quod verò prædictus Ferdinandus Romanorum Rex in Comitiis ſub ejus Regali Statu nomine Caroli V. Imperatoris & Fratris celebratis Imperatoris hujus nomini & Majeſtati *etiam ſuam Majeſtatem & poteſtatem plerumq; adjecerit, ut ex in pr. hujus explicationis adductis locis demonſtratum eſt, id ſecundum Politicos diverſis de cauſis factum eſt,* inter quos *Limn.*

ad

ad Capitulat. Ferdinandi I. *art.* 2. *verba* durch Uns *n.* 2. *conjicit, Ferdinando* iterationem tam frequentem verborum auch für Uns ſelbſt/als Römiſcher König/ *oblectamento ideo fuiſſe quo vel carperet, vel pungeret adverſarios ſuos*, interque eos Saxonem & Socios, qui tunc, cum in Regem Romanorum electus eſſet, contradixerunt & pro conditione urſerunt, ne Romanorum Rex vivo Cæſare creatus, ſuo nomine Remp. adminiſtraret.

Alii verò illud ideò ſimul factum fuiſſe arguunt, *quia* eidem Regi plerumque Imperatoris Commisſarii additi fuerunt, ne ergo cum his ſe comparari ſineret, aut de dignitate ſua aliquid remitteret, illum etiam addidiſſe ſuam Regiam auctoritatem.

Alii porrò addunt cum Rege illo nullam tunc Capitulationem initam, adeoque nec modum exercendæ poteſtatis præſcriptum fuiſſe. *Quæ forte conjunctim ab illo tunc conſiderata fuerunt.*

Quod nunc alterum membrum theſeos noſtræ nimirum poteſtatem Regis Romanorum delegatam concernit, repetendum hic Ferdinandum mentionem facere, mandati expreſſi à Carolo V. Imperatore obtenti paſſim & in ſpecie in modo dictis locis R. J. & de dato Speyer *§. 3. de dato* Nürnberg *1543. in pr. & de dato* Augſpurg *1555. §. 4. 5. & 136. & Ordin. Camer. de eod. anno in proœm. p. 2. t. 2. § 2. & p. 3. t. 54. §. 2. & R. J. de dato* Regenſpurg *§. 2. Mandati verò taciti vel impliciti in Receſſibus Imperii & aliis negotiis in abſentia Imperatoris ab illo publicatis & peractis ac peragendis in d. R. J. de anno 1555. §. 64. & ſeq & Orden. Camer. d. p. 1. in proœm. t. 1. §. 3. t. 15. §. 1. & 2. & t. 16. §. 4. nec non t. 50. §. 1. item p. 2. t. 9. §. 3. t. 34. & p. 3. t. 48. §. 9. & tit. ſeq. §. 7. Item in Tranſact. nomine Imperatoris Caroli V. & Imperii cum Duce Lotharingiæ anno 1542. inita & à Limn. L. 5. c. 11. n. 3. relata..*

Vel ſi magis placeat, ſimultanea poteſtatis propria, extraordinaria tamen, in abſentiâ Imperatoris illi tunc, tum ob defectum Capitulationis, tùm ob promotionem ſalutis publicæ ratione electionis factæ competentis, ut idem aliquot in locis & in ſpecie d. R. de anno 1555. §. 66. ibi an ſtatt der Käyſerl. Maj. und Unſer als Häupter/ *& §. 136. ibi* auch für Uns ſelbſt als Römiſcher König auß Erheiſchung obliegenden Amtes gebühret hierin Einſehens zu thun: *quoniam* in illum finem talis Rex eligitur, ut loco abſentis Imperatoris in ſubitis cauſis ſalutem publicam & alia negotia urgentia promoveat, quibus adde *Ordin. Cameral. Ejuſdem anni p. 1. t. 1. §. 3.*

Nec obſtat, quod poſt Ferdinandum prædictum omnibus hiſce Romanorum Regibus in Capitulationibus utpote Maximiliano II. *d. art. 15. Rudolpho* II. *d. art. 32. Ferdinando* III. *d. art. 49. & Ferdinando* IV. *d. art. 47. præſcriptum & ab iis juratò promiſſum fuerit, ut* ab omni Imperii adminiſtratione, niſi quantum ipſis ab Imperatoribus tunc exiſtentibus permitteretur, ſe abſtinere deberent & vellent, adeoque poteſtas illa extraordinaria ad ſucceſſores extendenda non ſit.

Quoniam noſtro quidem judicio, diſpoſitio illa probabiliter de eo caſu, quando Imperator trans Alpes & extra Imperium Germanicum ſe continet, intelligenda non eſſe videtur; ſiquidem, ut modò dictum, ideò Rex hic illi adjungitur, ut ejus gravibus de cauſis, puta morbo, ætate ingraveſcente & ſimilibus impediti mediante mandato, & abſentis in ſubitis moræ impatientibus negotiis vicem etiam in defectu talis mandati ſuppleat, Imperiique curam ac adminiſtrationem gerat, nec alias regalis illa dignitas & majeſtas planè otioſa & umbratilis ſit. Licet talis caſus hoc rerum ſtatu vix evenire poſſit.

A. *Vice verſa verò* illa de affectuoſa vel ambitioſa adeoque Imperatoris dignitati & Majeſtati derogatoria argumento verborum in Capitulationibus hâc formula daß Er Jhr Maj. die Zeit Jhres Lebens an Jhrer Hoheit und Würde des Käyſerthumbs keinen Eintrag thun ſolle comprehenſorum; *non verò de neceſſaria* & ad ſalutem Imperii ſolum directa Imperatorique minimè derogatoria adminiſtratione intelligenda eſſe videntur.

Sed horum genuina explicatio caſu forte emergente Electorali Collegio omnino relinquenda eſt.

TH. IV.

Poteſtas Cameræ Imperiali communicata conſiſtit in B. juriſdictione ordinaria univerſali & independenti in omnes & ſingulos Imperii immediatos & mediatos Status ac Subditos, *exceptis iis, qui* tam ratione propriarum perſonarum, quàm certarum cauſarum ab illa exemti ſunt, per Judicem & Aſſeſſores, ſecundùm præſcriptas ordinationes Imperii exercenda.

Expl.

1. *JUriſdictionem illius eſſe ordinariam inde probatur, quia* (1.) ab Imperatoribus & Imperii Statibus perpetuâ Imperii Lege, nempe Ordinationibus dictis fundata & roborata eſt *R. J. de dato* Regenſpurg C. 1541. *§. 33. juncta L. 6. ff. de Jurisd.* adeoque mortuo Imperatore nunquam quieſcit, nedum exſpirat, ſed continua ſerie exercetur, ut notum eſt & inſuper poſt alios demonſtrat *Gilman. L. 1. Deciſ. Cameral. 46. n. 94.*

(2.) *Ab illa planè appellari non poteſt R. J. de dato* Augſpurg *1530. §. 76. & Ordinat. Camer. de anno 1555. p. 3. t. 51. & cauſæ regulariter avocari nequeunt R. J. de dato* Regenſpurg *1654. §. 166. & in Capitulat. Imperatoris Leopoldi art. 42.* de quo plura legi poſſunt apud *Boehm. Exercit. ad A. B. 9. c. 1. §. 3. & Gerbard. in Diſc. de Judicio Aulico & Cameral. 1. c. 1. §. 2.*

Cameram verò ab Imperatore & Statibus ſimul dependere patet ex Ordinat. Cameræ de anno 1495. in pr. Handhabung des Friedens *de anno eodem t. 4.* Satzung des gemeinen Pfen- D. ninge *de eodem anno t. ult. & d. R. J. de anno 1654. §. 8. 9. 15. 19. 22. 34. & paſſim, adeoque utrumque repræſentare, ſecundum eundem Receſſum §. 165.*

Nec obſtat, quod Imperatores Carolus V. Ferdinandus I. Maximilianus II. Rudolphus II. Matthias & Ferdinandus II. in Receſſibus Imperii ab & ſub illis publicatis Cameram ſuum judicium ſolùm vocarint. *Id enim per excellentiam ſalvo ſimultaneo Statuum jure factum, ſiquidem* hi nihilominus illis temporibus unà cum Imperatoribus Cameræ Leges & normam præſcripſerunt, & ejus reviſionem ac ſimilea ſimultanei juris actus inſtituerunt ac exercuerunt, ut patet ex *Ordinationibus Cameræ de anno 1521. 1523. 1527. 1531. §. 1. 1533. & 1535. in pr. R. J. de dato* Regenſpurg *1557. §. 73. & ſeqq.* Augſpurg *1566. §. 85. & ſeq.* Speyer *1570. §. 41.* Regenſpurg *1594. §. 49.* Speyer

1600. *inpr. & Judici ac Aſſeſſoribus mandarunt d. Reform. Ordin. Camer. de anno* 1531. §. *f. nec non res dubia à Cameralibus obſervanda Imperatoris ac Statuum deciſioni ſubmiſſa fuerunt d. R. J. de dato* Speyer 1557. §. 5.

Plura a Paurmeiſtero de Juriſd. Imper. *Rom. l.* 2 *c.* 6. *n.* 18. *& ſeqq. adducta argumenta refutata vide apud Limn. l.* 9. *c.* 2. *n.* 55.

Quæri hic ſolet: An Imperatores juriſdictionem in Cameram privativè contulerint?

R. Negativa verior eſt, quoniam illi per judici ſua aulica juriſdictionem eandem, quam Camera, uti omnibus notum eſt, exercent. *Et hinc Imperator Ferdinandus* III. *in Ordinat. Judicii Aulici t.* 2 §. So wollen wir auch *expreſſe meminit*, ſe & Anteceſſores ſuos Cameræ juriſdictionem concurrentem contuliſſe.

Plura de illa quæſtione vide apud Gerhard. d. Diſ. 1. *c.* 2. *Ubi in quibus cauſis Camera cum Judici Aulico concurrere poſſit, & c.* 3. *ſequenti, quando & quomodo inter hos & Conſilii Aulici judicium præventio mutua locum habeat eruditè demonſtrat.*

II. *Omnes Status* Imperii *ſive actores & rei ſimul. ſive rei ſaltem ſint, & illorum cauſa, niſi ab illa exemti ſint, juriſdictioni Cameræ ſubjacere in Ordin. Cameræ p.* 2. *t.* 1. §. 2. *& tit.* 27. *conſtitutum eſt.*

Exemti verò ab illa quidam Imperii Status ſunt in totum, quidam autem in certis cauſis ſaltem quo ad primam inſtantiam.

In totum exemti ſunt quidam Electores, ut ſeq. Sect. 2. *c.* 1. *th.* 9. *expl.* 2. *n.* 8. *demonſtravimus.*

Duces Lotharingiæ vigore tranſactionis cum Imperatore Carolo V. & Imperio anno 1542. initæ & à *Limn. L.* 5. *c.* 11. *n.* 3. relatæ.

Duces Burgundiæ vi ſimilis tranſactionis anno 1548. confectæ & *ab eodem d. l.* 5. *c.* 2. *n.* 50. adductæ.

Et ſecundum quosdam Archiduces Auſtriæ per privilegium Caroli V. apud *eundem d. c.* 2. *n.* 32. *exſtant.*

Sed quid privilegio illi opponi ſoleat legi apud eundem poteſt d. l. 9. *c.* 2. *n.* 124. *Klock. de contribut. c.* 4. *n.* 218. *& ſeqq. & Bechmann. d. Exerc.* 9. *c.* 2. *ſect.* 6. §. 3.

Id certum eſt, exemtionem illam ſaltem cauſas privatas non imperium ipſum concernentes in ſe continere, adeoque has e. gr. cauſam fractæ pacis ſub illa comprehenſas non eſſe.

In certis verò cauſis & caſibus quoad primam inſtantiam ſaltem a Cameræ juriſdictione per privilegium Auſtregarum exemti ſunt Principes, Comites, Barones & Nobiles immediati in controverſiis cum ſui ordinis conſortibus ortis, excluſis Civitatibus Imperialibus, quæ hoc privilegio non gaudent, de quo th. ſeq. 7. *in expl. n.* 4. *dictum eſt.*

Porrò ab eadem in hac inſtantia exemta ſunt ob peculiares Auſtregas, gewillkührte Auſträge / *quædam Imperii Civitates, quas etiam ſeq. th.* 7. *n.* 1. *retulimus, quoniam* enim tales Auſtregæ per particularia pacta inter illas ſemel introductæ & ſtabilitæ ſunt, ab illis recedere non poſſunt per ea, quæ in *Ordin. Camer. d. p.* 2. *t.* 27. ſtatuta ſunt.

Pertinet huc quodammodo privilegium optionis fori, ſecundum quod eo gaudentes intra ſtatutum tempus optionem habent an coram camerâ Imperiali vel Judicio Imperatoris Aulico convenire velint, quale *ſecundum Inſtrum. Pac. art.* 10. §. *è contra Rex Sueciæ intra tres menſes, ex privilegio verò*

A. *Duces Brunovicenſes intra duos menſes ſecundum Limn. T.* 5. *l.* 5. *c.* 6. *n.* 29. habent.

Quoad ſecundam inſtantiam notandum.

1. *Vigore Aureæ Bullæ t.* 11. §. 2. *&* 3. *à ſententiis Electorum planè appellari non poſſe, quod tamen ratione quorundam Electorum in deſuetudinem ivit ut ſeq. c.* 6. *th.* 8. *expl.* 1. *n.* 8. *demonſtratum eſt.*

2. Regibus *Sueciæ in tractatu Pacis Osnabruggenſis vigore Inſtrum. Pac. art.* 10. §. *deinde conceſſum eſſe, ut ſummum aliquod Tribunal ſeu Apellationis inſtantiam in commodo Provinciarum ſuarum Germanicarum loco (uti Wiſmariæ poſtmodum factum) inſtituant & ibi juſtitiam ſecundum conſtitutiones Imperiales & provinciales abſque ulteriori provocatione cauſarumq; avocatione adminiſtrent.*

Quod etiam ad Domum Auſtriacam multi extendunt, inter quos reperitur *Myler. de Princip. & Stat.*

B. *Imperii c.* 42. §. 8. *ubi idem de Duce Wurtembergico, Judicio Provinciali in Franconia & Groninga Friſia ſtatuit, cui junge Roding. in Pandect. Cameral. l.* 1. *t.* 20. *Sect.* 3.

Sed ſi quo ad Domum Auſtriacam fundamentum ſuum in privilegio Caroli V. apud Limn. L. 5. *c.* 2. *n.* 32. *poſuit*, *reponendum eſt, illud ſaltem de jure non evocandi Subditos, non verò de non appellando agere, quæ duo maximè inter ſe differunt ut ſeq. Sect.* 2. *c.* 1. *th.* 9. *expl.* 8. *n.* 1. *demonſtratum eſt.*

3. *Quo ad alios Status verò, ab illorum ſententiis hodie non appellari poſſe, niſi ſumma in litem & ſententiam deducta, quæ ad ſortem* 600. *florenos & quæ ad reditus annuos* 24. *florenos vel ſedecim Joachimicos excedat, ut in d. R. I. de dato* Regenſpurg 1654. §. 112. *conſtitutum eſt.*

C. *Ubi quoad Duces Brunovicenſes ex Limn. Tomo V. l.* 5. *c.* 6. *n.* 29. *& Blumio d. l. tab.* 3. *monendum, illos an.* 1648. 24. *Auguſti tam quoad Ducatum Guelferbytanum quàm Cellenſem & Calenbergenſem privilegium ab Imperatore Ferdinando* III. *obtinuiſſe, ut niſi ſumma* 2000. *aureos Rhenanos excedat, ab illis appellari nequeat, quod etiam refertur in Not. ad Roding. d. l. p.* 322. *cum additione privilegium illud Cameræ* 1651. *inſinuatum fuiſſe, eosdemque Duces anno eodem obtinuiſſe privilegium electionis fori, de quo etiam ſeq. expl.* 6. *in f. egimus.*

De ſumma appellabili reliquorum tam Eccleſiaſticorum quam ſecularium Principum vide eosdem ibidem.

Ex quibus adhuc annotandi ſunt Landgravii Haſſiaci Caſſelenſes, & Megapolitani Suverinenſes, quorum priores ab Imper. Ferdinando III. privilegium an. 1650. 26. Aug. & Cameræ anno 1657. 20. Octobr. inſinuatum acceperunt ab iis intra 1000. aureos Rhenanos non appellando, *& poſteriores* ab eodem

D. ſimile privilegium Cameræ 1654. 25. Jan. inſinuatum ut refert *Blumius & Roding. in notis dd. ll.*

Quod cauſas concernit, ſciendum.

1. *Cauſas criminales*, quæ capitis pœnam decernendam in ſe continent, ad Cameræ juriſdictionem non pertinere *Ord. Camer. d. p.* 2. *t.* 28. §. 5. *& R. I. de dato* Augſpurg 1530. §. 95.

Excipiuntur caſus ſequentes, ſi (1.) per appellationem contra judicem immediatæ juriſdictionis ex capite nullitatis querela inſtituatur *d.* §. 28. *&* §. 5. atque ita ſaltem circa proceſſum controverſia oriatur. (2.) *crimen* illud fractam pacem & (3.) *fiſcum Imperatoris concernat*; illius enim cognitio ad Cameram

ſpectat

ſpectat Ord. Cam. d. p. 2. t. 20. §. 1. & ſeq. (4.) non de crimine principaliter ſed de illius foro controverſia ſit argumento R. I. de dato Speyer 1600. §. 26.

2. Ad eandem non pertinere cauſas majora feuda concernentes d. p. 2. t. 7. Matrimoniales & alias ſpirituales, de quibus conſuli poteſt Limn. d. c. 2. n. 186. & ſeqq. ubi Limitationes ſimul refert, nec non eas, quæ Imperatoris Reſervata, minimis vero gratiam & indulgentiam concernunt. Quoniam ad Cameram cauſæ ſaltem litigioſæ per viam ſimplicis querelæ vel per devolutionem deferuntur, ut legi poteſt apud Gerh. d. diſc. 1. c. 4. §. 1.

Contra 3. ſequentes cauſas etiam in primâ inſtantia ad Cameram abſolute & non obſtantibus primæ inſtantiæ privilegiis pertinere: Fracta pacis tam religioſa, quam profana, Fiſci Imperialis, litigioſa poſſeſſionis, Pignorationum, Arreſtorum, mandatorum ſine clauſula, relaxandi juramenti ad effectum agendi, Legis diffamari circa fracta pacis & aliud publicum Imperium concernens crimen, denegata vel protracta juſtitia, Violatorum privilegiorum Imperialium & transgreſſarum Conſtitutionum Imperii, de quibus omnibus in d. Ordin. Camerali p. 2. t. 9. & ſeqq. latè agitur & Roding. L. 1. Pandect. Camer. tit. 6. & ſeqq. nec non Limn. d. L. 9. c. 2. n. 126. ac 142. ac ſeqq. legi poteſt.

Circa quas tamen obſervandum, in quibusdam illarum, utpote primâ, ſecundâ, tertiâ, quartâ & quintâ requiri, ut utraque pars immediatè juriſdictioni Camerali ſubjecta, in quibusdam verò, utpote ſeptima & octavâ ſufficere, ut reus ſaltem immediatus Imperii Status ſit, & in reliquis nihil intereſſe, utrum partes immediatè an mediatè juriſdictioni illi ſubſint.

III. Judicium illud vel Tribunal ſummum anno 1495. à Maximiliano I. Imperatore cum conſenſu Imperii Statuum Wormatiæ in Comitiis ad pacem publicam eò melius conſervandam, juſtitiam ſtabiliendam, & unicuique adminiſtrandam, nec non Conſilium Aulicum à moleſtiis tot innumerabilium cauſarum ad id delatarum quodammodo liberandum Ordin. Judic. Aulici t. 2. §. So wollen wir auch &c. inſtitutum, ut ex Ordinatione ejusdem d. anni in pr. conſtat. Et poſtquam incerto tempore, modo Wormatiæ, modò Noribergæ ab anno ſcilicet 1501. modo Ratisbonæ ab anno 1504. modò iterum Wormatiæ ab anno 1511. & Norібergæ ab anno 1521. poſteà Eslingæ ab anno 24. ſubſtitiſſet, tandem Spiram an. 1527. translatum & ibi anno 1530. in Comitiis Auguſtanis communi Statuum conſenſu tandem ſtabilitum fuit.

Conſtituti verò fuere primum Judex, qui Princeps, Comes vel Baro eſſet, & Aſſeſſores ſedecim dimidia ex parte Juris Doctores vel Licentiati, & pro reliqua parte equeſtris Ordinis, ut in c. 1. ibidem ordinatum eſt. Sed poſtea is numerus primùm in Comitiis Auguſtanis anni 1530. ſecundum illum Receſſum §. 76. & Ordin. Camer. p. 1. t. 1. §. 3. ad viginti quatuor: per Maximilianum II. verò in Comitiis Auguſtanis 1566. celebratis ad 32. vigore Receſſus illius § 74. & in Comitiis Spirenſibus anni 1570. vigore Receſſus illius §. 42. ad 40. ac per Pacificationem Oſnabruggenſem ſecundum Inſtr. Pac. art. 5. §. 52. ad quinquaginta in univerſum ita auctus eſt, ut Catholici Status ex iis 26. ſecundum præſcriptum R. I. de dato Regenſpurg 1654. §. 169. & Evangelici reliquos 24. ſecundum ſchema in d. art. 5. §. ſeq. 55. præſentent. Additique prioribus duobus in d. Ord. Cam. p. 1. t. 1. §. 3. & t. 10. §. 1. memoratis præſidentibus locum abſentis vel impediti Judicis obtinentibus adhuc unus vigore d. R. I. de

A. anno 1570. §. 51. & rurſum unus vi d. Inſtrum. Pac. d. §. 52. adeoque in univerſum quatuor conſtitute, ut mox pluribus demonſtratur.

Judex ille ab Imperatore ſimpliciter & ſemper conſtituitur, ut inter alia ex d. §. 3. & R. I. de dato Augſpurg 1548. §. 23. notum eſt, adeoque Imperatorem ipſum repræſentat R. I. de dato Regenſpurg 1654. §. 165. & ideo omnes ſupplicationes illi inſcribuntur, ut poſt alios refert Gerhard. d. tr. diſc. 2. c. 1. th. 6 ſicut etiam decreta proceſſuum ſub Imperatoris nomine, titulo atque ſigillo emittuntur ſecundum eundem ſeq. c. 3. §. 2.

Quatuor prædicti Præſides à Cæſarea Majeſtate quoque conſtituuntur, ita tamen, ut duo ex iis Auguſtanæ Confeſſioni addicti ſint. Inſtr. Pac. d. §. 52.

B. Sed hodie ſaltem illorum duos eſſe, unumque ex iis Auguſtana Confeſſionis tradit poſt Gerhard. de Judicio Aulico & Camer. Diſc. 4. c. 1. §. 2. Bechman. d. tr. diſc. 4. c. 1. §. 2.

His adjuncti ſunt ſequentes perſonæ Fiſcalis, Advocatus Fiſci, Medicus, Adminiſtrator vel Director Cancellariæ, Quæſtor, Libellio adverſariarum rationum, duo Pedelli, duodecim Tabellarii Equeſtres.

De illis omnibus notanda ſequentia.

1. Salaria illorum primo ab Imperatore Maximiliano I. & Statibus conjunctim exſoluta, & poſteà ſucceſſivè introductum fuiſſe, ut tandem Status ſoli illa præſtarent, ut ſeq. c. 6. th. 3. expl. 3. latè deductum eſt. Hodie vero illa eſſe aucta & vigore R. I. de anno 1654. §. 12. eſſe ſequenti conſtituta quantitate

	Joachimici
C. Judicis - - -	4400.
Unicuique Præſidenti 1371. adeoque quatuor - - -	5484.
Quinquaginta Aſſeſſoribus, cuique 1000. - - -	50000.
Fiſcali - - - -	1000.
Advocato Fiſci - , -	571 ½.
Medico - - - -	285.
Adminiſtratori Cancellariæ -	152 ½.
Quæſtori - - - -	344.
Libellioni adverſariarum rationum -	45.
Duobus Pedellis - - - - -	180.
Duodecim Tabellariis equeſtribus cuique 32 ½. - - - -	390.

D. Summa 62852. Joachimici.

2. Salaria hæc illis ex cenſu quodam ſingulari Statibus Imperii impoſito hodie ſolvi, cum quondam diverſa media in Comitiis Imperii prolata fuiſſent, ut videri poteſt apud Limn. Tomo 4. ad d. l. 9. c. 2. n. 13. & ex Sect. 2. ſeq. c. 1. th. 3. expl. 3. notatis, ubi ſimul ſeries & progreſſus ſalariorum & conſtitutio tandem illius cenſus refertur.

De Cenſu ipſo porrò obſervandum, illum aucto, ut dictum, Aſſeſſorum numero, ita quoque auctum eſſe, ut quilibet Status pro ſingulis florenis anteà ad ſuſtentationem Cameralium quotannis ſolutis, hodiè, donec aliud medium reperiatur, ſingulum Joachimicum ſolvant, vigore d. R. I. de dato Regenſpurg 1654. §. 14.

De cenſu illo antiquo vide Limn. L. 4. c. 7. poſt n. 66. **in dem Anſchlags-Regiſter** *& noſtra ſeq. c. 6. d. th. 3. & expl.* 3. notata. A.

De illo porrò obſervandum, quod ille ſtatutis terminis, nimirum Nundinis Francofurtanis, ab unoquoque Statuum ſub certis pœnis, & executione Imperii ibi ſolvi debeat, ſecundum d. R. J. de anno 1654. §. 9. & ſeqq.

3. *Illos eſſe ſub ſingulari* **Imperatoris** *& Imperii protectione & jurisdictione, & cum totâ familia jurisdictioni & oneribus Civitatis Spirenſis non ſubeſſe, ita, ut etiam illorum viduæ*, quamdiu non ex civibus cuidam nubunt, iiſdem privilegiis gaudeant, quemadmodum in *d. Ordin. Camer. p.* 1. *t.* 49. pluribus continetur. *Ideoque judicem jurisdictioni ſuæ ſubjectos quando delinquunt carcere ſingulariter ad hoc à Civitate Spirenſi conceſſo punire poſſe Ordin. Cam. de anno* 1521. *t.* 13.

An verò defunctorum liberi peculiarem œconomiam exercentes à civitatis jurisdictione immunes ſint, in præteritis anni 1653. & ſeq. comitiis Imperii inter civitatem Spirenſem & Camerales acriter diſputatum, ut ex memorialibus illorum apud *Speidel. in Speculo ſub verbis* **Cammergericht** &c. legi poteſt, & pro Cameralibus, ſub certa tamen diſtinctione deciſum, illudque in *R. J. art.* 141. *& ſeq. relatum eſt.* B

Quod verò delicta & in ſpecie Capitalia illorum concernit, de illis in *Ordinat. Cameræ de anno* 1555. *P.* 1. *Art.* 50. *ita proſpectum eſt*, ut Magiſtratus urbis noxium ſtatim prehendat, & Cameræ Judici ac officialibus tradat, & illis carcerem ad illum cuſtodiendum & debitâ pœnâ afficiendum concedat. Si verò delictum pœnam corporis incurrat, tunc Collegium camerale cauſæ quidem cognitionem ſolùm habeat, ſed delicto illo ſatis probato, Magiſtratui urbico executionem pœnæ mandet. De quo etiam *Blum. de Proceſſu Camerali Tit.* 24. §. 41. legi poteſt. C.

An verò immunitas hæc ſe ad Cameralium liberos, præſertim ſi ſingularem familiam per matrimonia & ſimiles actus conſtituant, extendenda ſit, inter Camerales & Senatum ac Cives ejus loci diu, inprimis verò durantibus Comitiis Ratiſponenſibus *anno* 1654. *diſputatum, ſed non deciſum fuit*, uti legi poteſt apud *Speidel. in Speculo ſub verbo* **Cammergericht / Cammergerichtliche Perſonen.**

De Judice verò, Præſidentibus & Aſſeſſoribus in ſpecie.

1. *Omnes* illos debere eſſe Germanos, bonæ famæ, jurium & conſuetudinum Imperii gnaros, ac ad talia negotia gerenda aptos & natalium legitimorum *d. Ordin. Camer. p.* 1. *t.* 1. §. 3. *& t.* 3. §. 2. D.

2. *Judicem & Præſidentes Illuſtris ad minimum proſapia.*

3. *Aſſeſſores in ſpecie dimidia ex parte Juris Doctores vel Licentiatos* in confirmatis Academiis creatos, & ad minimum per quinquennium in illis verſatos; *ex reliqua parte verò nobiles d. t.* 1. §. 3. *& t.* 3. §. 2.

4. *Catholicæ vel Auguſtanæ Religionis, inter quos Reformati hodiè abſque dubio recipiuntur, ut vel ex ſolo* §. 23. *d. R. J. de anno* 1654. conſtat, de quo tamen etiam legi poſſunt, quæ habet *Limn. in Tom.* 4. *ad d. l.* 9. *c.* 2. *n.* 23.

IV. *Quomodo viſitatio Cameræ quotannis inſtitui, & per quos peragi debeat prac. p.* 2. *ſect.* 2. *c.* 9. *th.* 26. *in expl. traditum eſt.*

V. *Obſervandum certis quibusdam de cauſis* imprimis ob ſecuritatem in Comitiis Ratiſponenſibus anni 1640. celebratis & poſteà in Conventu Oſnabrugenſi anno 1642. & ſeq. *de Judicii hujus in alium locum translatione actum, idque in Inſtrum. Pacis art.* 5. §. 20. *relatum ita eſſe*, ut in proximis Imperii Comitiis illa in effectum deduceretur, *ſed ut ex d. R. I. de anno* 1654. §. 167. *videre licet, ea nondum perfici potuit.*

VI. *Notari hic porro debet, de Jurisdictione Conſilii Imperatoris Aulici itidem univerſali hic ideo tractationem nullam ſuſceptam fuiſſe, quoniam illud non communicatam vel ordinariam ſed delegatam ſaltem habet poteſtatem, quod vel inde patet, quoniam mortuo Imperatore illa quieſcit, omnia acta à Regiſtratore obſignantur & aſſervantur, & durante interregno Vicarii Imperii in ſuis diſtrictibus illam exercent, novoque Imperatore electo illorum judicata & acta in illum ..am mittuntur, archivoque ejus judicii inſeruntur, ut inter alios tradit Gerhardus d. diſcurſu* 1. *c.* 1. §. 2.

De illo & ejus Jurisdictione interim curioſus Lector legere poteſt Ordinationem Ferdinandi III. *anno* 1654. *publicatam & Gerhard. in d. tr. per totum & Blumius in Proceſſu Cameræ tit.* 25. *n.* 41. *& ſeqq. & quæ nos prac. p.* 2. *ſect.* 2. *c.* 4. *th.* 6. *& in explic. annotavimus.*

Plura de Camerali hoc judicio vide quæ modò dicto c. 4. *th.* 6. *in explicatione dicta ſunt.*

Quibus tandem addimus Duces Brunovicenſes converſos habere privilegium optionis ſive eligendi fori, ita, ut intra duos menſes ſe declarare queant, utrum coram judicio Camerali an Imperatoris aulico reſpondere velint ſecundum Limn. Tomo V. l. 5. *c.* 6. *& Burgoldenſ. in Notit. Imperii p.* 2. *Diſc.* 20. *p. m.* 226. ubi refert privilegium illud ab Imperatore Ferdinando III. 24. Nov. 1648. conceſſum fuiſſe. Et ſimile Regi Sueciæ ad tres tamen menſes extenſum in Inſtrum. Pacis art. 10. §. deinde concedit.

TH. V.

Poteſtas Judicio Aulico Rothvvilenſi & judicio Provinciali in Svevia communicata conſiſtit in Jurisdictione quidem ordinaria, particulari tamen, in certum imperii diſtrictum ex inſtitutione Conradi III. Imperatoris ac antiquorum Sveviæ Ducum & confirmatione quorundam Succeſſorum exercendâ.

Expl.

1. D*E Judicio hoc Rothvvilenſi ſequentia obſervanda.*

1. *Illud*, ut dictum, *ſaltem particularem quandam jurisdictionem in quatuor non tamen integros Circulos, Auſtriacum, Francicum, Rhenanum & Suevicum* (quorum diſtrictus ſpecialiter in Ordinat. illius Judicii, à dicto Conrado & ſequentibus aliquot Imperatoribus confecta & *à Gold. tom.* 1. **der Reichs-Satzungen** *f.* 6. *& ſeqq. relata part.* 1. *t.* 6.

l. 6. refertur) ejusque tam immediatos, quàm mediatos Status ac Subditos nomine Imperatoris ſolùm exercendam obtinere, ut patet ex *Imperatoris Maximiliani II. reformirter* Hoff-Gerichts Ordnung/ *de anno* 1572. & iis, quæ *Wehnerus in Commentario* über deſſen alte und neue Ordnung *p. 1. t. c.* refert.

2. *Ab illius juriſdictione tamen Electores in illo diſtricta comprehenſos per A. B. tit. 11. item Auſtriacam Domum & illius Subditos in Suevia, Lotharingiam & alias plures provincias à Speidelio in Speculo ſub titulo* Rothweyliſch Gerichte *relatas eximi, quos etiam enumerat Sprenger. in fontibus Jur. Publici c. 6. p. m. 1088. & ſeq.*

3. *Illud primùm à dicto Imperatore Conrado III. anno 1146. vel ſeq. Rothvvilenſi Civitati ob fidelem contra ejus hoſtes præſtitam opem & ideò perpeſſa damna remunerationis ergo ut ſeq. c. 9. th. 6. in expl. ſub illa civitate n. 1. demonſtravimus cum ordinaria juriſdictione conceſſum eâ lege, ut ſecundum à Judicio Imperatoris in ipſa Aula exiſtenti dignitate eſſet, ac vigore dictæ ordinationis anno ſequenti confectâ in omnes & ſingulos ſub diſtricto illo degentes perſonas eorumque cauſas ſine ullo diſcrimine juriſdictionem exercere poſſit; ut patet* auß dem kurtzen Begriff zur Handhabung ſolches Gerichts auff dem Reichstage zu Regenſpurg *anno* 1653. den Ständen übergeben *addncente Limn. Tomo V. add: l. 9. c. 3. n. 8.*

Poſtea verò ab Imperatore Maximiliano II. *ſecundum promiſſionem in R. J. de dato* Speyer 1570. §. 71. *factam ordinationem illam de anno* 1572. *reformatam & in toto* Imperio *publicatam eſſe, ut ab eodem Limn. d. l. paulò poſt refertur.*

4. *Ejuſdem judices hereditarios eſſe* Comites *de Sulz, à prima ejus inſtitutione ut ex Reformatione Maximiliani* II. *p. 2. t. 1.* & aliis documentis *ac deductione dicta apud Limn. T. 5. l. 9. c. 3. n. 8. conſtat.*

Aſſeſſores verò quosdam nobiles, quibus è Senatu illius loci Sculterus & duodecim judices ſecundum Ordinationem antiquam p. 1. t. 2. adjunguntur.

5. *In illo omnia negotia voluntaria & contentioſa juriſdictionis, item criminalia, matrimonialia & ſimilia tractari poſſe* ſecundùm *dictam Reformationem Maximiliani* II. *p. 2. t. 6.*

6. *Ab illo ad Cameram* Imperialem *appellari poſſe d. Reform. p. 3. t. 13. & d. R. J. de dato 1570. §. 71.*

II. *De Judicio Provinciali in Suevia notanda ſequentia.*

1. *Illud ab Henrico* Imperatore *inſtitutum, ut poſt parentem noſtrum de Jure Territ. c. 4. n. 483. memorat ex Lyrer. in ſuo veiuſto Chronico f. 72. Magerus de Advoc. Arm. c. 2. n. 84.* & quondam Suevia Ducum, iisque mortuis ad Imperium translatum, ab eoque Auſtriacis oppignoratum fuiſſe, referente poſt alios *Limn. L. 6. c. 3 n. 56.*

2. *Vocari* Käyſerliches Land-Gericht in Ober- und Nieder-Schwaben / ut patet ex rubrica Ordinationis illius.

3. *Illius diſtrictum in ordinatione ita deſcribi:* Es erſtreckt ſich ſolches Land-Gerichte über die Thonau / biß an das Land Würtemberg / und biß an Lech / dem Lech nach hinauff gen Rein an die Brücken / darnach hinüber auff Tachheimb / an die Grau(e)npund zu Anfang des Schweitzerlandes / folgends gen Coſtantz / auch herüber auff Stockach / und von dannen ſo weit ſich der Gezirck des Schwabenlandes erſtrecket.

4. Illud *in tribus Civitatibus* Imperialibus *Ravenſpurg, Wanga & Iſens* nec non in pago *Altorf nunc*

A. Weingarten *dicto habendum eſſe ita*, ut in quolibet loco duodecim Aſſeſſores Urtheilſprecher conſtituti ſint, ſecundùm *Ordinationem illius. Et in Conventu quidem Oſnabruggenſi ac Monaſterienſi de ejus abolitione actum, ſed id* tunc ad alia tempora rejectum eſſe, *Inſtrum. Pac. art. 5. circa f. rationes ejus vide apud* Burgold *p. 2. Diſc. 20. th. 21. vid. etiam Capitul. Ferdin.* IV. *art. 15. & Leopoldi art. 18* in quorum poſtremo nonnulli defectus correcti ſunt.

5. *Judicem Provincialem horum locorum* (*qui ex familia Truchſeſſiorum de Walpurg noſtro ſeculo deſumi ſolet*) *in omnes diſtrictus illius ſubditos & incolas, quicunque illi ſint, niſi privilegiis exemti ſint, cum Statibus iſtius concurrentem habere juriſdictionem, ita tamen,* ut illis ex poteſtate ſuâ mandare & prohibere queat, vi ordin. dictæ.

6. *Ab illo judicio ad Cameram etiam hodiè appellari teſte Beſolde de Appellat. c. 2. n. 19. quod etiam*
B. *comprobavit Leopoldus I. in Capitul. d. art. 18.*

Plura vide apud eund. in Theſ Pract. & Speidel. in ſpeculo verb. Landgericht in Schwaben & *Kreydemann* von des Teutſchen Adels Stadt / Stand / Ehren. *9. 14. n. 4.*

TH. VI.

Hactenus Poteſtas Regis Romanorum, Cameralis & Rothvvitenſi iiis & Provinciali Suevico judicio communicata. Sequitur ea, quæ Statibus Imperii eſt communicata. Eſtque illa duplex communicata ſcilicet in Conſtatus vel in Subditos.

TH. VII.

C. *Quæ in Conſtatus eſt communicata, ſub nomine Judicii Auſtregarum venit, quod hic* in Juriſdictione Statibus Imperii illuſtribus circa quasdam ipſosmet inter ſe concernentes cauſas in prima inſtantia ſecundum Imperii ordinationes decidendas ab Imperatore Maximiliano I. conſenſu Statuum conceſſa conſiſtit.

Expl.

A*Uſtrega Germanica*, ut notum, *originis & inde dicta*, quod coram certis judicibus ad illos pertinentes cauſæ terminentur, daß ſolche Sachen alda außgetragen und geendiget werden/ *triplicem potiſſimum apud Doctores patiuntur ſignificatum* (1) *juris & privilegii*, quo illæ inſtantiæ funda-
D. tæ ſunt (2.) *judicum illarum, & (3.) ipſarum harum privilegiatarum inſtantiarum; quo poſtremo in ſenſu & nos illas hic ſumimus.*

Circa illas ſequentia notanda.

1. *Illas duplices eſſe conventionales ſive peculiares vigore quarum jam ab aliquot ſeculis* nonnullæ Univerſitates & illuſtres familiæ peculiariter & in certis cauſis & primâ inſtantiâ privato pacto tandem per conſuetudinem, vel obſervantiam longiſſimam approbato nonnullos ſui ordinis pro judicibus vel arbitris elegerunt, quæ ideò in Conſtitutionibus Imperii & in ſpecie Camer-gerichts Ordnung *de dato.* Wormbs 1495. *tit.* Wie Churfürſten / Fürſten und Fürſtmäßige &c. gewillkührte rechtliche Außträg. *&c.* Ordnung des Regiments zu Augſp. 1500. *tit.* von den zwantzigen und Erklärung des Landfriedens *de eodem anno tit. 6 nec non Ordin. Camer. de anno 1555. p. 2. t. 2. §. 1. & in d. Ordin. Camer.*

Camer. anno 1555. *p.* 2. *c.* 27. ſondere Außträge/ gewillkührte und rechtmäßige Gewohnheiten *vocantur.*

Et generales ſive privilegiatas per Ordinationem Maximiliani I. *in dicta Ordinat. Cameræ* 1495. *& tit.* Wie Churfürſten *&c. pro Statibus Illuſtribus conſtitutas. Quæ diſtinctio in hoc ipſo titulo etiam fundata eſt. Dum enim Imperator* ibi memoraſſet peculiares illas Auſtregas, ſtatim per exceptionem ſubjunxit conſtitutas has Auſtregas.

Ex quibus ſimul reſponderi poteſt ad quæſtionem an judicium Auſtregarum ante Maximiliani hujus tempora & Imperium in uſu fuerit?

Affirmando ſcilicet id de prioribus, & negando de poſterioribus. *Licet Conring. de judiciis Reip. German. th.* 53. *etiam has antiquiores eſſe putet.*

Ubi notandum Judices hujus inſtantiæ Rodingo L. 1. *Pandect. Cameral. t.* 4. *c.* 1. *dici Judices Ordinationis, quia ſcilicet* per Maximilianum I. Imperatorem in *Ordin. Camerali de dicto anno* 1495. *& d. tit.* wie Churfürſten *&c.* ordinati ſunt.

2. *Cauſam, cur poſteriores hæ, tanquam privilegiatæ inſtantiæ introducta ſint, hanc à Scriptoribus Juris publici reddi, quod* cum mediatè Imperio ſubjecti in primâ inſtantiâ à Cameræ jurisdictione regulariter exemti eſſent, *iniquum foret*, ſi immediati Status deterioris eſſent conditionis, & in prima inſtantia magnis expenſis Camerale judicium ſuſtinere tenerentur, *ideoq; has pro prima inſtantia in favorem illorum introductas eſſe.*

Aliam adhuc affert Limn. d. l. 9. *c.* 5. *n.* 71. *ut eo citius lites finirentur & Cameraà multis cauſis liberaretur.*

Fortè etiam hæc adduci poteſt, Inſtantiam hanc ad imitationem Civitatum quarumdam Liberarum peculiaribus Auſtregis ab antiquo tempore gaudentium tum ad imitationem Juris feudalis Pares Curiæ in quibusdam cauſis pro judicibus conſtituentis introductam eſſe.

Ex quibus ſequitur Jurisdictionem Cameræ & Aulici Conſilii in cauſis primæ inſtantiæ ad Auſtregas pertinentibus ceſſare, neque has ab illis avocari poſſe, quod etiam non ſolum in Ordinat. Conſilii Aulici Imperatoris Matthiæ t. 2. §. Wir befehlen auch hiermit *&c. & Ferdinandi* III. *t. & §. eodem, ſed etiam Inſtrument. Pacis art.* 5. §. 20. *& d. R. J. de anno* 1654. §. 105. *&* 168. *ita conſtitutum eſt.*

3. *Auſtregarum harum jurisdictionem eſſe ordinariam ob ſequentes rationes, quia* illa (1.) Lege publica, nempe d. ordinat. Camerali conſtituta eſt, quæ omnino ordinaria audit *L.* 6. *ff. de Jurisd.* (2.) cauſæ obvenientes vel in judicium deductæ ab ipſis conſtitutis judicibus nempe principibus & aliis Illuſtribus perſonis Conſiliariis ſuis iterum ſecundum proprietatem ordinariæ jurisdictionis *L.* 5. *ff. eod.* demandari poſſunt & ſolent. (3.) morte Imperatoris non exſpirat, quod rurſus ordinariæ naturam ſapit *L.* 6. *ff. de Jurisd.*

De quo plura legi poſſunt apud Schubarth de Auſtreg. c. 6. *n.* 136. *Limn. d. c.* 5. *n.* 44. *& alios.*

4. *Auſtregis his privilegiatis ſaltem uti poſſe ſequentes Imperii Status.*

(1.) *Electores, Principes vel Principali dignitate gaudentes*, tam Seculares, quam Eccleſiaſticos, cum ſui ordinis perſonis, litigantes *d. Ordin. Cameræ de anno* 1555. *p.* 2. *t.* 2. §. 1. *ubi iſt* §. 2. *&* 3. *forma proceſſus præſcribitur.*

(2.) *Prædictos Principes, cum Prælatis, Comitibus, Baronibus, Equitibus & Nobilibus immediatis controvertentes, ibidem t.* 3. *ubi peculiaris proceſſus iterum præſcriptus eſt.*

(3.) *Prælatos, Comites, Barones, Dynaſtas, Nobiles & Civitates contra Principes prædictos proceſſum inſtituentes ſeq. t.* 4. *ubi ſimiliter ſingularis forma proceſſus definita eſt.* A.

(4.) *Prælatos, Comites, Barones, Nobiles, immediatos cum ſui ordinis perſonis litigantes ſeq. tit.* 5. *ubi rurſus peculiaris proceſſus præſcriptus eſt.*

Quando verò Civitas Imperialis cum Prælato, Comite, Barone & Nobili immediato litigium fovet, *vel vice verſa Princeps*, Prælatus, Comes, Baro vel Nobilis immediatus Civitati Imperiali dicam ſcribere vult, *neuter privilegio Auſtregarum gaudet, ſed vel Cameræ vel Judicii Aulici forum agnoſcere debet, cujus exemplum refert Mindanus de Proceſſ.* Camer l. 1. *c.* 19. *& Mynſing. cent.* 5. *obſerv.* 1.

Simile obtinet, quando Civitas talis contra Sociam in judicio agere vult, niſi utraq; jure Auſtregarum peculiarium ab antiquo gaudeat, de quo paulo poſt dictum eſt.

Hæc de Auſtregis Privilegiatis.

B. *De Conventionalibus ſeu peculiaribus Auſtregis* den gewillkührten Außträgen *obſervandum quod illis ſequentes Imperii Civitates cum quibusdam Sociis litigantes ab antiquo fruantur.*

Argentina judices tales Auſtregales habet Baſileam, Wormatiam & Ulmam.

Eslinga Ulmam, Reutlingam & Heilbrunnam.

Noriberga Windsheimium & Weiſſenburgum Norgaviæ.

Ratisbona Auguſtam Vindelicorum, Noribergam & Ulmam.

Reutlinga Ulmam, Eslingam, Gemundam Sueviæ. Ut illud ex quibusdam auctoribus probat *Limn. d. L.* 9. *c.* 5. *n.* 16. ubi plura exempla refert.

TH. VIII.

C. *Quæ in ſubditos proprios eſt communicata poteſtas, ſpeciali vocabulo ſuperioritas territorialis vocatur, & eſt poteſtas* ſummi poſt Imperatorem Imperii eique connexorum Regalium ex conceſſione Imperatoris vel longiſſimâ obſervantiâ acquiſita, *& in omnes* territorio cujusvis ſubjectos regulariter jure proprio & vi obtenti territorii competens.

Expl.

Superioritatem hanc territorialem, tanquam novum in Imperio noſtro inventum, & magis moribus quam legibus publicis introductam levi penicillo ob difficultatem rei, (quam *Hugo de Statu Regionum Germaniæ. c.* 3. *th.* 1. inde oriri putat, quod Jura Imperialia in Status competentia à juribus territorialibus in Receſſibus Imperii non ſatis diſtincta ſint) *plerique adumbrant, ut legi poteſt apud Wehner. in obſerv. pract. ſub verbo* Landes-Fürſtl. Obrigkeit *Bilenb. Nobil. Quæſt.* 1. *n.* 1. D. *Hugonem d. l. & alios à Limn. L.* 4. *c.* 8. *n.* 182. *relatos. Cordatiores verò, inter q; eos Limn. d. l. n.* 183. *illam ſecundum noſtram mentem ferè definiunt.*

De illâ hic ſequentia notanda.

1. *Illius originem* ut in *præc. L.* 1. *c.* 6. *th.* 7. *expl.* 1. adductum, à nonnullis Carolo Magno, ab aliis verò longæ obſervantiæ ab Imperatoribus confirmatæ adſcribi. *Cauſam verò* in Imperatoris alicui benè merito dignitatem Principis cum feudo immediato Imperii antiquo caducoq; vel novo erecto conferentis poteſtate, *Hæc enim Soli* in Imperio noſtro competit, ut notum eſt, & legi poteſt apud *Speidel. ſub verb.* Landes- und Fürſtl. Obrigkeit.

2. *Illius ſubjectum recipiens non ſolum Principes, ſed quoq; reliquos Status Imperii adeoq; etiam Civitates Imperiales eſſe, ut ex obſervantiâ notiſſimum, ſub illa tamen diſtinctione, ut Superioritas illa, quæ Principibus in* genere ita dictis in Provinciis ac territoriis competit *Germanicè* die Landes-Fürſtliche Hoheit

heit/ *qua vero reliquis Statibus ratione ſuorum terri-* A.
toriorum attribuitur ſaltem die Landes-Hoheit
dicatur.

Et ergò in Imperio noſtro ad eſſentiam prioris Digni-tas Principalis, & territorium Imperatori ac Imperio immediatè ſubjectum conjunctim poſterioris vero terri-torium tale immediatum ſub Dominio Status Imperii immediati exiſtens requiritur, de quo legi poteſt *Mengius de Superior. Territ. th. 44. Mager. de Advoc. Armata c. 6. n. 186. &* Schütz *in Coll. J. P. vol. 1. D. 6. th. 10. L. u.*

Quibus tamen addendum dari in Germania quosdam Principes, qui licet Imperii immediati Status non ſint, nihilominus tamen Juribus territorialibus ex antiquo ſcilicet immediatatis Statu gaudent, quales proh dolor fuerunt Sileſiæ noſtra Principes Sereniſſimi. Duces ſcilicet Lignicenſes & Brigenſes *ac adhuc ſunt Olſnenſes. Iſti* enim cum reliquis demortuis Sileſiæ Ducibus quōdam liberi Principes, ſe cum reſervatione Privilegiorum & jurium Principalium Johanni Luccemburgico B. Bohemiæ Regi in initio Seculi decimi quarti in tutelam dedere, ut poſt alios narrat *Schickfuſ. in Chron. Sileſ. L. 1. c. 28. & hi* in Munſterbergenſium Ducum locum ſucceſſere.

3. *Superioritatem hanc territorialem ſive Jus territorii à Regalibus utriſq; majoribus & minoribus ſcilicet reverà differre, licet a multis malè cum his confundantur.*

Quamvis enim ſub priori poſteriora hæc nempe minora regalia tanquam minus ſub majori, ſecundum Politicos communiter contineantur Brandlacht de Jure Publico L. 3. c. 4 n. 5. Non tamen vice verſa ſub illis tanquam minore etiam hæc tanquam majus ſecundum Logicorum regulam comprehenditur: neq; vice verſa hæc ipſa Superioritas omnia regalia majora complectitur Landenſ. de Imperii mutat. c. 19. n. 85. Superioritatem autem Territorialem majus quid regalibus minoribus eſſe, inde patet, quod illâ gaudens omnia illa, C. quæ Imperator circa communicabilia jura ſacra & prophana in univerſo poteſt, in particulari peragere queat, *quæ tamen* minoribus regalibus inveſtitus perficere nequit, de quo legi poteſt *Borcholt. de Regal. n. 60. Reinking. L. 1. cl. 5. c. 6. Bullæus Diſc. Academ. 4. p. m. 320. & ſeq.* Schütz *d. D. 6. th. 15. & Speidel. in Speculo ſub verbo* Landes und Fürſtliche Obrigkeit *ſ. 754. Et nos in th. 10. ſeq. in recenſitione partium vel ſpecierum illius juris pluribus egimus. De illa differentia conſuli etiam poteſt Mylerus de Princip. & Statibus Imperii c. 36. th. 3. & ſeqq.*

4. *Superioritatem illam oſſibus, ut dicunt, territoriorum inhærere, Tapia de Conſtit. Princ. c. 4. n. 14. & ſeqq. adeoq; quo ad Eccleſiaſticos Principes* & ſimiles perſonas talia feuda obtinentes mortuis illis per Ca- D. pitula ad Canonicè electos & à Superiore confirmatos ſucceſſores; *Quo ad Seculares vero* ad heredes legitimos cum territoriis transmiſſibilem eſſe: *Et contrà* nullo modo in alios per translationem aliquot fundorum vel feudorum ſimul transferri poſſe.

Quocirca ſi Princeps Vaſallo vel alii benè merito feudum vel fundum concedat cum omni jure, quod in illo habuit, *Superioritatis hoc jus, ut non alienabile, ſimul conceſſum eſſe non cenſetur aut cenſeri poteſt* per ea quæ habet *Rauchb. Part. poſt quæſt. 11. n. 33. Ziegl. ad Praxin Calvoli & Landſaſſii concl. 1. n. 20. & ſeqq. ac Landenſpur. de Familiar. Origine & mutatione f. 114. cum communi Doctorum choro.*

Plura de illa vide præc. L. 1. c. 6. th. 7. in expl. conſignata.

TH. IX.

Superioritatis hujus conſideranda (1.) partes, (2.) probatio, (3.) effectus.

TH. X.

Partes potiſſimæ ſunt ſequentes (1.) Jus meri & mixti Imperii, ac conſtituendi Dicaſterii & Judicii Provincialis (2.) Jus remittendi pœnas capitales (3.) Jus concedendi delinquentibus Salvum Conductum (4.) Jus belligerandi cum annexo jure fœderum & ſimilibus (5.) Jus recipiendi Judæos (6.) Jus inducias moratorias particulares debitoribus concedendi (7.) Jus indicendi & habendi Conventus particulares, in iisque condendi Leges & Conſtitutiones ac poſtulandi collectas provinciales (8.) Jus diſponendi circa religionem eique connexa utpote Gymnaſia inſtituenda, conſiſtoria ordinanda & ſimilia. (9.) Jus concedendi nundinas particulares (10.) Jus cudendi monetas. (11.) Jus ſuccedendi in bonis indignorum ac incapacium & ſine heredibus morientium, & in genere omne fiſcum afficiens, (12.) Jus famæ reſtituendi & legitimandi liberos naturales (13.) Jus Foreſtale. Quibus communiter (14.) Jus veniam ætatis concedendi additur.

Explic.

1. DE *Jure meri & mixti Imperii* Statibus Imperii competente res ita clara eſt, ut deductione non indigeat: Maximam enim partem territorialis Superioritatis conficit, ut *præc. th. 8. & in expl.* deductum eſt.

Dependet vero ab illo, quod Subditi Statuum à judicio ordinario avocari nequeant, *Gail. 1. Obſ. 40. n. 4. Gylman. L. 2. Deciſ. Cameral. 32. & Dd. communiter;* & ne quidem ad Cameram Imperialem Aulicumque conſilium *Capitul. Ferdin. II. art. 13. Ferdin.* III. *art. 17. Ferdinandi* IV. §. *eod.* & in *ejus Ordinat. Judicii Aulici tit. 2. poſt pr.* item *R. J. de anno 1654. §. 105. & Capitul. Leopoldi I. art. 18. niſi in Cauſis Cameræ juriſdictioni immediatè ſubjectis, de quibus præc. th 4. expl. 2. egimus.*

De re ipſa verò pr. L. 2. p. 1. c. 13 th. 1. in expl. latè actū eſt.

De Jure Dicaſteriorum & Judiciorum Provincialium erigendorum Statibus competente, notanda ſequentia 1. Illa a Statibus ad imitationem Cameræ Imperialis introducta eſſe, adeoque illa ordinariam habere juriſdictionem, ut benè obſervat *Vult. de Jud. L. 1. c. 4. n. 62.* Ideoque 2. illorum erectionem Signum infallibile eſſe Superioritatis territorialis *Myler. & alii ab illo allegati de Princip. & Stat. Imperii c. 42. §. 2. & ſeqq.* 3. Ab illis ad Cameram & Aulicum Judicium appellari poſſe, niſi privilegia id inhibeant, de quo *præc. th. 4. expl. 2. egimus.*

Celebriora ejusmodi ſunt Dicaſteria in Provinciis ad Domum Saxonicam Superiorem pertinentibus Lipſia, ubi ſupremum eſt, *Wittenberga & Jena,* nec non *Coburgi; In Ducatu Wirtembergenſi Dicaſterium* ſupremum *Tubingæ Zeiller. in Itiner. Germ. c. 8. p. m. 201.* de quo legi poteſt ejus ordinatio. *Electorale Palatinum Heidelbergæ* de quo etiam legi poteſt ejus ordinatio. *In Ducatu Brunovicenſi Guelferbyti*, cujus mentio fit in Privilegio Ferdinandi I. Imperatoris apud *Limn. L. 5. c. 6. n. 26. In Haſſia Supremum utriuſq; Domus Marpurgenſe,* de quo tanquam communi Dicaſterio legi poteſt der Heſſiſche Vergleich *de anno 1627. 24. Sept.* ſo ein *Appendix* iſt des Haupt-Vergleichs. *n. 29. In Pomeraniâ ducali*

cali duo, unum Stetini, alterum verò Wolgaſti, ut refert *Micralius* in der Pommeriſchen Chronica *l. 6. p. 432.* quando verò & à quo illa inſtituta fuerint, nondum reperivimus, refert tamen *idem prac. l. 4. p. 60.* jam anno 1613. ordinationem illorum à Ducibus illis reviſam & publicatam fuiſſe. *In Holſatia Dicaſterium Aulicum & Provinciale*, cujus mentio fit in *Privilegio Ferdinandi* II. *anno* 1621. 14. *Julii*, domui illi dato, *& anno* 1641. 2. *Julii* à Ferdinando III. confirmato ac in Camera 1651. 11. *Febr.* acceptato *Roding. in Pandect. Camer. l. 2. t. 20. Sect. 3. in not. p. 325. & Blumius d. l. tab. 3.*

In Ducatu Mechlenburgico Parchemienſe Aulicum & Provinciale. illius ordinatio anno 1569. in Feb. ab Imperatore Maximiliano II. confirmata ac ſequ. anno 20. Septemb. in Camerâ acceptata fuit, *Roding. d. l. p. 326. in Notis.*

Et inter judicia Provincialia das Käyſerliche Landgericht zu Nürnberg *Marchionibus Brandenburgicis, tanquam Burggraviis pro jud. viſo competens vigore* Marggraffs Albrechts Churtheilung *de anno* 1507. *apud Springſf. de Apanag. c. 3. n. 127. & ſeqq. quod ni fallimur hodie Onolsbaci habetur, reliqua ſub Aulicis modò memoratis ſimul ſunt relata.*

II. *De hoc remittendi pœnas capitales jure diſtinctim & latè eodem c. 13. th. 9. expl. 8. egimus.*

Hanc verò Principes Imperii ex longiſſima conſuetudine ſibi vendicare aſſerit Parens noſter de Saxon. non provoc. jure verb. Ducum c. 5. n. 470. de quo etiam legi poteſt *Ming. de Superior. Territor. Th. 74. Thom. Michael de Juriſd. concl. 76. & Reink. L. 1. cl. 5. c. 6. n. 23.*

Exemplum conceſſa ex publicâ Imperii ordinatione, ſed quo ad ſeditioſos ruſticos adeoq; ſingularem caſu, hujus poteſtatis occurrit in R. J. de dato Speyer 1526. §. 8.

Junge his, qua prac. c. 4. th. 13. expl. 2. adduximus. C.

III. *Jus delinquentibus profugis Salvum Conductum* ad innocentiam ſuam demonſtrandam & cauſam eò commodius defendendam, concedendi *etiam Statibus Imperii competit, ſed ſaltem particulariter, id eſt, quo ad eos, qui ſub juriſdictione cujusq; forum agnoſcunt Ming. d. th. 74. Parens noſter de Jure Territ. c. 3. n. 560. & ſeq. Politici communiter, cum contra Imperator univerſalem concedere poſſit. Veriſſimam enim hic putamus opinionem Arumai Diſc. 1. ad A. B. th. 17. & ſequacium, Salvum illum Conductum ideò tantùm peti, & concedi, quo reus* metu carceris, cui aliàs, ſi capitale crimen obtenditur, cuſtodiæ cauſâ mancipandus foret, liberatus commodiùs defenſionis & innocentiæ prætenſæ telam prætexere, atque cum cognatis ac amicis liberè de eâ deliberare poſſit, *quâ etiam de cauſa ante idoneè pracavere debet, ſe juſtitia & pœna ſe ſubjecturum eſſe*, de quo legi poteſt *Ummius Diſput. ad Proceſſ. 9. th. 2. n. 8. & Carpz. in Pract. Crim. p. 3. q. 112. n. 29. & ſeqq. Nam quando Sententia* jam adverſus ipſum lata eſt, & res ad executionem ſpectat, hic Salvi Conductus effectus exſpirat per *Ordin. Criminal. Caroli V. art. 156. in f. ibi* und ſol derſelbe zum Rechten für unrechter Gewalt / und nicht weiter vergleitet werden. *Zanger. p. 2. de Except. c. 5. n 20. Brunnem. de Proceſſ. Inquiſit. c. 8. membr. 8. n. 19.* D.

IV. *De Statibus Imperii competente jure bellegerandi ſeq. p. 4. c. 1. th. 6. in expl. & de annexo Jure fœderum ſanciendorum prac. p. 2. ſect. 2. c. 10. th. 3. expl. 1. ſufficienter actum eſt. Quibus quo ad poſterius addenda qua Limn. L. 4. c. 8. n. 16. & ſeqq. & Tomo V. ib. n. 29. Quo ad prius verò qua idem ibid. tom. V. n. 247. habet.*

Pertinent ad illud Jus ſequela, conſcribendorum militum & apertura, de quibus legi poteſt Limn. d. c. 8 n. 244. & ſeqq. ac Klock de Contribut. c. 3. n. 232. & A. *ſeqq.* & de poſtremo *Fritſchius in ſingulari tractatu de illo conſcripto.*

V. Judaos a Statibus Imperii vigore dicta Superioritatis & regalium quibus gaudent, hodie recipi poſſe, in Reformat. Ordin. Polit. de anno 1548. *t. 20. & Ordin. Polit. de anno* 1577. *t. eod. §. 1. clarè conſtitutum eſt, cum anteà illud Jus ſaltem Electoribus conceſſum eſſet, ut ex A. B. t. 9. patet, cujus rationem hanc reddit Arum. in Diſc. ad illam 5. th. 6. quia* ex veteri inſtituto Imperatoris & Cameræ ejus ſervi fuerunt, de quo latè agit *Limn. ad Capitul. Caroli V. art. 23. verbo* Reichsſteuer der Städte. *n. 7. & ſeqq. Ubi etiam tradit, qua Civitates Imperii illud ex privilegio habeant.*

Quomodo verò illi recipiendi ſint prac. p. 2. ſect. 2. c. 4. th. 3. expl. 3. adductum eſt. Ubi plura de illis conſignavimus.

VI. *De Jure inducias moratorias particulares debitoribus concedendi praced. c. 4. th. f. in expl. actum eſt.*

VII. *De Jure indicendi & habendi Conventus Provinciales Statibus Imperii competente utpote re ſatis nota, ac a Mylero de Principibus Imperii c. 45. §. 1. deducta ſaltem notandum.* B.

1. *Provinciales congregandos* plerumque ex triplici ordine, Prælatorum ſcilicet Comitum ac Baronum deinde Nobilium, & tertio Civitatum conſiſtere, harum nomine deputatos ex Senatoribus mitti ſolere, illosque omnes citatos ſtato tempore ſub pœna amiſſi ſuffragii adeſſe debere, univerſos verò vel plerosque pervicaciter emanentes vi Superioritatis territorialis ad comparendum cogi poſſe, ut poſt alios tradit *Gilman. L. 2. Symphor. 1. voto 5. n. 14.*

De cauſſa cur tres iſti ordines plerumque ad Conventus hos convocentur legi poteſt Hugo de Statu Regionum Germania c. 4. th. 12. & ſeqq.

2. *In illis Conventibus cum conſenſu Statuum Provincialium ſolere condi Leges & Conſtitutiones Provinciales*, ut notum eſt, & inter alios tradit *Colerus de Proceſſ. Execut. p. 1. c. 3. n. 6. ac* ex prœmiis Conſtitutionum talium der Land-Ordnungen cognoſci poteſt. C.

De quibus notandum illas etiamſi Juri communi derogent, nihilominus valere & obſervandas eſſe, ut tradunt Parens noſter de Jure Territ. c. 1. n. 1349. & ſeq. Mechſaer Tomo 2. L. 1. Deciſ. Cameral. 8. & Dd. communiter in tantum, ut etiam Cameræ Imperiali mandatum ſit ſecundum eas pronunciare, *Ordin. Camer. de anno* 1555. *p. 1. §. 13. in pr. & 57. ac R. J. de anno* 1654. *§. 105. item Ord. Crim. Caroli V. in praf. fine. Niſi tales* per Conſtitutiones & Leges Imperii expreſſè vel tacitè abrogatæ ſint, de quo etiam legi poteſt *Hugo de Statu Regionum Germ. c. 3. th. 21. & Myler. de Principib. & Statibus Imperii c. 39. & 40.* ubi de Principum Edictis & Mandatis agit.

3. *In iisdem* de ſolutione collectarum Provincialium extraordinariarum ſolere decerni, ut poſt alios tradit *Klock. de Contrib. c. 7. n. 16. & ſeqq. multis ac c. 4. n. 48. & ſeq. Aliud tamen obtinet* in Collectis ex pactis conventis præſtandis, illarum enim ſolutionem vi Superioritatis exigere poſſunt Principes & alii Status, in eoque conſenſum illorum neceſſarium amplius non habent, item, ubi Principi jus liberè illas indicendi per longiſſimum tempus vel ex privilegio aliquo competit *Klock c. 3. n. 177. & ſeqq.* D.

VIII. *Quo ad Jus Statuum circa Religionem & annexa obſervandum* illud poſt Paſſavienſem tranſactionem an. 1555. firmatam in *Inſtr. Pacis Caſareo-Suecica* art. 5. §. 29. clarius roboratum fuiſſe hiſce verbis: *Cum Statibus immediatis cum jure territorii & Superioritatis ex communi per totum Imperium hactenus uſitatâ praxi etiam jus reformandi exercitium religionis competat, &c. conventum eſt,*

hoc idem porrò quoque ab utriusque religionis A. Statibus obſervari nulliq; Statui immediato Jus, quod ipſi ratione territorii & Superioritatis in negotio religionis competit, impediri oportere. *Quibus tamen Limitatio additur ſeq. art. 7. §. 1.*

Cæterum de antiquo circa religionis curam Statuum jure legi poſſunt, quæ habet *Hugo d. l. th. 26. & ſeq. & de univerſali Magiſtratus circa eandem jure, quæ nos præc. p. 1. c. 12. in explicationibus ſubjectis annotavimus.*

Quo ad ejus connexa ſciendum ſecundum obſervantiam & Inſtrum. Pacis ſeq. §. 30. al. 12. ea conſiſtere in inſtitutione Conſiſtoriorum, miniſteriorum tam Scholaſticorum, quam Eccleſiaſticorum jure Patronatus & ſimilibus: *Qualia ſunt* Jus Viſitationis *ib. §. 25. al. 9. & art. 7. §. 1.* & Epiſcopale ibid. Synodorum habendorum templa & alia ædificia publica nec non bona Eccleſiaſtica, de quibus legi poſſunt *Syring. de Pace* B. *Religionis th. 29. & latiſſimè Reinking L. 3. cl. 1. c. 2. & ſeqq. nec non Conring. de Officio Majeſt. circa Sacra & quanos præc. p. 2. ſect. 2. c. 1. tractavimus. Et tandem inſtituendorum Gymnaſiorum ac illuſtrium Pædagogiorum, de quo præc. l. 1. c. 6. th. 7. expl. 2. & l. 1. p. 2. ſect. 2. c. 1. th. 20. expl. 2. actum eſt.*

IX. De Jure concedendi Nundinas particulares Statibus Imperii competente legi poteſt Fauſtus in Conſilio de Ærario cl. 3. conſ. 24. & poſt alios à ſe allegatos Myler. de Principib. & Statib. Imperii c. 58. th. 1. Ubi ſeq. th. 9. tradit, tales nundinas, etiamſi vicinis incommodum afferant, nihilominus effectivè inſtitui poſſe, *addens* tamen limitationem hanc, niſi illi privilegio Imperatorio muniti ſint, vel illæ ad æmulationem eorum principaliter inſtituantur: de quo etiam legi poteſt *Fritſchius de Regali Nundinarum Jure c. 4. th. 10. per totum, ubi rationem differentiæ cur in* his incommodum Vicinorum ſecus, quàm in nundinis univerſalibus non attendatur *n. 17.* affert.

X. De Jure monetas cudendi Statibus Imperii competente jam præc. p. 2. ſect. 2. c. 8. th. 4. expl. 2. n. 3. egimus, ubi tamen demonſtravimus jus hoc magis ex conceſſione Imperatorum ſpeciali Statibus, non tamen omnibus, factâ competere.

XI. *De Jure ſuccedendi in bonis indignorum ac incapacium* & ſine heredibus morientium, nec non de jure Fiſci in genere Statibus Imperii competente ſimiliter *d. ſect. 2. c. 7. th. 5. expl. 1. & 2. & paſſim* dictum eſt.

XII. *De Statibus Imperii competente jure reſtituendi Famâ monendum illud ſaltem locum habere, quando ille*, qui reſtituendus eſt, à Domino territorii illius, qui illum famâ privavit, reſtitutionem illam petit, tunc enim hunc illud, ſi delictum ſit remiſſibile, perficere poſſe, dubio caret, *quia* infamia illa propriè extra territorium illius ſe non extendit, *argumento L.* D. *9. ff. de Poſtul. Freher. de Fama l. 3. c. 30. n. 8. Bocer. de Regal. c. 2. n. 115. Reink. L. 1. cl. 5. c. 6. n. 131. Si verò reus contra Imperium deliquit, vel ab Imperatore infamiâ notatus fuit*, reſtitutio illa etiam ab Imperatore perficienda, vel Statibus demandanda eſt, ut ejus exemplum in *R. J. de dato* Speyer *anno 1526. §. 6.* occurrit.

Quo ad legitimationem verò liberorum naturalium jam præc. c. 4. th. 13. expl. 1. n. 2. circa finem actum eſt.

XIII. *Quod Jus Foreſtale concernit præliminariter notandum.*

I. *Illud Foreſtam dici Gallis & Anglis latum nemus ſine clauſura vel ferarum ſaltus ut teſtatur Vergil. L. 16. Hiſtor. Angl. p. m. 383. Chaſſan. ad Conſuet. Burgund. Rubr. 13. Tit. de Foreſtis in pr. & Medices de Venatione*, de quo etiam legi poteſt *Voſſius in Etymol. L. 2. c. 6.* Et hoc Jus Principes & Status Imperii ex eodem fundamento ſibi proprium, quo jus venandi ſibi tribuunt, & ſubditis prohibent, de cujus Juſtitiâ *præc. p. 1. c. 7. expl. 2. n. 4.* dictum eſt.

(2.) *Illud denotare juriſdictionem foreſtalem & à banno ferino differre tanquam totum integrale & partem, ſiquidem* illud ſub ſe continet bannum ferinum ipſum, tutelam ſilvarum, & Jus ordinationes de iis promulgandi ut patet ex iis, quæ habet *Reyger. in Theſ. Juris ſub verb. Venatio, Parens noſter de Jure Territorii c. 4. Gilken de Præſcr. p. 1. c. 6. n. 103. Beſold. in Theſ. Pract. ſub verb.* Forſt und Forſtliche Obrigkeit. *& ſub eod. Speidel. in Speculo.*

(3.) *Illud hodie notoriè inter Regalia referri* poſt alios tradit *Speidel. d. l.* ita, ut illo gaudens ſervitia ad exercendam Venationem & ſimiles actus neceſſaria jure imponere poſſit, de quibus legi poteſt *Lindenſp. de Orig. & mutat. Imper. c. 13.* Plura de illo legi poſſunt apud *Meurer.* von Jagd- und Forſt-Recht.

XIV. *Licet, ut in præc. c. 4. th. 14. in expl. deductum eſt, jus veniam ætatis concedendi primariò* ſolis Majeſtatibus competat, *Dd. tamen communiter* vi juris territorialis & regalium illud etiam Statibus Imperii competere ſtatuunt, uti videri poteſt apud *Myleruminu Etolog. Ordin. Imperii c. 2. ubi in f.* illud jus à Ducibus Wirtembergenſibus publicè exerceri & Conſtitutionibus ſuis Provinc. *p. 2. t. 27. f. 314.* inſertum eſſe refert *& in ſpeciali tractatu de illo edito*, repetit. *Tantam ſcilicet* indulgentia & patientia ſuperiorum valet, ſiquidem ferè omnia Majeſtatis jura, paucis exceptis, ita ad Status Imperii tranſierunt. *Ut tamen Imperatoris reſervatis nihil decedat*, illi ſoli poteſtatem hanc concedunt, quod nemo præter ipſum Statibus Imperii illam indulgere, & nullus horum abs- C. que tali indultu vel privilegio ante plenam ætatem liberam adminiſtrationem uſurpare queat.

TH. XI.

Probatur Jus territoriale iisdem modis quibus Juriſdictio, in ſpecie verò ex poſſeſſione territorii immediatè Imperio ſubjecti.

Expl.

D*E probandi juriſdictionem modis præc. p. 1. c. 13. th. 25. dictum eſt*, ubi illi legi poſſunt.

Quod verò Jus hoc territoriale ex poſſeſſione immediatè Imperio ſubjecti territorii probetur, inde conſtat, quia Superioritas illa inſeparabiliter tali territorio inhæret, ut præc. th. 8. in expl. demonſtratum.

TH. XII.

Effectus principalis hujus juris conſiſtit in Juriſdictione omnimodâ in omnes territorio alicujus Status ſubjectos, & in exercitio partium juris hujus *præced. th. 10.* conſignatarum *& in Applicationibus deductarum.*

Finis Sectionis I.

OPERIS POLITICI
Libri II.
DE
ADMINISTRATIONE
ET CONSERVATIONE
REIPUBLICÆ
Pars III.

Continens Partem Specialem De Statu & Regimine Imperii noſtri.

SECTIO II.

CAPUT I.

DE STATIBUS IN GENERE: ET IN SPECIE DE ELECTORIBUS:
Ubi de illorum Juribus & Prærogativis, Charactere proprio, oneribus publicis, & diſtributione: De horum verò numero & Individuis, nec non origine, poteſtate, officiis, privilegiis ac ſingularibus Juribus & prærogativis.

SUMMARIA.

A.

Th. I. Status Imperi quis, & quæ circa illum conſideranda.
Expl. An ille Membrum Imperii *propriè appellari poſſit.*
Ubi ſimul de Vocabulo Ordines cum ſimilibus.

Th. II. Jura & prærogativæ illius in quo conſiſtant.
Expl. I. Cur non de omnibus, ſed ſaltem memoratis illorum Juribus hic agatur.
Jus ſeſſionis & ſuffragii in publicis Imperii *Comitiis verus ejus character eſt, ubi objectionibus reſpondetur.*
Non verò inſcriptio in matriculam.
Matricula Imperii quid & quotuplex.
An illa plenam probationem faciat?
Quæ inter tot Matriculas maximam fidem mereatur.
Quot illarum à Sigismundo I. *Imper. usq; ad hæc tempora confecta.*
Referuntur alia ſigna ad demonſtrandum aliquem eſſe Statum ab aliis propoſita, & examinantur.
Ubi de Statibus Imperii, qui Imperio *non contribuunt, disquiritur.*
Expl. II. *De Jure territoriali remiſſivè.*
Expl. III. *De Jure non evocandi Statibus competente.*
An Bohemia Regnum hic extra fines Germaniæ habendum ſit.
Modus antiquus citandi ad Aulam Imperatoriam *in rebus arduis Status* Imperii.
Status Imperii *absq; Electorum conſenſu, in bannum declarari, & feudis ſuis privari nequeunt.*

Th. III. Onera Imperii publica à Statibus ſuſtinenda in quibus conſiſtant.
Expl. I. *Onera quædam totum concernunt imperium, quædam ſaltem aliquot Status.*
Expeditionis Romanæ primordium, & antiqua forma: quando primum ſubſidium 20000. peditum & 4000. equitum introductum.
Quamdiu illa intermiſſa & quare.

B.

Quantum detrimentum inde natum.
Ubi Maximil. I. *& Carolus* V. *Coronam Romanam acceperint.*
An illius receptio neceſſaria.
Quomodo tandem ſumtus in illam expendendi ad Turcica bella tranſlata.
Quare hodiernus collectandi modus nach den Römer Monaten *fiat, & adhuc expeditio Romana appelletur.*
An in materiâ Collectarum ſuffragiorum major pars minorem vincat, remiſſivè.
Expl. II. *Agitur de Collectis* Imperii, *& in ſpecie*

Von dem gemeinen Pfenning *quædam notabilia memorantur.* A.

Imperator abſq; Statuum Imperii *conſenſu nulli poteſt portionem ſuam remittere.*

Der Reichs-Stádte Steuer / oder Rethsſchilling *quid ſit.*

Collecta Imperii *ſunt ordinaria & extraordinaria, & qua utraq; ſit.*

Expl. III. *De ſuſtentatione Cameræ Imperialis.*

Quomodo ſucceſſivè illa hinc præſtita, donec à Statibus perpetuo illa ſuſcepta ſit.

De quotâ quam quilibet Status ad ſuſtentationem illam ſingulis terminis confert, remiſſivè.

& quam novi Principes contribuunt, expreſſè.

Expl. IV. *De comparitione Statuum ad Comitia publica propriis ſumtibus facienda.*

De querelâ illorum ob nimiam horum frequentiam atq; adeò ſummam impenſionem.

B. *De ſimilibus ſumtibus à quibusdam Statibus in conventibus ſingularibus impendendis.*

Expl. V. *Sumtus pro conſcribendo milite ad defenſionem unius vel plurium Circulorum, vel etiam totius Imperii Status, vel ſinguli Circulorum, vel univerſi pro qualitate expeditionis de proprio ſecundum quotam ſuam expendere debent.*

Excepto caſu executionis à Camerâ demandata.

Iidem ſumtus in Conventu ad probandam monetam inſtituto de proprio impendere debent.

Expl. VI. *Similiter ii Status, per quorum territoria Electores ad conventum Electionis iter ſuum inſtituunt, conductionem illorum propriis ſumtibus perficere debent.*

Th. IV. Quomodo Status Imperii diſtribuantur.

C. Th. V. Electores quid & quot hodie ſint.

Expl. Ante Pacificationem illorum, ut notum, ſaltem ſeptem fuerunt, & ante Auream Bullam Brandenburgicus Saxonico prælatus eſt.

Cur octavus per Pacificationem additus ſit.

Maximilianus I. *Imperator octavum ex ſuâ domo obtinere nequivit, & id etiam Tranſylvaniæ Principi denegatum fuit.*

Nonum igitur Electoratum Imperator per ſe inſtituere & veterem vacuum alii ſine Electorum conſenſu conferre nequit.

Cur olim ſeptem inſtituti ſint.

Cur Collegium hoc ex ſacris & politicis conflatum ſit.

Th. VI. Quæ circa Electores conſideranda.

Th. VII. Illorum origo non ex Conſtitutione quadam pragmatica ſed tacitâ & ſucceſſivâ uſurpatione introducta eſt.

D. *Expl. Otto* III. *Imperator à plurimis pro Auctore Electorum, ab aliis vero Gregorius V. Pontifex, ab aliis iterum Sylveſter* II. *ab aliis vero Gregorius* X. *ſed erroneè habetur, propter rationes adductas.*

Quis primus Bohemiæ Rex creatus fuerit exactè demonſtratur.

Referuntur exempla omnium Imperatorum ab Ottone III. *usque ad Fridericum* II. *incluſivè ab omnibus, vel plerisque, vel ſaltem pluribus Imperii Statibus electorum, & inde concluditur, jus eligendi ad hodiernos Electores ſenſim & per conniventiam tandem perveniſſe.*

Th. IIX. Poteſtas & jura Electores vel univerſos ſimul, vel Eccleſiaſticos & Laicos ſeorſim, vel ſingulos illorum concernunt.

Th. IX. Univerſorum poteſtas & jura in quibus conſiſtant.

A. *Expl.* I. *Unde illi poteſtatem ſuam habeant.*

Expl. II. *Electores in Comitiis univerſalibus ſingulare Collegium conſtituunt n.* 1.

Fraterna illorum unio eſt duplex & quæ utraque.

Electores Regibus comparantur, ubi exempla literarum ad Reges exaratarum & titulatura n. 2.

Crimen Majeſtatis quo reſpectu in illos committatur n. 6.

Illorum privilegium de non appellando & non evocando n. 8. *quomodo inter ſe differant ibid.*

Privilegium ſpeciale à Sixto IV. *Pontifice Electoribus Saxoniæ datum. ibid.*

Electores ſine coelectorum conſenſu in bannum declarari & feudis ſuis privari non poſſunt n.

B. 10. *quod etiam hodie in aliis Statibus obtinet.*

In inveſtiturâ Cancellariæ Cæſareæ nihil ſolvunt n. 11.

Th. X. Poteſtas & jura Eccleſiaſticis & ſecularibus Electoribus ſeorſim competentia quæ.

Expl. I. *Cur Eccleſiaſtici nepotes ab* Imperatoribus *vocentur.* Cardinalis Wolſæus *ob ſolam dignitatem à Carolo* V. *cognatus vocatus eſt, cum alias Lanii filius eſſet.*

Illi banno imperiali non ſubjacent & quare n. 4.

Per ſolam Electionem Canonicam habilitantur ad Imperatorem *eligendum n.* 5.

Expl. II. *Electorales ſeculares jure primo geniturâ gaudent. n.* 2.

C. *Illorum Electorales Provinciæ indiviſibiles ſunt. n.* 3. *ſolâ ſucceſſione & virtute principatuum omnia jura acquirunt. n.* 4. *decimo octavo anno legitimam ætatem conſequuntur. n.* 5.

Quid juris ſit circa tutelam impuberum legitimam n. 6.

Th. XI. Quæ poteſtas & jura Electoribus ſingulis ordinariè & extraordinariè competant.

Th. XII. Quæ ſingulis ordinariè competant

Expl. I. *Moguntinus quibus ſpecialibus juribus gaudeat.*

Expl. II. *Trevirenſis quibus.*

Expl. III. Colonienſis *quibus.*

Expl. IV. *Rex Bohemiæ quibus.*

Expl. V. *Bavarus quibus.*

D. *Expl.* VI. *Saxo quibus.*

Expl. VII. *Brandenburgenſis quibus.*

Expl. IIX. *Palatinus quibus.*

Th. XIII. Quæ Electoribus quibusdam extraordinariè & tanquam Vicariis quo ad adminiſtrationem imperii competant.

Expl. Circa *Vicarios obſervanda*

1. *Origo, quæ antiquiſſima eſt & tàm quo ad imperium antiquum quàm hodiernum deducitur.*

Circa poſterius Hermannus Bilingus primus & quidem in Saxoniâ Imperii *Vicarius.*

Conradus Sueviæ Dux in Italiâ.

Otto Sueviæ Dux in Germaniâ.

Quid de Hugone Thuſciæ Vicario ſentiendum.

2. *Diſtinctio illorum in hæreditarios, perpetuos ſive perſonales & temporarios.*

Inter primos referendi Duces Sabaudiæ.

Quando

Quando ac qualem hi in Italia Vicariatum obtinuerint. A.

Mediolanenſes, quando & qualem hi obtinuerint.

Montiſferratenſes Marchiones quando & qualem.

Mantuani Marchiones & Duces quando & qualem.

Inter medios Eduardus III. Angliæ Rex.

Carolus Delphinus & poſtea Rex Galliæ: ubi à quo & qualem acceperit.

Inter ultimos qui.

Alia diſtinctio in hæreditarios generales ad certa tamen ſaltem adſtrictos, & ſpeciales.

Ubi exempla utrorumq; referuntur.

Alia in illos, quos Imperatores in Imperio ad certum tempus vel actum pro arbitrio inſtituerunt, & qui ex proviſione legis hæreditario jure conſtituti ſunt. B.

3. De Vicariatu Comitis Palatini Rheni & Ducis Saxoniæ κατ' ἐξοχὴν ita dictorum.

Comes Palatinus Rheni illum ex antiquo privilegio, Dux Saxoniæ verò ex diſpoſitione Aureæ Bullæ habet, ut latè demonſtratur.

Palatino Vicariatus ſuus nuper ab Electore Bavariæ nonnullis rationibus impugnatus, ſed ab illo magnis fundamentis & armatâ manu defenſus. Cujus deciſio ad Imperatorem & Status Imperii pertinet.

4. Forma horum Vicariatuum, conſiſtens maximâ ex parte in utrimq; diſtrictibus hic memoratis.

An Vicarii hi in Vicarios Italiæ ſuam juriſdictionem exercere poſſint?

5. Objectum quod, ubi de caſibus ab illorum poteſtate vel juriſdictione exemtis latè diſquiritur. C.

An Comes Palatinus Rheni vicariam illam poteſtatem etiam tunc exercere poſſit, quando Imperator trans Alpes proficiſcitur?

6. Finis quis.

7. Effectus in quibus conſiſtat.

8. Contraria quæ.

Th. XV. Quæ poteſtas Electori Moguntino circa electionem, ac eidem cum Electore Colonienſi circa coronationem Imperatoris competat.

Th. XVI. Officia Electorum ſingulorum quæ.

Expl. I. Imperii Cancellariorum, Archicancellariorum & Archicapellanorum Synonymia. D.

Quare illi Archicapellani dicti.

Capellæ etymon.

Horum officia antiqua.

Quis primum titulum illum uſurparit.

Olim non Archicancellarii ipſimet, ſed vice Cancellarii Imperatorum diplomata ſubſcripſerunt.

Quis primus Moguntinus fuerit.

Sub Ottone I. demum dignitas illa hæreditaria vel potius ſucceſſoria in Archiepiſcopatu Moguntino facta eſt, & tunc ad Italiam hoc officium etiam ſe extendit.

Cur Archicancellarius hic Germaniæ primarius factus ſit.

Archiepiſcopus Colonienſis poſtea Archicancellarius per Italiam conſtitutus eſt.

Sed quo tempore id factum ſit, accuratè demonſtrari non poteſt.

Et tandem Archiepiſcopus Trevirenſis Archicancellarius per Galliam & Regnum Arelatenſe conſtitutus eſt.

Quo tempore id factum ſit, probabiliter oſtenditur.

Agitur de uniuscujusque diſtrictu, cum annotatione illos ſecundum Eccleſiaſticam juriſdictionem non verò Geographiam menſurandos eſſe.

Ex illis primi duo quidem clarè demonſtrari poſſunt, ſed ultimus difficilis cognitu eſt, noſtro judicio tamen Galliâ Belgicâ & Regno Arelatenſi ſtrictè ita dicto circumſcriptus eſt, per rationes adductas.

Regnum illud Arelatenſe à Friderico I. Imperatore per matrimonium acquiſitum & imperio rurſus ſubjectum, ſed ſub Rudolpho I. Imperatore rurſus amiſſum & regno Galliæ unitum fuit.

Expl. II. Electorum ſecularium officia olim certis familiis non attributa & ideo nec hæreditaria fuerunt, ubi illi Principes, qui olim illis functi ſunt, memorantur, unde factum, ut antiqui ſcriptores in illis recenſendis ita varient.

Singuli ſeculares Electores ratione officiorum ſuorum ſingulare ſignum in ſuis inſigniis habent, quæ hic referuntur.

Elector Saxoniæ in omnibus actibus publicis tàm civilibus quàm bellicis Mareſchalli imperialis officium præſtat, & Imperatori gladium evaginatum præfert.

Et Palatinus hodie coronam in actibus ſolemnibus portat.

An antiqui quatuor ſeculares Electores, inter quos hodie Bavarus Palatini locum ſupplet, vel vices gerit, Epiſcopatui Bambergenſi & ejus Epiſcopis eadem numero officia ex inſtitutione Henrici II. Imperatoris teneantur, quæ Imperatori ipſi præſtant? quod per longam demonſtrationem negatur.

Qui illorum quo ad hæc officia ſint Vicarii.

Quatuor Aularum ſuprema officia nempe Mareſchallatus, Dapiferatus, Pincernatus & Camerariatus ab antiquo non ſolùm Imperatoribus & Regibus, ſed etiam aliis Principibus majoribus, inprimis verò Eccleſiaſticis præſtita & ordinata ſunt, ut poſt n. 6. in reſponſione demonſtratur.

Quæ ſint feuda ab Epiſcopatu Bambergenſi ob illa officia dependentia & ab Electoribus caſu emergente per inveſtituram recipienda.

Recenſentur illi Principes Eccleſiaſtici, quibus ab aliis Principibus, Comitibus & Nobilibus reſpectivè ſuprema illa officia ordinata ſunt & præſtari debent.

Quæ ſint civitates Electores κατ' ἐξοχὴν & Germanicè die Chur-Städte dictæ.

Civitates illæ non ex Conſtitutionibus quibusdam publicis ita ordinatæ, ſed ab Electoribus ipſis ex beneplacito, & quod pleraque olim ſedes ipſorum fuerint, pro talibus habitæ ſunt.

Expl.

D*E poteſtate hac Regis Romanorum vivo Imperatore electo propria aliquid certi conſignare non ſolum difficile, ſed etiam arduum, ac ideò à nemine, ut ſcimus, accuratè ac ad normam Legum noſtrarum fundamentalium perfectum eſt.*

Licet enim tres diverſæ apud præſtantiſſimos Politicos & JCtos occurrant de illa opiniones, dum una pars illi eandem ferè poteſtatem, quam Imperator habet, vigore Receſſuum Imperii, & quidem de dato Speyer 1542. §. 3. 69. 102. 124. *&* 142. *de dato* Nürnberg *eod. anno in pr.* §. 24. 36. 39. *&* 43. *Ibidem de anno* 1543. *in pr. &* §. 40. *de dato* Augſpurg 1555. § 64 136. *&* 143. Cammer-Gerichts Ordnung *de dato* Augſpurg 1555. *in proœm. & parte* 3. *tit.* 54. §. 2 *R. J. de dato* Regenſp. 1557. §. 88. *de dato* Speyer *eod.* §. 1. §. 3. *&* §. 9. *in quibus Ferdinandus* I. *Rex Romanorum ſemper illa poteſtativâ clauſula* an ſtatt der Käyſerlichen Majeſtät und für uns ſelbſt als Römiſcher König *eſt uſus R. J. de dato* Augſpurg 1555. §. 26. *in quo nobiles Imperii immediatè ſuos ſubditos, &* 136. *in quo Ordinationem Politicam vigore officii ſui, ut dicit, auxit, eamque ſuam vocavit, & mandavit*, daß derſelben bey Käyſerlicher Majeſtät / Seiner und des Reichs ſchwere Ungnade nachgelebet werde. *R. J. de dato* Augſp. 1548. §. 66. *& Capitulationem Ferdinandi* III. *art.* 46. *Ferd.* IV. *art.* 45. *& Quibus Regibus Romanorum poteſtas creandi Principes, Comites & ſimiles competit. Ord. Cameral. part.* 1. *tit.* 3. §. 2. *in quibus poteſtatem confirmandi Academias habet, & tit.* 25. §. 5. *ubi Ferdinandus Cameram Imperialem ſuam nec non d. R. J. de anno* 1555. *in pr. ubi conſtitutiones & jura in Imperio obſervanda ſua vocat, d. R. J. de anno* 1555. *in pr. & Ordinat. Cameral. in pr. R. J. de dato* Regenſpurg *&* Speyer 1557. *in pr. ubi ſe Semper-Auguſtum nominat, quod etiam reliqui Reges Romanorum in ſuis Capitulationibus in pr. fecerunt d. R. J. de anno* 1555. §. 66. *ubi ſe &* Imperatorem *Capita Imperii nominat, de dato* Speyer 1557. *in ulterum pr. & ſubſcriptionibus, in quibus Sibi idem Majeſtatem tribuit, de quo plura legi poſſunt apud Limn. L.* 2. *c.* 15. *n.* 40. *& Reinking. l.* 1 *cl.* 3. *c.* 14. *n.* 50. *& ſeqq.*

Porrò omnium R. J. ſub Ferdinando illo tanquam Rege Romanorum publicatorum in ſubſcriptionibus: item ſubſcriptionum Capitulationum, in quibus hæc clauſula reperitur gegeben in unſer und des Reichs Stadt *&c. & tandem per d. R. J. de anno* 1542 §. 102. *&* 124. *& dato* Nürnberg *eod. anno* §. 24. *in quibus idem ſibi plenitudinem poteſtatis tribuit.*

Secunda verò pars ex oppoſito nihil illi poteſtatis ordinariæ tribuit, præcipuè ob Ordinat. Cameral. in proœm. part. 2. *tit.* 2. §. 2. *& part.* 3. *tit.* 54. §. 2. *in quibus Ferdinandus idem ſcribit*; daß wir als Römiſcher König an ſtatt der Käyſerl. Maj. in Krafft Ihrer Liebden und Käyſerl. Maj. uns gegebenen Vollmacht und Heimſtellung *& R. J. de dato* Regenſp. 1557. §. 2. *ibi* auff Ihr Liebden und Käyſerl. Maj. freundlichs und brüderlichs Geſinnen / Begehren und Aufferlegen *&c. Capitulationes Maximiliani* II. *art.* 15. *Rudolphi* II. *art.* 32. *Ferdinandi* III. *art.* 49. *& Ferdinandi* IV. *art.* 47. *in quibus omnes hi Romanorum Reges conceptis verbis jurarunt*: Wir wollen und ſollen auch Uns keiner Regirung oder *Adminiſtration* im heiligen Römiſchen Reich weiter und anders unterziehen / denn ſo viel Uns des von Käyſerl. Majeſt. vergönnet und zugelaſſen wird / auch Ihr. Käyſerl. Majeſt die Zeit Ihres Lebens an Ihrer Hoheit und Würde

A. des Käyſerthumbs keine Irrung noch Eintrag thun.

Media tandem ſtatuit Regem Romanorum, non ex mandato Imperatoris tantum actus poteſtativos exercere ſolere, ſed etiam illo extra Imperium Germanicum, vel trans Alpes exiſtente, tanquam eum in finem ſubſtitutum Imperii Caput & Rectorem omnia, quæ Imperatoris poteſtati competunt, ex propria poteſtate etiam abſque mandato peragere poſſe, eamque ad caſum referenda eſſe omnia illa loca, quæ pro primæ partis aſſertione ſtabiliendâ adducta ſunt. Siquidem ex illis clarè conſtat, Ferdinandum illum omnia iſta poteſtatis exercitia, vel ex mandato ut in ſpecie refertur in d. R. J. de dato Speyer 1542. §. 3. *de anno* 1543. *in pr. de anno* 1555 §. 4. 5. *&* 136. *& Ordinat. Cameral. de eod. ann. in proœm. part.* 2. *tit.* 2. §. 2.

B. *t.* 4. §. 9. *& p.* 3. *t.* 54. §. 2. *& Receſſ. Imp. de dato* Regenſpurg 1557. § 2. *vel ob abſentiam Imperatoris extra Germaniam peregiſſe, ut in modo dicto R. J. de anno* 1555. *d.* §. 64. *& ſeq. & Ordin. Cameral. p.* 1. *t.* 1. §. 3. *& tit.* 15. §. 1. *&* 2. *ac t.* 16. §. 4. *& t.* 50. §. 1. *item p.* 2. *t.* 9. §. 3. *t.* 34. *ac part.* 3. *t.* 48. §. 9. *& tit. ſeq.* § 7. *ſimiliter continetur.*

Nos tamen ulli ſimpliciter adhærere volumus, ſed pro certo præſupponentes in reſolvendis ad poteſtatem regnantium imprimis in Electionis regiæ vel Imperii pertinentibus controverſiis ſemper ad recentiores fundamentales Leges recurrendum, adeoque antiquiores eis ſemper habendas eſſe, ob hanc rationem, quia majeſtas vel poteſtas ſumma, ex modo habendi, quæ ſæpè per intervenientia pacta conventa mutatur, ſemper æſtimanda eſt, ut præc. c. 3. *lib.* 8. *expl.* 1. *quæſt.* 1. *deductum eſt. Firmiter ſtatuimus Regem Romanorum in dicto ſignificatu conſideratum ſaltem in theſi memoratos*

C. *actus ex propria poteſtate exercere poſſe, ob illam ſolidam rationem, quia omnes illi Reges* à tempore Maximiliani II. incluſivè uſque ad Ferdinandum IV. glorioſiſſimarum recordationum vi juratarum ſuarum Capitulationum, ut in relatione ſecundæ opinionis adductum, *promiſerunt, ſe nihil in Imperio adminiſtraturos, quam quod a Cæſarea Majeſtate iis permiſſum vel conceſſum fuerit.*

Cur verò ab hac regula excipiamus illos actus creandi Equites, nec non Principes, Comites, Barones & Comites Palatinos, item Gratia, immunitatum & privilegiorum, ſuadent tum ratio hæc quia actus talis in Capitulationibus Ferdinandi III. *art.* 48. *& ſeqq. Ferdinandi* IV. *art.* 44. *& ſeq. iis permiſſi ſunt, & ad adminiſtrationem juſtitiæ vel regiminis propriè non pertinent, tum fundamentum ſequens, quia omnes tales Reges,* poſt coronationem finitam Equites crearunt, ut ex

D. illarum deſcriptionibus obvium & notum eſt. *Sicuti etiam in R. J. de dato* Augſpurg 1548. §. 66. *creatio Comitum & Baronum Ferdinando* I. *Regi Romanorum attribuitur.*

Quibus quo ad privilegia addimus in Ordinatione Camerali p. 1. *t.* 3. §. 2. *poteſtatem Academias confirmandi Regibus his expreſsè attributam eſſe. Licet enim hoc tanquam ſingulare Ferdinando* I. *nonnulli tribuant, regerendum tamen eſt, illum non ſibi ſolum, ſed etiam Anteceſſoribus, Regibus ſcilicet Romanis hanc poteſtatem adſcripſiſſe, ut hinc Succeſſoribus quoque competere dicendum omninò ſit.*

Quod verò prædictus Ferdinandus Romanorum Rex in Comitiis ſub ejus Regali Statu nomine Caroli V. Imperatoris & Fratris celebratis Imperatoris hujus nomini & Majeſtati *etiam ſuam Majeſtatem & poteſtatem plerumque adjecerit, ut ex in pr. hujus explicationis adductis locis demonſtratum eſt. id ſecundum Politicos diverſis de cauſis factum eſt,* inter quos *Limn.*

ad

ad Capitulat. Ferdinandi I. *art.* 2. *verba* **durch Uns** A.
n. 2. *conjicit, Ferdinando* iterationem tam frequentem verborum **auch für Uns ſelbſt/ als Römiſcher König/** *oblectamento ideo fuiſſe quo vel carperet, vel pungeret adverſarios ſuos*, interque eos Saxonem & Socios, qui tunc, cum in Regem Romanorum electus eſſet, contradixerunt & pro conditione urſerunt, ne Romanorum Rex vivo Cæſare creatus, ſuo nomine Remp. adminiſtraret.

Alii verò illud ideò ſimul factum fuiſſe arguunt, *quia* eidem Regi plerumque Imperatoris Commiſſarii additi fuerunt, ne ergo cum his ſe comparari ſineret, aut de dignitate ſua aliquid remitteret, illum etiam addidiſſe ſuam Regiam auctoritatem.

Alii porrò addunt cum Rege illo nullam tunc Capitulationem initam, adeoque nec modum exercendæ poteſtatis præſcriptum fuiſſe. *Quæ forte conjunctim ab illo tunc conſiderata fuerunt.* B.

Quod nunc alterum membrum theſeos noſtræ nimirum poteſtatem Regis Romanorum delegatam concernit, repetendum hic Ferdinandum mentionem facere, mandati expreſſi à Carolo V. Imperatore obtenti paſſim & in ſpecie in modo dictis locis R. J. & de dato **Speyer** §. 3. *de dato* **Nürnberg** 1543. *in pr. & de dato* **Augſpurg** 1555. §. 4. 5. & 136. *& Ordin. Camer. de eod. anno in proœm. p.* 2. *t.* 2. § 2. *& p.* 3. *t.* 54. §. 2. *& R. J. de dato* **Regenſpurg** §. 2. *Mandati verò taciti vel implicite in Receſſibus Imperii & aliis negotiis in abſentia Imperatoris ab illo publicatis & peractis ac peragendis in d. R. J. de anno* 1555. §. 64. *& ſeq & Ordin. Camer. d. p.* 1. *in proœm. t.* 1. §. 3. *t.* 15. §. 1. *&* 2. *& t.* 16. §. 4. *nec non t.* 50. §. 1. *item p.* 2. *t.* 9. §. 3. *t.* 34. *& p.* 3. *t.* 48. §. 9. *& tit. ſeq.* §. 7. *Item in Tranſact. nomine Imperatoris Caroli V. & Imperii cum Duce Lotharingiæ anno* 1542. *inita & à Limn. L.* 5. *c.* 11. *n.* 3. *relata.* C.

Vel ſi magis placeat, ſimultanea poteſtatis propria, extraordinaria tamen, in abſentiâ Imperatoris illi tunc tum ob defectum Capitulationis, tùm ob promotionem ſalutis publicæ ratione electionis factæ competentis, ut idem aliquot in locis & in ſpecie d. R. de anno 1555. §. 66. *ibi* **an ſtatt der Käyſerl. Maj. und Unſer als Häupter/** *&* §. 136. *ibi* **auch für Uns ſelbſt als Römiſcher König auß Erheiſchung obliegenden Amtes gebühret hierin Einſehens zu thun:** *quoniam* in illum finem talis Rex eligitur, ut loco abſentis Imperatoris in ſubitis cauſis ſalutem publicam & alia negotia urgentia promoveat, quibus adde *Ordin. Cameral. Ejusdem anni p.* 1. *t.* 1. §. 3.

Nec obſtat, quod poſt Ferdinandum prædictum omnibus hiſce Romanorum Regibus in Capitulationibus utpote Maximiliano II. *d. art.* 15. *Rudolpho* II. *d. art.* 32. *Ferdinando* III. *d. art.* 49. *& Ferdinando* IV. *d. art.* D.
47. *præſcriptum & ab iis jurato promiſſum fuerit, ut* ab omni Imperii adminiſtratione, niſi quantum ipſis ab Imperatoribus tunc exiſtentibus permitteretur, ſe abſtinere deberent & vellent, adeoque poteſtas illa extraordinaria ad ſucceſſores extendenda non ſit.

Quoniam noſtro quidem judicio, diſpoſitio illa probabiliter de eo caſu, quando Imperator trans Alpes & extra Imperium Germanicum ſe continet, intelligenda non eſſe videtur; ſiquidem, ut modò dictum, ideò Rex hic illi adjungitur, ut ejus gravibus de cauſis, puta morbo, ætate ingraveſcente & ſimilibus impediti mediante mandato, & abſentis in ſubitis moræ impatientibus negotiis vicem etiam in defectu talis mandati ſuppleat, Imperiique curam ac adminiſtrationem gerat, nec alias regalis illa dignitas & majeſtas planè otioſa & umbratilis ſit. Licet talis caſus hos rerum ſtatu vix evenire poſſit.

A. *Vice verſa verò* illa de affectuoſa vel ambitioſa adeoque Imperatoris dignitati & Majeſtati derogatoria argumento verborum in Capitulationibus hâc formula **daß Er Ihr Maj. die Zeit Ihres Lebens an Ihrer Hoheit und Würde des Käyſerthumbs keinen Eintrag thun ſolle** comprehenſorum; *non vero de neceſſaria* & ad ſalutem Imperii ſolum directa Imperatorique minimè derogatoria adminiſtratione intelligenda eſſe videntur.

Sed horum genuina explicatio caſu forte emergente Electorali Collegio omnino relinquenda eſt.

TH. IV.

Poteſtas Cameræ Imperiali communicata conſiſtit in juriſdictione ordinaria univerſali & indepēdenti in omnes & ſingulos Imperii immediatos & mediatos Status ac Subditos, *exceptis iis, qui* tam ratione propriarum perſonarum, quàm certarum cauſarum ab illa exemti ſunt, per Judicem & Aſſeſſores, ſecundùm præſcriptas ordinationes Imperii exercenda.

Expl.

1. *JUriſdictionem illius eſſe ordinariam inde probatur, quia* (1.) ab Imperatoribus & Imperii Statibus perpetuâ Imperii Lege, nempe Ordinationibus dictis fundata & roborata eſt *R. J. de dato* **Regenſpurg** 1541. §. 33. *juncta L.* 6. *ff. de Jurisd.* adeoque mortuo Imperatore nunquam quieſcit, nedum exſpirat, ſed continua ſerie exercetur, ut notum eſt & inſuper poſt alios demonſtrat *Gilman. L.* 1. *Deciſ. Cameral.* 46. *n.* 94.

(2.) *Ab illa planè appellari non poteſt R. J. de dato* **Augſpurg** 1530. §. 76. *& Ordinat. Camer. de anno* 1555. *p.* 3. *t.* 51. *& cauſa regulariter avocari nequeunt R. J. de dato* **Regenſpurg** 1654. §. 166. *& in Capitulat. Imperatoris Leopoldi art.* 42. de quo plura legi poſſunt apud *Boehm. Exercit. ad A. B.* 9. *c.* 1. §. 3. *& Gerhard. in Diſc. de Judicio Aulico & Cameral.* 1. *c.* 1. §. 2.

Cameram verò ab Imperatore & Statibus ſimul dependere patet ex Ordinat. Cameræ de anno 1495. *in pr.* **Handhabung des Friedens** *de anno eodem c.* 4. **Satzung des gemeinen Pfennings** *de eodem anno t. ult. & d. R. J. de anno* 1654. §. 8. 9. 15. 19. 22. 34. *& paſſim, adeoque utrumque repræſentare, ſecundum eundem Receſſum* §. 165.

Nec obſtat, quod Imperatores Carolus V. Ferdinandus I. Maximilianus II. Rudolphus II. Matthias & Ferdinandus II. in Receſſibus Imperii ab & ſub illis publicatis Cameram ſuum judicium ſolùm vocarint. *Id enim per excellentiam ſalvo ſimultaneo Statuum jure factum, ſiquidem* hi nihilominus illis temporibus unà cum Imperatoribus Cameræ Leges & normam præſcripſerunt, & ejus reviſionem ac ſimiles ſimultanei juris actus inſtituerunt ac exercuerunt, ut patet ex *Ordinationibus Cameræ de anno* 1521. 1523. 1527. 1531. §. 1. 1533. *&* 1535. *in pr. R. J. de dato* **Regenſpurg** 1557. §. 73. *& ſeqq.* **Augſpurg** 1566. §. 85. *& ſeq.* **Speyer** 1570. §. 41. **Regenſpurg** 1594. §. 49. **Speyer**

1600. *in pr. & Judici ac Aſſeſſoribus mandarunt d. Reform. Ordin. Camer. de anno* 1531. *§. f. nec non res dubia a Cameralibus obſervanda Imperatoris ac Statuum deciſioni ſubmiſſa fuerunt d. R. J. de dato* **Speyer** 1557. §. 5.

Plura à Paurmeiſtero de Juriſd. Imper. *Rom. l.* 2. *c.* 6. *n.* 18. *& ſeqq. adducta a gumenta refutata vide apud Limn. l.* 9. *c.* 2. *n.* 55.

Quæri hic ſolet: An Imperatores *juriſdictionem in Cameram privativè contulerint?*

R. Negativa verior eſt, quoniam illi per judicia ſua aulica juriſdictionem eandem, quam Camera, uti omnibus notum eſt, exercent. *Et hinc Imperator Ferdinandus* III. *in Ordinat. Judicii Aulici t.* 2. *§.* **So wollen wir auch** *expreſſe meminit*, ſe & Anteceſſores ſuos Cameræ juriſdictionem concurrentem contuliſſe.

Plura de illa quæſtione vide apud Gerhard. d. Diſ. 1. *c.* 2. *Ubi in quibus cauſis Camera cum Judicio Aulico concurrere poſſit, & c.* 3. *ſequenti, quando & quomodo inter hos & Conſilii Aulici judicium præventio mutua locum habeat eruditè demonſtrat.*

II. *Omnes Status* Imperii *ſive actores & rei ſimul, ſive rei ſaltem ſint, & illorum cauſa, niſi ab illa exemti ſint, juriſdictioni Cameræ ſubjacere in Ordin. Cameræ p.* 2. *t.* 1. §. 2. *& tit.* 27. *conſtitutum eſt.*

Exemti verò ab illa quidam Imperii Status ſunt in totum, quidam autem in certis cauſis ſaltem quo ad primam inſtantiam,

In totum exemti ſunt quidam Electores, ut ſeq. Sect. 2. *c.* 1. *th.* 9. *expl.* 2. *n.* 8. *demonſtravimus.*

Duces Lotharingiæ vigore tranſactionis cum Imperatore Carolo V. & Imperio anno 1542. initæ & à *Limn. L.* 5. *c.* 11. *n.* 3. relatæ.

Duces Burgundiæ vi ſimilis tranſactionis anno 1548. confectæ & *ab eodem d. l.* 5. *c.* 2. *n.* 50. adductæ.

Et ſecundum quoſdam Archiduces Auſtriæ per privilegium Caroli V. apud *eundem d. c.* 2. *n.* 32. *exſtans.*

Sed quid privilegio illi opponi ſoleat legi apud eundem poteſt d. l. 9. *c.* 2. *n.* 124. *Klock. de contribut. c.* 4. *n.* 218. *& ſeqq. & Bechmann. d. Exerc.* 9. *c.* 2. *ſect.* 6. *§.* 3.

Id certum eſt, exemtionem illam ſaltem cauſas privatas non imperium ipſum concernentes in ſe continere, adeoque has e. gr. cauſam fractæ pacis ſub illa comprehenſas non eſſe.

In certis verò cauſis & caſibus quoad primam inſtantiam ſaltem a Camera juriſdictione per privilegium Auſtregarum exemti ſunt Principes, Comites, Barones & Nobiles immediati in controverſiis cum ſui ordinis conſortibus ortis, excluſis Civitatibus Imperialibus, quæ hoc privilegio non gaudent, de quo th. ſeq. 7. *in expl. n.* 4. *dictum eſt.*

Porrò ab eadem in hac inſtantia exemtæ ſunt ob peculiares Auſtregas, **gewillkührte Außträge** / *quædam Imperii Civitates, quas etiam ſeq. th.* 7. *n.* 1. *retulimus, quoniam* enim tales Auſtregæ per particularia pacta inter illas ſemel introductæ & ſtabilitæ ſunt, ab illis recedere non poſſunt per ea, quæ in *Ordin. Camer. d. p.* 2. *t.* 27. ſtatuta ſunt.

Pertinet huc quodammodo privilegium optionis fori, ſecundum quod eo gaudentes intra ſtatutum tempus optionem habent an coram camerâ Imperiali vel Judicio Imperatoris Aulico convenire velint, quale *ſecundum Inſtrum. Pac. art.* 10. *§. è contra* 2. *Rex Sueciæ intra tres menſes, ex privilegio verò*

A. *Duces Brunovicenſes intra duos menſes ſecundum Limn. T.* 5. *l.* 5. *c.* 6. *n.* 29. habent.

Quoad ſecundam inſtantiam notandum.

1. *Vigore Aureæ Bullæ t.* 11. *§.* 2. *&* 3. *à ſententiis Electorum planè appellari non poſſe, quod tamen ratione quorundam Electorum in deſuetudinem ivit ut ſeq. c.* 6. *th.* 8. *expl.* 1. *n.* 8. *demonſtratum eſt.*

2. Regibus *Sueciæ in tractatu Pacis Osnabruggenſi vigore Inſtrum. Pac. art.* 10. *§. deinde conceſſum eſſe, ut ſummum aliquod Tribunal ſeu Apellationis inſtantiam in commodo Provinciarum ſuarum Germanicarum loco (uti* W*iſmariæ poſtmodum factum) inſtituant & ibi juſtitiam ſecundum conſtitutiones Imperiales & provinciales abſque ulteriori provocatione cauſarumq́; avocatione adminiſtrent.*

Quod etiam ad Domum Auſtriacam multi extendunt, inter quos reperitur *Myler. de Princip. & Stat.*
B *imperii c.* 42. *§.* 8. *ubi idem de Duce* W*urtembergico, Judicio Provinciali in Franconia & Groninga Friſiæ datum, cui junge Roding. in Pandect. Cameral. l.* 1. *.* 20. *Sect.* 3.

Sed ſi quo ad Domum Auſtriacam fundamentum ſuum in privilegio Caroli V. apud Limn. L. 5. *c.* 2. *n.* 32. *poſuit, reponendum eſt, illud ſaltem de jure non evocandi Subditos, non verò de non appellando agere, quæ duo maximè inter ſe differunt ut ſeq. Sect.* 2. *c.* 1. *th.* 9. *expl.* 8. *n.* 1. *demonſtratum eſt.*

3. *Quo ad alios Status verò, ab illorum ſententiis hodie non appellari poſſe, niſi ſumma in litem & ſententiam deducta, quæ ad ſortem* 600. *florenos & quo ad reditus annuos* 24. *florenos vel ſedecim Joachimicos excedat, ut in d. R. I. de dato* **Regenſpurg** 1654. §. 112. *conſtitutum eſt.*

C. *Ubi quoad Duces Brunovicenſes ex Limn. Tomo V. l.* 5. *c.* 6. *n.* 29. *& Blumio d. l. tab.* 3. *monendum, illos an.* 1648. 24. *Auguſti tam quoad Ducatum Guelferbytanum quàm Cellenſem & Calenbergenſem privilegium ab Imperatore Ferdinando* III. *obtinuiſſe, ut niſi ſumma* 2000. *aureos Rhenanos excedat, ab illis appellari nequeat, quod etiam refertur in Not. ad Roding. d. l. p.* 322. *cum additione privilegium illud Cameræ* 1651. *inſinuatum fuiſſe, eosdemque Duces anno eodem obtinuiſſe privilegium electionis fori, de quo etiam ſeq. expl.* 6. *in f. egimus.*

De ſumma appellabili reliquorum tam Eccleſiaſticorum quam ſecularium Principum vide eosdem ibidem.

Ex quibus adhuc annotandi ſunt Landgravii Haſſiaci Caſſelenſes, & Megapolitani Suverinenſes, quorum priores ab Imper. Ferdinando III. privilegium an. 1650. 26. Aug. & Cameræ anno 1657. 20. Octobr. inſinuatum acceperunt ab iis intra 1000. aureos Rhenanos non appellando, *& poſteriores* ab eodem
D. ſimile privilegium Cameræ 1654. 25. Jan. inſinuatum ut refert *Blumius & Roding. in notis dd. ll.*

Quod cauſas concernit, ſciendum.

1. *Cauſas criminales*, quæ capitis pœnam decernendam in ſe continent, ad Cameræ juriſdictionem non pertinere *Ord. Camer. d. p.* 2. *t.* 28. §. 5. *& R. I. de dato* **Augſpurg** 1530. §. 95.

Excipiuntur caſus ſequentes, ſi (1.) per appellationem contra judicem immediatæ juriſdictionis ex capite nullitatis querela inſtituatur *d.* §. 28. *&* §. 5. atque ita ſaltem circa proceſſum controverſia oriatur. (2.) *crimen* illud fractam pacem & (3.) *fiſcum Imperatoris concernat*; illius enim cognitio ad Cameram ſpectat

A ſpectat *Ord. Cam. d. p. 2. t. 20. §. 1. & ſeq.* (4.) *non de crimine principaliter ſed de illius foro controverſia ſit argumento R. I. de dato* Speyer 1600. §. 26.

2. *Ad eandem non pertinere cauſas majora feuda concernentes d. p. 2. t. 7. Matrimoniales & alias ſpirituales*, de quibus conſuli poteſt *Limn. d. c. 2. n. 186. & ſeqq. ubi Limitationes ſimul refert, nec non eas, quæ Imperatoris Reſervata, inprimis vero gratiam & indulgentiam concernunt. Quoniam* ad Cameram cauſæ ſaltem litigioſæ per viam ſimplicis querelæ vel per devolutionem deferuntur, ut legi poteſt apud *Gerh. d. diſc. 1. c. 4. §. 1.*

Contra 3. ſequentes cauſas etiam in primâ inſtantia ad Cameram abſolute & non obſtantibus primæ inſtantiæ privilegiis pertinere: Fracta pacis tam religioſæ, quam profanæ, Fiſci Imperialis, litigioſæ poſſeſſionis, Pignorationum, Arreſtorum, mandatorum ſine clauſula, relaxandi juramenti ad effectum agendi, Legis diffamari circa fracta pacis & aliud publicum Imperium concernens crimen, denegata vel protracta juſtitia, Violatorum privilegiorum Imperialium & tranſgreſſarum Conſtitutionum Imperii, de quibus omnibus in *d. Ordin. Camerali p. 2. t. 9. & ſeqq.* latè agitur & *Roding. L. 1. Pandect. Camer. tit. 6. & ſeqq.* nec non *Limn. d. L. 9. c. 2. n. 126. ac 142. ac ſeqq.* legi poteſt.

Circa quas tamen obſervandum, in quibusdam illarum, utpote primâ, ſecundâ, tertiâ, quartâ & quintâ requiri, ut utraque pars immediatè juriſdictioni Camerali ſubjecta, in quibusdam verò, utpote ſeptima & octava ſufficere, ut reus ſaltem immediatus Imperii Status ſit, & in reliquis nihil intereſſe, utrum partes immediatè an mediatè juriſdictioni illi ſubſint.

C III. *Judicium illud vel Tribunal ſummum anno* 1495. *à Maximiliano* I. *Imperatore cum conſenſu Imperii* Statuum Wormatiæ in Comitiis ad pacem publicam eò melius conſervandam, juſtitiam ſtabiliendam, & unicuique adminiſtrandam, nec non Conſilium Aulicum à moleſtiis tot innumerabilium cauſarum ad id delatarum quodammodo liberandum *Ordin. Judic. Aulici t. 2.* §. So wollen wir auch *&c. inſtitutum, ut ex Ordinatione ejusdem d. anni in pr. conſtat. Et poſtquam incerto tempore, modo Wormatiæ, modò Noribergæ* ab anno ſcilicet 1501. *modo Ratisbonæ* ab anno 1504. *modò iterum Wormatiæ* ab anno 1511. *& Norbergæ* ab anno 1521. *poſteà Eslingæ* ab anno 24. ſubſtitiſſet, *tandem Spiram an.* 1527. *translatum & ibi anno* 1530. *in Comitiis Auguſtanis communi Statuum conſenſu tandem ſtabilitum fuit.*

D *Conſtituenti verò fuere primum Judex, qui Princeps, Comes vel Baro eſſet, & Aſſeſſores ſedecim dimidia ex parte Juris Doctores vel Licentiati, & pro reliqua parte equeſtris Ordinis, ut in t. 1. ibidem ordinatum eſt. Sed poſtea is numerus primùm* in Comitiis Auguſtanis anni 1530. ſecundum illum *Receſſum* §. 76. *& Ordin. Camer. p. 1. t. 1. §. 3. ad viginti quatuor: per Maximilianum* II. *verò in Comitiis Auguſtanis* 1566. *celebratis ad* 32. *vigore Receſſus illius* §. 74. *& in Comitiis Spirenſibus anni* 1570. *vigore Receſſus illius* §. 42. *ad* 40. *ac per Pacificationem Oſnabruggenſem ſecundum Inſtr. Pac. art. 5. §. 52. ad quinquaginta in univerſum ita auctus eſt, ut Catholici Status ex iis* 26. *ſecundum præſcriptum R. I. de dato* Regenſpurg 1654. §. 169. *& Evangelici reliquos* 24. *ſecundum ſchema in d. art. 5. §. ſeq. 53. præſentent. Additique prioribus duobus in d. Ord. Cam. p. 1. t. 1. §. 3. & t. 10. §. 1. memoratis præſidentibus locum abſentis vel impediti Judicis obtinentibus adhuc unus vigore d. R. I. de anno* 1570. §. 51. *& rurſum unus vi d. Inſtrum. Pac. d. §. 52. adeoque in univerſum quatuor conſtitute, ut mox pluribus demonſtratur.*

Judex ille ab Imperatore ſimpliciter & ſemper conſtituitur, ut inter alia ex *d. §. 3. & R. I. de dato* Augſpurg 1548. §. 23. notum eſt, *adeoque Imperatorem ipſum repræſentat R. I. de dato* Regenſpurg 1654. §. 165. *& ideo omnes ſupplicationes illi inſcribuntur, ut poſt alios refert Gerhard. d. tr. diſc. 2. c. 1. th. 6 ſicut etiam decreta proceſſuum ſub Imperatoris nomine, titulo atque ſigillo emittuntur ſecundum eundem ſeq. c. 3. §. 2.*

Quatuor prædicti Præſides à Cæſarea Majeſtate quoque conſtituuntur, ita tamen, ut duo ex iis Auguſtanæ Confeſſioni addicti ſint. Inſtr. Pat. d. §. 52.

B *Sed hodie ſaltem illorum duos eſſe, unumque ex iis Auguſtanæ Confeſſionis tradit poſt Gerhard. de Judicio Aulico & Camer. Diſc. 4. c. 1. §. 2. Bechman. d. tr. diſc. 4. c. 1. §. 2.*

His adjuncti ſunt ſequentes perſonæ Fiſcalis, Advocatus Fiſci, Medicus, Adminiſtrator vel Director Cancellariæ, Quæſtor, Libellio adverſariarum rationum, duo Pedelli, duodecim Tabellarii Equeſtres.

De illis omnibus notanda ſequentia.

1. *Salarium illorum primo ab Imperatore Maximiliano* I. *& Statibus conjunctim exſolutum, & poſteà ſucceſſivè introductum fuiſſe, ut tandem Status ſoli illa præſtarent, ut ſeq. c. 6. th. 3. expl. 3. latè deductum eſt. Hodie vero illa eſſe aucta & vigore R. I. de anno* 1654. §. 12. *eſſe ſequenti conſtituta quantitate*

	Joachimici
C Judicis - - -	4400.
Unicuique Præſidenti 1371. adeoque quatuor - - -	5484.
Quinquaginta Aſſeſſoribus, cuique 1000. - - -	50000.
Fiſcali - - - -	1000.
Advocato Fiſci - -	$571\frac{1}{2}$.
Medico - - - -	285.
Adminiſtratori Cancellariæ -	$152\frac{1}{2}$.
Quæſtori - - - -	344.
Libellioni adverſariarum rationum -	45.
Duobus Pedellis - - - -	180.
Duodecim Tabellariis equeſtribus cuique $32\frac{1}{2}$. - - - -	390.

D Summa 62852. Joachimici.

2. *Salaria hæc* illis ex cenſu quodam ſingulari Statibus Imperii impoſito hodie ſolvi, cum quondam diverſa media in Comitiis Imperii prolata fuiſſent, ut videri poteſt apud *Limn. Tomo 4. ad d. l. 9. c. 2. n. 13. & ex Sect. 2. ſeq. c. 1. th. 3. expl. 3. notatis, ubi ſimul ſeries & progreſſus ſalariorum & conſtitutionis tandem illius cenſus refertur.*

De Cenſu ipſo porrò obſervandum, illum aucto, ut dictum, Aſſeſſorum numero, *ita* quoque auctum eſſe, ut quilibet Status *pro ſingulis florenis* anteà ad ſuſtentationem Cameralium quotannis ſolutis, hodiè, donec aliud medium reperiatur, *ſingulum Joachimicum* ſolvant, vigore d. R. I. de dato Regenſpurg 1654. §. 14.

De cenſu illo antiquo vide Limn. L. 4. c. 7. poſt n. 66. **in dem Anſchlags-Regiſter** *& noſtra ſeq. c. 6. d. th. 3. & expl.* 3. notata. A.

De illo porrò obſervandum, quod ille ſtatutis terminis, nimirum Nundinis Francofurtanis, ab unoquoque Statuum ſub certis pœnis, & executione Imperii ibi ſolvi debeat, ſecuudum d. R. J. de anoo 1654. §. 9. & ſeqq.

3. *Illas eſſe ſub ſingulari* **Imperatoris** *&* **Imperii** *protectione & jurisdictione, & cum totis familiis jurisdictioni & oneribus Civitatis Spirenſis non ſubeſſe. ita, ut etiam illorum vidua*, quamdiu non ex civibus cuidam nubunt, illis privilegiis gaudeant, quemadmodum in *d. Ordin. Camer. p. 1. t.* 49. pluribus continetur. *Ideoque judicem jurisdictioni ſua ſubjectos quando delinquunt carcere ſingulariter ad hoc à Civitate Spirenſi conceſſo punire poſſe Ordin. Cam. de anno* 1521. *c.* 13.

B *An verò defunctorum liberi* peculiarem œconomiam exercentes à civitatis jurisdictione immunes ſint, in præteritis anni 1653. & ſeq. comitiis Imperii inter civitatem Spirenſem & Camerales acriter diſputatum, ut ex memorialibus illorum apud *Speidel. in Speculo ſub verbis* **Cammergericht** &c. legi poteſt, & pro Cameralibus, ſub certa tamen diſtinctione deciſum, illudque in *R. J. art.* 141. *& ſeq. relatum eſt.*

Quod verò delicta & in ſpecie Capitalia illorum concernit, de illis in *Ordinat. Camera de anno* 1555. *P. 1. Art.* 50. *ita proſpectum eſt*, ut Magiſtratus urbis noxium ſtatim prehendat, & Cameræ Judici ac officialibus tradat, & illis carcerem ad illum cuſtodiendum & debitâ pœnâ afficiendum concedat. Si verò delictum pœnam corporis incurrat, tunc Collegium camerale cauſæ quidem cognitionem ſolùm habeat, ſed delicto illo ſatis probato, Magiſtratui C. urbico executionem pœnæ mandet. De quo etiam *Blum. de Proceſſu Camerali Tit.* 24. §. 41. legi poteſt.

An verò immunitas hæc ſe ad Cameralium liberos, præſertim ſi ſingularem familiam per matrimonia & ſimiles actus conſtituant, extendenda ſit, inter Camerales & Senatum ac Cives ejus loci diu, ioprimis verò durantibus Comitiis Ratiſponenſibus *anno* 1654. *diſputatum, ſed non deciſum fuit*, uti legi poteſt apud *Speidel. in Speculo ſub verbo* **Cammergericht / Cammergerichtliche Perſonen.**

De Judice verò, Præſidentibus & Aſſeſſoribus in ſpecie.

1. *Omnes* illos debere eſſe Germanos, bonæ famæ, jurium & coosuetudinum Imperii gnaros, ac ad talia negotia gerenda aptos & natalium le- D. gitimorum *d. Ordin. Camer. p. 1. t. 1. §. 3. & t. 3. §. 2.*

2. *Judicem & Præſidentes Illuſtris ad minimum proſapia.*

3. *Aſſeſſores in ſpecie dimidia ex parte Juris Doctores vel Licentiatos* in confirmatis Academiis creatos, & ad minimum per quinquennium in illis verſatos; *ex reliqua parte verò nobiles d. t. 1. §. 3. & t. 3. §. 2.*

4. *Catholica vel Auguſtana Religionis, inter quos Reformati hodiè abſque dubio recipiuntur, ut vel ex ſolo §. 23. d. R. J. de anno* 1654. couſtat, de quo tamen etiam legi poſſunt, quæ habet *Limn. in Tom. 4. ad d. l. 9. c. 2. n. 23.*

IV. *Quomodo viſitatio Cameræ quotannis inſtitui, & per quos peragi debeat præc. p. 2. ſect. 2. c. 9. th. 26. in expl. traditum eſt.*

V. *Obſervandum certis quibusdam de cauſis* imprimis ob ſecuritatem io Comitiis Ratiſponeoſibus anni 1640. celebratis & poſteà in Conventu Oſnabrugenſi anno 1642. & ſeq. *de Judicii hujus in alium locum translatione actum, idque in Inſtrum. Pacis art. 5. §. 20. relatum ita eſſe*, ut in proximis Imperii Comitiis illa in effectum deduceretur, *ſed ut ex d. R. I. de anno 1654. §. 167. videre licet, ea nondum perfici potuit.*

VI. *Notari hic porro debet, de Jurisdictione Conſilii Imperatoris Aulici itidem univerſali hic ideo tractationem nullam ſuſceptam fuiſſe, quoniam illud non communicatam vel ordinariam ſed delegatam ſaltem habet poteſtatem, quod vel inde patet, quoniam mortuo Imperatore illa quieſcit, omnia acta à Regiſtratore obſignantur & aſſervantur, & durante interregno Vicarii Imperii in ſuis diſtrictibus illam exercent, novoque Imperatore electa illorum judicata & acta in illius aulam mittuntur, archivoque ejus judicii inſeruntur, ut inter alios tradit Gerhardus d. diſcurſu 1. c. 1. §. 2.*

De illo & ejus Jurisdictione interim curioſus Lector legere poteſt Ordinationem Ferdinandi III. *anno* 1654. *publicatam & Gerhard. in d. tr. per totum & Blumius in Proceſſu Cameræ tit. 25. n. 41. & ſeqq. & quæ nos præc. p. 2. ſect. 2. c. 4. th. 6. & in explic. annotavimus.*

Plura de Camerali hoc judicio vide quæ modò dicto c. 4. th. 6. in explicatione dicta ſunt.

Quibus tandem addimus Duces Brunovicenſes conventos habere privilegium optionis ſive eligendi fori, ita, ut intra duos menſes ſe declarare queant, utrum coram judicio Camerali an Imperatoris aulico reſpondere velint ſecundum Limn. Tomo V. l. 5. c. 6. & Burgoldenſ. in Notit. Imperii p. 2. Diſſ. 20. p. m. 226. ubi refert privilegium illud ab Imperatore Ferdinando III. 24. Nov. 1648. conceſſum fuiſſe. Et ſimile Regi Sueciæ ad tres tamen menſes extenſum in Inſtrum. Pacis art. 10. §. deinde concedit.

TH. V.

Poteſtas Judicio Aulico Rothvvilenſi & judicio Provinciali in Suevia communicata conſiſtit in Jurisdictione quidem ordinaria, particulari tamen, in certum imperii diſtrictum ex inſtitutione Conradi III. Imperatoris ac antiquorum Sueviæ Ducum & confirmatione quorundam Succeſſorum exercendâ.

Expl.

1. D*E Judicio hoc Rothvvilenſi ſequentia obſervanda.*

1. *Illud*, ut dictum, *ſaltem particularem quandam jurisdictionem in quatuor non tamen integros Circulos, Auſtriacum, Francicum, Rhenanum & Suevicum* (quorum diſtrictus ſpecialiter in Ordinat. illius Judicii, à dicto Conrado & ſequentibus aliquot Imperatoribus confecta & *à Gold. tom.* 1. **der Reichs-Satzungen** *f. 6. & ſeqq. relata part. 1. t. 6.*

c. 6. refertur) ejusque tam immediatos, quàm mediatos Status ac Subditos nomine Imperatoris ſolùm exercendam obtinere, ut patet ex *Imperatoris Maximiliani II. reformirter* Hoff-Gerichts Ordnung / *de anno* 1572. & iis, quæ *Wehnerus in Commentario* über deſſen alte und neue Ordnung *p. 1. t. 1.* refert.

2. *Ab illius juriſdictione tamen Electores in illo diſtrictu comprehenſos per A. B. tit. 11. item Auſtriacam Domum & illius Subditos in Suevia, Lotharingiam & alias plures provincias à Speidelio in Speculo ſub titulo* Rothweyliſch Gerichte *relatas eximi, quos etiam enumerat Sprenger. in fontibus Jur. Publici t. 6. p. m. 1088. & ſeq.*

3. *Illud primùm à dicto Imperatore Conrado* III. *anno 1146. vel ſeq. Rothwvilenſi Civitati ob fidelem contra ejus hoſtes præſtitam opem & ideò perpeſſa damna remunerationis ergo ut ſeq. c. 9. th. 6. in expl. ſub illa civitate n. 1. demonſtravimus cum ordinaria juriſdictione conceſſum eâ lege, ut ſecundum à Judicio Imperatoris in ipſa Aula exiſtenti dignitate eſſet, ac vigore dictæ ordinationis anno ſequenti confectâ in omnes & ſingulos ſub diſtricto illo degentes perſonas earumque cauſas ſine ullo diſcrimine juriſdictionem exercere poſſit; ut patet* auß dem kurtzen Begriff zur Handhabung ſolches Gerichts auff dem Reichstage zu Regenſpurg *anno* 1653. den Ständen übergeben *adducente Limn. Tomo V. add: l. 9. c. 3. n. 8.*

Poſtea verò ab Imperatore Maximiliano II. *ſecundum promiſſionem in R. J. de dato* Speyer 1570. §. 71. *factam ordinationem illam de anno* 1572. *reformatam & in toto Imperio publicatam eſſe, ut ab eodem Limn. d. l. paulò poſt refertur.*

4. *Ejusdem judices hereditarios eſſe Comites de Sulz à prima ejus inſtitutione ut ex Reformatione Maximiliani* II. *p. 2. t. 1.* & aliis documentis *ac deductione dicta apud Limn. T. 5. l. 9. c. 3. n. 8. conſtat.*

Aſſeſſores verò quosdam nobiles, quibus è Senatu illius loci Scultetus & duodecim judices ſecundum Ordinationem antiquam p. 1. t. 2. adjunguntur.

5. *In illo omnia negotia voluntaria & contentioſa juriſdictionis, item criminalia, matrimonialia & ſimilia tractari poſſe* ſecundùm *dictam Reformationem Maximiliani* II. *p. 2. t. 6.*

6. *Ab illo ad Cameram* Imperialem *appellari poſſe d. Reform. p. 3. t. 13. & d. R. J. de dato* 1570. §. 71.

II. *De Judicio Provinciali in Suevia notanda ſequentia.*

1. *Illud ab Henrico* Imperatore *inſtitutum, ut poſt parentem noſtrum de Jure Territ. c. 4. n. 483. memorat ex Lyrer. in ſuo vetuſto Chronico ſ. 72. Magerus de Advoc. Arm. c. 2. n. 84.* & quondam Sueviæ Ducum, iisque mortuis ad Imperium translatum, ab eoque Auſtriacis oppignoratum fuiſſe, referente poſt alios *Limn. L. 6. c. 3 n. 56.*

2. *Vocari* Käyſerliches Land-Gericht in Ober- und Nieder-Schwaben / ut patet ex rubrica Ordinationis illius.

3. *Illius diſtrictum in ordinatione ita deſcribi:* Es erſtreckt ſich ſolches Land-Gerichte über die Thonau / biß an das Land Würtemberg / und biß an Lech / dem Lech nach hinauff gen Rein an die Brücken / darnach hinüber auff Tachheimb / an die Graunpund zu Anfang des Schweitzerlandes / folgends gen Coſtantz / auch herüber auff Stockach / und von dannen ſo weit ſich der Gezirck des Schwabenlandes erſtrecket.

4. *Illud in tribus Civitatibus Imperialibus Rauenſpurgi, Wanga & Iſens* nec non in pago *Altorf nunc*

A. Weingarten *dicto habendum eſſe ita*, ut in quolibet loco duodecim Aſſeſſores Urtheilſprecher conſtituti ſint, ſecundum *Ordinationem illius. Et in Conventu quidem Oſnabruggenſi ac Monaſterienſi de ejus abolitione actum, ſed id* tunc ad alia tempora rejectum eſſe, *Inſtrum. Pac. art. 5. circa f. rationes ejus vide apud* Burgold *p. 2. Diſc. 20. th. 21. vid. etiam Capitul. Ferdin.* IV. *art. 15. & Leopoldi art. 18* in quorum poſtremo nonnulli defectus correcti ſunt.

5. *Judicem Provincialem horum locorum (qui ex familia Truchſeſſiorum de Walpurg noſtro ſcitu deſumi ſolet) in omnes diſtrictus illius ſubditos & incolas, quicunque illi ſint, niſi privilegiis exemti ſint, cum Statibus iſtius concurrentem habere juriſdictionem, ita tamen*, ut illis ex poteſtate ſuâ mandare & prohibere queat, vi ordin. dictæ.

6. *Ab illo judicio ad Cameram etiam hodiè appellari teſte Beſoldo de Appellat. c. 2. n. 19. quod etiam*
B. *comprobavit Leopoldus I. in Capitul. d. art. 18.*

Plura vide apud eund. in Theſ. Pract. & Speidel. in ſpeculo verb. Landgericht in Schwaben & *Kreydemann* von des Teutſchen Adels Stadt / Stand / Ehren. *9. 14. n. 4.*

TH. VI.

Hactenus Poteſtas Regi Romanorum, Camerali & Rothwvilenſi uti & Provinciali Suevico judicio communicata. Sequitur ea, quæ Statibus Imperii eſt communicata. Eſtque illa duplex communicata ſcilicet in Conſtatus vel in Subditos.

TH. VII.

C. *Quæ in Conſtatus eſt communicata, ſub nomine Judicii Auſtregarum venit, quod hic* in Juriſdictione Statibus Imperii illuſtribus circa quasdam ipſosmet inter ſe concernentes cauſas in prima inſtantia ſecundum Imperii ordinationes decidendas ab Imperatore Maximiliano I. conſenſu Statuum conceſſa conſiſtit.

Expl.

A*Uſtrega Germanica*, ut notum, *originis & inde dicta*, quod coram certis judicibus ad illos pertinentes cauſæ terminentur, daß ſolche Sachen alda außgetragen und geendiget werden / *triplicem potiſſimum apud Doctores patiuntur ſignificatum* (1) *juris & privilegii*, quo illæ inſtantiæ fundatæ
D. ſunt (2.) *judicum illarum*, & (3.) *ipſarum harum privilegiatarum inſtantiarum, quo poſtremo in ſenſu & nos illas hic ſumimus.*

Circa illas ſequentia notanda.

1. *Illas duplices eſſe conventionales ſive peculiares vigore quarum jam ab aliquot ſeculis* nonnullæ Univerſitates & illuſtres familiæ peculiariter & in certis cauſis & primâ inſtantiâ privato pacto tandem per conſuetudinem, vel obſervantiam longiſſimam approbato nonnullos ſui ordinis pro judicibus vel arbitris elegerunt, quæ ideò in Conſtitutionibus Imperii & in ſpecie Camer-gerichts Ordnung *de dato* Wormbs 1495. *tit.* Wie Churfürſten / Fürſten und Fürſtmäßige &c. gewillkührte rechtliche Außträg. &c. Ordnung des Regiments zu Augſp. 1500. *tit.* von den zwantzigen und Erklärung des Landfriedens *de eodem anno tit. 6 nec non Ordin. Camer. de anno 1555. p. 2. t. 2. §. 1. & in d. Ordin. Camer.*

heit/ qua vero reliquis Statibus ratione ſuorum territoriorum attribuitur ſaltem **die Landes-Hoheit** *dicatur.* A.

Et ergò in Imperio noſtro ad eſſentiam prioris Dignitas Principalis, & territorium Imperatori ac Imperio immediatè ſubjectum conjunctim poſterioris verò territorium tale immediatum ſub Dominio Status Imperii immediati exiſtens requiritur, de quo legi poteſt *Mingius de Superior. Territ. th. 44. Mager. de Advoc. Armata c. 6. n. 186. &* **Schütz** *in Coll. J. P. vol. 1. D. 6. th. 10. L. u.*

Quibus tamen addendum dari in Germania quosdam Principes, qui licet Imperii immediati Status non ſint, nihilominus tamen Juribus territorialibus ex antiquo ſcilicet immedietatis Statu gaudent, quales prob dolor fuerunt Sileſiæ noſtræ Principes Sereniſſimi, Duces ſcilicet Lignicenſes & Brigenſes *ac adhuc ſunt Olſnenſes. Iſti* enim cum reliquis demortuis Sileſiæ Ducibus quõdam liberi Principes, ſe cum reſervatione Privilegiorum & jurium Principalium Johanni Lucemburgico B. Bohemiæ Regi io initio Seculi decimi quarti in tutelam dedere, ut poſt alios narrat *Schickfuſ. in Chron. Sileſ. l. 1. c. 28. & hi* in Munſterbergenſium Ducum locum ſucceſſere.

3. *Superioritatem hanc territorialem ſive Jus territorii à Regalibus utriq; majoribus & minoribus ſcilicet reverâ differre, licet à multis malè cum his confundantur.*

Quamvis enim ſub priori poſteriora hæc nempe minora regalia tanquam minus ſub majori, ſecundum Politices communiter contineantur Brandlacht de Jure Publico L. 3. c. 4. n. 5. Non tamen vice verſa ſub illis tanquam minore etiam hæc tanquam majus ſecundum Logicorum regulam comprehenditur: neq; vice verſa hæc ipſa Superioritas omnia regalia majora complectitur Lindenſſ. de Imperii mutat. c. 19. n. 85. Superioritatem autem Territorialem majus quid regalibus minoribus eſſe, inde patet, quod illâ gaudens omnia illa, C. quæ Imperator circa communicabilia jura ſacra & prophana io univerſo poteſt, in particulari peragere queat, *quæ tamen* minoribns regalibus inveſtitus perficere nequit, de quo legi poteſt *Borcholt. de Regal. n. 60. Reinking. L. 1. cl. 5. c. 6. Bullaus Deſc. Academ. 4. p. m. 320. & ſeq.* **Schütz** *d. D. 6. th. 15. & Speidel. in Speculo ſub verbo* **Landes und Fürſtliche Obrigkeit** *f. 754. Et nos in th. 10. ſeq. in recenſitione partium vel ſpecierum illius juris pluribus egimus. De illa differentia conſuli etiam poteſt Mylerus de Princip. & Statibus Imperii c. 36. th. 3. & ſeqq.*

4. *Superioritatem illam oſſibus, ut dicunt, territoriorum inhærere, Tapia de Conſtit. Princ. c. 4. n. 14. & ſeqq. adeoq; quo ad Eccleſiaſticos Principes* & ſimiles perſonas talia feuda obtioentes mortuis illis per Capitula ad Canonicè electos & à Superiore confirmatos ſucceſſores; D. *Quo ad Seculares verò* ad heredes legitimos cum territoriis transmiſſibilem eſſe: *Et contrà* nullo modo in alios per tranſlationem aliquot fundorum vel feudorum ſimul transferri poſſe.

Quocirca ſi Princeps Vaſallo vel alii benè merito feudum vel fundum concedat cum omni jure, quod in illo habuit, *Superioritatis hoc jus, ut non alienabile, ſimul conceſſum eſſe non cenſetur aut cenſeri poteſt* per ea quæ habet *Rauchb. Part. poſt quæſt. 11. n. 33. Ziegl. ad Praxin Calvoli & Landſaſſii concl. 1. n. 20. & ſeqq. ac Lindenſpur. de Familiar. Origine & mutatione f. 114. cum communi Doctorum choro.*

Plura de illa vide præc. L. 1. c. 6. th. 7. in expl. conſignata.

TH. IX.

Superioritatis hujus conſideranda (1.) partes, (2.) probatio, (3.) effectus.

TH. X.

Partes potiſſimæ ſunt ſequentes (1.) Jus meri & mixti Imperii, ac conſtituendi Dicaſterii & Judicii Provincialis (2.) Jus remittendi pœnas capitales (3.) Jus concedendi delinquentibus Salvum Conductum (4.) Jus belligerandi cum annexo jure fœderum & ſimilibus (5.) Jus recipiendi Judæos (6.) Jus inducias moratorias particulares debitoribus concedendi (7.) Jus indicendi & habendi Conventus particulares, in iisque condendi Leges & Conſtitutiones ac poſtulandi collectas provinciales (8.) Jus diſponendi circa religionem eique connexa utpote Gymnaſia inſtituenda, conſiſtoria ordinanda & ſimilia. (9.) Jus concedendi nundinas particulares (10.) Jus cudendi monetas. (11.) Jus ſuccedendi in bonis indignorum ac incapacium & ſine heredibus morientium, & in genere omne fiſcum afficiens, (12.) Jus famæ reſtituendi & legitimandi liberos naturales (13.) Jus Foreſtale. Quibus communiter (14.) Jus veniam ætatis concedendi additur.

Explic.

1. D*E Jure meri & mixti Imperii* Statibus Imperii competente ees ita clara eſt, ut deductione non indigeat: Maximam enim partem territorialis Superioritatis conficit, ut *præc. th. 8. & in expl.* deductum eſt.

Dependet verò ab illo, quod Subditi Statuum à judicio ordinario avocari nequeant, *Gail. 1. Obſ. 40. n. 4. Gylman. L. 2. Deciſ. Cameral. 32. & Dd. communiter;* & ne quidem ad Cameram Imperialem Aulicumque conſilium *Capitul. Ferdin. II. art. 13. Ferdin.* III. *art. 17. Ferdinandi* IV. §. *eod.* & in *ejus Ordinat. Judicii Aulici tit. 2. poſt pr.* item *R. J. de anno* 1654. §. 105. & *Capitul. Leopoldi I. art. 18. niſi in Cauſis Cameræ juriſdictioni immediatè ſubjectis, de quibus præc. th 4. expl. 2. egimus.*

De re ipſa verò pr. L. 2. p. 1. c. 13. th. 1. in expl. latè actũ eſt.

De Jure Dicaſteriorum & Judiciorum Provincialium erigendorum Statibus competente, notanda ſequentia 1. Illa à Statibus ad imitationem Cameræ Imperialis introducta eſſe, adeoque illa ordinariam habere juriſdictionem, ut benè obſervat *Vult. de Jud. L. 1. c. 4. n. 62.* Ideoque 2. illorum erectionem Signum infallibile eſſe Superioritatis territorialis *Myler. & alii ab illo allegati de Princip. & Stat. Imperii c. 42. §. 2. & ſeqq.* 3. Ab illis ad Cameram & Aulicum Judicium appellari poſſe, niſi privilegia id inhibeant, de quo *præc. th. 4. expl. 2. egimus.*

Celebriora ejusmodi ſunt Dicaſteria in Provinciis ad Domum Saxonicam Superiorem pertinentibus Lipſiæ, ubi ſupremum eſt, *Wittenbergæ & Jenæ,* nec non *Coburgi; In Ducatu Wirtembergenſi Dicaſterium* ſupremum *Tubingæ Zeiller. in Itiner. Germ. c. 8. p. m.* 201. de quo legi poteſt ejus ordinatio. *Electorale Palatinum Heidelbergæ* de quo etiam legi poteſt ejus ordinatio. *In Ducatu Brunovicenſi Guelferbyti*, cujus mentio fit in Privilegio Ferdinandi I. Imperatoris apud *Limn. L. 5. c. 6. n. 26. In Haſſia Supremum utriusq; Domus Marpurgenſe*, de quo tanquam communi Dicaſterio legi poteſt **der Heſſiſche Vergleich** *de anno* 1627. 24. *Sept.* **ſo ein** *Appendix* **iſt des Haupt-Vergleichs.** *n. 29. In Pomeraniâ ducali*

cali duo, unum Stetini, alterum verò Wolgaſti, ut refert *Micralius* in der Pommeriſchen Chronica *l. 6. p. 432.* quando verò & à quo illa inſtituta fuerint, nondum reperivimus, refert tamen *idem prac. l. 4. p. 60.* jam anno 1613. ordinationem illorum à Ducibus illis reviſam & publicatam fuiſſe. *In Holſatia Dicaſterium Aulicum & Provinciale*, cujus mentio fit in *Privilegio Ferdinandi* II. *anno* 1621. 14. *Julii*, domui illi dato, *& anno* 1641. 2. *Julii* à Ferdinando III. confirmato ac in Camera 1651. 11. *Febr.* acceptato *Roding. in Pandect. Camer. l. 1. t. 20. Sect. 3. in not. p. 325. & Blumius d. l. tab. 3.*

In Ducatu Mechlenburgico Parcheimenſe Aulicum & Provinciale. illius ordinatio anno 1569. in Feb. ab Impetatore Maximiliano II. confirmata ac ſe . anno 20. Septemb. in Camerâ acceptata fuit, *Red.ng d. l. p. 326. in Notis.*

Et inter judicia Provincialia das Käyſerliche Landgericht zu Nürnberg *Marchion. bus Brandenburgicis, tanquam Burggravis pro ind. viſo competens vigore* Marggraffs Albrechts Churtheilung *de anno* 1507. *apud Springsf. ac Apanag. c. 3. n. 127. & ſeqq. quod ni fallimur hodie Onolsbac habetur, reliqua ſub Aulicis modo memoratis ſimul ſunt relata.*

II. *De hoc remittendi pœnas capitales jure diſtinctim & latè eodem c. 13. th. 9. expl. 8. egimus.*

Hanc verò Principes Imperii ex longiſſima conſuetudine ſibi vendicare aſſerit Parens noſter de Saxon. non provoc. jure verb. Ducum c. 5. n. 470. de quo etiam legi poteſt *Ming. de Superior. Territor. Th. 74. Thom. Michael de Juriſd. concl. 76. & Reink. L. 1. cl. 5. c. 6. n. 23.*

Exemplum conceſſa ex publicâ Imperii ordinatione, ſed quo ad ſeditioſos ruſticos adeoq; ſingularem caſu, hujus poteſtatis occurrit in R. J. de dato Speyer *1526. §. 8.*

Junge his, qua prac. c. 4. th. 13. expl. 2. adduximus.

III. *Jus delinquentibus profugis Salvum Conductum* ad innocentiam ſuam demonſtrandam & cauſam eò commodius defendendam, concedendi *etiam Statibus Imperii competit, ſed ſaltem particulariter, id eſt, quo ad eos, qui ſub juriſdictione cujusq; forum agnoſcunt Ming. d. th. 74. Parens noſter de Jure Territ. c. 3. n. 560. & ſeq. Politici communiter, cum contra Imperator univerſalem concedere poſſit. Veriſſimam enim hic putamus opinionem Arumai Diſc. 1 ad A. B. th. 17. & ſequacium, Salvum illum Conductum ideo tantùm peti, & concedi, quo reus* metu carceris, cui aliàs, ſi capitale crimen obtenditur, cuſtodiæ causâ mancipandus foret, liberatus commodiùs defenſionis & innocentiæ prætenſæ telam prætexere, atque cum cognatis ac amicis liberè de eâ deliberare poſſit, *quâ etiam de cauſa ante idoneè pracavere debet, ſe juſtitia & pœna ſe ſubjecturum eſſe*, de quo legi poteſt *Ummius Diſput. ad Proceſſ. 9. th. 2. n. 8. & Carpz. in Pract. Crim. p. 3. q. 112. n. 29. & ſeqq. Nam quando Sententia* jam adverſus ipſum lata eſt, & res ad executionem ſpectat, hic Salvi Conductus effectus exſpirat per *Ordin. Criminal. Caroli V. art. 156. in f. ibi* und ſol derſelbe zum Rechten für unrechter Gewalt / und nicht weiter vergleitet werden. *Zanger. p. 2. de Except. c. 5. n. 20. Brunnem. de Proceſſ. Inquiſit. c. 8. membr. 8. n. 19.*

IV. *De Statibus Imperii competente jure bellegerandi ſeq. p. 4. c. 1. th. 6. in expl. & de annexo Jure fœderum ſanciendorum prac. p. 2. ſect. 2. c. 10. th. 3. expl. 1. ſufficienter actum eſt. Quibus quo ad poſterius addenda qua Limn. L. 4. c. 8. n. 16. & ſeqq. & Tomo V. ib. n. 29. Quo ad prius verò qua idem ibid. tom. V. n. 247. habet.*

Pertinent ad illud Jus ſequela, conſcribendorum militum & apertura, de quibus legi poteſt Limn. d. c. 8 n. 244. & ſeqq. ac Klock *de Contribut. c. 3. n. 232. & ſeqq.* & de poſtremo *Fritſchius in ſingulari tractatu de illo conſcripto.*

V. Judaos à Statibus Imperii vigore dicta Superioritatis & regalium quibus gaudent, hodie recipi poſſe, in Reformat. Ordin. Polit. de anno 1548. t. 20. & Ordin. Polit. de anno 1577. t. eod. §. 1. clare conſtitutum eſt, cum anteà illud Jus ſaltem Electoribus conceſſum eſſet, ut ex A. B. t. 9. patet, cujus rationem hanc reddit Arum. in Diſc. ad illam 5. th. 6. quia ex veteri inſtituto Imperatoris & Cameræ ejus ſervi fuerunt, de quo late agit *Limn. ad Capitul. Caroli V. art. 23. verbo* Reichs-ſteuer der Städte. *n. 7. & ſeqq. Ubi etiam tradit, qua Civitates Imperii illud ex privilegio habeant.*

Quomodo vero illi recipiendi ſint prac. p. 2. ſect. 1. c. 4. th. 3. expl. 3. adductum eſt. Ubi plura de illis conſignavimus.

VI. *De Jure inducias moratorias particulares debitoribus concedendi praced. c. 4. th. 5. in expl. actum eſt.*

VII. *De Jure indicendi & habendi Conventûs Provinciales Statibus Imperii competente utpote re ſatis nota, ac a Mylero de Principibus* Imperii *c. 45. §. 1. deducta ſaltem notandum.*

1. *Provinciales congregandos* plerumque ex triplici ordine, Prælatorum ſcilicet Comitum ac Baronum deinde Nobilium, & tertio Civitatum conſiſtere, harum nomine deputatos ex Senatoribus mitti ſolere, aliosque omnes citatos ſtato tempore ſub pœna amiſſi ſuffragii adeſſe debere, univerſos verò vel pleroſque pervicaciter emanentes vi Superioritatis territorialis ad comparendum cogi poſſe, ut poſt alios tradit *Gilman. L. 2. Symphor. 1. voto 5. n. 14.*

De cauſſa cur tres iſti ordines plerumque ad Conventus hosce convocentur legi poteſt Hugo de Statu Regionum Germania c. 4. th. 12. & ſeqq.

2. *In illis Conventibus cum conſenſu Statuum Provincialium ſolere confici Leges & Conſtitutiones Provinciales*, ut notum eſt, & inter alios tradit *Colerus de Proceſſ. Execut. p. 1. c. 3. n. 6. ac* ex procœmiis Conſtitutionum talium der Land-Ordnungen cognoſci poteſt.

De quibus notandum illas etiamſi Juri communi derogent, nihilominus valere & obſervandas eſſe, ut tradunt Parens noſter de Jure Territ. c. 1. n. 1349. & ſeq. Meichſner Tomo 2. L. 1. Deciſ. Cameral. 8. & Dd. communiter in tantum, ut etiam Cameræ Imperiali mandatum ſit ſecundum eas pronunciare, *Ordin. Camer. de anno 1555. p. 1. §. 13. in pr. & 57. ac R. J. de anno 1654. §. 105. item Ord. Crim. Caroli V. in praf. fine. Niſi tales* per Conſtitutiones & Leges Imperii expreſſè vel tacitè abrogatæ ſint, de quo etiam legi poteſt *Hugo de Statu Regionum Germ. c. 3. th. 21. & Myler. de Princip. & Statibus Imperii c. 39. & 40.* ubi de Principum Edictis & Mandatis agit.

3. *In iisdem* de ſolutione collectarum Provincialium extraordinariarum ſolere decerni, ut poſt alios tradit *Klock. de Contrib. c. 7. n. 16. & ſeqq. multis ac c. 4. n. 48. & ſeq. Aliud tamen obtinet* in Collectis ex pactis conventis præſtandis, illarum enim ſolutionem vi Superioritatis exigere poſſunt Principes & alii Status, in eoque conſenſum illorum neceſſarium amplius non habent, item, ubi Principi jus liberè illas indicendi per longiſſimum tempus vel ex privilegio aliquo competit *Klock c. 3. n. 177. & ſeqq.*

VIII. *Quo ad Jus Statuum circa Religionem & annexa obſervandum* illud poſt Paſſavienſem tranſactionem an. 1555. firmatam *in Inſtr. Pacis Caſareo-Suecica* art. 5. §. 29. clarius roboratum fuiſſe hiſce verbis: *Cum Statibus immediatis cum jure territorii & Superioritatis ex communi per totum Imperium hactenus uſitatâ praxi etiam jus reformandi exercitium religionis competat, &c. conventum eſt,*

hoc

hoc idem portò quoque ab utriusque religionis A. Statibus obſervari nulliq; Statui immediato Jus, quod ipſi ratione territorii & Superioritatis in negotio religionis competit, impediri oportere. *Quibus tamen Limitatio additur ſeq. art. 7. §. 1.*

Ceterum de antiquo circa religionis curam Statuum jure legi poſſunt, quæ habet *Hug. d. l. th. 26. & ſeq. & de univerſali Magiſtratus circa eandem jure, quæ nos prac. p. 1. c. 12. in explicationibus ſubjectis annotavimus.*

Quæ ad ejus connexa ſciendum ſecundum obſervantiam & Inſtrum. Pacis ſeq. §. 30. al. 12. ea conſiſtere in inſtitutione Conſiſtoriorum, miniſteriorum tam Scholaſticorum, quam Eccleſiaſticorum jure Patronatus & ſimilibus: *Qualia ſunt* Jus Viſitationis *ib. §. 25. al. 9. & art. 7. §. 1.* & Epiſcopale ibid. Synodorum habendorum templa & alia ædificia publica nec non bona Eccleſiaſtica, de quibus legi poſſunt *Syring. de Pace* B. *Religionis th. 29. & latiſſime Reinking L. 3. cl. 1. c. 2. & ſeqq. nec non Couring. de Officio Majeſt. circa Sacra & quanos prac. p. 2. ſect. 2. c. 1. tractavimus. Et tandem inſtituendorum Gymnaſiorum ac illuſtrium Pædagogiorum, de quo prac. l. 1. c. 6. th. 7. expl. 2. & l. 2. p. 2. ſect. 2. c. 1. th. 20. expl. 2. actum eſt.*

IX. De Jure concedendi Nundinas particulares Statibus Imperii competente legi poteſt Fauſtus in Conſilio de Ærario cl. 3. conſ. 24. & poſt alios ibi ſe allegatos Myler. de Principib. & Statib. Imperii c. 58. th. 1. Ubi ſeq. th. 9. tradit, tales nundinas, etiamſi vicinis incommodum afferant, nihilominus effectivè inſtitui poſſe, *addens* tamen limitationem hanc, niſi illi privilegio Imperatorio muniti ſint, vel illæ ad æmulationem eorum principaliter inſtituantur: de quo etiam legi poteſt *Friſchius de Regali Nundinarum Jure c. 4. th. 10. per totum, ubi rationem differentiæ* cur in his incommodum Vicinorum ſecus, quàm in nundinis univerſalibus non attendatur *n. 17.* affert. C.

X. De Jure monetas cudendi Statibus Imperii competente jam prac. p. 2. ſect. 2. c. 8. th. 4. expl. 2. n. 3. egimus, ubi tamen demonſtravimus jus hoc magis ex conceſſione Imperatorum ſpeciali Statibus, non tamen omnibus, factâ competere.

XI. *De Jure ſuccedendi in bonis indignorum ac incapacium* & ſine heredibus morientium, nec non de jure Fiſci in genere Statibus Imperii competente ſimiliter *d. ſect. 2. c. 7. th. 5. expl. 1. & 2. & paſſim* dictum eſt.

XII. *De Statibus Imperii competente jure reſtituendi Famâ monendum illud ſaltem locum habere, quando ille*, qui reſtituendus eſt, à Domino territorii illius, qui illum famâ privavit, reſtitutionem illam petit, tunc enim hunc illud, ſi delictum ſit remiſſibile, perficere poſſe, dubio caret, *quia* infamia illa propriè extra territorium illius ſe non extendit, *argumento L.* D. *9. ff. de Poſtul. Freher. de Fama l. 3. c. 30. n. 8. Bocer. de Regul. c. 2. n. 119. Reink. L. 1. cl. 5. c. 6. n. 131. Si verò reus contra Imperium deliquit, vel ab Imperatore infamâ notatus fuit*, reſtitutio illa etiam ab Imperatore perficienda, vel Statibus demandanda eſt, ut ejus exemplum in *R. J. de dato* Speyer *anno 1526. §. 6.* occurrit.

Quo ad legitimationem verò liberorum naturalium jam prac. c. 4. th. 13. expl. 1. n. 2. circa finem actum eſt.

XIII. *Quod Jus Foreſtale concernit præliminariter notandum.*

I. *Illud Foreſtam dici Gallis & Anglis latinis nemus ſine clauſura vel ferarum ſaltus ut teſtatur Vergil. L. 16. Hiſtor. Angl. p. m. 383. Chaſſan. ad Conſuet. Burgund. Rubr. 13. Tit. de Foreſts in pr. & Medices de Venatione*, de quo etiam legi poteſt *Voſſius in Etymol. L. 2. c. 6.* Et hoc Jus Principes & Status Imperii ex eodem fundamento ſibi proprium, quo jus venandi ſibi tribuunt, & ſubditis prohibent, de cujus Juſtitiâ *prac. p. 1. c. 7. expl. 2. n. 4.* dictum eſt.

(2.) *Illud denotare juriſdictionem foreſtalem & à banno ferino differre tanquam totum integrale & partem, ſiquidem* illud ſub ſe continet bannum ferinum ipſum, tutelam ſilvarum, & Jus ordinationes de iis promulgandi ut patet ex iis, quæ habet *Reyger. in Theſ. Juris ſub verb. Venatio, Parens noſter de Jure Territorii c. 4. Gilken de Preſcr. p. 1. c. 6. n. 103. Beſold. in Theſ. Pract ſub verb.* Forſt und Forſtliche Obrigkeit. *& ſub eod. Speidel. in Speculo.*

(3.) *Illud hodie notoriè inter Regalia referri* poſt alios tradit *Speidel. d. l.* ita, ut illo gaudens ſervitia ad exercendam Venationem & ſimiles actus neceſſaria jure imponere poſſit, de quibus legi poteſt *Lindenſp. de Orig. & mutat. Imper. c. 13.* Plura de illo legi poſſunt apud *Meurer.* von Jagd- und Forſt-Recht.

XIV. *Licet, ut in prac. c. 4. th. 14. in expl. deductum eſt, jus veniam ætatis concedendi primariè* ſolis Majeſtatibus competat, *Dd. tamen communiter* vi juris territorialis & regalium illud etiam Statibus Imperii competere ſtatuunt, uti videri poteſt apud *Mylerum in Ecleg. Ordin. Imperii c. 2. ubi in f.* illud jus à Ducibus Wirttembergenſibus publicè exerceri & Conſtitutionibus ſuis Provinc. *p. 2. t. 27. f. 314.* inſertum eſſe referi *& in ſpeciali tractatu de illo edito*, repetit. *Tantum ſcilicet* indulgentia & patientia ſuperiorum valet, ſiquidem ferè omnia Majeſtatis jura, paucis exceptis, ita ad Status Imperii tranſierunt. *Ut tamen Imperatoris reſervatis nihil decedat*, illi ſoli poteſtatem hanc concedunt, quod nemo præter ipſum Statibus Imperii illam indulgere, & nullus horum abs- C. que tali indultu vel privilegio ante plenam ætatem liberam adminiſtrationem uſurpare queat.

TH. XI.

Probatur Jus territoriale iisdem modis quibus Juriſdictio, in ſpecie verò ex poſſeſſione territorii immediatè Imperio ſubjecti.

Expl.

De probandi juriſdictionem modis prac. p. 1. c. 13. th. 25. dictum eſt, ubi illi legi poſſunt.

Quod verò Jus hoc territoriale ex poſſeſſione immediatè Imperio ſubjecti territorii probetur, inde conſtat, quia Superioritas illa inſeparabiliter tali territorio inhæret, ut præc. th. 8. in expl. demonſtratum.

D.

TH. XII.

Effectus principalis hujus juris conſiſtit in Juriſdictione omnimodâ in omnes territorio alicujus Status ſubjectos, & in exercitio partium juris hujus *praeced. th. 10.* conſignatarum *& in Applicationibus deductarum.*

Finis Sectionis I.

OPERIS POLITICI
Libri II.
DE
ADMINISTRATIONE
ET CONSERVATIONE
REIPUBLICÆ
Pars III.

Continens Partem Specialem De Statu & Regimine Imperii noſtri.

SECTIO II.

CAPUT I.

DE STATIBUS IN GENERE: ET IN SPECIE DE ELECTORIBUS: Ubi de illorum Juribus & Prærogativis, Charactere proprio, oneribus publicis, & diſtributione: De horum verò numero & Individuis, necnon origine, poteſtate, officiis, privilegiis ac ſingularibus Juribus & prærogativis.

SUMMARIA.

A.

Th. I. Status Imperii quis, & quæ circa illum conſideranda.

Expl. An ille Membrum Imperii *propriè appellari poſſit.*

Ubi ſimul de Vocabulo Ordines cum ſimilibus.

Th. II. Jura & prærogativæ illius in quo conſiſtant.

Expl. I. Cur non de omnibus, ſed ſaltem memoratis illorum Juribus hic agatur.

Jus ſeſſionis & ſuffragii in publicis Imperii *Comitiis verus ejus character eſt, ubi objectionibus reſpondetur.*

Non verò inſcriptio in matriculam.

Matricula Imperii quid & quotuplex.

An illa plenam probationem faciat?

Quæ inter tot Matriculas maximam fidem mereatur.

B.

Quot illarum à Sigismundo I. Imper. usq; ad hac tempora confecta.

Referuntur alia ſigna ad demonſtrandum aliquem eſſe Statum ab aliis propoſita, & examinantur.

Ubi de Statibus Imperii, qui Imperio *non contribuunt, diſquiritur.*

Expl. II. De Jure territoriali remiſſivè.

Expl. III. De Jure non evocandi Statibus competente.

An Bohemia Regnum hic extra fines Germania habendum ſit.

Modus antiquus citandi ad Aulam Imperatoriam *in rebus arduis Status* Imperii.

Status Imperii *abſq; Electorum conſenſu, in bannum declarari, & feudis ſuis privari nequeunt.*

Th. III. Onera Imperii publica à Statibus ſuſtinenda in quibus conſiſtant.

Expl. I. Onera quadam totum concernunt imperium, quadam ſaltem aliquot Status.

Expeditionis Romana primordium, & antiqua forma: quando primum ſubſidium 20000. peditum & 4000. equitum introductum.

Quamdiu illa intermiſſa & quare.

Quantum detrimentum inde natum.

Ubi Maximil. I. *& Carolus* V. *Coronam Romanam acceperint.*

An illius receptio neceſſaria.

Quomodo tandem ſumtus in illam expendendi ad Turcica bella translata.

Quare hodiernus collectandi modus nach den Römer Monaten *fiat, & adhuc expeditio Romana appelletur.*

An in materiâ Collectarum ſuffragiorum major pars minorem vincat, remiſſivè.

Expl. II. Agitur de Collectis Imperii, *& in ſpecie*

Von dem gemeinen Pfenning *quedam notabilia memorantur.* A.

Imperator abſq; *Statuum* Imperii *conſenſu nulle poteſt portionem ſuam remittere.*

Der Reichs-Städte Steuer / oder Reichsſchilling *quid ſit.*

Collecta Imperii *ſunt ordinaria & extraordinaria, & qua utraq; ſit.*

Expl. III. *De ſuſtentatione Cameræ* Imperialis.

Quomodo ſucceſſivè illa huic præſtita, donec à Statibus perpetuo illa ſuſcepta ſit.

De quota quam quilibet Status ad ſuſtentationem illam ſingulis terminis confert, remiſſivè.

& quam novi Principes contribuunt, expreſſè.

Expl. IV. *De comparitione Statuum ad Comitia publica propriis ſumtibus facienda.*

De querela illorum ob nimiam horam frequentiam atq; adeò ſumtuum impenſionem. B.

De ſimilibus ſumtibus à quibusdam Statibus in conventibus ſingularibus impendendis.

Expl. V. *Sumtus pro conſcribendo milite ad defenſionem unius vel plurium Circulorum, vel etiam totius Imperii Status, vel ſinguli Circulorum, vel univerſi pro qualitate expeditionis de proprio ſecundum quotam ſuam expendere debent.*

Excepto caſu executionis à Camerâ demandata.

Iidem ſumtus in Conventu ad probandam monetam inſtituto de proprio impendere debent.

Expl. VI. *Similiter ii Status, per quorum territoria Electores ad conventum Electionis iter ſuum inſtituunt, conductionem illorum propriis ſumtibus perficere debent.*

Th. IV. Quomodo Status Imperii diſtribuantur.

Th. V. Electores quid & quot hodie ſint. C.

Expl. Ante Pacificationem illorum, ut notum, ſaltem ſeptem fuerunt, & ante Auream Bullam Brandenburgicus Saxonico prælatus eſt.

Cur octavus per Pacificationem additus ſit.

Maximilianus I. *Imperator octavum ex ſuâ domo obtinere nequivit, & id etiam Tranſylvaniæ Principi denegatum fuit.*

Nonum igitur Electoratum Imperator per ſe inſtituere & veterem vacuum aliis ſine Electorum conſenſu conferre nequit.

Cur olim ſeptem inſtituti ſint.

Cur Collegium hoc ex ſacris & politicis conflatum ſit.

Th. VI. Quæ circa Electores conſideranda.

Th. VII. Illorum origo non ex Conſtitutione quadam pragmatica ſed tacitâ & ſucceſſivâ uſurpatione introducta eſt.

Expl. Otto III. *Imperator à plurimis pro Auctore Electorum, ab aliis vero Gregorius V. Pontifex, ab aliis iterum Sylveſter* II. *ab aliis vero Gregorius* X. *ſed erroneè habetur, propter rationes adductas.* D.

Quis primus Bohemiæ Rex creatus fuerit exactè demonſtratur.

Referuntur exempla omnium Imperatorum ab Ottone III. *usque ad Fredericum* II. *incluſivè ab omnibus, vel plerisque, vel ſaltem pluribus Imperii Statibus electorum, & inde concluditur, jus eligendi ad hodiernos Electores ſenſim & per conniventiam tandem perveniſſe.*

Th. IIX. Poteſtas & jura Electores vel univerſos ſimul, vel Eccleſiaſticos & Laicos ſeorſim, vel ſingulos illorum concernunt.

Th. IX. Univerſorum poteſtas & jura in quibus conſiſtant.

A. *Expl.* I. *Unde illi poteſtatem ſuam habeant.*

Expl. II. *Electores in Comitiis univerſalibus ſingulare Collegium conſtituant n.* 1.

Fraterna illorum unio eſt duplex & qua utraque.

Electores Regibus comparantur, ubi exempla literarum ad Reges exaratarum & titulatura n. 2.

Crimen Majeſtatis quo reſpectu in illos committatur n. 6.

Illorum privilegium de non appellando & non evocando n. 8. *quomodo inter ſe differant ibid.*

Privilegium ſpeciale à Sixto IV. *Pontifice Electoribus Saxonicis datum. ibid.*

B. *Electores ſine coelectorum conſenſu in bannum declarari & feudis ſuis privari non poſſunt n.* 10. *quod etiam hodie in aliis Statibus obtinet.*

In inveſtiturâ Cancellariæ Cæſareæ nihil ſolvunt n. 11.

Th. X. Poteſtas & jura Eccleſiaſticis & ſecularibus Electoribus ſeorſim competentia quæ.

Expl. I. *Cur Eccleſiaſtici nepotes ab* Imperatoribus *vocentur.* Cardinalis Wolſeius *ob ſolam dignitatem à Carolo* V. *cognatus vocatus eſt, cum alias Lanii filius eſſet.*

Illi banno imperiali non ſubjacent & quare n. 4.

Per ſolam Electionem Canonicam habilitantur ad Imperatorem *eligendum n.* 5.

C. *Expl.* II. *Electorales ſeculares jure primogenituræ gaudent. n.* 2.

Illorum Electorales Provinciæ indiviſibiles ſunt. n. 3. *ſolâ ſucceſſione & virtute principatuum omnia jura acquirunt. n.* 4. *decimo octavo anno legitimam ætatem conſequuntur. n.* 5.

Quid juris ſit circa tutelam impuberum legitimam n. 6.

Th. XI. Quæ poteſtas & jura Electoribus ſingulis ordinariè & extraordinariè competant.

Th. XII. Quæ ſingulis ordinariè competant.

Expl. I. *Moguntinus quibus ſpecialibus juribus gaudeat.*

Expl. II. *Trevirenſis quibus.*

Expl. III. *Colonienſis quibus.*

Expl. IV. *Rex Bohemiæ quibus.*

Expl. V. *Bavarus quibus.*

D. *Expl.* VI. *Saxo quibus.*

Expl. VII. *Brandenburgenſis quibus.*

Expl. IIX. *Palatinus quibus.*

Th. XIII. Quæ Electoribus quibusdam extraordinariè & tanquam Vicariis quo ad adminiſtrationem imperii competant.

Expl. Circa Vicarios obſervanda

1. *Origo, quæ antiquiſſima eſt & tàm quo ad imperium antiquum quàm hodiernum deducitur.*

Circa poſterius Hermannus Billingus primus & quidem in Saxoniâ Imperii Vicarius.

Conradus Sueviæ Dux in Italiâ.

Otto Sueviæ Dux in Germaniâ.

Quid de Hugone Thuſciæ Vicario ſentiendum.

2. *Diſtinctio illorum in hæreditarios, perpetuos ſive perſonales & temporarios.*

Inter primos referendi Duces Sabaudiæ.

Quando

Quando ac qualem hi in Italia Vicariatum obtinuerint. A.

Medialanenſes, quando & qualem hi obtinuerint.

Montiſferratenſes Marchiones quando & qualem.

Mantuani Marchiones & Duces quando & qualem.

Inter medios Eduardus III. *Angliæ Rex.*

Carolus Delphinus & poſtea Rex Galliæ: ubi à quo & qualem acceperit.

Inter ultimos qui.

Alia diſtinctio in hæreditarios generales ad certa tamen ſaltem adſtrictos, & ſpeciales.

Ubi exempla utrorumq; referuntur.

Alia in illos, quos Imperatores in Imperio *ad certum tempus vel actum pro arbitrio inſtituerunt, & qui ex proviſione legis hæreditario jure conſtituti ſunt.* B.

3. *De Vicariatu Comitis Palatini Rheni & Ducis Saxoniæ* κατ᾽ ἐξοχὴν *ita dictorum.*

Comes Palatinus Rheni illum ex antiquo privilegio, Dux Saxoniæ verò ex diſpoſitione Aureæ Bullæ habet, ut latè demonſtratur.

Palatino Vicariatus ſuus nuper ab Electore Bavariæ nonnullis rationibus impugnatus, ſed ab illo magnis fundamentis & armatâ manu defenſus. Cujus *deciſio ad Imperatorem & Status* Imperii *pertinet.*

4. *Forma horum Vicariatuum, conſiſtens maximâ ex parte in utriuſq; diſtrictibus hic memoratis.*

An Vicarii hi in Vicarios Italiæ *ſuam juriſdictionem exercere poſſint?*

5. *Objectum quod, ubi de caſibus ab illorum poteſtate vel juriſdictione exemtis latè diſquiritur.* C.

An Comes Palatinus Rheni vicariam illam poteſtatem etiam tunc exercere poſſit, quando Imperator trans Alpes proficiſcitur?

6. *Finis quis.*

7. *Effectus in quibus conſiſtat.*

8. *Contraria quæ.*

Th. XV. Quæ poteſtas Electori Moguntino circa electionem, ac eidem cum Electore Colonienſi circa coronationem Imperatoris competat.

Th. XVI. Officia Electorum ſingulorum quæ.

Expl. I. *Imperii Cancellariorum, Archicancellariorum & Archicapellanorum Synonymia.* D.

Quare illi Archicapellani dicti.

Capellæ etymon.

Horum officia antiqua.

Quis primum titulum illum uſurparit.

Olim non Archicancellarii ipſimet, ſed vice Cancellarii Imperatorum diplomata ſubſcripſerunt.

Quis primus Moguntinus fuerit.

Sub Ottone I. *demum dignitas illa hæreditaria vel potius ſucceſſoria in Archiepiſcopatu Moguntino facta eſt, & tunc ad* Italiam *hoc officium etiam ſe extendit.*

Cur Archicancellarius hic Germaniæ primarius factus ſit.

Archiepiſcopus Colonienſis poſtea Archicancellarius per Italiam conſtitutus eſt.

Sed quo tempore id factum ſit, accurate demonſtrari non poteſt.

Et tandem Archiepiſcopus Trevirenſis Archicancellarius per Galliam & Regnum Arelatenſe conſtitutus eſt.

Quo tempore id factum ſit, probabiliter oſtenditur.

Agitur de uniuscujusque diſtrictu, cum annotatione illos ſecundum Eccleſiaſticam juriſdictionem non verò Geographiam menſurandos eſſe.

Ex illis primi duo quidem clarè demonſtrari poſſunt, ſed ultimus difficilis cognitu eſt, noſtro judicio tamen Galliâ Belgicâ & Regno Arelatenſi ſtrictè ita dicto circumſcriptus eſt, per rationes adductas.

Regnum illud Arelatenſe à Friderico I. *Imperatore per matrimonium acquiſitum & imperio rurſus ſubjectum, ſed ſub Rudolpho* I. *Imperatore rurſus amiſſum & regno Galliæ unitum fuit.*

Expl. II. *Electorum ſecularium officia olim certis familiis non attributa & ideo nec hæreditaria fuerunt, ubi illi Principes, qui olim illis functi ſunt, memorantur, unde factum, ut antiqui ſcriptores in illis recenſendis ita varient.*

Singuli ſeculares Electores ratione officiorum ſuorum ſingulare ſignum in ſuis inſignibus habent, quæ hic referuntur.

Elector Saxoniæ in omnibus actibus publicis tàm civilibus quàm bellicis Mareſchalli imperialis officium præſtat, & Imperatori gladium evaginatum præfert.

Et Palatinus hodie coronam in actibus ſolemnibus portat.

An antiqui quatuor ſeculares Electores, inter quos hodie Bavarus Palatini locum ſupplet, vel vices gerit, Epiſcopatus Bambergenſi & ejus Epiſcopis eadem numero officia ex inſtitutione Henrice II. *Imperatoris teneantur, quæ Imperatori ipſi præſtant? quod per longam demonſtrationem negatur.*

Qui illorum quo ad hæc officia ſint Vicarii.

Quatuor Aularum ſuprema officia nempe Mareſchallatus, Dapiferatus, Pincernatus & Camerariatus ab antiquo non ſolùm Imperatoribus *& Regibus, ſed etiam aliis Principibus majoribus, inprimis verò Eccleſiaſticis præſtita & ordinata ſunt, ut poſt n. 6. in reſponſione demonſtratur.*

Quæ ſint feuda ab Epiſcopatu *Bambergenſi ob illa officia dependentia & ab Electoribus caſu emergente per inveſtituram recipienda.*

Recenſentur illi Principes Eccleſiaſtici, quibus ab aliis Principibus, Comitibus & Nobilibus reſpectivè ſuprema illa officia ordinata ſunt & præſtari debent.

Quæ ſint civitates Electores κατ᾽ ἐξοχὴν *& Germanicè* die Chur-Städte *dictæ.*

Civitates illæ non ex Conſtitutionibus quibusdam publicis ita ordinatæ, ſed ab Electoribus ipſis ex beneplacito, & quod pleraque olim ſedes ipſorum fuerint, pro talibus habita ſunt.

A tempore illius à dicto Imperatore Henrico II. facta ordinationis ob crebras mutationes ad hæc tempora firmum argumentum ſumi non poteſt.

In inveſtiturâ illa à Legatis non juramentum fidelitatis ſed nuda ſtipulatio grati animi interponi ſolet.

TH. I.

Hactenus Cæſar : & ejus conſideratio. Sequuntur Status Imperii, qui ſunt ejus membra illi per immediatam ſubjectionem & Conſiliorum ſive ſuffragiorum publicorum communionem adhærentia : *Horum in genere conſideranda* (1.) Jura & prærogativæ. (2.) Onera publica, (3.) Diſtributio.

Expl.

BEne monet *Boecl. in Notit. Imperii lib. 5. c. 1. §. 1. Vocabulum Status & Ordines recentioris ævi*, hoc tamen illo poſterius eſſe, uti ex Receſſibus Imperii conſtat. *Addens* illos antiquo tempore apud Scriptores Rer. German. *Proceres* dictos fuiſſe, cui nos addimus uſum verbi *Primores ac Primates* illi coævum eſſe ſicuti *illud* inter alios uſurpavit *Otto Friſing. lib. 6. c. 27. Regino lib. 2. ad ann. 944. & alii, hoc vero Idem Friſing. de geſt. Frider. I. Imperat. lib. 2. c. 1. & Sigeb. Gembl. Chronol. ad ann.* 1077.

Laudanda hic quoque altera ejus obſervatio vocabulum *Membra latius patere quàm Status*, uti etiam innuit *Limn. 1. c. 10. n. 8.* ac ante illum per praxin Actorum publicorum & exempla probavit *Arum. de Comit. Imper. c. 4. n. 1. & ſeqq.*

Qua quoque de causâ nos in traditâ illorum qualiquali deſcriptione (definitionem enim perfectam uti in aliis, etiam hic dari non facilè poſſe *eam eod. Boecl. d. l.* §. 2. lubenter concedimus) ad differentiam vulgarem excludendam adjecimus communionem ſuffragiorum vel conſiliorum publicorum ſive Jus illorum ſuffragiorum in Comitiis Imperii competens : *Quoniam illud eſſentiam veri civis adeoque multo magis Status unicè conſtituit*, ut poſt alios rectè tradit *Conring. de Civibus German. Imperii th. 7. & 8. & ſeq. ib. a expl. 1. à nobis latiùs deductum eſt.*

Ubi notandum, Nos in ſtrictâ ſignificatione *hic Status* pro immediatis Imperii Membris ſumere, cum aliàs latè etiam Statuum illorum Status Provinciales **die Landſtände** ſub illo verbo comprehendantur, ut conſtat ex *Inſtr. Pac. art. 16. §. loca ipſa, & R. J. Ratisbon. ann.* 1654. §. **und gleichwie.**

TH. II.

Jura & Prærogativæ illorum hic conſiderandæ potiſſimum conſiſtunt (1.) in Jure Seſſionis & ſuffragii in publicis Imperii Comitiis. (2.) Superioritate territoriali. (3.) privilegio de illis extra Imperii limites ab Imperatore non evocandis, & ſine Electorum conſenſu ob delicta in bannum non declarandis, atque feudis ſuis non privandis : Ut etiam (4.) Controverſiis de feudis majoribus ortis à Cæſare & Statibus conjunctim decidendis.

A. ### *Explic.*

1. PLura quidem Statibus Imperii competunt Jura, prærogativæ & privilegia ex communicata ab Imperatore poteſtate maximâ ex parte provenientia, *ſed quia de iis præced. Sect. 1. c. 5. th. 10. in explicationibus* actum eſt, *ſaltem hic de iis, quæ ad dignitatem illorum propriè pertinent, tractandum nobis eſt.*

Ex illis occurrit *primò verus Statuum Imperii Character Jus Seſſionis & Suffragii* ab Imperatore quidem cum dignitate ipsâ intentionaliter collatum, ſed communi Statuum conſenſu in publicis Imperii Comitiis mediantibus ſingulorum Suffragiis accedente, demum pleno Jure acquiſitum, idque illis ita & ſolum competit, *ut ſine eo* verè quis Imperii Status eſſe & haberi nequeat. *Cum enim Status Imperii ſit pars vel membrum publicæ ſocietatis,* B *omninò neceſſe eſt*, ut etiam Jure iſtius Societatis, quod potiſſimùm in facultate ſuffragium ſuum in publicis Imperii Conventibus & negociis vel reliquis aſſentiendo, vel ab iis quodammodò aut totaliter diſſentiendo liberè proferendi conſiſtit, fruatur, *contradictionem enim implicat, Concivem & Socium eſſe, & communi Civitatis vel Societatis Jure non frui.*

Qui igitur hoc Jure negativè caret, nec actu nec potentiâ Imperii noſtri Status eſt, ſicut ibi benè deducit *Conring. d. differt. th 6. & ſeqq. imprimis verò* 8. qui verò in hoc exercendo ſive vi ſive injuria ſalvo jure ſuo ſaltem impeditur, non quidem actu, potentiâ tamen talis, adeòque ad illorum ordinem nihilominus referendus eſt, de quo paulò poſt latiùs dicemus. *Quâ etiam de causâ* hoc ipſum unicum Satus Characterem conſtituere cum præſtantiſſimis Politicis, & inter illos *Arum. de Co-* C. *mitiis c. 4. n. 1. & ſeqq. ac Conring. d. th.* 8. firmiter concludimus.

Quod enim nonnulli cum Limn. lib. 1. J. P. c. 7. n. 92. & alii objiciunt, eſſe aliquos Imperii Status, qui Suffragium in Comitiis non habent, idque *exemplo 1. ArchiEpiſcopi vel Adminiſtratoris Magdeburgenſis & quorundam Epiſcoporum Evangelicorum, 2. Regis Bohimiæ, ArchiDucum Auſtriæ, & Ducum Burgundiæ, & 3. defunctorum Principum filiorum vel nepotum impuberum, nec non 4. Comitum ac quorundam Abbatum Imperii probant, illud non officit.*

℞. *enim ad 1. Illud meram petitionem principii* quoad Magdeburgenſem & cæteros Epiſcopos ſapere, *quoniam hi ipſi ideò*, quod ab Imperatore & Statibus Catholicis ante Pacificationem Oſnabruggenſem non pro veris Principibus Eccleſiaſticis, ſed ſaltem nudis, imò illegitimis Archiepiſcopatus & Epiſcopatuum Poſſeſſoribus, adeòque Jurium publicorum incapacibus ob hanc rationem, D. quia illorum quidem opinione ab illegitimis, Evangelicis ſcilicet Capitulis, atque ita non Canonicè electi vel à Pontifice poſtulati ac confirmati non fuerant, habeantur, ad ſuffragium illud ferendum admiſſi non ſunt : *quod tamen hodiè* poſt dictam Pacificationem, dum *Vigore Inſtr. Pac. art. 5. §. 6. per tot.* pro veris Statibus agniti ſunt, aliter, ut etiam ex praxi notum, ſe habet.

ad 2. Illud concedendo, quod ſcilicet per privilegia quidam Status â Citatione & neceſſariâ Comparitione ad Comitia exempti ſint, *inde tamen* regulam noſtram quoad reliquos non exemtos *non infringi, ſed magis firmari* per vulgarem Canonem, exceptio firmat regulam in caſibus non exceptis, interim tamen iis facul-

tatem

tatem voluntariò comparendi, & conſequenter ſuffragia ſua ferendi, non ademptam eſſe, ut de *Auſtriacis* ex Privilegio à Carolo V. dato apud *Limn. lib. 5. c. 2. n. 32.* & de *Duce Burgundiæ* ex tranſactione Burgundiacâ *ibid. n.* 50. relatâ liquet. Quod verò ad *Regem Bohemiæ* attinet, ille per certum Privilegium Friderici II. Imper. à *Goldaſto in* **Reichsſatz.** *parte 1. pag.* 30. relatum à Citatione ad Comitia Imperii ita tantùm exemptus fuit, ut tunc temporis *nullibi niſi Bambergæ, Normbergæ & Martisburgi* perſonaliter comparere obligatus fuerit, *quod tamen* mutato poſteà Statu quodammodò *ſcilicet quo ad Martisburgum* immutatum etiam fuit, ut *Limn. lib. 3. c. 8. n. 21. ex Privilegio Friderici* III. *Imperatoris probat.*

Illos autem longiſſimo tempore talibus Comitiis non interfuiſſe ex hiſtoriis & actis Imperii *publicis notum eſt, & anno quidem* 1544. *in Comitiis Wormatienſibus cum Ferdinandus* I. *citatus fuiſſet*, ordi- B. num legatos comparuiſſe verum ob defectum plenarii mandati & ſaltem ad referendum inſtructi ſuffragium ſuum non tulerunt, ut demonſtrat *Goldaſt. l. 4. de Regno Bohem. c. 5. n. 13. Addens n. ſeq. Reges iſtos* ab annis tunc propemodum ducentis nullo Imperii Receſſui ſubſcripſiſſe, *ne* Conſtitutionibus iſtis ſeſe ſubjicerent, *adeoque poſtea à Statibus excluſos eſſe.* De quo legi poſſunt *prac. p. 2. ſect. 2. c. 9. th. 25. in expl.* notata.

Quoad 3. diſtinguendum eſſe inter Status perfectos & imperfectos, argumento illorum, quæ *Ariſtot. 3. Polit. 1.* habet, ſcilicet actu & potentiâ ſimul vel potentia ſaltem tales. *Siquidem perfectus* vel plenus Imperii Status, de quo nobis ſermo eſt, nemo habetur, niſi qui legitimam ætatem nactus, Principatus vel alius feudi regalis dominus & poſſeſſor eſt. *Quoad imperfectos verò, puta* C. *minorennes* à patre defuncto poſt ſe relictos, aliter ſe res habet: *Tunc enim Tutor* nomine horum Pupillorum in genere & in ſpecie futuri poſſeſſoris vel Succeſſoris feudi unius vel plurium relictorum ratione ab Imperatore Inveſtituram petit, eaque impetratâ in Comitiis vel ipſe vel per Legatum unum aut plures comparet, ſuffragiumque pro numero illorum ſuo loco & ordine fert, ut inter alia *ex R. J. de anno* 1603. inquibus nomine relictorum à Friderico Wilhelmo Saxoniæ Duce impuberum filiorum Legati Tutorum Johannis & Chriſtiani II. etiam Saxoniæ Ducum comparuerunt, ſicut *prac. p. 2. Sect. 2. c. 9. th. 7. expl. 2. n. 1. & ſeqq.* pluribus actum eſt, conſtat. *Si verò hic filios majorennes relinquit*, tot comparent, quot feuda regalia ſuffragiorum capacia pater poſſedit, & mediante pacto ac inveſtiturâ illorum poſſeſſores veri facti ſunt. D. *Reliqui* ſive ſint puberes, ſive impuberes potentiâ ſaltem Status Imperii ſunt, & actu tunc demùm fiunt, quando certum aliquot regale feudum jure ſive proprio ſive à reliquis Cohæredibus interim conceſſo cum omni Jure poſſidere incipiunt. Quapropter etiam in nonnullis feudis diviſionem admittentibus primogenitus vel Senior tantùm in qualibet familiâ ſuo cohæredum nomine illius Inveſtituram ab Imperatore impetrat, ac cum Jure Seſſionis & Suffragii *in* Comitiis Imperii admittitur.

Quoad 4. notandum, quod, licet tales Abbates & Comites immediati ſingulare ſuffragium non habeant, ſub Curiato vel Collectivo tamen voto (nimirum nomine totius Scamni vel Collegii cujuscunque unus ſecundum præſcriptum totius Scamni vel Collegii deponit,) illorum Jus &

A. Suffragium ſimul comprehenſum ſit, ut *d. th. 7. explic. 2. n. 7.* demonſtratum.

Et licet Limnæus ob prædictas in contrarium allatas rationes *d. l. n. 93. receptionem in matriculam vel inſcriptionem in illâ pro vero & unico habeat requiſito*, idque ideò pro noſtro ponat, & contra hoc *in addit. prior. ad d. n.* 93. ſaltem pro accidenti ſeparabili habeat. *illud tamen* 1. *parùm ad rem facit*, quia ſunt termini convertibiles, receptum eſſe in matriculam, & ſuffragii ac ſeſſionis jus habere, adeoque poſito, quod jus ſuffraſſii ſit accidens ſeparabile, etiam inſcriptio ſimilis qualitas contra ipſius dogma eſſet. 2. *erroneum eſt, quia inſcriptio in matriculam non antecedens, ſed conſequens eſt* obtenti jam ab Imperatore Privilegii & per receptionem Statuum in ſuum ordinem & ad ſeſſionem Juris Suffragium ferendum, ſiquidem hæc receptio & ad ſuffragium ferendum à Statibus B. facta admiſſio cauſa eſt, ob quam quis poſteà Matriculæ inſeratur, quâ etiam de causâ Status Imperii ſæpè conqueſti ſunt, nonnullos per errorem in Matriculam inſcriptos adque Comitia vocatos fuiſſe, qui nunquam ab iis recepti & ad ſuffragium ferendum conſenſu Statuum communi admiſſi fuerunt, & licet hoc quandoque per errorem quoque factum fuerit, id ſibi tamen non præjudicare.

Sicuti nec ideò quis Academicæ Matriculæ inſeritur, ut Civis Academicus poſteà fiat, ſed quia talis præſtitis præſtandis jam factus eſt, *ideò* Albo illi inſeritur, ut omnibus eruditis notum eſt, *ad imitationem Ciceronis, qui in Orat. pro Archiâ c. 5. ſcribit*, quod cenſus Jus civitatis non confirmet, ſed tantummodò indicet, eum, qui ſit cenſus, *ita* ſe jam tum geſſiſſe pro cive.

C. *Aliam quidem inſtantiam* hoc modo affert *Conring. d. diſſert. th. 9.*

Si ſola vel unica inſcriptio in Matriculam aliquem Imperii Statum efficeret, vel vice verſâ ejus defectus aliquem è numero Statuum excluderet, poſſet quis inferre, ante Imperatoris Sigismundi tempora, in quibus Matricula nondum confecta & uſurpata fuit, nec Status Imperii fuiſſe, nec aliquem, ſe talem eſſe, probare potuiſſe.

Sed hoc non ita indifferenter concludit, quoniam hæc theſis ſaltem ad noſtra tempora, in quibus Matricula jam uſurpata eſt, applicata fuit, cum aliàs non entis nullæ ſint qualitates.

Melius verò quis inferre poteſt, per illam inſcriptionem ſolam neminem certò, ſe Statum Imperii eſſe, probare poſſe, quia omnes Matriculæ, D. ut mox dicetur, imperfectæ ſunt.

Ex quibus clarè perſpicitur, Jus Seſſionis & Suffragii communi Statuum Conſenſu adeptum veriorem characterem inſcriptione eſſe: *Quod ſi tamen poſteà inſcriptio acceſſerit, hæc duo concurrentia eò fortius probare certum eſt.*

Eſt autem Matricula nihil aliud, quàm Album vel Nomenclatura Imperii publica *& quidem duplex, una*, in quam nomina Statuum Imperii ſimpliciter & ſecundum ſua nomina ſaltem, *altera*, in quam nomina Imperio immediatè contribuentium tàm Statuum, quàm nudorum poſſeſſorum immediatorum Imperii regalium feudorum conſignata ſunt, cujus mentio fit in *R. J. Spirenſi* 1570. §. **Als wir dann** *& ſeqq.* ut demonſtrat *Limn. d. c. 7. n. 94. & ſeq. & in add. prior. ad lib. 4. c. 7. n. 67.*

De priori propriè *quæritur*: (1.) An habeat A. plenam probandi vim & qualitatem?

R. Affirmat id quidem Limn. ultimo citato loco n. 68. ex illa ratione, quia eſt inſtrumentum publicum, quod talem vim habet *c. 1. de fide Inſtrum.*

Sed ſicut in genere vel theſi verum eſt, inſtrumenta publica plenè probare: *Ita in hypotheſi*, quoad Matriculas Imperii illud aliis non inmeritò diſplicet, contendentibus, per eam præſumtionem ſaltem Juris induei, *quoniam* omnes Matriculæ huc usque confectæ vitioſæ & imperfectæ ſunt, ut aliquoties à Statibus Imperii demonſtratum ſuit cum petitiooe, ut defectus illi corrigerentur, & illarum perfectio tandem in effectum deducretur, ſed fruſtrà: Quapropter etiam in *Comitiis Ratiſbonenſibus* 1603. ac in Comitiis Pacificatoriis Oſnabruggi nuperè habitis querela iſta cum petitione iterata, ac tandem per *Inſtrum. Pacis art.* 8. §. 2 ordinatum ſuit, ut illarum reviſio ac perfectio in proximis Imperii Comitiis tandem impleretur, ſed B. rurſus fruſtraneo effectu. Quod quoniam ipſe *Limn. d. l. n. 76. & in add. prior. ibid.* agnoſcit, tacitè talem plenam probationem omnino rejicit. Vide tamen eundem *in Addit. poſter. ad l. 1. c. 7. n. 91.*

(2.) Cuinam ex omnibus illis imperfectis Matriculis maximè fides ſit habenda?

R. Plerosque quidem Politicos illam, quæ anno 1521. in Comitiis Imperii Wormatienſibus confecta eſt, pro optima habere, ob *R. J. de anno* 1576. §. **Wann auch zu Franckfurth.** ut etiam docet *Arum. de Comit. c. 8. n. 63. & Limn. in d. addit. prior. d. l. 4. c. 7. n. 67. Sed notum ex* modò dictis eſt, etiam illam cum ſubſequentibus imperfectam eſſe, & præterea ſaltem continere eos, qui Imperio collectas ſolvunt, adeoque ad probandum Jus Status parùm conducere, ſicuti ex præcedentibus conſtar. C.

Ubi memorandum, Politicos à tempore Sigiſmundi Imper. ſub quo prima confecta eſt usque ad Maximilianum II. *numerare Matriculas* ſucceſſivè confectas *viginti octo*, ut ex relatione Limn. d. lib. 1. c. 7. n. 69. conſtat. Cui jungitur *Meichſn. tom. 3. Cam. Deciſ. 6.* ubi initium & progreſſum circa illas magno ſtudio conſignavit.

Caterùm idem Limn. d. lib. 1. *c.* 8. *ampliſſimum Catalogum Statuum Imperii*, qui ſub Frider. III. Imper. fuerunt, ex *Goldaſto Tom. 1. Conſtit. Imper. p. 12. & ſeqq.* recenſet. *Sed Conring. in d. Diſſert. de Civibus Imper. th.* 42. illum pro Commento Goldaſtiano habet, ex illâ poiſſimùm ratione, quia in eo relati ſunt Reges, & exteri Principes, qui ex parte nunquam, nedum ſub Friderico D. illo Status imperii fuerunt, quod etiam poſteà *Limn. ipſe in addit. poſter. ad illud cap. fatetur.*

Album recentiorem, ſed ſaltem ad illos, qui Imperio contribuunt, pertinentem ac privatim collectum *ex Zeileri Itinerario Germanico in continuatione c. 1. refert idem Tom. IV. ſive in addit. prior. ad lib. 4. c. 7. n. 67.* ubi legi poteſt.

Sed licet Jus illud Seſſionis ac ſuffragii pro vero & unico Status Charactere ſecundum prædicta omninò habendum ſit, *alii tamen ad probationem ejus* præter id adhuc requirunt ſequentia, & quidem collectivè vel conjunctim:

1. Ut quis in Matriculam ſit inſcriptus.
2. Ut Imperio immediatè contribuat.
3. Ut Superioritatem territorialem à ſolo Imperatore & imperio dependentem habeat.
4. Ut immediatum Imperii feudum poſſideat.

De quibus ita ſentimus, omnia illa conjunctim quidem ad eſſentiam Status pertinere, ſicuti *de primo* jam mentem noſtram explicavimus. *In ſecundo* etiam omnes conſentiunt, cum exceptione tamen paulò poſt in reſponſionib9 ad objectiones daras conteotis. *In tertio & quarto*, quæ coincidunt, etiam plerique conſentiunt, cum exceptione tameo etiam paulò poſt proferenda.

Et poſtrema duo ita quidem neceſſaria eſſe, ut absque illis nemo ad plenum Jus Statuum, id eſt, Seſſionem ac Suffragium admittatur, inde patet, *quia cum* io anno 1654. finitis Comitiis Ratiſbonenſibus *quidam recens creati Principes*, utpote Dietrichſteinius, Piccolomineus & Auerſpergius in Collegium Principum ex Imperatoris Decreto iotroducendi eſſent, Status illius Collegii illos ob defectum talium feudorum (ut ipſimet præſentes ſpectavimus & audivimus) inter ſe ad ſeſſionem & ſuffragium *recipere noluerunt*, *donec* tandem ad inſtantiam Imperatoris literas, quas vocaot, reverſales iis exhibuerint, hujus tenoris, ſe ob defectum talium feudorum cavere, quamprimum illa ſe comparaturos, interim verò Imperatori & Imperio debitum fidelitatis Juramentum præſtituros, ac Collectas Imperii ſibi nunc & interim impoſitas cum aliis Statibus ſemper ſoluturos, & ſi, quoad vixerint, talia booa non acquiſiverint, hæredes ipſorum pro veris & plenis Statibus Imperii non agnoſcendos eſſe: Sicuti etiam illa cautela majoris ſecuritatis causâ in illum *R. J. §. fin. relata, & Capitul. Ferd.* IV. *art.* 45. *& Leopoldi glorioſiſſimi noſtri* Imper. *art.* 44. proviſio inſerta eſt.

Ratio, quare requiſita illa tàm neceſſaria ſint, hæc datur, quia ratione talium feudorum inveſtitura ab Imperatore recipienda & ſimul Juramentum fidelitatis Imperatori & Imperio præſtandum eſt, nec non Collectæ Imperii pro illorum feudorum præſtantiâ & dignitate ſolvi debent, ut *ex actis Comitiorum Ratiſbonenſium de anno* 1641. *&* 1654. conſtat.

Sed ſub noſtro Charactere omnia illa præter inſcriptionem ſimul comprehendi, *ſiquidem nemo* ad ſeſſionem & ſuffragium in Collegio Principum admittitur, ut ex præcedentibus notum, *antequam* feudum Imperii regale, ac ſic ſimul ſuperioritatem territorialem obtineat, & Imperio contribuat, *inſcriptio verò ſaltem* pro vero conſequenti & documento receptionis factæ tunc primùm habebitur, quando vera confecta erit, & ante publicam receptionem nemò amplius inſcribetur. De quo etiam *Pacif. à Lapide in Not. & Seraltur. ad Monzambanum Diſc. 7. ſect.* 4. legi poteſt.

Limitat autem Limn. d. l. 1. c. 7. n. 93. illud ultimum requiſitum, ut tantum obtineat io Principe novo recipiendo, non verò antè recepto, & poſteà vi militari ſuorum feudorum jacturam paſſo, & ejus exempla refert *ibid. n. 96.* in Epiſcopo Genevenſi, Lauſanenſi & Curienſi à Bernatibus & Rhætis poſſeſſione & dominio injuſtè dejectis, & in Epiſcopo Verudinenſi à Gallis bonis ſpoliato, & hoc tamen *in Comitiis* 1641. Ratiſbonæ habitis ad ſeſſionem & ſuffragium admiſſo.

Quod nos quidem in vi & injuriâ dejectis, & ubi reſtitutio ſperanda vel per Leges urgenda eſt, ſicut paulò antè jam diximus, admittimus, *in iis verò*, quibus vel per delictum, vel transactionem aut pacificationem publicam feuda talia irrevocabiliter ademta ſunt, uti circa Epiſcoparus Verodunenſem, Metenſem & Tullenſem vigore *Inſtr. Pac. Germano Gallici* poſt medium nuperè factum eſt, rejicimus.

Quæ his requiſitis vulgò opponi ſolent, dari Status Imperii, qui 1. Jus ſeſſionis & ſuffragii non habent, 2. *Impe-*

2. *Imperio* nihil contribuunt, *non officiunt: ad primu enim* jam in præcedentibus reſponſum eſt, *ad poſterius* verò reſpondetur, quoſdam Status quidem per Privilegia ab illo onere de jure & ordinariè exemtos eſſe, ut *ratione Auſtriacorum* ex privilegio illis à *Carolo V. Imperatore dato, & à Limn. d. lib.* 5. c. 2. *n.* 32. adducto, & *ratione Ducum Burgundiæ* ex tranſactione Burgundiacâ *apud eundem n.* 50. conſtat.

Attamen priores ſponte, ſalvo tamen prædicto privilegio ad Conſervationem Cameræ quotannis 450. florenos, ad expeditionem Romanam verò primò plus quàm duos Electores nempè 120. equites & 600. pedites, ſicut ex *actis Imperii de anno* 1547. & 1548. *Limn. in add. prior. ad. d. c.* 2. *n.* 40. recenſet, contuliſſe & Ferdinandum I. Regem Romanorum ſalvo iterum exemtionis privilegio in declaratione ſuâ ad Status Imperii tunc temporis factâ id ratum habuiſſe, uti idem *ad lib.* 4. c. 7. *poſt n.* 67. in Catalogo Statuum Imperio contribuentium ſub ſecularibus Principibus *numero* 1. refert. *Sed poſteà* id mutatum fuit, ita, ut Auſtriaci ſaltem tantum, quantum duo Electores hoc eſt, 120. equites & 554. pedites ad expeditionem Romanam ovue conferant, ut *idem d. l. ex Zeilero* memorat.

Poſteriores verò ad expeditionem Romanam (nam quod ad ſuſtentationem Cameræ contribuant nos latet, *quodammodo tamen refert Zeil.* von den zehen Kreyſſen *tit. 2. in pr.*) etiam tantum contribuere, quantum duos Electores & ad expeditionem contra Turcas ſuſceptam tantum, quantum tres Electores ex prædictâ tranſactione etiam patet, ut ibidem legi poteſt.

Quod autem illos Principes, qui in nuperis Comitiis Ratisbonenſibus recepti fuerunt, & feuda regalia in Imperio non poſſedetunt, attinet, de iis jam in præcedentibus reſponſum eſt.

Tandem Reges Bohemiæ olim Imperio contribuiſſe ex iis conſtat, quæ *Limn. d. lib.* 3. c. 8. *n.* 28. *& in addit. prior. ad d. l.* 3. c. 8. *n.* 28. *& ſeqq. & d. lib.* 4. *c.* 7. *n.* 67. refert: *Et mirum non eſt*, eos hodiè non contribuere, quia in Comitiis Imperii non comparent, nec certo Circulo addicti, ut Ferdinandus I. Romanorum & Bohemiæ Rex ex relatione *Limn. in addit. prior. ad d. lib.* 4. *c.* 7. *n.* 67. in den Abſchlag der *Contribution* zu den Römer-Zügen ſub Regib. Bohemiæ in addit. contra Status Imperii demonſtrat, adeòque ejus imperfecti Status ſunt: quamvis etiam id multi ſtrenuè impugnent, illos ex Statuum numero planè eliminantes, ut videri poteſt apud *Limn. d. lib.* 3. c. 8. *n.* 22. *& ſeqq.*

II. *Quod Jus territoriale concernit*, illud inſeparabilis Status Imperii prærogativa eſt, nec ob manifeſtam notorietatem probatione indiget. Quæ verò aliàs de illo & ejus effectu ſcienda ſunt ſuprà *lib.* 1. *c.* 6. *th.* 7. *& præc. Sect.* 1. *c.* 5. *th.* 8. *in expl.* conſignavimus.

III. *Privilegium de non evocando* extra Germanici Imperii fines ex antiquo uſu originem trahit, & reſpexit ad illud Sigismundus Imperator, citante *Limn. d. lib.* 4. c. 8. *n.* 87. in epiſtolâ quadam ad Concilium Baſileenſe anno 1434. ſcriptâ, ac *Crantz. in Saxon. lib.* 10. c. 39. Quapropter etiam illud *omnibus Capitulationibus & in ſpecie Caroli V. art.* 15. *ac Leopoldi art.* 17. & 18. inſertum fuit.

De Regno Bohemiæ hic in dubium vocari ſolet: An Imperator Status in illud & in ſpecie Pragam ad judicium ibi ſuſtinendum citare poſſit?

Siquidem, ut Limn. d. lib. 4. *c.* 8. *n.* 87. refert, Elector Brandenburgicus & Comes Palatinus Neoburgicus in Juliacenſi causâ ab Imper. Rudolpho II. eo citati, pro nullitate id habuerunt, cauſ-

A. ſantes, Obwol Praga ein Orth im Reiche/ ſo ſey es doch im Reich deutſcher *nation* nicht gelegen/ dahero ſich die Kayſerl. Maj. nie unterſtanden dahin ein Reichs-Tag zu legen oder ſtreitige Parthеyen zuvertragen/ deſſen Ihr Maj. auſſer dem Reich auch nicht befuget. *Sed ut idem in addit. ad h. n. refert*, *Imperator* ille aliorum Principum Legatis ſimile aſſerentibus anno 1601. 20. Aug. ita *reſpondit*: Ihr Kayſerl. Maj. wolten nicht gerne/ daß in Zweiffel und *diſputation* gezogen werden/ und frembden *Nationen* fürkommen ſolte/ ob die Cron Boheimb auſſer oder inner des Römiſchen Reichs gelegen ſey/ zu dem wiſſentlich und offenbar/ daß Ihr Kayſerl. Maj. Vorfahren an der Cron Boheimb/ ſo Römiſche Käyſer und Könige B. geweſen/ gleichwol Ihre *Reſidentzien* und Hoff-Lager in Boheimb gehabt/ und das Käyſerthumb in und von der Cron Boheimb aus als Römiſche Käyſer und Könige *adminiſtrirt*/ jedoch dergleichen von niemand ichts darwider erreget worden/ wie auch daſſelbe von rechtswegen nicht beſchehen köndte.

Addendum hic obiter: Olim Status Imperii in arduis cauſſis ſingulari modo ad Aulam Cæſaream citatos fuiſſe, de quo videatur *Limn. d. l. n.* 86. *& ibi in addit. prior.*

Quod porrò Status Imperii ſine conſenſu Electorum hodie ob delicta feudis ſuis privari nequeant, conſtat *ex Capit. Ferd.* III. *art.* 30. *Ferd.* IV. *art.* 28. *& Leopoldi* I. *art.* 28. *in quibus expreſsè continetur*, Status Imperii quoscunque absque conſenſu Electorum in bannum ſive ſuperiorem, ſive C. inferiorem declarari non poſſe, ex quo ſequitur, illos neque feudis ſuis privari ſine illorũ cõſenſu poſſe, quia privatio hæc eſt effectus banni. *Ubi notandum* in pacificatione Oſnabruggenſi ſecundum *Inſtr. Pac. art.* 8 §. gaudeant, conſtitutum eſſe, ut in proximis comitiis etiam de modo & ordine hujus banni agi debeat.

TH. III.

Onera publica à Statibus Imperii in genere ſive univerſis, ſive ſaltem aliquibus pro Statu negocii utilitatis publicæ causâ ſuſtinenda *conſiſtunt* (1.) in expeditionis Romanæ ſuſceptione, (2.) Solutione Collectarum imperii nomine in publicis Comitiis concluſarum, vel aliàs Imperatori debitarum. (3.) Suſtentatione Cameræ Imperialis, (4.) Comparitione reſpectivâ ad Conventus Imperii, Electorũ, Circulorum, Deputatorum ac Viſitatorum D. Cameræ cum ſimilibꝰ propriis ſumtibus ad eam neceſſariis perficienda. (5.) Competentium militum ad ſubſidium & defenſionem ſingulorum Circulorum & conſequenter Imperii pro emergente neceſſitate & concluſo communi in conventu Circuli unius, plurium vel omnium facto propriis itidem ſumtibus conſcriptione & ſuſtentatione (6.) Salvo conductu Electorum vel eorundem nunciorũ ad conventus electionis & conſequẽter Coronationis iter facientiũ ad requiſitionẽ factã ab ũoquoq; Statuũ & aliorũ Mediatorũ per territoria ſua & ultra præſtando.

Expl.

1\. O*Nera hæc omnia non ab omnibus, ſed quædam à quibusdam ſaltem* (qualia ex. gr. Electorale Collegium ratione Conventuum ſuorum

Deputati Imperii ratione ſuorum Conventuum & alii ſimiliter pro ſe ſolis ſuſtinere debent) *præſtanda eſſe, tùm ex theſi ipsâ, tum ex illius explicationibus ſequentibus conſtat.*

Circa expeditionem ergò hanc Romanam ſciendum, 1. *antiquo & à Carolo M. tempore* (uti tradit *Lehm. in Chron. Spir. lib.* 2. *c.* 42. referens ſimul *f.* 171. conſtitutionem Caroli Craſſi vel III quam etiam habet *Goldaſtus in Conſtit. Imper. parte* 1. *f.* 28. in quâ reperitur expeditionem illam à Majoribus inſtitutam, in illo verò demum in certam formam redactam fuiſſe) *omnes Imperatores vel potiùs Reges* Romanos recenter electos Romam ad Coronationem à Pontifice obtinendam *cum certis Statibus conducentibus* & omnium Statuum militaribus Copiis à quovis ſecundum competentem numerum propriis ſumtibus ſuſtinendis profectos, *poſteà verò anno* 1521. *in Comitiis Wormatienſibus ſecundum receſſum illorum* §. **auch haben Uns Churfürſten.** *Carolo* V. *Imperatori ad illam ſpecialem exercitum* 20000. *peditum, &* 4000. *equitum præter ſervos equeſtrium,* **die Dienſtleute** §. *item* **ſollen Dienſtleute.** ſequenti *promiſſum fuiſſe, & ex illo tempore* licet quoad multos Status moderatio fuerit facta, numerum totius ſubſidii ſemper eundem manſiſſe, quamvis in pecuniam, ut mox dicetur, mutatus fuerit. 2. *Expeditionem illam à tempore Rudolphi* I. Imper. usque ad hunc diem ideò, quia nullus ſubſequentium Imperatorum gravibus de cauſis (inprimis quod Pontificum inſolentiam dedignarentur, & iis Majeſtatem ſuam ſubmittere nollent, quod inſidias per venena & alia Prædeceſſoribus ſuis ſtructas timerent, quâ etiam de causâ *Rudolphus* I. *Imper.* ex Æſopi fabulis dixiſſe fertur

- - - me veſtigia terrent,
Omnia te adverſum ſpectantia, nulla retrorſum:

& quod Pontificibus ita imaginativum Jus, ac ſi ab illorum poteſtate & Coronatione imperium dependeret, infringere vellent, (de quibus & aliis legi poteſt *Limn. in addit. prior. ad lib.* 2. *c.* 4. *n.* 89.) Romam hujus Coronationis gratiâ profectus eſt, intermiſſam fuiſſe, *ſed majori ſanè cum damno quam emolumento, ex illo enim tempore* Pontificum Romanorum potentia & auctoritas in Italiâ crevit, Imperatorum verò & Imperii Majeſtas valdè diminuta fuit, illorum prætenſiones in magnam Italiæ partem anteà habitæ ferè evanuerunt.

Ubi tamen negandum non eſt, Maximilianum I. *Imperatorem Tridenti* anno 1508. à Pontificis Julii II. Legato Sanctæ Crucis Cardinali dignitatem & titulum Imperialem maximâ cum pompâ accepiſſe, ut præc. *c.* 3. *th.* 10. *explic.* 1. *ſub Coronat. Romanâ n.* 1. ex fide dignis Hiſtoricis deduximus; Ejus verò nepotem *Carolum* V. Imper. expeditionem quidem illam animo concepiſſe, atque ut paulò antè dictum à Statibus Imperii promiſſionem ſuppeditandi exercitus 24000. militum obtinuiſſe, ut ex *d. Receſſu Wormatienſi* §. **und als wir.** *& ſeq.* apparet, *ſed* cum multa expeditionem illam impedirent, & ille ex Hiſpaniâ in Italiam pacis inter hujus Principes firmandæ causâ anno 1530. perveniſſet, *Bononiæ* non verò Romæ ex accidente à Clemente VII. Pontifice illius anni 6. Cal. Martii ſolenniter coronatum fuiſſe, ut inter alios memorat p[illegible] *Jovium lib.* 27. *Hiſtor. Mauroc. Hiſt. Venet. lib.* 3. *p.* 140. *& Imperator ipſe in R. J. de dato* **Augſpurg** 1530. *in pr.* tangit.

Pertinet huc quæſtio: An expeditio illa ſuſcipienda, vel Corona Romana neceſſariò petenda ſit? De qua conſuli poteſt *Limn. ad Capit. Caroli* V. *art.* 30. *verb.* **zum beſten befleiſſigen /** *n.* 12. *& ſeq. multis. & in add. prior. ad lib.* 2. *c.* 4. *n.* 89. *quibus adde quæ nos præc. c.* 3. *th.* 12. *explic.* 1. *ante f. ex Capitulatione Leopoldi* I. *Imperatoris art.* 37. *adduximus.*

3. *Sumtus vel pecuniam in hanc expeditionem deſtinatam poſteà in expeditionem adverſus Turcas ſuſcipiendam converſam* & inde modum ad hoc bellum gerendum contribuendi, cum priori modo eundem abuſivè **Rom-Zug** *vel* **Römer-Zug** *ſecundum R. J. de dato* **Speyer** 1544. §. **und damit nun.** *dictam, ac tandem,* quia prior expeditio in certos menſes deſtinata, & hæc quoque eodem modo à Statibus Imperii in certos menſes ſuſcepta ac promiſſa fuit, ſecundum numerum iſtorum menſium, **auff ſo viel Römer Monat** pecuniam promiſſam indici ſolere, ut *præc. p.* 2. *Sect.* 2. *c.* 7. *th.* 21. *expl.* 1. quoque dictum:

Ubi ſimul diſquiſitum: An in causâ Collectandi major ſuffragiorum pars minorum vincat?

Quantum verò quilibet Status Imperii ad Collectas has contribuat, vide apud *Limn. Tomo* 4. *l.* 4. *c.* 7. *poſt num.* 67. *& Becker. in Jure Publico Imper. in f. item Zeiller. de Dec. Circul. per totum & Sprenger. in Inſtit. Jur. Publ. l.* 2. *c.* 44.

Ubi ſimul notandum Electorem Bavariæ ratione nuper acquiſiti Palatinatus Superioris hactenus imperio nihil contribuere.

II. *Circa Collectas Imperii publicas notandum præter modum prædictum illas olim per exactionem communis denarii* **des gemeinen Pfennings /** ſcilicet juxta cujusque tam immediati, quàm mediati ſubditi, tàm Clerici, quàm Laici, tàm maſculi, quàm fœminæ facultates certa portione (ex. gr. de quibuslibet centenis florenis unum (à Judæis verò tàm maſculis quàm fœminis, tàm puberibus quàm impuberibus, viritim florenum contribuendo) ſingulis annis ad neceſſitatis publicæ ſublevationem ſolvenda *inſtitutas fuiſſe.*

Ejus prima introductio ab Imper. Sigismundo anno 1411. *in Comitiis Ratisbonenſibus facta dicitur Speidel. in Spec. ſub verb.* **gemeiner Pfenning,** *poſtmodùm verò à* Maximil. I. anno 1495. in Comitiis Wormatienſibus *ſecundum Receſſ. illorum* **oder Satzung von dem gemeinen Pfenning** repetita, & pleniùs reaſſumta in Comit. Spirenſ. de anno 1542. *ſecundum Receſſ.* §. **und wiewol derhalben auch.** *& ſeq.* in quo conſtitutum, ut quilibet ſine diſcrimine & exemtione de ſingulis centenis florenis dimidium, & qui centum in ære non haberet, de ſingulis vicenis ſex Cruciatos in commune Imperii ærarium conferret, ubi plura videri poſſunt. *Quod etiam in R. J. Spirenſi de anno* 1544. §. **und nemblich ſollen.** *& ſeqq. eſt repetitum. Sed hic modus longo tempore exolevit & fruſtrà* anno 1598. & 1603. in Comitiis Ratisbonenſibus a Rudolpho Imperat. ac anno 1641. in Comitiis ibid. celebratis ab Auſtriacis & aliis iterum in medium productus ac commendatus fuit, ut patet ex iis, quæ ex actis illius temporis collegit ac adduxit *Speidel. d. l. Ubi ſimul* in fine refert ſæpè in collectione hujus modi variatum fuiſſe, ut Noë *Meurer in Compend. Receſſuum Imperii tit.* **vom gemeinen Pfenning des Reichs.** demonſtravit: de quo plura *d. Sect.* 2. *c.* 7. *th.* 21. *expl.* 1.

Notandum verò circa Collectas Imperii, quod Imperator nemini poſſit ſuam portionem ex plenitudine poteſtatis & ſine Statuum conſenſu etiam ex prægnanti causâ remittere, ut aliàs notum eſt.

Occurrit

Occurrit verò ſal em nnicum exemplum, quo remiſſio à Cæſare & Statibua ſimul in Comitiis facta eſt *in d. R. J. de anno* 1542. §. **und wiewol die Städte.** A.

Pertinet huc particularis Civitatum Imperii contributio **der Reichs-Schilling und Reichs-Steuer der Städte** *dicta*, vigore cujus ab antiquo tempore illarum quælibet Imperatori quotannis certam pecuniæ ſummam præter cæteras ordinarias & extraordinarias collectas in recognitionem immediatæ ſubjectionia ſolvere debuerunt, partim adhuc ſolvunt, de cujus contributionis hodiernâ imminutiooe & cauſis conſuli poteſt *Limn. ad Capit. Caroli V. artic.* 23. *verba* **Reichs-Steuer der Städte** / *&* *verba* **gewachſen und verſchrieben.**

Ubi etiam monendum, omnes Imperatores in ſuis Capitulationibus ad redimendum & reluendum hoc ſtus & hos proventus adſtringi, ſicuti illis videri poteſt. B.

Diſtribui verò ſolent Collecta Imperii in genere in ordinarias & extraordinarias, ſed diverſis deſcriptionibus. *Nos illas vocamus*, quæ ex publicis Legibus ita definitæ ſunt, ut vel ſtato tempore vel caſu ad quem deſtinatæ, emergente, ipsâ iſtarum Legum & pactorum vi ſine ulteriori cauſæ cognitione, vel cum Staibus ad illorum conſenſum impetrandum inſtitutâ conſultatione ac delibetatione ab Imperatore vel Camerâ exigi poſſunt, & à Statibua præſtari debent. *Atque ita inter eas referimus* præſtationem definiti illius exercitus ad expeditionem Romanam in ſpecie perficiendam: *cum hâc tamen limitatione*, ut illa præſtatio ſaltem ad definitum tempus duret, de quo legi poſſunt. quæ C. *in d. R. J. anno* 1521. §. **Auch haben Uns Chur-Fürſten** *& ſeqq.* conſignata ſunt. *Contributionem* ad ſuſtentationem Cameræ deſtinatam & à quolibet Statu juxta portionem ſuam ſingulis annis ſolvendam, de qua *ſeq. expl.* dicetur. *Cenſus annuos* Civitatum Imperii **den Reichsſchilling der Stadt** / de quo paulò ante dictum.

Has verò, nempè extraordinarias, *definimus illas*, quæ extra ordinem ſingulari neceſſitate vel utilitate publica id exigente ab Imperatore poſtulantur, & cum conſenſu Statuum Imperio imponuntur. Inter illas referimus Collectas ad Turcicum bellum quandoque poſtulatas & conceſſas. De utrisque jam *præc. p. 2. ſect. 2. c. 7. th. 23. &c. dictum eſt.*

De oobilium immediatorum & Civitatum Hanſeaticarum immunitate à Collectis *præc. Sect. 1. c. 2. th. 10. in explic.* egimus. D.

III. *De ſuſtentatione Cameræ Imperialis notandum primò* ab Imperatore Maximiliano I. ejus auctore, & Staibus conjunctim ſumtus ad eam neceſſarios elargitos fuiſſe, ut ex *Receſſu Auguſtano de anno* 1500. *tit fin.* apparet, *poſteà vero in Ordin Cameræ Conſtantiæ in Comitiis* 1507. *confectâ* talem proviſionem factam, ut Imperator idem ad ſex annos omnes Sportulas Cameræ & ejus Canecllaria ad ſuſtentationem illius deſtinarit, ita tamen, ut Status defectum ejus, quodinde deſumi non poſſit, ex propriis mediis ſupplerent, ut patet *ex illius Tit.* **von Cammer / Richter :c.** *& Tit.* **daß die Stände das Cammer-Gerichte ic.** *porrò in Comit. Imper. Norimberga anno* 1524. *ſecundum illorum Receſſ.* §. **und erſtlich.** *inter Imperatorem Carolum V. & Status conventum eſſe*, ut ille ad Regimenti & Cameræ ſuſtentationem *in duos annos dimidium, reliquum dimidium Status univerſi darent*, quod deinde in *Comit. Spirenſ. de anno* 1526. *vigore Receſſus* §. **damit aber das.** *ad ſeſquiannum ferè* & deinde *in Comitiis Spirenſibus anni* 1529. *rurſus ad biennium ſecundum Receſſ.* §. **weiters / als hiebevor** / & iterum *in Comitiis Auguſtanis anni* 1530. *vigore Receſſus* §. **weiters nachdem.** *in triennium prorogatum fuit.* *Cum vero* ab anno 1532. uſque ad anum 1541. nulla Comitia Imperii celebrarentur, in his demùm Raisbonæ habitis ad poſtulatum Imperatoris *Status promiſere Cameram ad triennium ſolùm de ſuo ſuſtinere, ut ex Receſſu* §. **Und nachdem wir.** *& ex Receſſ. Spirenſi* 1544. §. **So viel das Reich ꝛc.** conſtat, *illuaque deinde in Comitiis Imperii anno* 1548. *Auguſtæ celebratis ſecundum Receſſ.* §. **dieweil auch.** *&* §. **Und wiewol Churfürſten.** iterum tàm diu, donec de illius conſervatione perpetua diſpoſitio inter Statua fierit, continuatum, *donec tandem Status univerſi communi ſuffragio ejus ſuſtentationem perpetuo in ſe ſuſceperint, ut ex Ordin. Cameræ* 1555. confectâ, *parte* 1. *tit.* 42. *& ſeqq.* conſtat, *& inde illius ſuſtentatio inter ordinarias collectas in Receſſu Imperii Auguſtæ* 1566. *compoſito* §. **damit auch die acht** *relata fuerit.*

Quid verò ex illo tempore quilibet Status Imperii ad illam ſuſtinendam contulerit, videri poteſt apud *Limn. lib. 4. c. 7. poſt n. 66.* **in den Anſchlags Regiſter.** *Cui addendum ex Principibus novis* in præcedentibus Comitiia ad ſeſſionem & ſuffragia admiſſis, cos, qui oondum in matriculam Contributionum recepti fuerunt, qualis Eggenbergius, Lobkovicins, Dietrichſteiniua, Piccolomineus (qui duo poſtremi jam ſunt mortui nullia poſt ſe ob non præſtita præſtanda, ſicut *præc. p. 2. ſect. 2. c. 9. th. 17. expl. 2.* dictum circa jua illud ſeſſionis & ſuffragii, ſuceeſſoribua) & Auerſpergius, ad Cameræ ſuſtentationem ſingulis terminis promiſiſſe 16. floreooa ioterim & tam diu, donec bona Imperii immediata digna comparent, ſolvere, de quo etiam legi poteſt *Limn. l. 4. c. 7. poſt n. 19. in addit. poſter.* *Item, cenſum illum cum ſalariis in præteritis Comitiis* 1654. *auctum fuiſſe, ut præc. Sect. 1. c. 5. th. 4. expl. 3. demonſtravimus, ut ſimul ſingulorum Cameræ officialium ſalarium auctum retulimus.*

IV. *Comparitionem Statuum Imperii ad Comitia Imperii propriis ſumtibus perficiendam quod concernit, notandum* 1. *Electores* in Comitiis comparete ſingulos & quidem vel ipſosmet, vel per Legatos, *ac rarò ſuffragium ſuum* alteri Coelectorum propter illorum paucitatem ac periculum interverſionis vel inacceptæ uſurpationis *concredere*, *quia* ſi unus hodiè intet ſeptem vel ratione electionis octo collegas duo ſuffragia obtineat, acceſſione duplicis ſuffragii facilè majorem partem confieere magno cum præjudicio & damno univerſi ac collegii poteſt: *uti ejus exemplum* in Gerlacho Electore Moguntino ſuo & Regis Bohemiæ (qui fuit Wenceslaus IV.) nomine Adolphum Naſſovicum in Imperatorem eligente ac promovente occurrit, de quo legi poteſt *Arum. Diſc. 1. ad A. B. th. 28. cui addendum*, Albertum Saxoniæ Electorum eidem Regi Wenceslao obtuliſſe anno 1291. ſuffragium ſuum in electione Imperatoris ferendum, **Wann Er Jhme über die Summa / als nemblich über 4500. Marck feines Silbers / welche ein Römiſcher König jeglichem**

Wahl-

Wahlfürſten zu geben pfleget / eine Verſicherung geben wolte / welche ſeine Geſandten / als nemblich 10. Ritter / 2. Capläne und 8. Hofeleute / die Er / der König / mit Kleidung / Speiſe / Tranck und Futter verſehen wolle / empfahen ſolten / ſo wolle Er dargegen ſeine Stimme auff keinen andern zu geben befehlen / als auff denjenigen / welchen der König aus Böhmen wehlen würde / ut refert *poſt Hagecum in Chron. Bohem. p. 1. f. m. 352. Goldaſt.* in den Politiſchen Reichshandl. *p. 1. n. 2.*

Eoſdem iter ad eligendam Romanorum Regem vel Imperatorem inſtitutum propriis ſumtibus conficere debere ſecundum A. B. Tit. 1. §. 3. & ibi Limn. obſerv. 1.

2. *Principes* verò in genere, nec non Abbates, Prælatos, Comites & Barones Imperii quod concernit, omnes Principes Eccleſiaſticos & Seculares vel ipſosmet, vel per proprium Legatum comparere, vel ſuffragium ſuum alii Principi vicino vel Cognato ad ſumtus declinandos liberè committere poſſe, *Abbates autem non Principes & Prælatos,* uti etiam Comites & Barones Imperii immediatos ac Status multò minus opus habere, ut omnes compareant, qui illi, ſcilicet Clerici ſaltem duo Scamna, Svevicum ſcilicet, & Rhenanum, adeòque ſaltem duo ſuffragia Curiata, & Comites cum Baronibus quatuor Collegia, Svevicum ſcilicet, Franconicum, Wetteravicum, & Weſtphalicum cum Saxonico inferiori conjunctum conficiunt, atque ſic totidem ſuffragia Curiata ſaltem habent, ſed poſſunt tot, quot cupiunt, cum mandatis tamen emanentium comparere, quo ſuffragia ſua formare & per communes mandatarios proferre queant, uti quoque præc. *p. 2. Sect. 2. d. c. 9. th. 7. expl. 2. n. 7.* tractatum eſt.

3. *Ex Civitatibus Imperialibus* quoque non omnes comparere debere, *modò* abſentes accedentibus mandatum ſuffragii ferendi exhibeant, quia etiam ſaltem duo ſuffragia Curiata vel collegiata habent, ut d. l. n. 9. etiam annotatum eſt.

Idem obtinet in Conventibus Imperii particularibus *modo dicto c. 9. th. 23. & ſeqq. ac ſubjectis explicationibus* relatis.

V. *Quando ad unius vel plurium Circulorum, vel etiam totius Imperii tutelam ac ſalutem vigore Concluſorum in Conventibus Circulorum particularibus vel Imperii univerſalibus factorum exercitus particulares cōſcribendi ſunt, ſumtus priori in caſu* à quolibet ſinguli Circuli membro pro concurrenti proportione Officialium & militum uti etiam neceſſariorum tormentorum, pulveris pyrii, annonæ, inſtrumentorum & miniſtrorum bellicorum, *ut notum & inſuper ex R. J. de dato* Augſpurg 1555. §. alsdann zu Verrichtung conſtat, *poſteriori verò in caſu* ab omnibus Statibus ſecundum Matriculam indictionum, quamdiu neceſſitas & utilitas ſingularis id requirit, vigore Concluſorum illorum expendendi ſunt. *Quando verò totum imperium arma contra externum hoſtem ſuſcipit, tunc quilibet Status* ſecundum indictionem ſimplicem vel multiplicem pro neceſſitate & concluſo ab Imperio facto vel milites conſcribere vel portionem ſuam in pecunia conferre debet.

Notandum autem hic in eo caſu, quo quidam Status Imperii alium Statum contra pacem publicam militari manu invadit, vel invadere tentat, & hic Cameræ Imperiali illud deferat, ab eaque petitam inhibitionem impetret, *in vaſor verò* nihilominus in propoſito perſiſtat, ita ut Camera contra illum pœnam banni declaret, & vicino Principi uni atque alteri vel etiam integro Circulo executionem demandet, ſubſidium ita ferenti, vel executionem perficienti *ab invaſore iſto omnes ſumtus reſtituendos eſſe, ſecundum R. J. de dato Spira* 1529. §. und damit an ſolcher. *cum ſeqq.*

Similiter in quolibet Circulo ad probandam & reducendam monetam convenientes Status impenſas illas ex proprio facere debent *R. J. de dato* 1570. §. Sintemal auch *& ſeqq. & de dato* Regenſpurg 1576. §. Setzen alſo demnach.

VI. *De Conductione vel ſalvo Conductu* Electorum ad Conventum Electionis ſe conferentium à quolibet Statu per ſuum territorium propriis ſumtibus faciendo legi poteſt *A. B. tit. 1. §. 3. & ibid. Limn. Obſerv. 1. cum iis quæ de illo in communi præc. c. 3. th. 7. expl. 2. annotata ſunt.*

TH. IV.

Diſtribuuntur Status in tres claſſes (1.) Electorum, (2.) Principum latiſſimè ſic dictorum, & (3.) Civitatum Imperii liberarum.

TH. V.

Electores ſunt illi Archiprincipes, quibus Jus eligendi Imperatoris vel Regis Romanorum ex antiquâ conſvetudine competit: *Suntq́ illorum hodiè octo*, nempè tres Eccleſiaſtici, Moguntinus, Trevirenſis ac Colonienſis, ac quinque Seculares, Rex Bohemiæ, Dux Bavariæ, Dux Saxoniæ, Marchio Brandenburgenſis, & Comes Palatinus Rheni.

Explic.

1. A*Nte Pacificationem Oſnabruggenſem & Monaſterienſem vigore Aureæ Bullæ in Præfat. & tit.* 4. *& antiqua obſervantia ſeptem ſaltem fuiſſe Electores, nempè* prædictos tres Eccleſiaſticos & quatuor Seculares, Bohemum, Comitem Palatinum, Saxonem & Brandenburgicum lippis & tonſoribus notum eſt: *Ubi tamen notandum, ante Auream Bullam Brandenburgicum Saxonico prælatum fuiſſe*, ut patet ex Decreto Electorum ob electionem Ludovici Bavari ad futurum Pontificem exarato, *ab Hervvarto in libro, cui Titulus Ludovicus* IV. *Imperator defenſus c. 2. p. 10. & ſeqq.* ex Originali Archivi Bavarici tranſumto & literis Francofurtenſiū ideo ad Aquisgranenſes datis ibid. *p. 33. & ſeq.*

Cum verò Elector Palatinus Fridericus V. à Statibus Regni Bohemici in locum Ferdinandi Auſtriaci jam antà anno 1618. recepti, & ſub imputatione non ſervatorum juratorum pactorū ſequenti anno, cum jam in Regem Ungariæ ac Imperatorem electus eſſet, iterum rejecti Regis per electionem ſuffectus, ſed prælio ad Pragam *anno* 1620. commiſſo ſuperatus, ac Regno ejectus eſſet & prædictus feliciſſimæ recordationis *Imperator, & Bohemiæ ac Ungariæ Rex Ferdinandus* II. dictus Regnum illud cum annexis Provinciis iterùm ſubegiſſet, Palatinō illum cum belli Sociis proſcripſiſſet, ac ad interceſſionem Regis Angliæ & Daniæ certis de cauſis in gratiam recipere noluiſſet, Hic verò in Provincias ſuas *anno* 1622. ad illas bello ac armatâ manu vindicandas rediiſſet, ac rebus infeliciter geſtis iterum ad amicam compoſitionem, quæ Bruxellis inſtituta erat, animum advertiſſet, & nihilominus idem in Comitiis Ratisbonenſibus anno eodem inſtitutis, *ſed ſequenti demum* habitis diſſvadente cum multis Statibus ac poſteà cum Brandenburgico diſſenſum ſuum per literas teſtificante Saxone, dignitas illa nihilominus in Maximilianum Bavariæ Ducem tranſlata eſſet, & Palatinus ob hanc ignominiam ubique Patronos ſibi quæreret, illoque mortuo primogenitus ejus reliquis cum fratribus cauſam illam proſequeretur, eamque Guſtavus Adolphus, eoque mortuo ejus filia Chriſtina unà cum Ludovico XIII. & poſteà ejus Succeſ-

Succeſſore Ludovico XIV. Galliæ Regibus graviter defenderet, *res eò tandem venit, ut tractatu de conficiendâ pace Oſnabrugga & Monaſterii ſuſcepto* inter alia id etiam pro obtinendâ illâ in medium produceretur ac concluderetur, *ut Bavarus quidem* in ſuo ſemel adepto Electoratus Jure & inter ſeculares ſecundo ordine permaneret, *Palatinus verò* in locum ultimum reſtitueretur, *ac ita ex ſeptem octo conſtituerentur Electores, ſicut de illo ſeq. th. 9. expl.* 10. pluribus dicetur,

Atque ita quod Maximiliano I. *Imperatori petenti*, ut Archiduces Auſtriæ in numerum Electorum cooptareotur ob prætextam ſeptenarii numeri ſanctitatem & Caroli IV. *in Aureâ Bullâ in Proœm. & Tit.* 4. præſcriptam normam teſte *Harim. Mauro de Coronat. Caroli* V. *ſub titulo, Quo apparatu atque magnificentia ſolemne convivium celebratum & Frehero ad Petr. de Andlo l. 2. c 1. denegatum. ac à Gabriele Bethlehemo Tranſylvaniæ Principe*, ſi fides, ut quidem inter alios ſtatuit *Gold. de Regno Bohem. l. 3. c. 5. n. 5.* titulatæ illi Cancellariæ Secretæ Anhaltinæ habenda, fruſtrà tentatum fuit, ex neceſſitatis ductu denique locum obtinuit.

Licet ergò jam octo ſint Electores, nonnulli tamen illos nunc etiam ex primo inſtituto Septemviros dici poſſe putant, *quoniam octavus Elector* non in perpetuum, ſed ſaltem ad durationem Lineæ Wilhelmianæ Bavariæ receptus eſt, ſecundum *Inſtr. Pac. art. 4. §. quod ſi contigerit*, quod etiam ſentit *Folim. de Tit. Honor. l. 1. c. 49.*

Novum Electoratum itaque ſolus Imperator *inſtituere non poteſt, Limn. ad Capit. Caroli V. art.* 24. *v.* **Fürſtenthumb**. *Joh. Adelzreuter in Aſſert. Juris Bavar. c. 4. q. 1. & Veterem alii concedere ſine Electorum conſenſu nequit. Id. d. c. 4. q. 2. Lindenſp. de Imper. & famil. Origin. Rubr. de Ducibus & Elector. Saxon. n.* 27. argumento Capitulationum. *Licet Panvin. de* Comitiis *Imperat. c. 10. jus illud* Imperatori *tribuat.*

& praxeos: *Ita enim Imperator Sigismundus* Electoratum Saxoniæ Friderico Thuringiæ Landgravio de conſilio Electorum contulit, ut conſtat ex *Diplomate inveſtituræ apud Hortlad. de cauſis belli Germ. l. 4. c. 9. n.* 105. *Contrarium tamen tuetur poſt Arum. Diſc. 4. ad A. B. th. 16. & alios Stamler. de Reſerv.* Imper. §. 17.

II. *Quæri hic ſolet* (1.) *Cur olim* in conſtituendis Electoribus numerus ille ſeptenarius placuerit?

Et à plerisque quidem id ejus ſanctitati adſcribitur, de quo poſt alios legi poteſt, *Parens noſter de Saxon. non provocandi jure verbo Electorum c. 1. n. 305. & ſeqq. Coler. de Jure* Imper. *Germ. th. 44. & Gvilh. Onciacius in Decad. Numer. Legal. alii verò alias adſerunt rationes à Limn. l. 3. c. 2. n. 27. & ſeqq. adductas Sed quoniam, ut ſeq th. 7. expl.* probabitur, Electores non ex conſtitutione quadam, *ſed propriâ quorundam Germaniæ Procerum illius poteſtatis uſurpatione*, quæ aliis atque aliis Jus ſuum negligentibus paulatim ad hunc exiguum numerum devoluta eſt; ortum ſuum habent, *magis caſus* quàm præmeditatæ numeri illius electioni id adſcribendum eſſe certo certius eſt, *quanquam negandum non ſit, officia ſeptem Imperii ab iis, qui poſteà Electores ob eadem facti ſunt, numero tali occaſionem ſimul dediſſe*, de quo tamen etiam *Onuphr. Panvin. de Comit.* Imperator. *c. 9. ante fin. legi poteſt.*

(2.) *Cur Collegium* hoc ex Eccleſiaſticis & Politicis conflatum ſit?

Ad quod reſolvendum, licet quidam ad primam
A. illius Conſtitutionem rurſus confugiant, ac *hanc rationem reddant*, quod illius inſtitutor putarit, rem tanti momenti ſine Sacerdotibus adeoque viris eruditione ac ſanctimoniâ conſpicuis perfici non poſſe, vel Clerum, utpote potiſſimam Reipublicæ Chriſtianæ partem, ab hoc jure excludendum non eſſe.

Nonnulli verò cenſeant, Pontifices Romanos tanquam falcem ſuam ſemper in negocia Imperii immittentes, hic ad intentionem ſuam eò melius conſequendam & Imperatores Statui ſuo accommodatos nanciſcendos utilitati ſuæ per ingeſtionem illorum etiam conſulere voluiſſe. *Verius tamen eſt*, Clericos hos tanquam jam olim magnis dignitatibus & Principum honore conſpicuos ſemel ipſos, tamen abſque conniventiâ & ſuggeſtione Pontificum, intruſiſſe *ad exemplum*
B. *Parium Franciæ*, qui in illo Regno etiam maximas dignitates obtinent, & unctione Regum ſuorum potiſſima officia ſuſtinent, *ſuntque illorum ſex Eccleſiaſtici*, utpote Archiepiſcopus Rhemenſis, Epiſcopus & Dux Laudunenſis, Epiſcopus & Dux Ligonenſis, Epiſcopus & Comes Bellovacenſis, Epiſcopus & Comes Catalaunenſis ac Epiſcopus & Dux Noviodunenſis: *Et ſex ſeculares*, qui in inaugurationis actu pro Regum arbitrio ex Ducum numero legi ſolent, quales fuerunt in inauguratione Ludovici XIII. ſecundum *Gramondum l. 1. Hiſtor. Galliæ p. m.* 16. Condæus, Contius, Sveſſio Principes ſanguinis, & Nivernus, Ellebovius ac Eſpernonius.

De quo etiam agit *Limn. in Notit. Regni Franciæ l. 2. c. 25. lit. f. f. & ſeqq. ubi lit. n. n. ſingulorum functiones recenſet.*

Ubi porrò referendum Gramondo aſſentiri Thuan.
C. *l. 27. Hiſt. f. m.* 531. dum ſcribit, Secularium Parium numerum definitum non eſſe, titulis illis honorificis pro Regum arbitrio præcipuis dignatione aut gratiâ viris ſemper attributis: & paulò poſt addit, id ſemper obſervatum fuiſſe, ut inter eos creationis tempus in incedendi & ſedendi ordine inſpiceretur.

Quæ circa Electores ſingulos ab aliis conſignari ſolent, illa ſeq. th. 12. & in explic. annotata ſunt.

TH. VI.

Electorum horum conſideranda (1.) Origo, (2.) poteſtas & jura ſive privilegia. (3.) Officia.

TH. VII.

Origo Electorum veriſſimè non alicui Conſtitutioni pragmaticæ, ſed propriæ quorundam præcipuorum Principum uſurpationi
D. accedente reliquorum tacito conſenſu & longinquo uſu debetur,

Explic.

C*Ollegii hujus auctorem plurimi Ottonem* III. *Imperatorem* anno ætatis decimo ad Imperium evecto, & ideò primum Ottonem puerum, **das Kind**/ poſteà v[illegible] mirabilia mundi dictum, teſte *Ottone Friſing. l. 6. c. 26. Alii verò, Gregorium V. Pontificem, cum eâ tamen reſtrictione, quod illud cum conſenſu dicti Ottonis fecerit, conſtituunt, ſed utrumq; per errorem & contra veritatem fieri per ſequentia demonſtrabimus. Licet enim prioris aſſertores id inde probare nitantur, quia* (1.) *Willegiſius* Ottonis illius Præceptor primus Elector Moguntinus fuit, & in ſignum vilium natalium (fabri enim rotarii filius fuit) rotam, quâ adhuc Electores & Archiepiſcopi illi utuntur, pro inſigni uſurpavit, uti apud veteres Scriptores conſtanter reperitur, & id ex Catalogo illorum apud *Bucelin. in German. ſacrâ, parte 1. fol. 2.* conſtat.

(2.) *Otto-*

Digitized by Google

2. *Ottonis illius Succeſſor Henricus* II. Rinoldo Bambergenſe ultimo Comite anno 1007. ſecundum nonnullos Hiſtoricos ſed erroneè, ut *ſeq. th.* 15. *expl.* 2. demonſtravimus, mortuo Comitatum illum in Epiſcopatum cognominem transmutavit, *hoc regali addito*, ut Electores ſeculares Epiſcopatui illi eadem officia præſtarent, quæ Imperatori ipſi ut refert *Caſp. Bruſche de Epiſ. German. ſub Epiſcop. Bamberg. f. m.* 236. *Sed nos d. th.* 15. *explic.* 2. *pluribus ex parte refutavimus.*

3. *ante iſtum* verò Ottonem in nullo Scriptore Electorum fit, vel fieri poteſt mentio: *nam*, ut antiquiores Imperatores prætereantur, Otto Magnus à Romano Senatu & Populo ad Imperium capeſſendum vocatus fuit, ut notum, & inſuper *prac. c.* 1. *th.* 11. *expl.* 1. annotatum eſt; ejus filius verò, *Otto* II. *ſucceſſionis jure imperium obtinuit a patre*, ut omnes ſcriptores, & inter illos *Wittichindus l.* 1. *Hiſt. in f. Ditmarus in Chron. l.* 2. *f. m.* 12. *Viterbiens. in Chron. P.* 17. *f.* 478. & 480. *Otto Friſing. l.* 6. *Chron. c.* 25. *Anth. Chron. Laurisham. poſt an.* 970. tradunt.

Poſterioris verò defenſores, qui nempè vel Gregorio illi dicto vel alii Succeſſorum inſtitutum illud tribuunt, inde fundamentum ſuum ſtruere conentur, *quia*

(1) *Sanctio illius* Pontificis adhuc exſtat, & *poſt Bizar. l.* 23. *Hiſtor. Genuenſ. f. m.* 554. & *alios a Goldaſto Tom.* 3. *Conſtit. Imper. ſub Ottone tamen* IV. *tanquam ejus Conſtitutio ad ann.* 1209. *f.* 371. *refertur, videri etiam poteſt Fragmentum* **des Reichs-Tages unter Käyſer Otten den Dritten gehalten** *apud Eund.* **In der Reichs-Handlung** *f.* 16. (de quo tamen vide *Eund. de Regno Bohem. l.* 3. *c.* 5. *n.* 9.)

(2.) *Inſtitutio illa Electorum in c. venerabilem* 34. *de Elect. & Elect. poteſtate, & Clement. un. de Jnrejurando conſignata eſt.*

(3) *Albertus Imperator* in literis ſuis, quarum exemplum refert *Goldaſt. in Conſtit. Imper. Tom.* 1. *f. m.* 93. & *fragmentum ex Baronio habet Limn. in addit. prior. ad l.* 3. *c.* 1. *n.* 1. collationem illius Juris ab Apoſtolica ſede factam eſſe recognoſcit.

(4.) *Innocentius X.* Pontifex illud *in Bullâ vel Declaratione ſuâ nullitatis articulorum nupera pacis Germaniæ in ipſo conventu Statibus Imperii per Nuncium ſuum Fabium Chiſium, poſteà Papam Alexandrum* VII. *expreſſe memorat his verbis: Numerus ſeptem Electorum imperii olim Apoſtolicâ auctoritate præfinitus ſine noſtro & Sedis præfato beneplacito augetur, & octavus Electoratus in favorem Caroli Ludovici Comitis Palatini Rheni hæretici inſtituitur.*

Plura vide apud Bellarmin. l. 3. *de Translat. Imper. c.* 2. (qui tamen quoad Gregorium V. ſe mutavit *in Opere Recognit. ſub finem*) *Hoſtienſem in d. c. Venerabilem, Gretſer. In defenſ. Bellarm. l.* 3. & alios Pontificios Scriptores, nec non *Baron. Tom.* 10. *Annal. ad Annum* 996. *num* 38. & *ſeqq. Gevvold. de Sacri Rom. Imper. Septemvir. c.* 6 & 7. ubi operoſiſſimè ad contraria reſpondere nititur. Quibus omnibus adde *Schardium in ſingulari ſcripto de Electorum origine edito. Gold. l.* 3. *de Regno Bohem. c.* 6. *n.* 2. *Wendeck. de Elect. origine Verder. l.* 2. *Diverſ. lection c.* 44. *Mallincrot. de Archi Cancell. l.* 2. *c.* 3. *Balaum de Vitis Roman. Pontiſ. ſub Gregor. illo. Coccin. de Transl. Imperii ad Rom. Ciaccon. de Vit. Pontiſ. ſub Gregorio X. Kieffer. de Elector. origine & Poteſtate Quæſt.* 4. & *ſeqq.*

Utraque tamen opinio tùm ob falſa, ficta & præſuppoſita, quæ in ſe continet, *tùm ob domeſtica teſtimonia*, quibus innititur, *facilè refutari poteſt.*

Nam (1.) *Ottonis illius tempore* Bohemia nondum habuit Reges ſed ſolùm Duces, *ſiquidem ſecundum Urſperg. in Chronico ad annum* 1220. & *alios fide dignos Hiſtoricos paulò poſt allegatos primus Bohemiæ Rex Wratislaus Sanctus ab Henrico* IV. *demum*, vel, ut alii contendunt, *Vladislaus à Friderico* I. *anno demum* 1159. Reginoburgi ſecundum Diploma ab *Hagecio p.* 1. *Chron. Bohem. f. m.* 248. & *ſeq. ac Gold. p.* 2. **der Reichs-Satzungen** *f. m.* 13. relatum, creatus eſt.

Mirum itaque videri poteſt, quod Philippus Imperator Primislaum Ottocarum anno 1200. in Comitiis Moguntinenſibus è Duce in Regem exaltavit, eique ipſe Coronam impoſuit, ac privilegium dedit, ut Bohemia in poſterum Regnum eſſet, & poſt ejus obitum Bohemi ſibi ſemper Reges eligere poſſent, ut patet ex extractu illius privilegii apud *Gold. p.* 2. **der Reichs-Satzungen** *f. m.* 14. quod etiam in ſua eidem Primislao anno 1212. factâ confirmatione, *Fridericus* II. *apud eundem p.* 1. **der Reichs-Satzungen** *f. m.* 30. refert.

Sed ſciendum eſt, primum Regem omninò Wratislaum illum, Sanctum dictum, ſed perſonaliter tantum ab Henrico IV. *ex teſtimonio Coſmæ Pragenſis in Chron. lib.* 2 *ad annum* 1086. & *plurium aliorum a Goldaſt. l.* 3. *de Regno Bohem. c.* 10. §. 8. & 9. *allegatorum auctorum, creatum fuiſſe, quod etiam Imperator Fridericus* I. *apud Hagec. d. l.* & *Goldaſtum d. p.* 2. *f. m.* 13. *fatetur*, & *Sylvius in Hiſtor. Bohem. c* 22. *ac Mechovius in Chron. Polon. l.* 3. *c.* 4. *in pr.* & *Dlugoſſ. l.* 4. *Hiſtor. Polon. f.* 281. *memorat, ſed cum* poſt ejus obitum interregnum aliquot annorum ſub ſex Ducibus, uno defuncti fratre, altero cognato, reliquis filiis, proprio auſu regnantibus, eſſet, dictum Vladislaum, Vratislai illius nepotem à memorato Friderico I. ut ipſe in dicto Diplomate refert, in avi ſui dignitatem anno 1159. *vel præcedenti anno* 1158. *ut Radevicus de Geſt. Friderici* I. *l.* 1. *c.* 13. *narrat*, ſed etiam abſque hæreditario jure, ut ex diplomate illius recenſet *Aventin. l.* 6. *Annal. Bojor. f. m.* 390. licet Bohemiam ipſam in perpetuum regnum ſit evectum, ut tradit, *Balbinus in Epitome Rerum Bohemic. l.* 3. *c.* 10. *f.* 230. & *ſeq. c.* 14. *addit*, Regem illum antea à dicto Friderico I. ſaltem circulo Ducali ornatum fuiſſe ex Bullâ Caroli IV. ibi relatâ, reſtitutum fuiſſe, & cum iterùm poſt ejus mortem interregnum 25. annorum ſub diverſis Ducibus, pleriſque tamen defuncti filiis, dum non poſſent coronam ab Imperatoribus accipere, & in ſpecie Fridericus à patre Vladislao illo citra Imperatoris ſcientiam & voluntatem Succeſſor per ceſſionem declaratus eſſet, ut Imperator ille in Reſcripto ad Udalricum Ducem Brunnæ apud *eund. fol. eod.* & *ſeq.* memorat, de quo etiam legi poteſt *Sylvius in d. Hiſtor. Bohem. c.* 25. exiſteret, tandem prædictus *Philippus Imperator* Primislaum illum Ottocarum dictum Vladislai illius filium ob ejus merita & fidelem operam, ut memoratum, in Regem, & Ducatum ejus in Regnum evexit, conſtituendo, ut Bohemi in poſterum Reges ſibi eligere poſſent, idque *Fridericus* II. Imperator non ſolùm in illo confirmavit, ſed etiam *adjecit*, ut ita electi Reges non amplius neceſſe haberent, ſecundum priorem morem coronam ab Imperatoribus recipere, ſecundum tenorem illius privilegii apud *d. Hagec. f. m.* 295. & *Goldaſt. d. f.* 30. De quibus omnibus tamen legi poteſt *parens noſter De Saxen. non provoc. Jure verbo Electorum c.* 1. *n.* 184. & *ſeqq.* & *Goldaſt. d. l. atque ab illo demum*

tempore

tempore Bohemi continuò Reges habuerunt: Cum tamen in dictâ Gregorii V. ſanctione longe antiquiori Bohemiæ Regis mentio jam facta ſit.

(2) *Variant admodùm tàm in auctore, adeoq́; ſimul adjecto tempore:*

Nam alii ex monumentis Eccleſiæ Aquilegienſis *Henrico II. Imperatori ac Silveſtro II. Pontifici*, quos inter reperitur Martinus Polonus in Chron. f. m. 344. *Theod. de Nyhem. in Nervor. Union. tract. 6. Labyr. c. 32. Rolevvinck. in Faſcic. Temp. ætate 6. ſub Ottone III. f. m. 71. Stella de Vit. Pontif. p. m. 24. Nicol. Cuſan. l. 3. de Concord. Cathol. c. 3. & ſeq. Naacler. Vol. 2. Gener. 34. f. m. 144. & Marſilius de Menandrino de Transl. Imper. c. 11. Alii verò*, inter quos primatum obtinet *Baron. Tom. 10. Annal. ad annum 996. n. 58.* ab Innocentio IV. Papâ ex teſtimonio *Matth. Pariſienſis in Hiſtor. Anglic.* (*f. m.* 655. & eum ſecutus *Bellarminus in d. Recognitionum opere* in Concilio anno 1245. Lugduni habito poſt excommunicatum Fridericum II. *talem conſtitutionem* factam aſſerunt: *Alii tandem* & inter illos præcurſore *Onuph. Panvin. de Comitiis Imperatoriis c. 6. & c. 9. in pr. Zoanettus de Romano Imperio n. 244. ita tamen* ut Gregorio V. inſtitutionem ipſam & Gregorio huic executionem ejus attribuat, *à Gregor. X. Pontifice* in Concilio ibidem habito illos inſtitutos contendunt, vel potius conjiciunt.

Quomodo verò circa Imperatores tanquam auctores varietur legi poteſt apud *Heig. p. 1. quæſt. Juris 3. n. 10. & ſeqq. Schönborn. l. 5. Polit. c. 6. & alios.*

Quàm in ipſorum Electorum denominatione. Siquidem *Matth. Pariſienſ. d. l. nominat* inſtitutos ab Innocentio IV. *Ducem Auſtriæ, Bavariæ, Saxoniæ & Brabantiæ*, ac *Archiepiſcopum Colonienſem, Moguntinum & Salisburgenſem.* Quod etiam agnoſcit *Baron. d. l. ſed paulò poſt* incerto tamen auctore ab Innocentio vel ejus Succeſſore Alexandro IV. perſonas iterùm mutatas fuiſſe in illas, quæ adhuc hodiè illo jure gaudent, *tradit. Agnoverunt hanc varietatem præter d. Baronium multi Catholici, in diverſas partes ideò euntes, interq́; illos. Naucler. Vol. 2. Gener. 34. d. f. 144. Blond. l. 3. Dec. 2. f. m. 189. Alph. Alvarez. de Poteſt. Pontif. c. 16. n. 15. Alex. Carer. de Eadem l. 2. c. 28. n. 2. Bellarmin. in d. libro Recognitionum circa fin.*

(3.) *Etiam ab Ottone illo omnes intermedii Imperatores usq́; ad Frideric. II. vel ab omnibus, vel ſaltem à longè pluribus* Proceribus, *immò cotis nonnullis nationibus* ad coventum electionis univerſalem magno numero confluentibus electi ſunt, ut teſtatur *Otto Friſingenſis plurimorum Coætaneus de Henrico II. illius Succeſſore proximo d. l. 6. c. 27. his verbis: Anno ab incarnatione 1001. mortuo ſine hærede Ottone Henricus patre Hezilone, natione Noricus, ejusq́; Gentis Dux ab omnibus Regni Primoribus 87. ab Auguſto Rex creatur. De Conrado Franco ejus proximo iterùm Succeſſore. Idem Friſing. ſeq. c. 28. de Henrico V.* (nam ejus pater Henricus IV. & Avus Henricus III. à viventibus adhuc parentibus citra ordinariam electionem cum conſenſu tamen Procerum Reges & Succeſſores deſignati fuerunt, ut *idem d. c. 28. & 34.* memorat) *l. 7. c. 11. de Lothario ſeq. c. 17.* & in *Vitâ Friderici I. Imperatoris l. 1. c. 16. de Conrado d. l. 7. c. 22. & ſeq. ac d. l. 1. c. 22. De ejus filio Henrico ante patrem mortuo d. l. 1. c. 43.* & de *Friderico I. fratris ejus filio d. l. 7. c. f.* his iterùm clarè verbis: *Rex electus eſt apud Franconefurt unanimi Principum totiusq́; Regni conſenſu*, quod etiam *in ejus vitâ l. 2. c. 1.* repetit: *Quod verò Fridericus hujus filium Henricum VI. Imperatorem conceſſit, ex Ottonis de S. Blaſio* ad dictum Friſingenſem *Appendice c. 32. & ſeq. conſtat*, quod pater illi in Regnum aſſumto in generali Curiâ Presburgi anno 1189. habitâ regalia tradiderit, & hic anno ſeq. à Cœleſtino Papâ coronatus fuerit. *Filius quoq́; ejus Fridericus II.* quadrimus à vivo patre cum coonſenſu Principum cunctorum præter Colonienſis Archiepiſcopi, Rex deſignatus eſt, teſte *eodem ſeq. cap. 45.* Et cum ob ejus iofantiam Philippus patruus interim à Bavariæ & Saxoniæ Ducibus ac cæteris Baronibus nec non Epiſcopo Magdeburgenſi ac Salisburgenſi in defenſorem Imperii & poſteà Regem eſſet electus, Archiepiſcopus Colonienſis ac Trevirenſis & quidam Epiſcopi, nec non Henricus Palatinus Rheni cum aliis Baronibus illarum Regionum aggregati electionem dicti Friderici II. jam antè factam caſſantes, elegerunt Ottonem Henrici Bavariæ & Saxoniæ quondam Ducis filium, teſte *eodem c. ſeq.* Idem *Hermannus Contractus & Bertholdus Presbyter Coætanei in Chronico ad annum* 1053. *de Henrico IV. referunt, & poſterior quidem ad annum* 1077. *narrat*, illo à Papâ ob Simoniam *apud Principes Imperii* accuſato, *hos* colloquio Regni generali apud Forcheim habito Rudolphum Ducem Alemanniæ in Regem elegiſſe, *& ad ann.* 1081. Rudolpho hoc in expeditione adverſus prædictum Henricum occiſo, *à Principibus Regni Teutonicorum ſcilicet, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Ducibus, Marchionibus & Comitibus conventa facto Hermannum Lucelburgenſem in Regem electum fuiſſe.*

Quod etiam Robert. de Monte in Appendice ad Sigeberti Chronicon & annum 1126. de Lothario Saxone & ad annum 1198. de Ottone Duce Saxoniæ. Abbas verò Urſpergenſis ad annum 1054. de Henrico IV. ad annum 1106. de Henrico V. ad annum 1198. de Philippo, & ad annum 1210. de Friderico II. Nec non Gotfridus Viterbienſis in Chronico parte 17. de Henrico II. f. m. 483. de Cunrado II. f. ſeq. & 487. de Lothario Saxone f. 509. De Cunrado III. f. 510. & ſeq. & de Friderico I. f. 514. memorat. De quibus omnibus Panvin. d. c. 6. legi poteſt.

Inprimis verò hic notatu dignum, quod Vippo Synchronus & præſens in vitâ Chunradi Salici de ejus electione refert: Dum enim in pr. memorat, Archiepiſcopos, Epiſcoposq́;, & Principes Seculares Primores, qui unà cum reliquis electioni Imperatoris intereſſe ſoleant, *ſubdit in Conventu Univerſali ad Electionem illius Imperatoris in planitie intra Moguntiam & Wormatiæ confinia habito Francos, Lotharingos, Saxones, Noricos, Alemannos conveniſſe, & cum duo Principes, Chunradus nempè prædictus, qui Senior vocatus fuit, & Chunradus Junior in Conſiderationem venirent, hic verò illi ceſſiſſet, hinc ſummo judicio concordiæ conſediſſe Principes & populum frequentiſſimum adſtitiſſe.*

Et tunc Archiepiſcopum Moguntinenſem, cujus ſententia ante alios accipienda fuit, rogatum à populo, quid ſibi videretur, elegiſſe ſeniorem illum Chunradum, & hanc ſententiam cæteros Archiepiſcopos & reliquos Sacrorum ordines ſequutos fuiſſe, poſteà quoq́; Chunradum juniorem cum Lotharingis deliberatione habitâ illum elegiſſe, & ſingulos de ſingulis Regnis eadem electionis verba ſæpè repetiiſſe, tunc clamorem factum & omnes unanimiter in Regis electione Principibus conſenſiſſe: ubi plura legi poſſunt. *Et paulò pòſt addit*, Imperatorem illum filium ſuum Henricum ætate undecim annorum *Principibus Regni cum totâ multitudine id probantibus* ab Archiepiſcopo Colonienſi in regalem apicem in palatio Aquisgrani ſublimari feciſſe. Quod etiam probatur ex *ſcripto Principum Imperii ad Innocentium III. Pontificem de obitu Henrici VI. & novo Rege electo, apud Goldaſt. p. 1. Conſtit. Imper. f. m. 72. in cujus principio & fine Principes & Barones quosdam Ottonem elegiſſe, alios verò ab illo diſcordes fuiſſe* (nam Philippum illi elegerunt) *Ponti-*

Digitized by Google

OPERIS POLITICI
Libri II.

DE
ADMINISTRATIONE
ET CONSERVATIONE
REIPUBLICÆ
Pars III.

Continens Partem Specialem De Statu & Regimine Imperii noſtri.

SECTIO II.

CAPUT I.

DE STATIBUS IN GENERE: ET IN SPECIE DE ELECTORIBUS:

Ubi de illorum Juribus & Prærogativis, Charactere proprio, oneribus publicis, & diſtributione: De horum verò numero & Individuis, nec non origine, poteſtate, officiis, privilegiis ac ſingularibus Juribus & prærogativis.

SUMMARIA.

Th. I. Status Imperii quis, & quæ circa illum conſideranda.

Expl. An ille Membrum Imperii propriè appellari poſſit.

Ubi ſimul de Vocabulo Ordines cum ſimilibus.

Th. II. Jura & prærogativæ illius in quo conſiſtant.

Expl. I. Cur non de omnibus, ſed ſaltem memoratis illorum Juribus hic agatur.

Jus ſeſſionis & ſuffragii in publicis Imperii Comitiis verus ejus character eſt, ubi objectionibus reſpondetur.

Non verò inſcriptio in matriculam.

Matricula Imperii quid & quotuplex.

An illa plenam probationem faciat?

Quæ inter tot Matriculas maximam fidem mereatur.

Quot illarum à Sigismundo I. Imper. usq; ad hæc tempora confecta.

Referuntur alia ſigna ad demonſtrandum aliquem eſſe Statum ab aliis propoſita, & examinantur.

Ubi de Statibus Imperii, qui Imperio non contribuunt, disquiritur.

Expl. II. De Jure territoriali remiſſivè.

Expl. III. De Jure non evocandi Statibus competente.

A.

An Bohemia Regnum hic extra fines Germaniæ habendum ſit.

Modus antiquus citandi ad Aulam Imperatoriam in rebus arduis Status Imperii.

Status Imperii absq; Electorum conſenſu, in bannum declarari, & feudis ſuis privari nequeunt.

Th. III. Onera Imperii publica à Statibus ſuſtinenda in quibus conſiſtant.

Expl. I. Onera quædam totum concernunt imperium, quædam ſaltem aliquot Status.

Expeditionis Romanæ primordium, & antiqua forma: quando primum ſubſidium 20000. peditum & 4000. equitum introductum.

Quamdiu illa intermiſſa & quare.

Quantum detrimentum inde natum.

B.

Ubi Maximil. I. & Carolus V. Coronam Romanam acceperint.

An illius receptio neceſſaria.

Quomodo tandem ſumtus in illam expendendi ad Turcica bella translata.

Quare hodiernus collectandi modus nach den Römer Monaten *fiat, & adhuc expeditio Romana appelletur.*

An in materiâ Collectarum ſuffragiorum major pars minorem vincat, remiſſivè.

Expl. II. Agitur de Collectis Imperii, & in ſpecie

Von dem gemeinen Pfenning *quadam notabilia memorantur.* A.

Imperator abſq; Statuum Imperii conſenſu nulli poteſt portionem ſuam remittere.

Der Reichs-Städte Steuer / oder Reichsſchilling *quid ſit.*

Collecta Imperii ſunt ordinaria & extraordinaria, & qua utraq; ſit.

Expl. III. *De ſuſtentatione Cameræ Imperialis.*

Quomodo ſucceſſivè illa huic præſtita, donec à Statibus perpetuo illa ſuſcepta ſit.

De quotâ quam quilibet Status ad ſuſtentationem illam ſingulis terminis confert, remiſſivè.

& quam novi Principes contribuunt, expreſſè.

Expl. IV. *De comparitione Statuum ad Comitia publica propriis ſumtibus facienda.*

De querelâ illorum ob nimiam horum frequentiam atq; adeò ſumtuum impenſionem.

De ſimilibus ſumtibus à quibusdam Statibus in conventibus ſingularibus impendendis. B.

Expl. V. *Sumtus pro conſcribendo milite ad defenſionem unius vel plurium Circulorum, vel etiam totius Imperii Status, vel ſinguli Circulorum, vel univerſi pro qualitate expeditionis de proprio ſecundum quotam ſuam expendere debent.*

Excepto caſu executionis à Camerâ demandata.

Iidem ſumtus in Conventu ad probandam monetam inſtituto de proprio impendere debent.

Expl. VI. *Similiter ſi Status, per quorum territoria Electores ad conventum Electionis iter ſuum inſtituunt, conductionem illorum propriis ſumtibus perficere debent.*

Th. IV. Quomodo Status Imperii diſtribuantur.

Th. V. Electores quid & quot hodie ſint. C.

Expl. Ante Pacificationem illorum, ut notum, ſaltem ſeptem fuerunt, & ante Auream Bullam Brandenburgicus Saxonico prælatus eſt.

Cur octavus per Pacificationem additus ſit.

Maximilianus I. *Imperator octavum ex ſuâ domo obtinere nequivit, & id etiam Tranſylvaniæ Principi denegatum fuit.*

Nonum igitur Electoratum Imperator per ſe inſtituere & veterem vacuum aliis ſine Electorum conſenſu conferre nequit.

Cur olim ſeptem inſtituti ſint.

Cur Collegium hoc ex ſacris & politicis conflatum ſit.

Th. VI. Quæ circa Electores conſideranda.

Th. VII. Illorum origo non ex Conſtitutione quadam pragmatica ſed tacitâ & ſucceſſivâ uſurpatione introducta eſt.

Expl. Otto III. *Imperator à plurimis pro Auctore Electorum, ab aliis vero Gregorius V. Pontifex, ab aliis iterum Sylveſter* II. *ab aliis vero Gregorius* X. *ſed erroneè habetur, propter rationes adductas.* D.

Quis primus Bohemiæ Rex creatus fuerit exactè demonſtratur.

Referuntur exempla omnium Imperatorum ab Ottone III. *usque ad Fridericum* II. *incluſive ab omnibus, vel plerisque, vel ſaltem pluribus Imperii Statibus electorum, & inde concluditur, jus eligendi ad hodiernos Electores ſenſim & per conniventiam tandem perveniſſe.*

Th. IIX. Poteſtas & jura Electores vel univerſos ſimul, vel Eccleſiaſticos & Laicos ſeorſim, vel ſingulos illorum concernunt.

Th. IX. Univerſorum poteſtas & jura in quibus conſiſtant.

Expl. I. *Unde illi poteſtatem ſuam habeant.* A.

Expl. II. *Electores in Comitiis univerſalibus ſingulare Collegium conſtituunt n.* 1.

Fraterna illorum unio eſt duplex & quæ utraque.

Electores Regibus comparantur, ubi exempla literarum ad Reges exaratarum & titulatura n. 2.

Crimen Majeſtatis quo reſpectu in illos committatur n. 6.

Illorum privilegium de non appellando & non evocando n. 8. *quomodo inter ſe differant ibid.*

Privilegium ſpeciale à Sixto IV. *Pontifice Electoribus Saxonicis datum. ibid.*

Electores ſine coelectorum conſenſu in bannum declarari & feudis ſuis privari non poſſunt n. 10. *quod etiam hodie in aliis Statibus obtinet.* B.

In inveſtiturâ Cancellariæ Cæſareæ nihil ſolvunt n. 11.

Th. X. Poteſtas & jura Eccleſiaſticis & ſecularibus Electoribus ſeorſim competentia quæ.

Expl. I. *Cur Eccleſiaſtici nepotes ab Imperatoribus vocentur. Cardinalis Welſæus ob ſolam dignitatem à Carolo* V. *cognatus vocatus eſt, cum alias Lanii filius eſſet.*

Illi banno imperiali non ſubjacent & quare n. 4.

Per ſolam Electionem Canonicam habilitantur ad Imperatorem eligendum n. 5.

Expl. II. *Electorales ſeculares jure primo genituræ gaudent. n.* 2.

Illorum Electorales Provinciæ indiviſibiles ſunt. n. 3. *ſolâ ſucceſſione & virtute principatuum omnia jura acquirunt. n.* 4. *decimo octavo anno legitimam ætatem conſequuntur. n.* 5. C.

Quid juris ſit circa tutelam impuberum legitimam. n. 6.

Th. XI. Quæ poteſtas & jura Electoribus ſingulis ordinariè & extraordinariè competant.

Th. XII. Quæ ſingulis ordinariè competant

Expl. I. *Moguntinus quibus ſpecialibus juribus gaudeat.*

Expl. II. *Trevirenſis quibus.*

Expl. III. *Colonienſis quibus.*

Expl. IV. *Rex Bohemiæ quibus.*

Expl. V. *Bavarus quibus.*

Expl. VI. *Saxo quibus.* D.

Expl. VII. *Brandenburgenſis quibus.*

Expl. IIX. *Palatinus quibus.*

Th. XIII. Quæ Electoribus quibusdam extraordinariè & tanquam Vicariis quo ad adminiſtrationem imperii competant.

Expl. Circa Vicarios obſervanda

1. *Origo, quæ antiquiſſima eſt & tàm quo ad imperium antiquum quàm hodiernum deducitur.*

Circa poſterius Hermannus Billingus primus & quidem in Saxoniâ Imperii Vicarius.

Conradus Sueviæ Dux in Italiâ.

Otto Sueviæ Dux in Germaniâ.

Quid de Hugone Tuſciæ Vicario ſentiendum.

2. *Diſtinctio illorum in hæreditarios, perpetuos ſive perſonales & temporarios.*

Inter primos referendi Duces Sabaudiæ.

Quando

Quando ac qualem hi in Italiâ Vicariatum ob-tinuerint. A.

Mediolanenſes, quando & qualem hi obti-nuerint.

Montiſferratenſes Marchiones quando & qualem.

Mantuani Marchiones & Duces quando & qualem.

Inter medios Eduardus III. *Angliæ Rex.*

Carolus Delphinus & poſtea Rex Galliæ: ubi à quo & qualem acceperit.

Inter ultimos qui.

Alia diſtinctio in hæreditarios generales ad cer-ta tamen ſaltem adſtrictos, & ſpeciales.

Ubi exempla utrorumq; referuntur.

Alia in illos, quos Imperatores *in* Imperio *ad certum tempus vel actum pro arbitrio inſtitue-runt, & qui ex proviſione legis hæreditario ju-re conſtituti ſunt.* B.

3. *De Vicariatu Comitis Palatini Rheni & Ducis Saxoniæ κατ᾽ ἐξοχὴν ita dictorum.*

Comes *Palatinus Rheni illum ex antiquo privi-legio, Dux Saxoniæ verò ex diſpoſitione Au-rea Bulla habet, ut latè demonſtratur.*

Palatino Vicariatus ſuus nuper ab Electore Ba-variæ nonnullis rationibus impugnatus, ſed ab illo magnis fundamentis & armatâ manu de-fenſus. Cujus *deciſio ad Imperatorem & Sta-tus* Imperii *pertinet.*

4. *Forma horum Vicariatuum, conſiſtens maximâ ex parte in utriusq; diſtrictibus hic memoratis.*

An Vicarii hi in Vicarios Italiæ *ſuam juriſdi-ctionem exercere poſſint?*

5. *Objectum quod, ubi de caſibus ab illo-rum poteſtate vel juriſdictione exemtis latè diſquiritur.* C.

An Comes *Palatinus Rheni vicariam il-lam poteſtatem etiam tunc exercere poſ-ſit, quando Imperator trans Alpes profi-ciſcitur?*

6. *Finis quis.*

7. *Effectus in quibus conſiſtat.*

8. *Contraria quæ.*

Th. XV. Quæ poteſtas Electori Moguntino cir-ca electionem, ac eidem cum Electore Co-lonienſi circa coronationem Imperatoris com-petat.

Th. XVI. Officia Electorum ſingulorum quæ.

Expl. I. *Imperii Cancellariorum, Archican-cellariorum & Archicapellanorum Syno-nymia.* D.

Quare illi Archicapellani dicti.

Capellæ etymon.

Horum officia antiqua.

Quis primum titulum illum uſurparit.

Olim non Archicancellarii ipſimet, ſed vice Cancellarii Imperatorum diplomata ſubſcri-pſerunt.

Quis primus Moguntinus fuerit.

Sub Ottone I. *demum dignitas illa hæreditaria vel potius ſucceſſoria in Archiepiſcopatu Mo-guntino facta eſt, & tunc ad* Italiam *hoc offi-cium etiam ſe extendit.*

Cur Archicancellarius hic Germaniæ primarius factus ſit.

Archiepiſcopus Colonienſis poſtea Archicancella-rius per Italiam conſtitutus eſt.

Sed quo tempore id factum ſit, accuratè demon-ſtrari non poteſt.

Et tandem Archiepiſcopus Trevirenſis Archi-cancellarius per Galliam & Regnum Arelatenſe conſtitutus eſt.

Quo tempore id factum ſit, probabiliter o-ſtenditur.

Agitur de uniuscujusque diſtrictu, cum an-notatione illos ſecundum Eccleſiaſticam juriſdi-ctionem non verò Geographiam menſurandos eſſe.

Ex illis primi duo quidem clarè demonſtrari poſſunt, ſed ultimus difficilis cognitu eſt, no-ſtro judicio tamen Galliâ Belgicâ & Regno Are-latenſi strictè ita dicto circumſcriptus eſt, per rationes adductas.

Regnum illud Arelatenſe à Friderico I. *Impe-ratore per matrimonium acquiſitum & impe-rio rurſus ſubjectum, ſed ſub Rudolpho* I. *Im-peratore rurſus amiſſum & regno Galliæ unitum fuit.*

Expl. II. *Electorum ſecularium officia olim cer-tis familiis non attributa & ideo nec hæredita-ria fuerunt, ubi illi Principes, qui olim illis functi ſunt, memorantur, unde factum, ut antiqui ſcriptores in illis recenſendis ita va-rient.*

Singuli ſeculares Electores ratione officiorum ſuorum ſingulare ſignum in ſuis inſigniis habent, quæ hic referuntur.

Elector Saxoniæ in omnibus actibus publicis tàm civilibus quàm bellicis Mareſchalli imperialis officium præſtat, & Imperatori gladium eva-ginatum profert.

Et Palatinus hodie coronam in actibus ſolemni-bus portat.

An antiqui quatuor ſeculares Electores, inter quos hodie Bavarus Palatini locum ſupplet, vel vices gerit, Epiſcopatus Bambergenſi & ejus Epiſcopis eadem numero officia ex inſtitu-tione Henrici II. *Imperatoris teneantur, quæ Imperatori ipſi præſtant? quod per longam de-monſtrationem negatur.*

Qui illorum quo ad hæc officia ſint Vi-carii.

Quatuor Aularum ſuprema officia nempe Ma-reſchallatus, Dapiferatus, Pincernatus & Camerariatus ab antiquo non ſolùm Impera-*toribus & Regibus, ſed etiam aliis Principi-bus majoribus, inprimis verò Eccleſiaſticis præſtita & ordinata ſunt, ut poſt n. 6. in reſponſione demonſtratur.*

Quæ ſint feuda ab Epiſcopatu Bambergen-ſi ob illa officia dependentia & ab Electori-bus caſu emergente per inveſtituram reci-pienda.

Recenſentur illi Principes Eccleſiaſtici, qui-bus ab aliis Principibus, Comitibus & Nobilibus reſpectivè ſuprema illa of-ficia ordinata ſunt & præſtari de-bent.

Quæ ſint civitates Electores κατ᾽ ἐξοχὴν & Germanicè die Chur-Städte *dicta.*

Civitates illæ non ex Conſtitutionibus quibus-dam publicis ita ordinatæ, ſed ab Electo-ribus ipſis ex beneplacito, & quod pleræ-que olim ſedes ipſorum fuerint, pro tali-bus habitæ ſunt.

[I] 2 *A tem-*

Digitized by Google

A tempore ellius à dicto Imperatore Henrico II. *facta ordinationis ob crebras mutationes ad hac tempora firmum argumentum ſumi non poteſt.*

In inveſtiturâ illa à Legatis non juramentum fidelitatis ſed nuda ſtipulatio grati animi interponi ſolet.

TH. I.

Hactenus Cæſar : & ejus conſideratio. Sequuntur Status Imperii, qui ſunt ejus membra illi per immediatam ſubjectionem & Conſiliorum ſive ſuffragiorum publicorum communionem adhærentia : *Horum in genere conſideranda* (1.) Jura & prærogativæ. (2.) Onera publica, (3.) Diſtributio.

Expl.

BEne monet *Boecl. in Notit. Imperii lib. 5. c. 1. §. 1. Vocabulum Status & Ordines recentioris ave*, hoc tamen illo poſterius eſſe, uti ex Receſſibus Imperii conſtat. *Addens* illos antiquo tempore apud Scriptores Rer. German. *Proceres* dictos fuiſſe, cui nos addimus uſum verbi *Primores ac Primates* illi coævum eſſe ſicuti *illud* inter alios uſurpavit *Otto Friſing. lib. 6. c. 27. Regino lib. 2. ad ann. 944. & alii, hoc vero Idem Friſing. de geſt. Frider. I. Imperat. lib. 2. c. 1. & Sigeb. Gembl. Chronol. ad ann.* 1077.

Laudanda hic quoque altera ejus obſervatio vocabulum *Membra latius patere quàm Status*, uti etiam innuit *Limn. 1. c. 10. n.* 8. ac ante illum per praxin Actorum publicorum & exempla probavit *Arum. de Comit. Imper. c. 4. n. 1. & ſeqq.*

Qua quoque de causâ nos in traditâ illorum qualiquali deſcriptione (definitionem enim perfectam uti in aliis, etiam hic dari non facilè poſſe *cum eod. Boecl. d. l.* §. 2. lubenter concedimus) ad differentiam vulgarem excludendam adjecimus communionem ſuffragiorum vel conſiliorum publicorum ſive Jus illorum ſuffragiorum in Comitiis Imperii competens : *Quoniam illud eſſentiam veri* civis adeoque multo magis Status unicè conſtituit, ut poſt alios rectè tradit *Conring. de Civibus German. Imperii th. 7. & 8. & ſeq. th. 2 expl. 1. à nobis latiùs deductum eſt.*

Ubi notandum, Nos in ſtrictâ ſignificatione *hic Status* pro immediatis Imperii Membris ſumere, cum aliàs latè etiam Statuum illorum Status Provinciales **die Landſtände** ſub illo verbo comprehendantur, ut conſtat ex *Inſtr. Pac. art. 16. §. loca ipſa, & R. J. Ratisbon. anni* 1654. §. **und gleichwie.**

TH. II.

Jura & Prærogativæ illorum hic conſiderandæ potisſimum conſiſtunt (1.) in Jure Seſſionis & ſuffragii in publicis Imperii Comitiis. (2.) Superioritate territoriali. (3.) privilegio de illis extra Imperii limites ab Imperatore non evocandis, & ſine Electorum conſenſu ob delicta in bannum non declarandis, atque feudis ſuis non privandis : Ut etiam (4.) Controverſiis de feudis majoribus ortis à Cæſare & Statibus conjunctim decidendis.

A. *Explic.*

1. PLura quidem Statibus Imperii competunt Jura, prærogativæ & privilegia ex communicata ab Imperatore poteſtate maximâ ex parte provenientia, *ſed quia de iis præced. Sect. 1. c. 5. th. 10. in explicationibus* actum eſt, *ſaltem hic de iis, quæ ad dignitatem illorum propriè pertinent, tractandum nobis eſt.*

Ex illis occurrit *primò verus Statuum Imperii Character Jus Seſſionis & Suffragii* ab Imperatore quidem cum dignitate ipsâ intentionaliter collatum, ſed communi Statuum conſenſu in publicis Imperii Comitiis mediantibus ſingulorum Suffragiis accedente, demum pleno Jure acquiſitum, idque illis ita & ſolum competit, *ut ſine eo* verè quis Imperii Status eſſe & haberi nequeat. *Cum enim Status Imperii ſit pars vel membrum publicæ ſocietatis, omninò neceſſe eſt*, ut etiam Jure iſtius

B. Societatis, quod potiſſimum in facultate ſuffragium ſuum in publicis Imperii Conventibus & negociis vel reliquis aſſentiendo, vel ab iis quodammodò aut totaliter diſſentiendo liberè proferendi conſiſtit, fruatur, *contradictionem enim implicat, Concivem & Socium eſſe, & communi Civitatis vel Societatis Jure non frui.*

Qui igitur hoc Jure negativè caret, nec actu nec potentiâ Imperii noſtri Status eſt, ſicut ibi benè deducit *Conring. d. diſſert. th 6. & ſeqq. inprimis verò* 8. qui verò in hoc exercendo ſive vi ſive injuria ſalvo jure ſuo ſaltem impeditur, non quidem actu, potentiâ tamen talis, adeòque ad illorum ordinem nihilominus referendus eſt, de quo paulò poſt latiùs dicemus. *Quâ etiam de causâ* hoc ipſum unicum Satus Characterem conſtituere cum præſtantiſſimis Politicis, & inter illos *Arum. de Co-*

C. *mitiis c. 4. n. 1. & ſeqq. ac Conring. d. th.* 8. firmiter concludimus.

Quod enim nonnulli cum Limn. lib. 1. J. P. c. 7. n. 92. & aliis objiciunt, eſſe aliquos Imperii Status, qui Suffragium in Comitiis non habent, idque *exemplo* 1. *ArchiEpiſcopi vel Adminiſtratoris Magdeburgenſis & quorundam Epiſcoporum Evangelicorum*, 2. *Regis Bohemiæ, ArchiDucum Auſtriæ, & Ducum Burgundiæ, &* 3. *defunctorum Principum filiorum vel nepotum impuberum, nec non* 4. *Comitum ac quorundam Abbatum Imperii probant, illud non officit.*

R. enim ad 1. *Illud meram petitionem principii* quoad Magdeburgenſem & cæteros Epiſcopos ſapere, *quoniam hi ipſi ideò*, quod ab Imperatore & Statibus Catholicis ante Pacificationem Oſnabruggenſem non pro veris Principibus Eccleſiaſticis, ſed ſaltem nudis, imò illegitimis Archiepiſcopatus & Epiſcopatuum Poſſeſſoribus, adeòque Jurium publicorum incapacibus ob hanc rationem,

D. quia illorum quidem opinione ab illegitimis, Evangelicis ſcilicet Capitulis, atque ita non Canonicè electi vel à Pontifice poſtulati ac confirmati non fuerant, habeantur, ad ſuffragium illud ferendum admiſſi non ſunt : *quod tamen hodiè* poſt dictam Pacificationem, dum *Vigore Inſtr. Pac. art. 5. §. 6. per tot.* pro veris Statibus agniti ſunt, aliter, ut etiam ex praxi notum, ſe habet.

ad 2. Illud concedendo, quod ſcilicet per privilegia quidam Status â Citatione & neceſſariâ Comparitione ad Comitia exempti ſint, *inde tamen* regulam noſtram quoad reliquos non exemptos *non infringi, ſed magis firmari* per vulgarem Canonem, exceptio firmat regulam in caſibus non exceptis, interim tamen iis facul-

tatem

tatem voluntariò comparendi, & conſequenter A. ſuffragia ſua ferendi, non ademptam eſſe, ut de *Auſtriacis* ex Privilegio à Carolo V. dato apud *Limn. lib. 5. c. 2. n. 32.* & de *Duce Burgundiæ* ex transactione Burgundiacâ *ibid. n. 50.* relatâ liquet. Qood verò ad *Regem Bohemiæ* attinet, ille per certum Privilegium Friderici II. Imper. à *Goldaſto in* **Reichsſatz.** *parte 1. pag. 30.* relatum à Citatione ad Comitia Imperii ita tantùm exemptus fuit, ut tunc temporis *nullibi niſi Bambergæ, Norimbergæ & Martisburgi* perſonaliter comparere obligatus fuerit, *quod tamen mutato poſteà Statu quodammodò ſcilicet quo ad Martisburgum* immutatum etiam fuit, ut *Limn. lib. 3. c. 8. n. 21. ex Privilegio Friderici* III. *Imperatoris probat.*

Illos autem longiſſimo tempore talibus Comitiis non interfuiſſe ex hiſtoriis & actis Imperii publicis notum eſt, & anno quidem 1544. in Comitiis Wormatienſibus cum Ferdinandus I. *citatus fuiſſet,* ordi- B. num legatos comparuiſſe verum ob defectum plenarii mandati & ſaltem ad referendum inſtructi ſuffragium ſuum oon tulerunt, ut demonſtrat *Goldaſt. l. 4. de Regno Bohem.* c. 5. *n.* 13. *Addens n. ſeq. Reges iſtos* ab annis tunc prupemodum ducentis nullo Imperii Receſſui ſubſcripſiſſe, *ne* Conſtitutionibus iſtis ſeſe ſubjicerent, *adeoque poſtea à Statibus excluſos eſſe.* De quo legi poſſunt *præc. p. 2. ſect. 2. c. 9. th. 25. in expl.* notata.

Quoad 3. diſtinguendum eſſe inter Status perfectos & imperfectos, argumento illorum, quæ *Ariſtot. 3. Polit.* 1. habet, ſcilicet actu & potentiâ ſimul vel potentia ſaltem tales. *Siquidem perfectus* vel plenus Imperii Status, de quo nobis ſermo eſt, nemo babetur, niſi qui legitimam ætatem nactus, Principatus vel alius feudi regalis dominus & poſſeſſor eſt. *Quoad imperfectos verò, puta minorennes* à patre defuncto poſt ſe relictos, aliter C. ſe rea habet: *Tunc enim Tutor* nomine horum Pupillorum in genere & in ſpecie futuri poſſeſſoris vel Succeſſoris feudi unius vel plurium relictorum ratione ab Imperatore Inveſtituram petit, eaque impetratâ in Comitiis vel ipſe vel per Legatum unum aut plures comparet, ſuffragiumque pro numero illorum ſuo loco & ordine fert, ut inter alia *ex R. J. de anno* 1603. inquibus nomine relictorum à Friderico Wilhelmo Saxoniæ Duce impuberum filiorom Legati Tutorum Johannis & Chriſtiani II. etiam Saxoniæ Ducum comparuerunt, ſicut *præc. p. 2. Sect. 2. c. 9. th. 7. expl. 2. n. 1. & ſeqq.* pluribus actum eſt, conſtat. *Si verò hic filios majorennes relinquit*, tot comparent, quot feuda regalia ſuffragiorum capacia pater poſſedit, & mediante pacto ac inveſtiturâ illorum poſſeſſores veri facti ſunt. D. *Reliqui* ſive ſint puberes, ſive impuberes potentiâ ſaltem Status Imperii ſunt, & actu tunc demùm fiunt, quando certum aliquot regale feudum jure ſive proprio ſive à reliquis Cohæredibus interim conceſſo cum omni Jure poſſidere incipiunt. Quapropter etiam in nonnullis feudis diviſionem admittentibus primogenitus vel Senior tantùm in qualibet familiâ ſuo cohæredum nomine illius Inveſtituram ab Imperatore impetrat, ac com Jure Seſſionis & Suffragii in Comitiis Imperii admittitur.

Quoad 4. notandum, quod, licet tales Abbates & Comites immediati ſingulare ſuffragium non habeant, ſub Curiato vel Collectivu tamen voto (nimirum nomine totius Scamni vel Collegii cujuscunque unus ſecundum præſcriptom totius Scamni vel Collegii deponit,) illorum Jus & Suffragium ſimul comprehenſum ſit, ut *d. th. 7. explic. 2. n. 7.* demonſtratum.

Et licet Limnæus ob prædictas in contrarium allatas rationes *d. l. n. 93. receptionem in matriculam vel inſcriptionem in illâ pro vero & unico habeat requiſito*, idque ideò pro noſtro ponat, & contra hoc *in addit. prior. ad d. n. 93.* ſaltem pro accidenti ſeparabili habeat, *illud tamen* 1. *parùm ad rem facit*, quia ſunt termini convertibiles, receptum eſſe in matriculam, & ſuffragii ac ſeſſionis jus habere, adeoque poſito, quod jus ſuffraſſii ſit accidens ſeparabile, etiam inſcriptio ſimilis qualitas contra ipſius dogma eſſet. 2. *erroneum eſt, quia inſcriptio in matriculam non antecedens, ſed conſequens eſt* obtenti jam ab Imperatore Privilegii & per receptionem Statuum in ſuum ordinem & ad ſeſſionem Juris Suffragium ferendum, ſiquidem hæc receptio & ad ſuffragium ferendum à Statibus facta admiſſio cauſa eſt, ob quam qois poſteà Matriculæ inſeratur, quâ etiam de causâ Status Imperii ſæpè conqueſti ſunt, nonnullos per errorem in Matriculam inſcriptos adque Comitia vocatos fuiſſe, qui nunquam ab iis recepti & ad ſuffragiom ferendum conſenſu Statuum communi admiſſi fuerunt, & licet hoc quandoque per errorem quoque factum fuerit, id ſibi tamen non præjudicare.

Sicuti nec ideò quis Academicæ Matriculæ inſeritur, ot Civis Academicus poſteà fiat, ſed quia talis præſtitis præſtandis jam factus eſt, ideò Albo illi inſeritur, ut omnibus eruditis notum eſt, *ad imitationem Ciceronis, qui in Orat. pro Archiâ c. 5. ſcribit*, quod cenſus Jus civitatis non confirmet, ſed tantummodò indicet, eum, qui ſit cenſus, ita ſe jam tum geſſiſſe pro cive.

Aliam quidem inſtantiam hoc modo affert *Conring. d. diſſert. th. 9.*

Si ſola vel unica inſcriptio in Matriculam aliquem Imperii Statum efficeret, vel vice verſâ ejus defectus aliquem è numero Statuum excluderet, poſſet quis inferre, ante Imperatoris Sigismundi tempora, in quibus Matricula nondum confecta & uſurpata fuit, nec Status Imperii fuiſſe, nec aliquem, ſe talem eſſe, probare potuiſſe.

Sed hoc non ita indifferenter concludit, quoniam hæc theſis ſaltem ad noſtra tempora, in quibus Matricula jam uſurpata eſt, applicata fuit, cum aliàs non entis nullæ ſint qualitates.

Melius verò quis inferre poteſt, per illam inſcriptionem ſolam neminem certò, ſe Statum Imperii eſſe, probare poſſe, quia omnes Matriculæ, ut mox dicetur, imperfectæ ſunt.

Ex quibus clarè perſpicitur, Jus Seſſionis & Suffragii communi Statuum Conſenſu adeptum veriorem characterem inſcriptione eſſe: *Quod ſi tamen poſteà inſcriptio acceſſerit, hæc duo concurrentia eò fortius probare certum eſt.*

Eſt autem Matricula nihil aliud, quàm Album vel Nomenclatura Imperii publica *& quidem duplex, una*, in quam nomina Statuum Imperii ſimpliciter & ſecundum ſua nomina ſaltem, *altera*, in quam nomina Imperio immediatè contribuentiom tàm Statuum, quàm nudorum poſſeſſorum immediatorum Imperii regalium feodorum conſignata ſunt, cujus mentio fit in *R. J. Spirenſi* 1570. §. **Als wir dann** *& ſeqq.* ut demonſtrat *Limn. d. c. 7. n. 94. & ſeq. & in add. prior. ad lib. 4. c. 7. n. 67.*

A. De priori propriè *quæritur*: (1.) An habeat plenam probandi vim & qualitatem?

R. *Affirmat id quidem Limn. ultimo citato loco n. 68. ex illa ratione*, quia eſt inſtrumentum publicum, quod talem vim habet *c. 1. de fide Inſtrum.*

Sed ſicut in genere vel theſi verum eſt, inſtrumenta publica plenè probare: *Ita in hypotheſi*, quoad Matriculas Imperii illud aliis non immeritò diſplicet, contendentibus, per eam præſumtionem ſaltem Juris induci, *quoniam* omnes Matriculæ huc usque confectæ vitioſæ & imperfectæ ſunt, ut aliquoties à Statibus Imperii demonſtratum fuit cum petitione, ut defectus illi corrigerentur, & illarum perfectio tandem in effectum deduceretur, ſed fruſtrà: Quapropter etiam in *Comitiis Ratiſbonenſibus* 1603. ac in Comitiis Pacificatoriis Oſnabruggi nuperè habitis querela iſta cum petitione iterata, ac tandem per *Inſtrum. Pacis art.* 8. §. 2 ordinatum fuit, ut illarum reviſio ac perfectio in B. proximis Imperii Comitiis tandem impleretur, ſed rurſus fruſtraneo effectu. Quod quoniam ipſe *Limn. d. l. n. 76. & in add. prior. ibid.* agnoſcit, tacitè talem plenam probationem omnino rejicit. Vide tamen eundem *in Addit. poſter. ad l. 1. c. 7. n. 91.*

(2.) Cuinam ex omnibus illis imperfectis Matriculis maximè fides ſit habenda?

R. *Pleroique quidem Politicos illam, quæ anno* 1521. in Comitiis Imperii Wormatienſibus confecta eſt, pro optima habere, ob *R. J. de anno* 1576. §. **Wann auch zu Franckfurth.** ut etiam docet *Arum. de Comit. c. 8. n. 63. & Limn. in d. addit. prior. d. l. 4. c. 7. n. 67.* *Sed notum* ex modò dictis eſt, etiam illam cum ſubſequentibus imperfectam eſſe, & prætereà ſaltem continere eos, qui Imperio collectas ſolvunt, adeoque ad proban- C. dum Jus Status parùm conducere, ſicuti ex præcedentibus conſtat.

Ubi memorandum, Politicos à tempore Sigismundi Imper. ſub quo prima confecta eſt usque ad Maximilianum II. *numerare Matriculas* ſucceſſivè confectas *viginti octo*, ut ex relatione Limn. d. lib. 1. c. 7. n. 69. conſtat. Cui jungitur *Meichſn. tom. 3. Cam. Deciſ. 6.* ubi initium & progreſſum circa illas magno ſtudio conſignavit.

Caterùm idem Limn. d. lib. 1. c. 8. ampliſſimum Catalogum Statuum Imperii, qui ſub Frider. III. Imper. fuerunt, ex *Goldaſto Tom. 1. Conſtit. Imper. p. 12. & ſeqq.* recenſet. *Sed Conring. in d. Diſſert. de Civibus Imper. th. 42.* illum pro Commento Goldaſtiano habet, ex illâ potiſſimùm ratione, quia in eo relati ſunt Reges, & exteri Princi- D. pes, qui ex parte nunquam, nedum ſub Friderico illo Status imperii fuerunt, quod etiam poſteà *Limn. ipſe in addit. poſter. ad illud cap. fatetur.*

Alium recentiorem, ſed ſaltem ad illos, qui Imperio contribuunt, pertinentem ac privatim collectum *ex Zeileri Itinerario Germanico in continuatione c. 1. refert idem Tom. IV. ſive in addit. prior. ad lib. 4. c. 7. n. 67.* ubi legi poteſt.

Sed licet Jus illud Seſſionis ac ſuffragii pro vero & unico Status Charactere ſecundum prædicta omninò habendum ſit, *alii tamen ad probationem ejus* præter id adhuc requirunt ſequentia, & quidem collectivè vel conjunctim:

1. Ut quis in Matriculam ſit inſcriptus.
2. Ut Imperio immediatè contribuat.
3. Ut Superioritatem territorialem à ſolo Imperatore & imperio dependentem habeat.
4. Ut immediatum Imperii feudum poſſideat.

De quibus ita ſentimus, omnia illa conjunctim quidem ad eſſentiam Status pertinere, ſicuti *de primo* jam mentem noſtram explicavimus. *In ſecundo* etiam omnes conſentiunt, cum exceptione tamen paulò poſt in reſponſionibus ad objectiones datas contentis. *In tertio & quarto*, quæ coincidunt, etiam plerique conſentiunt, cum exceptione tamen etiam paulò poſt proferenda.

Et poſtrema duo ita quidem neceſſaria eſſe, ut abſque illis nemo ad plenum Jus Statuum, id eſt, Seſſionem ac Suffragium admittatur, inde patet, *quia cum* in anno 1654. finitis Comitiis Ratisbonenſibus *quidam recens creati Principes*, utpote Dietrichſteinius, Piccolomineus & Auerſpergius in Collegium Principum ex Imperatoris Decreto introducendi eſſent, Status illius Collegii illos ob defectum talium feudorum (ut ipſimet præſentes ſpectavimus & audivimus) inter ſe ad ſeſſionem & ſuffragium *recipere noluerunt*, *donec* tandem ad inſtantiam Imperatoris literas, quas vocant, reverſales iis exhibuerint, hujus tenoris, ſe ob defectum talium feudorum cavere, quamprimum illa ſe comparaturos, interim verò Imperatori & Imperio debitum fidelitatis Juramentum præſtituros, ac Collectas Imperii ſibi nunc & interim impoſitas cum aliis Statibus ſemper ſoluturos, & ſi, quoad vixerint, talia bona non acquiſiverint, hæredes ipſorum pro veris & plenis Statibus Imperii non agnoſcendos eſſe: Sicuti etiam illa cautela majoris ſecuritatis causâ in illum *R. J. §. fin. relata, & Capitul. Ferd. IV. art. 45. & Leopoldi glorioſiſſimi noſtri Imper. art.* 44. proviſio inſerta eſt.

Ratio, quare requiſita illa tàm neceſſaria ſint, hæc datur, quia ratione talium feudorum inveſtitura ab Imperatore recipienda & ſimul Juramentum fidelitatis Imperatori & Imperio præſtandum eſt, nec non Collectæ Imperii pro illorum feudorum præſtantiâ & dignitate ſolvi debent, ut *ex actis Comitiorum Ratisbonenſium de anno* 1641. *&* 1654. conſtat.

Sed ſub noſtro Charactere omnia illa præter inſcriptionem ſimul comprehendi, *ſiquidem nemo* ad ſeſſionem & ſuffragium in Collegio Principum admittitur, ut ex præcedentibus notum, *antequam* feudum Imperii regale, ac ſic ſimul ſuperioritatem territorialem obtineat, & Imperio contribuat, *inſcriptio verò ſaltem* pro vero conſequenti & documento receptionis factæ tunc primùm habebitur, quando vera confecta erit, & ante publicam receptionem nemo amplius inſcribetur. De quo etiam *Pacif. à Lapide in Not. & Strictur. ad Monzambanum Diſc. 7. ſect. 4.* legi poteſt.

Limitat autem Limn. d. l. 1. c. 7. n. 93. illud ultimum requiſitum, ut tantum obtineat in Principe novo recipiendo, non verò antè recepto, & poſteà vi militari ſuorum feudorum jacturam paſſo, & ejus exempla refert *ibid. n. 96.* in Epiſcopo Genevenſi, Lauſanenſi & Curienſi à Bernatibus & Rhætis poſſeſſione & dominio injuſtè dejectis, & in Epiſcopo Verdunenſi à Gallis bonis ſpoliato, & hoc tamen *in Comitiis* 1641. Ratisbonæ habitis ad ſeſſionem & ſuffragium admiſſo.

Quod nec quidem in vi & injuriâ dejectis, & ubi reſtitutio ſperanda vel per Leges urgenda eſt, ſicut paulò antè jam diximus, admittimus, *in iis verò*, quibus vel per delictum, vel transactionem aut pacificationem publicam feuda talia irrevocabiliter adempta ſunt, uti circa Epiſcopatus Verodunenſem, Metenſem & Tullenſem vigore *Inſtr. Pac. Germano Gallici* poſt medium nuperè factum eſt, rejicimus.

Quæ his requiſitis vulgò opponi ſolent, dari Status Imperii, qui 1. Jus ſeſſionis & ſuffragii non habent,

a. Impe-

2. *Imperio* nihil contribuont, *non officiunt: ad primus enim* jam in præcedentibus reſponſum eſt, *ad poſterius* verò reſpondetur, quoſdam Status quidem per Privilegia ab illo onere de jure & ordinariè exemtos eſſe, ut *ratione Auſtriacorum* ex privilegio illis à *Carolo V. Imperatore dato, & à Limn. d. lib. 5. c. 2. n. 32.* adducto, & *ratione Ducum Burgundiæ* ex transactione Burgundiacâ *apud eundem n.* 50. conſtat.

Attamen priores ſponte, ſalvo tamen prædicto privilegio ad Conſervationem Cameræ quotannis 450. florenos, ad expeditionem Romanam verò primò plus quàm duos Electores nempè 120. equites & 600. pedites, ſicut ex *actis Imperii de anno* 1547. *&* 1548. *Limn. in add. prior. ad. d. c. 2. n.* 40. recenſet, contuliſſe & Ferdinandum I. Regem Romanorum ſalvo iterum exemtionis privilegio in declaratione ſuâ ad Status Imperii tunc temporis factâ id ratum habuiſſe, uti idem *ad lib. 4. c. 7. poſt n.* 67. in
B. Catalogo Statuum Imperio contribuentium ſub ſecularibus Principibus *numero* 1. refert. *Sed poſteà* id mutatum fuit, ita, ut Auſtriaci ſaltem tantum, quantum duo Electores hoc eſt, 120. equites & 554. pedites ad expeditionem Romanam nunc conferant, ut *idem d. l. ex Zeilero* memorat.

Poſteriores verò ad expeditionem Romanam (nam quod ad ſuſtentationem Cameræ contribuant nos latet, *quodammodo tamen refert Zeil.* **von den zehen Kreyſſen** *tit. x. in pr.*) etiam tantum contribuere, quantum duos Electores & ad expeditionem contra Turcas ſuſcepiam tantum, quantum tres Electores ex prædictâ transactione etiam patet, ut ibidem legi poteſt.

Quod autem illos Principes, qui in nuperis Comitiis Ratisbonenſibus recepti fuerunt, & feuda regalia in Imperio non poſſederunt, attinet, de iis
C. jam in præcedentibus reſponſum eſt.

Tandem Reges Bohemiæ olim Imperio contribuiſſe ex iis conſtat, quæ *Limn. d. lib. 3. c. 8. n. 28. & in addit. prior. ad d. l. 3. c. 8. n. 28. & ſeqq. & d. lib. 4. c. 7. n. 67.* refert: *Et mirum non eſt*, eos hodiè non contribuere, quia in Comitiis Imperii non comparent, nec certo Circulo addicti, ut Ferdinandus I. Romanorum & Bohemiæ Rex ex relatione *Limn. in addit. prior. ad d. lib. 4. c. 7. n.* 67. **in den Abſchlag der** *Contribution* **zu den Römer-Zügen** ſub Regib. Bohemiæ in addit. contra Status Imperii demonſtrat, adeòque ejus imperfecti Status ſunt: quamvis etiam id multi ſtrenuè impugnent, illos ex Statuum numero planè eliminantes, ut videri poteſt apud *Limn. d. lib. 3. c. 8. n. 22. & ſeqq.*

II. *Quod Jus territoriale concernit*, illud inſeparabilis Status Imperii prærogativa eſt, nec ob manife-
D. ſtam notorietatem probatione indiget. Quæ verò aliàs de illo & ejus effectu ſcienda ſunt ſuprà *lib. 1. c. 6. th. 7. & prac. Sect. 1. c. 5. th. 8. in expl.* conſignavimus.

III. *Privilegium de non evocando* extra Germanici Imperii fines ex antiquo uſu originem trahit, & reſpexit ad illud Sigismundus Imperator, citante *Limn. d. lib. 4. c. 8. n.* 87. in epiſtolâ quadam ad Concilium Baſileenſe anno 1434. ſcriptâ, ac *Crantz. in Saxon. lib. 10. c. 39.* Quapropter etiam illud *omnibus Capitulationibus & in ſpecie Caroli V. art. 15. ac Leopoldi art.* 17. *&* 18. inſertum fuit.

De Regno Bohemia hic in dubium vocari ſolet; An Imperator Status in illud & in ſpecie Pragam ad judicium ibi ſuſtinendum citare poſſit?

Siquidem, ut Limn. d. lib. 4. c. 8. n. 87. refert, Elector Brandenburgicus & Comes Palatinus Neoburgicus in Juliacenſi causâ ab Imper. Rudolpho II. eo citati, pro nullitate id habuerunt, cau-
A. ſantes, **Obwol Praga ein Orth im Reiche/ ſo ſey es doch im Reich deutſcher** *nation* **nicht gelegen/ dahero ſich die Kayſerl. Maj. nie unterſtanden dahin ein Reichs-Tag zu legen oder ſtreitige Partheyen zuvertragen/ deſſen Ihr Maj. auſſer dem Reich auch nicht befuget.** *Sed ut idem in addit. ad h. n. refert*, *Imperator* ille aliorum Principum Legatis ſimile aſſerentibus anno 1601. 20. Aug. ita *reſpondit*: **Ihr Kayſerl. Maj. wolten nicht gerne/ daß in Zweiffel und** *diſputation* **gezogen werden/ und frembden** *Nationen* **fürkommen ſolte/ ob die Cron Boheimb auſſer oder inner des Römiſchen Reichs gelegen ſey/ zu dem wiſſentlich und offenbar/ daß Ihr Kayſerl. Maj. Vorfahren an der Cron Boheimb/ ſo Römiſche Käyſer und Könige**
B. **geweſen/ gleichwol Ihre** *Reſidentzien* **und Hoff-Lager in Boheimb gehabt/ und das Käyſerthumb in und von der Cron Boheimb aus als Römiſche Käyſer und Könige** *adminiſtrirt*/ **jedoch dergleichen von niemand ichts darwider erreget worden/ wie auch daſſelbe von rechtswegen nicht beſchehen köndte.**

Addendum hic obiter: Olim Status Imperii in arduis cauſſis ſingulari modo ad Aulam Cæſaream citatos fuiſſe, de quo videatur *Limn. d. l. n. 86. & ibi in addit. prior.*

Quod porrò Status Imperii ſine conſenſu Electorum hodie ob delicta feudis ſuis privari nequeant, conſtat *ex Capit. Ferd. III. art. 30. Ferd. IV. art. 28. & Leopoldi I. art. 28. in quibus expreſſè continetur*, Status Imperii quoscunque abſque conſen-
C. ſu Electorum in bannum ſive ſuperiorem, ſive inferiorem declarari non poſſe, ex quo ſequitur, illos neque feudis ſuis privari ſine illorũ cõſenſu poſſe, quia privatio hæc eſt effectus banni. *Ubi notandum* in pacificatione Oſnabruggenſi ſecundum *Inſtr. Pac. art.* 8 §. gaudeant, conſtitutum eſſe, ut in proximis comitiis etiam de modo & ordine hujus banni agi debeat.

TH. III.

Onera publica à Statibus Imperii in genere ſive univerſis, ſive ſaltem aliquibus pro Statu negocii utilitatis publicæ causâ ſuſtinenda *conſiſtunt* (1.) in expeditionis Romanæ ſuſceptione, (2.) Solutione Collectarum imperii nomine in publicis Comitiis concluſarum, vel aliàs Imperatori debitarum. (3.) Suſtentatione Cameræ Imperialis, (4.) Comparitione reſpectivâ ad Conventus Imperii, Electorũ, Circulorum, Deputatorum ac Viſitatorum
D. Cameræ cum ſimilibꝰ propriis ſumtibus ad eam neceſſariis perficienda. (5.) Competentium militum ad ſubſidium & defenſionem ſingulorum Circulorum & conſequenter Imperii pro emergente neceſſitate & concluſo communi in conventu Circuli unius, plurium vel omnium facto propriis itidem ſumtibus conſcriptione & ſuſtentatione (6.) Salvo conductu Electorum vel eorundem nunciorũ ad conventus electionis & conſequẽter Coronationis iter facientiũ ad requiſitionẽ factã ab ũoquoq; Statuũ & aliorũ Mediatorũ per territoria ſua & ultra præſtando.

Expl.

1. O*Nera hac omnia non ab omnibus, ſed quadam à quibusdam ſaltem* (qualia ex. gr. Electorale Collegium ratione Conventuum ſuorum

A. Deputati Imperii ratione ſuorum Conventuum & alii ſimiliter pro ſe ſolis ſuſtinere debent) *præſtanda eſſe, tam ex theſi ipſâ, tam ex illius explicationibus ſequentibus conſtat.*

Circa expeditionem ergò hanc Romanam ſciendum, 1. *antiquo & à Caroli M. tempore* (uti tradit *Lehm. in Chron. Spir. lib.* 2. *c.* 42. referens ſimul *f.* 171. conſtitutionem Caroli Craſſi vel III quam etiam habet *Goldaſtus in Conſtit. Imper. parte* 1. *f.* 28. In quâ reperitur expeditionem illam à Majoribus inſtitutam, in illo verò demum in certam formam redactam fuiſſe) *omnes Imperatores vel potiùs Reges* Romanos recenter electos Romam ad Coronationem à Pontifice obtinendam *cum certis Statibus condacentibus* & omnium Statuum militaribus Copiis à quovis ſecundum competentem numerum propriis ſumtibus ſuſtinendis profectos, *poſteà verò anno* 1521. *in Comitiis Wormatienſibus ſecundum receſſum illorum* §. auch haben Uns B. Churfürſten. *Carolo V. Imperatori ad illam ſpecialem exercitum* 20000. *peditum, &* 4000. *equitum præter ſervos equeſtrium,* die Dienſtleute §. *item* ſollen Dienſtleute. ſequenti *promiſſam fuiſſe, & ex illo tempore* licet quoad multos Status moderatio fuerit facta, numerum totius ſubſidii ſemper eundem manſiſſe, quamvis in pecuniam, ut mox dicetur, mutatus fuerit. 2. *Expeditionem illam à tempore Rudolphi* I. Imper. usque ad hunc diem ideò, quia nullus ſubſequentium Imperatorum gravibus de cauſis (inprimis quod Pontificum inſolentiam dedignarentur, & iis Majeſtatem ſuam ſubmittere nollent, quod inſidias per venena & alia Prædeceſſoribus ſuis ſtructas timerent, quâ etiam de causâ *Rudolphus* I. *Imper.* ex Æſopi fabulis dixiſſe fertur

C. - - - *me veſtigia terrent,*
Omnia te adverſam ſpectantia, nulla retrorſum:

& quod Pontificibus ita imaginativum Jus, ac ſi ab illorum poteſtate & Coronatione imperium dependeret, infringere vellent, (de quibus & aliis legi poteſt *Limn. in addit. prior. ad lib.* 2. *c.* 4. *n.* 89.) Romam hujus Coronationis gratiâ profectus eſt, intermiſſam fuiſſe, *ſed majori ſanè cum damno quam emolumento, ex illo enim tempore* Pontificum Romanorum potentia & auctoritas in Italiâ crevit, Imperatorum verò & Imperii Majeſtas valdè diminuta fuit, illorum prætenſiones in magnam Italiæ partem anteà habitæ ferè evanuerunt.

Ubi tamen negandum non eſt, Maximilianum I. *Imperatorem Tridenti* anno 1508. à Pontificis Julii II. Legato Sanctæ Crucis Cardinali dignitatem & titulum Imperialem maximâ cum pompâ accepiſſe, ut præc. *c.* 3. *th.* 10. *explic.* 1. *ſub Coronat.* D. *Romanâ n.* 1. ex fide dignis Hiſtoricis deduximus; Ejus verò nepotem *Carolum* V. Imper. expeditionem quidem illam animo concepiſſe, atque ut paulò antè dictum à Statibus Imperii promiſſionem ſuppeditandi exercitus 24000. militum obtinuiſſe, ut ex *d. Receſſu Wormatienſi* §. und als wir. *& ſeq.* apparet, *ſed* cum multa expeditionem illam impedirent, & ille ex Hiſpaniâ in Italiam pacis inter hujus Principes firmandæ causâ anno 1530. perveniſſet, *Bononiæ* non verò Romæ ex accidente à Clemente VII. Pontifice illius anni 6. Cal. Martii ſolenniter coronatum fuiſſe, ut inter alios memorat poſt *Jovium lib.* 27. *Hiſtor. Mauroc. Hiſt. Venet. lib.* 3. *p.* 140. *& Imperator ipſe in R. J. de dato* Augſpurg 1530. *in pr.* tangit.

Pertinet huc quæſtio: An expeditio illa ſuſcipienda, vel Corona Romana neceſſariò petenda ſit? De qua conſuli poteſt *Limn. ad Capit. Caroli* V. *art.* 30. *verb.* zum beſten befleiſſigen / *n.* 12. *& ſeq. multis. & in add. prior. ad lib.* 2. *c.* 4. *n.* 89. *quibus adde quæ nos præc. c.* 3. *th.* 12. *explic.* 1. *ante f. ex Capitulatione Leopoldi* I. *Imperatoris art.* 37. *adduximus.*

3. *Sumtus vel pecuniam in hanc expeditionem deſtinatam poſteà in expeditionem adverſus Turcas ſuſcipiendam converſam* & inde modum ad hoc bellum gerendum contribuendi, cum priori modo eundem abuſivè Rom-Zug *vel* Römer-Zug *ſecundum R. J. de dato* Speyer 1544. §. und damit nun. *dictam, ac tandem,* quia prior expeditio in certos menſes deſtinata, & hæc quoque eodem modo à Statibus Imperii in certos menſes ſuſcepta ac promiſſa fuit, ſecudum numerum iſtorum menſium, auff ſo viel Römer Monat pecuniam promiſſam indici ſolere, ut *præc. p.* 2. *Sect.* 2. *c.* 7. *th.* 21. *expl.* 1. quoque dictum:

Ubi ſimul diſquiſitum: An in causâ Collectandi major ſuffragiorum para minorum vincat?

Quantum verò quilibet Status Imperii ad Collectas has contribuat, vide apud *Limn. Tomo* 4. *l.* 4. *c.* 7. *poſt num.* 67. *& Becker. in Jure Publico Imper. in f. item Zeiller. de Dec. Circul. per totum & Sprenger. in Inſtit. Jur. Publ. l.* 2. *c.* 44.

Ubi ſimul notandum Electorem Bavariæ ratione nuper acquiſiti Palatinatus Superioris hactenus imperio nihil contribuere.

II. *Circa Collectas Imperii publicas notandum præter modum prædictum illas olim per exactionem communis denarii* des gemeinen Pfennings / ſcilicet juxta cujusque tam immediati, quàm mediati ſubditi, tàm Clerici, quàm Laici, tàm maſculi, quàm fœminæ facultates certa portione (ex. gr. de quibuslibet centenis florenis unum (à Judæis verò tàm maſculis quàm fœminis, tàm puberibus quàm impuberibus, viritim florenum contribuendo) ſingulis annis ad neceſſitatis publicæ ſublevationem ſolvenda *inſtitutas fuiſſe.*

Ejus prima introductio ab Imper. Sigismundo anno 1411. *in Comitiis Ratisbonenſibus facta dicitur Speidel. in Spec. ſub verb.* gemeiner Pfenning. *Poſtmodùm verò à* Maximil. I. anno 1495. in Comitiis Wormatienſibus *ſecundum Receſſ. illorum* oder Satzung von dem gemeinen Pfenning repetita, & pleniùs reaſſumta in Comit. Spirenſ. de anno 1542. *ſecundum Receſſ.* §. und wiewol derhalben auch. *& ſeq.* in quo conſtitutum, ut quilibet ſine diſcrimine & exemtione de ſingulis centenis florenis dimidium, & qui centum in ære non haberet, de ſingulis vicenis ſex Cruciatos in commune Imperii ærarium conferret, ubi plura videri poſſunt. *Quod etiam in R. J. Spirenſi de anno* 1544. §. und nemblich ſollen. *& ſeqq. eſt repetitum. Sed hic modus longo tempore exolevit & fruſtrà* anno 1598. & 1603. in Comitiis Ratisbonenſibus à Rudolpho Imperat. ac anno 1641. in Comitiis ibid. celebratis ab Auſtriacis & aliis iterum in medium productus ac commendatus fuit, ut patet ex iis, quæ ex actis illius temporis collegit ac adduxit *Speidel. d. l. Ubi ſimul* in fine refert ſæpè in collectione hujus modi variatum fuiſſe, ut Noë *Meurer in Compend Receſſuum Imperii tit.* vom gemeinen Pfenning des Reichs. demonſtravit: de quo plura *d. Sect.* 2. *c.* 7. *th.* 21. *expl.* 1.

Notandum verò circa Collectas Imperii, quod Imperator nemini poſſit ſuam portionem ex plenitudine poteſtatis & ſine Statuum conſenſu etiam ex prægnanti causâ remittere, ut aliàs notum eſt.

Occurrit

Occurrit verò ſaltem unicum exemplum, quo remiſſio à Cæſare & Statibus ſimul in Comitiis facta eſt *in d. R. J. de anno* 1542. §. und wiewol die Stådte,

Pertinet huc particularis Civitatum Imperii contributio der Reichs-Schilling und Reichs-Steuer der Stådte *dicta*, vigore cujus ab antiquo tempore illarum quælibet Imperatori quotannis certam pecuniæ ſummam præter cæteras ordinarias & extraordinarias collectas in recognitionem immediatæ ſubjectionis ſolvere debuerunt, partim adhuc ſolvunt, de cujus contributionis hodiernâ imminutione & cauſis conſuli poteſt *Limn. ad Capit. Caroli V. artic. 23. verba* Reichs-Steuer der Stådte / *& verba* gewachſen und verſchrieben.

Ubi etiam monendum, omnes Imperatores in ſuis Capitulationibus ad redimendum & reluendum hoc ſius & hos proventus adſtringi, ſicuti illis videri poteſt.

Diſtribui verò ſolent Collecta Imperii in genere in ordinarias & extraordinarias, ſed diverſis deſcriptioni bus. *Nos illas vocamus*, quæ ex publicis Legibus ita definitæ ſunt, ut vel ſtato tempore vel caſu ad quem deſtinatæ, emergente, ipsâ iſtarum Legum & pactorum vi ſine ulteriuri cauſæ cognitione, vel cum Statibus ad illorum conſenſum impetrandum inſtiturâ conſultatione ac deliberatione ab Imperatore vel Camerâ exigi poſſunt, & à Statibus præſtari debent. *Atque ita inter eas referimus* præſtationem definiti illius exercitus ad expeditionem Romanam in ſpecie perficiendam: *cum hâc tamen limitatione*, ut illa præſtatio ſaltem ad definitum tempus duret, de quo legi poſſunt, quæ in *d. R. J. anno* 1521. §. Auch haben Uns Chur-Fürſten *& ſeqq.* conſignata ſunt. *Contributionem* ad ſuſtentationem Cameræ deſtinatam & â quolibet Statu juxta portionem ſuam ſingulis annis ſolvendam, de qua *ſeq. expl.* dicetur. *Cenſus annuos* Civitatum Imperii den Reichsſchilling der Stadt / de quo paulò ante dictum.

Has verò, nempè extraordinarias, *definimus illas*, quæ extra ordinem ſingulari neceſſitate vel utilitate publica id exigente ab Imperatore poſtulantur, & cum conſenſu Statuum Imperio imponuntur. Inter illas referimus Collectas ad Turcicum bellum quandoque poſtulatas & conceſſas. De utriſque jam *præc. p. 2. ſect. 2. c. 7. th. 23. &c. dictum eſt.*

De nobilium immediatorum & Civitatum Hanſeaticarum immunirate à Collectis *præc. Sect. 1. c. 2. th. 10. in explic.* egimus.

III. *De ſuſtentatione Cameræ Imperialis constandum primò* ab Imperatore Maximiliano I. ejus auctore, & Statibus conjunctim ſumtus ad eam neceſſarios elargitos fuiſſe, ut ex *Receſſu Auguſtano de anno* 1500. *tit. fin.* apparet, *poſtea verò in Ordin. Cameræ Conſtantiæ in Comitiis* 1507. *confectâ* talem proviſionem factam, ut Imperator idem ad ſex annos omnes Sportulas Cameræ & ejus Cancellariæ ad ſuſtentationem illius deſtinarit, ita tamen, ut Status defectum ejus, quod inde deſumi non poſſit, ex propriis mediis ſupplerent, ut patet *ex illius Tit.* wo von Cammer / Richter :c. *& Tit.* daß die Stånde das Cammer-Gericht :c. *partè in Comit. Imper. Norimbergæ anno* 1524. *ſecundum illorum Receſſ.* §. und erſtlich. *inter Imperatorem*

A. *Carolum V. & Status conventum eſſe*, ut ille ad Regimenti & Cameræ ſuſtentationem *in duos annos dimidium, reliquum dimidium Status universi darent*, quod deinde in *Comit. Spireaſ. de anno* 1526. *vigore Receſſus* §. damit aber das. *ad ſeſquiannum ferè* & deinde *in Comitiis Spirenſibus anno* 1529. *rurſus ad biennium ſecundum Receſſ.* §. weiters / als hiebevor / & iterum *in Comitiis Auguſtanis anno* 1530. *vigore Receſſus* §. weiters nachdem. *in triennium prorogatum fuit.* *Cum verò* ab anno 1532. uſque ad anum 1541. nulla Comitia Imperii celebrarentur, in his demùm Ratisbonæ habitis ad poſtulatum Imperatoris *Status promiſere Cameram ad triennium ſolàm de ſuo ſuſtinere, ut ex Receſſu* §. Und nachdem wir. *& ex Receſſ. Spirenſi* 1544. §. So viel das Reich :c. conſtat, *illaque deinde in Comitiis Imperii anno* 1548. *Auguſtæ celebratis ſecundum Receſſ.* §. dieweil auch. *&* §. Und

B. wiewol Churfürſten. iterum tàmdiu, donec de illius conſervatione perpetua diſpoſitio inter Status fierit, continuatum, *donec tandem Status universi communi ſuffragio ejus ſuſtentationem perpetuo in ſe ſuſceperint, ut ex Ordin. Cameræ* 1555. confectâ, *parte 1. tit. 42. & ſeqq.* conſtat, *& inde illius ſuſtentatio inter ordinarias collectas in Receſſu Imperii Auguſtæ* 1566. *compoſito* §. damit auch die acht *relata fuerit.*

Quid verò ex illo tempore quilibet Status Imperii ad illam ſuſtinendam contulerit, videri poteſt apud *Limn. lib. 4. c. 7. poſt n. 66.* in den Anſchlags Regiſter. *Cui addendum ex Principibus novis* in præcedentibus Comitiis ad ſeſſionem & ſuffragia admiſſis, eos, qui nondum in matriculam Contributionum recepti fuerunt, qualis Eggenbergius, Lobkovicius, Dietrichſteinius, Picco-

C. lomineus (qui duo poſtremi jam ſunt mortui nullis poſt ſe ob non præſtita præſtanda, ſicut *præc. p. 2. ſect. 2. c. 9. th. 17. expl. 2.* dictum circa jus illud ſeſſionis & ſuffragii, ſucceſſoribus) & Auerſpergius, ad Cameræ ſuſtentationem ſingulis terminis promiſiſſe 16. florenos interim & tam diu, donec bona Imperii immediata digna comparent, ſolvere, de quo etiam legi poteſt *Limn. l. 4. c. 7. poſt n. 19. in addit. poſter.* *Item, cenſum illum cum ſalariis in præteritis Comitiis* 1654. *auctum fuiſſe, ut præc. Sect. 1. c. 5. th. 4. expl. 3. demonſtravimus, ut ſimul ſingulorum Cameræ officialium ſalariam auctam retulimus.*

IV. *Comparitionem Statuum Imperii ad Comitia Imperii propriis ſumtibus perficiendam quod concernit, notandum* 1. *Electores* in Comitiis comparere ſingulos & quidem vel ipſosmet, vel per

D. Legatos, *ac rarò ſuffragium ſuum* alteri Coelectorum propter illorum paucitatem ac periculum interverſionis vel inacceptæ uſurpationis *concredere*, *quia* ſi unus hodiè inter ſeptem vel ratione electionis octo collegas duo ſuffragia obtineat, acceſſione duplicis ſuffragii facilè majorem partem conficere magno cum præjudicio & damno univerſi ac collegii poteſt: *ut ejus exemplum* in Gerlacho Electore Moguntino ſuo & Regis Bohemiæ (qui fuit Wenceslaus IV.) nomine Adolphum Naſſovicum in Imperatorem eligente ac promovente occurrit, de quo legi poteſt *Arum. Diſc. 1. ad A. B, th. 28. cui addendum*, Albertum Saxoniæ Electorum eidem Regi Wenceslao obtuliſſe anno 1291. ſuffragium ſuum in electione Imperatoris ferendum, Wann Er Ihme über die Summa / als nemblich über 4500. Marck feines Silbers / welche ein Römiſcher König jeglichem

Wahl-

Wahlfürſten zu geben pfleget / eine Verſicherung geben wolte / welche ſeine Geſandten / als nemblich 10. Ritter / 2. Capläne und 8. Hofeleute / die Er / der König / mit Kleidung / Speiſe / Tranck und Futter verſehen wolle / empfahen ſolten / ſo wolle Er dargegen ſeine Stimme auff keinen andern zu geben befehlen / als auff denjenigen / welchen der König aus Böhmen wehlen würde / ut refert *poſt Hageeum in Chron. Bohem. p. 1. f. m.* 352. *Goldaſt.* in den Politiſchen Reichshandl. *p.* 1. *n.* 2.

Eosdem iter ad eligendum Romanorum Regem vel Imperatorem inſtitutum propriis ſumtibus conficere debere ſecundum A. B. Tit. 1. §. 3. *& ibi Limn. obſerv.* 1.

2. *Principes* verò in genere, nec non Abbates, Prælatos, Comites & Barones Imperii quod concernit, omnes Principes Eccleſiaſticos & Seculares vel ipſosmet, vel per proprium Legatum comparere, vel ſuffragium ſuum alii Principi vicino vel Cognato ad ſumtus declinandos liberè committere poſſe, *Abbates autem non Principes & Prælatos,* uti etiam Comites & Barones Imperii immediatos ac Status multò minus opus habere, ut omnes compareant, qui illi, ſcilicet Clerici ſaltem duo Scamna, Svevicum ſcilicet, & Rhenanum, adeòque ſaltem duo ſuffragia Curiata, & Comites cum Baronibus quatuor Collegia, Svevicum ſcilicet, Franconicum, Wetteravicum, & Weſtphalicum cum Saxonico inferiori conjunctum conficiunt, atque ſic totidem ſuffragia Curiata ſaltem habent, ſed poſſunt tot, quot cupiunt, cum mandatis tamen emanentium comparere, quo ſuffragia ſua formare & per communes mandatarios proferre queant, uti quoque præc. *p.* 2. *Sect.* 2. *d. c.* 9. *th.* 7. *expl.* 2. *n.* 7. tractatum eſt.

3. *Ex Civitatibus Imperialibus* quoque non omnes comparere debere. *modò* abſentes accedentibus mandatum ſuffragii ferendi exhibeant, quia etiam ſaltem duo ſuffragia Curiata vel collegiata habent, ut d. l. n. 9. etiam annotatum eſt.

Idem obtinet in Conventibus Imperii particularibus *modo dicto c.* 9. *th.* 23. *& ſeqq. ac ſubjectis explicationibus* relatis.

V. *Quando ad unius vel plurium Circulorum, vel etiam totius Imperii tutelam ac ſalutem vigore Concluſorum in Conventibus Circulorum particularibus vel Imperii univerſalibus factorum exercitus particulares cõſcribendi ſunt, ſumtus priori in caſu* à quolibet ſinguli Circuli membro pro concurrenti proportione Officialium & militum uti etiam neceſſariorum tormentorum, pulveris pyrii, annonæ, inſtrumentorum & miniſtrorum bellicorum, *ut notum & inſuper ex R. J. de dato* Augſpurg 1555. §. alsdann zu Verrichtung conſtat, *poſteriori verò in caſu* ab omnibus Statibus ſecundum Matriculam indictionum, quamdiu neceſſitas & utilitas ſingularis id requirit, vigore Concluſorum illorum expendendi ſunt. *Quando verò totum imperium arma contra exterum hoſtem ſuſcipit, tunc quilibet Status* ſecundum indictionem ſimplicem vel multiplicem pro neceſſitate & concluſo ab Imperio facto vel milites conſcribere vel portionem ſuam in pecunia conferre debet.

Notandum autem hic in eo caſu, quo quidam Status Imperii alium Statum contra pacem publicam militari manu invadit, vel invadere tentat, & hic Cameræ Imperiali illud deferat, ab eaque petitam inhibitionem impetret, *invaſor verò* nihilominus in propoſito perſiſtat, ita ut Camera contra illum pœnam banni declaret, & vicino Principi uni atque alteri vel etiam integro Circulo executionem demandet, ſubſidium ita ferenti, vel executionem perficienti *ab invaſore iſto omnes ſumtus reſtituendos eſſe, ſecundum R. J. de dato Spiræ* 1529. §. und damit an ſolcher. *cum ſeqq.*

Similiter in quolibet Circulo ad probandam & reducendam monetam convenientes Status impenſas illas ex proprio facere debent *R. J. de dato* 1570. §. Sintemal auch *& ſeqq. & de dato* Regenſpurg 1576. §. Setzen alſo demnach.

VI. *De Conductione vel ſalvo Conductu* Electorum ad Conventum Electionis ſe conferentium à quolibet Statu per ſuum territorium propriis ſumtibus faciendo legi poteſt *A. B. tit.* 1. §. 3. *& ibid. Limn. Obſerv.* 1. *cum iis quæ de illo in communi præc. c.* 3. *th.* 7. *expl.* 2. *annotata ſunt.*

TH. IV.

Diſtribuuntur Status in tres claſſes (1.) Electorum, (2.) Principum latiſſimè ſic dictorum, & (3.) Civitatum Imperii liberarum.

TH. V.

Electores ſunt illi Archiprincipes, quibus Jus eligendi Imperatoris vel Regis Romanorum ex antiquâ conſvetudine competit: *Suntq; illorum hodiè octo*, nempè tres Eccleſiaſtici, Moguntinus, Trevirenſis ac Colonienſis, ac quinque Seculares, Rex Bohemiæ, Dux Bavariæ, Dux Saxoniæ, Marchio Brandenburgenſis, & Comes Palatinus Rheni.

Explic.

1. A*Nte Pacificationem Oſnabruggenſem & Monaſterſenſem vigore Aureæ Bullæ in Præfat. & tit.* 4. *& antiqua obſervantia ſeptem ſaltem fuiſſe Electores, nempè* prædictos tres Eccleſiaſticos & quatuor Seculares, Bohemum, Comitem Palatinum, Saxonem & Brandenburgicum lippis & tonſoribus notum eſt: *Ubi tamen notandum, ante Auream Bullam Brandenburgicum Saxonico prælatum fuiſſe*, ut patet ex Decreto Electorum ob electionem Ludovici Bavari ad futurum Pontificem exarato, *ab Hervvarto in libro, cui Titulus Ludovicus* IV. *Imperator defenſus c.* 2. *p.* 10. *& ſeqq.* ex Originali Archivi Bavarici tranſumto & literis Francofurtenſiũ ideo ad Aquisgranenſes datis ibid. *p.* 33. *& ſeq.*

Cum verò Elector Palatinus Fridericus V. à Statibus Regni Bohemici in locum Ferdinandi Auſtriaci jam antà anno 1618. recepti, & ſub imputatione non ſervatorum juratorum pactorũ ſequenti anno, cum jam in Regem Ungariæ ac Imperatorem electus eſſet, iterum rejecti Regis per electionem ſuffectus, ſed prælio ad Pragam *anno* 1620. commiſſo ſuperatus, ac Regno ejectus eſſet & prædictus feliciſſimæ recordationis *Imperator, & Bohemiæ ac Ungariæ Rex Ferdinandus* II. dictus Regnum illud cum annexis Provinciis iterùm ſubegiſſet, Palatinũ illum cum belli Sociis proſcripſiſſet, ac ad interceſſionem Regis Angliæ & Daniæ certis de cauſis in gratiam recipere noluiſſet, Hic verò in Provincias ſuas *anno* 1622. ad illas bello ac armatâ manu vindicandas rediiſſet, ac rebus infeliciter geſtis iterum ad amicam compoſitionem, quæ Bruxellis inſtituta erat, animum advertiſſet, & nihilominus idem in Comitiis Ratisbonenſibus anno eodem inſtitutis, *ſed ſequenti demùm* habitis diſſvadente cum multis Statibus ac poſteà cum Brandenburgico diſſenſum ſuum per literas teſtificante Saxone, dignitas illa nihilominus in Maximilianum Bavariæ Ducem translata eſſet, & Palatinus ob hanc ignominiam ubique Patronos ſibi quæreret, illoque mortuo primogenitus ejus reliquis cum fratribus cauſam illam proſequeretur, eamque Guſtavus Adolphus, eoque mortuo ejus filia Chriſtina unà cum Ludovico XIII. & poſteà ejus

Succeſ-

Succeſſore Ludovico XIV. Galliæ Regibus graviter defenderet, *res eò tandem venit, ut tractatu de conficiendâ pace Oſnabrugga & Monaſterii ſuſcepto* inter alia id etiam pro obtinendâ illâ in medium produceretur ac concluderetur, *ut Bavarus quidem* in ſuo ſemel adepto Electoratus Jure & inter ſeculares ſecundo ordine permaneret, *Palatinus verò* in locum ultimum reſtitueretur, *ac ita ex ſeptem octo conſtituerentur Electores, ſicut de illo ſeq. th. 9. expl.* 10. pluribus dicetur,

Atque ita quod Maximiliano I. *Imperatori petenti*, ut Archiduces Auſtriæ in numerum Electorum cooptarentur ob prætextam ſeptenarii numeri ſanctitatem & Caroli IV. *in Aureâ Bullâ in Proœm. & Tit.* 4. præſcriptam normam teſte *Hartm. Mauro de Coronat. Caroli* V. *ſub titulo, Quo apparatu atque magnificentia ſolemne convivium celebratum & Frebero ad Petr. de Andlo l. 2. c 1. denegatum, ac à Gabriele Bethlehemo Tranſylvania Principe*, ſi fides, ut quidem inter alios ſtatuit *Gold. de Regno Bohem. l. 3. c. 5. n.* 5. titulatæ illi Cancellariæ Secretæ Anhaltinæ habenda, fruſtrà tentatum fuit, ex neceſſitatis ductu denique locum obtinuit.

Licet ergò jam octo ſint Electores, nonnulli tamen illos nunc etiam ex primo inſtituto Septemviros dici poſſe putant, *quoniam octavus Elector* non in perpetuum, ſed ſaltem ad durationem Lineæ Wilhelmianæ Bavariæ receptus eſt, ſecundum *Inſtr. Pac. art. 4. §. quod ſi contigerit*, quod etiam ſentit *Feltm. de Tit. Honor. l. 1. c.* 49.

Novum Electoratum itaque ſolus Imperator *inſtituere non poteſt, Limn. ad Capit.* Caroli V. *art.* 24. *v.* **Fürſtenthumb.** *Joh. Adelzreuter in Aſſert. Juris Bavar. c. 4. q. 1. & Veterem alii concedere ſine Electorum conſenſu negant. Id. d. c. 4. q. 2. Lindenſp. de* Imper. *& famil. Origin. Rubr. de Ducibus & Elector. Saxon. n.* 27. argumento Capitulationum. *Licet Panvin. de* Comitiis *Imperat. c. 10. jus illud* Imperatori *tribuat.*

& praxeos: *Ita enim Imperator Sigismundus* Electoratum Saxoniæ Friderico Thuringiæ Landgravio de conſilio Electorum contulit, ut conſtat ex *Diplomate inveſtitura apud Hortlad. de cauſis belli Germ. l. 4. c. 9. n.* 105. *Contrarium tamen tuetur poſt Arum. Diſc. 4. ad A. B. th. 16. & alios Stamler. de Reſerv.* Imper. §. 17.

II. *Quæri hic ſolet* (1.) *Cur olim* in conſtituendis Electoribus numerus ille ſeptenarius placuerit?

Et à pleriſque quidem id ejus ſanctitati adſcribitur, de quo poſt alios legi poteſt, *Parens noſter de Saxon. non provocandi jure verbo Electorum c. 1. n. 305. & ſeqq. Coler. de Jure* Imper. *Germ. th.* 44. *& Guilh. Onciacius in Decad. Numer. Legal. alii verò alias adferunt rationes à Limn. l. 3. c. 2. n. 27. & ſeqq. adductas. Sed quoniam, ut ſeq th. 7. expl.* probabitur, Electores non ex conſtitutione quadam, *ſed propriâ quorundam Germaniæ Procerum illius poteſtatis uſurpatione*, quæ aliis atque aliis Jus ſuum negligentibus paulatim ad hunc exiguum numerum devoluta eſt, ortum ſuum habent, *magis caſui* quàm præmeditatæ numeri illius electioni id adſcribendum eſſe certo certius eſt, *quanquam negandum non ſit, officia ſeptem Imperii ab iis, qui poſteà Electores ob eadem facti ſunt, numero tali occaſionem ſimul dediſſe*, de quo tamen etiam *Onuphr. Panvin. de Comit.* Imprator. *c. 9. ante fin. legi poteſt.*

(2.) *Cur Collegium* hoc ex Eccleſiaſticis & Politicis conflatum ſit?

Ad quod reſolvendum, licet quidam ad primam illius Conſtitutionem rurſus confugiant, ac *hanc rationem reddant*, quod illius inſtitutor putarit, rem tanti momenti ſine Sacerdotibus adeoque viris eruditione ac ſanctimoniâ conſpicuis perfici non poſſe, vel Clerum, utpote potiſſimam Reipublicæ Chriſtianæ partem, ab hoc jure excludendum non eſſe,

Nonnulli verò cenſeant, Pontifices Romanos tanquam falcem ſuam ſemper in negocia Imperii immittentes, hic ad intentionem ſuam eò melius conſequendam & Imperatores Statui ſuo accommodatos nanciſcendos utilitati ſuæ per ingeſtionem illorum etiam conſulere voluiſſe. *Verius tamen eſt*, Clericos hos tanquam jam olim magnis dignitatibus & Principum honore conſpicuos ſemel ipſos, tamen abſque conniventiâ & ſuggeſtione Pontificum, intruſiſſe *ad exemplum Parium Franciæ*, qui in illo Regno etiam maximas dignitates obtinent, & unctione Regum ſuorum potiſſima officia ſuſtinent, *ſuntque illorum ſex Eccleſiaſtici*, utpote Archiepiſcopus Rhemenſis, Epiſcopus & Dux Laudunenſis, Epiſcopus & Dux Ligonenſis, Epiſcopus & Comes Bellovacenſis, Epiſcopus & Comes Catalaunenſis ac Epiſcopus & Dux Noviodunenſis: *Et ſex ſeculares*, qui in inaugurationis actu pro Regum arbitrio ex Ducum numero legi ſolent, quales fuerunt in inauguratione Ludovici XIII. ſecundum *Gramondum l. 1. Hiſtor. Galliæ p. m.* 16. Condæus, Contius, Sveſſio Principes ſanguinis, & Nivernus, Ellebovius ac Eſpernonius.

De quo etiam agit *Limn. in Notit. Regni Franciæ l. 2. c. 25. lit. f. f. & ſeqq. ubi lit. n. n. ſingulorum functiones recenſet.*

Ubi porrò referendum Gramondo aſſentiri Thuan. l. 27. Hiſt. f. m. 531. dum ſcribit, Secularium Parium numerum definitum non eſſe, titulis illis honorificis pro Regum arbitrio præcipuis dignatione aut gratiâ viris ſemper attributis: & paulò poſt addit, id ſemper obſervatum fuiſſe, ut inter eos creationis tempus in incedendi & ſedendi ordine inſpiceretur.

Quæ circa Electores ſingulos ab aliis conſignari ſolent, illa ſeq. th. 12. & in explic. annotata ſunt.

TH. VI.

Electorum horum conſideranda (1.) Origo, (2.) poteſtas & jura ſive privilegia. (3.) Officia.

TH. VII.

Origo Electorum veriſſimè non alicui Conſtitutioni pragmaticæ, ſed propriæ quorundam præcipuorum Principum uſurpationi accedente reliquorum tacito conſenſu & longinquo uſu debetur,

Explic.

Collegii hujus auctorem plurimi Ottonem III. *Imperatorem* anno ætatis decimo ad Imperium evecto, & ideò primum Ottonem puerum, **das Kind**, poſteà v[illegible] mirabilia mundi dictum, teſte *Ottone Friſing. l. 6. c. 26. Alii verò, Gregorium V. Pontificem, cum eâ tamen reſtrictione, quod illud eum conſenſu dicti Ottonis fecerit, conſtituunt, ſed utrumque per errorem & contra veritatem fieri per ſequentia demonſtrabimus. Licet enim prioris aſſertores id inde probare nitantur, quia* (1.) *Willegiſius* Ottonis illius Præceptor primus Elector Moguntinus fuit, & in ſignum vilium natalium (fabri enim rotarii filius fuit) rotam, quâ adhuc Electores & Archiepiſcopi illi utuntur, pro inſigni uſurpavit, ut apud veteres Scriptores conſtabter reperitur, & id ex Catalogo illorum apud *Bucelin. in German. ſacrâ, parte 1. fol.* 2. conſtat.

(2.) *Otto-*

tempore Bohemi continuò Reges habuerunt: Cum tamen in dictâ Gregorii V. ſanctione longe antiquiori Bohemiæ Regis mentio jam facta ſit.

(2) *Variant admodùm tàm in auctore, adeoq; ſimul adjecto tempore:*

Nam alii ex monumentis Eccleſiæ Aquilegienſis *Henrico II. Imperatori ac Silveſtro II. Pontifici*, quos inter reperitur Martinus Polonus io Chron. f. m. 344. *Theod. de Nyhem. in Nervor. Union. tract. 6. Labyr. t. 32. Rolevvinck. in Faſcic. Temp. ætate 6. ſub Ottone III. f. m. 71. Stella de Vit. Pontif. p. m. 24. Nicol. Cuſan. l. 3. de Concord. Cathol. c. 3. & ſeq. Naucler. Vol. 2. Gener. 34. f. m. 144. & Marſilius de Menandrino de Transl. Imper. c. 11. Alii verò*, inter quos primatum obtinet *Baron. Tom. 10. Annal. ad annum 996. n. 56.* ab Innocentio IV. Papâ ex teſtimonio *Matth. Pariſienſis in Hiſtor. Anglic.* (*f. m.* 655. & eum ſecutus *Bellarminus in d. Recognitionum opere* in Concilin anno 1245. Lugduni habito poſt excommunicatum Fridericum II. *talem conſtitutionem* factam aſſerunt: *Alii tandem* & inter illos præcurſore *Onuph. Panvin. de Comitiis Imperatoriis c. 6. & c. 9. in pr. Zoanettus de Romano Imperio n. 244. ita tamen* ut Gregorio V. inſtitutionem ipſam & Gregorio huic executionem ejus attribuat, *à Gregor. X. Pontifice* in Concilio ibidem habito illos inſtitutos contendunt, vel potius conſiciunt.

Quomodo verò circa Imperatores tanquam auctores varietur legi poteſt apud *Heig. p. 1. quæſt. Juris 3. n. 20. & ſeqq. Schönborn. l. 5. Polit. c. 6. & alios.*

Quàm in ipſorum Electorum denominatione. Siquidem *Matth. Pariſienſ. d. l. nominat* inſtitutos ab Innocentio IV. *Ducem Auſtriæ, Bavariæ, Saxoniæ & Brabantiæ*, ac *Archiepiſcopum Colonienſem, Moguntinum & Salisburgenſem.* Quod etiam agnoſcit *Baron. d. l. ſed paulò poſt* incerto tamen auctore ab Innocentio vel ejus Succeſſore Alexandro IV. perſonas iterùm mutatas fuiſſe in illas, quæ adhuc hodiè illo jure gaudent, *tradit. Agnoverunt hanc varietatem præter d. Baronium multi Catholici, in diverſas partes ideò euntes, interq; illos. Naucler. Vol. 2. Gener. 34. d. f. 144. Blond. l. 3. Dec. 2. f. m. 189. Alph. Alvarez. de Poteſt. Pontif. c. 16. n. 15. Alex. Carer. de Eadem l. 2. c. 18. n. 1. Bellarmin. in d. libro Recognitionum circa fin.*

(3.) *Etiam ab Ottone illo omnes intermedii Imperatores usq; ad Frideric. II. vel ab omnibus, vel ſaltem à longè pluribus* Proceribus, *immò totis nonnullis nationibus* ad conventum electionis univerſalem magno numero confluentibus electi ſunt, ut teſtatur *Otto Friſingenſis plurimorum Coætaneus de Henrico II. illius Succeſſore proximo d. l. 6. c. 27. his verbis: Anno ab incarnatione* 1001. *mortuo ſine hærede Ottone Henricus patre Hezilone, natione Noricus, ejusq; Gentis Dux ab omnibus Regni Primoribus 87. ab Auguſto Rex creatur. De Conrado Franco ejus proximo iterùm Succeſſore. Idem Friſing. ſeq. c. 28. de Henrico V.* (nam ejus pater Henricus IV. & Avus Henricus III. à viventibus adhuc parentibus citra ordinariam electionem cum conſenſu tamen Procerum Reges & Succeſſores deſignati fuerunt, ut *idem d. c. 28. & 34.* memorat) *l. 7. c. 11. de Lothario ſeq. c. 17.* & in *Vitâ Friderici I. Imperatoris l. 1. c. 16. de Conrado d. l. 7. c. 22. & ſeq. ac d. l. 1. c. 22. De ejus filio Henrico ante patrem mortuo d. l. 1. c. 43.* & de *Friderico I. fratris ejus filio d. l. 7. c. f.* his iterùm clarè verbis: *Rex electus eſt apud Franconefurt unanimi Principum totiusq; Regni conſenſu*, quod etiam *in ejus vitâ l. 2. c. 1.* repetit: *Quod verò Fridericì hujus filium Henricum VI. Imperatorem concernit, ex Ottonis de S. Blaſio* ad dictum Friſingenſem *Appendice c. 32. & ſeq. conſtat*, quod pater illi in Regnum aſſumto in generali Curiâ Presburgi anno 1189. habitâ regalia tradiderit, & hic anno ſeq.

A. à Cœleſtino Papâ coronatus fuerit. *Filius quoq; ejus Fridericus II.* quadrimus à vivo patre cum conſenſu Principum cunctorum præter Colonienſis Archiepiſcopi, Rex deſignatus eſt, teſte *eodem ſeq. cap. 45.* Et cum ob ejus infantiam Philippus patruus interim à Bavariæ & Saxoniæ Ducibus ac cæteris Baronibus necnon Epiſcopo Magdeburgenſi ac Salisburgenſi in defenſorem Imperii & poſteà Regem eſſet electus, Archiepiſcopus Colonienſis ac Trevirenſis & quidam Epiſcopi, nec non Henricus Palatinus Rheni cum aliis Baronibus illarum Regionum aggregati electionem dicti Friderici II. jam antè factam caſſantes, elegerunt Ottonem Henrici Bavariæ & Saxoniæ quondam Ducis filium, teſte *eodem c. ſeq.* Idem *Hermannus Contractus & Bertholdus Presbyter Coætanei in Chronico ad annum* 1053. *de Henrico IV. referunt, & poſterior quidem ad*

B. *annum* 1077. *narrat*, illo à Papâ ob Simoniam *apud Principes Imperii* accuſato, *hos* colloquio Regni generali apud Forcheim habito Rudolphum Ducem Alemanniæ in Regem elegiſſe, *& ad ann.* 1081. Rudolpho hoc in expeditiooe adverſus prædictum Henricum occiſo, *à Principibus Regni Teutonicorum ſcilicet, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Ducibus, Marchionibus & Comitibus conventu facto Hermannum Lucelburgenſem in Regem electum fuiſſe.*

Quod etiam Robert. de Monte in Appendice ad Sigeberti Chronicon & annum 1126. *de Lothario Saxone & ad annum* 1198. *de Ottone Duce Saxoniæ. Abbas verò Urſpergenſis ad annum* 1054. *de Henrico IV. ad annum* 1106. *de Henrico V. ad annum* 1198. *de Philippo, & ad annum* 1210. *de Friderico II. Nec non Gotfridus Viterbienſis in Chronico parte 17. de Henrico II. f. m. 483. de Cunrado II. f. ſeq. & 487. de Lothario Saxone f. 509. De Cunrado III. f. 510.*

C. *& ſeq. & de Friderico I. f. 514. memorat. De quibus omnibus Panvin. d. c. 6. legi poteſt.*

Inprimis verò hic notatu dignum, quod Vippo Synchronus & præſens in vitâ Chunradi Salici de ejus electione refert: Dum enim in pr. memorat, Archiepiſcopos, Epiſcopoq;, & Principes Seculares Primores, qui unà cum reliquis electioni Imperatoris intereſſe ſoleant, *ſubdit in Conventu Univerſali ad Electionem illius Imperatoris in planitie intra Moguntiam & Wormatiæ confinia habito Francos, Lotharingos, Saxones, Noricos, Alemannos convenisſe, & cum duo Principes, Chunradus nempè prædictus, qui Senior vocatus fuit, & Chunradus Junior in Conſiderationem venirent, hic verò illi ceſſiſſet, hinc ſummo judicio concordia conſediſſe Principes & populum frequentiſſimum adſtitiſſe.*

Et tunc Archiepiſcopum Moguntinenſem, cujus ſententia ante alios accipienda fuit, rogatum à populo,

D *quid ſibi videretur, elegiſſe ſeniorem illum Chunradum, & hanc ſententiam cæteros Archiepiſcopos & reliquos Sacrorum ordines ſequutos fuiſſe, poſteà quoq; Chunradum juniorem cum Lotharingis deliberatione habitâ illum elegiſſe, & ſingulos de ſingulis Regnis eadem electionis verba ſæpè repetiiſſe, tunc clamorem factum & omnes unanimiter in Regis electione Principibus conſenſiſſe*: ubi plura legi poſſunt. *Et paulò poſt addit*, Imperatorem illum filium ſuum Henricum ætate undecim annorum *Principibus Regni cum totâ multitudine id probantibus* ab Archiepiſcopo Colonienſi in regalem apicem in palatio Aquisgrani ſublimari feciſſe. Quod etiam probatur ex *ſcripto Principum Imperii ad Innocentium III. Pontificem de obitu Henrici VI. & novo Rege electo, apud Goldaſt. p. 1. Conſtit. Imper. f. m. 72. in cujus principio & fine Principes & Barones quosdam Ottonem elegiſſe, alios verò ab illo diſcordes fuiſſe* (nam Philippum illi elegerunt) *Ponti-*

jus aicto memorant, petendo, ut electum à ſe Ottonem IV. confirmare, diſcordes verò Eccleſiaſticâ cenſurâ ad concordiam revocare velit. *Et tandem ſubſcripti ſunt cam hâc adjecta formulâ, elegi & ſubſcripſi, ſi Colonienſem demas, planè ad ordinem Electorum non pertinentes*, nempè *Paderboraenſis & Mindenſis Epiſcopi, Corbeienſis, Tudenſis, Werdenſis Abbates, Dux Lotharingiæ Henricus, & Henricus Comes de Kake.* Quibus junge quæ refert coætaneus *Urſpergenſis* de Ottonis & Philippi hujus electione in ſuo *Chronico ſub Titulo Geſta Philippi ad d. annum* 1198. & de electione Friderici II. ſub Tit. Anni Ottonis ad annum 1210. *Ut vel hiac videas, Electionis jus etiam tunc, nempè anno* 1208. *adeoq́, ſaltem quatuor annis ante Fridericum II. ad omnem Statuum ordinem pertinuiſſe. Sicuti etiam in electione hujus Friderici alii, qui in claſſem Electorum non pertineat, nempe Luitpoldus Auſtriacus, Otto ab Andechs* B. *Dalmatiæ præſes, Ludovicus Landgravius Thuringiæ conſignante Aventino l.7. f. m.* 406. *& Urſperg. d. l. ſuffragia ſua tulerunt, de quo iterum Panvin. d. c. 6. legi meretur.*

Nec non Decretum Comitiorum Herbipolenſium Friderici I. à Goldaſto Tom.3. f.m.342. relatum, cui junge ex Speculo Saxonico l.3. t.57. Speculo Suevico l.1. c.29. §.4. & Lehnrecht *c.4. à Limn. l.3. c.1. n.17. & ſeqq. adducta.*

(4.) *In d. c. Venerabilem, nulla mentio Conſtitutionis Pontificiæ, nedum in ſpecie Gregorii V. circa Electorale Collegium fit, ſed potiùs Jus & poteſtas hec eligendi* 1. *Principibus* Germaniæ indefinitè de Jure & antiquâ conſuetudine ſcribitur competere, & 2. *ad iſtos* ab Apoſtolicâ ſede non diſpoſitivè vel conſtitutivè, *ſed* per falſum præſuppoſitum & inde deſumtum conſequens, *quia* illa Imperium à Græcis ad Germanos per Carolum M. tranſtulit, quod ſi fa- C. ctum non fuiſſet, nec Germaniei Principes, poſteà eligendi Imperatoris poteſtatem vel facultatem obtinuiſſent, dicitur perveniſſe, *ſed quia prius, at præced. c.1. th.11. expl.2. in pr. deductum, falſum eſt, conſequens etiam ſimiliter ſe habet. Porrò* 3. *nulla ibi fit mentio*, ut jam dictum, *Principum Electorum ſeptem, ſed ſolummodo illorum*, quibus illa poteſtas de Jure & antiquâ conſuetudine competit, *& quidem plurium vel multorum per verba circa medium prolata: quamvis plures ex illis &c. & paulò poſt contradictio multorum &c.* 4. *Reſpicit in illo Pontifex ad electionem Regis quem approbat*, qui fuit ratione temporis Otto IV. & reprobationem Ducis in diſcordiâ electi, qui fuit Philippus Suevus (vixit enim Papa ille in Pontificatu ab anno 1198. usque ad annum 1215. *quo tempore hi per diſcordiam Principum omnium congregatorum, non Electorum in ſpecie, qui tunc nondum extiterunt*, ſicut Baronius ipſe ſuprà d. l. fate- D tur.) 5. *Papa ille* literas iſtas, ex quibus *d. c.* deſumtum, non ad aliquem Electorem in ſpecie ſic dictum, ſed Ducem, ut inſcriptio ſonat, Caringiæ (qui fuit Bertholdus Zaringiæ Dux, ut refert *Gevvold. de Septemvir. c.6. n.58.* ubi integras literas recitat) ſcripſit, illique in fine mandat, ut à præfato Duce, nempè Philippo, recedat omninò, non obſtante Juramento, ſi quod ei ratione Regni fecerit.

Atqui Dux ille inter Electores noſtros nunquam numeratus fuit.

Similis ratio eſt, quoad principium Juris eligendi Germanis Principibus competens d. c. nunc in Clement. de Jurejurando.

(5) *Obſervante Freinshem. in Diatr.3. de Elector. & Cardinal. præced. th. 23.* Gregorius ille V. de modo vel jure eligendi Imperatoris nihil conſtituere potuit, *cum illo tempore* electio vel conſtitutio Pontificum

A. Juris eſſet Imperatorii. *De quo jure latè legi poteſt Conring. de German. Imper. Rom. c.10. ante medium.*

(6) *Ut ſeq. theſ.16. explic.2. latè deductum eſt*, in hiſtoriâ Bruſchii ſuprà dictâ Officiales Imperii cum Electoribus erroneè confuſi ſunt.

(7) *Illo tempore* Officia illa & dignitates omnes ſeptem non fuerunt in uſu, ut inter alios benè obſervavit *Mallincrot. d. l.2. c.3. p.m.182. & nos d. th.16. expl.1. demonſtravimus.*

Cum ergò, alia prætereundo, ex præmiſſis clarè pateat, ab Ottone illo III. usq; ad Fridericum II. incluſivè Imperatores *vel ab omnibus Principibus* latè ita dictis, ita, ut & Abbates, Comites, Barones ſimul ſub iis comprehendantur, *imò* nationibus ipſis, *vel à pleriſq́, vel ſaltem a longè pluribus electos fuiſſe, infallibiliter inde ſequitur, Electores illos ſeptem neq́,* à dicto Ottone III. *neq́,* à Gregorio V. Pontifice, *nec* ab Hen- B. rico II. Imperatore *vel* Sylveſtro II. *nec* ab Innocentio IV. *nec à* Gregorio X. Papis inſtitutos fuiſſe, *cum aliàs* 1. *Electores* contra reliquos Principes Jus ſuum uſurpaſſent ac defendiſſent, 2. *multo vero magis* Pontifices ipſi in turbulento inprimis iſto ſtatu, ubi omne Imperium ſibi aſſumſerunt, & ob leves quandoque cauſas vel prætextus ad poteſtatem ſuam elevandam Imperatores, Reges & Principes excommunicationis fulmine percuſſerunt, violationem Conſtitutionum ſuarum, uti plenitudini auctoritativè ſuæ contrariam non toleraſſent, ſed ad minimum per Legatos ſuos tales electiones, in quib⁹ illos ferè ſemper præſcotes habuerunt, impugnaſſent & poſteà annullaſſent.

Id quod prædicti Autores tanquam Clerici ex debito in favorem & commodum Pontificum ſuorum non reticuiſſent, qui aliàs in recenſendis minutiis, utpote deſcriptione diætarum & hoſpitiorum aliarumque circumſtantiarum vilium ad nauſeam lectoris usque oc- C. cupati fuerunt. *Ut taceamus* neminem antiquiorum illorum Scriptorum fide dignorum, ex Germanis Italisvè, & ne Gratianum quidem circa annum Chriſti 1151. Pontificum Decreta, Statuta & Conſtitutiones compilantem, Conſtitutionum illarum mentionem facere, multò verò minùs exemplar recitare: *Nam quod Martinum Polonum tanquam primam ejus rei Scriptorem publicum concernit, ſciendum* illum demùm ſub Friderico II. ſcripſiſſe, adeoque contra coætaneos rerum geſtarum Scriptores allegandum non eſſe. *Eadem ratio eſt, quoad Matth. Pariſienſem* auctorem non ſolùm prioribus recentiorem, ſed etiam extraneum & in ſpecie rerum Anglicanarum Scriptorem, adeoq; Germanicarum non ita gnarum vel ſtudioſum.

Quod reliquos à Gevvoldo d. c.6. relatos attinet, de iis legi poteſt judicium Limn. in addit. prior. ad l.3. c.1. n.1.

Plura ad refutationem Pontificiæ hujus aſſertionis in D *genere tendentia legi poſſunt apud Matth. Flacc. Illyr. de Translat. Imperii Lehm. in Chron. Spirenſi l.5. c.17. Arniſ. in relect. Polit. l.2. c.6. Sect.5. Limn. d. l. Conring. de Elector. th.23. & ſeqq. multis. & in Animadverſ. ad d. illam Bullam Innocentii X. Papæ c.6. p.193. & ſeqq. nec non in Annot. ad Lampadium de Republ. Romano-Germanicâ l.3. c.4. §.1. & ſeqq. perſonatum illum Ludovicum de Monteſperato in Vindiciis Pacis Oſnabruggenſis contra dictam Pontificis Innocentii X. Bullam ſcriptis, Freinshem. in d. Diatr.3. th.22. & ſeqq. Cruſium de Præced. l.4. c.2. n.1. & ſeqq. Sinold. Vol.2. Diſp.7. th.4. & in explicat. Spreng in Inſtit. Juris Publ. l.2. c.25. Micrel. l.2. Syntagm. Hiſtorico-Politici Sect.5. p.m.529. & ſeq. Et in ſpecie quoad originem Gregorio V. falsò attributam apud Panvin. de Comitiis Imper. c.6. Baron. in Annal. d. l. Bellarmin. in d. Opere Recognitionum ſub finem. Mallincrot. de ArchiCancellariis Imper. l.2. c.3. p.m.173. & ſeq. ut Palatium in Aquila inter Lilia I.*

A. *c.5.n.6. & ſeq. Sed his omnibus non parum obſtant, quæ habet parens noſter de Saxon. non provocandi jure, verbo Electorum, c.1. à n.239. uſq; ad fin. ubi legi meretur.*

His ita ſe habentibus, opinionem noſtram ſubjungimus, putando, olim quidem omnes in locum electionis deſtinatum convenientes Nationes & Proceres Jus ſuffragandi ab Ottone III. uſq; ad Fridericum II. habuiſſe & uſurpaſſe, atq; ita nullos intra hac tempora ſpecialiter ita dictos Electores, & quidem ſolùm illa eligendi poteſtate gaudentes conſtitutos fuiſſe, Officiales tamen iſtos Imperii ſeptem (de quorum vetuſtate *ſeq. th.16. expl.2.* dicetur) *nempè tres illos Archiepiſcopos ut ArchiCancellarios* diverſorum illorum Regnorum, & *quatuor ſeculares, nempè Archimareſchallum, Archicamerarium, Archipincernam & Archidapiferum* ob reverentiam, potentiam, auctoritatem & dignitates ſuas ſemper *præpolluiſſe; ita ut cæteri illis libenter morem gererent, inprimis verò Archiepiſcopis*, ſi quem unanimiter lau-
B. daſſent, & Imperio dignum æſtimaſſent, *facilè aſſentirentur*, & quoniam ita judicium illorum ob reverentiam & præſumtam prudentiam ac dexteritatem tanti facerent, *factum inde eſſe, ut poſtmodum* ſolummodò quosdam Principes capaces æſtimatos Officialibus illis *prætaxarent* vel nominarent, *ut ex Vippone in vitâ Chunradi Salici, & Alberto Abbate Stadenſi in Chron. ad ann.* 1240. *patet*, & ſi illos Archiepiſcopi hi unanimiter eligerent, reliqui Proceres eos quoque approbarent, ſi verò diſcordes eſſent, cæteros in partes traherent, ut ex *d. l. auctoribus & aliis*, qui talis electionis meminerunt, *conſtat*.

Cum verò poſterioribus temporibus in diſcordiâ Principum duo ſæpè electi eſſent, & quilibet ut dictum, Proceribus in partem tractis, electum ſuum promovere & tueri vellet, *Pontificesq; inde* occaſionem firmandæ auctoritatis ſuæ nacti ex duobus illum, quem
C. ſuæ intentioni aptum reperirent, vel eſſe cenſerent, confirmarent, & alterum rejicerent, ac *non obtemperantem* cum factione ſuâ excommunicarent, indeque magnæ turbæ & quandoq; bella Civilia, ut notum, orirentur, *reliquos Status tandem ex tædio & diſſidiorum horum evitandorum ſpe ac ſtudio, accedentibus cumprimis Pontificum inſtigationibus & annexis*, ita olim ab Apoſtolicâ ſede conſtitutum fuiſſe, perſuaſionibus hinc ortis, quod cernerent auctoritatem ſuam ita augeri & magis paucos quàm plures ad eligendum Pontificiæ ſedi ſtudioſum diſponi poſſe, ad conventum quidem electionis porrò comparuiſſe, ſed *ſucceſſivè Officialibus illis totum electionis negotium tacitè conceſſiſſe, idq; ſub Ottone ac Philippo anticæſaribus aliquatenus cœptum, ac ſub Friderico II. tandem*, cum Paparum in illum fulmina, & incitationes, ut in ejus locum alius eligeretur, animadverterent, *perfectum eſſe conjicimus, quia* (1) jam Albertus Stadenſis, ut ipſe fate-
D. tur *Synchronos in Chronico ad annum* 1240. *Electorum illorum meminit*, ita ſcribens: *Ex prætaxatione Principum & conſenſu eligunt Imperatorem Trevirenſis, Moguntinus & Colonienſis*. & paulò pôſt: *Palatinus eligit, quia Dapifer eſt, Dux Saxoniæ, quia Marſchalcus, & Marggravius de Brandenburg, quia Camerarius, Rex Bohemiæ, qui Pincerna eſt, non eligit, quia non eſt Teutonicus, quem textum explicat Goldaſt. in Replicat. pro Imperio c.38. in f. Martinus Polonus* Innocentii IV. Papæ pœnitentiarius adeoque etiam Synchronos idem facit, ita *l. 4. Chron. p. m.* 344. ſcribens: *Poſteà fuit inſtitutum, ut per Officiales Imperii Imperator eligeretur, qui ſunt ſeptem, videlicet primi tres Cancellarii iſti Moguntinus Germaniæ, Trevirenſis Galliæ, Colonienſis Italiæ Cancellarius, Marchio Brandenburgenſis Camerarius eſt, Palatinus Dapifer, Dux Saxoniæ enſem portat, Rex Bohemiæ Pincernam agit.* Unde verſus:

Moguntinus, Trevirenſis, Colonienſis,
Quilibet Imperii ſit Cancellarius horum,
Et Palatinus Dapiſer, Dux Portitor enſis,
Marchio Præpoſitus Cameræ, Pincerna Bohemus,
Hi ſtatuunt Dominum cunctis per ſecula ſummum.

Idem in Speculo Juris Saxonici tempore illo, & vivente adhuc Friderico II. confecto (de quo lege *Gryphr. de Weichbild. Saxon. c. 47. & Conring. de Orig. Juris Germ. c.30.*) *l.3. Art.57. Et Suevico paulò poſt congeſto, l.1. c.29.* ut poſterior ibid. conjicit, *refertur*.

(2) *Primus ab Electoribus in ſpecie ſolùm Papa Innocentii IV. inſtinctu Henricus Landgravius Thuringiæ Raſpo dictus*, (quem tamen à ſolis tribus Archiepiſcopis electum, & ideo Regem Cleri dictum fuiſſe *Brunn. in Annal. Bojor. p.3. l.14 p.m.*750. memorat.) adverſus Fridericum illum II. anno 1246. & paulò
B. pôſt anno ſcilicet ſequenti Wilhelmus Hollandiæ Comes electus fuit ut teſtatur *Alb. Stadenſ. in Chronicò add. Ann. & Joh. Becka in Chron. Ultraject. ſub Epiſcopo 26. Ottone III. p. m. 65.*

(3) *Reliqui Proceres nihilominus ad Jus ſuum non totaliter amittendum, Electionibus non ſolummodo dicti Henrici & Wilhelmi, ſed etiam poſteriorum quorundam Imperatorum interfuerunt, ut ex præmiſſis ſatis liquet.*

(4) *Ipſe Carolus IV. Imperator poteſtatem hanc Electorum antiquæ conſuetudini adſcribit in A. B. tit.1. in pr. & tit.2. §.5. de quo benè diſſerentem vide Limn. ad A. B. d. c.1. §.1. obſ.6. & ſeqq. Nam illo tempore jam ultra ſeculum invaluit illa Conſuetudo.*

Et in hoc paſſu plurimi magni nominis JCTi & Politici, interq; eos Arum. in Diſc.3. ad A. B. c.4. th. 6. & de Comit. c.2. n.14. & ſeqq. Dan. Otto in Jure Publico c.10. Reuſnerus in Enucleat. ſeptem Illuſtrium Politicar.
C. *Quæſtionum quæſt. ult. Buxt. ad A. B. Conſ.14. Finckelthauſ. in Controv. Feudal. Diſp.4. in Coroll Bertram. de Comit. th. 29. Limn. d. l.3. c.1. n.1. & ibi in addit. prior. & ad A. B. d. l. Rumelin. ad A. B. p.1. Diſſ.6. in f. Dieter. ad Eand. ibid. p.m.13. & ſeq. Wurmſ. Exerc. Jur. Publ. 9. th.9. Cruſius de Præced. d. l. 4. c.2. n.4. Mylerus in Archolog. c.9. n.5. Conring. de Imper. Germ. Republ. Tit. de Elector. p. m. 106. nobiſcum ſentiunt:*

Licet quidam ratione modi, quod ſcilicet hujus eligendi juris translatio in Officiales vel per expreſſam aliquam *conſtitutionem Imper. Ottonis IV.* ut inter & poſt alios ſentit *Greiheim. Diſſert. de Imperio Romano 1. th.40.* motus ejus conſtitutione à *Goldaſto Tom.3. Conſtit. Imper. f.371. relata, ſed hic in Tr. de Regno Bohem. l.3. c.5. n.9.* ſe à Frehero deceptum eſſe ſcribit, *vel conventionem ſub Friderico II.* in Comitiis Veronenſibus anno 1245. habitis, ut ſentit *Frensheim. d. Diaer.3. theſ.28. vel Decretum ſpontaneum* à
D. cæteris Primoribus anno circiter 1244. in Concilio Lugdunenſi ex perſuaſione Innocentii IV. Pontificis factum, ut opinatur *Conring. in annot. ad Lampadium p.3. c.4. §.2.* de quo etiam magnus ille *Blondellus in Genealogia Franc. Plenìori Aſſert. Tomo 2. f. 235. & multis ſeqq. agit.*

Nec obſtat, quòd ſæpe d. Pontifex Innocentius III. qui ab anno 1198. Pontificatui præfuit, jam ſuo tempore in ſæpe etiam allegato *c. Venerabilem*, jus illud eligendi Principibus de jure & antiquâ Conſuetudine competere, fateatur: *quoniam ille non ad originem Electorum in ſpecie ſed jus eligendi Principibus in genere* ſtatim à morte Ottonis III. competens, ut ſupra pluribus demonſtratum, *reſpexit, nam prius erroneum, imo falſum eſſe*, etiam ibidem deduximus, & inter Catholicos magni Viri, nempe *Panvinius, Baronius, Bellarminus & Mallinkrotius dd. ll.* fatentur & evincunt.

TH. IIX.

Poteſtas & Iura Electorum concernunt vel ſimul univerſos, vel Eccleſiaſticos & Seculares ſeorſim vel ſingulos illorum.

TH. IX.

Vniverſorum poteſtas conſiſtit (1) in electione & depoſitione Imperatoris. (2) In conventibus publicis propriâ auctoritate, quando utilitas & neceſſitas id poſtulat, inſtituendis & celebrandis. *Iura verò* potiſſima ſunt ſequentia (1) Conſtituunt ſingulare & primarium quidem inter Status Imperii Collegium, & in Conventu Deputatorum Imperii, quo pertinet illorum unio. (2) Regibus æquiparantur. (3) Imperator tenetur illorum conſenſum ad habenda Comitia Imperii requirere. (4) Imperator in maximi momenti rebus expediendis illorũ conſilio & conſenſu indiget. (5) Adverſus illos crimen Majeſtatis committitur. (6) Imperatori in ſolenni Curiâ Officia ſumma cum ſummo ſplendore præſtant, & illi Convivanti ſingulis quisq; menſis cum ſummâ auctoritate & dignitate aſſident. (7) Habent Jus de non appellando & evocando. (8) Illorum numerus ab Imperatote ſine omniũ Statuum conſenſu graviſſimis de cauſſis requirendo & interponendo, augeri non poteſt. (9) Illi abſque coëlectorum ſuorum conſilio & conſenſu ab Imperatore banniri & provinciis ſuis privari non poſſunt. (11) In feudorum ſuorum receptione aliquid ſolvere non tenentur.

Explic.

I. **D**E *poteſtate hâc Imperatorem eligendi prac. c.3. th.7. in explic. & illum* rurſus ex gravibus cauſis *deponendi* ibidem *ſeq. th.17. expl.2. actum eſt.*

De poteſtate hâc Conventuum inter ſe libere inſtituendorum, uti etiam de conventibus illis ipſis *prac. p.2. Sect.2. c.9. th.25. & in explicat.* etiam latè tractatum eſt.

Quari hic ſolet à Politicis: Unde poteſtatem illam habeant?

Reſp. Illos juxta pracedentia in th.7. expl. circa fin. deducta priorem in genere cæterorum Statuum tacito conſenſu ac antiquâ Conſuetudine: *in ſpecie* verò ſecundum *A. B. c. 20. in pr. Eccleſiaſticos* illam virtute Archiepiſcopatuum ſuorum per Canonicam electionem vel poſtulationem legitimè acquiſitorum accedente Inveſtiturâ Imperatoris etiam citra pallii obtentionem *& Seculares* virtute & vigore Electoralium Provinciarum beneficio Primogenituræ latè ita dictæ & impetratæ poſt completos octodecim annos, caſu id ita ferente, inveſtituræ, *uti ſeq. theſ. 10. expl.1 n.3. & 5. & expl.2. n.3. & 4. deductum eſt. Poſteriorem verò vi etiam Aurea Bulla c.12.*

Nec obſtat, quod etiam Principes & cæteri Status, ut etiam *d. c.9. th.28. & in expl.* dictum, conventus celebrare poſſint, *id enim non ex Privilegio quodam*, nec ita directè ad ſalutem Imperii publicam, vel tandem circa negocia Imperii publica, *ſed ex libertate & conſuetudine* quadam, & ad ſalutem propriam primariò, nec non circa negotia propria faciunt.

A. II. *Quod Electores* (1) *ſingulare & primarium inter Imperii Status conſtituant Collegium* omnibus Juris publici ſcientiâ præditis notum, ac *prac. p.2. c.9. th.7. expl.2. & th.24. in expl. n.5.* annotatum eſt. *Pertinent huc elogia, quæ illis in Aurea Bulla data ſunt: Vocantur enim c.3 §.1. c.25. pr. & c. ult. Columna & latera Imperii, ac in ejus pr. Septem Candelabra lucentia. Alia, quæ ab Imperatoribus & in actis Imperialibus illis largita ſunt, legi poſſunt apud Limn. d. l.3. c.2. n.1. & 2.* Et ideò omnibus aliis Principibus cujuscunque ſint ſtatus, dignitatis vel præeminentiæ præferuntur, ſecundum *eandem ibid. n. ſeqq.* & notorietatem.

Quo ad unionem Electorum fraternam notandum eam eſſe duplicem, omnibus ſcilicet, excepto Bohemia Rege, communem & anno 1438. Francofurti primùm ab iis initam, ac ſequente anno 1446. ibidem à Friderico III. Imperatore confirmatam, & anno 1502. Geilenhuſa repetitam, ac tandem anno 1521. in Comitiis Wormatienſibus ſanctiori fœdere renovatam ac juramento ſtabilitam, uti recenſet *Gold. l.4. de Reg. Bohem. c.7. n.3. quæ adhuc ita ſubſiſtit, ac à Limn. Tom. 4. l.3. c.2. poſt n.72. ex Goldaſto relata eſt, vocariq; ſolet à Wormatia ad Rhenum ſita* die Rheiniſche Verein. *Occaſionem & cauſam cur tunc Bohemus in illam incluſus non fuerit refert Gold. d. l.*

Et particularem ab Electoribus quatuor ad Rhenum Veſalia ſuperiori anno 1519. initam & poſt alios Imperatores à Matthia Imperatore in Capitulatione art.5. in f. (ubi utriusq; mentio fit) confirmatam, ejus exemplar refert Gold. In den Politiſchen Reichs-Händeln / *p.1. c.11. f. m. 23. in quo cauſa impulſiva & cur reliqui non incluſi fuerint, nempe illorum diſſituatio adducitur.*

C. (2) *De illorum cum Regibus comparatione vide A. B. cit.6. ubi conſtituitur primò*, quod illis in quibuscunq; actibus ad Curiam ipſam ſpectantibus eundo, ſedendo, vel ſtando, nullus Princeps alius, cujuscunque ſtatus, dignitatis, præeminentiæ vel conditionis exiſtat, nullatenus præſeratur; *ex quo firmiter ſequitur*, illos Regibus, utpote inter quos & memoratos Principes ſuperioris ordinis intermedius gradus non datur, æquiparari.

Secundò, quod non ſolum Rex Bohemiæ tanquam Coëlector, ſed etiam reliqui Electores in talibus actibus quemcunque alium Regem, quacunque etiam ſingulari dignitatis prærogativâ fulgentem quavis de cauſa Curiam accedentem immutabiliter antecedant, *ut contra Carpz. de L. Regia c.10. ſect.7. n.13 & ſeq. benè demonſtrat Limn. in addit. poſter. ad d. c.2. n.4. ex quo iterum infallibiliter concluditur*, illos omnes Regibus æquiparari, de quo etiam lege *Heig. p.1. q.4. n.51. Et ideò ſinguli eorum Regibus titulum Regia dignitatis prateritis temporibus ſolùm detulerunt, ut inter alia ejus exemplum in Compactatis inter Chriſtianum III. Dania Regem at Johannem Fridericum Electorem Saxonia cum Confœderatis anno 1536. initis apud Hordled. de cauſis belli Germ. lib.8. c.11. occurrit.*

D. *Quod verò ex Luthero* in den Tiſchreden *c.38. adduci ſolet*, daß die Chur-Fürſten daher den Königen nur Ihr Ld. und nicht Ihr Gnaden ſchreiben / *neſcimus an illo tempore in uſu fuerit, cum diverſum ex Hortledero d. l.* modò demonſtratum ſit, & in *Receſſibus Imperii nomine Imperatoris & omnium Statuum confectis Reges* Ihr Königl. Würde *appellantur, ut conſtat ex R. J. de dato* Augſpurg 1559. *in ſubſcriptione* deß Königs in Hiſpanien Geſandten *bis & in ſeq.* Käyſers Ferdinands neue Müntz-Ordnung *Tit.* Und ſind dieſe die frembde ſilberne Müntzen *ſemel, & in ſubſcriptione R. J. de anno* 1582.

iterum

iterum bis & iii R. J. de dato Regenſpurg 1527. *§. penult. Regi Angliæ nec non in R. J. de dato* Eßlingen 1526. §. und ſeynd diß die Chur-Fürſten. *Regi Bohemiæ, & tandem in d. R. J. de anno* 1527. §. und als die Wolgebohrne. *Regi Bohemiæ & Hungariæ factum.*

Hinc cum anno 1641. in Comitiis Ratisbonenſibus deliberatum eſſet, an Reges Galliæ & Hiſpaniæ in literis nomine Statuum & quidem reſpectu Electorum titulo Dignitatis, reliquorum verò Majeſtatis inſignirentur, Cæſar monuit, antiquum dignitatis titulum retinendum eſſe, ut refert Limn. in addit. prior. ad L. 3. c. 2. n. 3. In Conventu tamen Electorali electionis causâ anno 1658. inſtituto Electorale Collegium Regi Galliarum, Hiſpaniarum & Hungariæ ac Bohemiæ, nec non Sueciæ ac Poloniæ in literis ad illos exaratis ſcripſerunt Regia Dignitati & Majeſtati conjunctim, ut legi poteſt in Diario Europæo part. 1. p. 702. & ſeqq. At poſteriori tempore Regibus Galliæ, Sueciæ & aliis ab Electoribus tam ſingulis, quàm univerſis, ac totius Imperii Statibus, imò in Conſtitutionibus & Scriptis publicis nomine Imperatoris & Imperii confectis, ſicuti in ſpecie ex Inſtrumento Pacis Germano-Suedico & Germano-Gallico, & quidem priori quoad Reginam Sueciæ in titulo artic. 1. art. 10. aliquoties, & art. 17. iterum aliquoties, nec non Inſtrumento Executionis, poſteriori verò quoad Regem Galliæ in pr. bis §. quarto. §. item. §. ut autem. §. loca ipſa & aliis, nec non Inſtrum. Execut. patet, titulus Majeſtatis attributus fuit.

In ſpecie verò Sereniſſimus hodiernus Elector Brandenburgicus Regi Poloniæ Johanni Caſimiro ſemper titulum Majeſtatis detulit, ut videri poteſt in Actis publicis, quæ loco Appendicis ad continuationem VII. Diarii Europæi adjecta ſunt.

Elector Moguntinus Johannes Philippus Galliarum hodierno Regi Ludovico XIV. in literis ob pacem cum Hiſpano ineundam anno 1659. exaratis eundem honorem exhibuit, ut legi poteſt in eod. Diar. Contin. 1. p. m. 144. & ſeq.

Sed Dux Mechlenburgicus Guſtavus Adolphus ſcripſit hodierno Regi Sueciæ Carolo. Ew. Königl. Würde *in literis de dato* Güſtrau *19. Junii 1661. apud eundem parte 7. p. m. 162. fortè quia minorennis fuit.*

Et quod magis eſt circuli Saxoniæ Infer. Principes in lit. ad Reg. Dan. 20. Nov. 1657. ſcriptis, illi ſaltem tit. R. Dign. dediſſe refert Feltm. de Titulis Honorum l. 1. c. 43. Vice verſâ Regem Galliæ modernum Electori Brandenburg. operante Barone Blumenthalio ejus Legato titulum Sereniſſimi & Serenitatis tribuiſſe refert Feltm. de promot. abſent. c. 3. n. 53.

(3.) *De Jure hoc conſenſus in Comitia Imperii habenda impertiendi ſimiliter legi poſſunt d. c. 9. theſ. 5. expl. 1.*

(4.) *De hoc Jure legi poſſunt Capitulationes Imperatoriæ paſſim, ex quibus patet, Imperatores* absque illorum conſilio & conſenſu fœdera pangere, vectigalia concedere, & ſimilia majoris momenti peragere non poſſe.

(5) *Illorum Provincias Electorales indiviſibiles eſſe adeoq; Seculares Primogenitis ſolùm deberi ex A. B. c. 25. art. 1. ibiq; ab Arum. annotatis* conſtat, cui junge *Limn. ibid. §. 1. obſ. 4.* ubi bona Electoralia à reliquis benè diſcernit.

(6) *Crimen Majeſtatis, vel potius magis propriè perduellionis adverſus Electores tam univerſos, quam ſingulos commiti ob textum in A. B. c. 24. art. 1. communiter & quidem rectè ſtatuitur.*

A. *Sed quo reſpectu an proprio Ipſorummet, an verò Imperatoris, cujus Conſiliarii, adeoq; pars corporis ſunt, adeoq; mediatè id obtineat, controverſum eſt.*

Nos poſterius amplectimur, quoniam (1) L. 5. C. ad L. Jul. Majeſt. ex qua potiſſimum art. ille 1. A. B. cum ratione ſua deſumtus eſt, cum ipſo hoc articulo clarè indicat in his verbis, nam & ipſi pars corporis noſtri ſunt: *per ea enim non Corpus Imperatoris naturale vel myſticum Imperii, ſed Imperialis Conſiſtorii vel Conſilii intelligendum eſſe ex d. L. 5. junctâ L. 3. §. 1. ff. de Colleg. & Corpor. & L. 1. §. 1. ff.*

Quod cujusq; univerſ. nom. & illâ ratione, quod Imperator ratione poſterioris, ſcilicet Imperii, non corpus ipſum, ſed ejus potiſſimum membrum, nempe Caput eſt, ut ex R. J. de dato Ratisbonæ 1541. in pr. conſtat, & per ſe notum, & aliàs crimen illud in cæteros Imperii Status, qui non minus, quàm Electores illius

B. *partes vel membra ſunt, ex eadem ratione committeretur. (2) In d. art. 1. non dicitur Crimen Majeſtatis committi adverſus Electores ob necem illorum, ſed hanc perpetrantes reos eſſe Majeſtatis ſcilicet Imperatoriæ, ob dictam cauſam: nam Majeſtas & auctoritas Imperatoris ſplendorem ſuum ab Electorum horum, tanquam ſanctiorum & ſummorum Conſiliariorum auctoritate, ſalute & inviolabilitate recipit, per L. 5. in pr. C. ad L. Juliam Majeſt. Si enim hi absq; tali eſſent inviolabilitate, Imperatori ipſi* non minus periculum impenderet, *inprimis* quod illi, qui Conſiliarios tales ſanctiores interimunt, in odium & detrimentum Imperatoris id facere præſumantur, de quo latius legi poſſunt *Limn. Tom. 4. ad L. 3. c. 2. n. 3. & ad A. B. d. cap. 24. §. 1. Obſ. 4. ac Dieter. ad eund. nec non Fibig. in Colleg. Legali Diſput. 14. in Semidec. quæſt. 1. ac Mejerus in Coll. Argent. ad d. tit. th. 6.*

C. (7.) *De Privilegio hoc legi poteſt A. B. cap. 6. cum præced. c. 4. & 5. ac ſeqq. c. 26. 27. 28.*

(8.) *Circa hoc Privilegium de non appellando & non evocando, notandum 1. Illud ab hoc differre, ita, quod illud* pertineat ad ſecundam Inſtantiam, & in favorem Magiſtratus concedatur, *hoc verò* ad Inſtantiam primam ſpectet, *& tam* in Magiſtratus, *quàm* ſubditorum favorem ac commodum vergat. 2. *Hoc, ſcilicet de non evocando hodiè* non amplius Electoribus particulare, ſed omnibus Statibus commune eſſe *vigore Capitulationum Imperatoriarum, & in ſpecie Caroli V. art. 15.* 3. *Privilegium quidem illud,* ſcilicet de non appellando & evocando *omnibus Electoribus in A. B. cap. 11. art. 2. conceſſum: Verùm, ut nonnulli interq; eos Schurff. Cent. 3. Conſ. 29. 1. Arum. Diſc. ad A. B. 5. theſ. 13. & 14. Armſ. l. 3. de Jure Majeſt. cap. 2. num. 3. tradunt, ab Electoribus, excepto Saxone, per intermiſſum, vel contrarium uſum*

D. *amiſſum; à Brandenburgico verò per novam Imperatoris conceſſionem non ita pridem recuperatum eſſe.*

Quod poſterius tamen ſe aliter habet, ut paulò poſt demonſtravimus.

Licet enim id Limn. l. 3. c. 2. n. 70. diſpliceat cauſſantis Eccleſiaſticos ſalvo privilegio ſuo à ſe appellari paſſos eſſe, *& id quoad Moguntinum quidem per ea, quæ idem ſeq. cap. 4. num. 7. refert, ita ſe habeat: quoad Colonienſem tamen & Trevirenſem illud dubium redditur, ex Privilegio huic ab Imperatore Ferdinando I. Anno 1562. & illi ab Imperatore Maximiliano II. Anno 1570. dato; & ab ipſo Limn. d. l. 3. cap. 5. num. 20. & cap. 6. num. 5. relato, in quorum utroque neglectus illius Privilegii Electoribus præcedentibus haut obſcurè adſcribitur; & Privilegium illud non ſecundum primum A. B. tenorem indefinitè confirmatur; ſed ad ſummam aureorum Rhenenſium*

500. reſtringitur, ex quibus clariſſimè patet, prius privilegium tunc per non uſum amiſſum fuiſſe.

Et licet Electores Moguntini à Privilegio illo ſponte cum reſervatione tamen illius certo modo receſſerint, & ſummam appellabilem 400. *florenos ſtatuerint, vigore novi privilegii de anno* 1521. *Roding. in Pandect. Camer. l.1. t. 20. Sect.1. in pr. per ſponeaneam tamen illam receſſionem cum reſervatione licet conjunctam de jure ſuo non ſine præjudicio remiſerunt.*

Et ea propter Electores Moguntinus Johannes Philippus & Colonienſis Maximilianus Henricus in præteritis Comitiis Ratiſponenſibus ad preces humillimas, & quidem prior 30. April. 1654. poſterior verò præced. anno 13. Decembr. illud recuperarunt, ita tamen, ut illius renovatio Cameræ Imperiali inſinuanda fuerit, quod etiam à Moguntino 9. Martii anno ſequenti factum eſt, ut refert Blumius in Proceſſu Cameræ tit.47. tab.1. in pr.

Colonienſis tamen conceſſit appellationes à ſententiis in petitorio latis, ubi ſumma 1000. *florenos Rhenanos in auro excedit vigore* **deß Landtages Schluſſes** *Anno 1655. 15. Maji, ut patet ex notis ad Roding. d. ſect. 1. p.311. & Blumium d. l. ubi tamen per errorem Trevirenſis Elector pro Colonienſi poſitus eſt.*

Trevirenſis verò adhuc limitatum & ad 400. *florenos Rhenanos aureos reſtrictum de non appellando jus obſervat. Roding. d. l. in not. part.310. & Blum. d. l.*

Quod Seculares concernit Electores Saxonici illud privilegium non ſolùm ſemper conſervarunt, ſed etiam procurante Electore Saxonico Auguſto per ſingulare Imperatoris Ferdinandi I. privilegium de dato **Augſpurg** 2. *Maji* 1559. *& ſequenti anno* 24. *Aprilis Cameræ inſinuatum, ad totam Domum tranſtulerunt, de quo legi poteſt Parens noſter in tract. de Saxon. non provoc. jure verbo* Jus *cap.2. num.32. & ſq. Limn. d. l. 3. cap.10. num.39. & ſqq.* (ubi hic ſimul certas limitationes refert) *Roding. in not. d. l. p. 312. & Blum. d. l.*

Quibus addendum Imperatorem Sigiſmundum Friderico bellicoſo Marchioni Miſniæ & recens creato Saxoniæ Electori anno 1423. *die Annunciationis Mariæ privilegium de non extrahendo vel evocando ad extranea judicia dediſſe, ut illud in copiâ refert Wecke in Deſcript. Urbis Dreſdæ p.2. tit.2. f.129. ubi ſimul f. ſeq. Diploma Papæ Sixti IV. Electori Erneſto & ejus fratri Alberto anno* 1481. *quo* ad ſimilem evocationem in perſonis & rebus Eccleſiaſticis coram judicio Eccleſiaſtico, non inſtituendam, niſi illud à Sede Apoſtolicâ ſpecialiter deputatum, & juſtitia denegata fuerit, *exaratum, recenſet.*

Brandenburgici etiam Electores illud ſemper in vigore ſuo conſervarunt: Licet enim Elector Johannes Georgius illius privilegii renovationem ab Imperatore Rudolpho II. Anno 1586. *petierit & impetraverit, uti eam refert Limn. d. l. 3. cap. 11. num. 12. ex illa tamen ſimul patet, Electorem iſtum conſtantem ejus obſervationem ſimul allegaſſe, adeoque per non uſum illud nunquam amiſiſſe, ut quidem nonnulli ex renovationis iſtius actu inferre volunt, ſicut paulò ante num.3. diximus. Illud tamen ſaltem ad Electores, non verò totam Familiam, ſicut Saxonicum ſpectat ut obſervat inter alios Parens noſter d. l.*

Similiter Bohemiæ Reges illud ſemper tam in regno, quàm incorporatis Provinciis obſervarunt, & ideò Pragæ judicium Appellationum inſtituerunt.

Elector autem Bavaricus Maximilianus ob noviter acquiſitum Electoratum Palatinum Privilegium
A. *illud ab Imperatore Ferdinando III. Anno* 1638. 28. *Auguſti abſq; ullo reſervato caſu Pragæ cum extenſione ad Palatinatum ſuperiorem obtinuit, idq; poſtea Anno* 1644. 21. *April. Cameræ Imperiali inſinuatum fuit, ut refert Blumius & Roding. in not. d. l. cui privilegio addita eſt pœna* 100. *Marcarum auri ſecundum eoſdem.*

Et Palatinus Elector poſt recuperatum per Pacificationem Oſnabruggenſem ac Monaſterienſem Palatinatum Inferiorem & obtentum octavum Electoratum hoc etiam illimitativè ab Imperatore Ferdinando III. Anno 1652. 17. *Julii Pragæ recuperavit, & 12. Novembr. Cameræ inſinuavit, ut memorat Blum. & Roding. dd. ll. in notis, ubi an illud ad omnes Comitatus Palatini Provincias pertineat, diſquiritur.*

De cæteris Principibus hoc privilegio gaudentibus
B. *præc. c.5. th.4. expl.2. actum eſt.*

(9) *Illorum numerum ſine Statuum Imperii conſenſu graviſſimis de cauſis interponendo augeri non poſſe præc. th.5. expl.1. demonſtratum eſt.*

(10.) *De Electoribus (uti etiam aliis Statibus) ſine coëlectorum conſilio & conſenſu in bannum non declarandis ac provinciis ſuis non privandis præc. p.2. ſect.2. c.4. th.5. in expl. n.2. actum quoq; eſt.*

(11.) *Jus Electorum, quo feuda ſua ab Imperatoribus recipientes ad aliquid ſolvendum nulli adſtricti ſunt, in A.B. cap.29. §.1. fundatum eſt, ubi ſimul ejus ratio affertur, de quo tamen legi poteſt Limn. obſerv.4. ad d. §.1. & ibid. Dietericus.*

Reliqua in dicta A. B. hinc inde Electoribus adſcripta privilegia, utpote de recipiendis Judæis, cudendi monetas, habendi fodinas metallicas *hodiè omnibus Statibus communia ſunt. Quod verò de teloniis de præterito indictis percipiendis in d. c. 9. additur, majora*
C. *& quidem in fluminibus uſurpata abſq; dubio concernit, ſiquidem in Rheno impoſita* ad Imperatores olim pertinuiſſe, illaque ab Imperatore Carolo IV. conceſſa fuiſſe Electoribus ad Rhenum in compenſationem electi filii Wenceslai *ex Cranz. l.10. Sax. c.3. & Dubravio l.22. Hiſtor. Bohem. f.m. 186. conſtat. Quamvis Electores illi* iſta jam ante & quidem à tempore interregni ad ſe traxerint, & *Alberto I. Imperatori* repetenti diadema ademerint, ab illo ideò bello petiti, ut legi poteſt apud *Bireken. in Hiſtor. Auſtr. l.2. c.8. in pr.*

TH. X.

Poteſtas & jura Electoribus Eccleſiaſticis & Secularibus ſeorſim competentia conſiſtant, quo ad illos in eo (1.) quod ſint Archi-
D. Cancellarii Imperii, Moguntinus quidem per Germaniam, Trevirenſis per Galliam, & Regnum Arelatenſe, & Colonienſis per Italiam. *(2.)* Quod illi ab Imperatoribus vocentur Nepotes, & ex peculiari Pontificio Decreto Eminentiſſimorum titulo gaudeant. *(3.)* Quod ad conventus Electorales & Imperii cum pleno jure, etiamſi à Papis nondum infulati ſint, admittantur. *(4.)* Quod Banno Imperiali non ſubjaceant. *(5.)* Quod Electoratus illorum per electionem legitimam à Capitularibus factam transferantur & per inveſtituram Imperatoriam confirmentur.

Quo

Quo ad hos verò quod (1) ſint Archiofficiales A. Imperii (2) ex jure primogenituræ ſingulari ſuccedant in Electoratibus (3) illorum electorales provinciæ indiviſibiles ſint. (4) Virtute regni & Electoratuum etiam nondum Inveſtiti Imperatorem eligant, & ad Conventus quoscunque admittantur. (4.) Completo decimo octavo anno plenam ætatem adipiſcantur. (6) Defuncti Electoris frater Senior, ejusdem filiorum minorennium Tutor usque ad dictam ætatem ſit.

Explic.

I. QVoniam 1. *dignitas illa Archicancellariorum* ad officia Electorum Eccleſiaſticorum proprie pertinet de illâ in loco congruo nempe *th. ſeq.* B. 16. *& in expl.* 1. actum eſt.

2. *Cur iidem Electores ab Imperatoribus per multorum Seculorum curſum Nepotes appellati fuerint ob dictam antiquitatem & ſilentium Scriptorum antiquorum accuratè demonſtrari non poteſt: Veriſimilis verò eſt illa ratio, quod id ob fictam illam Spiritualem cognationem, qua Pontifex patris honore dignatur, & Eccleſiaſtici Proceres ab illo pro filiis una cum Imperatore & cæteris Secularibus habentur, ac ita nominantur primum introductum fuerit, at ita in uſu permanſerit, ut illi ad exemplum Secularium verâ cognatione nexorum, ex fictitia quadam ſive Spiritualì, ſive civili cognatione Nepotum appellatione per benevolentiam & honorem ſingularem dignati fuerint,* de quo inter alios legi poteſt *Heig. l.1. q.4. num.62. Limn. l.3. c.3. a.30. & ſeqq. & Freinsh. in Diatr. de Elector. & Cardin. Præced. 3. theſ.19.* C *Qui etiam ſeq. Diatr.4. th.10. ex Molin. de Monarchia Franc. apud Wolff. Tom.2. memorabil. f. 16.* hæc verba refert: *Viliſſimus mendicus, ſi fiat Cardinalis, vocabit ſe cognatum ſummorum Regum, & illi viciſſim voce & ſcriptis nuncapabunt eum cognatum ſuum, & ſeq. theſ. 11. ex Annal. Anglic. ad annum* 1522. addit, *Quod illo intuitu Carolus V. Imperator Cardinalem Wolſaum lanii filium in epiſtolis Cognati nomine compellaverit. Sed Thuanus l. 1. f. m. 13. narrat, quod Carolus hic in literis ad eum in ſuam utilitatem crebro & quidem ſuâ manu ſcriptis, in ſubſcriptionibus filii & cognati nomen ipſe appoſuerit.*

Quanquam illa diſtinctio non ſemper accuratè obſervata fuit, ut patet **Auß der Handlung deß Friedens** *Maximiliani I. de anno* 1495. *in pr. in quo omnes Electores* **Neven** *appellantur, & vice* D *verſâ* **In der Ordnung deß Regiments** 1500. *tit.* **Verbindung der Königlichen Majeſtät** *ubi indifferenter* **Oheimen** *vocantur, ut vel hinc appareat, appellationes has mera benevolentia teſtandæ cauſa uſurpatas fuiſſe.*

Quis Imperatorum Eccleſiaſticos hos Electores primum ita appellarit, non adeò cognitum eſt, id tamen ex hiſtoriis & actis publicis conſtat, *ante Caroli IV. tempora id non uſurpatum fuiſſe, dum ſub Ruperto Palatino Imperatore* in confœderatione cum Civitate Spirenſi anno 1408. referente *Lehm. l.7. Chron. Spir. cap. 71.* initâ *prima ejus veſtigia hactenus reperta ſint.*

Titulus ille Eminentiſſimorum principaliter Cardinalibus & incluſivè etiam Eccleſiaſticis Electoribus ex decreto Conſiſtoriali Anno 1630. 10. *Junii facto à Pontifice Urbano VIII. tributus fuit*, ut patet ex illo *Decreto in Mercurio Francico Tomo* 16. *p.* 592. relato. Et quidem, ut nonnulli rectè tradunt ad æmulationem novi tituli Sereniſſimi Electori Bavariæ Maximiliano ab Imperatore Ferdinando II. 1628. conceſſi.

3. *Quod iidem*, etſi Pallium à Pontifice nondum acceperint, ad omnes Imperii conventus cum pleno jure admittantur, *præced. p.2. ſect.2. c.9. th.7. expl.2. n.1.* deductum eſt; de quo etiam vide *præc. c.3. th.7. expl.1. quæſt.2.* dicta.

4. *Quod etiam Banno Imperiali non ſubjaceant, Limn. d. l.3. c.3. in f. citando Gail. l.1. de P. P. c.8. n.8. (qui tamen præc. c.1. n.13. & ſeq. de eo ex profeſſo agit) & Mynſing. Cent.5. obſ.58. n.5.*

Sed illi non ſolis Electoribus; ſed omnibus Statibus Eccleſiaſticis hoc Jus attribuunt, tradentes, illos omnes non ordinaria banni pœna damnari, *ſed duntaxat* regalibus Imperii per ſententiam declaratoriam privari; *Idq; non publicè ſub dio, ut Seculares, ſed in ipſo Conſiſtorio, Camera judice ſedente pro Tribunali, hanc diverſitatis rationem reddentes, quia* Imperator ob delictum non habet jurisdictionem in perſonas Eccleſiaſticas *niſi* ratione regalium & beneficiorum Secularium, *ideoq;* plus ab iis auferre nequit, quam ipſis dedit; *& per conſequens* pœnam ſanguinis ac vitæ neciſque periculum irrogare non poteſt, *quoniam* criminis cognitio & pœna corporalis ad forum Eccleſiaſticum pertinet per Canoniſtas ibi allegatos.

5. *Sicuti Secularis Electoratus* per legitimam ratione Primogenituræ proximioris in lineâ deſcendenti agnati ſucceſſionem: *ita Eccleſiaſticus* per Canonicam Electionem à Capitularibus factam *c. metropolitano diſt.* 63. electo Archiepiſcopo dictarum metropolitanarum Eccleſiarum ipſo jure & facto confertur, *licet* Pontificia confirmatio nondum ſecuta fuerit; & per Imperatoriam inveſtituram corroboretur per ea, quæ *d. c.9. th.7. expl.2. n.1. & ſeq. c.7. th.4. in expl.* (ubi n. 2. etiam de ejus natalibus & ætate) *n.1. adducta ſunt.*

Ita enim Archiepiſcopus Colonienſis Fridericus IV. Comes de Weda, Salentinus, Iſenburgicus & Ferdinandus Bavarus licet nunquam conſecrati, nihilominus *vigore nudæ electionis* Imperatoriis electionibus Maximiliani II. Rudolphi II. Matthiæ, Ferdinandi II. & III. iisque actibus publicis cum *Gebhardo Dapifero a Waldburg & Erneſto Bavariæ Duce* ſimiliter non conſecratis Electoribus *pleno cum jure interfuerunt*, ut ex hiſtoriis notum eſt, *& auctor tract. de Jure coronandi Romanorum Regem pro hodierno Electore Colonienſi Maximiliano Henrico editi p.* 5. fatetur, *excepto tamen Coronationis actu, qui tanquam Eccleſiaſticus & Sacer actus ab ipſis nondum conſecratis perfici non potuit.*

II. *De Electorum Secularium Archi-Officiali Dignitate* 1. *ſimiliter d. th. ſeq.* 15. *expl.*2. utpote in loco convenienti actum eſt.

2. *Illos* ex ſingulari & tunc reliquis Principibus Imperii non ita communicato *Primogenituræ jure* in Electoratibus ſuccedere ex *A. B. cap. 7. §.1. & praxi conſtat.*

Circa quod ſequentia obſervanda.

Primò: Succeſſionem illam in jure Primogenituræ A.
radicatam in ſtirpe Primogeniti *tàm diu* continuari, quàm diu maſculi ſive in lineâ rectâ ſive collaterali, puta ſecundo- & poſt-genitorum, exſtent, *ita ut* ſucceſſio illa ex linea Primogeniti demortua, transeat ad lineam ſecundo geniti & ſic conſequenter: *ac primogenito* ante patrem vel adeptum ab illo Electoratum mortuo, hujus nepos, nempe illius filius, ſuccedat excluſo Patruo, *A. B. Caroli IV. c. 7. §. 2. & Bulla Sigiſmundi apud Gold. In Statut. & Reſcr. Imperial. f. m. 143; de poſteriori verò nos prac. p. 1. c. 3. th. 6. expl. 2. q. 3.*

Secundo: Eandem primogenito illo ſine maſculis heredibus mortuo ad fratrem ſeniorem devolvi, & ità conſequenter in illius linea eodem modo continuari: *Idemque* illa etiam exſpirante in tertio genito fratre atque ejus lineâ obſervari.

Tertio: Temporè quidem Aurea Bulla Jus illud in B.
Germania non ita uſitatum & ideò *in d. c. 7. §. 2.* ſucceſſionem ex illo jure Electoribus Secularibus, ut paulò ante dictum, quaſi ſingulare quid tributam fuiſſe.

Poſtea tamen illud etiam ab aliis Imperii Principibus introductum ac ab Imperatoribus confirmatum eſſe. Ità enim referente Limn. L. 4. c. 8. n. 116. in familia Brunovicenſi jam anno 1374. ex conventione inter Fridericum, Henricum & Ottonem fratres ac Ordinem Equeſtrem & Civitates Ducatus per ſingularem conventionem illud introductum, ac paulò poſt neglectum, *anno* 1535. inter Duces Henricum & Wilhelmum fratres ac Status *renovatum & ab Imperatore Carolo V. ac Rudolpho II. confirmatum fuit.*

Idem in utraque Haſſiaca Familia anno 1627. *per ſpecialem conventionem introductum ac ſequenti an-* C.
no ab Imperatore Ferdinando II. referente Springſf. de Apanag. c. 5. n. 46. & 62. ac poſtea per Inſtrumentum Pacis art. 15. in f. confirmatum fuit.

Idem ex teſtamento Alberti Ducis anno 1573. *confecto & ab Imperatore Rudolpho II. anno* 1578. *confirmato obtinet in Ducatu Bavaria, referente Eodem cap. 3. n. 57. & d. cap. 5. n. 40.*

Plura ejuſmodi exempla Id. d. cap. 3. n. 58. & multis ſeq. recenſet. Quibus addendum anno 1627. *etiam in utraque Regia ſcilicet & Ducali Holſaticâ Lineâ idem Jus introductum eſſe*, ut refert

Queſtel de Primogenit. c. 3. th. 23.

Illorum Electorales provincias indiviſibiles eſſe, adeoque primogenitis ſolum deberi, ex A. B. c. 25. art. 1. ibique ab Arumaeo Diſc. 6. theſi 33. & Limn. in Not. ob- D
ſerv. 1. adductis conſtat.

Electores ſi acquiſiti per Succeſſionem nudam Electoratus omne jus prædeceſſoribus competens acquirere in c. 7. A. B. §. 2. & obſervantia perpetua fundatum eſt, *licet* ab Imperatore nondum inveſtiti ſint, *uti prac. c. 3. th. 7. expl. 1. q. 3.* demonſtratum eſt, *modo* poſt annum inveſtitura petatur.

Si enim poſtea illam omiſerint, nec ſchedulam petitæ inveſtituræ obtinuerint, admittendos illos ad conventus & actus publicos non eſſe veritatis jurisque feudalis fundamentis propius accedit, ut ibidem docuimus.

5. *Eoſdem decimo octavo anno completo legitimam ætatem conſequi etiam in d. cap. 7. §. 2. conſtitutum eſt expreſſis verbis, ut ita* annum illum inchoantem ſufficere ſtatuentes claré errent, ut etiam demonſtrat *Limn. d. l. 3. c. 7. n. 46. & ſeqq.*

Cæterum de exterorum Regum & aliorum Principum legitimâ ætate vide Limn. ad A. B. c. 7. §. 1. obſ. 18. per tot.

6. *De Tutela impuberum Electoris defuncti filiorum inter Politicos gravis eſt controverſia,*

An, non obſtante Aurea Bulla d. c. 7. §. 2. conſtitutione, quâ cautum, ut Senior defuncti frater illorum tutor ſit, nihilominus teſtamentaria tutela locus eſſe poſſit? ſivè: An Electori per iſtam diſpoſitionem poteſtas teſtamento filiis ſuis tutorem conſtituendi adempta ſit?

Reſp. Licet pro negativâ poſterioris quæſtionis, quod ſcilicet poteſtas illa moribundo Electori, ſi agnati illius tutelæ capaces exiſtant, non adempta ſit, magni nominis JCTi & Politici, interque eos *Dionyſ. Godofr. & Marquardus Freher.* tanquam primicerii in ſingularibus *de tutelis hiſce Electoralibus editis ſcriptis*, nec non *Joh. Sturmius in Controv. Nov-Antiquis de iisdem non ſine rationibus juris pugnent: Attamen contraria ſententia Electoribus pleriſque, quorum eſt una cum Imperatore Auream Bullam interpretari placuit, uti legi poteſt, apud Limn. l. 1. c. 11. n. 104. & ſqq. & ad A. B. d. c. 7. §. 2. obſ. 21.* quibus junge quæ habet *Zeſchlin in Vindic. Tutelar. c. 6. n. 118. Fridenreich in Synopſi Controverſ. de illâ Tutela. Dieter. ad eundem locum Aurea Bulla Merckelb. apud Klock. Tomo I. conſil. 6. n. 5. & ſeqq. item n. 135. & ſqq.* ac ferè per tot. Schütz *vol. 1. Diſſ. 7. th. 16. l. D. & Hermes in Faſcic. Jur. Publ. c. 14.*

Ubi tamen notandum ſecundum nonnullos hoc in Rege Bohemia minorenni fallere: tunc enim non Seniores & proximiores agnatos, ſed Proceres regni adminiſtrationem jurium Electoralium una cum minorenni Rege gerere, ut ex actis electionis Caroli V. apud Goldaſt. In den Politiſchen Reichs-Händeln *p. 1. tit. 15. & ſeqq. ac literis Statuum Regni apud Lundorp. Tomo 1. Actor. Publ. l. 4. c. 65. & Gold. d. l. t. 17. patet, in quorum poſtremo loco* Proceres illi adduxerunt, daß die Freyheit der Wahl nach den *Privilegien Carols IV.* nicht allein auff den König/ ſondern auch auff die Cron zu Böheimb/ als die *Prælaten*, Herrn/ und Ritterſchafft und die Cron vor dem König geſetzt ſey. De quo etiam legi poteſt *Limn. ad A. B. cap. 7. §. 2. obſerv. 40. & Strauch. Exerc. Exoter. 4. th. 2.*

TH. XI.

Poteſtas & jura ſingulis competentia Electoribus ſunt vel ordinaria, quæ nempe quovis tempore occaſione datâ, *vel extraordinariâ*, quæ ſaltem eveniente Imperatoris morte & novi electione ac coronatione exerceri poſſunt.

TH. XII.

Ordinaria poteſtas & jura ſequentia competunt 1. Electori Moguntino, quod ille (1) ſit primarius in Collegio, ejusque Decanus ac Director, ac ideò in Conventibus publicis tam univerſalibus, quam particularibus primum obtineat locum, illos dirigat, & maxima ex parte indicat. (2) hodie ex transactione Jus Imperatorem vel Regem

Roma-

Romanorum in ſuo Archiepiſcopatu ſolùm, extra verò illum & Colonienſis Archiepiſcopatum alternatim coronandi obtineat. A. (3) ſit Archicancellarius Germaniæ & ideò omnes Imperii Receſſus, Decreta, Privilegia, & indulta ab Imperatore conceſſa, vel ipſemet, vel per ſuum Vice-Cancellarium ſubſcribat & ſubſignet (4) Sigilla Imperatoria & archiva Imperii ſub ſua cuſtodia & inſpectione habeat (5) Vice-Cancellarius Imperii cum reliquis Cancellariæ Officialibus & Miniſtris illi ſimul juramento, fide & obſequio obſtricti ſint. (6) Ipſi in Comitiis Univerſalibus & particularibus, quæ dirigit, Legati omnium Statuum ſe ſiſtant, mandataque ſua exhibeant, exteri verò Legati & Reſidentes negocia ſua exponant B. (7) Solus ſit perpetuus Cameræ Viſitator, cum reliqui ſaltem ſint ambulatorii, Cancellariamque Cameræ regat ac Officialibus & Miniſtris inſtruat. (8) Poſtarum Imperii directorium & Patrocinium habeat.

II.

Trevirenſi quod (1) ſecundum in Conventibus publicis & Collegio obtineat locum, quia ejus ſedes antiquior eſt Colonienſi; & ideò in ſolenni Curia ex oppoſito Imperatoris ſedeat perpetuò, & abſque diſtinctione (2) ſit primas per Germaniam & Galliam Belgicam, & in illis partibus Vicarius C. Apoſtolicæ Sedis (3.) Jus exſpectantiæ habeat in omnia ſub ejus Archiepiſcopatu Vacantia Imperii feuda.

III.

Colonenſi, quod (1) tertium in Collegiô & Conventibus publicis teneat locum (2) Dux ſit Weſtphaliæ & Angariæ vel Angriæ (3) Cardinalis ſit hereditarius Eccleſiæ Romanæ. (4) hodie in ſuo Archiepiſcopatu ſolùm, extra illum verò, & Archiepiſcopi Moguntini Archiepiſcopatum cum hoc alternet ſive per vices Imperatorem vel Regem Romanorum coronet, ut *prac. c. 3. th. 12. expl. 1. Sub Coronatione Germ. n. 6.* dictum & demonſtratum eſt. D.

IV.

Regi Bohemiæ, quod (1) inter Seculares ſit primus & in ordine Collegii quartus dignitate (2) ad Curiam Imperatoris vocari nequeat, niſi illa Norimbergæ vel Bambergæ vel Martisburgi habeatur. (3) ad cenſum publicum deß Römer-Zuges obligatus amplius non ſit.

V.

Electori Bavariæ, quod (1) inter Seculares ſecundum obtineat locum (2) Vicariatus jus in familia Palatina ab antiquo radicatum prætendat.

VI.

Electori Saxoniæ, quod (1) inter Seculares hodiè etiam tertium locum obtineat (2) In conventibus Electorum mixtis cum Moguntino in perquirendis ſuffragiis aliquo modo concurrat. (3) ſit Burggravius Magdeburgenſis (4) ſit Judex & protector buccinatorum & anacariſtarum.

VII.

Electori Brandenburgico quod (1) habeat ſuffragium hodie penultimum (2) ſit Burggravius Norimbergenſis (3) poſſit in ſuis provinciis liberè nova vectigalia conſtituere & antiqua augere ac rebus ad victum pertinentibus Acciſias imponere.

IIX.

Electori Palatino quod (1) hodiè ſit ultimus in Electorali Collegio, cum antea eſſet quintus (2) Imperatoris Judex (3) Nobiles creare poſſit (4) ſit defenſor fabrorum ærariorum ad Rhenum & in Franconia (5) Jus habeat in omnes baſtardos & peregrinos homines, qui non habent perſequentem dominum, & in ejus provinciis, uti & adjacentibus Eccleſiaſticis & ſecularibus dominiis, oppidis, pagis & ditionibus nati fuerunt, aut domicilium ibi ceperunt, in urbibus & agris, ita ut illos, tanquam *Wildfangios* proprios homines ſuſcipere & conſtituere, & illorum abſque legitimis heredibus morientium bona ſibi applicare queat.

Explic.

I. Q*Vod Elector Moguntinus*

1. *in Collegio ſit Decanus*, communiter traditur, ſicuti etiam Imperator Sigismundus eum ita nominavit, ut legitur apud *Lunderp. t. 2. Actor. publ. l. 1. c. 2. n. 22. & in epiſtola quadam Electorum ad Benedictum XII. Pontificem apud Freher. Tomo I. Scriptor. German. f. m. 427. & ejus, uti & Conventuum Imperii Generalium ac plerorumque particularium director prac. p. 2. ſect. 2. c. 9. th. 16. 17. 24. 25. & 26. ac in ſubjectis explicationibus* demonſtratum eſt, de quo etiam legi poteſt *Limn. l. 3. c. 4. n. 3.*

D. 2. *De hoc coronandi hodierno jure prac. c. 3. th. 12. expl. 1. Sub coronat. Germanicâ egimus & ibid. transactionem inter Archiepiſcopum Moguntinum ac Colonienſem initam retulimus.*

3. *Omnes Imperii Receſſus*, Imperatorisq; Decreta, Privilegia & Indulta vel Ipſemet, vel ejus nomine Vice-Cancellarius ſubſcribat & ſubſignet, ex actis publicis notum eſt, ut legi poteſt apud *Boecl. in Notit. Imper. L. 6. c. 5. poſt pr.*

4. *Sigilla Imperatoris & Imperii Archiva* ſub ſuâ cuſtodia & inſpectione habeat, itidem apud Boecl. *d. l. & Rulând. de Commiſſ. l. 5. c. 4. n.* 10. legi poteſt.

5. *Vice Cancellarius Imperii & reliqui* Cancellariæ Imperialis officiarii ac Miniſtri illi obedientia & fide, uti & juramento obſtricti ſint ex privilegio *Maximiliani I. Imperatoris de anno* 1509 *& Schedis Baronis Boineburgii docet idem Boecl. d. l.*

6. *Legati*

6. *Legatis Statuum* in Comitiis Imperii illi ſe ſiſtant & mandata ſua in Cancellaria Ejus tanquam Directrice Comitiorum, edant, quò deſcribantur & actis Comitiorum inſerantur, *d. c. 9. th. 9. expl. 4.* demonſtratum; *de Legatis exterorum vide Bœcl. d. l.*

7. *Perpetuus vel ordinarius Cameræ Imperialis Viſitator ſit, ex Ordin. Camer. p. 1. t. 50. §. 1. & Inſtr. Pacis art. 5. §. 20. & iis, quæ d. c. 9. theſ. 26. in expl. n. 1.* dicta ſunt, conſtat; *quod verò Cancellariam Cameræ regat, & Officialibus miniſtrisq́ inſtruat, conſtitutum eſt in R. J. de anno 1557. n 36. & in Ord. Cameræ d. p. 1. c. 26. Quibus addidit Boineburgius apud Bœcl. d. l. Confirmationem Maximiliani I. & Caroli V.* deß Ertz-Cantzlers Ampts-Würde.

8. *Poſtarum Directorium ac patrocinium habeat, ut præced. Sect. 1. cap. 4. theſ. 12. expl. num. 5. remiſſivè* adductum eſt.

Plura de ejus juribus vide apud Bœcl. d. l.

His tandem per occaſionem addendum Petrum Archiepiſcopum Moguntinum in ordine 79. Medicum à Clemente V. ideò, quod illum à periculoſo morbo arte ſuâ liberaſſet, in ſedem illam promotum eſſe, ut poſt alios narrat *Fugger. in Chron. Auſtriaco l. 3. c. 2. in pr.*

II. *Quod Elector Trevirenſis.*

1. *Secundum* in Collegio & Conventibus publicis ob antiquiorem ſedis Trevirenſis inſtitutionem habeat, ex *Aurea Bulla c. 4. §. 3.* in quo ei in electione Imperatoris primum competit ſuffragium ſecundum antiquam obſervantiam, quod etiam in diplomate Caroli IV. Cunoni Archiepiſcopo datum continetur apud *Kyriandr. in Annal. Trevir. p. 15. f. 194.* Cum enim olim Moguntino illud competeret, poſtmodum hoc Decano in Collegio facto eique honore rogandi ſententias delato, primum illud ſuffragium Trevirenſi obvenit *Petr. de Andlo l. 2. de Romano Imperio c. 2. Æneas Sylv. in German. c. 30. & alii.*

Ratio rationis data eſt, quoniam ejus ſedes antiquior eſt Colonienſi, ſiquidem illa ab ipſomet D. Petro Apoſtolorum Principe per S. Euchatium unum è ſeptuaginta diſcipulis fundata dicitur, ut poſt *Kyriandr. in Annal. Trevirenſ. p. 4. f. m. 38.* refert *Bucelin. in German. Sacrâ f. m. 33.* ubi hic illum anno Chriſti circiter 66. mortuum eſſe; ille verò iſtum 23. annis ibi Epiſcopatui præfuiſſe ſcribit, cum *Maternus* demum poſt hujus mortem anno ſcilicet Chriſti 67. primus Colonienſium Epiſcopus factus fuerit, referente eodem *Bucelino f. m. 24.*

Addit Godofredus in tr. de Præced. Regis Galliar. ante Regem Hiſpan. c. 1. in annotat. lit. c. f. 13. hanc rationem, quod Gallia, cujus ArchiCancellariatum Trevirenſis gerit, ante Italiam, cujus ArchiCancellarius Colonienſis eſt, Romano Imperio acceſſerit.

Communiter etiam reddunt hanc rationem, Archiepiſcopum hunc in *A. B. c. 3. §. 2.* obtinuiſſe ſedem in conſeſſu ſolenni Imperatori directò oppoſitam, in ſignum præcedentiæ perpetuò & ubique obſervandam. *Licet enim* regulariter Moguntinus tanquam primarius primum à Cæſare obtineat locum, *attamen* ille Colonienſi in ſua Provincia, uti etiam Italia & Gallia cedere debet, ſecus, quam in hoc Trevirenſi conſtitutum eſt, qui ſemper *ut ſtella fixa* eundem ſervat locum.

Et ideò quoque Imperatorem, quando ſine inſigniis incedit, illum immediatè antecedere ex *A. B. c. 21.* docent.

Ubi verò in conſultando latera faciunt, Trevirenſis cum Colonienſi alternat in ſedendo.

Ceterum de variatione Aureæ Bullæ in locandis his Electoribus vide Limn. in obſerv. ad d. c. 1. §. 11.

A. 2. *Idem ſit Primas & Vicarius Apoſtolicæ ſedis per Galliam Germaniamq́, patet ex iis, quæ de conceſſione Pontificis Sylveſtri de Anno Chriſti 327. & Hilarii de anno 464. refert Brovverus in Annalibus Trevirenſ. Tomo I. l. 4. n. 2. & l. 5. n. 94. & conceſſione Johannis XIII. Pontificis Romani de anno 969. ſeq. l. 10. n. 10. & confirmatione Benedicti VI. & VII. de Anno 973. 975. & 977.* nec non alia confirmatione *Leonis IX. de anno 1049. & Victoris II. de anno 1057. ubi tamen notandum* in poſterioribus duabus confirmationibus ſaltem de *primatu Galliæ Belgicæ* agi recenſendo in privilegiis prioribus idem memoratum ſaltem fuiſſe, ut legi poteſt apud *Kyriandr. in d. Annal. p. 11. f. m. 100. & quo ad poſtrema duo f. m. 109. & 111.*

Addendum verò Eundem Archiepiſcopum à Friderico I. Imperatore in Decreto de Papæ Romani tyrannide apud Goldaſt. Tomo uno Conſtit. Imper. §. 9. f. m. 265. Primatem cis Alpes, & cor regni appellari.

B. 3. *De jure illo exſpectantiæ annotat Beſold. in Theſ. Practico ſub verbo* Reichs-Lehn. Das Stifft Trier hat ein Käyſerlich *Privilegium*, daß alle in ſolchem Stifft eröffnete Reichs-Lehn demſelben zufallen ſollen. Beweiß in Sachen Sayn *contra* Trier.

Illud hic ex Maſen. Tomo 2. Annal. Trev. l. 17. n. 65. referendum duximus, quod Ludovicus Bavarus Imper. Balduino Archiepiſcopo privilegium de anno 1321. dederit, ut omnia bona & ſingula dependentia ab Imperio quæ inventa fuerint impignorata vel ſub ſpecie redemtionis vendita in caſtris, fortalitiis, oppidis, munitionibus &c. emere & redimere, quandocunque & quotieſcunque voluerit, ſalvo tamen Imperatori & ſucceſſoribus emptionis & redemptio-

C. nis pro eadem ſummâ faciendæ jure. *Ubi ſtatim ſubjungit*, quod Idem Imperator ad eundem modum caduca imperii feuda pignori eſſe voluerit Trevirenſis Eccleſiæ 6000. marcarum argenti ſummâ tenus. *Quo forte reſpexit Auctor* deß vorgedachten Beweiſes.

III. *De tertio Colonienſis loco, utpote re notâ, nihil notandum eſt, uti nec 2. de titulo Ducis Angriæ & Weſtphaliæ, niſi quod referente Crantzio in Saxon. l. 6. c. 39. & 41. in pr. primùm illo uſus fuerit Philippus Archiepiſcopus circa annum 1180. ex jure belli contra Henricum Leonem geſti, & ſubſecuta occupationis illius provinciæ. Sed ut apud Gelenium de Admiranda Sacra & civili magnit. Coloniæ l. 7. Syntagm. 7. f. m. 73. & ſeq. in privilegio Friderici I. Imperatoris de d. anno 1180. continetur. Imperator hic non totam Weſtphaliam, ſed ſaltem dimidiam & il-*

D. *lam partem, quæ in Epiſcopatum Colonienſem & per totum Patheburnenſem Epiſcopatum protendebatur, cum omni jure & juriſdictione Eccleſiæ illi donavit. De 3. verò legi poteſt Gelenius d. tr. De 4. præced. c. 3. th. 12. expl. 1. ſub Coronatione Germanica egimus, & ibi tranſactionem inter Archiepiſcopum Moguntinum & Colonienſem ideo initam retulimus.*

IV. *Quod Rex Bohemiæ* (1) *inter Secnlares Electores ſit primus & quidem ex regiæ dignitatis faſtigio ex A. B. c. 4. §. 3. conſtat,* ſicuti etiam ille *ſeq. c. 7. §. 1. primo loco* poſitus eſt.

Quod etiam 2. ad Curiam Imperatoris vocatus ſaltem in certis locis comparere debeat, & 3. hodiè ad Cenſum Romanæ expeditionis nihil conferat præc. p. 2. ſect. 2. c. 9. th. 7. expl. 4. & præc. th. 2. expl. 1. poſt pr. in reſponſione ad objectionem 2. & ante finem demonſtratum eſt.

V. De

V. *De novo Bavariæ Ducis Electoratu & ejus quinto loco præced. th. 5. expl. 1.* etiam actum eſt. A

De ejus verò controverſiâ cum Electore Palatino ob jus Vicariatus ſeq. th. 14. in expl. a. 3. ut in propria ſede neceſſaria conſignata ſunt.

VI. *Electori Saxoniæ 1. hodiè tertium adhuc competere locum notum eſt: Licet enim* octo hodiè ſint Electores, octavus tamen Electoratus priori ordini non officit, quum Bavariæ Dux inter Seculares loco Palatini ſecundum & hic ultimum demum locum obtinuerit.

Eidem 2. Jus competere, ut cum Moguntino in perquirendis ſuffragiis in Conventibus Electorum & Principum quorundam mixtis quodammodo concurrat, annotavit Reinking. l. 1. cl. 3. c. 5 n. 19. ſcribens in Comitiis Ratisponenſibus particularibus anni 1623. ad oppoſitionem Legatorum Saxonicorum obſervantiam talem allegaatium, Moguntinum ſaltem uſque ad Legatum illum ſcilicet Saxonicum incluſive ſententiam rogaſſe: deinde reddito ſuffragio Saxonico, Legatum hunc interrogaſſe Brandenburgicum, alioſque ad conſilium vocatos Principes & Legatos. Omnium tandem exquiſitis ſententiis ſuam ultimo loco addidiſſe ſententiam Moguntinum, cum indicatione, quoniam pars major tenderet &c. B.

Quo pertinet aliquo modo quod Albinus in Chronico Miſnenſi tit. 16. in f. ſcribit. *Electorem quidem Moguntinum ex prærogativâ omnium Electorum ſententias, ſed Saxonicum iterum illius perquirere.*

Eundem 3. eſſe Burggravium Magdeburgenſem ex hiſtoriis & actis publicis ſimiliter notum eſt, *& hoc perſonale eſſe maximè quo ad titulum*, illo enim ſoli Electores excluſis filiis & fratribus utuntur, *cum tamen* omnes Marchiones Brandenburgici titulum Burggraviorum Norimbergenſium uſurpent.

Ubi tamen in gratiam Curioſorum memorandum duximus Burggraviatum illum valde antiquum, & ut Cranz. l. 2. Metropol. c. 10. narrat, ante conditam urbem Magdeburgenſem in antiquâ illâ arce juxta Albim contra infideles munitâ inſtitutum eſſe, ac inter alios *Bernhardum Epiſcopum Halberſtadienſem in ordine 7.* tunc ibi Burggravium fuiſſe, quod etiam refert *Bucel. in Germ. Sacrâ parte 1. ſub Epiſcopis Halberſtad. f. 21. & Spangenb. P. 1.* **deß Adel-Spiegels** *l. 10. c. 20.* Sicut etiam *Modius in Pandect. Triumphal. T. 2. l. 1. f. 3. & 14. Fridericum quendam* illius loci Burggravium expeditioni Imperatoris Henrici I. & torneamento primo ibi habito interfuiſſe narrat. C

Alii tamen illum ab Ottone I. inſtitutum eſſe ex monumentis Cœnobii Gerundenſis memorant.

Quid quid verò ſit, illud certum eſt, Burggraviatum illum ſatis antiquum eſſe, *& olim* tanquam feudale beneficium à ſolâ Imperatorum collatione pependiſſe. *poſteà verò* precibus Conradi Archiepiſcopi Magdeburgenſis ex familiâ Nobilium Dominorum de Quernfurt *ab Imperatore Lothario II. Patrueli Burchardo III. Nobili Domino in Querfort*, qui frater Conradi & anno 1152. mortuus eſt, *hæreditario jure collatum, & illius poſſeſſionem vel, quoad poſteriora tempora, titulum ſaltem uſque ad trinepotem Burchardum IX. Comitem Manſfeldium ac Nobilem Dominum de Querfort transmiſſum eſſe*, ut refert *Henning in Theatro Genealog. Tomo 3. parte 2. f. 104.* Cui junge *Reuſner. in Genealog. Auctario ſub Dominis de Querfort* & Comitibus Mansfeldicis, ubi ex illa familia à dicto Burchardo III. uſque ad Burchardum X. qui anno 1311. mortuus eſt, *ſex Burggravios* ex illa familia recenſet, addito hujus filium Burchardum XI. ſe etiam Burggravium vocaſſe. D.

Quibus ferè conſentit Peccenſt. in Theatro Saxonico p. 1. c. 20. ita ſcribens:

Burggraviatus Magdeburgenſis tanquam magna dignitas demum anno 1313. Electoratui & Domui Saxonicæ obvenit, dum primo Imperatori Lothario filius & nepotibus, item Marchionibus Brandenburgenſibus, Comitibus de Querfort, & Dominis de Schropelau, & tandem Electoribus Saxoniæ Anhaltinis proprius fuit, qui illum civitati Magdeburgenſi oppignoraverant.

Sed Spangenb. d. l. & Dreſſer. in Iſagoge Hiſtor. parte 4. p. 109. tradit jam ante illud tempus ab Electoribus Saxonicis Burggraviatum iſtum poſſeſſum & *anno* 1294. ab Alberto, ſcilicet II. Civibus Magdeburgenſibus 3000. (vel ſecundum alios 9000 aut potius ut habet *Spangenb. d. l.* 900.) marcis auri venditum, ac ab his Archiepiſcopatui eâ lege tributum fuiſſe, ut ſine conſenſu illorum nulli concederetur. Cumque illo quoad tempus prædictum quodammodo *Albin. in Chronico Miſniæ tit. 16. f. m. 216.* ſcribens: *Imperatorem Rudolphum I. Burggraviatum illum Dominis de Schrapelau familia Mansfeldenſis ademiſſe & Electoratui adjeciſſe, ita ut dictus Albertus II. Elector & Ejus filius Rudolphus I. ex Imperatoris illius filiâ Agnete natus titulum Burggraviorum primò uſurparint.*

In Annalibus verò Anhaltinis manuſcriptis conſignatum legimus Burggraviatum illum à Cunrado de Sterneberg 23. Archiepiſcopo Magdeburgenſi Alberto prædicto cum officio Archipincernatus in feudum datum fuiſſe anno 1270. & hunc illum Cognato ſuo Errico Marchioni Brandenburgico anno 1294. ceſſiſſe, & hunc demum illum vendidiſſe Civibus Magdeburgenſibus pro 900. Marcis argenti. Et tandem Rudolphum I. Imperatorem iſtum dicto Rudolpho I. Electori hæreditario Jure contuliſſe.

Quicquid verò horum ſit, id ex Diplomate Sigismundi Imperatoris apud *Albinum d. l. f. 212.* conſtat, *ab illo cum Electoratu etiam hunc Burggraviatum unà cum* **dem Graffen-Gedinge zu Hall** *pleno jure in Fridericum bellicoſum Marchionem Miſniæ anno 1425. translatum fuiſſe. Et ex Peccenſt. d. l. 1. ac ſeq. c. 20. ac Dreſſ. d. p. 109. & ſeqq.* nec non *Chytr. in Chron. Saxon. l. 15. f. 435. certum eſt Electorem Johannem Fridericum demum anno 1538. Burggraviatum illum à Civibus prædictis ſolutis 22000. aureorum redemiſſe, ac Auguſtum Electorem ob intervenientes ſæpè cum Adminiſtratoribus & Capitulo Controverſias interpoſitis Johannis Georgii Electoris Brandenburgici & Wilhelmi Haſſiæ Landgravii vigore tranſactionis anno 1579. 10. Junii initæ, & excerptim ab Hortled. de cauſis Belli German. l. 5. c. 28. relatæ omnia Burggraviatus hujus competentia jura Joachimo Friderico ex Domo Brandenburgicâ Adminiſtratori ac Capitulo ceſſiſſe ac ſibi ſucceſſoribusque ſaltem illius titulum ac inſignia cum quatuor ad illum pertinentibus præfecturis* **Gommern / Raniß / Elbenau** *ac* **Gottau** *reſervaſſe*: de quo etiam legi poteſt *Reineccius de Orig. Stirp.* **Brandenburg.** *ſub prædicto Joachimo Friderico*, ac *Pomarius in Chron. Saxonico ad illum annum. Quibus addendum Rudolphum I. Electorem Saxoniæ in literis plenipotentiæ ad electionem perficiendam anno 1314. exaratis & à Fuggero ac Bircken in Hiſtor. Auſtr. lib. 3. c. 3. c. 2. f. 271. relatis ſe ſimul Comitem de Brene ſcripſiſſe & hunc titulum Burggravii Magdeburgici titulo prætuliſſe, cum tamen poſterior dignitas tempore principalis ante illam poni ſoleat, ut ſeq. cap. 7. th. 13. in expl. principio demonſtravimus. Rationem illius indagare non poſſumus, Lege tamen Du. Spener in Hiſtor. Inſig. Illuſtr.*

Prole

Prolegom. c. 1. Sect. 2. §. 14. & l. 2. c. 5. §. 7. ubi originem illius tituli & dictum Electorem illo jam an. 1292. uſum eſſe refert.

4. *Electori Saxoniæ judicium & protectio in buccinatores vel aneatores* die Feld- und Hoffe-Trompeter *& anacariſtas* die Heerpaucker *competit ex antiquo Mareſchalli Imperii jure, ut patet ex confirmatione Imperatoris Ferdinandi II. buccinatoribus illis anno 1623. datâ & à Limn. Tomo V. l. 3. c. 10. n. 27. relata, ac Ferdinandi III. in Ratisponenſibus Comitiis anno 1653. & ſeq. celebratis iis conceſſâ ac à nobis viſa.*

Plura ſeq. th. 16. expl. 2. ſub illo legantur.

VII. *Quod Elector Brandenburgicus* 1. *hodiè penultimum obtineat locum inde factum eſt, quia Palatinus,* ut notum, nunc in ultimum repoſitus eſt locum, *quod tamen tam diu ſaltem durat,* donec lineâ Bavarica Guilhelmiana ſupereſt.

Illa enim exſtinctâ Palatinus ille in locum priſtinum reſtituitur & Electoratus Octavus exſpirat, *Inſtr. Pac. art. 4. quod ſi verò*

2. *Burggravius Nurnbergenſis cum tota ſua familia & quidem non quo ad titulum nudum, ſed cum effectu ſit, demonſtrat Limneus l. 4. c. 4. n. 84. referendo* daß Friederich der Fünffte Burg-Graffe ihme habe bey Verkauffung der Burg und ander Stück vorbehalten den Titul geiſtlicher und weltlicher Lehn / das Land-Gericht / das Burg-Graffthumb / die Wild-Bahn und Geleyd außerhalb der Stadt / und andere *regalien* mehr / *Vide eundem L. 3. c. 7. n. 11. & 12. & ibid. Tom. 4. & Springsf. de Apanag. c. 3. n. 126. & ſqq.*

Primus autem, ex hâc familiâ Burggravius Fridericus Comes de Hohenzollern *anno* 1280 à Rudolpho I. Imperatore inveſtitus eſſe traditur à *Lazio de Migrat. Gent. l. 7. f. m. 295. ſed alii id ad antiquiora tempora referunt, ut legi poteſt ſeq. c. 7. th. 15. in explic.*

3. *Poſſit in ſuis provinciis* liberè vectigalia nova erigere, antiqua augere, & rebus conſumtibilibus acciſias imponere, *patet ex Privilegio toti Domui à Friderico III. Imperatore annô 1456. conceſſo apud Limn. ad Capit. Maximil. II. art. 9. verba* gar nicht geſtatten.

IIX. *Quod Elector Palatinus*

1. *hodiè ultimum occupet locum prae. expl. dictum.*

2. *Imperatoris judex ex antiqua conſuetudine ſit, judicium tamen illud non alibi, quam in Imperiali Curia exercere poſſit in A. B. c. 5. §. fin. continetur, ubi notandum Curiam illam Imperialem non pro ejus aulâ, ſed ſecundum intellectum Aureæ Bullæ communem tunc uſitatum, pro ſolenni conventu, in quo* vel omnes Imperii Status vel ad minimum Electores ad illum celebrandum congregati ſunt, *accipi, uti fit in Specie c. 12. §. 3. ibi* Colloquium ſeu Curia, & congregatio hujusmodi in Civitate noſtra Imperiali Metenſi per nos & eosdem Principes celebretur *ac §. 3. ibi* Curiâ ſeu congregatione præfata *nec non c. 21. in illius proœmio c. 3. §. 2. c. 4. c. 6. c. 12. §. 2. c. 22. c. 26. §. 1. c. 27. in pr. & f. c. 28. §. 5. & 7. c. 29. §. 1. & 2.*

Quanquam etiam nonnullis in locis utpote d. c. 27. in f. c. 28. in f. & c. 29. §. 2. & in f. pro aulâ ſpecialiſſimè conjunctim tamen ſumatur.

In quibus verò cauſis & caſibus judicium illud locum habeat, inter Politicos controvertitur.

Quidam enim, interque eos anteſignanus fictitius ille *Chriſtianus* GottLieb von Friedberg / Im Neuen Calviniſchen Model deß heiligen Röm. Reichs *c. 8. Palatinis Comitibus non poteſtatem judicandi, ſed ſaltem ultrò à Cæſaribus permiſſam facultatem cognoſcendi in cauſis adverſus illos prolatis, & judicium ſuum illis referendi, quo ita ſe in ſecundâ ſententiâ corrigere poſſint, com-*

A. *petere ſcribunt, Ideòque etiam Auctor tractat. de Juſtit. Cæſareâ circa declarationem Banni contra Comitem Palat. prop. 18. hoc jus in totum negat,* & infringere conatur, cujus argumenta retulit & refutavit *Limnneus d. lib. 3. cap. 9. n. 29. & ſeqq.*

Alii verò, interque eos Beſold. p. 3. Jur. Publ. c. 3. illud ſaltem ad cauſas, quæ inter Imperatorem, tanquam Archiducem Auſtriæ & alium Principem Imperii vertuntur, nimis arctè & ſimul imperitè, quia jus illud Imperatoriâ illâ domo longe antiquius eſt, ut paulò poſt demonſtravimus, reſtringunt.

Nonnulli tandem interque eos Dietericus ad A. B. d. c. 5. §. fin. verb. reſpondere, ad omnes tam civiles, quam criminales Imperatoris cauſas, quæ ejus officium non incurrunt, contra nimis latè exten-
B. *dunt.*

Nos ab omnibus hisce recedimus, & quidem ab opinione primâ propter verba habeat reſpondere, & poterit exercere in d. §. fin. poſita, quoniam priora Imperatori neceſſitatem reſpondendi imponunt: *poſteriora* verò Comiti Palatino jus & poteſtatem judicandi tribuunt. *Quod etiam præſtantiſſimi quidam Hiſtorici, interque eos Aventinus in Ann. Bojo. l. 7. f. 452. & Rebdorffius in Annal. ad Ann.* 1301. *nec non Auctores Speculi Suevici l. 2. c. 43. §. 6. & Saxonici l. 3. art. 52. claris exprimunt verbis.*

A mediâ verò ideò, tum quia Comiti Palatino jus illud *ex conſuetudine longe ante Auream Bullam* conditam competiit, *illo tempore verò* non ex ſola familia Auſtriacâ, ſed diverſis, nempe antiquiores omittendo, Naſſovica, Lucenburgica & Bavarica familia Imperatores lecti fuerunt;
C. *tum quia ita* generalitas textus nimium coarctatur *inprimis quia Imperator, ut Imperator* hic conſideratur; quod etiam innuit *Speculum Suevicum & Saxonicum dd. ll. Et à tertiâ ideò: quia* crimina vel delicta Imperatoris potiſſima ex parte ejus officium ſimul tangunt, *adeòque* illorum dijudicatio magis ad Electorale Collegium, vel Pares Curiæ ſecundum Jus feudale pertinent, *Ut inde Gloſſator Juris Saxon. l. 1. art. 8. & 9.* ſcribens Imperatorem ob certas ibi expreſſas cauſas judicari, & aurea ſecuri percuti ſuper marginem ſcuti, idque manu Palatini Rheni à *Frehero l. 1. Origin. Palatin. c. 16. f. m. 119. meritò largiter ineptire dicatur.*

Et hinc ſalvo aliorum judicio potius cauſas illas ad Civiles reſtringimus cum Vulteio in l. 1. n. 7. (ubi Senat. vel Clariſſ. Hering de Fidejuſſ. c. 7. n. 291. & aliis Siquidem tunc temporis non inuſitatum fuit, ut Imperatores levibus & inprimis pecuniariis, etiam privatim,
D. de cauſis convenirentur, de quo legi poteſt *Limn. ad A. B. proœm. obſ. 3. n. 9. & ſeq.*

Plura de hac materia legi poſſunt apud Eundem Limn. d. l. 3. c. 9. n. 38. & multis ſeqq.

De origine hujus juris vel poteſtatis nihil certi quidem ſtatui poteſt, præſertim cum etiam Carolus IX. in A. B. d. c. 5. in f. id conſvetudini adſcribat, probabile tamen admodum eſt, illud ex antiqua Palatina Comitiva occaſionaliter deſcendere, de quo legi poteſt Freher. ad Petr. de Andlo l. 2. c. 10. & Speidel. in Spec. verbo Pfaltz.

Quod autem ex Georgii Alti Chronico Goldaſtus in Rationali Conſtit. Imper. ad A. B. d. c. 5. f. 99. narrat, munus illud primum Rudolpho Comiti Palatino circa annum 1250 *quorundam Principum placito collatum fuiſſe his verbis:* Bey dieſen Zeiten macheten etzliche des Reichs unnd beſonder die Geiſtliche Churfürſten von mancherley Zwileuffigkeit

wegen

Wegen wieder König Albrechten Pünctnüß und verſchreibung mit einander. den Beſchuldigten ſie / daß Er Adolffen ſeinen Herren in einem Krieg umbracht hätt. Deßhalbhalben er denn Königlicher Ehre unwürdig wäre. Darumb ſetzten die andern fürnehmſten Fürſten Teutſcher Nation Hertzog Rudolphen Pfaltz-Graffen bey Rhein zu einem Richter deß Römiſchen Reichs / alſo / daß Er hinführo zu künfftigen Zeiten auß ſeiner Tapfferkeit daſſelbe Ampt volführen ſolt / auff daß die Römiſche Könige bewegt würden nichtzig Ubels oder Scheltung würdiges im Reich fürzunehmen / dadurch Sie der Römiſchen Königlichen Höhe unwürdig geſchätzet werden möchten.

In illo auctor hic, niſi mendum in prioris ſit, dupliciter errat, primo in tempore, quoniam Adolphus Imperator, ut inter alios indicat *Seero & Rebdorff. in Annal. ad hunc annum apud Freher. Tomo I. Script. Germ. f. 401. & 411. ac Aventin. l. 7. Annal. f. m. 452. & ſeq. demum anno 1298. interfectus, & Rudolphus ille arbiter,* cujus ea provincia eſſe ſolet, *electus fuit anno ſequenti, vel ut Rebdorffius ſcribit, in Annalibus ad d. ann. 1300.* (cui etiam aſſentitur *Bircken in Chron. Auſtriaco l. 2. c. 8. in pr.*) *ſeq. demum anno* his verbis: *ſequenti anno circa Feſtum B. Michaelis Dux Rudolphus & Comes Palatinus præfatus ab Electoribus Imperii Moguntinenſi, Colonienſi & Trevirenſi Archiepiſcopis vocatus fuit ad Rhenum contra præfatum Regem Albertum; unde iidem Principes contra ipſum Albertum conſpiraverant eligentes ipſum Rudolphum pro judice, & aſſerentes ad Comitem Palatinum pertinere, quod ſit officium Palatinæ dignitatis ex quadam conſuetudine de cauſis cognoſcere, quæ ipſi Regi movebantur, &c.*

Secundò in origine, ſiquidem ut idem Auctor prec. f. 451. memorat in accuſatione Adolphi Regis Romanorum ab Electore Moguntino, Saxone & Brandenburgico inſtituta *prædictum Rudolphum munus ſuum,* veluti de querimoniis adverſus Cæſarem delatis cognoſcere, jusque dicere, ſententiam pronunciare, *noluiſſe obire, & ideò* illos Regulum Saxonicum, tanquam arbitrum honorarium ei ſubſtituiſſe, illumque tribunali impoſuiſſe: *& Principes apud Rebdorff. modo memorato loco conſuetudini id adſcribunt.*

3. *Nobiles, imò etiam Comites creare poſſit, ut teſtatur Freherus ipſemet Conſiliarius quondam Electoralis* & JCTus celeberrimus *in not. ad Petrum de Andlo l. 2. c. 11. verba Princeps etiam ſcribens Jus illud ab antiquo præſcriptum & diverſis actibus comprobatum eſſe: & morem, quo illud Jus cum aliis annexis imaginariis Comitibus Palatinis ab Imperatoribus conferri ſolet, originem probabiliter habere: Plures pro hoc jure aſſerendo facientes Auctores prac. p. 2. ſect. 1. c. 5. th. 5. expl. 2. n. 3. adduximus.*

4. *Conſervator ſit Privilegiorum Ordinis militaris S. Johannis vigore confirmationis Caroli V. Imperatoris de anno 1545. apud Klock. Tomo I. Conſil. 9. n. 63. ſed hoc forte poſtea evanuit.*

5. *Defenſor ſit fabrorum ærariorum* deß Keßler-Handwercks *ad Rhenum & in Franconia ex Palatinatus Provinciali ordinatione demonſtrat Limn. d. l. 3. c. 9. n. 83. cui adde Mager. de Advoc. Armata c. 15. n. 128. & ſeqq.*

Quoniam jus hoc Baſtardorum, & VVildfangiorum & inde factorum propriorum hominum partim aliquatenus obſcurum, *partim* magni momenti eſt, *operæ precium eſſe duximus* ex actis & ſcriptis publicis ante paucos annos ab utraque litigante parte editis *ſeitu neceſſaria breviter hic conſignare, & per ſequentia themata Curioſis ob oculos ponere.*

1. *Electoribus Palatinis à præteritis quibusdam Imperatoribus & Regibus Romanorum ex ſingulari gratia donatum & conceſſum fuiſſe Jus illud, quod ipſimet in VVildfangios & Baſtardos tales ratione cenſus & proventus Camera ſua Cæſarea habuerunt per modum privilegii, illudque ab Imperatore Maximiliano I. anno 1518. & Carolo V. anno 1520. uti & ſequentibus Imperatoribus confirmatum, hasque confirmationes, tanquam ex omnibus antiquiſſimas, fundamentum eſſe illius juris. Verba autem illarum ita ſonant. Ordinamus & volumus, ut Elector Palatinus ipſiusque heredes Electores Baſtardos & alios peregrinas perſonas, maſculas & fœminas, quæ non habent perſequentem dominum, ut VVildfangios, qui in illorum principatu ac provinciis, & adjacentibus Eccleſiaſticis & ſecularibus dominiis, oppidis, pagis, & ditionibus nati fuerint, aut domicilium ibidem ceperint, in urbibus & agris, proprios homines ſuſcipere & conſtituere poſſint; & eorum Baſtardorum ſi abſque heredibus & teſtamento legitimo deceſſerint, item aliarum perſonarum peregrinarum heredem non habentium aut relinquentium bona fixa, & moventia, debita, pignora & cætera, quæ juxta jura ſcripta communia in Cameram Cæſaream inferri debe-rent, ad manus ſuas recipiant, utantur, fruantur, ut ſuis, citra Imperatoris aut cujusquam impedimentum.*

2. *VVildfangios tales in Juſtitia Cauſæ Palatinæ* nomine Electoris Palatini anno 1666. edita *p. 1. c. 2. §. 2. ex privilegiis illis definitos fuiſſe, homines ex alienis territoriis ſponte in provincias Palatini & vicinorum ditiones, in quibus Electori jus illos acquirendi ex antiquo competit, ſe conferentes, ibique domicilium figentes, ac à nullo domino intra annum vindicatos, ex iisque natos.*

Ab ejus adverſariis autem ita deſcriptos eſſe, quod ſint homines peregrini ex locis Imperio Romano Germanico non ſubjectis in dicta loca venientes, ibique ſubſidentes, eorumque liberi; ut legi poteſt in *Vindiciis à Fœderatis Palatino anno 1668. oppoſitis in præfatione;* ubi auctor illud latè deducere conatur.

3. *Effectum hujus juris vel privilegii* Palatinum Electorem in quibuscunque Superioritatis territorialis juribus, adverſus tales etiam in alienis territoriis, ubi jus Wildfangiatus & Baſtardorum viget, liberè & proprio jure exercendis, ponere idque vigore antiquorum regeſtorum *in d. tract. c. 5.* adductorum, de quo etiam legi poſſunt *Acta Compromiſſi in Diario Europæo parte 14. in Appendice primâ:* ubi prætenſa illa jura ſpecietenus narrata ſunt.

Contra ejus adverſarios, ut ſimiliter ex illorum *Vindiciis prioribus anno 1665.* editis poſt principium patet, *in ſolo jure in caſu non exiſtentium legitimorum heredum ſuccedendi ex illo fundamento,* quod dicta confirmatio ſolum id indigitat.

De quibus omnibus exacta deductio in dictis actis compromiſſi & apud Sprenger. in Eklychniis p. 1471. & ſeqq. & 1700. & ſeqq. pro & contra legi poteſt.

Ex diverſitate harum explicationum & ſecutâ ab Electore Palatino juris ſui præſuppoſiti violentâ adverſus refractarios executione res tandem ad arma deducta eſt, Confœderatis nempe Electore Moguntino, tanquam Epiſcopo Wormatienſi, & Herbipolenſi, Epiſcopo

 Spi-

Spirenſi & Argentoratenſi, Duce Lotharingiæ, Comitibus Wildt & Rhein-graviis, & equeſtri ordine *ſe manu militari opponentibus*. A.

Tandem verò per Laudum Arbitrorum Regum Galliæ & Sueciæ, quo ad tria potiſſima capita Juris, nempe VVildfangiatus, Conductus & Vectigalium anno 1667. rès compoſita eſt, & quidem quo ad caſum primum huc pertinentem: Quo ad perſonas omnes adventitias cujuscunque generis ſint, quæ non perſequentem corporis Dominum habent, in provinciis Electoris Palatini & adjacentium ſecundum tenorem illius privilegii fieri, *illud verò* ad eos non extendendum eſſe, qui cum jam alicujus Eccleſiaſticæ, vel ſecularis ditionis ſubditi & liberi homines ſint, de loco ad locum domicilium ſuum transferre voluerint.

Quoad jura verò in ejusmodi homines diſtingui debere inter perſonalia in perſonam ſeu corpus, *& territorialia* ex jure territoriali competentia, *& quoad priora* Palatino jus ſuum manere ſalvum, *ita tamen*, ut propriis iſtis hominibus onera & cenſum imponat tolerabilem & aliàs moderatè iis utatur: *quoad poſteriora verò* Dominis territorii manere ſalva, de quo plura in Laudo ipſo legi poſſunt. *De hâc materia etiam latè agit Sprenger. in Ellychniis p. m. 1471. & ſeqq. multis.* B.

TH. XIII.

Hactenus ea poteſtas & jura, quæ ſingulis Electoribus ordinariè competunt: ſequuntur illa, quæ ad quoſdam ex illis extraordinarie, & quidem in caſu vacantiæ *vel* quo ad Imperii adminiſtrationem, *vel* quo ad novi Imperatoris electionem ac coronationem ſpectant. C.

TH. XIV.

Quo ad Imperii adminiſtrationem ſtatim à morte Imperatoris cognita ex diſpoſitione Aureæ Bullæ *Vicariis Imperii* competit, proviſio & cura (1) pacis & quietis publicæ, juſtitiæ & redituum Imperii (2) Exercitium omnium jurisdictionalium actuum non prohibitorum, vel ad reſervata Imperatoris majora pertinentium.

Explic.

Circa Vicarios hoſce conſideranda veniunt illorum (1) Origo (2) diſtinctio (3) ſubjectum (4) forma adminiſtrandi Imperii (5) objectum (6) finis (7) effectus & (8) contraria. D

Quo ad primum, Originem ſcilicet, præliminariter in genere ſciendum eſt, Vicariorum dignitatem eſſe antiquiſſimam, ſiquidem in antiquo Romano Imperio jam conſtituti, & Præfectis Prætorio à Principe ſubſtituti fuerunt, ut patet ex *l. 1. §. 4. ff. de Legat. 3. L. un. C. de Offic. ejus avo vic. alicujus L. 1. C. ut omnes judic. L. 4. C. de Annon. & trib. l. 1. C. de proxim. Sacr. Scrin. & L. 1. C. de Off. Vic. & ex Notitia Imperii Orient. apud Pancir. c. 122.* ubi quatuor illorum memorat, & de illis exactè agit. *Meminit etiam Caſſiod. l. 3. V. 16. & 17. Vicarii Præfectorum Galliæ.*

Ex quo tamen l. 6. V. 15. notandum, Vicarium Urbis Romæ cæteris præſtantiorem fuiſſe, & propriam jurisdictionem à Principe ſibi datam habuiſſe.

Quomodo vero hæc poſtea à Juſtiniano Imperatore mutata fuerint legi poteſt apud Pancir. d. l. & Limn. d. l. 3. c. 12. n. 3.

De hoc etiam legi poteſt Spreng. in Fontibus Juris publici c. 10.

Quod verò etiam quo ad noſtrum Imperium concernit, noſtro obſervatu primus Imperii Vicarius & quidem in ſola Saxonia puta inferiori, ab Ottone I. in Italiam profecto conſtitutus fuit Hermannus Billingus, ut refert *Helmold. in Chronico Slavor. l. 1. c. 10. (non verò per Germaniam ut ex Heiſterb. refert Sprengerus d. c. 10. p. 1128.) & ab illo diſcedente in Italiâ relictus Conradus Suevorum Dux ejus Gener teſte Avent. l. 5. in pr. & Cuſpinian. in illius vitâ. Ejus filius Otto II. anno 982. Ottonem Sueviæ Ducem tanquam ſuum Vicarium ex Italia in Germaniam miſit, ut legitur in Ejus Secretis Comit. Veronens. apud Goldaſt. in Collectione conſtitut. Imper. f. 226.*

Poſtea ſub Ottone III. Illius filio Hugo Marchio Brandenburgenſis ſe per Tuſciam & Hetruriam ſub annum 992. ſcripſit Imperii Vicarium, ut legi poteſt apud *Goldaſt. d. l.*

De quo etiam legi poteſt *Sabinus in Ejus Vita. Quem tamen alii Italum & Procreatorem Malateſtanæ vel Ateſtinæ familiæ in Italia fuiſſe auctoritate Sigonii l. 7. de Regno Italiæ circa fin. putant. De quo etiam legi meretur Pigna de Principibus Ateſtin. l. 1. f. 68. ubi in Præf. f. 66.* Hugo iſte ſe ipſum Imperatoris Vicarium vocat, & *præf. f. 65.* illum anno 1014. mortuum eſſe refert & *ſequens* Epitaphium ejus conſignavit, in quo Ateſtinus vocatur.

Quoad (2) ſciendum Vicarios non unius generis, adeoq; diſtinguendos eſſe (1) in hereditarios quibus hereditario jure, *perpetuos, vel magis propriè perſonales* quibus ad tempus vitæ *& temporarios* quibus ſaltem ad certum tempus vel actum vicaria illa adminiſtratio conceſſa eſt.

Inter primos, omiſſis aliis *à Schützio in Coll. J. P. V. 1. D. 5. th. 9. lit. B.* relatis, *recenſemus Duces Sabaudiæ: Hi enim* referente & id ex inſcriptione in Aula interiore Regiæ Taurinenſis probante *Pancalbo in Notis & illuſtrationibus ad Theſauri Inſcriptiones ſub titulo Regiarum ædium ornamenta p. m. 117. in Amadæo II. a Conrado III. Imperatore* (quod tamen *Reuſner. in opere Genealogico f. 367. Henrico IV.* Imperatori ſecundum Chronologiam V. & *Ranchinus apud Limnæum Tomo V. l. 5. c. 14. n. 4. Henrico VII. Imperatori & Amadæo Magno ſive IV. adſcribat*) ſicuti etiam *Thom. Blanc. ſanc. Abbrege de l'Hiſtoire de la Roy alla Maiſon de Savoye T. 1. p. 154. ſcribit Thomam I. a Friderico II. Imperatore factum eſſe Vicarium Imperii generalem in Pedemontio & Lombardia & ejus filium Amadeum IV. ſimiliter ab Eodem in dictis terris vicarium generalem conſtitutum anno 1241. fuiſſe ſeq. p. 180. memorat. Vicariatum Imperii generalem & hereditarium vel latè ſic dictum perpetuum in tota Italia obtinuiſſe dicuntur; Verius autem, ut nos ex prædictis concludimus, & ex Diplomate, per Amadæum Ordine VI. à Carolo IV. Imperatore obtento de dato Pragæ an. 1356. & in Diario Europeo part. 1. p. 712. & ſeq. relato conſtat primo perſonalem ſaltem, & quidem ad ſuas ditiones reſtrictum, poſtea verò* ab Imperatore Carolo V. vi diplomatis in Comitiis Wormatienſibus anno 1521. exarati, ac anno 1530. renovati & *ibid. p. 716. & ſeq.* adducti *per Carolum Ducem, perpetuum quidem vel hereditarium, ſed iterum reſtrictum impetrarunt Vicariatum.*

Licet enim ille ab eodem Imperatore vigore novi Diplomatis Duci Emanueli Philiberto *anno* 1555. conceſſi,

ac à

ac à fratre *Ferdinando I.* Imperatore *anno* 1562. confirmat, *ac porro per alia Diplomata Succeſſoribus Ejus à Rudolpho II. Matthiâ & Ferdiando II.* Imperatoribus largita & *ibid. p. ſeqq.* conſignata *ad plura loca ſit extenſus, & Generalis vocatus; attamen id vi iſtorum Diplomatum de omnibus Imperii in Italia ſitis provinciis*, ut quidam perperàm faciunt, *intelligendum non eſt; ideoq; titulus ille Generalis Vicarii, vel ad loca extra Ducis provincias adjecta, vel ad negotia generaliter conceſſa reſtringi; adeoq; appoſitus reſpectu ſpecialium intelligi debet, idq; eò magis, quia etiam alii Vicarii perpetui in Italiâ conſtituti fuere, ut ex ſeqq. patet.*

Plura de hoc Vicariatu vide apud Spreng. in Fontibus Jur. Publ. c.18. in pr. Vice Comites Mediolanenſes in Matthæo Magnò Vice Comite ab Henrico VII. Imperatore teſte Jovio de Viris Illuſtr. p.2. l.2. inſtitutos & à Carolo IV. teſte *Cuſpin. in ejus vitâ confirmatos.*

Marchiones Montiſferrati ab antiquo tempore perpetuos Imperii Vicarios, ut inter alia legi poteſt in *Diplomate Maximiliani II.* Imperatoris quo *Gulielmum Mantuanum Ducem Montiſferrati fecit*, apud *Cyriacum in Diſquiſit. Jurid. pro Succeſſione Caroli Mantuani Ducis Artic.3. n.33.*

Et Mantuanos Duces referente *Poſſevino l.1. Hiſtor. Mantuanâ f.33. in Valtherio Gonzagæ ab Ottone I. Imperatore anno 962. 13. Novembr. vigore Diplomatis* ſub illo tempore Viterbii conceſſi & *adhuc in Archivo Mantuano exiſtentis* vicario Imperii cum Marchionis titulo, & *poſtea in Ludovico vel Aloyſio Gonzagâ Mantuæ Domino primo generali Imperii Vicario in Mantuano agro vel diſtrictu à Ludovico IV. Imperatore anno 1329. teſte Diplomate à Poſſevino l.3. Hiſtor. Mant. f.m.264. & ejus filiis ac cæteris deſcendentibus vicariis Imperii generalibus ac perpetuis non ſolùm in Mantuano ſed etiàm quibusdam vicinis à Carolo IV. Imperatore anno 1354. conſtitutis*, ut ex *diplomate* adducto *idem Poſſevinus l.4. f. m. 322. & ſeqq. illud probat, & Nos ſeq. c.2. th.8. ſub tertiâ Ducum claſſe & in ſpecie Ducibus hîc adduximus.*

Licet enim in Conventu Electorum anno 1658. *eligendi Regis Romanorum cauſâ Francofurti inſtituto Dux Sabaudiæ per Legatos proprios & Regis Galliarum* (ſicut legi poteſt in horum *Memoriali primo An.* 1657. 20. *Octobr. Electoribus & Deputatis Imperii ibi exhibito inſ. à Thulden. Hiſt. part.3. p.47. & ſeqq. ſubjuncto*) *de uſurpato à Duce Mantuano ſupremo Vicariatu publicè conqueſtus fuerit, & Electores, ut Capitulationi ejus abrogationem inſererent rogavit, hiq; in capitulatione art.4. in f. Leopoldum I. Imp. electum obligarint, ut Vicariatum Imperii Mantuano An.* 1657. *narrante auctore Diar. Europ. part.1. p.15. collatum revocaret.*

Agens tamen illius Ducis hinc ademtioni contradixit, cauſſando Vicariatum illum vigore antiquorum Diplomatum non recentem; nec in præjudicium Ducum Sabaudiæ uſurpatum eſſe, & ideo reſtitutionem in integrum petiit, ac in eventum contra Electorum attentata & capitulationem illam proteſtatus eſt, uti in Diario d. part.1. p.917. ſeq. refertur.

Quibus addimus querelas Sabaudicorum & Gallicorum Legatorum (ut ex horum memorialibus duobus apud Thuldenum d.l. apparet) non contra antiquum illum, ſed novum dicto an. 1657. ab Imperatore Ferdinando III. cum generali militiæ præfectura adeoq; belli gerendi poteſtate conjunctum in Italia contra Inſtrumentum Pacis conſtitutũ generalem vicariatum inſtitutas, adeoq; etiam ſaltem hujus, non veteris abrogationem ab Electoribus adornatam fuiſſe. De quo etiam legi poteſt Diſcuſſio prima illarum querelarum nomine Leopoldi tunc Ungariæ & Bohemiæ Regis edita apud eundem p. 66. & ſeq.

A. *De Vicariatu Imperii Regibus Bohemiæ olim competente vide Goldaſt. de Regno Bohem. l.3. c.9.*

Inter medios referimus Eduardum III. Angliæ Regem, ex conſtitutione Ludovici Bavari Imperatoris de an. 1339. *apud Gold. Tom.3. Conſtit. f. m.* 431. *cujus etiam meminit Meſen. Tom.2. Ann. Trevir. l.17. n.105. Carolum Delphinum Galliæ poſtea Regem & Sextum dictum ex conſtitutione & Aurea Bulla Caroli IV. Imperatoris de anno* 1378. *ut Bodin. l.1. de Republ. c.9. narrat.*

Quod verò nonnulli Gallorum ex perpetuo illo Vicariatu Carolo huic conceſſo hereditarium conficere ſatagunt, in illo veritatis jacturam patiuntur, adverſarios habentes ex ipſis Popularibus Vigner. p.3. Biblioth. Hiſtorial. Gallicè ſcriptâ & Belleforeſtium l.5. Annal. ſub vitâ illius illum ad tempus vitæ expreſſis verbis reſtringentes, nec non Chifletium, qui in Vindiciis ſuis Hiſpanicis ex Chriſtiana Piſana in Hiſtor. Caroli V. Galliarum Regis & dicti Caroli VI. Patris Manuſcriptâ id clariſſimè demonſtrat. De quo etiam legi poteſt Conring. de Finibus Imperii l.2. c.24. p.m.602. & ſeq.

B. *Ultimorum quibus, ut dictum, ſaltem ad certum* tempus vel actum *puta* caſu abſentis, vel aliàs impediti Imperatoris, vicaria illa adminiſtratio conceſſa eſt, *aliquot exempla refert Gevvoldus de Sacri Romani Imperii Vicariatu c.11, & occurrunt in R. J. de dato Spira anno* 1526. *de dato Eslinga eod. de dato Ratiſpona* 1527. *& de dato* Speyer 529.

(2) *Inter hæreditarios Generales & Speciales* ad certa tamen loca adſtrictos *uti illorum exempla occurrunt in prædicto Sabaudiæ Duce* vigore privilegii vel confirmationum Caroli V. Ferdinandi I. & ſubſequentium Imperatorum in Diario dicto p. m. 720. & ſeqq. congeſtarum: *Carolo Delphino quo ad Regnum Arelatenſe & Delphinatum, ut ex Scriptoribus Gallicis demonſtrat Limn. d.l.3. c.12. n.5. quibus adde Beatum Rhenanum l.2. Rer. German. p.m.179. & quæ idem Limn. in Tom. IV. ad l.3. c.9. n.9. conſignavit.*

C. *In Dominis de la Scala*, qui quondam Generale Imperii Veronæ & Vincentiæ fuerunt Vicarii, ut conſtat ex Conſtitutione Imp. ſ. m. 395. & ſeq. *Horum verò ſecundum Schüz. d. th.9. l.8. in prædicto Hugone Marchione Brandenburgenſi & Principe Belgarum Auſtriaco per Friſiam Imperii Vicario. Et multis aliis à Ludovico Bavaro in Italiâ conſtitutis*; uti poſt *Blondum Dec.2. Hiſtor. l.10. f. m 362. & Marcell. De Jure Seculari Roman. Pontificis. c.17. refert Limn. Tom.V. ad d. l.3. c.12. n.4. Quibus junge, quos Rubeus in Hiſtor. Italicâ l.8. f. 527. ab Henrico VII. anno 1311. ibidem conſtitutos eſſe narrat.*

D. (3) *Inter illos*, qui ab Imperatoribus pro arbitrio, caſu ſcilicet neceſſitatis aut utilitatis publicæ particulari id flagitante aut ex ſola gratia, ad certos caſus *quales* paſſim occurrunt, *vel* ex proviſione Legis publicæ ad totius Imperii commodum, *in certis quidem ſaltem caſibus ſed jure hereditario quales illi duo Comes ſcilicet Palatinus & Dux Saxoniæ*, de quibus propriè hic tractatio ſuſcepta eſt, *conſtituti ſunt.*

Quoad 3. ergò, ſcilicet ſubjectum hujus Vicariatûs, ſciendum eſt in d. A. B. c.5. §.1. & 2. conſtitutum eſſe; ut Comes Palatinus Rheni ratione Principatus ſeu Comitatus Palatini ex Privilegio, & ex eodem proviſionis jure Dux Saxoniæ κατ' ἐξοχὴν ita dicti in caſu vacantiæ Vicarii Imperii ſint.

Ubi benè notandum Comitem Palatinum Rheni hunc Vicariatum obtinere (1) ex quodam antiquo privilegio (2) ratione principatus ſive Comitatus Palatini; Ducem Saxoniæ verò ex nova hac Caroli IV. conſtitutione, ut in d. §.1. & 2. claris verbis indicatur, &

A. patet *ex Conſtitutione Ludovici Imperatoris de Sacri Imperii Juribus in f. apud Gold. Tom. 3. f. 411. In illâ enim Imperator* hic refert, ab antiquâ conſuetudine vacante Imperio Jus adminiſtrandi Imperii Palatino competere, *& Saxonis nullam mentionem facit. Licet poſterius Freher. ad Petr. de Andlo d. l. 2. c. 10. p. m. 191. & in Origin. Palat. l. 1. c. 16.* concedere nolit.

Et quamvis de auctore illius privilegii nullibi veſtigia exſtent, & idcirco nonnulli exiſtiment, quod Carolus IV. in d. §. 1. de ſuo proprio privilegio vigore illius conſtitutionis conceſſo id aſſerat, *attamen id partim à Limn. in Obſerv. 6. ad illum locum, partim* **In dem kurtzen und Summariſchen Bericht / daß das** *Vicariat* **Chur-Pfaltz zukomme** anno 1657. **gedruckt** / *in quo* illum non ad Electoratum, ſed Præfecturam Prætorii ab antiquo pertinuiſſe
B. oſtenditur, *exemplis* Cunradi, Ludovici & Rudolphi II. quorum primus poſt mortem Henrici Aucupis, alter poſt mortem Rudolphi I. & tertius ante Carolum IV. & Auream Bullam (nam anno 1353. defunctus eſt) Vicariatum exercuit, *refellitur, quibus accedit, quod* Ludovicus Imperator in dictâ ſuâ Francofurti anno 1339. edita & *à Gold. d. f. 411. relata conſtitutione in f. expreſſè ponit, longâ & approbata conſuetudine* Inconcuſſè à Majorum ordinatione hactenus obſervatâ vacante Imperio Jus adminiſtrandi Imperii jura, feuda conferendi & negocia cætera diſponendi Palatino Rheni deberi, *quod etiam Imperator Rupertus* in Diplomate ſuo de Vicariatu apud *Freher. d. c. 16. f. m. 115.* & *Imperator Sigiſmundus in ſua Bullâ de Jur. & Succeſſ. Elector. Palatin. §. 2. apud Goldaſt. Tom. I. Conſtit. Imper. f. m. 148.* repetit.

C. *Quod verò Freherus d. l. & ad Petr. de Andlo d. c. 10. aſſeverat, non ſolùm* Comitis Palatini *ſed etiam* Saxoniæ Ducis Vicariatum antiquiſſimum eſſe, *& utrumq; à* dignitate Palatina antiquâ deſcendere, *id quidem quoad priorem ratione non caret, quo ad poſteriorem verò* multis difficultatibus ac dubiis obnoxium eſt, *ſiquidem*, ut ex hiſtoriis patet, *Imperator Rudolphus I.* Palatinatum illum Saxonicum Alſtedanum cum Comitatu Brena primum Electoratui Saxonico *circa annum* 1290. conjunxiſſe dicitur, narrante *Albino in Chronico Miſnia tit. 16. f. m. 216. ut vel ideò*, non attento illo, quod Vicariatûs Saxonici antea nulla mentio facta reperiatur, *Jus Vicariatûs in hoc Electoratu tam antiquum non ſit, quam in Palatino: Negandum tamen vix putamus Imperatorem Carolum IV. intuitu hujus Palatinatûs Vicariatum huic Electoratui adjunxiſſe, quo ferè faciunt, quæ habet Goldaſt. in præf. Partis primæ* **der Reichs-Sa-**
D. **tzungen** *& Speculum Saxonicum l. 3. art. 62.* ubi quinque Civitates Saxonicæ, quæ Palantiæ dicuntur, inter quas Alſtedia quarta eſt, nominantur.

Verùm uti hæc dignitas hodiè in Electore Saxoniæ indubia eſt: Ita viceversâ Electoratu Palatino antiquo in Bavariæ Ducem à Ferdinando II. anno 1623. (de quo legi poteſt *Limn. l. 3. c. 9. n. 13. & ſeqq.*) translato & per Pacificationem Oſnabrugenſem ac Monaſterienſem *in Inſtr. Pacis art. 4. §.* & primò confirmato Electori Palatino à Bavaro *dubia reddita eſt in tantum, ut in nupero interregno non ſolùm Elector hic ſed & Bavarus* per publica Edicta & Diplomata, & ille quidem de dato Heidelbergæ 6. Aprilis. Vicariatum illum ad Rhenum & appertinentium provinciarum ſibi attribuerit, & illum omnibus juriſdictioni illius ſubjectis denunciaverit, monendo, ut quilibet concordiam pacemque obſervet, & obvenientes cauſas dijudicationi ſuæ ſubmittat. *Unde ortum eſt, ut Diplomata talia Palatina à Bavaricis & Bavarica à Palatinis factionibus diſcerperentur, & res iſta ad bellum ſpectaret, Bavaro inprimis* exercitum non contemnendum ad ſuum Jus vi conſervandum conſcribente, *utroq; verò* ad Jus ſuum demonſtrandum publica ſcripta edente, *Palatino quoq; Saxoni* ſuum propoſitum, cum annexâ petitione, ut pro more ſigillum commune pro ſe & Saxone conficeretur, denunciante.

Sed Elector hic reſpondit, ſe tum expreſſis Inſtrumenti Pacis *ſc. d. art. 4. §. & primò &c.* verbis, quibus omnes dignitates omniaque Electoratui Palatino quondam competentia jura cujuſcumque qualitatis in Bavarum translata eſſent, *tùm* Imperatoriâ Inveſtiturâ, quâ illi in ſpecie etiam Vicariatus (quod abſque dubio de Inveſtiturâ hujus Electoris Patri factâ intelligitur, quia nobis relatum eſt, in Poſteriori Inveſtiturâ Vicariatus Jus omiſſum eſſe) collatus eſſet, motum cum hoc Electore jam hac in cauſa conformaſſe, & *commune ſigillum* conſtituiſſe, adeoque petere & ſperare, quod ille, nempe Palatinus, hoc in negotio acquieturus, nec in Imperio novas turbas ideò creaturus ſit.

Sed eo non obſtante Palatinus ſequenti 12. Maji per Edictum publicum omnia à Camerâ Imperiali ſub ſigillo Bavari forte ſimul edita mandata & ſimilia annihilavit, ſuisque ſubditis, ut iis non pareant, ſub ſeverâ pœna inhibuit. *Cui Bavarus* non ſolum 12. Junii aliud oppoſuit, ſed etiam 16. Julii aliud promulgavit, in quo Palatini Jus ſuper proprios homines, tanquam ad Vicariatum pertinens, ſibi applicavit, mandando, ne quis hâc in re Palatino obtemperaret.

Idem Bavarus aliud Edictum 22. Auguſti paſſim affigi curavit, in eoque contra Dicaſterium Vicariatûs Imperii à Palatino inſtitutum proteſtatus eſt, cum annullatione omnium in illo actorum. *Idem* 11. April. ſeq. anni duas patentes edidit, & in unis conqueſtus eſt, quod Elector Palatinus Tabellarios Cameræ juratos cum mandatis Cameralibus ad deſtinata loca miſſos, & territorium Ejus tranſeuntes contra Salvum Conductum iis competentem per delectos equites captos Heidelbergam deduci curaverit, ibique mandata iſta lacerata, & ſigilla Vicariatus Bavarica diſciſſa fuerint: In alteris verò omnes Imperii Vaſallos ad recipienda feuda intra ſtatutum tempus ſub amiſſione illorum citavit.

Quibus Palatinus 23. Aprilis alias oppoſuit, de Bavari attentatis conqueſtus eſt, & omnes ſubjectos monuit, ne illius mandatis obtemperarent, ſed ſuam juriſdictionem agnoſcerent: & in aliis 1. Maji editis Bavaricas citatorias de feudis imperii, ut dictis recipiendis, editas annullavit, mandans, ut quisque Vaſallorum intra ſex ſeptimanas in Aulâ ſuâ Electorali feuda iſta impetret. Et in aliis iterum de eodem dato privilegia Bavarica certis Typographis conceſſa annihilavit.

Præmiſſis hiſce de hac controverſiâ notanda ſequentia utriusq; partis fundamenta, & quidem Electoris Palatini, quod Vicariatus hic non Electorali dignitati, ſed Palatinatus vel Comitatui Palatino ad Rhenum cohæreat, adeoq; ad illum ſpectet, qui Comitatum iſtum poſſidet, ſive ratione Comitatûs illius competat, primo in d. Imperatoris Ludovici Conſtitutione de anno 1339. poſterius verò in d. A. B. c. 5. §. 1. & Diplomate Ruperti Imperatoris de Vicariatu Palatino apud Freher. memorato f. 115. claris exprimitur verbis.

Idq;

Idq́, ob ſequentem rationem, quod Vicariatûs illius dignitas, ut in præcedentibus jam deductum, *à veteri illo jure* Præfecturæ Prætorii, Majoratus Domus, & judicii Palatini deſcendat, *adeoq́, Electorali dignitate longè antiquior ſit, ac ita ſub hac, tanquam diverſâ, nunquam comprehenſa ſit. Illamque ob cauſam in A. B. d.* §.1. *non dicatur*, illam ab Electorali dignitate dependere, vel ſicuti de hâc in *c.*1. §.1. conſignatum ab antiqua & laudabili conſuetudine originem trahere, *ſed à quodam privilegio provenire. Dictus vero Palatinatus Inferior ſive ad Rhenum* totus cum omnibus & ſingulis Eccleſiaſticis & Secularibus bonis, juribus & appertinentiis, quibus ante motûs Bohemicos Electores Principesque Palatini gaviſi ſunt, Electori Palatino Carolo Ludovico plenariè per Pacificationem reſtitutus: *Duci contra Bavariæ* ſolum Electoralis Dignitas, cum omnibus regaliis, officiis, præcedentiis, inſigniis & juribus B. quibuscunquè ad dignitatem hanc ſpectantibus, nullo prorſus excepto, uti & Palatinatus ſuperior totus &c. traditus ſit, ut legi poteſt in *Inſtr. Pac. art.* 4. §. *deinde ut & c. & §. & primò. Quibus junge* **den Chur Pfaltziſchen Summariſchen Bericht** *de anno* 1659.

Electoris Bavariæ verò, quod ſecundum tenorem Inſtrumenti Pacis loco jam memorato ſibi & Domui ſuæ Electoratus Palatinus cum omnibus & ſingulis regalibus, officiis, & juribus quibuscunquè nullo prorſus excepto datus *& ideò in Inveſtiturâ ab Imperatore Jus illud Vicariatus expreſsè ſimul collatum fuerit, quoniam ergò nihil prorſus excluſum ſit, & inſuper d.* §.1. Comes Palatinus ille, qui Vicariatu gaudere debeat, deſcribatur, quod ſit Sacri Romani Archidapifer, adeoque Elector, *omninò ſequi ad dignitatem Electoralem hoc jus ſimul ſpectare. Plura vide* C. **In den Chur Beyriſchen Gegenbericht/und der Gegenantwortung** *in Actis Vicariatûs typis expreſſis.*

Sed Reſp. ad hoc Palatinus Elector: À ſeparatis malè inferri, quia ipſum præſuppoſitum, quod nempe Vicariatus Electoratui connexum quoddam Jus ſit, falſum eſt, & negatur ob prædicta.

Nec obſtat, quod Comiti Palatino non alio, quàm qui ſimul Archidapifer, adeoque Elector eſt, Jus Vicariatus in A. B. d. §.1 attribuatur: *Et ideò* hic neceſſarium Electoratus connexum eſt, *Quoniam hoc non directò, ſed per conſequentiam, & ita non determinativè, ſed explicativè adjectum eſt, ad demonſtrandum ſcilicet*, Primogenito jus hoc, ſicut etiam in Electoratu ſit, regulariter competere, *ſed inde non ſequi*, quod in illo extraordinario caſu, quo ob prægnantem cauſam Electori Palatino tanquam Primogenito Electoratûs dignitas adimitur, principa- D. tus verò vel Comitatus Palatinus relinquitur vel reſtituitur, etiam Vicariatus ademtus ſit, *quoniam* illud tunc demum locum habet, quandò Electoralis dignitas cum Principatu adimitur, & hic poſtea cum omnibus juribus & præeminentiis, ut hoc in caſu factum eſt, reſtituitur. *His adde, quæ Elector Palatinus in Reſponſione* **Auff bemeldten Gegen-Bericht** *regeſſit.*

Alia argumenta & quidem maximè circa onus probandi hinc inde prolata videri poſſunt apud *Sprenger. in Fontibus Juris Publici c.*11. *p. m.* 1158. *& ſeqq. Inſtitut. Jur. Publ. l.*2. *c.*30. *p. m.* 285. *& ſeqq. & Juriſprudent. publica p. m.* 269. *& ſeqq. ac Limn. ad A. B. d. c.*5. §.1. *obſ.*5.

Nos in hac ardua quæſtione, utpote, quæ non Eruditorum, ſed Imperatoris & Statuum Imperii, ac A. eorum, qui in pacificationis negocio principales partes ſuſtinuerunt, dijudicationem requirat, *judicium noſtrum meritò ſuſpendimus.*

Quoad 4. *nempe formam adminiſtrandi interim Imperii ſequentia notanda duximus:*

Primo quemlibet Vicariorum habere ſuum certum diſtrictum, in quo Vicariam ſuam Imperii jurisdictionem exerceat, *& Palatinum quidem ſive Bavarum*, cui horum jus hoc adjudicabitur ſecundum *A. B. d. c.*5. §.1. in partibus Rheni & Sueviæ, & in jure Franconico, ſive locis, quæ hoc jure utuntur; *quæ verò provinciæ ſpecialiter ſub illa Vicariatus jurisdictione comprehenſa ſint, legi poteſt apud Gold.* **In der Vorrede deß Erſten Theils der Reichs-Satzungen** / *& Limn. ad d.* §. 1. *A. B. obſ.*3. *Ex quo ſimul liquet* Judicium Rotwilenſe ad hunc diſtrictum quoque pertinere. Sed in hoc diſtrictu antiqui limites admodum conſtricti ſunt, ut aliquatenus etiam memorat Limn. d. l.

Saxoniæ Electorem verò in iis locis, ubi Saxonica jura ſervantur. Ad quæ quondam judicio Gold. d. l. pertinuerunt præter Saxoniam Poloniâ, Bohemia, Moravia, Sileſia, Luſatia, Slavonia, Vandalia, Holſatia cum annexis, Pomerania, Boruſſia, Livonia, Lithuania, Moſcovia & Samogitia, quia omnes illas Provincias ad Pfalzam Saxonicam, ratione juris petendi olim adſtrictas fuiſſe conſtat. *Quibus addunt alii Daniam, Sueciam & Norvvegiam* ut legi poteſt apud *Limn. d. l. obſ.*5. *Licet verò de dictis regnis & provinciis Imperio multum detractum ſit, adeoq́,* in illis jurisdictio Imperii non amplius attendatur, & inſuper notiſſimum ſit in paucis illarum Jus Saxonicum adhuc vigere, *attamen certum eſt*, omnia Imperii loca, quæ quondam juris Saxonici fuerunt, licet id hodiè non amplius obſervent, adhuc ad Vicariatum Saxonicum pertinere, *ob rationem, quia per verba illa, ubi jura Saxonica ſervantur, non cauſa impulſiva, vel conditio ſine quâ non, ſed ſaltem brevis deſcriptio denotatur*, de quo legi poteſt *Limn. ad d. c.*5. §.2. *tradens ideò hodiè Electores hos in Edictis Vicariatus his verbis uti*, **deß Heil. Reichs Erb-Marſchall / Chur-Fürſt/und deſſelben Reichs in den Landen deß Sächſiſchen Rechtens/und in unſer** *Vicariat* **gehörenden** *Provincien* **dieſer Zeit** *Vicarius. Plura vide apud Gaſtel. de Statu publico Europæ noviſſimo c.*8. *n.*13. *& ſeqq. & Sprenger. in Fontibus Jur. Publici c.*11. *p. m.* 1177. *& ſeqq.*

Quæri hic ſolet: An Vicarii hi Imperii Legales habeant jurisdictionem in Vicarios alios, puta in Italia conſtitutos?

Reſp. Affirmativam quidem non ſine ratione tuetur Schuz. Vol. 1. *Diſp.*5. *th.*9. *lit. E. Sed huic ſe ſtrenuè oppoſuit Limn. ad Capit. Carol. V. Art.*3. *verba* **Pfaltz und Sachſen** *n.*68. *& ſeq. ubi uterq́, legi poteſt.*

Secundò Locum jurisdictionis exercendæ pro negociorum obvenientium qualitate & fori electione ab ictoribus factâ *eſſe duplicem, ſingularem* vel uniuscujusque Vicarii Aulam ut patet ex *dictis Edictis in Diario Europæo notatis locis; vel utriq́, communem, nempe Cameram Imperialem, ſiquidem hæc* etiam mortuo Imperatore ſuam jurisdictionem, tanquam ordinariam, ut *præc. ſect.*1. *c.*5. *th.*4. *expl.*1. *n.*1. dictum, retinet, *niſi quod* tempore interregni proceſſus nomine amborum Vicariorum decernantur, illorumque communi ſigillo (de quo legi poteſt *Limn. ad d. c.*5. §.1. *obſ.*9. *n.*3. *&* 4.) ſcripta, ſententiæ & decreta edantur, contra Aulicum Judicium usque ad novi Imperatoris electionem & publicationem, ut *d. th.*5. *expl.*6. etiam notatum eſt, quieſcit.

Quod ad 5. nempe Objectum hujus Vicariatus attinet, illud in præcedenti theſi ex diſpoſitione Auręæ Bullæ d. c.5. §. 1. conſtituimus (1.) proviſionem & curam (1.) pacis & quietis publicæ, juſtitiæ ac redituum Imperii (2) exercitium omnium Juriſdictionalium actuum in illâ noo prohibitorum;

Excipimus verò ab illo vigore A. B. d. l. (1) Inveſtituram feudorum Principum & vexillarium der Fahnen-Lehen (2) alienationis omne genus (3) actus gratia ſingularis ac noverum inſignium privilegiorum & (4) negotia belli & pacis.

Quoad prioris membri ſectionem primam notandum curam pacis & quietis publicæ primarium eſſe finem hujus Vicariatus, ut proxime ſeq. expl. latius dicetur, Juſtitiæ verò ſub verbis eum poteſtate judicia exercendi, & redituum Imperii colligendorum in d. §. 1. expreſſam fieri mentionem, hodiè autem hujus ultimi, reditibus Imperii ordinariis jam planè fermè exſtinctis, vanam eſſe proviſionem.

Et quo ad Sectionem ſecundam, fatendum quidem eſt, in hoc A. B. textu ratione jurisdictionalium exercendorum paucam, & quidem ſolùm poteſtatis judicia exercendi, ad beneficia Eccleſiaſtica præſentandi, colligendi reditus & proventus, inveſtiendi de feudis vulgaribus, & recipiendi vice & nomine S. Imperii juramenta fidelitatis, mentionem fieri, ſed hac ſaltem exempli cauſa & non determinativè poſita eſſe, adeoq; ab illis ad ſimilia argumentum benè duci, inprimis cum etiam in exceptione ſaltem Inveſtitura feudorum Principalium & vexillariorum, tanquam majorum, vel maximorum tunc temporis regalium ob ſummam ſolennitatem praced. ſect. 1. c. 4. th. 7. in explicat. memoratam, tunc adhibitam, & omne genus alienatioonum à Limn. ad A. B. d. §. 1. obſerv. 27. & ſq. relatarum, tanquam damnoſarum, & Principibus ſummis Ipſiſmet certo modo interdictarum, adducta fuerit, & nihilominus inde ad ſimilia majoris momenti negocia, ut in membro poſteriori memorabitur, benè argumentari queat.

Et inde cum Limn. d. l. 3. c. 12. n. 56. & ſqq. concludimus, cognitionem & dijudicationem Vicariis competere in omnibus cauſis, qua ad Imperatorem vivum deferri ab eoq; decidi poſſunt, nullis, & ne quidem feuda principum & vexillaria concernentibus, ita tamen, ut in harum dijudicatione, ſicuti Cæſari ipſi incumbit per ea, quæ Id. L. 2. c. 9. num. 54. & ſeqq. multis affert, Pares Curiæ adhibeant exceptis, tùm ob generalitatem textus in A. B. d. l. tùm qood ab inveſtiturâ prohibitâ ad eognirionem oon valeat conſequentia, ut beoè demonſtrat Limn. citato priori loco.

Quo ad poſterius membrum, quoniam primæ duæ ſectiones in textu ipſo fundatæ ſunt, obſervandum ſaltem quo ad tertiam & quartam, nos ſub priori pro prohibitis habere creationem Principum & Comitum: Licet enim Freher ad Andlovium l. 2. c. 11. in fine de Comitum & Nobilium, & Schuz. in Diſput. de Vicar. de poſteriorum à Palatino factâ creatione teſtetur, illa exempla tamen magis factum, vel ad minimum attentatam poteſtatis extenſionem, quàm Jus ſapiunt, idq; eò magis, quia Electores Saxonia illo jure nunquam uſi ſunt, quod utiq; ſi conceſſum fuiſſet, ooo intermiſiſſent: Item Academiarum confirmationes & Doctorum, Licentiatorum & Baccalaureorum creationes, de quo prater ea, qua prac. p. 2. ſect. 2. cap. 2. theſ. 3. expl. 1. annotavimus, legi poteſt Beſold. in Theſaur. ſub verb. Academia, nec non Jus concedendi

A. facultatem monetandi, & ſimilia. Quoad poſterius autem hoc fundamento nitimur, quod nec Imperatori quidem Jus belli paciſqoe competat abſolutè, ſed Is conſenſum Statuum & Electorum hic adhibere debeat, ut ſeq. part. 4. c. 1. th. 6. in expl. ad finem dictum eſt. Quod ſi tamen Imperium peregrino bello impetatur, vel inteſtini motus in illo oriantur, dubium non eſt, quio illi cum Conſilio Electorum & Statuum defenſivè bellum gerere queant.

Caterum circa hanc Vicariorum poteſtatem Limn. dd. ll. cum Schuz. 10. d. Vol. 1. Diſp. 5. theſ. 12. & Vol. 2. Diſp. 10. theſ. 2. lit. E. multas contentiones habet, dum ille de iſtâ hanc regulam tradit, Illos in Vicariatu nihil poteſtatis exercere poſſe, quàm iis in A. B. d. l. expreſsè conceſſum eſt: Hic verò contrarium, nempe illos omnia perficere poſſe, niſi quæ iis ſpecialiter in eâdem ademta ſunt, ſtatuit. B. Ex quibus nos, ut ex pracedentibus patet, medium elegimus.

Quaritur hic: Cum Comiti Palatino, qui Elector, id eſt regens eſt, ex privilegio illo antiquo, cujus in A. B. d. l. & in confirmationibus antiquis & recentioribus, puta Ruperti, Caroli V. Maximiliani II. Rudolphi II. mentio fit, Jus hoc Vicariatus, Imperatore trans Alpes proficiſcente etiam competat, & Elector Saxonia in Vicariatu per A. B. d. l. illi ſit exæquatus, an etiam huic in caſu dicto abſentia Vicaria hac poteſtas competat?

Reſp. Nos in hac quaſtione contra Schuz. d. Vol. 1. Diſp. 5. theſ. 12. lit. C. cum Limneo d. l. 3. c. 12. n. 35. 39. & ſeqq. ac ad Capit. Caroli V. art. 3. verba Pfaltz und Sachſen num. 2. & ſeqq. nec non Tomo V. ad d. l. ob pragnantes ibi adductas rationes negativam C. amplectimur.

Quo ad (6) nempe finem notandum eſt, illum duplicem eſſe primarium vel generalem, ne ſcilicet tempore ioterregni, ut plerumque fieri ſolet, diſſidia inteſtina oriantur, & peregrini hoſtes illâ occaſiooe Imperium bellis impetant, & ut ita vice verſâ ſecuritas, quies ac pax publica conſervetur, & juſtitia unicuique reddatur, ut etiam ex Diplomatibus Vicariarum conſpici poteſt.

Et ſubordinatum ſeu ſpecialem, ut ita Pootificibus occaſio amputetur, Vacantis Imperii adminiſtrationem ad ſe rapiendi, ut ſæpiusculè tentarunt, dum Clemens V. Papa in c. paſtoralis Clementin. de Sentent. & Re judic. expreſsè ſtatuit, Papam in poteſtate Imperatori vacante Imperio ſuccedere, ob ſuperioritatem, quam in id indubie habet, & ejus Succeſſor D. Johannes XXII. in Extravag. Ne Sede vacante, adhuc clarius tradit, Poſt mortem Imperatoris ad ſummum Pootificem Imperii jurisdictionem, regimen & diſpoſitionem devolvi, & ideò ſub excommunicationis fulmine prohibere, ne qui abſque ſua & Apoſtolicæ Sedis licentiâ Vicariorum officium ſibi aſſumant.

Qua de cauſa etiam Ludovicus IV. Imperator in d. Conſtitutione ſuâ de Imperii Juribus in fine apud Gold. Tom. 3. f. m. 411. Clementem illum refutat his verbis: Praterea falſiſſimum eſſe oſtendit per Vacationem Imperii jus ad Papam devolvi; idq; eſſe contra Sacri Imperii libertatem, dignitatem, jura ac majeſtatem. Longâ enim & approbatâ conſuetudine inconcuſsè à Majorum ordinatione hactenus obſervatâ Vacante Imperio Jus adminiſtrandi Imperii Jura, feuda conferendi & catera negocia diſponendi Palatino Rheni debetur, non obſtante Clementinâ Paſtoralis.

Quâ

Quâ abſq; dubio de causâ Carolus IV. De Vicariatu tam operoſam diſpoſitionem Aureæ Bullæ inſeruit, & Palatino Saxonem, ut *praced. n.* (3.) demonſtratum, primum adjunxit.

Effectus 7. hujus poteſtatis potiſſimus eſt, quod Imperator omnium horum Vicariorum acta & facta rata habere & confirmare teneatur, ſecundum *Capitulationem Caroli V. Imperatoris art.26. & ibi à Limneo notata*, in reliquis verò ille cum fine coincidit.

Tandem 8. ejus contrària in eo conſiſtunt, quod hæc illorum poteſtas cum ipsâ novi Imperatoris electione exſpiret, ut *in d. c.5. §.1.* continetur & per ſe liquet. *Plura vide apud Sprenger. de Fontibus Jur. Publ. c.17. & ſeqq.*

TH. XV.

Circa novi Imperatoris electionem & coronationem poteſtas competit Electori Moguntino (1) Coëlectores ſuos intra ſtatutum tempus ad deſtinatum electioni locum convocandi, diem ad electionis actum perficiendum indicendi, in illo ſuffragia colligendi, publicè proferendi & computandi. (2) Secundum unanimia vel majora ſuffragia ita electum conſueto modo declarandi, & Electo, ſi intra Diœceſin actus ille inſtitutus ſit, coronam imponendi. Et Eidem ac *Colonienſi Electum* in ſuâ Diœceſi ſemper, extra illam verò in loco tertio, id eſt Moguntini vel Colonienſis Diœceſi & ejus Epiſcopatibus non comprehenſo, alternatim coronationem perficiendi.

Explic.

DE *poteſtate hac Moguntini & connexis praced. Sect.1. cap.3. thes.7. & ſeqq.* cum ſubjectis explicationibus; *de Jure verò coronandi in ſpecie th.12. & in expl.1. n.6. latè actum eſt.*

TH. XVI.

Hactenus de poteſtate & juribus Electorum tam univerſorum, quam ſingulorum tractavimus: *Sequuntur nunc illorum officia, quæ ex parte* (1) Eccleſiaſticorum ſunt Archicancellariatus Moguntini per Germaniam, Trevirenſis per Galliam, & Regnum Arelatenſe; & Colonienſis per Italiam. *(2) Secularium verò* in Rege Bohemiæ Archipincernatus, in Electore Bavariæ Archidapiferatus, Saxoniæ Archimareſchallatus, Brandenburgenſi Archicamerariatus, & Palatino Archithesaurariatus.

Explic.

I. CIrca *hos Archicancellariatus ex antiquitate notandum, in genere primò* Regni vel Imperii Cancellariorum, Archicancellariorum vel Archicapellanorum (*quæ vocabula* olim quidem pro diverſis, poſtea tamen pro iiſdem uſurpata ſunt: ut benè obſervat *Bangertus ad Helmoldi Chron. Slavorum l.1. c.79. quia non ſolum illi ſed & omnes Scribæ* Magnatum tunc ex Sacro ordine *tùm* ob honorem, *tùm* ob eruditionem, illis tunc ferè propriam, *tùm* ob præſumtam in iis fidem, aſſumti ſunt, & ideò absque dubio *Capella* etiam pro Cancellaria ſumta eſt, de quo legi poteſt *Seldius in Conſilio* von der Käyſerlichen Wahl *apud Goldaſt.* In den politiſchen Reichshandlungen / *Goldaſt. Tomo 2. Rer. Alamann. f. m. 4. & Malinckr. de Archicanc. Imperii Parte alterâ in f.* ubi etiam Capellæ etymon refert, quod etiam jam olim W*alafr. Strabo de Rebus Eccleſ. c.31.* ita tradit.)

Officia jam per aliquot Secula nota eſſe, & in illo ſemper conſtitiſſe, ut Regibus vel Imperatoribus ab epiſtolis vel Scriniis eſſent, & *non ſolùm* pleraſque Scripturas pro Dominis ſuis ipſimet conficerent, *ſed etiam* ad majorem fidem, infra ſcilicet, & poſt Domini ſui ſubſignationem ſubſcriberent, ſicuti hoc ex omni antiquitate notum eſt, ac ex iis tradit *Gevvoldus de Septemvir. c.6. poſt num. . Mallinkrotius in d. Tractatu in proœm. circa f.*

B. *Secundo ex teſtimonio Ejusdem part. pr. in princ. & L.2. c.1. in pr. dignitatem illam primùm uſurpaſſe S. Cunibertum, Epiſcopum Colonienſem, qui Epiſcopatui huic præfuit ab anno 622. uſq; 655. & poſt eum S. Bonifacium Epiſcopum*, ut idem probabiliter ſentit, Moguntinum, ut mox plenius dicetur.

Et tertiò, tunc temporis non Archicancellarios ipſosmet, ſed vice illorum Cancellarios (qui etiam) *Notariorum nomen* uſurparunt) *Diplomata recognoviſſe*, ut ex ſubſcriptionibus apud Eundem *d. part. priori per totum* & paſſim aliis in locis *ac Gevvold. d. l.* legi poteſt, Sicuti etiam prior *p.* 38. memorat, *ſe exemplum* propriæ ſubſcriptionis antiquius reperire non potuiſſe, quàm ſub Friderico I. ab Arnoldo Archiepiſcopo Moguntino anno 1155. factæ.

C. *Deinde in ſpecie obſervanda ſunt uniuscujuſq;* (1.) *initium*, (2.) *diſtrictus.*

Et ergò quo ad prius ſciendum Moguntinum Archi-Cancellarium primum, ut ex hiſtoriis & antiquis diplomatibus colligi poteſt, *fuiſſe, ſecundum prædicta, S. Bonifacium*, ex Angliæ Regum proſapiâ oriundum. & *anno* 754. martyrio coronatum, ut refert *Bucel. in Germ. Sacrâ part.1. f.2.* & tangit *Mallinkrot. d. l.2. c.2. p. m. 122. Hunc verò Pipini Regis literas anno 752. his verbis: Bonifacius Archicancellarius recognovit, ſubſcripſiſſe ex Miræo in Notit. Eccleſ. Belg. c.20. refert Mallinkr. d. Parte I. in pr.*

Ubi obſervandum ſub Ottone M. demum, & quidem Ejus filio Wilhelmo Archiepiſcopo ejus loci dignitatem hanc illi Archiepiſcopatus quaſi propriam & hereditariam factam fuiſſe, cum anteà ambulatoria eſſet, ut Idem d. part. pr. ubi id. p.7. & ſeqq. multis nec non membr.2. per totum probat.

D. *Et primis illis temporibus Archicancellariatum hunc non ad ſolam Germaniam, ſed totum Ciſalpinum Imperium pertinuiſſe, uti idem poſteriori loco oſtendit, quod poſtea* per inſtitutionem reliquorum duorum ArchiCancellariatuum, ut ſuo loco dicetur, mutatum eſt; *Ex illo enim tempore* Moguntinus ſe non amplius ArchiCancellarium Imperii in genere, ſed in ſpecie per Germaniam ſcripſit.

Cur verò Archicancellariatus hic Germaniæ primarius factus ſit, ac permanſerit, pleriq; Imperatoria ſedi, quæ in Regno Germanico & annexis provinciis ordinariè habita fuit, *& antiquitati hujus dignitatis, uti etiam celebritati ſedis illius rectè adſcribunt, ſiquidem uſq; ad tempora Henrici V. Imperatoris* incluſivè ſolus ille Archicancellariatus Imperii in Germania uſitatus fuit, ut ſub Colonienſi mox demonſtrabitur.

Manet ergò apud Doctiores pro certo ſub d. A. *Ottone M officium illud Sedi Moguntinæ primum unitum*, & poſt dictum Wilhelmum Archiepiſcopum, omnes Succeſſores abſque interruptione illo titulo uſos fuiſſe, ut partim ex *Mallinkr. d. membr.* 2. partim ex omnibus hiſtoricis patet.

Colonienſem poſteà etiam inſtitutum fuiſſe, & quidem in ſpecie Italiæ Archicancellariatum ut à tempore A. B. notiſſimum eſt. Quo verò illud tempore factum ſit, ob antiquitatem & minus curioſos ejus temporis Scriptores non uſque liquet. Si tamen argumentum à poſteriori, ut in tali caſû omninò faciendum eſt, *deſumatur, probabile omninò Mallinkrot. eſt judicium d. tr. p. m.* 3… *& ſeq. relatum, ſub Henrico V. vel ad minimum Friderico I. cœpiſſe in Colonienſibus hanc dignitatem* (cùm anteà Imperatoribus in Italiâ verſan- B. tibus ibi Archicancellarii pro tempore & lubitu illorum conſtituerentur, in eoque tamen ſæpè variatum eſſet, ut deducit *Mallinkrot. p. 33. & ſeqq.*) & quidem ſimul in ſucceſſores perpetuo jure translatam eſſe. *Prius autem*, nempe jam ſub Henrico illo Archiepiſcopos Colonienſes Archicancellarios, & quidem Italiæ fuiſſe *ex ſubſcriptione Friderici Epiſcopi illius Sedis* 38. *& aliis probabilibus conjecturis* (quæ in rebus dubiis tam diu veritatis vicem ſubeunt, donec contrarium certioribus demonſtretur modis) *Idem p.* 40. *& ſeq. demonſtrat, autumatque Fridericum illum, utpote Italicæ gentis ab Henrico ſive IV. ſive V. vel etiam ab Imperatore Lothario (nam ſub omnibus hiſce Archiepiſcopus fuit) in honorem Patriæ ac Sedis illius petiiſſe & obtinuiſſe, ut Archicancellarius ille in eâ perpetuus fieret. Et poſterius p.* 38. *ex aliâ ſubſcriptione* Privilegiorum à Friderico illo I. Epiſcopatui Leodienſi anno 1155. conceſſorum, in quibus illa verba C. ſubſignata ſunt: *Ego Arnoldus Colonienſis Archiepiſcopus & Italici regni Archicancellarius recognovi. Fuit verò hic Arnoldus quartus à prædicto Friderico Archiepiſcopo.*

Conjicit autem Idem dictâ p. 38. *ab Archiepiſcopo ipſomet tunc recognitionem ideò ſubſcriptam eſſe, quia* acquiſita illa dignitas res nova & inſolita fuit: *Sicuti & nos conjicimus ob novam hanc dignitatem Colonienſi collatam etiam in Moguntino mutationem factam eſſe, ſiquidem Archiepiſcopus illius loci Arnoldus ipſemet quoque aliud Friderici illius Diploma, eodem anno confectum ſubſignavit, cum illud* Prædeceſſores Ejus, ut *Idem ibidem* annotavit, ipſimet antea non fecerint.

Obſervandum porrò ex Eodem d. p. 38. *& ſeqq.* in his Archicancellariis exempla recognitionum ſive D. propriarum ſive ad vicem factarum ſolum uſque ad Friderici II. Imperaroris tempora occurrere, *ubi rationem duplicem addit, unam* quod poſt illum Imperatores noſtri in Italia rarius, & quidem pauco tempore verſati, & poſt inſtiturum Archicancellariorum triumvirale Collegium recognitionis iſtæ, non amplius negociorum ad hunc vel illum Archicancellariatum pertinentium, ſed ſolius Aulæ vel Curiæ habitæ reſpectu ab Archicancellariis, vel illorum Vicariis, intra cujus Archicancellariatûs terminum illa peracta fuerunt, expeditæ & ſubſcriptæ fuerint: *alteram*, quod poſtea ſolennis iſta ſubſcriptio non adeò exactè obſervata fuerit.

Tandem etiam Archicancellarium Trevirenſem, & quidem, ut *idem Mallinkr. p.* 37. *ac ſeq. & p.* 43. *& ſeq. probabiliter conjicit, demum ſub Friderico II. Imperatore vel potius poſt illum inſtitutum fuiſſe, quia* (1) *ante illum & adhuc ſub illo totius Burgundici regni Archicancellarii Epiſcopi Viennenſes extiterunt, & ab illo anno* 1238. *omnium ſuorum jurium confirmationem obtinuerunt, adeoque* innovationem illam paſſi non fuiſſent, quem etiam ſequitur *Conring. de Finibus Imperii lib.* 1. *cap.* 13. *f. m.* 188. (2) *Regnum Arelatenſe demum à Friderico I. Imperatore quarto Imperii anno reſtitutum eſt, ut circa finem hujus explicationis demonſtrabitur.* (3) *ante illa tempora & diu poſt nulla conſtituti illius occurrunt veſtigia, ſiquidem demum ſub Boëmundo vel Beomundo I. Archiepiſcopo Trevirenſi anno* 1299. *mortuo titulus illius Archicancellariatûs occurrit*, ut ex *Brouvero in Annal. Trevirenſ. manuſcriptis (nunc verò editis, & quidem à Maſenio continuatis Tomo* 2. *l.* 16. *n.* 152. *&* 156. *ubi tamen addit*, ejus tituli principium Arnoldo Archiepiſcopo & prædeceſſori ſecundo anno 1259. mortuo videri attribuendum eſſe, *rationem ſubjungens hanc*, quod tunc illud regnum à Francorum Rege maximè diſtraheretur, & Septemvirûm electio ſtrictiori jure in Germania celebrari inciperet.) *adducit Boecl. in Notit. Imper. L.* 6. *c.* 6. *& ex Kyriandri Annal. Trever. p.* 15. *f.* 150. *dignoſcitur. Et Ludovicus IV. Imperator, ut ex Ejus Diplomate apud eundem f.* 189. *conſtat, anno* 1332. *Balduino Archiepiſcopo à dicto Beomundo tertio inter alia privilegia etiam hunc Archicancellariatum in regno Arelatenſi & Galliâ confirmavit, quod etiam Maſen. d. l.* 17. *n.* 79. *refert. Eidemq́, tanquam Archicancellario illorum locorum eractatum ſuũ de Juribus Regni & Imperii dedicavit Ludolphus de Babenberg Celeberrimus Decretalium Doctor, nec non Idem Balduinus* in Notificatione ad futurum Papam de Electione Ludovici IV. in Imperatorem anno 1314. factâ directâ apud *Hervvartum in Ludovico IV. Defenſo P.* 1. *p.* 22. *& in titulo Epiſtola*, quam anno 1338. Electores Imperii ad Benedictum XII. Papam pro eodem Ludovico exararunt, *& Freher. Tom. I. Scriptor. Germ. f. m.* 427. *Rebdorffii Annalibus & Goldaſt. T. I. Conſtit. Imper. f.* 100. *inſeruit, ſe Archicancellarium Galliæ vocat.*

Ut prætereamus Eundem anno 1348. *in Comitiis à Carolo IV. Ejusdem Dignitatis Confirmationem obtinuiſſe, & ſimul totius Galliæ ac Germaniæ Tutorem ac Manburnum conſtitutum fuiſſe, ut ab eodem Kyriandro d. p.* 15. *f.* 187. *refertur. Quâ confirmatione omninò opus non fuiſſet, niſi dignitas hæc recentiores natales habuiſſet. Et Carolo illo anno* 1353. *Treviris Curiam celebrante Eundem ceu Primatem & Archicancellarium Galliæ Miſſam decantaſſe, ut refertur in Magno Chronico Belgico f. m.* 286. *Ex quibus ſatis pateſcit illos errare, qui Carolum IV. hujus dignitatis primum auctorem in A. B. d. l. conſtituunt.*

Quibus tandem addendum poſt A. B. ob præcedentem ſub Archiepiſcopo Colonienſi datam rationem paucas etiam occurrere horum Archiepiſcoporum vel Vicariorum recognitiones & noſtro quidem ſcitu ſaltem duas, unam Caroli IV. Diplomatis à Johanne Luthomiſlienſi Epiſcopo vice Boëmundi II. Archiepiſcopi anno 1357. factam, & *ex Gevvoldo à Mallinkr. d. tr. p.* 37. *relatam; alteram* Ejuſdem Diplomatis à Nicolao Præpoſito Cameracenſi vice Cunonis Archiepiſcopi anno 1376. perfectam & *à prædicto Kyriandro f.* 196. *conſignatam, in quo poſteriori diplomate Cunoni illi titulus* Archicancellarii per regnum Arelatenſe & Galliam attribuitur *& Archicancellariatus* exercitium, munusque

&

& proventiones, cuſtodia ſigillorum Imperialium, vel regalium, inſtitutio & deſtitutio Cancellarii, Protonotariorum & Notariorum, quotieſcunque contingat Imperatorem vel Regem terminos Arelatenſis Regni vel Galliæ intrare, *conceduntur.*

Cæterum de Gallia hac Belgica quædam habet Hermannus Comes de Nevenar in Commentariolo de illa ſcripto:

Ex quibus omnibus ſimul notum fuit, harum dignitatum, & conſequenter etiam Electoratuum originem ad Ottonis III. Imperatoris tempora omninò referri non poſſe, ut jam præc. th.7. in explicat. latè deductum eſt.

Quoad poſterius verò, nempe uniuscujusque Archicancellariatus diſtrictum, obſervandum, circa Moguntinum & Colonienſem illum quidem ſatis clarè demonſtrari poſſe, in eoque omnes hiſtoricos Politicosque conſentire.

Circa Trevirenſem verò magnas occurrere difficultates. Siquidem jam in præcedentibus deductum, Moguntinum primò Archicancellarium Univerſalem; poſteà verò Colonienſi & Trevirenſi introducto, ad particularem, ſcilicet, Germaniæ, reductum fuiſſe, eoque ipſo pro termino ſui Archicancellariatus ſolam Germaniam, *exceptâ Galliâ Belgicâ, ut mox dicetur, Limitibus ejus non tam Geographicè vel ſecundum juriſdictionem Imperii, ſed potius ſecundum diſtrictum Eccleſiaſticum conſideratis, ita, ut ſub hujus Archicancellariatu etiam Aquileja Provincia Forojulienſis Veneta comprehenſa ſit, ut patet ex recognitione Diplomatis Friderici II. Imperatoris à Sifrido Ratiſponenſi Epiſcopo vice Sifridi Archiepiſcopi Moguntini in dictâ Aquileja exarata citante Mallinkr. p. 46. obtinuiſſe.*

Sicuti è contrario Colonienſis non ſolùm totam Italiam, dictâ Aquilejâ exceptâ, ſed etiam Tridentum Teutonici Imperii & juris ſub ſuo Archicancellariatu habuit, ut ſimiliter ex recognitione Diplomatis Friderici I. Imperatoris ab Arnoldo Archiepiſcopo Colonienſi ibi anno 1155. factâ apud eundem Mallinkr. p. 38. conſtat.

Quod nunc Trevirenſis Archicancellariatus diſtrictum concernit, ille, ob præmemoratas cauſas difficulter deſcribi poteſt: Licet enim in A. B. c. 1. §. 12. ille per Galliam & regnum Arelatinum extendatur, certum tamen & apud omnes indubitatum, quoad prius eſt, regnum Galliæ totum nunquam, nedum tempore Caroli IV. Imperio noſtro ſubjectum fuiſſe, & licet Conring. de Finibus. l. 1. c. 8. in f. illud brevi quodam momento in obſequio Germanicorum Regum fuiſſe aſſerat, addit tamen inde Imperio noſtro ſolidum aliquod Jus haut accreviſſe, *ſed quaſi* ſuæ ſpontis rempublicam tantùm non ſemper à Germania regnum illud agnitum eſſe, *ex quo certiſſimum argumentum deducitur, per Galliam ibi regnum Galliæ intelligi non poſſe, idque eo magis, quia* Archicancellariatus ille demum poſt tempora Friderici II. uti in præcedentibus abſque dubio ſatis demonſtratum fuit, quibus noſtri Imperii vires ita extenuatæ fuerunt, ut in Galliam jurisdictionem extendere auſi non fuerint Imperatores, inſtitutus eſt.

Quo facit porrò, quod illo tempore Archiepiſcopi Vienneſes regni Burgundici Archicancellarii fuerint, ut conſtat ex recognitionibus ſub Friderico I. Imperatore anno 1214. factis apud *Mallinkr. p. 43. & ſeq. ubi ſimul demonſtrat Archicancellariatum iſtum fuiſſe hereditarium iſtius Sedis,* adeòque non conceſſerint talem honorem ſibi quo ad illud regnum adimi.

Sicut nec Reges Galliæ in ſuo regno permiſiſſent Imperatoribus noſtris actus tales maximè præjudiciales exercere, nec Imperator Carolus IV. privilegium dicto

A. *Canonis Archiepiſcopo Trevirenſi conceſſiſſet,* ut quotieſcunque Imperatorem vel Regem Romanorum Galliam intrare contingeret, ipſe & Succeſſores ejus in illo Archicancellariatus exercitium, munusque & proventiones ac cuſtodiam Sigillorum Imperialium vel Regalium, inſtitutionem & deſtitutionem Cancellariorum, Protonotariorum & Notariorum haberet.

Et ergò inde firmiter denuò concludimus ibi & aliis in actis publicis per Galliam non ipſum Regnum Galliæ, ſed Galliam Belgicam intelligendam eſſe, motis ſequentibus rationibus

Quia (1) Primatus Archiepiſcopis Trevirenſibus à Pontificibus per Germaniam & Galliam conceſſus in Bulla Pontificis Leonis IX. de anno 1049. & Victoris II. de anno 1957. apud Kyriandr. in dictis Annal. p. 11.

B. *f. 109. & 111. ad Galliam Belgicam ſecundum antiquas Bullas diſertis verbis reſtringitur, quod etiam Nicolaus I. Pontifex in cauſ. 11 q. 3. cap. 10. facit. A Primatu vero hoc ad Archicancellariatum ob ſimilitudinem & Identitatis rationem ex regulâ Logicorum & Juriſconſultorum firmiſſima valet conſequentia.*

De illius Primatus antiquitate vide Mallinkr. d. l. 2. c. 4. p. m. 192. & quæ nos præc. th. 12. expl. 2. n. 2. conſignavimus.

(2) Nullis in locis regni Galliæ, ſed Galliæ ſimpliciter mentio fit, & in nonnullis Diplomatibus, utpote Imperatoris Ludovici IV. de dato Nurnberg. anno 1332. & Caroli IV. de dato Bacharach anno 1376. apud Kyriandr. in d. Annal. f. 189. & 194. regnum Arelatenſe Galliæ anteponitur, quod contra dignitatem regni Galliæ, ſi de illo intelligi deberet, factum eſſet, ſed de tantis Imperatoribus præſumendum non eſt: Inprimis verò

C. *de Carolo hoc,* qui in Gallia educatus ejus prærogativam & independentiam optimè novit.

(3) Diplomata iſta pauca, quæ in diſtrictu Trevirenſis Archicancellarii confecta reperiuntur, nec in regno Gallico data, nec ab Epiſcopis quibusdam Gallicis, tanquam vicariis ſubſcripta vel recognita, ſed unum illorum de anno 1356. à Johanne Lucenſi (procul dubio Luthomiſlienſi) Epiſcopo, ut legitur apud *Maſen. Tomo 2. Annal. Trevir. l. 17. f. 230. alterum de anno* 1357. à Johanne Lûthomiſlienſi Epiſcopo, *& tertium de anno* 1376. à Nicolao Cameracenſi Præpoſito, vice Archicancellariorum Boëmundi & Cunonis recognita ſunt, ut apud *Mallinkr. p. 57. & Kyriandr. f. 196. legi poteſt.*

Quod vero ad poſterius, nempe Regnum Arelatenſe attinet, ſciendum illud quidem, ut ex Chron. Divionenſi & Reicherſpergenſi Maderus in Præfat. ad Gervaſii Tilberienſis librum de Imperio Romano benè

D. *demonſtrat,* à Rudolpho Ignavo Rege ob defectum liberorum per teſtamentum ad Henricum II. Imperatorem translatum adeoque Imperio reſtitutum eſſe, & inde ad Cunradum II. Imperatorem, qui dicti Rudolphi ſororem, Giſlam in matrimonio habuit, ac poſtea ad hujus filium Henricum III. perveniſſe, *de quo & ſeq. c. 2. th. 8. expl. 2. ſub Ducatu Burgundico actum. Sed cum* per Comitum inſolentiam & reſiſtentiam ſucceſſoribus pedetentim ſubtraheretur, *demum per Imperatorem Fridericum I.* poſtquam anno 1156. cum uxore Beatrice filiâ Reginardi (aliis Wilhelmi) Burgundiæ Comitis filiâ & ejus herede regnum illud tunc *Comitatum dictum cum Provincia, Gallis Provence dicta, pro dote accepiſſet,* ut narrat *Otto Friſing. lib. 2. De ejus vita cap. 29. & inde utramque ſub nomine Regni Arelatenſis ab Arelate* Metropoli dicti unà cum regno Teutonico ac longobardico in filium ſuum Henricum transtuliſſet

ut

ut narrat nuper in lucem editus *Gervaſius Tilberienſis, Imperatoris Ottonis IV. in illo Regno Præfectus vel Mareſchallus*, (ut ipſemet in d. Comment. ſcribit;) & fidus Scriptor *de Imperio Romano & Longobardico Regno p.65. iterum recuperatum & rurſus inſtitutum eſſe, & ab hoc tempore usq; ad Rudolphum I. in Imperii proprietate permanſiſſe, quo illud interveniente Pontificis Nicolao III. Carolo Andegavienſi vel Siculo jure Clientelari conceſſiſſe dicitur. Ex eo enim tempore Gallus illud regnum ad ſe traxit; de quo etiam agit Maſenius d. Tom.2. Annal. Trevir. l.16. n.154. & ſeq. quo verò jure id factum ſit legi poteſt apud Conring. l.1. de Fin. Imp. c.13. Limn. Tom.IV. ad l.1. c.9. n.9. & ad A. B. c.1. §. 12. obſ.6.* de quo etiam nos *præc. c.2. th.8. in expl. n.4.* aliquid notavimus.

Continuit verò illud ſub ſe, tradente Limn. d. c.9. n.9. Delphinatum, Sabaudiam, tractum Sequanenſem ſive Burgundiæ Comitatum, & tractum Helvetiorum.

B. *Et quoniam in præcedentibus dictum Archiepiſcopos Viennenſes Archicancellarios Regni Burgundici perpetuos ab antiquo & quidem tempore Friderici I. fuiſſe, multis contradictionem ſapit, quod etiam Trevirenſes Archiepiſcopi ejuſdem ſive Arelatenſis Regni Archicancellarii conſtituti ſint, quare Mallinkr. p.45. & ſeq. illam conciliaturus forte ſtatuendum putat, Regnum hoc* Arelatenſe tanquam anguſtius à veteri Burgundiæ regno tanquam latius patenti diſtinguendum eſſe, *ita ut* & Viennenſis & Trevirenſis peculiares Archicancellariatuum ſuorum limites habuerint, ubi legi poteſt. *Quibus addenda, quæ idem in notis huic tractatui ſubjectis p.222. & ſeqq. de Utriusq; Sedis Archipræſulatu* refert.

C. II. *Quod nunc hodierna officia Secularium Electorum concernit, obſervandum* (1) *illa olim certis familiis non propria, ſed ambulatoria*, & per maximè potentes & dignitate conſpicuos, qui in Curiis & Comitiis publicis Imperii præſentes fuerunt, adminiſtrata fuiſſe, *quod patet ex inauguratione Ottonis I. Imperatoris: in eâ enim Lotharia Dux Giſilbertus*, ad cujus poteſtatem locus ille (Aquisgranum) pertinebat, omnia procuravit, *Eberhardus* menſæ præfuit, *Hermannus* Franco-Pincernis & *Arnulphus* Ordini equeſtri & locandis caſtris, ut narrat *Witichindus L. 2. de Geſt. Saxon. in pr. quem locum tamen varie examinat & ad officia hæc probanda inſufficientem eſſe annotat Bœcler de Rebus ſeculi à Chriſto nato IX. & X. ſub Ottone I. p.283. & ſeq. addens hæc aliter in Hincmaro & aliis legi. Et ex Ottonis III. Comitiis anno* 985. *Quedlinburgæ celebratis: in iis enim Henricus Dux Bojariæ* Imperii Dapifer, *Conradus Sueviæ* Dux Camerarius; *Enzelinus Comes Palatinus Rheni* Pincerna & *Berno Dux Saxoniæ* ac Lunæburgi

D. Mareſchallus fuit, ut refert *Ditmarus in Chron. l.4. f.36. Quod ita obtinuit, ut etiam olim quandoque Reges Imperio obnoxii, interq; eos Danici ad illa fuerunt adhibiti*, ſiquidem *Otho Friſingenſis l. 7. Chron. c.19.* ſcribit, *Regem Daciæ vel Daniæ* (qui tunc fuit Nicolaus 71 Rex) in Curia Babenbergenſi in ſignum ſubjectionis ad decorem Imperialis reverentiæ *gladium* (quod ad Mareſchalli officium aliàs pertinet) *ſub coronâ deferre feciſſe.*

Ita memorat Arnoldus Abbas L.3. Chron. Slav. c.9. in Curiâ illâ celeberrimâ & famoſiſſimâ apud Moguntiam ab Imperatore Friderico I. anno 1182. rectius 1184. habitâ officium Dapiferi ſeu Pincernæ, Camerarii ſeu Mareſchalli non niſi Reges vel Duces aut Marchiones adminiſtraſſe.

A. *Quo indicat primò*, officia hæc tunc hereditaria non fuiſſe, cum aliàs Officiales illos non ita genericè deſcripſiſſet, ſed nominetenus expreſſiſſet: *Setuwald* plures unà Reges, Duces vel Marchiones in præſtatione illorum officiorum occupatos, & fortè in illis præſtandis ſingulis diebus variatum fuiſſe; ſive enim ibi nominata officia numero duo ſive quatuor fuerint; *ex locutione tamen plurali* & denominatione Regum, Ducum & Marchionum omninò concludendum eſt, plures ex iſtis ſingulis dignitatibus officia illa adminiſtraſſe, *præſertim, quia* idem auctor paulò ante pluralitatem illam adhuc clarius expreſſit hiſce verbis: *Venit igitur illuc omnis dignitas poteſtatis & principatus; ſublimitas ArchiEpiſcoporum & Epiſcoporum; gloria Regum, jucunditas Principum & multitudo Nobilium Imperatori certatim placere volentium. Ut adeo pluralitas vel generalitas hæc* ad ſolum recens creatum Bohemiæ vel etiam Daciæ Regem vix reſtringi debeat, *ſed forte etiam* ad Ungariæ & Poloniæ Regem (quales hi ſe tunc nominarunt & vulgò habiti ſunt, licet ab Imperatoribus noſtris non omnes agniti, ut legi poteſt apud *Schafnabr. in Chron. ad ann.* 1077.) extendenda ſit. *Hos enim* cum illis tunc Imperium recognoviſſe, & Imperatoribus quandoque præſtò fuiſſe ex *Friſing. d. l.7. c.17.* notum eſt.

Et inde etiam forte factum eſt, quod auctores quidam interq; eos Matth. Pariſienſis in Hiſt. Anglicâ f. m. 655. in recenſendis Electorum perſonis varient, & pro Bohemiæ Regibus ac Marchionibus Brandenburgicis Duces Auſtriæ & Brabantiæ poſuerint. *Cum enim* tempore illo Innocentii IV. Electores nondum inſtituti fuerint, ut *præc. th.7. in expl.* ſatis demonſtratum eſt, mirum non eſt officia illa quandoque etiam ab his præſtita fuiſſe.

Ex quibus ſimul liquet Officia iſta Dignitatibus Electoralibus longè antiquiora eſſe, ut etiam paulò poſt num.2. demonſtratum eſt. Vide *Hincmar. Epiſt. 3. c.18. ſub ann.* 884.

De ipſis hodiernorum octo Electorum & Vicariorum officiis præced. c.3. th.12. expl.1. ſub Coronatione Germanicâ num.8. & ſub numero 3. actum eſt.

Quibus hic addendum 1. in genere ſingulos ſeculares Electores ratione dictorum officiorum in ſuis inſignibus ſingulare habere ſignum, nempe Regem Bohemiæ, olim quidem cum adhuc culinæ præeſſet, geſſiſſe ahenum flammeum poſtea autem mutato illo officio in Archipincernatum accepiſſe Calicem aureum à Leone dextro ungue geſtatum, ut poſt alios recenſet *Gold. de Regno Bohem. l.3. c.14. n.33. Electorem Bavariæ in locum Palatini ſuffectum* ex conceſſione Caroli V. apud Hubertum *Thomam Leodium in vitâ Friderici II. Electoris l.13. p. m. 259.* Pomum cum Cruce: *Saxonicum* duos decuſſatos gladios *Albin. in Chron. Miſniæ c.16. f. m. 435. Brandenburgenſem* ſceptrum *Höpingk. de Inſign. c.6. p.5. §.3. n.619.* ubi cauſam affert *& Palatinum hodiè* coronam *Limn. in Tom.V. l.3. c.11. n.4.*

2. *De Electore Saxoniæ in ſpecie. Illum* non ſolùm in curiâ Imperatorum ſolemni, ſed etiam in expeditione Imperii bellicâ *Mareſchallum Imperii eſſe, ac ideo* in omnibus actibus publicis Imperatori immediatè gladium nudum præferre, niſi Rex Romanorum conſtitutus & præſens ſit, *licet illi à quibusdam Principibus in ſuis provinciis* quandoque ideo controverſia mota fuerit, ut à *Duce Clivio* in coronatione Caroli V. Aquisgrani peractâ; ubi

ubi ille cum ſuo equitatu Saxonis legato, Principi A.
Anhaltino, cum ſuo equitatu in ſolemni introitu in urbem cedere noluit, referente Mauro in Deſcript. Coronationis illius poſt pr. Et Wenceslao Brabantiæ ac Luxemburgi Duce, qui ideo Saxoni in Curiâ Metenſi anno 1357. etiam præcedentiæ litem movit vigore Diplomatis Caroli IV. apud Miræum in Diplom. Belg. Tomo I. c. 96. factum eſt.

Ubi ſimul notandum, vocem Mareſchalli à diverſis diverſimodè derivari, ut refert Limn. l. 3. c. 10 n. 20. & ſeqq. veriorem verò eſſe illorum opinionem qui illam ab antiquis Alamannicis verbis Marah & Scalc, quorum prius equum & poſterius miniſtrum vel ſervum, vel etiam præfectum denotat, deducunt. Siquidem in illorum Legibus tit. 68. & ſeq. prius verbum in illo ſignificatu occurrit, & in ſeq. Tit. 78. ſiniſcalci & mariſcalci, qui 12. caballos præeſt, mentio fit. Sicuti etiam verbum Scalck Kero Monachus S. Galli apud Goldaſt. Tomo 2. Alamann. Rer. in Interpretat. quorundam Vocabulorum Barbar. ſub lit. S. f. m. 88. pro ſervo explicat. Et quod illi in expeditionibus Imperii publicis tanquam Mareſchallo Imperii geſtatio vexilli Imperialis majoris ſecundum communem opinionem competat, ut ſeq. parte 4. c. 3. theſ. 15. expl. 3. deduximus.

(2.) A Bruſchio de Epiſcop. German. ſub Catalogo Epiſcoporum Bambergenſium f. m. 236. Peucero in Chronico l. 4. ſub Imperatore Henrico Sancto Dreſſ. in Millenar. ſexto p. m. 312. Megiſ. in Chron. Carinth. l. 7. c. 6. & aliis recentioribus quidem tradi, quod Henricus hic Rinaldo ultimo Bambergenſi Comite anno 1007. mortuo (quod erroneum eſt, quia jam anno 991. Otto III. Imperator Henrico huic civitatem Bambergenſem donavit, ut refert Cygneus in Prodromo Annal. Bamberg. f. 8. & Henricus ille antequam in Imperatorem eligeretur Bambergenſis C.
Comes fuit, ut narrat Trith. in Chron. Hirſaug. ad ann. 1001. idque ante nos obſervavit Parens noſter De Saxon. non provoc. Jure verbo Electorum cap. 1. num. 97. & ſeqq. Sicuti etiam à Ditmaro in Chron. Merſeburg. l. 6. f. m. 68. refertur, quod urbs illa ad Henricum nondum Imperatorem ſpectaverit. Comitatum illum ad ſe devolutum in Epiſcopatum cognominem transtulerit, eiq; hoc regale addiderit, ut Electores ſeculares ejusdem eſſent Vaſalli & Officiales, & Electoralia feuda ab Epiſcopis illis recognoſcerent.

Sed res longè aliter ſe habet, ut jam Parens noſter d. c. 1. n. 1004. & ſeqq. etiam obſervavit, & ex falſis præſuppoſitis errores iſti nati ſunt. Siquidem illi Officiales Imperii, qui poſtea ordinarii facti ſunt Electores, non eadem numero officia, quæ Imperatori exhibent, ſed ſaltem ſimilia ut ſeq. n. 3. demonſtratum eſt, D
nec quidem ipſimet, ſed per Officiales ſuos non ordinarios Imperii, ſed peculiares ex ordine Franconiæ Equeſtri, nempe Rex Bohemiæ per Nobiles de Auffſaß / Elector Bavarus hodiè loco Palatini per Nobiles de Pommersfelden, Saxo per Nobiles Mareſchallos de Ebner, & Brandenburgicus per Nobiles de Rotenhan, quorum etiam meminit Bucel. in Germ. Sacra P. 1. f. 24. Palatinus vero ideo, quia Bavarus Palatinatum ſuperiorem, cujusq; ratione officium illud præſtandum eſt, obtinet, hoc excluſus eſt, præſtant, de quo latè legi poteſt Megiſ. in Annal. Carinth. d. l. 7. c. 4. f. 687. & ſeq. Gold. de Regn. Bohem. l. 3. c. 7. & 8. Mager. de Advoc. Arm. c. 5. n. 421. & ſeqq. Carpzov. in Synopſi Jur. Feud. Diſp. ult. ſubjunctâ quæſt. 1. & Limn. Tom. IV. l. 3. cap. 7. n. 77. & ad A. B. c. 27. in pr. obſ. 7. & 29. Ubi tres Politicorum circa officia hæc opiniones & differentias aliquot inter utraq; officia recenſet.

Nec Electoralia feuda & officia ab ullo alio, quàm ſolis Imperatoribus recognoſcunt, ſicuti parens noſter de Saxonico non provoc. jure verbo Electorum c. 1. n. 104. & ſeqq. benè animadvertit.

Ad majorem iſtius rei demonſtrationem notanda ſequentia.

1. Officia illa quatuor, nempe Mareſchalli, Dapiferi, Pincernæ & Camerarii ubiunique non Imperatoribus ſolis, ſed etiam aliis magnis Principibus tam Eccleſiaſticis quam Politicis ad decus & ſplendorem demonſtrandum præſtita, immo ex Imperatorum ordinatione præſtanda fuiſſe, ut ex Conſtit. Caroli Craſſi Wormatiæ anno 890 factâ apud Lehmann. in Chron. Spirenſ. L. 2. c. 42. & Goldaſt. Tom. 1. Conſtit. f. 29. §. 6. conſtat: & paulò poſt in reſponſione 2. ad contraria per exempla demonſtratum eſt.

Hâc tamen poſtea introductâ differentiâ, ut hi Imperatorum Officiales ad diſtinctionem reliquorum Archimareſchalli, Archidapiferi, Archipincernæ & ArchiCamerarii vocarentur.

2. Illa officia ideo antiquiora eſſe dignitatibus Electoralibus, & quidem tam antiqua, ut Eruditi diſputent, an illa à Francis ad Germanos tranſlata, vel ab his primis temporibus inventa fuerint, ut legi poteſt apud Mallinkr. d. l. p. 168. & ex parte apud Gold. de Regno Bohemiæ l. 3. c. 8. in pr. imò cauſam fuiſſe, cur dignitates hæ familiis iſtis, quæ illa tunc tanquam hæreditaria obtinuerunt poſtea conferrentur, quod inter alios indicat Albert. Stadenſis in Chron. f. m. 125. ac Speculum Saxon. l. 3. art. 57. & Suev. l. 1. c. 29. §. 2. his verbis: Palatinus eligit, qui Dapifer eſt, Dux Saxoniæ, quia Mareſcallus & Marggravius de Brandenburg quia Camerarius: De quo etiam in expl. hujus præcegimus. Hinc etiam apud multos antiquos hiſtoricos non Electorum Principum, ſed officialium Imperii fit mentio, apud Urſpergenſ. in Chron. ſub Bello Philippi in pr.

3. Illa in literis Inveſtiturarum non Officia Electoralia Imperatori præſtanda, ſed officia Epiſcopatus, nec Archiofficia die Ertz-Aempter / ſed ſuperiora die Ober-Aempter / ad differentiam ſubordinatorum ab Officialibus prædictis præſtandorum Officiorum, ut ex paulò poſt dictis conſtat, unde clara differentia inter dicta Electoralia & hæc officia etiam apparet, appellari.

Ita enim in literis Inveſtituræ à Berchtoldo Epiſcopo Bambergenſi, Ludovico Severo Duci Bavariæ anno 1269. datis & à Gevvoldo de ſeptemv. c. 10. p. m. 172. relatis vocatur officium Dapiferiæ Eccleſiæ illius; In literis Alberto Electori Brandenburgico anno 1475. datis das Ober-Cammer-Ampt deß Stiffts Bamberg apud Limn. Tom. V. d. l. 3. c. 7. n. 77. Et in literis Joh. Georgio Electori Saxoniæ anno 1623. exhibitis apud Eundem Tom. 4. loco eodem das Ober-Marſchallen-Ampt / deß Käyſerlichen Stiffts Bambergs / de quo etiam legatur Bucelin d. f. 24. & Carpzov. d. Diſp. 10. quæſt. ſubjunctâ 1. n. 38. & ſeqq.

4. Non omnia feuda illa, vel ſaltem illorum pauca quæ ratione iſtorum officiorum ab Epiſcopis illis conferuntur, ad Electoratus olim propriè pertinuiſſe, vel adhuc pertinere, ut inter alia patet ex dictis literis Inveſtituræ Ludovico Bavariæ Duci datis. Ibi enim feuda illa non Electoratui ſed officio illi Epiſcopis præſtando annexa eſſe dicuntur, & recenſentur ſequentia, Caſtrum Hohenſtain, Advocatia oppidi Harſpruck, Vilſack, Aurpach, Pägenz, Velden, quæ omnia in Comitatu Palatino Superiori ad Ducatum Bavariæ olim & nunc iterum pertinente ſita ſunt, & ad Electoratum non pertinent ipſomet Gevvoldo d. l. fatente.

Multò

Multò minus verò integros Electoratus & ab iis hodie dependentia primaria illa Imperii officia feuda Epiſcopatus Bambergenſis eſſe.

Imò quo ad Electoratum Brandenburgicum ne unicam quidem particulam vel civitatem ab illo Epiſcopatu dependere vel agnoſci, ut ex ſequenti nobis ex Archivo Electorali communicatâ relatione cum adjectis literis inveſtiturarum, quam ceu multum lucis afferentem verbotenus in gratiam Lectorũ hîc inſerere voluimus, patet.

Nachricht wegen deß Ober-Cämerer-Ambts beym Stiffte Bamberg.

DEr älteſte Lehen-Brieff / ſo im Churfürſtl. *Archivo* über das Ober-Cämmerer Am̃t bey dem Stifft Bamberg vorhanden / iſt *datirt* Freytags nach *Dionyſii* 1464. Darinnen wird aber nicht benennet / ſo darzu gehörig ſey / ſondern es wird alles auff Erkundigung deſſelden außgeſtellet / laut beygefügter *Copia ſub lit. A.* deßgleichen Innhalts iſt auch der letzte von *Anno* 1652. wie deſſen Abſchrifft *ſub lit. B.* beſaget. Man iſt zwar von Seiten deß Biſchoffs zu Bamberg in den Gedancken geſtanden / ob gienge dieſe Belehnung das Ertz-Cämmerer-Ampt mit an; Allein ſelbiges hat gantz keine Gemeinſchafft mit demſelben / ſondern es iſt jenes nur bloß das Ober-Cam̃er-Ampt deß Biſchoffthumbs Bamberg / damit S. Churfürſtl. Durchl. hinwiederumb die von Rotenhan / als Unter-Cam̃erer bey ſeldigen Stifft beaffterlehnen: Dann das Ertz-Cammerer-Ampt *dependirt* einig und allein von der Churfürſtl. Würde / ſo von dem Römiſchen Käyſer und dem Reich zu Lehn getragen wird / und deßwegen recognoſcirn die Fürſten und Grafen zu Hohenzollern hinwiederumb das Erb-Cämmerer-Ampt im Reich von dem Chur-Hauſe Brandenburg. Worauß dann wol ſo viel erſcheinet / daß das Ober-Cam̃erer-Am̃t / ſo S. Churfürſtl. Durchl. vom Stifft Bamberg recognoſcirn wol mehr ex devotione Majorum hergefloſſen / und dem Stiffte zu nutz und beſten angeſehen / als daß Derſelben dannenhero eine dignität oder Nutzen zuwachſen ſolte. Sintemal auch die Acta darneben bezeugen / daß ob wol S. Churfürſtl. Durchl. mit dem Ober-Cämmerer-Ampt und deſſen pertinentiis beliehen werden / ſich dennoch von ſolchen pertinentiis überall nichts findet / weder bey dem Bambergiſchen noch hieſigen Archivo und Lehns-Cantzleyen. Auff Bambergiſcher Seiten hat man zwar die Brauneckiſche Lehn in Francken / als ein Stück zum Ober-Cämmerer-Ampt gehörig / angegeben / und dem Lehn-Brieffe inſeriren wollen: Wie dann auch zu deſſen Behauptung ein Vertrag / ſo zwiſchen Marggraf Albrechten / Churfürſten und Marggrafen zu Brandenburg und dem Biſchoff Georgen von Schaumburg / zu Bamberg an. 1466. auffgerichtet seyn ſoll / allegirt. Allein auff Brandenburgiſcher Seiten / iſt man deſſen dem Stiffte nicht geſtändig geweſen; Sondern es wird gedachte Herrſchafft von dem Reich zu Lehen recognoſcirt, dannenhero man auch nicht hat zugeben wollen / daß ſolcher Brauneckiſcher Lehen in dem Lehen-Brieffe einige Meldung hat geſchehen dörffen.

Dahingegen hat man an Brandenburgiſcher Seiten ein Hauß in Bamberg / der Brandenburgiſche Hof genannt / angeſprochen / woran aber das Stifft dem Hauſe Brandenburg auch nichts geſtändig ſeyn wollen / mit dem Vorwandt / daß es ein Thumb-Herrn Hauß ſey / und dannenhero den Namen überkommen habe / weil zwene Marggraffen von Brandenburg / welche Thumb-Herren zu Bamberg geweſen / denſelben Hoff bewohnet hätten. Es hat auch der von Rotenhan / als Unter-Cämmerer / etzliche gravamina vor dieſem übergeben / und iſt der Biſchoff darauff erſuchet worden / denſelbigen zu remediren, und ihn bey denen Gefellen / ſo ihme wegen deß Unter-Cämmerer-Ampts gebühren / zu ſchützen: So aber in genere beantwortet / und iſt / ſo viel man davon allhier Wiſſenſchafft hat / noch keine remedirung biß dato erfolget / wie dann auch der von Rotenhan von keinen Lehen / ſo zum Cämmerer-Ampt gehörig / hat wiſſen wollen / als von dem einen Hoff Eichelbergk.

Anno 1659. hat er beygefügte *Specification* deſſen / ſo ihme von Biſchoff vorenthalten wird / allhier bey Hoffe eingereicht / *ſub lit. C.* Es wird auch ſo genau auff Churfürſtl. Seiten nicht genommen / daß bey allen Fällen / ſo ſich mit den Biſchoffen zutragen / die *renovation* der Lehen ſolte geſuchet werden / welches zwar von Biſchofflicher Seiten unterſchiedlich iſt geandet worden: Man hat ihnen aber dieſer Seits deßhalb nichts geſtanden / ſondern daß nur / wann ſich ein Fall an Churfürſtl. Seiten begebe / alsdann die renovation der Biſchofflichen Lehen dürffte geſuchet werden / wie dann / was Sachſen und Pfaltz hierunter thäte / keinen andern præjudicirn konte. Es wil ſonſten auch die Stadt Brandenburg / als ein pertinens deß Ober-Cämmerer-Ampts mit allen andern zugehörigen Stücken und Lehen in der Marck Brandenburg und auſſerhalb gelegen / von Biſchofflicher Seiten angegeben werden / So aber von Churfürſtl. Seiten nicht angenommen wird / mit dem vorgeben / daß ſolche Stadt cum pertinentiis zum Reichs-Lehen gehöre.

Lit. A.

WIR George von Gottes Gnaden / Biſchoff zu Bamberg / bekennen offentlich mit dieſem Brieffe gegen allermänniglich für uns / unſerm Stiffte und nachkommen / daß Wir dem Hochgebornen Fürſten / unſerm beſonders lieben Herrn und Freunde / Herrn Friedrichen / Marggraffen zu Brandenburg / Chur-Fürſten / deß Heil. Römiſchen Reichs Ertz-Cämmerern und Burggrafen zu Nürnberg ſeine Lehen / die er von Uns und unſerm Stiffte zu Lehen empfahen ſol / verliehen haben / und er dieſelbe von uns empfangen hat / mit Namen / das Oberſt Cammer-Ampt / deß genandten Unſern Stiffts / mit allen ſeinen Zugehörungen / Stücken und Lehen in der Marck zu Brandenburg oder hie auſſen gelegen / was der wehren / die zu demſelben Cammer-Ampt gehören / und die der Hochgeborne Fürſt / Marggraff Friederich / ſein Vater ſeliger Gedächtniß und ſeine Vorfahren Marggraffen zu Brandenburg von dem Stiffte empfangen und zu Lehen gehabt haben / darumb er uns auch Lehen-Recht / als ſein Vater und Vorfahren ſelige gethan hat / und ſo es zu Schulden kommt / daß ſeine Erben und Nachkommen das empfahen / auch in obbeſchriebener Maſſen thun ſollen / ohne gefährde. Der obgenandte unſer Herr und Freund Marggraff Friederich ſol auch getreuen Fleiß ankehren / zu erfahren / was die Stücke ſeyn / ſo zu dem genandten Cammer-Ampt gehören / und was er der erfahren wird / ſol er uns zu wiſſen thun / und wir dieſelbe Stücke alsdann zu einen neuen Lehen-Brieffe ſetzen laſſen / ohne gefährde.

Zu

A. Zu Urkund iſt Unſer Inſiegel an dieſen Brieff gehangen/der geben iſt zu Bamberg am Freytag nach S. Dioniſientage nach Chriſti unſers lieben HErrn Geburt vierzehenhunderc/ und darnach in dem vier und ſechzigſten Jahre.

Lit. B.

VOn Gottes Gnaden Wir Melchior Otto Biſchoff zu Bamberg/ Bekennen offentlich an dieſem Brieff gegen allermänniglich für Uns / Unſerm Geſtifft/und Nachkommen/ daß Wir dem Durchleuchtigen Fürſten/ Unſerm beſonders lieben Herrn und Freund Friederich Wilhelm Marggraffen zu Brandenburg / deß Heiligen Römiſchen Reichs Ertz-Cämmerern und Churfürſten / zu Preuſſen/ Jülich/Cleve/Berg/Stettin/Pommern/ der Caſſuben und Wenden/ auch in Schleſien zu Croſſen und Jägerndorff Hertzogen/Burggraffen zu Nürnberg und Fürſten zu Rügen/ Graffen zu der Marck und Ravenſpurg/ Herrn zu Ravenſtein/ Ihrer Liebde Lehen/die Sie von Uns und Unſerm Stifft zu Lehen empfangen ſollen/ geliehen und Ihre Liebd. dieſelbe von unß empfangen haben/ mit Namen das Ober-Cammer Ampt gedachtes unſers Stiffts mit allen ſeinen Zubehörungen / Stücken und Lehen in der Marck zu Brandenburg oder heraussen gelegen/ ſo viel der ſeynd/ die zu denſelben Cammer Ampt gehören/welches Ober Cammerampt weyland der Durchleuchtige Fürſt/Unſer auch beſonder lieber Herr und Freund/George Wilhelm Marggraff zu Brandenburg/deß Heiligen Römiſchen Reichs Ertz Cämmer und Churfürſt Löblicher ſeel. Gedächtnüß und deß Vorfahren/ die Marggraffen und Churfürſten zu Brandenburg von Unſern Vorfahren und Stifft auch alſo empfangen und zu Lehen gehabt haben/ darumb auch Ihre Lbd. Uns durch deroſelben abgeordnete Gewalthabern Tobiaſen Oelhaſen von Schöllenbach/ der Rechten Doctorem und der Stadt Nürnberg Conſulenten / inmaſſen er darüber verſiegelten Gewalt gehabt und uns vorgelegt / als derſelben Herren Eltern und Vorfahren jetzgemelt gethan haben/ Lehenrecht thun laſſen / und ſo es zu Schulden kommt/daß Ihrer Liebd. Erben und Nachkommen dieſe Lehen empfangen / Sie obbeſchriebener maſſen auch thun ſollen ohngefehrde. Hochernannter Unſer Herr und Freund / Marggraf Friederich Wilhelm Churfürſt ſolle auch getreuen Fleiß ankehren/zuerfahren / welches die Stück ſeynd / ſo zugemeldten Ober Cammer-Ampt gehören/ und was Ihre Lbd. erfahren/ Uns ſolches zu wiſſen thun/daß Wir oder Unſere Nachkommen dieſelben Stück auch in die künfftige neue Lehenbrieffe ſetzen laſſen mögen/ ohne Gefehrde. Zu Urkund haben Wir Unſer Inſiegel an dieſen Brieff gehangen / geben in Unſer Stadt Bamberg am Montag/ den 19. Monatstag Februarii nach Chriſti unſers lieben HErrn Geburt im 1652ſten Jahre.

Lit. C.

Unterthänigſter Bericht/

Was dem Cammer-Ampte / wie in den Actis zu befinden/theils gar/theils etlicher maſſen entzogen worden.

1. Iſt ein Hoff in der Burg gelegen/gemeiniglich der Marggräffliche Hoff genannt / ſo vor dieſem beweiſlichen die von Rotenhan genoſſen / andern übergeben.

2. Iſt bey Lebzeiten Herrn Biſchoff Johan Philips hochſeel. Gedenckens ein Platz / ſo in das Cammer Ampt gehörig/zu Bamberg im Sande gelegen/ entzogen / und darauff ein groſſer Heuſtall gebauet/ deßwegen ſich zwar damals Ihr Fürſtl. Gn. zu vergleichen anerboten/aber biß dato nichts erfolget.

3. Iſt auff der Farth Baunach ein Unter Cämmerer von Rotenhan nebenſt ſeinen Leuten / Vieh und Geſchirr allezeit frey eben und rückwerts geführet worden / welches itzo auch nicht weiter erfolget

4. Wird neuerlich von dem Cammer Ampt Lehen und Eingehörung die Steuer de facto behaupt.

5. Wann ein Biſchoff zu Bamberg erwehlet/ſo hat vor dieſem der Unter Cämerer das Bette mit ſeiner Zubehörung/ darauff die Nacht ein Biſchoff gelegen/vor ſich wegnehmen dörffen / ſo aber itzo gleichfals nicht will zugelaſſen werden.

6. Haben nachſpecificirte Klöſter/Abte/ Abtiſſinnen und Probſte zu

B.

Aſpach	Bantz
Niedernaltach	Dinsdorff
Arnoldſtein in Kärndtẽ.	Grieffen in Kärndten
S. Ægidien zu Nürnberg.	Kitzingen
Gengenbach.	Lauchheimb
Mönchsberg	Michelfelt
Schüttern	Neukirchen
Stain	Prüffingen
Schlüſſelau	Spitteln in Kärndten
Therer	Veſſer
Theodorus	Weiſſenach.

Wann ſolche die Regalien vom Dombſtifft zu Bamberg zu empfahen und auf jeden begebenden Fall/dem von Rotenhan ein Marck Silbers zu erlegen/das anitzo auch will in Abnehmen gerathen.

7. So haben vor dieſem allezeit die Herren Biſchöffe zu Bamberg/ ſo offt ein Unter Cämmerer gen

C. Bamberg oder ſonſten zu Ihr Fürſtl. Gnaden / welcher Orten Sie ſeyn/gelanget iſt / zuſamt ſeinen Dienern und Pferden freygehalten / ſo aber anitzo auch nicht obſerviret wird.

Etquamvis in literis Inveſtiture Electori Saxoniæ ad. anno 1623. datis præter ſequentia feuda **Mühlberg Schloß und Stadt Trebitz dem Schloß/und mit den Dörffern/Bergſtadt und Aſſendorff/ Weiſſig/und Galgaſt auch andern Zubehörungen** *etiam Wittemberga Arx & Civitas referente Limn. d. n. 77. comprehenſa ſit, id tamen huic poſitioni non officit, quoniam* hæc urbs & Civitas cum totâ circumjacente ditione demum ab Imperatore Conrado III. ad Electores Saxoniæ translata eſt illamque collationem Fridericus II. Imperator confirmavit, ut refert *Dreſſerus in Iſag. Hiſtor. Parte 5. p. 604. & ita diu poſt Electoralis urbs facta ſit. Item quod Praga vetus* inter alia feuda ex parte Regis & Regni Bohemiæ refe-

D ratur, ut *Gold. de Regno Bohemiæ l. 3. c. 7. in f.* recenſet.

Quoniam nihilominus verum manet, integros illos Electoratus & officia illa imperii primaria inde nunc pendentia non feuda Epiſcopatus Bambergenſis ſed imperii, adeoque ab Imperatoribus ſolis recognoſcenda, & conſequenter feuda illa ab his planè diverſa eſſe. Ad quam objectionem paulò pòſt pluribus *reſpondebitur*.

5. *Nec ſemper officia & feuda illa in familiis illorum*, qui illa Imperii officia poſteà hæreditario jure obtinuerunt, fuiſſe vel permanſiſſe, ſicut inde apparet, *Quia* officium & feuda Dapiferiæ ab Epiſcopo Bambergenſi concedi ſolita ſecundum prædictas à Berchtoldo Epiſcopo datas inveſtituræ literas à Friderico I. Imperatore Suevicæ Familiæ & Succeſſoribus ejus usque ad Conradum II. Siciliæ Regem (uti ex Diplo-

mate quôdam Rudolphi I. Imperatoris de anno 1273. A.
probat Gevvoldus d. l. p. 174.) poſſeſſa fuerunt, *ſeu, ut illud anno demum 1269. ad Familiam Bavaricam ſive primùm translatum fuerit ſive redierit*, ut *Gevvold. d. l.* tradit, & ejus rationem reddit.

6. *Omnes, quotquot vidimus, contrariæ opinionis aſſertores ad tabulas viſas non provocare, ſed* tanquam recentiores Scriptores *vel* ab argumento à poſteriori deducto procedere, *vel* aliorum narratis ſe ſubmittere, ſicuti etiam *Brunnerus in ſuis Annal. Bojorum p. 2 c. 6. p. m. 671.* id *per verbum traditur*, fatetur. *Exinde autem* ob crebras intermedio tempore illapſas & ita in publicum nô notas mutationes firmum non duci poſſe argumentum cuivis in propatulo eſt.

Licet verò in re tam antiquâ & veteribus fere per aliquot Secula neglectâ dignotio & dijudicatio difficilis ſit: Putamus tamen ad ſupra n. 4 adducta & alia in contrarium facientia dubia ita ſatis reſponderi poſſe ſi dicamus B.

1. *Imperatorem dictum Henricum II. non ſolum Electores Laicos, ſed fere omnes Proceres Imperii* quo ad certa bona Vaſallos Eccleſiæ Bambergenſi conſtituiſſe, ut tradit inter alios *Megiſerus in Annal. Carinthiæ.* d. f. 688. & Dreſſerus in d. Millenario ſexto. p. m. 312. *adeoq; malè inferri. Hic & ille Elector* etiam ratione quorundam feudorum ad ſe hodiè pertinentium Vaſallus illius eſt Eccleſiæ, *ergò* ipſimet Electoratûs & illis connexa officia ab illo Epiſcopo in feuda recognoſcuntur.

Neq; ſolum hunc Epiſcopatum habere tales Officiales ſuperiores & inferiores, *ſed etiam alios, interq; eos Archiepiſcopatum Moguntinum*, *cujus* Archimarſchalli ſunt Landgravii Haſſiæ, *Epiſcopatum Curienſem*, cujus Pincernæ ſunt Archi-Duces Auſtriæ tanquam Comites Tirolenſes. C. *Auguſtanum, Argentoratenſem, Wurzeburgenſem, Eichſtadienſem, Paderbornenſem, ut legi poteſt apud Bucelin. in German. Sacra parte 1. ſub illis Epiſcopis: Item Archiepiſcopatum Magdeburgenſem*, cujus Dapiferi ſunt Principes Anhaltini & Pincernæ Duces Brunovicenſes teſte *Pomario* in der Sachſen-*Chronica ſub anno 1363. Archiepiſcopatus Salisburgenſis, Ratisbonenſis, Brixienſis, Friſingenſis*, ut legi poteſt apud *Bucelin. d. P. 1. f. 43. 44. 46. & 47.* Quorum plura exempla *Limn. ad A. B. Caroli IV. t. 37. §. 6. p. 567. & ſeq.* refert. *Quibus addendum etiam Abbatibus Fuldenſibus & Campidonenſibus à Principibus & Comitibus illis officia præſtari, ut ſeq. c. 2. th. 5. in explic. 1. demonſtravimus.*

2. *Tunc temporis, ut in præcedentibus deductum, Electores certos & hereditarios nondum fuiſſe, ex quo ſequitur, etiam tunc certas Electorales Provincias non fuiſſe.* D.

3. *Electores Saxonicos, ut ſimiliter notum & deducit Gevvold. d. l. c. 12. non fuiſſe unius familiæ, adeoq; nec ſemper earundem provinciarum Dominos, quia olim, ut hodiè, certis provinciis Electoria dignitas non inhæſit vel connexa fuit. Ex hiſtoriis enim notum eſt Henrici dicti tempore Inferioris non verò Superioris Saxoniæ Duces officium Mareſchallorum obtinuiſſe, & in Electione Imperatorum tanquam Primores obſervatos fuiſſe. Et Anhaltinis demum Principibus in Bernhardo anno 1180. à Friderico I. Imperatore Saxoniæ Ducatu donatis ſucceſſivè terras Superioris Saxoniæ, utpote in quibus poſteà domicilia ſua fixêre, celebriores redditas fuiſſe.*

4. *Civitates illas, quæ vulgò Electorales* die Chur-Städte *dici ſolent, & ſunt Praga, Heidelberga vel Amberga, aliis Auerbachium* (nam in illo ob varietas aulas differunt Scriptores) *Wittenberga ac Cuſtrinum, non ex Conſtitutione aliquâ Imperiali, ſed potiſſimum ratione Aularum quondam regulariter ibi celebratarum, adeoq; ex communi opinione vel obſervantiâ ita dici, quod etiam non diffitetur Goldaſt. d. l. 3. de Regno Bohemiæ c. 7. in f. ſcribens*, illas in corpore Imperii quadripartito (quod tamen purum putum figmentum eſt) ita reputari, *ſed illas hodiè* etiam ab Electoribus ipſis ita appellari dubium non eſt.

5. *Nec omnes has Civitates, neq; omnia Electorum bona feuda eſſe Bambergenſia, uti primo ex prædictis Inveſtituræ literis* à Berchtoldo Bambergenſi Epiſcopo Ludovico Palatino datis, utpote in quibus ſaltem Caſtrum Hohinſtain, Advocatia oppidi Harſpruck, Vilſack, Aurpach, Pägenz/ Velden comprehenſa; *poſterius verò ex Inveſtiturà Johanni Georgio Electori Saxoniæ* à Joh. Gothefrido Epiſcopo Bambergenſi anno 1623. conceſsâ, in quâ plurimæ & quidem ſequentes Urbes, Arces & Oppida ad illum Electoratum pertinentia Belzig / Bruck / Niemeck / Bretzin / Jeſſen / Hergberg / Liebenwerde / Bitterfeld / Remberg / Schmideberg / Schweinitz / Zane / Grafenhainichen / Brene / Gommern / Seide / Lüchen / Schönewald / Schlieben / Elbigen / Warnburg à Limn. d. l. 3. c. 10. n. 13. relata, omiſſa ſunt, vice verſa ſaltem, ut ſupra jam adductum ex urbibus ſola Wittenberga & Muhlberga inter illa memorata eſt, de quo etiam jam in *præc.* diximus, & illud quo ad Electoratum Brandenburgicum ex deductione ac literis inveſtiturarum probavimus.

Ex quibus omnibus clarè pateſcit, malè ab illa Henrici II. conceſſione, ejusq; temporis ſtatu ad hodiernum, & vice verſâ ab hodierno ad illum argumentari, & inferri Electoratus ac connexa Imperii Archi-officia ab illo Epiſcopo in feudum recognoſci.

Quibus tandem ex Limn. d. l. 3. c. 7. n. 77. addimus, quod in Inveſtiturâ illâ ab Epiſcopo Bambergenſi prædicto factâ à Legato Saxonico nullum juramentum exactum fuerit, ſondern es habe dem Herrn Biſchoff der Chur-Sächſiſche Geſandte einen Handſchlag gethan mit dieſer Erklärung / daß wegen Ihrer Churfürſtl. Durchl. er die Belehnung *accepi*tre / allermaſſen die vorfahrende Herren Churfürſten zu Sachſen hochlöblicher Gedächtniß die vom Stifft Bamberg laſſen empfangen / und zweiffele nicht / Ihre Churfürſtl. Durchl. werden umb deß Herrn Biſchoffs Fürſtl. Gn. es mit Freundſchafft erkennen / und dem gantzen Capitel und Stifft gnädigen Willen zu erzeigen geneigt ſeyn.

Ex quibus patet hæc feuda ab Imperialibus Electorum feudis & in modo inveſtituræ toto ut dicunt cælo differre.

CAPUT

CAPUT II.

DE ARCHIEPISCOPIS, EPISCOPIS, MAgiſtro Militiæ Sacræ, Ordinis Teutonici, Abbatib9, Magiſtro Ordinis S. Johañis, Præpoſitis, Archi-Ducibus, Ducibus, Comitibus Palatinis, Landgraviis, Marchionibus, Principibus in ſpecie ſic dictis, ac Burggraviis Principum dignitate gaudentibus.

SUMMARIA.

TH. I. Ratio connexionis.

Expl. Principis etymon & lata ac ſtricta ſignificatio.

TH. II. Principum Eccleſiaſticorũ, quo ad Statum Imperii, quatuor ſunt ſpecies & quæ.

Expl. I. Cur reliqua illorum ſpecies omiſſa ratio redditur. B.

Patriarcha quis & quot Patriarchæ, ubi ſimul de Aquilejenſi, qui poſtea Gradenſis & Venetus factus, & Tholetano aliisq; remiſſivè.

De Primatibus Germaniæ.

De Cardinalibus, illorum origine & dignitate ac titulo hodierno.

Illorum quilibet Protector certorum regnorum & populorum eſt, ubi in ejus originem inquiritur.

Illorum inſigne & diſtinctio, ut etiam numerus.

Expl. II. Eccleſiaſtici quando & à quo primùm juriſdictionem ſecularem obtinuerint.

TH. III. Archiepiſcopi qui ſint.

Expl. Quot illorum præcedenti tempore in Germaniâ fuerint.

Quot illorum quondam in utroq; imperio fuerint, remiſſivè.

TH. IV. Epiſcopi qui. C.

Expl. Eorum antiqua officia.

Quæ circa Epiſcopos Germaniæ notanda.

Illi olim per Imperatores confirmati & inveſtiti fuerunt, ubi modus ejus explicatur & quod poſtea per chirothecas peractus fuerit, demonſtratur.

Quamdiu inveſtitura illa apud Imperatores manſerit, & à quo Pontifice adempta ſit.

Quo tempore hi Principes ſimul ſeculares & vaſalli Imperii facti fuerint.

An in unâ eâdemq; perſonâ ſecularis & Eccleſiaſtica dignitas concurrere poſſit?

Omnes Principes Eccleſiaſtici ſunt ordinis S. Benedicti.

Cur hodie numerus Epiſcoporum ita imminutus ſit.

Quidam illorum nonnulla ſingularia hic memorata habent.

Pfaffengaſſe *unde dicatur & ubi ſit.*

Imperator Fridericus II. voluit reditus Epiſcoporum nimios coarctare, uti etiam Imperator Sigiſmundus. D.

Reditus Eccleſiaſticorũ in Galliâ quantũ conficiãt.

Quot oppida & pagos Eccleſiaſtici in Poloniâ poſſideant.

Quot Archiepiſcopi & Epiſcopi olim ſub Imperio utroq; fuerint.

TH. V. Abbates & Præpoſiti in ſpecie ſic dicti qui.

Expl. I. Abbas qualis ſit verbum, idem cum Archimandritâ, cur adjunctum ille Priorem habeat.

Guardiani qui & in quibus Monaſteriis ſint.

Nobiles olim etiam Abbates dicti.

Quales Abbates eſſe debeant & quomodo diſtinguantur.

Singularia quædam de illis referuntur.

Abbates Fuldenſes ſunt Auguſtæ Archicancellarii, inter Abbates Primates in Germaniâ & Galliâ. A. *Quorundam ex iis cum Archiepiſcopis Colonienſibus ob præcedentiam ſanguinariæ lites. Habent officiales hæreditarios.*

Campidonenſes in Eccleſiaſticis ſoli Pontifici obnoxii: habet etiam ſuos officiales hæreditarios.

Abbatiſſæ Principes quæ & quæ non ſint.

Expl. II. Præpoſiti principes qui.

Abbatum & Præpoſitorum varii tituli.

TH. VI. Principes ſeculares qui & quot illorum ſpecies.

Expl. Diſtinctio dignitatum apud Romanos ſub Conſulibus & Principibus.

Titulorum ſub hi crebra mutatio.

TH. VII. Archiduces in Imperio noſtro ſoli Auſtriaci.

Expl. Vox Archidux hic in legali vel curiali ſignificatione uſurpatur.

Quis primus in Imperio noſtro illo titulo publicè ex ambitione tamen uſus ſit. B.

Duces Carinthiæ an à Carolo M. titulum obtinuerint, & Succeſſores uſurparint?

An Carinthia in hoc legali ſenſu Archiducatus olim fuerit.

Origo Archiducalis hujus dignitatis in domo Auſtriacâ incerta.

Plerique tamen illam Friderico IV. Imperatori attribuunt, ubi judicium noſtrum de illâ opinione.

Quomodo Archiduces hi tàm amplas provincias ordine recenſitas acquiſiverint.

Duces magni qui & quot.

TH. IIX. Ducum dignitas quanta.

Expl. I. Duces primario unde dicti.

Ducatus pro Præfectura Legionis.

Germanicũ Hertzog *congruit cũ origine Latinâ.*

Duces etiam poſtea ſecundario Rectores Provinciarum dicti, & inde dignitas hodierna provenit.

Illa olim perſonalis, poſtea hæreditaria facta & proxima Regiæ fuit. C.

An omnes Duces ſub ſe olim 12. Comites habuerint.

Duces perſonales illâ poteſtate abuſos & ideo quosdam dejectos eſſe.

Quo tempore illa hæreditaria facta ſit.

Expl. II. Ducatus in tres claſſes diſtinguuntur.

Antiquiores qui.

Quo ad Bavaricum referuntur ejus antiqui Duces ſucceſſivè.

Ille unde dictus.

Otto Wittelſpachius à quo Dux Bavariæ creat9.

Unde dictus & ejus poſteritas.

Ludovicus II. Comes Palatinus unde Severus dict9.

Lis de Electoratu inter Bavaros & Comites Palatinos.

Duces Bavariæ hodie ſed cum contradictione in ſeculari ſcamno primum locum obtinent, & duo ſuffragia habent. D.

Landgravius Leuchtenbergicus quomodo & quando ad illos pervenerit.

De Landgraviorum horum familiâ.

Ducatus Saxoniæ antiquiſſimus etiam & olim ampliſſimus ibid. ejus limites antiqui ibid.

Saxones unde dicti ibid. ubi quædam aliarum Gentium etymologia.

Illa olim ſub Ethnciſmo à tribus gubernata Principibus.

Poſteà Epiſcoporum regimini & quare ſubdita.

Quando Duces acceperit.

Hermannus Billingus primus in illâ vicarius generalis conſtitutus eſt.

Quamdiu hujus familia ſtetit.

Lotharius Supplinburgicus quãdo Dux ej9 fact9.

Hic poſtea Imperator generum ſuum Henricum Leonem Ducem illius conſtituit.

De Ducatu hoc poſtea lis & bellum inter iſtum Henricum & Albertum Urſum. A.

Ille poſtea in Bernhardum hujus filium ſed non totus translatus eſt.

Henricus Leo licet proſcriptus tamen jus ſuum bello vindicavit.

Illius filii poſtea Duces Brunovicenſes appellati.

Quamdiu ille in Anhaltinâ familiâ permanſerit, & quando ad hodiernos Saxoniæ Duces pervenerit.

Ducatus Suevicus ſive Alemannicus antiquiſſimus quoq; & celeberrimus eſt.

Ejus antiquiores Duces ſed Vicarii tantùm qui.

Quando pleni Duces facti.

Et quando hæreditarii, ubi poſteri Stauffenſium.

Quando familia hæc exſtincta, & quomodo Auſtria ei ſucceſſerit.

Ducatus Franconicus quoq; antiquiſſimus & celeberrimusque quondam fuit ibid.

Ubi veteres Duces ex diverſis familiis conſtituti referuntur.

A quo Epiſcopis Wirzburgenſibus donatus, & an integer vel ſaltem pro parte in illos collatus ſit. B.

Qui illis controverſiam hujus tituli moveant.

1. Ducatus Lotharingicus antea Auſtraſia regnum à quo dictus ſit.

De illo olim magnæ lites in bella erumpentes.

2. Ducum illorum certa origo.

Ejus diverſi ſucceſſivè Domini & Principes.

Quomodo ille ex unâ familiâ in aliam pervenerit.

Ex quâ hodierni Duces deſcendant.

3. Ducatus Barrenſis à quo inſtitutus.

Quomodo hic cum Ducatu Lotharingiæ unitus ſit.

4. An Barrenſis feudum Galliæ ſit.

5. Unde Duces Comites Vadani Montis facti ſint.

6. Titulus Ducatus Guiſiani & Principatus Juvillaris unde ortus.

7. Lotharingia olim in Superiorem ſive Ducatum Moſellanicum & Inferiorem ſive Ducatum Lotharingicum & Brabanticum diſtincta fuit. C.

Superioris tanquam antiquiſſimi tractus ubi fuit.

Et quare ejus titulus evanuerit.

An ex illo Comitatus vel Ducatus Lucelburgicus ortus ſit.

Duces illi quomodo à Camera jurisdictione eximantur.

Ducatus Burgundiæ olim regnum quomodo ex unâ familiâ in aliam pervenerit.

Hodie totus ad Reges Galliæ ſpectat.

Ex illo quomodo olim Regnum Arelatenſe factum ſit, & quando hoc evanuerit.

Quo modo Ducatus ille ad Reges Galliæ pervenerit.

Burgundiæ Comitatus Imperio ſemper paruit, ſed nunc etiam Galliæ Regi ceſſit.

Quantum Hiſpaniæ Rex tanquam Burgundiæ Dux ratione illius Circuli imperio contribuat.

Idem ratione Burgundiæ in Comitiis in ſcamno Eccleſiaſtico ſeſſionem habet. D

Sed hæc nunc valde immutata ſunt.

Ducatus Bohemiæ antiquiſſimus, nunc per aliquot ſecula Regnum.

A quo ortus & à quo in regnum mutatus.

An illud adhuc hodie Imperio pareat.

Ad illud tota Sileſia pertinet: & à quo tempore.

Ducatus Thuringiæ quando ortus & ſublatus eſt.

Medii temporis vel ſecunda Claſſis Ducatus & Duces qui.

Pomeranicus quando & à quo inſtitutus ſit.

1. Pomerania unde dicta.

2. Quot Ducatus, Comitatus & Dominia contineat.

Ejus diviſio.

3. Duces quando exſtincti

Inter illos & Brandenburgicos pactum ſucceſſionis.

Quantum ex illo Reges Sueciæ hodie per Pacem acquiſiverint & obtineant.

Ducatus Saxoniæ Inferioris unde ortus.

Illius Duces Alberti III. ultimi ex Anhaltinâ familiâ Electoris ſucceſſionem prætenderunt, ſed illo à Sigismundo Imperatore privati ſunt, ubi Ducum & Imperatoris fundamenta referuntur.

Illorum familia olim ampliſſima ad unum Ducem redacta eſt.

Elector hodiernus Saxoniæ exſpectativam in illum Ducatum habet, ſed ſe opponunt Principes Anhaltini.

Ducatus Brunovicenſis & Lunaburgenſis unde ortus.

A Friderico II. Imperatore erectus eſt.

1. Familia illa unde deſcendat.

2. & 3. Quomodo & quando Ducatus ille diviſus eſt.

4. Duces in Comitiis quatuor ſuffragia habent.

5. In Ducatu Brunovicenſi viget jus primogenituræ.

6. Duces Brunovicenſes gaudent certo privilegio de non appellando & Electionis fori.

7. Nuper Brunſvigam ſibi ſubjecerunt. B.

8. Præter Ducatus plures comitatus & Dynaſtias habent.

9. Lunaburgici nuper certam transactionem circa ſucceſſionem inierunt.

Ducatus Mechlenburgicus quando erectus.

Vera Ducum Genealogia oſtenditur.

Unde nomen habeant.

Ducatus diviſio.

Reliqui illorum Principatus.

Habent hodie in Comitiis quatuor ſuffragia.

Ducatus Geldrenſis à quo & quando erectus.

Quomodo ad diverſas familias & tandem Auſtriacam pervenit, & jam diſtractus ſit.

Ducatus Juliacenſis à quo & quando erectus.

Quomodo ad Duces Clivenſes delatus ſit.

Ducatus Mediolenſis à quo inſtitutus.

Quomodo Duces exſtincti ſint, & Franciſcus Sfortia illum Ducatum obtinuerit. C.

Quomodo ejus ſecundo genitus à Maximiliano I. inveſtitus fuerit.

Quomodo Ducatus ille à Regibus Galliæ occupatus & illis iterum ademtus ſit, & ideo varia bella geſta fuerint.

Franciſcus Galliæ Rex apud Paviam profligatus, captus & in Hiſpaniam deductus, & tandem liberatus pacta non ſervavit, & ejus excuſatio.

Ducatus ille adhuc Imperii eſt feudum.

Ducatus Bergenſis à quo inſtitutus, & quomodo ad Juliacenſem & Clivenſem pervenit.

Ducatus Lucelburgicus à quo inſtitutus, & cui hodie pareat.

Quomodo olim ad Eliſabetham Lucelburgicam & poſtea ad Burgundios pervenit.

Tertii temporis vel tertia Claſſis Ducatus & Duces qui. D

Clivenſis à quo erectus, & quomodo cum Bergenſi & Juliacenſi unitus ſit.

Quale jus in illos Saxoniæ Electores & Duces habeant.

Et quale Domus Brandenburgica ac Palatina Neoburgica & Bipontina prætendat, ubi ſingulorum rationes referuntur.

Ducatus Sabaudicus à quo inſtitutus.

1. Origo Ducum unde deducatur.

2. Illi ſunt Vicarii Imperii generales & perpetui.

3. Quales provincias poſſideant.

4. Quare ſe Reges Cypri ſcribant.

5. In Italiâ omnes Principes præcedant.

6. Sunt Principes Imperii & ſeſſionem in Comitiis habent.

7. Olim Imperii Orientalis Electores fuerunt.

Ducatus Saxoniæ Superioris à quo ad hodiernos Electores & Duces Saxoniæ tranſlatus ſit.
Quando litera inveſtituræ data & inveſtitura facta fuerit. Und ille conſtatus.
Duces illi olim Pfalzgravii Thuringiæ vel Saxoniæ fuerunt.
Marchionatus Miſniæ à quo inſtitutus.
Quomodo & quando Landgraviatus Thuringiæ ad illos pervenerit. Ubi ſimul de aliis Titulis.
Quomodo familia & provincia illorũ hodie diviſa ſint.
Quomodo Ditio Coburgica, Comitatus Hennebergicus & Terra Advocatorum ad illos pervenerit.
Inter illam & Haſſiacam Domum eſt pactum confœderationis & confraternitatis. Et inter utramq; ac Domum Brandenburgicam, ut etiam inter Reges Bohemiæ & Saxonicam Domum confœderatio.
Illius Domus jus in Ducatum Juliæ, Cliviæ & Montiũ.
Illa habet jus de non appellando.
Item exſpectativas in Comitatum Hanovienſem & Schwarzburgenſem: Ducatum Brunovicenſem & Lunaburgenſem, ac Lauenburgicum.
Item pactum confraternitatis cum Duce Lauenburgico ratione hujus Ducatus & Luſatiæ.
Quomodo illa Luſatiam acquiſiverit.
Habet jus feudi & ſequeſtrationis in Comitatum Mansfeldicum ac Dynaſtiam Heldrungenſem.
Mutinenſis à quo inſtitutus.
1. *Illorum Ducum origo.*
2. *Quomodo Borſius primus Dux Mutinæ & Rhegii creatus.*
Ex illis Hercules Magnus Dux à quo creatus.
Illi etiam Carporum urbem, tanquam Imperii feudum poſſident, & inde ſe Principes ſcribunt.
Sunt adhuc Principes Imperii.
Ducatus Holſatiæ à quo inſtitutus & ex quibus Provinciis conſtatus.
Ubi primo tempore illius inveſtitura peti debuit, & quando illud mutatum ſit.
Diſtinguitur ille in Sleſvicẽſem & Holſaticũ in ſpecie.
Ille antiquus & ſemper ſub Daniæ Regibus, ſed an. 1658 Ducibus Gottorffienſibus à Rege Daniæ Friderico hæreditario jure conceſſus, nuper verò à Chriſtiano VI. illis manu militari iterum ablatus fuit.
Hic verò ſemper imperii feudum fuit.
2. *Recenſentur provinciæ, ex quibus hic conſtatus eſt. Dithmarſi rebelles vi ſubacti ſunt.*
3. *Unde hodierni Duces orti ſint.*
Quomodo Ducatus ille primò diviſus & poſtea ſubdiviſus ſit.
Ex illâ familiâ ferè per ſeculum Epiſcopi Lubecenſes facti.
6. *In utroq; Ducatu alternatio in regimine eſt, Germanicè* **Mutſchierung** *dicta.*
Domus hæc 7. ex privilegio titulum Sereniſſimæ hodie conjunctim in Comitiis duo ſuffragia habet. & 8.
9. *Controverſia circa ſucceſſionem in Comitatu Oldenburgico & Delmenhorſtano quomodo ſublata ſit.*
Ducatus Wirtembergicus à quo inſtitutus.
Ex quibus ditionibus conſtatus & unde dictus ſit.
Qualis primorum Ducum ſucceſſio fuerit.
Ulricus Dux quare è Ducatu pulſus, & quomodo hic Carolo V. venditus, ab hoc fratri Ferdinando in diviſione addictus, poſtmodum Duci reſtitutus, & negocium illud tandem planè compoſitum fuerit.
Duces habent duo ſuffragia, jus de non appellando, & jus ſimultaneum convocandi Status Circuli Suevici. Familia ejus diſtinctio. Ducibus ab antiquo in expeditionibus imperii vexillum imperii munus competit.
Ducatus Mantuanus à quo erectus & quando inveſtitura prima peracta fuerit.

A. *Ducum illorum origo.*
Fuerunt illi olim vicarii generales, ſed ſaltem perſonales, poſteà verò hæreditarii facti.
Ducibus his controverſia à Ducibus Sabaudiæ de Ducatu Montisferratenſi mota cum eventu narratur.
Ducatus Niverſenſis per matrimonium ad hanc familiam pervenit.
Duces hi adhuc Imperii vaſalli ſunt.
De illorum genealogia remiſſivè.
Ducatus Montisferratenſis à quo inſtitutus.
Eſt feudum imperii per totum.
Duces hi ſunt vicarii Imperii perpetui.
Magdeburgenſis Ducatus per Pacificationem effectus & Electori Brandenburgenſi ejusq; ſucceſſoribus traditus.
Bremenſis & Verdenſis Ducatus eodem modo inſtitutus & Regibus Sueciæ conceſſus.

B. TH. IX. Comites Palatini Rheni Ducibus ab antiquo æquiparati.

Expl. 1. Comites illi olim apud Romanos fuerunt Officiales Palatii Imperatorii.
Quomodo illi apud Reges Francorum dicti, & in noſtrum Imperium introducti.
2. *Fuerunt ſub priſcis Francorum Regibus ſimul Præfecti provinciarum & palatiorum regiorum.*
Adeoq; plures. e. gr. Trevirenſis vel Moſellanus, ad Rhenum, Saxoniæ & Thuringiæ ac Burgundiæ.
3. *A quibus Provinciis Palatini ad Rhenum dicti ſint.*
4. *Proſapia hodiernorum Comitum Palatinorum ad Rhenum antiqua planè incerta eſt, & quare.*
Referuntur veteres Comites Palatini per intervalla.
A quo hodierni Comites Palatini deſcendant.
Quomodo illa familia diſtinguatur & ſubdiſtinguatur.
C. *Quot illa in Comitiis univerſalibus habeat ſuffragia.*

TH. X. Landgravii qui.

Expl. Illi Longobardis incogniti fuerunt.
Quando introducta ſit illa dignitas.
Landgraviorum duæ claſſes ſunt, qui ſcilicet Principes & qui ſaltem Comites ſunt Landgraviatus Alſatiæ olim Ducatus fuit.
Hodie ad Reges Galliæ & Epiſcopos Argentinenſes ſpectat.
Landgraviatus Thuringiæ olim etiam Ducatus fuit.
Landgraviatus Haſſiæ perfectus Principatus eſt.
Landgravii ejus quando duas lineas introduxerint.
Illi jure primogenituræ gaudent.
Habent jus confœderationis & confraternitatis cum Ducibus Saxoniæ & Marchionibus Brandenburgicis.
Darmſtadienſis linea in Georgii maſculis hæredibus habet jus pubertatis in anno 18.
D. *Caſſellana hodie poſſidet Abbatiam Hirsfeldenſem tanquam feudum Imperii.*
Habet ſub ſe aliquot Comites Imperii.
Landgraviatus Leuchtenburgicus quando & quomodo ad Duces Bavariæ pervenerit.

TH. XI. Marchiones qui.

Expl. Marchio & Marchia quale verbum & ejus etymon diverſum.
Vox illa quid propriè ſignificet.
Cur Marchia inſtituta.
Referuntur illarum aliquot in Italiâ & Germaniâ.
An Marchiæ tempore Caroli M. cognitæ fuerint.
Marchionum hodie tres ſpecies ibi relatæ & demonſtratæ.
Brandenburgenſem quot familiæ hactenus obtinuerint.

Quis primus ex hodierna familiâ & ubi creatus ſit. A.

Familiæ hujus diviſio, & ſuffragia.

Quot inſuper Ducatus & Principatus habeat.

Carolus V. Imperator illi exſpectativas in Ducatum Holſatiæ conceſſit.

Marchionum Badenſium origo indagatur.

Illi cum Hochbergenſibus eandem familiam conſtituunt.

Quæ bona poſtea acquiſiverint.

Ex iis Eduardus Fortunatus conjugem imparem duxit, unde poſtea de liberis graves lites, & quomodo illæ à Ferdinando II. deciſæ.

Illorum Genealogia.

Agitur de reliquis Marchionibus.

TH. XII. Principes in ſpecie qui.

Expl. Deducitur ſpecialis illa dignitas.

Inter illos Anhaltini antiquiſſimi ſunt. B.

Horum antiquiſſima origo latè indagatur.

Quando illi Marchiones Brandenburgici & Duces Saxoniæ facti.

Quamdiu in utraq; dignitate permanſerint.

Quando & quare Electoratu & Ducatu Saxonico exuti, remiſſivè.

Quando & quare Electoratu & Marchionatu Brandenburgico privati.

Ubi ex documentis & actis publicis Archivi Anhaltini latè demonſtratur, Woldemarum verum & non falſum Electorem & Marchionem Brandenburgenſem & Principem Anhaltinum fuiſſe.

Quomodo & quando Comitatu Aſcanienſi injuſtè privati fuerint.

Quomodo & quando Comitatus Mühlingenſes ad illos devolutus ſit.

In quot familias illi hodie diviſi ſint.

Quælibet propriam habet jurisdictionem & Cancellariam: Publica verò omnibus communia ſunt. C.

Comites Hennebergici quando Principes facti & exſtincti.

Illorum genealogia remiſſivè.

Chimacenſes vel Croyenſes à quo Principes creati.

Arembergici Principes à quo creati.

Carolus Mansfeldiæ Princeps à quo creatus.

Obiit absq; liberis.

Erneſtus Schaumburgenſis Princeps à quo creatus.

Obiit absq; liberis.

A quo Imperatore creati
Principes Hohenzollerenſes.
Eggenbergici.
Salmenſes.
Lobkovvizii.
Dietrichſteinii.

A quo Imperatore creati
Principes Naſſovii in Hadamar.
Piccolomineus Princeps.
Naſſovii in Sigen.
Auerspergici.
Friſiæ Orientalis.

A quo Imperatore creati
Principes Portienſes.
Furſtenbergici.
Schvvarzenburgici.
Oettingenſes.

TH. XIII. Burggravii Principum dignitate gaudentes qui.

Expl. Burggravii duplicis generis ſunt Principes & Comites.

Principiatorum & S. R. J. Burggraviorum ſaltem quatuor ſunt & qui.

De Magdeburgenſibus remiſſivè.

Norimbergenſium recenſetur Origo, & hodiernum jus quo ad illum Burggraviatum.

De Miſnenſium antiquitate, & ſucceſſione: Ubi de Burggravis ex ſtemmate Ruthenorum in ſpecie quædam memorantur.

Dignitatis hujus exſtinctio.

Burggraviatus Strombergenſis ubi ſitus, quando exſtinctus & iterum introductus ſit.

An Reineccenſis his annumerandus & ubi ſitus ſit.

Qui Burggravii ſaltem Comitatus dignitate fulſerint & adhuc fulgeant.

TH. I.

Hactenus prima claſſis Statuum Imperii: ſequitur ſecunda, quæ eſt Principum latè dictorum, & illorum, qui ſimul Jus Seſſionis & Suffragii in horum Collegio habent; & ſunt Eccleſiaſtici, vel Seculares. B.

Explic.

PRinceps *Germanicè* ein Fürſte/oder Förſte quaſi der Forderſte/ primus in dignitate, cum quo etiam Latinum Princeps convenit, dicitur, ut rectè exprimit *Speculum Suevicum l.1. c.141. § 6. & deducit Cluver. l.1. Germ. Antiq. c.28. ante finem. Et ſumitur hic quidem*, ut in theſi dictum, *latè*, ut non ſolum omnes in Principali faſtigio, ſed etiam in ſecundariis Imperii dignitatibus, exceptis Nobilibus immediatis, conſtitutos ſub ſe comprehendat, *cum aliàs strictè* eos ſaltem deſignet, qui ob defectum alius ſpecialis characteris in ſpecie & in ſingulari ſignificatione Principes vocantur, utpote de quibus *ſeq. th.15. & explicatione* actum eſt.

C. *Plures ejus ſignificationes vide apud Boecler. in Notit. Imper. l.7. c.1.*

TH. II.

Eccleſiaſticorum quo ad noſtri Imperii Statum quatuor ſaltem ſunt ſpecies (1) *Archiepiſcopi*, ex quibus nonnulli ſimul Primates ſunt, (2) *Epiſcopi* & his (3) quo ad dignitatem connexus *Magiſter Ordinis Teutonici* ac (4) *Abbates quibus in dignitate æquiparantur Magiſter Ordinis Iohannitarum & Præpoſiti in ſpecie ſic dicti.*

Explic.

I. NOn *conſideramus hic Ordines Eccleſiaſticos, uti in Regimine Eccleſiaſtico ſit, in quo* præter prædictos etiam *Patriarchæ*, qui ſcilicet multis provinciis, vel toti cuidam nationi, jurisdictione & inſpectione

D. Eccleſiaſticâ præſunt, & *olim quatuor fuêre* Conſtantinopolitanus, Alexandrinus, Romanus & Hieroſolymitanus, *& poſteaquam Romanus ille* ſe ſupra omnes extulit, in ejus locum ſuffectus *Antiochenus, de quo tota Diſtinctio 22. Decretorum & Carolus de S. Paulo in Proœm. Geogr. Sacræ f.2.* legi poteſt, ubi in opere iſto uniuscujusque provincias exactè recenſet.

His poſtea tanquam ſecundarii acceſſerunt Aquilejenſis, cujus tamen ſedes, everſâ per Attilam urbe iſtâ, in novam urbem *Grados, & inde demum Venetias* translata eſt, ut poſt alios refert *Gottofredus in Archontolog. l.1. ſub Rep. Venetâ n.26. de quo Imperator Ferdinandus III. proteſtatus eſt apud Lundorp. Tomo 3. Actor. Publ. l.1. f.3. & Abelin. in Theatro Europæo Tomo I. f.1123.*

Licet alii Gradenſem hunc ab Aquilejenſi (quem poſtea Giſulphus Forojulienſis Dux iterum inſtituit) *diſtinguant*, & illum ſolùm, non verò ſimul hunc Patriar-

triarchatum anno 1451. eum conſenſu Nicolai V. Pontificis Venetias translatum eſſe tradant, ut legi poteſt apud *Megiſer. l. 5. Chron. Carinth. c. 24. & l. 9. c. 52. Mallinkr. de Archicancell. Imper. l. 2. c. 4. p. m. 197. & Bornmeiſt. in Pharo Geogr. Italia c. 2. §. 5. lit. L.*

Ex Megiſero tamen d. c. 52. notandum, circa annum Chriſti 1435. Venetos Forojulium bellicâ vi ad ſe rapuiſſe, & in Aquilegia Patriarchas conſtituiſſe: Qui etiam ibi hos usque ad ſuum tempus, Gradenſes verò *in ſuâ Chronologiâ Venetâ* recenſet. *Toletanus* in Hiſpaniâ à Martino V. Papa anno 1422. primum inſtitutus, ut ex illius Bullâ *apud Alzedonum de dignit. Epiſcop. c. 10. n. 42.* conſtat. *Quibus aliquo modo Cantuarienſis ex Camdeno in Britanniâ ſub Cantio p. m. 239.* annumerandus eſt.

Plures enumerat Sprenger. in Juriſpr. Publ. l. 2. c. 33.

De illorum initio, ſublimitate, pallio & mitra lege Lancellot. in Templo Omn. Judic. l. 2. c. 3.

His dignitate proximè accedunt immò pares ſunt Primates, ex quibus in Germaniâ antiquiſſimus eſt, *Trevirenſis*, ut demonſtrat *Mallinkr. de ArchiCanc. Imperii d. c. 4. p. m. 192. ſed poſt aliquot ſecula intermiſſ9:* illumque ordine temporis ſubſequens, ſed nunquam uſurpatus *Moguntinus*: Et *Magdeburgenſis à primâ ejus ab Ottone M. factâ inſtitutione usq; ad primordium Reformationis præterito ſeculo obventa in ſummo & continuo vigore conſervatus, & tunc demum* Archiepiſcopo ac Canonicis ad Evangelicorum caſtra transeuntibus amplius pro Primate non habitus, nec cum Succeſſoribus, tanquam Canonicè non electis, ad ſuffragia & ſeſſionem in Comitiis Imperii in ſcamno Eccleſiaſtico admiſſus, ut *præc. c. 6. th. 12. expl. 1.* jam annotatum eſt. *Sed hic quoq; unà cum ſuo Archiepiſcopatu* nuper mortuo Sereniſſimo Domino Adminiſtratore exſpiravit, & in Ducatum pleno jure tranſiit, uti in *Inſtrum. Pac. art. 10. §. ſimiliter*, diſpoſitum adeoque ſic nullus amplius in Germaniâ eſt Primatus, ni novus à Pontificibus cum conſenſu Imperatoris & Statuum conſtituatur.

De reliquis extra Germaniam conſtitutis Primatib9 legi poteſt Mallinkr. d. c. 4. & de Hiſpanico & controverſiâ Braccarenſis Archiepiſcopi de Primatu cum Toletanâ Nonius in Hiſpaniâ c. 51. & 59.

Metropolitani ſingulis tantum Provinciis præpoſiti *c. 1. diſt. 21. antiquiores quidem his*, ut añotavit *Conring. de Conſtit. Epiſc. Germ. th. 17. & ſeq. iis tamen poſtea ſubjecti fuerunt.*

Illorum amplum Catalogum vide apud Gretſer in Notit. Epiſcopat.

Sequuntur hos Cardinales (à cardine, diverſo tamen ſecundum diverſos auctores, dicti modo, ut legi poteſt apud *Speidel. in Speculo ſub illo verbo & Limn. ad Capit. Caroli V. procem. verba* **deß Titule S. Chryſogoni** *n. 1. & ſeqq.*) *dignitate quidem Patriarchis pares, immò nunc in Catholicâ Romanâ Eccleſiâ poſt Papam Supremi*, ut notum eſt, & demonſtrat *Auctor* **deß Cardinalhuts** *p. 1. c. 7. ideoq; pro Regibus ſpiritualibus habiti, ſed origine recentiores, ſiquidem illi primùm* in excelsâ hâc dignitate circa annum Chriſti 600. florere cœperunt, & à *Leone IX.* infulis & pileis Epiſcopalibus ornati, *à Nicolao II. verè & Gregorio VII. poteſtate ſolùm Papas eligendi*, quâ etiamnum ex confirmatione ſequentium Pontificum pollent. *dignati ſunt*, ut ſimiliter legi poteſt *apud Eundem d. p. 1. c. 2. & p. 3. c. eodem.*

Et quo ad Officia iisdem & Archiepiscopis inferiores *quia* 1. ut dictũ, illorum Clericalia ordo dignitatem Epiſcopalem non tranſcendit.

2. *Illi*, quemadmodum Epiſcopi, conſecrare & firmare, ac reliqua Epiſcopalia beneficia largiri non poſſunt, ut tradit dictus *Auctor* **deß Cardinalhuts** *p. 3. c. 2. poſt pr.*

3. *Illos à Papâ Urbano IIX. anno 1630. ex Decreto Conſiſtoriali 10. Junii confecto titulo Eminentiſſimorum donatos fuiſſe, ut jam præc. c. 6. th. 10. expl. 1. n. 2.* conſignatum eſt.

4. *Ex illis quodlibet regnum Chriſtianum* Papam pro Capite Eccleſiæ agnoſcens habere *peculiarem ſuum Protectorem, idq; ut auctor* **deß beſagten Cardinalhuts** *p. 3. c. 4. narrat, non ita diu introductum eſſe. Quod autem* Cardinales hi Protectores magis Pontificis, & propriam, quam regnorum horum, curam commodumve ſpectent, idem ibi refert, addens *c. 5.* illos etiam Ordinum Sacrorum protectionem habere.

De Origine prioris, nihil quidem invenire potuimus, dum pleriq; illorum ambitioni & avaritiæ hoc inventum non injuriâ attribuunt. *Putavimus tamen quandoq; id ex antiquis Romanis moribus* forte ortum eſſe, indeque imitationem deſumtam, *quia* apud illos quævis provinciæ, vel ſinguli provinciales ſuos Patronos electos in urbe habuerunt, ut refert *Appianus l. 2. de Bellis Civilibus p. m. 712.* quod etiam de coloniis, ſociis ac amicis civitatibus & bello ſubactis refert *Halicarn. l. 2. c. 11.* Ita *Cicero* ſe Siciliæ Patronum vocat *l. 14. Ep. ad Attic. 12.* Bononienſes in Antoniorum clientelâ antiquitus fuerunt referente *Suetonio in Aug. c. 17.* Spartani in Claudiorum tutelâ *ſecundum Eundem in Tiberio c. 6.*

Quibus addendum 5. *Innocentium IV. Pontificem* in Concilio Lugdunenſi 1244. celebrato nobili duodecim excellentium Cardinalium lectione habitâ ordini huic *proprium inſigne pileũ vel galerum rubrum* (qui tamen ab hodierno diſtinctus fuit, ut demonſtrat *dictus auctor p. 1. c. 11.*) *dediſſe, quo ſignificaretur* ejus ordinis homines Caput ſuum, cum opus eſſet, pro Eccleſiæ libertate tuendâ gladio offerre paratos eſſe, & præſertim iſto tempore, quo Romana Sedes à Friderico II. Imperatore vehementer vexaretur, ut *refert Ciaconius in Vitis Pontificum ſub hoc Papâ f. m. 564.* & brevibus narrat *Platina ſub eodem. Alii tamen* per colorem illum Chriſti ſanguinem & propoſitum pro illo vitam relinquendi denotari malunt.

6. *Illos diſtinctos eſſe in Cardinales Presbyteros, Diaconos, & ultimo adjectos Epiſcopos; hos vero poſtea reliquis, ut par fuit, prælatos*, & eorum ſaltem ſex (*Limn. quidem in Mantiſſâ 1. ad Caroli V. Capitulationem ex Onuphrio ſeptem numerat, ſed ſecundum Septimum*, nempe SS. Rufinæ & Secundæ poſtea exſtinctum eſſe, ut demonſtrat *Platus de Cardinal. Dignit. & Officio*) conſtituros eſſe, ex quibus Oſtienſis præcipuus & totius Collegii Decanus vel Prior eſt. *Sed Presbyteros numero 50. & Diaconos ordinariè 14. qui tamen quandoq; ad ſeptemdecim aucti ſunt; adeoq; numero 70. eſſe*, ut notum, & legi poteſt apud *d. Auctor.* **deß Cardinalhuts** *d. p. 1. c. 5. ac Platum in d. tr.*

Plura de illis legi poſſunt apud dictos Auctores, Caſſaneum in Catal. Gloria Mundi P. 4. Conſid. 10. & ſeqq. & Spreng. in Juriſpr. Publ. p. 288. & ſeq. nec non Jac. Cohellium in Notitiâ Cardinalatus.

II. Obſervandum hic, Eccleſiaſticis juriſdictionem ſecularem primùm ab Ottone I. Imperatore in perſonâ fratris Brunonis Archiepiſcopi Colonienſis collatam fuiſſe, ut oculatus teſtis *Witichindus l. 1. Annal. f. 11.* his verbis refert: *Brunonem Pontificis Summi & Ducis magni vidimus officium gerentem. Ac ne quis eum culpabilem ſuper hoc dixerit, cum Samuelem ſanctum & alios plures Sacerdotes legamus & judices. Et plurimum auctoritate ſeq. th. 4. in expl. demonſtravimus. Ubi ſimul ex Helmoldo adduximus, Epiſcopos jam à Ludovico Pio Principes Seculares factos eſſe.*

TH. III.

Archiepiſcopi ſunt, qui toti alicui Provinciæ plures Epiſcopos habenti, quo ad jurisdictionem Eccleſiaſticam & curam ac inſpectionem Eccleſiarum & Clericorum præpoſiti ſunt.

Explic.

A*Rchiepiſcopi in d. c. 1. diſt. 21 deſcribuntur*, quod ſint ſummi Epiſcoporum tenentes vicem Apoſtolicam & Præſidentes tam Metropolitanis, quàm cæteris Epiſcopis, *ſed hodiè*, ut jam dictum, cum Metropolitanis, qui ferè exſpirarunt, iidem dignitate ſunt.

Fuerunt verò illorum (excluſis ſcilicet tribus Eccleſiaſticis Electoribus, qui in hanc claſſem non pertinēt) *in Imperio noſtroq; ad Pacificationem Oſnabruggenſem & Monaſterienſem quatuor, Magdeburgenſis* (qui & Primas Germaniæ, ut dictum) *Salisburgenſis* (qui ſingularem titulum Legati Apoſtolici natia tempore B. Gebhardi Epiſcopi 27. & reſpectivè Archiepiſcopi 18. & anno 1088. mortui obtinet referente *Hundio in Metropoli Salisburg. editionis à Gevvoldo aucta & illuſtrata parte 1. f. 7. & ſeq. ex quibus Arno* ad preces Epiſcoporũ Bojoariorum cum Caroli M. conſenſu à Leone III. Pontifice *primus Archiepiſcopus anno 798. factus eſt, narrante Eod. f. 3. & 4.*) *Bremenſis & Veſontinus, ſed ex illis duo ſaltem Salisburgenſis & Veſontin9* adhuc in illum cenſum pertinent, *quoniam* Archiepiſcopatus Bremenſis, jam ab illa Pacificatione in Ducatum planè eſt converſus. Magdeburgenſis verò *eventualiter etiam talis eſt declaratus &* mortuo nuper Domino Adminiſtratore plenè exſpiravit ſecundum *Inſtr. Pacis Germano-Suedicum art. 11. §. ſimiliter*, & modò dicta.

Et quidem hi omnes cum ſequentibus Epiſcopis & Abbatibus pleriq; Ordinis S. Benedicti, ut præc. Sect. 1. c. 2. th. 3. expl. 2. & 3. ac ſeq. th. 4. in expl. n. 3. dictum, ſunt.

Quod autem in Catalogo antiquo Membrorum Imperii apud Goldaſt. Tomo Uno Conſtit. Imper. f. 12. & ſeqq. inter illos etiam *Gneznenſis in Poloniâ, Lundenſis in Daniâ, Rigenſis in Livoniâ & Pragenſis in Bohemiâ* referuntur, *quo ad primum & ſecundum* inter errores antiquorum Scriptorum, & partim antiquiora tempora, & *quo ad tertium* ad res deperditas eſt referendum, quoad *quartum verò notandum*, illum nunquam inter Principes Imperii Eccleſiaſticos noſtro ſcitu numeratũ, vel in ullo publico Imperii actu præſentem fuiſſe.

Ubi ſimul notandum Archiepiſcopum Cameracenſem tanquam à Rege Hiſpaniæ anno 1562. primum à Pontifice Pio IV. impetratum & *Mechlinenſem* anno 1559. à Paulo IV. inſtitutum *ad hanc claſſem etiam non pertinere.*

Cæterum quantus olim numerus Archiepiſcoporum in Imperio Orientis & Occidentis conſtitutorum fuerit apud Gretſer. in Notit. Epiſcop. & Carol. de S. Paulo in dicta Geogr. Sacra legi & partim ex ſeq. th. 4. expl. n. 6. dignoſci poteſt.

TH. IV.

Epiſcopi ſunt, qui uni Cathedrali Eccleſiæ, eiq; iterum ſubjectis aliis Eccleſiis ac illorum Canonicis ac Clericis cum poteſtate inſpectionis & competente jurisdictione præpoſiti ſunt.

Explic.

D*E hiſce Imperii Epiſcopis, præmiſſo, quod nomen illud olim* apud Romanos ſecularem officialem

A. denotaverit, & quidem *Præfectum vel* ſecundũ alios *ſpeculatorem & cuſtodem ora maritima*, qualis Cicero *ex proprio teſtimonio l. 7. ad Attic. Epiſt. 11.* fuit, *in ſpecie verò curatorem annona & panis*, ut patet *ex L. 18. §. 7. ff. de Muner. & Honor. Hinc ad Primores* templorum rectores tempore Chriſtianiſmi introducti translatâ hac curâ, *etiam nomen* ad illos ſimul translatum eſt, ut indicat *l. 1. C. de Epiſcopali Audientiâ notanda ſunt ſequentia:*

1. *Illos* (uti etiam ipſum quodammodo Pontificem Romanum *per præc. Sect. 1. c. 2. th. 11. expl. 2. & à Conring. de Conſtit. Epiſc. Germ. th. 17. & ſeq. ac th. 42. adducta & à Gobelino in Coſmodrom. Ætate VI. c. 54. relata exempla*) *ab Imperatoribus Romanis olim confirmatos, & quo ad dignitatem etiam Epiſcopalem per annulum & virgam ſive ferulam hoc modo*, *ut* annulus & & virga vel ferula, quæ defuncto Epiſcopo Primores illius Civitatis in aulam Imperatoris mittebant, tanquam ſignum Inveſtituræ ab illo electo traderetur, *inveſtitos, ac à Pontifice poſtea pallio ornatos fuiſſe*, uti ex
B. *Alberto Stadenſi ad ann. 865. & 888. probat Conring. d. l. th. 35.* addens, & *th. 40.* demonſtrans *Imperatori* liberum fuiſſe, gravibus de cauſis electum rejicere & *th. 39. ac ſeqq. deducens, quandoq; ab illo conceſſionem eligendi petitam, immò Epiſcopos abſq; plebis & Cleri electione conſtitutos fuiſſe.*

Ubi ſimul notandum, poſterioribus temporibus pro ſigno inveſtituræ electo datas fuiſſe chirothecas, ut Henricus II. Imperator apud Brovverum in Sideribus German. ſub vitâ Meinvverci Epiſcopi Paderbornenſis n. 16. & Gobelinum d. ætat. 6. c. 52. p. m. 209. in confirmatione illius Epiſcopi fecit, ſiquidem *chirotheca* apud Saxones (qualis Imperator ille natione fuit, & apud quos id obſervavit) donationibus, traditionibus, & ceſſionibus rerum immobilium pro ſigno roboris adhibitæ, ut demonſtrat *Gryphiandr. de Weichb. Saxon. c. 74. n. 10.* & apud Germanos, ſicuti apud Ro-
C. manos *annuli*, fidei pignus fuerunt, tradente *Godelm. de Lamiis & Sagis l. 3. c. 5 ſub n. 27.*

Et hac inveſtitura uſq; ad Henricum IV. Imperatorem conſtanter ab Imperatoribus perfecta fuit, donec primum Hildebrandus poſtea Gregorius VII. dictus Papa Jus conſtituendi Papas & Epiſcopos Imperatori illi negaret, illumque juri iſti inſiſtentem deponeret, in ejusque locum Rudolphum Sueviæ Ducem ſufficeret, *ut modo d. c. 2. th. 11. expl. 2. latè dictum eſt.*

Licet verò hoc Gregorii illius Succeſſores inprimis verò Paſchalis II. acriter defenderet, & ut *Gemblac. in Chronici ſui fine* ſcribit, *Imperatorum & Regum hoc à Carolo M. per trecentos & eò amplius annos ſub 63. Apoſtolis continuè uſurpatum jus annullare vellent, Imperator tamen Henricus V. Romam contendit*, Papam dictum *Paſchalem* cum Epiſcopis & Cardinalibus cepit, & illum adegit, ut præviâ reconciliatione anno 1111
D. die Paſchæ poſt lectum Evangelium coronam ei imponeret, & ante altare Apoſtolorum Petri & Pauli in oculis omnium Principum *privilegium daret, de inveſtiturâ* Epiſcopatuum vel Abbatiarum tàm per annulum, quàm per virgam, ſcilicet, ut regni ejus Epiſcopis vel Abbatibus liberè præter violentiam & Simoniam electis inveſtituram virgæ & annuli conferret, poſt inveſtitionem verò inveſtitus canonicè conſecrationem acciperet ab Epiſcopo, ad quem pertineret.

Sed Pontifex ille tranſactionem hanc tanquam viextortam & Spiritui Sancto adverſam ſequenti anno in Concilio Romæ habito revocavit, & multis tumultibus ac tædiis creatis *Imperatorem illum tandem eò compulit, ut Inveſtitura Epiſcoporum & Abbatum in Italiâ planè renunciaret, in Germaniâ verò inveſtituram ſo-*

lium per Sceptrum retineret, ut d. c.2. th.11. expl.2. n.3. latè demonſtratum eſt, atque ita tandem Imperatores noſtri inſigni illo jure privati fuerunt, ac inveſtitura hodierna introducta fuit, *ut præc. p.2. Sect.2. c.9. th.7. expl.2. n.1.* demonſtravimus. Junge his, quæ *præced. Sect.1. c.4. th.5. expl.1.* adducta ſunt, *& quæ de hoc Jure in ſingulari Tractatu congeſſit Meibomius.*

Neq; verò in his terminis ſubſtitit Pontificum faſtus & ambitio, ſed etiam Imperatoribus noſtris jus ſuccedendi in majorum Prælatorum decedentium relicta bona ab antiquo competens Friderico II. Imperatori extorſerunt, & ſibi pedetentim applicarunt jus annatarum introducendo, ut demonſtrat Meibomius in Diſſertat. ſingulari de illo ſuccedendi jure conſcriptâ, quæ hâc de re legi meretur, quamvis alii jus hoc recentius faciant, de quo legi poteſt Scarſ9 in ſingulari libello de illo edito Q.a.3. Et ex illo demum tempore Epiſcopi ſecundum communem opinionem quoad territoria ſua & ob illa inveſtiturâ præſtandum homagium verè Vaſalli Imperii, ſalvâ Pontificibus in illos quoad Eccleſiaſticum Statum juriſdictione ac inveſtiturâ, facti ſunt.

Simul tamen credimus illos ante, & quidem ex publicâ Ludovici Pii ordinatione, Principes ſimul fuiſſe, quemadmodum illud Helmoldus l.1. Chron. Slavor. c.4. claris conſignavit verbis, de quo tamen conſuli poteſt Myler. in Archolog. Ordin. Imper. c.12. th.6. & ſeqq. ubi illos ſaltem titulotenus tales factos fuiſſe opinatur. Et ſub Ottone I. ſeculari omni ſ os eſſe juriſdictione, & quidē principio facto à Brunone illius fratre Archiepiſcopo Colonienſi, & Giſelero Epiſcopo Magdeburgenſi, ut legi poteſt apud *Witschind. l.1. Annal. f.11. in Chronico Juris Weichbildico præmiſſo. Magno Chronico Belgico f.m.80. Lehman. in Chron. Spir.* l.4. c.4. & aliis a *Parente noſtro in Autocratiâ n.1063. & ſeq. ac Gryph. de Weichbild. Saxon. c.28. a.11. & ſeq. nec non Dieteric. in Ottone M. §.12. p.123. & Mylero d. tr. c.13. th.2. & ſeq. allatis auctoribus.*

Quomodo hi territoria & regalia ſucceſſivè acquiſiverint Idem ſeq. c.15. refert.

An verò in unâ eademq; perſona ſecularis hæc & Eccleſiaſtica dignitas conſiſtere poſſit, à multis valdè in dubium vocatur?

Et pro negativa quidem præc. p.1. c.2. th.6. expl.2. in genere vel theſi pugnavimus, in hypotheſi verò experientia ab omnibus opponitur. De quo etiam *Myler. in d. Tr. c.16. th.13. & ſeqq.* legi poteſt.

2. *Illos ſecundum c. nullus diſt.61. & c. cum in cunctis 7. de Electione Legitima nativitatis, vita commendabilis, ætatis canonica, nempe triginta annorum completorum, & legitimè ſive Canonicè ex gremio electos & ſecundum Concilium Trident. c.2. Seſſ.22. in ſacro ordine ad minimum per ſemeſtre ſpatium conſtitutos eſſe debere.*

3. *Omnes Germaniæ Archiepiſcopos, Epiſcopos, ſicuti etiam Abbates & Præpoſitos pleroſq;* (ut legi poteſt apud *Trithem. in Operibus piis & ſpiritualibus de Viris Illuſtr. l.4. & Bucelin. in Germania Sacra part.2.*) *eſſe Ordinis S. Benedicti, tanquam primùm in Germania recepti, ut præc. Sect.1. c.2. th.3. expl.3. demonſtratum eſt, & Epiſcoporum horum cum Magiſtro Ordinis Teutonici,* qui in ſeſſione Comitiali inter illos primum ſibi vendicat locum & à ſolo Bambergenſi ideò impugnatur ut *præc. p.2. ſect.2. c.9. th.17. expl.3.* demonſtratum eſt, *hodiè poſt Pacificationem Lubecenſi, tanquam Evangelico ſimul numerato ſaltem exiſtere viginti duos, ut patet ex illorum Catalogo d. præc. Sect.1. c.2. th.3. expl.3. relato.*

Ratione tam immunitatis illorum numerus eſt triplex, illorum nempe (1) *exemtio*, quâ ſuæ juriſdictioni ſubjecēre Electores Saxoniæ Epiſcopos Naumburgenſem & Citicenſem, Miſnenſem, & Martiſpurgenſem; Brandenburgici Brandenburgenſem, Libuſienſem & Havelbergenſem; ArchiEpiſcopus Salisburgenſis Chiemenſem: Rex Daniæ Sleswicenſem; Auſtriaci Vien-

A. nenſem, Brixienſem, Gurcenſem, Seccovienſem, Lavantinum, Lubacenſem, Neoſtadienſem & Tergeſtinum (ex quibus tamen quatuor poſtremi nunquam Status Imperii fuerunt.) Duces Pomeraniæ Caminenſem & Megapolitani Swerinenſem. Quo pertinent etiam Epiſcopatus Lauſannenſis, Sedunenſis & Genevenſis, quem cum ſeipſis Helvetii & Genevates exemerunt. (2) *Ademtio per vim bellicam*, qua Epiſcopi Metenſes, Tullenſes & Verodunenſes ad Reges Galliæ pervenerunt: Cameracenſis ab Hiſpanis, Trajectēſis ab Hollandis & Archiepiſcopatus Rigenſis cum Suffraganeis Curienſi, Revalienſi, Oeſelenſi & Dorpatenſi primùm à Polonis, & poſteà Suecis ab Imperio avulſi ſunt. Quo etiam pertinēt Ermelandienſis, Samlandenſis & Culmenſis in Boruſſiâ à Polonis cum provinciâ ſubacti. (3) *Et translatio in Secularem Statum* à toto Imperio per Pacificationem Oſnabruggenſem & Monaſterienſem facta, vulgò *Seculariſatio* dicta, quâ

B. Archiepiſcopatus Bremenſis, cū Epiſcopatu Verdenſi ad Reges Sueciæ, Archiepiſcopatus Magdeburgenſis cum Epiſcopatu Halberſtadienſi & Mindenſi, primus tamen hucusque ſaltem per proviſionem ad Electores Brandenburgenſes, & Razenburgenſis ad Duces Megapolitanos tanquam reſpectivè Ducatus & Principatus Seculares tranſlati ſunt.

4. *Ante omnes Epiſcopos præcedentiam habere, ut præc. n.3. ſupr. diximus, Magiſtrum Ordinis Teutonici, de quo notanda ſequentia.*

1. *Illum & ejus ordinem* pleraque in Germania ex munificentia Friderici II. Imper. & Mergentheimium ex donatione Comitum Hohenloënſium poſſidere, ut poſt alios refert *Spreng. in Lucerna Imp. c.5. p.295.*

2. *Ejusdem bona* non in uno territorio ſed paſſim ſita, nihilominus tamen Imperio immediatè ſubjecta eſſe, ſicut bona Magiſtri Ordinis D. Johannis, ut *ſeq. th 5. expl.1.* tradidimus.

C. 5. *Quosdam ex illis hæreditarios ſuos Officiales ex Principibus, Comitibus & Nobilibus, ut præc. c.1. th.16. expl.2. in reſponſione ad contraria n.(1) demonſtravimus, & alia nonnulla ſingularia habere, utpote Bambergenſem, quod nulli Archiepiſcopo ſit ſubjectus*, ut inter alios docet *Speidel. in Speculo ſub verbo* Bamberg/ *& quatuor Seculares Electores, ſicut d. th 16. expl. 2. deductum, non quidem illa ipſa, quæ Imperatori præſtare tenentur, ſed ſimilia officia ab illo in feudum recipiant. Primo*, quod nulli ſubjectus ſit Archiepiſcopo *etiam de Miſenenſi refert Albin. in Chron. Miſnat. tit. 20. f.278.*

Herbipolenſem, quod ſit Dux Franconiæ ab antiquis temporibus, &, ut refert *Trithem. de Origine Francorum f.96.* ex donatione Pipini Patris Caroli M. cum poteſtate judicium ordinandi & judicandi ſecundum legem & conſuetudinem Francorū, in omnibus cauſis per univerſum Ducatum, de quo etiam vide *Mallinkr. de Archicancell. Imper. l.2. c.7. & Beſold. de Ord. Equeſtr.*

D. *Et ſibi gladium evaginatum præferri curet* illamque ob cauſam de illo ſcribitur:

Herbipolenſis ſola judicat enſe ſtola.

ut refert *Limn. l.3. c.3. n.10. Ex quo pateſcit illud*, quod Ducatum hunc cum illo titulo à Papâ Pio II. obtinuiſſe dicatur, ſaltem ad renovationē antiqui juris pertinere. *Sed ſciendum*, ut *idem ibidem Tomo IV. refert, illi ob hūc titulum contradici* ab Electore Moguntino & Saxone, Epiſcopo Bambergenſi & Marchionibus Brandenburgenſibus, *de quo etiam ſeq. th.8. expl.2. ſub illo Ducatu quædam notata ſunt.*

Conſtantienſem, quod habeat ampliſſimum 1800 *Parochiis & 400 Monaſteriis conſtantem Epiſcopatum*, ut *refert ex Bruſchio Lehmannus in Chronico Spirenſi l.1. c.13. f.m.47.* cui jungatur *Chron. Conſtantienſe* inter ſex Scriptores Germaniæ à Piſtorio ſimul editum *in Append. f.m.701. & ſeqq. & Bucelin. in Deſcr. lacus Podamici vel Conſtantiæ parte 1. p.25. & multis ſeqq. ubi*

tamen

tamen p.27. anno 1436. *ſaltem* 350. *Monaſteria exſtitiſſe*, quibus *parte* 3. *p*.350. addit in Synodo d. año ibi habita 1760. parochiales Eccleſias & 17000. Sacerdotes in totâ diœceſi numerata fuiſſe memorat. A.

Et Merspurgi ad lacum Podamicum aulam ſuam habeat ſecundum *Munſter l.5.c.*205. *& Stumpſ.l.5.c.*9.

Ac quod ſimul ab Abbatiâ Divitaugienſi incorporatâ ſe Dominum in Reichenau ſcribat, ſecundum *Beſoldum in Theſauro Practico ſub verbo Abbas & Sprengero in Jurispr. Publ. l* 3. *c*.10. *p*.412. *Quibus ex Bucelin. in Germ. Sacrâ parte* 2. *f*.10. *addimus* alienationem vel reſignationem illius Abbatiæ ab Abbate Marco de Knorringen Epiſcopo Johanni de Weza pro aliquâ penſione factam fuiſſe, *quod etiam refere Stumpf. in Chron. Helvet. l.5.c.*11. *f*.404. *b. & c*.12. *in f. idq; circa annum* 1540. *eveniſſe addit.*

Wormatienſem Conſtantienſi oppoſitum: *ut enim ille* ampliſſimus & multis divitiis refertus, *ita hic* pauperrimus eſt. *Nam ultra* 5000. *thaleros in annuo* B *reditu non habet* teſte *Spreng. d. l. p*.410. *cum tamen ante ditiſſimus & ſimul Archiepiſcopatus eſſet*, ut *ſeq.c.*9. *th*.6. *in explic. ſub Wormatia retulimus.*

Eichſtadienſem, quod Academiæ Ingolſtadienſis Cancellarius natus ſit Sprenger. ibid.

*Spirenſem, quod ſimul Præpoſitus Weiſenburgicus ſit ſecundum ea, quæ ſeq. Sect.*4. *c*.1. *th* 7. *in expl. ſub hâc urbe deducta ſunt, & contra Monaſterium S. Sepulchri* prope Spiram ſitam, Patriarcham Hieroſolymitanum pro Domino agnoſcat *Sprenger. ibid.*

Argentinenſem, quod Landgravius Alſatiæ etiam vocetur, exinde, *quia* Epiſcopus Johannes de Lichtenberg anno 1358. à Johanne (aliis Ludovico) Comite Oettingenſi ſuam Alſatiæ partem emit, ut *ſeq. th*.7. *in expl. n*.3. dictum, de quo etiam *Herzog. in Chron. Alſat. l*.2. *c*.17. *& l*.4. *ſub Epiſcopo* 70. *legi poteſt. & Tabernis Alſatiæ aulam ſuam habeat referente Eod. p*.411. *& ſeq. De quo etiam ſeq. Sect*.4. *c* 1. *th*.7. *in expl. ſub* C. *Argentinâ n. IIX. diximus, Et quod Canonici illius Eccleſiæ* purpureo habitu incedant, ut refertur in *Panegyr. Academ. Melshem. l*.2. *c*.6. *p*.125.

Auguſtanum, quod Comitatum Wittlingenſem & Dillingenſem ex donatione Hartmanni ultimi Comitis & Epiſcopi anno 1286. *mortui ſub ſe, & in illa urbe aulam ſuam habeat*, ut legi poteſt apud *Bucel. p*.1. *German. Sacra ſub illis Epiſcopis f*.13. *Cruſium p*.3. *Ann. Suevic. l*.2. *c*.10. *poſt pr. & Zeill. in Itiner. Germ. c*.6. *f*.154.

Ratiſponenſem, quod in Spiritualibus non Archiepiſcopum ſuum, *ſed ſolum Pontificem Romanum agnoſcat, Gold. de Regn. Bohem. l*.5. *c*.4. *n*.25.

Baſileenſem, quod ejectus à Baſileenſibus Bruntrandi verſus fines Burgundiæ reſideat, ejus Canonici verò Friburgi in Briſgovia ſe contineant, Zeiler. in Itin. Germ ... f. m. 253. D

Prætendit ille ceu Dominus feudi jus directum in Comitatum Pfirdt, ut legi poteſt apud *Gaſtelium de Statu publ. Europa c*.15. *n*.67. *& Limn. Tomo V. l*.4. *c*.7. *ad p*.484. *in Deductione: Licet enim Comitatum illum ab Epiſcopo Baſileenſi Gerhardo tanquam feudi Domino cum confirmatione Papæ (Johannis* 21.) *hæreditario jure per matrimonium ad Albertum Auſtriacum anno* 1324. *translatum fuiſſe tradat Bircken. in Hiſtor. Auſtr. l*.3. *c*.4. *f*.194. *contrarium tamen ex continuis inveſtituris in d. deductione relatis apparet.*

Quibus addendum eundem Epiſcopum in d. Deductione à Statibus Imperii petiiſſe, ut Comitatus hic à Suntgaviâ ſeparetur & in dominio directo Epiſcopatus maneat, vel, ſi Rex Galliæ illum ſimul ſub Suntgaviâ comprehendere velit, illi debita ſatisfactio à Statibus præſtetur.

Monaſterienſem, quod Jus Albinagii ſolus in Germania noſtro ſeculo in bona mortuo ibi extranei, qui nobilis

A. *non eſt, vel protectorem, eui ſervitia præſtiterit, habeat, ſive* **Thumbprobſt/Thum**-Cuſtos, aut **Werckmeiſter** decedat ſive liberos habeat nec ne, habeat memorante iiſdem obſcuris verbis *Sprenger. d. l. p*.416. *& quodammodo in Ellychn. p*.1755.

Oſnabrugenſem, quod ſedem ſuam Iburgi habeat, & hodie vigore Inſtrumenti Pacis Art.13. §. *Quartò Epiſcopus ille alternis vicibus Auguſtanæ Confeſſionis ex domo Lunaburgenſi & Brunevicenſi eligi debeat.*

Leodienſem, quod in oppido Hojo in monte ſuam habeat ſedem vel arcem admodum munitam Braun. de Civitat. l.2. *f*.19. *& Zeiller. in Itiner. Germ. c*.21. *f*.458.

Sub Ejus Epiſcopatu ſita ſint 52 *præſtantes & divites Abbatiæ ac* 24. *muris circumdatæ ac pleræq; benè munitæ urbes, ut legi poteſt apud Eundem in Contin. eod. capite f*.271. *nec non* 1700. *pagi parochiales narrante Gaſtelio de Statu Publico Europæ d. c*.15. *n*.69.

B *Et tandem ſe Ducem Bullionium ſcribat, quoniam* Othbertus Epiſcopus SS. anno 1098. à Godofredo Lotharingico Ducatum illum emit, ut legi poteſt apud *Bucelin. in Germ. Sacra p*.1. *f*.29. de quo tamen Ducatu & titulo vetus lis nuper reſuſcitata & Dux Bullionæus veteris familiæ à Rege Galliæ in illum reſtitutus, ideoque in nuperâ *Pacificatione Imperatorio Gallicâ anno* 1679. *Neomagi conclusâ art*.28. cautum fuit, ut Dux ille quidem in poſſeſſione permaneret, controverſia verò illa inter tres menſes per arbitros ab utraque parte deputatos amicabiliter componeretur. *Utitur etiam titulo Marchionis Franci Montis & Comitis de Loot & Hatban, & poſtremum Comitatum* quidem ex Donatione Henrici III. Imperatoris Nithardo Epiſcopo illius loci anno 1040. factâ, ut legi poteſt apud *Miræum Tomo* 2. *Diplom. Belgic. c*.28. obtinet. *Quo titulo autem priorem Comitatum, nempe Loſſenſem*, Epiſcopi illi poſſideant, legi poteſt apud *Chapeauvilli-* C. *um Tomo* 3. *Rer. Leodicenſ. & Mantelius in Haſſeleto. De quibus omnibus Sprenger. in Ellychn. p*.1756. *& ſeq. conſuli poteſt.*

Sunt etiam Epiſcopi Cameracenſes ex diplomate Maximiliani I. Imperatoris Jacobo Croyodato ſe Duces Cameracenſes vocant, ut legi poteſt apud *Miræum in Diplom. Belgic. Tomo* 1. *c*.101.

Curienſem, quod Archiduces Auſtriæ tanquam Comites Tyrolis ejus ſint hereditarii Pincernæ *Bucelin, p*.1. *Germ. Sacr. ſub Epiſcopis his in f. & Spreng. p*. 418.

Pertinent ad Epiſcopatuum horum ſingularia ſequentia de iis è Bruſchio à Lehman. in Chron. Spirenſ. l.1. *c*.18. *notata.* Es iſt ein gemeiner Name/ daß die Landſchafft am Rhein/ von wegen der Biſthumb/ ſo daran gelegen/ die Pfaffengaſſe genañt wird/ und unter denſelben das Biſthum Chur das Obriſte/ darum̃ dz es am Urſprung D deß Rheins gelegen/ Conſtantz das gröſſeſte oder weitläufftigſte/ ſintemal in 1800. Pfarren und 400 Klöſter es im Begriff haben ſol. Baſel das luſtigſte/ Straßburg das edelſte/ Speyer das heiligſte/ oder andächtigſte; Wormbs das ärmſte; Mayntz das würdigſte/ weil es nach Rom der heiligſte Seul zu Mayntz vom Pabſt Gregorio dem III. genannt; Trier das älteſte; Cöln das reichſte. *Aliàs quo ad divitias omnibus in Germaniâ, ut putamus, præſtat Salisburgenſis Archiepiſcopatus*, qui, ut nobis ab ejus Conſiliariis intimis relatum, reditus Archi-Epiſcopo ſuo ſolùm præbet circiter ſexcentenorum millium florenorum Rhenenſium.

Nec prætereundus hic quo ad divitias Epiſcopatus Leodienſis, ut dictum, ampliſſimus & ditiſſimus; uti etiam Monaſterienſis, ac Eichſtadienſis & plurimos vaſallos, quos recenſet Bucelin. Germ. Sacrâ parte 1. *poſt Catalogum illorum Epiſcoporum.*

6. *Aliquot Imperatores voluiſſe Epiſcoporum faſtum & proventus nimios coarctare, ut pote Fridericum II. qui*, in Edicto ſuo de Injuriis Pontificum 4. referente *Goldaſto T.3. Conſt. Imper. §. fin. f. m. 375 ita ſcribit: Habemus Conſcientiæ puritatem ac per conſequens Deum nobiſcum: cujus teſtimonium invocamus, quia ſemper fuit noſtra voluntatis intentio, Clericos cujuscunq; religionis ad hoc inducere, & præcipuè maximos ad illum ſtatum reducere, ut tales perſeverent in fide, quales fuerunt in primitivâ Eccleſiâ, Apoſtolorum vitam ducentes, & humilitatem dominicam imitantes. Tales nempe Clerici ſolebant Angelos intueri, miraculis coruſcare, ægros curare, mortuos ſuſcitare, & in ſanctitate non armis Principes ſibi ſubjugare. At iſti ſeculo deditì & inebriati deliciis Deum præterponunt, quorum ex affluentiâ divitiarum religio ſuffocatur. Talibus ergò ſubtrahere nocentes divitias, quibus damnabiliter onerentur, opus eſt charitatis potiùs, quam erroris: Similem ferè epiſtolam ab eodem ad Ottonem Bojorum regulum miſſam* legi poteſt apud *Aventin. l. 7. f. m. 416. & ſeq.* Et *Sigiſmundum*, qui in Reformatione ſuâ *apud Gold. Eundem Tomo I. Conſtit. Imper. c. 6. & ſeq.* Papæ, Cardinalibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis & omnibus Clericis certam redituum ſummam addixit, & ut *Trithemius referente Goldaſt. in Rationario ad d. l. in Chronici Hirſaugienſis Tomo 2. manuſcripto* narrat, voluit, ut ſuperflua redituum fiſco importarentur communi, & in uſus ſervarentur bellicos contra Turcas Chriſti adverſarios pugnandi. *Sic etiam anno 1280. ſecundum Matth. Weſtmonaſt. in Floribus Hiſtor. f. 409.* Rex, (Eduardus I.) Pontifex & Principes Anglicani ſtatuerunt, quòd religioſæ perſonæ in ampliationibus terrarum non creſcerent, dicentes, quod ad detrimentum regni & obſequii militaris feoda militaria & aliæ poſſeſſiones ad religioſorum manum mortuam devenerunt. *De quo etiam legi poteſt Conring. ad Lampad. p. 3. c. 6. p. 6. §. 6. p. 221. & ſeqq.*

Notandum quoq; hac occaſione in Galliâ Eccleſiaſticorum omnium proventus annuos conficere 320. milliones Francorum, ut Auctor nuperus de ſtatu Regni Gallici p. 141. memorat. *Quos etiam ſed mendoſè refert Frater Leo Carmelita in Studio Sapientiæ Univerſalis parte 1. in Hiſtor. Chronol. tit. 17. ubi 92000000. milliones aureos habet, putamus autem mendum illud ita corrigendum eſſe, ut verbum milliones omittatur, & pro numero novenario ternarius ponatur, ita enim cum illa, quam jam attulimus, ſumma coincidet, niſi quod pro Francis, aurei reperiantur.* Quo ſpectat, quod *Valckenerus* im verwirrten *Europâ Parte 1. f. 31.* memorat, Clericos illius regni ferè quintam partem poſſidere. *Et illos in Poloniâ habere ultra duas tertias pagorum totius regni*, id eſt, Regis, Statuum & Nobilium, *qui, ut nobis ibi pro certo affirmatum eſt, conficiunt* 190000 *oppida & pagos, de quibus etiam agit Sprenger. in Fontibus Juribus c. 4. p. m.* 1081.

Laudantur ergo Reges Hiſpaniæ, quod Epiſcopis nullum principatum ſecularem, atque Imperium ſeculare concedant, ſicuti etiam ideo tradit *Larrea in proœmio Allegat. fiſcal. n. 5. & Franc. de Amaya ad tit. Cod. de Jure Fiſcal. in proœmio n. 25.* quod Epiſcopus in Hiſpaniâ non poſſit habere fiſcum vel alia jura fiſcalia.

7. *Ingentem Archiepiſcoporum & Epiſcoporum numerum olim ſub Imperio Romano fuiſſe, ſiquidem, ut Carolus de Sancto Paulo in d. Geogr. Sacra* conſignavit *l. 2. in f. ſub Romano Patriarchâ olim univerſâ Italiâ cum Rhetiâ & Iſtriâ, ut ille numerat* 270. *l. 3. in Illyrico Occidentali* 22. *l. 4. in Africâ ſub certis Provinciis* 565. *ſub incertis* 150. *l. 5. in Galliâ Alpibus, Belgicâ primâ & Germaniâ primâ & ſecundâ* 128. *l. 6. in Britanniâ magnâ* 70. *l. 7. in Hiſpaniâ* 81. *l. 8. in Illyrico Orientali* 99. *qui conficiunt in univerſum* 1385.

A. *l. 9. ſub Patriarchâ Conſtantinopolitano ſummatim*	398
l. 10. ſub Patriarchâ Alexandrino	113
l. 11. ſub Patriarchâ Antiocheno	142
l. 12. ſub Patriarchâ Hieroſolymitano	47
addiq; ex omnibus amiſſos.	93
facit totum numerum	2178.

Sub quibus tamen Polonici, Pruſſici, Suecici, Danici, & Belgici, tanquam illis recentiores comprehenſi non ſunt, ut taceamus illos, qui intra ſesquiſeculum circiter in novo inſtituti ſunt orbe. *Cum quibus conferri poteſt Catalogus, quem Gretſerus in Notitiâ Epiſcoporum ex Leone Philoſopho confecit, & Notis ad Codinum ſuffixit, & Miræus in Notit. Epiſcop. l. 2. & ſeqq. ex libro Cancellariæ Apoſtolicæ & aliis Scriptis continuavit, & quo ad Epiſcopos Italiæ Ughellus in Italia Sacra atq; Galliæ Fr. Leo Carmelita Rhedonenſis in paulò ante memorato Titulo 17. ubi Archiepiſcopos quindecim & 104. Epiſcopos recenſet ac de illis notabilia memorat.* B.

7. *Unum Epiſcopum ſecundum Jus Canonicum in c. quia in tantum de Præbend. unum ſaltem habere debere Epiſcopatum, idq; in Concil. Trident. Seſſ. 24. c. 17. confirmatum eſſe*, de quo etiam legi poteſt *Filliucius in Quæſt. Moral. tr. 41. c. 7. & Bellarmin. in Admonit. ad Cardinal. Theanenſem controv. 5.*

Verùm id hodiè in iis Epiſcopatibus, quibus magni Principes præſunt, non obſervari, exemplis conſtat.

TH. V.

Abbates & in ſpecie ita dicti Præpoſiti ſunt Canonicatuum & Monaſteriorum Rectores inſpectione & jurisdictione competenti in ſibi ſubjectos Clericos muniti.

Explic.

1. C. **A**Bbas *vox Syriaca eſt Patrem denotans, quia illum duplici modo refert, tum* ratione curæ paternæ, quam pro ſubjectis Clericis, in Eccleſiaſticis & Secularibus gerit, *tum* ratione venerationis & obedientiæ à Monachis & Canonicis præſtandæ. *Vocatarq; in l. 7. de Summa Trinitate ac Novellâ 5. & 123. Archimandrita, habetq; ſub ſe Priorem diſciplinæ monaſticæ curatorem, quia Abbas* propter adminiſtrationem bonorum ſecularium illi ita vacare nequit.

Ubi notandum non omnia Monaſteria Abbates, ſed quædam & in ſpecie mendicantium clauſtra loco illorum Guardianos ſeu Priores habere, ut tradit Beſoldus in Theſauro Pract. ſub verbo Abbas, ubi ſimul ex Cujacio l. 2. Feudor. c. 1. in hiſt[...]is antiquis Proceres ſeu Nobiles Abbates vocari, & ex *Hottom. in Lexico Feud. ſub hoc verbo Hugonem Capetum Regem Galliæ poſtea factum Abbatem nuncupatum eſſe refert, & ejus rationem offert.*

De illis ſequentia notanda:

D. 1. *Illos debere eſſe vitâ, moribus & meritis inſignes*, quo aliis benè præeſſe poſſint c. *Abbatem cuilibet. cum ſeq. 18. q. 2.*

2. *Illos diſtingui* (1) *in Seculares*, qui Collegiatis Canonicorum præfecti ſunt Eccleſiis, *& Regulares*, qui Monachorum familiis præpoſiti ſunt, *& utriq;* quidem à ſuis Collegiis & familiis tanquam ejusdem ordinis eliguntur. (2) *In Exemtos* à jurisdictione Epiſcopi *& non exemtos* vel illi ſubjectos *quales regulariter omnes eſſe debeat, c. nulla 8. Diſtinct. 93. c. Abbates 18. q. 2.*

De executionis illius effectibus legi poteſt Speidel. in Speculo ſub verbo Abbas. (3) *In illos, qui principali dignitate gaudent, & vulgares, qui iterum* (4) *ſubdiſtinguuntur in immediatè & mediatè Imperio ſubjectos.*

Et de his, qui Imperio noſtro immediatè ſubjecti ſunt, hîc propriè agendum eſt.

Sunt

Sunt autem ex his, qui auguſtate vel titulo Principum ornati ſunt, ſicuti Epiſcopatus Germaniæ pleriq; etiam Ordinis S. Benedicti, ut jam in præc. theſ. 4. explic. n. 3. diximus.

Singularia in iis occurrentia ſunt ſequentia. *Et quidem in genere, quod Imperator Carolus IV. opulentiores primùm Principes Imperii conſtituerit, ut refert Cruſ. p. 3. l. 5. c. 5. f. 264. & in ſpecie, Fuldenſem, Albinum Caſtrenſem, Campidonenſem & Murbacenſem Cathedra Imperialis Abbates ideo, quia* in publicis Imperii Comitiis ad pedes Cæſaris ſedere debeant, ordinaverit, ut tradit *Bruſch. de Monaſt. Germ. ſub illis.*

In ſpecie verò circa Abbates Fuldenſes, quod ſint Primates inter reliquos in Germaniâ & Galliâ *ex conſtitutione Sylveſtri II. Pontificis* circa annum 1000. apud *Brovver. l. 1. Antiq. Fuldenſ. c. 15. vel ab Innocentio II.* circa annum 1130. (quo ſcilicet tempore Abbas Bertholdus eum Imperatore Lothario II. Romæ fuit) ſecundum *Kirchn. de Offic. Cancell. l. 1. c. 3. p. 31.*

Et Auguſta Archicancellaris, cujus dignitatis primordium ob defectum hiſtoricarum probationum, præſumitur à multis *ſub Imperatore Ottone I.* factum eſſe, quo de legi poteſt *Mallinkr. de Archicancell. p. 2. c. 7. p. m. 213.* *Quare etiam cum Archiepiſcopo Colonienſi* de præcedentiâ acriter & cum magnâ ſanguinis effuſione *in templo Moguntino* & feſto Pentecoſtis ab Imperatore Henrico III. ibi celebrato, diſceptavit ut latè refert *Malmesburienſis l. 2. de Geſtis Anglor. c. 12. Similis inter Wideradum Abbatem Fuldenſem & Hecelonem Epiſcopum Hildenshemenſem* de præcedentiâ *in Templo Goslarienſi* cum Imperator Henricus IV. ibi feſtum Pentecoſtis *anno* 1063. celebraret orta cruenta diſceptatio refertur à *Lamb. Schafnaburg. de Rebus Germanicis ad d. annum.* *Et iterum alia in Conventu à Friderico I. Imperatore ibidem anno 1184. habita* inter Fuldenſem Abbatem & Archiepiſcopum Colonienſem peracta ab *Arnold. Abbat. in Chron. Slavor. l. 3. c. 9.* *De quâ re etiam legi poteſt judicium Mallinkr. d. l.* *Et in Eccleſiaſticis ſoli Papæ ſubjecti Gold. de Regno Bohem. l. 5. c. 4. n. 25.*

Habent etiam illi ſuos Officiales hæreditarios inter omnes Abbates (ſi Abbates Tegernſeenſes in Bavariâ teſte Sprengero d. l. 3. c. 11. & Campidunenſes, ut mox dicetur excipias) ſoli, *ſicuti quidam Epiſcopi, de quibus in præc. th. 4. in expl. n. 4. dictum eſt.*

Campidunenſes, (qui etiam ſecundum Myler. in Archolog. Ordin. Imper. c. 12. th. 5. Hilarimontani vocatur) à primâ fundatione à Pontifice Adriano, ab Epiſcoporum juriſdictione ſimiliter exemti ſunt, & juriſdictionem habent ſecularem ſecundum verſiculum.

Campidona ſola judicat enſe ſtola

ut poſt alios & in ſpecie *Stengelium in Monaſteriologiâ* refert *Beſold. in Theſauro Pract. ſub hoc verbo.* Zeiler *in Itiner. Germ. c. 27. f. 560. & in Contin. c. eod. f. 359.*

Ubi etiam poſt *Bruſch. Cent. 1. de Monaſt. Germ. ſub illo, & Mager. de Advoc. Arm. c. 5. n. 419. narrat Abbatiam illam habere ex primâ fundatione Duces Bavariæ Mareſchallos, Duces Saxoniæ Pincernas, Comites Montfortios Dapiferos, & Nellenburgicos Camerarios hæreditarios.*

In illâ ſaltem Nobiles antiqua proſapia & octo avorum monachi fiunt, ut recenſet Cruſius in Annal. Suevic. in Paral. c. 19. f. 84.

De Abbatiâ tandem hæc notandum, primum ſtructuræ lapidem anno 773. poſitam eſſe, & mandato Caroli M. ad promovendum ædificium duos gigantes Sancimonem & Celebrandum Conſtantinopoli adductos fuiſſe, & hos magnos lapides in dorſo illuc portâſſe, priorem q; in medio templi ſepultum eſſe, ut refert Hermes in Faſcic. Juris Publ. c. 27. n. 5.

Abbates Murbacenſes & Luderſenſes, qui jam con-

A. *juncti ſunt, ab Auſtriacis quidem quo ad Collectas Imperii eximuntur*, ut refert Zeiler. *in Contin. Itiner. Germ. f. 12. ſed Murbacenſis pro utriſq; Abbatiis in Comitiis Imperii comparet, & Cameræ cenſum ſolvit.*

Prumienſes Abbates ab Archiepiſcopo Trevirenſi eximuntur, ut inter alia ex ſubſcriptione Rel. de dato Regenſpurg 1654. *conſtat. Ut etiam ad S. Maximinum* pro Trevir. *Zeiler. in Contin. Itin. Germ. f. 9. & 275. de quo etiam vide Limn. Tom. 4. ad L. 4. c. 7. p. 510.*

His annumeratur & poſt Murbacenſem in conventibus Imperii ponitur Magiſter Ordinis Johannitarum, licet præcedentiā cōtra quoſdam præcedentes prætendat.

De illo notanda ſequentia:

1. *Illum ideo hunc inferiorem obtinere locum, quia non caput Ordinis*, quod Magnus Melitenſis Magiſter eſt, *ſed quia ſaltem membrum* præſidem ſcilicet linguæ vel nationis Germanicæ repræſentat. nam magnus ille
B. Magiſter Præſidum vel minorum talium Magiſtrorum olim octo, & nunc exſtincto octavo, nempe Anglicano, ſaltem ſeptem, nempe dictum Germanicum, Avernicum, Francicum, Provincicum, Caſtilianum, Arragonicum & Italicum ſub ſe habet, ut inter alios tradit Sprenger. in *Lucernâ Moderni Status c. 2. p. m.* 169.

2. *Illum* ad duplicem collectam teneri. unam Imperio, alteram Magiſtro dicto ſolvendam *Spreng. ibid.*

3. *Illi in* diverſis provinciis, puta, Hungariâ, Daciâ, Marchiâ Brandenburgicâ, Saxoniâ, Pomeraniâ, Vandaliâ & Helvetiâ adde *Belgio* confœderato decedere ex reditibus annuis tres auri tonnas *ſecundum Eundem Ibid. & in Adjectis p. m.* 598.

4. *Illum non ut cæteri Eccleſiaſtici Principes conjunctum, ſed in diverſis Provinciis diffuſum habere territorium* vel potius patrimonium, ut notum eſt, & inſuper *Sixtin. de Regal. l. 1. c. 4. n. 130.* tradit; cujus ratio illa
C. eſt, quoniam fundationes & Commendæ diverſis in regnis & provinciis à piis fundatoribus ad ſuſcipiendos hoſpitio peregrinantes equites inſtitutæ ſucceſſivè fuerunt, ut notum eſt, & quodammodo in *Statutis illius Ordinis f. 41.* continetur, ſicuti etiam ex præc. n. 3. diſſituatio illorum bonorum conſtat.

5. *Illum nihilominus in omnibus illis bonis, jus territoriale habere*, & ratione illorum nulli Statui Imperii ſubjectum eſſe vi inveſtituræ Cæſareæ in *Conſilio Beſoldi Parte 5. conſ. 238. n. 21. & 20. ex parte relata.*

6. *Eundem ideò* ratione omnium ejusmodi Imperii immediatorum bonorum cenſum generaliter ſolvere 240. florenorum & Cameræ annis ſingulis cum augmento 83. floren. 21. X. 3. obolos ſolvere, ut apud *Zell. de X. Circ. Tit. 9. n. 6.* legi poteſt.

Abbatiam Hirſchfeldenſem tanquam principatum ſecularem per Pacificationem Oſnabrugenſem Landgraviis Heſſo-Caſſellanis eſſe attributam, ut *ex Inſtr.*
D. *Pac. art. 15 §. ſecundò* notum eſt.

Salveldenſem, eximi à Domo Saxonica ut apud *Zeiler. in d. Contin. f. 15.* legi poteſt.

Et Walckenriedenſem, antea à Domo Brunovicenſi & Lunæburgenſi exemptam, *& nunc* ex Pacificatione Oſnabruggenſi in perpetuum feudum datam fuiſſe, ut *ex Inſtrum. Pac. art. 13. §. Septimo.* notum eſt.

Reliquos Abbates, qui quidem Status Imperii etiam ſunt, ſed ſaltem in univerſum hodiè duo ſuffragia curiata, Suevicum nempe & Rhenenſe habent, vide apud *Limn. l. 4. c. 7. p. m. 122. & ſeqq. & præc. Sect. 1. c. 2. th. 4. expl. 2. ſub Circulis relatos.*

Pertinent ad hunc cenſum quo ad dignitatem Principalē Abbatiſſæ & Abbatiæ Quedlinburgenſes, Eſſenſes, Gāderſheimenſes, à Ducibus Saxoniæ Clevenſibus & Brunovicenſibus, & Gernrodenſes à Principibus Anhaltinis,

Her-

Hervordenſes, Buchovienſes, Andelavienſes & alia ab aliis exempta, & à Limn. l.1. c.8. relata; ſed illa cum reliquis vulgaribus, vulgò Prælatis dictis, ab eod. ibid. & Zeiler. in d. Conten. f. 15. & ſeq. relatis, ſaltem duas Curias efficiunt, nempe Suevicam & Rhenanam, adeoq; etiam totidem tantum ſuffragia habent, ut præc. Sect. 1. c.2. th.3. expl. 5. & paulo antè dictum eſt.

II. Præpoſitorum in ſpecie & quidem Principali faſtigio eminentium pari cum Abbatibus ſui ordinis jure gaudentium ſunt ſequentes:

Elvvangenſis, qui anno 1460. *ex Abbate Præpoſitus Eccleſiæ Collegiatæ factus & tunc etiam Monachi in Canonicos mutati ſunt,* quare etiam Abbatem Murbacenſem in ſeſſione & ordine præcedit.

Berchtolsgadenſis Ordinis tamen Regularium Canonicorū S. Auguſtini teſte Bucelin. p.2. Germ. Sacra ſub illo Cœnobio, illum in Spiritualibus Pontificem & in Secularibus Imperatorem ſolùm agnoſcere refert Spreng. d. l.3. n.11.

Weiſſenburgenſis, qua Abbatia etiam anno 1523. Præpoſitura facta & ſeq. anno 1546. ab Epiſcopo Spirenſi Philippo permittente Carolo V. & Paulo III. Epiſcopatui illi incorporata fuit, ut refert Hertzog in der Elſaſſer Chronica *l.10. c.3. & ans ſeq. Sect. 4. c.1. th.7. expl. ſub Weiſſenburgo Sebuſiorum.*

Reliqui vulgares Præpoſiti ſub Abbatibus vulgaribus quo ad ſeſſionem & ſuffragia continentur & à Limn. d.c. 8. p.114. enumerantur.

Quibus addendum Abbates & Præpoſitos illos in titulis ſuis partim ſe Dei Gratiâ, partim Divinâ Providentiâ vel Permiſſione Gottes Verhängniß *tales conſtitutos eſſe profiteri, uti poſterius legi poteſt apud Limn. l.4. c.6. n.24. & ſeq. & Speidel. in Speculo ſub verb.* Gottes Gnaden *ubi etiam refert quosdam Epiſcopos ſe vocaſſe Ex Miſericordia Dei, cujus exemplum* in Sigefrido Ratisbonenſi Epiſcopo *narrat Aventin. l.7. f. m. 412. & aliud in quorundam etiam Archiepiſcoporum ſubſcriptione apud Goldaſt. in Collectione Conſtit. Imperial. f. 259.*

Rationem hactenus ignoramus: Fortè autem Abbates in Principali faſtigio collocati primi, & cæteri poſterius uſurpant.

TH. VI.

Hactenus Status Eccleſiaſtici: Sequuntur latè ſic dicti Principes ſeculares, & illi; qui in iſtorum Collegio jus ſeſſionis & ſuffragii ſimul habent: Quorum ſunt in Imperio noſtro novem ſpecies (1) *Archi-Duces* (2) *Duces* (3) *Comites Palatini* (4) *Landgravii* (5) *Marchiones* (6) *Burggravii* (7) *Principes in ſpecie ſic dicti* (8) *Comites* (9) *Barones.*

Explic.

A*Pud priſcos Romanos etiam ſub Imperatoribus omnes dignitates perſonales & diſtributa in ordinarias & extraordinarias; prioresq; iterum diſtincta erant in Urbanas,* nempe Cōſules, Prætores, Tribunos Plebis, Quæſtores, Triumviros Capitales, *& Provinciales:* quales erant Proconſules & Præſides Provinciarum: *Poſteriores verò erant* Conſul Belli Dux vel Imperator declaratus, Magiſter Equitum, & Prætor Militaris, qui tamen ſub poſterioribus Imperatoribus cum Duce Bellico vel Stratego iidem erant.

Poſtea ſub poſterioribus Imperatoribus dignitates illæ aliter, & quidem in Civiles, Palatinas & Militares diſtribuebantur; & prima dua earum in majores, medias & minores.

Majorum dignitatum Officiales iterum in Clariſſimos, ſub quibus præcipuè continebantur Conſules, Pro-

A. vinciarum Præſides, Conſulares & Correctores *l. un. in pr. C. ut omn. judic. tam Civiles &c.* item Prætorii, ac tandem omnes Senatores *t. c. C. ubi Senatores vel Clariſſimi,* de quibus omnibus legi poteſt *Guther. de Offic. Domus Auguſtal. l.2. c.5. & ſeqq. ac c.15.*

Spectabiles, ſub quibus complectebantur Pro-Conſules, Comes Orientis, Præfectus Urbi, Præfecti Prætorio in Urbe, qui etiam *Auguſtales* dicti, & per Illyricum ac Africam, uti etiam illorum vices gerentes in Diœceſibus: item Magiſtri militum & Præfecti Ægypti, ſicut illos enumerat Juſtinianus in *L.1. in pr. in verſu ſin autem. C. de Raptu Virginum.*

Et Illuſtres, qui ſecundum *Zenon. in L.3. C. ubi Senat. vel Clariſſ.* fuêre Patricii vel Expatricii, reliqui Præfecti Prætorio, Præfecti Urbis, Conſulares Viri.

Quibus poſteà ab Honorio & Theodoſio additi Præfecti Sacri Cubiculi, Magiſtri Officiorum, Comites Ærarii & ſimiles.

B. *Sed in horum ordine & prærogativâ ſæpè variatum eſt, ut oſtendit Guther. d. l.1. c.4. & ſeqq.*

Sicut etiam tituli mutati fuerunt, & Imperator Juſtinianus ut ex d. L.1. in pr. verſu Sin autem &c. apparet, titulum Excelſi Præfecto Prætorio Italiæ, *Glorioſiſſimi* Præfecto Urbi, *Eminentiſſimi* Præfecto Prætorio per Illyriam & Africam, & Magiſtro Militum per diverſas Imperii regiones *L. un. §.2. C. de Novo Codice faciendo.* Sacri Palatii Quæſtori titulus Eminentiſſimi in *inſcriptione tit. C. de V. J. E. L.38. C. de Appell. & Conſult.* Item *Magnificè in Proœm. Inſt. §.3. Excelſi in L.2. de V. J. E.* nec non *Glorioſiſſimi* in *L. un. C. de Novo Codice fac. Sublimiſſimi L. 37. C. de Appell.*

In media dignitate Equites ſeu Equeſtris Status Viri comprehendebantur, adeoque hi *inter Clariſſimos & Perfectiſſimos,* de quibus mox dicendum, *medii erant, arg. L. cum te. 10. C. Eodem.*

In minori dignitate conſtituti Perfectiſſimi dicebantur, & Clariſſimis minores erāt, ut patet ex *Marcell. l.21. Hiſtor. p.m. 200.* interque eos recenſebantur Præſides Arabiæ, Dalmatiæ, Magiſtri Curſus, & Primicerii Scriniorum, ut legi poteſt *in tit. Codicis Theodoſiani de Perfectiſſimatus dignitate lib.6. tit.27.* eamque jam ante Conſtantini tempora in uſu fuiſſe, ex *Eumene in Oratione pro Scholis in pr. & paſſim* conſtat.

Cæterum de Palatinis Magiſtratibus, ex quibus dignitas antiquorum Comitum præcipuè dignoſci poteſt legatur Guther. de Offic. Dom. Aug. l.3. c.10. & ſeqq.

Et de dignitatibus militaribus, ſcilicet quoad illarum claſſem & ordinem idem l.2. c.15.

De progreſſu dignitatum & illarum in hereditarias mutatione ſeq. th.8. expl.1. circa fin. actum eſt.

TH. VII.

Archiduces in Imperio noſtro proximam ab Electoribus obtinent Dignitatem, ſoliq; Auſtriaci illâ dignitate gaudent.

D. *Explic.*

A*Nteqnam de hâc dignitate & familia ipſoq; Archiducatu aliquid annotemus præmonendum eſſe duximus Nos verbum Archidux hic non in hiſtoricâ vel Oratoriâ, ſed Legali vel Civili ſignificatione,* quâ ſcilicet Principem, qui tali dignitate ex privilegio vel hereditario jure gaudet, denotat, *capere, de qua legi poteſt Bœcler. in Notit. Imperii l.7. c.2.*

Ubi ex Æmylio de Rebus Geſt. Franc. L.3. f. m. 93. & Spangenbergero in dem Adelſpiegel *p.1. l.10. c.12. notandum, Brunonem Ottonis M. Fratrem Archiepiſcopum Colonienſem cùm Lotharingia Ducatum, dejecta ob rebellionem anno 953. ejus Duce Conrado à Fratre dicto obtinuiſſet, tanquam Archiepiſcopum ſimplicis Ducis titulo contentum non fuiſſe, ſed ſatis arroganter Archiducis titulum ſibi ſumſiſſe, quâ etiam de cauſſa*

A. *Auctor Magni Chronici Belgici f.m.80. illum Lotharingiæ Archiducem vocat.*

Sed hoc ut de facto aſſumentum, ita ejus morte exſtinctum hic attendendum non eſt.

Majoris verò circa ejus originem momenti eſſe videtur, quod Megiſer. in Annal. Carinth. l.6. c.14. Inguonem vel Ingonem primum à Carolo M. Archiducem in Carinthiâ conſtitutum ſtatuit, & c.93. illam uſq; ad Rudolphi II. tempora in Actis Auſtriacis Archiducatum appellari oſtendit, idque etiam *Bucelin. in Topogr. Germaniæ f.22. aſſerit.*

Et id exactè perpendens Limn. Tomo 4. l.5. c.2. n.13. ſcribit, ſe hæc omnia in adductis a Megiſero locis non reperiſſe. Verùm cum in Actis & Receſſibus Imperii Carinthia nunquam aliter, quàm Ducatus appelletur, aliud dicere non poſſe, quam quod Carinthiæ Principes domi Archiducales, in Imperio verò Ducales ſint, addens, ſe differentiæ rationem ignorare.

B *Sicuti verò nos Carinthiam in* Actis Auſtriacis Archiducatũ nominari cum Limneo facilè concedimus: *ita quoad initium à Megiſero d.l. meritò diſſentimus, quia illud ab eo,* & aſſeclis ex nullo antiquo auctore vel documento hactenꝰ probatum eſt. *Nam præterquam quod Ingo vel Inguo noſtro ſcriptũ nulli veterum memoretur, ille ab Aventino l.3. f.m.177. (qui multa talia finxit, ut partim demonſtrat Brunner. in Annal. Bojor. l.1. p.507. & ſeq.) Sylvio in Europâ c.20. ac Sabell. l.3. Ennead. c.10. ſaltem Venedorum Regulus, & Cadelach ejusq; Succeſſor Baldericus ſaltem ſimpliciter Forojulienſium, & Carantanorum Duces in Annal. Rerum a Pipino, Carolo M. & Ludovico Pio geſtarum ad ann. 819. nuſquam verò Archiduces vocentur,* quod *etiam in Succeſſoribus reliquis ita ſe habet.*

Licet enim facilè concedatur Carinthiam illo & ſequenti tempore magnam fuiſſe provinciam, & ſub ſe, teſte Megiſero l.1. Chron. Carinth. c.2. f.14. ac Bucel. d.l. C. *Ducatum Stirienſem ac Meranenſem, cum Iſtriâ & quibusdam Comitatibus continuiſſe, inde tamen inferendum non eſt, illam Archiducatum tunc fuiſſe, ſicuti nec ab amplitudine Ducatus Bavariæ & Saxoniæ antiqui longe majoris,* & hujus quidem tantâ potentia ac libertate, ut etiam Imperatoribus formidabilis eſſet, referente ſub Henrico poſtea Imperatore & Aucupe dicto, *Witichindo l.1. Annal. argumentum duci poteſt, illos etiam Archiducatus, & præſertim in ſenſu legali vel curiali fuiſſe habitos vel dictos, vel ſaltem dicendos,* ſicuti etiam *Bucel. in Notit. Imper. l.7. c.2. talem Megiſeri nominationem pro abuſiva habet.*

Fatendum tamen omnino eſt, Archiduces Auſtriæ per duo ferè ſecula titulo hoc conſtanter & ſimul legaliter uſos eſſe, ut ex ſequenti n.3. patebit.

Sunt verò de his Archiducibus hodierna familia (veteres, qui ab Aventino l.6. f.m.383. & partim à Berckenio in Hiſtor. Auſtr. l.2. c.3. recenſentur omittendo) D *Sereniſſimis obſervanda ſequentia.*

1. *Illos à Rudolpho Comite Habſpurgico qui* anno 1273 Imperator creatus eſt, *ortum trahere, & ſub Maximiliano I. ejusq; filio Philippo I. tot provinciarum & regnorum potitos eſſe, ſiquidem dictus Maximilianus* Friderici III. Imperatoris filius & poſtea unicus hæres *per matrimonium cum Mariâ Caroli Audacis Burgundiæ Ducis, etiam unicâ hærede initum, jus uxoris in Ducatum Burgundiæ, reipſa autem Comitatum Burgundiæ liberum, Gallice Franche Conté dictum, & provincias Belgii ſeptendecim, dictus ejus filius verò etiam unicus hæres, cum uxore Johannâ Ferdinandi Catholici Hiſpaniarum Regis filiâ & poſtmodum etiam unicâ hærede, Arragoniæ regnum eiq; connexa Hiſpaniarum regna & ejus natu maximus filius Carolus poſtea Imperator factus & Quintus dictus ab Avo materno moriente anno 1516. per teſtamentariam ſucceſſionem reliqua, adeoq; omnia Hiſpaniarum regna acquiſivit,* ut legi poteſt apud *Berckenium in Hiſtor. Auſtr. l.6. c.18. n.5. f.1342. & ad poſteros ſuos hodiernum in diem adhuc florentes tranſmiſit.*

Alter verò ejus filius Ferdinandus I. Stemma Archiducum Auſtriæ in ſpecie ſic dictum, tot glorioſiſſimorum Imperatorum hactenus, & per Dei gratiam in poſterum quoq; maximâ cum laude regnantium & regnaturorum, genetrix propagavit.

Ubi ex prædictâ Auſtriacâ Hiſtoria à Berckenio editâ l.3. c.1. f.264. recenſere voluimus, in dicti Rudolphi I. poſteritate uſq; ad annum 1668. reperiri Imperatores 20. Reges in Hiſpaniâ 5. in Galliâ 14. in Angliâ 10. in Hungariâ 16. in Bohemiâ 17. in Poloniâ 10. in Suecia 4. in Daniâ 9.

Hic ſimul notandum in Habſpurgica hujus familiæ origine deducendâ perquàm multos clariſſimos viros (ut apud *Bercken.* in dem Spiegel der Ehren deß Ertzhauſes Oeſterreich *l.1. c.1. f.4. & ſeqq. legi poteſt) interq; illos præcipue & majori cum laude occupatos fuiſſe, Gebuilerum in Epitome Ortus Habſpurgenſ. Comitum Lazium in Comment. Geneal. Auſtr. l.1. Heuterum de Origine Habſpurg, Eitzinger in Theatro Principũ. Guilliman. in Habſpurgicis & Chifflet. in Stemmate Auſtriaco ſed diverſis principiis uti, quod etiam Blondellus in Pleniore Aſſertione Genealog. Franciæ Tomo 2. f.336. & ſeqq. pro ſua cauſa juſtitiâ demonſtrandâ iis objicit, ubi ſimul plures auctores refert, & in Gallarum Regis gratiam omnes iſtas deductiones rejicit & refutat.*

5. *Originem Archiducalis illius dignitatis & tituli incertam eſſe. Siquidem Bircken. l.2. c.3. circa ſ ex privilegiis & Heutero de rebus Belgic. libro præliminari vel de Orig. Auſtriac. c.22. oſtendere conatur illam ab Henrico IV. vel Friderico I. Imperatoribus vigore diplomatum ab illo præc. c.2. f.163. & 168. ac ſeq. relatorum Principibus ejus temporis nempe Erneſto Marggravio & Henrico primo Duci Auſtriæ conceſſam fuiſſe, ſed Rudolphum I. Imperatorem, cum filio Alberto Auſtriam tanquam feudum Imperio apertum conſentientibus Imperii proceribus conferret, ad ambitionem evitandam voluiſſe, ut titulo illo uteretur, idq; ejus poſteros uſq; ad Fridericum IV. alias III. Imperatorem, ejusq; filium Maximilianum I. obſervaſſe, hos vero cum omnes Auſtriacas provincias per mortem Ladislai Poſthumi anno 1457. obtinuiſſent, illũ iterum aſſumſiſſe. Sed idem ſeq. l.5. c.13. f.669. conjicit, fortaſſe à dicto Alberto I. tempore ſemper ſeniorem ex illâ Domo & Viennæ Dominum ac Auſtriæ ſimul Rectorem illo titulo uſum eſſe, & ita illum per quinq; Albertos uſq; ad dictum Ladislaum devolutum ad Imperatorem Fridericum IV. quidem perveniſſe, ſed à juniore fratre Alberto illi ut ademptum fuiſſe,* de quo tamen paulò pòſt judicium noſtrum poſuimus.

Alii, & inter illos Hulſius de Imper. Roman. ſub Rudolpho *Reinl.* in Oeſtlandiſche Lorbeerhain *f.123.* tradit, dignitatem vel titulum illum Auſtriacæ genti conceſſum eſſe *circa ann.* 1300. *& Megiſerus in Chron. Carinth. l.6. c.93. f.661. Carolum IV. Imperatorem Rudolphum Auſtriacum anno 1360. titulo illo inveſtiviſſe tradit,* de quo etiam agit *Gockelius de Regibus Europæis c.24. th.16.*

Sed his relationibus obſtat, quod Imperator hic in privilegio de non evocando Auſtriacis anno 1368. dato Albertum & Leopoldum ſaltem Duces Auſtriæ vocat apud Bercken. Hiſt. Auſtr. l.3. c.9. poſt pr.

Alii verò interq; eos Gebuilerus in d. Epitome l.3. c.5. Æneas Sylvius in Titulo libri de Ortu & Author. Sacri Rom. Imperii eidem dedicati & Nat. Comes l.9. Hiſtor. f.299. ut etiam Eytzinger noviſſime & ſub Friderico hoc multum valentis Udalrici Eytzingeri, ſi rectè meminimus *fratres, pronepos,* adeoque talium rerum nô ignarus *in Theſauro Principum parte 1. p.53. illum primo à dicto Friderico obtentum & uſurpatum fuiſſe aſſerunt.*

Sed

Sed hic cauſtis opponi ſolet Fridericum etiam hunc in nullis Imperialibus diplomatibus, Decretis & Receſſibus illo Archiducis titulo uſum fuiſſe, ſicut paret ex Ejus Reformatione de dato Franckfurt anno 1442. in pr. Epiſtola ad Carolum VII. Francorum Regem de dato Viennæ anno 1440. Conſtitutione deß fünffjährigen Landfriedens de dato Nittenſtadt anno 1467. Und deß vierjährigen Landfriedens de dato Regenſpurg anno 1471. apud Goldaſt. T. 1. Conſtit. Imper. f. 201. & 220. Und in den Reichs Satzungen p. 1. f. 182. & p. 2. f. 165. item ex ejusdem Decreto de dato Neuſtadt anno 1472. Confirmatione & Mandato wider die Straſſenräuber de anno 1476. ibidem p. 2. f. 168. ac ſeqq. & aliis multis Imperium concernentibus, utpote in ſeinẽ Ermahnũgs Schreiben an die Stadt Augſpurg de anno 1474. apud Bircken. l. 5. c. 23. f. 790. und an die geſampte Reichs Städte de anno 1475. apud eund. f. 809. in Pace publicâ profanâ de anno 1486. apud Lehm. l. 7. Chron. Spir. c. 117. in pr. Sicuti etiam ejus filius Maximilianus I. Romanorum Rex in dem Römiſchen Königlichen Vertrag de anno 1492. apud eund. in den Reichshandlungen fol. 30. Imperatorem illum Patrem ſuum Ducem Auſtriæ vocat. Similiter in confirmatione privilegiorum Eccleſiæ Patavienſi à Friderico Eodem anno 1455. & anno 1465. tripliciter datâ & in Metropoli Salisburgenſi cum auctione à Gevvoldo editâ Tomo 1. f. 419. 420. & 423. uti etiam confirmatione Donationis ab Imperatore Conrado Abbati Vrnlenſi factæ ab eodem Imperatore anno 1471. conceſſâ apud eundem Tomo 3. f. 120. Dux Auſtriæ vocatur. Idem ſe in Privilegio Francofurto ad Mœnum anno 1470. & 1483. dato apud Limn. l. 7. c. 16. n. 18. & 21. ac Privilegio Stapulæ Dreſdæ anno 1443. conceſſo in titulo & ſigillo duplici, uti refert Weckius in ſelbter Stadt Beſchreibung Parte 1. Tit. 5. f. 22. & ſeqq. & in omnibus, quos modo vidimus privilegiis, diplomatibus & actis Imperii publicis, ſi literas clarigationis Carolo Burgundo anno 1475. transmiſſas & à Bircken. l. 5. c. 24. in pr. relatas excipias, ſaltem Ducem Auſtriæ nominat.

Sicuti etiam in ejus ſigillo de anno 1445. titulus Ducis apud Bircken. l. 5. c. 5. in f. reperitur, quod etiam in literis nomine Imperii Civitati Auguſtanæ pro ſubſidio adverſus Carolum Burgundiæ Ducem mittendo anno 1474 ſcriptis apud Eund. d. l. 5. c. 23. f. 796. & in literis ſimilibus ad omnes Imperii civitates pro ſubſidiis anno 1475. transmiſſis ibid. c. 24. f. 809. & in literis ad Senatum Auguſtanum anno 1487. exaratis apud Eund. d. l. 5. c. 34. n. 10. ita ſe habet.

Quo etiam facit, quod in ejus Epitaphio ab Eod. d. l. 5. c. 41. f. 1079. relato titulus Ducis Auſtriæ, Styriæ, Karinthiæ & Carniolæ reperiatur. De quo etiam legi poteſt Mariana de Rebus Hiſpan. l. 25. c. 12. qui ibi circa annum 1487. illum titulum introductum eſſe refert, & Natalis Comes in Hiſtor. l. 9. f. 399.

E contrario tamen obſervavimus Eundem Imperatorem in pactis Induciarum inter illum & fratrem Albertum Auſtriacum anno 1461. à Georgii Bohemiæ Regis Legatis confectâ & à Bircken. d. l. 5. c. 13. f. 667. & ſeq. relatis cum dicto Alberto Archiduces appellari & ſemetipſos appellare. Et in transactione inter eosdem mediatore prædicto Rege anno ſequenti initâ, utrumq; Imperatorem nempe & memoratum Albertum in ſubſcriptione & ſuffixis ſigillis apud eund. ſeq. c. 15. in fine Archiducum Auſtriæ titulo uti, quod etiam in alio ſigillo apud eundem ſeq. 38. f. 105. expreſſum, ſimileq; à Sigismundo Auſtriaco in literis ad Imperatorem illum ſalvi conductus pro ſuis Legatis impetrandi gratiâ anno 1463. exaratis & ab eodem ſeq. c. 16. f. 709. & ſeq. relatis in textu, in quo Patruelem ſuum Albertum, & ſubſcriptione in quâ ſemetipſum Archiducem nominat, à Friderico Electore Palatino in titulo literarum ad Eundem Imperatorem anno 1471. exaratarum apud eund. ſeq. c. 20. f. 761. & ab Imperatore ipſo in literis Clarigatoriis Carolo Burgundo anno 1475. nomine Imperii miſſis apud eund. ſeq. c. 24. in pr. & in aliis literis ad Ducem Saxoniæ Albertum anno 1480. apud eundem ſeq. c. 29. f. 896. & in mandato Ratiſponam de ſe Imperio iterum reddendo anno 1489. tranſmiſſo apud Eund. ſeq. c. 38. f. 1022. ac in literis banni Imperialis adverſus Eandem de anno 1491. apud Eundem d. c. 38. f. 1033. & porro in Inſtrumento compoſitionis inter dictum Imperatorem & Albertum Bavariæ Ducem anno 1492. initâ apud Eund. ſeq. c. 40 f. 1062. in quo Maximilianus I. Romanorum Rex ſe & Imperatorem parentem ſuum ſimiliter Archiducem nominat, ſicuti etiam in eodem Sigismundus Auſtriacus aliquoties Archidux vocatur, obſervatum fuiſſe. Sicuti etiam ſe Rudolphus IV. in dictâ Metropoli Tomo 1. f. 404. in confirmatione donationum Epiſcopo Patavienſi factarum & Albertus in Privilegiis Patavienſis confirmatione ſeq. f. 421. ſe Archiduces vocant.

Quidnam, in tantâ diverſitate & incertitudine de hujus tituli origine ſtatuendũ ſit Politici pleriq; ambigũt.

Non improbabilis tamen videtur illorum opinio, qui putant originem illius tituli à titulo veterum Archiducum Carinthiæ deſcendere, cum enim Duces Auſtriæ per conceſſionem Ludovici IV. Imperatoris & transactionem cum Margarethâ, Henrici V. Carinthiæ Archiducis ultimi filiâ, initâ, ut ſubſeq. n. 3. demonſtratum eſt, Archiducatum illum etiam obtinuiſſent, titulum iſtum poſtea auctoritate propriâ imminuerunt, & Archiducalem ad Auſtriacum Ducatum utpote in obtentione antiquiorem tranſtulerunt, ut etiam Felix Fabrius Hiſt. Suevicâ l. 1. c. 18. p. m. 201. & Gebvilerus d. c. 5. tradunt, ex quibus hic ſcribit Fridericũ III. Imperatorem Archiducalem titulum primum ſibi vindicaſſe.

Quo juvat, quod in ſigillis ſuis Imperator idem & frater ejus Albertus anno 1462. apud Birck. d. l. 5. c. 15. in f. ſe Archiduces Auſtriæ, Stiriæ, Carinthiæ ſimul & conjunctim, non Archiduces Auſtriæ & Duces Stiriæ, Carinthiæ, ut poſtea ab Imper. Maximiliano I. primum factũ, ſicut ex ejus Sigillo apud Eund. d. l. 5. c. 40. in f. dignoſci poteſt, nominaverint, & idẽ Imperator adhuc anno 1491 ſimile ſigillum apud Eund. d. l. 5. c. 38. f. 1035. uſurpaverit. quod etiam diu ante Leopoldus Friderici III. Imperatoris frater anno nimirum 1320. in ſigillo ſuo obſervavit apud Birck. l. 3. c. 3. f. 285.

Nam quod Springsfeld. de Apanag. c. 3. n. 50. putat diſcrepantiam vel diverſitatem illam ita poſſe tolli, ſi ſtatuatur, titulum Archiducis in illâ familiâ ſoli primogenito ante Maximiliani tempora competiiſſe, id ex præcedentibus refutatur, dum Fridericus III. Imperator ſe & fratrem Albertum quandoq; Ducem, quandoq; Archiducem nominavit. Idemq; in uno Diplomatis principio & fine obſervavit Rudolphus IV. Auſtriacus apud Gevvold. in Auctâ Hundii Metropoli T. 1. f. 404. & ſeq. Quidquid verò ſit, ſufficit laudatiſſimam hanc familiam titulo illo per tantum tempus ab omnibus Imperii Statibus honoratam eſſe, cum ille etiam ſolùm vigore acquiſiti Archiducatus Carinthiæ jure uſurpari potuerit.

3. Provincias & regna illorum ſequentibus modis acquiſita fuiſſe. Et quidem Auſtriam (ante Marchionatũ Germanicè Oeſterreich à ſitu, quaſi Orientale Bojorum regnum quemadmodum Weſtria quaſi Occidentale regnum ſecundum Aventin. l. 3. f. m. 155. & l. 4. f. m. 201. dictum, & à Friderico I. Imperatore in Ducatum converſum, ut ex ej9 Diplomate Ratisbonæ año 1156. dato apud Andr. Presbyt. Ratisb. p. 61. Miræum l. 2. Donat. Belgic. c. 52. Cuſpinian. in Auſtriâ & ex confirmatione Friderici II. apud Limn. l. 5. c. 2. n. 30. legi poteſt) ita in Auſtriacorum poteſtatem perveniſſe: Cum Ottocarus Bohemiæ Rex ex jure connubii cum Margarethâ Auſtriacâ Babenbergenſi ſibi initi poſt exſtinctam maſculinam in Friderico Auſtriæ Duce progeniem,

Auſtriam cum annexis provinciis ad ſe propria auctoritate raperet, & ob rebellionem Imperii hoſtis publicus in Comitiis Auguſtanis anno 1275. declaratus, ac ob contumaciam *ab Imperatore Rudolpho I. bello petitus eſſet, negocium hoc per Pacificationem ita compoſitum fuit, ut Ottocarus Auſtriam, Styriam & Carinthiam cum annexis imperio reſtitueret, & jus prætenſum deciſioni Statuum ſubmitteret. Cum verò ille paulò poſt Pacem frangeret, ac Rudolpho Imperatori bellum indiceret, & in eo ipſe occumberet, res eò in favorem Imperatoris deducta fuit, ut ejus filio Alberto, qui Mainhardi Comitis Tirolenſis & Goritienſis filiam Eliſabetham matrimonio ſibi junxerat, cum aſſenſu omnium Statuum Imperii in Comitiis Auguſtanis 1282 Auſtria cum annexis ditionibus in feudum concederetur, Mainhardus verò dictus Ducatu Carinthiæ & Rudolphus Imperatoris alter filius Ducatu Sueviæ ornaretur*, ut legi poteſt poſt alios apud *Bircken. in dicta Hiſtoriâ L.1.c.13.f. 212. & ſeqq.*

Carinthiam per mortem Henrici V. prædicti Mainhardi filii & Succeſſoris unici ac ultimi Imperio apertam ab Imperatore Ludovico V. Imperatoris Alberti filiis tunc ſuperſtitibus anno 1334. in feudum conceſſam, & in diviſione fraternâ Ottoni natu maximo attributam, ſed à Margareta Maultaſchia ob oris deformitatem dictâ memorati Henrici filiâ cum ejus altero marito Ludovico Marchione Brandenburgico gravi bello vindicatam, negocium autem illud per tranſactionem anno demum 1342. ita compoſitum fuiſſe, ut Albertus Auſtriacus Ottonis Succeſſor magnâ pecuniæ ſummâ ſolutâ Carinthiam & Margareta illa Tyrolenſem ac Goritienſem Comitatum retineret, ſicuti legi poteſt apud Eund. l.3. c.5. f.306. & c.6. f.320.

Comitatum Tyrolenſem à dictâ Margaretâ poſt mortem Mainhardi IV. filii unici Ducibus Auſtriacis Rudolpho, Alberto & Leopoldo fratribus cum conſenſu Statuum provincialium anno 1364. ſolenniter traditum fuiſſe, referente eodem d. l.3. c.8. f.342.

Comitatum Goritienſem a Leonharde ultimo Comite Imperatori Friderico III. in Comitiis Auguſtanis anno 1473. publicè traditum, ut narrat Megiſ. in Chron. Carinth. l.10. c.16. & anno demum 1500. illo mortuo à Maximiliano I. occupatum fuiſſe, narrante Hundio in dem Bayriſchen Stambuch *P.1. f.81. & Bircken. l.3. c.8. f.341. & l.6. c.4. f.1129.*

Comitatum Ferretenſem Pfyrt *ab Alberto Auſtriaco per matrimonium cum Johanna Ulrici Comitis filiâ anno 1324. contractum certis conditionibus acquiſitum fuiſſe, ut legi poteſt apud eundem Bircken. l.3. c.4. f.294.* ſed jure feudi, ut præc. th.4. in expl. n.5. ſub Epiſc. Baſileenſi dictum, (*olim ſecundum Annales Francorum Fuldenſ. ad ann.* 887. *Eliſatia ſecundum Lazium l.8. f. m.392. Edelſaſſia quaſi nobilis terra ſecundum alios alio modo dicta, ut legi poteſt apud Rhenan. l.3. Rer. Germ. p.m.318.*)

Landgraviatum Alſatiæ jam ante adeptum imperium à Rudolpho I. partim hereditario, partim uxorio jure, ut legi poteſt apud Lazium de Migrat. Gent. l.8. f.412. acquiſitum eſſe, *dempta tamen illa parte, quam Ludovicus Comes Ottingenſis, vel ejus heredes Johanni Epiſcopo Argentinenſi anno 1358. vendiderunt, memorante eodem Birckenio l.1. c.5. circa fin. ac c.6. & Bucelino in Germania Sacra parte 1. f.8. Lazius tamen in dicto Opere l.7. f.332. id à Conrado hujus tritavo factum eſſe refert, de quo etiam nos præc. th.4. ſub n.4.* egimus. *Sed illum per Pacificationem Oſnabrugenſem & Monaſterienſem cum omni jure in perpetuum ad Regem & Coronam Galliæ tranſlatum eſſe ex Inſtrumento Germano-Gallico conſtat.*

Suevia Ducatum communi Statuum Imperii conſenſu à Rudolpho I. qui jam aliquam partem ejus obti-

A. *nuit, anno 1282. in filium cognominem tranſlatum eſſe, ut paulò ante diximus.*

Marchionatum Burgavienſem, extinctâ illa familia anno 1282. ab eodem Imperatore in eundem filium ſuum cum conſenſu Statuum Imperii collatum fuiſſe, teſt. eod. Bircken. l.3. c.4. f.293. De quibus omnibus etiam Sprenger. in Elychn. p.m.1723. & ſeqq. legi poteſt.

Quomodo Comitatus Cilienſis ad Imperatorem Fridericum III. pervenerit legi poteſt apud Megiſerum in Chron. Carinth. l.10. c.11. & ſeq. atque nobis ſeq. Sect.3. c. unico th.6. in expl. ſub Comitibus Ortenburgicis dictum eſt.

De reliquis ditionibus conſuli poteſt Limn. l.5. c.2. n.17. & ſeqq. & in ſpecie Comitatu Feldkirch. Bircken. d. l.3. c.9. f.354.

De acquiſitione Regnorum Hiſpanicorum, Burgundiæ & Belgii paulò ante etiam egimus.

De Archiducum hereditario in regno Bohemiæ & Hungariæ jure legi poteſt Goldaſt. de Regno Bohemiæ l.6. c.6.
B. *& ſeqq.*

Quod privilegia illorum concernit, illa habentur in diplomatibus Henrici IV. Friderici I. & II. ac Caroli V. Imperatorum apud Limn. d. l. n.27. & ſeqq.

De illorum in Comitiis Imperii primo & cum Archiepiſcopo Salisburgenſi alternante in ſummo Eccleſiaſtico loco præc. p.2. Sect.7. c.9. th.27. expl.1. in Schemate ſeſſionum ſub ſigno ☾ Regula 2. egimus.

De eorundem ſtemmate vide Lazium, Chifflet. Scipp. & Stabium, qui peculiariter de eo ſcripſerunt *& paſſim Bircken. in Hiſtor. Auſtr.*

Occurrunt etiam extra Germaniam nonnulli Magni Duces, qualis eſt Moſcoviæ, Lithuaniæ, & Hetruriæ, de hujus poſtremi creatione præc. p.2. Sect.1. c.5. th.5. expl. 1. ſub Papis Romanis dictum eſt. Pertinent etiam huc, quæ de Ducibus Ateſtinis Magnis ſeq. th.8. expl.2. ſub claſſe 3. addita ſunt.

C. *In quorum etiam cenſum pertinet Princeps Magnus Finlandiæ, qui eſt Rex Sueciæ. Sed hæc ſaltem memoraſſe ſufficiat, hoc addito, omnes illos, excepto Hetruſco, non creatos eſſe, ſed ſe ideo tales nominare, quod partim aliis Ducibus imperent, in genere verò ab alterius poteſtate non dependeant.*

TH. VIII.

Ducum dignitas in Imperio noſtro proxima eſt ab Archiducib9. deſignatq; in hoc ſignificatu ſecundum Jus feudale Principem ab Imperatore, vel cum illo titulo & ejus provinciæ in Ducatum erectione creatū, vel in antiquo Ducatu vacante inveſtitum.

Explic.

I. D*E Ducibus notanda ſequentia:*

Illos 1. primariò quidem à ducendis exercitibus olim dictos & duplici quidem in ſenſu, ita, ut tam Imperatores ipſi ſive Principales, quam ſubordinati vel vicarii
D. *Duces, uti Duces Legionum per eos intellecti fuerint, ſicuti primus ex Livio l.4. c.20. ubi* ſcribit, nec Ducem novimus, niſi cujus auſpicio bellum geritur. *l.10. c.28. & ſequent.* Decium Romanorum Ducem vocat. *l.9. c.17. ubi* Alexandrum M. egregium Ducem appellat, *ac Romanos Duces cum eo comparat, & paſſim. poſterius verò ex Cæſare l.6. de Bello Gall. p. m.130. ubi* Labienus hos Belli Duces à Principali illo ſive Imperatore diſtinguit, *& l.5. ff. de Pact. l.2. in pr. ff. de his qui not. infam. & l.7. C. ubi cauſa fiſcales &c.*

Eodem in ſenſu Tacit. de Moribus Germ. c.7. ſcribit Reges ex nobilitate, Duces ex virtute ſumunt. Nec Regibus infinita aut libera poteſtas, & Duces exemplo potius quàm imperio, ſi prompti, ſi conſpicui, ſi ante aciem agant, admiratione præſunt. Sic etiam *Vopiſcus in Aureliano c.44.* ſcribit, *hunc magis Ducem quàm Principem eſſe debuiſſe, & in eodem ſignificatu loquitur Plinius in Panegyr. Trajani c.18.*

De Ducibus Legionum vide locum in Spartiano, in Peſcennio c.4. Vopiſco in d. Aureliano c.10. Capitol. in Maximin.c.6.

Similiter in abſtracto Præfecturam militarem etiam in Legionem datam Ducatū vocabant, ut patet ex *Sueton. in Nerone c.35. ubi Ducatus & imperia militaria conjunguntur, ex Spartiano, Vopiſco & Capitol. dd. ll.*

Inde etiam Germanice Heertzoghe/ *quod Exercitū poſt ſe trahant, vel ejus ductui præſint, vel ejus ductores ſint, dicuntur,* de quo legi poteſt *Cluver. l.1. Germ. Antiq. c.46. & Stumpſius* in der Schweitzer Chronica *l.4.c.29.f.312. ubi* den nannten die Alten ein Hertzoch/ iſt mit der Zeit durch Hinläſſigkeit der Schreiber ein Hertzog darauß worden, nec non *Bircken. in Hiſt. Auſtr. l.1.c.3.f.17. Unde haud dubiè errant, qui vocabulum illud pro Domino Exercitus* Hertzog *accipiunt, ut legi poteſt apud Speidel. in Speculo ſub illo verbo.*

Secundario verò verbum illud etiam poſtea denotaſſe Duces vel Rectores provinciarum præcipuè Limitaneorum poteſtate militari & juris dicendi præditos, de quo occurrit inſignis locus apud *Vopiſc. in Aureliano c.13. & in l.38. C. de Appellat. Ita quoq; apud Tac. 2. Hiſt. 94. Aſiaticus, Flavius & Ruffinus vocantur Duces Galliarū. Quibus junge l.2. C. de Offic. Præf. Prætor. Africæ. L. un. C. de Comit. & Trib. Scholarum & L.2. C. de Comit. Rei Milit.* & quæ habet *Panvinius l.3. de Imper. Rom. p.m.* 887. ac *Pancirell. in Notit. Orient. c.139. & ſeqq. ubi tredecim, & in Notit. Occident. c.78. & ſeqq. ubi duodecim tales Duces recenſentur, uti & Bulenger. de Imperio Romano l.4. c.33.* nec non *Alteſerram de Ducibus & Comit. Provinc. Gall. l.1. c.1.*

Idem poſtea à Francis quoq; uſurpatum fuiſſe oſtendit Beatus Rhenanus l.2. Rerum Germ. p.m.157. his verbis: *In hoc Romanos imitati ſunt Franci; Nam & illi provinciarum Rectores Duces appellabant, id quod ex libro Magiſtratuum Romanorum ſatis liquet: unde formula Ducatus Rhetiarum apud Caſſiodorum in Variis L. 7. Ep.4. & ex Paulo Diac. l.5. de Geſtis Longobard. c.36.* conſtat: *refert enim ibi Alahim, dum Dux eſſet in Tridentinâ Civitate, cum Comite Bojoariorum, quem illi Gravionem dicunt, qui Bauzanum & reliqua caſtella regebat, confligiſſe, eumq; mirificè ſuperaſſe.*

Ita quoq; in Legibus Bojoaricis tit.13. c.11. conſtitutum eſt: Si quis contra Ducem ſuum, quem Rex ordinavit in Provinciâ illâ, aut Populus elegit Ducem, de morte ejus conſiliatus fuerit &c. De quo etiā conſuli poteſt Hottom. in Lexico Feudali ſub verbo Duces & Limn. l.4. c.3. n.6.

Ita Duces à Romanis in Italiâ ad regendas principales Civitates tunc conſtituti ſunt, quando Totila illos duplici magnâ clade attriviſſet, ut nonnulli ex Procop. l.3. Hiſt. Goth. referunt, ſed nos reperire non potuimus niſi quod c.2. inf. narratur poſt ſecundam cladem Romani exercitus Ducem, ſe cum ejus reliquiis in oppida contuliſſe, eaque vigiliis & cuſtodiis firmaſſe.

Quod deinde Longinus Præfet in Italiam miſſus ita continuaſſe dicitur, ut loco Præfectorum Duces & Capitaneos civitatibus talibus præficeret, ipſe verò ſub titulo Exarchi Ravennæ ſedem figeret, ut narrat Blondus Hiſtor. ab Inclin. Rom. Dec.1. l.8. in pr. & Sigon. L.1. de Regno Ital. f.5.

Eoſdem etiam poteſtatem vectigalium & ærarii curandi habuiſſe & Marculphi formulis l.1. c.8. ubi de Formulâ Ducatus agit & Bignonius ſimul legi poteſt, probat Alteſerra d.l.1. c.4.

Eodem modo Langobardi poſt mortem ſecundi Regis Clephi per decem annos ſingulis 30. urbibus ſingulos Duces præfecerunt, ut refert Paulus Diaconus l.2. de Geſtis illorum c.32. vide Eund. ſeq. l.3. c.16. & l.4. c.3.

De primo Ducum apud Francos & Germanos perſonali ſtatu & dignitate legi poteſt Vadianus L.1. de Colleg. Monaſter. in Germ. Vet. & latè Lehmanus in Chron.

A. *Daſſelenſi l.1.c.1. ac Lehman. in Chron. Spir. l.2. c.16. nec nō Bignon. in Not. ad L.3. Formul. Marculphi c.8. p.264. & ſeq. & Alteſerra de Ducib9 & Comit. Provinc. d. l.1. c.5.*

2\. *Illorum dignitatem ante Electoralem & Archiducalem introductam proximū ā Regiâ, ut omnib9 notum eſt, ac ideo à Walafrido Strabone de Rebus Eccleſiæ c.31. Metropolitanæ comparatam, & ante ac poſt tempora Caroli M. pro more quodam obſervatum fuiſſe, ut Ducatus ſub ſe duodecim contineret Comitatus, multi contendunt, moti nonnullis ſcriptorum antiquorum locis: Ita enim indicant Annales Regum Francorum ad ann. 748. Pipin9 Taſſilonem in Ducatum reſtituit, domumq; reverſus Grifonem (fratrem) Ducum more 12. Comitatibus donavit,* quod & refert *Regino l.2. Chron. f.22. & Friſingenſ. l.5. Chron. c.20. ac M. Adamus in Hiſtor. Eccleſ. l.1. c.34.* ſcribens *Brunonem Saxoniæ Ducem cum duodecim in ſuo Ducatu exiſtentibus Comitibus Danis occurriſſe, & unà cum iis interfectum eſſe,* quod etiam conciſè narrat

B. *Helmoldus l.1. Chron. Slavor. p.m.23.* & obſervat *Janus Douſa in Annal. Batav. & Holland. l.5. p.218. & Pithæ9 l.1. Adverſ. c.8. Sed hoc aliis diſplicet, tradentibus* illos ſolùm vicarios & quoſdam officiales ſub ſe habuiſſe, de quo etiam legi poſſunt quædam apud *Bignon. ad Form. Marculphi l.1. c.8. & c.35. & Alteſerram de Ducibus & Comitibus Provincial. l.1. c.4. in fine, ubi tradit* numerum Comitum ſub Ducibus contentorum pro arbitrio Principis varium fuiſſe, & Ducatui vix plures tribus vel quatuor Comitatus aſſignatos. *Imò tunc numerum Comitum duplo Duces parùm tranſcendiſſe ex initio legum Alemannicarum conſtat,* quod ita conceptum eſt. *Lex Alemannicarum, quæ temporibus Lotharii Regis cum Principibus ſuis, id eſt, 33 Epiſcopis, 34 Ducibus, 72. Comitibus & reliquo populo cōſtituta eſt.* vide de hoc etiam *Pontan. in Originib. Franc. l.6. c.13.* & Parentem noſtrum de Jure Territ. c.1. n.270. & ſeqq.

3\. *Nonnullos Duces tales temporarios & magiſtratuum*

C. *ſaltem qualitate conſpicuos & Comites conceſſâ poteſtate abuſos eſſe, & ex nuda patientia vel conniventiâ ſocordium quorundam Regum ac Imperatorum Imperii jura & regalia ad ſe paulatim traxiſſe, ac ſibi propria feciſſe,* ut paulò poſt plenius dicetur, & *de Galliâ demonſtrat inſuper Pithæus l.1. Des Memoires des Comtes Hereditaires de Champagne & Brie inter ejus opera p.466. Alteſerra de Ducib9 & Comit. Provincial. Galliæ in Proœmio & l.1. c.5. & l.3. c.15. & ſeqq. ac Haillan de l'Eſtat des Affaires de France l.1. p.109.*

Sed à magnanimis Imperatoribus & Regibus vel dignitate dejectos, vel ad minimum in ordinem redactos eſſe, uti de Duce Gaſconiæ & Duce Aquitaniæ Hunoldo ſub Carolo Martello narrant Hiſtorici, & ex Annal. Rerum a Pipino, Carolo, Ludovico geſtarum ad ann. 769. & Friſingenſi l.5. Chron. c.20. & de Thaſſilone à Carolo M. ob ſuſpectam nimiam potentiam Ducatu exuto refert Eginhardus in hujus vita f.m.6. ac Andr. Presbyt.

D. *Ratisbon. in Chron. Bavariæ p.25. addentes poſtea* provinciam illam non Duci ſed Comitibus commiſſam eſſe. Idem in aliorum Ducum potentiâ minuendâ ab illo peractum eſt, ut de *Forojulienſi Duce Rotgando* refertur in *Annal. Franc. ad ann. 776.* De quo etiam legatur *Lehm. l.2. Chron. Spir. c.16.* ubi latè demonſtrat ſub Imperatoribus Carolinæ familiæ ideo omnes Ducatus, excepto Saxoniæ, abolitos fuiſſe.

Quo verò tempore dignitates Ducū, Principum, Comitum tandem hæreditariæ factæ ſint non adeo liquet.

Nos putamus illud non uno temporis tractu, ſed ſucceſſivè introductum fuiſſe ad exemplum feudorum, quæ ſimili modo hæreditaria facta ſunt, de quibus ſequens progreſſus 1. *Feud.* 1. §. 1. refertur. *Antiquiſſimo tempore ſic erat (feudum) in Dominorum poteſtate connexum, ut quando vellent, poſſent auferre rem in feudū à ſe datam: Poſtea verò eò ventum eſt, ut usq; ad vitam fidelis perduceretur. Sed cū hoc jure ſucceſſionis ad filios*

non pertineret, ſic progreſſum eſt, ut ad filios deveniret, in A. *quem ſcilicet Dominus hoc vellet beneficium confirmare: quod hodie ita ſtabilitum eſt, ut ad omnes æqualiter filios pertineat.* *Quo facit*, quod refert *Regino l.2. ad an.* 940. *Illo anno Utonem Comitem obiiſſe, qui permiſſu Regis quidquid beneficii aut præfecturarum habuit, quaſi hæreditatem inter filios diviſit.*

Primordium quidem talium hæreditariarum dignitatum conceſſiaũ ab aliqvibus Carolo M. adſcribitur ex hoc fundamento, quod is Ludovico Seniori & ejus filiis Carolo & Ludovico Dominis (vel Comitibus) Gleichenſibus tractum regionis in ſuo ſaltu Thuringiaco ad 20 miliaria in longitudine, & decem in latitudine jure hæreditario & ſimul facultatem conceſſerit in territorio illo quærere & fodere aurum, argentumq; ac omnia alia metalla, & ſimul donaverit oppida Glichen & Aſch cum omnibus regalis poſt mortem Sichardi Domini à Gleicho aperta, ſecundum ejus Conſtitutionem à *Gold. Tomo uno Conſtit. f.17.* relatam. B.

Sed an à donatione terræ hujus ad hæredes tranſitoriæ ad Collationem dignitatis hæreditariæ conſequentia firma duci poſſit, valde dubitamus, tales donationes verò ſucceſſivè occaſiones fuiſſe ad dignitates ſimiliter hæreditario jure concedendas & obtinendas lubenter concedimus, & ratione hujus aſſerti lectorem ad *Mylerum in Archelog. Ordin. Imper. c.8. n.3. & ſeqq.* remittimus.

Refert quidem Bœcler. de Rebus Seculi à Chriſto nato IX. & X. ſub Ludovico II. Imperatore p.135. ex Annal. Metenſium ad ann. 867. Roberto Duce N, mortuo ejus filios Odonem & Robertum ideo Ducatum non obtinuiſſe, quoniam adhuc parvuli fuerunt, ſed Hugonem Abbatem à Rege Carolo Calvo ſubſtitutum fuiſſe: & ex *Paulo Petavio in Syntagmate de Nichardo* hunc circa eadem tempora Ducatus vel Comitatus Franciæ maritimæ à patre hæredem fuiſſe.

Sed reſpondet ad prim tunc temporis ad filios, ſi digni C. fuerint, ex Imperatorum & Regum gratiâ non verò jure quodam quæſito Ducatus translatos fuiſſe, ubi legi poteſt; Quod etiam exemplum ex Reginone paulò ante allegatum probat. *Et addit*, in provinciis Gallicis Duces de facto filiis Ducatus tanquam hæreditario jure reliquiſſe. De quo etiam agit *Alteſerra d. l.1. c.5. & l.3. c.15. & ſeqq.*

Illud verò ex hiſtoriis ſatis conſtat ſub Conrado I. & Ottonibus multa exempla occurrere dignitatum hæreditario jure conceſſarum. Ita enim dictus Imperator *Conradus* in conventu Statuum Imperii Moguntiæ anno 917. habito Burchardum Sueviæ & Alemanniæ Comitem primum ejus gentis Ducem creavit, eiq; cõfiſcata Comitum Bertholdi & Erchingeri ob crimen Majeſtatis damnatorum prædia in beneficiũ ſive feudũ tradidit, ut refert *Eckardus Junior de Caſibus S. Galli Monaſter. c.1. f.m.18.* *Otto II.* Imperator Lotharingiæ Ducatum in Carolum Ludovici IV. Galliæ Regis D. fratrẽ an. 979. (non verò an. 997. ut ex mendo ibi legitur) hæreditario jure transtulit, ut refert *Roſier in Stemmate Lotharing. T.IV. f.294. & T.VI. f.389.* Licet alii Conradum Francũ primum hæreditariũ Ducẽ Lotharingiæ conſtituant allegãtes auctoritatẽ *Wittichindi l.2. Annal. ſed* nos ibi nihil reperivimus. Et jam ante ejus pater *Otto I.* in Hermañum Billingum Ducatũ Saxonicũ hæreditario jure contuliſſe creditur, ut in *ſequenti expl.2. ſub illo Ducatu* añotavim9, quanquã etiã, ut ibidẽ retulim9, alii ad Arnulphum Imperatorẽ referant, de quo legi poteſt *Myler. in d. Archol. c 9. & 10. per totum & Lehm. in Chron. Spir. l.4. c.1.* *Noſtrum judicium d. expl. 2. ſub iſto Ducatu retulimus*, ex quo conjicere licet, in dictâ Saxoniâ primò omnium Ducatum hæreditarium ex Imperatorum potius conniventiâ quàm expreſsâ conſtitutione, nec non Ducum potentiâ factum eſſe.

II. Occurrunt vero in Imperio noſtro triplices Ducatus, Antiquioris, Mediæ & Recentioris temporis.

Inter antiquiores & jam ſub Carolo M. ejusq; poſteris potentes Ducatus referendi ſunt, *Bavaricus, Saxonicus, Suevicus, Francicus & Lotharingicus.* Qui enim hos tenuerunt, pro maximè potentibus jam tunc habiti ſunt, ut conſtat ex *Luitpr.* qui *l.2. Hiſtor. c.7.* ſub Conrado I. Imperatore ita ſcribit: *Sub illo potentiſſimi Principes, Arnoldus in Bojariâ, Burchardus in Sueviâ, Everhardus Comes potentiſſimus in Franciâ, Giſelbert9 Dux in Lotharingiâ erat. Quos inter Henricus Saxonũ & Thuringiæ Dux præpotens clarebat.* Quæ etiã iisdẽ verbis narrat *Urſperg. in Chron. ad an. 913. f.m.144.*

Similiter in conventu Principum Wormatienſi an. 1076. cõntra Henricum V. Imperatorem inſtituto illi, primarii habiti ſunt narrante *Schafnab. de Rebus Germ. ad illum annum.* Ideoq; ex iis officiales Imperii antiquo tempore conſtituti ſunt. Ita enim de coronatione Ottonis I. *Wittichindus l.2. Annal. in pr.* *Lothariorum Dux Giſelbertus omnia procurabat, Eberhardus menſæ præerat, Hermannus Francæ Pincernis, Arnoldus (ſcil. de Bojariâ) equeſtri ordini locanduq; caſtris præerat.* Et de ejus convivio in celebratione Paſchatos Quedlinburgi inſtituto *Ditmarus l.4. Chron. Martiup. p.36.* *Quatuor miniſtrabant Duces, Henricus (Bavarus) ad menſam. Conradus (Francus) ad Camerã, Hezilo (quem Palatinum fuiſſe dicunt) ad Cellariũ, Bernardus (Saxo) equis præfuit.* Quare etiam in primo tornamento ab Imperatore Henrico I. ſecundum *Modium in Pandect. Triumph. T.2. l.1. f.5. & 19.* Comes Palatinus Rheni (Conradus) Dux Bavariæ (Berchtoldus) Dux Sueviæ (Hermannus) & Dux Franconiæ (Conradus) ux *d f.5.* refertur, tanquam rei militaris peritiſſimi & ſimul Imperii primores vel quatuor viri (nam Henricus Imperator ipſe Dux Saxoniæ ſimul erat) jus ſupremum tunc & in poſterum in ludos equeſtres ordinandos obtinuerunt. *Quibus addendus Burgundicus, Bohemicus & Thuringicus.*

Ducatus Bavaricus.

Et quidem Bavaricus, ut jam ante dixim9, ab antiquo celebris & *à Bojis* ſub Sigoveſo è Galliâ in ſylvam Hercinià migrantibus & poſtea è Bojchæmo ſeu Bohemiâ, cui nomẽ dederũt, ejectis & inde in Nariſcos, ac poſtea Vindelicum & Noricum ſe conferentibus, ita dictus, ut poſt alios tradit *Brunn. in Annal. Bojorum T.1. l.1. p. 10. & 23. l.3. p.396. & l.4. p.510.* de quo tamen etiam legi poteſt *Cluver. in Vindeliciâ & Norico c.3. & Pelitus de Illorum Origine, rebus geſtis & præſtantiâ Bavariæ*, ante & ſub tempora Caroli M. primo Reges poſtea Duces habuit, & quidem omiſſis antiquioribus à *Lazio l.7. de Migr. Gent. f.m.336. & ſeq.* relatis, uti ex imperfectâ ej9 temporis hiſtoriâ conſarcinari potuerunt, ſequentes.

Taſſilo, cui ob rebellionem dejecto ſubſtitutus fuit à Carolo M. Dux *Naaman*, referente *Andr. Presbyt. in Chron. Bavar. p.27. ab aliis v. ejus filius Pipinus.*

A Ludovico Pio Bojis Rex datus primò filius Lotharius, poſtea Ludovicus Germanicus Norica & Germaniæ Rex Avent. l.4. f.m.223. & 228. item quoad poſteriorem *Andr. Presbyt. ſeq. p.30.*

Huic ſucceſſit ex Patris voluntate *Carolomannus* qui ultimus Rex fuit ſecundũ *Presb. d.l. & Avent. f.m.261.*

Illo mortuo ejus frater Ludovicus Bojoariã ſibi ſubjecit, & excluſum fratris filiũ Arnulphum Ducem Carinthiæ fecit ſecundũ *Presb. p.31. & Avent. 267. & ſeqq. itẽ 271.*

Illi ſucceſſit Arnolphus dicti Arnolphi filius ex diviſione fraternâ, ut refert *Idem Presbyt. p.33.* quem tamen filium Luitpoldi agnati facit Avent. d.l.4. f.290. à Conrado Imperatore expulſus, ab Henrico verò Aucupe Imperatore in gratiam receptus & reſtitutus ſecundum *Presbyt. p.34. & ſeq. & Aventin. f.292. & ſeq.* ſed hic ſub Ottone I. iterum rebellavit, ut *Witich. l.3. Ann. f.m.28* legitur.

Arno-

Arnolphi mortui primogenitus Eberhardus, (quem *Lazius f.*252. Henrici Aucupis fratrem vocat) abſque Imperatoris novi Ottonis I. ſcitu & conſenſu Bavariæ Ducatum occupavit, ſed ab hoc captus & in Sueviam relegatus, illique frater patris vel patruus Berchtoldus ſuffectus eſt, ut refert *Aven. ſeq. f.*294. *&* 296.

Poſt hunc Otto I. Imperator fratrem ſuum Henricũ, qui dicti Arnolphi filiã Judithã in matrimonio habuit, an. 948. Ducem Bavariæ conſtituit, ut narrat *Aven. l. 5. f. m.* 301 diſſentientem tamen habens *Presbyt. p.* 33.

Illi anno 955. *mortuo filius ejusdem nominis ſucceſſit Avent. ſeq. f.*304. ſed ob rebellionem adverſus Ottonẽ II. Imperatorem motam proſcriptus fuit; de quo legi poteſt *Ditmar. in Chron. Merſepurg. l.* 3. *ante fin. Huic dictus Imperator ſuffecit Ottonem Ducem Sueviæ.* Ille verò an. 982 & Imperator ſequẽti deceſſit. Quo facto Henricus Ducatũ recuperavit & an. 995. mortuus eſt.

Poſtea Otto Luitolfi filius Ottonis I. nepos Bojoariam ſex annos rexit, & *Otto III. Imperator* anno 1002. mortuus eſt. B

Ejus ſucceſſor Henricus II. Claudus & Sanctus dict9 Bavariæ Ducem præfecit *Henricum, Hezelonem dictũ*, conjugis ſuæ Chunegundæ fratrem, ſed hic poſtea Imperatori rebellans Ducatu illo quidem cautus ſed brevi poſt in illum reſtitutus fuit, ut memorat *Ditmar. l.* 6. *f. m.* 69. *& ſeq. l.* 7. *Chron. Merſepurg. f.* 102. *& Aventin. d. l.* 5. *f. m.* 311. *& ſeq.* anno 1026. mortuus *ibidem f.* 313.

Et Conradus II. Imperator ſubſtituit filiũ ſuũ Henricũ poſtea Imperatorẽ factũ & III. vocatũ *Ibid. & fol.* 319.

Henricus hic Henricum Diva Chunigunda Auguſta ex fratre Nepotem ſuum in Bavariâ Vicarium vel Legatum fecit *Id. f.* 318. *&* 331.

Illi abſq; liberis mortuo ab Eodem Imperatore Chuno vel Conradus ſuffectus fuit ſecundum Euad. f. 325. *& ſeq.* Ex quâ verò *familia ille fuerit annotatum non eſt. Hic* ob multa gravia delicta in conventu Imperii Ducali vel vicariâ dignitate privatur, & ille poſtea ab Imperatore C. filio ſuo Henrico confertur *Idẽ f.* 329. *&* 331. Hoc adhuc impubere ab ejus matre *Ducatus ille Ottoni Saxoni regendus conceditur Idem f.* 333. hoc verò ob rebellionem proſcripto Ducatus ille *Welphoni Lycatio ſive Suevo* cognato in tutelam commiſſus, ſed hic ob crimen Majeſtatis proſcriptus, & tandem reſtitutus fuit *f.* 342. *& ſeq. f.* 354. *& L.* 6. *f.* 373. *ac* 362.

Poſt ejus obitum Welpho II. & Henricus illius filii Ducatũ ex cõceſſione Imperatoris Henrici IV. *obtinuêre*, & illo mortuo hic adhuc ſex annos illum adminiſtravit. *Atq; filius Henricus IX. Superbus dictus ſucceſſit. Id. d. f.* 373. *&* 379. Sed cum ſe electioni Imperatoris Conradi Franci opponeret, ex Statuum decreto anno 1139. *proſcriptus & in exilio mortuus eſt Id. f.* 385.

Poſtea Bojis à Conrado Imperatore Frater Luitpold9 præpoſitus, ſed ſeq. anno 1141. mortuus, illique ab Imperatore *Henricus Auſtriacus illius frater* ſuffectus & D. Henricus X. appellatus eſt *Id. f.* 385.

Et cum paulò poſt Henrici Superbi filius Henricus, Leo dictus, ab Imperatore Friderico I. paternum Ducatum, Bavariam ſcilicet, repeteret, controverſia illa in Comitiis Ratiſbonenſibus ab Imperatore & Statibus ita deciſa eſt, ut Ducatus ille in duos divideretur, & Ducatus Auſtriæ novus Henrico X. *Bavariæ verò ita ſpecie ſic dicta*, Henrico Leoni attribueretur; *Id. f. m.* 389. *& Andr. Presbyt. in d. Chron. p.* 60. *&* 61. *ubi etiam diploma erectum in Ducatum Auſtriæ refert. Henricus hic poſtea Imperatori in Italia rebellat*, & in Germaniâ in Comitiis Imperii anno 1180. Gemundæ habitis *proſcribitur*, ad Comitia Ratiſponenſia vocatur, emanensque Majeſtatis læſæ condemnatur, ac *utroq; Ducatu privatur, ac Bavaricus quidem Ottoni Wittelsbach, Saxonicus autem Bernardo de Anhalt, filio Alberti traditur. Idem f.* 396. *& ſeqq. De quibus omnibus etiam legi poteſt Trithem. in Chronico Ducum Bavariæ exſtante in ejus* A. *Oper. Hiſtor. p.* 1. *f.* 100. *& ſeqq. & Lazius de Migrat. Gent. l.* 2. *latiſſimè & in ſpecie f.* 251. *& multis ſeq. agit*, uti etiam *Welſerus in Annal. Boicis & Pareus in Hiſtor. Palatinâ in pr.* latè legi poteſt.

Et ab hoc demum Ottone ex antiquâ Schirorum in Bavariâ gente nato, ut legi poteſt apud Avẽtin. l. 7. *in pr. omnes poſteriores ſive hodierni Bavariæ Duces ortum habent, ut etiam refert Hundius* in dem Bayriſchen Stam̃buch. *P.* 1. *f.* 135. *ubi in præcedentibus foliis ejus majores recenſet.*

De illis ſequentia pauca notanda:

1. *Ottonem illum Wittelſpachium* ab oppido ſuperioris Bavariæ, in quo natus, ita dictum, *fuiſſe Præfectum Prætorio ſive Comitem Palatinum in Bavaria &* Signiferum Friderici I. Imperatoris, ut ex *Aventino d. l. cognoſcitur, filiumq; habuiſſe Ludovicum Bavariæ Ducem Andr. Presbyt. in dict. Chron. p.* 66.

2. *Ludovicum hunc à Friderico II. Imperatore anno* 1215. *Ducatum, vel Comitatum Palatinum Rheni in fidẽ accepiſſe & filio ſuo Ottoni Bavariæ Duci matrimonio junxiſſe Agnetem filiam Henrici Comitis Palatini Rheni & Ducis Brunovicenſis abſq; filiis maſculis mortui*, ut narrat *Avent. l.* 7. *f.* 406. *&* 409. *atq; ita Bavariæ Ducatũ cum Comitatu illo conſentiente Imperatore unitum fuiſſe, de quo tamẽ lege Freher. p.* 1. *de Origin. Palatin. c.* 2. *circa fin. & quæ nos ſeq. tb.* 9. *in expl. ſub n.* 2. *conſignavimus.*

3. *Ottonis illius filium natu maximum Ludovicum II. Severum*, ob uxorem ſuam Mariam Duciſſam Brabantiæ, propter ſuſpicionem amoris cum Henrico Ruchone Decurione Equeſtri cõmunicati, ad mortẽ damnatam, *dictum* (de quo *Avẽt. d. l.* 7. *f. m.* 429. *& Andr. Presbyt. in d. Chron. p.* 66. legi poteſt) *duos habuiſſe filios Rudolphum I. Electorem Palatinum Rheni & Bavariæ Ducem, ac Ludovicum Imperatorem factum & Quartum dictum;*

Cum ergò ille familiam Palatinam & hic Bavaricam propagaſſet, controverſiam inde poſtea ortam eſſe, ad quẽ Electoratus & Archidapiferia dignitas pertineret, & utramq; defenſores ſuos acerrimos inprimis Gevveldum de S. R. J. Septemviratu c. 10. *Bavari Domini ſui, ac Freherum contrarias pro Domino ſuo Comite Palatino in Origin. Palat. p.* 1. *c.* 15. *& in Epiſt. Reſponſoriâ de illa materia ſcripta partes ſuſcipientes inveniſſe, ut apud Limn. l.* 3. *c.* 9. *à pr. usq; ad n.* 12. ubi utriusq; fundamenta congeſſit, legi poteſt. *Sed abſq; dubio pro Palatino, utpote à primogenito deſcẽdente & in longiſſimâ poſſeſſione cõſtituto, ac Caroli IV. clarâ diſpoſitione ex obſervantiâ deſumtâ Aurea Bullæ c.* 7. §. 2. *& c.* 22. *munita juſtitia cauſa ſtetit.*

4. *Hanc controverſiam poſtea proſcripto Electore Palatino ac in ejus locum Bavaro ſuffecto, ac tandem hoc per Inſtrum. Pac. art.* 4. §. *& primo cum ſeqq. confirmato, illo verò per inſtitutum novum & quidem octavum Electoratum reſtituto evanuiſſe, ut actum eſt.*

5. *Bavariæ Duces in Comitiis Imperii univerſalibus in ſeculari ſcamno à longo tempore primum obtinere locum, quã tamen illis à Comitibus Palatinis & Ducibus Saxoniæ per continuas proteſtationes dubius redditur; & habere hodie duo ſuffragia, unum ratione Ducatus Bavariæ* ipſiusmet, *alterum ratione acquiſiti Landgraviatus Leuchtenbergici, ut præc. P.* 2. *ſect.* 2. *c.* 9. *th.* 27. *expl.* 1. *in Schemate ſub ſigno* ☽. *deduximus.*

6. *Illos hunc Landgraviatum poſtquam ultimus Landgravius Maximilianus Adamus anno* 1646. *abſq; heredibus mortuus eſſet, referente Zeillero* von den zehen Creyſſen *tit.* 4. *Sect.* 13. *p.* 222. *nunc poſſidere & idcò R. J. de anno* 1654. *ſubſcripſiſſe viduam Maximiliani Electoris & Ducis, cum tutricem junioris filii.*

Tranſlatus eſt autem ille Landgraviatus primò poſt mortem dicti Landgravii, ad Albertum Bavariæ Ducẽ Electoris Maximiliani demortui fratrem *jure matrimonii cum Mechtilde Georgii Ludovici Landgravii fi-*

ſtâ contractâ: Cum enim dicti Landgravii nepos præfatus Maximilianus Adamus absque hæredibus mortuus eſſet, *Landgraviatus ille* ad illum ejusque hæredes pervenit conſentiente procul dubio Cæſare *& ab illo poſtea*, cum ejus filii clerici eſſent, Fratri Electori venditus & ab hoc per teſtamentum in filium Maximilianum Philippũ translatus eſt, ut partim ex dictâ ſubſcriptione Receſſus Imperii liquet. De quo etiam legi poteſt *Sprenger. in Inſtit. Juris publ. l.3. c.14.*

De familiâ dictorum Landgraviorum legi poteſt poſt Bruſch. de Laureaco veteri ſub Ottone Epiſcopo, Henning. in Theatro Geneal. ſub Quartâ Monarchiâ parte priore f.347. & ſeqq. & Lazium de Migrat. Gent. l.7. f.299. & ſeqq. Hundium in dem Bayriſchen Stam̃baum *P.2. impr. f.2.* ubi ſimul narrat originem illius incertam eſſe, *& f. ſeq.* Imperatoris Friderici II. diploma refert de *anno 1237. ubi jam Landgravii dicti.*

Ducatus Saxonicus.

Quo ad Ducatum Saxonicum notandum

I. Originem & etymon Saxonum propter veterum Germanorum ruditatem & Scriptorum oſcitantiam incerto talo ſtare.

Nam licet 1. in veteribus Georg. Turon. l.4. Hiſt. c.46. Witteckindus l.1. Ann. Saxon. poſt pr. & Godofr. Viterbienſ. in Chron. P.15. ſub Hiſtor. Gent. Saxon. & ex recentioribus Pontanus l.2. Orig. Francic. c.2. p.95. Meibom. ad d.l.1. Witich. f.44. & Hornius in Arcâ Noap. 190. Illos ab antiquâ voce Sachs/ quæ gladiolum vel cultrum magnum, quo illi in bellis & inprimis contra hoſtes ſuos Thuringos, illorumque Regem Ermifridum uſi eſſe dicuntur, denotat, derivent, & ideo in antiquis illorum ſcutis talea gladios decuſſatos reperiri tradant, *nec inſolitum ſit*, ut nationes quædam ab armis ſuis denominatæ ſint, ſicuti *Longobardi* à longis haſtis von langen Parden *Galli Glaſſa* in Hiberniâ à bipennib9, & *Scythæ* à ſagittandi peritiâ Hornio d.l. dicti creduntur, quamvis primos, nempe Longobardos, potius à longis barbis *Paul. Diac. l.1. Hiſt. Longob. c.9. & Grot. in Prolegom. ad Hiſtor. Gothicam p.m.28.* derivet, *à Rhetio in Diſſ. de Statuis Roland. c.1.* §.49. ideo impugnati, *Newwaldus verò in Comm. de Antiq. Weſtphal. Colon. c.12.* utroque etymo rejecto ab antiquâ ſede, quæ ipſi ad mediæ Albis litora, in loco, in quo Archiepiſcopatus Magdeburgicus, & Epiſcopatus Halberſtadienſis poſtea fundatus ac Lunæburgica ditio, ſimulq; tractus ille longus ab ubertate inſigni die Börde oder lange Börde ſitus eſt, ita dictos eſſe cenſeat.

2. *Becanus in Francicis l.3. f.m.64. Albin. in Chron. Miſnenſium Appendice f.394. & ſeq. Reinecc. de Orig. Saxon. p.8. & ſeq. Ciſner. in Præf. ad Cranz. Saxoniam & alii quàm plurimi illos à Sacis*, Scythiæ Aſiaticæ populis, in Germaniam ſimul migrantibus, ortos & nomen ſortitos eſſe contendant.

3. *Cranzius in Præfat. ad d. Saxoniam ex Taciti judicio in German. c.2. & 4.* de omnibus Germanis lato illos indigenas ſtatuat, & antiquitùs ſub gente & nomine Cattorum latitaſſe opinetur.

4. *Capnio in Epiſtolâ ad Fridericum Saxoniæ Ducem citâtô Irenico in Exegeſi Germ. l.12. lit. S. f.417.* dicat illos cum Thuringis originem habere à Cimmericis, nunc Cimbris, olim juxta Thraciam habitantibus & inde ad Pontũ Axenũ conſidentibus, *ac Axenos* dictos, poſtea verò verbum illud à Gallis in Saxones mutatum fuiſſe,

& 5. omiſſis aliis opinionibus Cluverius in Germ. Antiquâ l.3. c.21. illos quidem cum Tacito dd. ll. pro indigenis etiam habeat, ſed cum Foſis ab Eod. ſeq.36. memoratis eosdem faciat ob ſequentes non contemnẽdas rationes, quia 1. ubi Tacitus ſolus horum mentionem facit, Saxones verò plane omittit, & contra *Ptolemæus l. 2. Geogr. c.11. ſive Tab.4.* qui eodem in ſeculo, nempe ſub M. Aurelio ſecundum *Suidam*, vel Trajano & Adria-

A. no ſecundum alios ſcripſit, horum aliquoties, illorum autem nullam mentionem facit: *Credibile verò non eſt, Tacitum* exactiſſimâ Germaniæ cognitione præditum, ignotam gentem ſub tàm celebri elogio & certis terminis retuliſſe, vel illam jam Ptolomæi tempore planè extinctam, & vice verſâ Saxonicam Taciti tempore nondum exiſtentem ſub Ptolomæo jam enatam & tàm celebrem factam eſſe. 2. *Tacitus* ſuos Foſos cum Ptolomæi Saxonibus iisdem finibus & terminis includit, ut ille ibidem clariſſimè demonſtrat, *ideo putans* à deſcriptoribus illam vocem corruptam eſſe, quod etiam *Kirchmaier in Not. ad d. c.36.* ſentit, de corruptione illâ noſtro quidem judicio exactius judicans, putando, *pro dicto verbo Foſi ſcribendum fuiſſe Saſi*, & hoc verbum cum verbo Saxones idem denotaſſe.

Unicuiq; tamen harum opinionum non levia obſtant, & prima quidem, quod Saxonum nomen diu ante, & quidem antiquiora tempora tanquam magis incerta omittendo, jam ſub Ptolomæo memorato modo & loco notum fuerit, ut taceamus, illos quoque *à D. Hiero-*
B. *nymo in vitâ Hilarionis, à Zoſimo l.3.* ſub Imperatore Juliano & ejus ad Rhenum geſtis, *à Marcellino l.36. p.m.315. l.27. p.m.346. l.28. p.m.367 375. & ſeq. ac l.30. p.m.429.* ſub Imperatore Valentiniano, *& Eutropio l.9.* ſub Diocletiano Imperatore & aliis memorari.

Si itaq; à dicto verbo Sachs cognominati eſſent, deducendum foret, illos etiam antiquioribus illis temporib9 talibus gladiolis uſos & jam tunc inde ita dictos fuiſſe, *quod ſicuti* probatu, ut putamus, perdifficile, *ita potius* ſtatuendum eſt, gladiolos illos à Saxonibus ita denominatos eſſe, *ſicut à Gallis Gaſatis illorũ haſta geſa ſecundum Servium ad l.7. Æneid. v.664. & à Francis* illorum bipennes & ſpathæ *Franciſca* dictæ ſunt referente *Flodoardo l.1. Hiſtor. Remenſis c.13. Georg. Turon. l.2. Hiſt. Franc. c.27. & Aimoino l.1. de Geſt. Franc. c.12. Pontanus quidem d. c.2. ex Tacito Germ. c.48.* affert, Rugios & Lemovicos prope Oceanũ habitantes breves gladios geſtaſſe & inde præſumit, illos Albi flumini
C. paulatim appropinquantes & ibi pedem figentes à novo illo telo nomen novũ Saxonibus indidiſſe: *Sed ipſe* ex Plutarcho addit, Cimbros contra iisdem conterminos oblongos & grandes geſtaſſe gladios. *Et poſito priori*, dubium tamen remanet, an gladii illi tunc Sachs dicti ſint, & inde Saxones nomen obtinuerint, quod quidem *Witickindus d.l.* ſub Veſpaſiano jam factum memorat, ſed quia id ex aliorum narratione facit, & demum ſub Ottone I. Imperatore ſcripſit, fides penes lectorem ſit.

Secunda verò à Cranz. d.l. & tertia à Ciſnero d.l. multa nõ exigui põderis opponuntur, ut ibi legi poteſt, *quibus Nos addimus*, etiam approbatis illis opinionibus nihilominus tamen etymon in dubio permanere:

Quod etiam circa quartam & quintam deſideramus, quamvis hæ valde probabiles ſint.

2. *Ducatum illum olim ampliſſimum, & utramq; Sa-*
D. *xoniam cum Holſatiâ, Angriâ, Weſtphaliâ, Haſſiâ & aliis vicinis provinciis in ſe continentem* olim non à Rege quodam, ut de Wittikindo com̃uniter Scriptores tradunt (quanquam *Reinecc. d. tr. p.26. & ſeq.* illud defendat, eiq; quodam̃odo aſſentiatur *Parens noſter de Jure Territorii c.1. n.806. & ſeqq.* tradens illum modò Regẽ, modò magnum Ducem, modò Ducem ſimpliciter ab antiquis Scriptoribus appellari) ſed tribus Principibus ratione trium ſeparatorum populorum, Orientalium ſcilicet, vel Oſtphalorum, Angariorum & Weſtphalorum gubernatum fuiſſe, ut refert *Witikindus Monachus l.1. Annal. f.m.7. & Beda.*

Ubi notandum, Ducatum hunc, ſicuti in aliis factũ, ab initio à Carolo M. ac ſucceſſoribus quibusdã nulli collatum, ſed per tempus aliquod ad populum infrenẽ ſub religionis clypeo in fide continendum Epiſcopis diverſis in illo conſtitutis regendum traditum fuiſſe,

ut

ut poſt alios conſignavit *Cranz. in Saxoniâ l.2. c.23.25. & 29.* quod tamẽ aliis, ut paulò pòſt diximus, diſplicet. *Tandem verò Imperatoris Arnolphi tempore in Brunone & ejus fratre Ottone* Imperatoris Henrici I. patre Principum Saxoniæ auctoritatem & potentiam creviſſe, ſiquidem jam illorum pater *Luitoldus vel Ludolphus*, & poſt ejus mortem dictus *Bruno* natu maximus, hocque defuncto ejus frater *Otto*, qui ideo à *Wittichindo l.1. Ann. f.m.3. magnus Saxoniæ Dux Reginone continuo l.2. Chronic. ad an. 911. Dux Saxonum & Luitprando in Hiſtor. l.2. c.7.* Dux Saxoniæ & Thuringiæ præpotens vocatur, totius Saxoniæ Ducatum adminiſtravit, illorumque *ſoror Luitgardis* Ludovici IV. Imper. uxor fuit, *Ottonis verò hujus filius Henricus*, qui poſtea Imperator factus eſt, *primus in Saxoniâ cum liberâ poteſtate gubernavit, ut poſt Wittichind. d.f.7.* refert *Urſperg. ſub annis Conradi I. Imperatoris, Tit. de Origine Saxonum, ante fin. & à Wittichindo d.f.8.* additur, quod totius Saxoniæ ducatum obtinuerit poſt mortem patris.

Quare etiam nonnulli ad iſta tempora originem Ducis in Saxoniâ referunt, ut apud *Reineec. in d. Comment. p.33. & Meibom. in Demonſtratione Saxonum ante Hermannum Billingium ſuos habuiſſe Duces* legi poteſt.

Adamus Bremenſis tamen *l.2. Hiſtor. c.4. & Helmoldus in Chron. Slavorum l.1. c.10. n.1. dictum Hermannũ primum* in Saxoniâ Ducem *Vicarium* ab Ottone Magno cõſtitutum fuiſſe diſertis narrat verbis, cum antea Cæſares ipſimet illius Duces fuiſſent.

Ut ita forte Ottonis illius tempore Hermannus ipſemet Vicarius generalis, Succeſſores verò ejus ſpeciales Vicarii conſtituti fuerint, vero & directo imperio nihilominus apud Ottonem ipſum & ſucceſſores, tanquam Duces hereditarios manente, cum certum ſit Ottonem I. II. & III. ut etiam Henricum II. Imperatores ſe ſimul Duces hereditarios & quidem Saxoniæ Univerſæ nominaſſe, & ſcripſiſſe. Et Billingi poſteros potiſſimum eam Saxoniæ partem, quæ Lunæburgenſis Ducatus poſtea vocata, poſſediſſe, de quo legi poteſt Reineec. de Billingorũ Familia.

Multi tamen eruditi & inter illos Reineec. & Meibomius dd. ll. & Auctores der Braunſchweigiſchẽ Hiſtoriſchen Händel *parte 3. f.1433. & ſeqq. demonſtrant à Caroli M. temporibus Duces & primum illorũ Wittekindum in Saxoniâ fuiſſe, quod forte de latè ſic dictis vel adminiſtratoribus intelligendum eſt: Sed Otto M. abſq; dubio dictum Hermannum primum univerſalem in Saxoniâ Vicarium ſuum plenè conſtituit, licet hujus Succeſſores poſtea ſaltem particulares vicarii & ſucceſſive Duces facti fuerint, ut jam diximus, aliorum melius ſentientium judicio libenter ceſſuri.*

Familiâ illâ in quartâ generatione, nempe Magni Billingi abnepote ſine filiis mortuo, exſtinctâ Henricus IV. Imperator Lothario vel Ludero Comiti Supplenburgico Ducatum illum anno 1106. contulit, ut tradit Helmoldus l.1. c.38. vel alias 36.

Cum verò Lotharius hic poſt mortem Henrici V. Imperatoris anno 1126. vel ſecundum alios 1125, ut videri poteſt apud Helmold. c.41. vel 43. & ibi Bangertum in notis lit. a. in Imperatorem eligeretur, illo anno 1136. Genero ſuo Henrico, cognomine ſuperbo, Bavariæ Duci Ducatum Saxoniæ conceſſit ſecundum eundem c.54. vel ſeq. Illiq; poſtea Albertus Marchio Brandenburgenſis, Ottonis Comitis de Ballenſtede filius, Urſus dictus, litem de Ducatu iſto movit ex eo, quia non minùs quam Henricus Magni ex alterâ filiâ Eilicko nepos eſſet, & inſuper injuſtum cenſeret, unum Principem duos Ducatus poſſidere, quod etiam Conrado II. Imperatori ita placuit, & Alberto anſam dedit Ducatum, quoad Occidentalem partem occupandi, quà ex re grave deinde inteſtinum bellum inter hunc & Henricum Leonem illius filium & heredem ortum eſt, Leone hoc nihilominus Ducatum retinente, cum dictus Imperator Alberto vacuum Mar-

A. *chionatum Brandenburgicum contuliſſet, ut legi poteſt apud eundem d.c.35. & 54. ubi & 56. ac ſeqq. & Cranz. in Saxon. l.6. c.7. & ſeq.*

Eodem Leone poſtea ab Imperatore Friderico I. ob nimiam contumaciam anno 1179. proſcripto, ab illo Ducatus in Bernhardum Alberti filium translatus eſt, referente inter alios eodem l.2. c.24. alìis 29. Aventin. l.6. f. 397. Cranz. d.l.6. c.38.

Verum non totum accepit, quia Henricus patrimoniale territorium ſuum, in quo urbs Brunovicenſis ſita fuit, retinuit, & poſt triennium ab exilio reverſus quidẽ poſſedit, ut Arnoldus Abbas in Chron. Slavor. l.3. c.12. & Cranz. c.44. & 49. narrãt. Sed integrum Ducatum Saxonicum ab Imperatore repetiit, ideò cum Bernhardo ſemper contendens, quare Imperator in Palæſtinam iturus ad pacem in Imperio firmandam Henricum & Bernhardum Goslariam ad ſe vocavit, & illi trium optionem dedit, ut aut parte aliquâ priſtini honoris reſtituta contentus eſſet, aut ſecum in Palæſtinam iret, aut iterum per B. *triennium cum filio æquivoco exularet, ſed poſtremum ille elegit, referente eodem Abbate c.28. & paulò aliter Cranz. l.7. c.1. Non autem quievit, ſed abſente Cæſare bellũ iterum in Saxoniâ ac Holſatiâ movit, ideò ab Henrico VI. Rege bello petitus, & poſtea certis conditionibus in gratiam receptus eſt. Sed illas non implevit, unde res iterum ad bellum venit, & tandem Henrico filio cognomine Comitatum Palatinum ex beneficio Imperatoris obtinente pax in Saxoniâ reſtaurata eſt, Arnold. ſeq. l.4. c. 20. & Cranz. d. l.7. c.6.*

Mortuo Henrico Leone, ejus filii Henricus (qui ut jam dictum Comes Palatinus fuit) *Otto & Wilhelmus Principes Brunovicenſes appellati*, ut etiam paucis narrat *Aventin. l.6. f.397.*

Et hi poſtea ita diviſerunt paternam ditionem, ut Henrico obveniret Stadium & Brema cum pertinentiis, *Ottoni* Brunſuicum & *Wilhelmo* Lunæburgum cum C. terris ſuis, *ac primis duobus fratribus ſine maſculis heredibus deſcendentibus Otto, poſtremi, nempe Wilhelmi filius Brunſvviga & Lunæburga cum terris ſuis fact9 poſſeſſor à Friderico II. Imperatore titulũ Ducis Brunſvicenſis primus obtinuit. Albertus verò Anhaltinus titulũ Ducis Saxoniæ retinuit, ut refert Cranz. d.l.7. c.40. & l.8. c.1. & 7. aliter tamen hanc diviſionem narrat Herm. Kernerus in Chron. ad ann. 1197.*

Sed de Ducibus Brunovicenſibus & Lunæburgenſibus ſub ſequenti II. Claſſe dicetur.

Cum ergò, ut dictum, totus Saxoniæ Ducatus in Bernhardum Anhaltinum translatus non eſſet, & Henrici Leonis filii potiſſimam ejus partem partim retinerẽt, partim reciperent, Bernhardus ille ditionibus ad Albim ſibi ab Imperatoribus conceſſis contentus, ſedem Wittenberga, circa annum 1200. *ubi poſtea* Electores Saxonici illius domus conſtans ſuum domicilium usq; ad Albertum III. poſtremum illius lineæ Ducem & Electorem D anno 1422. abſque filiis mortuum, *habuerunt, Illius nepos verò Johannes I. diviſione cum fratre Alberto II. inſtitutâ in Saxoniâ Inferiori Lauenburgi, ubi poſteritas ejus adhuc reperitur, illam fixit. Alberto enim illo extincto Imperator Sigismundus, præterito Erico IV. alias V. Duce Saxonico Lauenburgico Alberti Agnato & legitimo Succeſſore, ut ſeq. d. claſſ. 3. ſub his Ducibus probatum eſt, anno ſequẽti Presburgi Friderico Bellicoſo Marchioni Miſniæ Ducatum & Electoratum illum contulit, & ſub ſequenti anno 1425.* ſecundas *literas inveſtituræ exhibuit, ut legi poteſt apud Hortled. d. Cauſ. Belli Germ. l.4. c.9 f.236.* & infra à nobis *d. Claſſe 3.* demonſtratum eſt. *Et ita in hâc familiâ novus Ducatus exortus, cum dignitate Electorali hucusq; permanſit, ut ſub claſſe Ducum tertii temporis paulò poſt plenius dictum eſt.*

Ducatus Suevicus.

Circa Ducatum Suevicum, qui & Alemannicus dictus, & ejus Duces obſervanda ſequentia.

I. Inter antiquiores & quidem ſub Imperatore Carolo M. exſtitiſſe Hildebrandum Ducem Suevorum referente Aventino l.3. Ann. Bojer. f.180. & ſub Ludovico Germaniæ Rege reperiri Wigbardum & Rupertum fratres, qui à Nauclero Vol.2. Gener.29. in f. vocantur Cōſanguinei Reges & Caroli M. nepotes & Sueviæ Duces; ſed ſimiliter, ut præcedentes, non hæreditarii, ſed vices pro Rege vel Imperatore ſaltem gerentes, quâ de causâ etiam in literis fundationis Monaſterii Lucernenſis apud Stumpf. in der Schweitzer Chronick *l.2.c.6. prior vocatur Dux militum Regis Ludovici.*

Eodem ſub Imperatore occurrere etiam Vicarios Sueviæ Duces Dietlandum & Hulderichum apud Mutium in Chron. Germ. l.11. f.m.85. Hinc Ekkehardus Junior de Caſibus Monaſt. S. Galli c.1. f.m.15. apud Goldaſt. ſub Script. Rer. Aleman. Tomo 1. ſcribit ſub Ludovico Arnolphi filio Sueviam nondum in Ducatum erectam, & paulo poſt f.18. refert Burchardum à Conrado I. Imperatore Ducem primum creatum eſſe. meminit ejus etiam Luitpr. in Hiſtor. l.2.c.7.

Sub Ottone M. ſubſtitutum Ducem reperiri non tamen hæreditarium Hermannum eiq; mortuo ſubſtitutum Luitholphum Imperatoris hujus filium anno 948. qui Hermanni viduam duxit, ac Burchardum Burchardi filium & Hermanni privignum anno 957. nec non *Ottonem Luitholphi filium anno 973.*

Sub Ottone II. Conradum Ottonis dicti Succeſſorem anno 982. vel ſeq.

Sub Ottone III. Hermannum II. illius ſubſtitutū 997.

Sub Henrico II. 1004. Hermannum III. illius filium, & Erneſtum Auſtrium in venatione 1015. ab Alberone Comite occiſum, ac Conradum.

Sub Imperatore Conrado Erneſtum Erneſti prædicti filium, cui in rebellione Principum anno 1030. occiſo frater Hermannus ſuffectus eſt.

Sub Henrico III. anno 1045. Ottonem Comitem Palatinum & ei mortuo ſuffectum Ottonem de Suuinfurto Marchionem 1048.

Sub Henrico IV. anno 1058. Rudolphum filium Cunonis Comitis de Reinfelden & poſtea ejus Anti-Cæſarē.

Illi verò in prælio occiſo, à dicto Imperatore ſuffectum 1080. Fridericum Comitem à Stauffen, vel ſecundum Langium in Chronico Citizenſi ad d. annum Comitem de Stoffen, & generum ejus per matrimonium filiæ Agnetis factum fuiſſe, & ex illo demum tempore Duces hæreditarios in Sueviâ exſtitiſſe.

De quibus legi poteſt Herman. Contract. in Chron. ad illos annos. Mutius in Chron. Germ. l.15 f.m. 122. Cruſius P.2. Ann. Suevic. l.3. c.8. in pr. & l.8. c.1. in f. Munſter. in Coſmogr. l.3. c.315 & Stumpf. in Chronico Helvetiæ ad ann. 926. qui duo poſtremi ibi totam Friderici illius ſucceſſionem habent. Quot etiam breviter refert Lehman. in Chron. Spirenſi l.4. c.2.

Siquidem Fridericus hic ex conjuge dictâ genuit Fridericum Ducem Sueviæ Monoculum dictum & Conradum, Imperatorem, mortuo Lothario, factum, ac III. dictum. *Fridericus ille Fridericum Sueviæ Ducem & Imperatorem Barbaroſſam nuncupatum. Ille porrò inter alios Henricum & Philippum, utroſq; Imperatores: illumq; VI. dictum. Henricus iſte Fridericum poſtea Imperatorem & II. nominatum. Hic rurſus Henricum Regem Germaniæ ſed ob rebellionem adverſus patrem in carcere mortuum, & Conradum etiam Imperatorem Romanorum ac ordine IV. & hic tandem Conradum, Italis Conradinum nominatum, ultimum ex hâc familiâ Principem ſcelerato Caroli Andegavienſis juſſu & Clementis IV. Pontificis ante mortem dato conſilio manu carnificis Neapoli anno 1269. 26. vel 29. Octobr. exſtinctum,* ut legi poteſt apud *Collenut. in Hiſtor. Neapol. l. 4. p.m.218. & ſeq. & Bircken. in Hiſtor. Auſtriac. l.2. c.4. f.192. & ſeq.*

Quibus addendum majores dicti Friderici Comit.

A. *Stauffenſis à Cruſio d. p.2. l.8. c.4. f.253. & ſeqq. referri.*

Quo infauſto facto Rudolphus I. Imperator in Comitiis Auguſtanis anno 1282. à Statibus Imperii impetravit, ut filio ſuo Rudolpho Ducatus hic Sueviæ tanquam caducum Imperii feudum conferretur, ſicuti etiam hic tunc ſimul inveſtitus in illo fuit, ut legi poteſt poſt alios apud eundem *Bircken. l.1. c.13. f.113. & ſeqq. quâ de causâ Archiduces Auſtriæ Sereniſſimi ſe etiamnum Principes Sueviæ ſcribunt.*

Ducatus Francicus vel Franconicus.

De Ducatu Francico monenda ſequentia.

1. *Illum antiquiſſimum quoq; & ante Regnum fuiſſe,* uti notum, ac apud *Tritbem. in Oper. Hiſtor. parte 1. ſub tit. de Origine Francorum legi poteſt,* ubi ſimul *f.79. & ſeq.* veteres Duces narrat, addens Pipinum Caroli M. Patrem Francorum Ducatum morte Hetani Ducis vacantem ſibi aſſeruiſſe, & dicto filio ſuo per decennium procurandum commiſiſſe. *Plura de veteri-* B. *bus hiſce Ducibus vide apud Lehman. l.2. Chron. Spirenſ. c.16. f.85.*

2. *Ab eodem Tritbem. d.l. ac f.96. referri eundem Pipinum* Caroli M. Patrem jam Regem Franciæ factum anno 752. *Ducatum illum Sancto Burghardo Epiſcopo Wirtzburgenſium primo & ejus Succeſſoribus cum conſenſu filiorum ſuorum ac omnium Procerum totius Regni Francorum donaſſe in* proprium ſempiternum. *Quod etiam Bruſchius de Epiſc. German. ſub Epiſcopis Wirzeburgenſibus narrat, quare etiam* ſub Carolinæ ſtirpis Imperatoribus in Franconiâ ſolorum Comitum fit mentio, *utpote ſub Ludovico IV.* Alberti Babenbergenſis nobiliſſimi Comitis, qui Conradum Comitem circa annum 905. occidit, ideo pœna capitis affectus apud *Viterbienſ. Parte 17. Chronic. f.471. ſub Conrado ejus Succeſſore* Everhardi potentiſſimi Comitis Franconiæ *Luitpr. d.l.2. Hiſt. c.7.* dicti. Quod etiam *Eckhardus Junior de Caſibus S. Galli Monaſt. c.1.* C. *in genere indicat.*

3. *Huic traditioni valide opponi ſolere Conradum I. Conradum II. Henricum III. IV. & V. Imperatores etiam Franconiæ Duces fuiſſe, ut legi poteſt apud Helmold. l.1. Chron. Slavor. c.7. in f. Urbergenſem in Chron. ad ann. 914. f.m. 144. & 149. Cranz. in Saxon. l.2. in f.* qui dictum Conradum I. Ducem Auſtraſiorum, hoc eſt Metenſium & Orientalium Francorum *Lazium de Migrat. Gent. l.3 f.m.75. & ſeq. & Megiſer. qui* eundem in *Chron. Carinth l.6. c.77.* filium Conradi Comitis Franconiæ, Haſſiæ & Wetteraviæ, ac *Aventinum l.4. f.m.291. qui* illum Haſſum nominat;

De illo etiam legi poteſt Cuſpinianus in vitis dictorum Imperatorum Lehm. in Chron. Spir. l.2. c.3. & Dilich. in Chron. Haſſiæ P.2. p.109. & ſeqq.

Itaq; interfuit expeditioni Henrici I. Imperatoris anno 938. Conradus Franciæ Orientalis Dux cum ſuis ſignis, referente *Modio in Pandect. Triumph. Tomo 2.* D. *l.1. f.2. & 3.* uti etiam *torneamento primo Magdeburgi anno 938. habito f.5. ſecundo* Rotenburgi anno 942. habito apud *Fund. f.21. & tertio* Conſtantiæ año 948. *f.24. ubi Dux Lotharingiæ & cognomento Wormatienſis ſimul dicitur, quarto* Mersburgi anno 969. *Ottof.28. quinto* Brunſvici anno 996. *Henricus f.31. & ſextum* Treviri anno 1019. *Conradus II. Dux Franciæ Orientalis & poſtea Imperator edidus f.33.*

Poſterioris verò Imperatoris Conradi genus à modo dicto Conrado Duce Wormatienſi & Lotharingico, deducit Langius in Chron. Citizenſi ad annum 1024. & Megiſerus in Chron. Carinthia l.7. c.14. & poſterior quidem hoc modo:

Dictus Conradus Dux Franconiæ ac Wormatienſis & Lotharingicus, ideo ſimul nominatus, quia Imperatoris vicarius conſtitutus Wormatiæ, vivere neceſſe habuit, & Lotharingiæ Ducatum ſimul obtinuit, ut legi poteſt apud *Modium f.20. & d. f.24.*

Otto Dux Franconiæ modo dictus.
Cuno Dux Franconiæ.
Hermannus Dux Franconiæ.
Conradus Dux Franconiæ & Imperator.

Vide Megiſer. d. l. 7. c. 1. f. 679. ubi Eberhardi Ducis Franconiæ etiam meminit. Eoſdem etiam ita recenſet Lazius d. l.

Ita quoq; Conradus Sueviæ Dux Imperatoris Friderici I. frater ſe Ducem Franconiæ ſcripſit, uti legi poteſt in ejus titulo apud *Cruſium p. 2. Annal. Suevic. l. 8. c. 4. f. 254.*

Idem ſe etiam Comites vel Duces Rotenburgenſes ſcripsêre, ut refert Otto de S. Blaſio in Append. ad Friſing. c. 18. & 22. quoniam ibi ſedem ſuam habuere, ut legi poteſt apud *Lazium d. l.*

Sed forte dicendum eſt, Ducatum Epiſcopatus Herbipolenſi à Pipino, ut traditur, conceſſum, non de integro antiquo, ſed partiali intelligendum eſſe. Scilicet illam partem, quæ Herbipolenſem diſtrictum in ſe continet: memorat enim Regem illum Epiſcopo Burghardo primum civitatem Wirzburg, & poſtea Ducatũ donaſſe. Sicuti etiam ob iſtum titulum illi controverſia movetur ab Electore Moguntino, & Saxone, nec non Epiſcopo Bambergenſi, & Marchionibus Brandenburgenſibus, referente Limn. Tomo IV. l. 3. c. 3. n. 10. de qua etiam parens noſter de Jure Territor. c. 4. n. 336. & ſeqq. legi poteſt.

Quo facit quod Zeiller. in Topogr. Francon. f. 46. & ſeq. ſcribat, Imperatorem Henricum V. civitatem Rotenburgum cum Comitatu (quem ante Duces Franconiæ habuerunt) poſt mortem illorum ſororis filio Conrado contuliſſe, ſed Imperatorem Lotharium ei illum poſtea ademiſſe, ac Erlango Epiſcopo Herbipolenſi dediſſe, ac poſt mortem Imperatoris Conradum hunc Sueviæ Ducem illum recuperaſſe, ac ad filium Fridericũ tranſtuliſſe, illoq; anno 1168. ſine liberis mortuo iſtum à Friderico I. Imperatore Epiſcopatui dicto reſtitutũ eſſe, & inde Epiſcopum Godefredum à Limburg (al. de Biſemberg) ſe primum Ducem Franconiæ ſcripſiſſe. Quod etiam, ſed paulò aliter, *Urſpergenſ. in Chron. ſub annis dicti Henrici V. ad annum 1116. refert*, ſcribens Imperatorem illum Erlongo Epiſcopo Herbipolenſi ob indignationem Ducatum Orientalis Franciæ, qui illi Epiſcopatui antiquâ Regum ſucceſſione competebat, ademiſſe, & Conrado ſororis filio commiſiſſe, qui etiam *ſub Lothario Imper.* illud repetiit. *Et Bucelin. in German. ſacrâ parte 1. ſub Epiſcopis his* refert Lotharium Imperatorem Henrici hujus Succeſſorem Embriconi Epiſcopo 29. Ducatum illum reſtituiſſe, ſub ejus antecesſore d. Erlongo ſcribens, illum Ducatum iſtum ſtrenue defendiſſe, ac primum evaginatum gladium ſibi præferri voluiſſe, *de quo etiam agit Parens noſter d. c. 4. n. 339.*

Itaq; hanc diſcrepantiam aliis conciliandam relinquimus.

Ducatus Lotharingicus.

Quoad Lotharingicum monenda ſequentia.

1. *Lotharingiam (antea Auſtraſia regnum* ampliſſimum, & ſub primo Rege Theodorico circa annum 514. ortum, ac tunc in Metenſes, Leodios, Agrippinos, Treviros, Weſtraſios, Attiates ac Alemannos trans-Rhenanos ſecundum *Trithem. de Orig. Franc. f. m. 87.* extenſum, à Carolo verò Magno valde auctum ſecundum *Eginh. in ejus vitâ*, de quo etiam *Hofman. in Lexico Univerſ. ſub illo legatur.*) *à Lothario I. Imperatore Ludovici I. Imperatoris filio*, quia ille in diviſione paterna regnum illud elegit, ac poſtea in diviſione inter fratres facta retinuit, *ita dicta (quod tamen alii & inter illos Blondell. in Geneal. Franc. plenior. Aſſert. Tomo 2. f. 309. ejus filio cognomini adſcribunt, ut apud Hofman. in d. Lexico Univerſali legi poteſt. Alii vero ut Conring. de Finib. Imperii l. 1. c. 6. poſt pr. in medio relin-*

A. *quunt) adeoq; primum regnum fuiſſe, ut patet ex iis, quæ in Annal. Regum Francorum apud Reuberum Tomo uno Script. Veterũ ad ann. 840. f. 63. à Regnione in Chron. l. 2. ad ann. 842. Viterbienſi parte 17. Chron. f. 462. Mariano Scoto l. 3. Æt. 6. ad ann. 842. Sigebert. ad ann. 844. Chron. Laureshamenſe f. m. 65. & à Sigonio de Regno Italiæ l. 5. ad ann. 843. f. 118.* referuntur. *Illudq; regnum ex diviſione Patris Lotharii filio medio Lothario attributum*, & hoc anno 869. ſine filiis mortuo illud inter ejus patruos Ludovicum Germaniæ, & Carolum Calvum Franciæ Regem præterito ejus fratre Ludovico Imperatore id ægrè ferente, *ita diviſum*, ut hic illam partem, quæ poſtea Lotharingiæ Ducatus fuit, obtineret, referente *Regin. in Chron. l. 2. f. 52. Ott. Friſing. l. 5. Chron. c. 35. & Sigonio de Regno Italiæ d. l. 5. f. 139.* *Quæ ita quoq;* ad ejus nepotem Carolum ſimplicem Galliæ Regem pervenit, ut poſt alios narrat *Roſieres Tom. 4. f. 185.* dum illam Germanico Imperio anno 912.
B. vel 915. iterum ademit, ſed paulo poſt pace factâ Henrico I. Imperatori reſtituit, ut legi poteſt apud *Æmylium de Rebus Franc. l. 3. f. m. 90. & Friſingenſem l. 6. c. 18.* & hinc etiam in expeditione illius contra Hunos Eberhardus Dux comparuit, ut legi poteſt apud *Modium in Pandect. Triumph. Tom. 2. l. 1. f. 2.* *Sed Caroli illius filius Ludovicus* poſt mortem dicti Imperatoris, Henrici, Lotharienſes ad illum confugientes recepit quidem, ſed itidem Pace anno 942. ſolenniter initâ Ottoni I. Imperatori reſtituit, ut narrat Frodoardus ad illum annum, de quo & ejus eventu *ſeq. num. 2.* plenius dicetur, & latè agit *Conring. de Finibus Imperii c. 6. & Hofman. in Lexico Univerſ. ſub Lotharii regno.*

2. *Lotharingiæ Ducum originem* ab Antenore Trojano à quibusdam, & inter illos *Roſiero in Opere ſuo prolixo de illorum ſtemmate* conſcripto ineptâ ambitione deduci.

Nos verò antiquiora illa, tanquam, ſi non fictitia, ta-
C. men plerumque incerta, prætereuntes *à Ranero* (qui & Raginerus, Ragnerus & Regnerus dicitur) incipere malle, eumque *cum d. Roſiero Tomo 4. f. 177.* primum Lotharingiæ Ducem conſtituere.

Genuit verò hic inter alios ex Ermingardâ (aliis Albradâ) Lotharii I. Imperatoris filia Giſelbertum & Ricciunum ſive Richimerum, quorum ille Lotharingiæ in ſpecie ſic dictæ, hic vero Moſellanæ Provinciæ Dux, ut narrat *Roſier. ibid.* fuit.

Habuitq; ille in matrimonio Gerbirgam vel Giſlam Henrici I. Imperatoris filiam, Ottonis I. Imperatoris ſororem, & Imperatori rebellis factus in conflictu in Rheno ſubmerſus fuit, *Viterbienſ. Parte 17. Chron. ſub dicto Ottone. Cum verò* Imperatoris illius filius Henricus & patruelis Otto illius Tutor ſucceſſivè etiam Lotharingiæ Duces facti mortui eſſent, *Imperator Genero ſuo Conrado Sueviæ Duci, & illo etiam mortuo proprio fratri Brunoni Archiepiſcopo Colonienſi Ducatum illũ*
D. *dedit*, (ſicuti etiam hanc ſeriem *Miræus in Indice ad Donat. Belgic. c. 1. refert*) *& hic inſolentior factus ſe Archiducem nominavit*, ut jam *præc. th. 7. expl. in pr.* relatum. *Hic verò Bruno Fridericum Alſatium Lotharingiæ Moſellanæ Ducem conſtituit, ut ex Flodoardo tradit Idem Miræus d. l. & l. 1. Donat. Iſtarum c. 64. ubi* etiam illius deſcendentes refert.

Ottone iſto I. & fratre Brunone paulò poſt mortuo, Ottonis filius Otto II. Imperator Ducatum illũ Carolo Ludovici IV Franciæ Regis filio (ſecundum Miræum verò in d. Indice c. 1. & in Opere ipſo l. 1. c. 30. p. 72. Carolum hunc ſaltem Lotharingiæ inferioris primum Ducem conſtituit, adeoq; ei ſaltem Ducatum hunc non verò ſuperiorem dedit) ex Gerbirga prædictâ cognatâ nato primum hereditario jure *anno 979. contulit. Carolus hic agnati Godofredi Barbati Moſellani Ducis filiam Bonam. (Miræo vero Agnetem Herberti Comitis Trecenſis filiam) in uxorem duxit, & ex illa Ottonem Ducem genuit.*

Lotha-

Lotharius itaq; Rex Galliæ ægre ferens, Lotharingiæ Ducatum ab avo poſſeſſum ita ſibi & coronæ auferri ſubito magnum exercitum contraxit, & Ottonem II. Imperatorem imparatum Aquisgrani tàm ſubito invaſit, ut illum ferè cepiſſet, ac ita Ducatum iſtum armis quidem ſibi iterum ſubjecit, ſed Imperatore collecto magno exercitu illum repetente, tranſactione bellum illud ita finitum eſt, ut Lotharius illum fratri Carolo ejusq; filio Ottoni cum renunciatione perpetua juramento firmata reſtitueret, ut legi poteſt apud Mutium de Rebus Germ. l.13. f.95. & ſeq. Roſier. d. T.4. f.194. & Buſſier. in Hiſtor. Franc. l.6. p.481.

Carolo illo mortuo filius Otto maſculis heredibus deſtitutus cognatum ſuum Godofredum Barbatum Comitem Arduennatem cum conſenſu Ottonis II. Imperatoris Succeſſorem adoptavit anno 1004. mortuus, ut idem *Roſier. f.201. & ſeqq.* narrat: *ubi ſimul an Godofredus ille primus vel ſecundus fuerit, diſquirit, & pro poſteriori nobiscum rectè concludit; contra reſpectum enim naturalem factum eſſet, ſi prior, tanquam avunculus, adoptatus fuiſſet, & ratio temporis id inſuper non patitur.*

Et in hujus maſcula ſtirpe Ducatus hic poſtea cum ſuperiori in illius filio Gothilone, ideo Magno dicto, conjunctus, tradente Miræo d.l.1. c.22. p.49. usq; ad Godofredum Gibberum permanſit, uti poſt alios Idem d. l. narrat ſimul genealogiam referens. Ille verò morte liberorum ſecutâ Ducatum conſentiente tandem Henrico IV. Cæſare in familiam Bullionæam per adoptionem vel Euſtachii Sororis vel ejus filii Godofredi (nam hic Hiſtorici differunt) tranſtulit ſecundum Roſier. f.223.

Huic poſtea Regi Hieroſolymitano facto & absq; liberis mortuo Balduinus frater anno 1101. in utroq;, & ſimiliter defuncto tertii interim mortui fratris Gulielmi filius Theodericus anno 1119. ſucceſſit, ut rectè tradit idem f.229. & 237.

Theodorus hic Marchionis ſimul titulum obtinuit, & ſub illo ob multitudinem liberorum, atq; inde ſecutam Ducatus Moſellani in multas partes diviſionem, hujus titulum & nomen poſtea evanuit, ut Idem f.238. & 195. refert. (de quo ſeq. n.7. pluribus actum.) Simonem verò filium natu maximum in Ducatu ſucceſſorem habuit. Idem f.240. narrat.

Ab hoc Simone Stemma usq; ad Carolum II. Ducem propagatum eſt: illo verò absq; maſculis heredibus mortuo ad ejus filiam Iſabellam & hujus maritum Renatum Andium, Calabriæ & Barri Ducem, Regem Siciliæ, Hieroſolymæ & Arragoniæ, Ducatus & Marchionatus ille anno 1430. pervenit, ſecundum Eundem Tom. V. f.310. & usq; ad Nepotem Nicolaum tranſmiſſus eſt.

Verum hoc anno 1473. ſine liberis mortuo Jolanda ejus amita & Friderici Comitis Vadani uxor, & huic anno 1483. mortuæ Renatus filius ſucceſſit, & ab illo hodierni Duces deſcendunt.

Quæ omnia ob iàm crebrò mutatum horum Ducum Stemma recenſere neceſſarium eſſe duximus. De illo etiam legi poteſt *Boullans in Genealogia illorum Ducum Gallicè* conſcripta.

3. *Ducatum Barrenſem ſub Roberto Eduardi II. Barri Comitis fratre & Henrici IV. filio anno 1357. initium cepiſſe, referente Miræo l.1. Donat. Belgic. c.32. in notat. p.170. (ubi ſtemma ſimul narrat) & quidem, ut noſtri Scriptores rectè judicant, eosq; ſequitur Roſieres Tomo VI. in præfat. & Tom. VII. f.426. beneficio Caroli IV. Imperatoris. De quo etiam legi poteſt Chifletius in Barro.* uti etiam *Comment. Lotharing.*

Utrumq; verò Ducatum cum Stemmatibus per nuptias ſupra dictas Renati Andegavienſis & Iſabellæ vel Eliſabethæ Lotharingicæ coaluiſſe, ut etiam legi poteſt apud Roſier. d. Tom. VII. f. 431. & ſeq.

4. *Eundem Ducatum Barrenſem à Regibus Galliæ tanquam feudum inde prætēdi, quod in ſolo Gallico ſit ſitus & ideo Henricus III. Barri adhuc Comes à Philippo*

A. *Pulchro Galliæ Rege in bello anno 1301. captus & in vincula conjectus coactus fuerit illi fidem dare, ſe & Succeſſores Barrenſe caſtrum impoſterum ab illo & Succeſſoribus in regno in feudum accepturos, ut refert Roſier. d. Tom. VII. f.421. & Chifletius in Comment. Lotharienſi c.2.*

Cui ſe validè pro Rege oppoſuit Blondellus in Barro Campano-Francico, & in Præfatione Apologet. Aſſertioni plenioris Genealog. Franc. præmiſſâ ſive Tomo ſ. quaternione XXII.

Verum illi fundamento opponi ſolet & poteſt (1) à oactione tali ad fundamentum juris non poſſe argumentari, præſertim cum Reges Galliæ ante id tempus nihil juris in Comitatum illum prætenderint, ut demonſtrat *Conring. de Finibus Imperii l.1. c.7. poſt medium & Roſier. in d. Præfat. f.372.* (2) *Etiam* poſt illud tempus Imperatores noſtros jus ſuum in illos exercuiſſe, utpote Carolum IV. ut modo dictum, il-
B. lum in Ducatum evexiſſe, & *Roberto Barri Duci anno* 1384. (*quod tamen erroneum,* cum Carolus ille IV. anno 1378. mortem obierit, adeoque, ſi contigit, a Wenceslao Imperatore factum eſt, ſed quoniam ibi refertur, miniſterio hujus Regis id factum eſſe, forte menedum in anno commiſſum eſt, & pro dicto anno 1384. 1374. poni debet.) *Lucelburgi Ducatus inſignia contuliſſe, ut ex Annalibus Metenſibus ſcriptis demonſtrat Roſier. d. f.372. Plura pro jure Lotharingico vide apud Coring. l.1. de Finibus Imperii c.7.*

Sed annon quædam Ducatus illius dominia ad Reges Galliarum ſpectent, conſuli poteſt Idem Conring. L.2. c.27. p.m. 700. & ſeq.

5. *Titulum Vadani montis Comitum Lotharingiæ poſtea uſurpatum à matrimonio Friderici Ducis cum Margaretâ Henrici Comitis Vadani montis uxore primâ, Baronum verò Jovillarium à matrimonio ejuſdem Ducis ſecundo cum Margareta Jovillari 1387. contra-*
C. *ctum initium ſumſiſſe, ut narrat Roſier. Tom. IV. f.238. & Tom. V. f.304.*

6. *Claudium Renati & Philippæ Geldrenſis filium poſtquam in diviſione fraternâ Guyſiæ & Aumalæ Comitatum ac Jovillæ Dominatum, cum cæteris ditionibus anno 1508. conſequutus eſſet, à Regibus Galliarum obtinuiſſe, ut prædictus uterq; Comitatus in Ducatum Guyſianum, ipſum Ducem cognominem promoveretur, Ejus verò ex filio Franciſci nepos ſimul Jovillarii Princeps factus eſt, ut refert Roſier. Tomo IV. f.238. & T. VII. f.442.*

7. *Lotharingiam olim diſtinctam fuiſſe in Superiorem quæ & Ducatus Moſellanicus, quoniam ejus territorium ab utraq; parte Moſellam contegit, ut ſeq. n.(2) latius traditur, dicta, ac inferiorem, quæ Comitatui Lovanienſi conterminæ ac nomen Ducatus tàm Lotharingiæ quàm Brabantiæ primum ſub Godofredo Barbato Lovanienſi Comite, Comitatum hunc cum illâ conjungente, atq; ita illius nomen tollente, accepit poſt annum 1096. ut*
D. *legi poteſt apud Eundem Tomo IV. f.256. & in Chronico Magno Belgico f.101. nec non Miræum in Donat. Belg. l.1. c.22. in notat. p.49. & in Indice c.2.* ubi illum anno 1106. Ducem Lotharingiæ creatum eſſe refert. De quo etiā *Idem in Stemmatibus Belgic. agit. Sed Brovverus in Annal. Trevirenſ. Tomo I. l.10. f.479. Horum Ducatuum primordia ad Ottonis II. Imper. tempora refert.*

De priori nempe *Moſellanico obſervandum, illum* (1) *antiquiſſimum eſſe, primumq; ejus Ducem Clodolphum jam anno 639. vixiſſe, & titulum à* Clotario Francorū, vel à Dagoberto & Sigeberto Auſtraſiæ Regibus accepiſſe, ut tradit *Roſier. Tom. III. f.138. & Tomo IV. f.195.* (2) *Illius tractum olim ſecundum Joh. Bertelium in Deſcr. Ducatus Luxenburgenſis in pr. a Metenſi urbe usq; ad Treviros ſecundū utramq; Moſellæ ripam ſe extendiſſe, ubi ſimul refutat illos, qui illum à Theonis villâ usq; ad Geldriæ & Juliaci fines juxta Moſellæ continentem in Lotharingiam inferiorem prætendiſſe, & Lucelburgicū*

Lon-

Limburgicum vicinosq; limites ſub ſe continuiſſe, tradunt; ſub Theodorico verò Lotharingiæ Duce ob multos ejus liberos, indeq; ſecutam in multas particulas diviſionem, ut jam præced. n. 2. dictum, evanuiſſe.

Licet verò in ejus locum Comitatum vel Ducatum Lucelburgicum ſucceſſiſſe, ex dicto præſuppoſito tradat Roſieres d. f. 195. Bertelius tamen d. tr. p. 84. ſcribit, Ducatum illum Moſellanum poſtquam in annos circiter 520 ſtetiſſet à Friderico Caſtri Barrenſis fundatore & Comite abolito iſto nomine *in Comitatum Barrenſem* mutatum fuiſſe, & poſteà demum per diviſionem iſtam ſaltem partem aliquam illius, nempe à Marengia uſque ad oppidulum Regis Nicræ **Köningmachern** ad Ducem Lucelburgicum perveniſſe, ubi legi poteſt.

8. *Duces illos exemtos quidem à Cameræ jurisdictione & Ducatum illum liberum exceptis quibusdam Imperii feudis, ſed illos cum Ducatu in protectione Imperii eſſe, ideoq; ad collectas Imperii publicas tantum contribuere, quantum unus Elector, demtâ tamen ejus tertiâ parte confert, uti legi poteſt in conventione inter Ferdinandum I. & Status Imperii cum Ducis Antonii Legatis Normbergæ anno 1542. initâ & à Conring. l. 2. c. 27. p. 714. & ſeqq. relata, ubi ſimul literas Inveſtituræ ſuper dicta feuda ſubnectit. Sed Rex Galliæ præmortuus Ludovicus XIII.* anno 1634. Ducatum hunc Carolo Duci vi militari eripuit, & in Pacificatione Germano-Gallicâ in pr. proviſum fuit, ut controverſia inter illum Regem & dictum Ducem amicabiliter componatur, ſicuti etiam in *Pacificatione Hiſpano Gallicâ 1659. inita Art. 62. & ſeqq.* ſub certis locis exceptis & conditionibus reſtitutio facta eſt. Sed paulò poſt *hodiernus Rex Ludovicus XIV.* ſub certo prætextu Ducatum iterum eripuit, & cum in *nuperâ Neomagenſi Pacificatione* de illo quædam reſtitui deberent, ſi hodiernus Dux ſtato tempore illam recipere vellet, hic verò diſſenſum ſuum publicè demonſtraret, Rex Galliæ illum totum denegatâ ullâ reſtitutione retinuit, ut omnibus notum eſt.

Ducatus Burgundicus.

De Ducatu Burgundico monendum

1. *Illum olim regnum in Gundackero Merovæorum familia anno 451. mortuo inchoatum paulò poſt per Clothildem ejus neptem Clodovæo nuptam in hujus familiam translatum & anno 750. in dejecto & in Monaſterium detruſo Francorum Rege Hulderico vel Childerico Audaci à Pipino exſtinctum, in hujus familiâ ſaltem 235. nempe uſq; ad annum 879. duraſſe, tunc eam à Boſone Comite Arduennenſi occaſione diſcordiarum de Regno Franconiæ inter Principes Familiæ Carolinæ ortarum raptum, ut latè narrat Regino in Chron. ad dictum annum, de quo tamen legi poteſt Conring. de Finibus Imper. l. 1. c. 12. Ejus nepoti verò Carolo Conſtantino, vel ſecundum Reginon. ad ann. 894. adhuc illius filio* (hujus Patri) *Ludovico à Radolpho Conradi Comitis de Stratlingen filio iterum vi ademtum, & uſq; ad pronepotem Rudolphum III. qui liberis carens, & ad regnandum planè inhabilis illud Imperatori Henrico II. illoq; defuncto Conrado II. ſucceſſori donavit, ut tradit Vippo in vita Conradi illius transmiſſum fuiſſe. Otto Friſingenſis tamen* Rudolphum hunc Henrico Conradi illius filio poſt Imperatori regnum illud ſub teſtamento reliquiſſe refert *l. 6. c. 30. quod de reali traditione intellectum magis veritati convenit, ac ab ipſo Vippone, paulò poſt narratur.* de quo etiã legi poteſt *Roſier. in Stemmat. Lotharing. T. IV. f. 206. & noſtra annotatio præc. c. 1. th. 16. expl. 1. ſub Trevirenſi Archicancellariatu.*

Quamdiu verò illud ſub Imperio noſtro manſerit, legi poteſt apud Conring. d. l. 1. c. 13. & quale Jus Imperium in illud habeat adhuc l. 2. c. 24. Sed per pacem anno 1678. initam hæc jura planè mutata ſunt. Quibus addendum ex illo poſtea *regnum Arelatenſe* ortum, ſed ſub Imperatore Rudolpho I. iterum diſſolutum fuiſſe, ut *præc. c. 6. th. 16. expl. 1. circa fin.* deduximus.

A. 2. *Non integrum Regnum illud ad Boſonis multò minus Rudolphi dicti Poſteros perveniſſe, ſed Richardum Comitem Andium*, qui etiam Dux Burgundiæ vocatur, & planè Burgundiæ Rex nominari volebat, quod Edua, quam ſibi vindicabat, Burgundiæ caput eſſet, ut refert *Æmylius de Reb. Francicis l. 3. f. 86. Rudolphi Galliæ Regis patrem ejus partem trans Ararim vulgo* **die Saone** *ſitam regnante Boſone avulſiſſe, eamq; poſtea à Lothario Galliæ Rege Hugoni ſapienti Comiti Andegavienſi tanquam Ducatum conceſſam, ac ab ejus filio Hugone Capeto ſub tali titulo ſibi & Poſteris hereditario jure aſſertam fuiſſe, atq; apud eos manſiſſe, uſq; ad annũ 1361. quo ultimus ejus familiæ Philippus Poſthumus mortuus eſt, ut legi poteſt apud Bircken. l. 5. c. 26. f. 841. & ſeq. & Roſier. d. T. 7. f. 422.*

3. *Exſtinctâ ita Capetorum Ducali familia* (nam Regia paulò ante in Carolo IV. Philippi Pulchri filio B. tertio defecerat) *hanc Ducatum per matrimonium Johannæ Roberti III. Burgundiæ Ducis filiæ cum Philippo Valeſio Galliæ Rege contractum ad Johannem Valeſium Regem utriusq; filium perveniſſe, & ab illo ad filium natu minimum Philippum, & inde porrò ad hujus deſcendentes, uſq; ad Carolum Audacem Pronepotem tranſmiſſum eſſe, ut inter alios narrat Stumpf.* **In der Schweitzer Chronica** *l. 3. c. 110. & Bircken. d. l. f. 843.*

4. *Carolo hoc absq; maſculis liberis in prælio ad Nancium anno 1477. commiſſo, interfecto Regem Galliæ Ludovicum XI. ſtatim eò intentum fuiſſe, ut præcipuè tam hunc Ducatum quàm Comitatum Burgundicum liberum & Gallo nullo nexu obſtrictum* (ut numero 5. ſequenti demonſtratum eſt) *obtineret, & eapropter* Georgium Comitem de Ligny ad Status Ducatus & Comitatus recipiendi homagii cauſa miſiſſe, illudq; promiſſis donis minisve Johannis Principis Arauſionenſis *obtinuiſſe, verùm paulò poſt* poſteriores reſipuiſſe, & contra C. Gallos auxilio Helvetiorum ſe ſtrenuè defendiſſe, uti contractim legi poteſt ap. eund. *Birck. ſeq. f. 848. & 849.*

Licet verò Ducatus ille ſub hoc juris prætextu, quod ad fœmellas in defectu maſculorum heredum pertineret, illoq; jure per matrimonium Johannæ Roberti III. Ducis filiæ, ut modò dictum, ad familiam Valeſiam translatus eſſet, *à Regibus Galliæ repeteretur, & ideò Maximiliani I. Imperatoris filius Philippus* ad Carolum VIII. Ludovici ſucceſſorem ſplendidam Legationem mitteret, ac Maximilianus ipſe ad recuperandum illum magnum exercitum colligeret, *nihil tamen effectum eſt, ſed Ducatus ille in Gallorum poteſtate permanſit, ut notũ eſt.*

5. *Burgundiæ Comitatum ampliſſimum & ditiſſimum* (ut ex ejus deſcriptione apud *Bircken. d. c. 26. f. 844.* videri poteſt) *Gallis Franche Comté Comitatum Liberum, alias Burgundiam ſuperiorem dictum, Germanico Imperio ſemper paruiſſe, ſicuti etiam Bodin. l. 1. de Rep. c. 10. fatetur.* Carolum IV. Imperatorem Burgundiam hanc D. liberam prole maſculâ Comitum (quorum ultimus fuit Ludovicus de Mala) extinctâ Philippo Audaci Duci (qui ſimul dicti Ludovici filiam unicam Margaretham in uxorem anno 1369. duxit) Imperiali jure fruendam dediſſe, ſed pace nuperâ totum ad Regem Galliæ perveniſſe.

6. *Burgundiæ Ducem ſive Hiſpaniarum Regem, qui illo nunc titulo utitur, ratione Circuli Burgundici ſub quo ſimul præter dictum Comitatum Provinciæ Belgicæ comprehenſæ fuerunt, eſſe Principem & Statum Imperii, ac vigore conventionis inter Carolum V. Imperatorem & Hiſpaniæ Regem ac Status Imperii anno 1548. in Comitiis Auguſtanis initæ, ac à Conring. d. l. 2. c. 28. p. 750. & ſeqq. relata ratione illius tantum Imperio, quantum duo Electores à Statibus nominari ordinariè, ad communem verò contra Turcas ſuſceptam expeditionem, quantum tres Electores contribuere: ideoq; eſſe in illius protectione ac tutela perpetua: præterea à Camera jurisdictione cum*

circulo ſuo, exceptâ cauſâ fractæ pacis publicæ, eſſe exemtum, *feuda tamen* Imperii recognoſcere, de quibus etiam legi poteſt *Webnerus in Obſerv. Practic. ſub verbis Burgundiæ Dux. Et in Comitiis Imperii per Legatum, qui in Eccleſiaſtico ſcamno tertium locum alternatim obtinet, comparere. Sed hæc nuper per bellum inter Imperium, Hiſpaniæ & Galliæ Regem geſtum & pacem ſubſecutam valde immutata ſunt*, ut jam *præc. ſect. 1. c. 2. th. 4. explic. 1. in f.* demonſtravimus.

Bohemiæ antiquus Ducatus.

De Bohemiæ antiquo Ducatu tandem monendum illum ſecundum Bohemicorum ſcriptorum communem traditionem à Zecho ex Slavonia vel Croatia oriundo circa annum Chriſti 644. *inſtitutum fuiſſe*, ut legi poteſt apud *Sylvium in Hiſt. Bohem. c. 3. Dubrav. in Eadem. l. 1. f. m. 4. Böregk in eadem circa pr. Hagec. in Eadem p. 1. f. 1. Pontan. in Bohemia Pia. l. 1. in pr.*

B. *A quibus tamen divertit Coſmas Pragenſis*, (inter Bohemicos vetuſtiſſimus ſcriptor, ut ex hujus præfatione dignoſcitur) *in Chron. Bohem. poſt pr.* primum novæ hujus coloniæ Ductorem Boëmum vocans & inde regioni nomen eſſe narrans.

Verùm illos ex Blondo refutat Kranz. l. 2. Vandal. c. 2. aſſerens, Bohemos jam ante illud tempus cum Vandalis eandem gentem fuiſſe & ab Hunnis à Mauricio Imperatore circa annum 583. repreſſis in auxilium vocatos in Dalmatiam ſe contuliſſe, ubi legi poteſt.

Sed poſitâ priori opinione fortè rectiùs illi judicant, qui Zechum hunc illius novæ Gentis potius conditorem quàm primum Ducem propriè ſic dictum vocant, quo etiam inclinat *Sylvius d. c. 3. & hunc potius Primislaum* aliàs in ordine tertium & mirabili quodam modo (ſi veritati aliàs illa conſona ſunt) Libuſſæ maritum & gentis ſuæ Ducem factum, ut legi poteſt *apud dictos Auctores & in ſpecie Hageo f. 12. & ſeqq.* conſtituunt.

C. *Ducum horum veterum Catalogum recenſet Chytr. l. 1. Chron. Saxon. f. m. 36. & de primis Provinciæ hujus incolis agit Gold. de Regno Bohem. l. 1. c. 3. & ſeqq. ubi c. 9. demonſtrat* Slavos demum Marcomannos expuliſſe.

Quidquid verò horum ſit; certum eſt jam ab Henrico IV. Imperatore Ducatum illum in Regnum non tamen adeò liberum, ut proprio ſibi jure Reges eligere & conſtituere potuerint Proceres ejus, illud jus enim à Philippo demum Imperatore obtinuerunt, *erectum fuiſſe, ut præc. c. 1. th. 7. in explic. poſt rationem* 4. pro introductis à Pontificibus Electoribus adductũ demonſtravimus. *Regnum verò hoc Imperio noſtro adhuc ſubjectũ eſſe ex variis fundamentis & quidẽ præcipuè ſequentibus probatur,*

quia (1) Rex illorum Princeps Elector & Archipincerna imperii eſt.

(2) Electioni Regis Romanorum intereſt.

(3) ipſe in Imperatorem eligi poteſt, & ſæpius electus eſt.

D. *(4) à Romanis Imperatoribus regalibus beneficiis inveſtitur, ut hæc omnia Goldaſt. de Regno Bohemiæ l. 4. per totum & Conring. de Finibus Imperii l. 2. c. 29. brevius deducit. Pertinet verò ad hoc Regnum & per conſequens ad Imperiũ tota Sileſia non ſolùm* antiquo jure, quo quondam tota Polonia ei ſubjecta fuit, *ſed etiam ex pactis & ordinationibus certis jam à Rudolpho I. Imperatore Regi Wenceslao ann. 1290. confirmatis, ut ex Tabulis ab Hagecio in Chron. Bohem. Part. 1. f. m. 350. & ſeq. nec non Diplomate Carolo IV. de dato Pragæ 1355. & ejus confirmatione ab Archiepiſcopo Moguntino Gerlacho eodem anno Norimbergæ in Curia Imperiali facta, & à Gold. Tomo Uno Conſtit. Imperial. f. 345. & ſeqq. at de Regno Bohem. in Append. Documentorum p. 66. & ſeqq. relatis, tum ex nova Ducum Sileſiæ Johanni Regi Bohemiæ anno 1327. & ſeqq. per Ducatuum in feuda & protectionem conceſſione facta ſubjectione, de qua Schickfus. in Chron. Siles. l. 1. c. 28. & ſeq. & l. 2. c. 1. & inter Bohemos Hagec. d. P. 1. f. 399. legi poteſt.*

A. ### *Ducatus Thuringiæ.*

Mentio quoq; fit Ducatus & Ducum Thuringiæ & quidem Ludovici cognati à Carolo Craſſo anno 886 *inſtituti & ejus filii cognominis ac nepotis Bernhardi ab Auctore Hiſtor. de Landgraviis Thuringiæ c. 8. & additur, hoc ſine liberis mortuo Ducatum illum ab Henrico Aucupe Saxoniæ Duce jam tunc Imperatore & conſobrino occupatum fuiſſe.*

Filium verò ejus Ottonem I. Imperatorem factum Wilhelmo filio ſuo Archiepiſcopatum Moguntinum & ſimul gubernationem illius Ducatus contuliſſe, atq; ita Thuringiam in Archiepiſcoporum horum poteſtatem perveniſſe, ac in illa usq; ad Bardonis & Imperatoris Conradi II. tempora permanſiſſe. Tunc enim Imperatorem hunc ab hoc Bardone petiiſſe, ut ejus fratri Ludovico in Diœceſi quædam feuda conferret: Epiſcopum verò *hunc Ludovicum* in Thuringia ViceDominum vel Vicariũ

B. conſtituiſſe, eiq; beneficia quædam conceſſiſſe, Illoque facto hunc inſuper quædam prædia comparaſſe & conciliatis nobilium animis Comitem illius terræ factũ, ac ejus nepotem cognominem Imperatoris Lotharii II. filiam Hedwigen in matrimonium accepiſſe, & *ex Soceri benevolentiâ Landgravium cum conſilio Procerum creatum eſſe, ut ibid. c. 11. 12. & 18. legi poteſt.*

Quibus addantur, quæ Spener. in Hiſtor. Inſignium Illuſtrium in Prolegom. Sect. 1. §. 3. habet, & nos in ſequenti claſſe III. ſub Ducibus Saxoniæ Superioris retulimus.

Sed notandum hic eſt 1. ab Hiſtoricis etiam mentionem fieri Papponis, qui anno 889. Ducatum illum gubernavit, & anno 892. dignitatibus exſpoliatus eſt, uti etiam Conradi, qui huic ſubſtitutus, atq; Burchardi, qui huic reſignanti ſubrogatus, ac cum prædicto Burchardo idem fuit, ut *refert Regino l. 2. Chronic. ad dd. annos, atque anno* 908. *vel ſeq. ab Ungaris occiſus eſt* memorante *Mariano l. 3. Chronic.* Ætate 6. & Lamb. Schafnabur. de Rebus

C. Germ. ad dd. annos: Nec non *Luitpoldi* ab Ungaris eodem anno etiam occiſi ſecundùm *Eosdem ibid.* quod etiam *de prædicto Burchardo Siffridus Presbyter in Epitome ſub Arnolpho Imperatore, qui tamen anno* 999. *mortuus eſt teſte Regin. d. l. 2. & anno* memorat.

2. *Prædictum Henricum* Aucupem jam Thuringiæ & Saxoniæ Ducem fuiſſe, cum ejus anteceſſor Conradus I. in Imperatorem eligeretur, ut refert inter alios *Luitpr. in Hiſtor. l. 2. c. 7.*

3. Henricum hunc anno 937. vel ſequenti mortuum eſſe, adeoq; dicti Burchardi anno 972. ſecundum dictũ Auctorem Hiſtor. de his Landgraviis c. 8. demum mortui Ducatum occupare non potuiſſe. *Et inde firmiter concludi veriorem eſſe Reginonis utpote coætanei relationem d. l. 2. Chron. ad dd. annos, uti etiam Marian. Schafnab. & Siffridi dd. ll.* ſimulq; patere, auctorem illum in multis errare.

D. *Cum ergo tam brevi temporis ſpatio* duraverit hic Ducatus, parum de illo memorandum fuit, lege tamen *quæ d. claſſe 3. ſub Ducibus Saxoniæ ſuperioris de Landgraviatu Thuringiæ* conſignata ſunt.

Medii temporis vel ſecundæ claſſis Duces & Ducatus utpote Pomeranicus.

Medii temporis ſive ſecundæ claſſis Ducatus & Duces ponimus ſequentes

Pomeranicum, qui propriè ſic dictus à Friderico I. Imperatore inſtitutus eſt, ille enim anno 1181. *Bogeslaum & Caſimirum I.* paulò poſt memorati Wartislai filios *Duces Imperii creavit, ut poſt Saxon. Grammat. l. 15. Hiſt. Dan. f. m. 371. & Cranz. l. 6. Vandal. c. 14. tradit Frideborn.* In der Hiſtoriſchen Beſchreibung der Stadt Alten Stettin *l. 1. p. 35. & Micral.* In Beſchreibung deß Alten Pommerlandes *l. 2. p. 261. ubi p. ſeq. explicat. quid Cranz. d. l. per verba, traditis aquilis, intelligat.*

Licet

A. *Licet enim apud Hiſtoricos etiam fiat mentio anteriorum Pomeraniæ Principum, & quidem*, ut paulò antiquiores omittamus, *Barnimi cujusdam*, qui prælio illi celebri inter Henricum I. Imperatorem, & Hungaros commiſſi *ann.* 933. & hic biennio poſt *cum fratre Wartislao torneamento Magdeburgenſi, ſecundum Modium in Pandect. Triumph. Tom. 2. l. 1. f. 3. & 14. & Micral. l. 2. p. 377. interfuiſſe dicatur. Item Miteslaffi vel Mizlaffis, vel Miſiconis atq; Boliſlai apud Ditmar. in Chron. Merſeburg. l. 2. f. m. 23. & l. 4. in pr. ſub imperio Ottonis I. & III. Nec non Meſtiboji Bojeslai & Suantibori*, quorum hic medii filius & primi nepos fuit (ut ex monumentis Monaſterii Olivenſis prope Dantiſcum demonſtrat *Fridebern. d. l. 1. inf. in Tabula prima* annotatis, & *quatuor filios* Wertislaum I. Bugislaum, Svantipolcum ac Ratiborum habuit, referente ex Anonymo, Synchrono tamen, in vita S. Ottonis Pomeranorum Apoſtoli *Bangerto ad Arnold. in Chron. Slavor. l. 4. c. 7. lit. a. Fridebern.* B. *in d. Tab. notatis & Micral. d. l. 2. p. 217.* de quo etiam agit *Hartknoch in Animadv. ad Petri de Dusburg Chron. Pruſſiæ P. 3. c. 10. Hi tamen pro veris & ſolenniter creatis Ducibus habendi non ſunt, utpote qui vel* propriâ authoritate titulum illum aſſumſerunt, *vel ex* vulgari loquendi modo ita appellati ſuot.

Ubi porrò notanda ſequentia:

1. *Pomeraniam à Slavonicis verbis Po & mere dici, quaſi ad mare ſitam*, ut inter alios indicat *Fridebern. in Chron. Stettin. l. 1. p. 8. Zeiller. in Topogr. Brandenb. & Pomer. f. 10. & Hartknoch. in Origin. Pomeran. p. 40. & ſeqq. Sicuti etiam Scriptores Polonici, & inter illos Mechov. l. 1. Chron. c. 2. f. 3. Dlugoſſ. l. 1. f. 44. & Cromer. l. 6. ſub Caſimiro poſt pr. hanc inde derivant, & Mechov. l. 3. c. 22. Boguslaum Ducem ora maritima vocat. Quibus junge quæ habet Micral. l. 6. Pomeran. n. 3.*

2. *Ducatum illum ſub ſe continere aliquot Subducatus, utpote Stetinenſem, & Pomeranicum in ſpecie ſic dictum,* C. *quorum prior* tractum Oderanum, *poſterior* tractum ad mare Balthicum ſitum complectitur, nec non *Ducatũ Rugianum* inſulâ cognomine circumſcriptum, *ac Venedorum & Caſſubiæ Ducatum, cujus partes ſunt Dominia Lauenburg. & Butau*, à Polonorum Rege Sigismundo I. Duci Pomeraniæ Georgio & fratribus ejus loco dotis maternæ 14000. Florenorum Ungaricorum anno 1529. Dantiſci, ita tamen, ut illa inſtar feudorum à Regibus tempore coronationis per Legatos recognoſci debeant, tradita, ut legi poteſt apud *Micral. l. 3. p. 523.* & ideò poſt mortem ultimi Ducis ad Poloniæ Reges & Regnum relapſa, ut etiam refert *Micral. l. 6. p. 613. & 615. Item Epiſcopatum Caminenſem, Diſtrictum Wolgaſtenſem.* cum præfecturâ, *Barthenſem* inter Rekenitium & Trebel ſitum, & *Uſedomenſem* in inſulâ cognomine poſitum, *Comitatum Gutzkovienſem*, cum civitate cognomine, *Lotzani* ſimul, Gryphiswaldiam & *Abbatiam Eldenam* in ſe complectentem, de quo D. *eadem l. 2. p. 209. & in præfat. ad lib. 6. & Fridebern. l. 1. p. 10. & ſeqq.* legi poteſt.

Dividitur autem in anteriorem Vor Pommern/ *& poſteriorem vel ulteriorem* Hinter Pommern dictum, *quorum prior* vigore diviſionis anno 1532. inter Duces illos facta usq; ad pacificationem Oſnabrugenſem ac Monaſterienſem referente poſt alios *Micraelio d. l. 2. p. 210.* omnes provincias inter Oderam & Schwinam fluvios ac Ducatum Mechelnburgicum *ſub nomine Ducatus vel Regiminis Wolgaſtenſis, poſterior verò* Stetinum & omnem tractum Transoderanum usque ad Poloniam ſe extendentem ambitu ſuo complexus eſt, *ſed poſt Pacificationem illam*, ut dictum, *& paulo poſt demonſtratur hæc* ſe aliter habent.

3. *Due alem illam familiam ampliſſimam in ultimo Duce Bogislao XIV. anno 1637. 10. Martii ſine liberis mortuo planè exſtinctam eſſe, ut legi poteſt apud Micral. l. 5. p. 353. Et ſic utramq; illam Ducatui et ultima anno*

A. 1529. *Grimmizii in Marchia inter Electorem Brandenburgicum Joachimum & Georgium Pomeraniæ Ducem quo ad jus ſuccedendi initæ, ac ab Imperatoribus confirmata tranſactionis, de qua Fridebern l. 2. p. 20. & Micral. l. 3. p. 521. & ſeq.* (ubi præc. p. 497. & ſeqq. cauſam & occaſionem illius narrat) *legi poteſt, ad Electoralem Brandenburgicam Sereniſſimam familiam pervenire debuiſſe: Quoniam verò Guſtavus Adolphus Sueciæ Rex Pomeraniam utramq;* in bello iſto Germanico armis occupaverat, & ejus filia Chriſtina heres illam reſtituere nolebat. *in dicta Pacificatione negotium illud ita compoſitum fuit, ut anterior Pomerania*, una cum civitatibus Stetino, Garz, Dam, Golnau, Inſula Wollin & quicquid Oderâ continetur, dictæ Reginæ & ejus ſucceſſores, *ulterior verò vel reliqua pars* Sereniſſimo Electori moderno & ejus ſucceſſoribus cederet, ſicuti legi poteſt *in Inſtrum. Pac. art. 10. & 11. circa finem.*

B. *De tractatu finium inter Chriſtinam Sueciæ Reginam & hodiernum Electorem Brandenburgicum anno 1653. inito vide Gaſtel. de Statu Publ. Europæ c. 19. n. 88. ubi inſtrumentum refert, quod etiam in Diario Europ. Contin. 7. p. 513. & ſeqq. continetur.*

Ducatus Saxoniæ Inferioris, vulgò Lauenburgicus dictus.

Saxonicum Inferiorem ad Albim, vulgò ab Arce vel Regiâ Lauenburgicum dictum, à nullo Imperatore conditum, ſed ex diviſione filiorum Alberti I. Electoris & Ducis Saxoniæ, Angriæ & Weſtphaliæ, anno 1273. mortui Alberti ſcilicet II. & Johannis Fortiũ. Prior enim, terras Saxoniæ Superioris ad Albim cum Electoratu obtinuit, & Electoralem lineam propagavit: *poſterior* verò dictas terras ad Albim in Saxonia inferiori ſitas accepit, & familiam Ducũ Saxonico-Lauenburgicam condidit. *De Ducibus illis notanda ſequentia:*

Illis 1. mortuo anno 1422. ſine filiis ultimo Electore Sa- C. *xoniæ Alberto III. per Ericũ IV. Ducem Saxo Lauenburgicum tanquam proximum cognatum in quinto gradu lineæ inæqualis ſecundùm computationem Juris Canonici conjunctum, & hoc mortuo illius fratrem Bernhardum ſtemmatis propagatorem Jus ſuccedendi in illo Electoratu quæſitum fuiſſe, idq; eò magis, quod Ericus ille ab ipſo hoc Imperatore anno 1414. ſimultaneam inveſtituram in Ducatum & Electoratum Saxoniæ Superioris vigore deſuper datarum literarum obtinuerit, ut inter alios teſtatur Spalatin. in Saxonia tit. 2. f. 32. & quod Lauenburgici ob cognationis Jus in electione diverſorum Imperatorum cum Ducibus Saxoniæ Superioris ſuffragia ſua ſimul tulerint, ac ideo ob Jus hoc prætenſum & ab iis ſimul uſurpatum Carolus IV. Imper. Tangermundæ anno 1377. inter Rudolphum Saxoniæ Superioris & Ericum I. Saxoniæ Inferioris Ducem negocium illud ita compoſuerit, ut familiæ hæ alternis vicibus eligerent, & communi Archimareſchallorum titulo uterentur, ut præc. c. 3. th. 8. expl. 5.* D. *demonſtratum eſt. De quo plura legi poſſunt apud Mushovium* In dem kurtzen Hiſtoriſchen Bericht von der den Hertzogen zu Sachſen Lauenburg zukommenden Chur-Gerechtigkeit.

Quà etiam de causâ Ericus & Bernhardus dicto Imperat. Sigismundo circa tranſlationem hujus dignitatis ſe ſtrenuè oppoſuerunt, & Ericus quidem ad Imperatorẽ in Ungariam ſe ante ſubſecutam illam tranſlationem contulit, Jus ſuum demonſtravit, ac illius conſiderationem humillimè petiit, & poſtea Poppartum ad Conventum Electorum ſe contulit, cauſam ſuam optimè commendando, & denuo ann. 1424. Electores Bingæ congregatos illius negotii causa adiit, & in præſentia Friderici Marchionis Miſniæ Juſtitiam illius remonſtravit. Sed Electores negotium illud ad Imperatorem remiſerunt, Ericus vero ad Eundem in Hungariam an. 1426 Legatos ſuos miſit, juſtitiã denuò implorando, ſed illud ad proxima Comitia rejectum fuit, & cum in illis Viennæ habitis Legati etiã nihil obtinerẽt, ad ſubſecutura Norimbergæ Comitia remiſſi fuẽre.

Quocirca Ericus ille cum magno Comitatu in menſe Majo ſe eò contulit, & Imperatore ſibi non reperto, ejus Commiſſariis & Electoribus cauſam ſuam ulterius commendavit, ſed fruſtra.

Quare omni ope deſtitutus ad Pontificem Martinum V. Legatos miſit, & per illos in publico conſeſſu injuriam ſibi illatam demonſtravit, petendo, ut ſua ſanctitas pro ſumma ſua auctoritate & poteſtate per Commiſſarios negocium illud decideret; quod etiam Pontifex quatuor Cardinalibus commiſit, & cognito illo Legatis illis Bullam promotorialem ad Imperatorem tradidit; ſed hic noluit illam recipere, vel in negocio illo amplius cognoſcere.

Quare Ericus Imperatorem denuo adiit, & nihil obtinens rem totam ad Concilium Baſileenſe detulit, & hoc illum cum literis, ut Juſtitia illi adminiſtraretur, ad Cæſarē remiſit per Monachum Auguſtanum Johannem Winnepenning. Sed Imperator illas recipere noluit, cauſatus de hac in re Concilium pro judice non agnoſcere, ut videri poteſt in ejus edicto anno 1434. ideo edito apud Gold. Tom. 3. Conſtit. f. 440. & ſeqq.

Ericus tamen tandem obtinuit, ut Concilium Fridericum illum ad certum tempus citaret, verum nec hic comparere voluit, ſed Cæſaris auxilium implorans Concilio reſpondit petendo, ut cauſa hæc ad Imperatorem remitteretur. Erico itaque, paulo poſt mortuo, frater Bernhardus, & poſtea ejus filius Johannes IV. apud Fridericum III. Imperatorem negocium illud, ſed etiam fruſtra, continuavit, ac itaq; Lauenburgici Duces jure illo privati ſunt.

Nec tamen ideò ceſſaverunt ejus poſteri, ſed ad illorum preces Maximilianus II. Imperator Ulrico & Chriſtophoro Ducibus Mechlenburgicis mandavit, ut documenta Magni II. ex ſua familia ſedulò inſpicerent, ac ſuper dignitate Electorali, Genealogiâ ac titulis referrent, quod etiam poſt Rudolphus II. Imperator illis anno 1577. iterum mandavit, ſed etiam irrito eventu. De quibus plura apud Mithovium in Deductione ſua pro hac Domo & ejus Jure. ſub Tit. **Kurtzer Hiſtoriſcher Bericht, wie die Hertzogen zu Sachſen ꝛc. um̃ die Sächſiſche Chur-Gerechtigkeit gekom̃en.**

Uſus autem eſt Imperator Sigiſmundus præcipuè hac exceptione, Lauenburgicos ſimultaneâ Inveſtitura non gaudere, & literas inveſtiturae productas ſubdolè & contra rei veritatem à Cancellario ſuo Epiſcopo Paſſavienſi confectas, & ad ſubſignandum ſuppoſitas fuiſſe, ut legi poteſt in ejus deductione apud Hortled. de Cauſ. Belli Germ. l. 4. c. 23. f. 615. de quo etiam conſuli poteſt Parens noſter de Saxon. non provoc. jure verbo Electorum c. 2. n. 37. & ſeqq.

2. Titulum Ducum Angriæ & Weſtphaliæ ideò ab illis & quidem etiamnum uſurpari, quia expulſo à Friderico I. Imperatore Henrico Leone Saxoniæ Duce & ſimul illarum Provinciarum Domino, Ducatus ille in tranſactione adjudicatus fuit Principi Bernhardo, ex quo Duces hi originem ducunt, licet Archiepiſcopi Colonienſes ut Ducatum illum ad ſe rapuerint, & adhuc poſſideant, ut tradit Henricus Hamelm. de Famil. & Titul. Emert. l. 1. p. 27. & ſeq. ubi etiam illius ſitum deſcribit.

De Jure, quo Archiepiſcopi illi Ducatum hunc poſſident prac. c. 1. th. 12. expl. 3. egimus.

Ex Familia illa olim ampliſſimâ hodie unicum ſupereſſe heredem Ducem Julium Franciſcum hactenus prole maſculâ carentem.

4. Electorem Saxoniæ hodiernum Johannem Georgium II. ab Imperatore Leopoldo I. exſpectantias in illum Ducatum nuper accepiſſe, ſed illas meritò a Principibus Anhaltinis Sereniſſimis impugnari, ut & ſeq. tertiâ claſſe ſub illis Ducibus demonſtratum eſt, ubi etiam de confraternitate obtentâ egimus.

Ducatus Brunovicenſis & Lunæburgenſis.

Brunovicenſem & Lunæburgenſem è Ducatu antiquo Saxonico ortum, ac ideò ab illo tam ambitu, quàm ætate

A. omnino diſtinguendum. Siquidem Saxonicus iſte ampliſſimus & antiquiſſimus fuit, ut in præcedentibus memoravimus, hic verò ſaltem ad ditiones Lunæburgico-Brunovicenſes adſtrictus & anno demum 1235. à Friderico II. Imperatore inſtitutus ac Ottoni Puero dicto, hereditario jure feudali tamen nexa collatus eſt, uti ex Cranz. l. 8. Saxon. c. 5. Annal. Godefridi Monach. ad ann. 1235. (ubi addit, quod Imperator hanc creationem novi Principis tanquam rem illo tempore raram juſſerit omnibus Annalibus adſcribi) & ex Actis Hiſtoricis Brunovicenſibus p. 162. n. 5. ubi diploma refertur, conſtat, quibus addantur, quæ Meibomius ad Tabulas Imperatoris illius commentus eſt, & exſtant inter opuſcula Ejus f. 496. & ſeq. & habet Burgoldenſis in Notit. Imperii p. 3. diſc. 16. p. 122.

Hisce ſubnectenda ſequentia

1. Familiam illam à Welphis quidem & conſequenter Ateſtinis Ducibus in Italia derivari ſed impertinenter, cum ſaltem ratione fœminina lineæ illis conjuncta ſit, ut

B. bene obſervat Conring. ad Lampad. p. 3. c. 5. §. 19.

Et ergò ſecuriùs ab Henrici Nigri Welphonis vel Catuli cognominati Ducis Bojariæ & Saxoniæ Patre Welphone Azonis Marchionis Italiæ filio ſtemma hoc cum Schafnaburg. ad ann. 1071. deducimus.

2. Ottonem illum genuiſſe inter alios liberos duos filios Albertum Magnum & Seniorem dictum ac Johannem, Alberto in diviſione fraterna obtigiſſe ditionem Brunovicenſem & Ducatum cognominem inde dictum, fuiſſeq; tres filios Henricum Mirabilem Albertum Pinguem dictum ac Gulielmum, ac primo in ſortitione territorium Grubenhagenſe, ſecundo Brunovicenſe & Gothingenſe, tertio verò Wulferbutanum cum Brunſwigo obveniſſe, hunc verò ſine liberis mortuum eſſe.

3. Alberti illius Pinguis lineam in Friderico Ulrico ſi-

C. ne liberis mortuo anno 1634. exſtinctam, eiq; ſucceſſiſſe ex Lunæburgenſi Auguſtum in Hözger, qui reliquit tres filios Rudolphum Auguſtum, Antonium Ulricū, & Ferdinandum Albertum Duces Brunovicenſes in ſpecie ſic vocatos. Lunæburgenſem verò in ſpecie ſic dictam propagatam eſſe per Georgium in Harzberg Patrem adhuc viventium Georgii Wilhelmi & Erneſti Auguſti, nam tertius & medius Johannes Fridericus abſq; ſucceſſoribus hoc ipſo anno 1680. in Januar. mortuus eſt.

4. Duces Brunovicenſes & Lunæburgenſes gaudere in Comitiis Imperii quatuor ſuffragiis, nempe priores duobus, ſcilicet ratione Ducatus Wolffenbutelenſis & Grubenhagenſis, & poſteriores reliquis duobus, nempe ratione Aularum Cellenſis ac Hanoveranæ vel potius Calenbergenſis, uti in actis Imperii vocatur, de quo etiam conſuli poteſt Conring. in annot. ad Lampad. d. l. §. 16. & ibidem in addendis.

5. In illorum familia & quidem lineâ Brunovicenſi ſo-

D. lum jus primogenituræ ab antiquo viguiſſe, ſed illud demum anno 1535. ſolenniter introductum & a Carolo V. Imperatore ac ſeq. Imperatoribus confirmatum eſſe, ut apud Limn. l. 5. c. 6. n. 4. legi poteſt.

6. Duces hos Brunovicenſes hodie gaudere privilegio de non appellando, niſi ſumma excedat 2000. aureos Rhenanos & Electionis fori, ut prac. ſect. 1. c. 5. th. 4. expl. 2. & 6. deduximus.

7. De Ditionibus ab illis poſſeſſis & illarum acquiſitione nec non ſub diviſione illarum ratione poſtgenitorum legi poſſe. Burgoldenſem d. p. 122. & ſeqq. Ubi ſingulariter notandum ex hac familia à Capitularibus Oſnabrugenſis ſemper defuncto Catholico alternative Epiſcopum, ſcilicet Evangelicum, eligendum eſſe vigore Inſtrum. Pac. art. 13. art. Quartò.

8. Ducibus illis cum Civitate Brunovicenſi diuturnas ob homagium & illi connexa fuiſſe contentiones, etiam ad bella ſæpe eruptas, ut anno 1492. quæ Henricus ſenior anno 1542. 1550. & 1553. quibus Henricus junior,

nior, ac anno. 1605.& 1616. quibus Fridericus Ulricus A. Dux illam gravi obſidione preſſit,& ad homagium certo modo præſtandum per tranſactionem compulit, factum eſt. Tandem verò an. 1671. in menſe Junio Dux Rudolphus Auguſtus illam gravi obſidione aggreſſus eſt, & ad ſubjectionem per deditionem voluntariam compulit, ut legi poteſt in *Diario Europæ continuat. 22. in Append. De illâ Urbe.*

9. *Duces hos* plurimos Comitatus & Dynaſtias ex certis pactis poſt mortuas familias acquiſiviſſe, ut ſpecietenus refert *Klock. de Ærario l.2. c.4. n.25. & ſeqq.*

20. *In Familia Lunæburgica* ex diſpoſitione Paternâ Georgii Ducis an. 1641. factâ *viguiſſe jus optionis ita*, ut Ducatus Cellenſis & Calenburgenſis in æquales partes diſpertiri debeat, ac ſeniori filio integrum ſit, eligere ex iis quem velit, *ſed illud* per ſingularem inter Sereniſſimos fratres an. 1666. initam tranſactionem ſublatum eſſe. ut in *Diario Europ. parte 12. p. 375. & ſeq.* B. multis ac *parte 13. p. 125.* ex tranſactione ibi relatâ cognoſci poteſt.

11. *Poſſident hi Duces Comitatum Hoyenſem & Diepholzium, ut ſeq. ſect. 3. c. unico th. 8. in expl. ſub illis demonſtravimus.*

Mechelnburgicus Ducatus.

Mechlenburgicum, antea Obotritorum vel Vandalorum Principatus latè ſic dicti titulo diu clarum, *proprio Ducatus titulo ab anno demum* 1349. *quo Carolus IV. Imperator Principes illius terræ Johannem & Albertum Duces Imperii creavit*, ut refert *Cuſpinianus in ejus vitâ circa fin. & Cranz. in Saxon. l. 9. c. 27. & in Wandal. l. 8. c. 22.* inſignitum eſſe.

De Ducatu hoc & Ducibus ejus notanda ſequentia.

1. *Ducum illorum familiam* abſq; hiſtorica fide ab Anthyrio (qui Herulæ nationis ſub Alexandro M. militaſſe dicitur) derivari, ut legi poteſt apud *Nicolaum Mareſchalcum Thurium in ſingulari Genealogiâ illius* C. *l. 2. c. 1. & ſeqq. & Reuſner. in Genealogiis f. 452. & ſeqq.*

Veram autem Genealogiam vel conſtantem ſucceſſionem potiùs Principum Obotritorum vel Herulorum à Billungo non illo Saxonico ſed Obotritorum Regulo provenire agnoſcit *Bangert. ad Helmold. Chron. Slavor. l. 1. c. 12. p. 35. & ſeqq.* eamq; à dicto Billungo ſatis accuratè *Reuſner. in Baſilico vel opere Genealogico f. m. 455. & ſeqq.* refert.

Fuere verò Principes iſti Mechlenburgici à Regiâ hac urbe Mikilenburg. (quæ magnam in illâ linguâ ſignificat urbem teſte *Cranz. in Wandal. l. 7. c. 11.*) ut annotavit *Bangert. d. c. 12. in f. & patet ex Helmold. ſeq. c. 14. & Cranz. præc. l. 6. c. 36. dicti.*

2. *Dividi Ducatum & Ducum familiam hodie in Swerinenſem & Guſtrovienſem: illius Caput* fuit Adolphus Fridericus *& hujus* Johannes Albertus fratres, *quorum ille* reliquit Chriſtianum, Carolum, Johannem Georgium, Guſtavum Adolphum, Fridericum, adhuc D viventes; *Hic verò* unicum filium Guſtavum Adolphũ.

3. *Duces utriuſque lineæ* ſe ſcribere etiam Principes Vandalorum & Suerini, Dominos terrarum Roſtoch & Stargard.

Swerinenſes verò ſeorſim ſimul Principes Suerinenſes & Razenburgenſes, quia vigore *Inſtrum. Pacis art. 22.* duo iſti Epiſcopatus in perpetuum & immediatum Imperii feudum cum titulo Principatuũ iſtis pro ſatisfactione ceſſi ſunt.

4. *Illos hodiè adeo* in Comitiis Imperii obtinere quatuor ſuffragia nempè Suerinenſem ob hunc Ducatum & duos iſtos Principatus tria, & Guſtrovienſem unum.

Geldrenſis Ducatus.

Geldrenſem ante Comitatum & Ottoni Naſſoviæ Comiti ab Henrico IV. Imperatore anno 1079. *collatum ac à Ludovico IV. Imperatore Reinholdo IV. Comite an.* 1339. *Francofurti Duce creato, in Ducatum evectum referente Cuſpiniano in ejus vita*, (ubi tamen mendoſè annus 1329. A. excuſus eſt) *Reuſn. in Operis Genealog. Auctario f. 30. & latiſſimè Pontano in Hiſtor. Geldrica l. 7. f. 228.*

Diploma illud linguâ Germanica exaratum fuiſſe refert Miræus in Notationibus ad Diplomata Belgica c. 95. p. 217. Idem latinè redditum adfert l. 1. Donat. Belg. c. 130.

De quo notandum.

I. *Familiam hanc in Reinholdi hujus filiis improlibus exſtinctam, Ducatum verò per matrimonium filiæ Mariæ cum Wilhelmo IIX. al. IV. Juliacenſi Duce contractum ad familiam Juliacenſem, ſed ejus filius ſimiliter improlibus per matrimonium filiæ Johannæ cum Johanne Arculao contractum, & inde natam filiam Mariam. Uxorem Johannis Comitis Egmondani in hujus familiam tranſlatum, ſed ab ejus filio Arnoldo Duce in odium & pœnam planè impii filii Adolphi cum conſenſu fratris Wilhelmi Carolo Burgundo anno* 1472. *pro* 92000. *florenis venditum, ac ſequenti anno in articulo mortis heredi inſtituto traditum ac Treveri à Friderico III. Imperatore* B. *mediante Inveſtitura collatum fuiſſe, ut legi poteſt apud Bircken. in Hiſtor. Auſtr. l. 5. c. 21. f. 777. & ſeq.*

Carolus verò hic ante Inveſtituram Ducatum illum vi ſibi ſubjecit, & præter Adolphum (quem jam paulò ante Patris Arnoldi mortem Cortracum captivum deduxerat) *etiam ejus liberos impuberes Carolum ac Philippum Neomagi ſubſiſtentes abſtulit & Gandavum miſit, poſt ejus mortem autem Status Geldrici pro captivo Carolo Domino hereditario arma ſumſerunt, & Dominatum Burgundicum excuſſerunt.*

Sed an. 1481. à Maximiliano jam Burgund. Duce vi ſubjecti homagium ei & Conjugi Mariæ præſtiterunt.

Poſtquam verò Carolus ille jam 25. annos natus & à Maximiliano I. militia adhibitus in pugna anno 1487. *ad Bethunam à Gallis captus & anno demum* 1492. *à ſubditis ſuis certo lytro ſoluto liberatus eſſet, impulſu Caroli VIII. Regis Galliæ Ducatum ſuum recuperavit, ſed* C. *Maximiliano I. Imperatore cum magno exercitu Ducatum illum invadente Carolus ille ad preces converſus obtinuit, ut litigium illud per certos arbitros nempe quatuor Electores ad Rhenum dirimeretur, & cum illi pro Burgundo, nempe Maximiliano pronunciarent, Carolus clanculum ad Regem dictum aufugit, ejuſque Succeſſoris Ludovici XII. ſuaſu & ope denuo Geldriam bello petiit, & tantum obtinuit, ut Rex Hiſpaniæ ac Angliæ arbitri conſtituerentur ut tradit Idem Bircken ſeq. c. 34. f. 970. & ſeq. c. 39. f. 1038. l. 6. c. 1. f. 1092. c. 2. f. 1107. c. 6. f. 1150. c. 7. f. 1163. & paſſim. ſed iterum ad arma ventum, & Maximilianus totũ Ducatũ excepta urbe Zutphania, occupavit.*

Carolus verò bellum per intervalla cum Maximiliano & Carolo V. uſq; ad an. 1537 pro illo geſſit, eumq; conſentientibus Ordinibus in Wilhelmum Clivenſem tranſtulit, mortuus ſequenti anno. Sed Carolus V. an. 1543. illum gravi bello vindicavit, Wilhelmumq; jam proſcriptum eò adegit, ut ſupplex veniam petierit, Geldriam cum Zut- D *phania illi reſtituerit, & avito Ducatu contentus fuerit, ut legi poteſt apud Sleidan. l. 12. p. m. 307. l. 13. p. 338. & l. 15. p. 400. ac Thuan. l. 1. f. m. 15.*

2. *Geldrienſem hanc Ducatum cum annexis ante ſub circulo Weſtphalico comprehenſum an. 1548. à Carolo V. Cæſare vigore conventionis inter illum & Status Imperii initæ ac a Conring. l. 2. de Finibus Imperii c. 28. relatæ, art. 8. & ſeqq. tanquam Imperii feudum Circulo Burgundico ſimul incluſum, ſed ab Hollandis in præterito bello tres ferè ejus partes nempe Velaviam, Betaviam & Zutphaniam cum oppidis ac Dominiis & Comitatibus avulſas eſſe, ut legi poteſt inter alios apud Cluverium in Introduct. Geograph. l. 2. c. 19. ſect. 11.*

Plura de illis Ducibus legi poſſunt in Tegnagelii tr. de Ducum illorum origine, ſucceſſione & rebus geſtis.

Ducatus Juliacenſis.

Juliacenſem à Carolo IV. Imperatore an. 1356. *in Comitiis Metenſibus in Ducatum converſum, in illis enim dictus Imperator Gulielmum VII. communiter IV.*

dictum antea Comitem & à Ludovico Bavaro an. 1329. in Marchionem elevatum, Ducem creavit, ut ex Cuſpiniano in vita Caroli IV. Adelar. Rhoten. Erichio in Chronico Juliacenſi l. 6. c. 18. f. 290. Trithem. in Chron. Hirſaugienſi ad d. annum. & Reuſner. in Oper. Genealog. f. 508. cognoſci poteſt. quamvis Fuggerus & Bircken. In dem Spiegel der Ehren deß Ertzhauſes Oeſterreich l. 3. c. 5. n. 3. illum à prædicto Ludovico anno 1334. Ducem creatum aſſerat.

De hoc illud ſolum notandum, Illum per ejus filium Gulielmum IIX. mediante matrimonio cum Mariâ Reinholdi II. Ducis filia contracto cum Geldriæ Ducatu quidem unitum at deficiente in filiis Wilhelmo & Reinholdo IV. liberis ab hoc iterum ſeparatum ad Cognatum Adolphum Montium Ducem ex auctoritate Sigiſmundi Imperatoris delatum, & ejus maſcula progenie in Nepote Wilhelmo exſtincta, in familiam Clivenſem per Connubium filiæ Mariæ cum Johanne Cliviæ Duce contractum accedente indulto Maximiliani I. Imperatoris translatum eſſe, ut pluribus ſub Ducibus his in tertia claſſe dicetur.

Mediolanenſis Ducatus.

Mediolanenſem Johanne Galeacio Vice-Comite ad preces humillimas per Oratorem Mediolani Epiſcopum oblatas miſſo ſceptro & pileo Duce creato an. 1395. ſecundum Chron. Norimb. Latinum an. 1493. impreſſum ſextâ mundi ætate f. 235. à Naucler. Vol. 2. gener. 47. f. 262. b. Merulam p. 2. Coſmogr. l. 4. c. 35. f. m. 1029. & Pignam de Principib. Ateſtin. l. 5. f. 359. vel ut Blondus Dec. 2. Hiſt. l. 10. f. m. 389. habet ſequente ab Imperatore Wenceslao erectum. Quod etiam Jovius in Vitis Illuſtrium Virorum ſub illo circa f. narrat. Qui tamen Actium vel Azonem Avi illius fratrem à Ludovico Bavaro Principatum illum 150000. aureis emiſſe, & in gratitudinem Epitaphio ſuo Imperatorem illum ei ingeniculato Imperii ſigna tradentem inſculpi curaſſe refert, ubi legi poteſt.

Johannem tamen Galeacium etiam Dignitatem Ducalem precio redemiſſe magno Blondus d. l. memorat, & Dubrav. l. 23. Hiſt. Bohem. f. m. 190. ac Naucler. d. l. id ſumma 100000. aureorum exprimit.

Hinc Electores Imperii in Tabulis exauctorationis apud Gold. Tomo Uno Conſtit. ad an. 1400. f. 379. illi inter alia venditionem hujus Principatus objiciunt. De quo etiam Balbinus in Epitome Rer. Bohem. l. 4. c. 1. f. 399. legi poteſt.

Circa illum obſervandum.

1. Stirpem dicti Ducis in filiis Johanne Maria, improli & Philippo Maria absq; maſculis heredibus mortuo exſtinctam, Alphonſum verò Siciliæ Regem Philippi Mariæ ex filia Hippolita Nepotem ab illo teſtamento heredem ſcriptum à Mediolanenſibus rejectum eſſe & filiæ nothæ Blancæ Mariæ maritum Franciſcum Sfortiam Dominatum ope Venetorum, ut exactè narrat Calderinus Diſcurſu Politico ad Boterum 2. vi & dolis arripuiſſe, ac uſurpaſſe, ac poſtea cum filio Galeacio Mariâ ab Imperatore Friderico III. confirmationem nequicquam petiiſſe, Illiq; ſe Carolum Aurelianenſem dictorum fratrum ex Sorore Valentinâ nepotem vigore tabularum dotalitiarum ſed etiam fruſtra oppoſuiſſe.

Ludovicum verò filium ſecundogenitum poſt utrorumq; mortem præterito dicti fratris filio Johanne Galeacio a Maximiliano I. Imperatore data illi in matrimonium Blancâ Maria hujus ſorore cum dote quater centum millium aureorum præter ornamenta Ducatis 40000. æſtimata pro ſe & ſuis Succeſſoribus confirmationem illam an. 1493. obtinuiſſe, ut legi poteſt apud Guicciard. l. 1. Hiſt. p. m. 46. & ſeqq. & Jovium in Vitis Illuſtr. Virorum poſt vitam Philippi Mediolanenſis in Narratione Juris Aurelianenſi competentis.

Sed breve fuiſſe hoc ejus Imperium, illum ſiquidem Ludovicus XII. Galliarum Rex ob prætenſum ab avia Valentina Johannis Galeacii filiâ ortum in Mediolanen-

A. ſem Ducatum Jus (in illo conſiſtens, quod Valentinæ Pater in pactis dotalibus conſtituiſſet, ut quocunque tempore maſcula ejus proles deficeret, illa, & poſt ejus mortem, proximi ejus heredes in Mediolanenſi Ducatu ſuccedere deberent, idque Pontifex tempore interregni pro competente poteſtate confirmaſſet, ut latè refert Jovius in Vit. Illuſtr. Viror. poſt vitam Philippi d. l.) gravi bello adortus eſt, an. 1499. cumque ejus exercitus in illo Ducatu omnia proſperè conficeret, Ludovicum in tantum metum conjecit, ut præmiſſis liberis ipſe in Germaniam & Oenopotem ad Maximilianum Imperatorem aufugeret, arcemque Mediolanenſem munitiſſimam & omni militari proviſione ſatis inſtructam Bernhardini Curtii fidei committeret, ſed hic duodecimo poſt Domini ſui diſceſſum die Regi Galliarum ſponte illam dedit, & ſic totus ille Ducatus brevi temporis ſpatio in Gallorum poteſtatem venit, Rex verò

B. ſequentis anni primordio in Galliam reverſus eſt, & Johannis Galeacii filium parvulum Franciſcum ſecum duxit, & vitæ Monaſticæ mancipavit, qui etiam poſtea Abbas factus eſt.

Sed, ut ſunt viciſſitudines humanæ, Mediolanenſes imperii Gallici pertæſi Ludovicum revocarunt, & Gallis præ timore, excepto arcis præſidio aufugientibus, cum novo exercitu advenientem læti recepere: Ille verò paulo poſt Novariæ cum exercitu ſubſiſtens accedente hoſtili exercitu a ſuis Helvetiis deſertus & diſcedentibus patrio habitu, ne agnoſceretur, mixtus, proditus, à Gallis miſerè captus ac in Galliam Lugdunum miſſus à Rege ibi tunc morante ab admiſſione rejectus, & turri Locenſi, in quâ circa decennium vitam finiit, incluſus fuit, ut tradit poſt Guicciard. l. 4. in pr. & circa fin. & Jovium l. 7. Hiſt. & l. 14. in f. (ubi illum in ferrata cavea mortuum eſſe refert) Bircken in d. Hiſtor. l. 6. c. 4. in pr.

Rege Ludovico ita rerum Mediolanenſium potiente

C. poſt aliquot conventiones & pacta tentata inter illum & Maximilianum I. Imperatorem pax tandem an. 1505. inter alias hac conditione confecta fuit, ut hic illum reſciſſa Sfortiana inveſtitura in Ducatu Mediolanenſi inveſtiret, Literaq; Inveſtituræ ſimul illius filios, ſi quos gigneret, ſin minus proviſionaliter filiam Claudiam ejusq; Sponſum Carolum Archiducem & Hiſpaniæ Infantem, hocq; ante nuptias moriente, hujus Fratrem Ferdinandum tanquam Subſtitutum Sponſum & veros Succeſſores includerent, Et pro inveſtitura illa Maximilianus ſtatim 60000, vel ſecundum alios 10000. aureos Rhenanos & totidem intra ſemeſtre ſpatium, vel quamprimum ille Exercitum in Italiam traducturus eſſet, reciperet, & Rex Galliæ inſuper ſingulis annis in feſto Nativitatis Chriſti bina aurea Calcaria Imperatori mitteret. Quod ita etiam ſubſecutum & à parte Galli per Legatum Cardinalem Rotomagenſem juramento confirmatum fuit, ut poſt Guicciard. l. 6. refert Bircken ſeq. c. 6.

D. in f. & c. 7. poſt pr.

Cum vero Galliæ Rex pacta iſta non ſervaret, Maximilianus Mediolanenſis Dux auxilio Imperatoris, Pontificis & Helvetiorum an. 1513. Ducatum ſuum quidem recuperavit, ſed ab Helvetiis, ob non ſoluta ſtipendia diſcedentibus, mutato tamẽ conſilio reverſis, & poſtea atroci cum Gallis inito prælio ob ſtipendiorum defectum cum promiſſione tamen reditus in patriam redeuntibus deſertus, & in arce Mediolanenſi obſeſſus, hac paulò poſt dedita ea conditione, ut omni in Ducatum jure ſe abſtineret, & ſingulis annis à Rege 30000. aureorum acciperet, in Galliam ſe conferre juſſus eſt, ubi etiam tanquam ſemicaptivus anno 1552. vitam finiit, ut legi poteſt apud Guicciard. l. 11. & 12.

Sed mox iterum Fœderati pro recuperando illo Ducatu arma, licet fruſtra, cepére, & eandem Maximiliano I. Imperatore mortuo, ac ejus Nepote Carolo V. in locum ſuffecto, hic ad illum finem obtinendum cum Pontifice Leone X. contra Franciſcum I. Galliarum Regem Helvetio-

vetiorum fœdere tumeſcentem anno 1521. fœdus novum iniit. Et ſic illo anno Mediolanum, excepta arce recuperatum & paulò poſt anno 1522. Franciſcus II introductus fuit, & cum Gallorum Exercitus prælio ad Mediolanum commiſſo, ac Helvetiorum diſceſſu valdè imminutus, & inſuper Genua capta eſſet, res Mediolanenſium aliquantum tranquilla reddita fuit, ut legi poteſt apud Guicciard. ſeq. l. 14. A

Licet verò inter alia ad Mediolani defenſionem fœdus inter Pontificem, Cæſarem, Angliæ Regem, Auſtriæ Archiducem, Mediolanenſem Ducem & alios magni nominis Socios ictum eſt, nihilo tamen minus Gallus magnum exercitum ad Inſubriam recuperandam contraxit, & anno 1523. cum maxima illius parte Bonivetum Ammiralium eò præmiſit, ſed is variis incommodis vexatus & ideò exercitu valdè imminuto ſequenti anno retro cedere coactus eſt. ut apud Guicciard, l. 15. p. m. 453. & ſeqq. legi poteſt.

Sed Rex ipſe eodem anno cum valido exercitu Italiam ingreſſus recedentibus Cæſareanis, Mediolano iterum potitus, omnibus Cæſaris Sociis tanto ſepletis metu, ut ſinguli à fœdere recederent, & ita, ſi occaſione uſus fuiſſet, facilè Cæſaris Exercitum peſſum dare potuiſſet; verùm ille in obſidione Papiæ magno ſuo damno non ſolum hæſit, ſed etiam partem Exercitus ad Regnum Neapolitanum occupandum miſit, & ita Cæſarianis B. tempus ad ſubſidia contrahenda conceſſit.

Cum itaque Marchio Piſcaria & cæteri Cæſariani Duces exercitum viginti circiter millium contraxiſſent, & regius exercitus non parum imminutus eſſet, illi anno 1525. recta contra ipſum Paviam ſe moverunt, & 25. Februarii cum Rege prælio concertantes fuſo exercito & illo capto egregiam victoriam reportarunt, & Mediolanum à Gallis illa ipſa die deſertum receperunt, ut latè legi poteſt apud Guicciard, l. 15. & apud Jovium in vita P. 1. in Vita Davali Piſcarii l. 6.

Rex captus & in Hiſpaniam miſſus ſequenti anno 10. Martii liberatus fuit inter alias juramento confirmatas hâc conditione, ut omni in Ducatum hunc prætenſo jure in perpetuum cederet, ſicut apud Eundem Guicciard. l. 16. p. m 608 & ſeqq. legi poteſt, & ſic Gallorum imperium in iſtum Ducatum finem habuit.

Sed cum Dictus Franciſcus II. Mediolanenſis Dux ob quadam imputata crimina Cæſaris juſſu ibi in arce arctè obſeſſus eſſet, & Cæſaris potentia in Italia valdè metueretur, Pontifex Clemens VII. & Veneti cum Galliarum Rege eum liberandi & in Ducatum reſtituendi Ducis, quàm Italiæ totius à Cæſaris ſubjugatione conſervandæ cauſa, anno 1526. fœdus inierunt, ejusque vi Pontifex & Veneti exercitum magnum ad obſidionem Arcis Mediolanenſis tollendam collegerunt, & quamvis illa ad ſubus bia aeque duceretur, attamen re infectâ reductus & Franciſcus Dux fame extremâ in deductus fuit, ut libertate Comum ſe conferendi impetratâ arcem traderet. Qui dimiſſus ad Fœderatos ſe contulit, & in fœdus admiſſus, illàque occaſione bellum in Inſubria & Italia ac partim Regno Neapolitano usque ad anni 1529. finem maximis impenſis & damnis tractum atque demum 23. Decembr. pax inter omnes diſſidentes, Florentina excepta, compoſita fuit, cujus & tenore dictus Franciſcus II. Ducatum ſuum beneficiario Imperii jure recepit, & ſimul Inveſtituræ confirmationem ab Imperatore Carolo V. pretio 900000. aureorum, quorum 400000. intra annum & reſidua intra decem annos æquis portionibus ſoluta ſunt, obtinuit, ut legi poteſt apud Guicciard, l. 19. in fine & Sleidan. l. 6. in fine, & latè apud Capellam in Comment. de Rebus Geſtis pro Reſtitut. Franciſci II. Mediolanens. Ducis.

Sed Franciſcus hic anno 1534. Chriſtinam Chriſtierni Daniæ Regis filiam in uxorem duxit, & ſeq. anno ſub finem Octobris absq; liberis mortuus eſt, ut legi poteſt ap. Sleid. eund. l. 9 p. m. 226 & 234.

Unde nova turba orta: Cæſar enim ſtatim per Antonium Levam Inſubriam tanquam Imperio apertam occupavit, &, cum Franciſcus Galliarum Rex ejus invaſionem meditaretur, per Germaniam & alia loca conſcriptum exercitum in Italiam evocavit. Hic verò occupatâ jam ex prætenſione quadam Sabaudiâ occaſionem ad illam bello repetendam nactus magnum collegit exercitum. D.

Quo circa Cæſar eum præveniens bellum in Provinciam duobus exercitibus, infauſto tamen eventu, intulit, ſed Pontificis interventu anno 1538. Induciæ inter utrumque in decem annos factæ ſunt referente Eodem l. 12. p. m. 306.

Cæſar verò Ducatum illum in filium Philippum ejusque heredes tanquam feudum Imperii anno 1554 transtulit referente Slid. l. 25. p. m. 764. & Thuan. l. 13. f. m. 266. Illum tamen jam anno 1551. Bruxellis Mediolani Ducem deſignatum fuiſſe ex Bodino l. 2. de Rep. c. 6. poſt medium apparet.

Et ita ab Hiſpaniæ Regibus tali jure Ducatus ille adhuc poſſidetur.

2. Illum quidem, ut jam dictum, adhuc eſſe Imperii feudum, & ideò in R. I. de date Nürnberg 1542. §. 3. vocari deß heiligen Römiſchen Reichs Eigenthumb / ſicuti etiam Philippus IV. Hiſpan. Rex adhuc anno 1681. ejus inveſtituram per Legatum accepit, ut præc. c. 2. ib. & expl. 1. 83. retulimus ſed ejus nomine Imperio nihil contribui, neque Legatus in Comitiis Imperii comparere ut notum eſt.

3. Quomodo Ducatus ille hodie adminiſtretur ex Briſtio refert Brunnmeyß. in Pharo Geograph. Italiæ c. 4. f. 3. lit. b.

Montenſis vel Bergenſis Ducatus.

Montenſem vel Bergenſem Comitatum ſub VVilhelmo à Carolo IV. anno 1376 referente Caſpin. in Ejus vita, vel VVenceslao Imperatore anno 1389. ſecundum Reuſn. in opere Genealogico f. 508. in Ducem creato, in Ducatum evectum, & cum Juliacenſi ac Clivenſi per matrimonia conjunctũ eſſe ſub Clivẽſi mox dicetur.

Ducatus Lucemburgicus.

In hanc claſſem referendus etiam eſt Ducatus Lucemburgicus à Carolo IV. anno 1354 per creationem fratris VVenceslai in illius Ducem inſtitutus, ut tradit Cuſpinianus in illius Vita & Maſen. in Tomo 2 Annal. Trevir. l. 17. a 167. Diploma refert Miræus in Diplomat. Belgica l. 1. c. 95. datum vero eſt Idibus Martii 1354. ac exſtat illud etiam apud Maderum in Epiſtolis aliquot Ejusdem Imperatoris Gervaſii Tilberienſ. libro de Imperio Romano ſubjuncta Epiſt. 18. Et in illo inter alia continetur, quod VVenceslaus hic & ejus ſucceſſores debeant frenum dextrarii Imperialis à latere dextro gubernare, & cibos regios in ſolennibus curiis incidere, de quo etiam legatus Maſen. d. l. Ducum Stemma refert Idem Miræus p. 289 & ſeq & in Indice ad Donat. Belgic. c. 5. & Bertelius in Deſcript. Ducatus illius.

Ubi notandum Ducatum hunc per matrimonium Eliſabethæ, quæ fuit filia Johannis Ducis Lucemburgi, cum Antonio Brabantiæ Duce initum à VVenceslao Imperatore hujus Johannis fratre in dictum Antonium & Eliſabetham cum certis conditionibus tranſlatum fuiſſe, ut legi poteſt in contractu antenuptiali apud Miræum l. 2. Donat. Belgic. c. 118. hanc verò poſt mortem hujus improlis Johanni Bavariæ Duci & Hollandiæ Comiti nupſiſſe, ac hoc etiam ſine liberis mortuo illum paulò poſt Philippo Bono, Burgundiæ Duci, vendidiſſe, & poſtea ob æris alieni magnitudinem ſe in fidem civitatis Treviris contuliſſe atque ita ibi in ſumma miſeria mortuam eſſe, ut poſt alios refert Maſenius d. T. 2. l 18. f. 264. & 266. & l. 19. f. 281. & ſeq. De quo tamen etiam legi poteſt Blondellus in Geneal. Franc Plenior. Aſſert Tomo I. Quatern. XXV. n. 4 & ſeq.

Ducatus hic cum reliquis provinciis primo in Archiducum Auſtriæ & deinde in Regum Hiſpaniæ poteſtatem pervenit. De quo etiam conſuli poteſt Bertelius d. l. ſub Principibus Lucemburgicis circa f. ubi latè de tranſlatione utraque agit. Cui tamen adde Blondell. d. l. ubi refert illum à Guilelmi Saxoniæ D. uxore Annâ Carolo VII. Galliæ Regi venditum, ſed ab ejus ſucceſſore Ludovico XI. jus inde acquiſitum remiſſum eſſe, ubi plura legi poſſunt.

C. *Tertii temporis vel tertia Claſſis Ducatus & Duces.*

Tertii temporis Ducatus & Duces ab anno 1400. incipimus & ſunt illi ſequentes.

Clivenſis, qui ſub Adolpho VII. aliis II. ab Imperatore Sigiſmundo in Concilio Conſtantienſi anno 1417. in Ducem creato erectus, ut inter alios Erichius in Chron. Juliac. lib. 6. cap 10 & à Johanne III. Clivenſium Duce per matrimonium Mariæ unicæ VVilhelmi filiæ cum Bergenſi & Juliacenſi unitus fuit.

De quo notandum Albertum Saxoniæ Ducem anno 1483 16. Junii ab Imperatore Friderico III. exſpectativam in Ducatum Juliæ & Montium, & ejus confirmationem à Maximiliano I. in Comitiis VVormatienſibus an. 1495. obtinuiſſe.

Jus verò ſuccedendi in Ducatum Clivenſem ac Comitatum Marcanum & Ravenſteinium Johannem Fridericum Ducem Saxoniæ per pacta dotalitia anno 1526. 8 Auguſti à Johanne III. Clivenſi Duce in elocatione filiæ Sibyllæ confecta, à Statibus illarum provinciarum ſequenti anno approbata, & à Carolo V. anno 1544. 13 Maji confirmata acquiſiviſſe, & tandem totam in omnes tres Ducatus cum annexis Comitatibus & Dominiis inveſtituram demum ab Imperatore Rudolpho II. anno 1610. Matthiâ anno 1613. Ferdinando II. D. anno 1621. & Ferdinando III. anno 1638. & 1641. impetraſſe, uti hæc omnia, exceptâ ultimâ hâc inveſtiturâ, In der wiederholten Summariſchen Deduction deß Chur- und Fürſtl. Hauſes Sachſen de anno 1654 per documenta ſubjuncta probantur.

De inveſtiturâ verò ab Imperatore Leopoldo I. Glorioſiſſimo nobis hucusque nil conſtat.

Omnibus verò hic jurium fundamentis ab Electorali & Marchionali Brandenburgicâ, nec non Palatinâ Neoburgicâ & Bipontinâ Domo (reliquos adverſarios omittendo) non contemnendas rationes opponi, & quidem præcipuè,

In genere, ſive ab omnibus illis conjunctim Provincias illas ex ſi primæva conſtitutione vel obſervantiâ à Romanis Imperatoribus ſucceſſivè confirmatâ comparatas eſſe, ut deficientibus maſculis fœminæ ſuccederent, & ideò Imperatorem Maximilianum I. de hac qualitate rectè edoctum ſententiam ſuam mutaſſe, & anno 1508. Guilelmi Juliacenſis filiæ Mariæ jus ſuccedendi attribuiſſe, ſequenti anno omnes illas exſpectantias ex plenitudine poteſtatis tanquam nullas & invalidas revocaſſe & anno 1516. Nepoti ſuo Carolo V. plenam poteſtatem dediſſe, Johannem dictam ſuo & Uxoris nomine ac jure de Ducatu Cliviæ & Montium inveſtiendi. Carolum quoq; hunc an. 1546. novam fœmineæ hujus ſucceſſionis declarationem aut confirmationem extradidiſſe. ut illud in Aſſertione

juris

juris Brandenburgici per totum; hoc autem in præmiſſâ ei facti ſpecie oſtenditur.

In ſpecie vero ab Electorali & Marchionali Brandenburgica Domo tam Saxonicæ quàm cæteris prætendentibus Jus primogenituræ, tam quoad maſculos, quam his defunctis quo ad fœminas cum unione omnium provinciarum per ſingulare pactum a dicto Wilhelmo Juliacenſi & Johanne Clivenſi anno 1496. *introductum, & poſtea à Romanis Imperatoribus ſucceſſivè confirmatum fuiſſe, & illo juris intuitu & reſpectu Wilhelmum poſteriorem Johannis prædicti filium in elocatione primogenitæ filiæ Mariæ Eleonoræ anno.* 1572 *facta, pactis dotalibus inſeruiſſe, ut illa deficientibus maſculis omnium ejus provinciarum heres eſſe, & reliquis filiabus vel ſororibus ſaltem certam pecuniæ ſummam loco dotis & omnium jurium ſolvere debeat. Eundemq; in elocatione ſecundogenitæ Annæ, tertio-genitæ Magdalenæ, ac quarto-genitæ Sibyllæ pactis dotalibus iterum adjeciſſe, ut prima aliq; heredibus defuncta ſecundo-genita, & ſic conſequenter unaquaq; alteri in ſolidum vi illius confirmati juris ſuccedat, uti in dicta facti ſpecie demonſtratum eſt.*

A Palatina Neoburgenſi Domo vel potius illo tempore Wolffgango Wilhelmo ex prædicta Anna ſecundogenita nato ſuccedendi jus in omnes provincias vel vigore primogenituræ matri ſuæ tanquam poſt fratris mortem adhuc viventi ſeniori ſorori, vel ſibi tanquam Patris ſui heredi maſculo ſeniori, ideò, quia in Caroli V. privilegio comprehenſum eſſet, ut filiarum heredes maſculi fœminis præferri deberent, *competere, adeoq; Brandeburgicos ex Anna præmortua ſororis Mariæ Eleonoræ filia ſimulque lineâ fœmininâ ortos excludi.*

Et tandem à Palatina Bipontina vigore dicti Carolini privilegii omnes filias earumq; heredes æquo jure in ſucceſſione concurrere, imo Brandenburgicæ Uxoris Mariæ Eleonoræ ante fratrem mortuæ liberos tanquam remotiores planè excludi.

Quæ omnia hic ſaltem tangere & Lectorem curioſum ad dictam Aſſertionem, cui refutationes omnium jurium & fundamentorum ab Adverſariis adductorum ſubjecta, Lucium Veronenſem (ita Scriptum pro Neoburgicis editum inſcribitur.) *& Deductionem Saxonicam etiam jam memoratam remittere volumus.*

Quibus omnibus denique addimus 1. *mortuo anno* 1609. *abſque heredibus Johanno Wilhelmo ultimo Cliviæ, Juliæ & Montium Duce Johannem Sigiſmundum Electorem Brandenburgenſem Annâ Brandenburgico-Pruſſicâ ex dictâ Mariâ Eleonorâ Clivenſi natâ maritum auxilio Hollandorum Ducatum Clivenſem cum Comitatu Marcano & Ravenſpurgico & Philippum Ludovicum dictæ Annæ Clivenſis maritum ope Hiſpanorum Ducatum Juliacenſem & Montenſem occupaſſe, illoſque ad poſteros ſuos contradicentibus & reſtitutionem nequicquam urgentibus Saxonicis tranſmiſiſſe.*

2. *Solam Saxonicam Domum ob Inveſtituram impetratam ab Imperatoribus titulo Ducum Juliacenſium, Clivenſium & Bergenſium &c. dignari; reliquos in litoris illo titulo non affici.*

Ducatus Sabaudicus.

Sabaudicus in Italiâ ſub Amadeo IIX. Comite in Concilio Conſtantienſi a Sigiſmundo Imperatore anno 1416. *Duce creato inſtitutus, ut refert Cuſpin. in hujus vita & Bircken. in Hiſt. Auſtr. l. 4. c. 5. f. 427. ſed noviſſimè Thom. Blanc. Dans Abbrege de l' Hiſtoire de la Royal. Maiſon de Savoye T. 2. p. 32. id in Sabaudia dicto anno factum & Diploma 19. Febr. Cameriaci (a Chambery) exaratum eſſe narrat.*

De Ducibus hiſce notanda ſequentia:

Illos I. Stemma ſuum a Beraldo Saxone, qui ſolum Patrium vertere coactus in Burgundia tractum quendam Comitatum Morienne vocatum, occupavit, & *anno* 998. *mortuus eſt, filiumq; Humbertum ab Henrico III. Imperatore de Comitatu illo primùm inveſtitum reliquiſſe, continuâ ſerie deducere,* ut traditur in *Mercurio Francico tomo* 10. *p.* 330. *& ſeq. & legi poteſt apud Reuſner. in Opere Geneal. f. 367. Roſſier. in Stem. Lotharing. tom. 6. f. 385. Vanderburgium in hiſt. Ducum & Princip. Sabaud. l. 1. in pr. & per totum Sam. Guichenonium in illorum Hiſt. poſt pr. Liboleum in illorum Genealog. in pr. & Thom. Blanc. in d. l. 1. p. 51. & ſeqq. ubi hic poſt nonnullorum diverſas opiniones relatas hanc etiam approbat. Qui etiam in ſequentibus tradunt Amadeum II. rectius ſecundum Blancum ibid. p. 103. III. an.* 1110. *ab Henrico IV. vel V. Imperatore Comitem Sabaudiæ,* & tandem, ut jam dictum, *Amadeum IIX. primum Ducem creatum, ſed poſtea* relictis filio ſuo Ludovico anno 1434. Ducatus gubernaculis, Monaſticam vitam eligentem à Patribus Concilii Baſileenſis an. 1439. contra Eugenium IV. *Pontificem creatum ac Felicem V. alias IV. nominatum* fuiſſe, & ſedem obtinuiſſe annos 9. menſes 5. ac dies 7. ut legi poteſt apud *Ciacon. in Vitis Pontificum f. 911. Modium in Pandect. Triumph. Tom. I. l. 4. c. 11. & Blancum d. T. 2. p. 75. & ſeqq.*

2. *Imperii vicarios Generales & Perpetuos ſive hæreditarios non in Italia tota ſed Provinciis ſuis & quibusdam adjacentibus à Carolo V. Imperatore an.* 1521. *conſtitutos,* ac à Succeſſoribus Ejus cum quâdam extenſione confirmatos eſſe, ut *præc. c. 1 th. 14 in expl n. 2.* annotatum eſt.

3. *Poſſidere, ut refert Ranchinus apud Limn. Tom. V. l. 5. c. 14. n. 2. quinq; Ducatus,* nempe Sabaudicum, Cabalſium, vel Cabillonenſem, Aſtenſem, Genevenſem & Montisferratenſem, *tres Principatus* utpote Pedemontanum, Onilienſem, & Barcillonettenſem, *quatuor Marchionatus & ſex Comitatus* ibi nominatos, ultra plurimos Marchionatus, Comitatus, Baronatus & Dominia à Duce hoc dependentia. *Totum illorum Titulum refert etiam Guichenonius in d. Hiſtoriâ Sabaudicâ & Blancus Tomo 2. p. 361.*

Verùm hæc ille partim adulatorio conſcripſit calamo, ſiquidem Victor Amadeus Dux anno 1635. *mortuus in* titulo ſuo quidem quinque iſtos Ducatus, verùm ſaltem unum Principatum Pedemontanum; & cætera ſub nominibus Baronatuum & Dominiorum uſurpavit, ut legi poteſt apud *Eundem Ranchinum à Limn. d. l. n. 17. allegatum, & Carolus Emanuel ejus filius in ſuo titulo etiam Ducatum Genevenſem, & Montiſferratenſem omiſit,* ut refert *Zeill. in Tr. de decem circulis Imperii ſub tit. Octavo p. 643.*

4. *Se Reges Cypri adhuc nominare ex illa cauſa, quia primo Ludovicus* Amadæi IIX. prædicti filius matrimonium contraxit cum Anna Jani de Luſignan Cypri Regis filiâ, *& deinde illius filius Ludovicus* cum ejuſdem Jani ex filio Johanne Nepte Carolottâ, *& hic poſt Soceri mortem regnum illud uſq; ad annum* 1462, quo illum Jacobus prædicti Johannis naturalis filius auxilio Soldani Ægyptiaci & Venetorum regno ejecit, *poſſedit,* ut ſimiliter *Ranchinus apud Limn. d. l. Blancus d. Tom. 2. Liv. 4. p. 121. & p. 152. ac ſeqq. late* narrat. *Ideoq; Gallice titulum uſurpare, des Alteſſes Royales. Narrat etiam Panealb. in Not. & Illuſtr. ad Inſcriptiones Theſ. ſub tit. Regiarum Ædium ornamenta p. m. 119.* Carolottam illam an. 1459. Dominica primâ Septemb. ſolenni more coronatam fuiſſe trium Regnorû Reginam, Cypri, Jeruſalem, & Armeniæ ſecundum Annales Eccleſ. (forte Card. Baronii) & Theſ. ipſe illam omnia regni patrii jura in Carolum Sabaudum (mariti ex fratre Amadæo nepotem) poſteroſq; tranſtuliſſe, & morti penè contiguam coram Innocentio IIX. acta illa confirmaſſe.

Cur verò iidem titulum Regum Cypri ultimo loco ponant; nondum reperire potuimus, putamus tamen, id ideò forte fieri, quod hic hodie ſaltem nominalis, & omnis ſpes vel occaſio recuperandi vel obtinendi illius regni iis adempta ſit. *Interim tamen obſervandum etiam Electorale Colleg. an.* 1666. *Carolo Emmanueli* II. *Duci regenti & 1675. mortuo titulum* Ihr Königl. Hoheit *attribuiſſe & adjiciendum, reliquos Duces ex hac Domo illo ſiunt etiam reliquo titulo non uti.*

5. In Italia omnibus aliis præferri, etiam Magnis Florentinis Ducibus, ut demonſtrat Limn. l.5.c.14.n.7. & ibidem Tom. IV. Ubi plura de eorum præcellentiâ refert, cui adde Cruſium de Præced. l.3.c.10.n.4. & ſeqq. ubi ſimul rationes affert.

Plura de illis Ducibus apud Guichenonium in d. Hiſtoria, & Blancum in d. Tr. paſſim.

6. Adhuc eſſe Principes imperii tam ratione Sabaudiæ, quam certorum locorum in Montiſferrati Ducatu per tranſactionem Ratisbonenſem anno 1630. & Clieraſcienſem anno 1631. factam, & in Inſtrumento Pacis Germano-Gallico confirmatam obtentorum, quia ratione horum ab Imperatoribus inveſtitur, uti legi poteſt in *capitulatione Leopoldi I. art. 4. & ratione prioris ſeſſionem habere* inter Duces Holſatiæ & Landgravios Leuchtenbergenſes & *ſecundum Matriculam Imperii de ann. 1521 debere ſolvere ratione collectarum Imperii 828. florenos, & ad ſuſtentationem Cameræ quotannis 300. florenos, ſed teſte Wehnero in Obſerv. Pract. ſub verbo Matricula hodie nihil contribuere, quod etiam praxi congruit.*

7. Illos ob Ducatum Montiſferrati cum Mantuano aluiſſe diuturnam litem, ſed illam nuper planè compoſitam eſſe, ut videri poteſt ex illis, quæ paulò poſt ſub Duce Mantuano dicta ſunt.

8. Illos olim Orientalis Imperii Electores perpetuos fuiſſe, ut narrat Pancalbus in Not. & Illuſtration. ad inſcriptiones Theſauri: ſub dicto titulo p.m. 117. addens jus illud Thomam Sabaudum ad nepotes tranſmiſiſſe, & p. ſeq. Philippum Sabaudum per matrimonium Iſabellæ Achaicæ Principem Achaiæ factum eſſe.

Ducatus Saxonicus Superior recentior.

Saxonicus Superior recentior à Sigismundo Imperatore Friderico Bellicoſo, Marchione Miſniæ & Landgravio Thuringiæ anno 1423. feſto trium Regum, ut contra communem rectè tradit *Hortled. de cauſis Belli Germ. l.4.c.9.f.236.* & *Moller. l.2. Annal. Freiberg. p.74.* (illo enim anno & die primæ literæ inveſtituræ Presburgi datæ ſunt, & ideò Idem Imperator in Privilegio de non revocando eodem anno in die Annunciationis Mariæ dato, ut *præc. c.6 tit.11. expl.2. n.7.* retulimus, illum jam Electorem vocavit, licet ſolennis inveſtitura anno demum 1425. Budæ ſecuta, & idcirco alterum Diploma ibidem tunc exoratum ſit, ut *id. Hortled. d.l. & Albinus* **In der Meißniſchen Land Chronica** *Tit.16. f. 212. & ſeqq.* tradit, *ſeq f.210.* addens, Eodem anno immiſſionem in Electoratum à Johanne Comite à Lupfen, tanquam Imperatoris Judice aulico & Commiſſario, factum fuiſſe) *in Ducem & Electorem Saxoniæ evectio, ut in præcedentibus ſub primi temporis Ducibus & Ducatibus, & in ſpecie veteri illo Ducatu ac Lavenburgico jam demonſtratum fuit, ex parte veteris illius exiguâ, nempe Ducatu Saxoniæ Superioris ad Albim circa Wittenbergam & Altenburgico, Vinarienſi, aliisq; Comitatibus conflatus.*

De Ducibus hisce ſequentia notanda:

Illos 1. olim titulo etiam Pfalzgraviorum Thuringiæ vel Saxoniæ in Alſted. & Comitum Brenenſium (ut ex literis inveſtituræ Sigismundi Imperatoris apud *Albin. in Chron. Miſnenſ. d. Tit.16. f.m.213.* & ex iis, quæ *Idem præced. Tit.15. f.195.* conſignavit, conſtat,) uſos eſſe, *nec non Marchionum Miſniæ Luſatorum, Landsbergenſiũ, Burggraviorum Soraborum; & Comitum Wettinorum atq; Ilenburgicorum*, ut poſt alios apud *Reuſner. in Opere Geneal. ſub ſtemmate Wettinenſi f.m.273. & ſeq. ac Albinum* **In dem neuen Stam̃baum** *ſub Dithmajero 27. ejus ſtemmatis & ſeqq. ac in Chron. Miſniæ Tit.9. f.m.107. & d. Tit.15. f.187. & ſeq.*

Quod verò ſupra dictos Marchionum Miſniæ & Landgraviorum Thuringiæ titulos concernit, ſciendum priorem antiquiſſimum & Conradum Magnum dictum Landsbergæ Marchionem Albinus in ordine 32. à Lotha-

A. *rio Cæſare anno 1126. vel ſequenti illo inveſtitum fuiſſe, ut apud Reuſn. d.l. f.274. & Albin. d. Tit.15. f.186. & ſeq. legi poteſt. Ubi etiam refert*, quomodo Marchionibus Luſotiæ ad ipſum pervenerit.

Poſteriorem verò quo ad hanc ſcilicet familiam in Henrico Illuſtri Marchione Miſniæ & Luſatiæ cœpiſſe, cum enim anno Chriſti 1248. Aurelianenſium gens Henrico Landgravio Thuringiæ & Haſſiæ & electo Rege Romanorum ſine heredibus mortuo defeciſſet, inter Henricum illum dicti Henrici Regis Sororium & *Sophiam Henrici VI. Boni dicti Ducis Brabantiæ viduam* (quæ fuit Ludovici Landgravii & fratris ejusdem Henrici Regis filia) *de jure Succeſſionis in Landgraviatum, iſtum contentio orta eſſet, tranſactio temporaria ita facta eſt*, ut Henrico huic quousq; lis hæc per Principes determinaretur, Thuringia in fidem committeretur, nihilominus verò ideò ad arma proveniretur, *tandem negotium*

B. *illud ita compoſitum fuit, ut dicti Henrici VI. & Sophiæ filius Henricus Puer nominatus, provinciis Haſſiacis & titulo Landgravii Haſſiæ contentus omni juri in Thuringiam renunciaret, & Henricus Marchio Landgravius* (qui ſimul ab Imperatore Friderico II. exſpectativas in illum Landgraviatum Thuringiæ anno 1242. obtinuit, ut *poſt Dilich. in Chron. Haſſiæ P.2. p.164. & ſeqq.* refert *Weckius in Deſcript. urbis Dreſdæ parte 2. tit.1. f.105. &* 153. ubi diploma recenſet) *Thuringiæ perpetuò permaneret, atq; ita ex uno Landgraviatu duo facti ſunt*, ut legi poteſt in *Hiſtoria Landgraviorum Thuringiæ c.54. & ſeqq. apud Piſtor. Tomo I. Scriptor. German. in f. & Reuſn. d. Opere f.m.482.* nec non *Binhardum in Chron. Thuring. l.2. ad ann. 1263. Dilich. in Chron. Haſſiæ d. p.2. ad ann. 1248. & ſeq. & Quadum in Deſcript. Haſſiæ, ac latiſſimè apud Weckium in Deſcriptione urbis Dreſdæ f. d.105. & ſeqq.*

Quibus addendum Eandem titulo Burggraviorum

C. *Magdeburgenſium gaudere, de quo præc. c.1. tit.12. expl.6. n.3.* latè actum eſt.

2. Hodie diſtingui in Familiam Electoralem & Altenburgico-Vinarienſem, & Vinario Gothanam. Et illam iterum in primogenitam ſive Electoralem in ſpecie, quæ Provincias Electorales cum dignitate illa poſſidet, *ac poſtgenitam*, in qua ſecundum Teſtamentum Paternum Dux *Auguſtus* quatuor præfecturas, Querfurt, Burg, Dahma & Juterbock, una cum quibusdam præfecturis in Thuringia & alibi ſitis. *Chriſtianus* Epiſcopatum Martisburgenſem cum Marchionatu Luſotiæ Inferioris, & *Mauritius* Epiſcopatum Naumburgenſem & Zeitzenſem unà cum aliquot præfecturis in Thuringia & Voigtlandia, ac partem Electoralem Comitatus Hennenburgici proprietario jure accepit.

In Altenburgico-Vinarienſi verò poſt nuperam mortem ultimi Altenburgici Ducis Friderici Wilhelmi Junioris *Erneſtum Ducem Saxoniæ Gothanum Ducatum*

D. *Altenburgicum & diſtrictum* Coburgicum ſimul obtinuiſſe, *Vinarienſibus verò* Ducibus ex tranſacto à *Gaſtelio de Statu Publico Europæ c.19 n.68. relato*, aliquot præfecturas de prædicto Ducatu obveniſſe, *Et hos Ducatum ſuum ita diviſiſſe*, ut primogenitus Johannes Erneſtus Vinariæ, Johannes Georgius medius frater Iſenaci & natu minimus Bernhardus Jenæ aulam ſuam, & circa unamquamq; quilibet territorium ſuum haberet, *Gothanorũ verò ſpecialis diviſio nobis non exactè nota eſt.*

3. Eandem Domum per connubium Friderici Strenui Landgravii Thuringiæ & Marchionis Miſniæ cum Catharinâ Henrici Comitis Hennebergici filiâ anno 1345. contractum, Coburgicam ditionem acquiſiviſſe, & ideò Landgravium illum dicere ſolitum fuiſſe, Gallinam iſtã egregium ovum ediſſe, ut legi poteſt apud *Dreſſer. in deſcriptione urbium ſub illa urbe*, & *Albin. in Chronico Miſniæ tit.15. f.m.199. & ſeq.*

Et per pactum mutuæ ſucceſſionis poſteà pro certa parte [illegible] *Comi-*

Comitatum Hennebergicum poſt mortem Georgii Erneſti A
Comitis ultimi anno 1583. ſecuta acquiſiviſſe præc. p. 1. c. 4. th. 3. expl. 2. n. 6. oſtenſum eſt.

4. Terram Advocatorum ab eodem Friderico pro parte per arma obtentam fuiſſe idem Albinus f. 200. cum cauſa iſtius belli refert.

5. Inter hanc Domum & Domum Haſſiacam eſſe pactum confraternitatis anno 1373. ab Imperatore Carolo IV. confirmatum, & renovatum anno 1555. ac 1587. ut legi poteſt apud Limn. l. 4. c. 8. n. 162. & ſeqq.

Et inter Eandem ac Domum Brandenburgicam pactum confœderationis ultimò anno 1614. Naumburgi renovatum, ut legi poteſt apud Eundem d. c. 8. n. 25.

De utroq; pactis etiam legi poſſunt, quæ habet Idem Tomo 4. d. c. 8. n. 166.

De prioris anno natalitio & ſæpius iteratis renovationibus conſule etiam Carpzov. in Diſſert. de hoc pacto Lipſiæ anno 1647. habita. th. 17. & ſeqq. B.

Simile confœderationis pactum inter Imperatorem Rudolphum ratione Regni Bohemiæ & Eandem Domum Saxonicam anno 1586. initum fuit, ut legi poteſt apud Limn. l. 5. c. 15. n. 9.

Domum hanc in Ducatus Juliacenſem, Clivenſem & Bergenſem Exſpectativas & Inveſtituram à longo tempore obtinere, ſed Electoralem Brandenburgicam & Palatinam Neoburgicam poſſeſſionem, ut paulò ante ſub Ducatu Clivenſi oſtenſum.

Habere Eandem privilegium de non appellando, ut præc. c. 6. th. 9. expl. 1. n. 8. demonſtratum.

Hanc Electoralem Domum per Johannem Georgiũ I. à Ferdinando II. Imperatore anno 1625. 13. Auguſt. literas Exſpectativas in feuda Imperialia Comitum de Hanau & Schvvarzenburg, item Ducum Brunovicenſium & Lunaburgenſium obtinuiſſe, & ab Imperatore Ferdinando III. vigore Diplomatis de dato Pragæ 17. Sept. 1638. illarum confirmationem ſuper feuda Imperii Hanovienſia C.
& Schvvarzenburgica impetraſſe, ut refert Holdorffius in Diſſert. de Jure Exſpectativæ Membr. 2. th. 26. addens in fine copiam illarum literarum, ſed mutilarum.

Et per Johannem Georgium II. Electorem ab Imperatore Leopoldo I. vigore diplomatis exſpectativam in Ducatum Saxoniæ Inferiorem impetraſſe, ſed contra illam, ſuppreſſo tamen Electoris nomine Sereniſſimos Anhaltinos Principes ob jus ſimultaneæ Inveſtituræ antiquum competens, Deductionem ſub titulo **Gründliche Fürſtell- und Erweyſung** *&c. divulgaſſe. Eundē Electorem cum Julio Franciſco Duce Saxon. Inferioris pactum confraternitatis anno 1671. in Sept. iniiſſe hoc modo, ut Ducatus hic cum Luſatia in reciprocam ſucceſſionem delatus ſit, illudq; ab Imperatore confirmatum eſſe.*

Defunctum Electorem Johannem Georgium I. ab Imperatore Ferdinando II. cum conſenſu & confirmatione Regis Hiſpaniæ Luſatiam vi ſpecialis conventionis de dato D
Pragæ 30. Maji 1635. pro debito 72. auri tonnarum cen feudum perpetuum regni Bohemiæ ita obtinuiſſe, ut in illo non tantum deſcendentes maſculi ex domo Electorali, & proviſionaliter Saxonicâ Altenburgenſi, verùm etiam in horum defectu Electoris ipſius præfati tanquam primi acquirentis filiæ earumq; deſcendentes maſculi ſuccedere, nec feudum illud ante ſolutionem debiti illius reſtituere, inveſtituram tamen omni caſu emergente petere ac impetrare debeant.

Et morte Auguſti Ludovici ultimi Comitis Barbejenſis Comitatum iſtum tanquam feudum apertum obtinuiſſe, eumque filio Auguſto hæreditario jure contuliſſe.

Notandum tandem hic Electores Saxoniæ ex ſequeſtratione Juriſdictionem in Comitatum Manſfeldenſem obtinere, & omnes proventus percipere, Comitibus ſaltem reſidentias cum venationibus, piſcationibus, & dominio in paſtoratus cum annuâ penſione 2000. florenorum unicuique quatuor ſuperſtitum linearũ præſtandâ retinentibus.

De quo ſeq. ſect. 3. c. unico th. 6. in expl. ſub Comitibus Manſfeldicis, ubi ſimul de prætẽſione Adminiſtratoria in illum Comitatum & Comites ipſos quædã diximus.

Mutinenſis Ducatus.

Mutinenſis in Italia à Friderico III. per creationem Bergiæ vel Borſi Marchionis Ferrarienſis in Ducem Mutinæ & Regii, quæ Imperii feuda illi donavit, anno 1452. Ferrariæ ſolenni ritu, quem refert Modius d. l. 4. c. 14. factam inſtitutus, de quo etiam legi poteſt Bircken. in Hiſt. Auſtr. l. 5. c. 8. f. 589.

De Ducibus his notanda ſequentia:

1. Illos ab antiquis illis Eſtenſibus & Feltrenſibus Principibus deſcendere, & ex illis Henricum Ateſtis, & Montis Silicis Principem à Carolo M. Comitem Eſtenſem creatum eſſe, ut nonnulli, interq; illos Reuſner. in Opere Genealog. f. 392. putant.

Sed nos talem Henricum cum reliquis poſteris hactenus in veteribus ſcriptoribus reperire nequivimus.

Tutius igitur cum Sigonio de Regno Italiæ l. 7. f. 172. in Sigeberto Azhonis vel Azonis Comitis Canuſſini filio ab Imperatore Ottone I. Marchione Ateſtis anno 967. conſtituto, hujus familiæ Marchionalis initium conſtituimus, de quo tamen etiam legi poteſt Pigna de Ateſtin. Principibus l. 1. f. 60. ubi id anno 970. factum, ac Sigebertum illum ab aliis communiter Albertum II. dictum eſſe, & à Cæſare filiam Adelaidam poſt Aldam dictam, in matrimonium accepiſſe refert.

2. Dictum Borſium vel Borgiam Nicolai III. nothi Marchionis Eſtenſis & Ferrariæ Ducis tertium filium nothum legitimis fratribus principatum præripuiſſe, & ob ſingulares virtutes, interq; eas magnificentiam & liberalitatem ſummam Friderico III. Imperatori, dum Romæ iret, & Ferrariæ ſubſiſteret, exhibitam, ab illo reduce dictis annis 1452. 18. Maji Ferrariæ ſub Dio in Ducem Mutinæ & Regii recenter donatarum provinciarum, maximâ cum ſolennitate, & poſteà anno 1471. à Pontifice Paulo II. ſponte in Ducem Ferrarienſem non minore celebratione evectum fuiſſe, ut ex actibus deſcriptis apud Modium d. c. 14. & ſeq. cognoſci poteſt. Quod etiam latè cum omnibus ceremoniarum circumſtantiis narrat Pigna de Ateſtin. Principibus l. 7. f. 566. & l. 8. f. 640. & ſeqq.

Illeq; ſine uxore & liberis mortuo fratrem legitimum Herculem Ferrariæ, Mutinæ & Regii ſecundum Ducem ſucceſſiſſe, & hunc ſaltem uſque ad Alphonſum II. alii III. omnes tres iſtos Ducatus tranſmiſiſſe.

Cum enim ille abſq; liberis anno 1597. mortuus eſſet Pontifex Clemens IIX. factâ pace Ferrariam, tanquam Eccleſiæ feudum rurſus Pontificiis ditionibus adjecit. *Mutinã verò & Regium* Cæſari Duci Alphonſi agnato reliquit, referente *Mauroceno in Hiſt. Veneta l. 15. f. 607. Et Imperator Rudolphus jam ante à Maximiliano II. Patre conceſſum Mutinæ & Regii Ducatum anno 1598. illi & poſteris ejus fiduciario jure confirmavit, de quo ex parte legi poteſt Auctor libelli de Principatibus Italiæ à Segetho latinè editus Tit. 8. Quibus ex fide Pigna l. 8. f. 642. adjiciendum, Herculem dictum ab Imperatore* (qui Fridericus III. vel Maximil. I. fuit) *Magnum Ducẽ appellatum, & Alphonſum à Maximil. I. per tabulas eadem poteſtate Ducem eſſe dictum, quantâ maximâ reliqui Magni Duces ac Principes Imperii potiantur, & eandem Alphonſo II. à Maximiliano II. Imperatore eſſe conceſſã.*

His etiam addendum Carolum V. Imperat. Alphonſo I. Duci Carporum oppidum adjudicaſſe, ut legi poteſt ap. *Jovium in hujus vita & ſexcentis auri libris à Duce acceptis in perpetuum feudum conceſſiſſe,* ut refert *Guicciard. l. 20. in pr. qui etiam præc. l. 17. in f. Cæſarem illud in compoſitione pacis promiſiſſe narrat. Et hinc Mutinenſes ſe etiam Carporum Principes ſcribunt.*

3. Hos ipſos Mutinæ & Regii Duces ab omnibus Friderico III. ſucceſſoribus (ut partim apud Pignam d. l. 8. f. 642. legi poteſt) confirmatos adeoq; adhuc quidem Imperii Vaſallos

ſallos eſſe, ſed illi nihil contribuere, neq; etiam jus ſeſſionis & ſuffragii in Comitiis habere, ut jam prac. c. 2. th. 10. in expl. pr. notatum eſt.

Holſatiæ Ducatus.

Ducatus Holſatia in ſpecie ſic dictus, & quidem à crebris ſylvis, ut Adamus Bremens. l. 2. c. 8. tradit, anno 1474 in Chriſtiano I. Dania Rege Holſatia & Stormaria Comitatu junctâ Dithmarſia ante liberâ regione in illum unum tanquam Imperii feudum commutato ab Imperatore Friderico III. inſtitutus, ut refert poſt Peterſon. in Chron. Holſat. p. 3. f. 83. & 112. ac Hamelman. in Chron. Oldenburg. part. 3. c. 2. f. 205. Meurſ. Hiſtor. Danic. ſub rebus ab illo Rege & ſucceſſoribus geſtis l. 2. f. m. 18. & Chriſtianus IV. Dania Rex in literis ad Imperatorem Ferdinandum II. anno 1621. exaratis apud Lundorp. in Actis public. p. 3. c. 40. (ubi ſimul addit, pro Comitatu Holſatiæ à dicto Chriſtiano I. Comitibus antiquis certam pecuniam ſolutam eſſe) *ita tamen, ut propter diſſituationem tunc non neceſſe haberent inveſtituram in aula Imperatoris recipere, ſed ex ſpeciali indultu ab Epiſcopo Lubecenſi tanquam Imperatoris perpetuo Commiſſario accipere poſſent, ut patet ex iis, quæ Meurſ. l. 3. f. m. 82. narrat & Limn. Tom. IV. l. 5. c. 9. n. 2. Notabili II.*

Quanquam verò Chriſtianus II. ejus nepos à Carolo V. Imperatore anno 1521. blandis verbis obtinuerit, ut feudum hoc imperii pleno jure ſibi attribueretur, adeoq; Holſatia Duces illud non amplius ab Imperio noſtro recognoſcerent referente eodem Meurſio d. l. 3. f. m. 79. & Cypræo l. 3. Annal. Sleſwic. l. 3. c. 5.

Id tamen ſequenti anno in Conventu Bersholmienſi ab illo Rege & patruo Friderico inſtituto eatenus immutatum fuit, ut Friderico dicto integrum eſſet contrarias à Carolo V. petere literas, & Chriſtianus Friderico remitteret illud privilegium ſicut legi poteſt apud eundem Meurſ. d. l. 3. f. 81. & ſeqq. Atq; ita Holſatia ille Ducatus cum dictis incorporatis ditionibus Imperii feudum permanſit, ac ab illo tempore Duces directò ab Imperatoribus ipſis inveſtituras acceperunt.

De Ducibus hisce & Ducatu Holſatia porrò ſequentia notanda:

1. Hunc diſtingui in Sleſwicenſem (qui jam ante Holſatici inſtitutionem Ducatus vocatur à Chriſtiano I. Dania Rege, ut legi poteſt in tranſactione cum Comitibus de Schawenburg anno 1460. initâ apud Gaſtel. de Statu Publ. Europæ c. 19. n. 111.) & Holſaticum in ſpecie ſic dictum. Iſtumq; ſemper fuiſſe ſub Dania Regum Imperio & clientelâ, ut latè probat Conring. de Finibus Imperii l. 1. c. 15. ſed de illo anno 1567. controverſiam ab Holſatis fuiſſe motam latè refert Thuanus l. 41. f. m 767.

Sprenger tamen in Lucerna Imperii p. m. 198. à Friderico III. Rege Ducatum vel Diſtrictum illum emancipatum, ſive, ut nos intelligimus, à nexu illo fiduciario liberatum & planè liberum renunciatum fuiſſe refert. quod etiam ita ſe habere poſtea in actis publicis legimus: Siquidem Fridericus hic III. anno 1658. 12. May. per Diploma renunciavit antiquo illi juri & Ducatum illum hereditario jure Friderico Holſatia Duci ac ejus deſcendentibus conceſſit, ut legi poteſt in Inſtrumento à Gaſtelio d. c. 19. & n. 111. adducto.

Sed hodiernus Rex Chriſtianus VI. anno 1676. hæc omnia tanquam ſuo Domino parenti vi militari Suecorũ in gratiam Ducis Gottorffienſis extorta revocavit, Ducatum illum etiam vi militari occupavit, & Ducem illum ad inveſtituram accipiendam ſub pœna amiſſi Ducatus Hafniam evocavit, & hoc non præſtito ſequenti anno illum ſibi attribuit, ut legi poteſt **in dem warhafften Bericht deß jenigen / was zwiſchen dem Könige von Dennemarck und dem Hertzogen von Holſtein von** *anno* 1675. **biß** 1677. **vorgekommen /** *in quo ſcripto auctor nomine Sereniſſimi Ducis ad imputationes factas reſpondet.*

Verum per nuperam pacem inter Regem Daniæ & Sue-
A. *cia anno 1679. concluſam Dux Holſatia in priſtinum ſtatum & in ſpecie immedietatem ratione dicti Ducatus reſtitutus ac ab omni feudali nexu rurſus liberatus fuit. Hunc vero olim ſub Saxonia Ducum clientelâ exiſtentem, poſtea, ut jam ex parte dictum, factum fuiſſe Imperii immediatum feudum, Et iterum ſubdividi in Gottorffienſem,* quæ Ducibus Holſato-Gottorffienſibus, *ac Gluckſtadienſem,* quæ Regibus Daniæ tanquam Ducibus Holſatiæ paret, de quo *ſeq. num. 3.* plenius dicetur.

2. *Ducatum hunc Holſatia* ut jam ſupra dictũ *conſtatũ quidem eſſe à Friderico III. Imper. ex quatuor diſtrictib9 Holſatia nempe, in ſpecie ſic dictâ, Wagriâ, Stormaria & Dithmarſia,* quorum deſcriptio habetur inter alios apud *Elverveltium de Holſatia poſt pr. Zeiller* **von den 10. Krayſen** *Tit. 10 ſect. 9. in pr. Sed Dithmarſos,* utpote antea liberum Populum noluiſſe jugum Ducum Holſatiæ à Friderico III. Imperatore impoſitum ferre,
B. *ac demum* poſt aliquot bellicas ſtrages à Friderico II. Daniæ Rege *anno 1559. penitus ſubactos fuiſſe, ut poſt alios refert Hamelman. p. 3. Chron. Oldenburg. c. 14. Sicuti etiam Dithmarſi per regentes ſuos anno eodem veniam delictorum petierunt & ſe dediderunt, ut legi poteſt in Inſtrumento illius deditionis apud Gaſtel. de Statu Publ. Europæ d. c. 19. n. 108.*

3. *Domum hanc ab Oldenburgica deſcendere & Chriſtiano I. dicto primordium debere, diſtinguiq; in Regiam Danico-Holſaticam, ac Holſaticam in ſpecie vel abſolutè ſic dictam, & hanc ab Adolpho Duce Sleſwici & Holſatia, illam vero à Chriſtiano III. Dania Rege, Chriſtiani I. Nepotibus propagatam, & primò in Regiam & Ducalem Sunderburgicam* (quæ in Johanne Juniore Friderici II. Daniæ Regis fratre cœpit, & de qua copiosè agit *Zeill. d. diſt. 9. n. 6.) deinde hanc iterum in Sunderburgicam, Norburgicam, Glucksburgicam, & Arnsböckenſem vel Ploenenſem, ex diviſione filiorum dicti Johannis*
C. *diſtinctam fuiſſe,* ut apud *Ritter shuſ. in Tabul. Genealog. ſub Ducibus Holſatia & Zeiller. d. l. n. 3. & ſeqq. legi poteſt.*

4. *Totum illum modo dictum diſtrictum vel ſub-Ducatum Sunderburgicum eſſe immediatum Imperii feudum, ut contra Danckwerthum in Apologia poſt pr. & per Beylagia demonſtrarunt dicti Principes,* ut etiam *apud Zeiller. d. n. 6. & Auctor. Diarii Europæi Contin. 16. in Appendice* legi poteſt.

5. *Ex familia Ducum Holſatia Gottorffienſis linea hactenus intra 90. annos Epiſcopos Lubecenſes continuâ ferè electos fuiſſe, illosque Oetini in Holſatia Epiſcopalem ſuam ſedem habere.*

6. *Inter Reges Dania & Duces Holſatia Gottorffienſes à multo tempore alternationem in Regimine, quoad Ducatus Sleſvvicenſem & Holſaticum cum inſertis provinciis introductam eſſe, vigore cujus illius dimidiam certi temporis partem Rex Dania conſtituta Gluckſtadii Cancellariâ, & alteram dimidiam Ducos dicti per Can-*
D. *cellariam Gottorpicam ſucceſſivo tempore, vel alternatim obtinent & exerceat,* ut poſt *Goldaſt. in ſeniore l. 3. c. 31. n. 21. ex Ranzovio in Annal. Cherſon. Cimbr. c. l. 2. & alios tradit Sprenger in Lucerna moderni Status pag. 199. Quem regiminis modum* **Mutſchierung** *vocari docet Meiſchn. Tom. 3. Deciſ. Doc. 9. & Beſold. in Theſauro Practico ſub illo verbo.*

7. *Defunctum Ducem Holſato Gottorffienſem Fridericum, ni fallimur, anno 1650. pro ſe & ſuis deſcendentibus ab Imper. Ferdinando III. titulum Sereniſſimi impetraſſe.*

8. *Seſſione & ſuffragio Domus hæc in Comitiis variis de cauſis, ut apud Limn. Tom. IV. l. 5. c. 9. n. 2. Notabili 3. legi poteſt, inprimis verò, quia locum convenientem* (quem ante omnes Landgravios & Marggravios exceptis Brandenburgicis Electoratus Domus, & Duces recentiores, ac ita in ſpecie Wirtembergicos poſtulavit) non obtinuit *uſa non eſt,* (ſi ſubſcriptionem R. J. de dato Erfurt 1567. ubi ſaltem conventus circulorum generalis habitus eſt,

exci-

excipias) *ante annum* 1570. *quo R.J.Sperenſi nomine dicti Ducis Holſatiæ ab illius Legatis poſt Duces Saxoniæ inferioris ſubſcriptum fuit. Quod etiam poſtcà in ſubſignatione R.J. de dato* 1594. *quem poſt eosdem Duces Chriſtiani Daniæ Regis & Johannis Adolphi Ducum Holſatiæ Legati ſubſcripſerunt; & eodem modo in ſubſignatione R.J.de dato* **Regenſpurg** 1603. *& de anno* 1613.*uti etiam* 1654.*factum eſt.*

Ex quibus ſimul patet, illos duplici nunc frui ſuffragio, quorum unum Holſato-Gluckſtadienſe, alterum Holſato-Gottorffium vocatur.

Sed nihilominus in Comitiis Ratisponenſibus anni 1653 *& ſeq. contra locationem illam proteſtati ſunt ipſorum Legati & Saxoniæ inferioris Ducibus litem moverunt, ac ideò Receſſum illum non ſubſcripſerunt.*

9. *Comitatum Oldenburgenſem & Delmenhorſtanum poſt Antonii Guntheri ultimi Comitis mortem anno* 1667. *ad Regiam Danicam & Holſaticam familiam, quæ dicto Comiti cum illis communis fuit, devolutum, ſed inter Regem Fridericum III. & Chriſtianum Albertum Ducem Gottorffienſem ab una, & Joachimum Erneſtum Ducem Holſatiæ in Ploën ab altera parte de ſucceſſionis jure magnam controverſiam ortam fuiſſe, ut ex ſcriptis in Diario Europæo continuat.*16.*in Append.à p.*132.*usq; ad fin. Contin.*17.*in Append. Contin.*19.*in Append.à p.*33. *usq;* 142. *Contin.*21.*in Append.à p.*1.*usq; ad f.& Contin.*22.*à p.*68. *usq; ad f. & conjunctim in Gaſtel.de Statu Publico Europæ c.*19.*n.*112. *relatis, Et controverſiâ illâ ad Conſilium Aulicum Imperatoris delatâ pro Ducibus in Ploën anno* 1673.20.*Julii pronunciatum, ſed illam amicabiliter compoſitam eſſe, ut idem ibid. refert. & Nos ſeq. ſect.*3.*c.unico th.*8.*in expl. ſub Oldenburgicis diximus.*

Wirtembergicus Ducatus.

*Wirtembergicus à veteri ſpecula Wirtemberga nomen habens, ut inter alios memorat Joh.Pedius Tethingerus l.*1.*Rerum Wirtemberg.in pr. ab Imperatore Maximiliano I. per creationem Eberhardi Barbati in Ducem ann.*1495.*in Comitiis Wormatienſibus factam inſtitutus.*

De Ducibus hisce notandum

1. *Prædictum Ducem Wormatiæ* memorato anno à Maximiliano I. publicè vel ſub dio conſuetis ceremoniis creatum, omnesq; ejus provincias & Comitatus in Suevia ſitas, unitas & *in dictum Ducatum evectas, nomenq; illi* ab arce quadam montana cognomine inditū fuiſſe, ut latè refert *Hortled. De cauſis Belli German.l.*3.*c.*1.*ubi n.*5.*etiam diploma inſeruit. Sicuti etiam novus ille Dux Conſtitutionem Regiā in dicto conventu Wormatienſi* **von dem gemeinen Pfenning** *factam cum aliis Statibus Imperii ratā habuit, ut in ejus pr. legi poteſt.*

2. *Illi absq; legitimo herede maſculo mortuo vi inveſtituræ ſucceſſiſſe Eberhardum Patruelem, ſed illum ob tyrannidem vel aliam illegitimam adminiſtrationem* (de qua *Naucler.vol.*2.*Generat.ult.*legi poteſt) *omnibus exoſum conſcientia mala vi impulſum, cum vix duobus annis imperaſſet, Ducatum deſeruiſſe, Ulmam profugiſſe, ac poſteà in arce Lindenfels clauſum tanquam exulem anno* 1504.*vitam finiſſe, ſecundum eundem d.l.*

Huic ſecundum Reuſner. & Rittershuſ. in Genealog. Tab. dicitur ſuffectus frater Henricus & 15.*annos regnaſſe, tandem verò in cuſtodia anno* 1519. *in arce Hohenaurach mortuus eſſe ſcribitur. Verum Naucler.d.l. ſcribit Udalricum Patruelem vix decennem pactis intervenientibus & adjunctis Regentibus à Maximiliano I. Imperatore ſucceſſorem conſtitutum eſſe, & Baſelius in Auctario ad illum poſt pr. refert Udalricum hunc anno poſt natum Chriſtum* 1503. *& ætatis circiter* 16. *ab Imperatore dicto veniam ætatis impetraſſe, & Ducatum pleno jure adminiſtraſſe. Quod etiam ex hiſtoricis excerpſit Joh. Feilerus* Cancellarius Wirtenbergicus & ex communicatione Goldaſti Operi ſuo *de cauſis Belli German. d.c.*1. *inſeruit Hortlederus* & *ſimiliter Cruſius in ſuis Annal. part.*3.

A. *l.*9.*c.*8.*f.*509.*& c.*12.*in pr. narrat, addens, veniam illam ætatis Udalrico in Comitiis Wormatienſibus dicti anni conceſſam eſſe. Qui etiam illud ſeq. l.*10.*c.*8.*in pr. repetit, adjiciens prædictum Henricum, tanquam Comitem, non Ducem, Wirtembergicum dicto anno* 1519. *mortuum eſſe. Cur verò ille præteritus & tandem in cuſtodia in dicto caſtro usq; ad mortem detentus fuerit, hactenus non reperimus, ſed absq; dubio ideo factum, quia ille ſucceſſionem in Ducatu tanquam ſenior cognatus & titulum Ducis gerere prætendit.*

3. *Prædictum Udalricum ideò, quod Reutlingam Imperialem Urbem & Suevico fœderi addictam anno* 1519. *vi bellicâ ſubegiſſet, ab illius fœderis ſociis prævia clarigatione eodem anno gravi bello petitum, & è Ducatu ejectum, illumq; Ducatum à dictis confœderatis anno ſequenti Carolo Imperatori ſumtus bellici ab illo recuperandi cauſa, certis tamen ſub conditionibus venditum, ab*

B. *hoc in diviſione hereditatis Fratri Ferdinando anno* 1522. *traditum, & illi advenienti Stutgardiæ fidelitatis juramentum à Statibus illius Ducatus præſtitum, nec non anno* 1530.*in Comitiis Auguſtanis à Fratre Carolo inveſtituram factam fuiſſe, ut legi poteſt apud Cruſium d.c.*8.9. *&* 11. *ac l.*11.*c.*5.

Cum itaq; Dux ille in exilio Ducatu privatus eſſet, Philippus Landgravius Haſſiæ tanquam cognatus, de illo reſtituendo omnem admovit lapidem, & abſente Imperatore anno 1533.*ad Regem Galliæ Franciſcum I. ſe contulit, eiq; cum conſenſu Udalrici Comitatum Montispeligardicum pro magna pecuniæ ſumma oppigneravit, pro ea exercitum conſcripſit, ac Ferdinando anno ſequenti bellū ſolenniter indixit, illius exercitum ſub Duce Philippo Palatino Comite conflatum fudit, & ita totum Ducatum exceptis duabus arcibus recuperavit, ut legi poteſt apud Cruſium d.l.*11.*c.*8.*&* 9.*& Hortled.d.l.*3.*c.*12.*circa fin.*

De Ducis hac ejectione & reſtitutione legi etiam poteſt

C. *Strauch. Diſſert. Exoter.*10.

4. *Illo facto eodem anno in Conventu Cadomenſi etiam controverſiam hanc inter alias ſequentibus conditionibus ſopitam fuiſſe, ut Udalricus Dux Ducatum retineret, ac ad poſteros tranſmitteret, nec non omnia antiqua jura, in ſpecie verò ſeſſionis in Comitiis Imperii retineret: vice verſa Auſtriaci titulum Ducum Wirtembergenſium uſurparent, & horum familia maſculâ extinctâ illi ſuccederent, ac ab his Ducatum hunc Wirtembergici Duces tanquā ſubfeudū recognoſcerent, ut ſuſius legi poteſt in Tranſactione illa Cadomenſi ab Hortledero d.l.*3.*c.*13.*relatâ.*

Verum ſubinfeudatio hæc à Rudolpho II. Imperatore vigore tranſactionis anno 1599.24. *Januarii cum Friderico Duce initæ & à Limn. in Addit. prioribus ad l.*5.*c.*16. *n.*7.*relatæ, ſublata & ita Ducatus ille iterum immediatus factus eſt.*

5. *In Ducatu illo unito & inſeparabili vigere Jus primogenituræ, ut ex literis Inveſtituræ apud* Limn.d.c.16.*n.*2.

D. *& ex iis, quæ habet Goldaſt.de Major.l.*2.*c.*18.*n.*2.*& Beſold.l.*1.*Diſſert. Nomico Polit.*6.*n.*11.*& ſeqq.*

6. *Ducibus illis hodie competere duo ſuffragia unum ratione Ducatus, alterum ratione Principatus Comitatus Montispeligardici, adeoque* illos Receſſui Imperii noviſſimo de anno 1654.ratione utriusque ſubſcripſiſſe.

*Nec non Jus de non-appellando ſicut præc.c.*5.*th.*4.*explic.*2.*demonſtratum eſt, conceſſum eſſe.*

*Item jus ſimultaneum cum Epiſcopis Conſtantienſibus convocandi Status in circulo Suevico, ut præc. ſect.*1.*c.*2.*th.*4.*expl.*2.*n.*4.*conſignavimus.*

7. *Familiam illam diſtingui in Regnantem & hanc iterum in Stutgardianam ac Montispeligardicam: ac Apanagiatā, quæ* à Julio Friderico illius conditore *Julianæ dici ſolet*, ut legi poteſt apud *Limn. Tomo V.d.l.*5 *c.*16.

Et 8. *Duces illos ob antiquum & celebre ſtemma*, (ſiquidem jam anno 1154. duo fratres & Comites Wirtembergici Ludovicus & Emicho in Privilegio Friderici I. Imperatoris Lorchenſi cœnobio dati tanquam

illius

illius familiares pro teſtibus adhibiti, ut legi poteſt apud *Cruſ. Parte 2. Annal. l. 10. c. 12. f. 417.*) *hoc peculiare habere, quod in inveſtitura utantur vexillo flavo cum nigra aquilâ, illudque vocari vexillum Imperii minus*, **des heiligen Römiſchen Reichs Renfahne oder Sturmfahne/ und Obriſt Feldpanier**/ ut tradit *Hoppeng. de inſign. c. 17. §. 6. n. 383. & c. 6. p. 5. §. 9. membro 2. n. 780. & hoc in expeditione Imperii ab illo Duce ſimul præferri*, ut inter alios etiam indicat *Lazius l. 7. de Rep. Rom. c. 7. f. m. 689. his verbis: Ubi Sacri Imperii copiæ in aciem educuntur, præſente Imperatore, tunc & labarum aureum volitat, nigrâ aquila adornatum; cujus ferendi facultatem ex veteri prærogativa Duces Wirtembergenſes habent. Quod etiam ex Imperatoris Caroli* IV. *indultu Eberhardo Comiti anno 1363. concesſo & ab Obrechto de Vexillo Imperiali c. 4. p. 21. & ſeq. relato patet. Ex quibus palam eſt, errare Schwelinum, dum in Chronico ſuo Wirtemberg. p. 97. ſcribit; Ulricum Comitem anno 1477. hoc Imperii vexillum acquiſiviſſe.* De quo ſimul legi poteſt *Limn. Tom.* IV. *L. 1. c. 14. p. 181.*

Hinc cum in Comitiis Wormatienſibus dicti anni Saxo etiam minus hoc vexillum ſibi competere aſſeruiſſet, Eberhardus Barbatus jus ſuum a beneficio Ludovici III *Imperatoris originem habere dixit, cumque vexillo illo inveſtitus fuit, ut ex actis illorum Comitiorum adducit Limn. d. p. 181.*

Majoris verò vexilli Jus Electoribus Saxoniciis, tanquam Imperii Mareſchallis competere ſeq. parte 4. c. 3. th. 15. expl. 3. demonſtratum eſt.

Mantuanus Ducatus.

Mantuanus Ducatus, antea in Johanne Franciſco Gonzaga à Sigismundo Imperatore anno 1434. Marchione creato *Marchionatus à Carolo V. an. 1530 in Friderico* II. *Marchione in Ducem evecto conſtitutus, ut legi poteſt apud Poſſevinum l. 7 Hiſtor. Mantuanæ f. m. 728. Sleidan. l. 7. p. m. 168. Cruſium in Annal. Suevic. p. 3. l. 11. c. 5. f. 611. & Gombervillæum Enles Memoires de Monſieur le Duc de Nevers parte 1. f. 14.*

Alii tamen ut Cuſpinianus in Caroli ejus vita & Poſſevinus l. 4. Hiſtor. Mantuanæ f. m. 539 qui ibidem & ſeq. f. totum actum refert. id anno 1532. factum eſſe rectius ſentiunt: diploma enim illo anno 6. Maji Parmæ datum eſt, ut legi poteſt in ejus apographo apud *Boſium in Diſquiſit. in Cauſa Succeſſionis pro Carolo Mantuano anno 1629. ſcripta Art. 3. n. 2 & ſeqq.*

Fuit autem hæc inveſtitura per eundem Imperatorem anno ſeq. 22. Septembr. teſte eodem Poſſevino f. 541. Boſio d. l. n. 19 & Nigro in eadem Diſquiſit. art. 6. n. 3. & ſeqq. confirmata.

De illis Ducibus ſequentia notanda.

1. *Valtherinum Gonzaga ab Ottone* I. *Imperatore anno 962. 13. Novembris vigore tabulæ vel chartæ antiquæ ab illo Imperatore ſub dicto dato Viterbii conceſſæ, & in Archivo Mantuano teſte Poſſevino l. 1. Hiſt. Mantuanæ f. 33. cuſtoditæ titulum Vicarii perpetui in Italia & primo Marchionis Mantuani obtinuiſſe, quod etiam Gambervillo in d. Opere Gallico, cujus titulus eſt les Memoires de Monſieur le Duc de Nevers Prince de Mantana parte 1. in pr. ſub tit. de Origine illius Domus f. 2. refert. Poſtea verò Ludovicum* II. *vel Aloyſium Gonzagam Ludovici I. nepotem, qui Paſſerino Bonacoſſa Mantuæ Tyranno, à Ludovico Imperatore tunc Vicario conſtituto, ut tradit Rubeus in Hiſtor. Italica L. 6. f. 527. anno 1329. vel præcedenti ut habet Poſſevinus l. 3. Hiſtor. Mant. f. m. 258. trucidato illius urbis imperium conſentientibus civibus obtinuit, referente Pigna de Princip. Aeſtin. L. 4. f. 280. Platina in Hiſt. Mantuana l. 2. circa fin. & l. 3. in pr. & Poſſevino in eadem d. l. 3. f. m. 243 Ubi hic ſeq. f. 264. refert Diploma Imperatoris ejusdem, quo Aloyſio hunc Vicariatum Imperii generalem ſed non perpetuum contulit, anno 1329. datum eſſe, licet idem ſe perpetuum appellaverit, demonſtrante eodem ſeq. f. 265. Nam ejus filii demum a Carolo* IV. *Imperatore anno 1354. perpetui Vicarii conſtituti ſunt & Reuſner. præc. f. 85. poſt Patris Guidonis, mortem, anno 1369. obitam Vicariatum Imperii perpetuum à Carolo* IV. *factum eſſe, ut pr. c. 1. th. 14. in expl. n. 2.* demonſtratum eſt, ubi ſimul de controverſia ob hunc Vicariatum à Sabaudo motâ egimus.

A.

2. *Fridericum prædictum per connubium cum Margareta Gulielmi Palæologi Montisferrati Marchionis filia ultimò ſine liberis mortuo Johannis Georgii ex prædicto fratre Gulielmo nepte anno 1531. initum acquiſiviſſe illum Marchionatum, & poſteà ejus filium ſecundo-genitum Gulielmum primogenito Franciſco abſque liberis mortuo à Maximiliano* II. *Imperatore anno 1573. 8. Decembr. in Ducem Montisferratum evectum, magnisque privilegiis donatum fuiſſe ut patet ex diplomate à d. Nigro n. 33. relato & refert Poſſevinus l. 7. in fin. & Reuſner. in Opere Genealog. p. 5. f. 88.*

B.

3. *Ducibus his de dicto Montisferrati Ducatu quæſtionem motam eſſe à Ducibus Sabaudiæ, præcipuè ob illas rationes, quia* (1.) *Violanta Theodori I. Marchionis Montisferrati filia Amadeo V. Sabaudiæ* Comiti eâ *conditione in matrimonium elocata fuit, ut deficiente Palæologorum maſcula progenie Marchionatus ille ad domum Sabaudicam devolveretur.* (2.) *In ſucceſſione feudali maſculi ex fœminina linea oriundi, quales Sabaudi ſunt, ſemper præferuntur fœminis etiam proximioribus, cum uterque horum deſcendit ab eodem primo ſtipite, pro maſculis & fœminis ſimul inveſtito; ſicut legi poteſt apud Limn. l. 5. c. 14. n. 15. & Sprenger. in Prætenſionibus Illuſtr. ſub Duce Sabaudiæ n. 2.*

C.

Et licet à Carolo V. Imperatore tradente Poſſevino d. l. 7. f. m. 734. (ubi ſententiam refert) Limn. d. l. negocio illo in judicium deducto pro Mantuano Genuæ anno 1536. in poſſeſſorio pronunciatum fuerit, ob graviſſimas rationes ex Johanne Baptiſta C. in latinam Linguam verſas & relatas à Spenero in Hiſtor. inſignium l. 5. c. 29. §. 7. ubi ſimul præc. §. 6. recenſet Marchionatum illum vigore Pacificationis Cameracenſis anni 1559. Mantuano Duci à prædicto Imperatore tanquam ſequeſtro cum omnibus pertinentiis reſtitutum fuiſſe.

Attamen Sabaudiæ Duces nempe Carolus, & ejus Succeſſores contra ſententiam illam jura ſibi reſervarunt integra, ut idem Limnæus ibi refert. De quo plura videri poſſunt apud Socinum juniorem Vol. 1. conſil. 77. pro Mantuano, & Fabrum in Conſultatione de hac Succeſſionis lite pro Sabaudo reſpondentem.

D.

Negotium illud inde quo ad jus ſcilicet proſequendum vel petitorium in ſuſpenſo, Mantuanus tamen in poſſeſſione permanſit: cum verò ſub finem anni 1627. Vincentius II. *ſine liberis mortuus eſſet, & inter Cæſarem* II. vel potiùs ejus filium Franciſcum Guaſtallæ Ducem ex dicti Friderici II. fratre Ferdinando ſecundo-genito natum nepotem, & *Carolum* I. Mantuæ ac Nivernii Ducem dicti Friderici II. primogeniti ex filio ſecundogenito Ludovico etiam nepotem *controverſia de Succeſſione oriretur, & Carolus* poſſeſſionem Ducatus Mantuæ & Montisferrati, irrequiſito *Imperatore Ferdinando* II. arriperet, ac Galli auxilio fretus *Imperatoris* judicato ſe ſubmittere nollet, *eaque de cauſa hic ad illum coërcendum magnum*

exercitum in Italiam mitteret, Sabandia Dux Carolus Immanuel illâ occaſione uſus potiſſimam illius Ducatus partem vi militari occupavit, & cum Galliæ Rex Mantuano opem ferret, ſeque interponeret, negotium illud tandem inter Cæſareos & Gallicos Legatos in Comitiis Electoralibus Ratiſponæ anno 1630. ita compoſitum fuit, ut Mantuano in illo Ducatu omnia loca reſtituerentur, viceverſa verò huic Sabaudo pro prætenſionibus ſuis oppidum Trinum & alia loca, quorum reditus annui octodecies mille (qui tamen poſtea in tractu Chieraſcienſi ad quindecies mille reducti fuerunt) Scutatos conficerent, in perpetuum cum omni jure cederet, ut legi poteſt in Theatro Europæo parte 2. ad d. annum f. 88. & ſeqq. art. 2. Quod etiam deinde Chieraſci in Italia anno ſeq. per eorundem Legatos in effectum deductum eſt, ut legi poteſt in Pactis Gallicis libello Miniſterium Mazarini dicto ſubjectis c. 12. Addito in dicta transactione f. 191. art. 5. ſimul ad interceſſionem Pontificis & Regis Galliæ Ducem Mantuanum intra 6. ſeptimanas à Cæſare in utroque Ducatu debere inveſtiri; quod tamen anno ſeq. 22. Junii demum factum fuit, ut in d. Theatro f. 398. & 485. refertur. Quæ omnia in Pacificatione Cæſareo-Gallica Monaſterienſi poſtea confirmata ſunt, cum adjectione, quod Rex Galliæ pro Duce Sabaudiæ debitum 494000. aureorum ſolvere, & Imperator Sabaudum in locis per dictam transactionem illi in Ducatu Montisferratenſi ceſſis inveſtire velit.

Quoniam verò inveſtitura illa ad inſtantiam Mantuani ob prædictam ſummam à Gallo non ſolutam à Cæſare perfecta non fuit, Gallus cum Sabaudo ideò in Conventu Electorum eligendi Romanorum Regis cauſa anno 1658. habito, conqueſtus eſt, & obtinuit, ut Leopoldus electus Imperator in capitulatione art. 4. promitteret, ſe Sabaudo ad proximas preces inveſtituram de illis bonis ſimpliciter conceſſurum.

4. Ludovicum Gonzagam Ducatum Niverſenſem per matrimonium cum Henrietta Franciſci Ducis Niverſii filia anno 1565. contractum acquiſiviſſe, ut tradit ex Poſſevino & Donesmundo in Hiſtor. Eccleſ. Mantuana p. 2. l. 9. f. 333. Franc. Niger Cyriac. in Diſquiſ. de Ducatu Mantuæ Art. 7. n. 172. & ſeq.

5. Illos Duces adhuc eſſe Imperii Vaſallos, ut notum & inſuper ex Triplica Imperatoris Ferdinandi II. apud Limn. in Mantiſſa ad finem capitulationis illius adjecta p. 659. & ſeq. ac Inſtr. Pacis Germano-Gallico §. ſimiliter declarabit &c. conſtat, ſed Imperio nihil contribuere, nec in Comitiis Imperii comparere, ut quoque notum, & Electores in d. Mantiſſa p. 627. adducunt; quanquam Imperator in d. Triplica p. 660. regerat, daß ſie alle onera, tam perſonalia, quàm realia dem heiligen Reich zu praſtirn ſchuldig und verbunden ſeyn.

6. Illos eſſe Imperii Vicarios, ut præc. c. 1. th. 14. expl. n. (1.) & proximè præc. n. 1. oſtendimus.

Illorum integram Genealogiam à dicto Marchione Waltherio uſque ad hæc tempora refert Gombervillæ d. l.

Et paulò aliter à Gerhardo Gonzingo, ſive de Corragis & Gonzaga ab anno 1009. Bucel. in Germ. parte 3. f. 57. & ſeq.

Montisferratenſis Ducatus.

Montisferratenſis, ut modò dictum, à Maximiliano II. Imperatore anno 1573. inſtitutus, à Mantuano Duce per matrimonium Friderici II. cum Margareta quidam, acquiſitus, ſed à Sabaudo vindicatus, tandem

A tamen ſecundum prædicta illi per certa pacta cum omni jure relictus fuit.

De Ducibus hic notandum

1. Illos adhuc Imperio ſubeſſe, ſicuti etiam Dux Sabaudiæ ob Ditiones in illo poſſeſſas Inveſtituram ab Imperatore prædefuncto & hodierno Invictiſſimo petere & impetrare debuit, ut legi poteſt in Inſtrum. Pacis Germano-Gallico §. Cæſarea Majeſtas, & Capitulatione dicti Leopoldi I. art. 4. & abſque dubio jam impetravit.

Sed nullum jus in Comitiis Imperii habere, nec illi aliquid contribuere, ut notum, & Electores Imperii ipſimet in præd. Mantiſſa apud Limn. indicant.

2. Eoſdem etiam eſſe perpetuos Imperii Vicarios ut cognoſci poteſt ex Diplomate Maximiliani II. Imperatoris apud Cyriacum in d. Diſquiſitione de Succeſſione Caroli Mantuæ Ducis in hunc Ducatum art. 3. n. 33.

B

Magdeburgenſis Ducatus.

Magdeburgenſis ex Archiepiſcopatu cognomine per Pacificationem Oſnabrugenſem & Monaſterienſem vigore Inſtrum. Pacis art. 11. §. ſimiliter & §. in his verò &c. in Ducatum converſus, & Electorali atque totæ Marchionali Brandenburgicæ Domui in perpetuum & immediatum Imperii feudum conceſſus, hodie verò, poſt mortem Sereniſſimi Dni. Adminiſtratoris pleno jure ad Sereniſſimum Dn. Electorem translatus.

Bremenſis & Verdenſis Ducatus.

Bremenſis & Verdenſis ex Archiepiſcopatu & Epiſcopatu cognomine ſimiliter facti, & Reginæ Sueciæ ac ejus Succeſſoribus in perpetua & immediata Imperii feuda conceſſi ſecundum idem Inſtrumentum Art. 10.

C. §. Tertiò & §. Quartò.

TH. IX.

Abſolutis nunc Ducibus? ſequuntur Comites Palatini ad Rhenum Ducibus ſemper æquiparati.

Expl.

DE Comitibus Palatinis in genere & ſpecie notanda ſequentia.

Illos 1. olim fuiſſe Officiales Palatii Imperatorii, ut latè demonſtrat Gutherius de Officiis Domus Auguſtæ l. 1. c. 17. & l. 3. c. 24. & brevibus docet Pithœus l. 1. des Memoires des Comtes Hereditaires de Champagne inter opera ejus f. 481. & inde derivatam fuiſſe illam dignitatem ad Francorum Regnum, in quo Primores Regiæ Domus, Comites Palatii & Majores Domus

D. regiæ (ut alias denominationes, quas Freher. in Orig. Palat. l. 1. c. 1. f. 4. congeſſit, omittamus) maximâ poteſtate præditi potiſſimum dicti ſunt, ut poſt alios & Paulum Diacon. l. 6. de Geſtis Longobard. c. 16. Trithem. in Annal. Franc. l. 1. à Lothario quinquageſimo Rege, (ſub quo primus Guarnerius Palatii Comes ſive Major Domus Regiæ fuit) & ſeqq. uſque ad Pipinum Caroli M. Patrem excluſivè narrat, ſub Lothario quinquageſimo tertio Rege in pr. f. 55. ſimul referens ab illo uſque ad dictum Pippinum per annos ferè 90. à ſolita fortitudine & ſcientia Reges hos degenerantes ſolo nomine regnaſſe, nihil dignum regali officio peragentes, ſed omnem poteſtatem gubernandi penes hos Principes, Majores Domus dictos, fuiſſe. Reges autem domi conſediſſe otioſos, nihil agentes vel diſponentes, ſed comeſſationi & potationi vacaſſe meritè, de quo etiam legi poteſt Freher. d. l. 1. f. 6. & ſeqq.

Nec non porrò ad Romano-Germanicum Imperium quanquam diverſo aliquatenus modo tranſiiſſe; Nam in Imperatorum noſtrorum Aulis conſtitutis Regis judices (ſecundum ſignificatum illius verbi, ut ſeq. c. 8. th. 2. expl. 1. dictum) Comites Palatini dicebantur, ut patet ex Capitulari Caroli M. l. 3. c. 77. Eginhardo in vitâ ejusdem & Hincmaro Epiſtola 3. c. 19. & 21. Illis tamen ſimul curam patrimonii atque ærarii regii incubuiſſe Aventinus l. 4. Ann. Bojoar. f. m. 296. & ſeq. & Hundius in dem kurtzen Außzug etlicher Bayriſchen Hiſtorien dem Bayriſchen Stammbuch hinden angefüget/ ſub verbo Palatini inter alios tradunt.

2. Sub priſcis Francorum Regibus uſitatum, ut quandoque Comes Palatinus vel major Domus etiam ſimul regnis particularibus & provinciis regendis præficeretur, quod etiam indicat Sarisberienſ. Epiſt. 261. ubi tamen illos diſtinguit, ita ſcribendo: qui hoc officii gerunt in Palatio, juris auctoritate Palatini ſunt, qui in Provinciis Provinciales, indeque introductum fuiſſe, ut tales Comites in diverſis Palatiis conſtituerentur, ſiquidem alius Comes Palatinus Trevirenſis ſive Moſellanus, qui nempe ad Moſella Rhenique limitem inter Agrippinenſes & Treviros, (nam in Palatio Trevirenſi illum reſediſſe, incertum adhuc eſt, idque Brovverus mox allegato Tomo 1. L. 10. f. 500. planè negat) ut legi poteſt apud Jordanum Paderbornenſem in Chron. cap. Qui Germ. Elect. Kyriand. in Annal. Trevir. part. 13. f. 143. Brovverum Tomo I. Annal. eorund. l. 11. f. 537. & ſeq. & Andlovium l. 1. de Imper. Rom. c. 13. & 16. (ubi tamen illum cum Palatino Rheni, ut mox dicetur, perperam confundunt) ſedem & jurisdictionem ſuam habuit.

Alius Comes Palatinus Rhenenſis ſive ad Rhenum: Et prior quidem Palatinatus antiquiſſimus ac inter alios Pippini Senioris Majoris Domus Sedes fuit, per aliquot ſecula verò ſublatus, & Palatium illud ſub Henrico VII. Imperatore ad Eccleſiam Trevirenſem translatum & Sedes Epiſcopalis facta eſt, ut ex Scheckmanno in Medulla Geſtor. Trevirenſ. c. 2. refert Freber. in Origin. Palatin. parte 1. c. 2. ubi plura de illo Palatinatu habet. Sed Brovverus Tomo I. Annal. Trevir. l. 10. f. 500. Palatium illud à multis ſeculis ſedem Archiepiſcoporum fuiſſe non improbabiliter tradit, & ad Palatinos pertinuiſſe negat. Poſterior verò recentior eſt, & demum poſt Imperium ad Saxones translatum ortus, ſed poſteà de Palatinatu Moſellanico quædam acquiſivit, ut apud eundem ſeq. c. 3. f. 21. & ſeq. legi poteſt.

Alius Palatinus Saxoniæ de quo præc. c. 6. th. 14. in expl. n. 3. quædam diximus.

Alius Palatinus Burgundiæ, qui Otto Imperatoris Friderici I. filius, & poſt illum ob matrimonium cum filia Beatrice initum Otto Dux Meraniæ & ejus filius ejusdem nominis factus eſt, ut refert Hundius in dem gedachten Stammbuch. p. 1. f. 32.

Ita enim dictum Ottonem Ducem Imperator Fridericus II. in Diplomate apud Freber. p. 2. Origin. Palatin. f. 87. vocat, ut etiam videri poteſt ex titulo illorum, quem è Gulero l. 11. Rhetiæ p. 158. Tomo IV. l. 5. c. 7. n. 10. inſeruit Limnæus ac refert Hundius d. p. 1. f. 20.

Sed hi omnes præter Rhenenſes, exſtincti ſunt.

3. Palatinos hos Rheni dictos eſſe non à provinciis vel ditionibus, quas hodierni Comites Palatini ad Rhenum poſſident; Illas enim antiqui illi non obtinuerunt, ſed hodiernæ familiæ progenitores intra quinque ferè ſecula titulo partim emtionum, partim connubiorum, partim bellorum, & ſimilium acquiſiverunt, ut poſt

A. Munſter. l. 3. Coſmogr. c. 350. benè obſervavit Freber. d. c. 2. f. 15. Sed vel à diſtrictu illo latiſſimo ad inferioris Rheni & Moſæ tractum, cui præfuerunt, ut iisdem poſt Hubertum Thomam in Annal. Friderici II. Palat. l. 1. p. 7. & 11. cum ſeqq. rectè tradit Freber. ſeq. c. 11. vel à Superioris Germaniæ parte, quæ Alemaania olim dicta eſt, & à Rheno fluvio potiſſimum peragratur, vel tandem ab antiquo primorum illorum Comitum caſtro Stackelen ad Rhenum ſito. & oppido Bacharach impoſito, in quo ſedem ſuam habuerunt, ut demonſtrat Freher. eodem c. 11.

4. Proſapiam Comitum illorum antiquam planè incertam & incognitam eſſe, idque eo magis, quoniam dignitas hæc, ut etiam cæteræ, primo tempore, ut in præc. th. 8. expl. 1. in Ducibus demonſtratum, non hereditaria, ſed ab Imperatoribus pro delictis & meritis ab una familia ad aliam atque aliam translata fuerunt, ut benè obſervavit Freher. d. c. 11. in f. & Bro-

B. vverus d. Tomo I. l. 11. f. 538.

Licet Hubertus Thomas d. l. 1. p. 17. contrarium ſtatuat, referendo Familiam hodiernam Palatinam à Pipinorum & Caroli M. temporibus ſemper floruiſſe, multa poſſediſſe, & nunquam defeciſſe. Et Trithemius in Annal. Franciſc. ſub Lothario 50. Rege f. 49. narret, à Pippino filio Anſegiſi Ducis hodiernos Comites Palatinos Rheni & Duces Bavariæ ex parte matris, videlicet Gertrudis, filiæ Henrici Comitis Palatini, quæ anno 1235. Ottoni Bavariæ Duci nupſit, deſcendere.

Facere verò à temporibus Ottonum Saxonicorum Imperatorum, quantum ex hiſtoriis, Modio in Pandect. Triumph. tomo 2. l. 1. f. 1. & Huberto Thomâ d. l. 1. f. 11. & ſeq. colligi poteſt, Comites Palatini ſequentes, Hermannus, pater ſequentis Ezeline vel Ezzonis, ut refert Ditmarus in Chron. Mersburg. Conradus & Ezelinus

C. ſub Ottone III. Imperatore (de quo tamen an Comes Palatinus fuerit adhuc dubitamus, cum à Pincernæ munere tunc temporis non hereditario ad dignitatem hanc non valeat conſequentia) qui à Brovvero d. l. 11. f. 511. Ezzo vocatur & ſub Henrico II. Imperatore anno 1023. adhuc vixit. Godofridus, Fridericus Henricus & Sigefridus hujus privignus ſub Henrico II. III. & IV. Guilielmus circa illud tempus, de quibus ex parte legi poteſt Chronicon Laurishamenſe ſub Abbate 32. f. m. 88. Miræus in Diplom. Belg. l. 2. c. 35. & Irenicus in Exeg. Germ. l. 3. 54. ſub Henrico IV. memoratur Henricus circa annum 1057. à Brovvero d. l. 11. f. 535. 537. & ſeq. Sub Friderico I. Hermannus apud Otton. Friſing. de ejus geſtis l. 2. c. 27. & ſeq. & Auctore Addit. ad Schafnaburg. ad ann. 1155. nec non Dodechinum ad eund. ann. Conradus Imperatoris illius frater, ut refertur à Godefre-

D. do Monacho in Annal. ad ann. 1164. apud Freher. Tomo 1. Annal. f. 242. & in Chron. Laurisham. apud eund. f. 93. ac à Radevico de Geſtis Friderici I. l. 1. c. 34.

Illi ſub Henrico VI. Imperatore ſubſtitutus fuit Henricus Henrici Saxoniæ Ducis filius, nam Conradi dicti unicam filiam duxit, ut refertur ab eodem Godefredo Monacho ad ann. 1194. f. 261. & fuit ille frater Imperatoris Ottonis IV. ut idem f. 265. & 278. narrat.

Porrò ex notis familiis Henricus Bavariæ Dux & ejus Gener Cunradus Cattorum & Francorum Dux, Brunnius in Triade Elect. Politic. ſub Catal. Palat. f. 4. & Cruſius p. 2. Annal. Suev. l. 8. c. 4. f. 254. ubi ſcribit hujus, tanquam Comitis Palatini, filiam Agnem Cunrado Suevo, de quo mox dicetur, nupſiſſe.

Cunradus dictus Suevia Dux frater Friderici I. *Imperatoris, ab hoc Comes Palatinus conſtitutus, referente Brunnio d. tr. f. 97. forte occaſione uxoris, qua ut modo dictum, fuit filia Conradi prædeceſſoris, ejus titulum vide apud Cruſ. d. l. Plura vide apud Spener. in Hiſtoriâ Inſignium illuſtrium l. 3. c. 27. §. 9.*

Henricus dictus filius Henrici Leonis Ducis Saxoniæ, qui hujus Cunradi filiam etiam Agnem aliis verò Clementiam dictam, & certorum feudorum, ob defectum maſculorum heredem conſtitutam, matrimonio ſibi copulavit, per hoc matrimonium & fratris Imperatoris *Ottonis IV. gratiam Comes Palatinus factus,* ut narrat *Godofredus Monachus S. Pantaleon. in Chron. ad annum* 1195. *Reineccius in Appendice ad ſuum Chronic. Hieroſolym. l. 8. c.* 33. in ſubjecta Welfforum Genealogia & *Trithem. in Chron. Ducum Bavariæ f.* 110. *ac ex documentis demonſtrat Freber. d. c* 11. *f.* 89. *& ſeq. ac præc. c.* 10. *f.* 79. *& ſeq.*

Hujus filia Agnes, aliis verò erroneè Gertrudis dicta, ut docet id. d. l. & ſeq. c. 12. *circa fin. & approbat Hundius* in dem Bäyriſchen Stammbuch. *in præfat. ad Partem I. nupſit Ottoni Duci Bavariæ Ludovici filio, eique, ut pleriſque auctores tradunt, Comitatum Palatinum conſenſu* Imperatoris *Friderici* II. *attulit. Aventinus tamen videtur rectiùs ſentire l.* 7. *f. m.* 406. *&* 409. *tradens dictum Ottonis Patrem à Friderico* II. *jam ante nempe anno* 1215. *Comitatum illum in fidem accepiſſe, ut præc. th.* 8. *expl.* 2. *ſub Ducatu Bavariæ n.* 2. *annotavimus; Quem juvat, quod Henricus* Wormatienſis *Epiſcopus in Diplomate apud Freber. d. p.* 1. *c.* 10. *f.* 81. *& dictus* Imperator *Ludovicum illum in Diplomate anno* 1219. *exarato apud eundem p.* 2. *f.* 87. *Comitem Palatinum vocent.*

Ab hujus filio primogenito Rudolpho I. hodierni Comites Palatini deſcendunt, ut d. expl. 2. *n.* 3. *conſignavimus.*

5. *Diſtinguitur hæc familia ex conjunctione illa & iterum factis diviſionibus in Bavaricam vel Wilhelminam, & Palatinam vel Rudolphinam.*

Hæc iterum in Electoralem Heidelbergenſem, tanquam Principalem, *ac Bipontinam & Simmerenſem (quæ iterum exſtincta eſt,) tanquam minus principales.*

Bipontina à Ludovico Nigro orta portò ex ſubdiviſione Ludovici II. *in Bipontinam in ſpecie, ac Neoburgicam* (quæ jam Ducatum Juliacenſem & Bergenſem etiam obtinet) *Sultzbacenſem & Birckenfeldenſem.*

Bipontina illa in ſpecie in Bipontinam, *Veldenzenſem & Lautereccenſem; & hæc iterum in Lautereccenſem in ſpecie ac Luzelſteiniam.*

Porrò ex Neoburgica in Johanne Friderico Philippi Ludovici filio iterum ſuberta Hilpolſteinia, quæ tamen nunc etiam exſtincta; & ex Birckenfeldenſi in Chriſtiano Caroli filio Biſchwveileriana.

Ac ex Bipontina in ſpecie iterum tres familiæ ortæ, una à Johanne II. *altera* à Johanne Caſimiro Kleeburgenſi fratre mortui Succiæ Regis Caroli Guſtavi, *& tertia* à Friderico Caſimiro, qui *Landsbergæ* aulam habuit, de quo etiam legi poteſt *Spreng. in Inſtit. Jur. Publ. l.* 3. *c.* 15. *& in Lucerna Imper. c.* 6. *p.* 318. *& ſeqq. & Ellychniis p.* 1761. *& ſeqq. ubi omnia illorum feuda & bona, uti etiam regalia refert.*

6. *Familiam hanc in Comitiis Imperii univerſalibus obtinere quinque ſuffragia, unum* reſpectu Principatus Lautereenſis, qui Electori hodie competit, *alterum* reſpectu Simmerenſis, qui nunc ad eundem

A. etiam ſpectat, *tertium* ratione Principatus Neoburgici, *quartum & quintum* ratione Principatus Bipontini & Lautereccenſis, ut *præc. p.* 2. *ſect.* 2. *c.* 9. *th.* 17. *expl.* 1. *notavimus & ex ſubſcriptione R. J. de anno* 1654. *conſtat.*

De Juribus & privilegiis Comitibus his Palatinis competentibus præc. c. 1. *th.* 12. *expl.* 8. *dictum eſt.*

Plura de Veteribus Comitibus Palatinis legi poſſunt apud Hubert. Thomam d. l. 1. *Pithæum d. l.* 1. *des Memoires des* Comtes *Heredıtaires de* Champagne *& Brie inter opera illius p.* 481. *& ſeqq. & inprimis Freber. in d. Opere Origin. Palatinarum.*

De *Excellentia verò* Comitum *noſtrorum Palatinorum Ciſnerus in Orat. de Ottone* III. *Hubert. Thomas l.* 1. *Annal. Friderici* II. *p.* 16. *Freber. d. p.* 1. *c.* 15. *& ſeq. & Aventin. in* Chron. *Schirenſi ad annum* 958 *& l.* 4. *Ann. f.* 296. *ubi* Comitem Palatinum *ſecundum*

B. *poſt* Ducem *vel Regulum vocat.*

De Palatinis *Saxoniæ Comitibus legi poteſt Reinecc. in Appendice ad* Wittichindi *Annales.*

TH. X.

Poſt Comites Palatinos Rheni ſequuntur ordine & dignitate Landgravii, qui nobis ſunt Principes provinciis integris regendis olim præfecti, nunc hereditario jure illarum Domini facti.

Expl.

C. V*Ocem illam à Land id eſt terrâ ſive* Provincia *& Gravione & Judicem vel* Comitem, uti apud *Voſſium l.* 2. *de Vitiis Serm. lat. c.* 8. *p. m.* 220. *& ſeq. c.* 8. *th.* 2. *expl.* 1. legi poteſt, *ſignificante compoſitam eſſe, adeoque ratione prima inſtitutionis Comitem vel Judicem Provincialem denotare inter omnes conſtat,* & in ſpecie tradit *Cranz. in Vandal. l.* 10. *c.* 4. *in pr. & l.* 6. *Saxon. c.* 20. De quo etiam vide *Borchole. de Feud. c.* 5. *n.* 33.

Sed hodie Landgravii ſunt Principes Imperii de Principatu aliquo Landgraviatus titulo vel qualitate inſignito, inveſtiti Reink. l. 1. *cl.* 4. *c.* 13. *n.* 17. *&* 28.

De *iis notanda ſequentia.*

1. Illos *Longobardis incognitos, ut tradit Parens noſter de Saxon. non prov. jure verb. Ducum Saxon. c.* 4. *n.* 29. *& poſt Carolinorum tempora demum con-*

D. *ſtitutos eſſe, ſecundum Lehman. in Chron. Spir. l.* 2. *c.* 17. *in pr.*

Hinc etiam ſeriem vetuſtiſſimorum Landgraviorum Alſatiæ à temporibus Ottonis III. à quo Theodericus primus Landgravius inveſtitus eſt, *deducit Lazius de Migrat. Gent. l.* 3. *f.* 92. *& ſeq. Cui adde Chifletii Alſatiam & Chronicon Alſat. Herzogii l.* 1. *c.* 17. *&* 24.

Et Auctor Hiſtor. de Landgraviis Thuringiæ c. 18. *Ludovicum* III. primum Thuringiæ Landgravium à Lothario II. Imperatore factum eſſe memorat, de quo etiam legi poteſt *Meibom. ad l.* 1. *Annal.* Wi*techi. di.*

Meminit etiam Landgravii Alemaniæ (fortè Alſatiæ) qui ſimul in expeditione in terram ſanctam & obſidione urbis Accon anno 1189. fuit *Hovedenin Annal. Angl. parte poſter. ſub Richardo I. f.* 660. *& ſeq.*

2. Illo-

2. *Illorum duas eſſe claſſes, nempe, qui* Principum, *& qui* Comitum Baronumve dignitate ſaltem gaudent, *& ratione quarundam ditionum titulotenus, vel abuſivè* (ut paulò poſt demonſtravimus) *Landgravii vocantur, ſicuti etiam illi* titulum Landgraviorum titulo Comitum ideò poſtponunt, ut ex obſervantiâ notum eſt, & mox plenius dicetur.

Priorum in claſſem pertinent præter dictos Landgravios Alſatiæ & Thuringiæ, Landgravii Haſſiæ utriusque & Landgravii Leuchtenbergici, , ut *in fine hujus explicationis* annexum, exſtincti.

Quod verò nonnulli Politici in hunc cenſum etiam Landgravios Suſenbergicos & Nellenburgicos (uti ſe ratione priorum Marchiones Burgovienſes ſcripſerunt) *referunt, id noſtro quidem judicio*, & ſalvo illorum honore, vix ſubſiſtere poteſt, *ſiquidem* iſti non ratione horum Landgraviatuum, utpote qui non Principatus ſunt, cum aliàs illi in titulo Marchionatibus tanquam dignitate minoribus non poſtponeretur, ut tamen fieri ex obſervantiâ *& R. J. de anno* 1529. 1594. 1598. & aliis in ſubſcriptionibus notum eſt: *ſed* ratione dictorum Marchionatuum Principes fuerunt.

In poſteriorem verò hodie Comites Sultzenſes ac Furſtenbergici (& quondam Domini Pappenheimii) quorum priores ſe *Landgravios* Kleckavienſes, poſteriores verò *Barenſes*, & nunc etiam *Stulingenſes* (quia Landgraviatus hic à Comitibus de Lupfen præterito ſeculo, poſtquam hæc familia in Henrico anno 1582. exſtincta eſt ad Pappenheimios & anno 1639. hâc lineâ etiam exſtinctâ per matrimonium ad Furſtenbergicos pervenit, ut *ſeq. Sect. 3. c. unico. th. 5. in expl.* ſub horum familiâ demonſtrabitur) vocant, ut ex *Rec. Imper. de anno* 1654. notum eſt, & inter alios apud *Limn. l. 4. c. 4. n. 79. ac Becker. in Jure Publico p. 167.* quodammodo legi poteſt. *Hi enim* titulum Landgraviorum Comitum titulo, ut jam diximus, poſtponunt, & ſimul in Comitiis Imperii inter reliquos Comites numerantur, ut ex *ſubſcriptionibus R. I. de anno* 1544. 1545. 1551. 1555. 1557. 1559. 1570. *& aliis* conſtat. *Quibus nos* prædictos Suſenbergicos & Nellenburgicos ob modo dictam rationem annumeramus, quod etiam facit *Reink. d. c. 13. n. 26. & ſeq.*

Putamus autem denominationem illorum Landgraviatuum vel Landgraviorum inde ortam eſſe, quia ditiones vel Comitatus Kleggau, Baar & Stulingen in confiniis Helvetiæ hodiernæ ſiti more patrio **Landſchafften**/ ut ex *Stumpff. l. 5. Chron. Helvet. c. 37. & ſeq. ac paſſim* patet, vocantur, & inde procul dubio Comites & Domini illorum ab antiquo **deſſelben Landes oder ſelbter Landſchafft Graffen** & inde **Land-Graffen** abuſivè dicti ſunt, *cum certum ſit*, illos à nullo Imperatore per diploma quoddam vel inveſtituram Landgravios creatos vel inſtitutos eſſe, alias enim, ut jam in *præc.* diximus, titulum hunc ſimplici Comitum titulo non poſtponerent.

Tales quoq; olim fuere Landgravii à Stauff ad Reginam, ex quibus in 10. ludo equeſtri Tiguri an. 1165. habito inter clientes Ottonis Comitis Palatini comparuit *Henricus*, ut legi poteſt apud *Modium in Pandect. Triumph. Tomo 2. l. 1. f. 48. & Otho, qui etiam Landgravius in Steffling vocatur apud eund. ſeq. f. 56.*

3. *In ſpecie Landgraviatum Alſatiæ* verum Principatum eſſe inde patet, quia ille *primò Ducatus fuit*, & in expeditione Henrici I. Imperatoris contra Hunnos ac in Torneamento I. *Eberhardus Dux Elſatiæ.* ſimul comparuit, referente *Modio in Pandect. Triumph. Tomo 2. l. 1. f. 7.* ut quoque obſervavit *Becclerus in Notit. Imperiil 7. c. 19.* & in titulo ab Auſtriacis, quibus nuper ex parte paruit, ſicut *præc. th. 7. in expl. n. 3.* dictum & ſpecietenus à Carolo V. in *R. I. de dato* **Nürnb.** 1522. *&* 1524. ac de dato **Augſp.** 1530. *in pr.* & aliis factum, Marchionatui Burggraviæ ſemper præpoſitus fuit.

Quibus addendum, Epiſcopos Argentinenſes ſe etiam Landgravios Alſatiæ vocare, ut in *d. n. 3.* etiam dictum, & ex multis Receſſuum Imperii ſubſcriptionibus liquet.

4. *Landgraviatum Thuringiæ quondam etiam Ducatum fuiſſe ex iis, quæ præc. th. 8. expl. 2.* ſub Ducatibus antiquioribus adducta ſunt, & poſteà quoque verum Principatum manſiſſe inde conſtat, quia in titulis à Marchionibus Miſniæ, antequam Electores & Duces Saxoniæ fierent, & poſteà etiam Marchionatui huic ſemper præfertur.

Similis ratio eſt in Landgraviatu Haſſiæ, quia ille ante cum Thuringico conjunctus fuit, poſteà verò & nunc etiam Landgraviorum Haſſiæ Principalem Dignitatem conſtituit, ut ex titulis, Seſſionibus in Comitiis Imperii, & ſubſcriptionibus Receſſuum ſimiliter notum eſt.

Quo verò modo & tempore ille à Landgraviatu Haſſiæ ſeparatus fuerit præc. th. 8. in expl. ſub claſſe 3. & Ducibus Saxoniæ recentioribus relatum eſt.

De Landgraviis Haſſiæ notanda ſequentia.

Illos 1, in poſteris Philippi magnanimi diviſos eſſe in Caſſellenſes & Darmſtadienſes, adeoque quamſibet domum peculiariter adminiſtrationem, juriſdictionem proventus & ſeſſionem ac ſuffragium in Comitiis Imperii habere; *Pro indiviſo tamen* ex juratâ & perpetuâ conventione habere judicium provinciale aulicum, conventus provinciales, Synodos & vectigalia, ut refert *Reink. l. 1. cl. 4. c. 17. n. 22.*

2. *Jus primogenituræ obſervare, & quidem Darmſtadienſes* ex teſtamento Ludovici, *Caſſelenſes verò ex obſervantiâ in Pacificatione Germano-Suec. art. 15. §. ult.* confirmatum.

3. *Habere pactum confœderationis & fraternitatis cum Ducibus Saxoniæ & Marchionibus Brandenburgicis*, quod tamen ratione poſtremæ familiæ ab Imperatore confirmatum non eſt, ut legi poteſt apud *Limn. l. 4. c. 8. n. 161. & ſeqq. & ibid. Tomo 4. n. 166. & ſeqq. & nos præced. p. 1. c. 4. th. 3. expl. 2. n. 6.* conſignavimus.

4. *Domus Darmſtadienſi hoc privilegium anno 1625. à Ferdinando* II. *Imperatore conceſſum fuiſſe, ut omnes Georgii maſculi deſcendentes anno ætatis* 18. *impleto majorennes ſint.*

5. *Domum Caſſellanam ex Inſtr. Pac. art. 15. §. ſecundo Abbatiam Herſchfeldenſem, tanquam Principatum & feudum* Imperii *jus ſeſſionis & ſuffragii habere.*

6. *Illis aliquot Comites Imperii jure clientelari devinctos eſſe, ut ſeq. c. 8. th. 4. expl.* exemplis Waldeciorum, Lippienſium & Ritbergicorum oſtendimus.

Plura de illis vide apud *Sprenger. in Lucerna Imp. p. m. 351. & ſeqq. & in Ellychnio p. 1800. & ſeqq.*

Quoad Landgraviatum Leuchtenbergicum monendum illum peculiares Dominos ab antiquo habuiſſe, ut ex illorum *Genealogia apud Lazium de Migrat. Gent. l. 7. f. 299. & ſeq. ac Hundium* **in dem Bayriſchen Stammbaum** *p. 2. in pr.* cognoſci poteſt, *ſed hodie* ad Duces Bavariæ ſpectare, ut *præc. th. 8. expl. 2. ſub claſſe 1.* & Ducibus Bavariæ relatum eſt, *ubi quædam* de illis Landgraviis adducta ſunt.

Quibus addendum ſolos Landgravios Haſſiæ & Leuchtenbergæ harum primariarum dignitatum reſpectu ſeſſionem & ſuffragium in Comitiis Imperii *univerſalibus obtinere.*

TH. XI.

Landgravios excipiunt Marchiones qui ſunt Principes defendendis & regendis limitibus

Imperii olim præfecti, & poſtea illorum hereditarii Domini facti.

Expl.

VOcabulum *Marchio* (Romanis *Limenarcha in l. 4. ff. de Serv. fugit.* ſecundum nonnullos ſed erroneè, cum potiùs explicatore *Godofredo ibid. vi etymi* portus, ex quo ad exteros frequenter navigatur, cuſtodem denotet, dictus) *& Marchia* barbarum eſſe, & limitum cuſtodem vel defenſorem ſignificare, *ut etiam apud Alteſerr. de Ducibus & Comit. Provinc. Gall. l. 3. c.* 17. legi poteſt, omnes concedunt, illudque vel à vocabulo Germanico **Marck** / quod latinè apud veteres Marca redditur & terminum, vel limitem regni vel provinciæ deſignat, uti in aliquot Conſtitutionibus Caroli M. & ſucceſſorum apud *Beſoldum in Theſauro ſub illo verbo & Voſſium de vitiis Latini ſermonis l. 2. c. 12. p. m.* 250. legi poteſt, & à verbo **merckẽn** / notare vel ſignare, quia lapides terminales certis ſignis, puta inſigniis & ſimilibus notati fuerunt, & adhuc notantur, deſcendit, quod etiam approbat *Limn. l.* 4. *c.* 4. *n.* 21. *vel a Græco* Νομαρχία, quod præfecturam denotat, ut facit *Sabinus de Appellat. & ſitu Marchiæ Brandenb. in pr.* derivant. *Alias derivationes vide apud Limn. d. l. n.* 23. *& Alteſerram de Duc. & Comit. Provinc. Galliæ l.* 3. *c.* 17. de quo etiam legi poteſt *Douſa in Annal. Holland. l.* 5. *p.* 215. Quibus addendum ex *Cranz.* obſervatione *in Vandal. l. 3. c.* 16. *Marchiam denotare* provinciam ab hoſte armis obtentam & præſidiis firmatam.

Ubi notanda ſequentia.

1. *Marchias*, ut ex ſequentibus patet, ab Imperatoribus adverſus exterorum hoſtium incurſus ad imitationem veterum limitaneorum præſidiorum, ac Ducatuum vel Thematum, de quibus *ſeq. parte* 4. *c.* 4. *th.* 2. *expl.* 1. latè diximus, inſtitutas, uſque certos præſides cum neceſſariis copiis ad illas ope incolarum defendendas præfectos, *ac in Italia quidem*, ad imitationem Romanorum primùm conſtitutas eſſe, apparet ex iis, quæ tradit *Sigon. l.* 4. *de Regno Italiæ f. m.* 90. *& nos hic & paulo poſt n.* 2. *afferemus.*

Fuere verò tales Marchiæ & Marchiones Tuſciæ, Eporedia, Verona, Aquileja & ſimiles, referente *Sabino in d. tr. Corſica*, ex quibus Guelpho Dux Bavariæ & Spoleti Ludis equeſtribus anno 1165. Tiguri habitis interfuit, ut legi poteſt apud *Modium in Pandect. Triumph. tom. 2. l. 1. f.* 47.

Quibus addendum Marchiones ab Imperatore *Conſtantino Porphyrogeneta de Admin. Imper. c.* 26. *Græcè* Μαρχήσιος dici, & ab antiquis quibusdam ſcriptoribus *Marchiſos*, ut legi poteſt apud *Alteſerram de Duc. & Comit. Provinc. Galliæ l. 3. c.* 17.

In Imperio vero noſtro tales etiam variis in locis ordinatas fuiſſe, utpote in Norico ab Oriente contra Hunnos & Venedos, *Stirienſem, Carinthiacam* teſte *Megiſ. l.* 1. *Chron. Carinth. c.* 1. *f.* 8. *l.* 7. *c.* 31. *circa f. & c.* 52. *circa f.* item *Venedam* **die Windiſche Marck** teſte *eodem d. l.* 1. *c.* 1. *f.* 5. dictam, quam tamen *idem l. 5. c. 9. Liburniam* eſſe narrat, & *Auſtriacam* (ſcilicet inferiorem, ut obſervavit *Lazius de Migrat. Gent. l.* 7. *f. m.* 280.) ac *Forojulienſem*, cujus mentio fit in *Annal. Regum Franc. ad annum* 788. Contra Romanos & Italos *Athefinam*, ut narrat *Avent. l. 3. f. m.* 151. *& l. 4. f. m.* 196 200 *& ſeq.* ubi Carolo M. inſtitutionem Marchiæ Auſtriacæ adſcribit, quod etiam facit *Cario in Chronico l.* 4. *p. m.* 434. *& Lazius de Migrat. Gent. l.* 3. *f. m.* 45. ubi etiam *Marchionem Iſtriæ* refert: de quo *nos ſeq. n.* 2. dicturi ſumus. Memorant quoque *Marchionem Saxoniæ Annal. Eginhardi ad ann.* 828. apud *Andr. du Cheſne tom.* 2. *& Marcam Hiſpanicam Annal. Francor. ad ann.* 821. *&* 828.

Brandenburgenſem contra Henetos, *Landsbergenſem* in Oſtlandia contra Sorabos, *Miſnenſem* contra Bohæmos, *Luſatienſem* contra Polonos & Sileſios, *Sleswicenſem* contra Danos & *Antwerpienſem* contra eosdem ut tradit *Melanchthon & Peucerus in d. Chron. Carion. l.* 4. *p. m.* 391. & hanc ultimam quidem à Theodorico primo Francorum Rege referente *Avent. d. l.* 4. *f. m.* 183.

De Sleswicenſi anno 925. *Brandenburgenſi anno* 928 *& Miſnenſi anno* 931. *& Luſatienſi ab Imperatore Henrico* I. *Aucupe dicto inſtituta Helmold. in Chron. Slavor. l. 1. c. 8. n* 6. *Adamus Bremenſis Hiſtor. Eccleſiaſt. l. 1. c.* 48. (*qui ſeq. l.* 2. *c.* 39. *narrat* illam poſteà à Conrado II. Imperatore Canuto Danorum & Anglorum Regi in fœdus amicitiæ perpetuo jure conceſſam fuiſſe, *& Kranz. in Dania l.* 4. *c.* 18. *ac Wandal. l.* 3 *c.* 16. *Angelus in Chron. Marchiæ Brandenb. l.* 2. *f.* 40. *cum Kranz. l.* 2. *Wandal. c.* 16. *ac Albinus in Chron. Miſnenſ. tit.* 9. *f.* 108. *& tit.* 10. *f.* 111. ubi Brunonem primum Miſniæ Marchionem facit, & *in Appendice Chronico illi ſubjecto f. m* 403. *&* 405. etiam legi poſſunt. Quibus junge *Chytr. in Chron. Sax. l.* 1. *& Beſold. de Comit. & Baron. p.* 14. *& ſeqq. nec non Fauſtum* **im Geſchicht- und Zeitbüchlein der Churf. Stadt Meiſſen** / *ubi p.* 4. *& ſeqq. omnes Marchiones Miſniæ à Friderico recenſet.*

Quo pertinet etiam Marchia Moravia, ab Ulrico Bohemiæ Duce filium ſuum Bretiſlaum Marchionem conſtituente quidem *abuſivè, ut tradit Dubrav. l. 7. Hiſt. Bohem f. m.* 48. Et hinc etiam filius ejus *Otto Marchio Olomucenſis* eidem l. 9. f. m. 66. vocatur: *ab Imperatore verò Henrico IV. anno* 1086. *in Conventu Statuum Moguntiæ habito plenè inſtituta, & Regno Bohemiæ ſubjecta, ut narrat Hagecius in Chron. Bohem. p.* 2. *f. m.* 179.

2. *Multos quidem opinari Marchiones ante & ſub Caroli M. tempora ignotos fuiſſe, verùm, ut nos putamus, erroneè: ſiquidem, ut jam n.* 1. *adduximus Sigonius & Aventinus dd. ll. ac Annal. Reg. Francor. ad ann.* 788. *Marchia Forojulienſis, nec non Annales antiqui Auſtriæ anno* 798. *apud Lazium de Migrat. Gent. l.* 7. *f. m.* 246. *Marchianis Orientalis terræ Geroldi mentionem facientes, aliud teſtantur, & Carolus ipſe in Conſtitutione anno* 804. de Regia Imperii TransAlpini Sede apud *Gold. tomo* 2. *Conſtit. Imper. f.* 6. *meminit, ſe in illius confectione, Duces, Marchiones, Comites, in conſilium adhibuiſſe. Similiter Ludovicus Pius ejus* filius in Diplomate apud *Lazium d. l.* 7. *f. m.* 274. *narrat, poſt mortem Patris quosdam inſtitutos Marchiones loca Eccleſiæ Pataavienſi donata alienaſſe, & ſibi ſubjicere conatos fuiſſe.*

3. *Triplices ferè occurrere hodie Marchiones, qui* (1.) *principaliter*, (2.) *acceſſoriè &* (3.) *abuſivè illo titulo utuntur.*

In prima claſſe hodiè reperiuntur Marchiones Brandenburgenſes & Badenſes;

In ſecunda Marchiones Miſniæ, Moraviæ & Burgaviæ, nec non Neonomi, quo titulo Duces Lotharingiæ utuntur, ut videri poteſt ex ſubſcriptione R. I. de anno **Regenſp. 1576. Augſp. 1582.** *& aliorum.*

In tertiâ hodierni Italiæ & Galliæ Marchiones, ex quibus plerique ſaltem antiqui & divites nobiles, pauci verò Comites ſunt; ſicuti etiam de Regno Arelatenſi & Provinciâ Viennenſi in ſpecie ex Luca de Pennâ in Rubr. de Comit. Conſiſtor. refert Fichardus v. 1. conſ. 77. *n.* 8. *in illo Marchiones infra Comites eſſe, quod etiam de tota Gallia teſtatur Alciat. de ſingul. certam. c.* 32.

Pertinet

Digitized by Google

Pertinet huc, quod Lanſius in Orat. contra Italiam p.m.794.refert, ſcriptorem quendam jocosè narrare, ſe cum cordolio vidiſſe in Italia triginta Marchiones in ſice arbore famem ficis depellentes.

De primis porrò notandum.

Brandenburgenſes I. hucusque ex variis familiis conſtitutos fuiſſe, & quidem, ut ex communi opinione Parens Noſter de Saxon. non provoc. jure verbo Elector c.1.n.173.& ſeqq. tradit, ex ſex diverſis. I. Hugonis illius, qui ex familiâ Comitum Wettinenſium ortus ab Ottone III. Vicarius in Thuſcia & Hetruria ac Elector Brandenburgicus conſtitutus fuiſſe dicitur, de cujus veritate tamen prae. c. 1. th. 14. in expl. diſquiſivimus.

Ubi notandum per occaſionem, Ludis equeſtribus quintis anno 996. Brunovici habitis ad ducendas choreas Henricum quendam Marchionem Brandenburgenſem honoris cauſa ideo adhibitum fuiſſe, quia recenter Chriſto nomen dedit, ut refert Modius in Pandect. Triumph. Tomo 2. l. 1. f. 32.

2. Comitum Stadenſium & Soltvvedelenſium, quos Kranz. l. 3. Wandal. c. 17. eoſdem facit.

3. Comitum Aſcanii à Alberto Urſo anno 1136. incipiens & Woldemaro, non quidem anno 1320. in quo ejus mors communiter ſed erroneè ponitur, & tamen tunc Ludovicus Senior Marchio & Elector Brandenburgicus, ut ſeq. n. 4. plenius dictum, conſtitutus eſt, ſed demum anno 1256. finiens, ut in ſeq. th. 12. in expl. ſub Principibus Anhaltinis demonſtratum eſt.

4. Bavarica in Ludovico Seniore Ludovici IV. Imperatoris filio ex hujus conceſſione & inveſtiturâ anno 1320. incipiens, & in Ottone V. fratre Electoratum & Marchiam Brandenburgenſem Carolo IV. Imperatori pro 200000. coronis Ungaricis ſive Ducatis vendente anno 1375. exſpirans, ut refert Angelus in Annalibus March. l. 2. f. m. 162.

5. Lucenburgica ſive Carolina hac in dicto Imperatore Carolo IV. incipiens, & in filio Sigismundo Imperatore illam Friderico Burggravio Norimbergenſi anno 1415. tradente Limn. l. 5. c. 7. n. 82. pro 40600. aliis verò & inter illos Angelo in Annal. Marchic. l. 3. in pr. ac Renſchelio **In dem Brandenburgiſchen Stam-Baum** p. 20. rectius pro 400000. florenis, (& quidem ut refert Bircken. in Hiſtor. Auſtriaca l. 4. c. 5. f. 427. Ungaricis ubi ſimul illam venditionem cum pacto reluitionis factam eſſe narrat) ubi legi poteſt, vendente ceſſans.

Et 6. ſive ultima hodierna Brandenburgica in dicto Friderico incipiens & adhuc durans.

Ubi notandum dictum Burggravium in Concilio Conſtantienſi anno 1418. 24. Maji in foro ſuperiori præſentibus aliquot principibus, multis Imperii Statibus & circiter 50000. hominibus à Sigismundo Imper. de Electoratu & Marchiâ Brandenburgenſi inveſtitum demum fuiſſe, cum tamen jam præcedente anno 1415. ibidem Marchio creatus eſſet, ut refert Bircken. d. c. 5. & f. 427. & 430.

Dividuntur autem hodie in Electoralem & Franconicam, & hæc iterum in Culmbacenſem & Onolsbacenſem ut ex ſcriptoribus Genealogiarum dignoſci poteſt.

Electoralis in Comitiis Imperii hodie tria ſuffragia nempe Pomeranicum, Halberſtadienſe & Mindenſe, & Adminiſtratore Magdeburgenſi mortuo etiam quartum, nempe Magdeburgenſe, Franconica verò duo, nempe Culmbacenſe & Onolsbacenſe habet.

2. Poſtremò hoſce Marchiones plurimas ditiones in Franconiâ & alibi acquiſiviſſe, ut ex illo-

A. rum catalogo apud Limn. l. 5. c. 7. n. 7. & multis ſeqq. & ibid. Tomo 4. legi poteſt.

Ubi etiam n. 62. refertur, illos in Ducatum Holſatiæ à Carolo V. Imperatore exſpectativas à Succeſſoribus confirmatas accepiſſe. Quibus ex Eod. ſeq. n. 94. addendum, quod Marchiones hi in Auſtria multa feuda ex donatione Imperatoris Ludovici Bavari poſſideant, ideoque Viennæ certi Feudi Præpoſitum, **Lehen-Probſt**, ut nos ibi cognovimus, habeant. vide etiam Bircken. in Hiſt. Auſtriacâ l. 3. c. 4. f. 291.

Ducatus Pruſſiæ hodie tanquam immediatus & abſolutus Principatus ad Domum illam ſpectat.

Cum Domo Saxonicâ & Haſſiacâ confœderationem & confraternitatem habent, ut prae. th. 10. in expl.

Pomeraniam ulteriorem, Magdeburgenſem Du-
B. catum, ac Halberſtadienſem & Mindenſem Principatum vi Inſtr. Pac. art. 11. §. ſimiliter & ſeqq. in perpetua Imperii feuda obtinent.

De juribus ſingularibus huic familiæ & inprimis Electorali competentibus prae. c. 1. th. 12. expl. 7. ex parte & de ejus majoribus hic ſeq. th. 15. in expl. egimus.

Badenſes quod concernit, illi à Marchionibus Veronenſibus ſecundum nonnullos in Italia orti à Friderico I. Imperatore in Germaniam tranſlati feruntur, & quidem Wezelo ac Adalbero anno 1140. Comitibus de Hochberg mortuis ſubſtituti. Hermannus verò anno 1150. obſes ex Italiâ eductus ditione illâ Imperii ad Rhenum, ubi hodie Badenſis Marchia ſita eſt, donatus ſcribitur à Lazio l. 8. f. m. 402. & 404. & Cruſio in Annal. Svevic. P. 2. l. 9. c. 18. & l. 20. c. 13. ſicuti etiam ejus mentio fit anno 1182. in Pace Conſtantiæ quod tamen Petrus de
C. Andlo l. 1. de Rom. Imper. c. 15. non improbabiliter paulo aliter narrat.

Siquidem ex hiſtoriis conſtat & in ſpecie veteri Codice Backenavvenſi probat Beſold. in Theſ. Pract. ſub verbo **Baden** Hermannum quendam Marchionem Badenſem diu ante illa Friderici tempora nempe anno 1116. in urbe Backenau vel Backnang hodie ditionis Wirtembergicæ monaſterium fundaſſe, ejusque filium cognominem illud poſt ſexennium reditibus novis donaſſe.

Probant id verſus ſequentes Backnangæ in Choro Collegii exſtantes & à Cruſio d. P. 2. Annal. Svevicor. l. 9. c. 14. adducti.

Hâc cubat Hermannus Badenſis Marchio tumbâ
qui clauſtri & templi conditor hujus erat.
Anno milleno moritur: centum quoq; ſubdas
D. terq; decem à puero, quem pia virgo parit.

Item.

Filius Hermanni jacet hic Hermannus & alter
Dotem firmavit, auxit & ille patris.

Probatur inſuper hoc inde, quia Friderici illius I. pater Fridericus Monoculus pro illo filio ſuo nondum Imperatore petiit uxorem Annam Rudolphi Marchionis Badenſis filiam, ut Idem d. l. 10. c. 1. in f. narrat.

Quamvis hæc omnia de Stemmate priorum Marchionum nonnulli accipiant, quod etiam ex iis, quæ Cruſ. P. 2. l. 3. c. 6. in f. de ſepultis Backnangi veteribus Marchionibus refert, fulcitur.

Verum quoniam Se. eniſſimi hi Marchiones per Johannem Piſtorium Niddanum in Chron. Conſtant. ex archivis & aliis documentis originem ſuam à Ducibus Zeringenſibus ac Comitibus Habſpargenſibus deduxerunt, illorum aſſertioni utpote pro veriſſimâ habendæ omnino inſiſtendum eſt, de quo vide *ſeq. n. 5.*

De Marchionatu & Marchionibus illis notanda porrò ſequentia.

I. *Marchionatus ipſius inſtitutionem incognitam & incertam eſſe. Licet enim Munſter. l. 3. Coſmogr. c. 275. expreſſe ſcribat* Fridericum I. Imperatorem in conſtituto d. Hermanno Marchione primo Marchionatum illum, qui ante Comitatus fuit, inſtituiſſe, *contradicit tamen illi Andlovius l. 1. de Imper. Romano c. 15.* tradens, titulum Marchionatus originaliter non à Dominio Badenſi, quod ab antiquo Comitatus fuit provenire, ſed illum Marchiones Veronenſes ſecum taque ditioni illi intuliſſe. *Verum etiam hic inde refutatur*, *quia* jam ante alii Marchiones Badenſes fuerunt, ut ex paolò ante in Choro Backnangenſi exſtantibus allegatis verſibus palam eſt, & *Craſ. d. P. 2. l. 3. c. 6. inf. refert*, circa annom 911. Rudolphom Baronem (aliis Comitem) Weiſſachenſem ultimum ſuæ ſtirpis mortuum eſſe, ideoque bona ſua in Canonicatum Backnangenſem recens inſtitutum contuliſſe, & ibi in templo aliquot Marchiones ex hoc genere ſepultos eſſe: qui absque Marchiones Badenſes propter dictos verſus fuerunt, in primis, quia Backnangum ad illos olim pertinuit, ut tradit *Munſter. d. l. 3. c. 336. & Auct. Docum. Rediviv. Munſter. Wirtemberg.* ſub illo loco.

II. *Illos quidem*, ut dictum, *cum Hochbergenſibus pro unâ familiâ haberi*, *ſed ob diverſas ditiones poſſeſſas diverſo titulo*, *ſcilicet & Badenſium & Hochbergenſium uſos*, *donec tandem ex pacto* inter Philippum Hochbergenſem ac Chriſtophorum Badenſem *hoc anienis pactum anno 1503. confectum fuit*, *ut illo mortuo Chriſtophorus hic* in ditione Rotelen, Suſenburg & Badenwyler ſuccederet, *ejus verò filia unica Johanna* poſteà Ludovico Aureliano Duci Longevilleo nupta Comitatum **Welſch Neuburg** S. Georgii & alias in Burgundia ſuas ditiones retineret, *quod etiam conſenſu Imperatoris Maximiliani I. ita in effectum deductum eſt*, ut narrat *Munſter. l. 3. Coſmogr. c. 273. & Lazius de Migr. Gent. d. l. 8. f. 404. in hoc tamen rectius ſentiens* quod Chriſtophoro loco Badenwyler, Hochberg & filiæ Badenwyler ſimul attribuat.

Quibus addendum adhuc alios Marchiones de Hochenburg in Norico fuiſſe ſed illam familiam jam circa annum 1260. exſtinctam, *& ex illo Marchionatu quadam bona feudalia*, interque ea urbem Ambergam in Palatinatu ſuperiori *à Bertholdo Epiſcopo Bambergenſi tanquam feudi domino in Ludovicum Bavarum d. anno translata eſſe*, ut refert *Hundius* **In dem Bäyriſchen Stam-Buch** *P. 1. f. 94. & ſeq. ubi putat Hochenburg illo tempore ad Epiſcopatum Ratisbonenſem reciddiſſe.*

3. *Marchiones illos, per Carolum Marchionem Spanheimenſis Comitatus partem* ob proaviæ Mechtildis Comitiſſæ Spanheimenſes hæreditarium Jus acquiſiviſſe, *& ex diviſione fratrum Bernhardi & Erneſti*, qui filii prædicti Chriſtophori fuerunt, *poſteà familiam diſtinxiſſe in Badenſem in ſpecie, ſi-*

A. *ve Baden Baden*, *& Badenſem Hochbergenſem ſive Durlacenſem.*

4. *Illos ob ſeparatos hos Marchionatus hodie triplici frui ſuffragio ita ut inter ſe familia hac in præcedentia alternent*, *ut notum*, *& præced. p. 2. Sect. 2. c. 9. th. 17. expl. 1. in Schemate ſeſſionum ſub ſigno D relatum eſt.*

5. *Ex Badenſi in ſpecie lineâ ab Eduardo Fortunato per matrimonium cum Mariâ ab Eicken nobili fœminâ contractum*, *natum inter alios fuiſſe anno 1593. Wilhelmum*, Judicem Cameræ Spirenſis, & nuper mortuum *illique ob impar illud matrimonium à Georgio Friderico Agnate de Succeſſione in Marchionatu Badenſi litem magnam motam*, *& eum ab eâ amotum fuiſſe*, *ſed Imperatorem Ferdinandum* II. *anno* 1622. 26. *Auguſti pro illo judicaſſe*,
B. *atque ita ab iſtius Georgii Friderici filio Friderico Marchionatum dictum reſtitutum fuiſſe*, *ut d. c. 9. th. 2. expl. 2. n. 6. annotatum eſt. & ex Londorp. in Actis publ. p. 5. c. 20.* ubi ſententia refertur patet.

6. *Illorum Genealogiam referri à Zeill. d. l. Chronico Conſtantienſi à Piſtorio inter Rerum German. Scriptores ſex ſimul edito f. 685. & ſeqq. Bucelin. in Genealog. Germ. Notit. f. 51. & ſeq. ac Reuſnerb. in Tabellis.*

De Mediis obſervandum Electores & Duces Saxoniæ hodiernos titulum Marchionum Miſniæ ac Superioris & Inferioris Luſatiæ in ordine tertio & quarto loco ponere.

C. *Reges Bohemiæ etiam titulum Marchionum Moraviæ & Superioris ac Inferioris Luſatiæ: Et Archiduces Auſtriæ titulum Marchionum Burgaviæ*, *ac Duces Lotharingiæ Marchionum Nomeni uſurpare*, *illoſque illum Landgraviatus Alſatiæ præferre ut ex multis Receſſibus Imperii notum eſt.*

De tertiis verò Marchionibus, *utpote omnibus notâ nihil notatu dignum occurrere.*

TH. XII.

D. *Hactenus etiam Marchiones*: *Sequuntur Principes in ſpecie ita dicti*, qui nempe ex privilegio Imperatorum, vel jure ſangvinis principaliter & in ſpecie illâ dignitate ſingulari gaudent.

Expl.

P*Rincipum nomen latè & ſtrictè in hâc materiâ ſanè præcedenti th. 1. in expl. dictum eſt.*

Hic verò notandum nos propriè de illis Principibus agere, *qui principaliter illo titulo gaudent*: *cum in Imperio noſtro etiam alii Principes*, *qui non ex diplomate Imperatorum*, *ſed reſpectu quarundam* [illegible] ditio-

ditionum, adeoq; ſaltem aſſumtivè vel acceſſoriè illo utuntur, quales ſunt Auſtriaci, Principes Sueviæ; Electores Brandenburgici & Duces Pomeraniæ, Principes Rugiæ; Megapolitani, Principes Vandalorum; Sabaudici, Principes Pedemontani, ut in ſpecie ex pr. R. J. de dato Wormbs 1521. ex ſubſcriptione R. J. de dato Augſpurg 1559. & 1566. de dato Speyer 1570. & de dato Regenſpurg 1594. & ex illorum titulis in genere conſtat. Item Electores & Marchiones Brandenburgici Principes Halberſtadienſes & Mindenſes. Mechlenburgici Lineæ Sverinenſis, Principes Sverinenſes & Razenburgici; Landgravii Haſſiæ Caſſelenſes Principis Herſchfeldenſes ex novo Pacificationis jure ſecundum Inſtr. Pac. art. 12. in pr. & art. 15. §. Secundo &c. reperiuntur.

Et Charactere quidem vel titulo hoc ſpeciali pauci Imperii Proceres olim inſigniti fuerunt, & ſi antiquiora tempora ſpectemus, ferè ſoli Principes Anhaltini: Illi enim jam à Friderico I. Imperatore in Henrico Bernhardi Ducis Saxoniæ filio Comite Aſcanio & Ballenſtadii, Principes in Harciniâ in Anhalt conſtituti fuerant, & licet annus ignoretur, illud tamen ante expeditionem ſacram factum eſſe, inde conſtat, quia Henricus ille Imperatori in hâc non adfuit.

De antiquiſſimâ & Sereniſſimâ hac domo ſequentia notanda.

I. Illam cum Urſinorum in Italiâ illuſtriſſimâ familia ex confeſſione & conſenſu utriusmq; antiquiſſimo eandem, ſed utra ab altera deſcendat, in dubio eſſe, dum quidam Scriptores Italici eam ex Italiâ in Germaniam, Germani verò & inter illos Brotuf. in Chron. Anhalt. in præf. ſub Imperatore Heraclio, vel l. 1. c. 8. ſub Theodoſio Juniore, Reuſn. verò in Opere Genealog. ſub Conſtantino Juniore, per quendam ex illâ Beringariorum familiâ è Germania in Italiam tranſlatam, & ibi familiam iſtam Urſinam à Germanico Behr / unde Beringers etiam dicti, fortè quia in ampliſſima Hercinia ſilva, in qua multi urſi tunc reperti, & ab iis peremti fuerunt, nominatam fuiſſe aſſerunt.

Sed alii Urſinorum familiam aliunde derivant, ut legi poteſt apud Sanſovinum in Hiſtor. Familiæ illius Italicè deſcripta l. 1. p. 2. & 3. interq; eos Sigismundus Fulginas ab Urſicino Conſtantii Belli Duce, cujus meminit Marcellin. l. 14. paſſim. Egnatius verò à Childeberti, qui filius fuit Chlodovæi primi Francorum Regis Chriſtiani, filio Valamire, ut latè idem narrat, Et Sanſovinus ipſe tandem p. 4. illos originis Gothicæ eſſe, & in Umbria ſuam fixam ſedem conſtituiſſe cum aliis ſtatuit, idq; tanquam verius Johannem Antonium Urſinum Tarenti Principem actis publicis inſerendum curaſſe, ibi id multis demonſtrat.

Eandem Urſinorum familiam poſtea in Galliam, Alſatiam & Bohemiam tranſlatam, & poſtremos à Roſa, quam cum Urſinis in inſignis gerunt, Roſines (communiter Roſenbergios) dictos eſſe, uti ſimiliter legi apud illum poteſt.

Sed ad Anhaltinos revertendo, Illorum Annales manuſcripti à Bernthobaldo, ſive Berenwaldo, vel Bertholdo I. Harcyniæ Domino in Ballenſtad (vel rectius Balckenſtad, quia ex nudo ligno illa arx ædificata fuit, ſicut viceverſa altera Anhalt rectius Anholt, id eſt, abſque ligno, lapidi inciſa fuit, ut adhuc ſpectari poteſt) & Aſcania demum ob defectum Hiſtoriarum illius initium faciunt, nec tamen indicare potſunt, an Bernthobaldus II. ſecundo loco poſitus, prioris filius fuerit, ſicuti etiam Bernthobaldus vel Bertholdus III. medii cognatus fuiſſe dicitur. Primus autem Dux Saxonum adverſus Hermenfridum Thu-

A. ringiæ Regem anno Chriſti 524. Medius eorundem Dux adverſus Clodovæum Francorum Regem anno 617. & Tertius ſimiliter ipſorum Dux contra Dagobertum illorum Regem ſecundum illos anno 630. fuit.

2. Ex hac familia maximè felicem fuiſſe Ottonem Divitem & Magnum ideò dictum; Illi enim Marchiam Soltwvedelenſem ab Alberto VI. ex beneficio Henrici II. Imperatoris poſſeſſam & illis à Vandalis poſtea vi ademtam per Magnum Saxoniæ Ducem recuperatam, ducendo ejus filiam Helicen recepit. Ejus filius Albertus Urſus à Lothario II. Cæſare Marchiam Brandenburgicam anno 1136. ſecundum Annales Anhaltinos Manuſcriptos (in quo tamen alii Hiſtorici differunt partim Conrado III. Imperatori id adſcribentes, partim à Friderico I. demum dignitatem Electoralem (quæ tamen tunc nondum introducta fuit) anno 1152. adjectam, partim
B. ab eodem hoc anno in Comitiis Martisburgenſibus inveſtituram demum ſubſecutam fuiſſe adſerentes) in feudum accepit. Ducatum verò Saxoniæ anno 1139. à Conrado III. Imperatore obtinuit.

Sed cum ob Henrici Leonis, Ducatum hunc etiam prætendentis, reſiſtentiam, bellum inter illos orietur, ejus filius demum Bernhardus I. in Comitiis Wurzeburgenſibus anno 1180. à Friderico I. Imperatore illum pleno jure obtinuit, ita tamen, ut Henrico patrimonium avitum terra Brunovicenſis relinqueretur.

3. Ducatum hunc una cum Electoratu poſtea accedente uſq; ad Albertum III. per annos 242. Marchiam verò dictam cum Electoratu ſimiliter poſtea accedente uſq; ad Woldemarum Peregrinatorem dictum, per annos 184. in hac familia permanſiſſe, illamq; ut præc. th. 8. expl. 2. ſub claſſe 2. & in ſpecie Ducibus
C. Lanenburgicis dictum, ab Imperatore Sigismundo anno 1422. vel potius in principio ſequentis, quia hoc anno in feſto trium Regum primæ inveſtituræ literæ exaratæ ſunt, ut ibidem deductum hanc verò anno 1320. ab Imperatore Ludovico IV. ex cauſis ſequentibus familia hinc iterum ademtam fuiſſe.

Cum Woldemarus ille liberis careret, & ab aliquot Epiſcopis & Confeſſionariis ob matrimonium cum Agnete agnatâ Marchionis Hermanni filia in quarto conſanguinitatis gradu lineæ inæqualis conjuncta, contra Canones initum, in conſcientia admodum premeretur, peregrinationem Sacram ad pœnitentiam peragendam, & remiſſionem illius peccati adipiſcendam, clam habitu vulgarium talium peregrinatorum indutus, ſuſcepit, eamq; à dicto anno 1320. uſq; ad annum 1344. continuavit, atq; ita nunquam repertus pro mortuo habitus; & Marchia illa cum Electoratu, ejus agnatis ſub illo prætextu, quod vivo illo ſimultaneam inveſtituram non petiiſſent, à dicto Ludovico IV. Imperato-
D. ro, contra jura ademta, & ſuis filiis attributa fuit, cum tamen de Woldemari morte certò non conſtaret, dum illum aliqui in Vigiliâ Nativitatis Mariæ, tempe 7. Septembr. 1320. mortuum & Chorini in Cœnobio ſepultum; alii verò in monaſterio Corbejenſi ad Viſurgim; alii iterum in itinere defunctum tunc finxere, de quo ex parte etiam legi poteſt Cranz. in Vandal. l. 8. c. 4. nec quomodo res propriè ſe haberet, accuratè inquiſitum eſſet, ſicuti etiam Albertus Argent. in Chron. ad ann. 1319. illum manifeſtè ſepultum eſſe & tamen poſtea ad annos 28. vixiſſe dictum eſſe, refert, & inſuper morte ejus certa, frater Henricus ſine terra dictus, ſecundum Annales Anhaltinos adhuc viveret, duosque filios Woldemarum II. & Johannem IV. jam majorennes haberet.

Vera autem ademtionis cauſſa eſſet, Imperatoris illius primò ira in Woldemarum ideo, quod hic ſuo ad conventum Electionis Imperatoriæ miſſo *Legato Nicolao à Bock* in mandatis dederit, ut pro Friderico Auſtriaco contra illum (puta Ludovicum) ſuffragium ferret: *Legatus verò iſte*, Ludovicum hunc contra mandatum eligens, poſt reditum in carcere in pœnam mediâ necatus eſſet, *& in Principes Anhaltinos ideò, quod ab illo* à Papa excommunicato, in principio inveſtituram petere ac arripere nollent, ſed *Friderico adhærerent, concepta; & ſecundò ſtudium proprii commodi, quoniam*, ut dictum, filiis ſuis illam provinciam ceu divitem prædam deſtinaverat, & attribuere conſtanter decreverat.

Woldemarus interea anno, ut dictum 1344. clam, uti ſeceſſerat, ab illa peregrinatione redux, primò Archiepiſcopo Magdeburgenſi Ottoni ex familia Landgraviorum Haſſiæ, innotuit hoc modo. Magdeburgi, ceu peregrinator ſanctus, in aula illius Archiepiſcopi ſtipem petens, Aulicos illius ſæpiuſculè & multum rogavit, ut ſibi Archiepiſcopum alloquendi copiam facerent. Sed repulſam ob Status vilitatem ſui, ſemper paſſus anxè tandem petiit, ut ſibi ſaltem poculum vini de menſa illius largiretur, quo juſſu ejus impetrato aliquantum vini ex illo hauſit, & ſuum Electoralem ſignatorium annulum, ex ore in poculum illud clam immiſit, rogando, ut ipſi Archiepiſcopo illud redderetur, qui illud recipiens annulum ſtatim obſervavit, extractum agnovit, ac, ut peregrinator ille adduceretur juſſit, & adductum ex vultu & aliis ſecretioribus negotiis ſibimet proditis ſtatim & citra haſitationem agnovit, decoris veſtimentis, quamvis invitum, quoniam cauſabatur, ſe non eo animo, ut iterum Electoratum & provincias ſuas ſibi aſſereret, ſed ut ſubditorum ſuorum ſub injuſto Domino viventium ſaluti & cognatorum ſuorum emolumentis ac juribus conſuleret, & ideo de eo cum Archiepiſcopo, tanquam cognato ſuo, clam conſultaret, rectè manifeſtaſſe, ornavit. Poſt longam verò conſultationem ab Archiepiſcopo perſuaſus fuit, ut ipſemet regimen iterum ſe ſuſcepturum eſſe, annueret.

Evulgato igitur hoc, & per dictum Archiepiſcopum ejus agnatis, utpote Electori Saxoniæ Rudolpho & Alberto ac Woldemaro Principibus Anhaltinis denunciato, hi ſtatim Magdeburgum advenere, ſuumque agnatum Woldemarum optimè cognitum, ſummâ lætitiâ excepere, eique ſimul reſtitutionem in ſuas provincias promiſere.

Quo facto Woldemarus præcipuis ex ſua Nobilitate & Civitatibus reditum ſuum ſolenniter indicavit, petendo, ut ſe, tanquam verum Dominum recognoſcere, atque iterum ſuſcipere vellent, id quod in tota Marchia diſſidium excitavit, aliquibus Woldemaro, reliquis Ludovico Seniori, Ludovici Bavari primogenito, tanquam novo Domino & poſſeſſori, adhærentibus, & quidem eò magis, quod à Civibus Magdeburgicis, Woldemaro ideo infenſis, quia ille inter Archiepiſcopum Burchardum captivum, & Civitatem quondam arbiter electus, pro illo & ejus liberatione pronunciavit, & nihilominus cives eundem, poſt Woldemari peregrinationem ſacrilegè anno 1325. occiderant, ac ideò à Papa banniti fuerant, in ejus odium rumor ſparſus fuerat, illum non verum Marchionem prætenſum, ſed molitorem pagi Hundeluft in Principatu Anhaltino ſiti, Jacobum Rebeck, aliàs cognomine Meinecke, vel Meinhard dictum, & ab Archiepiſcopo ſuiſque agnatis prædictis, in odium Ludovici, ob vultus ſimilitudinem, pro Woldemaro effictum, ac neceſſariis informationibus inſtructum eſſe.

A. *Cum verò interim Electores Remis, in Archiepiſcopatu Trevirenſi, Carolum IV. Bohemum, adverſus dictum Imperatorem Ludovicum Bavarum elegiſſent, Woldemarus in illo conventu querelam ſuam de ademto ſibi abſenti, & ſuis agnatis à Ludovico illo, & detento Marchionatu Brandenburgico, proponi curavit, & reſtitutionem impetravit, adeò, ut etiam ipſo novus Imperator dictus Carolus IV. pro illo cum exercitu in Marchiam moverit, & ad homagium ei præſtandum, omnibus ſubditis per mandata ſtrenuè injunxerit, quod etiam (de quo mox dicetur) poſt ſolennem reſtitutionem & inveſtituram ab omnibus, exceptâ urbe Francofurtanâ ad Oderam, & Brizenâ (quarum priorem Carolus ipſe copiis Caſimiri V. & Barnimo V. Ducum Pomeraniæ qui Woldemarum etiam agnoverunt, & pro vero Marchione declararunt adjutus, validò arctâ obſidione, ſed fruſtra cinxit, præſtitum fuit.*

B. *Durante illa Imperator Woldemarum, anno 1346. Dominicâ poſt feſtum Michaelis in campo juxta Munchibergam de Marchiâ & Electoratu ſolenniter inveſtivit, & poſteà menſa proximo loco adhibuit, ac anno 1348. Rudolpho II. Electori Saxoniæ, ejuſque fratri Ottoni I. ac per ſubſtitutionem Alberto, & Woldemaro II. Principibus Anhaltinis poſt mortem Woldemari Electoris Succeſſores in Electoratu & Marchionatu publico Diplomate declaravit. Nec non ſequenti anno 1349. omnibus Imperii Statibus per diploma notum fecit, ſe Woldemarum, tanquam verum & inveſtitum Marchionem ac Electorem Brandenburgenſem agnoſcere, quod datum Coloniæ* am unſer lieben Frauen Tage: *ideoque Woldemaro ipſi teſtimonium in membranâ, quod in originali in Archivis Anhaltinis vidimus, dedit.*

C. *Quo facto omnes Civitates Marchicæ, exceptis duabus prædictis, reverſales exhibuere, ſe poſt mortem Woldemari hos ipſos, inprimis verò dictum Albertum & Woldemarum II. fratres Anhaltinos, ejuſque heredes, & nullos alios, pro veris Dominis habituras.*

Poſtea fœdus inter Woldemarum ab una, & altera parte dictum Archiepiſcopum Magdeburgenſem, Rudolphum II. Saxoniæ Electorem, & ejus fratrem Ottonem I. memoratos fratres Anhaltinos, & Albertum ac Johannem Duces & fratres Megapolitanos de mutuo auxilio ferendo, & Woldemaro ejuſque agnatis in jure ſuo in Marchiam contra quoſvis, excepto Imperatore, protegendis ictum fuit.

Paulò tamen poſt & quidem eodem anno idem Carolus IV. factâ cum Ludovico Seniore præmemorato D. *poſt mortem Patris Imperatoris in Cœnobio Iſenacenſi reconciliatione, hac pactione, ut Ludovicus ille Carolo Inſignia Imperialia mitteret, vel traderet, eumque pro vero Imperatore cognoſceret, hic verò ex adverſo illi Marchiam cum Electoratu, & prætereà Ducatum paternum Bavaricum, nec non Comitatum Tyrolenſem ac Carinthiæ ac Styriæ Ducatum conferret, ſententiam pro Woldemaro latam & omnia ante acta revocavit, & per contraria duo Diplomata, quorum unum datum Norimbergæ die Martis poſt Dominicam Quaſimodogeniti, alterum die Martis poſt feſtum Corporis Chriſti datum eſt, in quibus dicto Ludovico & ejus Succeſſoribus reſtitui jubet Marchiam, & omnes ſubditos à fide Woldemaro præſtita ſolvit, ſub hoc colore, quod jam de Woldemari fraude aliter & meliùs edoctus fuiſſet.*

Sed

Sed contra hoc factum Civitates Marchicæ exceptis memoratis duabus proteſtatæ ſunt, à Carolo IV. petentes, ut in obſequio & fide Woldemaro & ejus Agnatis relinquerentur; Cum verò nihil obtinerent Woldemarus ſenio confectus & regiminis tam perturbati pertæſus per Officiales ſuos provinciam illam poſteà rexit, ipſeque ſe Deſſaviam ad Agnatos contulit, ubi anno 1356. mortuus & in Ædicula ad Spiritum Sanctum ſepultus eſt.

Poſt ejus mortem Ludovicus Romanus, Ludovici Senioris frater, à Carolo IV. in Marchionatu illo inveſtitus eſt, & ita Domus Anhaltina poſt diuturnas contentiones & bellum duodecennale provincia illa cum Electoratu planè erepta fuit.

Quæ omnia ex Annalibus & Archivis Anhaltinis bonâ fide, in veritatis ſubſidium excerpere ac juris publici facere voluimus ad tam enormes & graves calumnias ac injurias Celſiſſimo illo Principi ac Familiæ retundendas ac manifeſtandas, quoniam alias nunquam noſtro ſcitu publicata fuerunt.

Quam utique eadem avito Comitatu Aſcanienſi ſub Alberto Anhaltino cognato Epiſcopo Halberſtadienſi à Capitulo illo ab anno circiter 1316. ut privata fuerit, exactè in Manifeſto Aſcanienſi traditur, & legi poteſt.

Atque ita Sereniſſima & Antiquiſſima hæc Domus tot orbata Provinciis hodiè ſolum Principatum Anhaltinũ poſſidet; Jus tamen ſuccedendi in caſum deficientis familiæ Saxo-Lauenburgicæ, ex Jure Agnationis & ſimultaneæ Inveſtituræ prætendit, ut præced. th. 8. expl. 2. in claſſe Ducum ſecunda & tertia ſub Ducibus Saxo-Lauenburgicis & Saxonicis recentioribus annotatum eſt.

Quibus addendum ad Principes hos poſt mortem ultimi Comitis Barbejenſis Auguſti Ludovici ann. 1659. Comitatum Muhlingenſem tanquam feudum caducum perveniſſe, & ab his iterum in cognatum Johannem Serveſtæ reſidentem beatiſſimæ recordationis, ejusque ſucceſſores translatum fuiſſe.

4. *Diſtingui Principes illos ex diviſione præterito ſeculo facta in Familias vel Domus Deſſavienſem, Serveſtanam, Bernburgenſem & Cothenenſem, ac ex ſubdiviſione in Bernburgenſi facta, in Harzgerodenſem, cui Dynaſtia Plœtzkavienſis nunc cohæret.*

5. *Omnes has familias ex dicta diviſione ſuas quidem peculiares habere jurisdictiones & Cancellarias, Seniorem tamen ex iis Jus convocandi cæteros in arduis, & totum Principatum concernentibus negotiis, ac Directorium, in ejusque compenſationem, uſumfructum, vel reditus ex Abbatia Principiata Gernrodenſi Domui illi ab antiquo ſubjecta percipere: Sicuti etiam ad Conventus Imperii ac Circuli à tota Domo conjunctim Legati cum mandatis mittuntur, & inveſtitura ab Imperatoribus conjunctim petitur ac recipitur.*

Poſt Anhaltinos hoſce Principes noſtrâ obſervatione proximè, ſed demum longo temporis intervallo (antea enim raro Principes creati ſunt, & ideo Fridericus II. Imperator, cum anno 1235. Ottonem de Lunaburg Ducem Saxoniæ creaſſet, id omnibus annalibus inſeri rogavit, ut narrat Gedefridus Monach. Colon. in Annal. ad d. annum apud Freher. T. 1. Script. Germ. f. 299.) nempe anno 1310. ab Henrico VII. Imperatore evecti ſunt in Principum dignitatem Comites Hennebergici Berchtholdo X. primo Principe creato: referente Spangenberg. in Chronico Henneberg. l. 5. c. 5. f. 180.

Cum verò anno 1583. Principe Georgius Erneſtus ultimus ejus familiæ abſque heredibus mortuus eſſet,

A. *Comitatum hunc Principatum Duces Saxoniæ ſuperioris vigore pacti ſucceſſorii, ex certâ parte obtinuerunt, ut præc. p. 1. c. 4. th. 3. expl. 2. n. 6. demonſtratum eſt.*

Genealogiam & originem illorum vide apud eund. Spangenb. l. 1. c. 2. & 4.

Hos inſecuti ſunt Principes Chimacenſes vel Croyenſes à Maximiliano I. Imperatore 1486. ex Comitibus in Principalem dignitatem in perſona Caroli tranſcriptorum, ut legi poteſt in Diplomate apud Miræum in Diplomat. Belgicis lib. 1. c. 100. &

Arembergici in Belgio, Johanne Comite de Ligni, à Maximiliano II. Imperatore anno 1568. in Principem evecto, ut teſtatur Strada Dec. 1. de Bello Belgico l. 7. p. m. 385.

B. *Quamvis enim alii, ut etiam refert Zeiller. de decem Circ. tit. 2. p. 117. ejus demum filium Carolum anno 1576. in Principem evectum eſſe tradant, id tamen erroneum & de receptione inter Principes Imperii intelligendum eſt, quia hic demum per Legatum Comitiis anni 1594. ut ex ejus Receſſus ſubſcriptione conſtat, interfuit. Et cum hic Annam Philippi Ducis Arſchottani, Principis de Chimay filiam, & poſteà fratris Caroli abſque liberis mortui heredem matrimonio ſibi junxiſſet, Ducatum illum acquiſivit, adeoque ſe etiam Ducem talem ſimul nominavit, quo titulo ejus heredes etiamnum utuntur, ut conſtat ex ſubſcriptione R. I. de anno 1654. Pertinent autem illi ad Circulum Rhenanum, ut tradit poſt alios Zeiller. d. l.*

Carolus Mansfeldiæ Comes Petri Erneſti filius à Rudolpho II. Imperatore anno 1595. Pragæ Princeps creatus, ut refert Ortelius in deſcr. Rer. Ungar. ad d. ann. in Martio, ſed abſque liberis mortuus. Meminit illius etiam Rietersh. in Tabul. & Spener. in Theat. Nobilit. Germ. in Indice ad partem 2.

C. *Poſtea plures Principes à ſequentibus Imperatoribus creati ſunt.*

Et quidem ſequentes à Ferdinando II. Imperatore.

Erneſtus Comes de Schaumburg anno 1620. ſed ejus ſtatus una cum ipſo anno 1622. exſpiravit.

Johannes Georgius Comes de HohenZollern cum omnibus ſuis deſcendentibus anno 1623. ſecundum Diploma apud Lunn. tomo 4. l. 5. poſt c. 9. ubi ſimul refert, in Comitiis Ratiſponenſibus anno 1640. & ſeq. ab ejus filii Eitel Friderici Legato poſtulatum & ab Imperatore Ferdinando III. indicatum Statibus Imperii, ut Princeps hic inter reliquos Principes ad ſeſſionem & ſuffragium admitteretur, idque conceſſum, *ſed nihilominus introductionem ſuſpenſam fuiſſe, ſicuti*

D. *etiam idem demum in Comitiis Ratiſponenſibus anno 1653. receptus, eique locus ſtatim poſt Arenbergicum aſſignatus fuit, ut apud eundem Tomo 5. d. l. legi poteſt, & nos ipſimet meminimus.*

Permanſit autem ille in Circulo Suevico ut legi poteſt apud Zeiller. d. l. tit. 7. p. 489. ubi in ſeqq. ejus ſtemma refert.

Johannes Ulricus de Eggenberg cum omnibus deſcendentibus eodem anno ſecundum Decretum Cæſareum apud eundem d. tom. 4. l. 5. poſt c. 7. n. 2. rarò ante exemplo ex Barone in Principem Imperii immediatè evectus, ſed demum in dictis Comitiis 1653. poſtquam conditionibus in d. R. I. de anno 1641. contentis ſatisfeciſſet, inprimis verò ab Imperatore Ferdinando III. arcem & Dynaſtiam Gradiſcam in Forojulio ſitam, tanquam immediatum Imperii feudum, emiſſet, & ratione illius certum cenſum in ſe recepiſſet, ad ſeſſionem & ſuffra-

gium proximo ab Hohenzollerianis loco admiſſus fuit, ut idem tomo V. d. l. refert, & nos ſimiliter meminimus.

Pertinet autem ratione hujus cenſus vel Indictionis ad Circulum Bavaricum, ut inter alios tradit Spreng. in Inſtit. Jur. Publ. l. 3. c. 25. & nos jam prac. Sect. 1. c. 2. th. 4. expl. 2. eum illius ratione notavimus.

Utuntur verò Eggenbergici hi etiam titulo Ducum Crumaviæ in Bohemia.

Philippus Otto Comes de Salm ſimiliter cum deſcendentibus anno eodem ſecundum Limn. d. tom. 5. l. 5. poſt c. 15. Princeps creatus: Sed illius demum filius Leopoldus Philippus Carolus in comitiis modo dictis poſt Lobkovizium ſeſſionem obtinuit: Licet etiam ante Zollerianos illam ambiverint, ut ibidem legi poteſt, & nos ipſimet obſervavimus.

Pertinent illi Principes adhuc ad Circulum *Rhenanum.*

Zdenko Adelbertus de Lobkovvitz ſimiliter cum omnibus deſcendentibus ſecundum Imperatoris Ferdinandi III. *Decretum apud eund. tomo V. l. 5. poſt c. 11. relatum, anno 1624. in Principem rarò exemplo immediate ex Barone evectus: Sed ejus filius Wenceslaus demum in d. Comitiis anno 1653. poſt Eggenbergicos & ante Salmenſes ſeſſionem obtinuit, ut apud eund. tom. V. d. l. 5. poſt. c. 11. legi poteſt.*

Pertinet verò ratione Principiati Comitatus Sternſtein ad Circulum *Bavaricum, ut ex d.* Decreto *& aliis actis publicis conſtat, & Senior ſemper vocatur Princeps & Rector ejus Domus.*

Maximilianus de Dietrichſtein anno 1631. vigore Cæſarei Diplomatis *apud Limn. d. tomo V. l. 5. poſt c. 7. relati, ita tamen, ut ſemper filius natu major ſolum Princeps eſſe debeat. Receptus eſt autem demum inter Imperii Principes in dictis* Comitiis *anni 1653. cum illa conditione,* ut ſucceſſores ejus, niſi feudum Imperii immediatum acquiſiverint, ad ſeſſionem admitti non debeant, *ut ex R. I. de anno ſeq. § fin. dignoſci poteſt.*

Cum igitur ille anno 1655. mortuus, & ab ejus ſucceſſore conditio illo tempore continuatorum Comitiorum *impleta non fuerit, admiſſus ille non eſt. An verò poſtea illi ſatisfecerit, & receptus fuerit, nos latet.*

A Ferdinando III. Imperatore.

Johannes Ludovicus Comes *Naſſovius in Hadamar, cum omnibus ſuis deſcendentibus anno 1650. Sicut etiam poſt mortem ejus filius Mauritius Henricus in* Comitiis *Ratiſponenſibus anno 1653. ad Seſſionem admiſſus fuit, ut legi poteſt apud eundem Limn. tomo V. l. 5. poſt c. 12.*

Octavius Princeps Piccolomini anno 1653. in ſæpè dictis Comitiis *creatus, & ſequenti anno ad ſeſſionem introductus, loco ei poſt dictum Principem Naſſovicum in Hadamar aſſignato: cum illa tamen conditione, ut Franciſcus Piccolomini ejus proximus agnatus, & in defectu liberorum deſignatus Succeſſor ad ſeſſionem & ſuffragium admitti non debeat, antequam congruum Imperii feudum acquiſiverit, ut apud eundem d. l. & in d. R. I. §. finali videri poteſt.*

Sed quoniam uterque ſine illa præſtatione & liberis mortuus eſt, Stirps illa cum dignitate evanuit.

Ludovicus Henricus, Wilhelmus Fridericus & Johannes Mauritius Comites *in Naſſau Dillenburg, Patrueles anno 1654. 26. Februar. in illis* Comitiis, *ſicut etiam paulò poſt illorum Legati ſolenniter introducti, & poſt Principem Piccolomineum locati fuerunt, ut legi poteſt apud eundem ibidem, & nos ſimul obſervavimus.*

A. *Johannes Weikardus* Comes *Auerſpergius in iiſdem* Comitiis *1653. creatus, cum illa conditione & extenſione, ut ſemper Senior ex ejus deſcendentibus, & in illorum defectu, ejus Familiæ ſolum Princeps & Succeſſor eſſe debeat: receptus verò & introductus fuit ſeq. anno cum iisdem conditionibus, quibus reliqui immediata feuda non poſſidentes Principes recepti fuerunt, & locus illi poſt modò dictos Naſſovicos aſſignatus, ut legi poteſt apud eundem d. l. ac nos quoque vidimus & in Schemate Seſſionum d. p. 2. ſect. 2. c. 9. th. 17. expl. 1.* demonſtravimus.

Quoniam verò hic Princeps partem Comitatus *Tengen in Suevia poſtea acquiſivit, absque dubio conditioni illi ſatisfecit, & in* Circulum *illum receptus eſt, de quo etiam legi poteſt Sprenger. in Lucerna moderni Status p. m. 598.*

Idem Cæſar illi in Sileſia noſtra Ducatum Munſterbergenſem donavit, unde etiam ſe Ducem de
B. *illo vocat.*

Enno Ludovicus Orientalis Friſiæ Comes *anno 1654. in dictis Comitiis, cum illa limitatione creatus, ut ſemper primogenitus ſolum Princeps ſit, reliqui* Comites *ſe ſcribant. Sed Princeps ille in Senatum Principum introductus non eſt, & anno 1660. obiit absque filiis; Hunc quidem frater medius Georgius Chriſtianus ſucceſſit, & anno 1662. Princeps creatus, ſed etiam absque introductione 1665. mortuus, & filius ejus impubes Chriſtianus Eberhardus introductus demum an. 1667. fuit, referente Hagemej. de* Comit. *Imper. c. 5. p. 25. & ſeq. Ubi ex Dno Spenero in Hiſtoriâ Inſignium illuſtr. l. 3. c. 49. §. 14. notandum, Principi huic locum ante Principes Furſtenbergicos conceſſum eſſe, ſed cum jure alternandi ita tamen, ut illius domus duabus vicibus præcedat, & tertiâ demum vice Furſtenbergicis cedat.*

C. *Gaudent hi Principes privilegio de non appellando in debitis liquidis & confeſſatis, item in criminalibus & momentaneis poſſeſſoriis, nec non infra ſummam 1000. florenorum Rhenenſium Blum. de Proceſſu Camerali tit. 47. tab. 5.*

A Leopoldo I. Imperatore.

Johannes Ferdinandus Comes *Porcia cum eadem conditione quâ prædictus Auerſpergius anno 1661. Introductus vero fuit in Collegium Principum in* Comitiis *Ratisbonenſibus anno 1664. referente Hagemej. d. l.*

Franciſcus Egon, Egonis Comitis *Furſtenbergici filius cum fratribus ſuis anno eodem 1661. ita in Principum dignitatem evecti ut ſecundum pacta familiæ*
D. *ſemper primogenitus vel Senior potius ſolum Princeps eſſet: cum ergo primogenitus Ferdinandus Fridericus Egon mortuus eſſet, ejus frater quartogenitus (nam ſecundo & tertiogenitus clerici etiam fuerunt.) Hermannus Egon relicto Eccleſiaſtico ſtatu principalem dignitatem aſſumſit, & anno 1667. in Collegium Principum in* Comitiis *Ratiſponenſibus receptus fuit, ut partim refert Hagemej. d. l. & Franckenberg* in der jetzt regirenden Welt groſſe Schaubühne zweyten Theil *p. 351.*

Johannes Adolphus Comes *Schvvarzenbergicus anno 1671. in Julio, & anno 1674. 1. Sept. in numerum Principum in dictis* Comitiis *aſſumptus eſt, narrante Hagemej. d. p. 26.*

Albertus Erneſtus Comes *Oettingenſis anno 1674. 10. Octobris pro ſe & Succeſſoribus deſcendentibus, cum hac tamen extenſione, ut ſi ille absque filiis decederet, ejus*

ejus frater ſecundo-genitus Joachimus Erneſtus cum deſcendentibus ſuis & hoc quoque cum vel ſine illis mortuo, tertio demum genitus frater Chriſtianus Auguſtus in illa dignitate ſuccederet, ut ex diplomate Cæſareo nobis communicato cognovimus. Sed hic adhuc in principio hujus 1680. anni nondum introductus fuit.

TH. XIII.

Poſt Principes in ſpecie ſic dictos ſubjiciendi tandem Burggravii illi; qui ex veteri obſervantiâ Principum dignitate gaudent, quales hodie ſunt Magdeburgenſes & Noribergenſes.

Expl.

D*Uplices eſſe Burggraviorum hodie claſſes, nimirum Principum & Comitum privilegiis & juribus conſpicuas ex hiſtoricis & Politicis notum eſt.* Et priorum quidem (*quos ideo poſt Principes poſuimus, quia* Burggravius Miſnenſis, tanquam Princeps Imperii, ut paulò poſt demonſtratum, ſe in Receſſibus Imperii poſt Principes Anhaldinos, licet ante Hennebergicos, ſubſcripſit, ut in iis videri poteſt, *adeoq; illis* non ſimpliciter, ſed ratione antiquioris Status quibusdam Principibus prælati ſunt, *ſicuti etiam* ideò Burggravii Norimbergenſes, in titulis Burggraviatum Norimbergenſem Principatui Rugenſi ac hodie Halberſtadienſi & Mindenſi præferunt, ut in ſubſcriptionibus Receſſuum Imperii ſimiliter factum) *ab antiquo pauci, & ſaltem quatuor,* ut etiam *Imperator Sigiſmundus in Diplomate ſuo Henrico Rutheno Burggravio Miſnenſi anno 1426. conceſſo, & paulò poſt adducto, tradit, fuere, dicti nempe Magdeburgenſes & Noribergenſes, ac Miſnenſes & Strombergenſes, de quibus paulò poſt dictum eſt.*

De Magdeburgenſibus proximè præc. c. 1. th. 12. expl. 6. n. 3. abunde diximus.

De Noribergenſibus autem hic notandum, illos teſte Zimmetshauſero in Stemmate Burggraviorum horum jam in ſeculo duodecimo notos fuiſſe, & jam anno 1147. mentionem fieri in donatione à Conrado III. Imperatore Monaſterio Heilbrunnenſi facta Gothofredi alicujus Burggravii Noribergenſis, & ejus filio cognomini anno 1158. confirmatam fuiſſe à Friderico I. Imperatore Advocatiam Monaſterii Munch-Auracenſis; eique ſucceſſiſſe Conradum I. huic filium Fridericum I. mortuum anno 1218. & illi Conradum II. filium, & huic iterum filium Fridericum II. cui vulgò prima acquiſitio iſtius Burggraviatus falsò adſcribitur.

Renſchelius quoque in dem Brandenburgiſchen Stammbaum *p. 4. à Conrado I. dicto Burggravio in hâc familiâ dignitatem hanc orditur, ſcribens, illius mentionem in aliquot Documentis & Receſſibus Imperii ab anno 1168. usque 1200. fieri; illumque expreſsè nominari Comitem à Zollern & Burggravium Noribergenſem ejusque filium fuiſſe dictum Fridericum I., nepotem dictum Conradum II. pronepotem verò Conradum III. & demum abnepotem dictum Fridericum II. & illi ſucceſſiſſe Fridericum III. qui vulgo pro primo Burggravio habetur, huicque Advocatiam Monaſterii Munch-Steinach à Conrado Rege Conradi IV. Imperatoris filio anno 1265. conceſſam eſſe: ubi legi poteſt.*

A. De illa familia etiam ſcripſit *Reinecc.* libellum ſub tit. *Origines Stirpis Brandenb.* ubi à dicto Friderico I. orditur.

Addendum his ex Limn. Tomo 4. l. 5. c. 7. n. 10. quondam duo Norberga fuiſſe Caſtra unum Imperiale die Reichsburg *& alterum Zollerenſe, de quo Burggravii dicti: Illud a ſingulari Prætore, qui* der Reichspfleger dictus, & hodiè Senior Duumvir, der älteſte Loſungs-Herr in illa Republ. eſt, cuſtoditum & inhabitatum ſemper fuit, & adhuc exſtat, ac ita nominatur: *hoc verò Burggraviis proprium & Norimbergenſibus poſtea à Friderico primo Electore & Marggravio* Brandenburgico *venditum anno 1427. fuit, ac in domum frumentariam poſtmodum converſum, ut legi poteſt ibid. d. n. 10. & 12.*

De hac Familia quædam præc. c. 1. th. 12. expl. 7. & præc. th. 13. in expl. annotavimus; reliqua apud Limn. d. c. 7. legi poſſunt.

B. *His ab antiquo annumeratus Burggraviatus Miſnenſis ab Ottone I. Imperatore Friderico Comite Ilenburgico Burggravio primo conſtituto, inſtitutus, ut tradit Albin. in Chron. Miſnia tit. 8. f. 97. addens illum omnibus reliquis præſtantiorem fuiſſe, cui junge Spangenb.* in dem Adels-Spiegel *p. 1. l. 10. c. 20. f. 320. & ſeq. ubi ſubſecutos Burggravios refert, quod etiam in paulò poſt numerato Imperatoris Sigiſmundi & Alberti Marchionis Brandenburgici Diplomate apud Peccenſtein. Theatr. Saxon. c. 18. f. 267. continetur.*

Poſteriores Burggravii illius loci fuerunt Domini Rutheni in Plauen, die Herren Reuſſen *quos Sigiſmundus Imperator anno 1426. in Henrico Burggravio ita conſtituit, a quo ſimul expreſsè in Principum dignitatem evexit, titulo que Comitum in Hartenſtein decoravit, & ſucceſſores illius in illa dignitate confirmarunt, ut latè demonſtrat Peccenſtein. d. c. 18. f. 266. & paucis annotavit Albin.* in dem Sächſiſchen neuen Stammbaum *p. 264. & ſeqq. Ubi prior ſimul partem diplomatis Imperatoris hujus tenoris,* ſe cum conſenſu Principum dictum Henricum Ruthenum & ejus liberos ac agnatos in Principum Statum & *quartum Imperii Burggravium ſuſcepiſſe* ac conſtituiſſe: *Et confirmationem Maximiliani I. Caroli V. & illius fratris* Ferdinandi *refert.*

Sicuti etiam ejus abnepos Henricus, quintus in ordine Burggravius, & Regni Bohemici ſupremus Cancellarius *anno 1548. in claſſem Principum receptus fuit, ut patet ex R. J. illius anni §. 74. & ex ſubſcriptione ejusdem & R. I. de dato* Augſp. *1551. Eumq; in illa dignitate ſecuti duo ejus filii Henricus Senior & Junior, ut legi poteſt in ſubſcriptionibus R. J. de anno 1555.* Regenſpurg 1557. Augſpurg 1566. Regenſpurg 1567. & Speyr 1570. *Agnati verò poſteà in iis non reperiuntur.*

D. *Quare verò hi Burggraviatu illo & dignitate Principum exciderint non ita planum eſt.*

Peccenſteinius quidem d. c. 18. f. 168. tradit anno 1546. inter Duces Saxoniæ & illos certam tranſactionem de iſto Burggraviatu initam & vigore illius à Mauritio Duce feudum Burggraviatus illius cum appertinentiis & arce Frauenſtein certâ pecuniæ ſumma ſoluta reluitum fuiſſe, *atque ſic Ruthenis nudum titulum, ac dignitatem Principum cum jure ſeſſionis & ſuffragii permanſiſſe. Cum autem dictus Henricus junior Burggravius poſt mortem fratris abſque hæredibus anno 1572. mortuus eſſet, Regalia iſta ad Imperium, Dynaſtias verò aliquas ad regnum Bohemiæ ſed pleraque ad Electorem Saxoniæ (qui tunc Auguſtus fuit) recidiſſe.*

Cum

Cum quo ratione utriuſque quidem concordat Albinus in dem neuen Sächſiſchen Stambaum *p. 264. & ſeq. Sed quoad tranſactionis tempus diſſentit, tradens illam paulò poſt anno 1426. obtentam illam dignitatem factam, & vigore illius dicta Burggraviatus bona* Ducibus *Saxoniæ ſimul ceſſa eſſe. Poſtquam verò Ruthenis anno 1466. Plavium & aliqua loca vi militari à* Ducibus *Saxoniæ adempta eſſent, quendam ex illa familia* (nempe dictum ſupremum Cancellarium) *inſignia & titulum Burggravii, ſed abſque bonis illius, ab* Imperatore Carolo *V. & ejus fratre anno 1547. recuperaſſe.*

Verum utriſque graviter adverſatur I. *quod Burggravius prædictus*, qui ſimul ut memoravimus, Regni Bohemici Cancellarius ſummus fuit, *bona ad ſuum Burggraviatum pertinentia adhuc anno 1548. poſſederit, & in receptione in claſſem Principum per Legatos ſuos promiſerit tantum cenſum* Imperii *& Cameræ ſolvere, quantum Anhaltini Principes ſolvunt, & quidem de bonis ad Burggraviatum in ſpecie & ſolum pertinentibus, non vero aliis ad Imperium ſpectantibus, ut ex R. J. illius anni d. §. 74. pateſcit, quo certo erroneum eſt Burggravium iſtum, ſecundum Peccenſteinium jam anno 1546. vel ſecundum Albinum d. l. ejus Abavum primum dignitatis illius acquiſitorem paulò poſt adeptionem* (quæ dicto anno 1426. facta eſt) *bona ad* Burggraviatum *iſtum pertinentia Ducibus & Electoribus* Saxoniæ *ceſſiſſe, ideoque putamus reluitionem illam ſub Auguſto Electore (qui etiam Dynaſtiam Plavienſem à Cancellarii illius filiis, ut idem Albin. p. 267. memorat, redemit) demum factam eſſe.*

2. *Quod dignitas illa Burggraviatus & Principiata etiam Agnatis conceſſa à Sigiſmundo fuerit, ut ex dicto illius & Alberti* Brandenburgenſis *diplomate, nec non ſequentium* Imperatorum *confirmationibus apud Peccenſtein. d. l. conſtat, & hinc ipſemet d. f. 268. fateatur, illos ex certis cauſis in dicta tranſactione præteritos fuiſſe, adeoque ſine illorum conſenſu, illis per talem tranſactionem adimi non potuiſſe. Sicuti etiam Spener. in Indice ad p. 1. Theatri Nobilit. ita ſcribit, quamvis hodierna Linea Ruthenica ab uſurpatione tituli Burggraviorum Miſniæ certis de cauſis abſtinuerint, ille tamen ad hunc usque diem ſingulorum Cæſarum inveſtiturâ confirmatus eſt.*

Burggraviatus Strombergenſis ab omnibus Politicis merito inter quatuor Imperii Burggraviatus computatus: de quo ſequentia notanda.

Illum 1. *ab antiquo Burggraviatum* Imperii *Principiatum fuiſſe, & anno 1372. Epiſcopatui Monaſterienſi per vim bellicam, ut ſeq. n. 2. deductum, inſertum: Caſtrum verò vetus ejusdem nominis, tanquam Burggraviorum antiquam Sedem, jam olim quidem eſſe deletum, dignitatemque illam exſtinctam. Sed à Ferdinando* III. *Imperatore hodierno Epiſcopo Chriſtophoro Bernhardo à Gahlen in inveſtiturâ reſtitutam, adeoque ab illo in præcedentibus Comitiis Imperii petitum, ut ratione illius tanquam Principatus feudi Seſſionem & ſuffragium ſingulare in Collegio Principum ſibi attribueretur, & illud ab Imperatore impetratum, ac Electori Moguntino injunctum eſſe, ut Epiſcopo illi ſeſſio & ſuffragium competenti loco aſſignaretur, uti etiam apud Limn. Tom. V. l. 4. c. 5. n. 87. legi poteſt. Verum illud tunc & adhuc hodie in effectum deductum non fuiſſe.*

2. *Situm eſſe, non ut Freherus ad Andlov. l. 1. c. 16. p. 162. tradit, & Limn. L. 4. c. 4. n. 87. ex Noldeno de Statu Nobilium c. 8. n. 173. adducit in Palatinatu ad Rhenum inter Simeram & Creuzenachium, ſed, ut jam dictum eſt, in Epiſcopatu Monaſterienſi ad Lippiam fluvium propè oppidum* Widenbruck, *ut ex-*

A. preſsè narrat *Hamelm. in Chron. Oldenb. p. 26. 13. f. 152. & in Deſcript.* Weſtphal. *ſub illo Epiſcopatu ubi addit, Burggravium Johannem ab Imperatore Carolo IV. proſcriptum à Florentio 38. Epiſcopo Monaſterienſi anno 1372. à Burggraviatu illo dejectum & in exilio mortuum eſſe, Spangenb.* in dem Adels-Spiegel *p. 1. l. 10. c. 15. f. 298.* de quo etiam legatur *Zeiler.* von den 10 Kreyſſen *tit. 9 p. 817. Sed Henr. Hamelm. de Famil. & Tit. Emort. l. 1 f. 69.* loco Johannis Burggravii Burchardum nominat, & hunc ob deprædationes à vicinis, nempe dicto Epiſcopo, & Theodoro ac Henrico Epiſcopo Oſnabruggenſi ac Paderbornenſi, nec non Engelberto Marcæ Comite ac urbe Suſato bello petitum, ac cum ad Brunovicenſes fugiſſet, dictam arcem obſeſſam, occupatam & contra ſociorum voluntatem à Monaſterienſi Epiſcopo retentam fuiſſe, ubi legi poteſt.

Error verò à Frebero & Limn. dd. ll. inde commiſ- B. *ſus, quod illi* arcem vetuſtiſſimam *Stromburgam* in d. Palatinatu ſitam *pro Strombergico caſtro* vel Burggraviatu habuerint. De quo etiam legi poteſt *Zeiler in Itinerar. Germ. c. 22. in pr. & in continuatione ibidem.*

Quod verò nonnulli quatuor hiſce Burggraviis etiam quintum Reineccenſem addunt, in eo errant, ſiquidem Burggravius & Burggraviatus ille non Imperii ſed Archiepiſcopatus Colonienſis hæreditarius eſt, ut Limn. Tomo IV. *l. 4. c. 7. tit. 6. n. 39. ex actis Imperii de anno 1548. refert; addens, ideò Archiepiſcopum (Adolphum) poſt mortem Jacobi ultimi Burggravii arcem illam Reineck, tanquam caducam, cum exemtione Archiepiſcopatui ſuo aſſeruiſſe. Sed ut Zeiler in Continuat. Itin. Germ. c. 1. d. tit. & num. & ex illo Limn. ibid. narrat, arx illa à Camera* Imperiali *anno 1567. Johanni Domino à* Wartberg *adjudicata,* C. *& illi 1572. inveſtitura collata, ac imperio jus collectandi aſſertum fuit, addens, illam ad circulum Rhenanum inferiorem pertinere.*

Ex quo ſimul patet à Nolden. de Statu Nobil. c. 8. n. 173. Burggraviatum hunc cum Comitatu Reineccio ad Archiepiſcopos Moguntinos, Epiſcopos Herbipolenſes, Comites Hanovienſes & Erbacenſes tanquam condominos pertinentem confundi.

Poſteriorum ſaltem Comitum dignitate gaudentium olim plurimi fuere, ut legi poteſt apud Limn. l. 1. c. 8. p. 120.

Inter illos autem hodie conſpicui ſunt prædicti Rhineccenſes, Phonenſes, qui jam ſub Conrado I. *Imperatore clari & à Sigiſmundo Imperatore anno 1423. in Comites evecti fuerunt, ut demonſtrat Voſſius in Comm. de Rebus Pace Belloque geſtis Fabiani Senior. Burggrav. Dohn. p. 18. & ex novo Diplomate Imperatoris Ferdinandi* III. *de anno 1648. nobis nuper communicato conſtat, in quo ſimul continetur, ex illorum fami-* D. *liâ jam ſub Carolo M. in bello contra Saxones geſto Aloyſium clarum, ideoq; inſigniis adhuc hodiè uſurpatis donatum fuiſſe, illosque in vetuſtis diplomatibus Burggravios Imperii vocatos eſſe, & ideo etiam hodie Burggraviorum ac Comitum Imperii titulo honorari debere.*

Ubi notandum Arcem illorum hæreditariam Dhonenſem, feudum Regni Bohemiæ, & vix altero à Dresda lapide ſitam, ſed in bello inter Regem Wenceslaum & Wilhelmum Coclitem Marchionem Miſniæ geſto ab hoc expugnatam & dirutam fuiſſe, uti apud Voſſium d. l. Dreſſer. in Iſag. Hiſtor. parte 4. p. 606. & Peccenſt. parte 2. Theatri Saxon. f. 12. ubi etiam particulares dirutionis iſtius cauſæ referuntur, *legi poteſt.*

Et

Et Kirchbergici etiam antiqui ortus, ex iis enim ſecundum *Bucel. in Germ. parte 2. quidam N. ad Salam arcem & Dynaſtiam ſuam habens, circa* 1118. *vixit,* & duos filios Emiconem ac Cunradum, ex quibus hic Stemma propagavit, reliquit, cujus poſteros idem ibi refert. *Quibus addendum, quod ex iis anno* 1209. *Fridericus Epiſcopus Halberſtadienſis fuit, ſecundum Spangenb. d. c. 20. & Bucel. in Germ. Sacra p. 1. f. 22. & f. 33. ubi poſteriorem de Walhauſen vocat. Illorum antiquas arces & inter illas Kirchbergam ab Erfurtenſibus deſtructas eſſe tradit Binhard. in Chron. Thuring. l. 2. p. m. 221. & Spangenb. d. l. ubi addit, illorum ſedem hodiernam Varenroda eſſe, quæ cum aliis illorum bonis in Thuringiâ ſita eſt.*

De *illorum Origine lege Dn. Spener. in Hiſtor. inſign. illuſtr. l. 1. c. 46. §. 2.*

De reliquis Burggraviatibus exſtinctis legi poteſt Spangenb. d. c. 20. f. 320. & Limn. d. l. ubi etiam Auctor des Hiſtoriſchen Berichts von den alten Reichs-Vogteyen *p. 122. & ſeqq.*

A. *Quod verò Burggravios & Burggraviatus Caſtrorum* Imperialium *Fridberga & Geinhuſa concernit, ſciendum eſt, Burggravios iſtos non Status Imperii vel perſonas illuſtres, ſed ſaltem in caſtris illis Nobilium* Imperii *immediatorum; ad quos, tanquam condominos illa ſpectant, Præfectos vel Capitaneos ex corpore illorum electos & conſtitutos eſſe, ac ab Imperatoribus ſemper confirmari,* ut legi poteſt apud *Killinger. de Ganerbiis Caſtrorum illorum & ſimilium, Diſc. 19. n. 23. & 34. adeoque in hunc cenſum non pertinere.*

B. *Cæterum de ortu Burggraviorum videri poteſt Burzelinus l. 3. c. 20. Gallo-Flandriæ.*

Finis Sectionis II.

OPERIS POLITICI
Libri II.
DE
ADMINISTRATIONE
ET CONSERVATIONE
REIPUBLICÆ
Pars III.
SECTIO III.
CONTINENS
CAPUT UNICUM.
DE COMITIBUS, BARONIBUS ET RELIQUIS DOMInis ad Statuum Imperii ſecundam claſſem pertinentibus.

SUMMARIA.

Th. I. Ratio connexionis.

Th. II. Comites, Barones & reliqui Domini Imperii qui.

Expl. I. Comitum diverſa ſignificatio ſecundum progreſſum temporis refertur & explicatur.

Illorum temporibus antiquis à Conſtantino Imperatore tres gradus conſtituti.

An Imperatores illos pro mero arbitrio ordinare potuerint.

Comitum appellatio poſtea ad officia Palatina ſtrictè applicata fuit, & illi ſecundum ea ſpecialiter nominati fuerunt, cum adjectione ſcilicet officii.

B. *An vox Comes Græca ſit? Ubi quædam exempla vocum Latinarum ex neceſſitate in Græcam Linguam aſſumta referuntur.*

Comitum alia ſpecies refertur.

Quomodo poſtea ſub Germanicis Imperatoribus vox illa uſurpata ſit: ubi de Graphionibus.

Quale Comitum vel Graphionum horum officium fuerit.

Poſtea horum officium in dignitatem Ducibus proximam mutatum fuit.

Quando dignitas illa hereditaria facta fuerit.

Conſul pro Comite uſurpatur.

Expl. II. Baronum etymon diverſum affertur & judicium noſtrum interponitur.

Vox Germanica Freyer *&* Freyherr *unde derivetur & quid olim ſignificaverit.*

A. *Illorum diſtinctio.*

Semper liberorum dignitas qualis & unde locutio illa orta ſit.

Nobiles Domini Edle Herrn *qui & quo tupliciter vocentur: etiam quidam Nobiles ita vocantur.*

Unde ille titulus provenerit & cur retentus ſit.

Expl. III. *Titulus Dominorum in triplici ſignificatione uſurpatur.*

Th. III. Diſtinctio Comitum in Officiales & ſimplices.

Expl. Freygravii, Rugravii, Gogravii, Centgravii, Salizgravii, Hansgravii, Dickgravii, qui & unde dicti, ubi ſimul de familiâ Rugraviorum in Daſſel & Baimburg antiqua exſtinctâ & novâ Raimburgenſi quædam notatu digna afferuntur.

Th. IV. Diſtinctio Comitum in Immediatos, & mediatos & illorum in quatuor claſſes.

Expl. I. Comites Imperii in Principiatos & ſimplices diſtinguuntur, & illis Comites veteres in ſpecie ſic dicti annumerantur.

Hi ſimplices ſcilicet, licet nulla Imperii immediata bona poſſideant, Imperatori tamen ſoli quo ad perſonas ſubſunt, uti exemplis demonſtratur.

Expl. II. Duabus Comitum Suevicorum & Wetteravicorum claſſibus quando tertia.

Franconicorum & quarta Saxonico Weſtphalicorum acceſſerit. Primæ duæ alternant.

Th. V. Qui Comites, Barones & Domini ad Claſſem Suevicam pertineant.

A. *Expl.* I. *Claſſis hac cum Wetteravicâ ſingulis Comitiis alternat, & inter ſe convocatores Comites conſtituit.*

Expl. II. *Qui nuper in hanc claſſem recepti ſint.*

Comitum Furſtenbergicorum *antiquitas, feuda Imperii, titulus, genealogia, cenſus.*

Qui ex illis in Principum dignitatem evecti.

Comitum Truchſeſiorum *antiquitas, etymon & officium Imperii, feuda Imperii, Genealogia, & diverſa linea, item cenſus.*

Comitum Ottingenſium *antiquitas, jus olim in Landgraviatu Alſatiæ, jus primogenituræ, Linea diverſa, acquiſitio Dignitatis Principalis, cenſus, & privilegium de non appellando intra certam ſummam.*

Comitum Sulzenſium *antiquitas, hæreditaria dignitas Judicum Rottvvilenſium, & Landgraviatus in Kleggau, Genealogia, Cenſus.*

B. Comitum Pappenheimiorum *antiquiſſimus ortus, cognomen* Calatinorum, *Genealogia, Officium Mareſchallatus Imperialis hæreditarium & ejus initium, inſigne, evectio in Comitum Statum & Cenſus*

Comitum Montfortiorum *antiquitas, titulus, cenſus, & genealogia.*

Comitum Königseckiorum *dignitas unde, titulus, antiquitas, Majores & Cenſus.*

Comitum Fuggerorum *dignitas unde, familia hodie ampliſſima, genealogia, Cenſus & Privilegium de non evocando.*

Comitatus Hohenwaldeccenſis *hodie ad Maxelreinios ſpectat, horum antiquitas, acquiſitio illius Comitatus, dignitatis Baronalis & Comitiva, genealogia & cenſus. Item Comitatus ſitus.*

C. Comitatus Wieſenſteigius & Hagius *quomodo ad Duces Bavariæ pervenerit.*

Comitum Hohenzolleraniorum *antiquitas & cum Brandenburgicis idem ſtemma, ex parte evectio in dignitatem Principalem, officium* Imperii *hæreditariorum Camerariorum, & ejus prima acquiſitio, cenſus, familia, Genealogia.*

Wolckenſteinii Comites *quando illam dignitatem nacti ſunt, qualia Imperii bona poſſideant, & ubi Comitatus ille ſitus ſit. Illorum cenſus.*

Waldſeenſem Comitatum *hodie poſſident Comites de Colorodo in Bohemiâ, ſed nobis ignoto jure. Ubi ille ſitus ſit.*

Comites Abenebergii & Trannenſes *antiquiſſimæ ſunt originis, ubi hiſtoria de Babone II. Priorum origo, genealogia, exſtinctio, adeoque horum ſolum exſtentia.*

D. Comitum Eberſteiniorum *antiquiſſima origo, matrimonia ſplendida, diverſa familia, quarum Suevica exſtincta, altera in Pomerania adhuc floret, & quomodo hæc in illam pervenerit. Ubi de illorum Comitatu in Ducatu Brunovicenſi ſito & de parte Comitatus in Suevia, ad quos illa pervenerit.*

Comites Thyllienſes *ratione Comitatus Breiteneccii Comites Imperii ſunt. De illorum Genealogiâ & acquiſitione dicti Comitatus & cenſu.*

Cronenbergicorum Comitum *ortus antiquus, ac adquiſita dignitas, à quo Comitatum Hohengeroldseck obtinuerint. Illorum cenſus & Majores.*

Comitum Hohenembſiorum vel Emſiorum *antiquum ſtemma, quis ex illo primus Comes factus & primum in Comitiis Imperii comparuerit. Illorum majores & cenſus.*

A. Comitum Rechbergicorum vel Hohenrechbergicorum *antiquus ortus. Quis primus ex iis Comes creatus, Genealogia, Cenſus.*

Comites Trautmansdorffii *primum à Ferdinando II. creati. Illorum progenitores & genealogia, receptio in hanc claſſem demum 1641. facta.*

Schlickiorum Comitum *dignitas & bona à quo ac à quibus acquiſita ac collata, ubi de primi illius acquirentis laudibus. Illorum genealogia & prima in hàc claſſe receptio.*

Comites Ungnadii *antiqui ortus, quis ex iis Baro & Comes primus creatus, alias Weiſſenvvolffii dicti, unde nomen Ungnadiorum, Illorum majores & prima in hanc claſſem receptio.*

Comitum Sinzendorffiorum *ortus & prima Dignitas. Officium Theſaurarius imperii hæreditaris & prima in hanc claſſem receptio.*

Wallenſteiniorum Comitum *ortus & prima receptio.*

B. Baronum de Graſeneck *antiquitas & cenſus imperii.*

Domini Dynaſtiæ Juſtingenſis qui. *Illorum de illâ controverſia. Freibergiorum vetuſtiſſima familia & cenſus.*

Gundelfingenſes Barones qui hodie, *illorum cenſus.*

Mundelheimii poſſeſſores *hodie ſunt Duces Bavariæ, & unde.*

Th. VI. Ad claſſem Wetteravicam, qui Comites, Barones & Domini ſpectent.

Expl. I. Wetteravia *unde dicta, & ejus diſtrictus,* Weſterwald *ubi ſitus.*

Expl. II. *Collegium horum Comitum, Baronum & Dominorum ſemper habet Directorem & Vice-Directorem.*

C. *Expl.* III. *Claſſis hæc cum Suevica ſingulis comitiis alternat.*

Naſſovici Comites *ratione* Sarbruck *Comitatus ad hanc claſſem pertinent.*

Quot tota familia lineas conſtituat.

Illi utuntur titulo der Erbvoigte des Rheins. *Sunt antiquiſſimi ortus, unde nomen habeant. Ex illis Imperator* Adolphus *fuit. Qui ex illis Principum dignitate gaudeant. Illorum cenſus quo ad hanc claſſem, & genealogia.*

Comitum Saynenſium & Wittgenſteiniorum *antiquitas, cum Comitibus Sponheimenſibus per matrimonia unio. Diſtinctio in dictas diverſas familias, coalitio, & iterata diviſio. Illi ratione Comitatus poſterioris in hanc claſſem & ratione prioris in Saxonico Weſtphalicam pertinent.*

Ex illis Comes Johannes de Wittgenſtein ab Electore hodierno Brandenburgico Comitatum Hohenſteinum accepit.

D. Comitum Hanovienſium *antiquitas, diſtinctio & Munzenbergenſis lineæ exſtinctio. Hodierna diviſio, Pactum unionis. Saxoniæ Electoris Johannis Georgii I. expectativa in illos Comitatus. Illorum titulus* des Ober-Voigts und Marſchalls zu Straßburg *unde veniat & quid de illo ſentiendum ſit. Jus primogenituræ. Fridericus Caſimirus ob reformatam religionem cum ſubditis Munzenbergicis litem habuit, ſed paulò poſt compoſitam. Illorum Genealogia & cenſus.*

Solmenſes Comites *antiquiſſimi ſunt ortus, & ejusdem cum Naſſovicis. Illorum diſtinctio in varias lineas, genealogia & cenſus. Habent illi quædam bona ſub Electoribus & Ducibus Saxoniæ, & jus hæreditario-ſucceſſivum inter ſe.*

Salmenſes Comites ſimul Rheingravii & Wildgravii *facti ex jure connubiorum.*

Agitur de ſingulorum horum antiquitate ſeparatim. Salmenſes in ſpecie *ob antiquitatem ab Imperatoribus vocantur in excellentiâ* die Alte Grafen/ *ſunt duplices.* A.

Ex illis Philippus Otto cum deſcendentibus Princeps Imperii creatus. Illorum titulus, cenſus & genealogia. Horum origo & bona.

Iſenburgicorum & Budingenſium Comitum *antiquitas, diſtinctio, pactum familiæ, Genealogia, cenſus.*

Comitum Leiningenſium *antiquitas, Privilegium de recipiendis bannitis, Titulus* des heiligen Römiſchen Reichs *Semper* Freyen. *Diverſa familia, Genealogia. Cenſus.*

Stolbergenſium Comitum *fabuloſa antiquitas refertur & vera ſubnectitur. Dua lineæ, prætenſio in Comitatum Königſtein, Rutſchenfort & præfecturas Comitatus Hohenſteinis lohram & Klettenberg. Comitatus Stolberg & Wernigeredanus qualia feuda. Illorum genealogia & cenſus.* B.

Waldecenſium Comitum *antiquitas & cum Swalenbergicis conjunctio. Illorum Comitatus eſt feudum hodie Haſſiæ & à quo tempore. De controverſiâ ob jus ſuperioritatis à Landgraviis prætenſum in illum Comitatum & tranſactione ſubſecutâ.*

Ex illorum familiâ Chriſtianus & Volrathus Comitatum Pyrmontium cum Dominio Tonnâ obtinuerunt, ſed controverſo jure. Illorum genealogia & cenſus.

Schwarzenburgicorum Comitum *antiquitas.*

Ex illorum familiâ Guntherus *in Imperatorem electus. Illi in ſpecie adhuc vocantur* die vier Grafen des Reichs. *Obtinuerunt præterito ſeculo jus ſeſſionis & ſuffragii perſonalis in conſilio Principum, ſed receptio ſecuta non eſt.*

Illos Electores & Duces Saxoniæ eximere planè volunt è claſſe Comitum Imperii, ſed fruſtra. Illorum cenſus & genealogia, ut & etiam diverſa lineæ, ac prætenſio in Lohram & Klettenberg. C.

Mansfeldiorum Comitum *antiquitas, origo, titulus* der Edlen Herrn *ob Dynaſtiam Heldrungen emptam. Hujus Dynaſtiæ & totius Comitatus ſequeſtratio. Illi quodammodo ſunt vaſalli Magdeburgici & Saxonici Electorales, imò ſecundum nuperam Adminiſtratoris prætenſionem puri vaſalli & ſubditi. Ex Illorum familiâ Carolus princeps Imperii factus. Illorum genealogia & cenſus.*

Daunenſium & Falckenſteiniorum *antiqua origo ſed recens dignitas. Comitatus* Falckenſteinius *& Oberſteinium quale feudum. Controverſia de ſucceſſione ultimi Comitis Wilhelmi Wirichii. Illorum cenſus, progenitores & genealogia.*

Ortenburgici Comites duplices Veteres & Novi. *Illi in Carinthiâ & Bavariâ ſedes fixerunt, & in hac adhuc habent. Carinthiacis qui ſucceſſerint & qui alio titulo horum Comitatum obtinuerint.* D.

Veteres *ſe in ſpecie veteres ad horum differentiam ſcribunt & ubi horum Comitatus ſitus ſit.*

Gleichenſes Comites hodie ſunt Hazfeldii, *& quo titulo, ubi de horum antiquitate, dignitate Comitum & controverſia ob immedietatem cum Ducibus Saxoniæ. Item de cenſu, & quis illum ſolvat ac de Majoribus & Genealogia.*

Comitum de Wied & Runckel *bona in circulo Weſtphalico ſita & tamen Comites ſub hâc claſſe comprehenduntur. Unde deſcendant illi. Illorum Genealogia & cenſus.*

Bergenſes Comites *in Comitiis anni* 1653. *& ſeq. iterum recepti: Illorum vetuſtas & genealogia. Ex illis Godofredus à Philippo IV. Hiſpan. Rege Comes Grimberganus creatus eſt.*

Hohenſteinii Comites *quando exſtincti, & quomodo Comites Schwarzenburgici ac Stolbergenſes Præfecturas Lohram & Klettenberg prætendant ſed excludantur. Comitatus ille eſt feudum Halberſtadienſe & ideo ab Electore Brandenb. Johanni Comiti de Wittgenſtein collatum. Illius cenſus.*

Ruthenorum Dominorum *antiquitas, denominationis ratio indagatur, olim magnus honor conſiſtens in Advocatia Imperii & titulo Dei Gratiâ, ut & etiam Axiomate Principum.*

Illi magna damna perpeſſi ſunt à Friderico Strenuo Landgr. Thuringiæ & Erneſto Saxoniæ Electore. Omnes Henrici & quare nominentur, & quale in ſcribendo ideo diſcrimen inter ſe obſervent.

Tota familia ab Imperatore Leopoldo glorioſiſſimo dignitate Comitum anno 1675. *ornata fuit.*

Illorum genealogia & Cenſus.

Dominorum à Rappolſtein *origo, antiquitas, exemtio ab Auſtriacis facta, Majores & egregia facta.*

Dominorum de Schönburg *antiquitas diverſa lineæ, Genealogia & cenſus.*

Dominorum de Fleckenſtein *antiquitas, acquiſitio Dynaſtiæ Dachſtal, progenitores, & cenſus.*

Baronum de Kreichingen vel Krichingen *antiquitas, arx & bona ubi ſita ſint, cenſus & genealogiæ fragmentum,*

Comitatus Königſteinii & Dominii Epſtein poſſeſſores hodierni qui. *Quomodo hoc ex parte ad Landgravios Haſſiæ pervenerit. Quis primus Comes in Königſtein factus. Quomodo ille ad Comites Stolbergenſes pervenerit, & iterum illis ademptus ſit, & horum ideo publica querela.*

Comitatum Beuchlingenſem *hodie poſſident Domini à Wertheru & à quo tempore. Illum Electores Saxoniæ cum oneri eximunt. Titulus Dominorum illorum & eorundem antiquitas. Cenſus.*

Th. VII. Ad claſſem Franconicam qui Comites, Barones & Domini Imperii hodie pertineant.

Expl. Claſſis hæc in Comitiis anno 1641. *introducta eſt, & habet ex ſuo ordine certum Directorem.*

Comitum Hohenloicorum *antiquitas & antiquum nomen de Alta flamma.*

Illorum duæ Lineæ, genealogia & cenſus.

Comitum Caſtellenſium *antiquitas, duæ familiæ, cenſus, genealogia.*

Erbacenſium Comitum *antiquitas origo, dimidia poſſeſſio arcis Breuburg. Genealogia, cenſus, Officium Pincernarum hæreditariorum Electorum Palatinorum, ſicuti etiam eo nomine Georgius Erneſtus in Comitiis Electoralibus anno* 1658. *Electori ſuo officium præſtitit.*

Lewenſteinio-Wertheimii *Comites per matrimonium coaluerunt. Ortus horum antiquiſſimus, illorum recens eſt & refertur ille ex conjugio impari à Friderico Victorioſo Comite Palatino deductus. poſſident Comitatum Roſchefortium ſed contradicentibus Comitibus Stolbergenſibus. Illorum Genealogia utraque, cenſus & Pactum familiæ.*

Comitum Schwarzenbergicorum *origo & Stemma. Quis ex iis primus Comes & primus Princeps creatus ſit. Illorum duplex Linea, genealogia & cenſus.* A.

Comitum Nothafftiorum *antiquum Stemma equeſtre. Quis ex illis primò in Baronem & poſtea in Comitem promotus fuerit. Illorum Genealogia.*

Comitatus Reineccii & Lohrani quondam diſtinctio, hodierni diverſi poſſeſſores, *ſed ſola illa pars, quæ ad Archiepiſcopos Moguntinos pervenit, feudum imperii eſt & jus ſeſſionis ac ſuffragii habet. Hujus feudi hodiernus poſſeſſor quis. Ejus cenſus.*

Baronum Semper Liberorum de Limburg *familia perantiqua eſt. Eorum genealogia, Titulus* der Semper Freyen *& Sacri Romani* Imperii *Pincernarum hæreditariorum ab antiquo uſurpatus. Genealogia plenior & cenſus.*

Dominorum à Seinsheim *antiquitas.* B.

Ex illis Comites Schwarzenbergici orti ſunt.

Illorum vita à quo deſcripta & cenſus.

Th. IIX. Ad claſſem Saxonico-Weſtphalicam qui Comites, Barones & Domini Imperii pertineant.

Expl. Claſſis hæc primum in præcedentibus Comitiis anni 1653. & ſeq. introducta fuit.

Comites Brunckhorſtii *ſatis antiqui ortus præcedenti ſeculo decimo ſexto exſtincti, ſuccedente primò nomine uxoris Ottone Comite Dipholziæ & deinde ejus familiâ in Friderico anno 1585. emortuâ Johanne Gronsfeldio. Ubi quædam de hujus familiâ dicta, & ſimul annotatum Barones de Styrum ſe etiam Brunckhorſtios vocare. Dictus Gronsfeldius nomine hujus Comitatus R. J. de anno 1594. & 1603. ſubſcripſit.* C.

Comitum Orientalis Friſiæ *ortus, diverſa familia, acquiſitio Comitatus Ritbergici. Qui ex illis in dignitatem Principum evecti. Illorum Genealogia & cenſus. Comitatus Ritbergicus eſt feudum Landgraviorum Haſſiæ.*

Comitum Manderſcheidiorum *antiquitas, diverſæ lineæ, Titulus* der Erb-Hoffmeiſter des Ertz-Stiffts Colns. *Genealogia, cenſus. Comitatus hujus ſitus. Alterius Comitatus Virnebergici ſitus, Reliqua illorum bona.*

Comitum Wiedenſium & Runckelanorum *antiquitas, utriusq; Comitatus conjunctio per matrimonium, Illorum duo rami. Privilegium de non evocando, Genealogia & cenſus.*

Comites Salmenſes *ſolum propter Comitatum* Reifferſcheidienſem *ad hanc claſſem pertinent. Quomodo ille ad Salmenſes pervenerit. Reſpectu illius ſunt Mareſchalli hæreditarii Archiepiſcopatus Colonienſis. Ubi ille ſitus & quale feudum ſit. Controverſia de illius immedietate. Cenſus.* D.

Lindenſes & Reckumenſes *quando Barones & Comites facti. Cenſus illorum. Origo incerta.*

Comitum Wittgenſteiniorum & Saynenſium *relatio in hanc claſſem reſpectu poſterioris Comitatus fit. Controverſia quædam de hoc Comitatu, quale ille ſit feudum. Illius cenſus.*

Comitatus Schaumburgici hodierni poſſeſſores, *quid & quo jure de illo ad Landgravios Haſſiæ, Regem Daniæ Chriſtianum IV. & Comitem Philippum de Lippe pervenerit.*

Illius cenſus. Comitum illorum antiquiſſima origo & exſtinctio.

Ex illis Erneſtus Princeps creatus ſed ſine liberis mortuus eſt.

Comitum Oldenburgicorum *antiquitas, inſigne, acquiſitio Comitatus Rengelburgici.*

Ortus Comitatus Delmenhorſtani, *& cauſa denominationis. Acquiſitio Dominii* Jeveri. *Controverſia de illo cum Comite Orientalis Friſiæ, & illius per adjudicationem obtentio.*

Acquiſitio Dominii Kniphauſen, *& illius per adjudicationem obtentio. Prioris in agnatum Johannem Principem Anhaltinum, poſterioris in filium legitimatum Antonium Guntherum ab ultimo defuncto Comite cognomine translatio.*

Comes ille obtinuit telonium in Viſurgi, *privilegium de non appellando certo modo reſtrictum. Poſt illius mortem de ſucceſſione in utroq; Comitatu inter Ducem Holſatiæ in Ploen & Chriſtianum* VI. *Daniæ Regem orta, ac pro priori decisa atq; transactione demum finita controverſia. Comites illi vocantur architecti imperii maritimi. Cenſus. De mirabili cornu Comiti Ottoni a ſpectro oblato & adhuc aſſervato.*

Comitum Tecklenburgicorum & Benthemiorũ *antiquitas, quomodo utraq; familia cum Steinfurtana coaluerit. Benthemiorum in ſpecie ortus, diviſio Comitatuum. Illi ſunt Advocati hæreditarii Coloniæ ad Rhenum. Illorum cenſus.*

Comitum Blanckenburgenſium & Rheinſteiniorum exſtinctio, & quibus *ac quo jure Comitatus illi accreverint. Illorum cenſus.*

Comitum Hogenſium exſtinctio & illorum ſucceſſores, *Genealogia, Comitatus diſtinctio & diviſio, ac cenſus.*

Comitum Dipholziorum exſtinctio, ſucceſſores, *genealogia, cenſus.*

Comitum Barbeyenſium & Muhlingenſium exſtinctio ac ſucceſſores, *& Comitatuum cenſus.*

Comitum Lippienſium *antiquitas, bona antiqua & hodierna, Genealogia, jus in Comitatum Spiegelbergenſem & Pyrmontanum amiſſum. Hujus Comitatus competentes Domini. Comites illi ſe Nobiles Dominos vocant. Illorum privilegium de non appellando quale. Cenſus.*

Comitatum Marcanorum *hodiernorum origo & cum Sleidenſi coalitio. Cenſus.*

Comites Vehlenſes *per Alexandrum dignitatem & receptionem nuper obtinuerunt.*

Comitum Ranzoviorum *origo & antiquitas, genealogia, ex illis Chriſtianus in Comitem evectus & receptus. Hujus ſingulare privilegium & cenſus.*

Comitum Sinzendorffiorum *ortus, ex illis qui primi Barones & Comites creati, ſunt Theſaurarii Imperii hæreditarii. Cur ex iis Rudolphus in hanc claſſem relatus ſit.*

Metternichiorum Baronum *antiquitas & in dignitatem hanc evectio ac in hanc claſſem receptio.* Quomodo Dynaſtias Vinnenberg & Beilſtein *acquiſiverint, ex illis Lotharius Archiepiſcopus Trevirenſis anno 1623. mortuus & duo Archiepiſcopi Moguntini Lotharius Fridericus & Carolus Henricus nuper mortui fuerunt. Illorum Majores & cenſus.*

Comitatus Pyrmontii poſſeſſores hodierni *qui ſint vel eſſe prætendant. Ubi de Dominorum* Waltpottiorum *origine.*

TH. I.

TH. I.

Hactenus Principes in genere & ſpecie ſic dicti: Sequuntur Comites, Barones & reliqui Domini ad ſecundam Statuum Imperii claſſem pertinentes.

TH. II.

Comites, Barones & reliqui Domini, nobis ſunt Status Imperii Principibus in dignitate ſubordinati, ſeſſionis & ſuffragiorum jure in Comitiis Imperii unà cum reliquis Statibus gaudentes.

Expl.

1. *Comites primùm apud Romanos ante Imperatores dicebantur illi, qui nomine & auctoritate publicâ Conſules, Pro-Conſules, aut Prætores* pacis bellique tempore Reipubl. cauſa peregrè euntes, *tanquam* adjuncti adminiſtri & aſſeſſores conſiliorum ac negotiorum participes *concomitabantur*, ut conſtat *ex l. 5. ff. de Officio Aſſeſſorum.* & expreſsè indicat *Cicero pro L. Maniliâ c. 19.* his verbis: *Mea quidem ſententiâ A. Gabinius belli maritimi rerumq; geſtarum auctor, Comes Cn. Pompejo adſcribitur.*

Poſtea Imperatores ipſimet Reipubl. causâ profecturi tales Comites ſibi legerunt, ut tradit *de Tiberio Tacit. l. 1. Annal. c. 47. & de Nerone Sueton. in Veſpaſiano c. 4.* De quo plura habet *König in Theatro Polit. p. 1. c. 38.* *Similiter hoc ſenſu ii*, qui cum Legatis vel Provinciarum Rectoribus tanquam adminiſtri proficiſcebantur, *Comites dicti ſunt*, ut apparet ex *L. 4. ff. de Offic. Aſſeſſor. l. 32. ff. Ex quibus cauſis majores & l. 16. ff. de Offic. Præſid.* item ex *Tacito de Moribus Germanorum c. 13.*

Succeſſu verò temporis illi, qui à Principe in conſilium aſſumti, adeoq; ſemper circa illum eſſent, Comites in excellentia dicti ſunt, ut hoc bene demonſtrat *Salmaſ. in Not. ad Hiſtoriã Auguſtam ſub triginta Tyrannis, & in ſpecie Macriano Juniore in pr. ad verba Hac accedit. &c.*

Et horum quidem tris gradus Conſtantinus inſtituit teſte Euſebio l. 4. de Illius vitâ c. 1. & Caſſiod. l. 6. var. c. 12.

Ac primarios inter illos, qui in ſpecie in Conſiſtorio Principis, miniſtrarunt, & ideo Conſiſtoriani dicti ſunt, fuiſſe, apparet ex *Caſſiod. d. 6. var. 12.* de quibus aliqua ſingularia *præc. c. 7. th. 6. in expl.* & à *Gutther. de Offic. Domus Auguſtal. 1. c. 17. & 45.* relata ſunt, ubi de omnibus trib⁹ ordinibus & ſingulorum dignitatibus ac privilegiis agit, & *Salmaſ. d. l.* legi poteſt. *Qui tamen ibi, noſtro quidem judicio, erroneè ſcribit*, in nudâ Principis voluntate ſimpliciter poſitum fuiſſe, quos vellet in Comitum vel amicorum numero habere, & quem cuique vellet ordinem tribuere: *Nos enim illud ſaltem de Comitibus iſtis*, qui nullam aliam præter Comitivam hanc, obtinuere dignitatem verum eſſe putamus, *de aliis verò, qui ſimul ſpeciali aliqua dignitate e. gr.* Præfecti Prætorio, Magiſtri Scriniorum, Militiæ & ſimilium gaviſi ſunt, *contrarium ſtatuentes. Illis enim ratione ſuarum dignitatum particularium certum ordinem ex diſpoſitione Legum citra Principis arbitrium ſpeciale competiiſſe certò certius eſt, & bene demonſtrat Guttherius paſſim*, imprimis verò *d. l. 1. c. 15. ſeq. c. finali* ſimul privilegia unicuique ordini competentia enarrans.

Porrò Comitum appellatio vel denominatio poſtea ad ſpecialia officia Palatina ſtrictè applicata fuit, & illi ſecundum officia diſtincti fuere, quo in ſenſu Comitatus *Imperatoris pro ipſâ Aulâ ſumtus fuit*, ut patet *ex l. 8. C. Theodoſ. de Malef. & Mathemat. & ideo illi, qui Principis perſonam comitati ſunt, præſentales dicti in l. 13. in pr. C. de Re Milit.*

Hinc orti Comites *Sacrarum & privatarum Largitionum, Patrimonii, Ærarii privati*, Theſaurorum, *Textilorum, Stabuli & ſimilium*, de quibus vide *Gutther.* A. *de offic. Dom. Aug. l. 3. c. 16. & ſeqq. Pancirolli. in Comment. ad Not. Imper. Orient. c. 73. & ſeqq. ac Occident. c. 35. & ſeqq. Chifflet. in Vitâ Marcellini & Manzium de Fundam. Urb. & Orb. p. 1. l. 1. tit. 7. §. 6.* & plura apud *Alteſerram de Ducibus & Comit. Provinc. Gallial. 1. c. 2. Plura de hoc proximè præc. c. 1. th. 6. in expl. adduximus.*

Putant tamen alii in hac ſignificatione voculam Comes Græcam eſſe, de quo videatur *Poſſinus in Gloſſario ad Annæ Comnenæ libros Alexiad. & ſignificare Principem vel Ducem populi ſecundum Suidam & Joh. Criſpinum in Lexicis. Illa enim in Comnenæ hujus hiſtoria & Conſtantini Porphyrogenneta opuſculo de Themat. Imperii & aliis ſimilibus libris paſſim uſurpatur & Græcè Κόμης ſcribitur.*

Sed ex hac Græcorum uſurpatione vel potiùs imitatione ad exprimendam rei proprietatem & obſcuritatem evitandam quaſi neceſſariò factâ ad veram verbi alicujus B. *originem infirmum duci argumentum inde patet, quia* talia verba quaſi technologica ſæpius à Græcis retenta & textui inſerta ſunt *ex. gr.* in Conſtitutione Græcâ Imperatoris Juſtiniani de Veteri Jure Enucl. occurrunt in §. *α. βιβλίον Digeſta §. γ. ὑϕεξῆς τε τὰ de judiciis §. δ. καὶ τὰ de rebus §. ε. τῦ pignoraticias* & paulò poſt *Ædiliton ἠδικτον* ac ſimilia.

Et tandem notandum Comites etiam ad tuendas & regendas quaſdam parvas provincias vel regiones fuiſſe conſtitutos & adhibitos, *ex Rubr. & l. un.* C. *de Comitibus qui provincias regant*, conſtat. *Ita enim in Notit. Imper. Orient. apud Pancirol. occurrit c. 104. Comes Orientis*, quem ampliſſimâ poteſtate omnibus magiſtratibus imperandi præditum ex *Zoſimo l. 5. poſt pr.* & ſub foro ſuo tempore poſteriori, quo poteſtas ejus coarctata fuit, 40 Advocatos habuiſſe, ex *l. 3. C. de Advoc. Diverſ. Judicum* conſtat, de quo plura apud *Pancirol. d. l. & Notit. Imper. Occid. c. 70. & ſeqq. ubi* C. *Africa Tingitana, Littoris Saxonici per Britanniam, Britannia, Italia, Argentoratenſis, Illyrici & Hiſpaniarum Comites Limitanei memorantur*, & legi poſſunt.

Sed hi tanquam limitanei magis militiam, quàm Civilia curarunt, ſicuti etiam Comes per utramque Germaniam & Comes Maritimi tractus à *Marcell. l. 27. in pr. & p. m. 346.* memorati ad eandem claſſem pertinent. De quo etiam legi poteſt *Auguſtinus contra Donatiſtas ad Marcell. Comit. 23. q. 1. c. 1.*

Imperio Romano poſtmodum ad Germanos translato vocabulum hoc Comes primùm pro Judice vel præfecto uſurpatum, ut inter alia ex Capitulari Pipini II. *Regis Romanorum paſſim apud Gold. T. 3.* Conſtit. *f. 159. & ſeq. ac Frodoardo in Chron. ad ann. 926.* conſtat: & à Francis ac Bojis per verbum *Graphio vel Gravio* expreſſum, ut patet ex *Diplomate Carolomanni apud Aventinum l. 3. f. m. 170. ibi:* Præfectus, quem Franci *Graphionem* vocant, ac indicat *Warnefred. l. 5. de Ge-* D *ſtis Longob. c. 36. ibi:* cum Comite Bojoariorum, quem illi *Gravionem* dicunt *item in Leg. Salic. c. 53. & Aventinum l. 7. f. m. 242. ibi:* Quos nos *Graphiones*, literariores Comites vocant quod & *Gl. ad Spec. Saxon. l. 3. art. 61. & alibi & latè refert Bignon. ad Incerti Authoris Formul. c. 7. p. m. 337.* ac deducit *Reinec.* **von des Adels anfänglichen Herkommen** *p. 139. 142. 143. 146. & ſeq. Heider. in Actis Lindaviens.* **der vier Dörffer** *f. m. 282. & Cragius de Feudis Anglic. & Scotic. Exegeſ. 12. f. 77. De quo verbo plura vide apud Voſſ. de vitiis Sermon. l. 2. c. 8.*

Fuere verò Comites tales tunc ſolum officiales ad judicia exercenda per ſingulas provincias cũ miſſis vel Legatis Imperatoriis ablegati, ut patet ex *l. 2.* Capit. *Caroli M. c. 25. & ejuſdem Edicto apud Gold. Tomo 3. Conſtit. f. 146. & Flodoardo l. 2. Hiſtor. Remenſ. c. 18. nec non ex Miræo in Donation. Belgic. l. 1. c. 5.*

Illos tamen Caroli hujus & ſequenti ævo etiam certis in locis judices fixos conſtitutos fuiſſe, ex Capitulari Pipini II. Reg. Romani c. 19. apud Gold. Tomo 3. f. ibi & illis, quæ Alteſerra de Ducibus, & Comitibus Provincial. l. 1. c. 4. & Conring. in Not. ad Lampad. p. 3. c. 4. §. 28. affert, cognoſcitur. Sicuti etiam Henricus Sanctus Imperator eo nomine II. Eraluino Epiſcopo Cameracenſi poteſtatem dedit in Comitatu Cameracenſi Comitem, id eſt, judicem eligendi, bannoſque habendi, ut legi poteſt apud *Miræum in Diplom. Belgic l. 1. c. 27. Eidem* in literis fundationis Monaſterii Cuebachenſis apud *Hundiũ in Metrop. Salisb. Edition. Gevvold. T. 2. f.* 248. meminit fundatoris Adelberonis, officio Comitis.

Poſtea autem cum Comitum officium in dignitatem regendarum ſimul provinciarum verteretur, ſecundum Politicorum ac Hiſtoricorum ac inter illos *Rhenani l. 2. Rer. Germ. p. m.* 158. opinionem dignitas illa proxima à Ducibus facta eſſe dicitur, *idq; probatur ex Gregor. Turon. in ſupplem. Chron. Franc. c.* 14. ubi; cum *Ducibus & Graphionibus* (ſive Comitibus) ſecum habens Saxones, *Thegano de Geſt. Ludovici Imperat. c. 6.* ubi: Imperator (Carolus Magnus) cum intellexiſſet appropinquare ſibi diem obitus ſui, vocavit Filium Ludovicum ad ſe cum omni exercitu, Epiſcopis, Abbatibus, *Ducibus, Comitibus*, loco poſitis &c. *Sicuti etiã in pr. LL. Alemanicar. poſt Duces ſtatim Comites ſe*quuntur. *Et ideò Duces* illi dicti & conſtitnti, qui duodecim ſecundum nonnullos, rectius tamen ſaltem aliquot indefinito numero ſub ſe comites haberent, *ut prae. Sect. 2. c. 2. th. 8. expl. 1. n. 2.* notatum.

Quare etiam Carolus M. ad Ducum potentiam infringendam loco illorum Comites plures in uno Ducatu ſubſtituit, ut deducit Conring. in Diſſert. de Ducibus & Comit. th. 13.

Sed huic valdè obſtat, quod idem Carolus in Conſtitutione quâdam de anno 804. *apud Goldaſt. Tomo 2. Conſtit. Imper. f. 6. Marchionum medio inter Duces & Comites loco mentionem facit.*

Quemadmodum autem ex aliis temporariis vel perſonalibus dignitatibus poſtea ex occaſione hereditaria facta ſunt, ſecundum *d. th. 8. expl. 1. n. 3. deducta: ita etiam hæc ſimul* in hereditariam eô modo tranſiit, ut notum eſt, & apud *Leuthingerum in Comm. Rer. Brandenb. parte 6. Alteſerram d. l. 1. 5. Guilliman. l. 4. Habſpurgic. c. 2. p. 121. & ſeqq. Conring. ad d. c. 4. §. 29. & alios legi poteſt. Quibus addendum apud Scriptores Gallicos & Anglicos uſitatum eſſe, ut Comites Conſulum nomine exprimant*, ut multis exemplis *Alteſerra in d. tr. l. 3. c. 5. probat*, id ambitioni Comitum adſcribens.

Plura de hac materia inveniuntur apud Konig in Theatr. d. c. 38. Guilliman. l. 2. Habſpurgic. Bignon. in Not. ad Marculphi Formul. d. c. 7. p. m. 337. & Miræum in Annal. Francic. f. 347. & ſeqq.

II. *Barones unde dicti ſint, inter Politicos & Philologos controvertitur, nonnullis vocem illam à Linguâ Hebraicâ* & quidem radice Parah; *aliis à Græcâ* & quidem verbo *βαρὺς*, vel ſecundum *Iſidor. l. 8. Origin. c. 4. βαρεῖα*, gravis vel fortis, robuſtus ſecundum *Scapulam in Lexico Græco-Latino*, derivantibus, ut legi poteſt apud *Vult. l. 1. Feud. c. 4. n. 14. Hotom. de verb. Feudal. Reinking. l. 1. cl. 4. c. 15. n. 3. & 4. & Becman. in Origin. Ling. Latin. nec non Martin. in Lex. Philolog. ſub illo verbo. Aliis verò à Latino verbo Baro*, cujus mentio apud Ciceron. *aliquoties, inprimis autem honorifico in ſignificatu l. 5. ad Attic. Epiſt.* 11. fit, deducentibus.

Alias etymologias vide apud Gloverum de Nobilit. Polit. f. 49. & ſeq.

Sed propius ad rem accedere videntur, qui illam purè Francicam, vel planè Germanicam, etymi tamen A. *hodiè ignoti, ut multa ſunt, eſſe arbitrantur, apud Francos enim & Flandros illam olim cuſtodem vel virum ſignificaſſe, ac ideò nobiliores fæminas viros ſuos ita appellaſſe, ex veteri Flandrorum hiſtoria demonſtrat Ludovicus d'Orleans ad l. 3. Annal. Taciti f. 377. quod & de Piccardiâ teſtatur Fauchet de orig. & dignit. Franc. l. 1. c. 5. & Loyſeau des Seignor. ch. 7. n. 42. apud Limn. T. IV. l. 4. c. 5. n. 3. Uti ita fortè tunc fuerint cuſtodes primariarum artium, & ſimiles Banenberiis.*

Apud Germanos verò olim Vir & Baro idem fuit, & inde Voſſius de Vitiis Latin. Sermon. l. 2. c. 3. ſub illo verbo; Barones putat dictos Viros Regis, hoc eſt, qui Regi bello inſerviunt mercede, & *κατ' ἐξοχὴν, qui verè viri*, hoc eſt, virilis & fortis animi, quosq; Rex ob rea fortitèr geſtas terris & juriſdictione exauxiſſet, quiq; ob dignitatem acceptam Regi obſtricti eſſent, atque homagium deberent: ubi ſimul *Speelman. in Diatrib. de Baronibus* in teſtimonium adducit, de quo etiam legi po- B. teſt *Skenaus in Veteribus Scotiæ legibus, Sub legibus Regis Malcolmi 2. in annotat. ad c. 1. n. 3. Martin. d. l. aliud etymon. tradit*, illoſque à voce Germanicâ **Bar**/ id eſt, promtus, præſens, parens, derivat, *ut ita Baro* fuerit, qui Regi aut Principi paret, id eſt, apparet, expeditus adeſt, ubi legi poteſt. Cui fere conformia ſcribit *Beſold. in Theſ. Pract. ſub verbo* **Freyherr.**

Certè illam vocẽ apud Germanicos Scriptores diu in uſu & notam fuiſſe, ex Veteribus Legib. illorum demonſtrat Lindenbrog. in Gloſſ. ſub illo verbo, utiturq; illâ Friſing. *l. 2. Chron. c. 1. & 13. ac ejus Continuator Otto de S. Blaſio c. 11. & 14. nec non Robertus de Monte in Append. ad Sigebert. ad ann. 1173. & 1175. & Auctor Addit. ad Schaffnabr. ad ann. 1290.*

Quibus addendum, apud Gallicos antiquos Scriptores vocem illam in latiſſimâ ſignificatione reperiri, ita, ut Duces & omnes Proceres ſub ſe contineat, ut legi poteſt apud Alteſerram de Duc. & Com. Prov. Gall. *l. 3. c. 5.*

C. *Vocantur autẽ illi Germanicè verbo antiquo* **Freyen**/ *recentiori* **Freyherren** *ratione omnibꝰ non ita cognitâ: quanquã* enim nonnulli illã reddant, *quia* illis Comitivã dignitatem, ad exemplum Licentiatorum, quibus licet Doctoratũ libere aſſumere, ſemper liberũ eſt acquirere, ut inter alios putat *Vult. l. 1. Feud. c. 4. n. 14. circa f. ea tamen nimis lata eſt*, ac ad alia etiam accommodari poteſt. *Absq; dubio itaq; melior eſt illorum, qui* illos antiquitùs ex diſtinctione veterum Alemannorum & Saxonum, ob ſtatum antiquæ libertatis & ingenuitatis **Freyen**/ & poſtea **Freyherren** *ad differentiam Nobilium in ſpecie, qui* **Edle Knechte** *dicti ſunt*, appellatos eſſe putant, quo etiam *Imperator Fridericꝰ* III. in diplomate euidam Comiti conceſſo apud *Beſold. d. Theſauro verbo* **Graffen** reſpicit, & *rationem* collatæ iſtius dignitatis hanc reddit, quoniam Baro iſte in Comitem promotus officia & ſervitia condigna promto ſemper animo præſtitit & cum conjnge ſuâ liber natus eſt. In D. quoque *Idem in verbo* **Freyherren** *refert* in fundatione Monaſterii S. Gregorii Richenbach anno 1080. facta, mentionẽ fieri cujusdam ingenui Senioris **Bern** nomine, quem ille pro Barone accipit. *Et Cluten in Sylloge Rer. Quotidian. th. 26. lit.* I. *ſemper* **Freyen** *ideò dici ſcribit, quod à* tempore antiquiſſimo in dignitate iſta Ingenui conſtitnti ſint. *Quod aliquando ſtrictius exprimit Speculum Svevicum tit.* 47. his verbis: **Hie ſoll man mercken dreyerley freye Leuthe/ welche Recht die haben. Es heiſſen eins** *Semper* **freyen/ das ſind die Freyen-Herrn/ als Fürſten und die andere freyen zu Mann haben/ die andere ſind mittelfreyen / das ſind die/ die der hohen freyen Manne ſind. das dritt ſeynd geboren die frey ſind/ die heiſſent/ oder ſind Frey-Landſaſſen 2c.** *ſeq.* **Es iſt niemand** *Semper* **frey von des Vater und Mutter** *Semper* **frey**

wahrend/

während / die von den Mittelfreyen ſind geboren / die ſind Mittelfreyen / ꝛc. *Item ingenuus* das ſpricht im Latein / der Höchſtfrey und *Libertinus* Mittelfrey / *liber* der Landſaſſen frey. De quo etiam legi poteſt *Reinec. de Saxonum Origin. p. m. 13.*

Sed Goldaſt. in Gloſſis ad Scriptor Alaman. ad Burchardi caſus c. 9. Freyherrn *dictos ſcribit*, quorum majores nullam quod ſciatur, ſeruierunt ſeruitutem, & Semper frey / qui ex ſervitute manumiſſi libertatem conſecuti, hos n. tanquam ingenuos ab Alamannis ex formula manumiſſionis, ſemper ingenuus & ſecurus exiſtat, ita dictos fuiſſe refert, ubi legi poteſt quod etiã tradit *Vadianus apud Eundem Rerum German. Tomo 3. f. m. 57. Quibus addendum vocem barus & baro etiam occurrere in Legibus Alamannicis antiquis Tit. 75. & 94. ac ſignificare liberum hominem*, uti illam etiam *Kero Monachus S. Galli* in Interpretatione quorundam Vocabulorum Alamannicorum apud *Goldaſtum Tomo 2. Alamannic. Rer. f. m.* 80. ita explicat.

B. *Tales ingenuos* plurimos Bojariæ refert *Lazius de Migrat. Gent. l. 7. f. m. 339. & ſeqq.* De quo etiam *Idem de Rep. Romanâ l. 2. c. 33.* & aliquo modo *Stumpf. in Chron. Helvet. l. 4. c. 29. f. 212. & ſeq. & Lezner. in Chron. Daſſelenſi l. 1. c. 1.* nec non *Reineccius* von des Adels anfänglichen Herkommen *f. 44. & ſeq.*

Diſtingui ſolent, ut modo dictum, Barones ſimpliciter & cum adjecto Semper freyen *dictos, quod* quidem ratione non caret, *ſed* cum grano ſalis hodie accipiendum eſt, *ſiquidem* ſtatus poſteriorum communem Baronum ſtatum tranſcendit, quod inter alia communiter inde probatur, *quia* illi Comitibus nonnullis in ſubſcriptionibus Receſſuum Imperii præponi ſolent, ut *exemplo Dominorum de Limburg* In der Cammer-Gerichts-Ordnung *de dato* Coſtenz 1507 *tit. 19. §. 3. R. J. de dato* Regenſpurg 1541. *R. J.* Speyer 1542. Nürnberg *anno eod.* Speyer 1544. Augſpurg 1551. Augſpurg 1559. *& aliquot ſubſeqq.* C. conſtat, & in creatione illorum, quando illud obtinet, adjici ſolet expreſsè cum titulo Semper frey.

Verum prius parum probat, quia etiam alii vulgares vel ſimplices Barones in ſubſcriptione Comitibus prælati ſunt, ut factum eſt in *R. J. de dato* Speyer 1529. *&* 1542. Augſpurg 1530. 1548. *&* 1551. *Idem* Regenſp. 1541. 1557. *&* 1566. *& aliis*, inprimis verò *de dato* Regenſpurg 1654. in perſonis Dominorũ Ruthenorum, & Baronum de Konigseck, Fronsberg, Baumgarten, Geroldseck, & Graffeneck ut alia exempla prætereamus. Atq; in ſpecie in ſubſcriptione *R. J. de dato* Augſp. 1548. & 1551. *Johannes Schenck Dominus in Tantenberg Limburgicis prælatus eſt.*

Id tamen de illis ſingulariter & ad demonſtrandam aliquam praeminentiam notandum, quod ſe Limburgici & Leyningenſes ſcribant des Heil. Röm. Reichs *Semper* freyen / ut patet ex *R. J. de dato* Augſpurg 1566. D. Speyer 1570. Regenſp. 1576. 1598. 1603. & 1654. *cum Barones ſimpliciter ita dicti, ſe etiam ſimpliciter & abſq; tali adjecto Barones vocent: exceptis Hollinghovenſibus* in Archiepiſcopatu Colonienſi, qui ſe Barones Imperii teſte *Sinoldo V. 1. Diſp. 8. th. 7. lit. e. ſcribunt.*

Præter dictos ſemper liberos Dominos de Limburg occurrũt etiã Weſterburgici, qui nunc ex jure connubii ſunt Comites Leiningenſes, in ſubſcriptione R. J. de dato Regenſp. 1541. *de dato* Nürnb. 1542. *& de dato* Speyer 1548. *&* 1570. Regenſp. 1576. *& ſeqq.*

Et in Sileſiâ noſtra Illuſtriſſimus Dominus Chriſtophorus Leopoldus de Schaffgotſch ab Imperatore Ferdinando II. in Parente Johanne Ulrico dignitate iſta decoratus, ut traditur in Libello de ſtatu Imperatoris illius p. 109.

Quibus addi ſolent jam extincti Thuſani & Aldenwaldenſes, ut legi poteſt apud Cluten. in Sylloge Rer. Quotidian. th. 26. lit. 1. A.

Ad Baronum claſſem etiam referri ſolent ii, qui ſe Nobiles Dominos, Edle Herren / *ſpecialiter vocant, tam reſpectu quarundam ditionum inferiorum, quales ſunt Mansfeldiæ Comites, ratione* Heldrungen *in ſubſcriptione R. J. de dato* Augſpurg 1555. Speyer 1570. *&* Regenſp. 1576. *quàm ſimpliciter ratione primariorum feudorum, quales ſunt Comites Lippienſes, qui ſe ſimul* Edle Herren zur Lippe und Spiegelberg *in ſubſcriptione d. R. J. de anno* 1570. *item Comites & Nobiles Domini in* Diepholt *in ſubſcriptione R. J. de dato* Augſp. 1551. *nec non ſolum, & ſimpliciter quales ſunt Nobiles Domini* Edle Herren *de Putlitz & Nobiles Domini de Wartenberg teſte Limn. ad Capit. Matthiæ Imperatoris in Proœmio verbo* Edle Herren / *Nobiles Domini de Pleſſe apud Hamelm. in Chron. Oldenb. p. 3. c. 12. f. 312. jam extincti, item Nobiles Domini de Plato, Nolden de ſtatu Nobil. c. 8. n. 200. & ſeq. & Barones de Inhauſen & Kniphauſen, qui ſe Nobiles Dominos in Luzburg* B. *vocant, ut videri poteſt in ſubſcriptione R. J. de dato 1654. ſub Comitibus & Dominis Weſtphalicis & Saxonicis. Ac Franciſcus Fridericus Nobilis Dominus de Andler.* Cæſareæ Majeſtatis Conſiliarius Aulicus Imperii, qui ante paucos demum annos hunc dignitatis gradũ ex gratiâ & conceſſione Imperatoris aſſumſit.

Sunt tamen aliqui Nobiles qui ſe etiã ita vocant, *quales de Planiz in Voigtlandiâ*, ſed illi iſtis dignitate inferiores ſunt.

Ubi notandum, multos Hiſtoricos & Politicos & quidem noſtro judicio rectè tradere, quod hic titulus à prædictis antiquis Dominis non ex ſingularibus Imperatorum diplomatibus vel conceſſionibus acquiſitus, ſed antiquo more quo omnes Duces, Comites & Barones ita nominati & honorati fuerunt, in ſignũ antiquiſſimæ dignitatis retentus fuerit; ſicut etiam in Hiſtoricis id indicat *Stumpfius in Chron. Helvet. d. c. 29. f. 212. & Piderit. in* C. *Chron. Lippienſi parte 2. f. 228. ubi addit titulum illum judicare*, quod tales jam ante Caroli M. tempora, quibus Comitum titulus demum indroductus in Saxoniã fuit, in dignitate illuſtri poſiti fuerint, ideoque in illius memoriam illum cum dignitate Comitivâ retinuerint.

Et ſanè obſervari meretur, ſoles Saxoniæ antiquæ Proceres, interque eos præter modò dictos Comites Sternbergicos ac Querfurtanos, ut legi poteſt apud *Spangenberg. in Chron. Quernfurt. l. 2. c. 1. & ſeqq. iſtum titulum retinuiſſe*, ut etiam inde argumentum non leve pro Pideritio adduci queat.

Quo pertinent, quæ ex Reuſn. in Auctario Oper. Geneal. ſeq. th. 8. in expl. ſub Comitibus Lippienſibus attulimus & Hamelm. l. 1. Genealog. Comit. & Domin. Saxon. Infer. Voce Lippe, refert, ac Reinec de Origine Nobilit. f. 36. habet.

D. III. *Quod prædicatum Dominus concernit, ſciendum, illud hic in triplici ſumi ſignificatu, uno quo ſe generaliter* plerique Comites & Barones vulgari modo ſimul Dominos reſpectu quarundam Dynaſtiarum ſcribunt, *quales ſunt* Comites Zollerenſes, Domini zu Haigerloch ꝛc. Schwarzenburgici Domini in Arnſtadt / Erbacenſes Domini zu Breuberg / Lewenſteinii Domini zu Scharffeneck. Leyningenſes Domini in Weſterburg Wittgenſteinii Domini zu Hamberg. Solmenſes Domini zu Münzenberg. Stolbergenſes Domini zu Epſtein / Naſſovii, Domini zu Lohr / Weißbaden / Beilſtein ꝛc. Hanovici, Domini in Lichtenberg ꝛc. Montfortii Domini zu Tetnang ꝛc. Sulzenſes, Domini zu Blumeneck / Furſtenbergici, Domini zu Hauſen & multi alii, ut legi poteſt *in ſubſcriptionibus Receſſuum Imperialium.*

Item Barones Geroldseckii Domini zu Möſ-

kirch Graffeneckii Domini **zu Burberg** / Walburgici Domini **zu Geroltzeck** / & alii, ut ſimiliter in dictis ſubſcriptionibus videri poteſt.

Altero, quo ſpecialiter Principes quidam Imperii ſimul ſe Dominos quorundam territoriorum in excellentiâ vocant, *quales* inter alios Archi Duces Auſtriaci, qui Domini Marchiæ Slavonicæ, Portus Naonis ac Salinarum, Duces Wirtenbergici qui Domini in Heidenheim, & Mechlenburgici, qui Domini terrarum Roſtock & Stargard. Marchiones Badenſes, qui Domini in Rôtelen, Badenweiler &c. Electores Brandenburgici, Domini in Ravenſtein, & tanquam Duces Pomeraniæ, Domini in Lauenburg & Bitau &c. Principes Anhaltini, Domini in Zerbſt & Berenburg, & alii ratione aliorũ territoriorũ ſimiliter Domini audiunt.

Tertio quo ſpecialiſſimè ii Imperii Status, qui nec Comites, nec Barones titulotenus ſunt, ſe ſolùm Dominos vocant, *quales fuere & partim adhuc ſunt* Rutheni **die Herren Reuſſen** (qui tamen nunc Comites creati ſunt) Rappellſteinii (qui nunc exſtincti ſunt) Schônburgici, Fleckenſteinii, qui nunc Barones, Juſtingenſes Wertheri, de quibus ſigillarim in ſequentibus. *In quorum claſſem* etiam pertinuerunt Domini in Elz & Pirmont, ſecundum ſubſcriptionem *R. J. de anno* 1594. cui Franciſci Patris nomine & ſingulari, ejus Familiæ obſervantiâ ſubſcripſit filius Melchior his formalibus **Melchior Sohn zu Elz:** de qua legi poteſt *Limn. in Annot. ad Capit.* Ferdinand. I. *in proœm. verbo, Ferdinand. n. final.*

TH. III.

Dividuntur autem Comites in illos, qui ratione officii vel muneris olim commiſſi, & dignitatis poſtea ſpecialiter collatæ, quales ſunt primariò Comites Palatini, Provinciales & Limitanei ſingulare axioma obtinuerunt: *& ſimplices, et hi iterum hodie in Comites Imperio immediatè & mediatè ſubjectos.*

Expl.

De *priori membro*, puta Comitibus Palatinis & reliquis *præc. ſect. 2. c. 2. th. 9. & ſeqq.* actum eſt: *de poſteriori verò in ſequentibus agetur.*

Monendum autem hic, nos ſaltem in priori membro primarios tales Comites memoraſſe, quoniam etiam alii Comites ab officio ſuo particulari denominati occurrunt, quales ſunt.

Burggravii, qui partim Principes, partim Comites & *in modò d. c. 2. th. ult. in expl.* memorati ſunt.

Freygravii, qui ſecundum pleroſque judices occulti illius Weſtphalici Judicii fuerunt, ut legi poteſt apud *Spangenberg.* **In dem Adels-Spiegel** *p. 1. l. 10. c.* 23. *Wehner. in obſerv. Pract. & Speidel. in ſpecul. ſub verbo* **Freygraffen und Freygericht** *ac Schottel. de Singular. in Germ. Juribus c. 29. n. 6.*

Rugravii, propriè Germanicè **Rugegraffen** *qui,* omiſſis aliorum opinionibus, *propriè fuère judices regii judiciis Imperii cenſoriis & delatoriis,* **den** *Inquiſitions* **Gerichten** / præfecti. *Sentit ferè idem Goldaſt. apud Gryphiandr. de Weichbild. Saxon c. 71. n.* 8. his verbis. **Allen** *circumſtantien* **nach / muß Rugraff geweſen ſeyn** / *quaſi quidam advocatus vel procurator Imperatoris vel Regis,* **durch den / oder in welches Namen die** *Fiſcaliſche* **Sachen und Buſſen in den Jahrzeitlichen Gerichten** *accuſiret* **und fürgebracht worden.**

Sed nos potius eum ipſum judicem regium fuiſſe ex vi vocis & officii putamus: fuère autem tales olim Comites Daſſelenſes, teſte Spangenb. d. l. c. 24. & Leznero **In der Daſſeliſchen und Einbeckiſchen Chronica** *l. 1. c. 1.* de quo etiam conſuli poteſt *Speidel. in dicto Speculo ſub verbo* **Ruhgraff** *& verbo* **Graff.** *& Schottel, in d. Tr. c. 9. n. 9.*

A. *Et mentio fit talium in Catalogo illorum ex equeſtri dignitate,* qui expeditione Henrici I. Imperatoris adverſus Hunnos, & *primo Torneamento anno* 938. *Magdeburgi* interfuère utpote *Ludolphi & Rudolphi Rangraviorum in Caſſel* (an fortè Daſſel) ac *in ludis Equeſtribus nonis Gulielmi Rangravii Thaſſelenſis,* ut refert *Modius in Pandect. Triumph.* Tom. 2. *l.* 1. *f.* 3. *&* 15.

Exſtincta a. eſt illa familia anno 1329. *in Simone poſtremo abſq; hæredibus mortuo, ac tunc Comitatus ille inter Viſurgim & Linam ſitus ab Ottone Epiſcopo Hildesheimenſi occupatus tanquam novum feudum, ſed anno* 1523. *ad Duces Brunovicenſes per tranſactionem tranſlatus eſt,* ut refert. *Dreſſ. in Iſag. Hiſt. parte* 4. *p.* 589. *& ſeq. & Lezner. in Chron. Corbeienſi c.* 14. *& in d. Chron. Daſſel. l.* 1. *c.* 15. *& l.* 2. 29. *& ſeq. ubi occaſionem & capita illius tranſactionis memorat.*

Similiter inter Epiſcopos Wormatienſes quatuor talium Comitum à Bajenburg nempè Eberhardi, Friderici *&* B. *Gerhardi fratrum ac Emichonis intra annos* 1277. *&* 1299. *ut legi poteſt apud Spangenb. d. l. & Bucel. in Germaniâ Sacra p.* 1. *f. m.* 11. *& Philippi, Ottonis ac Cunonis qui ab anno* 1369. *uſq; ad annum* 1412. *& ulteriùs vixerunt, in Actis inter Electores Moguntinum & Palatinum de Arce Neo Baimburgenſi geſtis apud Auctorem Diarii Europæi parti* 17. *ſubnexis,* ex quibus ſimul conjiciendum illam familiam paulò poſt exſtinctam fuiſſe. *Nec non in A. B. Caroli* IV. *c.* 1. *§.* 12.

Sita verò eſt arx illa propè Creuzanachium in Palatinatu Inferiori, ut ex dictis actis in Beylagiis n. 4. apparet, de quâ *paulò poſt pluribus* dicemus.

In dictis verò locis Germanicè **Raugraffen** *Latinè Hirſuti Comites,* ab antiquo tempore, ſiquidem jam anno 1198 illud nomen apud *Kyriandr. in Annal. Trevir. Parte* 15. *f.* 163. ut multi egregii viri putant, *per errorem ita ſcribuntur, dum* ex voce **Ru** *vel* **Ruge** non C. ſatis intellectâ idiomate Saxonico in quo **Ru** / *cum voce* **Rau** congruit, *& inde Latinum hirſutum formarunt, additâ hâc ineptâ fabulâ, id nomen Comitibus his inde inditum eſſe, quia* Comites Daſſelenſes hirſuti tanquam urſi & ſimiles beſtiæ, nati eſſent, vel beſtialiter vixiſſent, ut legi poteſt apud *Lezner. d. l.*

Fortè etiam dici poſſet Rangravios ad exemplũ Wild*graviorum dictos eſſe, quia* ſicuti hi in ſilveſtribus, ita illi in aſperis & montoſis regionibus habitarunt, & ita illi à prioribus diverſi eſſent habendi.

Hodie dignitas illa noſtro ſcitu planè exſtincta eſt, ut paulo ante dictum, niſi quod Sereniſſimus Elector Palatinus hodiernus tale feudum uxori ſuæ Morgenatica, Maria Suſanna Baroniſſa de Degenfeld, & Ejus Deſcendentib9 contulerit, atq; ab Imperatore noſtro Invictiſſimo anno 1672. *confirmationem ac decretum ad Cameram Imperialem de collationis illius validitate & obſervantia impetraverit,* ut ex ſubjunctis ſuæ Serenitatis literis & Recognitione Camerali dignoſci poteſt.

D. **CARL LUDWIG von GOttes Gnade Pfaltzgraff :c. Unſern freundl. Dienſt / und was wir mehr liebes und gutes vermögen jederzeit / auch frl. und günſtigen Gruß zuvor.**

Durchlauchtiger / Hochgeborner Fürſt / freundlicher lieber Vetter / und Herr Vater / auch Wohlgeborne / Geſtrenge / Veſt / und Hochgelehrte / beſonders liebe / und liebe beſondere.

Euer Liebd. die Herren und Ihr / geliebet ob dem *in Originali* **bey geſchloſſenem Käyſerl.** *Reſcripti* **zu erſehen / was an dieſelbe die Käyſerl. Majeſt. wegen der von unſerm Chur-Hauſe Lehnrührigẽ / võ uns wieder verliehenẽ Raugräffl** *dignitet* **allergnädigſt gelangẽ laſſẽ. Wie wir nun nicht zweiffeln / Euer Liebd. die Herrẽ und**

und Ihr werden demſelben gemäß/ die noth-dürfftige Verordnung gerne thun: Als haben wir auch dieſelbe darumb hiemit freund-Vetterl. freundl. und günſtig erſuchen wollen. Und verbleiben Eur. Liebd. zu Erweiſung angenehmer Freund- Vetter- und Söhnlicher Dienſten bereitwillig: Auch den Herren und Euch/ mit freundlichem und günſtigem Willen wohlbeygethan. Heydelberg den 30. April. 1672.

Euer Liebd. der Herren und Euer *reſp.* dienſtwilliger treuer Vetter und Sohn/ auch freund- und gutwilliger

Carl Ludwig.

DAß ein von der Röm. Käyſerl. Majeſt. an hieſiges dero Cammer-Gericht *ſub dato* 11. *Martii* jüngſthin eingerichtetes/ wie auch ein gleichmäßiges *de dato* den 30. darauf erfolgenden Monats *Aprilis* von Ihro Churfl. Durchl. zu Pfaltz abgegangenes *Notification* Schreiben/ den von der Hoch- und Wohlgebornen Freyin von Degenfeld für ſich und deren Leibs-Erben und *Deſcendent*en erlangten Raugraffen-Stand betreffend / ermelten Käyſerl. Cammer-Gericht durch deſſelben *Advocat*en und *Procuratorn* Hrn. *D. Moriz* Wilhelm von Gülchen wol eingeliefert worden/ ſolches wird mit dieſẽ untenberührtes Cammer-Gerichts Cantzley Handtgefertigtem *recepiſſe* beuhrkundet. Speyer den 24. May *Anno* 1672.

Occaſionem dignitatem hunc in memoratum ſuam conjugem & deſcendentes conferendi inde ortam eſſe putamus, quod ex prædictis Rugravis de Boimburg, ultimus Otto anno 1412. *bona ſua Ludovico Comiti Palatino concesſerit, ut ex paulò ante allegatis actis in Diar. Europæ d.p.*17. *adductis dignoſci poteſt, quamvis Elector Moguntinus, ut ibidem memoratur, præfato Sereniſſimo Dno Electori Carolo Ludovico litem moverit.*

Sunt autem prædicti judicii reliquia (licet in minori dignitate) adhuc in Ducatu Wirtembergico, uti patet ex illius Conſtitutionibus Provincialibus f. 233. *& ſeqq. ubi* wer zur Straffe und Rügung der Laſter als Richter ſoll erwehlet; und wie geordnete Rug-Gerichts-Tage ſollen vorgenommen werden. *Item*, wie zu den beſtimmten Rug-Tagen alle Perſonen zu Anzeige der Laſter ſollen befraget werden. *Item*, wie der Rüger und Anzeiger dem Gerügten und Angezeichneten nichts ſchuldig ſeyn ſolle.

Et Norberga, ubi das Rügeambt à Friderico IV. Imperatore anno 1470. conſtitutum ſecundum *Bircken. in Hiſtor. Auſtr. l.* 5. *c.* 19. *in f.* adhuc obſervatur.

Gogravii vel rectius Gaugravii à verbo Gau/ quod certum diſtrictum denotat, tanquam judices in certo diſtrictu dicti, ut legi poteſt apud *Spangenb. c.* 26. *& Schottel. de ſingul. Germ. Juribus c.* 12.

Centgravii, qui etiam certo Centenæ judicio (quod procul dubio à centumvirali Romanorum de quo *ſingularem tractatum edidit Siccama*, ortum traxit) præfecti fuerunt, ut legi poteſt apud *Schottel. c.* 7. *& Berneg. in Quæſt. ex Tacito quæſt.* 64.

Salzgravii, qui Salinis præpoſiti ſunt, quales Halæ Saxonium, de quorum jure & proprietate hodierna legi poteſt *Hortled. de Cauſ. Belli German. l.* 5. *c.* 28.

Hansgravii, qui ſunt judices mercatorum, uti adhuc Ratisponæ obſervatur, de quo legi poteſt Speidel. in Speculo ſub illo verbo.

Dickgravii, qui aggeribus conſervandis & reficiendis ſunt præpoſiti, quales in Hollandia & Friſia, uti legi poteſt apud *Spangenb. l.* 10. *c.* 32. *& Grotium de Antiquit. Reipubl. Batav. c.* 5. *p.* 29. quales *Oldenburgici*

A. *Comites ſunt, ſecundum Hamelm. P.* 1. *Chron. Oldenb. c.* 13. *f. m.* 35.

Sed hi omnes, exceptis quibusdam Burggraviis, & procul dubio etiam Rugraviis qui Principes non ſunt, ad Comitum noſtrorum claſſem non pertinent.

De Rheingraviis & Wildgraviis ad hanc etiam Claſſem ſpectantibus ſeq. th. 6. *in expl. ut in propria ſede dicetur.*

Plures aliarum Comitum ſpecies refert Spangenb. d. l. 10. *c.* 21. *& ſeqq.*

TH. IV.

Comites & Barones, nec non Domini in ſpecie ſic dicti Imperio immediatè ſubjecti, inter ſtatus ejus pertinent, & hodie ſecundum provincias primarias, in quibus ditiones ſuas habent in Suevicos, Wetteravicos, Franconicos & Weſtphalico-Saxonicos diſtinguuntur.

Expl.

B. 1. COmites hiterum duplices ſunt, illi, qui ſimul Principum dignitate & privilegiis, utpote jure perſonalis ſuffragii & ſeſſionis inter Principes Imperii gaudent, ac Gefürſtete Graffen vocantur, *quales Hennebergici*, qui præterito ſeculo exſtincti. *Arenbergici*, qui nunc Principes ſimpliciter vocantur, & *Montis-belligardenſes*, qui adhuc tales ſunt.

Cum quibus à nonnullis comparantur illi, qui veteres Imperii Comites ab Imperatoribus ſalutantur ut Illuſtriſſimorum, der Hochgebornen *titulo honorantur*, de quibus legi poteſt *Beſold. parte* 2. *Conſil.* 195. *quæſt.* 1. *&* 4. *ubi tales Comites de Salm eſſe tradit, ac Limn. Tom.* 4. *l.* 4. *c.* 4. *n.* 92.

Et qui absq; adjecto vel ſimpliciter Comites dicuntur, & hi duplici reſpectu immediatate gaudent, uno quoad perſonam & feuda Imperii immediata ſimul, altero quoad perſonam ſolum.

C. *Licet enim hi Comitatus ſuos ſub Principibus Imperii, & illorum juriſdictione ſitos habeat, & ratione bonorum illorum Vaſalli ſint, Imperatori tamen & Imperio quoad perſonam ſolum ſubjecti ſunt, & homagium præſtant, ut exemplo* Comitũ Schwarzenburgicorum & Waldeeciorum quorum illi Ducum Saxoniæ, hi verò Landgraviorum Haſſiæ Vaſalli ſunt, nec non Lippienſium & Ritbergicorum conſtat, & de poſtremis duobus refert *Piderit. in Chr. Lippienſi P.* 2. *f.* 615. *&* 628. uti etiam de *Comitibus Stolbergenſibus, quorum Comitatus Stolbergenſis Moguntinum & Wernigerodanus Brandenburgenſe feudum eſt, ut refert Klock. Tomo* 3. *Conſil.* 150. *n.* 154. *conſtat, & tamen quo ad perſonas non minus, quàm priores, immediati Imperii Status ſunt, ac Imperatorẽ & Cameram pro judice agnoſcunt*, ut Politici communiter ex obſervantia tradunt, quo etiam facit *R. J. de dato* Augſp. 1548. §. 66. plura vide apud *Speidel. in Speculo ſub verbo*

D. *Graven.* Id *quod eo magis obtinet, ſi tales Comites* præter mediata etiam immediata Imperii feuda habeant.

In horum ordine olim nonnulli Burggravii, qui Principes non ſunt comprehenſi fuerunt, ſed hi omnes præter Kirchbergenſem & Dhonenſem exſpirarunt: Sicut præc. Sect. 2. *c.* 2. *th. ſin. in expl. dictum eſt.*

II. *Comites hi, Barones &* Domini *immediati hodiè in quatuor claſſes, uti dictum, diſtributi ſunt, adeoq; quatuor Curiata in Comitiis obtinent ſuffragia: Cum enim præterito ſeculo Comites Franconici Jus ſeſſionis & ſuffragii per non uſum amiſiſſent, adeoq; ſoli Wetteravici & Suevici in diſtinctis Claſſibus illo gauderent jure, ac ſingulis Comitiis in præcedentiâ alternarent, id illis in Comitiis Ratiſponenſibus anno* 1641. *ad illorum inſtantiam, de quâ legi poteſt Londorp.* Comm. *Parte* 4. *l.* 4. *n.* 35. *& ſeqq. f.* 1015. *& ſeq. à Cæſare cum conſenſu Statuum reſtitutum, & his tribus in nuperis Ratiſponenſibus* Comitiis *anno* 1653. *Claſſis quarta Comitum, Baronum & Dominorum Weſtphalo-Saxonicorũ addita fuit, ut apud* Limn. *Tom. IV. & V. l.* 9. *c.* 1. *n.* 143. *legi poteſt.*

TH. V.

TH. V.

Ad Suevicam claſſem referuntur ſequentes Comites. Furſtenbergici, Truchſeſii in Zeil & Wolffeg, Oettingenſes, Sulzenſes, Pappenheimii, Monfortii, Königsecci, Fuggeri, Hohenwaldeccenſes, Wieſenſteigii & Hagii, Hohenzollerani, Wolckenſteinii, Waldſeenſes, Abensbergii & Traunenſes, Eberſteinii, Thyllienſes, Cronenburgici, in Hohen Geroldseck, Hohen Embſii, Rechbergici, Trautmansdorffii, Schlickii, Ungnadii, Sinzendorffii, Wallenſteinii. *Barones* Grafeneggii & Gundelfingenſes. *Domini* Juſtingenſes, Mündelheimienſes & Bondorffenſes. &c.

Expl.

C*Irca Comites hos præmonendum.*

I. *Illos in Comitiis Imperii in ſeſſione & ſuffragio ferendo cum Wetteravicis alternare, ut ex aliis publicis, & in ſpecie ſubſcriptionibus Receſſuum Imperii conſtat, & inter ſeſe ſemper duos conſtituere Convocantes Comites* Ausſchreibende Grafen / *ut inter alia ex ſubſcriptione R. J. de anno 1576. 1594. & de anno 1654. patet.*

II. *In hanc Claſſem quosdam Comites recenter & quidem in Comitiis Ratisponenſibus anno 1653. & ſeq. receptos eſſe, nempe* Traunenſes, Tyllienſes, Trautmansdorffios, Ungnadios, Sinzendorffios & Wallenſteinios, ut ex ejus ſubſcriptione & theſi præmiſſâ patet.

Furſtenbergici antiquiſſimi, utpote ex quibus antiquiora à Bucelin. in Germaniâ Tomo IV. *f.* 88. *allata omittendo unus nomine Ludovicus cum 60. equitibus expeditioni Henrici* I. *Imperatoris adverſus Hunnos ſuſceptæ, & primo tornoamento* anno 938. Magdeburgi celebrato interfuit, & legi poteſt apud *Modium in Pandect. Triumph.* Tom. 2. *l.* 1. *f.* 14. *&* 17. *& potentes Comites ſunt*, & præter cognominem Comitatum etiam *Werdenbergicum* ex matrimonio Friderici cum Anna Chriſtophori ultimi liberos non habentis Werdenbergici Comitis filiâ & herede inito, obtinent, ut legi poteſt apud *Reuſn. in Auctario Genealog. f.* 120. *& ſeq.* de quo etiam *Zeiller. in Itiner. Germ. in continuat. f.* 19. conſulendus eſt, *Sunt præterea Landgravii* Jn der Baar & in Stülingen ut jam *præc. c.* 7. *th.* 12. *in expl. dictum*, & quo ad poſteriorem jure matrimonii à Friderico Rudolpho Furſtenbergico cum Maximiliana Maria Maximiliani Comitis Pappenheimii, ejus lineæ & Landgravii Stulingenſis ultimi filiâ, uti legi poteſt apud *Zeiller. in* Topogr. *Suevia f.* 176. *Rittershuſ. in* Tab. *Pappenheimiorum lit. A. & Spener. P.* 1. *Theatr. Nobilit. f.* 133. contracti, quod etiam tangit *Zeiller. de Decem Circul. tit.* 7. *p.* 605. ſub verbo Stülingen. & *Spreng. in Inſtit. Jur. Publ. l.* 3. *c.* 29. *Ac Domini in Gundelfingen, ex matrimonio Vratislai Junioris cum Franciſcâ Carolinâ Rudolphi ultimi Comitis Helffenſteinii in Meskirchen filiâ contracto facti, ut apud Zeiller in Deſcript. Sueviæ ejus Chronico ſubjecto p.* 538. *&* 592. *legi poteſt* & alia dominia poſſident, *de quib' & illorum ampla Familiâ ac Genealogiâ nec non cenſu legi poteſt Lazius de Migrat. Gentium l.* 8 *f. m.* 413. *& ſeq. Zeiller.* von den zehen Kräyſſen *tit.* 7. *p.* 497. *& ſeqq.* 11. *p.* 564. *ac in d. Deſcriptione & Rittersh. in* Tab. *Genealog. legi poteſt.*

Ex illis autem Wilhelmus, nunc Epiſcopus Metenſis, cum fratribus anno 1661. *ab Imperatore Leopoldo* I. *in numerum Principum tranſcriptus fuit, ut præc. Sect.* 2. *c.* 2. *th.* 12. *in expl. ante finem demonſtravimus.*

Truch*ſeſiorum in* Walburg (*ex quibus Henricus in Wolffegg & Johannes Jacobus in Zeil, cum deſcendentibus demum ab Imperatore Ferdinando* II. *Comites creati ſunt*) *familia antiquiſſima & ampliſſima quoque eſt*, ut legi poteſt apud *Cruſium in Paraleipom. c.* 5. *f.* 13

A *Zeiller. in Topograph. Sueviæ ſub verbo* Scheer *& Spener. in Indice ad p.* 2. *Theatr. Nobilit, ac Hiſtoriâ Inſignium illuſtr. l.* 2. *c.* 107 *§.* 2. *& ſeqq.*

Nomen autem ſortita eſt ab officio Dapiferatus Imperii hereditario quod jam olim tempore Friderici I. Imperatoris & ejus filii Henrici VI. uti etiam ſucceſſorum Imperatoribus & Imperio præſtiterunt, ut rectè inter alios tradunt *Munſter. l.* 3. *c.* 289. *Germ. Edit. & Spener. in d. Indice.*

Ubi prior ex illius familia Archivis propriis oculis inſpectis refert, illam officio hoc hereditario poſt interfectum anno 1208. *ab Ottone Wittelsbachio Imperatorem Philippum ab ejus Anticæſare & ſucceſſore Ottone* IV. *absq; juſta causâ privatam fuiſſe*, & quidem, ut nos ex illo colligimus, *adeo, quia* ex illa Henricus à dicti Imperatoris partibus, tanquam Truchſeſius & fidelis miniſter, ſtans memorato Wittelsbachio poſt perpetratum ſcelus fugam impedire voluit, uti ſimul *Lazius l.* 8.
B *f. m.* 432. *Cruſius parte* 2. *Annal. l.* 12. *c.* 13. *f.* 555. *& in Paraleip. c.* 5. *f.* 13. *ac Herzogen Chron. Alſat. l.* 2. *c.* 29. indicat: *Idq; apud Beſold. in Theſ. Pract. ſub verbo* Erb-Ämbter *auctor Deductionis* pro Walpurgicis lineæ Scheerenſia contra Eosdem lineæ Zeillenſis in genere adducit, aſſerens, ex hiſtoriis & aliis documentis abundè demonſtrari poſſe familiam hanc ob aliquot ſeculis hoc officio functam poſtea citra juſtam cauſam illo privatam, atq; hoc ad alias familias translatum fuiſſe. *De quo plura in ſequentibus adducta ſunt.*

Quoniam ergo illa officio hoc dicto anno 1208. privata fuit, palam eſt errare Genealogos, dum adhuc in fine ſeculi XIII. vel ſequentis principio, uti etiam adhuc in initio ſeculi XV. duos Johannes hujus familiæ titulo S. R. J. Dapiferorum honorant.

Sed qualis familia illis in hoc officio ſubſtituta fuerit, nondum exactè reperire potuimus. Nam quod in Aureâ Bullâ tit. 28. *alias* 27. *§.* 6. *& tit. ſeq. Nortenbergicorum*
C. *hoc officio tunc gaudentium fiat mentio*, immediatam illam ſubſtitutionem plenè non probat, quoniam ab anno 1208. quo Truchſeſii remoti fuerunt, ad tempus conditæ & promulgatæ Aureæ Bullæ, nempe annum 1356. anni 148. intercesſerunt, fieriq; potuit, ut inter im primo ſubſtituta familia interierit, idq; eò magis, quia de hujus familiæ ortu, progreſſu, factis vel eventis memorabilibus, honoribus & interitu, noſtro ſcitu, *nihil conſignatum reperitur.* Licet enim Imperator *Carolus* IV. *in d. c.* 28. *§.* 6. *in pr.* de ſuo tempore memoret, hactenus ita obſervatum fuiſſe, ut inter reliquos ſubofficiales Nortemburgicus culinæ Imperialis magiſter, ſive ſecundum hodiernum loquendi modum Imperii dapifer ſit, inde tamen, ut jam diximus, inferri non poteſt, familiam hanc à dicto anno 1208. officio illi præfuiſſe.

Sicuti etiam nullibi noſtro ſcitu annotatum reperitur, quo tempore ac modo *familia Seldeneckia* ad hoc officium promota ac qualis illa fuerit. Ita nimirum antiqui
D. ſcriptores in multis oſcitantiam ſuam produnt.

Extincta eſt autem hæc familia circa annum 1594. *uti in Conſilio Chriſtophori & Johannis Georgii Beſoldorum inter Conſilia Tubingenſia P.* 6. *ordine* 259. *n.* 9. *&* 80. *refertur. Jam à diverticulo ad familiam Truchſeſiorum de Walpurg redeundo obſervandum* I. *Tote illi familiæ per Georgium Seniorem ſibi uſurpandi titulum Dapiferorum S. R. J. a Carolo V. Imperatore ſecundum Munſter. d. c.* 289. *recuperatum eſſe; Et hinc etiam* viventib' & officium illud adminiſtrantib' Seldeneckiis Wilhelmum Seniorem Scheerenſis lineæ pro ſe & eo gnati Georgii lineæ Zeillenſis liberis *Receſſum Imperii de dato Ratiſpona anno* 1532. adeoque integris ſex annis ante obtentas exſpectativas *ſeq. n.* 2. relatas literas cum iſto titulo ſubſcripſiſſe. Quod ne quem turbet, hic annotandum eſſe duximus.

2. *Electorem & Comitem Palatinum Ludovicum* tanquam collatorem & Dominum feudalem memorato

memorato Georgio & Wilhelmo ob illius benemerita promiſiſſe ſucceſſionem in dictum officium *ſed* poſt mortem demum Georgii anno ſcilicet 1538. ejus filiis & Wilhelmo literas exſpectativas, ut ex illarum copiâ in *d. Conſilio n.* 4. relatas conſtat, ita conceſſiſſe, ut illi in officium hoc per interitum familiæ Seldenechiæ vel alium legitimum modum apertum vel vacuum ſuccedere debeant, haſque aliquot illius ſucceſſores confirmaſſe, ut ſimiliter *ibid. n.* 5. *&* 6. refertur, ac ab illo tempore Truchſeſios in ſubſcriptionibus Receſſuum Imperii conſtanter illum titulum uſurpaſſe.

Cur verò Seldeneckii nullum Imperii Receſſum ſubſcripſerint, rationem damus, quoniam immediati Imperii Status non fuerunt.

3. *Familiam Seldeneckiam* poſt has exſpectativas & ſubſequutas inveſtituras adhuc diu vixiſſe & illo officio functos eſſe, ſicuti *Jacobus in coronatione Maximiliani* II. *anno* 1562. *Francofurti* peractâ ſecundum *Goldaſt.* In den Reichs-Handlungen *f.* 269. *Thuan. l.* 32. *f. m.* 608. *& Modium in Pandect. Triumph. Tomo* 2. *l.* 4. *f.* 175. *&* 187. id præſtitit, *& ultimus ejus familia ante vel circa annum* 1594. *demum mortuus eſt, ut ex d. Conſilio n.* 9. *&* 80. conſtat, refertur enim ibi *Chriſtophorum* Truchſeſium de Walpurg in Comitiis dicto anno Ratiſponæ celebratis poſt plenè exſtinctam illam familiam in actu inveſtituræ Erneſto Bavaro Colonienſis Electori & Bogeslao Pomeraniæ Duci collatæ primâ vice officio hoc Pomum imperiale præferendo functum eſſe.

Quibus addendum 4. *Fridericum* hujus familiæ cum Conradino ultimo ex Sveviæ Ducibus Siciliæ & Neapoleos Rege anno 1268. captum & à Carolo Andegavienſi AntiRege ſimul ad mortem damnatum, ſed ad Conradini preces liberatum, & ab illo rogatum fuiſſe, ut traditam chirothecam cum annulo ſignatorio ad Petrum Arragoniæ Regem deferret, eoque præſtito à dicto Rege remunerationis loco iſtum annulum & inſigne Dominii ſui, nempe tres nigros Leones in campo flavo accepiſſe, & inde totam familiam illo adhuc uti, cum antea pro inſigni tres ſtrobilos drey Thanzappen / uſurpaſſent, ut refert *Munſter. d. c.* 289. *Fugger. & Bircken. in Hiſtor. Auſtr. l.* 2. *c.* 4. *f.* 195. *& Lazius l.* 8. 432. *Cujus ignoratio Voſſio impoſuit ut in libro de Rebus geſtis Fabiani Senioris Burggravii Dhonenſis p.* 30. traderet Truchſeſios ex Ducibus Sveviæ ortos eſſe.

& 5. *Eberhardum Truchſeſium Johannis filium Comitatum Sonnenbergicum* à Comitibus de Wardenberg ſecundum *Bucelin. in Chron. Conſtant. P.* 3. *p.* 95. emiſſe, & in ejus Comitem cum quatuor filiis à Friderico III. anno 1463. creatum, quia verò in filiis ejus poſteritas deſiit, dignitatem illam iterum exſpiraſſe.

Sed Munſter. d. c. 289. narrat, quod ArchiDux Auſtriæ Sigismundus Comitatum iſtum illi vi ademerit, & per interpoſitionem Helvetiorum illi pro Comitatu & expenſis dederit 53000. florenos. Vide etiam *Renſner. in Auctar. oper. Polit. f.* 138. *& Lazium l.* 8. *f.* 434. *Illorum Genealogiam in diverſis lineis refert Ritterſh. & Piſtor. in d. Chron. Conſtant. f. m.* 692. *& ſeqq.* uti etiam *Bucelin. d. l.*

Cenſum verò vide apud Zeill. de Dec. Circul. Tit. 7. *n.* 35.

Oettingenſes, illorum inclutam memoriam ab anno 1130. deducit *Lazius l.* 7. *f.* 332. *cui addi poteſt Henning. in Opere Geneal. in Quartâ Monarch. Parte pr. f.* 395. *& ſeqq.*

Ex his referente Lazio d. l. Conradus per matrimonium N. filiæ Henrici poſtremi Comitis ab E-

A. gesheim & Alſatiæ Landgravii, Landgraviatum Alſatiæ ſuperiorem acquiſivit & Præſulibus ac cathedræ Argentoratenſi cum Tabernis Alſatiæ & Ruffaco vendidit. *Sed Nos prac. Sect.* 2. *c.* 2. *th.* 7. *expl. n.* 3. ex aliis auctoribus adduximus, id demum à Ludovico ejus trinepote factum eſſe.

Inter illos anno 1623. *jus primogenitura introductum fuit*, ut refert *Spreng. in Inſtit. Jur. Publ. l.* 3. *c.* 29. *p.* 476. *& Zeill. d. T.* 7. *n.* 31. *Dividitur illa familia ſecundum Eund. ibidem in Lineam Oetingenſem in ſpecie & Wallerſteinenſem.*

Ex illa Erneſtus Albertus Joachimi Erneſti filius anno 1674. *in dignitatem Principum evectus eſt, ut d. c.* 2. *th.* 12. *in expl. in fine demonſtravimus.*

Habent privilegium de non appellando infra 200. *florenos Blum. in Proc. Camer. Tit.* 47. *Tab.* 5. *ſed hodie ex communi privilegio in R. J. de anno* 1654. §. 112. *inſerto illa ſumma ad* 400. *Joachimicos extenſa eſt.*

Illorum Genealogiam habet Lazius d. l. 7. *f.* 332.

B. *& Ritterſh. in Tab.*

Cenſum verò Zeiller. d. n. 31.

Sulzenſes etiam antiquiſſimæ proſapiæ ſunt: Siquidem jam ſub Conrado III. Imperatore in magnâ auctoritate & judices hæreditarii novi judicii Rotwillenſes conſtitui fuerunt, ut *prac. Sect.* 1. *c.* 5. *th.* 5. *expl.* 1. *n.* 4. *demonſtravimus.*

Sunt etiam Landgravii in Kleggau vel Klettgau facti per matrimonium, quod quidam ex illâ familia cum Johannis II. ultimi Landgravii iſtius familiæ filiâ circa initium ſeculi decimi quinti contraxit, ut narrat *Lazius l.* 8. *f. m.* 413. *& Henning. in Theat. Geneal. ſub Quartâ Monar. Parte priori f.* 344. *ac Renſner. in Auctar. f.* 132. ubi illum *Alvicum* & hanc *Urſulam* vocat.

Alii tamen & inter illos Spener. in Indice ad P. 1. *Theatri Nobil. illum Rudolphum à quibusdam nominatum & Landgraviatum iſtum cum Urſulâ Hab-*

C. *ſpurgicâ accepiſſe referunt. de quo etiam vide Ritterſh. in Tabul. illam ultimam ex hâc gente fuiſſe & duos filios Rudolphum & Alevvicum habuiſſe refert Stumpf. in Chron. Helvvet l.* 5. *c.* 37. *ſed neque mariti, neque iſtius nomen memorat, addens*, Alewicum hunc ratione hujus provinciæ pro ſe & ſuis poſteris amicitiæ & protectionis cauſa anno 1488. civem Tigurinum factum eſſe, & illius ſitum ſimul deſcribens.

Illorum Genealogiam vide apud Lazium d. l. & Ritterſh. in Tabul.

ac Cenſum apud Zeiller. d. Tit. p. 503. *& ſeq.*

Pappenheimii, qui ſe omnes ferè Germaniæ proceres antiquitate antecellere tradunt, originem ſuam à Romanis *Attiliis vel Calatinis*, quorum unus L. Attilius longus anno ante Chriſtum natum 442. vixit, deducentes, & ideo etiam ſe *Calatinos Mareſchal-*

D. *los de Pappenheim vel de Calentia* vocantes, ut legi poteſt apud *Matth. Mareſchallum ex illâ familiâ in libro de hujus ſua gentis origine & familiâ conſcripto*, & excerptim apud *Cruſ. P.* 2. *Annal. l.* 12. *c.* 17. *f.* 570. ubi Schema Genealogicum ab Erneſto & anno 1160. habet, *& prac. l.* 6. *c.* 4. quædam antiquiora narrat. Cui junge *Lazium d. l.* 8. *f.* 449 *& ſeq. & Hund.* In dem Bayriſchen Stam-Buch *P.* 2. *f.* 159. *& ſeqq.* ubi ſimul ſcribit dubio carere, quod illi à Calentis iſtis deſcendant. *Et addit* dictum Pappenheimii librum alias innumeris ſcatere erroribus.

Uſi verò ſunt titulo Mareſchallorum Sveviæ Ducatus & Imperialis aulæ ab antiquiſſimo tempore, & jam ſub dicto Erneſto vel potius ejus prædeceſſore Henrico ab anno 1131. ut oſtendit *Lazius & Hundius dd. ll.* ubi multa de illâ familiâ & ejus ramis refert, cui adde *Ritterſh. in d. Tabulis.*

Quod

Quod tamen Spener. in d. Hiſtor. Inſign. Illuſtr. l. 3. c. 28. §. 7. in dubium vocat. ſcribens, ſe priorem titulum nunquam legiſſe.

Quo verò tempore & à quo Imperatore in ſpecie Mareſchalli Imperii facti, non reperitur, ut tradit Idem *Handius f. 160. & addit, Carolum* V. *in Comitiis Auguſtanis* 1530. *illorum antiquis inſignis addidiſſe duos gladios*, & inde inter illos & illorum cognatos in Elga, Piberbach & Hohenreichen litem ortam, eamque ab Auguſto Electore Saxoniæ anno 1574. transactione finitam fuiſſe, ut ex Inſtrumento *ſeq. f.* 177. adducto, legi poteſt. *Id tamen ex A. B. Caroli* IV. *tit. 27. & ſequentibus duobus conſtat, dignitatem illam antiquam eſſe.*

Quibus ex Beſoldo in Theſ. Pract. ſub verbo **Erb-Aempter** *addendum, in officiis hiſce Senioratum* magis quàm jus primogenituræ obſervari, uti illud ex pacto Comitum de Hohenzollern probat.

Cui *Nos ex Spenero d. l. §. 4. adjicimus*, ex Wolffgangi Philippi Domini de Pappenheim filiis primogenitum Carolum Philippum Guſtavum ſe ſeniorem Mareſchallum hæreditarium, & ſecundogeniti Franciſci Chriſtophori filium Wolffgangum Chriſtophorum Wilhelmum, non attentis conſobrinis lineæ primogenitæ, ſe ſubſeniorem Mareſchallum hæreditarium **den Nachelteſten Erb-Marſchall** ſcripſiſſe, immo *Eundem ſeq. §.* 8. expreſſe referre, hujus muneris functionem vigore transactionis familiaris ſemper Seniori nulla linearum vel primogenituræ habitâ ratione competere.

Quomodo Landgraviatus Stulingenſis ab hâc familiâ (ad quam per Cunradum vigore Cæſareorum Privilegiorum poſt mortem Henrici ultimi Comitis de Lupffen anno 1582. *ſecundum Stumpf. l. 5.* Chron. *Helvet. c. 38. translata fuit.) ad Furſtenbergicam pervenerit, paulo ante ſub his annotatum fuit.*

Ex illâ familiâ Godofredus Henricus à Ferdinando II. *Comes creatus eſt, ſecundum dictam librum de Statu Ferdinandi p.* 206.

Illorum cenſus à nobis hactenus repertus non eſt.

Montfortii ſimiliter antiquiſſimæ ſunt originis: Siquidem ex illis *Hangius vel Hago* in expeditione Henrici I. Imperatoris contra Hunnos & Wilhelmus in Torneamento I. Magdeburgi anno 938. & ſecundo Rotemburgi anno 942. celebrato fuit, ut legi poteſt apud *Modium d. Tomo 2. l. 1. f. 2. 12. 21. & 23.*

Plura de illorum antiquitate vide apud Craſ. in Paraleip. c. 5. poſt pr. ubi etiam de Comitibus Brigantinis, ejusdem quondam familiæ, quædam narrat, *& Spener. in Hiſtor. Inſign. Illuſtr. l. 2. c. 56. §. 1. & 2.* ubi illorum familiam cum *Tubingenſi* eandem eſſe poſt alios tradit.

Titulo hodie illi ſimul utuntur Dominorum in Bregenta. Tettnang, Ortnâ & longâ Archâ omiſſâ Dynaſtiâ Rotenfels, quæ nunc ex titulo empti ad Comites de Königseck pertinet, ut legi poteſt apud *Zeiller. d. Tit. 7. n.* 29. Ubi ſimul illorum *cenſum* refert.

Genealogiam eorundem vide apud *Manlium in Chron. Conſtant. inter ſcriptores Germaniæ ſex apud Piſtore f. m. 675. & ſeqq. Bucel. in Eodem P. 1. p. 77. & Rittersh. in Tabul.*

Königseckii ex Baronibus à Ferdinando II. Imperatore in Comitum dignitatem evecti, ſecundum *Auctorem libelli de Statu Regiminis illius p.* 206.

Jam olim autem illos tanquam Barones in Comitiis Imperii comparuiſſe ex ſubſcriptione Rec

A. Imp. de anno 1544. 1545. 1551. & ſequentium aliquot patet.

Sicuti etiam Spenerus in Hiſtor. Inſign. Illuſtr. l. 2. c. 48. §. 1. ex communicatione Comitis Leopoldi Guilielmi Vicecancellarii Imperii refert, *Marquardum* III. *circa annum* 1500. *mortuum Baronem fuiſſe &* filium Johannem X. Baronem & Dominum in Aulendorf reliquiſſe, ac ſimul alios ex illâ familiâ Barones recenſet, *&*, ut Nos intelligimus, *Johannem Wilhelmum anno* 1663. *mortuum primum Comitem nominat.*

Inter Dominia Aulendorff & Stauffen etiam Rotenfels, ut modò *ſub Montfortiis* diximus, poſſident, & ab hoc ſe ſimul Comites nominant, ut ex ſubſcriptione *R. J. de anno* 1654. cognoſcitur.

B. *De illorum antiquitate* breviter agit *Bucelin. in Germaniâ prophanâ ſive Parte 3. f. 124. & progenitoribus prac. f. 120. ac Spener P. 2. Theatri Nobilitatis f.* 42.

Verum Idem *d. c. 48. §. 1.* ex communicatione memoratâ originem illius familiæ ab anno 650. deducit, ubi continuationem illius ad hæc usque tempora exactè refert, & omnino legi meretur.

De Cenſu Illius legi poteſt Zeiller. d. Tit. 7. n. 34.

Faggeri vel ſecundum alios Fuggari Comitivæ dignitatis primordium debent Raimundo & Antonio Fratribus: Illi enim antea in parente Georgio ſecundum nonnullos à Maximiliano I. ad Baronum dignitatem evecti, quod tamen Bircken. loco paulò poſt allegato ſub Carolo V. demum 1530. factum eſſe C. *memorat, cum Patruelo Hieronymo anno 1530. in Comitiis Auguſtanis à* Carolo V. *Comites creati ſunt, & jam ante oppignorata Comitum Kirchbergiorum bona poſt illorum extinctionem, pleno ſimul jure acceperc ut tradit Cruſius in Annal. Suevic. p. 3. c. 13. circa fin. & Bircken. in Hiſtor. Auſtr. l. 5. c. 22. n. 2. & 4. Domini etiam ſunt Præfecturæ Imperialis in civitate Donavverda, ut. ſeq. ſect. 4. c. 2. th. 9. in expl. ſub illa urbe a. 1. demonſtravimus, & ex ſubſcriptione ſæpè d. Receſſus* Imperii *conſtat.*

De illorum primordio vide Bircken. d. c. 22. n. 1. ubi in ſeqq. progreſſum ad honores & hodiernam dignitatem uti etiam Tabulam Genealogicam refert, ac Spener. in Indice ad d. p. 2. & ampliſſimâ familiâ de Chron. *Conſtant. f. m. 700. & ſeqq. Rittershuſ. in Tabulis & Zeiller. d. tit. 7. n. 78. ubi ſimul illorum* D. *cenſum refert. Sicuti etiam diverſas ideo lineas conſtituunt, ut ex Zeiller. de Decem Circulis Tit. 7. n. 38. & ſubſcriptione ſæpè dicti Receſſus conſtat.*

Privilegiati ſunt contra judicium Rothevilenſe & alia extranea Blum. in Proceſſu Cameræ Tit. 47. Tab. 5.

Hohenwaldeccenſes, hodiè ſunt Domini de Maxelrain (ex quibus jam anno 1165. in decimo ludo Equeſtri Tiguri comparuit Armenricus, ut patet ex *Modio d. Tomo 2. l. 1. f. 49.) qui* Waldeccenſi *familia morte Martini ultimi anno circiter* 1486. *extincta partim per matrimonium* Viti cum Margaretha Wolffgangi Waldeccenſis penultimi & anno 1483. mortui filia contractum *partim per transactionem* à Wolffgango Maxelrainio cum Ducibus Bavariæ initam *partim* per emtionem cum Sandizellerianis hæredibus celebratam præterito ſeculo Comitatus illius Domini facti ſunt, ut refert

Hundius

Hundius **In dem Bäyriſchen Stamm-Buch** A. *Parte* 1. *f*.356. *& ſeq. & 2. ſub utraq; Parte hac 2. f*.157. *addens, Wolffgangum illum primum titulum Baronum de Waldeck uſurpaſſe.* Unde jam *R. J. de anno* 1566. & 1570. ſubſcripſit illius filius Wolffgangus Dietericus **von Mexelrain / Freyherr zu Waldeck.** *Poſten Barones hos Ferdinandus II. Imper. glorioſiſſimus in Comitum dignitatem evexit, ut refert Auctor. Status Partic. Regim: illius p*.205. *Sicut etiam ſæpe dictum R. J. de anno* 1654. *Wilhelmus, cum titulo Comitis ſubſignavit.*

Situs verò eſt hic Comitatus, non; ut alii erroneè putant; *in Wetteraviâ, & ſuperiori Rhenano, ſed Bavarico Circulo; ut ex Hundio d. P.* 1. *f*:349. *& Zeiller. d. tr. tit*.4. *n*.18. *& p*.269. *videri poteſt, quod eo magis inde conſtat; quia referente Sprengero d. l*.3. *c*.29. *Comitatus ille*; vigore pacti de anno 1560. deficiente maſculino ſexu *ad Domum Bavaricam devolvitur.* B. quod etiam *Hund. d. P.*1. *f*: 358. narrat, ſed annum tranſactionis illius præcedentem ſive 1559. ponit. *Cæterum Mäxelrainiorum horum ſtemma apud Eundem P*.2. *f*.154. *& ſeqq. & cenſus apud Zeiller. de Decem Circulis Tit*.4. *n*.18. *legi poteſt.*

Wieſenſteigii & Hagii à Frauenbergenſibus orti Comites, exſtincti quidem, ſed ambo Comitatus à Domo Bavaricâ, ad quam poſt mortem iſtorum Comitum pervenêre, *poſſidentur* & ratione illorum Legati in Comitiis comparent, ut ex *d. R. J. de anno* 1654. *in ſubſcriptione* conſtat.

De priori verè in ſpecie tradit Zeill: d. tit.7: *p*.502. *& 621. artem & Comitatum illum ad Helffenſteinos pertinuiſſe; & Spener. in Indice ad d. p.2. illum mercè ultimorum Comitum anno* 1626. *vel ut Zeiller. in Topogr. Sueviæ f*. 221. *habet anno ſeq*. 10. (20.) *Decembr. ad Duces prædictos perveniſſe, excepto ſcilicet ipſo Helffenſteinio Comitatu, quem Ulmenſes jam anno* 1396. *emerunt*, ut tradit *Cruſ. d. p*.3. *Ann: l*.6. *c*.5. *f*.351. & *Meskirchiæ quod Furſtenbergici ad ſe traxerunt, referente Spenero d. l.* C.

De poſteriori verò Idem Zeill. d. tit.4. *num*.15. *ex Hundio, illum poſt mortem Ladislai ultimi Comitis*, qui anno 1559. R. J. adhuc ſubſcripſit, *jam anno* 1567. *ad illos Duces perveniſſe*, & quidem ut dictus *Hundius ipſe* **In dem Bäyriſchen Stam-Buch** *Parte* 1. (in quâ totam Genealogiam refert) *f*.62. *tradit, vigore literarum exſpectativarum à Carolo V. ducibus illis in iſtum Comitatum datarum, ita tamen*, ut aliquot Comitibus & Dominis pro jure & debitis in illum prætenſis magnam pecuniæ ſummam ſolvere coacti fuerint.

Hohenzollerani antiquiſſimæ etiam & illuſtriſſimæ, ut notum; *& apud Cruſium P*.2. *l*.6. *c*.8. *f*.196. *& Lazium l*.8. *f*.434. *& ſeq. videri poteſt, proſapiæ, ſiquidem ab illis*, ut vetuſtiora prætereamus, *Burggravii Noribergenſes*, de quibus *prac. ſect*.1. *c*.2. *th: fin: in expl. dictum; & hodierni Marchiones & Electores Brandenburgici deſcendunt*, ut ſimiliter cognitum eſt. D.

Ubi notandum ex illorum familiâ Johannem Georgium, ut *eodem c*.2. *th*.12. *in expl. notatum; anno* 1624. *ab Imperatore Ferdinando II. cum omnibus deſcendentibus in Principum ordinem translatum fuiſſe.*

Nec non illos eſſe Imperii Camerarios hæreditarios ſub ArchiCamerariatu Brandenburgenſium Electorum; ut notum eſt.

Pervenit verò dignitas hæc in hanc familiam per Comitem Eitel Fridericum V. ſub Imperatore Maximiliano I. & procul dubio hujus beneficio, quoniam ejus Conſiliarius Secretus & ſupremus Aulæ Magiſter fuit; ut refert *Piſtorius in Hujus familiæ Genealogiâ Chronico Conſtantienſi inter ſex Germaniæ Scriptores ab altero Piſtorio editos f. m*. 689. *inſertâ; & in* A. *Ejuſdem Imperatoris Ordinat. Camer. de dato Coſtnitz* 1507. *art*. 19. *in ſubſcriptione* conſtat.

Quoniam anteà dignitate hâc Domini à Falckenſtein gaviſi ſunt, ut ex A. B. Caroli IV. cap.28. *& ſeq. notum eſt, & illam poſtea Domini de Weinsberg obtinuerunt*; ut inter alios refert *Cruſius P*.2. *l*.10. *c*.3. *inf.* nec non ex Inſtrumento Empti venditi Comitis Helffenſteinii contra civitatem Ulmam de an. 1380. in quo mentio fit *Philippi Senioris Comitis de Weinſperg, & S. R. J. Camerarius hæreditarius*, referente *Beſoldo in Theſauro Pract. ſub verbo* **Erb-Ambter** *p. m*. 405. *qui procul dubio primus ex hâc familiâ hâc dignitate gaviſus eſt. Et ex Inauguratione Felicis IV. aliàs V. Pontificis Baſilen anno* 1440. *celebratâ apud Modium in Pand. Triumph. Tomo I. l*.4. *n. XII. f*.156. conſtat, in illâ enim ex Germaniâ inter alios comparuit *Conradus de Weinſperg. Romani Imperii hæreditarius Camerarius annis & ſenſu ſenex.* B. *Exſtincta eſt verò illa in alio Conrado circa annum* 1516. *in ſenectute abſq; ſucceſſoribus mortuo, ut narrat Cruſ. in Paraleipom. c*.7. *f*.31.

Et quia jam d. anno 1507. *præfatus Comes Eitel Fridericus primus ex ſuâ familiâ hæreditarius Imperii Camerarius fuit, credibile eſt; illam alteri Conrado, qui imperii hoſtis per multos annos declaratus eſt, ut Idem d. l. narrat, in pœnam ademtam & dicto Zollerano collatam eſſe.*

Ubi notandum in hâc familiâ per teſtamentum Comitis Caroli à Cæſare Maximiliano II. confirmatum introductum eſſe, ut ſemper Senior in illâ dignitate hâc gaudeat, de quo plura *in præcedentibus ſub Comitibus de Pappenheim annotavimus.*

De illorum Cenſu, Familiâ & Genealogiâ vide Zeiller. d. Tit.7. *n*.7. *p*.489. *& ſeqq. d. Chron: Conſtantienſe f. m*.688. *& ſeqq. & Ritterſh. in Tab. Genealog.*

C. Wolckenſteinii *autem Barones, ut conſtat ex ſubſcriptione R. J. de anno* 1600. *à Ferdinando II. non tantùm in Perſonâ Pauli Andreæ lineæ Treſtburgica, ſed etiam tetrâ lineâ Rotteneccini Comites quidem creati, ſecundum d. Auctor. Status Regiminis Ferdinandi p*.205. *& 207. ſed ab Archiducibus Auſtriæ eximuntur, ut legi poteſt apud Arum. de Comit. Imper. c*.8. *poſt n*.60. *Zeiller. in Contin: Itiner. Germ. c*.1. *f*.23. *& Limn. Tomo IV. l*.1. *c*:7. *n*.73.

Quia autem dictus Comes Paulus Andreas bonorum allodialium Comitatus Eberſteinii poſt mortem Ottonis Comitis ſuâ lineæ ultimi, jure matris Mariæ, quæ illius filia fuit, ut legi poteſt apud Spener: P. 2. *Theatri f*: 55. *cum Comitibus Gronsfeldicis Dominus factus referente Zeill. d. Tit*. 7. *ſub verbo* **Frauenalb.** *p*: 555. *& ſeq.* nomine illius filii impuberis Maximiliani Felicis tutor Wolffgangus Dietericus Comes de Thöring per ſuum Legatum inter Comites Suevicos D. *d. R. J. de anno* 1641. *&* 1654. ſubſcripſit.

Ex quo patet errare Hermet: in Faſcic. Jur. Publ. cap. 30. *num*.33. *dum Comitatum illum* (qui reverâ ſub territorio Auſtriaco ſitus eſt; ut ex *Ordinatione Caroli V. Imperatoris ac Imperii anno* 1521. *de Decem Circulis facta apud Gold. Tomo I.* **der Reichs-Satzungen** *f*. 245. & ex dictâ exemtione apud *Zeiller.* memorato loco patet;) *Saxoniæ Superiori adſcribit: Hic enim* ab illo longè diverſus eſt; & jam diu ad Duces & Electores Saxoniæ translatus eſt, ut legi poteſt apud *Pecenſt. in d. Theatro P*.2. *n*.10. *Et hinc etiam* in Sepulturâ Electoris Erneſti anno 1486. mortui Comitatus illius inſigne inter reliqua ſimul affixum fuit, ut refert *Albinus* **In den Neuen Stamm-Baum deß Hauſes Sachſen** *p*.274.

Situs verò hic eſt in Montanis Miſniæ prope Mariæburgum, ut refert Marian. in Topogr. Miſniæ f. 198.

Waldſcenſes hodie ſunt Comites de Coloredo in Bohemiâ, ut ex ſubſcriptione ſæpè d. R. J. de anno 1654. patet.

Quo autem jure Ludovicus Comes de Coloredo ibi memoratus Comitatum iſtum adeptus fuerit, nobis adhuc incognitum eſt. 1 *Siquidem antea* peculiares Comites illius Domini fuére, quibus exſtinctis Truchſeſii de Walpurg ſucceſſerunt, ut tradit *Hermes d. cap. 30. num. 34. & tangit Zeiler. in d. Tr. Tit. 1. p. 87.*

In juriſdictione autem Auſtriacorum ſub Sueviâ tamen ab utrisque ponitur illa Truchſeſiorum arx & quidem inter Bibracum & Ravenſteinium, *ut ibi legi poteſt.*

Abensbergii & Traunenſes ejusdem & antiquiſſimæ quoq; ſunt familiæ. Nota ſiquidem eſt illa hiſtoria de Babone II. Dynaſtâ hujus Stemmatis, qui Imperatori Henrico II. illum cum paucis ſervis ad venationem citanti, ſe cum 30. vel 32. filiis ſtitit, & multitudinem illam egregiâ reſponſione excuſavit ut legi poteſt apud *Avent. l. 5. Ann. f. m. 313.* Qui etiam quinto torneamento Brunovici anno 996. habito interfuit, ut legi poteſt apud *Modium d. T. 2. f. 31.*

Fuit autem ille filius Babonis Schirorum Principis, ut refert Avent. d. l. & Cruſius P. 2. Ann. l. 12. c. 17. f. 520. Porro octavis ludis Equeſtribus Auguſtæ anno 1082. habitis interfuit *Eberhardus* jam Comes factus ſecundùm *Modium ſeq. f. 40.*

Sicut etiam ludis ſeptimis anno 1042. Halis Saxonicis celebratis interfuit *Wolffgangus* Dominus à Traun referente *Eod. 37. & ſeq.*

In dictis Comitiis 1653. *& ſeq.* Legatus Erneſti Comitis ex illâ familiâ R. J. ſimul ſubſcripſit. *Illorum Genealogiam refert Avent. l. 7. Annal. f. m. 510. & ſeq. ac habet Rittersh. in Tabulis, totum verò Stemma Abensbergiorum latè conſignavit Hundius* **In den Bäyriſchen Stamm-Baum** *P. 1. f. 1. & ſeqq. f. 19. & ſeq. referens Nicolaum ultimum illius familiæ anno 1485. ultimo Febr. à Chriſtophoro Bavariæ Duce interfectum eſſe: unde hodie Traunii ſolùm ſuperſunt.*

De Illerum cenſu nihil reperire potuimus.

Eberſteiniorum antiquiſſima etiam eſt proſapia, ac quidem jam tempore *Henrici I. Imperatoris* celebris fuit, ſiquidem cum hic ad bellum contra Hunnos ſuſceptum Proceres & Nobiles Imperii convocaret *Ludovicus Comes illius familiæ* ſimul comparuit, ut legi poteſt apud *Modium d. Tomo 2. l. 1. f. 3. & ludis equeſtribus primis interfuit, ac Rex illorum Franciſcus in ſecundis conſtitutus fuit, ut ibid. f. 19. & 20. legi poteſt. Et Eberhardus ex illâ familia* (qui frater vel filius natu minimus dicti Ludovici fuit, ut conjici poteſt ex iis, quæ narrat *Cruſius p. 2. Annal. Suevic. l. 4. c. 3. poſt pr.* & Caſtrum Duelli **Hohendwill** poſſedit) *Imperatoris illius filiam Hedvvigen in matrimonio habuit, ut idem ſeq. c. 9. in pr. & Lazius de Migrat. Gent. l. 3. f. m. 108. narrat.*

Bruno quoq; ab eodem Imperatore Obotritarum copiis ſimul præfectus fuit referente *Modio d. l. f. 11.* Horum Deſcendentes aliquot vide apud Spener. in Indice ad p. 2. Theatri Nobilitatis.

Ex horum progenie natus etiam Henricus I. qui floruit circa annum 1230. *& reliquit tres filios* Henricum, Johannem & Theodoricum, ſed rectius Cunradum, ſiquidem ille Archiepiſcopus Moguntinus à Lazio d. l. vocatur, nec tamen in catalogo illorum reperitur. *Hic verò N. filiam Erneſti Comitis Gleichenſis, ex quâ nati in Pomeraniâ ſedem ſuam fixerunt, ſecundum Genealogiam illorum in matrimonio habuit.*

A dicto Johanne familia Eberſteiniorum prætèrito anno 1660. ut *Rittersh. in Illorum Genealog. Tab. I. in f.* notavit, *per mortem ultimi Caſimiri abſq; filiis mortuâ*

A. *tui exſtincta in Suevia, & à Cunrado in Ducatu Brunovicenſi habitante eadem in Pomeraniâ propagata fuit. Cum enim dictus illorum Pater Cunradus,* (qui communiter, & ut nos putamus, ob dictam rationem erroneè Diethericus nominatur,) *contra Albertum Brunovicenſem Ducem rebellaſſet, capitis pœnam ſuſtinuit. Dicta verò ejus uxor, ſe cum quatuor filiolis ad Epiſcopum Caminenſem Hermannum fratrem ſuum contulit, qui natu maximo Ottoni Dynaſtiam Neugarten, quam poſteri ejus adhuc tenent, donavit, & reliquos tres Canonicos dicti Epiſcopatus conſtituit.*

Habuit autem Cunradus ille, vel Dietericus, adhuc unum fratrem Ottonem (& forte etiam Johannem Comitem de Eberſtain, qui cum prædicto Duce Alberto in prælio cum Marchionibus Miſniæ anno 1263. commiſſo, uti legi poteſt poſt alios apud *Binhardum in Chron. Thuring. l. 2. ad d. annum, captus fuit) qui in*
B. *Ducatu Brunovicenſi permanſit, & Comitatum Eberſteinium alium à priori & propè Monaſterium Ammelsbrun ſitum retinuit, ſed hic poſtea ad Duces Brunovicenſes pervenit,* ut quidam interque eos *Rittersh. in d. Tab. Genealog.* narrant, *ex teſtamento Hermanni II.* Comitis Eberſteinii, cujus filius anno 1435. absque liberis mortuus eſt, ut tradit *Spangenb. in Speculo Nobilit. l. 10. c. 15. f. 281. ſivè ex crimine* ejus, puta Hermani, filii Ottonis, qui Comitem quendam de Homburg interfecit. *De quo Comitatu etiam legi poteſt Bunting. in Chron. Brunovicenſ. p. 3. f. 47. & Mariani Topogr. Ducatus Brunovicenſis & Luneburgenſis f. 82.* ubi ſimul refert Baliviam Forſt ad Viſurgim ſitam & Duci Brunovicenſi propriam partem iſtius Dynaſtiæ Eberſtein eſſe, ibique rudera adhuc conſpici.

Quibus addimus partem Suevici illius Comitatus à Comitibus de Wolckenſtein, ut ſub iis jam paulò ante
C. dictum, & *Comitibus de Gronsfeld* hereditario uxorum jure *partim à Marchionibus Badenſibus* poſſideri, ut apud *Zeill. de Decem Circulis d. tit. 7. n. 40. & p. 554. ac ſeqq. ſub verbo* **Frauen-Alb** *&* **Gochsheim** *videri poteſt.*

Quæ omnia in gratiam Lectorum ideò conſignare voluimus, quoniam de Comitibus hiſce tam diverſa tradi ſolent.

Thylienſes recentes Comites Imperii à Ferdinando II. creati & Ducis Bellici Cæſarei noti heredes ſæpè dictum R. J. de anno 1654. ratione Comitatus Breiteneccii per Legatum ſubſcripſére.

Situs eſt verò ille in Superiori Palatinatu & ab Electore Bavariæ Maximiliano in dictum Comitem tranſlatus fuit, ut legi poteſt apud Zeill. in d. tr. tit. 4. p. 236.

De illorum Tſerclaeſiorum familia vide Spener. in Theatr. Nobilit. part. poſter. f. 87. & in ſubjecto Indice,
D. *& Rittershuſ. in Opere Genealog.*

Cronenbergici, ab Imperatore Ferdinando II. in perſonâ Philippi Adami Comites creati, exſtinctâ an. 1634. morte Jacobi teſte Zeill. d. t. 7. n. 42. familiâ antiquiſſimâ Baronum de HohenGeroldseck (quæ à Geroldo Bavariæ Duce tempore Caroli M. claro, originem deducit, ut legi poteſt apud *Herzog. in Chron. Alſat. l. 5. f. 108.* ubi in ſequentibus illius Genealogiam refert, & *Spener. in Indice ad p. 2. Theatri Nobilitat. &* ex qua in apparatu bellico Henrici I. Imperatoris adverſus Hunnos inſtituto Johannes & in torneamento ab illo inſtituto inter moderatores Wolffgangus ſimul fuit, ut legi poteſt apud *Modium d. Tom. 2. l. 1. f. 2. & 13.*) *ab eodem Imperatore per Crafftonem Adolphum Ottonem* prædicti Philippi Adami filium (qui etiam R. J. de anno 1641. & 1654. ſimul ſubſcripſit) *Comitatum illum obtinuére, ut legi poteſt apud Zeill. d. n. 42.*

De Comitatu ipſo vide eundem p. 561.

De

De Cronenbergiorum vetuſtâ familia vide Spener. in Indice ad Auctar. ſive part. 3. Theatri Nobilit.

Quibus addendum dictis ludis equeſtribus ſecundis inter Luſtratores armorum ſimul fuiſſe Wilhelmum Kronbergenſem apud Modium f. 21. & in tertiis memoratur vidua Viperti à Cronenberg ibid. f. 25. in quintis Brunovici anno 996. ludos edixiſſe Wilhelmum à Cronenberg apud eund. f. 32.

Illorum majores vide apud Spener. d. P. 3. f. 15. & 88. ac Cenſum apud Zeiller. d. Tit. 7. n. 42.

Hohenembſii vel Embſii antiquiſſimi etiam ſunt Stemmatis, ſiquidem torneamento ſecundo anno 942. celebrato Georg. ab Ems interfuit, referente Modio d. l. f. 21. antiquiores refert Bucel. in Germ. Profanâ Tom. IV. f. 69.

Poſtea Wolffgangus Theodoricus de Embs Marci Sittici filius Claram de Medices, Pii IV. Pontificis ſororem conjugem duxit, ut legi poteſt apud Bucelin. parte 3. f. 121. & cum illa genuit Marcum Sitticum Cardinalem & Epiſcopum Conſtantienſem, ac Jacobum Hannibalem (Stumpf. in Chron. Helvet. l. 5. c. 11. circa finem & Bucel. in Conſtantiâ Sacrâ & Prof. parte 3. p. 42. addit tertium fratrem Gabrielem) quem cum omnibus Deſcendentibus Ferdinandus I. (Stumpf. d. l. id à dicto Pontifice factum tradit) Comitem creavit, ut narrat poſt Zeill. d. l. 7. f. 550. Hermes in Faſcic. Jur. Publ. d. c. 30. n. 37.

Ex illis primùm in Comitiis Ratiſponenſibus an. 1594. comparuit Johannes Chriſtophorus & Receſſum illius ſuo ac impuberis patruelis Caſpari nomine ſubſcripſit.

Caſpar hic anno 1613. à Carolo Ludovico Comite Sulzenſi emit Vaduz. & Schellenberg. Zeill. d. t. 7. n. 33. de utraq; arce Hohen Embs vide eundem p. 549.

Nuperum d. R. J. de anno 1654. ſubſcripſit Caſparus Fridericus, ubi ejus titulum vide.

Illorum majores habet Bucelin. in Notit. Genealog. f. 121. & cenſum Zeiller. d. Tit. 7. n. 39. Plura de hâc familiâ vide apud Zeiller. in Topogr. Suevia f. 198.

Rechbergici vel Hohen Rechbergici non minus antiquiſſimum habent genus. Legitur enim in dictis primis ludis Equeſtribus ab Henrico I. Imperatore celebratis Annam de Rechberg uxorem Domini Sigiſmundi à Ruxingen ex Circulo Suevico ad luſtrationem armorum & galearum diviſionem ſimul depotatam fuiſſe apud Modium d. Tom. 2. l. 1. f. 14. Et ad eundem actum in ludis ſecundis deſtinatam fuiſſe Agnetem à Rechberg Henrici à Thann viduam, & in ludis quintis Brunovici anno 996. habitis Everhardum à Rechberg ibid. f. 35. comparuiſſe & Rudolphum Rechbergicum ludis Equeſtribus octavis Auguſtæ anno 1080. celebratis tanquam Regem ludorum Suevicum interfuiſſe apud Eundem f. 39. Plures ex poſteritate refert Lazius de Migrat. Gent. l. 8. f. m. 460. & Cruſ. d. p. 2. l. 12. c. 1. f. 506.

Ex iis Caſpar Bernhard à Ferdinando II. Comes creatus eſt, cujus filius Johannes d. R. J. de anno 1654. ſimul ſubſcripſit, hoc titulo uſus **Graff zu Rechberg und RotenLöwen / Freyherr zu Hohen-Rechberg und Herr zu Aicha.**

Illorum Genealogia partim in Lazio l. 8. f. m. 460. & ſeq. partim in Bucelin. Notit. f. 119. & cenſus in Zeill. d. Tit. 7. n. 43. reperitur.

Trautmansdorffii, ex quibus Maximilianus à Ferdinando II. Imperatore Comes creatus eſt, ſecundum ſæpè d. Auctor. Status illius Regiminis p. 205.

Illorum Genealogiam duplicem vide apud Bucelin. d. p. 3. f. 166. & 190. Et Lazium l. 6. f. m. 216. ab an. 1420.

Sed Zeiller **In ſeinen Anmerckungen zu dem vierdten Traurigen Geſchichte** & de Decem Circulis Tit. 1. p. 81. meminit Hectoris à Trautmansdorff, qui anno 1336. vixit. In Comitiis Ratiſponenſibus 1641. primus ex hâc familiâ comparuit & Receſſum ſubſcripſit Maximilianus prædictus, ubi ejus titulus legi poteſt, & in nuperis anni 1654. ſubſcripſit Adamus Matthias. Sed quæ imperii immediata bona poſſideant &

A. quid contribuant ignoramus: Illud tamen ex Zeilleri Topogr. Suevia f. 140. monendum duximus, Neoſtadium ad Cocheram non ampliùs in dominio Trautmandorffiorum, ſed Ducibus Wirtembergicis an. 1646. reſtitutum eſſe.

Schlickii mediæ vetuſtatis & à Sigiſmundo Imperatore in Caſparo Comites creati, ſe Comites Paſſauni & Weiſſenkirchæ ſcribunt, ut tradit Reuſn. in Auctar. f. 95. & patet ex ſubſcriptione, R. J. de anno 1641. & ſæpè d. R. J. de anno 1654.

Et quidem Comitatum priorem in Marchiâ Trevifianâ ſitum tanquam partem illius ab avo materno Henrico aliis Rolando Marchione ſine filiis mortuo ad Imperium devoluti dictus Caſpar Schlickius à memorato Imperatore Sigiſmundo in feudum recepit, ut refert poſt Theobald. in Bello Huſſitico parte 2. c. 3. p. 24. & ſeq. Goldaſt. de Regno Bohemiæ l. 3. c. 36. n. 47. Poſteriorem verò in Hungariâ ſitum ab Alberto II. Imperatore B. & inſuper à dicto Sigiſmundo Egram & Cubitum (**Ellebogen** / ſed rectius Helenobogium ſecundum Aventinum l. 2. Annal. f. m. 415. dictum) & alia in Franconibus oppida, & d. Friderico III. Grecium dono accepit, ut narrat Bonfin. Decad. 3. l. 3. f. 432. & Æneas Sylv. in Hiſtor. Bohemica c. 53. Sed quod de Egrâ & Grecio auctores illi retulerunt, apertè falſum eſt, cum Egra civitas Imperialis Johanni Regi & Regno Bohemiæ à Ludovico IV. Imperatore oppignorata adhuc in regni ſit dominio, ut ſeq. Sect. 4. c. 2. th. 2. in explic. demonſtravimus, Grecium verò Styriæ caput, & Archiducum ſedes in horum poteſtate ſemper permanſerit, ut notiſſimum eſt.

Fuit autem ille trium Imperatorum (nimirum dictorum Sigiſmundi & Alberti ac Friderici III. ſecundum Reuſn. d. l.) ſucceſſivè Cancellarius, ut narrant iidem ibidem.

Genealogiam illorum vide apud Henning. in Theatr. C. ſub Monarch. IV. P. prior. f. 425. & ſeq. Reuſn. & Theobald. d. l. Quoniam ergò, ut modò relatum, feuda ab Imperio tenent, Jus Seſſionis & Suffragii in Comitiis Imperii meritò obtinent, ſicuti etiam Henricus primùm in Comitiis Imperii 1641. comparuit & Receſſum illius ac ultimus ſuæ Familiæ Franciſcus Erneſtus ſæpè dictum R. J. de anno 1654. ideò ſimul ſubſcripſit.

De cenſu illorum nihil reperivimus.

Ungnadii origine tenus Weiſſenwolffii dicti, & ex Baronibus de Sonneck (in quos ipſos in Johanne Imperator Fridericus III. anno 1492. evexit, referente Dreſſero in Iſagog. Hiſtor. parte 4. p. 580.) in Davide nuperè, & ſi rectè meminimus, à Ferdinando III. in Comites evecti.

Dreſſer. in Chronico illius familiæ poſt pr. narrat eos ex Diœceſi Bambergenſi jam olim in Carinthiam migraſſe: Sicuti etiam quidam ex his Weiſſenwolffiis nomine Theodorus Conrado III. Imperatori in expeditione Aſiaticâ anno 1147. comes fuit. Et anno 1220. Johannes & D. Henricus cum Imperatore Friderico II. in terram ſanctam profecti Romæ in ponte Tyberino equites creati ſunt. Ac 1223. Henricus Dominus à Weiſſenwolff prælio illi ingenti inter Bernhardum Carinthiæ Ducem & Eckbertum Bambergenſem Epiſcopum geſto, magnâ cum gloriâ interfuit, ut legi poteſt apud Megiſer. in Chron. Carinth. l. 8. c. 16. & Dreſſer. in d. Chron. p. 15. & ſeq. ubi in ſequentibus plura generoſa facta narrat.

Cauſam cur nomen Ungnadiorum obtinuerint refert Dreſſer. d. p. 580. & in Chronico dicto p. 14. hanc. Cum Henricus ex hâc gente Ulrico Carinthiæ Duci militans unà cum eô arcem Schachenſtein, quam tyrannus quidam incolebat, multaq; incommoda inde vicinis ferebat, expugnaret, & nullis precibus à tyranni uxore, ut parceret, flecti poſſet, illa altâ & ſæpiùs iteratâ voce exclamavit **Ungnad** / & ex eo cognomen hoc Weiſſenwolffius ſumſit, ac ad poſteros ſuos propagavit. Quam hiſtoriam etiam latiùs recenſet Peccenſtein in Theatro Saxon. p. 1. c. 19. f. 323. ubi id anno 1186. factum eſſe

ſcribit, tyrannumq; illum vel potius prædonem Turpinum a Schachenſtein vocat. A.

Anno 1462. *Imperator Fridericus III. Johanni Ungnadio arcem Sonneg cum pertinentiis in feudum conceſſit, ut apud Dreſſer. in d. Chron. p.38. legi poteſt. Unde poſtea Barones de Sonneg ab Imperatore Ferdinando I. vocati ſunt, ut ex literis conductitiis illius ib. p.46. conſtat.*

Illorum majores & progenitores vide apud Lazium de Migrat. Gent. l.6. f. m. 201. & Spener. p.1. Theatri Nobilit. f.47.

Sinzendorffii (quorum Stemma à Cunrado, qui anno 1270. *vixit, deducit Ritterſh. in Genealog.) in Pilgramo II.* qui ab anno 1576. usque 1632. vixit, *Barones in Ernſtbrun & in Georgio Ludovico, ac cognatis Johanne Joachimo & Rudolpho Comites & S. R. J. Theſaurarii hereditarii, ſub Architheſaurario Electore Palatino in præc. Comitiis Ratisponenſibus anno* 1653. *facti ſunt, ut legi poteſt apud eundem d.l. & nos tunc obſervavimus.* B.

Pertinent autem hi ad Circulum hunc Suevicum & quidem *ratione Dynaſtiæ Neoburgi ad Oenum* à Salmenſibus emptæ, *ut ſeq. th.6. ſub his* diximus.

Quoniam verò illa propriè ad Circulum Auſtriacum pertinet, hæc verò à Collectis Imperii ordinariis exemta eſt, putamus illam ratione collectarum ad Circulum hunc Suevicum relatam eſſe.

Quibus addendum dicti Johannis Joachimi fratrem Rudolphum Eidem Receſſui ſub claſſe Comitum Inferioris Saxoniæ & Weſtphaliæ ſubſcripſiſſe, nobis etiam incognitâ ratione.

Tandem ex Comitibus Receſſui illi etiam in hâc claſſe ſubſcripſit *Maximilianus Comes de Wallenſtein* Conſiliarius intimus & ſupremus Camerarius Imperatoris, *verum* qualia Imperii bona poſſederit, & quid imperio contribuerit, ignoramus.

De Baronibus de Grafeneg in Sueviâ habitantibus, ex quibus Ludovicus *R. J. de anno* 1551. Ludovicus C. Junior *de anno* 1559. 1566. 1570. & 1576. ac, plura omittendo, Joachimus Abbas Fuldenſis nuper *R. J. de anno* 1654. nomine familiæ ſuæ ſimul ſubſcripſit, *notandum* illos antiquos Barones eſſe, ut legi poteſt apud *Bucel. in German. Sacrâ & Profanâ, in ſubjecta Geneal. Notit. f.*203. uti illorum progenitores refert: *Sicuti etiam Cruſ. P.3. l.3. c.12. poſt pr.* Ludovici qui anno 1303. vixit meminit.

Illorum cenſum habet Zeiller. Tit.7. n.37.

Gundelfingenſes Barones olim Helffenſteinii ut conſtat *ex ſubſcr. R. J. de anno* 1613. *Comites Furſtenbergici*, ut paulò ante ſub illis deduximus.

Illorum cenſum habet Zeiller d. Tit.7. n.30. p.498.

Ubi monere volumus hunc Baronatum diverſum eſſe ab illo, quem Duces Bavariæ vel Duces Palatini Neoburgici poſſident, de quo *Hund. p.1. f.215. & Zeill. in d. Deſcript. f.* 538. *ac de Decem Circulis Tit. 4. p.*139. legatur. D.

Poſſeſſores & Domini Dominii Juſtingenſes hodiè quidem ſunt Barones de Freiberg, ut *Zeiller. in Contin. Itin. Germ. c.1. f.20.* rectè annotavit & ex ſubſcriptione *R. J. de anno* 1555. 1566. 1576. & aliorum conſtat. *Sed de* iſto dominio inter illos & Colonellum Kellerum gravis lis præterito tempore orta eſt, dum hic ex aliquâ tranſactione ejus dimidium prætendit, & poſſeſſionem arripuit, illi verò Noribergæ in tractatu Executionis anno 1649. reſtitutionem urſerunt, ut *Idem in Deſcr. Sueviæ Chronico illius ſuffixo p.*515. refert, ſed illam adhuc anno 1654. non obtinuerunt, ut ex Liſtâ reſtituendorum à *Sprengero in Lucernâ Moderni Status p.478. relatâ n.66.* patet. Interim tamen poſſeſſorum nomine d. R. J. Albertus Erneſtus Baro de Freiberg ſubſcripſit.

Sunt verò Freibergii iſti antiquiſſimæ familiæ, ut apud *Cruſ. p.2. Chron. Suev. l.6. c.7. in pr. & p.3. l.2. c.12. f.89. ac Hund. p.2.* deß Bäyriſchen Stam̃-Buchs *f.95. & ſeqq. & Spener. in Hiſtor. Inſignium Illuſtrium l.3. c.40.* legi poteſt. A.

Illorum cenſum habet Zeiller. d. tit.7. n.41.

Mundelheimienſe dominium antea ad Barones de Freundsberg ſpectans ad Duces Bavariæ hoc modo pervenit. Cum ultimus ejus familiæ Georgius maſculis hæredibus careret, & Otto Henricus Comes Schwarzenburgicus ex illius ſorore Catharinâ anno 1582. mortuâ filiam nomine Mariam progenuiſſet, hæcque Chriſtophoro Fuggero nupſiſſet. Hic verò tam ad jus uxoris quàm, à patre Johanne Fuggero in hæreditatem defuncti poſtea Georgii Freundsbergii magnas factas impenſas Mundelheimium poſſideret, de illo ideo primùm inter hunc Fuggerum, dictum Comitem Schwarzenburgicum & Wolffgangum Wilhelmum Baronem de Maxelrein, & poſt illorum mortem inter Fuggeri & Maxelreinii filios dictum Chriſto- B. phorum & Wolffgangum Vitum lis oriretur, ad hujus petitionem Maximilianus Dux Bavariæ, tanquam territorii Dominus, circa annum 1612. dictum litigioſum Dominium occupavit, & ita illud in ejus poteſtate permanſit, ut à *Zeiller. in Continuat. Itinerarii Germaniæ c.30. n.32.* refertur, ſicut etiam dictum *R. J. de anno* 1641. per Legatum dictus Dux & Elector ac *de anno* 1654. ejus *vidua tanquam tutrix* nomine illius Dominii etiam per legatum ſubſcripſit.

Tandem etiam in hâc claſſe Franciſcus Abbas deß Gotteshauſes *S. Blaſii* auff dem Schwartzwald wegen der Herrſchafft Bondorff *R. J. de anno* 1641. & 1654. *ſubſcripſit.*

TH. VI.

Ad claſſem Wetteravicam pertinent ſequentes Comites de Naſſau in Sarbruck, & reliqui, exceptis Dillenburgicis, qui ad circulum C. Weſtphalicum ſpectant, de Sayn & Wittgenſtein; de Hanau; de Solms; Wild- & Rheingravii de Salm, in Iſenburg & Budingen; de Leiningen; de Stolberg; de Waldeck & Pyrmont; de Schvvarzburg; de Mansfeld; de Daun & Falckenſtein; de Ortenburg; de Gleichen; de Wiedt, Bergenſes, Hohenſteinii; Rutheni Domini Rappolſteinii, & Schönburgici ac Barones de Fleckenſtein & Kreichingen, quibus tandem annumerandi ſunt Poſſeſſores Comitatus Königſtein, Epſtein & Beuchlingen.

Explic.

I. P*Ræmittendum hic Wetteraviam* à fluvio interfluente Wetter & notâ terminatione Germanicâ Au dictam ſecundum *Cluverium in Introduct. Geo-* D. *graph. l.3. c.16. Sect.2. eſſe nobilem tractum* in aditu Haſſiæ Superioris inter Bineium amnem, Rhenum, Haſſiam & Archiepiſcopatum Colonienſem (adde Ducatum Montenſem) comprehenſum. *Quâ verò* ille ad fines dicti Epiſcopatus & Ducatus pertingit, appellatur der Weſterwald. *Continet verò ſub ſe ex* prædictis Comitibus & Dynaſtiis omnes præter Saræpontanam, Salmenſem cum appertinentiis, Falckenſteinium & Bergenſem ac Fleckenſteiniam & Krichingenſem Dynaſtiam trans Rhenum, & Hohenſteinium, Mansfeldicum, Stolbergenſem, & Gleichenſem, nec non Dynaſtiam Ruthenorum & Schonburgiorum, cis Wetteraviam, & tandem Comitatum Ortenburgicum in Bavariâ ſita.

II. *Collegium horum Comitum, Baronum & Dominorum ſemper inter ſe conſtituere Directorem & vice Directorem, prior* à tempore præteritorum Comitiorum fuit Johannes Comes à Sayn & Wittgenſtein, poſte-

poſterior Adolphus Comes Salmenſis, ut ex ſubſcriptione illius Receſſus conſtat.

III. *Comites hos cum Comitibus Svevicis in ſeſſione alternare ut praec. th.5. expl.1. dictum eſt.*

Quod nunc Comites Naſſovicos concernit, illi ad diverſas pertinent claſſes, ut in ſequentibus theſibus demonſtrabitur. *Sed hoc* ſaltem Naſſovici in Sarbruck, qui iterum particulares lineas in ſpecie *Sarapontanam*, *Weilburgenſem & Wisbadenſem* conſtituunt, conſiderandi ſunt.

Tota verò illa ampliſſima Domus in ſex lineas principales diviſa utpote *Primo* Naſſoviacam Bredanam, quæ ſub ſe continet Principes Arauſionenſes. *Ubi notandum Dominium Bredanum* cum ejus cognomine urbe anno 1329. *à Gerhardo de Raſſingen Johanni Duci Brabantiæ & ab hoc Johanni Domino de Polanea* iterum venditum eſſe anno 1351. & *hunc* anno 1377. mortuum *reliquiſſe filium cognominem, hunc verò filiam unicam Johannam uxorem Engelberti Com. Naſſ. matrem Johannis Comitis in Naſſau, Diez. & Vianden. Breda Dominum, hunc autem* cum uxore Mariâ Comite Loenſi procreaſſe *Engelbertum & Johannem*, & ex his *priorem* in diviſione fraternâ ſimul dictum dominium obtinuiſſe; *ac ita ad poſteros ſuos illud tranſmiſiſſe, ut refert Orlers* In dem Naſſauiſchen Lorber-Crantz *f. 75.* *Secundo* Naſſovicam Dillenburgenſem, quæ iterum in quatuor ſecundarias lineas Dillenburgenſem in ſpecie, Hadamarienſem, Siegenenſem & Dietzeoſem diſtributa fuit. *Tertiò, Quarto & Quinto* in dictam Saræpontanam, Weiburgenſem & Wisbadenſem Izſteinenſi conjunctam, ac *Sexto* Beilſteiniam, quæ tamen præterito tempore exſpiravit, ut legi poteſt apud *Zeill.* von den Zehen Creyſſen *tit. 8. n. 21. Rittersh. in Tab. Genealog. & pleniſſime Spener in Indice ad p. 1. Theatri Nobilitatis. Ubi monendum omnes has lineas in Circulum Rhenanum ſuperiorem, Beilſteinam verò in inferiorem, Dillenburgicam in Weſtphalicum, & Bredanam in Burgundicum pertinere, ut inter alios refert Zeiller. de Circ. Imper. d. Tit. & n. 21.*

Uſi ſunt ab antiquo titulo der Erb-Voigte deß Rheins / ut inter alios refert *Rittersh. in Exegeſi Hiſtoricâ aliquot Genealogiarum* ſub Comitibus illis.

Quibus addendum Comites hos antea ſe Comites in Lopern & Dominos in Laurenberg & Sonnberg ſcripſiſſe & poſtea demum omiſſo illo titulo ſe Comites Naſſovicos vocaſſe, ut tradit *Textor in illorum Chronico. p. 34.* & titulus Dominorum à Sonneberg ex antiquis documentis & in ſpecie Equeſtris ludi ſecundi catalogo apud *Medium d. l. 1. f. 21. & 22. conſtat.*

Antiquiſſimæ verò ſunt originis & quidem ſecundum nonnullos à Theodorico, qui Seculo Septimo jure uxoris primus ſcribitur factus Comes, ut legi poteſt apud *Textorem in d. illorum Chronico p. 32. & 45.*

In ſæpè dictâ Henrici I. Imperatoris expeditione ſimul fuit Johannes & Henricus, ut refert *Medius d. Tomo 2. f. 1. ac 3. & ſecundum Sprenger. d. l. 3. c. 28. n. 2. Otto præfectus militiæ* illius ſepultus anno 957. ac in *torneamento primo ſeq. f. 17. Otto alius, & in ſecundo f. 22. ac tertio f. 25. Walrabus.*

Denominationem ſuam habent ab antiquiſſimâ arce cognomine in Circulo ſuperiori Rhenano ſitâ, ut legi poteſt apud Zeill. d. tit. 8. p. 716.

Ex hâc gente anno 1292. Cæſar electus fuit Adolphus, ſed infelici ſucceſſu, utpote ab Alberto I. Imperatoris Rudolphi I. filio adverſus illum in Cæſarem electo propè Spiram prælio ſuperatus & occiſus, ſicuti legi poteſt apud *Cuſpin. in Ejus vitâ circa fin. & plenius apud Lehman. in Chron. Spirenſi l. 5. c. 118. circa fin. Plura de hâc familiâ habet Spener. in Hiſtor. Inſignium Illuſtrium l. 3. c. 26. Textor. in d. Illorum Geneal. & Cognatos in Eadem.* [illegible]

A. *Qui ex hac Domo nuperè in Principes Imperii evecti ſint, præc. Sect. 2. c. 2. th. 12. in expl. ſub Ferdinando III. Imperatore annotatum eſt.*

De illorum inductione legi poteſt Zeill. d. n. 28. Illorum genealogiam in diverſis lineis vide apud Herzog. in Chron. Alſatiæ l. 2. f. 51. & ſeqq. Rittersh. in Tabulis Textor. in illorum Chronico & alios paſſim.

De Comitibus in Sayn & Wittgenſtein obſervanda ſeqq.

1. Utramq; familiam & antiquiſſimam, & ex priori in ſæpè dictâ expeditione Henrici I. Imperatoris reperiri Gerhardum, ac in primo ludo Equeſtri Gertenum; ac ex poſteriori in eadem expeditione & ludo primo Dieterum tanquam Mareſchallum Equitatus ab Archiepiſcopo Colonienſi miſſi; inter Moderatores ludi ejuſdem *Ellingerum, in ſecundo verò Schvvichardum, ut legi poteſt apud Medium d. Tomo 2. l. 1. f. 1. & 13. 14. 15. 21.*

2. Utramq; cum Comitum Spanheimiorum familiâ
B. *per duplex connubium unitam fuiſſe, & quidem Saynenſem* cum illa circa initium ſeculi decimi tertii, quo *Johannes Comes de Spanheim* Adelheydam unicam Henrici filiam, & poſteà fratris Henrici II. heredem matrimonio ſibi junxit, & *ex ejus poſteris Gottfridus natu junior frater titulum Comitis de Sayn aſſumſit* ac retinuit; *Wittgenſteinenſem verò*, cum Salentinus dicti Gottfridi Pronepos Eliſabetham Comitatus illius heredem circa medium ſeculi decimi quarti in uxorem duxit. De quo etiam legi poteſt *Freher. l. 2. Origin. Palat. c. 7. f. 27. & ſeq. ubi ſimul tradit Saynenſem Comitatum eſſe feudum Electoris Palatini.*

Illius frater Johannes cum poſteritate ſe in ſpecie Comitem in Sayn; hic verò, nempè Salentinus cum ſuis poſteris, ſe Comitem à Sayn in Wittgenſtein ſcripſit.

Cum verò in illius poſteritate, & quidem Henrico anno 1606. linea illa deficeret, Ludovicus ſenior, omnium hodiernorum Comitum progenitor, utrumq; Comitatum
C. *iterum conjunxit, & ab illo tempore Succeſſores ejus utroq; titulo conjunctim utuntur.*

3. Diviſam tamen iterum eſſe illam familiam in Saynenſem & Wittgenſteinenſem, ex quibus poſteriores, qui nempe iſtum Comitatum poſſident ſolùm in hanc claſſem, priores verò inter Comites Weſtphalicos referuntur, ut ex ſubſcriptione ſæpiſſimè dicti R. J. de anno 1654. in utroq; loco, & Sprenger d. l. 3. c. 31. n. 1. cognoſci poteſt, ſicuti etiam in ſeq. th. 8. in expl. de illâ egimus & controverſiam 1. de jure ſuccedendi in illum Comitatum poſt mortem Hermanni ultimi maſculi ex lineâ Saynenſi inter ejus filiam Annam Eliſabetham, & Electorem Trevirenſem nec non Palatinum de caducitate feudi illius ortam 2. inter dictæ Annæ Eliſabethæ ex filio Erneſto neptes & hujus, puta Erneſti, fratrem conſanguineum Chriſtianum de jure ſuccedendi ſimiliter motam remiſſivè tractavimus.

4. Comitem Johannem poſt pacificationem Oſnabrug-
D. *genſem ab Electore Brandenburgico hodierno obtinuiſſe Comitatum Hohenſteinium cum dominiis Lohrâ & Klettenbergô, & ſub illo titulo ſimul Receſſum Imperii anno 1654. ſubſcripſiſſe.*

5. Illorum cenſum quoad Comitatum Wittgenſteinienſem referri à Zeillero de Decem Circul. Tit. 8. n. 28.

Circa Hanovienſes Comites monendum, illos etiam pervetuſtæ originis eſſe, & ſæpè dictâ expeditioni Reinberum ac Gerardum, & torneamento ſecundo iterum Reinberum ac Ulricum primo ludo Equeſtri anno 938. Magdeburgi habito interfuiſſe, ut narrat *Medius d. Tomo 2. l. 1. f. 2. 3. 16. & 21.* cujus etiam meminit *Dilichius in Chron. Haſſiaco parte 1. p. 53. & ludo ſexto alium Ulricum, ut refert idem Medius f. 34.*

Fuit hæc familia in Münzenbergenſem & Liechtenbergenſem, poſtquàm Philippus Reinhardi filius per nuptias cum Margareta Ludovicâ Jacobi Comitis Bipontini filiâ anno 1560. referente *Herzogio in Chron. Alſat. l. 5. f. 52.* contractas, reliquam partem hujus

Comitatus acquiſiviſſet, *diviſa, ſed per mortem Johannis Erneſti, ann. 1642. prior exſtincta eſt*, ut refert *Zeill. in Contin. Itiner. Germ. c.8. f.107. & de Decem Circulis d. tit. 8. n.24. ac Spener. in Indice ad d. p.1. Theatr. Nobilit. nec non Abelinus Tomo IV. Theatr. Europ. f.837. Hinc Lichtenbergici fratres Fridericus Caſimirus Johannes Philippus & Johannes Reinhardus poſt mortem patris Philippi Wolffgangi ſe ita diviſerunt, ut primogenito* Hanovia urbs (quæ ſecundum *Spreng. in Inſtit. Jur. Publ. l.3. c.28. p.464.* à Comite Philippo anno 1528. ædificata & præteritis annis à Batavis exulibus novâ urbe aucta, eleganter ornata & valde munita, initium verò ejus exſtructionis anno 1610. ſecundum *Meteran. l.29. f.560. & ſeq.* adepta eſt) cum illius diſtrictu ſivè Comitatu Munzenbergico *Medio* arx & urbs Bobenhauſen vel Babenhauſen in Wetteraviâ cum illo diſtrictu, & *Ultimogenito* tractus Busweiler cum arce & oppido, nec non arce Biſchofsheim **am Steige** in Alſatiâ inferiori obvenerit, ut legi poteſt apud *Zeiller. d. n.24. Sprenger. d. l.3. c.28. p.1. Ritterhuſ. in Opere Geneal. & Spener. in Indice ad P.1. Theatri Nobilitatis.*

Sed primus nullos habet liberos, medius ſine iis mortuus eſt, & ultimus iis ſolùm gaudet.

Ubi notandum, inter dictum Johannem Reinhardum Lichtenbergicæ lineæ, & Philippum Ludovicum ac Albertum Muntzenbergicæ lineæ *pactum unionis anno* 1610. confectum & eodem à Rudolpho II. Imperatore confirmatum eſſe, ut legi poteſt in *Diar. Europ. Contin. 18. in Appendice.*

Quibus addendum defunctum Electorem Saxoniæ Johannem Georgium I. ab Imperatore Ferdinando II. anno 1625. *exſpectativas* in feuda Comitum horum Imperialia obtinuiſſe, ut jam *prac. Sect.2. c.2. th.8. expl.2. ſub illis in Tertiâ Ducum claſſe* annotavimus.

Prætendunt verò Comites hi lineæ Lichtenbergica ex jure ſucceſſionis, quod Philippus I. per matrimonium cum Annâ Ludovici Domini in Lichtenberg, ut apud *Herzog. in Chron. Alſatiæ d. l.5. f.34.* legi poteſt, ultimi Baronis & primi Comitis Lichtenbergici filiâ anno 1458. contractum ut apud *Zeiller. in Continuat. Itiner. c.8. n.15.* refertur, *jus & titulum* **deß Ober-Voigts und Marſchalcks zue Straßburg** / quod tamen Civitas impugnat, ut *ſeq. c.9. th.7. in expl. ſub illâ urbe* etiam adduximus.

Sed notandum Lichtenbergicos & horum hæredes Hanovienſes ſaltem Epiſcopatus dicti Mareſchallos eſſe hæreditarios, ut ex *Herzog. l.4. f.118.* cognoſcitur, adeoq́ue procul dubio Præturam illam ſuperiorem ſaltem Epiſcopalem Juriſdictionem concernere.

Plura de illâ familiâ legi poſſunt apud Eund. d. l.5. f.61. & multis ſeq.

Illorum genealogiam in diſtinctis illis lineis vide apud Eundem ibid. & Rittersh. in Opere Genealog.

Quibus addendum in Comitum horum familiâ jus primogenituræ ab aliquot ſeculis introductum fuiſſe vigore pacti inter Ludovicum Comitem & ejus uxorem Eliſabetham Comitem Wertheimienſem anno 1375. confecti & à Rudolpho II. Imperatore anno 1607. ac à Ferdinando II. Imperatore anno 1620. confirmati, & in *Diar. Europ. Contin. 18. in Appendice* relati.

Tandemq́, monendum inter dictum Comitem Fridericum Caſimirum & ſubditos ſuos in Comitatu Munzenbergico nuper Reformatæ Religioois causâ magnum diſſidium ortum ſed per certa pacta, vigore quorum religio hæc in illo Comitatu conſtanter ſtabilita eſt, ut legi poteſt **In dem endlichen Haupt-Receſs** apud *Gaſtel. de Statu Publico Europæ noviſſimo c.22. n.58.* compoſitum fuiſſe.

Quo ad Solmenſes notanda ſequentia

I. *Illos quidem hoc nomine & titulo ante Seculum IX. ignotos fuiſſe, ſed vetuſtiorem prætendere originem, illam ab Eberhardi Naſſovia Comitis filio Philippo arcis veteris vel Burgi Solmenſis conditore trahentes*, ut *Orlers in Geneal. Naſſov. & poſt Bilgen. In illorum ipsâ Genealog. Spener. in d. Indice refert*, quod etiam tangit *Maſenius Tomo 2. Annal. Trevir. l.18. n.90.* & *Dilich. in Chron. Haſſ. P.1. p.61.*

II. *Ex illis* in dictâ expeditione Henrici Aucupis adverſus Hunnos comparuiſſe & poſtea primo tornamento interfuiſſe *Wilhelmum*, ut refert *Modius d. Tomo 2. f.2. & 15.* & in undecimo *Philippum f.58.* Cujus poſteros narrat *Bilgenus in d. Genealog.*

III. *Diſtingui illos hodie in lineam Braunsfelſiam*, quæ tres habet ramos, Braunsfelſiam in ſpecie, Hungenſem & Greiffenſteiniam:

Et Lichenſem, quæ iterum duos habet ramos Lichenſem in ſpecie & Laubachiam in tres particulares iterum ramos, Laubachiam in ſpecie, Sonnewaldenſem & Rætels- vel Rudelsheimenſem ſubdiſtinctam, quarum communis genitor fuit Otto, ut refert *Rittersh. in Opere Geneal. & Spener. in d. P.1. Indice & Tabulis eo pertinentibus, nec non Zeiller. d. Tit. 8. n.27. p.667. & ſeqq.*

Cenſum illorum refert Idem d. l.

Ubi porro notandum illos ratione Dynaſtiæ Paut vel Baruth & Wildenſels, nec non Bucho, uti etiam Dominii Sonnenwaldæ à Philippo Comite anno 1537. emti & in Luſatiâ inferiori ſiti eſſe vaſallos Electorum & Ducum Saxoniæ, ut refert *Peccenſt. in d. Theatro P.1. c.12. f.161. & c.19. f.322. & Zeill. in Contin. Itiner. Germ. c.4. n.24. & tandem addendum*, quod Comites hi anno 1578. inter ſe certum quoddam *pactum hæreditario ſucceſſivum* inierint, cujus capita refert *Spreng. in Ellychn. p. m. 1879. De Prætenſione quam Georgius Haſſiæ Landgr. in Darmſtad. in arcem & præfecturam Braunfels ac quartam partem civitatis Buzbach contra Solmenſes movit, vide in illius deductione in hoc negotio editâ apud Lundorp. Contin. P.3. l.2. n.60. f.572. & ſeq.*

Salmenſes ſimul Rhein- & Wildgravii ſivè Comites Rhenani & Sylveſtres exinde audiunt, quia tres hæ familiæ tandem in unam, nempe Rheingravienſem, (exceptis Salmenſis in Rifferſcheid & iis, qui io Auſtriâ quædam bona poſſident, de quibus *ſeq. th. 8. in expl.* diximus) *per matrimonia* Johannis I. Rheingravii cum Hedwige Conradi Wildgravii in Dhaun. & ejus nepotis Johannis III. cum Adelheidâ aliûs Conradi Wildgravii, nec non hujus iterum nepotis Johannis V. cum Johannâ Simonis Salmæ Comitis unicâ filiâ & hærede *contracta*, ut refert *Rittersh. in Illorum Tabulis Genealog. & Spener. in Indice ad d. P.1. Theatri & Tabulis iſtis coiverunt.*

Unde verò nomen Sylveſtriam horum Comitum ortum trahat, adhuc controverſum eſt, dum nonnulli & inter hos Pappenheimius in Origine ſua Familiæ c.24. Lazius de Migrat. Gent. l.7. f. in. 277. Cruſius P.2. Ann. Suev. l.12. c.17. & Albinus **In dem Stamm-Baum** *ſub illorum Genealogiâ* illos ab Ottone Comite Palatino à Wittelsbach, qui Imperatorem Philippum nefariè occidit, deſcendere, *& quia* in exilium acti ob vindictæ vel pœnæ metum ſe in abdita & Sylveſtria loca ad Rhenum contulerunt, illud nomen inde obtinuiſſe referunt, de quo etiam legi poteſt *Hundius* **In dem Bäyriſchen Stamm-Buch** *P.1. f.136.*

Sicut etiam Rittersh. in Opere Geneal. ſub Wildgraviorum Tab. Ottonis illius filios Dietericum, Gerhardum & Brunonem ex Bavariâ in Sylvam Arduennam pulſos eſſe ſcribit, & poſtremos duos expreſſe Wildgravios vocat, & Gerhardum Archiepiſcopum Moguntinum in ordine 35. apud *Bucelin. in Germ. Sacra P.1.* Wild- vel Waldgravium dictum præfati Gerhardi ex filio

Digitized by Google

filio Conrado nepotem facit, de quo etiam legatur A. *Henning. in Opere Geneal. T.4. f.195. & 229.* ubi integram Genealogiam habet.

Alii verò cum Frehero l.2. de Orig. Palat. c.10. f.m. 45. Wildgravios illos à tractu illo trans-Rhenano, qui corrupte Hundesrucken dicitur, ſylvis ingentibus horrido & montibus aſpero, in quibus majores illorum tunc conſederunt, *& Rheingravios à pagi illius Rhenenſis antiqui, (cujus diſtrictum & loca idem prac. part.2. c.6. refert) qui Franciscè* Rinecchgowe *dictus eſt, inhabitatione dictos eſſe conjiciunt.*

Sed Spangenbergerus in Speculo Nobilitatis p.1. l.10. c.25. ac Chron. Querfurt. l.2. c.24. nec non ipſe Freher. ad Andr. Presbyter. Ratisbon. Chron. p.221. illos ideo Wildgravios vel Comites Silveſtres nominatos eſſe putat, quia primùm ab Imperatoribus illius temporis ſilvis & ſaltibus regiis, tanquam Judices & advocati vel præfecti Voigte/ Verwalter oder Richter über die Königlichen Gewilenüſſe/ Gehöltze und B. Wälder *præpoſiti fuerunt.*

Ita enim primus narrat Carolum Regem Franciæ, poſtea Imperatorem, cognomine Magnum, anno 792. Lydericum Comitem Harlebeckium Comitem Foreſti & Silvæ Arduenna ac omnium Sylvarum Flandriæ *ſub titulo Saltuarii & Foreſtarii Flandriæ* (de quo etiam agit *Roſieres in Stemmate Lotharing. Tomo 3. f.159.*) *conſtituiſſe, quod procul dubio ex Meyero Annal. Flandriæ L.2. in pr. deſumſit. Cenſetq; Comites de Epſtein ab illo officio ſe etiam Comites Silveſtres nominaſſe.*

Nos in hac diverſitate, nihil quidem definimus, præſertim, quia magis conjecturis, quàm certis probationibus pugnatur, & quoad primam opinionem Aventin. l.7. Annal. Bojor. f. m. 406. expreſſè fatetur, ſe de liberis dicti Ottonis de Wittelſpach nihil certi comperire potuiſſe, adeoque nihil aſſerere poſſe, ſicuti C etiam ideò *Brunn. in Annal. Similibus part.3. l.13. p. m. 627. & ſeqq.* de iis planè nihil memorat, reliquique noſtri Hiſtorici noſtro ſcitu idem faciunt: *ut taceamus* ex dictis præſumtivis filiis Gerhardum & Brunonem jam Wildgravios à quibusdam, & inter illos Rittershuſio ipſo d. l. dici, *non autem præſumendum eſſe*, tanti criminis, perduellionis ſcilicet, reos contra jura ſtatim ab Imperatoris Philippi Succeſſore, Ottone nempe IV. in tale dignitatis faſtigium collocatos fuiſſe.

Putamus tamen, ſalvo aliorum judicio, poſtremam opinionem maximè probabilem eſſe, quia ex Hiſtoricis & actis publicis notum eſt: olim pleraſque magnas ſilvas & illarum commoda ad fiſcum regium pertinuiſſe, adeoque Imperatores illarum magnam curam habuiſſe, *ut præter ex Spangenbergo jam adductum exemplum recentiora illius rei occurrunt in Henrico VII. Imperatore, qui* ad eò melius curandum & in priD. ſtinum vigorem reſtituendum propè Noribergam ſitum Imperii nemus *certos Officiales & Foreſtarios* conſtituit, & in *Ludovico IV. Carolo IV. & ejus filio Wenceslao: Sicuti etiam Friderico III.* idem curæ fuit, ut legi poteſt in illorum Conſtitutionibus apud *Goldaſt. Tomo I. Conſtit. Imperial. ad ann. 1309. & ſeq. f.318. & ſeqq. In Collectione Conſtit. Imperii ad ann. 1358. f.368. & ſeqq. Parte 2.* der Reichs-Satzungen *ad annos 1331. 1347. 1350. 1358. 1396. 1452. & 1476.*

Ad familias ipſas per matrimonia ita coalitas accedendo, putamus dignitatem & familiam hanc Wildgraviorum antiquiorem eſſe, quam ut ab Ottonis prædicti liberis vel poſteris derivari poſſit, ſiquidem referente Henninge in Genealog. Tomo 4. parte priori f.229. Gerhardus jam anno 1150. rexit Comitatum Wildenſem, & ejus filius Conradus vivens bona ſua inter ſuos filios diviſit, Gotfrido arcem Dhaun & Grumbach, & A. *Emichoni Kyrburg & Schmiedburg attribuendo, unde prior ſe Comitem Wildenſem in Dhaun, & poſterior in Kyrburg ſe ſcripſit.*

Rheingraviorum quoq; familiam valdè antiquam, adeoq; etiam ante dicta Wittelſpachiorum tempora, in flore fuiſſe certum eſt: Siquidem plerique illam à Cantore Pagi Rhenenſis Comite, qui anno 764. Monaſterium Laureshamenſe cum matre Williswinda, ut legi poteſt in *Chronico illius Monaſterii in pr. apud Freher. Tom.1. Scriptor.* Germ. f.56. *Alii verò*, interq; illos *Rittersh. in illorum Genealogiâ ab Adelhelmo, qui circa annum 670. vixit, derivant.*

In Ludis Equeſtribus primis reperitur Philippus Comes à Rheingravenſtein apud Modium d. Tom. 2. f.15. ubi notandum vocem illam Rheingravenſtein compoſitam eſſe à Rheingrave & Stein, ita enim ſe ſcribunt, ut *ſeq. n.4.* notatum.

B. *Sed Salmenſium familia vetuſtate inter reliquos eminet, deſcendit enim illa, ut antiquiora & fabulas ferè ſapientia (de quibus legi poteſt Roſieres in Stemmate Lotharingico Tomo 4. f.186. Hennig. in Opere Geneal. P.4. f.321. & ſeqq. & Reuſn. in Opere Genealog. f.527.) omittamus, ab Henrico, qui anno 771. hereditario jure* Comitatum Salmæ, *una cum primariâ urbe ejuſdem nominis in Ducatu Lucelburgenſi ſitum obtinuit*, ut refert *Roſieres in Stemmate Lotharingico Tomo 3. f.159. & ſecundum eundem ibidem, uxorem Ermingardam Loberi Moſellani Ducis filiam habuit*, ubi ſimul illius ſucceſſores refert, quod etiam facit *Lazius l.3. f.79. Quibus junge quæ habet Spener. P.3. Theatri Nobilit. in Indice & de Salma comitatu ejusq; ſitu Brower. Tomo 1. Annal. Trevir. l.1. f.121.*

In ſæpè dicta expeditione Henrici I. Imperatoris & primo torneamento reperitur Henricus Salma Comes C *apud Modium d. Tomo 2. l.1. f.2. & 15.*

Ubi notandum 1. illos ob dictam antiquitatem tam paternam quam maternam ab Imperatoribus Veteres Comites in ſpecie nonnunquam nominatos fuiſſe, ut præc. th.4. expl.1. dictum, ac ideò illorum Stemma in diplomate Ferdinandi II. apud Limn. Tomo V. l.5. c.15. poſt Saxoniæ Duces vocari Ein Uhraltes Geſchlecht und Herkommen.

2. *Comites Salmenſes eſſe duplices, Originarios ſcilicet ſive ex illo antiquo ſtemmate ortos, quales illi qui* Comitatum Salmæ Arduennatis & Reifferſcheidium poſſident, de quibus *ſeq. th.8. in expl. & paulò poſt dictum eſt, & qui ſatore Nicolao II. Neoburgi ad Oenum ſedes ſuas fixerunt. Et inſititias, qui ſcilicet* ratione lineæ maternæ vel matrimonii & inde acquiſiti dimidii Salmenſis comitatus, ut paulò ante dictum, titulo illo ſimul utuntur, *quorum hic tractatio ſuſcepta eſt. ... De illis omnibus etiam legi poteſt* D. *Bertelius in Deſcr. Ducatus Luxemburgici, ubi putat Comites Salmenſes Luxemburgicos ab illis, qui in Lotharingiâ degunt ob diverſitatem inſignium diverſos eſſe, ſed nos omnes ejuſdem eſſe ſtemmatis certius putamus.*

3. *Ex his Philippum Ottonem cum omnibus deſcendentibus ab Imperatore Ferdinando II. anno 1623. in Principem evectum eſſe, ut jam ex Limn. d. l. præced. Sect.2. c.7. th.12. in Explic. deductum.*

4. *Illorum titulum in dicto Diplomate eſſe* Wild-Grafen zu Thaun und Kürburg/ Rhein-Grafen zum Stein/ und Grafen zu Salm.

De illorum cenſu vide Zeiller. in d. tr. tit.8. n.22. & ſeq. & Genealogiâ Rittershuſ. Qualia dominia & quibus titulis poſſideant, legi poteſt apud Sprenger. in Ellychnio p. m. 1881. & ſeq.

Quale pactum inter Philippum Ottonem Principem Salmenſem & ejus fratrem Johannem Georgium

Rheingravium de mutuâ ſucceſſione anno 1628. initum, & quomodo illud deinde anno 1647. ab hoc per teſtamentum adductis in eo de cauſis diſſolutum fuerit, & quid prior huic oppoſuerit *apud Eundem in Lucerna Imperii in Adjectis p. m. 636. & ſeqq.* legi poteſt.

Ex priorum Gente Nicolaus II. præterito ſeculo ex Lotharingia in Auſtriam ſe contulit, & ibi ſedem ſuam fixit, Maximiliano I. Imperatori & Succeſſoribus ob militarem ſcientiam & virtutem chariſſimus, ut legi poteſt apud *Reuſner. f. 531. & ſeq. & Ritterſh. in Genealog. Tab.*

Ad hos Comites ſpectavit Dynaſtia Neoburgi ad Oenum, quam hodiè ex titulo emptionis poſſidet Georgius Ludovicus Comes à Sinzendorff, ut patet ex ſubſcriptione R. J. de anno 1654; vide *Zeiller. Tit. 1. p. 55. & prac. th. 5. ſub Sinzendorffiis* notata.

An quidam ex illa familia adhuc vivant, ignotum nobis eſt.

Iſenburgici vel Eiſenburgici Comites, ut refert Spener in Indice ad part. 2. Theatri Nobilit. Gentem ſuam à quodam Heſſone Comite & Domino ab Iſenburg qui anno 1140. floruit, derivant, quoniam antiquiora incerta ſunt, ob diverſas Dynaſtias eodem nomine olim celebres, ut demonſtrat *Idem in Hiſtor. Inſignium Illuſtr. lib. 3. cap. 53. §. 1. & hujus filius* ſcribitur fuiſſe Arnoldus Epiſcopus Ultrajectanus 30. & intra annum 1196. & 1199. Epiſcopatui præfuit, ut legi poteſt apud *Bucelin. in German. Sacra f. 60. Nepos verò Arnoldus* Archiepiſcopus Trevirenſis 90, mortui anno 1259. *Bruno* Epiſcopus Oſnabruggenſis 29. circa medium ſeculi decimi tertii, *Theodorus Epiſcopus* Monaſterienſis circa idem tempus, *& Fridericus Comes*, qui Engelbertum Archiepiſcopum Colonienſem interfecit, ut legi poteſt apud *eundem f. 27. 32. 35. & quo ad poſtremum in Magno Chronico Belgico f. m. 216.*

De iis etiam agit Dreſſer. in Iſagoge Hiſtor. part. 4. Illos tamen demum ſub Ludovico Bavaro Comites factos eſſe Spreng. in Ellychn. p. m. 1875. narrat, ubi in ſequentibus de illius Comitatûs præſtantiâ agit.

Dividuntur in duas lineas Iſenburgicam ſuperiorem cum Budingenſi unam, & Iſenburgicam inferiorem, ad quam Grenſau & Neumagen etiam pertinet, ut refert *Zeiller. d. Tit. 8. n. 26. ubi Dynaſtiam Budingen* ſub Comite Dieterico anno 1442. in Comitatum etiam evectam eſſe & cenſum Imperii recenſet, de quo etiam legi poteſt *Spener d. l. 3. c. 53. §. 3. & 4. Habent inter ſe pactum familiæ* de anno 1517. vigore cujus nemo illorum ex bonis ſuis peregrino aliquid vendere, oppignorare vel permutare poteſt, niſi illud prius cognatis obtulerit: quod ſi hi intra tres menſes voluntatem ſuam non declaraverint, extraneo quidem id concedi poteſt, ſed cum perpetuo reluitionis jure, ut refert *Sprenger. d. l. p. 1826. ubi p. ſeq.* exemplum memorat.

Genealogiam illorum vide apud Ritterſh. & Spener. d. P. 2. f. 12. 60. & 110.

Leiningenſes & VVeſterburgenſes Comites etiam antiquiſſimi ortus ſunt, *ſiquidem ex prioribus* in expeditione ſæpiſſimè dictâ Henrici I. Imperatoris Archiepiſcopi Trevirenſis copias duxit & poſtea primo torneamento interfuit *VViprechtus* Comes referente *Modio d. Tom. 2. l. 1. f. 1. & 16.*

Et poſtea ex illa familia Comes Heribertus Ottonis III. Imperatoris Cancellarius ac deinde Archiepiſcopus Colonienſis anno 1001. fuit referente *Erichio in Chron. Juliac. l. 5. f. 233. & Emicho 32.* Epiſcopus Auguſtanus factus ac anno 1077. mortuus. *Segefridus 39* Epiſcopus Spirenſis anno 1141. mortuus, nec non *Embrico* Epiſcopus Wurceburgicus 29 anno 1147. mortuus eſt, ut legi poteſt apud *Bucelin. in Germ. Sacra P. 1. f. 9. 12. & 14. & medio frater Emicho* ſub Cunrado II. Imperatore anno 1140 Dux Germanici exercitus in Aſia fuit, narrante *Lazio l. 3. f. m. 108.* De quo etiam legi poteſt *Herzog. in Chron. Alſat. l. 5. f. 107. & ſeq.*

Habent hoc privilegium, ut poſſint bannitos Imperii recipere, tradente *VVehnero p. 3. Reformat. Rotvveil. tit. 5.*

Ex poſterioribus verò Hildegardis Hermanni Billingii Saxoniæ Ducis uxor fuit, ut poſt alios refert *Spener. in Hiſtor. Inſign. Illuſtr. d. l. 3. c. 44. in f.*

Ubi notandum ex hâc familiâ Reinhardum in ſeculo XV. Friderici VII. Comitis Leiningenſis filiam Margaretham in uxorem duxiſſe, ejusque filios Reinhardum & Cunonem, poſtquam linea avi exſtincta eſſet, anno 1471. à N. Comite Palatino Rheni tanquam feudi Domino ob jus maternum in Comitatu iſto inveſtitum eſſe, & ſuper illâ inveſtiturâ Imperatoris Friderici III. confirmationem obtinuiſſe, ut apud *Spener. in Indice Theatri P. 1. & Ritterſh. in Tabul. Geneal.* legi poteſt, *atque ita ex coalitione harum familiarum duas Leiningenſium familias*, unam in Dagsburg, alteram in Weſterburg ortas eſſe, & inde utramque familiam vel lineam communi titulo **der Heiligen Römiſchen Reichs** Semper **Freyen** uti, quemadmodum *prac. th. 2. expl. 2.* cum illius tituli origine & acquiſitione annotavimus.

Diſtincta eſt familia illorum principaliter in Leiningenſem, Rixingenſem, ad quam pertinentes ſe ſimul Comites in Rixingen & Dominos in Weſterburg & Schauenburg ac Imperii ſemper Liberos nominant, & Leiningenſem Dagsburgicam, qui *ſe ſimul Dominos in Aſpremont* ex jure materno (nam Emicho VII. Annam Herberti de Eltern, Domini in Aſpremont filiam & hæredem in matrimonio habuit, *ut Ritterſh. in Genealog. Tab. tradit*) vocant, ut legi poteſt in *ſubſcriptione d. R. J. de anno 1654.* & apud *Zeiller. d. Tit. 8. n. 25.*; uti etiam *Herzog. d. l. Sed Dominium illud illis hodie per ſententiam Pariſina Curia ademptum eſt, ut ſeq. th. 8. in expl. ſub. Comitibus Lindenſibus n. 3. deduximus.*

Alias & quidem ſubdiſtinctas lineas vide apud Zeiller. in Topogr. Palatin. Rheni f. 18. & Spener in Indice ad d. P. 1.

Illorum cenſum vide apud Zeiller. d. Tit. 8. n. 25. & Genealogiam apud Ritterſh.

Stolbergenſes Comites ſecundum nonnullos & quidem *Dreſſer. in Iſagoge Hiſtor. P. 4. p. 590. & ſeq. ac Peccenſt. in Theatro Saxon. P. 2. c. 17. f. 254. à Nobili Romano* & Imperatoris Juſtini junioris milite, *Othone Columnâ* deſcendunt.

Cum enim hic circa annum 530. in Harcyniâ ſilvâ & loco, ubi poſtea arx Stolberga exſtructa eſt, nigrum cervum cepiſſet, & Imperatori illi donaſſet, ab illo viciſſim inſigne talis cervi cum clypeo & ſimul locum iſtum pro muneratione accepit. Et inde tractum iſtum ſibi & poſteris ſuis vindicavit, ac non ſolùm ſtemmatis illius, ſed etiam Zollerani, Reinſtenii, & Ruthenici ſator factus eſt, ut ibi legi poteſt.

Sed illud tanquàm fabuloſam relationem rejicit Spener. in Indice d. P. 1. & in Hiſtor. Inſign. Illuſtr. d. l. 3. c. 51. §. 12.

Ex illis in Ludis Equeſtribus quartis Merſeburgi anno 969. celebratis *Henricus* & in ſeptimis *Botho* comparuerunt apud *Modium d. T. 2. l. 1. f. 28. & 37.*

Quantas dignitates & Laudes ex iis nonnulli [illegible] obti-

obtinuerint & meriti fuerint apud *Peccenſt. d. l.* legi poteſt.

Quibus addendum, ex illis VVernigerodenſes à nonnullis piſcationis imperialis præfectos vocari, ut legi poteſt apud Hoeping de Jure inſign. c. 5. §. 29.

Hodiè familia illa ſaltem in Henrici Erneſti & Johannis Martini fratrum (quorum ille Wernigerodæ hic Stolbergæ ſedem ſuam habuit) filiis conſiſtit. *Illorum liberos vide apud Zeiller. de Decem Circul. Tit. 5. n. 18.*

De prætenſione, quam Comites hi in Comitatum Königſtein ab Archiepiſcopo Moguntino Daniele an. 1581. manu militari ereptum habent *in ſequentibus circa fin. hujus explicationis egimus & inſuper Klock. Tomo 2. Conſ. 29. ut etiam Deductio* deß Gräfflichen Stolbergiſchen Erb-Rechts / wie auch *Nullitatum & Vitiorum tam Proceſſus inſtituti quam Tranſactionis* die Graffſchafft Königſtein belangende legi poteſt. *Et illâ quam in Comitatum Rotſchefort* vel Rutſchenfarth contra Comites Lowenſteinios intendunt *Idem Klock. Tomo 3. Conſil. 150. per totum:*

Nec non aliâ, quam cum Comitibus Schvvarzenburgicis ex pacto confraternitatis ſucceſſorio in duas Comitatus Hohenſteinii Præfecturas Lohram & Klettenbergam habent Limn. Tomo V. l. 4. c. 7. n. 52. legi poteſt. *Sed quo ad hanc* per Inſtrumentum Pacis illis omne Jus ademtum eſt, ut *paulo poſt ſub Comitatu Hohenſteinio* demonſtravimus.

Denique obſervandum eſt, Comitatum Stolbergenſem, Moguntinum & VVernigerodanum Electorale Brandenburgicum feudum eſſe, ut tradit Klock. d. Conſil. 150. n. 184. Illorum Genealogiam vide apud Reuſn. in Auctar. f. 68. Ritterſh. in Tabul. & Matthæum Gothum in illius Familiæ fragmentis. Ac Cenſum apud Zeiller. d. Tit. 5. d. n. 18.

VValdeccenſes Comites antiquâ proſapiâ etiam maximè celebres ſunt; *Siquidem horum originem* nonnulli & inter illos *Chytr. l. 12. Chron. Saxon. in f.* nec ſine auctoritate à Witikindo Comite Swalenbergio (utramque enim familiam eandem eſſe ex paulò poſt dictis, & iis, quæ *Spener. in d. Hiſtor. Inſign. Illuſtr. d. l. 3. c. 39.* habet, ubi ſimul demonſtrat duas diverſas Swalenburgicas Dynaſtias & lineas fuiſſe, apparet.) quem Carolus M. Eccleſiæ Paderbornenſi à ſe primùm fundatæ Advocatum conſtituiſſe memorant, deducunt, quod vel inde probatur, quia alius Witekindus Comes de Swalenberg & Waldegge, qui Imperatoris Friderici I. fidus ſemper comes fuit anno 1189. illius Eccleſiæ Advocatus, Advocatiam ſuam in manus Epiſcopi Bernhardi pro 300 marcis argenti ſub certâ præſtatione reſignavit, ut *Gobelinus* Eccleſiæ illius officialis & Antiquitatum ſolers indagator *in Coſmodromio Ætate 6. c. 60. f. m. 228. & Cranz. in Metrop. l. 7. c. 28.* diſertis verbis refert, quibus junge, quæ habet *Pideritius in Chron. Lippienſi P. 2. f. 243. & Dilich. in Chron. Haſſ. P. 1. p. 98. Et quidem ex illis* in ſæpè memorato primo torneamento *VVilhelmus* & in quinto Brunſwici anno 996. habito *Sigismundus* comparuit, ut legitur apud *Med. d. T. 2. f. 16. & f. 31.*

Comitatus illorum olim ſub VVeſtphaliâ ſitus & Imperio immediatè ſubjectus, ſed anno 1438. ab Henrico Comite (ſalvâ Imperii Superioritate) Ludovico Pacifico Haſſiæ Landgravio tanquam feudum commiſſus & ſubjectus fuit titulo tamen oneroſo, quia Landgravius hic Comiti magnam pecuniæ ſummam ad æs alienum ſolvendum pro eo dedit, ut legitur in *Articulata Deductione* der Heßiſchen Oberherrlichen Bottmeſſigkeit dero Graffſchafft Waldech betreffende per totum & in primis *f. 3. & ſeqq.* ac in *Beylagis f. 1. & ſeq. ubi* der Außtrags-Brieff de dicto anno ſimul reperitur.

A. *Cum verè Landgravii Haſſiæ* poſtea ob hanc commiſſionem & in feudum dationem non ſolùm directum dominium in Comitatum ſed etiam jus ſuperioritatis in Comites ipſos, illorumque ſubditos & bona ſibi aſſererent, *lis hæc ad Cameram delata & ratione poſterioris pro Comitibus ſententia lata fuit, ut legi poteſt apud Lundorp. Tom. 1. Actor. Publ. c. 6. l. 65. Sed nihilominus* Wilhelmus & Georgius Landgravii, cum Commiſſio Cæſarea de negocio illo componendo fruſtra inſtituta & tentata fuiſſet, in *prædictâ deductione* jus ſuum anno 1630. magno conatu demonſtrarunt. *De qua controverſia legi meretur Conſilium Facultatis Juridicæ Ingolſtadienſis apud Klock. de Contributionibus ſub Decade Conſultat. in fine additâ No. 10. Sed poſtea anno 1635. inter Litigantes hos tranſactio inita, illaq; per Inſtrumentum Pacis Art. 15. in f. confirmata eſt.*

B. *Ex illorum familia Chriſtianus & Volrathus per teſtamentum Johannis Ludovici Comitis in Gleichen anno 1629. vel ſeq. mortui obtinuit Comitatum Pyrmontium cum Domino Tonnâ, ut refert Zeiller. de Circulis Imperii Tit. 8. n. 29.*

Sed Epiſcopus Paderbornenſis Ferdinandus illum tanquam feudum caducum vindicavit, ut ſeq. th. 8. in explic. ſub Comitibus Lippienſibus demonſtravimus. Et hunc, nempe Tonnam, Chriſtianus Schenck Baro de Tautenberg accepit, illoq; anno 1640. abſq; liberis mortuo Dominium illud tanquam feudum apertum Duces Saxoniæ in VVeymar occuparunt, ut refertur in Topograph. Thuringiæ &c. f. 181. Sed ſecundum Spener. d. c. 39. §. 10. illi dominium iſtud eodem anno 31. Decembr. Comitibus his in feudum dederant. Ex quo præc. §. 9. ſimul annotare voluimus, prædictum Comitem Gleichenſem quidem anno demum 1630. mortuum, ſed teſtamentum memoratum jam anno 1619. confectum, & relatos Comites jam anno 1625. Comitatus illius poſ-

C. ſeſſionem & dominium nactos eſſe.

Sed Ferdinandum Epiſcopum Paderbornenſem, qui ſimul Elector Colonienſis fuit, ob jus feudi in illum prætenſum ſtatim poſt mortem dicti Comitis Gleichenſis arcem cognominem, Pyrmontiam nempe, per decem menſes magnâ vi obſeſſam & impetitam tandem *expugnaſſe, & inde proceſſum in Camerâ ſuper litigioſâ poſſeſſione ortum eſſe, Lite verò pendente arcem illam à George Lunæburgenſium Duce pro VValdecciis recuperatam, ſed nomine Imperatoris à Gotzio bellı Duce iterum occupatam ac Epiſcopo reſtitutam, ac tandem à Suecorum Generali Königsmarckio anno 1646. in gratiam VValdecciorum recuperatam, hisque reſtitutam eſſe. Dehinc anno 1650 Delegatos* in oppido Leuden Paderbornenſis ditionis conveniſſe, & partibus utrinque auditis controverſiam illam ita compoſuiſſe, ut Waldeccenſes poſſeſſionem retinerent, & Epiſco-

D. po petitorium ſalvum maneret. *Tandem verè anno 1668. negotium illud ita planè conciliatum fuiſſe, ut totus Comitatus cum omnibus juribus, privilegiis & emolumentis Comitibus illis, quam diu maſculina ſtirps vigeret, ſub nexu tamen feudali permaneret, & poſt illius extinctionem Epiſcopatui accederet, ita tamen, ut filiabus 20000. imperiales ex Epiſcopatu ſolverentur, illaq; uſque ad horum plenam ſolutionem in poſſeſſione permanerent.*

Illorum Genealogiam vide apud Ritterſh. in Tabulis ac deductionem apud Spener. modo d. l. Cenſum v. & titulum apud Zeill. Tit. 8. n. 29.

Schvvarzenburgici Comites, ut antiquiora à *Peccenſt. in d. Theatro P. 1.* c. 15. relata omittamus, à Caroli M. tempore clari, familiæ ſuæ ſatorem Witikindum quendam Nigrum cognomine & poſtmodum in baptiſmo Ludovicum dictum laudant, ut latè *ibidem* legi poteſt, ubi Stemma illorum deducit.

Ex

A. *Ex his* in ſæpè dictâ expeditione Henrici I. Imperatoris fuêre ſub Archiepiſcopo Moguntino *Sifridus*, copiis ſimul præfectus & *Guntherus* ſub copiis Cæſaris, ut refertur à *Modio d. Tomo 2. f.3*

Et Guntherus ob virtutes bellicas anno 1349. in defuncti Ludovici Bavari locum à quibusdam Electoribus in Cæſarem electus & Carolo IV. oppoſitus, ſed brevi tempore dignitate illâ gaviſus: Hujus enim inſidiis per Medicum Fridaugum veneno petitus & ad imperandum inhabilis redditus, interventu Comitis & Electoris Palatini pro 22000. argenti marcis imperium illi ceſſit, paulò poſt eodem anno mortuus, ut latè narrat *Peccenſt. d. l.*

Ad illorum excellentiam pertinet, quod olim inter quatuor Comites Imperii, nempe Clivenſes, Sabaudicos & Ciltenſes relati fuerint, & hodiè adhue *in omnibus actis publicis* **die Vier Graffen deß Heyl. Reichs** B. ſe nominent, & ab Imperatoribus ac Statibus nominentur, ac habeantur, ut inter alia ex *R. J. de dato* **Erfurth** 1567. §. 1. in quo Imperator Maximilianus II. Guntherum illo titulo honorat, & *ſubſcriptionibus Receſſuum Imperii* notum eſt. *De quo Pauerm. de Jurid. Imper. l. 2. c. 11. n. 25. & ſeqq. & Fritſchius in Supplemento Speidelio Beſoldiano verbo* **Schwartzburg** *legatur.*

Et quod in Comitiis anni 1576. privilegium ſeſſionis & ſuffragii perſonalis in Conſilio Principum & ejus confirmationem à ſequentibus Imperatoribus obtinuerint, ut continetur in illorum memoriali in Comitiis an. 1641. Statibus Imperii exhibito apud Limn. Tomo IV. l. 4. c. 7. in conſignatione Cenſus vel Contributionis Imperii ad Expeditionem Romanam tit. 6. **Von Graffen und Herren** *num.* 60.

Item quod Conſervatores eſſe dicuntur Privilegii, quo Principes Germaniæ extra Imperii limites vocati, comparere non tenentur, *referente Cranz. l. 10. Saxon. c. 38.* C.

Licet verò Electores & Duces Saxoniæ illos eximere è claſſe Imperii Comitum velint, illi tamen ſemper ſe maſculè oppoſuerunt, ut inprimis ex *Actis Comitiorum Imperii de d. anno* 1641. conſpici poteſt, ſicuti etiam cenſum ad Expeditionem Romanam & Cameram quem refert *Zeill. de Decem Circul. tit. 5. n. 16.* ſolvunt.

Prætendunt cum Comitibus Stolbergenſibus, ut ſub his paulo ante dictum, *Jus in Comitatus Hohenſteinenſis duas præfecturas Lobram & Klettenberg*, uti patet ex illorum memoriali apud *Limn. Tom. V. l. 4. c. 7. n. 52. & iis, quæ paulò poſt ſub Hohenſteiniis adducta ſunt.*

Diſtinguitur hæc familia in Rudolphopolitanam vel Rudelſtadianam, *& Arnſtadianam, & hæc iterum ſubdiſtincta fuit in Arnſtadianam, Sondershuſianam & Ebelebenſem, ſed hæc noſtro ſcitu morte Ludovici Guntheri extincta eſt.* D.

Illorum Genealogiam etiam vide apud *Rittershuſ.*

Mansfeldici Comites (omiſſâ ſimiliter anteriori, utpote incertâ de quâ tamen *Peccenſtein c. 14.* legi poteſt ab Hojero qui anno Chriſti 542. & ſeqq. floruiſſe dicitur, deductâ origine) jam ſub ſæpiſſimè memorato Henrico I. Imperatore clari fuêre: in primo enim torneamento, ut apud *Rixnerum in libro Trojamenum, & Modium d. Tomo 2. l. 1. f. 16.* Otto Comes ſimul comparuit.

De ejus poſteris & generoſis factis legi poteſt *Spangenb. in Chron. Mansfeldico per totum & Peccenſt. d. l.*

Nos hic ſaltem referre inter illos voluimus Petrum Erneſtum, & ejus filium Carolum ob virtutes bellicas celeberrimos, & poſtremum ideo à Rudolfo II. Imperatore Principem creatum, ut narrat Spangenb. d. l. & Ortelius in Chron. Ungar. ad ann. 1595. f. m. 160.

Illi primum titulo Comitum Querfurtenſium, utpote potiori uſi, poſtmodum in filiis Burchardi IV. duos ramos fecerunt, ita ut Gebhardus titulum antiquum retineret, & ejus frater Burchardus V. titulum Comitum Mansfeldiæ aſſumeret, quem etiam ad poſteros ſuos hodiernos tranſmiſit, dum alter anno 1496. in Brunone ſeniore defecit, ut legi poteſt apud *Spangenb. in d. Chron. Mansfeldico parte 1. & Quernfurt. l. 4. c. 62. & Reuſn. in Operis Genealog. Auctario f. 47. & ſeqq.*

Nonnulli tamen rectius tradunt veterem Mansfeldicam Familiam in Burchardo defeciſſe, & Quernfurtanos partim titulo emtionis, partim connubii (nam Burchardus VI. dicti Burchardi filiam & heredem Sophiam in matrimonio habuit) Comitatum illum acquiſiviſſe, ut etiam narrat *Reuſn. d. f. 49.*

Iidem anno 1484. à Comitibus Hohenſteiniis Dynaſtiam Heldrungen emerunt, & inde titulum **der Edlen Herren** *uſurparunt*, ut refert *Zeill. in Itiner. Germ. c. 5. f. 143. idq; factum eſt à Gebhardo teſte Reuſn. d. l. f. 50.* *Sed Mansfeldicos à Comitibus Quernfurtenſibus*, qui ab antiquo titulum illum uſurparunt, ut refert *Spangenb. in Chron. Quernfurt. l. 2. c. 1. & ſeqq.* iſtum titulum accepiſſe veriſimilius eſt.

Refert tamen idem Zeill. de Decem Circulis d. tit. 5. p. 346. Dynaſtiam illam jam per aliquod tempus ab Electoribus Saxonicis ſequeſtratam eſſe, quod etiam ita ſe habet, *immo* illam ad hos poſtea pleno jure perveniſſe, inde conſtat, quia Elector Johannes Georgius I. illam in ſuo teſtamento Auguſto ſecundo genito ſimul attribuit.

Sicuti quoq; totus Comitatus ab Illis, & Adminiſtratoribus Magdeburgenſibus quondam ſequeſtratus fuit & adhuc eſt, ita ut Comites in illo præter habitationem, venationem, piſcationem & jus patronatus cum annuo reditu 2000. florenorum ſingulis quatuor lineis aſſignato nihil obtineant, ut refert *Sprenger. in Lucernâ Imperii p. m. 439. de quo etiam legi poteſt Zeill. in Topogr. Saxon. ſub illo Comitatu, ubi tamen quædam loca ab illis adhuc poſſeſſa, referuntur.*

Comites hi ratione fodinarum Cupri in illorum Comitatu ſitarum circa annum 1487. facti ſunt *Vaſalli Archiepiſcopatus Magdeburgenſis & Ducum Saxoniæ Electoralis Lineæ*, ut etiam legi poteſt apud *Peccenſt. d. l.*

Sed poſtea Adminiſtratores Magdeburgici ipſos Comites cum toto Comitatu Juriſdictioni ſuæ ſubjectos eſſe contenderunt, adeoque pro Comitibus Imperii non amplius agnoverunt, *ut refert hodiernus Adminiſtrator Auguſtus in literis ad Cæſarem Ferdinandum III. apud Limn. d. Tom. V. l. 4. c. 7. n. 55.*

Ex Spangenb. Chron. Querfurt. l. 2. c. 22. hic referre voluimus *Nobiles Dominos de Putlitz, ex hâc familiâ ita derivari* quod Lotharius II. Imper. in prælio ad Welphesholz anno 1115. commiſſo captum juvenem Comitem nomine Gerhardum Nobilem Dominum de Potlyſt creaverit, eiq; partem Prignicia & Vinidicæ regionis hæreditario jure donaverit, ubi legi poteſt,

Cenſus illorum à Zeiller. de Dec. Circul. Tit. 5. n. 17. & Genealogia à Rittersh. ac aliis refertur, ſed illum ex parte Electores Saxoniæ & Adminiſtratores Magdeburgenſes, nunc verò loco horum Electores Brandenburgici, tanquam Duces Magdeburgenſes ſolvunt.

Daunenſes in antiquis inſtrumentis *de Dune* dicti, ut demonſtrat Spenerus in Appendice priori de illis ſcripto & Parti IV. Theatri Nobilitatis ſubnexâ *& Falckenſteinii*, vulgò ſaltem pro equeſtribus viris habiti, cum tamen, ut paulò pòſt dictum, ab antiquo in Baronum vel Dominorum claſſe reperiantur, ut Spenerus quoque d. l. tradit:

Licet

Licet enim in Genealogia illorum apud Reuſner. in Vrin- A.
ſtario f. 128. VVirichius Junior jam Comes appellctur idque etiam in ſubſcriptione R. J. de dato **Regenſpurg** *1532. de dato* **Speyer** 1542. (ubi tamen ejus agnatus Philippus ſaltem Dominus in Falckenſtein vocatur) *de dato* **Speyer** 1544. *factum & dato* **Augſpurg** 1555. *fit.* monere tamen voluimus, *Ferdinandum III. Imper. Jacobum & Philippum Erneſtum veteri Dominorum Dignitati per novum Diploma reſtituiſſe*, & dignitate Comitum novâ ornaſſe, ut refert *Spener. d. l.*

Eſt autem Comitatus Falckenſteinius Lotharingicum, & Oberſtein Trevirenſe ſubfeudum, utrumq; tamen Imperii feudum, ut refert Sprenger. In Inſtit. Jur. Publ. d. l. 3. c. 28. n. 9. & de prieri, à Wirichio Seniori anno 1458. acquiſito ut memorat *Spener. in Indice ad part. 1. Theatri nobilitatis teſtatur idem Limn. Tomo V. l. 4. c. 7. n. 92.*

B.

Cum ergò poſt nuperam mortem ultimi Comitis VVilhelmi VVirichii Dux Lotharingiæ Comitatum illum N. Comiti de Bruck. (forte Bruch, tanquam agnato remotiori) *in feudum maſculinum conferret, Comites Lovvenhaupten*, de quorum prætenſione in præfecturam Brezenheim & Baronatum Reipolzkirch in *Inſtrum. Pac. Art.* 4. mentio fit. *in Sueciâ ſe oppoſuère, contendentes* feudum illud naturam quaſi allodii ad formam reliquorum Lotharingicorum feudorum habere, adeòque ad ſe, tanquam cognatos (quoniam Alexander Lowenhaupt Sidoniam Johannis Comitis Falckenſteinii filiam uxorem habuit) pertinere, ut legi poteſt apud *Sprenger. in Ellychniis p. 1904. & Spener. in Indice ad d. p. 1. Theatri Nobilit.* additque prior Proceſſum in Parlamento Nancienſi pendere, de quo etiam *Zeiller. de Decem Circul. Tit. 8. p. 692. & ſeq.* quædam narrat.

C.

Ratione verò ſtatus Baronalis vel Dominialis, ita loquendo, ſatis vetuſti. Legitur enim, ut vetuſtiora tanqoam incerta (quia aliquot familiæ Comitum & Baronum ejusdem denominationis ſunt, ut demonſtratur à *Spangenb. in Speculo Nobilit. l. 10. c. 15. f. 282. Hundio* **In Bäyriſchen Stam-Baum** *P. 1. f. 200. & ſeqq. & Zeiller in Continuat. Itiner. Germ. c. 1. f. 26. & in Topograph. Palatinatus, Auſtriæ & Bavariæ)* omittamus, in *A. B. Tit. 1. §. 11. & ſeq. Dominus de Falckenſtein* inter Conductores Archiepiſcopi Colonienſis & Trevirenſis ac Electoris Saxoniæ comprehenſus eſt, *& tit. 28. & ſeq. SubCamerarius Imperii vocatur.*

Ubi notandum hoc SubCamerariatus officium poſtea ad Dominos de VVinſperg & tandem ad Comites Hohenzollerianos perveniſſe, ut prac. th. 3. in explic. ſub his Comitibus retulimus.

D

De illorum cenſu Zeiller. tit. 8. n. 31. & Progenitoribus Spener. d. p. 1. f. 64. Henning in Theatr. ſub Monarch. IV. P. priori f. 338. & ſeq. & Reuſn. d. f. 128. legi poſſunt.

Poſtquam hac jam congeſſimus, incidimus in dictam Speneri Partem IV. Theatri Nobilit. ubi in ſubjectâ Appendice I. de hâc familia nonnulla ſingularia habet, & quadam ante ſcripta corrigit, qua etiam hic benevolus Lector attendere poteſt, ſicuti etiam *Idem in Hiſtoria Inſignium Illuſtrium lib. 3. cap. 13.* quædam de illius familiæ antiquitate & ſucceſſione annotavit.

Comites Ortenburgici vel Artenburgicici duplices ſunt, Veteres & Recentiores.

Illos antiquiſſimi & nobiliſſimi ortus Dominus Spenerus d. l. 3. cap. 48. §. 3. ab Ortliebo, qui circa annum 740. in prælio contra Carolum Martellum à proceribus Bavaricis & Suevicis geſto interiit, deducit, *ſed. §. ſeq.* certiorem deductionem illam habet, quæ ſequitur, *& a nobis ante aliquot annos ex Hundio P. 2.* **deß Bäyriſchen Stam-Buches** *f. 13. & 17. ac aliis fide dignis Scriptoribus excerpta fuit.*

Cum Hartvicus Comes Spanheimius anno 992. in Archiepiſcopum Saliſburgenſem ordine 22. eligeretur, fratrem ſuum Fridericum in Carinthiam tranſtulit, & matrimonio cum Henrici II. Carinthiæ Ducis filiâ Richarde inito, ac per illam Comitatu Lavent vel Laventhal acquiſito largiter ditavit: *hic verò arcem Ortenburg ibi exſtruere cœpit, ac genus ſuum*, in quo 14. Duces Carinthiæ exſtiterunt, ſupra 400. annos *propagavit.*

Cum autem ultimus Comes Fridericus III. liberis careret, præteritis cognatis ſuis in Bavariâ habitantibus (de quibus mox dicetur) *Hermannus II. Cilia Comitis filium Ludovicum cum conſenſu & confirmatione Sigismundi Imperatoris adoptavit, & hic poſt ejus mortem anno 1418. obitum anno 1420. Comitatum illum obtinuit.*

Poſtquam verò hic & medius frater Hermannus absque liberis morerentur, ac ita tertius *frater Fridericus*, eique filius unicus Ulricus VIII. ſuccederet, *hic autem* improles ab Hungaris anno 1457. occideretur, *Comitatum utrumque tanquam herede vacuum* & ad ſe pertinentem *Fridericus III. Imperator Styriæ adjecit*, ut legi poteſt apud *Roo Hiſtor. Auſtr. l. 6. f. 227. & 228. & poſtea Ferdinandus I. adhuc Archidux Auſtriæ, Comitatum priorem nobili cuidam Hiſpano ſed jam tunc Baroni in* **Freyenſtein** & **Carlsberg** *Gabrieli Salamanca anno 1524. ſub feudali nexu conceſſit*, à quo recentiores vel noviores Comites Ortenburgici in Carinthia originem traxerunt, ut poſt *Lazium l. 6. f. m. 185. & Hund.* **In dem Bäyriſchen Stam-Buch** *P. 2. f. 21. & 23. rem totam refert Megiſerus in Chron. Carinthia l. 7. c. 2. & 43. Et ideò veteres Comites apud Ferdinandum conqueſtos eſſe Spener. §. 9. refert. qui etiam ſeq. §. 24. Diplomata dicti Ferdinandi habet.*

Sed Comitatus hic in hâc familiâ non diu ſubſtitit; Licet enim Salamanca hic ex duabus conjugibus Eliſabethâ ſcilicet Eberſteiniâ & Eliſabetâ Badenſi tres filios Ferdinandum, Ehrenfridum & Erneſtum circa finem præteriti ſeculi adhuc ſuperſtites, ut *Hund. d. f. 23.* refert, reliquit, *attamen in Georgio* qui illius primi acquirentis ſaltem nepos vel pronepos fuit, *anno 1640. exſtincta fuit, & hinc Imperator Ferdinandus III. illum, tanquam caducum N. VVidemanno Nobili Veneto ob* immenſas ex Mercaturâ comparatas opes facto pro certo precio *contulit, ut refert Zellerus in Appendice ad Topogr. Auſtria, Styriæ &c. f. 39. ac Sprenger. in Fontibus Juris Publ. p. m. 1726. & ab hoc vel ejus filiis anno 1661. dum Viennæ eſſemus, Johanni Ferdinando Principi Perciæ venditus fuit.*

Ex illo antiquo ſtemmate & quidem Progenitore Rapoto I. in Bavariam ſe primùm circa annum 1170. conferente & ibi ſedem figente peculiaris familia horum Comitum adhuc ſuperſtes orta eſt, & poſſidet Comitatum Ortenburgicum vel Artenburgicum cum arce cognomine, non procul ab urbe Vilshofen ſitâ & aliis immediatis Imperii bonis, ut refert *Aventin. l. 7. f. m. 427. & ſeq. Hund. d. f. 23. ac ſeqq. Zeill. tit. 4. p. 224. & 250.*

Memorat quidem Hermes in Faſciculo Juris Publ. c. 30. n. 18. Civitatis & arcis ejusdem nominis ad illos Comites pertinentis ac *in VVeteraviâ ſita, ſed illam* ad quosdam Comites Wetteravicos tanquam ganerbicam ſpectare *Zeill. in Topogr. Haſſia f. 66. & in Appendice f. 45. rectius narrat.*

In ſæpè dictis Comitiis anni 1653. & ſeq. ſimul per legatum comparuit & Receſſum Imperii ſubſcripſit ex illâ familâ *Fridericus Caſimirus*

Refor-

Reformata, ut Zeill. d. p. 250. memorat; Religionis, ſed illo anno 1658. ſine liberis mortuo omnes illius Stemmatis Catholicæ Religioni addicti ſunt, *ut refert Hermes d. n. 18.* A.

Vocantque ſe hi Comites Ortenburgenſes Veteres vel veteris ſtemmatis ad differentiam novioris ſtemmatis jam memorati: ſicut ex ſubſcriptionibus Receſſuum Imperii cognoſci poteſt.

Illorum cenſum vide apud Zeiller. d. p. 224. & Genealogiam apud Aventin. d. f. 427. & ſeq. Megeſer. d. c. 43. f. 772. pleniſſimè verò Hundium d. l. & Ritterſh. in Opere Genealog. ac Dn. Spener. d. l. §. 2.

De illis tandem notandum; quod pactum familiæ inter ſe inierint, & illius confirmationem ab *Imperatore Maximiliano II.* obtinuerint, *quod omnia bona immobilia apud maſculinam lineam permanere debeant, ut refert Hundius d. Parte 2. f. 43. addens*, pactum iſtud ab omnibus Comitibus anno ætatis 18. ac Comitiſſis ante conſummationem matrimonii per copulam carnalem juramento confirmari. vide etiam *Dn. Spenerum d. §. 2. ubi pacti illius particulam recenſet.* B.

Idem §. 18. & ſeq. reliquas illorum Dynaſtias & prætenſiones narrat.

Gleichenſes Comites hodie ſunt Hatzfeldii ſatis antiqua proſapia, ſiquidem in ludo Equeſtri quarto año 969. Martisburgi habito inter fœminas *Hedvvigis conjunx Domini Richardi Hatzfeldii* præſens fuit; *in ludo decimo* Tiguri anno 1165. celebrato, cum Ulrico Comite ab Hanau arma examini obtulit *Erneſtus Hatzfeldius*, & in *ludo decimo tertio* Wormatiæ anno 1209. habito cum tyronibus comparuit *Sebaſtianus Hatzfeldius*, ut legi poteſt apud *Modium d. Tomo 2. f. 29. 51. & 72.*

Fuere verò ex hâc familia nobiliſſima in Comitum dignitatem à Ferdinando II. Imperatore Melchior & Hermannus fratres cum agnatis evecti, ut tradit *Auctor ſtatus Imperatoris Illius p. 207. & anno 1629. aliis* 1603. poſt mortem Johannis Ludovici ultimi *Gleichenſis Comitis ab Archiepiſcopo Moguntino Anſelmo Caſimiro tanquam feudi illius directo Domino Comitatu illo inveſtiti* ſicuti etiam in ſæpè dictis Comitiis de anno 1641 Melchior comparuit, utrique verò nuperis Comitiis interfuerunt ac illum *Receſſum Imperii ſimul ſubſcripſerunt*, ubi illorum titulus reperitur. C.

Sed litem illis magnam in dictis Comitiis moverunt Duces Saxoniæ lineæ Weimarienſis & Gothanæ, Comites illos pro Landſaſſiis habentes; & ideò in ſcriptis inter partes tunc litigatum fuit usque ad triplicam incluſivè, ut legi poteſt in Actis illorum Comitiorum apud *Lundorp. & Sprenger. in Inſtit. Jur. Publ. d. l. 3. c. 28. n. 17.*

Et controverſia hæc procul dubiò nondum deciſa eſt, Siquidem in Tranſactio inter Archiepiſcopum Moguntinum Johannem Philippum & Duces Saxoniæ ob Erfurtum nuperè initò expreſſe cautum eſt, *Duces hos in poſſeſſione vel q. juris Superioritatis & exemptionis in Comitatum Gleichenſem, Blanckenheim & Krannichfeld; usq; ad deciſionem cauſæ permanere debere.* D.

Cum igitur prædicti Duces cenſum Imperii ratione dicti Comitatus ante ſolverint; in Repartitione vero Norimbergenſi de anno 1650. (abſq; dubio in gratiam Melchioris Hatzfeldii tanquam Imperatoris Campi Mareſchalli) *ille omiſſus fuerit, in dicta tranſactione ſimul diſpoſitum fuit, ut Comes Hatzfeldius quidem in poſſeſſione conſueti cenſus Imperialis maneret; ſed illum Electori Saxoniæ ſolveret. Quantus autem is ſit, legi poteſt apud Zeill. Tit. 5. n. 21.*

Illorum Majores cum liberis Hermanni habet Spener. part. 2. Theatr. Nobil. f. 60. & Genealogiam Ritterſhuſ.

Comites de VVeid Domini de Runckel in VVeſtphalico quidem circulo; ut poſt alios tradit *Zeill. tit. 9. n. 28. ſiti ſunt, verum ab antiquo ad Claſſem Comitum VVeteravienſium pertinuerunt; adeoque etiam, licet Comitibus VVeſtphalicis peculiaris Claſſis in nuperis Comitiis conceſſa fuerit, in illâ permanſerunt, ut veterum Imperii Receſſuum & noviſſimi de anno 1654. ſubſcriptione conſtat.*

Deſcendunt hodierni hi Comites à familiâ Iſenburgica & Runckelana per matrimonium Theodori Domini in Runckel & Iſenburg; cum Anaſtaſiâ aliis Juthâ; Johannis ultimi Comitis in Wiedt filiâ & herede contractum; ut legi poteſt apud *Henning. in Theatro ſub Monarch. IV. Parte priori f. 430. & ſeq. Reuſneri in dicto Auctario f. 129. & Ritterſhuſ. in Opere Genealog. noviſſimæ editionis*: De quo etiam *ſequenti th. 8. in expl.* egimus. *Illorum cenſum apud Zeill. Tit. 9. n. 28. & Genealogiam apud prædictos Auctores reperire licet.*

Bergenſes Comites qui ſe ſcribunt **Graffen zu dem Berg / Marggraffen zu Bergen uſm Zoom / Graffen zu Wallheim** *&c.* **und ErbCämmerer deß Fürſtenthumbs Geldern / und Graffſchafft Zutphen** / ut legi poteſt in ſubſcriptione *R. J. de anno 1654. Ex illis Albertus Comes per Legatum in Comitiis iſtis demonſtravit, Majores ſuos ſtatus Imperii* & Comitatum illorum feodum ejus immediatum ſemper & *à 400. annis*, idcircoque in *matricula Imperii anno 1521. & 1545.* ſimul conſignatos, (adde *R. J. de anno 1570. & 1576. ex iis VVilhelmum ſubſcripſiſſe*) *ſed à confœderatis Belgis*; in præterito ſeculo Comitatu ſuo privatos fuiſſe; *ideoque petiit*, ut reciperetur, quod etiam factum, de quo legi poteſt *dicti Legati memoriale ad Imperatorem Ferdinandum III.* in dictis Comitiis directum *& hujus Decretum* de illo recipiendo ad Archiepiſcopum Moguntinum tanquam Directorem Principum Collegii tranſmiſſum apud *Limn. Tomo V. lib. 4. c. 7. n. 99.*

Ex hâc familiâ Godofridus de Berges anno 1625. à Philippo IV. Hiſpan. Rege *primus Comes Grimberganus* creatus eſt, ut refert *Miræus l. 1. Diplom. Belg. c. 87.*

Illorum Stemma vide ibid. & l. 2. Donat. Belg. c. 128. p. 281. Reuſn. in Opere Geneal. f. 487. & ſeqq. & Henning. in Theat. Geneal. Parte 2. f. 396. & ſeqq. Illos certum cenſum ſolvere dubito, quoniam à confœderatis Belgis, ut in pr. dictum, bonis privati ſunt. Olim tamen illum ſuſtinuerunt cum 8. equitibus & 20. peditibus, ut refert Sprenger. in Jurispr. Publ. p. 366.

Hohenſteinii Comites cum Erneſto ſine hæredibus maſculis anno 1593. *extincto exſpirarunt; ſed Comites Schvvarzenburgici & Stolbergenſes vigore unionis hæreditariæ* cum Hohenſteiniis anno 1433. initæ & homagii tunc in eventum à ſubditis præſtiti de illo Comitatu *Dynaſtiam Lohram & Klettenbergium, & priorem quidem* tanquam feudum Halberſtadienſe; ob confirmationem illius unionis poſteà tàm à Ducibus Saxoniæ tanquam antiquiori tempore feudi Dominis; quàm Epiſcopis factam; nec non duplicem poſſeſſionem, de quâ manu militari contra Imperii conſtitutiones dejecti fuerunt, *prætendunt*; & Jus in illas ſemper & adhuc in ſæpè dictis Comitiis anno 1653. exhibendo longam illius deductionem à *Limnæo d. c. 7. n. 52.* relatam & prætento anno 1671. aliam ſub titulo

kurtze

kurtze jedoch beſtändige *Deduction* **des Herrn Grafen zu Schwartzburg und Stolberg wegen der beyden Honſteiniſchen Herꝛſchafften Lohre und Klettenburg** typis editam arſerunt.

Quoniam verò in Inſtrum. Pacis Germano Suecico Art.11. §. cum etiam Comitatus diſertis verbis diſpoſitum eſt, Comitatum illum ab Epiſcopo Halberſtadienſi Archiduce Leopoldo Wilhelmo poſſeſſum penes iſtum Epiſcopatum irrevocabiliter permanere debere, adeo ut Domino Electori Brandenburgenſi de eo diſponendi libera facultas ſit, non obſtante nec vigorem habente ullâ contradictione, quæ à quopiam in contrarium moveri poſſit, ſatis inde patet, Comites prædictos in petitorio nihil obtenturos eſſe, ſicuti etiam Sereniſſimus Dominus Electorem illum paulo poſt Johanni Comiti Wittgenſteinio cum omnibus pertinentiis in feudum conceſſit.

Comitatus illius cenſum vide apud *Zeill. tit. 5. n. 20.*

Dominorum Ruthenorum **der Herren von Reuſſen** familia inter Germanicas etiam antiquiſſima eſt, *ſiquidem* ejus origo ab ipſo Imperatore Friderico II. in Conſtitutione de Metalli fodinarum privilegio iis anno 1232. conceſſo & à *Goldaſte in Collect. Conſtit. Imperial. f. m. 298. & ſeq. ac Peccenſten. in d. parte 1. c. 18. f. 271. & ſeq.* (qui illud in illorum archivo in originali vidit, ut *prae. f. 260.* narrat) relatâ *ex nobiliſſimâ Proſapiâ Veteranorum Romanorum deſcendere* dicitur, & *poſterior ibid. f. 258. teſtatur, illos habere diplomata Imperatoria argenteis ſigillis munita ante mille annos exarata, in quibus illi* pro Advocatis Romanis habentur, & illorum ſortia facta narrantur, *ut ita* de illorum ſub antiquo Romano Imperio ex Italiâ in Germaniam adventu dubitandum non ſit, licet tempus illius ignoretur, *probabile tamen ex Peccenſtenio d. l.* ſit, illud *ſub Tiberio Cæſare* ductu Druſi Germanici factum eſſe.

Nomen antiquum ob oſcitantiam Monachorum (qui ſoli antiquis temporibus præſertim apud nos Germanos literis operam dedere & Annales vel Hiſtorias conſignarunt) & ob variationem temporum, de quo idem *Peccenſt. f. 261. & ſeq.* legi poteſt ignoratur, *hodiernum autem* Ruthenorum illos inde adeptos eſſe communiter *traditur, quod* ſub Friderici II. Imperatoris expeditione in Orientem anno 1228. factâ, quidam Dominus de Gera & Advocatus de Plauen comprehenſus, & una cum Comite quodam de Gleichen in conflictu ante Ptolemaidem captus, ſe diu poſt à mercatore quodam Ruſſo certo lytro ſoluto liberatus in Ruſſiam ſimul adductus, poſteà vero cum Tartari anno 1232. in Ruſſiam magno cum exercitu migraſſent captus ab illis in expeditione in Ungariam, Poloniam & Sileſiam factâ pro milite uſurpatus fuerit, ſed poſt prælium ad Lignitium Sileſiæ cum Henrico Duce initum ſe ſubduxerit, & in veſtibus Ruſſicis in Aulam dicti Imperatoris contulerit, ab hoc clementer habitus & ideò *longus Ruſſus vel Ruthenus* ſemper appellatus fuerit, *ut ex antiquo manuſcripto Monaſterii Boſenſis pro Citizum refert Peccenſt. d. l. f. 262. & ſeqq.* Cui ferè accedit *Langius in Chron. Citizenſi ad ann.* 1193. ſcribens Henricum nobilem Dominum de Wyda habuiſſe quatuor filios, ex quibus ſecundus cognominatus fuit Henricus Reuſſe.

Verum cum narratio illa in publicis annalibus documentis vel monumentis Ruthenorum (quod utique ſi revera ita eveniſſet, tanquam ſingulare omiſſum non fuiſſet) *non reperiatur*, adeoque manuſcripto illi ſoli plena fides tuto adhiberi nequeat, ut ipſemet Peccenſt. ibidem fatetur: *Et præterea temporis ratio* non ita congruat, *cum Tartari* jam anno 1212. Ruſſos

A. prima vice vicerint & ſubjugarint, & ſecundâ vice anno 1241. per Ruſſiam trucidatis hujus Principibus in Poloniam & inde in Sileſiam venerint, ut Polonorum & Sileſiorum Hiſtorici, interque eos *Mechovius l. 3. c. 31. & 38.* ac *Cromerus l. 7. f. m. 128. & l. 8. f. 141. Schickfuſ. in Chron. Sileſ. l. 2. c. 4. f. 20. & ſeq.* uti & alii ſcriptores communiter tradunt.

Quoniam ſi ſecundum dictum Manuſcriptum prædictus Dominus de Gera anno 1228. à Saracenis captus, per duodecim annos apud illos captivus, & poſt liberationem à mercatore Ruſſo factam ejus ſervus per multos annos (quos ſaltem quinque ponemus) prælio autem ad Lignizium facto è Tartarorum manibus elapſus eſt, *neceſſe eſt*, ut prælium illud præter propter anno demum 1245. non v. 1241. contigerit, vel dominum illum ſaltem per unum annum ſerviiſſe iſti mercatori. *Ut taceamus à Peccenſt. d. l.* ex memo-
B. rato manuſcripto erroneè, niſi meodum ſit, tempus irruptionis Tartarorum in Ruſſiam & Sileſiam adeoque dicti prælii in annum 1232. poni.

Forte ergo melius origo illius denominationis antiquior ponenda, & à prænomine Ruzo illi familiæ antiquiſſimo tempore uſitato deducenda eſt. Ita enim anno 1115. ſub Imperatore Henrico V. claruit *Ruzo de Plauen* Lotharii Saxoniæ Ducis Tribunus militaris in copiis Saxonum contra exercitum Imperatoris Henrici V. ductis, qui in celebrato illo propè Welpheſholz commiſſo prælio egregiam operam præſtiterit, & Ducem Cæſareum Hoijerum Comitem Mansfeldium interfecit: *& alius Heinzo vel Henricus Ruzo de Gerau* Imperatorem Henricum VI. Romam ad ſuſcipiendam coronam anno 1191. comitatus, & ibi in ponte Tiberino pro more Eques creatus fuit, ut ex *Cranzio & Humbaldi ſupplemento ipſe Peccenſt. f. 269. adducit. Sicuti etiam* dictus Henricus,
C. qui apud Saracenos & Tartaros captivus fuit, *Ruzzo, non Ruthenus appellatus fuit*, ut legi poteſt apud *Rittersh. in opere Geneal. in Illorum Genealog. lit. A. ut ſic Domini de Gera & Plauen in honorem prioris famigeratiſſimi herois, prænomen vel etiam agnomen illud aſſumſerint, & ex Ruzonibus poſtmodum Ruſſi, ac tandem Rutheni*, quod cum medio idem denotat, ut notum eſt, appellati fuerint, *quod tamen aliis dijudicandum relinquimus.*

Præſertim quia Hammerus **In ſeinem Hiſtoriſchen Roſengarten** *cap. 8.* memorat, quendam ex hac familia olim vicarium (**Stadthalter**) in magno Ruſſiæ Ducatu fuiſſe, & ab hoc cognomen in illâ permanſiſſe.

Fuere autem Rutheni hi ob benè merita ab Imperatoribus olim magnis honoribus decorati, & quidem ab antiquiſſimis temporibus regni vel *Imperii Germanici Advocati in illo tractu*, qui deinde ab illo offi-
D. cio *Voigtlandia* dictus, conſtituti ut inter alios tradit *Langius ad d. ann.* 1193. & quidem poſtmodum hereditarii potiſſimum in Plauen & Uſterrode facti, unde ſe etiam de priori Dominos & poſteriori Comites, *quamvis Langius d. l. eos antea Comites de Guberg dictos eſſe tradat, ac jam anno* 1273. Gratia Dei, *tanquam Principes ſcripſerunt*, ut demonſtrat *Peccenſt. d. l. f. 266. & 278.* ubi antiqua feuda & bona refert. *Ac poſtea anno 1426. à Sigiſmundo Imperatore Burggravii Miſniæ ac Principes Imperii conſtituti, ut prae. Sect. 2. c. 2. theſ. 13. in expl. latè deductum eſt.*

Paſſi verò ſunt hi Domini grave detrimentum, dum primum anno 1357. Fridericus Strenuus Landgravius Thuringiæ certis de cauſis juſſu Caroli IV. Imperatoris accedente vi bellicâ *Olſnitiam, Voigtsbergam, Plauen, Weidam, ac Ronnebergam* illis ademit, ſed non retinuit referente poſt *Joh. Lindnerum*

Monachum Pirnenſem in Onomaſtico: Albino **In dem Neuen Sächſiſchen Stamm-Baum** *p. 266. & in Chron. Miſnico tit. 15. f. 204. Deinde* anno 1466. Erneſtus Dux & Elector Saxoniæ cum fratre Alberto Voigtlandiam bello petiit, & *Plavium, Olſnizium ac Adorffium* vi occupatum retinuerunt: *poſteà verò* Auguſtus Elector pet certum contractum planè acquiſivit, ut ſpud *eundem d. p. 266. & ſeq. ac in Chron. memorato f. 205. legi poteſt.*

De illis notandum, quod omnes ab aliquot ſeculis Henrici vocentur, cujus rationem quidem Peccenſt. d. l. 265. & ſeq. hanc reddit, quod id ob faſcinatorem aliquem, qui ſe falſo pro vero aliquo Domino Rutheno in Syriâ occiſo geſſit, & illius portionem hæreditariam obtinuit, poſtea verò fraude detectâ dignâ affectus fuit pœnâ, factum ſit.

Sed quoniam in hâc recenſirione nulla ratio dictæ appellationis latet, prnbabiliorem cenſemus illam, quam reddit *Hammerus in d. Tr. c. 8. p. 92.* his Germanicis verbis.

Es habe Frau Bertha/ eines Hertzogen in Kärndten Tochter/ und Keyſer Heinrichs deß Sechſten Befreundin ihren Ehe-Gemahl Henrichen/ Herrn zue Plauen (weil Sie vier Söhne von ihm gezeugt/) ſo hertzlich lieb gehabt/ das Sie von ihm begehrte/ Er wolle doch zue Ehrerbietung ihres Herrn Vettern deß Käyſers/ ſeiner ſelbſten/ auch ihrer lieben Vier Söhne/ zum ewigen Gedächtniß beſtätigen/ das biß zum Ende der Welt alle Herren Reuſſen keinen andern Namen führen möchten/ als Henrich/ ſo ihr auch *Anno* **1194. zugeſaget und verwilliget worden ſey.**

Interim tamen ex Genealogiis illorum conſtat, etiam hujus parentem & filios jam Henricos vocatos eſſe, quod poſterius procul dubio etiam in honorem dicti Imperatoris & Patris factum fuit.

Cui nos addimus 1. Illos ad differentiam inter ſemet ipſos ob nominis æqualitatem exprimendam non ſolùm ratione familiæ ordinem linearum, ſed etiam ratione perſonarum in quâq; familiâ numerum ſecundùm ordinem nativitatis adjicere e. gr. qui in ſeniori lineâ filius quintogenitus ſe vocat Henricum V. antiquioris lineæ, Germanicè **Henrich der V. der Aeltere**/ ratione ſcilicet lineæ, ut dictum, in juniori lineâ ſecundogenitus Henricum II. junioris lineæ **Henrich der II. der Jüngere** & ſic porto. *Cujus ignoratio* multis magnis viris impoſuit, ut contradictionem in adjecto judicarent, in ſe continere Henricum II. eſſe juniorem Henrico V.

Et 2. Totam familiam anno 1675. ab Imperatore noſtro Glorioſiſſimo in dignitatem Comitum Imperii evectam eſſe.

Illorum Genealogiam in tribus Tabulis in Opere ſuo Rittershuſ. & cenſum Imperii Zeill. Tit. 5. n. 27. exhibet.

Domini de Rappelſtein, vetuſtiſſimæ atque nobiliſſimæ ſunt originis, utpote à Marchionibus vel Ducibus Spoletanis in Italiâ orti, ut communiter Scriptores Germanici & inter illos *Munſter. l. 3. c. 101. Lazius de Migrat. Gent. l. 3. f. 109. Pantaleon de Viris Illuſtr. Parte 2. f. 184. Hemming. in Opere Geneal. Tomo 4. Parte poſter. f. 443. & ſeq. & Herzog. in Chron. Alſat. l. 3. c. 4. & l. 5. f. 130. quibus etiam ex Italis Sanſovinus referente Spenero in Indice ad Part. 1. dicti Theatri accedit, tradunt.*

Ex illis in Torneamento 2. Ortolphus. 6. Willepoldus 8. Wilhelmus 10. Fridericus & 11. Arnoldus comparuit, ut tradit *Modius d. Tomo 2. paſſim & ſuis locis.*

Illorum familia quondam ampliſſima anno 1673. in A. *Johanne Jacobo abſq; maſculis heredibus mortuo defecit, & Chriſtianiſſimus Galliarum Rex Ludovicus XIV. omnia illius bona ſub titulo Regiorum feudorum Chriſtiano Comiti Palatino Rheni, in Birckenfeld, qui defuncti filiam Catharinam Agatham in uxorem duxit, contulit, ut refertur à Spenero in Hiſtor. Inſign. Illuſtr. l. 2. c. 72. Ubi* de familiæ hujus ortu, factis & interitu multa lectu digniſſima memorat.

Licet verò Domini hi jam longo tempore ab Auſtriacis, ut notum eſt, & *Schadæus P. 3. Sleidani continuati l. 7. f. 290. refert, abſq; onere exemti fuerint, adeoq;* in numerum Statuum Imperii non pertinuerint, *illorum tamen* ob celebritatem familiæ & factorum hic mentionem facere voluimus.

Domini de Schönburg, ut ex *Fabritio & Spangenbergero refert Peccenſt. d. c. 18. n. 7. & Zeiller. in Contin. Itiner. German. c. 4. f. 65. jam Caroli M. tempore inclaruerunt*, B. & primùm in finibus Bohemiæ ſupra Pirnam Hohenſteinii ſedem ſuam habuerunt, & inde in Miſniam ſe contulerunt.

Sed illi ipſi originem ſuam ad Duces Bohemiæ referunt, ut demonſtrat Spener. in d. Hiſtor. Inſign. Illuſtr. l. 3. c. 33. Dividuntur vero illi ſecundum Rittersh. in Opere Geneal. & Spener. in Indice ad Part. 2. dicti Theatri in familiam Glauchenſem & Pennigkenſem, ac prior iterum in Glauchenſem in ſpecie, & Hartenſteiniam vel Lichtenſteiniam. De quo etiam legi poteſt Zeiller. d. Tit. 5. n. 23. & ſub verbo **Hartenſtein** *ac* **Lichtenſtein** *p. 345. & 356.*

Illorum Genealogiam vide apud Rittersh. d. l. & Cenſum apud Zeill. d. l.

Domini Fleckenſteinii valde antiquæ ſunt proſapiæ, ſiquidem ex illâ in ſecundis ludis equeſtribus anno 942. Rotemburgi celebratis *Henricus* ex Circulo ſuperiori Rhenano Rex ſodalitatis deſignatus fuit, C. ut legi poteſt apud *Modium d. Tomo 2. f. 23. poſtea* ex illis in Ludis quartis *Wolffgangus* & in undecimis *Henricus* comparuit apud *Eund. d. T. 2. f. 28. & 60.*

Anno 1389. *Henricus* ejus familiæ Comitatum vel *Dynaſtiam Dachſtul per matrimonium* cum Johannis de Raldingen aliis Rollingen vel Boëmundi Domini de Dachſtul *unicâ filiâ Elsâ* contractum adeptus eſt, ut poſt *Herzog. in Chron. Alſatia l. 5. f. 132. refert Spreng. in Inſtit. Jur. Publ. d. l. 3. c. 28. in f. ubi ſimul Fleckenſteinios Comites nominat* ignotâ nobis tituli illius origine, ſiquidem qui in nuperis Comitiis Ratiſponenſibus Receſſum ſubſcripſit Georgius Henricus ſe adhuc Dominum de Fleckenſtein nominavit. *Illos tamen ab Imperatore Friderico III. anno 1467. Baronum dignitatem impetraſſe Spener. in d. Hiſtoriâ Inſign. Illuſtr. Parte Spec. l. 1. c. 23. §. 2.* refert, & §. 3. ſubjungit, *Dominium Dachſtul ab ultimo hujus lineæ* D. *Georgio circa annum 1644. mortuo Philippo Chriſtophero Archiepiſcopo Trevirenſi venditum eſſe*, & ab illo ad ſuam familiam, ſcilicet Dominorum de Sotern, translatum dici.

Illorum progenitores vide apud Herzog. d. l. & Spener. P. 2. dicti Theatri f. 22. & Cenſum apud Zeiller. Tit. 8. n. 34.

Barones de Kreichingen vel Krichingen etiam vetuſtæ ſunt originis, nam in Ludis Equeſtribus ſecundis *Fridericus* hujus proſapiæ ſimul comparuit, ſecundum *Mod. d. T. 2. f. 21. Ubi notandum* illos rarò in Comitiis Imperii comparuiſſe & quidem noſtro ſcitu ſolùm Wilhelmum in præterito ſeculo R. J. de anno 1570. ſubſcripſiſſe.

Sita verò eſt illorum ſedes vel arx cum appertinentiis in Weſtraſiâ, ſolvuntq; de illa Imperio pro cenſu 40. flor. & Camera Imperiali cum augmento 16. flor. 42. **Cr.** *5. ob ſecundum Zeill. d. Tit. 8. n. 32.*

De

De illorum Genealogiâ quo ad Majores antiquos nihil exacti reperire potuimus, ſragmentum tamen illius habet *Reuſn. in Auctar. f.144. Recentiores verò ex Spenero d. P.1. f. 52. & P.3. f.14. ſuppleri poſſunt.*

Quod poſſeſſores hodiernos Comitatus Königſtein & Dominus Epſteini concernit, notandum, illum cum hoc per aliquot ſecula conjunctum, *hujus verò dimidiam partem* à Godofredo ejus nominis ultimo anno 1492. Wilhelmo Haſſiæ Landgravio venditam eſſe, ut refert *Spener. in Ind. ad d. P.3. Theatri: Sed Reuſner. in Auctar. f.142.* tradit, illum quartam partem arcis Buzbach (Philippo juniori) Comiti Cattimelibocenſi anno 1478. pro 40000. florenis vendidiſſe.

Et cum præterito tempore ob Comitatum vel Baronatum hunc Epſteinium inter Johannem Haſſiæ Landgravium & ejus fratrem Georgium controverſia orta eſſet, *illam anno* 1643. amicabiliter compoſuerunt, ut legi poteſt apud *Sprengor. in Ellychnio p.m.1815. & ſeq.*

Primus in hâc familiâ Comes Eberhardus à Sigismundo Imperatore anno 1420. (cui etiam arcem & Dynaſtiam Königſtein in Imperii feudum dedit) *à Spenero in Indice ad d. P.3. factus ſcribitur, ſed Reuſn. d. f.142. & Zeiller. in Itin. Germ. c.22. f.486. Eberhardum ultimum* Comitem demum à Maximiliano I. Imperatore anno 1505. illam dignitatem obtinuiſſe referunt.

Eberhardus hic liberis carens in Comitiis Imperii Wormatienſibus anno 1521. apud Imperatorem Carolum V. conſentientibus Electoribus per indultum *obtinuit, ut ejus Soror Anna Bodoni Comiti Stolbergenſi nupta unà cum liberis* in omnia ejus Imperii feuda ſuccederet, & anno 1527. in teſtamento ab Imperatore illo confirmato Bodonis hujus filios & filias ſcripſit, ac per fideicommiſſum ſubſtituit ac anno 1535. mortuus eſt.

Illi itaq; Ludovicus Comes Stolbergenſis tanquam Bodonis primogenitus ſucceſſit, eique Abbas Limburgenſis ſimul feuda ſuæ Abbatiæ contulit.

Eiq; ſine maſculis heredibus anno 1574. *defuncto frater Chriſtophorus ſucceſſit, anno* 1581. *cælebs mortuus.*

Quo facto Archiepiſcopus Moguntinus Daniel ſub prætextu Cæſareæ Commiſſionis Comitatum illum anno 1581. *manu militari occupavit & Johannes Caſimirus Tutor Electoralis Palatini pupilli Friderici IV. etiam dicta Limburgica feuda* (nam ejus frater Ludovicus V. Abbatiam illam poſt Tranſactionem Paſſavienſem occupaverat) *ad ſe traxit: Et ita Comites* hi Comitatu & feudis iſtis adhuc dejecti, nec reſtituti fuerunt, *licet* ex capite Spolii in Camerâ Proceſſum inſtituerint, & adhuc proſequantur, ut legi poteſt apud *Klock. Tom.2. Conſil.29. in ſpece facti & ſubjunctis quæſtionibus. Comites hi quidem anno* 1590. *cum dicto Epiſcopo tranſactionem inierunt, ſed ob prætenſam juris ignorantiam minorennitatem & læſionem ultra dimidium, illam revocarunt, ob fundamenta* in den Stolbergiſchen *Documenten, & poſtea in Deductione anno 1663. editâ expreſſa.*

Licet enim Rex Sueciæ Guſtavus Adolphus iis occupatam arcem Königſtein anno 1631. reſtituerit, *attamen* Cæſareani anno 1635. illam poſt obſidium recepere, ut legi poteſt in *Theatro Europæo Mariani Contin. 3. f.549.* & apud *Zeill. in Contin. Itinerar. d. c.22. f.299.* & poſtea Archiepiſcopatui Moguntino reſtituta fuit, *ſicut etiam nupero Imperii Receſſus Elector Moguntinus ratione iſtius Comitatus vel Dynaſtiæ* ſubſcripſit, de quo plura vide apud *Zeiller. in Topogr. Archiepiſc. Moguntini f.17. Cenſum illum refert Idem de Dec. Circul. Tit.8. num.30.*

Comitatum Beuchlingen hodie Domini de Werttern poſſident, ſed à quo tempore inter ſe diſſerre videntur ſcriptores ſiquidem Peccenſt. d. c.10. tit.8. poſt pr.

A. ſcribit, Dictericum à Werttern Maximilano I. Carolo V. Ferdinando I. percharum, poſt mortem Philippi ultimi Comitis illum Comitatum per emtionem acquiſiviſſe. *Sed Spangenberg. in Speculo Nobilitaris d. c.15. f.278. refert* Bartholomæum (quem Peccenſt. ante Philippum in prælio Sivertshuſano anno 1552. periiſſe narrat) ultimum ſuo tempore mortuum eſſe: Atque Dominos de Werttern jam ante Comitatum illum habuiſſe. Sicuti etiam *Dreſſer. In Iſagog. Hiſtor. p.4. poſt p. 608.* Johannem III. dicti Dicterici patrem Beuchlingam, & Leubingam ad Unſtrum ab Adamo Comite Beuchlingano emiſſe narrat.

Sed illum Electores Saxoniæ cum onere cenſus, ut refert Zeill. tit.5. n.27. eximunt, ubi illum memorat.

Scribunt ſe. Domini iſti de Werttern deß Heil. Röm. Reichs Erb-Cammer Thorhüter *acquiſitore primo* anno 1247. Antonio Equite, & con-

B. firmationem ejus officii à Sigiſmundo Imperatore obtinente anno 1420. Johanne I. ut refert *Dreſſer. in Iſagog. Hiſtor. d. parte 4. poſt p.608.* ubi ſimul privilegia huic dignitati annexa & alia memorabilia recenſet. *Antiquitas horum Dominorum inde patet,* quod *Jodocus Wertherus in Ludis IV. equeſtribus* anno 969. Martisburgi habitis comparuerit, verum ob non ſatis probatum genus rejectus fuerit. *Ludis VI.* anno 1019. Treveri celebratis *Jodocus alius vel Jobus* tanquam candidatus admiſſus *Ludis VII.* Halæ Saxonum anno 1042. celebratis inter fœminas bravium donaverit aliqua vidua ex hâc familiâ Henrico Egſtetio & *Ludis IX.* Gottingæ anno 1119. inſtitutis Jodoci Wertheri uxor ad armiluſtrium adhibita fuerit referente *Modio d. Tomo 2. f.29. f.35. f.38. & f.45. Dreſſer. tamen d. l.* Jodocum ipſum interfuiſſe his poſtremis ludis & equeſtria ornamenta Francis diviſiſſe narrat.

C.

TH. VII.

Hactenus claſſis Comitum, Baronum & Dominorum Suevicorum & Wetteravicorum: Sequitur Claſſis Comitum, Baronum & Dominorum Franconicorum, qui ſunt ſequentes: Comites Hohenloici Caſtellenſes, Erbacenſes, Leonſteinio-Wertheimii, Schvvarzenbergici, Nothafftii, Poſſeſſores Comitatus Reineccii, Semper liberi de Limburg & Domini de Seinsheim.

Explic.

P*Ræmittendum circa hanc claſſem,* quod *illa in Comitiis anni* 1641. *iterum introducta fuerit, ut jam*

D. *præc. th. 4. expl.2. diximus in eâ* ſemper conſtitutus ſit ex numero Comitum *Director* quidam, qui in nuperis Comitiis anni 1653. & ſeq. fuit Fridericus Ludovicus Comes Lowenſteinio Wertheimius, ut ex ſubſcriptione Receſſus Imperii tunc publicati conſtat.

Comites Hohenloici olim, dum ſub Henrico IV. Imperatore in Italiâ ſedem fixêre & in illâ per aliquot tempus ſubſtitere, ſicuti etiam poſtea in Germaniâ Latino vocabulo *Comites de Altâ Flammâ ad analogiam Germanicæ denominationis* à verbo Hohe & Loe/ quod poſterius flamma denotat, deſcendentis *dicti ſunt,* ut inter alia ex catalogo Epiſcoporum Herbipolenſium ſub Epiſcopo Godofredo in ordine 37. apud *Bucelin. in German. Sacrâ p.1. f.14. & Hundio in Metropoli Salisburg.* ſub Epiſcopis Patavienſibus Epiſcopo 59. nec non *Lazio l.7. de Migrat. Gent. f.m.334.* ubi hoc ſub Friderico I. Impe-

ratore in Germaniâ introductum ſuiſſe ſcribit, legi poteſt.

Deducunt autem illi originem ſuam à Craftone vel Cratone quodam, qui Luitgardim Helffenſteiniam circa annum 897. in matrimonio habuit, ut poſt alios narrat *Spener. in Indice ad P. 1. Theatri Nobilitatis.*

Sicuti etiam quidam ejuſdẽ nominis ſæpè *dicta illi expeditioni Henrici I. Imperatoris & in torneamento primo* inter Moderatores ex Circulo Franconico Erneſtus reperitur apud *Modium in Pandect. Triumph. d. Tomo 2. f. 2. & 13.* poſtea verò multi ex illâ familiâ ludis ſequentibus 2. 3. 7. & reliquis interfuerunt, ut ibid. legi poteſt.

Dividitur hodie hæc familia referente Zeiller. in Topogr. Franconiæ f. 6. & de Decem Circul. tit. 6. n. 7. in *Neuſteinienſem*, quæ poſſidet Dominium Weickersheim, Neuenſtein & Langenberg: & *Waldenburgenſem*, ad quam pertinet Dominium Waldenburg, Pfedelbach & Schillingsfurſt Commune etiam hi Comites habent oppidum Oeringen.

Quibus addendum, Comites hos ex privilegio Imperatoris Rudolphi II. 18. ætatis anno majorennes fieri, ut præc. Sect. 1. c. 4. th. 14. in expl. notavimus.

Plura *de Genealogiâ* illorum antiquâ vide apud *Lazium d. l. & Henning. in Opere Genealog. P. 4. f. 391.* ac quo ad hodiernam apud *Rittersh. in Tabulis Genealog. & Zeiller. d. tit. 6.* ſub memorato oppido Oeringen. nec non *Spener. d. l. ubi tamen illam paulo aliter diſtinguit.*

Illorum cenſus à Zeillero Tit. 6. n. 7. refertur.

Caſtellenſes, ut ex *Kyriandro in Annal. Trevir. Parte 15.* paſſim conſtat, *de Caſtris olim dicti* antiquiſſimi quoque ſunt ſtemmatis, originem ab antiquis Franconiæ Ducibus *per Marquardum* primum familiæ ſuæ Comitem ab illis deſcendentem *& anno* 828. mortuum deducentes, ut legi poteſt apud *Spener. in Indice. ad P. 2. Theatri Nobilit.* *Sicuti etiam illorum antiquitas* ex ſepulchris in Monaſterio Eboraco & Schvvarzbachio apud *Bruſch. in Chronol. Monaſteriorum German. & ex Modio d. Tomo 2.* apparet: *Refert n. f. 2. Conradum* ex hâc familiâ *dicto Henrici Aucupis expeditioni* ſub Conrado Franconiæ Duce & *f. 13.* Torneamento primo ex Circulo Franconico Erneſtum tanquam Moderatorem, inter reliquos verò Johannem interfuiſſe *f. 16.*

Hodie dividitur in lineam Rudenhuſianam & Remlingenſem, ut *narrat Rittershuſ. in Tab. & Spener. dict. loc.*

Reſidentiam habent in arce Caſtellenſi & Rudenhuſiano, tradente *Zeillero in d. Topogr. f. 7.*

Eorum cenſum Imperii & Cameræ annotavit *Zeill. de Decem Circul. d. tit. 6. n. 8.*

Genealogiam verò habet Rittershuſius in Tabulis.

Erbacenſes Comites utpote etiam vetuſtiſſimæ proſapiæ originem ſuam *ab Eginhardo Caroli M. genero & Emmâ ejus filiâ* (de quorum amore clandeſtino & ſecuto matrimonio legi poteſt *Chron. Lauriſham. ad ann. 805. f. m. 62.*) deducunt, ut poſt alios narrat *Hubert. Thomas Leodius l. 3. de Vitâ Frider. 2. Palatini p. 10. & Spener. in Indice ad d. P. 1.*

Ex illorum familiâ in dicto apparatu bellico ſub copiis civitatum Imperialium *Wilhelmus & in ludis primis Meinolphus* tanquam Rhenanus Ludorum Rex fuit, annotante *Modio d. Tomo 2. f. 1. & 11.* ac anno 1140. fundationi Cœnobii Oxenhuſienſis Bernhardus ſimul ſubſcripſit, ut refert *Lazius l. 8. f. 458.*

Præter Comitatum cognominem etiam dimidiam partem in arce Breuburg habent, ut ſcribit *Zeiller. in d. Topograph. f. 6.*

Illorum Genealogiam & Cenſum vide apud Rittershuſ. in Tabul. & Zeill. d. tit. 6. n. 11.

Sunt Electorum Palatinorum Pincernæ hæreditarii ab antiquo, ut legi poteſt apud *Laz. d. l. 8. & f.* *Sicuti etiam* in Comitiis Electoralibus Francofurtenſibus anno 1658. eo nomine *Georgius Erneſtus* in Comitatu hodierni Electoris Sereniſſimi ſimul comparuit, ut refert *Zeill. ibid. & Auctor. Diar. Europæi. Parte 1. ad dictum annum.*

Leonſteinio vel Levvenſteinio Wertheimii, ut ex titulo etiam apparet, *ex duplici conflati ſunt Stemmate, quorum poſterius* quoque antiquiſſimum eſt, utpote ex quo jam in ſæpius d. apparatu bellico ſub Conrado Franconiæ Duce Otto Comes tanquam copiarum Præfectus, & in Torneamenro I. tanquam Curator ad ſepta Wilhelmus, & inter reliquos Equites Heinricus ſecuodum *Modium f. 2. 14. & 18.* præſens fuit.

Prius verò inde ortum, cum Fridericus Victorioſus Comes & poſtea Elector Palatinus ob cœlibem vitam actam fratris Ludovici III. filium Philippum in filium arrogaſſet, poſtea verò vitæ illius pertæſus de matrimonio ineundo conſilium cepiſſet, & tamen ob dictam arrogationem Philippum rejicere nollet, re cum illo & quibusdam Ordinibus benè ponderatâ Nobiliſſimam quandam fœminam *Claram à Tettingen* in uxorem elegit, & præſentibus Philippo alio agnato Wormatienſi ac Georgio Spirenſi Epiſcopis nec non quibusdam ſuis Conſiliariis & nobilibus viris confectis ſimul tabulis nuptialibus duxit. *Poſtquam itaq;* ex illâ duos filios *Fridericum* deſtinatum Canonicum Spirenſem & Wormatienſem ſed in pueritiâ mortuum *& Ludovicum* genuiſſet, ne dicto ſuo arrogato filio Philippo & familiæ præjudicaret, *illos ſaltem Comites Imperii* annuente Imperatore Friderico IV. eſſe voluit, & ſatis amplo patrimonio ditavit, *ſed poſt ejus mortem* dictus Philippus Comes & Elector Palatinus omnes iſtas in patrimonium conceſſas dynaſtias præter Scharffeneccum, cum Comitatu Leoſtenio in Suevia ſito permutavit (quamvis *Irenicus in Exegeſi German. l. 3. c. 103.* diverſum, & quod dictus Elector Fridericus comitatum illum ipſe à Wolffgango ultimo Comite ad ſuſtentatiooem filii ſui Ludovici emerit, tradat) eumque tandem Ludovicus hic aſſentiente Imperatore Maximiliano I. aſſecutus eſt, atque ita antiquis Leoſteiniis Comitibus exſtinctis illum cum titulo ad poſteros ſuos tranſmiſit.

Ejus verò ex filio Friderico nepos Ludovicus per matrimonium cum Annâ Ludovici Comitis Stolbergenſis filiâ & hærede anno 1567. contractum Comitatum Wertheimium cum pertinentiis (qui ad iſtum poſt mortem Barbaræ ex filiâ Catharinâ neptis tanquam ultimæ ejus familiæ & hæredis pervenerat) de quo etiam legi poteſt *Spreuger. in dictis Ellychniis f. m. 1884. & ſeq.*) *acquiſivit & ad poſteros quoq; tranſmiſit*, ut in *Stemmate Leoſteiniano cum Annalibus dicti Huberti Thomæ Leodii typis expreſſo* & in *Itinerario Zeilleri c. 14. n. 16. ac ibi in continuatione, nec non apud Limn. ad A. B. c. 1. §. 10. Obſerv. 11.* legi poteſt. *Verùm illo tempore Julius Epiſcopus Herbipolenſis* multa bona ceu Epiſcopatus feuda contra pacta cum dicto Ludovico Stolbergio inita Comitatui illi ademit, quare magnum inter Wertheimenſes & dictum Epiſcopatum litigium ortum eſt, ut refert *Sprenger. d. l.* utriusque partis fundamenta & rationes referuntur in *Actis Wertheimenſibus.*

Idem Ludovicus Leoſteinius dictæ uxoris jure tam ratione dotis in 60000. florenis conſiſtentis, quàm ratione inveſtituræ à ſocero impetratæ poſt illius

mortem

mortemComitatum *Roſchefortinum* ſibi attribuit cumque cum poſteris ab anno 1575. poſſedit.

Verum Comites Stolbergenſes illum ex pacto confraternitatis & aliis non vilibus fundamentis ſibi ſemper vindicarunt, uti apud *Klock. Tomo 3. Conſil.* 150. per totum legi poteſt.

Genealogiam utramq; Rittersh. in Tabulis & Leoſteniorum ſeparatim Auctor dicti Stemmatis, cenſum verò Zeiller d. tit. 6. n. 9. exhibet. Quibus ex Spenero P. 2. f. 59. addendum, Comitem Philippum Carolum ſeparatam Roſchefortianam lineam conſtituere.

Et ſimul memorandum, inter dictum Ludovicum Leoſtenium & Annam Stolbergicam anno 1597. *pactum Gentilitium* initum fuiſſe, vigore cujus *ſoli maſculi* in dictis Comitatibus ſuccedere, *filia vero vel fœmina* certam dotem accipere, deficientibus autem omnibus maſculis demum ſuccedere debent, ut legi poteſt ex extractu dicti pacti apud *Sprenger. d. tr. p. m.* 1887. *& ſeqq.*

Comites Schwarzenbergii ex antiquiſſimâ Seinsheimiorum familiâ (de quâ paulò poſt dicetur) oriundi Stemmatis ſui auctorem habent *Erkingerum Seinsheimium à Sigiſmundo Imperatore anno* 1428. *Baronem de Schwarzenberg creatum.*

Ex hujus poſteris & quidem primogeniti Michaelis ramo *Adolphus* ob egregia contra Turcos in Hungariâ præſtita facinora à *Rudolpho II. Imperatore referente Zeillero d. c. 14. n. 22. anno* 1598. *Comes & hujus nepos Johannes Adolphus anno* 1671. *ab Imperatore Leopoldo glorioſiſſimo Imperii Princeps creatus eſt.*

Ex Sigiſmundi verò fratris ſecundogeniti lineâ jam anno 1566. Chriſtophori & Friderici ſex liberi, interque ea primariò *Johannes & Otto à Maximiliano II. Imperatore Comites* creati ſunt, *ex quibus etiam prior R. J. de anno* 1570. *ſubſcripſit.* Dynaſtiâ Schwarzenberg in Comitatum & Hohen Landsberg in Baronatum versâ ut hæc omnia à *Thraſybulo Lepta de Ortu, vitâ & Rebus geſtis Georgii Ludovici à Seinsheim latè referuntur, ſed illius, uti & fratris Hermanni lineâ in Georgio Ludovico anno* 1642. *mortuo extincta eſt.*

Ex priori verò ramo, genitore Egmondo I. in Belgio & Friſiâ quidam adhuc ſuperſtites ſunt, ut legi poteſt apud *Rittersh. in Tabulâ Illorum ſecunda.*

Illorum Genealogiam integram habet Idem Rittersh. & Cenſum Zeiller. d. Tit. 6. n. 15.

Comites Nothaffiis ortus quidem antiquiſſimi & quidem Equeſtris dignitatis ſunt, ſiquidem ex illorum familia *Catharina virgo in dicto primo Torneamento* anno 938. Magdeburgi celebrato ad luſtrationem armorum & galearum diviſionem ex Gynæceo deſtinata fuit. *& in Ludis XII.* 1198. Norimbergæ habitis inter ſolenniter initiatos *Fridericus Nothaffius* reperitur apud *Modium d. Tomo 2. f. 14. & 66.*

Sed ex hâc familiâ primus Johannes Henricus ab Imperatore Ferdinando II. in ordinem Baronum, referente Auctore de Statu Regiminis illius Imperatoris p. 211. & ab Imperatore Ferdinando III. (ut ipſe nobis in Aulâ Cæſareâ retulit) *in Comitem Imperii evectus fuit*, ſicuti etiam *Receſſum Imperii anni* 1654. *hoc titulo* **Johann Heinrich Nothafft / Graff und Herr zu Warrenberg** (*rectius* **Wernberg**) *ſubſcripſit.*

Illorum Genealogiam à multis ſeculis deductam refert Bucel. in Germaniâ parte 3. f. 268. & ſeq.

Comitatus Reineccius & Lohranus quondam peculiares ſuos Comites habuit, ſed anno 1559. *poſt mortem ultimi Comitis ita diviſus fuit, ut maxima ejus pars*

A. *tanquam ſub feudum Imperii ad Archiepiſcopatum Moguntinum* (de quo *Serar. de Rebus Mogunt. l. 5. p. 973.* conſulendus eſt.) *Præfectura Schönrein tanquam feudum ad Epiſcopum Herbipolenſem, Waldenſes ad Comites Erbacenſes & reliqua bona ad Comites Hanovienſes in Munzenberg ac Iſenburgicos pervenerint*, ſicut legi poteſt apud *Limn. in Addit. prioribus ad l. 4. c. 7. tit. 6. n. 26. & Zeiller. in d. Topogr. f. 32. Quâ etiam de cantâ quilibet horum certum cenſum præſtat*, ut *Limn. dict. loc.* conſignavit.

Quoniam verò ſola illa pars, quæ ad Moguntinos pervenit feudum Imperii conſtituit, ideò etiam illi ſoli tanquam poſſeſſores illius Comitatus ſub hac claſſe in Comitiis Imperii comparent & Receſſibus ſubſcribunt, ut ex actis Imperii notum eſt:

B. *Sed hodie hæc Comitatus pars ex titulo emptionis ad Illuſtriſſimum Comitem Johannem Hartwigum de Noſtiz Regni Bohemiæ in Aulâ Cæſareâ ſupremum Cancellarium &c. ut nobis relatum eſt ſpectat. Cenſum ejus* vide apud *Zeiller. tit. 6. n. 10. ubi etiam terminos Cameræ refert.*

Semper liberi de Limburg inter antiquiores familias quoque pertinent, ex iis enim in *torneamento XII.* anno 1198. Norimbergæ celebrato *Godofredus Baro & Dominus de Limburg* comparuit, ut refert *Medius d. T. 2. f. 64.* ſicuti etiam *Lazius l. 3. de Migrat. Gent. f. m. 109. & Henning. d. Tomo 4. f. 434. Illorum Genealogiam ab anno 1245. referunt.*

Unde verò illi originem ſuam trahant incertum eſt, ſiquidem *Nonnulli* illos ab antiquis Comitibus & Ducibus Franconiæ; Alii à Ducibus Limburgicis deducunt, ut poſterius apud *Rittersh. in Tabulis reperitur*, prius verò magis probat *Spener. in Hiſtoriâ*

C. *Inſignium Illuſtrium Parte Speciali l. 1. c. 53. §. 2.*

Illud hic ad illorum præeminentiam ex prat. th 2. expl. 2. repetendum eſt, quod ſe cum Leyningenſibus **deß Heiligen Römiſchen Reichs** *Semper* **Freye** *ſcribant, & in ſubſcriptionibus Receſſuum Imperii nonnullis Comitibus præferantur. Dignitatem verò illam ab antiquo habent, & in omnibus Receſſibus Imperii ab anno 1541. à quo tempore omnes Comites illos ſubſcripſerunt, illo titulo uſi ſunt.*

Et addendum, quod ab antiquo (ſiquidem jam anno 1209. *Waltherus* illo titulo eſt uſus apud *Modium d. T. 2. f. 70.*) *Sacri Romani Imperii Pincernæ hæreditarii adeoq; Regum Bohemiæ ſubofficiarii ab antiquo*, ſiquidem teſte *Cruſio P. 3. lib. 2. c. 12. f. 90. Ulricus* ex illâ gente literas quaſdam cum illo titulo *anno* 1260. edidit, *ſint, ſicut ex A. B. c. 27. aliis 28. §. 6. & c. 29. ſubſcriptionibus Receſſuum & communiter notum eſt.* Vide tamen *Limn. ad A. B. d. c. 27. & §. 6. obſ. 11.*

D. *Quibus addendum Limburgicos ratione hujus officii in ſcuto ſcyphum aureum inter alia geſtare, ut apud Spener. d. c. 53. §. 5. legi & in inſigni conſpici poteſt.*

Illorum pleniorem Genealogiam & cenſum exhibet Rittersh. in Tab. & Zeill. d. tit. 6. n. 12.

Domini à Seinsheim antiquiſſimæ ſunt proſapiæ, ex illis enim examinatores & inſpectores galearum & armorum apud *Mod. d. T. 2. f. 14.* & in ſecundo Agnes inter fœminas ad eandem inſpectionem adhibita ac Georgius Rex ſodalitatis ex Circulo Franconico apud *Eund. f. 22. & ſeq.* conſtitutus legitur.

Ex hâc familiâ, ut paulò ante dictum eſt, Comites & Principes Schwarzenbergici deſcendunt.

Plura de illâ legi poſſunt apud Leptam de Ortu, vitâ &c. Georgii Ludovici à Seinsheim.

Illorum cenſum refert Zeiller. d. tit. 6. n. 14.

TH. IIX.

Fuerunt etiam Comites, Barones & Domini Franconici: Hos excipiunt tandem Comites, Barones & Domini circuli Weſtphalici & Saxoniæ Inferioris, qui ſunt ſequentes.

Comites Brunckhorſtii in Gronsfeld. Oſtfriſici & Ritbergici. Manderſcheidii ratione Comitatus Getoldſtein & Blanckenheim. Widenſes & Runckelani. Salmenſes ratione Comitatus Reiſſetſcheid., Lindenſes & Reckumenſes, Witgenſteinii & Saynenſes ratione Comitatus Saynenſis. Landgravii Haſſiæ inferioris ratione Comitatus Schaumburgici Oldenburgenſes B. & Delmenhorſtani, Bentheimii & Tecklenburgici. Duces Brunovicenſes ratione Comitatus Blanckenburg, Electores Brandenburgici ratione Comitatus Reinſteinii, Duces Lunæburgici ratione Comitatus utriusque Hojienſis & Diepholzii. Auguſtus Dux Saxoniæ ratione Comitatus Barbejenſis, Comites Lippienſes Marckenſes ratione Comitatus Schleidani, Vehlenſes, Ranzovii & Sinzendorffii.

Barones de Metternich ratione Comitatus Winneburgici & Beilſteinii, & denique Poſſeſſores Dynaſtiæ Pirmontii.

Explic.

C. *Præmittere hic etiam volumus hanc claſſem, ut jam præc. th. 4. expl. 2. deduximus, in præteritis Comitiis anni 1653. & ſeq. introductum eſſe*; & nos Comites, Barones & Dominos hic citra ullius præjudicium eo ordine, quo in ſubſcriptione dicti ſæpius Imperii Receſſûs locati ſunt, poſuiſſe.

Comites Brunckhorſtii vel Brunckhorſtii antiquitate generis ſatis fulgidi, ſiquidem ex iis *Giſelbertus anno* 1273. *& Florentinus anno* 1307. *Archiepiſcopi Bremenſes* fuêre; ut legi poteſt apud *Auctor. Hiſtoria Archiepiſcoporum iſtorum* inter ſcriptor. Germ. à Lindenb. editorum & *Cranz. in Metrop. l. 8. c. 35. & 49.*

Sed circa medium ſeculi decimi quinti in Giſelberto ultimo hujus ſtemmatis exſtincti ſunt ejusq; filia Hedwigis per connubium Ottoni Comiti Diepholzano Comitatum & titulum illum attulit, ut refert Reuſn. in D. *Auctar. f. 111. Sicuti etiam adhuc ejus pronepos Rudolphus Comes de Dipholz & Brunckhorſt R. J. de anno 1555. & 1559. ſubſcripſit.*

Cum verò etiam horum Comitum familia in Friderico d. Rudolphi filio *anno* 1585. *exſpiraſſet, Comitatus ille poſtea* (ignoto tamen nobis jure) *ad Gronsfeldios* (quorum ſedes hæreditaria in Epiſcopatu Leodienſi ſita eſt) *pervenit, ut indicat Zeiller. in d. Contin. Itiner. Germ. c. 1. ſub Matriculâ tit. 6. n. 125. & de Circul. Imperii tit. 9. num. 26. Sicuti etiam Johannes Gronsfeldicus ratione hujus comitatus Receſſui Imperii anni* 1594. *&* 1603. *ſubſcripſit*; & ſecundum *Zeiller. Tit. 9 num. 26. Gronsfeldius hic in circulo Weſtphalico cum cenſu 12. florenorum anno* 1602. *receptus fuit.*

In dictis Comitiis Ratiſponenſibus anni 1653. & ſeq. comparuit Jodocus Maximilianus Comes Brunckhorſtius in Gronsfeld, & Receſſum Imperii ſub præſentibus Comitibus ſubſcripſit.

A. *Notandum ſimul hîc Barones de Styrum ſe etiam Brunckhorſtianos Comites appellare, ut refert Zeiller. d. tit. 9. num. 26.*

Et quod Gronsfeldii hi narrante Gelenio de Magnit. Colon. l. 2. p. 161. quaſi Gramfeldii dicti à Granio Coriovalli & Thermarum in Sunicis ſive Aquisgrani Principe orti dicantur, ac tres ſanguineos orbes in aureo campo geſtent.

Comites Friſiæ Orientalis, recentioris, ut notum eſt, ſunt originis: In illorum enim familia *Etzardus* Zitzena vel Siteſena (ut illum *Emmius Rerum Friſic. l. 14. in f. & l. ſeq. in pr.* vocat) primus Capitaneus Gretſilanus poſt medium ſeculi decimi quarti & ejus filius *Enno* etiam Capitaneus Gretſilanus factus & hujus filius natu major *Etzardus* ideo, quod pater Friſiis libertatem conſervarit; ad illam porro B. contra Focconem & ejus factionem defendendam patre ob ſeolum id recuſante fœderati exercitus Dux anno 1430. ac poſtea Rector illius provinciæ electus, eique anno 1441. mortuo Frater Ulricus paulo poſt in utroque munere ſuffectus; ac ad preces humillimas communis libertatis & tranquillitatis conſervandæ causâ *ab Imperatore Friderico IV. anno* 1454. *cum uxore & poſteris in dignitatem Comitum Orientalium Friſiorum evectus fuit*; *Sed ille ex* ſingulari prudentiâ poteſtatem & dignitatem hanc non ſtatim publicavit, nedum uſurpavit, *ſed* ad populum ante beneficiis & benevolentiâ ſibi melius obſtringendum ad tempus occultavit, & ſic populum liberum paulatim ad obedientiam & ſubjectionem adſuefecit, ut apud *Emmium in Hiſtor. Friſicâ l. 21. f. 325. l. 23. poſt pr. & l. 25. f. 373.* legi poteſt.

Ex ejus poſteris Enno Ludovicus cum fratre Georgio Chriſtiano & jure primogenituræ, ut præced. cap. 7. C. *theſ. 12. in expl. diximus anno* 1654. *in Comitiis Ratiſponenſibus ab Imperatore Ferdinando III. Princeps creatus & anno* 1660. *mortuus eſt abſq; filiis &* ſolummodo duabus filiabus relictis.

Huic frater Georgius Chriſtianus ſucceſſit & anno 1661. Princeps creatus eſt, & illi mortuo *filius Chriſtianus Eberhardus* impubes anno 1665. ſucceſſit, *hic verò anno* 1667. demum in Senatu Principum ſeſſionem obtinuit, ſicuti *d. th. 12. in expl.* demonſtravimus, ubi ſimul de loco obtento diximus.

Ex familiâ hâc Enno III. per matrimonium cum Walpurgi Johannis Comitis de Ritberg ultimi & anno 1562. 9. Decembr ut Epitaphium ejus *in Topogr. Weſtphaliæ f. 60.* relatum indicat, in cuſtodia Coloniæ (cui à Circulo Weſtphalico ob multos tumultus creatos ditione privatus mancipatus fuerat, ut apud *Emmium l. 60. Rerum Friſic. f. 953.* D. *& ſeqqq. & Piderituim in Chron. Lippienſi parte 2. f. 627. & ſeqq.* uti etiam *Reckm. in Chron. Lubec. f. 233.* legi poteſt) defuncti filiâ & hærede contractum Comitatum illum cum appertinentibus bonis familiæ ſuæ intulit, ut poſt alios refert *Chytr. in Saxon. l. 18. f. 486. & Reuſner. in Auctar. Genealog. ſub Tab. Ritbergiorum; ab Hojenſibus Comitibus deducit.*

Poſt illam acceſſionem familia illa in duos Ramos nempe Oſt-Friſicum in ſpecie vel Embdenum ſatore dicto Ennone III. *& Ritbergicum* propagatore Johanne ejus fratre, qui Sabinam Catharinam ex illo fratre neptem in matrimonium ſibi collavit, *diviſa fuit*, ut legi poteſt apud *Spener. in Indice ad P. I. Theatri Nobilit. & Ritſerſh. in Tabul. Geneal. Ubi ex Limn. l. 4. c. 4. n. 93. annotandum eſſe duximus, Comitatum iſtum Ritbergicum eſſe feudum Landgraviorum Haſſiæ, & quidem, ut nos putamus, inferioris.*

Comi-

Digitized by Google

Comitum illorum Genealogiam Ritterſhuſius & cenſum auctum habet Zeill. d. tit. 9. n. 15. & 18.

Comites Manderſcheidii antiquiſſima etiam ſunt originis, ex iis enim *Wilhelmus Comes in ſæpe dictâ expeditione Henrici I. Imperatoris* ſub copiis Archiepiſcopi Trevirenſis & in *primo torneamento* fuit; ſicuti etiam alius ejuſdem nominis in torneamento ſexto apparuit; ut apud *Modium d. Tom. 2. f. 1. 15. & 34.* conſignatum eſt. Quibus ex *Spenero in Hiſtor. Inſignium Illuſtr. lib. 1. cap. 59. §. 2. addendum. Comites titulum hunc per aliquot ſecula intermiſſum à Friderico III. Imperatore per Theodaricum in ſeculo XV. recuperaſſe.*

Hodie familia illa propagatore Arnoldo juniore & Johanne Georgio *in Blanckenheimenſem & Geroldſteiniam* (*vel potius Gerhardſteinam*, ut exiſtimat *Zeiller. d. Tit. 9. n. 29.*) adhuc florentes lineas, *tertiâ Sleidenſi & Virneburgicâ* in Cunonis poſteritate poſtremo ſcilicet ejus lineæ Joachimo ſine maſculis hæredibus mortuo *extinctâ & Comitatu illo* ad Erneſtum Comitem Marcæ ut paulò poſt dicetur, jure matris Catharinæ Manderſcheidiæ tranſlato *diſtinguitur: Sicuti etiam* illarum duarum nomine Salentinus Erneſtus per legatum & Ferdinandus Ludovicus ipſe in Comitiis Ratiſponienſibus dicti anni 1653. & ſeq. comparuit, *priorq; illum Receſſum cum hoc titulo* Erb-Hoffmeiſter deß Ertz-Stiffts Cölln *ſubſcripſit.*

Illorum Genealogiam Ritterſh. in Tabul. & cenſum Zeiller. in Contin. Itiner. d. c. 1. ſub tit. 6. num. 96. & de decem Circul. d. tit. 9. num. 29. refert. De quâ & ejus diverſis lineis etiam legi poteſt *Spener. d. §. 2. & ſeqq. ubi etiam quartam*, nempe Kaylenſem in dicti Theodorici filio natu minimo Wilhelmo inchoatam & ſuperſtitem refert.

Comitatum ipſum in Eiflia partibus ſitum & feudum Lucelburgicum eſſe Bertelius in hujus Ducatus deſcriptione refert.

Comitatum alterum Virneburgicum quod attinet illum in confiniis territorii Trevirenſis ſitum & à quatuor Dominis, quibus ille in hæreditatis diviſione obvenit, quaſi Vier-Herren-Burg dictum ex relatione poſſeſſoris illius temporis *refert Idem ibid.*

De Comitum horum immediatis ditionibus, & tentatâ à nonnullis exemptione vide Limn. Tomo 4. l. 4. c. 7. Tit. 6. n. 96. & Tomo 5. ibid. in addit. ad hunc numerum, & Spener d. l.

Comites Wiedenſes & Runckelani etiam antiquitate non vulgari gaudent & Comitatus quidem prior ad Runckelanos per Fridericum cui, tanquam ex fratris Johannis filia Anaſtaſiâ & Theodoro Runckelano pronepoti, Wilhelmus ultimus Wiedenſis familiæ Comes anno 1454. illum donavit, pervenit, atque ita poſt illius mortem uterque Comitatus & titulus conjunctus fuit, ut legi poteſt apud *Henning. in Opere Genealog. Tomo V. parte priori f. 430. De quo etiam præced. theſ. 6. in explic. egimus*, ibique ſimul retulimus, illos ſe adhuc inter Wetteravicos numerare.

Duo poſtea ex illis in Hermanni Junioris filiis *orti ſunt rami*, nempe in Friderico *Wiedanus* in ſpecie & in Johanne Erneſto *Dierdorffianus referente Spenero in Indice ad P. 1. Theatri Nobilitatis.*

Gaudent privilegio fori & de non evocando vigore Diplomatis Maximiliani I. Imperatoris de anno 1516. *à Ferdinando III. Imperatore anno* 1653. *confirmati* relatore *Blumio in Proceſſu Cameræ tit. 27. Tab 5.*

Illorum Genealogiam & cenſum habet Ritterſhuſ. A. *in Tabul. & Zeiller. d. tit. 9. n. 28. Plura præced. th. 6. expl. 3. adducta ſunt.*

Comites Salmenſes per ſe quod concernit, de iis, tanquam ſimul Wild, & Rheingraviis principaliter dictis *præced. th. 6. in expl.* ſub Wetteravicis actum eſt.

Quoniam verò ad hanc claſſem reſpectu Comitatus Reifferſcheidii pertinent; de ille hic notanda ſequentia.

Comites hos 1. per aliquot ſecula ditionem illam Reifferſcheidiam tanquam peculiare dominium poſſediſſe, ideoque ſe ſolum Dominos Reifferſcheidios appellaſſe: *Cum verò* illorum agnatus Henricus IIX. Salmæ Arduennatis Comes illius lineæ ultimus filiam ſuam Mariam Ottoni Raugravio improli in matrimonium elocaſſet, *ne* ita Comitatus ille Salmenſis B plane in aliam familiam tranſiret, *agnatam ſuam Johannem Reifferſcheidiam* teſtamento militari hæredem nuncupavit, & ita hæc Comitatum illum filio ſuo Johanni reliquit, *& ab illo tempore Reifferſcheidii illi ſe Comites Salmæ & Reifferſcheidii vel ſecundum antiquum loquendi uſum Rifferſcheiti nominarunt.*

Quamvis verò dictus Otto Raugravius jure uxoris tanquam defuncti filiæ Comitatum illum ſibi vindicare voluit, & inde controverſia illâ in Curiâ Lucenburgicâ ventilata eſt, *attamen* hæc pro dictâ Johannâ, utpote ex communi ſtipite Friderico Salmæ Arduennatis Comite, ex cujus filio primogenito Friderico dictus Henricus IIX. ſecundogenito verò Henrico nominata Johanna in quinta generatione deſcendit, ortâ ideo pronunciavit, quod, ut jam dictum, Maria Henrici illius filia & Ottonis uxor ſterilis fuiſſet.

2. *Eoſdem* à dicto Johanne deſcendere, & qui- C. dem Erneſtum Salentinum, qui in ſæpe allegatis Comitiis Ratiſponenſibus ratione dicti Comitatus Receſſui inter Weſtphaliæ & Saxoniæ inferiores Comites ſimul ſubſcripſit ab illo in ſextâ generatione diſtare, ut apud *Spener in Indice ad P. 3. Theatri Nobilit. & tabulâ 3.* dignoſci poteſt; *Majores illius eâdem ſerie etiam refert Henning. in Opere Geneal. Tomo 4. parte priori f. 386.*

Et 3. Illos titulo uti Mareſchallorum hæreditariorum Archiepiſcopatus Colonienſis, ut ex dictâ Receſſus ſubſcriptione & Sprang. in Inſtit. Juris Publ. l. 3. c. 31. conſtat.

4. *Comitatum hunc Salmenſem & Dynaſtiam Reifferſcheidam in Ducatu quidem Lucelburgico ſitam illumq;* hujus Ducatus feudum *hanc* verò liberam Imperii eſſe, *teneri tamen* Comites illos Duci Lucelburgico iter per eam facienti portas aperire & totam arcem ad habitationem concedere, referente D. *Bertelio in Deſcript. illius Comitatus.*

In Zeilleri Topograph. Archiepiſcopatus Colonienſis in Appendice f. 33. & Belgii f. 244. refertur, ob Comitatum Reifferſcheidienſem adhuc anno 1602. litem motam eſſe de ejus immedietate, dum Archiepiſcopi Colonienſes & Duces Burgundiæ illum eximere voluerunt. Cenſum illorum vide apud Zeiller d. Tit. 9. n. 30.

Lindenſes & Reckumenſes in Weſtphaliâ quod concernit; jam anno 1594. Hermannus de Linden Baro de Reckhum vel potius Reckheim Receſſus Imperii illius anni ſubſcripſit: Refert tamen Zeiller. in Contin. Itiner. Germ. c. 1. ſub Matriculâ Imperii d. tit. 6. n. 112. Hermannum illum de Linden dominum de Hamheim propter dominium Reckum anno 1602. conventum fuiſſe. Porro Receſſus Imperii de anno 1613. illius filius Erneſtus de Linden tanquam Baro de Reckum ſubſcripſit. Qui etiam ab Imperatore Ferdinando II. Baro

creatus fuit, ut refertur in libello de Statu Regiminis illius Imperatoris p. 212.

Familiam verò iſtam poſtea ratione Baronatus Reckheimis (nam ratione Aſpremontii, & Lindenſis Comitatus, ut *paulò poſt n.* 1. & 2. dictum, Comites quidem antiqui, ſed Status Imperii non ſunt *adeoq; nec Imperio contribuunt*) *in Comitum Imperii dignitatem & procul dubio ab Imperatore Ferdinando III. in perſonâ Ferdinandi (qui prædicti Erneſti filius & anno 1665. mortuus fuit) evectam eſſe ex ſubſcriptionibus Receſſuum Imperii de anno 1641 & 1654 conſtat, in quibus dictus Ferdinandus cum iſto titulo reperitur.*

Illorum cenſum Imperii ratione ſcilicet Reckheimis refert Zellerus in d. n. 112.

De illorum Origine, Statu, Bonis acquiſitis ac ſimilibus, utpote non ita vulgariter notis ex Compendio Hiſtorico-Genealogico de Familiâ Aſpremontiâ hoc ipſo 1680. anno à Iohanne Holtackero Decano ad D. Virginem in urbe Wormatiâ edito in gratiam Lectorum ſequentia annotare voluimus.

I. *Comitum horum Aſpremontanorum Familiam cum Lindenſium Familiâ eandem eſſe. Arnoldus enim II.* Comes Aſpremontius Alberti III filius ſecundogenitus per nuptias cum Helenâ Comitiſſâ Culemburgicâ anno 1119. contractas ab hujus Avunculo Burchardo Epiſcopo Ultrajectenſi 23. *Comitatum Lindenſem* in dotem ſub feudali tamen nexu accepit, quamvis verò hic ſemper liber & nulli Ducatui ſubjectus fuerit, poſtea tamen circa annum 1500. Ducatui Geldriæ incorporatus fuit.

II. *Comites hos Aſpremontios à Ducibus Ateſtinis in Italiâ ortum trahere: nam Childebertus Francorum Rex Sigufridum I. Aldoardi III.* Ducis Ateſtini filium & Gundelardi pronepotem ob egregia ſub Carolo Martello in bellis perpetrata facta *circa annum* 680. *Comitatu Aſpremontio* in confinibus Lotharingiæ nunc ſito *donavit*, & hic illum ad poſteros tanſmiſit.

III. *A dicti Alberti III. ex filio primogenito Goberto I. ab nepote Goberto V.* poſtquam cum Ludovico Sancto ex Palæſtinâ reverſus eſſet, *avitum Principis titulum iterum acquiſitum & in Aſpremont ad Dun translatum, ab ejus filio verò Godofredo III. prædicato* Principatus *Amblisens*, ob matrimonium cum Iſabellâ dicti Principatus hærede contractum, *auctum & uſque ad Johannem III. ultimum ex primogenitis tranſmiſſum eſſe: Hoc enim anno 1530. ſine liberis defuncto, titulus ille, quo ad Principatum Aſpremontium exſpiravit, quoad Amblisenum verò* à ſorore Mariâ unâ cum iſto Principatu ad maritum Reynerum Comitem in Anglure & Bourlemont tranſiit: *quare verò* prior dignitas ad cognatos non tranſmiſſa ſit, & ſolummodò Comitum titulus apud illos permanſerit, juri primogenituræ adſcribimus.

IV. *Comitatum iſtum Aſpremontanum à Godefrido V. circa finem ſeculi XIV. in præjudicium filii Goberti VIII. filia Johanna conceſſum* & ab hâc ad maritum Johannem Guy vel Hugonem ab Eltern vel d'Autel anno 1387. allatum, ab Hujus verò nepte Annâ unâ cum titulo Baronatus de Aſpremont ad maritum *Emiconem VII. de Leiningen* in detrimentum & ignominiam verorum Comitum & hæredum transductum, & ab hoc ejusque ſucceſſoribus contra proteſtationes apud Imperatores interpoſitas & literas inveſtituræ à Carolo V. Imperatore anno 1525. impetratas, uti etiam ſententiam anno 1560. à Camerâ Imperiali tàm contra Leiningenſes, quam Duces Nivernenſes, quibus ab illis aliqua pars ceſſa fuit, obtentam retentum fuiſſe, ſicuti etiam Johannes Henricus & Emico cum titulo Dominorum de Appremoot vel Aſpremont *R. J. de anno* 1570. per Legatos ſubſcripſerunt.

V. *Durante illâ controverſiâ Comitatum iſtum à* Comitibus Leiningenſibus in præjudicium Imperii Ducibus Lotharingicis in feudum, & ab Imperatore in ſequeſtrationem datum eſſe, & hos contra officium à dictis Ducibus Nivernenſibus prætenſionem illam redemiſſe: *Et ideò Carolum II. Aſpremontii Comitem* anno 1655. apud hodiernum Galliarum Regem, utpote Lotharingiæ tunc temporis poſſeſſorem, controverſiam illam reſuſcitaſſe, ac obtentâ 7. Sept. illius anni à Parlamento Pariſino ſententiâ adjudicatoriâ Comitatum iſtum cum Dunenſi occupaſſe & uſque ad pacem inter Regem & Carolum IV. Lotharingiæ Ducem anno 1662. Marſalii initam retinuiſſe, *ſed per illam* dictum Marſalium, Mottam, Jsmay & Stenay ac inſuper Comitatum & munimentum Dun *in Regis poteſtatem* perveniſſe, *Duci verò* Comitatum Aſpremontium cum urbe & munimento attributum, & ita Comites hoſce utroque Comitatu planè privatos eſſe, cum præſertim Idem Rex Ducatum totum poſtea ſibi vindicarit.

VI. *Hermannum I. ex hâc familiâ anno 1556. Comitatum Reckheimium titulo emptionis à Dominis de Quaed in VVickraed accedente poſtea Imperatoris Rudolphi II. confirmatione & inveſtitura* (ut *ab Holtackero in d. Compendio ſub iſto Hermanno refertur, ubi addit*, Comitatum illum antea ad Comites de Flodorff pertinuiſſe, hos verò illum à Domino de Boſſu, qui apud Imperatorem Carolum V. ſupremus ſtabuli Magiſter fuit, & illum tanquam per mortem Comitum Arembergicorum apertum feudum accepit, obtinuit) *acquiſiviſſe*, & inde illos ſe Comites Lindenſes & Reckheimenſes ſcribere.

VII. *Præter hanc Lindenſem familiam* adhuc quinque alias planè inter ſe diverſas inveniri, ut refert *Chriſtoph. Butquens in Annal. Hujus familiæ l. 1.*

Comites VVittgenſteinii & Saynenſes ratione Comitatus poſterioris in hanc claſſem pertinent, de illorum Origine & Statu jam præc. th. 6. in explic. egimus.

De Controverſia duplici circa ſucceſſionem in hoc Comitatu ſeculo hoc orta.

An nimirum per mortem Henrici ultimi maſculi ſucceſſoris hujus lineæ Comitatus hic tanquam feudum maſculinum adeoque caducum ad dominum feudi, pro quo ſe tàm Elector Trevirenſis ex veteri jure, quò ſe Johannes Comes jam anno 1540. clientem eſſe publicâ recognitione faſſus eſt, ut refert *Maſen. Tomo 2. Ann. Trevirens. l. 1. n.* 107. quàm etiam Palatinus geſſit, reciderit: *an verò* tanquam feudum fœmininum ad fratris Hermanni præmortui filiam Annam Eliſabetham devolutum ſit, adeoq; in illo ejus filius Erneſtus ex matrimonio cum Wilhelmo cognato contracto genitus ſuccedere potuerit?

Et an 2. poſteriori ita ſe habente Erneſti hujus filiæ Erneſtina & Johannetta poſt mortem fratris Ludovici præferendæ fuerint patruo conſanguineo ſive avi Wilhelmi filio Chriſtiano ex ſecundo cum Ottiliâ Naſſovicâ inito matrimonio nato tunc ſuperſtite?

Legi poſſunt poſt diverſa de illâ edita ſcripta, utpote de priori der gründeliche Bericht und Beweis Herrn Graff Ernſtens zu Sayn und Wittgenſtein *contra* Ihr Churfürſtl. Gn. zu Trier. *Et de poſteriori* der gründeliche Bericht *in Cauſa* Sayn *contra* Hn. Graff Chriſtian von Wittgenſtein *& ſimilia Sprenger. in Præſent. Illuſtr. & Zellerus de Circul. Imperii d. Tit. 9. ſub verbo* Sayn.

Tandem

Tandem hic obſervandum,

1. *Quod dictus Comitatus Saynenſis* cum arce Freuſburg & reliquis appertinentiis *Electorale Trevirenſe*: Præfectura, Arx & Oppidum Hachenburg cum appertinentiis *Colonienſe*, & Fridenwald *Haſſiacum Caſſelenſe feudum ſit*, ut refert *Zeiller. d. l.* & quo ad Hagenburg legi poteſt **In der** *Informatione Juris & Facti*, **der Berechtigung / welche Graff Ernſt von Sayn nachgelaſſene beyde Freylein an gedachtes Schlos und Ampt haben.**

Et 2. quod Elector Colonienſis Ferdinandus an. 1636. ſub prætextu caduci feudi dictam arcem, præfecturam & oppidum Hachenburg cum omnibus appertinentiis poſt mortem dicti Erneſti vi occupaverit, ut in d. Informatione legi poteſt, *ſed per diſpoſitionem Inſtrumenti Pacis art. 4. ejus viduæ reſtituere juſſus fuerit, ſalvo tamen cujusque jure.*

Ejus cenſum Imperii & Cameræ habet Zeiller d. Tit. 9. n. 16.

Quod Landgraviorum Haſſiæ inferioris jus & dominium in Comitatum Schauvenburgicum in ſpecie ſic dictum concernit, notandum, ultimo Comite Ottone abſq; liberis anno 1640. mortuo Epiſcopatum Mindenſem illum tanquam jure feudi ad ſe pertinentem ſibi applicuiſſe, ut inter alios tradit Sprenger. in Ellychnis p. m. 1759. & refertur in Inſtrum. Pacis art. 15. §. tertiò Chriſtianum verò IV. Daniæ Regem & Holſatiæ Ducem cum cognato Friderico Holſatiæ Duce in Gottorff Comitatum Pinnenbergicum ad dictum Comitem ſimul pertinentem ob prætenſum in illum jus occupaſſe, Regemque duas præfecturas & præfatum Ducem unam obtinuiſſe, ut legitur apud Zeill. Tit. 10. p. 916. & ſeq. ac in Topogr. Saxon. Infer. f. 194. & ſeq. & poſtea illum nempe Schauenburgicum ſatisfactionis loco ad Landgravium VVilhelmum & ejus ſucceſſores citra ulteriorem dicti Epiſcopatus vel alterius contradictionem translatum fuiſſe, ſalvâ tamen tranſactione inter Chriſtianum Ludovicum Ducem Brunſuico Lunæburgenſem & Haſſiæ Landgraviam, Philippumque Comitem de Lippe initâ, firmâ etiam manente, quæ inter eandem Landgraviam & dictum Comitem inita eſt, conventione, ut continetur in Inſtr. Pacis d. §. Tertiò

Et ideo etiam in præteritis Comitiis Receſſum Imperii de anno 1654. dicti Landgravii Legati nomine illius Comitatus ſubſcripſerunt.

Ejus Cenſum Imperii & Cameræ vide apud Zeiller. d. Tit. 9. n. 24.

Cæterum de illorum Comitum origine antiquiſſimâ legi poteſt poſt Hermann. de Lerbecke in Chron. Illorum f. 7. & Meibom. ibid. in Not. f. 45. & ſeq. uti etiam Spangenb. in illorum Chronico l. 1. c. 4. de exſtinctione verò in præcedentibus dictum eſt.

Ex illis Erneſtus anno 1620. Princeps creatus & anno 1622. abſq; liberis mortuus eſt.

Comites Oldenburgenſes vel Altenburgenſes & Delmenhorſtani antiquiſſimæ etiam ſunt originis, *ſiquidem* illi à multis probatis auctoribus utpote *Cranzio in Metropoli l. 2. c. 30. & l. 3. c. 25. Reinec. in Append. Genealog. ad Chron. Alberti Stadenſ. Henning. in Geneal. Princip. Circuli Saxonici & VVeſtphal. f. 264. Reuſnero in Eod. f. 354. & ſeq. & Hamelmanno in Chronico Oldenburg. in Præfat. & Parte 1. c. 3. à VValberto VVitichindi M. nepote deducuntur, ſicuti etiam hic* ex fide dignis Scriptoribus tradit, illum arcem Oldenburgum vel Altenburgum ædificaſſe, eique nomen ab uxore Oltburgâ vel Altburgâ Comitis de Leſmanâ unicâ filiâ indidiſſe. *Et hunc in ſignum hujus originis ſemper*

A. *equum album* ſimul in inſignibus quæ poſtea Henricus Auceps Imperator in primo torneamento Magdeburgi anno 1038. ut communiter traditur, habito Ulrico, Ottoni & Henrico fratribus amplificavit, geſſerunt, teſte *Eod. d. Parte 1. c. 3. & ſeqq.*

De illis porro obſervanda ſequentia:

1. *Illos ſimul Comites de Ringelburg fuiſſe, ut idem ſeq. c. 5. & ſeqq.* demonſtrat & ſimul deducit *Henning. in d. Genealogia f. 2.*

2. *Eosdem ſe demum ab anno* 1247. quo tempore Comes Otto Mauritii filius arcem Delmenhorſtanam ab amne Delme & loco, qui Horſt dictus, ita appellatam, exſtruxit. *Comites Delmenhorſtanos etiam vocaſſe, cum revera* tota illorum ditio in unico ſaltem Comitatu ab antiquo conſtiterit, ut demonſtrat *Idem Hamelmann. ſeq. Parte 2. c. 5.* B.

3. *Ex illis Johanni Comiti ab agnatâ Mariâ Dominâ in Jevera* dominatum hunc anno 1574. per teſtamentum ſolemne donatum fuiſſe, ut *Idem Parte 3. c. 16. f. m.* 418. refert.

Licet verò Comites Orientalis Friſiæ illud impugnarint, & dominium hoc ſibi aſſerere voluerint, *Oldenburgicis tamen* iſtud per ſententiam definitivam *in ſummo Mechlinienſi tribunali per Alexandrum Farneſium anno* 1588. & in reviſorio judicio *ab ipſo Rege anno* 1591. confirmatam adjudicatum fuit, ut legi poteſt apud *Eundem d. c. 16. f. m. 445. & 472. & Sprenger. in Inſtit. Jur. Publ. l. 3. c. 31. & in Sententia iſta definitiva ac confirmatoria ſingulariter typis expreſſa. Sicuti etiam ultimus Comes Anthonius Guntherus* liberis legitimis deſtitutus dominium hoc ſuo ex ſorore nepoti *Sereniſſimo Principi ac Domino, Domino Johanni* C. *Principi Anhaltino cum omnibus appertinentiis & juribus poſtea donavit.*

4. *Ex illis præfatum Dominum Comitem Anthonium Guntherum dominium Kniphauſen per ſententiam definitivam in Camera Imperiali anno 1592. contra Dominos de Kniphauſen ad reſtitutionem omnium fructuum perceptorum ſimul condemnatos latam etiam obtinuiſſe, ut ſimiliter ex ſcripto, cujus titulus* **Abgenöttigte Gegen**-*information* **auff der Herren von Kniphauſen anßgeſprengte unbegründete** *Information* cognoſci poteſt.

Et hoc dominium poſtea ab Eodem Comite legitimato ſuo filio Anthonio cum confirmatione Imperatoris Leopoldi I. donatum huncque ſimul ab Eodem Comitem Imperii in Altenburg anno, ni fallimur, 1659. creatum fuiſſe.

5. *Eundem Comitem Anthonium Guntherum* D. *ab Imperatore III. Imperatore cum conſenſu Electorum Imperii obtinuiſſe in Viſurgi telonium, idq; per Inſtrumentum Pacis Artic. 9. confirmatum fuiſſe.*

6. *Eundem pro ſe ſ familiâ ſuâ ac ſucceſſoribus feudalibus obtinuiſſe ab Eodem Imperatore anno 1637. privilegium de non apellando in debitis liquidis & confeſſatis, item in criminalibus & rebus momentaneæ poſſeſſoris nec non infra ſummam 1000. florenorum Rhenenſium, in reliquis ſummam hanc excedentibus juramentum de non frivolè appellando cum cautione præſtandum eſſe ſub pœna 100. marcarum auri puri, ut refert Blum. in Proceſſu Cameræ Tit. 47. Tab. 5.*

7. *Eundem anno 1667. abſque liberis Legitimis, ut jam dictum mortuum eſſe, & inde de ſucceſſione inter cognatos, utpote Joachimum Erneſtum Ducem*

in

A. in Holſatia in Ploën & Arensbeck ex unâ & alterâ parte Chriſtianum VI. Daniæ Regem ac Chriſtianum Albertum Holſatiæ Ducem in Gottorff litem motam, ſed anno 1673. ab Aulico Imperatorio Conſilio pro Arensbeckio pronunciatum poſtea vero inter hujus ſucceſſores & Regem Daniæ excluſo Gottorffienſi certam tranſactionem peractam, & hujus vi ab utriq; comitatum utrumq; manu militari occupatum fuiſſe, ut legi poteſt in Actis illius negocii in Diar. Europæo parte 17. 18. 20. 22. & 23. Sed poſtea Dux Ploënenſis magnâ pecuniæ ſummâ acceptâ Regi Daniæ Comitatus illos ceſſit.

8. Comites illos à nonnullis ſcriptoribus utpote Hamelm. d. parte 1. cap. 13. f. m. 35. Gryphiandro de Inſul. cap. 28. num. 41. & aliis Sacri Romani Imperii Architectos ad mare vocari: Sicuti etiam Johannes XIV. Comes circa annum 1522. immenſos aggeres contra impetum maris & fluminum exſtruxit, quod etiam
B. Johannes XVI. 1574. continuavit, ut legi poteſt apud dictum Hamelm. parte 3. c. 10. f. 308. & f. 21. ac. c. 16. f. 414. 417. & ſeqq.

Cenſum utriuſq; Comitatus vide apud Zeiller. Tit. 9. num. 20.

De mirabili & ex argento artificioſiſſimè confecto cornu, à ſpectro quondam in formâ virginis apparente Ottoni Comiti Oldenburgico circa annum 1000. in venatione oblato, & adhuc inter cimelia in arce Oldenburgenſi aſſervatâ videatur Idem d. Parte 1. c. 10.

Comites Tecklenburgicos & Benthamios quod concernit, notandum, priores antiquiſſimæ proſapiæ, & ex quibus in primo Torneamento Wilhelmus Comes, in nono anno 1119. celebrato Reinhardus Comes, & in undecimo anno 1179. habito Henricus Comes comparuit, ut legi poteſt apud Modium in Pand. Triumph. d. Tomo 2. f. 15. f. 44. & f. 60.

Licet verò Cranz. in Metrop. l. 1. c. 40. & l. 2. c. 17. cujuſdam Cobbonis, qui ex illa familia credatur fuiſſe & anno 860. vixiſſe, mentionem faciat, incertum tamen illud eſt. De quo plura vide apud Spener. in Hiſtor. Inſign. Illuſtr. l. 1. c. 11. §. 2.

Cum verò familia illa in Conrado Comite anno 1557. vel potius Ottone Clerico exſtincta eſſet, illius filia Anna ad maritum Eberuinum Comitem Benthamium ac Steinfortenſem comitatum illum attulit, & ita comitatus hic cum Benthamio-Steinfurtenſi unitus, titulisq; utriq; conjunctus fuit, de quo Spener. §. 3. legi poteſt.

Poſteriores verò etiam antiquiſſimi ortus, ſiquidem ex illis Wolffgangus & Henricus Comites in expeditione eâdem Henrici Aucupis contra Hunnos & d. primo torneamento idem Wolffgangus, torneamento ſeptimo anno 1042. habito Otto Comes, & Torneamento nono anno 1119. celebrato Johannes Comes interfuit, ut refert Modius f. 1. 3. 15. 37. 38. & 44.

Ex hac familiâ Hedvvigis filia & hæres unica Henrici Comitis Eberuino Dynaſtæ in Gutersvvick marito ſuo Comitatum illum dotis loco attulit, & ejus nepos Arnoldus per matrimonium cum Balduini Bellicoſi Comitis Steinfortenſis unicâ filiâ initum illum Comitatum & Ebervinus ejus nepos ut jam dictum cum Annâ Teckelnburgicâ comitatum Tecklenburgicum magnâ ex parte acquiſivit; de quo inter alios legi poteſt Hamelman. in Chron. Oldenb. parte 3. cap. 13. f. 358. Reuſner. in d. Auctar. f. 115. & ſeq. & Chytræus in Saxoniâ l. 26. f. 711.

De Benthamiis porro notandum.

1. Illos à nonnullis à Theodorico Hollandiæ Comite qui ab uxore Sophiâ Comitatum illum accepit, deduci ut tradit Spener. in Theatro Nobilit. Europææ p. 3. in Indice, quo poſito, hi ab antiquioribus illis diverſi fuiſſent, de quo etiam legatur Henning. in Opere Geneal. Parte 4. f. 143.

2. Ab eodem Spenero poſteros alio, quam vulgo fit, deduci modo, ut ibi legi poteſt.

3. Ex hiſce tribus Comitatibus quarto fratre Hermanno Ottone cælibe & militiam Cæſaream ſub dignitate Tribuni ſequente nuper Teckelnburgicum à Mauritio, Benthamium ab Erneſto Wilhelmo & Steinfortenſem à Philippo Conrado fratre fuiſſe poſſeſſum ut ex ſubſcriptione ſæpè dicti Receſſus Imperii etiam conſtat, Et Erneſtum Wilhelmum matrimonium inæquale cum virgine ex Gynecæo ductâ iniiſſe & ex illâ quatuor filios, in Hollandiâ educatos ſuſcepiſſe, & nuper matrimonio ſibi junxiſſe Iſabellam Comitiſſam de Styrum, Philippum Conradum vero anno 1668. mortuum reliquiſſe filium unicum Arnoldum Mauritium
B. Wilhelmum anno 1663. natum. Et Mauritium patrem factum eſſe multorum liberorum, ex quibus Johannes Adolphus cum Johannâ Dorotheâ Lippienſi in Buckeburg genuit duas filias, Sophiam Johannem & Charlottam Mauritiam, ſed hic repudiatâ illâ uxore hoc anno 1679. duxit Charlottam Landgraviam Haſſiæ inferioris viduam Auguſti Ducis Saxoniæ in Hallâ, ejus Frater verò Fridericus Mauritius cælebs eſt.

4. Eosdem etiam dominos eſſe Comitatus Limburgici à caſtro ad Lenam ſive Laynam in Weſtphaliâ in rupe ſito dicti, quod Henricus IV, Limburgi Dux cognato ſuo Friderico Comiti Altenacenſi, illâ conditione, ut nomen & arma Limburgenſia uſurparet, donavit, & hujus agnata Margaretha jure hæreditario ad maritum Gumbertum Comitem Neveniarium, & hujus filia Magdalena per connubium ad maritum Arnoldum Comitem Bentheimium attulit, at-
C. que ita in hanc familiam pervenit, ut poſt alios refert Spener. d. l. §. 6.

5. Comites illos Benthamios & Tecklenburgicos eſſe Advocatos Hæreditarios Coloniæ ad Rhenum ut ſeq. ſect. 4. c. 1. th. 7. in expl. ſub illâ urbe n. 5. deductum eſt, ſicuti etiam in Receſſu de anno 1641. & ſæpe dicto de anno 1654. ſubſcriptione illo uſi ſunt titulo.

6. Illorum cenſum ratione trium dictorum Comitatuum referri à Zeillero Tit. 9. n. 17.

Comites Blanckenburgici & Reinſteinii in Erneſto Henrico ultimo Comite anno 1599. planè exſtincti ſunt, & ideo comitatus prior tanquam feudum caducum ad Duces Brunovicenſes, poſterior verò ad Epiſcopatum Halberſtadienſem devolutus fuit, de quo tamen nuper magna lis inter Duces Brunovicenſes illum ſibi vindicantes & Electorem Brandenburgicum orta eſt, ut legi poteſt in Diario Europæo. Illorum cenſus conjunctim eſt 24. florenorum & cum augmento 34.
D. floren. Zeiller. de Decem Circul. Tit. 10. n. 12. Sed alii Comitatui priori ſolum 24. florenos attribuunt.

Comitum Hoijenſium quoq; familia per mortem Ottonis ultimi Comitis anno 1582. exſtincta, & Comitatus ille inter Duces Brunovicenſes & Lunaburgicos Julium ac Wilhelmum, atq; Landgravios Haſſiæ tanquam dominos feudi ita diviſus fuit, ut primo Stoltena, Erenburg, Siek, Steigerberg, Siedenburg, Dopena vel Diepenau, & Barenburg: Secundo Hoijaarx & Nienburg civitas primaria, Levenau vel Liebenau & Brochuſem: poſtremis vero præfectura Ucht & Freudenberg ceſſerit, narrante poſt Chytræum in Saxon. l. 25. f. m. 707. Zeillero in Topogr. Brunovic. & Lunaburg. f. 36. ubi prior ſimul fragmentum genealogiæ refert.

Pleniorem genealogiam vide apud Reuſn. in Auctario f. 106. & cenſum apud Zeiller. d. Tit 9. num. 22.

Diviſus

Diviſus eſt hodie Comitatus ille in ſuperiorem & inferiorem, & uterque nunc ad Luneburgicos ſpectat, ſicut legi poteſt apud Zeiller. d. l. & ex ſubſcriptione Rec. Imper. de anno 1654. conſtat. Præfectura vero Ucht & Freidenberg à Landgraviis Haſſiæ Comitibus in Tecklenburg & Bentheim in feudum conceſſa ſunt, ut tradit *Zeiller. d. l. f. 37. & in Topogr. VVeſtphal. f. 89.* ubi adhuc plura narrat.

Comites Diepholzii ſimiliter in Friderico ultimo Comite anno 1585. extincti, & inde Comitatus ille tanquam feudum caducum ad Duces Luneburgicos pervenit, ut poſt Chytr. in d. Chron. l 8. f. m. 206. refert Zeiller d. f. 37. ſicuti etiam dictum Receſſum Imperii eo nomine Dux Chriſtianus Ludovicus ſubſcripſit.

Uſi etiam ſunt titulo Comitum vel Nobilium Dominorum de Bronchorſt, ut legi poteſt apud Reuſner. & Zeill. dd. ll. vel Bruchhorſt, ut patet ex ſubſcriptione Rec. Imperii de dato Augſpurg *1555. ſed quis fuerit ille Comitatus vel Dominatus, & an idem cum illo, cujus domini Comites de Gronsfeld vel Styrum hodie ſunt, reperire non potuimus.*

Cenſum illius Comitatus vide apud Zeill. d. Tit. 9. n. 23.

Genealogiam illorum habet Reuſn. d. l. f. 111.

Barbeyenſium Comitum antiquiſſimorum proſapia anno 1659. in Auguſto Ludovico ultimo Comite exſtincta, & inde Comitatus ille tanquam feudum apertum ad Electorem Saxoniæ Johannem Georgium I. devolutus, ab illo vero filio ſecundogenito Auguſto Adminiſtratori Magdeburgenſi collatus fuit.

Alter vero illorum Comitatus Muhlingenſis tanquam feudum ſimiliter apertum ad Principes Anhaltinos pervenit, & ab his ad cognatum Johannem Serveſtæ reſidentem ac ejus ſucceſſores translatus eſt. Comitatuum horum cenſum refert Zeiller. Tit. 5. n. 19. & Genealogiam Rittershus.

Comites Lippienſes, olim Domini ad Lupiam, ut mox demonſtrabitur, *dicti cum pleriſque antiquis Saxoniæ Dominis jam ante Carolum M. celebres fuerunt, ut Scriptores Germanici communiter narrant, & jam præc. th. 2. expl. 2. in fine* annotatum eſt, ac de Comitibus hiſce in ſpecie refert *Reuſn. in Auctario f. 64.* his verbis. *Hoc inter omnes conſtat, demum Lippienſem jam inde à Caroli M. temporibus in VVeſtphalorum Saxonum nobilitate illâ primariâ quæ Nobilium Dominorum appellata nomine etiam Reges dare Saxonibus belli tempore conſuevit, & poſt inaugurantibus Francis Comitum aſſumſit titulum, loco & munere ſemper illuſtri floruiſſe.*

Ex hâc familiâ Eberhardus primus eſt cujus mentio ab Hiſtoricis fit, hunc enim *in expeditione Henrici Aucupis ſæpè dicti & primo torneamento comparuiſſe* ex antiquitatibus Mariſpurgenſibus & aliquot libris Torneamentorum tradit *Piderutus in Chronico Lippienſi P. 2. f. 259.* ſicuti etiam *Modius d. Tomo 2. f. 11.* illum inter præfectos Obotritarum refert ac dominum ad Lupiam vocat. *Ubi prior f. 229.* illius abnepotem Bernhardum Lotharii Saxonis Imperatoris copiarum Ducem fuiſſe memorat & ſimul *d. f. 259.* & ſeq. demonſtrat, illos diu ante hunc Imperatorem claros fuiſſe.

Idem f. 231. & ſeq. refert, illos multas ditiones amiſiſſe, & adhuc præter Comitatum cognominem Comitatum Sternbergicum per mortem Henrici ultimi Comitis ad illos devolutum, ac *dimidium Comitatum Stoppelbergicum, Svvalenbergicum vero* cum Epiſcopis Paderbornenſibus conjunctim, nec non alias præfecturas poſſidere.

Idem f. 285. & ſeqq. illorum Genealogiam à Carolo M. deducit, eamq; ſupplet Dilich. in Chron. Haſſ. p. 343. ac Rittersh. in Tabul. Geneal.

Notandum porro,

1. Hermannum Simeonem Comitem per matrimonium cum Urſulâ Friderici Comitis Spiegelbergenſis & Pyrmontani filiâ anno 1558. contractum poſt mortem fratris & ultimi Domini Comitis Philippi ejus bona tanquam feudalia à Johanne Epiſcopo Paderbornenſi 39. tanquam feudi Domino cum conſenſu capituli, ut *Henr. Hamelman. de Familiis Emortuis l. 3. f. 169.* refert *obtinuiſſe ſed ejus filium Philippum an. 1583. improlem mortuum eſſe, ac ita Ericum juniorem Ducem Brunovicenſem Comitatum Spiegelbergenſem tanquam feudum maſculinum apertum vi occupaſſe, ac Comitibus in Gleichen & Tonna ſub eadem qualitate contuliſſe: Pirmontiam vero arcem Urſulæ dictæ ſororis VValburgi uxori Georgii Comitis in Gleichen traditam fuiſſe. Sed Epiſcopum Paderbornenſem* (qui tunc Henricus Dux Saxo Lauenburgicus fuit) *arcem illam*, tanquam feudum maſculinum ſimul ad Epiſcopatum devolutum *vi fruſtra tamen*, nam Duces Brunovicenſes eam armatâ vi defenderunt, *tentaſſe, ut apud Eund. d. part. 2. f. 633. & ſeq. ac f. 666.* uti etiam *Hamelman. d. l.* legi poteſt.

Verum nihilominus uterque Comitatus Philippo Erneſto & Johanni Ludovico Comitibus & fratribus Gleichenſibus ex dicta VValpurgi natis permanſit ut tradit Lezner. l. 3. Chron. Daſſel. c. 78. Peccenſtein in Theatro Sax. p. 1. c. 16. f. 246. & Hamelm. in Chron. Oldenb. d. p. 3. f. 437. ac Henr. Hamelm. de Famil. & Titul. Emort. l. 3. p. 172.

Cum verò anno 1629. vel ſeq. ultimus Comes Gleichenſis Johannes Ludovicus abſque liberis moreretur, Comitatum Pyrmontium & Dominium Tonna per teſtamentum ſororis ſuæ Margarethæ & Guntheri Comit. de VValdeck. filiis Chriſtiano & Volratho Comitibus VValdeccenſibus legavit, ut tradit *Zeiller. de Circul. Imp. Tit. 8. n. 29. Sicuti etiam Volrathus ille in ſubſcriptione ſæpè dicti Receſſus de anno 1654. titulo Domini in Pirmont & Tonna uſus eſt, & Johannes ac Volrathus proprio & cognatorum Chriſtiani Ludovici & Joſiæ nomine ob comitatum illum per Legatum eidem ſubſcripſit.*

Sed contra ex Receſſu Imperii de anno 1641. Ferdinandum Epiſcopum Paderbornenſem nomine dicti Comitatus per Legatum & ex Receſſu ſæpiſſimè dicto de anno 1654. ſubſcripſiſſe, & Epiſcopum Paderbonenſem Dietericum Adolphum in ſubſcriptione Ejuſdem titulo Comitis Pirmontani uſum fuiſſe conſtat, ſicut etiam Sprenger in Ellychn. p. m. 1752. poſt mortem Comitum de Gleichen Comitatum illum ad Epiſcopatum Paderbornenſem recidiſſe refert.

Cæterum controverſia de illo inter Epiſcopos hos & VValdeccios inde orta tranſactione poſtea pro his favorabili finita fuit, ut præc. th. 6. in explic. ſub VValdeccis latè conſignavimus.

2. Comites hos ſe peculiari titulo etiam nobiles Dominos de Lippe ſcribere, ut jam præc. th. 2. expl. 2. notavimus.

3. Comites eosdem habere privilegium de non apellando ab Imperatore Rudolpho II. anno 1593. obtentum & Dicaſterium provinciale eodem anno confirmatum, ut refert Piederiz in illorum Chron. p. 2. f. 646. Illorum cenſum habet Zeiller. Tit. 9. n. 19.

Comitum Marcanorum familia cum veteri Marcanâ Clivenſi eadem eſſe creditur, & à Caſtro cognomine, quod Adolphus IV. Altenavicus primum emit, & inde titulum hunc uſurpavit ita dicta, de cujus ortu Northofius in ejus Originibus & Genealogia Rittersh. in Tab. legi poteſt. Præterito tempore illa in aliquot ramos diſtincta fuit, ſed hodie ſola Lumayenſis, quæ Marcana Sleidenſis ab Erneſto, qui à matre Catharinâ

Man-

Manderſcheidia Comitatum illum obtinuit, appellatur, ſupereſt, & hic unicum filium Franciſcum habet.

Illorum cenſus ſub Comitatu Manderſcheid continetur.

Quod familiam Comitum Vehlenſium attinet, ex illis Alexander ab Imperatore Ferdinando II. ut legi poteſt in libello de Statu Particulari Regiminis illius p. 230. ex nobili in Baronem, & poſtea in Comitem evectus fuit, ſicuti etiam illo cum titulo ſæpe dictum Receſſum Imperii de anno 1654. ſubſcripſit: qualia verò immediata Imperii bona poſſideat, & quid illi contribuat, nondum reperire potuimus.

An forte ratione caſtri Raſfeld, de quo, in Epiſcopatu Monaſterienſi ſito, ſe Barones ſcribunt, ſubſcriptio illa facta fuerit, in medio relinquimus, quoniam alii putant, Illum ratione Dynaſtiæ Bretzenheim, quæ in Palatinatu inferiori prope Creuzenacum ſita eſt, imperii ſtatum eſſe.

Ranzoviorum in Holſatia antiquiſſima, nobiliſſima & ditiſſima familia à Comitibus & Burggraviis Leiſnicienſib. (ut etiam in Diplomate Ferdinandi III. Imperatoris glorioſiſſimæ Recordationis Viennæ an. 1650. conceſſo continetur) originē deducit, & quidem ab Ottone I. qui ex hac familia ortus circa annū 1140. ſe in Holſatiam contulit, & arcem Ranzoviam condidit, ut demonſtrat Reinecc. in Notat. ad Chron. Pegavienſe, Albinus in Genealogia dictorum Leiſnicierum Comitum & l. 6. Commentar. Miſnicorum Lindenbergius in Hypotypoſi arcium Henrici Ranzovii c. 11. Angelus in Chron. Alſat. l. 1. c. 32. ubi genealogiam refert. & ex aliis ſimul adducit Bangertus in Notis ad Helmoldi Chron. Slavorum l. 1. c. 40. al. 41. p. 104.

Genealogiam illorum usq; ad ſua tempora conſignavit Reuſn. in Auctario f. 164. & ſeqq. in quâ gentis hujus heroica facta enumerata ſunt, & Majores habet Spener Parte 4. Theatri Nobilit. f. 5.

De Comitibus illius familiæ notandum 1. Chriſtianum ab Imperatore Ferdinando III. non ſolum in Comitem Imperii dicto an. 1650. evectum, ſed etiam in Comitiis ſæpe dictis ad ſeſſionem & ſuffragium inter Comites VVeſtphaliæ & Saxoniæ inferioris admiſſum, ſicuti ex illius ſubſcriptione conſtat: Et præterea ampliſſimo Comitiva Palatina perpetuo privilegio, ſecundum quod jus cudendæ monetæ aureæ & argenteæ, Academiæ erigendæ, nobilitatis hæreditariæ pleno jure conferendæ & ſimilia raro exemplo obtinuit, honoratum, ut refert Bangertus d. l. p. 105. ac poſtea anno 1662. in conventu circuli dictæ Saxoniæ Lunæburgæ habito, loco ante Lubecam dato, & cum cenſu Imperii 20. florenorum receptum eſſe, ut refert Muller. de Convent. Circul. c. 13. n. 31.

2. Comitatum ejus novum olim Barmſtede nunc Neu-Rantzau dici ſecundum Bangert. d. l.

3. Chriſtiani illius filium Detlevum ſe Comitem in Ranzau & Levenholm ſcribere, ut legi poteſt apud Spener. in Theatro Nobilit. d. Parte 4. f. 5.

4. Comitem iſtum Chriſtianum pro ſe & ſucceſſoribus ſuis accepiſſe ſimul privilegium à prælaudatiſſimo Imper. Ferdinando d. anno 1650. exemtionis ab extraneis judiciis, & de non appellando infra ſummam 500. florenorum aureorum, ut latius refert Blumius in Proc. Cam. Tit. 47. Tab. 5.

5. Comiti huic in Conventu circuli Saxoniæ Inferioris Luneburgo anno 1662. celebrato ſeſſionem ante civitatem Lubecam attributam & cenſum Imperii 20. florenorum impoſitum fuiſſe, ut refert Muller. de Conventibus Circul. c. 13. n. 31.

De Sinzendorffiis Comitibus ſatis antiquo ortus, & qui in Pilgramo II. primùm Barones, ac anno 1653. in Georgio Ludovico ac Johanne Joachimo cum fratre Rudolpho S. R. J. Comites ac Theſaurarii hæreditarii facti, ac quorum primi duo in claſſem Comitum ac Baronum Suevicorum recepti ſunt, præc. th. 5. in expl. in fine egimus.

Adeóq; de ſolo poſtremo, Rudolpho ſcilicet, hic notandum eſt, quod ſub hâc claſſe ſæpe dictum Receſſum Imperii de anno 1654. ſubſcripſerit: Quorum autem bonorum reſpectu id factum fuerit, & quid Imperio contribuat, nondum reperivimus.

Metternichiorum nobilis vel equeſtris Rhenana familia per aliquot ſecula clara, nuper, poſtquam ex illâ Lotharius (anno 1623. mortuus) Archiepiſcopatum Trevirenſem obtinuit, in dignitatem Baronalem evecta eſt, & ex illa, quantum nos ſcimus, Emmericus prædicti Archiepiſcopatus Scholaſticus, in Cæſareum Generalis vigiliarum Præfectus, primùm illo titulo cum adjecto in VVinnenberg & Beilſtein uſus eſt, ut ex ſubſcriptione Receſſus Imperii de anno 1641. conſtat, ſicuti etiam ſæpiſſime dictum Receſſum anni 1654. Lotharius & Philippus Emmericus, tanquam Barones, cum eodem titulo proprio & intereſſentium nomine ſubſcripſerunt.

Quomodo vero Baronatus hi ad hanc familiam pervenerint nondum reperivimus. Siquidem illi antea ad ſingulares Barones, ex quibus Philippus Senior aliquot Receſſus Imperii, & inter illos anni 1570. 1576. & 1582. partim ut Legatus, partim proprio nomine ſubſcripſit, & adhuc 1619. VVilhelmus ac Philippus, referente Zeillero in Topogr. VVeſtphaliæ f. 4. vixit, habuerunt, ſicuti etiam Maſen. in Annal. Trevir. Tomo 2. l. 23. in pr. ſaltem in genere refert. Meternichios nunc dictorum Baronatuum dominos eſſe.

Putamus tamen, quia dicti Baronatus Trevirenſia feuda ſunt, ut Idem. d. Tomo 2. l. 18. n. 158. refert, illos poſt extinctam illam familiam à prædicto Archiepiſcopo Lothario cum conſenſu Capituli in fratrem Iohannem Dietericum & ejus ſucceſſores maſculos ſub feudali nexu collatos fuiſſe, ſiquidem jam anno 1641. præfatus Emmericus illa poſſedit, & procul dubio à parente dicto Iohanne Dieterico accepit, quia ipſe ut Clericus & liberis carens illorum collationem non ambivit, fratres vero ejus Lotharius & VVilhelmus hactenus illorum domini & familiæ ſuæ capita fuerunt.

An vero ad illos dimidium arcis & dominii Beilſteinii, quod jam anno 1365. Archiepiſcopus Cuno à fratribus Vinnebergicis Cunone & Gerlaco, referente eodem Maſenio d. l. 18. n. 16. emit & Archiepiſcopatui inſeruit, ſimul in hos Meternichios tranſlatum ſit, merito dubitamus.

Conſtituunt verò hodie Metternichii hi in fratribus Lothario & Wilhelmo duos ramos, unum in Vinneberg, alterum in Beilſtein, & ex poſteriori quidem natus fuit Elector Moguntinus Carolus Henricus, & Philippus Emericus nunc Comitis dignitate fulgens, ut Dom. Spenerus in Hiſtor. Inſign. Illuſtr. l. 3. c. 46 §. 6. tradit, ex priori autem, qui an. 1663. mortuus eſt, unicus filius, Dynaſta in Vinneburg, procreatus eſt.

Illorum familiam porrò maxime decoravit, quod ex illa quidam Epiſcopi ac Archiepiſcopi, utpote Lotharius prædictus Trevirenſis, Lotharius Fridericus ex Epiſcopo Spirenſi anno 1673. Archiepiſcopus Moguntinus, & illo mortuo Carolus Henricus anno 1679. in ejus locum, quamvis brevi tempore vivens, electus fuerit.

Quibus addendū nonnullos ex hac familia titulū Dominorum in Botſcheid uſurpare, ut apud Maſen. in d. Annal. l. 25 f. 546. & Dn. Spener. d. l. §. 1. legi poteſt, ubi hic addit, illos Lucenburgicos eſſe.

Cæterum dicti Lotharii Friderici Archiepiſcopi & Electoris majores Idem Parte 3. Theatri Nobilit. f. 67. refert.

Illorum cenſum habet Zeiller. d. Tit. 9. n. 29.

Quod tandem poſſeſſores Dynaſtiæ Pirmontanæ concernit, notandum eſt

1. Illam in partibus Rheni eſſe ſitam adeoq; à Comitatu Pirmontano in VVeſtphalia ſito longè diverſam, cujus ignorantia multis viris magnis impoſuit, ut ferè primum Dn. Spener. in d. Hiſtor. l. 3. c. 39. §. 8. obſervavit, nobisque in quibusdam literis amicè indicavit. Licet enim diverſitas illa aliquo modo nobis cognita fuerit, attamen de ſitu dubitavimus, mentionem enim hujus Dynaſtiæ factam invenimus apud Limn. l. 1. c. 7. in ſecundâ Imperii diviſione p. m. 79. & c. 8. in ampliſſimo Membrorum Imperii catalogo ex Goldaſto deſumta ſub Baronibus verbo Eltz ac Pirmontes p. m. 121. & 123. & l. 4. c. 7. In dem moderirten Reichs-Anſchlag zu Wormbs an. 1557. p. m. 188. Pro Dni Speneri obſervatione etiam facit, quod jam à multis ſeculis Dni à Pyrmont inter Rhenanam nobilitatem relati fuerint, ut patet ex Modio T. 2. f. 14. ubi Erneſtus in Ludis primis ſub illâ comprehenſus, Similiter in Ludis tertiis Engelhardus, in Ludis quartis Magdalena, in Ludis decimis Anna, in Ludis duodecimis VVernerus, inter eandem apud Eund. f. 25. f. 29. f. 51. & 65. referuntur.

2. Illam in præteritis duobus ſeculis, in hodierni medio adhuc ad Dominos de Eltz pertinuiſſe, uti ex dicto Catalogo apud Goldaſt. & ex ſubſcriptione Receſſus Imperii de anno 1594. 1598. 1603. 1613. & 1641. conſtat, ſed nunc ad Barones VValdpotios de Baſſenheim, ignoto autem nobis titulo & jure, ſpectare, ut ſubſcriptio ſæpe dicti R. I. de anno 1654. ſub VVeſtphalia & Saxonia Inferioris Comitibus & Dominis indicat.

Quo ad VValdpotios ipſos addimus, de illorum origine & antiquitate parum annotatum reperiri, niſi quod Petrus de Duſburg in Chronico Pruſſiæ parte 1. c. 2. primum Magiſtrum Hoſpitalis S. Mariæ Domus Teutonicorum Hieroſolymitani fuiſſe ſcribat Fratrem Henricum VValpote, & id confirmet Venator, In dem Hiſtoriſchen Bericht von Marianiſch Teutſchen Ritter-Orden l. 1. c. 2. in pr. cumq; Schützius in Chron. Pruſſiæ 1. f. 15. uti etiam Catalogo Magiſtrorum Chronicis illis præfixo Henricum VValtpott de Paſſenheim vocet, quod etiam ex Iohannis Freybergeri Chronico Pruſſiæ manuſcripto narrat Hartknoch in Animadverſ. ad d. c. 2. lit. a. addens, ſe apud antiquiores reperire non potuiſſe, unde illi hæc habeant, ſuſpicari tamen illos hæc inde referre, quia ſecutis temporibus quidam VValpotii ad hunc Magiſtrum genus ſuum referentes hoc nomine gaviſi ſunt. Nam Privilegium Paſſenheimenſibus (vel Paſſenheimio oppido Pruſſiæ) anno 1386. datum, ſubſcripſiſſe inter alios Sigefridū VValpot von Paſſenheim Oberſten Spittler und Compther zu Elbing / & lit 6. ex Chronico Ordinis ſubjiciens, VValpotum illū in caſtris ad Acconem an. 1190. 9. (24) Novembr. electum & anno 1200. mortuum eſſe, quod etiam Venator d. c. 2. tradit. Mentio quoq; fit à Maſenio in Annal. Trevir. Tomo 2. l. 18. n. 36. Nobilis viri Theoderici VValpodi ad an. 1374.

VValpotos hodie Baronum de Baſſenheim titulo uti ex ſubſcriptione ſæpe dicti Receſſus de an. 1654. conſtat: Sicuti etiam in libello de Statu Particulari Regiminis Ferdinandi II. p. 195. inter Barones & Dominos Imperii recenſentur.

Cæterum quosdam VValdpotiorum horum Majores Spenerus ſub Majoribus Metternichiorum maternis d. P. 3. f. 67. refert. & Venator d. l. narrat, illos bona ſua in partib. Rheni inferioris & Moſellæ habere.

OPERIS POLITICI
Libri II.
DE
ADMINISTRATIONE
ET CONSERVATIONE
REIPUBLICÆ
Pars III.

SECTIO IV.
CAPUT I.
DE CIVITATIBUS IMPERII, ET IN SPECIE PLENO
jure gaudentibus ac illarum origine, juribus, privilegiis, & affectionibus.

SUMMARIA.

TH. I. Ratio connexionis: Civitates Imperii quid. A.
Expl. An illis jus voti conſultativi & deciſivi olim competierit, & quid hodie obſervetur.
Quis modus referendi & correferendi inter duo ſuperiora collegia & collegium civitatum hodie in uſu ſit.
TH. II. Quæ circa has civitates obſervanda.
TH. III. Origo illarum in genere quis.
Expl. I. Deducitur illa.
Olim civitates ſub officialium regiorum & poſtea Epiſcoporum poteſtate fuerunt.
Hæ ſub Friderico I. Imperatore & ſucceſſoribus pleniſſimam obtinuerunt libertatem.
Expl. II. Non omnes eodem modo libertatem nactæ.
Olim fuerunt tres characteres regiarum urbium.
Quatenus liberæ civitates imperialibus antiquiores ſint. B.
Quando illæ ſe ab his primum ſeparaverunt.
Quæ propria inter illas differentia.
TH. IV. Illarum jura & onera communia quæ.
Expl. I. & II. Quæ illa jura & onera, & quid in ſpecie **der Reichs-Schilling oder die Reichs-Steuer der Stādte** / *oſtenditur.*
Quæſtio 1. An Patritii Civitatum Imperialium ſint veri nobiles?
2. An in his civitatibus Senatus ſolum communitatem repræſentet?
TH. V. Diviſio Civitatum Imperialium.
Expl. Quo tempore duo ſcamna illorum introducta ſint & quâ occaſione.
TH. VI. Civitates ſimplices & officiales quæ & quæ harum officia.

A. *Expl. I. Civitates convocatrices quæ & quomodo conſtitutæ, quidq; illarum muneris ſit.*
Expl. II. Archivum illarum ubi cuſtodiatur, & qui Secretarii protocollis publicis ſimul præſint.
Expl. III. Civitates quæ deputationi ordinariæ & extraordinariæ deſtinatæ.
TH. VII. Civitates imperiales quæ in Rhenano & quæ in Suevico ſcamno ſint.
Expl. Omnium harum civitatum ortus, jura, privilegia, ſingularia & aliæ affectiones ſecundum ordinem Alphabeticum ſequenti modo recenſentur.
Alæ *etymon, ſitus, primordium libertatis imperialis; inſigne, Cenſus.*
Aquiſgrani *ſitus, etymon, diverſum nomen, ruina, reſtauratio, palatium Regium, inſigne, privilegia,* B. *Advocati, Jus deputationis ordinariæ, Senatus, Cenſus.*
Argentorati *ſitus, varium etymon, diverſum nomen, inſignia, privilegia, jura ſingularia, primordium liberi ſtatus, cenſus &c.*
An illa ab Attila everſa fuerit. Homagium Imperatori non præſtat, & quare. Epiſcopatum habet clariſſimum. Epiſcopus Tabernis cum Catholicis canonicis habitat, Canonici duplicis ſunt religionis & ideo etiam duo capitula habent.
Auguſtæ Vindelicorum *ortus, etymon, ſynonyma, varia fortuna, amplificatio, principium libertatis imperialis, privilegia, ſingularia, inſigne, cenſus.*
Biberaci *ſitus, etymon, ortus, primordium ſtatus immediati, ſingularia, privilegia, hoſpitale dives jure aſyli gaudens, inſigne, cenſus.*

Bopfingæ *ſitus, ortus, etymon & primordium ſtatus immediati incertum, inſigne, cenſus.* A

Breuitæ *ſitus, antiquitas, etymon incertum & varium, munitio prima, & poſtrema, Gymnaſium, Bibliotheca, ædificia publica, jus in Viſurgi poſtea imminutum, pœna banni & ejus cauſa ac abſolutio, Status regiminis, privilegia, aſſumtio inter civitates Imperiales & ob eam controverſia cum Archiepiſcopo & poſtea cum Rege Sueciæ, ac inde exorto bello uti etiam ſecuta pacificatione ac ejus articulis n. XI. cenſus, & inſigne.*

Buchaviæ *ſitus, cenſus, omnium civitatum Imperialium minimus, Abbatia, Abbatiſſa.*

Buchorniæ *ſitus, etymon, antiqui domini, incertum tempus ſtatus immediati, commercia, infortunia, inſigne, cenſus.*

Campoduni *ſitus, etymon, antiquitas, dignitas, antiqui domini, primordium immediati ſtatus, privilegia, ſtatus Regiminis, Abbas, religio, commercia, inſigne, cenſus.* B.

Colmariæ *ſitus, etymon diverſum, exſtructio, an ex rudetibus Argentuaria facta, primordium ſtatus immediati, incorporatio in præfecturam Hagenöenſem, infortunia, inſigne, cenſus.*

Coloniæ Agrippinæ *ſitus, etymon, antiquitas, varia nomina, dignitas, antiquiſſima libertas, infortunia, Archiepiſcopatus antiquiſſimus, Academia, Templum cathedrale, in quo corpora trium Regum, ædificia alia publica, jurisdictio exigua, Senatus & Status, privilegia, inſigne, inter Imperiales & Hanſeaticas dignitas. Cur illa inter quatuor imperii ruſticos referatur n. X. quale homagium Archiepiſcopo præſtet. Cenſus controverſia cum Archiepiſcopo hodierno & præcedentibus, ejus caſus remiſſivè.*

Conshæmii *ſitus, incorporatio præfecturæ Hagenöenſis, prima munitio, acceſſio ad Imperium, incendium cenſus, inſigne.* C.

Dinckelspuhlæ *ſitus, etymon, prima munitio, acceſſio ad imperium, ſtatus regiminis, judex, copia piſcinarum, religio, cenſus, inſigne.*

Dortmundæ *ſitus, antiquitas, etymon, vaſtatio, incendium, judicium imperiale, obſidio gravis, ſeditio, dominium in Comitatum cognominem privilegia, Gymnaſium, inſigne, cenſus.*

Ehenhæmii *ſuperioris ſitus, prima munitio, dependentia ab Advocatiâ Hagenoenſi, acceſſio ad Imperium, cenſus, inſigne.*

Eslingæ *ſitus, etymon, ortus, prima munitio, acceſſio ad imperium, obſidio, ſeditio, mulcta, ſuburbia, jus deputationis inter civitates, regimen, ædificia publica, religio, privilegia, encomia, exemtio à ſteuris provincialibus, cenſus, protectores, inſignia.* D.

Francofurti ad Mœnum *origo, denominatio, cum Saxenhuſâ unus Senatus, ſucceſſiva munitio, nundinæ univerſales valde privilegiatæ, jus eligendi ibi regis Romanorum.*

Ejus cives in tres diſtinctos ordines ibi recenſitos n. VI. ſeditio magna & quomodo punita ibid. & n. IX. ibi primum Cameræ Imperialis fuit n. VII. privilegia, cenſus. De jure creandorum magiſtrorum pugilum, das Pfeiffer-Gericht *ibidem, urbi illa quid Argentina in nundinis Johannæis tradere teneatur. Ejus inſigne,*

Fridbergæ *ſitus, origo, nomen unde, acceſſio ad imperium, dignitas, controverſia cum Burggravio de immediatate, imminutio per incendia, antiquum emporium, privilegia, cenſus, inſigne.*

Gelnhuſæ *ſitus, oppignoratio & inde lis de exemtione & cenſu, ubi de ejus causâ & modo diſquiſitum, ortus & acceſſio ad imperium ignoratur, ibi caſtrum Ganerbiorum, privilegia, inſigne, cenſus antiquus.*

Gemundæ *ſitus, ridiculum & aliud verum etymon antiqui domini, acceſſio ad imperium, ſplendor antiquus prima munitio, privilegia, n. V. & VII. obſidio, occupatio & mulcta, religio, inſigne, cenſus.*

Gengenbachii *ſitus, origo, etymon, acceſſio ad imperium, Abbatia, Abbas, cenſus, inſigne.*

Goslariæ *ſitus, etymon, origo, celebritas & frequens Imperatorum acceſſus, perpetua immediatas, crebræ calamitates, ademtio metallifodinarum, & inde ſecuta paupertas, receptio in Hanſam, privilegia, cenſus hodie exiguus, inſigne.*

Hagenoæ *etymon, ſitus, prima munitio & amplificatio, translatio ad imperium, præfecturæ imperii provincialis, decem civitates imperiales ſub ſe complectens, & jam ad Regem Galliæ ſpectans, ſalvâ quidem immediatate & libertate, ſed non ſervatâ, judicium provinciale, ibi quondam in caſtro cleinodia imperii cuſtodita, qualis olim Senatus & poſtea conſtitutus fuerit, altera ejus amplificatio, obſidio & occupatio, privilegia, aravium Imperatorum in Alſatiâ, cenſus, inſignia.*

Ubi de præfecturâ Imperii provinciali, ejus nobilitate, variis dominis & translatione in Galliæ Regem.

Hallæ Suevicæ *etymon, origo, antiquitas, acceſſio ad imperium, vetus monomachia jus, vexillum, jus cudendæ monetæ, unde vox Haller, inſigne, Senatus, privilegia, quot olim ibi & hodie Sartagines,* Saltzpfannen / *cenſus, Dominia extra urbem, bellum, incendia varia.*

Heilbronnæ *ſitus, etymon, ortus, munitio, acceſſio ad imperium, occupatio & direptio à ruſticis ſeditioſis facta, templum cathedrale cum turri, torneamentum habitum, privilegia, Nundina, territorium, Hiſtoria de piſce longævo, cenſus, ſeditio, inſigne.*

Hervordia *à multis immo Imperatoribus ipſis & imperio pro civitate Imperiali habita & declarata, ſed Elector Brandenburgicus illam eximere conatur.*

Isnæ, Iſenæ, vel Iſenaviæ *ſitus, etymon, antiqui domini, & acceſſio ad imperium, ac quomodo illa facta, conflagratio duplex, ibi Abbatia immediata, religio, inſigne, commercia, cenſus.*

Kauffbeuræ, Kauffburen / & Kauffpuren *ſitus, etymon, origo, acceſſio ad Imperium, obſidio, exuſtio, religio, inſigne, cenſus.*

Kayſersberga, Cæſareomontanum *ad Præfecturam Hagenoenſem pertinet, ejus ſitus, elogium, hodie à Gallis vaſtatum, ortus, acceſſio ad imperium, inſigne, cenſus.*

Landaviæ *ſitus, pertinentia ad dictam præfecturam, etymon, populoſum territorium, origo, oppignoratio, ejusq; cauſa & redemtionis modus, acceſſio ad imperium, privilegia, inſigne, cenſus.*

Leutkirchæ *ſitus, etymon, origo, acceſſio ad imperium, cenſus, inſigne, Senatus, privilegia.*

Lindaviæ, antiquis Lindaugiæ, *ſitus, etymon, antiquitas, origo, acceſſio ad imperium, incendia, Abbatia virginum, cum hâc lis de immediatate, terro-*

territoriam, mercatura, religio, Senatus, privilegia, inſigne, cenſus. A.

Lubecæ *ſitus, etymon, vetus nomen, origo, locus ejus diverſus, fines à Friderico I. Imperatore terminati, frequentia infortunia & bella, Epiſcopatus, directorium ſuper civitates Haaſeaticas, inſignia, jus ſingulare, portus egregius, Gymnaſium celebre, regimen, religio, jus præſentandi Aſſeſſorem Cameræ, Ædificia publica pro indigentibus; locus inter deputatos Imperii, cenſus.*

Memmingæ *ſitus, etymon, quale antiquum nomen, acceſſio ad imperium, inſigne, cenſus, Regimen, Religio, judices primæ inſtantiæ, privilegia, infortunia.*

Monaſterii S. Gregorii *ſitus, etymon, acceſſio ad imperium, cum Abbate commune in vallum imperium, pertinentia ad præfecturam Hagenöenſem, Inſigne, cenſus.* B.

Mulhuſæ Thuringiæ, *ejus ſitus, etymon, antiquitas, acceſſio ad imperium, bella, incendium, ſeditio, ibi conventus Electorum & nonnullorum Statuum imperii, clientela, inſigne, cenſus, privilegium.*

Nordhuſæ *ſitus, etymon, antiquitas, infortunia & bella, in ea aliquot conventus imperii habiti, Statua Rulandi, Voigteia Imperialis, ſeditiones, incendia, Ludus equeſtris ſingularis, inſigne, cenſus.*

Nordlingæ *ſitus, antiquitas, etymon, antiquus & hodiernus locus, acceſſio ad imperium, exactio, vindicta in Judæos, bella, damna & infortunia, Ædificia publica, obſidiones, Senatus, inſigne, cenſus.*

Norimbergæ *ſitus, vetuſtas & etymon, origo, acceſſio ad imperium, antiqui domini, incrementa, celebritas, obſidio & devaſtatio, infortunia & bella, ampliatio, caſtrum Noricum, olim dictum, conventus imperii, alia ampliatio, ambitus hodiernus, caſtrum imperii, & in illo ſedes Prætoris ac præſidium, curia celeberrima, armamentarium, granaria, Bibliotheca, ibi Cleinodia imperii, Aurea Bulla prior pars confecta, Regimen, forma ſpecifica, Senatus, judicia, illius electio, ampliſſimum territorium, redemtio à Burggravio, jus inter civitates convocatrices, inſigne vetus & novum, Academia, Senatorum privilegium, leges publicæ, privilegia, Religio, banchum publicum, cenſus.* C.

Offenburgi *origo, etymon, ſitus, religio, oppignoratio, inſigne, cenſus.*

Pfullendorffii *ſitus, antiquitas, antiqui domini, acceſſio ad imperium, cenſus, inſigne.* D.

Ratisponæ *antiquitas, etymon varium, diverſa denominatio, multa infortunia, & incendia, obſidiones, ampliatio, celebritas, antiqui domini, acceſſio ad imperium, à Ducibus Bavariæ infeſtatio, ædificia publica, pons lapideus, ibi torneamenta habita, Judæi habitarunt, quinq; ſtatus Imperii, quondam Præfectus Imperatorius; Judex Commerciorum* Hanß-Graffe / *locus in ſcamno Suevico primus, & inter civitates deputatas; Senatus, privilegia, Jurisdictio unde, religio, inſigne, cenſus.*

Ravenſpurgi *antiquum nomen, ſitus, territorium, acceſſio ad imperium, munitio, vicina loca, turris tubicinaria, torneamentum, religio, inſigne, cenſus.*

Reutlingæ *ſitus, etymon, origo, acceſſio ad imperium, infortunia, & incendia, clientela, religio, jus aſyli, Regimen, privilegia, curia, templum & alia ædificia publica, cenſus, inſigne.*

Rotenburgi *ad Tuberim etymon, ſitus, antiqui domini, acceſſio ad imperium, Burggraviatus & Præfectura Imperii, ampliatio, chorea opilionum annua, cum Judæis diſſidium, privilegia, Senatus, Regimen, curia, religio, torneamentum, cenſus, inſigne.*

Rotwilæ *ſitus, etymon, origo, judicium Imperatorio-aulicum, varia infortunia, & diſſidia, fœdus cum Helvetiis, inſigne, cenſus.*

Scleſtadii, aliis Scletſtadii, Slezſtadii & Sleceſtadii *ſitus, etymon, antiquitas & celebritas, acceſſio ad imperium, ibi prætor imperii, pertinentia ad præfecturam Hagenoenſem, obſidiones, pugna cum Armeniacis, religio, ſeditiones, inſigne, cenſus.*

Spiræ *ſitus, varia nomina, etymon diverſum & verum, prima gubernatio ſub Judicibus provincialibus & poſtea Epiſcopis, acceſſio ad imperium, varia damna & infortunia, ſeditiones, ibi ſepultura multorum Imperatorum, ejus templum cathedrale, quando exſtructum, exuſtum & reparatum, urbis renovatio, Epiſcopus & hujus aula ac receptio in civitate, item jus in illâ, ibi jus ſtapulæ, cuſtodia archivi civitatum imperialium Rhenenſium, Camera imperialis, aſylum prope templum cathedrale. Ejus regimen hodiernum & Senatus, religio, privilegia, inſigne, cenſus.*

Suinfurti *ſitus, etymon, antiquitas, diverſa ſtatio, antiqui domini, infortunia & damna, ædificia publica, frequens oppignoratio, & propria redemtio, nundinæ plures, privilegia, Senatus, torneamentum, religio, inſigne, cenſus.*

Turckhæmii *etymon, ſitus, cenſus, inſigne.*

Uberlingæ *antiquum nomen, ſitus, etymon, antiqui domini, acceſſio ad imperium, munimenta, obſidiones aliquot, mercimonia, privilegia, religio, Xenodochium dives, territorium, balneum ſalubre, inſigne antiquum & novum jus protectorium in Buchorniam, cenſus.*

Ulmæ *etymon, ſitus, antiqui domini, vetus celebritas, munitio prima, diruptio & combuſtio, acceſſio ad imperium, privilegia, territorium ampliſſimum, reſtauratio & ampliatio, ac nova munitio, damna & pericula, incendium, inundatio, peſtes, ædificia publica, portus, Senatus, patricii, comprehenſio ſub civitatibus convocatricibus, cuſtodia Archivorum civitatum Suevicarum & Franconicarum, jus advocatiæ, ſumma libertas, religio, inſignia, cenſus.*

Wangenæ *ſitus, territorium, religio, acceſſio ad imperium, inſigne, cenſus.*

Weiſſenburgi *Sebuſiorum pertinentia ad præfecturam Hagenöenſem, antiquitas & origo, etymon, munitio prima, acceſſio ad imperium, prætor imperialis, Abbatia immediata poſtea in Præpoſituram verſa, & ad Epiſcopatum Spirenſem tranſlata, Abbatis vel Præpoſiti jus in civitate & controverſia cum illâ de immedietate, ac liberatio ab illâ, Senatus ejus jurisdictio, prætor imperialis & ejus jurisdictio, Emunitas antiqua, cenſus civitatis & præpoſituræ, inſigne, privilegia patriciorum, qui* die Hauß- und Müntz-Genoſſen *dicuntur.*

Weiſſenburgi *Norici ſitus, etymon, origo, acceſſio ad imperium, oppignoratio, munitio, vicinia cum*

fortalitio Wulszburg, pertinentia ad Advocatiam Norimbergenſem, præfectura Imperialis qualis, hujus oppignoratio adempta & reſtituta, privilegia, Senatus juriſdictio, inſigne, cenſus.

Wetzlariæ, *antiquis Wetzflaria ſitus, origo, acceſſio ad imperium, prætura imperii ad Landgravios Haſſiæ ſuperioris ſpectans, clientela ad Landgravios dictos & Comites Naſſovicos pertinens, jus conducendi Electores, privilegia, ſeditio, incendium, inſigne, cenſus.*

Wilæ *ſitus, etymon, acceſſio ad imperium, templum cum turri egregiè exſtructum, religio, graves clades à Comite Wirtembergio & ſociis perpeſſa, incendium, inſigne, cenſus.*

Wimpinæ *vetuſtas, ſitus, etymon, acceſſio ad Imperium, Senatus, prælium ibi habitum, inſigne, cenſus.*

Windeshæmii *varia nominatio, etymon, ſitus, acceſſio ad Imperium, pertinentia ad præfecturam Imperialem Rotenburgicam, oppigneratio & redemtio, ampliatio & munitio, privilegia, Senatus, inſignia, cenſus.*

Wormatiæ *antiquitas, etymologia, ſitus, everſio, reſtitutio, acceſſio ad Imperium.*

Archiepiſcopatus olim nunc Epiſcopatus, diſſidia ingentia cum Epiſcopis & Clericis circiter trium ſeculorum: ubi quid iſti hodie in illâ juris & poteſtatis obtineant, recenſetur.

Porro Torneamenta, ſeditiones, damna, incendia, Senatus, Clientela Electoribus Palatinis olim competens, appellatio, privilegia, jus inter civitates Imperii deputatas & circa Comitia Civitatum Imperii, inſigne, cenſus.

Zellæ ad Hammersbachum *ſitus, antiquus ſtatus incognitus, Illius in antiquis Imperii conſignationibus ſilentium, religio, inſigne, cenſus.*

De illâ quædam alia notabilia referuntur.

TH. I.

Hactenus de Secundâ Statuum Imperii claſſe: Sequitur Tertia, quæ eſt Civitatum Imperii: tanquam Univerſitatum beneficiis & privilegiis Imperatorum immediate imperio noſtro ſubjectarum, & cum reliquis ejusdem Statibus pleno ſeſſionis ac ſuffragii jure in publicis Imperii comitiis gaudentium.

Explic.

INter Statuum Imperii jura & characteres præced. cap. 6. theſ. 2. explic. 1. jus ſeſſionis & ſuffragii in publicis Imperii Comitiis ita poſuimus, ut vel illud ſolùm ad probandam ejus qualitatem ſufficere ſtatuerimus, & quidem, ut ſperamus, rationibus ſufficientibus moti.

Licet verò utrumq́; civitatibus hiſce & quidem cum qualitate decidendi (quam *votum deciſivum* vulgo dicunt) à longiſſimo tempore competierit, ut ex actis publicis demonſtrant *Ludov. GremPius & Hieronym.* **Zum Lamb** *in Conſiliis ſpecialibus de hiſce juribus ſcriptis, ac latiſſimè refert Arum. de Comitiis cap. 7. num. 145. & ſeqq. hoc tamen à Collegiis ſuperioribus à longo tempore ſemper ad votum ſaltem conſultativum reſtrictum fuit; ut ex Arum. ibid. Limn. Tomo IV. lib. 7. cap. 1. num. 48. & adhuc ex declaratione dictorum Collegiorum in nuperis Comitiis*

A *Ratisponenſibus 17. Septemb. 1653. exhibitâ apud Herden.* **In der Grundfeſte deß Heiligen Römiſchen Reichs** *part. 2. cap. 6. pag. 150. liquet, licet illud deciſivi voti jus tàm in univerſalibus quàm particularibus diætis non minùs, quam cæteris Imperii Statibus per Pacificationem Oſnabruggenſem Art. 8. §. Tam in univerſalibus &c. expreſſis verbis attributum fuerit.*

Notari autem hic debet, circa modum referendi & correferendi concluſa Imperii inter dicta duo ſuperiora collegia & collegium civitatum ad auctoritatem & præeminentiam ſuam demonſtrandam, nequicquam contradicentibus civitatenſibus in dictis Comitiis, ut legi poteſt apud Eund. *Herden. d. c. 6. & præced. p. 2. Sect. 2. cap. 9. theſ. 27. expl. 3. hanc differentiam introductam eſſe, ut Civitatum Legati non prius ad re- & correlationem vocentur vel admittantur, quàm in-*
B ter duo ſuperiora collegia conformitas vel jam conciliata, vel nullo modo ſperanda ſit, *tunc* enim illorum vel conforme vel utriusque diſcrepans concluſum collegio civitatum per Secretarium Moguntinum in pleno utriusque conventu refertur, *& demum hujus concluſum percipitur, atq́; hoc etiam à* primis duobus diſſentiente, an conformitas omnium trium, vel ſaltem duorum obtineri poſſit, tentatur, *quo facto, vel duo conformia, vel omnia tria diſcrepantia concluſa Imperatori hodie per Imperii Directorium Moguntinum præſentantur, ut etiam refert Idem d. p. 2. c. 9.*

Et licet Civitatenſes in his adhuc durantibus Comitiis anno ſcilicet 1663. denuo prætenſum ſuum jus ſimultaneæ re- & correlationis urſerint, *nihil tamen* obtinuerunt, ut refert *Hagemajer de Comitiis Imperii p. 1. c. 6. lit. M. & N.* ubi ſimul etiam omnia
C præcedentia acta recenſet.

TH. II.

Civitatum harum conſideranda (1) Origo in genere (2) Communia jura & onera (3) diviſio & enumeratio veterum & perfectarum talium urbium, ſubjectis ſingularum particularibus originibus, obſervationibus, juribus & ſingularibus, (4) controverſa vel dubia, plene jam à Statibus exemta, & tandem ab imperio plane avulſa membra.

TH. III.

Origo illarum in genere antiquiſſima quidem, ſed incerta eſt, probabiliter tamen Henrici I. Imperatoris ac ſucceſſorum ex illius familiâ tempore quodammodo adſcribenda eſſe videtur.

Explic.

I. S*Icuti partim* ob ſegniciem & incuriam antiquorum ſcriptorum (qui potiſſimùm Monachi & rerum civilium vel ſecularium expertes fuêre) *partim* ob crebras olim in Imperio evenientes mutationes multæ magni momenti res obſcuræ, imò planè incognitæ redditæ fuerunt: *Ita quoq́;* circa vera civitatum harum primordia altum apud illos eſt ſilentium.

Vero ſimile tamen eſt, illas ſub dictis demum Imperatoribus primùm libertatem aliquam acquiſiviſſe

quo-

Digitized by Google

quoniam ſub Francicorum Imperatorum Imperio A. omnis urbs, oppidum vel vicus à Comitibus ſive Legatis regiis ſecundum veram & communem opinionem à *Lehmanno l. 4. Chron. Spirenſ. c. 2.* & *Conring. in Diſſert. de Urbibus German. th. 73. & ſeqq.* relatam gubernata fuerunt.

Sicuti etiam demum ſub iſtis Dignitates hæreditariæ factæ ſunt, ut *prac. Sect. 2. c. 2. th. 8. expl. 1. ante fin.* oſtendimus & *Kmpſch. de Jur. Civit. l. 1. c. 5. n. 17. 18. & 22. ac Lehman. d. l. 4. c. 3.* agnoſcunt.

Pleraq; verò Civitates regiæ ſub Ottonibus à juriſdictione officialium regiorum, puta Comitum ſeu Legatorum illas duriter tractantium liberatæ ac Epiſcoporum placido regimini commiſſæ fuerunt, *ut de Bremâ Adam Bremenſ. in Hiſtor. Eccleſ. l. 2. c. 51. & 122. vel l. 3. c. 6. & de Wormatiâ Ditmarus l. 5. Chronici recenſet. de civitatibus verò in genere Munſter. l. 3. c. 22. & ſeqq. Wurſtiſius Chron. Baſil. l. 2. c. 11. & Rhenan. l. 2. Rer. Germ. p. 182. memorant.* De quo etiam legatur *Lambec. in Origin. Hamburg. l. 1. p. 32.*

Sed nihilo minus in quibusdam Comites juriſdictionem regiam retinuiſſe clarè demonſtrat *Lehmann. d. l. 4. c. 2.*

Et licet Idem ſeq. c. 3. mutationem illam regiminis Epiſcopis conceſſi parum commodi civitatibus attuliſſe dicat, *illam tamen* principium ad plenam libertatem acquirendam fuiſſe fatetur.

Ab hâc verè Epiſcoporum gubernatione ideè civitates Rhenana ab Henrico IV. Imperatore putantur liberata, quia illi adverſus Epiſcopos & Pontifici addictos Principes fideles permanſerunt, ut memorat *Helmold. l. 1. Chron. Slavor. c. 28. in f.*

Quoniam verò dictis Epiſcopis ſola juriſdictio civilis exceptâ criminali & forte etiam regiorum proventuum receptione competiit, veriſimile eſt, iis Pratores vel Judices regios **Reichs-Schultzen** / *&* **Reichs-Voigte** *ad merum illud imperium nomine Regis vel Imperatoris exercendum additos eſſe, ut inter alios tradunt Beſold. in Theſ. Pract. ſub illo verbo, Heiderus* **In** *Diſcurs* **von den Reichs-Voigten** *lit. Q Q Q. & Mylerus in Archolog. Ordin. Imper. c. 21. th. 3. & ſeq.* ubi id multis exemplis probat, ſicuti etiam adhuc hodie talis Prætor Northuſæ, qui olim ex Comitibus Hohenſteiniis nunc Witgenſteiniis fuit & eſt, reperitur, *ut ſeq. th. 7. in expl. ſub illâ urbe docuimus: De illorum officio circa proventus regios recipiendos vide Myler. ſeq. th. 6. & ſeq. Cur verò tales præfectura in deſuetudinem iverint apud Eund. th. 16. legi poteſt, ubi in c. ſeq. n. 1. refert, in quibus urbibus tales adhuc reperiantur, addens, officia illa ſaltem umbratilia eſſe.*

Quomodo verò poſtea & maximâ ex parte ſub Friderico I. & ſucceſſorum temporibus una quaq; ſucceſſivè pleniſſimam ſuam libertatem conſecuta ſit, ſub ſingulis ſeq. th. 7. in explicatione per occaſionem & in genere ſeq. expl. 2. n. 1. demonſtratum eſt.

II. *Referenda hic quadam circa civitates haſce notabilia generalia, & quidem*

1. *Illas non uno eodemq; modo libertatem ac propriam juriſdictionem nactas ſive immediata Imperii membra facta eſſe.*

Nonnulla enim & quidem ea, quæ ad Imperium jam pertinuerunt, ab Imperatoribus ipſis per exemtionem à Comitum & Judicum regiorum, uti & Epiſcoporum juriſdictione libertatem obtinuêre: *Alia verò* Principibus tàm Eccleſiaſticis quàm Laicis, uti etiam aliis Superioribus Imperii Statibus directè ſubjectæ libertatem ſuam ab ipſismet *redemerunt*, *vel ob graves cauſas*, utpote benè merita vel dominorum tyrannidem manu militari ſuppreſſam vel

A. excuſſam in pœnam illorum exemtionem & privilegia libertatis *ab Imperatoribus obtinuerunt, vel contra tales ipſamet arma uſurparunt*, atque virtute propriâ ſe exemerunt ac Imperio ſubjecerunt, libertate illo modo plenè impetratâ: in quibus quodammodo nobiſcum ſentit *Lehm. d. l. 4. c. 4. & Limn. d. l. 7. c. 1. n. 39. plenius verò Knipſch. de Juribus Civitat. l. 1. c. 6. n. 18. & ſeqq. cui addi poteſt Myler. in AechＯlog. Ordin. Imper. c. 19.*

2. *Fuiſſe antiquis temporibus tres characteres civitatum ſeu villarum Imperialium vel regiarum conjunctim exiſtentes*, & quidem *primum*, quod nomine Imperatorum ſivè vicariâ poteſtate a Comitibus & Legatis fuerint adminiſtratæ: *Secundum* quod in illis ſimul Prætores vel Judices Regii **Reichs-Voigte oder Reichs-Schultzen** conſtituti fuerint, de quibus *praced. expl. 1. in f.* diximus.
B. *Tertium*, quod ad Imperatores omnes illarum proventus pertinuerint, ut latè demonſtrat *Lehm. d. l. 4. cap. 2. & 3.*

3. *Civitates vel villas Imperiales vel Regias in ſpecie olim ita dictas liberis Imperii Civitatibus in ſpecie* poſtea ſic dictis antiquiores eſſe, *ſiquidem ha ex illis*, ut in *praced. num. 1. adductum, demum orta, qua vere poſtea civitates Imperiales in ſpecie vocata, liberis illis iterum recentiores ſunt: Siquidem ſicuti priores* libertate dicto modo impetratâ relicto veteri Imperialium vel regiarum urbium nomine *ſe in ſpecie liberas vocarunt: ita vice versâ illa*, quæ poſtea ex mediatis immediatæ factæ & imperio ſubjectæ vel addictæ fuerunt, *imperiales in ſpecie nominata ſunt, quâ etiam de causâ priorum ſivè liberarum titulus in omnibus Imperii actis, & in ipſomet civitatum collegio confectis praponitur hoc modo*, **die Freye-und Reichs-Städte**; *uti inter alia*
C. *legi poteſt in Ordinat. Regiminis Spirenſi anni 1500. Tit.* **Wie zwantzig Perſonen** *verſ. Item & Tit.* **von der Steuer der Frey-und Reichs-Städte** / *item in R. J. de dato* **Speyer** *1542. §. 71. R. J. de anno 1544. §. 39. & ex omnibus Receſſuum Imperii ſubſcriptionibus patet. Sicuti etiam ſcamnum Rhenanum, in quo ſola libera civitates ſeſſionem habent, ut ſeq. th. 4. in expl. annotavimus, in omnibus Receſſuum Subſcriptionibus Suevico prafertur.*

Sicuti etiam ideo in conventu Civitatum Eslinga anno 1486. habito, priores, nempe libera civitates, ſe ab Imperialibus in ſpecie ſic dictis ſeparaverunt, & utraq; claſſis adjectis individuis ſuis Receſſum illius ſcorſim liberæ cum verò priori loco ſub cujusque charactere ſubſcripſit, ut legi poteſt apud *Lehm. d. l. 4. c. 4. ubi addit, idem in illorum conventu anno*
D. *1495. Wormatia habito obſervatum fuiſſe. Quod etiam anno 1498.* (in conventu ſcilicet Friburgenſi) *peractum fuiſſe ex Eod. d. l. Bœcl. in Notit. Imperii l. 11. c. 2. narrat, addens, Coloniam* in dicto conventu Wormatienſi *ab Aquisgrano* præcedentiam prætendenti declarationem *petiiſſe, utrum inter liberas an imperiales civitates numerari velit? ſe vero nunquam in actis publicis proprium diſcrimen reperire potuiſſe. Verum ipſe Lehm. d. l. nobiſcum ſentiens illam differentia rationem reddit, liberas inde, quia* Imperatori & Imperio ſemper ſubjectæ fuerunt, *Imperiales verò quia* ex mediatis poſtea immediatæ factæ ſunt, dici, vide etiam *Auctorem Dubiorum Cameralium verb.* **Freye Reichs-Städte** *&* **Freye und Reichs-Städte** *f. 142. & ſeqq.*

Contrarium quidem Matth. Steph. de Juriſd. l. 2. p. 2. c. 1. n. 82. Beſold. de Jure Imper. Civit. ſect. 4. Sibrand. de Urbis Lubec. & Anſeat. Jure Publ. p. 1.

Sect.2. num.2. & 3. cum aliis ab illis citatis ſtatuunt, Imperiales nimirum vel Regias dici, quæ vel à Cæſaribus conditæ vel imperio illorum immediatè jam olim & ſemper ſubjectæ fuerunt, *ideoq; pro inſigni* aquilam vel integram vel dimidiam vel ad minimum ejus partem uſurpant: *Liberas verò* quæ à ſubjectione principum liberatæ & imperio immediate addictæ fuerunt, ac in inſigniis nihil de aquilâ gerunt.

Verum hæc opinio vel inde ſatis refellitur, quia liberæ civitates, ut dictum, ob antiquiorem libertatem reliquis in titulis & ſubſcriptionibus præferuntur, *quod hæ* nunquam paſſæ eſſent, ſi antiquiori libertate gauderent. *Sicuti etiam nota* illa de Aquilæ inſigni parum ponderis habet, ut etiam agnoſcit *Pauermeiſt. de Juriſd. l.2. c.12. n.24. Sciendum tamen prædictam differentiam, ſi memoratam præcedentiam in titulis & ſubſcriptionibus demas, hodie quo ad individua ſaltem nominalem eſſe*, quia omnes civitates hæ in duo ſcamna ſunt diviſæ & in iis locum citra illam diſtinctionem vel prærogativam obtinent, ut etiam poſt *Wehner. in Obſerv. Pract. verbo* **Freye Reichs-Städte** *Limn. d. cap.1. num.34. tradit, ubi multa ſingularia de hâc denominatione habet.*

Plura de differentiâ liberarum & Imperialium civitatum vide apud *Ruland. de Commiſſ. parte 2. l.5. cap.4. num.41.*

TH. IV.

Communia illarum jura conſiſtunt potiſſimum in immediato illorum ſtatus & illi annexis ac cum aliis imperii ſtatibus communibus prærogativis ac privilegiis, *onera verò* (1) in ablegationibus ad conventus imperii tàm generales quàm ſpeciales propriis ſumtibus inſtituendis (2) in collectis imperii tàm ordinariis quàm extraordinariis ac Cameræ Imperialis ſuſtinendis (3) in Steuris Imperii in ſpecie ſic dictis Imperatori ſolvendis (4) ſubſidiario milite neceſſitate id flagitante ad defenſionem imperii conſcribendo & propriis ſumtibus alendo.

Explic.

I. *Civitates Imperiales cum reliquis imperii Statibus communibus gaudent prærogativis & privilegiis à nobis præced. Sect.2. cap.1. theſ.2. & in explicationibus relatis, niſi quod* (1) ſuperiora duo imperii collegia in actu re- & correlationis quandam prærogativam ſibi attribuant, ut jam *præced. theſ.1. in expl.* adduximus (2) *quod* quidem jure territoriali cum iiſdem communi gaudeant, *ſed illud* à jure territoriali Principum nominetenus differat, *dum hoc* **die Landesfürſtliche Hoheit** *illud* verò ſaltem **die Landes-Hoheit** dicitur, ut *præced. c.5. th.8. in expl.* demonſtravimus.

Quæritur hic (1) *An Patricii civitatum Imperialium veris Nobilibus accenſendi.*

Reſp. Affirmativam præced. parte 2. ſect.1. cap.5. theſ.13. expl.2. amplexi ſumus, quam etiam poſtea Spreng. in Fontibus Jur. Publ. cap.25. p.1369. tueri vidimus.

(2) *An in civitatibus his Senatus ſolùm vel cives ſimul univerſitatem repræſentent?*

Reſp. De Illâ Idem p.1374. & ſeq. legi poteſt.

II *De oneribus ab illis præſtandis quo ad* (1) (2) & (4) *etiam d. c.2. th.3. in explicationibus* diximus, *quo ad* (3) *verò tanquam ſingulare* & reliquis Imperii

A. Statibus non commune *notandum hic eſt, quod olim* ferè ſingulæ imperiales urbes Imperatoribus ſingulis annis non levem pecuniæ ſummam in recognitionem immediatæ ſubjectionis ideo, **der Reichs-Schilling oder die Reichs-Steuer der Städte** *dictam* ſolvere obligatæ fuerint.

Sed ab hâc contributione multæ poſtea urbes vel per liberalitatem Imperatorum vel per redemptionem à civitatibus factam plane exemptæ fuerunt, vel ſaltem aliquam moderationem obtinuerunt. Ita Argentina vel ob antiquam libertatem vel ob privilegium ab illâ plane libera eſt, *ut ſeq. th.7. in expl. ſub illâ urbe n.7.* adduximus & *Oppidum S. Galli* ab Imperatore Sigiſmundo ſolutâ certâ auri ſummâ anno 1417. ſe ab illâ planè liberavit, ut refert *Stumpf. l.5. c.8. f.386. Auguſta verò Vindelicorum referente Cruſio p.3. l.4. c.7. f.223.* ab Imperatore Ludovico IV. anno 1329. privilegium obtinuit, ut loco 500. librarum nummorum ſaltem 400. in poſterum ſolveret. *Lindavia* ſimiliter à Sigiſmundo Imperatore anno 1415. impetravit, ut pro 350. libris obolorum ſingulis annis Imperatoribus antea ſolvendis ſaltem 200. libras in poſterum contribueret, ut refert *Auctor* **der gründlichen Außführung der Reichs-Stadt Lindau/die abgelößte Reichs-Pfandſchafft betreffend** *f.631.*

Quæ ergo civitates imperii adhuc ſunt, neq; talem liberationem vel imminutionem ab Imperatoribus obtinuerunt, *ſteuram illam* tanquam ſingulare onus adhuc ſingulis annis ſolvere tenentur, ut etiam *Limn. in Annotam. ad Capitul. Caroli V. art. 23. verbo* **Reichs-Steuer der Städte** conſignavit, *ubi plura* d illâ & ejus imminutione habet.

His tandem addimus, Civitates has loco inveſtituræ, quam alii immediati Status ab Imperatore petere & recipere debent, ab Imperatore privilegiorum confirmationem petere, illique homagium præſtare, ut apud *Spreng. d. c.25. p.1392. & ſeq.* legi poteſt.

TH. V.

Dividuntur veræ & perfectæ hæ civitates (1) in ſimplices & officiales (2) in duo Scamna vel latera, Rhenanum ſcilicet & Suevicum.

Explic.

QVO tempore duo hæc civitatum ſcamna orta fuerint à paucis tangitur, à nemine verò noſtro ſcitu rectè demonſtratur. Siquidem plerique Politicorum de ſcamnis in genere hoc ſaltem tradunt, illa inde introducta eſſe, *quia* olim conventus publici plerumque æſtivo tempore ſub dio celebrati, & in illis locis longa ſcamna, quo Status & Legati illorum ſedere potuerint, poſita fuerunt, *atq; ita illud* poſtea in collegio civitatum permanſiſſe ac diſtinctione huic locum dediſſe, ut inter alios refert *Lehm. in d. Chron. l.7. c.124. tit.7.*

Licet verò hæc quo ad ſcamnorum originem & continuatam obſervantiam in genere ſe ita habeant, *attamen ad ſpecialem iſtam* ſcamnorum in Collegio civitatum diſtinctionem explicandam, illiusque rationem reddendam nihil faciunt, *igitur ſpecialior indaganda & probabiliter dicendum eſt, ſcamna iſta illorumq; nomina paulo poſt conventum Eſlingæ dicto anno* 1486. *habitum, in quo ſecundum ea*, quæ *præc. theſ.3. expl.2. n.3. conſignavimus civitates, liberas ſe vocantes, à reliquis diſceſſum fecêre, & ſimul occaſione hujus diſceſſus orta eſſe, ſiquidem omnes tunc liberæ dictæ in Rhenano, & reliquæ in Suevico ſcamno ſeſſionem etiamnum habent, ut ex collatione catalogorum apud Lehm.*

d. c.4.

d. c.4. & illarum enumerationem ſeq. theſi VII. factam clarè patet. Vide etiam Arumaeum de Comitiis c.5. n.4. ubi ſub Friderico III. hanc ſcamnorum diviſionem factam eſſe tradit.

Notandum tamen hic ex dictis Conſiliis Grempii & Lambi f.46. Legatos Civitatum illarum in Conventibus imperii ſuperiori tempore non ſemper ſediſſe, ſed partim ob controverſias inter ſe de prærogativâ ortas, *partim* ob reverentiam erga ſtatus ſuperiores, ut in Comitiis Spirenſibus anni 1522. adhuc factum, *partim* ob loci anguſtiam (nam omnia tria collegia olim & ante Friderici III. Imperatoris tempora in uno comparuerunt Senatu, ut refert *Arumaeus de Comitiis d. c.5. n.4.* & Electores ſe à Principibus demum circa annum 1489. ſeparaverunt, ut poſt alios refert *Herden.* In der gedachten Grundfeſte *parte 2. c.3. poſt med.*) promiſcuè ſtetiſſe.

TH. VI.

Simplices Imperii civitates nobis hic ſunt quibus nihil muneris in ſuo collegio competit: *Officiales verò, quibus partim* à collegio ſuo, *partim* à reliquis Imperii Statibus *munera quadam commiſſa ſunt, conſiſtuntque ea in jure (1) reliquas convocandi (2) Archivi communis cuſtodiendi (3) in Deputationibus Imperii nomine reliquarum comparendi, & ſtatuendi.*

Explic.

I. *Circa jus convocandi reliquas notandum, olim illud certis civitatibus non competiiſſe, ſed illas,* quibus periculum vel neceſſitas quædam obvenit, reliquas imploraſſe, ut certo in locò in publicum commodum conſultandi cauſâ per legatos convenirent ac illarum curam ſuſciperent *& inde forte factum eſſe, ut qua hodie illud jus obtinent, ideoq; convocatoria,* außſchreibende Städte *nominantur, nempè Argentina, Norimberga, Francofurtum & Ulma, tanquam potentiores,* & ex iis, quæ in ſuperiori Germaniæ partæ ſitæ ſunt, primariæ, tunc reliquarum in periculo verſantium patrocinium ſuſceperint, ac tandem cum reliquarum tacito conſenſu jus illud ſibi acquiſiverint, ut ex *Receſſu Civitatum de dato Norimberga 6. Febr. 1523. apud Limn. Tomo 4. l.7. c.1.* colligere eſt: ot ex praxi notum eſt.

Verſatur autem illarum officium in eo, ut graviori civitatum negocio obveniente vel ex proprio motu *vel* ad querelas unius atque alterius civitatis negocio illo priùs inter ſe probè perpenſo, reliquas ad certum locum convocent, cauſas gravatarum vel preſſarum audiant, vel ipſæmet proponant, ſuffragia colligant, concluſum iis referant, ac obſervatis monitis confectum per ſubſcriptionem totius conventus corroborari curent: *Quamvis etiam* in rebus maximi momenti quæ moram non patiuntur, ſolæ deputatæ nomine omnium conveniant, & illas expediant, *ut ſeq. expl.3. demonſtratum eſt.*

Directorium verò illi ex his quatuor competit, in cujus circulo conventus iſte celebratur, ut refert *Knipſch. l.2. c.11. n.17. ſed quia* in Rhenano ſuperiori Argentoratum & Francofurtum ſimul ſitum eſt, *procul dubio prior* tunc directorium gerit, quando in ſuperioris partis civitate ille habetur, *poſterior* verò, quando in ejus viciniâ, puta in unâ Wetteravicarum ille celebratur.

Cæterum quando civitatum harum conventus primum cœperint, refert Knipſch. d. c.1. n.6. & ſeqq.

A. II. *Circa jus ſecundum obſervandum, Archivum Civitatum Suevicarum & Franconicarum, hodie Ulma, civitatum verò Rhenenſium Spira aſſervari,* ot tradit *Idem. d. l.2. c.12. n.25. ac l.3. c.54. n.31. & nos plenius ſeq. th.6. in explicatione ſub dictis civitatibus, ut etiam Auguſta notavimus: Et ideo in Comitiis Imperii utrimq; Secretarii* unà cum Directorio protocollis præfecti ſunt, *quibus tamen hodie ex ſingulari favore Secretarius Norberga adjunctus eſt,* ut poſt *Lehman. in Chron. Spir. l.7. c.124. f.1017.* refert *Hagemejer. de Comit. Imper. p.1. c.6.*

III. *Civitatum Deputatarum ordinariarum quo ad conventus proprios ſunt duodecim, nempe ſex ex ſcamno Rhenano ſequentes,* Colonia, Aquisgranum, Argentoratum, Lubeca, Wormatia & Spira, *& totidem ex Suevico, nempe* Ratisbona, Auguſta, Norimberga, Ulma, Eslinga & Reutlinga, ut poſt alios refert
B. *Knipſch. l.2. c.11. n.14. & hæ* ad conventum Civitatum particularem, Deputationis dictum, in caſibus, qui vel ob magnum periculum ac præjudicium moram non patiuntur, vel levioris momenti ſunt, ſolùm conveniunt, conſultant, & negocia illa nomine communi expediunt. *Idem d. l. n.11. & ſeqq.*

Quod verò Deputationem Imperii concernit, ad ordinariam quendam ſolùm Colonia ex Rhenano & Norimberga ex Suevico ſcamno ſecundum Rec. Imper. de dato Augſpurg 1515. §. So ſich dann aber 65. *deſtinata fuerunt. Sed bis in nupero R. J. anni 1654.* §. und dieweil nach beſage ꝛc 194. *ex Rhenano Aquisgranum & Argentina & Suevico ſcamno Ratisbona & Uberlinga addita fuerunt.*

Ad Extraordinariam verò, puta viſitationem & Reviſionem Cameræ in d. R. in §. ſequentes novemdecim civitates in quinq; claſſibus, utpote novem ex Rhe-
C. *nano,* Colonia, Aquisgranum, Argentina, Lubeca, Wormatia, Spira, Francofurtum, Schleſtadium & Ehenhemium ſuperius, *& ex Suevico ſcamno decem,* Ratisbona, Auguſta, Norimberga, Ulma, Rotwila, Uberlinga, Gemunda, Wangena, Offenburgum & Rotenburgum ordinatæ ſunt, ſed ut numerus par ſit, & in quavis claſſe quatuor ſit; *Auguſta bis*, nempè in primâ & ſecunda claſſe locata fuit, *ut ex ſchemate d. Receſſui ſubjuncto cognoſcitur.*

TH. VII.

Rhenanum ſcamnum ſub ſe continet non ſolùm civitates Rhenanas, ſed etiam Alſaticas, Wetteravicas, Thuringicas, Saxonicas inferiores & ex Vandalicis Lubecam ſecundum ſequentem in Comitiis ſedendi ordinem.

D Coloniam Agrippinenſem, Aquisgranum, Argentoratum, Lubecam, Wormatiam, Spiram, Francofurtum ad Mœnum, Hagenoam, Colmariam, Schleſtadium, Goslariam, Bremam, Muhlhuſam, Nordhuſam, Weiſſenburgum ad Rhenum, Landaviam, Ehenhemium ſuperius, Kayſersbergam, Monaſterium in Valle S. Gregorii, Conshæmium, Turckhæmium, Tremonium, Fridbergam, Wezlariam, Gelnhuſam, Hervordiam, & Hamburgum, ex quibus tamen poſteriores duæ adhuc controverſiam ſtatus patiuntur, *ut ſeq. theſ. 9. in explic. ſub illis demonſtravimus.*

Saevicum verò ſequentes omnes, paucis exceptis, in Suevia ſitas ſecundum ſequentem etiam ſeſſionis ordinem. Ratisbonam, Auguſtam Vindelicorum, Norimbergam, Ulmam, Eslingam, Reutlingam, Nordlingam, Rotenburgum ad Tuberum, Halam Suevorum, Rotvvilam, Uberlingam, Heilprunnam, Gemundam Suevorum, Memmingam, Lindaviam, Dinckelſpulam, Biberacum, Ravenſpurgum, Schvveinfurtum, Campodunum, Windeshæmiam, Kauffberam, Wilam, Wangenam, Iſenam, Pfullendorffium, Offenburgum, Leukircham, Wimpinam, Weiſſenburgum Norici, Giengam, Gengenbachium, Zellam ad Hammerſpach, Buchornium, Alam, Buchaviam, Bopfingam.

Explic.

Singularam harum civitatum originem, privilegia & ſpecialia quadam allataris non ſecundum præcedentem diſtinctionem & ordinem ſed Alphabethum Latinum ad meliorem lectoram aſum & captum procedemus, idque eò lubeatius, quoniam illud etiam alios obſervaſſe reperivimus.

Ala **Alen** / *in antiquis documentis etiam* **Anlun** / *ut legitur apud Lehm. l. 7. c. 66. f. 839. &* **Aulen.** *Rhatia vetus arbs ab angaillis*, quarum magna copia olim in lacu antiquo, ubi urbs ea nunc ſita eſt, referente *Zeillero in Topogr. Sueviaf.* 6. & amni Cochero, cui adjacet, capta eſt, ut etiam locus vicinus ab eodem ibi memoratus *Alſingen*, indicat, *denominata dicitur*, ut refert *Dreſſ. in Iſag. Hiſtor. parte* 5. *p.* 110. & *Renſa. l.* 2. *c.* 28. *Sicats etiam angaillam glanco albam in rubro clypeo pro inſigni habet. ut apud Schrotiam* **In deß Römiſchen Reichs Wappen-Buch** *f.* 95. & *Sibmach. p.* 220. *refertur.*

Urbs illa quondam ad Comites Ottingenſes pertinuit, ac ab Eberhardo Comite VVirtembergenſi precio 20000. florenorum emta, *ſed poſtea in bello*, quod Carolus IV. anno 1360. contra hunc geſſit, *occapata, ac imperio addicta fuit*, ut poſt *Naacler. Vol.* 2. *Gener.* 46. *f.* 257. *refert Zeill. d. l.* aſſentientem quodammodo habens *Hortled. de Cauſ. Belli Germ. lib.* 3. *cap.* 1. *f.* 617.

Ejus inſignia jam ſupra memorata ſunt.

Ejus cenſus imperii eſt 60. florenorum, & Cameræ cum augmento 45. florenorum, 53. Cruc. 5. obolorum *Zeiller. de Decem Circul. Tit.* 7. *n.* 67.

Aquiſgranam in circulo VVeſtphalico ſita Imperialis urbs Reginom in Chron. l. 2. *ad annum* 765. 768. *& aliis*, uti etiam *Eginhardo in Vita Caroli M. & aliis ævi illius ſcriptoribus, imò Carolo M. ipſi in Diplomate Fundationis Baſilica Aquiſgranenſis Marsana apud Miraum in Codice Donat. Piar. Cent.* 11. (*quod tamen nonnulli fictum eſſe putant, ut partim legi poteſt apud Limn. T.* 5. *lib.* 3. *cap.* 1. *n.* 20. *& lib.* 7. *cap.* 2. *a.* 6.) *Aqua ſimpliciter Germanicè* **Achen** *vel* **Aken** *ab aquis dictum, nomen ſcribitur ab aquis calidis vel thermis à Grano Neronis fratre, aquarum illarum repertore obtinuiſſe, ut poſt Carolum M. in d. Diplom. refert Irenicus l.* 11. *Exeges. Germ. ſub lit. A. f.* 367. *Munſt. l.* 3. *c.* 208. *Braun. de Civitat. Orb. Terrar. Tomo* 1. *f.* 12. ex Franciſco Fabritio, qui hiſtorias illud tradere narrat; *Val. Andreas in Biblioth. Belg. p. m.* 70. *& ſeq.*

A. ubi refert, pro ejus certitudine tradi, arcem ibi ab illo tunc conditam fuiſſe, ejusque hodie reliquias eſſe Turrim Grani. *Adr. Romanus in Deſcript. Rraeip. Urbium ſub illâ & Renſa. de Urb. Imper. l.* 1. *c.* 2. *vel ab Apolline Graneo aut Granno*, quem itidem Neronis fratrem & à Rhætis cultum fuiſſe tradunt, ut poſt *Welſer. de Rebus Auguſtan. in Monumentis agri Auguſtaai p.* 206. *Saner & Authes* **in dem vermehrten Stadt-Buch** *p.* 2. ex Conrado Celte in verſibus de illâ civitate. *Gruter. in Opere Inſcript. f. m.* 37. *& ſeq. Limn. d. l.* 7. *c.* 2. *n.* 1. *& Knipſch. d. l.* 3. *c.* 1. *a.* 3. referunt, quod etiam probatur *ex inſcriptione quadam* antiquâ in Brentio pago Sueviæ repertâ & ab *Althamero in Comment. ad Taciti Germ. c.* 1. *p. m.* 34. *ac Heroldo de Statian. Legion. in Veteri Germ. ſub Rhatiâ in* pr. relatâ.

B. *Sed de hoc Neronis fratre altum apud veteres hiſtoricos eſt ſileatiam*, quod etiam præter alios, & in ſpecie *Spigel. in Not. ad Guntheri Ligurin. l.* 1. *circa med. Miraum in Notat. ad dict. Diploma & Welſer d. l. Puteanus in Comment. ad Hiſtoriam ſuam Inſubricam l.* 4. *c.* 5. *a.* 3. obſervavit ita ſcribens. *Poſtea cæptum Aquiſgranum dici, cujas nominis ratio non una redditur. Sunt, qui neſcio à quo Grano, Neronis fratre, deducunt, ab eo, inquam, qui nunquam fuit. Nonnulli ab Apolline Grano in Rhætiâ aliquando culto: Qua opinio tàm à veritate, quam à Rheiu Belga ſejuncta eſt. Addit verò ſuam opinionem his verbis: Quid ſi igitur à Sereaio Grano Præſide Romano, qui Adriani Imperatoris temporibus condidiſſe urbem videtur? Ita ſane Clariſſimus vir & amicas noſter Petrus Bertius in Comment. Rer. Germ.* (*libro ſcilicet* 3. *p. m.* 459.) vel ideò in hanc ſententiam adductus, quod videret hoc nomen etiam ante Caroli M. tempora uſur-

C. patam.

A Spigelio ad d. Guntheri Ligurin. l. 10. *poſt pr. refertur*, illam olim ſecundum nonnullos *Coriovallum* dictam fuiſſe, de quo paulò poſt quædam afferentur.

Nos quidem in hâc dubietate nihil certi afferre poſſumus, ſi tamen probabilitati aliquid dandum, putamus ex Gelenio de Magnit. Colon. l. 1. *p.* 161. ejus nominis rationem aſſeri poſſe, dum ita ſcribit. *Gens Granſfeldia, quaſi Granſfeldia, id eſt, Granicampia à Grano Coriovalli & Thermarum in Sunicis, ſive Aquiſgrani, Principe orta dicitur, tres ſanguineos orbes in aureo campo geſtat. Hactenus ille.*

Cum ergò hic Princeps & Dominus illius loci fuerit, & urbs illa apud antiquiſſimos auctores Aqua ut ante deductum nominatur, probabile eſt, illam poſtea ab illo Grano, tanquam domino, ad differentiam aliarum cognominum urbium poſtea Aquiſgranum ap-

D. *pellatam fuiſſe. Meminit tamen alius Grani, qui Clodovei II. Francorum Regis ex filio Clothario nepos & harum thermarum primus inventor fuiſſe dicitur, Trithemius de Origine Francor. f. m.* 87.

Urbs hæc ab Hunnis poſtmodum vaſtata à Carolo M. cum ex improviſo inter fruteta ac vepres in venatione ejus rudera cum rivis aquarum calidarum inveniſſet, *reſtaurata, Palatio & monaſterio D. Mariæ magnifice exſtructo ornata, in ejus templo ſedes Regia locata, & urbs ipſa in honorem D. Virginis & Servatoris noſtri Jeſu Chriſti ſedes regni trans Alpes, ac caput omnium civitatum & provinciarum Galliæ conſtituta fuit, ut ipſe in d. Diplomate apud Miraum memorato loco & Gold. Tomo* 2. *Conſtitut. f.* 6. *& ſeq.* (ubi ſimul Friderici I. & II. Imperatorum confirmatio exſtat) *refert*, quamvis Diploma illud, ut paulò ante dictum, à nonnullis in dubium vocetur.

Nonn-

A. *Nominatur etiam illa in d. Confirmatione Friderici I. ſedes regni Teutonici*, & Germanicè in actis publicis ab ipſis Imperatoribus **der Reichs-Stul** / ut legi poteſt apud *Limn. d. Tomo IV. l. 7. c. 2. n. 6. & Tomo V. cap. eod. n. 9.* in confirmatione privilegiorum à Carolo V. factâ.

Ad illius famam etiam pertinet, quod Carolus M. tanquam ejus reſtaurator ibi ſepultus ſit anno 814. ut poſt *Eginhard. in Ejus Vita ante fin.* & alios refert *Petr. de Andlo de Imper. Romano-Germ. lib. 1. cap. 13. ante fin.*

Ejus Epitaphium poſt Eginhard. d. l. ſed paulo aliter refert Freherus in Not. ad illum d. cap. 13.

De illa porro ſequentia notanda.

Illam 1. *pro inſigni habere Aquilam* coronatam in flavo campo, ut apud *Schrotium* **In deß Römiſchen Reichs Wappen-Buch** *f. 95.* legi poteſt. *ſed Sibmacher in Eodem p. 219. habet campum album.*

B. II. *Gaudere hanc urbem etiam aliis egregiis privilegiis, quale* 1. Quod prima Electi Regis Romanorum coronatio ibi peragi debeat ſecundum *A. B. Caroli IV. tit. 28. §. 5.*

2. *Quod ideò ibi* in cathedrali Eccleſiâ quædam Imperii *Cleinodia*, utpote Gladius Caroli M. curvus, Ejus liber Evangeliorum, & ſanguis S. Stephani protomartyris aſſervetur, *& hac inde in caſu*, quo coronatio gravibus de cauſis alibi peragitur, ad illum locum à quibusdam Canonicis illius templi per decretum Imperii evocatis apportanda, ut in Coronatione Ferdinandi II. factum fuiſſe refert *Matenes. in libro de illa conſcripto lib. 3. cap. 87. & Anthes* **In dem vermehreten Stadte-Buche Sauers** *p. 3.*

3. *Quod Imperatoris* ad ſuſcipiendam coronam intrantis equus ſub primâ portâ ejus cuſtodi, & alter, C. quem poſtea adſcendit, Ducis Juliacenſis Aulæ magiſtro hæreditario ante Templi dicti fores ab ipſo Imperatore deſcendente tradendus ſit, ut refert *Limn. Tomo IV. lib. 7. cap. 2. num. 6. addens ex Goldaſto in* **Politiſchen Reichs-Handlungen** *in deſcriptione Coronationis Maximiliani I. p. 1. n. 4. tit. 1. & tit. 9.* quod tunc poſterior equus Vicedomino loco Propoſiti traditus, ſed uterque 300. Florenis Rhenanis redemtus ſit. *De quo & aliis* in coronatione ab Imperatore Conſuli regenti & miniſtris præſtari ſolitis *Noppius in Chron. Aquisgr. l. 1. c. 32. legi poteſt.*

4. *Quod à Scabinis* illius loci non appelletur, niſi in caſu protractæ vel denegatæ juſtitiæ, ut ex *privilegio Caroli V. apud Limn. T. V. d. c. 2. ad p. 9. & aliis conſtat.* de quo etiam agit Blumius de Proc. Cam. Tit. 47. Tab. 6. *Sed id Gilm. T. 3. Sympher. f. 32.* ad ſummam non appellabilem, id eſt, 600. florenis minorem D. reſtringit.

5. *Quod cives immunes ſint à vectigalibus* & ſimilibus impoſitionibus per totum Imperium ſecundum idem Privilegium.

III. *Habere urbem illam Advocatos ſuperiores Archiepiſcopos Colonienſes & Duces Brabantinos*, & quidem hos ab antiquo & poſtea inter Senatum Populumque ac Johannem I. Lotharingiæ & Brabantiæ Ducem anno 1280. initâ & à *Miræo l. 1. Dipl. Belgic. c. 86.* relatâ coronatione.

De Duce Juliacenſi idem refert Zeil. in Cont. Itin. Germ. c. 21. n. 32. f. 286. & Valer. Andreas in Biblioth. Belgicâ d. p. 72.

IV. *Eſſe unam ex Deputatis imperii ordinariis vigore R. J. de anno 1654. §. 194.*

V. *Eſſe in eadem Senatum majorem & minorem conſtitutum*; Quæ verò utriusque poteſtas ſit ex *Noppio in Chron. Aquisgr. lib. 13. n. 25. & ſeq.* refert *Limn. Tomo V. d. l. 7. c. 2. n. 4.*

Quibus addendum VI. *ibi anno 1656. 2. Maji per incendium apud Piſtorem ortum ſupra 2600. ædes cum ædificiis publicis conflagraſſe*, ut refertur **In Sauers vermehrten Stadt-Buch** *ſub illa urbe p. 5. & Zeill. de Decem Circul. Tit. 9. p. 768.*

Et VII. *Cenſum Imperii* eſſe 204. florenorum & Cameræ cum augmento in uno termino 191. florenorum 42. Cruc. 5. obolorum *Zeiller de Decem Circul. Tit. 9. n. 33.*

Argentoratum Alſatiæ metropolis jam Ptolomæo lib. 2. cap. 9. Eutropio in Breviar. lib. 10. ante finem & Zoſimo lib. 3. Hiſtor. Hieronym. Epiſt. 11. ad Ageruchiam, quæ ordine eſt 11. *& Marcellino lib. 15. p. m. 54. lib. 16. p. 60. & 75. ac paſſim Argentoratus.* Meminit etiam *Victor in Epitome* ſub Conſtante camporum Argentoratenſium. *aliis Argentina.* & inde nonnullis, interque eos *Reuxnero* **In Thurnier-Buch** *Silbertina exstante Limn. d. l. 7. c. 3. n. 3. Germ.* **Straßburg** & inde *Helmoldo lib. 1. Chron Slavor. in pr. Strateburgum* ac *in libello provinciarum civitatumque Galliæ apud Cluverium in Germ. Antiq. lib. 2. cap. 11. f. 368. Stratiburg. obſcuri planè eſt Etymi.*

Communiter autem illud nomen ab argento ſive largis reditibus ex conſtituto ibi à Romanis Ærario, perceptisque tributis ac vectigalibus ob Rheni commoditatem illi inditum eſſe creditur: *Quod tamen Zellero in Topogr Alſatiæ f. m. 52. aliisque ideo diſplicet*, *quia* Romani Ærarium Galliæ Belgicæ cum Quæſtore Treviri habuerunt. *Verum cum Argentoratum non in iſta Gallia ſed Germaniâ primâ poſitum fuerit*, ut ex *Marcell. d. p. 54. & Antonini Itiner. ſecundum Rhenum conſtat, hacque particularem Ducem ac Comitem habuerit ut ex Caſſiodoro, Paulo Diacono & aliis tradit Pancirol. ad Notitiam Imper. Occid. cap. 75. & 88.* ratio illa parum roboris ad infringendum iſtud etymon habere videtur.

Juvat quidem illum quodammodo quod ad Rhenum ſita Germania cum Belgicâ unam provinciam conſtituerit, ut *Plin. l. 4. c. 17.* tradit & *Diol. 53. f. m. 503.* innuere videtur, ſcribens ſub Celticâ Germaniam numerari. Immo ab *Eutropio d. l. 10. Breviarii circa f.* Argentoratum Galliæ dicatur & *S. Aurel. Victor in Epitome* ſub Conſtantio camporum Argentoratenſium apud Gallias mentionem faciat.

Verum ad hanc inſtantiam etiam reſponderi poteſt 1. *locum dictum Plin.* de Temporibus Auguſti Imperatoris, ſub quo provinciæ Romanæ aliter diſtributæ fuerunt, intelligendum eſſe 2. *Dionem d. l.* nomine Celticæ non Belgicam ſed Germaniam ipſam ſuperiorem intelligere & 3. Eutropium ac Victorem ex errore, quia in finibus Galliæ Sequanicæ illa tunc ſita fuit, Galliæ ipſi illam & hos adſcribere.

Imo tandem conceſſo, illam tunc Galliæ Belgicæ adſcriptam & ærarium Treveri fuiſſe, inde tamen *non poſſe inferri*, quod ab argento nomen obtinere non potuerit, quoniam proventus ex vectigalibus & aliis largis reditibus nihilo minus ibi colligi & inde demum Treverim transferri potuerunt.

Ut ita illa nihilominus ab argento ob dictam rationem nominata fuerit, *inprimis*, quia in eodem tractu aliud oppidum *Argentaria* absque dubio ab argento etiam dictum, illo tempore ſitum fuerit, ut ex *Marcell. lib. 31. p. m. 454.* &

& Antonini Itinerario ſecundum Rhenum uti etiam Tabulis Peutingerorum cognoſcitur, *& in Rauracis Argentuaria apud Ptolom. d. l. 2. c. 9.* ac *in Itinerario Eod.* aliud oppidum *Argemovaria* (quod *Cluver. d. l. 2. c. 8. f. 361. Colmariam Rhenanus verò l. 3. Rer. Germ. p. 203. Herburgum interpretatur*) reperiatur. Necnon idem *Ptolom. d. l. 2. c. 6. in Hiſpania Argenteolam & Sextus Aurel. Hiſtor. in Epitome ſub Gratiano Argentarium oppidum Galliæ* referat. *Quid?* quod *etiam* alias non inuſitatum ſit, ab argenti & aliis fodinis vel proventibus loca denominari, ſicuti etiam *in Hiſpania mons quidam inde Argentum dictus fuit*, ut refert *Strabo l. 3. circa med.* Et referente *Spigel. ad Gunth. Ligurinum l. 7. f. 380. Ferrarium Italiæ à ferro ac Argentam & Aureolum vicina oppida ab ejus generis metallis appellata eſſe ſcribit.*

Quod verò nonnulli civitatem illam à Germanico **Straße** *vel* **Strate** *ideò derivant; quia Attila* è Sicambrorum finibus egreſſus omnique penè Germaniâ vaſtatâ Argentinam funditus evertit, & longam per eam fecit plateam, ut etiam ſentit *Irenicus in Exegeſi Germ. l. 11. ſub lit. A. f. 372. Knipſch. l. 3. c. 51. n. 6. id Boecler. in Notit. Imper. l. 11. c. 5. p. 150. inter mendacia refero*, & cum aliis ibi relatis etymis indignum memoratu cenſet, ot hâc in re illi, tanquam Profeſſori in illa Univerſitate celeberrimo & Rerum Argentinenſium ob diuturnam profeſſionem callentiſſimo, potius fides habenda ſit, inprimis, quod poſt alios *Guilimannus De Epiſcop. Argentin. ſub Ruthardo f. 145. Lazius l. 1. Geneal. Auſtr. c. 2. & Herzogius l. 2. Chron. Alſat. c. 14. in pr.* ſcribat *illam demum ab Ottone M. ideò deſtructam fuiſſe, quia Regi* Galliæ contra Imperatorem adhæſit; *ſed id Boecler. in Serie German. Cæſar. ſub Ottone hoc p. 328. ideò falſum eſſe ſcribit, quia jam Nithardus* toto ſeculo anterior urbem illam Strasburgum vocat. Quod etiam *Gregor. Turon.* longè iterum antiquior *l. 10. Hiſtor. cap. 19.* facit, illam *Strataburgum* ſuo tempore ſcilicet ſeculo ſeptimo dictam fuiſſe narrans.

Immò jam in libello Provinciarum ſupra in pr. ſub hâc urbe adducto Stratisburgi mentio fit.

Pro opinione tamen illâ facere videtur, quod urbs illa inſigniorum loco rubram ſtratam in albo ſcuto gerat, ut poſt *Lehm. l. 4. Chron. Spir. c. 11. refert Hoping de Jure Inſign. c. 6. parte 7. n. 982.* cujus etiam meminit idem *Herzog. l. 8. d. Chron. c. 1. f. 41. Sed Eiſengrein in Chron. Spirenſi & Curio in Epiſtol. de Origine Francor. f. 170.* per illud Francicam ſuperioritatem intelligit. Et ideò *Rhenanus l. 3. Rer. Germ. p. m. 317. illius nomen hoc Germanicum inde deducit*, quod Alemanni ex latino, Argentorato primoribus duabus ſyllabis amputatis & litera S. ſibili causâ adjectâ, de ſuo verò Burgum adnectentes Storatburgum & Stratiburgum formaverint, ubi ſimul priorem opinionem rejicit. **In dem Anſchlag Keyſers** *Friderici III.* **Zu der Heerfarth vor König** *Maximilian apud Goldaſtum* **in den Reichs-Handlungen** *f. 30.* **wird ſie Straißberch genennet. wie dann auch** *f. prac.* **ihr Biſchoff von Straißburch geſchrieben worden/ welcher auch alſo** *in parte 1.* **der Reichſatzungen** *f. 182.* **zufinden iſt.** apud *Gregor. Turonens. d. l. 10. Hiſtor. c. 19.* vocatur Strataburgum.

Et Cluver. d. l. 2. Germ. Antiq. c. 11. f. 368. eandem à Germanicis verbis **An der argen Straßen** ſive **Stratzen** vel **Straſſen** novâ plane ratione deducere ſatagit, *in eo quoque parum fidei meretur*, *cum* Romanis tales ex multis Germanicis verbis conflatæ origines vel denominationes planè incognitæ ſunt, & *inſuper* dubitatione magnâ non caret, an illo tempore Alemanni vel Germani iſtius regionis ullo horum verborum uſi fuerint, quin potius ex illorum tunc uſitatâ linguâ, cujus partem quandam vel nomenclaturam cum explicatione Latinâ *Kero Monachus S. Galli apud Gold. Tomo 2. Rer. Alemann. parte 2. f. m. 69. & ſeq.* exhibet, diverſitas ab hodiernâ clare pateſcit.

Ut taceamus, nullam ab illo originationis illius rationem redditam eſſe, nec ab aliquo forte reddi poſſe.

Sed de Etymo illius ſatis, plura enim cupientem ad *Limn. d. lib. 7. cap. 3. n. 2. & ſeqq.* remittimus *addendo Fiſchartum de Origin. Argentoratenſibus illam à fluvio Argens*, qui ſe flumini illi immiſcet, derivari.

Inter privilegia & peculiaria illius referenda ſunt ſequentia.

I. *Illam immedietatem ſtatus & libertatem ſuam ab Arnolpho Imperatore deducere, ut ſeq. n. VI. demonſtratur.*

II. *In civitate illâ Academiam eſſe celeberrimam* anno 1621. à Senatu fundatam, & ab Imperatore Ferdinando II. privilegiis munitam, uti *prac. parte 2. Sect. 2. c. 2. in f. ſub Academiâ illâ* annotatum eſt.

III. *In eadem eſſe turrim* juxta templum cathedrale omnium Germanicarum artificioſiſſimam & hodiè poſtquam culmen altius exſtructum, abſque dubio altiſſimam; ſicuti *prac. lib. 1. cap. 7. th. 7. expl. 1.* latius etiam conſignatum eſt; de cujus præſtantiâ etiam agit *Wimpheling. in Epit. Rer. German. c. 67.*

IV. *Illam habere pontem Rheno impoſitum omnium Germaniæ longiſſimum*, atque *d. th. 7. expl. 8.* etiam deſcriptum, & in illo ex privilegio Wenceslai ac Sigismundi Imperatorum certum *pontevegium*, ut legi poteſt apud *Knipſch. d. l. 3. cap. 51. n. 67.*

V. *In illa eſſe granaria locupletiſſima*, & in quibus frumentum ab anno 1459. aſſervatur ut *d. th. 7. expl. 3.* ſimiliter conſignatum eſt.

VI. *Eandem tàm liberam eſſe, ut ab anno* 1001. *usque hoc ad tempus homagium Imperatoribus præſtitiſſe nullibi reperiatur*, & ideò illud tanquam privilegium principale civibus homagium Senatui præſtantibus primo loco prælegatur, ut legi poteſt apud *Limn. l. 7. c. 3. n. 10.* qui etiam *Tomo IV.* ad hunc locum conſignavit, *Senatum illius* loci (cum ſcilicet præſtatio homagii ab illis ex Imperatoris mandato requiſita eſſet) *apud Electores Mulhuſii anno 1622. congregatos* per literas conqueſtum ideò eſſe, & illorum auxilium ac interceſſionem petiiſſe:

Quibus nos addimus, Imperatorem noſtrum gloriosiſſimum Leopoldum I. per legatum ſuum (Johannem Reinhardum) Comitem de Hanau anno 1660. in Martio præſtationem homagii ab illâ poſtulaſſe ſed reſponſum obtinuiſſe, ſe ab iſtâ immunem eſſe. Cum verò Imperator illud ægre toliſſet & Senatui populoque per literas exprobratorias atque mandatum illud præſtandi de dato 18. Junii ejusdem anni denuo injunxiſſet, *Senatum ſequenti* 17. *Sept.* literas deductorias juris & deprecatorias ad Imperatorem miſiſſe, *& in illis inter alia allegaſſe. 1. libertatem ſuam perpetuam* & non quidem aliquo privilegio ſed præſcriptione multorum ſeculorum & *ab Arnolpho Imperatore, ſub quo ad Imperium cum libertate ſuâ pervenerunt, tempore ſemper defenſam*, ac ideò ab Imperatoribus cum remiſſione homagii ſemper agnitâ eſſe.

2. libera

2. *Libertatem vel immunitatem talem* ſi ab illam prætendente homagii conſtans recuſatio, à parte verò illam impugantis poſt denegationem patientia intervenerit, poſt ſubſecutam longiſſimi temporis præſcriptionem omninò præſcribi. 3. *Imperatorem* quidem Carolum V. idem per legatum ſuum Dominum de Arras anno 1547. poſtulaſſe, ſed Senatum planè recuſaſſe, tandem verò quia civitas fœderi Schmalcaldico immixta fuiſſet ad reconciliationem & gratiam Cæſaream recuperandam, rem eò poſt longas diſceptationes deductam fuiſſe, ut ante templum Cathedrale (das Münſter) Legato illi non homagiale ſed tantum fidelitatis juramentum per verba ſingulariter concepta & libertatem illius reſervantia & quidem non à ſingulis civibus, ſed quibusdam ſaltem deputatis præſtitum, proteſtatio verò ſimul per Notarium & teſtes, ne actus ille libertati præjudicare debeat, interpoſita fuerit. Sicuti etiam poſtea illud eodem modo & cum illâ ipsâ proteſtatione ac reſervatione, cum prædictus Imperator in expeditione bellicâ contra Metas ſuſcepta in urbe diverteret, illudque planè denegari non poſſet, præſtitum eſſet, ut *poſterius* latius in literarum exemplo in *Diar. Europ. Contin. IV. p.251. & ſeqq. prius verò in Contin.III. vel parte IV. p.257.* legi poteſt.

Ex quibus ſatis patet, non ſubſiſtere opinionem Brunings de Homag. ſubj. concl. 352. dum ſcribit 1. ſubditos nullo temporis decurſu ſe à homagialis juramenti præſtatione liberare poſſe 2. *ex fide* & relatione *Lamberti Hortenſii de Bello Germ. p. m. 362. & ſeq. & Ludov. ab Avilâ de Bello eodem p. m. 216. & ſeq.* narrat, Carolum V. Imperatorem ab Argentinenſibus homagium recepiſſe 3. *Illis probandum* eſſe quod ab illo tempore ſuccedentibus Imperatoribus homagium poſtulantibus ſeſe oppoſuerint, & hi illos in prætenſa libertate reliquerint.

Reſpondetur enim ab illis ad 1. *licet ex mente* quorundam JCtorum homagii præſtatio etiam longiſſimo tempore illo in caſu, quo ſuperior illam certis de cauſis à quibusdam ſubditis non exigit, non præſcribatur, ob eam rationem, quia hujus poſtulatio ab illis inter res meræ facultatis refertur, & illius negatio naturali & divino juri adverſatur, adeoque contra bonos mores & conſcientiam opponitur. *Illud tamen* primo ab aliis non minoris auctoritatis JCtis non ſine gravi ratione negari, contendentibus, actum illum poſtulandi & recipiendi â ſubditis ſuis homagii non eſſe meræ facultatis, adeoque libertatem non præſtandi deinceps illud per longiſſimum tempus omninò præſcribi poſſe & quidem eò magis, ſi intra illud tempus unus atque alter ſucceſſor homagium quoque non exigat, tum quia actus ille, qui omiſſus ſuperiori præjudicium & inferiori jus aliquod affert, inter res meræ facultatis referendus non eſt, tùm quia talis requirendi homagii & quidem iteratus neglectus vel continuata intermiſſio ex parte ſuperioris argumentum tacitè indultæ libertatis vel neglecti ſaltem juris inducit, id quod eò magis ita ſe habet, quando à parte ſuperioris ſimul ex aliis circumſtantiis, puta, tributi vel cenſus debiti & ſimilium præſtandorum intermiſſâ poſtulatione, talis tacita remiſſio apparet vel vice verſâ, ex tributi, cenſus & ſimilium præſtationum conſtanti ſolutione contrarium conſtat vel denique à parte inferiorum etiam alia indicia, utpote libertas primogenia & ſemper conſervata, nec non immunitas à tributis collectis & ſimilibus pro negatione homagii, ſicuti etiam ratione tributorum

A. Imperatori ab aliis civitatibus præſtandorum à parte Argentinenſium obſervatur *ſecundùm ſequentia n. VI.* adducta pugnant.

Secundò diſtinguitur inter ſubjectionem & obedientiam ſuperiori debitam per ſe & per homagiale juramentum teſtificandam: prioris denegationem pio inprimis & legitimo vel juſto Principi aut Magiſtratui factam omnino contra jus divinum, bonos mores & conſcientiam eſſe, poſterioris verò non, quoniam juramentum illud inventum civile nudum eſt, ut *præced. parte* 1. *cap.5. theſ.2. expl.2.* demonſtravimus, & ab hujus immunitate ad negationem obedientiæ ipſam non valet conſequentia, ſicuti etiam Argentinenſes non ab hâc, ſed illo ſaltem ſe immunes prædicant in dictis literis.

Tertiò, Eosdem juramentum illud propriè non
B. ideo denegare quod ſe per præſcriptionem ab illo liberarint, id enim quodammodo negationem debiti honoris inferre, ſed quia in & ſub illâ libertate vel immunitate ſub imperium venerunt, & in illâ ſemper perſtitêre non obſtante actu illo ſub Caroli V. Imperio eveniente, quia ad illum ſupra reſponſum eſt, atque ita quod jure non debent, jure recuſant.

Ad 2. *magis actis publicis* ab Argentinenſibus ex archivo adductis, quam hiſtoricis, utpote privatis ſcriptoribus credendum eſſe, imò ſi hi accuratè inſpiciantur, *prior, ſcilicet Avila d. p.* 216. & ſeq. Sacramenti quidem præſtiti mentionem in genere facit, addit tamen, illud ante id tempus Imperatorum nemini accidiſſe, & inſuper ſatis oſtendit, juramentum illud metu potentiæ adeoque non voluntariè vel de Obſervantiâ præſtitum fuiſſe, *poſterior verò d. l. ſaltem narrat*, illos abjurato
C. Schmalcaldico fœdere in fidem Cæſaris juraſſe, quod etiam Argentinenſes ipſimet in d. literis fatentur,

Ad 3. Argentinenſes acta publica pro teſtibus omni jure majoribus habere adeoque exemtionem illam ab ipſismet probandum non eſſe.

VII. *Eandem Imperatori tributum, ſicut aliæ civitates faciunt, non ſolvere, ut Limn. dict. cap.3. num. 11. refert.*

VIII. *Eandem Epiſcopatu omnium ad Rhenum clariſſimo*, ut ex *Bruſchio de Epiſcop. Germ. refert Lehman. in Chronico Spirenſi l.1. c.28. f.48.* ab antiquo claruiſſe & quodammodo adhuc clarere: *Poſtquam enim mutatâ religione Canonici Catholici ab Evangelicis inprimis circa electionem Epiſcopi ferè ſemper diſſenſerunt, illique ab his Tabernam plerunque*, ubi Epiſcopalis aula ſemper fuit, *diſceſſerunt, hi*
D. *verò Argentorati manſerunt*, & inde bella inter illas factiones & illarum capita ſæpe orta fuerunt, *factum tandem eſt, ut Epiſcopi cum Catholicis Capitularibus civitate ſe planè abſtinerent, & in aulas ſuas Tabernis conſtituerent. De variis illorum ſeceſſionibus, tranſactionibus, bellis, & hodierno ſtatu legi poteſt Schadæus & Lundorp. in Continuat. Sleidani ille parte 3. l. 29. f. 1184. & ſeqq. hic Tomo 2. l.24. p.577. & ſeqq. ac l.32. p.868. & ſeqq. ac Tomo 3. l.11. p.558. & ſeqq.* uti etiam *Abelin. in Theatro Europæo Parte 1. f. 1000.*

Sunt ergo hodie duo capitula alterum Catholicorum Tabernis, alterum verò Argentorati, cuique etiam ſui certi reditus ac Decani, & eſt quidem hoc tempore Evangelicorum Decanus, Sereniſſimus Princeps Brunovicenſis Ferdinandus Albertus, ſpectatque ad Catholicos ex tranſactione anni 1627. Argentina der

Bru-

Bruder-Hoff *cum aliis ædibus & bonis, ut legi poteſt apud Abelin. d. f.* 1000.

IX. *A Senatu & Judicio civitatis ex Privilegio Maximiliani II. Imperatoris non appellari, niſi ſumma* 600. *aureos Rhenanos concernat*, ut refert *Knipſch. d. c.* 51. *n.* 75.

X. *Illam ex Privilegio Maximiliani I. Imperatoris jus habere cudendæ monetæ aureæ, uſam vero eſſe olim in circumferentia illius hoc ſymbolo* Urbem Virgo Tuam Serva, *quod hodie ita mutarunt*, Urbem Chriſte Tuam Serva. *Creditum enim eſt, Ludovicum Pium Imperatorem civitatem illam Virgini Mariæ dono dediſſe, ut hæc omnia refert Limn. d. c.* 31. *n.* 15. *& ibid. in Annot. Prioribus.*

XI. *Eandem habere jus nundinarum publicarum duarum*, ut narrat *Idem ſeq. n.* 16. *ibid. Tomo* 4. *n.* 3. *addens* ſibi relatum fuiſſe, daß in der Johannes-Meſſe auf einen gewiſſen tag in dem Zollkeller daſelbſt von der Stadt Nürnberg geliefert werde ein breiter Degen / zween lincke Handſchuh von Leder / und ein Haſſelner geſchelter Stab biß an den Handgrieff einer Straßburger Elen lang und eine Sonnen-Cron zu verzehren. Im Fall ſolches nicht abgerichtet würde / dürffte kein Nürnberger dahin handlen / oder ſeine Wahren allda verkauffen.

Gleicher maßen muße die Stadt Franckfurth in der Johannes-Meße denen Straßburgern lieffern laſſen / einen Becher von gewiſſen Holtz / darinn eine Anzahl Pfeffer-Körner und etzliche Mußcaten-Nüß / geſchehe gleichfals wegen der Handlung. *Ubi tamen ex Spangenb. parte* 1. deß Adels-Spiegels *l.* 10. *c.* 18. *f.* 309. *ſubjungit*, quo ad Norimbergam illud fieri ob merum imperium ab Epiſcopo Argentinenſi tanquam Landgravio Alſatiæ feudali jure impetrandum, ut pluribus apud utrumque legi poteſt.

XII. *Ex privilegio dicti Imperatoris Maximiliani I. de anno* 1494. *& Rudolphi II.* de anno 1587. *horum & reliquorum civitatis privilegiorum protectores eſſe Judices & Aſſeſſores Judicii Rotwilenſis & Cameræ Imperialis ut conſignavit Knipſch. d. c.* 51. *n.* 86.

XIII. *Illam in ſignum alicujus præeminentiæ habere hoc jus, ut in expeditionibus Romanis vexillum ſuum prope vexillum Imperiale vel proximo ab illo loco gerere poſſint, referente ex illorum privilegiis Limn. d. l. n.* 13. de quo vide ex profeſſo agentem *Obrecht. de Vexillo Imper. c.* 4. *& quæ Nos ſeq. Parte* 4. *c.* 3. *th.* 15. *expl.* 3. in fine conſignavimus.

XIV. *Civitatem illam unam eſſe ex quatuor convocatricibus civitatibus, & ordinariis imperii deputatis ut jam præc. th.* 5. *expl.* 1. *&* 3. *dictum eſt.*

XV. *Formam regiminis in illâ eſſe ſecundum nonnullos Ariſtocraticam, ſecundum alios vero ex Ariſtocratiâ & Democratiâ mixtam, vel Democratiam reſtrictam, ut apud Limn. T.* 3. *l.* 7. *c.* 3. *n.* 7. *& ſeqq. ac Knipſch. de Jur. Civit. Imper. l.* 3. *c.* 51. *n.* 50. *& ſeqq. legi poteſt.*

XVI. *In illâ Comites Hanovienſes Linea Lichtenbergica ex ſucceſſione in Jacobi Comitis de Liechtenberg*, cujus fratris filiam & ſimultaneam hæredem Annam Philippus I. in matrimonio habuit, bona & jura, *jus & titulum* eines Ober-Vogts und Marſchalcks *prætendere, ut quodammodo refert Zeiller. in Contin. Itiner. c.* 8. *n.* 15. *& rectius Herzog. in Chron. Alſat. l.* 5. *f.* 32. & ſeqq. *ac nos jam præc. Sect.* 3. *c. unico th.* 6. *in expl.* ſub illis Comitibus memoravimus, *ſed civitas illud impugnat.*

XVII. *Illius inſigne eſſe rubram plateam vel viam traverſam in albo campo Schrot. & Sibmach.* In deß heiligen Röm. Reichs Wappen-Büchern *ille f.* 106. *hic p.* 219. *& alii in præmiſſis allegatis.*

XIIX. *Illius cenſum Imperii eſſe* 900. *florinorum* & Cameræ in uno termino cum augmento 458. florenorum 21. Cruc. 5. obolorum *Zeiller. de Decem Circul. Tit.* 8. *n.* 35.

Plura de illâ apud Limn. d. c. 3. *& ibidem Tomo IV Knipſch. d. c.* 51. *& Zeill. in Contin. Itiner. c.* 8. *n.* 23. *uti etiam d. Topogr. f.* 32. *& ſeqq. legi poſſunt.*

Auguſta Vindelicorum Sueviæ metropolis pervetus urbs, & *Colonia Romanorum* eſt, ut *VVelſer. Rer. Auguſt. l.* 3. *p.* 25. *ex Tacit. Germ. c.* 14. ibi *Splendidiſſima Rhætiæ provinciæ colonia*, & multis ſequentibus, *nec non Inſcriptionibus antiquis ibidem annexis p.* 234. *& ſeq. probat: Et quidem, ut Idem ſeq. l.* 4. *p.* 47. *& l.* 6. *p.* 92. *tradit, ab Auguſto A. V. C.* 739. (quod etiam Chronologiæ Dionis libro 54. præmiſſæ congruit) *ibi conſtituta.* Illum enim Rhætos & Vindelicos auſpiciis privigni Druſi & Tiberii poſtea filii adoptivi ſubjugaſſe, inter alios *Horat. l.* 4. *Carm. Ode* 4. *&* 14. *Dio d. l.* 54. *f. m.* 536. *Sueton. in Ejus vitâ c.* 21. *Vellejus l.* 2. *c.* 39. 95. *&* 122. *& Florus l.* 4. *c.* 12. *in pr.* claris verbis indicant.

Dicta verò fuit Auguſta, quia memorato modo Auguſtus illam coloniam conſtituit, *ut exemplis aliarum* Coloniarum ab Imperatoribus etiam aliis deductarum, utpote *Auguſta Taurinorum, Batienorum & Prætoria apud Ptolom. l.* 3. *c.* 1. *p. m.* 60. *nec non Rauracorum, Trevirorum, Sueſſonum, vel Veſſonum apud Eund. l.* 2. *c.* 9. *Veromanduorum & ſimilium conſtat idq́; nomen ſ[illegible]ibus honoris ac incrementi cauſâ datum eſſe partim ex Dione d. l.* 54. *f. m.* 537. ubi narrat, Auguſtum Paphiis terræ motu afflictis mandaſſe, ut urbem ſuam Auguſtam nominarent, *partim inde conſtat, quia* Romani nomina auſpicata pro ominibus vel certis ſignis futuræ proſperitatis habuerunt, ut ex antiquitate notum eſt.

Honor verò hic ſaltem iis urbibus vel coloniis collatus fuit, quæ populorum cognominum capita & principes fuerunt, ut prædicta exempla indicant & *Velſer. d. l.* 3. *p.* 37. *& l.* 5. *p.* 65. etiam obſervavit. *Sicut quoque ideo factum eſt, ut urbes quædam primariæ populi iſtius, cujus caput eſſent, nomen obtinerent*, ut omiſſis antiquioribus, utpote apud *Liv. l.* 5. *c.* 21. *& ſeq.* & ſimilibus, inter alia *exemplis Nemetum, Vangionum, Mediomatricum, Trevirorum, Ambianorum, Cathelaunorum, Remorum, Biſontiorum, Rauracorum, Cabillonum, Senonum, Biturigum, Rothomagorum, Turinorum, Tricaſſinorum, pro populorum iſtorum primariis urbibus poſitorum ex Marcell. l.* 15. *p. m.* 54. *& l.* 16. *p. m.* 60. *ac D. Hieronymo in Epiſtola ad Gerontiam* liquet, *& alias notum eſt.*

Itque adjectum fuit nomen Vindelicorum à populis, cujus caput fuit, à Vindæ & Lyci confluentibus ut *VVelſer. l.* 1. *p.* 9. *& ſeq.* probat, ita dictis, *ad differentiam* ſcilicet aliarum Auguſtæ nomine etiam honoratarum & paulò ante memoratarum coloniarum & Urbium. *Ita enim conjunctim tàm in dictis à VVelſero citatis locis, quàm apud Ptolom. l.* 2. *c.* 13. *in Itiner. Antonini Imperat. & Tabula Peutingerorum legitur.*

De aliis ejusdem nominibus, ut *Ciſara*. *VVelſerus l.* 3. *p.* 31. *Pruſomago* (quam urbem tamen *Ptolom. d. l.* 2. *c.* 17. juxta Rhenum ponit) *Damaſiâ* (quæ tamen alia urbs & fortè rectè Dieſſen eſt, ut refert

Cruſo

Cruſ. p.1.l.3.c.3.f. 58. & Gevvoldus in Nomenclatore delineat. vetter. Norici p. 9. & 87. & in addition. ad Metrop. Salisburg. Tomo 3. f. 223. ac Pirckheym in Deſcr. Germ. poſt pr. & Auguſta Tiberiâ & ſimilibus Cluver. in Vindelicis c. 4. pr. Zeill. in Itiner. c. 12. n. 2. Lamn. d. l. 7. c. 4. & Knipſch. d. l.3.c.3.n.1. & ſeqq. legi poſſunt.

Poſtquam verò illa ſub Romanis à Theodone Bojoariorum Duce circa annum 520. hoſtili furore everſa ac ſolo æquata eſſet, ut refert Aventin. l.3.f. m.149. ac ſub Imperatoribus Francicis & Saxonibus variam paſſa eſſet fortunam & Carolus M. in expeditione contra Thaſſilonem Bojoariæ Regulum cum magno exercitu, ut Ann. Francici ad ann. 787. referunt, in ejus ſuburbio conſediſſet, demum ſub Ottone I. Imperatore ac S. Ulrico Epiſcopo ſecundum Cruſium p.2.l.4 c.8. in f. amplificata ſed ſub Henrico II. Imperatore ab ejus hoſtibus Henrico Bojorum Duce & ſociis capta, direpta & incenſa, & poſtea à Lothario II. Imperatore anno 1132. rurſus igne deleta fuit, uti prius apud Aventin. l. 5. f. m. 311. & poſterius in Addition. ad Lamb. Schafnaburg. d. anno legitur, & poſteà ſub Conrado III. & Friderico I. (qui illi anno 1156. narrante Cruſio d. p. 2. l. 10. c. 14. f. 427. certa jura conceſſit & ſequenti anno 1162. eam civitatem Imperialem conſtituit, ut ex tenore Privilegii demonſtrat Knipſch. d. l. 3. c. 3. n. 46. in pr. ac refert Felix Fabri in Hiſt. Suevor. l. 1. c. 12. p. 102. addens illam jam ante quidem civitatem Imperialem ſed à nobilibus Imperio ſubtractam fuiſſe, ſicuti civitati etiam Ratiſponenſi contigit) mirum in modum crevit, ut legi poteſt apud Dreſſer. de urbibus p. 131. Cruſium d. l. 4. c. 8. in f. & p. 3. l. 3. c. 16. poſt pr. Schopper. in Chorogr. Germ. f. 745. & ſeq. ac Zeill. in Topogr. Sueviæ ſub illâ urbe.

A Conradino verò ultimo Sueviæ Duce magnâ pecuniæ ſummâ plenam libertatem emit, referente Cruſio p. 3. l. 2. c. 17. poſt pr. & Werlichius cum Gaſſero in Chron. Auguſt. parte 2. c. 5. f. 84. ac ab Epiſcopo Wolfartho à Roth anno 1292. Voigtiam Imperii certo precio ſoluto accepit narrante Zeiller. in d. Topogr. f. m. 9. Sed Felix Fabri d. p. 102. narrat, Fridericum I. Imperatorem mortuo ſine herede Adelgoſo de Suabeg Auguſtæ Advocato Advocatiam illam ſibi vindicaſſe. Et à Rudolpho I. Adolpho, Alberto I. Ludovico IV. Carolo IV. Sigismundo, Friderico III. Maximiliano I. Carolo V. & Succeſſoribus multa privilegia obtinuit, ut legi poteſt apud Knipſch. d. l. n. 46. & ſeqq. ac Limn. tomo V. d. l. 7. c. 4. n. 7.

Inter illa autem potiſſima ſunt ſequentia. Quod I. ex conceſſione Adolphi de anno 1294. de omnibus rebus invectis vectigal exigere poſſit.

2. Ex privilegio Caroli IV. de anno 1355. cives exempti ſint à judiciis externis ſub mulctâ 50. marcarum auri, quod anno 1401. Imperator Rupertus confirmavit, ut refert. Zeiller. f. 10. addens daß ann. 1468. ihrer zweene daſelbſt geköpffet worden/ welche wider die Freyheit ihres Vaterlandes ihre Mitburger in frembden Gerichtszwängen/ ſonderlich aber in dem Weſtphäliſchen Gericht mit Recht vorgenommen hätten.

3. Ex privilegio Caroli V. de anno 1522. pecuniam auream & argenteam cudere poſſit.

4. Ex privilegio Rudolphi II. de anno 1594. à ſententiâ Senatus appellari non poſſit, niſi ſumma excedat 600. aureos Rhenanos, quod Ferdinandus II. vigore privilegii de anno 1627. ita extendit, ut absque paritione facta planè appellari nequeat.

Singularia & Notabilia ejus ſunt ſequentia.

Habet 1. Hoſpitalia & alia ædificia publica pro egenis, ægrotis & ſimilibus ſatis egregia.

A. II. Epiſcopum, cujus aula, ut jam præc. ſect. 2. c. 2. th. 4. expl. n. 4. notavimus, Dillingæ eſt.

III. Bibliothecam publicam egregiam multis antiquis libris refertam juxta templum S. Annæ ubi etiam Gymnaſium eſt, uti etiam refert Zeiller. d. c. 12. n. 2. f. 273.

IV. Curiam in tota Germania celeberrimam & elegantiſſimam anno 1615. exſtrui cœptam, & aliquo modo ab eodem d. l. f. 273. & ſeq. ac in Topogr. Sueviæ ſub illa urbe deſcriptam & in typo exhibitam.

V. Armamentarium ſatis benè inſtructum, de quo ſequentia refere Zeiller. in d. c. 12. f. 274. das Zeughauß hat ſieben Boden über einander/ darauff die Rüſtungen alle in ſchöner ſauberer Ordnung ſtehen. Ich habe dergleichen/ ſo viel die Rüſtungen anbelangt/ und mir wiſſend iſt/ nirgend geſehen/ aber der groſ-
B. ſen Stück halber könte man wohl andere hieher vergleichen oder gar fürziehen.

VI. Turrim aquariam, in qua aquagium eſt artificioſiſſimum per totam urbem & omnes domus, cum expenſis annuis plus quam 60000. florenorum aquam promovens, quæ anno 1416. à Johanne Felbero primum exſtructa fuit, ut refert Cruſius p. 2. l. 11. c. 9. & in Paraleipom. c. 18. & nobis ex parte ibi narratum fuit.

VII. Introitum vel portam intromiſſoriam ſecretam den Einlaß dictam, per quam nocturno tempore peregrini, nomina ſua profeſſi citra urbis periculum & ullum laborem intromitti poſſunt: ſiquidem, ut ipſimet vidimus, una perſona mediocrium virium per rotæ circumactionem, extremum ponticulum levatilem, & omnes portulas ac portas (qua-
C. rum quatuor ferro tectæ, & ſingulis fornicibus occluſis ita firmatæ ſunt ac formatæ, ut introeuntes ſucceſſivè per unam portam in clauſtrum unum, & illâ clauſa in alterum & ſic deinceps in urbem tutò & ſine periculo recipiantur.) aperire & claudere poteſt.

Opus hoc planè ſingulare, ut nobis ita relatum fuit, ex Maximiliani I. Imperatoris, ordinatione & mandato exſtructum fuit, & nullibi præterquam Monachi Bavarorum, ubi juſſu Ducis & Electoris Maximiliani ad imitationem illius unum etiam exſtructum eſt, noſtro quidem ſcitu, (nam quid Biberaci der Einlaß/ cujus Zeiller. in d. Topogr. f. 32. in typo urbis n. 17. meminit, ſit, ignotum nobis eſt) ſui ſimile habet, ſed illud, ut etiam obſervavimus, ab iſto multum differt.

IIX. In illa Reſpubl. forma eſt Ariſtocratica, ut poſt
D alios, & ex Zeillero d. c. 12. n. 2. f. 272. tradit Knipſch. d. c. 3. n. 3. pro quo facit, quod ex confirmatione Caroli V. Imperatoris de anno 1539. certa ibi conſtituta fuerint Patriciorum familiæ, quæ ſolum ad Senatoriam dignitatem capeſſendam digna judicata fuere, ut conſtat ex illius privilegio de anno 1552. à Knipſchildo d. c. 3. n. 62. relato. Illis tamen poſtea à Ferdinando III. nequicquam reluctantibus illis antiquis novas quatuordecim additas fuiſſe refere Limn. tomo IV. d. l. 7. c. 4. n. 5.

Sed Langemantelius in Facie Reſpubl. hujus illam pro Ariſtocraticâ Democraticè mixtâ habet.

IX. In illâ ſecundum diſpoſitionem Inſtrumenti Pacis art. 5. §. 2. Senatus & officiales publici ex utriusque Religionis addictis conſtitui debent quod etiam ſequenti anno, nempe 1649. per ſubdelegatos Cæſareos in effectum deductum & ab iis certus receſſus factus eſt, ſecundum quem omnes Senatores & officiales etiam minimi ex utraque Religione in perpetuum conſtitui debent, ut apud Knipſch. d. c. 3. poſt n. 68. latè legi poteſt.

A X. Illius inſigne eſt reſinifera alicujus arboris nux vel ſtrobilus ſcapo innixus, ut Weſer. d.l.4.p.54.& ſeqq. tum ex ſimili antiqua lapideâ figura præterito ſeculo ex terrâ effoſſa & ad S. Udalricum adhuc ſpectanda tum ex illa ratione, quod antiqui cuique provinciæ vel urbi animalia vel alias res in quacunque nativa, pro ſymbolis ſuis aſſumſerint, tales verò arbores & fructus in Rhætia & Viodclicis planè vulgares fuiſſe, probat addent, prædictam figuram in primâ Coloniæ conſtitutione tanquam ex fructu ibi noto deprointam pro termino à Romanis poſitam ac inde pro inſigni retentam fuiſſe, ubi legi, eiq; Hœpingk. de Jure inſign. c.6. n. 987. & ſeqq. jungi poteſt.

XI. Illius cenſus apud Zeiller. de decem Circulis Tit. 7. n.45. eſt quoad Imperium 900. florenorum, quoad Cameram verò in uno termino cum augmento 416. florenorum 42. cruc.5. obolorum.

B. XII. Addendum, illam adhuc circa præteriti ſeculi finem archiva civitatum imperialium in Suevia & Franconia ſitarum ſub cuſtodia habuiſſe, ſed cum illa anno 1590. conventibus civitatum, ignotis nobis de cauſis, ampliua intereſſe noluerit, iſta tandem poſt annum 1593. Ulmam translata fuiſſe, ut poſt alios refert Knipſch. d.l 3.c.54.n.31.

Plura vide in Sauers vermehrtem Städte-Buch p.88.& ſeqq.& Topogr. Sueviæ Zeillers f. 8. & ſeq. ubi etiam typus urbis & curiæ refertur.

Biberacum in Suevia ſitum à Germanicis vocabulis Biber/ quæ latinis Caſtorem notum amphibium animal, denotat, & Bach/ Latinis Rivum ſignificante quaſi Biberbach vulgò derivatur. Cujus etymi hanc reddit rationem Zeill. in Contin. Itin. c.25. n. 21. quia in hujus urbis fundo olim mera palus, in quo caſtores degerunt, fuit, idque adhuc indicant in inferiori urbis parte multæ ædes ſuper palos ædificatæ & ob aquam ebullientem cellarum incapaces, uti etiam ab C. illa aureus caſtor cum corona in campo cœruleo pro inſigni adhuc uſurpatur, ut refertur à Schrotio in dem Wappenbuch f.96. Schoppero in Chorographia German. p.1. c.10.f.199. & à Sauero ac Anthejio in dem vermehrten Stadebuch p. 134. item Sibmacher. in dem neuen Wapenbuch. p.219.

Quibus accedit, quod etiam rivus, Ruſs dictus, præterlabatur, alius verò rivus niger dictus die Schwartzbach urbem interſecet, ut idem Zeiller. d.l. narrat.

Quidquid verò ſit, ratione poſtremæ ſyllabæ dicendum potius illam eſſe terminationem Germanicam ſimplicem. ut multis exemplis probatur, ita enim habemus urbes ſimilis terminationis Abach/ Bacharach/ Bulach/ Villach/ Aurach/ Cronach/ Breyſach/ Durlach/ Frieſach/ Eiſenach/ Creutzenach/ Ruffach/ Vach/ Zurzach/ & plures.

D. De ortu illius parum conſtat, niſi quod anno 751. pagus & Francis ſubjectus fuerit, ac à Friderico II. Imperatore cum Reutlinga, Eslinga, Heilbrunna & aliis locis muris cingi cepta credatur, narrante Schoppero in Chorogr. Germ. p.1. c.10.f.198.

Quidquid horum ſit, in fundatione Hoſpitalis illius loci circa annum 1239. facta, ut in ſequenti n.1. demonſtrabitur, jam civitas appellata eſt.

Quando autem civitas imperialis facta ſit, magis adhuc latet, illam tamen jam ſub Imperatore Carolo IV. & ejus filio Wenceslao talem fuiſſe, ex utriusq; privilegio de anno 1348. & 1377. apud Knipſchild. d.l.3.c.12. n.54. & 55. palam eſt. Uti etiam confœderationi civitatum imperialium dicto anno 1377. ut refert Cruſ.p.3.l.5.c.11 f.288. & Bucelin. in Deſcript. Conſtantiæ parte 2. ad illum annum interfuit. Et Conventus civitatum imperialium, quæ anno 1381. Spiræ fœdus contra Eberhardum Wurtenbergiæ Comitem & alios civitatum hoſtes inierunt apud Lehm.l.7.c.66.f.837.& 839. interfuit, ac in catalogo illarum à Friderico III. III. Imperatore confecto & à Gold.p.1. der Reichs-Satzungen f.181. relato reperitur, & porrò in conventu Conſtantienſi anno 1485. fœderis causâ habito & ſimiliter anno 1486. inter civitates liberas & imperiales ſimul comparuit, ut ex Lehmanno d.l.7.c.67.& l.4. c.4.f.289. apparet, nec non inter easdem anno 1487. in Comitiis Noribergenſibus cenſum 400. florenorum ſuſtinuit, ut refert idem d.l.7.c.118.f.993.& ſequenti anno 1488. ſuos milites ad liberandum Maximilianum I. Regem ſimul miſit, ut apud Gold. in den Reichshandlungen ſub tit. Käyſers Friderici Anſchlag f.29. & Schopper. d.c.10.f.199. legi poteſt.

Singularia & Privilegia pauca & quidem ſaltem ſequentia habet.

B. I. Hoſpitale prædives anno circiter 1239. à fratribus de Eſſendorff Equitibus auratis fundatum, ut ex inſtrumento fundationis apud Cruſium p.3.l.1.c.14.f.45. & ſeq.& Zeill. in Topogr. Sueviæ f.34. legitur, ex quo obſervandum illam jam iſto tempore civitatem fuiſſe.

II. Hoſpitali huic adjunctum eſt aſylum pro homicidis involuntariis, ita, ut non ſolum in eo, ſed etiam extra id certis circumcirca paſſibus talis reus tutò degere & ſe continere poſſit, ut refert Zeiller. in Topogr. Sueviæ ſub illa urbe d.f. 34.

III. In illa utraq; Catholica ſcilicet & Lutherana Religio liberè exercetur, & ex utraq; tam Senatores quam Officiales publici eliguntur, ut ex Inſtr. Pac. Art.5.§.2. verſ. Deinde & §.11. nec non Receſſu Executionis apud Knipſch.d.l.3.c.4.n.11. dignoſci poteſt.

IV. In concurſu debitoris inquilini cives Chirographarii extraneis hypothecariis ex veteri conſuetudine præferuntur, ut refert Wehner. in Obſerv. Pract. C. ſub verbis Vergantung der Güter/ & præjudicato Camerali firmat Scipiol.3. Deciſ. Camer. 197.

V. Illius inſigne eſt Caſtor coronatus in cœruleo campo Schrotius in gedachtem Wappenbuch f.96. & aliis paulo ante allegatis.

VI. Cenſus Imperii 196. florenorum & Cameræ cum augmento ſingulo termino 150. florenorum Zeill.d.tit. 7. n. 57.

Plura de illa legi poſſunt in dem vermehrten Städte-Buch Sauers p.134. & ſeq.

Bopſinga in Suevia etiam & ad fines Rhætiæ ſita, urbs imperialis vetuſti quidem, ſed incerti quoq; eſt ortus ac etymi, ut omnes agnoſcunt ac legi poteſt apud Reuſn. de Urb. Imper. l.2.c.29.

Illud tamen ex Cruſio p.3. Annal. Suevic. l.5.c.12. poſt pr. conſtat, illam jam anno 1378. Imperialem fuiſſe civitatem & in bello inter civitates Imperiales ac Eberhardum Wirtenburgicum Comitem geſto ſocios fuiſſe. D. Ac poſteà à Friderico III. Imperatore apud Gold.d.f.181. inter illas numeratam, & an. 1487. ſub cenſu Imperiali comprehenſam apud Lehm.d. f.993. fuiſſe, & ſequenti 1488. etiam cum reliquis Imperii civitatibus ſuppetias pro liberando Maximiliano I. miſiſſe apud eund. d. f.29.

Illius inſigne eſt aquila in flavo campo Schroe. in gedachtem Wappenbuch. f.96. ſed Sibmacher habet album campum p.220.

Illius cenſus eſt apud Zeill.d.tit.7.n.68. quo ad Imperium 24. florenorum, & Cameram in uno termino cum augmento 50. florenorum.

Brema antiqua quidem Saxoniæ urbs eſt, ſed an pro Ptolomæi Phabirano (cujus l.2. Geogr.p. m.50. meminit) venditanda ſit, ut ex Wachmanno loco illius Syndico Limn. Tomo IV.l.7.c.7.in pr. refert, aliis dijudicandum relinquimus.

Id tamen certum eſt, illam jam ante Caroli M. tempora civi-

Digitized by Google

A. *tatem fuiſſe, quia* hic ibi Epiſcopatum ampliſſimum anno 788. fundavit, ut ex *illius Diplomate apud Adamum Bremenſ. in Hiſtor. Eccleſ. l. 1. c. 9. & Cranz. in Metropoli l. 1. c. 9. Nec non in alio ejusdem privilegio civitati iſti dato & à Friderico I. ac Henrico V. Imperatoribus confirmato apud Limn. d. l. ſub n. 2. & 3.* in quo expreſſis verbis civitas vocatur, liquet.

Licet verò hoc in dem Schwediſchen gründlichen Bericht von der Landes-Fürſtl. Ertz-Biſchöffl. Hoch- und Gerechtigkeit über die Stadt Bremen. *c. 1. aliquot rationibus, inprimis, quod* prædictus Adamus ex verbis Caroli M. ipſis illam *villam publicam* nominet, *acriter impugnetur, attamen exinde non probatur illam tunc pagum fuiſſe, quoniam iſto tempore* villæ publicæ vel Regiæ pro urbibus vel civitatibus ſumtæ & dictæ fuerunt, ſicuti illud ex ſcriptoribus illorum temporum notum eſt, & nos infra *ſub civitate Ulma* probatum dedimus.

B. *Quo facit*, quod civitas illa jam olim & quidem diu ante Adalgadum Epiſcopum ſub poteſtatibus, id eſt Ducibus ac Comitibus, tanquam judicibus regiis, adeoque certiſſimè civitas fuit, *quia* tales judices non niſi urbibus regiis, ut ſimiliter notum, ab Imperatoribus & Regibus dati fuerunt. *Sicuti etiam* dictus Epiſcopus illam ab his poteſtatibus iniquis liberavit, ut refert *d. Adamus Bremenſis l. 2. c. 1. & l. 3. c. 2.*

Nec obſtat, quod demum poſt annum 1000. muris & turribus cincta ſit. *Quia* tunc temporis & longè poſt paucæ urbes muris circumdatæ fuerunt, ut ex hiſtoriis notum & Fridericus II. Imperator ſuo demum tempore multas muris firmavit, ut paulò ante ſub *Biberaea* oſtenſum eſt: *Ulma verò* anno demum 1300. muris cincta ſcribitur, uti ſub illa etiam adduximus. De quo etiam *Werdenhagen de Rebusp. Hanſeat. parte 3. c. 2. p.* C. *m. 63. & ſeq.* legi poteſt.

Unde verò nomen illud obtinuerit, planè incertum eſt, inprimis, quia illa urbs non modo nominatur, & Carolus M. quidem in d. Diplomate eam *Bremon, d. Albertus Bremenſis l. 1. c. 29. & Goldaſt. T. 3. Conſtit. Imper. f. 137. Bremas, Otto I. Imperator* in gedachtem Schwediſchen Gericht *c. 16. Bremum & Bremum*, quod etiam ſequuti aliquot Imperatores fecerunt, vocat.

Hinc dubitari poteſt, an Wachmanni Opinio, ſecundum quam à ruborum ibi olim naſcentium copiâ dicta eſſe creditur, apodictica ſit.

Certè illud etymon, quod *Cromer. l. 2. Rer. Polon. in pr.* affert, illam nimirum à Lecho I. Poloniæ Monarcha utpote illius poſt Germanos in illis locis fuſos & pulſos conditore propter onus perpetui contra Germanos ibi tenendi præſidii *Brzemiam* dictam fuiſſe, & D *nomen hoc* poſtea molliori vocabulo à Germanis expreſſum eſſe, *parum fidei meretur, quia* tum *ipſe Cromerus d. l.* relatoris illius, nempe *Bernhardi Vapovii* fidem dubiam facit, tum *Dlugoſſius Tomo I. Hiſt. Polon. f. 60. & ſeq. & Mechov. l. 1. Chron. Polon. c. 9.* à Uapovio illo diſſentiunt, & illius urbis vel caſtri exſtructionem demum Lechi poſteris adhuc Ethnicis attribuunt, & quidem ita, ut non ſolum hanc urbem, ſed etiam Magdeburgum, Lunæburgum, Razeburgum, Lubecam & plurima Mechelnburgica oppida ab iis ſimul condita & Polonicis nominibus, ut ibidem explicant, ornata eſſe tradunt, de quo etiam *Kadlubko l. 1. Ep. 16. p. 77. & ſeq.* legi poteſt, ac *quod magis eſt, Dlugoſſ. d. l. ea omnia poſt Caroli M. demum tempora*, quibus in ſpecie Brema jam diu ante nobiliſſimo Epiſcopatu ornata fuit, *eveniſſe contra omnium aliorum Hiſtoricorum fidem & rei evidentiam ſcribit.*

Plura etyma vide apud Saurium in dem vermehrten Städtebuch *p. 207. & ſeq.* ubi tradit nomẽ illud à Germanicâ voce Prämen/ navigii genere, quibus ante exſtructum pontẽ trajectio peracta eſt, deſcẽdere.

De illa ex Zeillero in Topogr. Saxon. Infer. f. 43. & ſeqq. & aliis ſcriptoribus notanda ſequentia.

Eam I. demum poſt annum 1000. muris ac turribus ac anno 1020. aggeribus & foſſis eſſe munitam, ut ex *Cranz. in Metrop. l. 4. c. 22. & aliis paulo antè demonſtravimus*, atque anno 1623. *novâ civitate auctam, & munimentis ad recentiorem artem admodum firmatam eſſe*, ſecundum *Zeiller. in d. Topogr. f. 59. &* 60. *Sed Dillichius in Chron. Bremenſi refert an.* 1035. demum muros perfectos fuiſſe. de quo etiam *Adamus Bremenſ. l. 2. c. 14. 33. 39. & 40. & Auctor Hiſtor. Archiepiſc. Bremenſium unà cum Adamo Bremenſi à Lindebrog. editus f. 87.* legi poteſt, *ex iis enim apparet diverſo tempore hanc exſtructionem inſtitutam & demum poſt annum* 1035. *quo Bezelo vel Bezelinus Archiepiſcopus factus, adhuc continuatam eſſe.*

II. *Habere inſigne Ergaſtulum* Zuchthauß und Werckhauß/ ejusque ordinationes anno 1644. renovatas, *ſed illud ab incenſo per fulmen pulvere valde disjectum fuiſſe ſequenti anno* 1647. *uti ibidem f. 62. & apud Limn. tomo 4. l. 7. c. 7. n. 15.* legitur.

III. *Gaudere Gymnaſio egregio anno* 1592. *erecto*, in quo omnes facultates publicè docentur, *& Bibliothecâ eximiâ* ſecundum *eundem f. 63. & Authesium* in Sauers vermehrtem Städtebuch, *p. 234.*

IV. *Habere forum celebre*, & in ejus angulo ſtantem *Rulandi ſtatuam, granaria celebria, & curiam inſignem*, ut legi poteſt apud *Zeill. in d. Topogr. f. 63.*

V. *Obtinere jus protegendæ navigationis ad mare ſalſum ab utraque ripa à prædonum infeſtatione Viſurgis ex privilegio Henrici V. Imperatoris, poſtea* à Wilhelmo & Wenceslao Imperatoribus confirmato, *& à Carolo V.* ad omnem in illo flumine jurisdictionem & poteſtatem, ac libertatem à teloniis extenſo, & ſimul *jus piſcandi* ab Hoya & Alterâ flumine usque ad mare ſecundum antiquum jus corroborante: *Et hoc privilegium* ab omnibus ſequentibus Imperatoribus confirmatum eſſe, ut refert *Limn. d. l. n. 3. & ſeq.*

Sednihilominus V. Antonium Guntherum Comitem Oldenburgicum ab Imperatore Ferdinando III. cum conſenſu Electorum obtinuiſſe Privilegium novi vectigalis Viſurgi imponendi, idque in Inſtrum. Pacis Germano-Suecico art. 9. §. territoriorum confirmatum fuiſſe: Cum ergo civitas propter prædictum inſigne privilegium dicto Comiti jus illud concedere, ac *mandatis Cæſaris pœnalibus obedire nollet anno 1652. 22. Octobr. à Conſilio Aulico Cæſareo per Decretum à Limn. tom. V. d. l. 7. c. 7. ad. n. 180. relatum in bannum Imperii declarata & pœna illa per fecialem Imperatorium ſequenti ann. 1653. ſolenniter denunciata fuit, ſed cum paulo poſt obedientiam & ſolutionem pœnæ promitteret, & abſolutoriam per literas & legatos quam humillimè peteret, ac hi poſtea 18. Septemb. coram dicto toto Senatu Imperatorio Aulico Ratisponæ in Comitiis in genua procubi & ita à foribus conſiſterii usque ad tabulam, cui Senatus ille aſſedit ac Præſidem ipſum prorepentes, ut ipſimet vidimus & audivimus, ſupplicibus verbis & factis veniam peterent, illa abſolutoriam & ſimul ſuper. eâ Decretum à Limn. d. l. relatum obtinuit.*

VI. *Statum illius, referente apud Limn. d. Tomo IV. n. 1. Wachmanno, eſſe Ariſtocraticum populariter aliquatenus temperatum*; quomodo Senatus ſucceſſivo tempore ibi auctus ſit, & in quot perſonis hodie ille conſiſtat, legi poteſt in des Sauers vermehrtem Städtebuch *p. 221. & ſeqq.*

VII. *Illam ab Imperatore Carolo V. anno* 1554. obtinuiſſe privilegium, ut à Senatus ſententiis ad Cameram non niſi in cauſis 600. aureos Rhenanos excedentibus *appellari poſſit*, ut illud refert *Limn. cit. loco n. VI.*

IIX. *Eandem ab eodem* Imperatore *accepiſſe Privilegium de anno* 1541. *cudendæ aureæ & argenteæ monetæ ſecundum tenorem ab eodem ibid. n.* VII. *relatum.*

Sed hic notandum, quòd idem Imperator ſeq. anno 1544. poſtquam Archiepiſcopus Chriſtophorus demonſtraſſet, ſibi ob privilegia contraria antiquiora præjudicari, non ſolùm hoc, ſed etiam n. 4. adductum, uti etiam aliud de Jurisdictione propria civitati conceſſum annullaſſe, ut patet ex Decreto illius ad civitatem exarato & Caſſatorio **in dem gründlichen Bericht/ über der Landesfürſtl. Ertzbiſchöfl. Hoch- und Gerechtigkeit über die Stadt Brehmen** *c. 10. relato. Verùm Civitatem* his oppoſuiſſe Diploma reſtitutorium ab eodem Imperatore anno 1554. obtentum & *ibid.* quidem etiam adductum ſed aliter explicatum.

IX. *Eandem à Rudolpho* II. *Imperatore de anno* 1577. privilegiatam eſſe, ut cives illius nullibi in Imperio arreſtari, vel repreſſaliis gravari queant, & illud ab Imp. Matthia an. 1613. confirmatum eſſe *ap. Limn. d. l. n.* VIII.

X. *Imperatorem Ferdinandum* III. *an.* 1637. omnia civitatis jura, privilegia & conſuetudines, per particulare verò Diploma Privilegium Caroli V. concernens Regimen civitatis confirmaſſe, ut apud *eund. Limn. d. l. n.* IX. legi poteſt.

XI. *Illam ad Comitia Ratisponenſia ab Imperatore Ferdinand.* III. *an.* 1640. *motu proprio vocatam* & comparitione factâ non ſolùm ad audiendam propoſitionem ſed etiam in Collegio Civitatum ad ſeſſionem & votum, uti etiam *ſubſcriptionem Receſſus per Bethmannum Herdeſianum* Syndicum factam, *admiſſam fuiſſe*, ut ex *Receſſu & Prodromo* **oder Vortrab der Stadt Brehmen** dignoſcitur.

Sed poſtquam Archiepiſcopus in Septembri illius anni apud ſuam Cæſaream Majeſtatem hujus tanquam erroneæ, maximè tamen præjudicialis vocationis & admiſſionis cauſa conqueſtus & proteſtatus eſſet, *civitatis legatum* prædictum Prodromum in ipſis comitiis an. 1641. edidiſſe & Archiepiſcopi juſſu contrarium ſcriptum **den Nachtrab** dictum ſequenti an. 1642. editum fuiſſe, & ex iis *Limn. tom.* IV. *l. 7. c. 7. Num.* XII. rationes utriusq; partis breviter exhibuiſſe.

Licet verò præfatus Dominus Archiepiſcopus ſuam cauſam ſimul Collegio Electorali commendaverit, & hoc pro illo judicium vel arbitratū ſuum (**Gutachten oder Bedencken**) Imperatori 20. Aprilis illius anni obtulerit, *ut in d. ſcripto* **dem Nachtrab** *p.* 7. & ſeqq. legi poteſt.

Nihilominus tamen Cæſaream Majeſtatem Archiepiſcopo, rejecta ejus petitione, Civitatis defenſionales cum Fiſcalis Imperatorio Aulici libello dicto anno 1641. 17. Junii tranſmiſiſſe cum mandato, ut intra duos menſes à receptione illorum deductorum numerandos ſuam deductionem ad Aulam quoque mitteret, & ſententiam exſpectaret, ut ex copia apud *Auctorem Diarii Europ. part. 14. in Append. 11. p. 162.* pluribus dignoſci poteſt; *Sicuti etiam* Archiepiſcopo ſimul Imperatorium Reſcriptum eodem tempore per Notarium publicum Luderum Hudemannum traditum fuit, ut *ibid. p.* 150. legi poteſt.

Cùm autem Archiepiſcopus planè non reſponderet & Fiſcalis Imperatorius illum aliquoties contumaciæ fruſtra accuſaſſet Imperatorem *ſequenti an.* 1645. 9. *Sept.* civitatem tanquam Imperialem ad tractatus Pacis Monaſterienſis & Oſnabruggenſis cum aliis Statibus vocaſſe, & tandem an. ſeq. 17. Junii *definitivè pronunciaſſe*, daß Ihro Käyſ. Maj. nunmehr von der Stadt *Jure & Statu* bey der Käyſ. Reichs-Cantzley fleißig nachſuchen laſſen/ und ob ſolchen allen ohnfehlbahr befunden hätten/ daß die Stadt von uhralten Zeiten hero des H. Röm. Reichs ohnmittelbare freye Reichsſtadt geweſen/ und alſo S. K. M. und dem H. Reich allein untergehörig ſey/ auch dafür nochmahls *declarirt* und erkent/ auch in ſolcher *qualität* in Käyſerl. Schutz und Schirm genommen würde/ ut pluribus

A. ex illo Decreto apud Limn. Tomo IV. d. l. 7. c. 7. n. XIII. legi poteſt. *Sicut etiam illi antiquus Imperii cenſus nempe 16. equitum ac 32. peditum per decretum anno* 1647. 14. *Febr. impoſitus fuit, ut ibid. n. ſeq.* continetur.

Quamvis vero hoc modo Brema jam anno 1640. in immediatum Imperii membrum recepta fuit, *& Suecies per Campi Mareſchallum Königsmarckium anno demum* 1646. *Archiducatum Bremenſem, relictâ in libertate ſua & pro imperiali civitate, ut demonſtratur in brevi adumbratione Status Civitatis Bremenſis in d. Appendice* 11. *pag.* 147. *& ſeqq. relatâ, membro* 1. §. 10. *& ſeq. ac Membro* 2. §. 1. *& ſeqq. uti etiam in Aſſertione Libertatis Reip. Bremenſ. nec non in reſponſione civitatis ad poſtulata Suecica in eod. Diario parte* 13. *appendice* 11. *abunde deductum eſt, ſemper habitâ Bremâ, occupaverunt, ac illorum, Suecorum ſcilicet, Legati ad Pacificationis tractatus miſſi primùm in fine illius anni de Archiepiſcopatu illo in ſatisfactionem ſimul poſtulando mentionem fecerunt, Civitas etiam illa in Inſtrum.* B. *Pacis art.* 10. §. 3. *verſ. Civitas verò &c. Suecis in ſatisfactionem illam non fuit conceſſa, ſed cum ſuo territorio & ſubditis in præſenti ſuo ſtatu cum ſua libertate juribus & privilegiis ſecundùm clariſſima ejus verba, & atteſtationes Plenipotentiariorum ac Directoris Moguntini à Limn. Tomo V. d. l. 7. c. 7. p.* 110. *& ſeq. & in Diar. Europ. d. Append.* 11. *n.* 2. 6. *&* 8. *Adeoque à Suecis tanquam particularibus ex tranſactione ſcilicet illâ ſucceſſoribus, non plus quàm iis in ſatisfactionem expreſſè datum fuit, poſtulari potuit, multo minus illa, quæ ante ipſorum temporariam bellicam occupationem circa illam urbem ab Imperatore ſtatuta fuerunt, revocari potuerunt, quia hæc in illorum nondum poſſeſſorum, & ne de Archiepiſcopatus dominio cogitantiū quidem dominio nondū fuit, ut pluribus in d. Adumbrat. demonſtratū eſt.*

Nihilominus tamen ab illorum Legatis demum integris ſeptem menſibus poſt concluſam & ſubſcriptam jam C. *pacem dictam de Urbe Bremenſi diſpoſitionem in dubium vocatam fuiſſe, & cùm civitatis illius Legati ad Comitia Ratiſponenſia ab Imperatore ſimul convocati eſſent, Legatos Suecicos* ad illa miſſos diſtributo inter omnes Status Libello, cui titulus inſcriptus, **gründlicher Bericht/ von der Landes-Fürſtl. Ertzbiſchofflichen Hoch- und Gerechtigkeit über die Stadt Brehmen/** *& alio, qui Index vocatus fuit, inſtanter petiiſſe, ne Bremenſes Legati ad ſeſſionem & votum admitterentur, & cùm Imperator negocium illud, ut cum Statibus Imperii communicaretur ad Directorium Moguntinum remiſiſſet, hi verò per judicium ſuum* **des Reichs Gutachten** *admiſſionem illam ſuaderent, & hoc modo Imperator decerneret, ut illi admitterentur, ſicut ex actis publicis apud Limn. d. T. V. p.* 112. *& ſeqq. ac d. Append.* 11. *p.* 77. *& ſeqq. cogno-* D. *ſci poteſt, Eoſdem Legatos tàm apud Cæſaream Majeſtatem quàm omnes Status contra admiſſionem illam proteſtatos eſſe ac jura ſua Reginæ & Regno Sueciæ reſervaſſe.*

Verum Imperatorem nihilominus in ſententia ſua perſtitiſſe & Bremenſibus inſuper Protectorium conceſſiſſe, ut ex ejus tenore in d. Diario p. 77. *& ſeqq. cognoſci poteſt, ac ita illos admiſſos eſſe.*

Id *Regina & Corona prædicta ægerrimè ferens non diu poſt urbem illā per copias ſuas ducis Königsmarckii variè in ſuo jure turbavit, & tandem hic ſpretis* Imperatoriis *mandatis* avocatoriis, inhibitoriis, demolitoriis & reſtitutoriis pœnalibus ad Commiſſarios, Gubernatorem ipſum, & Regimen Regiū in Ducatu Bremenſi & Verdenſi, item ad Status, Nobilitatem & Officiales iſtorum miſſis, & *in d. App.* 11. *p.* 121. *& ſeqq. relatis, obſidione ita preſſit, ut auxiliis etiam à Circulo Weſtphalico & Saxonico inferiori, quibus Imperator conſervationem protectoris & defenſionem urbis injunxerat ut ibid. p.* 142. *& ſeqq. continetur fruſtra exſpectatis, tandem cum Suecis* 28. *Nov. ejusdem anni paciſci, & iis quadam*

dam loca ac jura cedere, ſeq; ad homagium ſecundum A.
priſtinum modum, ſalvo tamen immediatatis ſtatu, adſtringere coacta fuerit, controverſia hac de immediatate ad alia tempora ſalvo utriatque jure dilatâ, ut in compoſitionis Articulis apud Knipſch. d. l. 3. c. 6. n. 78. Limn. d. Tomo V. l. 7. c. 7. p. 115. & ſeqq. ac in Diario Europæo d. parte 14. in Appendice II. p. 51. & ſeqq. ubi ſimul ratificationes utriusque partis ſubnexæ, legi poteſt.

Civitas interim anno 1660. 16. Dec. ad mandatum Cæſaris Ejusdem Majeſtati Viennæ per Legatum ſuum Burchardum Edenum Syndicum homagium præſtitit, ut ſimiliter in d. Appendice II. p. 101. & ſeq. refertur.

Non autem diuturna fuit hæc pacificatio: Cum enim Sueci, in omnem occaſionem intenti, in principio Comitiorum Ratiſponæ 1663. continuatorum animadvertiſſent Legatos Bremenſium etiam comparuiſſe, illorū Legatus 7. Januarii illius anni eâ de re apud Directorium Moguntinum conqueſtus eſt rogando, ne illi ad ſeſſionem & B.
votum admitterentur, quia in dicta tranſactione proſpectum eſſet, ne Regia Majeſtati Sueciæ per immediatatis uſurpationem ullum præjudiciū a Bremenſibus crearetur.

Verum Legatus Bremenſis præſens (alter enim obſuit) contrarium memoriale Eidem Directorio obtulit, quo facto Suecicus contra futuram admiſſionem proteſtatus eſt, & jura competentia Regi ſuo reſervavit & Senatus Bremenſis ipſe contra hanc proteſtationem contrariam cum remonſtratione jurium civitatis ad idem Directorium miſit, ut ſimiliter in d. Appendice II. p. 81. & multis ſequentibus legi poteſt ac nihilominus Legati Bremenſium ad ſeſſionem & votum admiſſi ſunt.

Ut ergo Regina & Corona Sueciæ Bremenſibus alio modo capiſtrum injiceret, Regina nomine impuberis filii Regii illos ad homagium ut prædictæ tranſactionis art. 2. præſtandum per literas anno 1664. 5. Dec. Stockholmi exaratas admonuit, poſtulando, ut ad diem per Commiſſarios ſuos, Gubernatorem C.
ſcilicet, Præſidem & Cancellarium Ducatus & Regiminis Bremenſis ac Verdenſis ſtatutum Stadam tam ad illud præſtandum, quàm pro una atque alterà contraventione ſatisfaciendum Legatos ſuos mitterent, hique ſimul Regiis iſtis ſuas literas citatorias, in quibus ſimul pro termino 24. Februarius anni ſequentis nominatus fuit, addiderunt.

Cum vero Senatus Bremenſis negotio hoc cum civibus ante conſiderato Commiſſariis iſtis 8. & 15. Februarii reſpondiſſent in literis iſtis regiis nonnulla civitati maximè præjudicioſa, utpote illam Regiam & cives Regi ſubditos vocari, homagium ſimpliciter poſci, cum tamen illud anteà, uti etiam nuper, ſaltem ſub clauſula **treu und huld zu ſeyn** / ſicuti quoq; ex ejus formula in Diar. Europ. d. parte 13. in Appendice II. p. 94. conſtat, præſtitum, illudq; hodie non ex antiquo aliquo jure ſed tranſactione prædictâ ſalvo immediatatis & Imperatoris (cui homagium ordinarium jam præſtitum eſſet) ſu- D.
premo jure præſtandum ſit: Et inſuper aliquot ſibi ignotarum contraventionum in iis mentionem fieri, ſe itaq; poſtulato modo homagium præſtare non poſſe, ſed petere, ut Commiſſarii de his paſſibus mentem ſuam anteà explicent, vel ſecum conferant.

Verum illi hanc moram ægrè ferentes & pro clauſione habentes literis altro citroq; fruſtra miſſis impedimenta hæc progreſſus Regi ſuo nunciarunt, quo factum, ut non ſolum negotium hoc in ſuſpenſo maneret, ſed etiam Rex & Corona Sueciæ in Suecia ſeq. Auguſti menſe exercitum 12000. circiter militum congregarent, & nonnulli Suecici milites in Viſurgi ex aliquot Bremenſium navibus frumentum cum promiſſione, pro eo pretium Bremæ tunc conſuetum ſolutum iri, abſtulerunt: quo percepto Bremenſes conſultavere, quomodo controverſia illa cum Rege & Corona Sueciæ tandem componi queat, & ideò, cum nunciatum eſſet ſummum Militiæ Suecicæ Præfectum (quem Regni campi Mareſchallum **den Reichs-Feldherrn** vocant) Comitem ſcilicet Wrangelium Wolgaſti cum aliquot copiis appuliſſe & reliquum exercitum propediem etiam in Pomerania exſcenſurum eſſe, Legatos ſuos eò miſerant. & per illos dicto Comiti ſe commendarunt, ac Regiæ Majeſtati ad omnia poſſibilia præſtanda paratos eſſe oſtenderunt, ſicq; clementiſſimè dimiſſi ſunt, ut hæc omnia in Diarii Europæi parte 12. p. 9. & ſeqq. ac p. 321. ac ſeqq. parte 13. ſub menſe Auguſto & Septembri, ac p. 277. fusè narrantur.

Appulſo toto exercitu dictus Mareſchallus regni Suecici vel militiæ ſupremus Dux ſub initium ſequentis anni 1666. cum illo ex Pomerania & Mechelnburgo verſus Albim movit, illum trajecit, & cum reliqua in Bremenſi ac Verdenſi Ducatu contracta copia Stadam & inde Bremerverdam ſe conferens Legatos Bremenſium illuc ad ſe accerſivit, ac propoſitione factâ domum remiſit; Quibus domum reverſis alii paulò poſt advenêre: Quum verò illis inter alia propoſitum & injunctum fuiſſet, ut immediato Imperii Statu abdicato ſuam urbem iterum Regis poteſtati ſubmitterent, aut militarem vim experirentur, ut ex copia illius in Diar. Europ. d. parte 13. Append. II. in princ. legi poteſt, & hi defectum inſtructionis ac mandati circa hoc negotium opponerent, ac ad referendam propoſitionem reditum petitum obtinuiſſent, illud ita per menſis ſpatium quievit.

In Menſe Martio illius anni Bremenſium Legati Stadam pervenere, & declarationem ſuæ civitatis in ſcriptis Comiti Wrangelio & Regimini Suecico exhibuere, ut ſimiliter illius copiâ in d. Append. II. p. 8. & ſeqq. refertur. Et ex illis duo Bremam ad referenda Suecorum poſtulata remiſſi fuere, & hi cum tota civitate ſuper illis conſultarunt, ac paulò poſt hujus declarationem Comiti Wrangelio ac Regimini retulerunt etiam ſcripto comprehenſam, & mandatum tranſigendi exhibuerunt. Quoniam verò in illo nonnulla deſiderabantur, & feſtum Paſchatos appropinquabat, domum remiſſi ſunt, cum mandato, ut cum majori plenipotentiâ finito feſto reverterentur.

Quo facto negocium tranſactionis variis de cauſis protractum, Bremenſium verò Legatis ad exculpationem illorum paſſuum, in quibus tranſactionem anni 1654. violaſſe accuſati erant, ſpacium usq; ad finitum Pentecoſtes feſtum datū fuit, ſicq; illi iterum domum reverſi ſunt, Sueci verò intereà plures copias conſcripſerunt.

Hisce ita ſe habentibus Duces Brunovicenſes & Luneburgici per Legatos ſuos ſe arbitros obtulerunt, ac receptis hos Bremam ad compoſitionem promovendam miſerunt, ſicuti etiam Electoris Brandenburgici Legati pro mediatoribus accepti eò ſe contulerint.

Licet verò omnes hi Mediatores primum Fegeſackii, quo ſe Comes Wrangelius cum Regimine contulit, poſteà verò Branekovii omnem curam ad obtinendam pacificationem impenderent, illa tamen fruſtranea & ideò inter Suecos & Bremenſes hoſtilitas inchoata, atq; urbs a Suecis obſeſſa fuit.

Sed ne illa periculo aliquo ſubjiceretur Brunovicenſes & Luneburgenſes Duces Suecis tranſitum per Albim prohibuêre, ac copias ſuas etiam contraxêre, nec non apud Suecici regni Mareſchallum conſtanter inſtitêre, ut armiſtitium ad pacificationem promovendam inſtitueretur. Et eandem cooperantibus ſimul Electoris Colonienſis & Landgravii Haſſiæ inferioris Legatis pacificatio 15. Novembr. dicti anni 1666. concluſa, & ſequentis demum anno à Rege Sueciæ confirmata fuit, at hæc omnia in dicto Diario parte 15. & 16. latè continentur.

Conſiſtit verò illa quo ad civitatis ſtatum publicum potiſſimum in ſequentibus, **daß die Stadt 1. Ihr Königl. May. zu unterthänigſten** reſpect **und Ehren nach geendigten dieſem noch währenden Reichstage ſich der** Seſſion **und Stim-**

me in Comitiis Imperii biß zu Ende dieſes Seculi, oder/ wann man nach Gottes Willen ſchreiben wird 1700. zu enthalten/ und wann in währender ſolcher Zeit Reichs conventus außgeſchrieben und die Seadt mit darzu invitiret wird/ ſol und wil dieſelbe weder durch ihre Abgeordnete noch durch andere Frembde die Seſſion im Reichs Städtiſchen Senatu bekleiden oder darin votiren laſſen/ jedoch hat ſich die Stadt hierbey vorbehalten/ daß hierauß keine præſcription oder andere nachtheilige Folge gegen dieſelbe gezogen werden ſollen: Die Stadt auch nach Verflieſſung ſolcher Zeit/ wann immittelſt in Güte kein anders verglichen/ oder mit Recht erkant/ bey den Reichstägen ihrer Seſſionen & voti ſich wieder zu gebrauchen bemächtigt ſeyn wolle.

2. Gleicher Geſtalt biß ein anders verglichen oder mit Recht erkent/ auff denen NiederSächſiſchen Kreyßtagen Seſſionem & votum ferner nicht ſuchen noch begehren wolle.

3. Wegen der Reichsſteuer aber/ daß die Stadt ihren Anſchlag zwar ohnmittelbar an die Reichs Caſſa entricheen mag: damit aber die LandStände deß Hertzogthumbs Bremen durch ſolchen Abgang über ihr Gebührnüs nicht beſchwert werden/ ſol Burgermeiſter un̄ Rath der Stadt obligen bey Jhro Kayſ. Maj. und dem Reich/ der Landſchafft die Abſchreibung deß vierzehenden Theils ihres Reichs Anſchlags außzubringen/ und/ biß ſolches geſchehen/ ſelbiges quantum von der Landſchafft ab- und auff ſich zu nehmen.

4. Daß der Burgermeiſter und Rath jedoch ohne beyderſeits præjudiz hinführo und biß zu erfolgenden Vergleich oder rechtlichen Erkäntniß ſich deß Prædicati oder tituli einer Kayſerlichen freyen Reichsſtadt gegen Jhro Königl. Mayeſt. und dero Regirung oder andere dero Collegia und Miniſtros, ſo dann in Büchern und offenbahren Schrifften oder Edicten, welche in die vier Gohen nach Blumenthal und Neukirchen oder ſonſten ins Land zu ihrer notiz außgehen oder affigirt werden/ nicht gebrauchen ſollen. Jn andern Fällen aber wollen Burgermeiſter und Rath ſich deſſen nicht begeben haben/ und wollen hingegen Jhro Kön. Maye ſich der Wörter (der Stadt Bremen) und deß Worts (begehren) gebrauchen.

5. Daß Sie/ die Stadt/ in übrigen bey allen hergebrachten privilegien Recheen und Gerechtigkeiten gelaſſen werden ſolle.

6. Sollen Burgermeiſter und Rath die Huldigung in der vor dieſem beliebter Form nach Jnhalts deß 2. Articuls obbemelten Stadtiſchen Receſs Jhr Königl. May. als Hertzogen zu Bremen leiſten.

7. Hat die Stadt ihr vorbehalten die ratification dieſes Receſſus bey Jhro Kayſ. May. zu ſuchen/ und ſol auch derſelbe dem Inſtrumento Pacis allerdings ohnabbrüchig ſeyn.

ut pluribus ex copia totius Pacificationis in Diar. Europ. d. part. 15. Append. 2. p. 181. & ſeqq. cognoſci poteſt. Quæ omnia tam latè [illegible] voluimus, ut cuilibet lectori de iſto immedietatis jure tanto ardore à Suecis impugnato eò melius conſtet.

Plura de hac controverſia maximè ardua ibidem in tota Appendice in præc. parte 13. Append. 2. legi poſſunt.

XII. Illius cenſum Imperii eſſe hodie ex decreto Imperatoris Ferdinandi III, de anno 1647. ut jam ſub præc.

A. n. XI. dictum, antiquum illum quem anno 1471. habuit, nempe 329. florenorū, ut legi poteſt apud *Limn. d. Tomo IV. c. 7. n. XIV. ſed cenſum Cameræ nondum reperivimus.*

XIII. Illius inſigne eſſe non claves duas decuſſatas, ut tradit Knipſch. d. c. 6. n. 23. ſed ſaltem unam transverſam, ut notum eſt, & apud *Sibmach. p. 220. ac Zeiller. in d. Topogr. f. 56.* conſpicitur, ad ſignificandum ſe habere jus & poteſtatem claudendi adverſus prædones oſtii Wiſurgis, eamq; tutam ſervandi, *ſecundum Knipſch. d. l. & ſimul aquila Imperii, ut tradit idem Zeiller. d. f.*

Plura de illa urbe In dem gedachten vermehrten Stadtbuch *& d. Topograph. legi poſſunt.*

Buchavia Buchau am Feder See *etiam in Suevia ſita Imperialis urbs.*

Sed de illa ob conſumta olim igne ejus documenta & privilegia parum referri poſſe annotavit *Zeill. in Topogr. Sueviæ ſub illa urbe f. 47.*

B. *De illa tamen notanda ſequentia:*

I. *Illius cenſum Imperii* eſſe tantum 8. florenorum & ad ſuſtentationem Cameræ 6. florenorū cum augmento verò hodie 10. *Zeiller. d. Tit. 7. n. 71. adeoq; minimum omnium Imperialium urbium. Sed Abbatiſſam* ejus loci tanquam Statum Imperii ſolvere pro cenſu Imperii ſeparatim 48. florenos & ad ſuſtentationem Cameræ hodie cum augmento 75. florenos, *de qua mox.*

II. *Eſſe in illa Collegium virginum ſacrarum Abbatiæ Illuſtris vel Principalis celeberrimum & antiquiſſimum, utpote ſecundum communem traditionem olim à Diva Adelinda Hildebrandi Suevorum Ducis filia* in piam memoriam occiſi ab Hunnis cum tribus filiis mariti Ottonis, Comitis Caldarienſis von Keſſelberg & quarti filii paulo poſt ex animi mœrore etiam mortui in loco prælii, vulgo à planctu Dominæ & plebis univerſæ Planckthal dicto, conditum, nec non ab iſta funeratione mariti ac filiorum, & à prima Abbatiæ iſti-
C. us gubernatione nobilitatum, & poſtea, cum igne conſumtum eſſet, à Ludovico Pio reſtauratum ac majoribus reditibus auctum, ut poſt *Lazium de Migrat. Gent. l. 8. f. m. 431. Bruſch. de Monaſt. Germ. ſub illo, Bucelin. in German. Sacrâ parte 2. f. 18. & alios à ſe allegatos memorat Knipſch. d. l. 3. n. 7.*

Abbatiſſa, ut jam dictum, imperio immediate ſubjecta & cum monialibus, quæ omnes illuſtres genere eſſe debent, ſecularis ſunt ſtatus, ideoq; omnes, exceptâ illâ, nubere poſſunt, ut poſt *Bruſch. d. l. Zeiller. in d. Contin. c. 32. ſub lit. B. & Bucelin. in Germ. Sacrâ. d. l. tradit.*

Buchornia, apud antiquos ſcriptores Buchornia, quoque in Suevia & labro lacus Bodamici ſita urbs Imperialis communiter à fagorum copia vel fagina ſylva, quæ in illo tractu usque ad dictum lacum exporrecta fuit, ut ex *Marcell. l. 15. p. m. 37.* ubi lacum illum horrore ſilvarum ſqualentiū inacceſſum eſſe ſcribit, conſtat, *& cornu venatorio dicta eſſe* creditur, ut poſt *Munſt. l. 3.*
D. *c. 252. Stumpf. l. 5. c. 9. f. 392. & alios apud Zeiller. in d. Topographiâ ſub illâ urbe f. 49.* legi poteſt, *ſicuti etiam fagum & tale cornu,* ob venandi aptitudinem ibi olim obviam *pro inſigni* gerit, ut apud *Stumpf. d. l. & Schrotium* In dem Wappenbuch *f. 96.* legi poteſt.

Fuit olim Comitibus Buchornis (de quorum familiâ & uno, nomine Udalrico à Hungaris capto ac ejus *uxore Wendelgardâ* Comitiſsâ Eberſteiniâ illi reductâ & ignoto inter mendicos ſtipem dante legatur *Zeiller. in Itiner. Germ. c. 25. n. 26. & Lazius d. l. 8. f. m. 443. & ſeq.) ſubdita & ab Ottone ejus familiæ ultimo cum toto patrimonio in Welphonem IV. ex Comitum Altorffienſium familiâ Bavariæ Ducem ſub Lothario Imperatore donatione inter vivos translata* fuit, ut refert *Abbas Urſpergenſis ſub illo Imperatore poſt pr. Sed Lazius d. l. 8. f. m. 444. narrat, Ottonem illum ſine prole decedentem ſaltem partem ditionis ſuæ Welphonibus, par-*

A. *tem verò Cœnobio vinearum legaſſe: & Imperatorem Fridericum I. de illa ſimul partem non minimam accepiſſe.* *Idem quoque præc. f. 416. refert* Welphonem IIX. in Italia abſque liberis mortuum eidem Imperatori majorem ſuarum ditionum partem legaſſe. *Naucler. tamen vol. 2. Gener. 34. in f. & Munſter. l. 3. c. 371. in f. narrat*, Guelphone juniore in peſte mortuo, Guelphonem ſeniorem ejus ſcilicet patrem bona ſua Friderico illi tanquam agnato tradidiſſe, & cum illo exſpiraſſe lineam generis ac Principatus. *Et procul dubio ideò in antiquo illo libello, cujus excerpta Cruſius p. 2. l. 1. c. ult. refert. poſt Guelphonem VII.* (vel IIX) Fridericus I. & ejus poſteri poſiti ſunt.

Ut ità illa urbs fortaſſe ab hujus Imperatoris hæredibus in Imperio ſuccedentibus, vel Henrico Leone ex illa familia Bavariæ Duce in bannum declarato, Imperio adjecta, *non verò ut poſt Munſter. d. l. 3. c. 252.* B. *Reuſn. de Civit. Imper. l. 2. c. 32. erroneè refert*, ſtirpe Altorffienſium ſublatâ à ſe ipſa in libertatem aſſerta & Imperio ſubjecta fuerit, *ſiquidem ſtirps illa, ut apud Lazium d. f. 426. Cruſ. p. 2. l. 1. c. 15. & ſcriptoribus communiter* legitur, *non exſtincta ſed* nomine & dignitate ſaltem mutatis in Ducibus Bavaricis & Brunovicenſibus continuata fuit, *niſi lineam Guelphonis VII.* in illo & filio ejus exſtinctam, ut paulo ante *ex Nauclero & Munſtero d. c. 375.* retulimus, pro tota ſtirpe intelligant.

Quo ergo tempore Imperio acceſſerit, ob ſilentium ſcriptorum ignotum eſt.

Illud tamen conſtat, illam anno 1291. *à Rudolpho Conſtantienſi Epiſcopo ex familia Hubsburgenſium Comitum & Wilhelmo S. Galli Abbate ac civibus Conſtantienſibus occupatam*, direptam & incenſam ideo fuiſſe, quia Alberto Auſtriaco obnóxia fuit, ut refert *Bucelin. in Deſcr. Conſtant. parte 2. p. 278.* C. *& quodammodo Cruſius p. 3. lib. 3. cap. 11. f. 174. ſed paulo poſt Imperio reſtitutam, anno verò 1363. una cum omnibus ſuis privilegiis in cineres redactam ac poſtea reſtauratam eſſe, ut Bruſch. de Monaſter. Germ. Stumpf. l. 5. Chron. Helvet. c. 9. f. 392. & Zeiller in d. Topogr. ſub illa urbe tradit.*

Sicuti etiam jam anno 1348. *à Carolo V. Imperatore in Privilegio Eslinga & aliis civitatibus Imperii dato apud Knipſch. d. l. 3. c. 13. n. 54.* inter civitates illas nominatur, *ac anno* 1377. Confœderationi illarum urbium Conſtantiæ factæ interfuit, ut refert *Bucel. d. p. 2.* ad memoratum annum 1381. in civitatum Imperialium confœderatione ſimul fuit, uti etiam ſequenti anno 1385. in magno illo iſtarum civitatum conventu comparuit, ut refert *Lehm. in Chron. Spirenſi l. 7. c. 66. & ſeq. & poſtea ſub Imperatore Friderico III.* inter illas relata fuit, ut apud *Gold.* in den Reichs Satzungen *parte 1. f. 181.* und den Reichs Handlungen D. *f. 30.* cognoſci poteſt.

De illa porrò notanda ſequentia:

I. *Quod commerciis* & mercibus per lacum Bodamicum ex Helvetia in Sueviam & ex hac rurſus in illam frequentatis & vectis floreat, *ut refert Zeill. d. l.*

II. *Quod ſub protectione urbis Uberlinga & illius dicto Bomgarten vel Baumgarten ſub Landvoigtia Suevia ſit*, ut refert *Mager. de Advoc. Arm. c. 5. n. 536. & Zeiller. d. l.*

III. *Quod inſignia habeat* dimidiata, & anterior pars ſit arbor in flavo, poſterior verò cornu venatorium nigrum in rubro campo, *Sibmacher p. 219. de quo etiam ſupr. diximus.*

IV. *Quod ob exiguitatem* urbis ac patrimonii ſaltem cenſum habeat 20. florenorum & ad ſuſtentationem Cameræ 30. ac cum augmento hodie 50. florenos ſolvat *Zeill. de Dec. Circul. d. tit. 7. n. 70.*

A. *Campodunum Germanicè* Kempten *vetuſtiſſima* (ſicuti ibi quandoque vetera Romanorum inſtrumenta reperta id demonſtrant) *in Algovia ſita & poſtea facta Imperialis urbs, à planitie vel campo & castro olim* adjacente, in quo & prope quod illa exſtructa fuit, ſic dicta, ut narrat poſt alios *Zeill. in d. Topogr. f. 105.* & refertur *in Libro de Civit. à Saurio edito. ac ab Anteſio auctop. 919. & ſeq. Straboni l. 4. ante f. Antonino in Itinerario & Ptolom. l. 2. c. 13. jam memorata.*

Annotavit hinc Bruſch. de Monaſt. Germ. f. 29. anno Chriſti 800. hanc cum Auguſtâ & Pfullendorffio ſolum civitates in Suevia fuiſſe. *Plura de ejus antiquitate lege apud Reuſner. d. l. 2. c. 10.* *Quibus addendum, illam jam ab Adriano Pontifice tanti æſtimatum fuiſſe, ut ſecundam Romam appellaverit, & ab omni Epiſcopali jugo exemtum ac perpetuo liberum eſſe ſtatuerit, ut ex Stengelii Monaſteriologiâ Politici adducunt, ſed abſq;* B. *dubio Pontifex ad Abbatiam quam ipſe anno 777. in magnâ Principum & Epiſcoporum frequentiâ referente Bucel. in Germ. Sacrâ parte 2. f. 20. conſecravit, non urbem reſpexit.*

Ubi Reuſnerus refert: caſtrum ibi fuiſſe montanum ſedem antiquam Ducum Sueviæ, quorum ex proſapia Hildegardis uxor Caroli M. fuit, & hanc cum marito fundaſſe ibi Abbatiam, cujus Abbas Princeps & Status Imperii factus, & urbis illius dominus conſtitutus fuit, de quo Munſterus in Coſmogr. d. l. 3. c. 291. ubi meminit, ſe in Latina Editione literas fundationis ex originali deſcriptas recenſere, uti & *Bucelin. in Aquila Imperii Benedictina p. 361. & ſeqq. ac in Germ. Sacra d. f. 20.* conſulatur.

Sed illa poſtea libertatem partim vi ut legi poteſt apud Cruſ. parte 1. Annal. Suevic. l. 12. c. 3. f. 324. ſub Abbate 46. & ſeqq. & Bruſch. de Monaſt. Germ. f. 25. partim largo pretio 32000. ſcilicet aureorum Rhenenſium Abbati ſolutorum C. *accedente Caroli V. Imperatoris & Clementis VII. Pontificis confirmatione anno demum 1525. pleno jure obtinuit, ut refert Cruſius d. c. 3. f. 325. ſub Abbate 55. & in Paralcipom. c. 19. f. 83. & Zeiller. in Chron. Sueviæ p. 307. & Ejuſdem Topogr. f. 106.*

Antea tamen civitas Imperialis fuit, ut ex Cruſ. parte 3. l. 5. c. 11. f. 288. & *Bucelin. in Deſcr. Conſtantia d. parte 2. p. 302.* ubi refert, illam anno 1377. in confœderatione urbium Imperialium Conſtantiæ factâ ſimul fuiſſe. *Lehm. d. l. 7. c. 66. & ſeq.* ubi harum civitatum fœderi & conventui anno 1381. & 1385. interfuit, & *Goldaſto* in den Reichs Handlungen *f. 30.* ubi inter illas etiam refertur *nec non Cruſio d. f. 83.* & *Zeill. in d. Topogr. Sueviæ ſub hac urbe f. 105.* ubi à Friderico III. vel IV. Imperatore inſigne bicipitis Aquilæ ex media parte inauratæ & ex altera nigræ cum corona Cæſarea obtinuiſſe refertur, conſtat.

D. *De illa præterea notandum:*

I. *Quod ibi ex privilegio Imperatorum quorundam* appellatio in cauſis injuriarum non admittatur referente *Zeiller in Appendice Chron. p. 557.*

II. *Illa ex privilegio Friderici IV. ſignet* cerâ rubrâ referente *Zeill. in d. Chron. p. 307. & Topogr. f. 106.*

III. *In illa ſit ſtatus Ariſtocratico-Democraticus* ſecundum *Cruſ. d. f. 83. & totus Senatus ex 58. perſonis conſtet*, ſecundum *Zeill. in Append. ad d. Chron. d. p. 557. & Topogr. f. 107.*

IV. *Abbas ejus loci ſit Princeps & Status Imperii ut præc. ſect. 1. c. 2. th. 5. expl. 1. notavimus.*

V. *In illa Lutherana religio vigeat, Zeiller. in d. Append. p. 507. & in d. Topogr. f. 106.*

VI. *In illa commercia* & quidem pannorum linteorum admodum floreant, ut tradit *Cruſius d. f. 83.*

VII. *Pro inſigni habeat* aquilam bicipitem in flavo campo cum litera K. ex conceſſione Imperatoris Fri-

derici III. vel IV. *Schrotius f.101. & Zeiller. f.105. ac Sib-*
mach. f.219.
VIII. *Ejus cenſus* Imperialis ſit 156. florenorum ac
ad ſuſtentationem Cameræ in uno termino cum aug-
mento 100. florenorum. *Abbatis autem* peculiaris
eſt 152. florenorum & ad ſuſtentationem Cameræ cum
augmento 150. florenorum ut narrat Zeiller. d. Tit. 7.
n.59. & 3.
Colmaria vetus & in medio Alſatia ſita urbs Impe-
rialis obſcuri plane eſt etymi: dum plerique illam olim
Columbariam à columbarum auſpicio, alii à clava Her-
culis, die Colben/ quâ urbs in clypeo utitur, *alii* & in-
ter illos *Bertius l.3. Rer. Germ. c.6. à carbonibus,* Ko-
len/ quorum olim mercatus ibi fuit, *ſicuti* Weyn-
mar *quaſi* Weinmarcht/ dici credunt, *alii eandem*
ab antiquiſſima Nobilium de Colmariger familia, ut ſen-
tit *Rhenanus l.3. Rer. Germ. p.m.233. & quidem ideo*
primo Colmaringam dictam volunt, ut legi poteſt apud
Reaſa de Urb. Imper. l.1. c.10. & Knipſch. d. l.3. c.9. n.1.
& ſeq.
An verò illa in ruderibus urbis vel caſtelli Argentua-
ria exſtructa ſit, inter eruditos controvertitur.
Affirmat id Cluver. l.2. Germ. Antiq. c.8. f.362. &
Rhenan. d. l.3. p.m.283. & 292.
Negat vero Pirckheymer in Deſcr. German. poſt pr. &
Stumpf. l.3. c.48.
Et forte poſterior opinio verior eſt, ſiquidem vicus Har-
burg & quidem valde probabiliter ex illius ruderibus
exſtructus eſſe dicitur, *ſicuti etiam* illud ex inſcriptione
arcis, quam Georgius Wirtembergiæ Comes anno
1543. ibi exſtruxit, demonſtrat *Renſu. d. c.10. & placet*
Knipſch. d. c.3. n.3.
Illam tamen ex ruderibus Argentuariæ ſimul exſtru-
ctam eſſe ob ſitum plane vicinum non improbabiliter pu-
tat Rhenanus dd. ll.
Quo verò tempore ad Imperium pervenerit, certò et-
iam tradi nequit, opinatur tamen Cruſ. p.3. Annal. Sae-
vic. c.15. f.49. id circa annum 1240, ſub Imperatore Fri-
derico II. factum eſſe, *ſub quo etiam* illam ab Albano
Wolphelino illius apud Hagenoam præfecto muro
circumdatam eſſe ex Chronicis Senonienſibus narrat
Rhenan. d. l.3. p.184. & Herzog in Chron. Alſat. l.9. c.1.
f.148.
Conſtat inſuper ex Annal. Colmarienſ. parte 1. jam an-
no 1232. ibi clauſtrum Monialium ædificatum fuiſſe: ann.
1235. Imperatorem dictum illuc cum multis camelis ve-
niſſe, anno 1247. Colmarienſes à Rubeacenſibus victos eſ-
ſe. anno 1262. in illa Johannem Scaltorum cum multis
nobilibus interfectos eſſe, & anno 1269. Comitem Rudol-
phum de Habſpurck & cives Columbarienſes expugnaſ-
ſe caſtrum Richenſtein, quæ & alia ſatis probant, illam
circa dictum tempus jam civitatem fuiſſe & incrementa
magna habuiſſe. Sicuti etiam jam anno 1255. in confœde-
ratione nonnullarum Imperialium & aliarum celebri-
um civitatum ſimul comprehenſa fuit, ut ex catalogo
illarum apud *Lehm. l.5. c.85.* cognoſcitur. *& anno 1281.*
ob rebellionem ab Imperatore Rudolpho I. expugnata, &
auctoribus illius partim occiſis partim proſcriptis punita
eſt ſecundum Trithem. in Chron. Hirſaug. ad d. annum.
Porrò ex Pace profanâ cum urbibus Argenterato, Ha-
genoâ, Colmariâ hac Schletſtadio Ehenheimio, Coshei-
mio, Muhlhaſio, Turckheimio & Monaſterio anno 1343.
confectâ & ab Herzogio in Chron. Alſat. l.3. c.2. relato
§. hierüber *patet, illam jam tum civitatem Imperia-*
lem fuiſſe.
De illa porrò ſequentia notanda:
I. *Illam eſſe unam ex decem urbibus Imperialibus ad*
Præfecturam Provincialem Hagenoenſem ſpectantibus,
ut legi poteſt apud Knipſch. l.1. c.12. n.177. & ſeq. & nos ſub
Hagenoa latius diximus.

A. II. *Præteritis ſeculis & quidem ſub Imperatore Rudol-*
pho I. ac Adolpho Naſſovico multa perpeſſa eſſe damna,
ut *in d. Annal. Colmar. d. parte 1. ad annum 1285. 1291.*
1292. & parte 2. f.48. & 50. Paralipom. ad Abbat. Urs-
berg. f.m.255. & ſeq. Munſter l.3. Coſmogr. c.147. Braun.
d. l.2. f.36. & Wimphel. Rer. Germ. c.42. legi poteſt.
Poſtea verò in negotio religionis varias viciſſitudines
ſuſtinuiſſe, ut ex Munſtero l.5. Coſmogr. c.130. & aliis re-
ferunt Zeiller in Itiner. Germ. c.11. n.13. & Knipſch. d. c.9.
n.8 & 9.
III. *Per Pacificationem Monaſterienſem vel Germa-*
no-Gallicam perfecturam illam (de qua Knipſch. d. n.
177. & ſeqq. legi poteſt) *in dictas decem Imperiales ci-*
vitates ſalvâ tamen harum immedietate & libertate ad
Regem & Regnum Galliarum in perpetuum translatam
eſſe, ut in Inſtrumento Pacis Germano Gallico in §. Ter-
tio & §. Teneatur &c. continetur. Sed Regem illum loco
B. *protectionis* debitæ & privilegiorum obſervandorum
illarum libertatem anno 1664. non ſolum infregiſſe, ut
ex actis *in Diar. Europæo parte 11. p.143. & ſeqq.* relatis
apparet, *& ideò illa anno ſeq. ſecundum Diarium parte*
12. p.372. attentata iſta Statibus Imperii in Comitiis Im-
perii obtulerant. Sed etiam pleraſq; illarum muris ag-
geribus & munimentis omnibus in hoc bello privaſſe,
pagisque æquaſſe, ſicut *hoc anno 1677. Hagenoa,* ubi
præfectura provincialis fundata eſt, factum eſt.
IV. *Illam pro inſigni* habere, ut jam ſupra dictum
clavam militarem eine Kriegs-Kolben/ ut apud
Schrotium d. f.96. videri poteſt, *ſed Sibmacher p.219.*
forte per errorem, habet rotulam de calcari.
V. *Cenſum ejus eſſe* Imperii 168. florenorum & Ca-
meræ cum augmento in uno termino 133. florenorum
21. Cruc. 3. obolorum *Zeill. de Decem Circul. Tit.8. n.40.*
Plura de illa urbe legi poſſunt apud Wurſtiſium in
Chron. Baſileenſi l.8. c.32. & Zeillerum in Topogr. Alſatiæ
C. *f.10. & ſeqq. ubi etiam typum refert.*
Colonia Ubiorum caput & metropolis nomen ſortita
eſt, quia Colonia Romanorum cum Jure Italico ſ. ecun-
dum l. ult. ff. de Cenſibus in illud oppidum jam exſtans
& in fidem receptum deducta fuit, ut refert *Tac. 12.*
Ann. 27. vocaturque apud Romanos ſcriptores & qui-
dem Marcell. l.16. p.m.61. & Imper. Antoninum in Iti-
nerar. Colonia ſimpliciter, vel cum adjecto Agrippina,
quia ab Agrippinâ Germanici Cæſaris filiâ Claudii
Conjuge & Neronis matre, quo vim ſuam ſociis quo-
que nationibus oſtentaret, deductio illa facta fuit, ut
Tacit. d. c.27. ſcribit, *vel Agrippinenſis, ut idem l.1. hiſtor.*
c.57. & l.4. c.25. Sueton. in Vitellio c.10. & Plin. l.4. c.1[illegible]
eam vocat, quia ſimul ea gens ab ejus avo Agrippa in
fidem recepta jam nomine Romanorum Agrippinen-
ſis vocari voluit narrante eodem *Tacito d. c.27. l.4. hiſt.*
28. & de M. Germ. c.28. quandoq; etiam uno vocabulo
D. *Agrippina apud Eutrop. in Breviar. l.8. in pr. Marcell.*
l.15. p.m.41. 43. & 54. S. Aurelio Victore in Epitome ſub
Ulpio Trajano & Probo, ac Antonino in Itinerario. de
quo plura apud *Cluver. in Germ. Antiq. l.2. c.1[illegible] in pr.*
legi poſſunt.
Sicuti verò illa civitas jam olim nobilis apud Vi-
ctorem ſub Trajano, maxima apud Zoſim. lib. 1. ſub
Gallieno f.m.651. munitiſſima & inde ampli nominis
apud Marcell. d. l.15. p.m.50. & l.16. p.m.61. voca-
ta ac habita fuit: Ita etiam illa magnificentiam &
ſplendorem ſuum non ſolum ſemper tutata eſt [illegible] ed
etiam auxit, dum *anno 1180. incluſis multis cœnobiis,*
templis & ſuburbiis ambitum ſuum conſtructione mu-
rorum amplificavit; & circum muros foſſas duxit
ut refert *Godefr. Monachus Colon. in Annal. ad d.*
annum apud Freher. Tomo 1. Scriptor. Germ. [illegible].247.
& Braun. de urbibus orbis terrar. l.1. f.38. ſeque ni
quoque anno 1187. foſſas & portas refecit, *teſte eod.*
Godefr.

*Godofr. f.*250. *Et hinc etiam à Sigiſmundo Imperatore* **in dem Huldigungs-Brieff** *urbs illa nobilis, & præ omnibus civitatibus privilegiis munita vocata apud Beſold. de Jure Imperial. Civit. th.* 5. *ac à Friderico* III. *Imperatore apud Limn. d. c.* 10. *n.* 16. *in Diplomate* **die würdige Stadt** *nuncupata* & digna æſtimata fuit, ut à *Gelenio in ſingulare libello, cui titulus: de Admiranda ſacra & civile magnitudine Coloniæ* deſcriberetur.

Præſertim cum antiquiſſimam libertatem ſemper ſartam tectam cuſtodiverit, & ab Imperatore Ottone I. Imperio reſtituta fuerit, ut refert *Braun. d. f.* 38. *& Bertius d. l.* 3. *Rer. Germ. ſub illius deſcriptione.*

Illam tamen à Nordmannis anno 981. *occupatam & incenſam fuiſſe refertur in Annal. Franc. Fuldenſ. apud Freher. Tom.* I. *Scriptor. German. f.* 44. *ac ab Imperatore Friderico* I. *punitam, ut unam portam deſtrueret ad unam teſtudinem & foſſam impleret quatuor locis ad* 400. *pedes narrat Godofr. Monach. in Annal. ib. f.* 252.

De illa ſequentia maximè memorabilia notanda.

Habet I. *Archiepiſcopatum antiquiſſimum &, ut annales habent, an. Christi* 67. *à Materno diſcipulo S. Petri inſtitutum,* ut apud *Bucelin. in Germ. Sacra parte* 1. *f.* 24. legi poteſt. *Gelenius tamen in d. tr. l.* 1. *Syntagm.* 5. *an.* 88. *ponit, addens, ex traditione Maternum illum fuiſſe adoleſcentem illum Naimeum à Chriſto ſuſcitatum & à D. Petro in Alſatiam ad prædicandum Evangelium miſſum, & cum ibi in villa Legia mortuus eſſet, baculo S. Petri iterum à mortuis ſuſcitatum, ac inde ad Ubios profectum, & cum ibi Epiſcopus factus* 40. *annos Evangelium prædicaſſet, an. ætatis* 115. *tertiâ vice mortuum.*

Sed ſedes Archiepiſcopalis à longo tempore Bonnæ (quæ jam ſub Veſpaſiano hiberna Romanorũ fuit, ut apud *Tacit. l.* 4. *Hiſt. c.* 19. 20. *&* 25. legitur, & à multis cum *Ara Ubiorum apud eund.* 1. *Ann.* 39. *&* 57. *ac Floro l.* 4. *c.* 12. §. 26. *uti etiam Ptolom. l.* 2. *Geogr. c.* 9. *& in Itin. Antonini circa Rhenum* memorata, *contradicente tamẽ Lipſio in Comm. ad Tacit. d. c.* 57. *p. m.* 64. pro eadem habetur, ut apud *Cluver. d. l.* 2. *c.* 17. *f.* 404. prius defendẽtem legi poteſt) fuit, illamq; *Conradus Archiepiſcopus an.* 1240. *muro & foſſâ, ædificiis commodis & ampliſſimo Canonicorum collegio decoravit, ut refert Braun. de Urbibus Orbis l.* 2. *f.* 33. *ut ita procul dubio ab illo tempore ſedes illa ibi conſtituta fuit,* vide etiam *Zeill. in Topogr. Archiepiſcopatus hujus, ſub illa urbe f. m.* 49.

II. *Academiam celeberrimam anno* 1388. *à Senatu ibi fundatam, ut præc. parte* 2. *Sect.* 2. *c.* 2. *th.* 26. *expl.* 1. conſignatum eſt.

III. *Templum Cathedrale ampliſſimum, ſed ad perfectionem non deductum, ut refert Braun. l.* 1. *f.* 38. *& Middend. de Academ. l.* 5. *p.* 159. *ubi illud late* deſcribit aſſerendo, id ſi ei extrema artificum addita eſſet manus, nullum omninò universâ Germaniâ templum elegantiâ & magnitudine non ſuperaturum & meritò inter ſtupenda Europæ annumerandum eſſe. *Illud ab Archiepiſcopo Conrado an.* 1248 *inchoatum fuiſſe, poſt alios Zeill. in d. Topogr. f.* 43. tradit, quod etiam ſub illo memorat *Bucel. in Germ. Sacr. à p.* 1. *ſub Epiſcop. Colon.*

In illo corpora trium Regum vel Magorum, qui Salvatorem noſtrum Jeſum Chriſtum cum oblatione munerum Bethlehemi adorarunt, & Mediolano à Friderico I. Imperatore capto per Reginoldum Colonienſem Epiſcopum tanquam donum Imperatorium eo delata fuerunt, *adhuc ſervantur & oſtenduntur,* ut ex antiquioribus ſcriptoribus *Otto de S. Blaſio in Append. ad Friſingenſis Chron. c.* 16. & ex recentioribus *Cranz. l.* 6. *Saxon. c.* 24. *Joh. à Leydis l.* 18. *Chron. Belg. c.* 4. *& Gelen. d. tr. l.* 2. *Synt.* 45. *p.* 216. *& ſeq. quamvis diverſis circumſtantiis referunt.*

IV. *Ædificiis publicis plurimis* & inter illa duobus Hoſpitalibus & Noſocomiis octo Gerontocomiis, uno Brephotrophio, & uno ædificio pro cuſtodiendis

A. furioſis ornata eſt, ut legi poteſt apud Zeiller. in d. Topogr. ſub illa urbe f. 43.

V. *Triplex in illa eſt Magiſtratus.*

Eccleſiaſticus, qui eſt Archiepiſcopus loci non ſolum in Clericos & cauſis Eccleſiaſticis per officialem ſuum, *ſed etiam in ſecularibus* & quidem criminalibus omnibus ac civilibus pleriſque etiam cives concernentibus *per ſecularem ſuum Judicem Gravionem dictum: cui novem Aſſeſſores ſeu Scabini,* qui à collegis ex civibus poſſeſſionatis eliguntur, ac ab Archiepiſcopo confirmantur, *adjuncti ſunt, juriſdictionem plenam, exceptis illis caſibus,* in quibus Senatus ab antiquo judicandi poteſtatem habet, & qui Tribunos & tribus concernunt, ut continetur **in den** *Concordatis* **des Ertzbiſchofs Hermans und der Stadt Cöln** *de an.* 1506. *apud Limn. d. l.* 7. *c.* 10. *n.* 21. *relatis* §. **doch ſollen** *&c. de quibus plura ſeq. n.* VI. *adducta, ex tranſactione cum Comitibus Arensbergiis vel Areburgiis olim initâ, ut a-*
B. *pud Kyriandr. de Orig. & Statu civit. Auguſtæ Treviror. parte* 13. *f.* 146. *legi poteſt, exercet, ita tamen, ut in criminalibus executio ante non perficiatur, quam delinquẽs hodie Comitum Tecklenburgicorum* (qui illud jus à Comitibus Nevenarienſibus tanquam hæredes obtinent) *cuſtodia per unam noctem exhibitus fuerit, quod inde originem traxit,* quia Comites Nevenarii ob fundos proprios urbi in ſupradicta amplificatione ſimul incluſos ejus hæreditarii tunc judices facti ſunt, ut poſt *Werdenhag. de Rebusp. Hanſeat. parte* 4. *c.* 1. *p. m.* 815. *& ſeq. tradit Zeiller. in d. Topogr. f.* 42. *& ſeq. vide etiam præc. Sect.* 3. *c. unico th.* 8. *in expl. ſub Tecklenburgicis conſignata.*

Vocatur autem illud Archiepiſcopi judicium ſeculare **das Ertzbiſchofl. Hochgerichte.** *Videtur tamen Archiepiſcopus hoc judicium non ut perſona Eccleſiaſtica ſive Archiepiſcopus, ſed Laicus & Burggravius exercere, quoniam in privilegio Friderici III. apud Limn. d. c.* 10. *n.* 16. *aliquoties ſcriptum eſt,* **erwehlter und be-**
C. **ſtätigter Ertzbiſchoff zu Cöln als Burggraff,** *item* **Ertzbiſchoff oder Burggraff.**

Quomodo vero per inſidias & vim Archiepiſcoporum ſuorum propriâ juriſdictione olim urbs hæc privata fuerit, late tradit Werdenh. d. l. p. m. 785. *& multis ſeq.*

Civicus ſeu Senatus Urbicus, qui ex 49. *perſonis,* inter quas primarii ſunt *ſex Conſules per vices* in perſonis duorum ſingulis annis alternantes, & ſimul ærarii curam habentes, *Magiſtri Vinarii, duo Cenſores* **die Stimherrn** dicti, & *duo Commiſſarii* ſunt, reliqui verò alia officia adminiſtrant. *Et hi omnes ex toto populo in* 22. *tribus diſtributo conſtituuntur,* ita, ut ex illis 36. ab univerſo populo, & reliqui 13. ab illis 36 jam Senatoribus eligantur, ut refertur à *Zeillero in d. Topogr. f.* 42. *& Gelenio in d. tr. l.* 1. *Synt.* 2. *p.* 13. *& ſeq.*

Et ideò Status illius urbis Democraticus vel mixtus ad minimum eſt, ut etiam tradit Beſold. de Iure Civit. Imper. th. 11.

D. *Et Academicus, cujus caput eſt Rector una cum quatuor Decanis, merum & mixtum imperium in Academicos Cives exercens & privilegia Univerſitatis conſervans,* ut *præc. p.* 2. *ſect.* 2. *c.* 2. *th.* 5. *in expl. & th.* 22. *expl.* 3. dictum.

VI. *Privilegiis gaudet ſequentibus primariis.*

1. *De non appellando* à ſententiis Senatus interlocutoriis & definitivis, niſi ſumma in litem primò deducta 300. aureos Rhenanos excedat *ex Privilegio Caroli V. de anno* 1551. *apud Limn. d. l. c.* 10. *n.* 14. *Sed ſummam illam ab Imperatore Ferdinando II. ad* 700. *aureos Rhenanos vigore Privilegii de anno* 1623. *extenſam fuiſſe Blumius in Proc. Camer. tit.* 47. *Tab.* 6. *refert.*

2. *De planè non appellando à Senatus ſententiis in cauſis tribunos & tribus concernentibus latis ex privilegio Rudolphi II. Imper. de anno* 1577. *apud Limn. n.* 15.

3. *De cudenda aurea & argentea moneta ex privilegio*

vilegio Friderici III. *Imperat.* apud eundem num. 17. A.

4. *De immunitate civium* à vectigalibus Bopardæ, Werdæ & Duisburgi ab aliis præſtandis *ibid. n.* 18.

5. *De Caſtris in vicinia non exſtruendis ſeq. n.* XII. *relato.*

VII. *Inſignis hodie* utitur trium coronarum flavarum in campo ex ſuperiori parte rubro, ex inferiori albo *Sibmach. p.* 219. quod quidam ob dicta tria Orientalium Regum corpora recepta factum putant, *de quo legi poſſunt judicia diverſa Gelenii d. tr. l.* 2. *Synt.* 45. *p.* 216. *& ſeq. ac Höpingii de Iure inſign. c.* 6. §. *n.* 10. 18. *& ſeq.*

VIII. *Inter civitates Imperii in ſcamno Rhenano primum occupat locum, ut ex ſchemate Civitatum prac. parte* 2. *Sect.* 2. *c.* 9. *th.* 17. *in expl. adducto* patet, *& eundem tenet in Deputatione ordinaria, ut prac. th.* 5. *expl.* 3. *diximus.*

IX. *Inter civitates Hanſeaticas provinciarum Rhenenſis, Geldria, Tranſiſalana, Friſica ac Weſtphalica caput eſt, ut ſimiliter d. prac. parte* 2. *ſect.* 2. *c.* 10. *th.* 10. *in expl. n.* (4.) *tradidimus.* B.

X. *Illa vulgo inter quatuor ruſticos Imperii recenſetur, & pro ejus ratione affertur, quia famulus & ſervus Conſulum ruſtico amictu poſt illos incedens baculum geſtat,* ut poſt alios refert *Zeiller. in Itiner. Germ. Contin. c.* 21. *n.* 12. *& in Chronicis illius urbis in medio nigra crucis colonus cum flagello depictus eſt,* narrante *Mauro in deſcript. Coronationis Caroli V. Imperatoris, ſub Rubr. Qua ceremonia in templo ſervata ſunt, ubi tamen addit,* in illa coronatione *Comitem de Witgenſtein & Wilhelmum de Nevenar Archiepiſcopum Colonienſem cum flagris, quibus frumentum excutitur, viridis & albi coloris humoris impoſitis praceſſiſſe, & his ſignificari, Archiepiſcopum provincia praſidem ab Imperatore Romano utile dominium civitatis Colonienſis obtinere. Cum quo ferè concordat, quod Bockmannus in Chron. Lubec. f.* 183. his verbis narrat. C.

Wann ein Biſchoff zu Cöln zu Chor gehet / gehet ihm ein Centgraff vor / das iſt der Blutrichter / trägt einen weiſſen dicken Bengel Arms-dicke zweyer Ellen lang / darnach trägt ein Knecht ein gulden Schwerdt aufrecht in einer Scheiden: Darnach gehen zween Vorlende der Stifft / trägt einer ein grünen / der ander einen weiſſen Flegel von Sammet auff den Schultern / zu bezeugen / daß Cöln ein Baumann und ein Baur des Reichs ſey / und der Biſchoff ein Haupt darüber.

Sed hoc aliis diſplicet, contendentibus baculum illum nitidiſſimum loco faſcium apud Romanos olim uſitato modo geſtari, ut videri poteſt apud *Golen. d. Synt.* 2. *& Zeiller. in d. Topogr. f.* 41.

Quibus tamen obſtat, quòd ſervus & famulus ille ruſtico, ut dictum, amictu incedat ac Conſulem Colonienſem Romanorum more non præcedat ſed ſequatur, ut *Zeill. d. l.* etiam indicat. D.

Ut inde praſumendum ſit, alia id forte de cauſa nunc ignota introductum eſſe.

XI. *Illa quidem Archiepiſcopo juramentum praſtat ſed ſaltem fidelitatis non ſubjectionis, & ideo in illo cives ſe liberos cives nominant, ut videri poteſt apud Limn. d. l. n.* 7.

XII. *Illa privilegio quoque munita eſt,* ne ullum caſtrum in vicina Rheni ripa exſtrui poſſit, cùm itaq; anno hujus ſeculi duodecimo *Mulheimum ad Rhenum* muniretur, Imperator Matthias ad Erneſtum Marchionem Brandenburgicum & Wolffgangum Wilhelmum Comitem Palatinum Rheni de munimento illo demoliendo mandatum miſit, ut legi poteſt apud *Gold. Tomo uno Conſtit. Imper. f.* 584. *& ſeq.*

XIII. *Illius cenſus Imperii eſt* 1100. florenorum & ad ſuſtentationem Cameræ hodie cum augmento A. 400. floren. ut refert *Zeill. de decem Circ. tit.* 9. *n.* 32.

XIV. *Civitas illa cum Archiepiſcopo hodierno Maximiliano Henrico litigia non levia juriſdictionem ſuam concernentia habuit, unum praterito anno* 1653. *& ſeq.* ut ex ſcriptis controverſis à *Paſtorio* **in ſeinem ſcharffſinnigen Adler** *pag.* 36. & ſeqq. relatis cognoſci poteſt: *alterum praterito anno* 1663. de qua quædam reperiuntur *in Diar. Eur. part.* 19. *p.* 381. *&* 384.

De antiqua cum Archiepiſcopis lite & varia fortuna civitatis conſuli poteſt Werdenhag. d. parte 4. *c.* 2. *p. m.* 785. *&* multis ſeq.

Multos caſus ibi obventos lege **in Sauers vermehrten Städte-Buch** *p.* 295. *& ſeqq.*

Conshamium Germanicè **Roßheim** / *Sibmach.* **im Wapenbuch** *p.* 219. *à roſa, ejus inſigni* **Roſenheim** / *parva urbs Imperialis in Alſatiâ loco frugifero ſita ignoti eſt etymi,* & ad *Voigtiam Hagenoienſem* pertinet, ut ſuprà ſub hac urbe annotavimus. B.

Sub Frederico II. *Imperatore etiam foſſâ & muro circumdata fertur,* & quidem à Cæſaris hujus Præfecto in dicta urbe Hagenoa Albano Wolfelino (qui etiam *Colmariam* muris firmaſſe ſcribitur, ut *ſupra ſub illa urbe annotavimus*) ut tradit *Reuſn. l.* 1. *c.* 20. 21. *&* 22. *Sed id procul dubio erroneum eſt, quia Hertzog in Chron. Alſat. l.* 3. *c.* 10. *refert, illam jam anno* 1132. *vi occupatam & combuſtam fuiſſe.*

Quando & quomodo ad Imperium pervenerit, non reperitur, forte autem à dicto Imperatore Friderico II. qui multa oppida ad Imperium tranſtulit, ut notum eſt, illud factum eſt, cùm ex iis, quæ *ſub Colmariâ antonum.* 1. *dicta,* conſtet, illam urbem jam *ante annum* 1343 *imperialem fuiſſe.*

Ubi tamen notandum, illam, noſtro quidem ſcitu in conſignatione urbium Imperialium ad expeditionem bellicam contribuentium primùm anno 1489. apud Lehman. l. 7. c. 120. in fine repertri & Receſſum Imperii Auguſtanum anno 1500. ſimul ſubſcripſiſſe. C.

De illa parùm apud Scriptores Germanicos reperitur, niſi quòd anno 1315. *illa* uſque 30. ædes combuſta fuerit per incuriam alicujus pueri vel puellæ ignem è vicinia petentis & in platea prunam in ſtramen cadentem non obſervantis, unde illud incendium ortum eſt, & poſt *Hertzog d. l. refert Zeil. in Topogr. Alſat. f.* 45. ubi ex *Magero de Advoc. armata c.* 2. *n.* 221. *tanquam ſingulare refert,* quòd officium præturæ Imperialis ibi ad privatam familiam Rumeliorum jure hereditario & imperialis feudi titulo ſpectet.

Cenſus ejus Imperii eſt 24. florenorum, *&* Cameræ 25. florenor. *Limn. Tomo* 4. *d. l.* 7. *poſt. c.* 44.

Et Inſigne Roſa rubra in campo albo Sibmach. p. 219.

Dinckelſpubla in Suevia ſita urbs Imperialis à verbis Germanicis **Dinckel** *vel* **Dinggel** *Latinis Arincâ vel Zeâ nobilioris frumenti genere ibi nativo &* **Pühl** *vel* **Bühel** / *quod Latinis colles, quorum tres in illa urbe ſiti ſunt, ſignificat, communiter derivatur,* & inde nonnullis *Tricollis & Zeacollis* vocatur: *Et etymon illud inde probatur, quia* civitas adhuc hodie pro inſigni unà cum Imperii aquilâ tres inauratas Zeæ ſpicas ſingulas in ſingulis tribus collibus habet, ut poſt alios narrat *Zeiller. in d. Topogr. Suevia ſub illa urbe f.* 58. *ac de Decem Circ. tit.* 7. *p.* 546. D.

Illam primùm oppidum villicum à villa, quæ ei originem dedit, ut in antiquo ſigillo legitur, dictam, ac *anno* 928. *ſub Imperatore Henricô* I. *contra Hungarorum incurſiones ſimplici, ac poſtea anno* 1126. *duplici muro ac turribus probe munitam fuiſſe idem ib. narrat. Et fuit olim unà cum Hala Suevorum praſidium adverſus Francos, quemadmodum Rotenburgum Francorum praſidium contra Suevos, ut Reuſner. l.* 2. *c.* 14. annotavit.

Quo tempore verò urbs imperialis facta ſit non exactè conſtat: Illam tamen jam anno 1351. *talem fuiſſe inde colligitur, quod* Imperator Carolus IV. tunc illam

Ludovico

200. libris Hallenſibus oppignoravit, & illa ſemet ipſam poſteà redemit, ut poſt alios narrat *Knipſchild. d.l.3.c.11.n.6. Sicuti etiam jam an.1378.referẽte Bucel.in deſcr. Conſtantiæ part.2. p.302. & anno 1381. confœderationem urbium imperialium interfuit,ac anno1385.*in conventu Conſtantienſi inter eaſdem comparuit,ac rurſus an. 1387. confœderationi illarum acceſſit, ut apud *Lehm.l.7.c.66.& ſeqq.* traditur.

De illa notanda porrò ſequentia.

I. *Illius ſtatum ab anno* 1387. quo inter Senatum & plebem magna ſeditio orta eſt, *usq; ad annum 1552. fuiſſe Democraticum,& illo tempore ab Imperatore Carolo V. miſſis eò Legatis in Ariſtocratiam mutatum, ac totum regimen quindecim viris commiſſum,* iiſq; 25.perſonas tanquam majorem Senatum, inter quos etiam hodie 12. judices Ruſticorum **die 12. Bauerrichter/** & 8. regionum magiſtri **die Viertelsmeiſter** reperiuntur, adjunctos fuiſſe, ut refert *Knipſch.d.l.n.7.*

II. *Illam ex privilegio Auſtregarum* in primâ inſtantia habere judicem **die Stadt Amman**/ qui ſibi 4. juratos judices ex Civitatibus Nordlinga, Rotenburgo ad Tubarim, Halâ Suevorum, & Werthâ Suevica adjungit, narrante *Limn, tomo 3.l.9.c.5.n.16. Et quidem ex privilegio Maximiliani I. de anno* 1510.

III. *Illam in fertiliſſimo ſolo ſitam eſſe & tot ſtagna ac piſcinas habere, quot annus dies ſecundum Munſter. l. 3. Coſmogr. c. 307. & Reuſn. d.c.14.*

IV. *In illâ Senatum & munera publica ex utraque religione conſtituta eſſe vigore Inſtrument. Pacis Art. 5. §. Civitatum & Receſſus executivi apud Knipſch.d.l.n.10.*

V. *Illius cenſum* eſſe 208.florenorum & ad ſuſtentationem Cameræ cum augmento 138. florenorum 21. cruciat.& 3. obolorum, ut refert *Zeill.d.tit.7.n.56.*

VI. *Pro inſigni gerere.* ut jam ſupradictum tres inauratas ſpicas in tribus flavis collibꝰ & rubro campo apud *Schrotium* **in dem Wappenb.** *f.97.& Sibmach.p.219.*

Plura de illâ legi poſſunt apud Abelinum in ejus deſcriptione ſingulari.

Dortmunda vel Tremonium, olim Trotmannia & Trutmannia in Edicto Henrici II. *Imperatoris apud Goldaſt. Tomo 3. Conſtit. Imper. f.311. à Trotmannis vel Trutmannis Sueviæ populis ibi olim habitantibus dicta, à Wittichindo l.2. Annal.f.m.20. Thortmanni in Weſtphalia & Comitatu Marcano ſita imperialis urbi origine antiqua & ex duobus pagis olim exſtructa ac a Carolo M. primum jure municipali & arce regia donata, atque exinde à Comitibus vel vicariis regiis gubernata eſt,* ut refert *Braun. de Civitatibus Orbis Terrarum l. 4. f. 20. Chytr. in Chron. Sax.l.16.poſt pr.& Werdenh. de Rebusp. Hanſeat.d.p.4 c.7.p.m.1003.& ſeqq.* ubi ex Braunio d.l. addit in ejus rei memoriam adhuc locum quendam à Comite Dortmundano poſtmodum ad Senatum translatum, **Königshofsland** & villas circumjectas **die Reichshöfen** appellari.

In Collegium Canonicorum D. Pantaleoni Carolus M. conſecravit, & filius ac nepos Ludovicus abſolvit, *verum Hanno Archiepiſcopus Colonienſis* Coloniam, tanquam in tutiorem locum ſub nomine D. Mariæ ad gradus tranſtulit, ut refert *Braun. & Chytr. dd. ll.*

Exſtinctis vero Caroli poſteris ſub Saxonum & quidem Henrici I. Imperatoris Imperio ab Hunnis graviter tum tota reliqua Germania tum Tremonienſis etiam ager afflictus eſt, in quo agmen illorum ad internecionem caſum memorant. Appellatur enim in hodiernum diem non modò rivus quidam non procul à porta aquilonari in loco aquoſo **die Hunen-Tráncke**/ Hunnorum aquatio, ſed etiam ampliſſima ſolitudo ab eâdem porta remotior **die Streitheyde** campus pugnæ, in quo aliquando graviter pugnatum eſſe, etiam *oſſa & arma ibidem ſæpè* tùm ex terra effoſſa, tum in cavis arboribus *reperta*, oſtendunt, ut iiſdem verbis *Chytræus latioribus v. Braunius dd. ll.* narrant. *Paulò poſt ab*

A. *Ottone I. Imperatore* in bello cum rebelle fratre Henrico, cui adhæſit, geſto *capta fuit, ut Wittechindus d. l.2.f.20. Gobelin. in Coſmogr. Ætat.6.c.48.* & prædicti auctores retulerunt. Ab illo verò tempore Imperatoribus ſemper fidelis fuit, ſecundum eoſdem.

In illa urbe Henricus II. celebrem Synodum Imperii conventum, cujus etiam *Ditmar. in Chron. Merſeburg. l.6.f.m 64.& Gobelin. ſeq.c.52. f.211,* meminit, egit, in quo *Mainardus Epiſcopus Paderbornenſis* ſuam matrem parricidii accuſavit, idque anno 1016. factum fuiſſe *Braun. d. l. ex Annalibus* refert.

Sub Henrico IV. *Imperatore* cladem non levem perpeſſa eſt, cum Saxonici proceres contra illum arma ſuſcepiſſent, ſecundum eundem.

Anno 1297. *feſto S. Marci per incuriam cujusdam civis pene tota incendio conſumta eſt, ſed Imperator Albertus I. huic calamitati proſpexit, & conſiſtorium dirimendis per imperium litibus ibi conſtituit,* & annuos
B. mercatus indixit, quo beneficio mox reſtituta fuit, ut narrat *Braun.d.l. Anno* 1388. *multorum potentiſſimorum Principum,* quorum caput Fridericus de Salverde Archiepiſcopus Colonienſis fuit, *obſidione totum annum & novem menſes durante graviter afflicta,* ſed intervenientibus vicinarum civitatum legatis per pacificationem liberata fuit, ut apud eundem legi poteſt.

Paulò poſt ſeditione inter nobiles magiſtratum gerentes & plebem ob crimen peculatus illis intentatum ortâ *pené tota concidit, tandemq; res eò devenit,* ut illi carceribus diu incluſi omne æs alienum publicum ſolvere coacti ſint, *& introductum fuerit, ut nobilibus ex ſex tribubus ſinguli Senatores adderentur, idq; an.* 1400. *factum demum eſſe ex Annal. annotavit idem Braun.d.l.*

De illa præterea notanda ſequentia.

Quod I. *Dortmundanum Comitatum* integrum feudi jure ex certo pacto cum Comitibus illis, eorumque
C. Succeſſore *Johanne Steckio* inito cum omni imperio *circa finem ſeculi 15. acquiſiverit,* idque *Maximilianus* I. *anno* 1504. *Imperatorio diplomate confirmaverit,* atq; ita Senatus in civitatẽ & illum Comitatum plenâ poteſtate & juriſdictione præditus ſit, ut idem narrat, cui junge *Limn. Tomo 4.poſt c.14. n.1.*

II. *Ex dicto privilegio Imperatoris Alberti* I. *ſecundum tenorem illius omnes ſententiæ rerum controverſarum, de quibus dubitatur, apud Senatum ejus urbis requirenda ſint inter Rhenum & Weſaram, de omnibus civitatibus Teutonia, quæ ſunt in Romano Imperio ex iſta parte Alpium, &c. ut idem ibidem refert.*

Sed iſti privilegio poſtmodum per Cameram Imperialem multum derogatum eſt.

III. *Cives ab omnibus* vectigalibus, teloniis, exactionibusq; terrâ mariq; undiq; per Imperium Romanorum immunes ſint, *ex privilegio Friderici* II. *Ludovici* IV. *& Caroli* IV. *ſecundum eund. d.l.* ubi plura memorat.
D. IV. *Urbi jure monetandi gaudeat referente Limn. tomo 4.l.7.poſt c.14.n.1.*

V. *Ejus Cives* ad externa judicia inviti compelli nequeat, narrante *eod. ibid. & Braunio d. l.*

VI. *Habeat Gymnaſium celeberrimum anno 1543. à Senatu inſtitutum Chytr. d.f.404.*

VII. *Inſigne gerat aquilã nigra* integræ in flavo campo, referente *Schrotio d.f.97. ſed Sibmacher. p.221. habet campum album.*

VIII. *Cenſum habeat* Imperii 204. florenorum, & ad ſuſtentationem Cameræ contribuat cum augmẽto 133. florenos 21. cruciatos 3. obolos *Zeill. d.tr. tit.9.n.34.*

Ehenhamium aliis Nehenhaimium ſuperius **Ober-ehenheim**/ ad differentiam Ehenhæmii inferioris ita dictum & in Alſatiâ ad fluvium Ergrum ſita *imperialis urbs incerta etymologiæ & de illa parum memorandum eſt, niſi quod* non admodum antiqua ac demum *poſt annum* 1262. *muris circumdata* ſit, ut *Hertzog.*

tzog in Chron. Alſatia l.3.c.10.memorat & ad Voigteiam vel Advocaturam Hagenoenſem pertineat.

Cenſum Imperii habet 80. florenorum, & Cameræ ordinariè 47. florenorum & cum augmento 79. florenorum 10. cruc. & 5. obolorum, ſecundum *Zeiller. tit.8.n.44.*

Illam urbem jam ante annum 1343. civitatem Imperialem fuiſſe, ex iis, quæ ſuprà ſub Colmariâ ante num. I. adducta ſunt, conſtat.

Eslinga Suevia Imperialis urbs ad Nicrum ſita, in antiquis monumentis & privilegiis Ezzelinga & Eſſelinga ut apud *Beatum Rhenanum l.1.Rer.Germ.p.119. & Knipſch. l.2.c.22.n.8 & 9. ac c.23.n.6. & l.3.c.13.n.54.59.62.63. & 64. vel Ezslingen, uti apud Urſpergenſem in Chron. ſub Imperat. Philippi Bellis,* reperitur q. **Eſſe oder Eiſenklingen**/ *à clangore æris* ibi in officinis à fabris dies noctesque cudi ſoliti nomine illo *euphonia cauſa poſteà in* **Eßlingen** contracto & mutato, communiter dicta creditur, ut legitur apud *Cruſ. in Paraleip. ad Annal. Suevic. c.14.f.60. & Reuſn. de urb. Imper. l.2.c.6. ubi ſimul traditur, vocem* **Klingen** *etiam vallum denotare, atq; ita duplici modo rationem etymi reddi poſſe.*

Verum Munſter. l.3. Coſmogr. c.29. oſtendit Suevis terminationem urbium in **Jngen** *ferè communem eſſe, uti Francis terminationem in* **Furth** *ubi legi poteſt, ex quibus nos ſaltem eas, quæ in Lingen deſinunt, hic congerere voluimus, tales ſunt,* **Elingen**/ **Biglingen**/ **Reutlingen**/ **Uberlingen**/ **Stülingen**/ **Villingen**/ **Nörlingen**/ **Tutlingen**/ **Sefflingen**/ **Bälingen**/ **Beblingen**/ **Dillingen**/ **Knitlingen**/ **Neidlingen**/ **Oetlingen** *vel* **Friedlingen**/ **Pfüllingen**/ **Steißlingen**/ **Weiblingen**/ **Wendlingen**/ **Wiblingen**.

De ejus origine nihil reperivimus, ſatis antiquam tamen illam eſſe Rhenanus d. l. in privilegio Caroli M. (ſi modo de civitate hoc id intelligendum eſt) *judicat.*

Ab Imperatore Friderico I. illam muris cinctam, privilegiis ornatam & imperialem urbem factam eſſe tradit Felix Fabri in Hiſt. Suever. l.1.c.12.p.105. Sed eam demum anno 1215. vel 1220. à Friderico II. Imperatore muro circumdatam eſſe ex aliis narrat Cruſ. d.f.60. & in Annal. ipſis parte 3.l.1.c.1.f.4. & Lehm. l.4. Chron. Spir. c.4.f.286. & ſequenti anno 1233. Rex Henricus cum fratre Conrado Cœnobium Prædicatorum, nec non domum equeſtrem ædificare cœpit referente *Cruſio d.p.3.l.1.c.9.f.31.*

Sicuti etiam à Ludovico IV. & Carolo IV. Imperatoribus vigore Diplomatum *à Knipſch. d. n.6. de anno 1315. & 1370.* uti etiam Privilegiorum ejusdem *Caroli IV. & filii Wenceslai de anno 1348. & 1377. ab eod. d. c.13.n.53. & ſeqq. adductorum pro civitate Imperiali habitâ,* eique ad exſtructionem ſuburbii **Ober-Eßlingen** collecta Imperii & vectigal Judæorum ad quinquennium addictum fuit, apud *eundem d. c.13. n.5.*

In fœdere civitatum Imperialium anno 1377. icto, teſte Bucel. in deſcript. Conſtantiæ p.2.p.302. comprehenſa fuit, & in Conventu Earundem Conſtantia anno 1381. & 1385. habito ſimul comparuit, ut apud *Lehm. l.7.c.66. & 67.* continetur.

Sed forte diu ante Friderici tempora urbs fuit, quia jam Henricus IV. Imperator anno 1077. ibi principum conventum habuit, ut Cruſius in Paraleipom. c.14. in f. narrat.

Variam fortunam poſtea paſſa eſt, ſiquidem Imperator Fridericus Auſtriacus Ludovici IV. Anticæſar *illam anno 1315. & ſequenti bis graviter obſedit,* & cum illo prope eam prælium commiſit, & poſtea cum *anno* 1360. in Comitiis Imperialibus ibi habitis *ſeditio* exiſteret, & *dictus Ludovicus Cæſar* ob periculum ſe

A. ſubtraheret, *juſſu ejus ab Eberhardo Wirtenbergenſium Comite graviter obſeſſa & ad ſe liberandum ac conciliandum Imperatori 60000. vel 70000. dicto verò Comiti 30000. florenos ſolvere coacta fuit,* ut refert *Cruſius Annal. Suevic. parte 3.l.4.c.4.f.206. & ſeq. ac l.5.c.6. in pr.* & quo ad poſterius *Trithem. in Chron. Hirtaugienſi f.230.*

Præter dictas officinas ærarias etiam multis vineis egregium vinum ferentibus gaudet.

De illa porro notanda ſequentia.

I. *Habet tria ſuburbia egregia* urbem ipſam valde ſpectabilem reddentia, ut tradit *Knipſch. d.c.13.n.3. & ſeq. ac Cruſius in d. Paraleipom. f.60. & ſeq.* ubi illa deſcribunt.

II. *Jure deputationis inter civitates imperiales in Comitiis illarum gaudet, ut præc. th.5. expl.3. ex Knipſch. adduximus, & tangit Limn. Tomo 4. d. l.7.c.15.n.6. ac*
B. *Zeiller. in Topogr. Suev. f.70. Et in illa conventus civitatum alternatim cum Wormatiâ celebrandi ſunt, ut infra ſub hâc n.11.* dictum eſt.

III. *Hodie regimen Ariſtocraticum ibi viget, ut tradit Knipſch. d.l.n.14.*

IV. *Ædificia publica diverſa,* utpote Curia, Orphanotrophium, leproſarium, prochotrophium, brevotrophium, noſocomium, domum mercatoriam & tribuum ab Prytaneum, **eine Bürgerſtube**/ & alia plura *ab eodem n.17. & multis ſequentibus relata habet.* Inter alia verò à Zeill. in Itiner. c.8.n.2. *Hoſpitale & cella vinaria in illo octangulatim exſtructa admodum celebrantur, ut ibi legi poteſt.*

Repeiuntur quoq; ibi aliquot ædes monaſteriales, **Cloſterhoffe**/ quæ omnes ſub jurisdictione & partim protectione urbis ſunt, ut refert *Knipſch. d.l.n. 25. & ſeqq.*

Inter illas Adelbergenſes jus Aſyli obtinent ex privi-
C. *legio Maximiliani I. & aliquot ſucceſſorum, uti id probat idem l.2.c.28 n.15.*

V. *In illâ ſola Lutherana religio viget, & Catholici ſaltem ſacellum,* in quo ſolùm miſſam celebrant, in Ædibus Cæſarea Montanis poſſident, ut tradit *id. d. c. 13.n.32.*

VI. *Privilegia ſecundum recenſitionem ejus, eod. c.13. n.36. & ſeqq. ac n.53. & ſeqq. habet ſequentia.*

1. *Caroli IV. de anno 1348. & ejus filii Wenceslai de an.1377. quod non poſſit oppignorari vel alio modo ab Imperio alienari.*

2. *Sigismundi Imp. ſuper fodinas metallicas de an.1433.*

3. *Imperatoris Ruperti nundinarum publicarum celebrandarum de anno 1408.*

4. *Caroli V. Imperatoris de prima inſtantia,* coram Sonatu Ulmenſi, Reutlingenſi & Heilbrunnẽſi habenda *de an.* 1541. cum recognitione Cameræ Imperialis de anno 1589. *ita, ut actori integrum ſit* unum ex illis
D. ſeparatim vel omnes conjunctim pro judice eligere, uti in iſto privilegio continetur.

5. *Quale jus de non appellando ex Privilegio Friderici & Ludovici Imperatorum habuerint,* & quam ſummam appellabilem Carolus V. illis conceſſerit apud *Knipſch. d.c.13.n.59. & ſeqq. legi poteſt, ſed cum hodie ex R.J. de anno 1654. §.* **Vierdtens** *talis ſumma ad 400. thaleros Imperiales communiter extenſa ſit, illo jure etiam hodie cives ibidem utuntur.*

Plura videri poſſunt apud Knipſch. d.l.

VII. *Pertinet ad illius encomia, quod ibi Comitia Imperii quadam, utpote ab Henrico IV. an.1077. & à Carolo IV. an.1360. ut refert Cruſ. in Paraleip. d.c.14. in f. & d. parte 3. Ann. c.4.f.206. ac à Civitatibus ipſis anno 1486. narrante Lehm. l.4.c.5.f.288. & ſeq. ac 1538. ſecundum Sleidan. l.10.p.m.257. nec non haſtiludium vigeſimum an. 1374. ut apud Modium in Pand. Triumph. tom.2.f.93. & Limn. tom.3.l.6.c.5.n.12. legitur, celebrata fuerint.*

Item

Item quod illuc tempore peſtis Judicium Camerale anno 1555. ad tempus tranſlatum & Academia Tubingenſis eandem ob cauſam in illam bis tempore anno 1567. & 1571. & quidem priori vice cum 400. Studioſis migraverit, ut memorat Lonn. Tom. 4. l. 7. c. 15. n. 4. & Cruſius d. parte 3. l. 12. c. 12. f. 728. & c. 17. f. 743.

VIII. *Illa cum Comite Ulrico Wirtembergico* interventu Johannis Archiepiſcopi Trevirenſis an. 1472. *tranſegit, ut omnia ejus civium, Monaſteriorumq́ꝫ civitatis bona & jura in Comitatu illo ſita & competentia ab omni ſteura, collecta & contributione libera ſint, ut apud Knipſch d. c. 13. n. 52.* legi poteſt.

IX. *Cenſus ejus* Imperialis eſt 146. florenorum & 40. crucigerorum & ad ſuſtentationem Cameræ ſingulis ſemeſtribus ſolvit 152. florenos ac 11. crucigeros, ſecundum *Eund. n. 13. de quo tamen vide Zeiller. de Dec. Circul. Tit. 7. n. 46.*

X. *Habet illa Protectores Duces Wirtembergicos non tamen hæreditarios, ſed temporarios & ex utrimq́ꝫ partis beneplacito, ſicuti an. 1640. protectio illa iterum ad 15. annos & quidem cum in finem renovata fuit, ut commercia inter cives Eslingenſes ac ſubditos Wirtembergenſes liberè exerceantur. Sicuti etiam iidem Duces vigore tranſactionis de anno 1557. in illius territorio ideo conducendi jus habent, ut utrumque à Zeillero d. Tit. 7. p. 554. refertur.*

XI. *Inſigne illius eſt aquila* nigra integra & coronata cum ſcutulo rubro & viridi in flavo campo apud *Schrotium d. l. f. 98. ſed Sibmach. p. 219.* habet ſimplicem in flavo campo.

Plura vide apud Merian. in Topogr. Suevia f. 69. & ſeq.

Francofurtum ad Mœnum in Wetteraviâ ſitâ celeberrima imperii urbs & nobiliſſimum Germaniæ emporium à Francorum vado vel trajectu communiter, ut etiam Ditmarus in Chron. Merſep. l. 7. f. m. 104. & Friſingens. de Geſt. Friderici I. Imper. l. 1. c. 43. conſignavit, & rectè dicta eſſe traditur ſicut Schweinfurth *q.* Schwabenfurth *&* Haßfurth *q.* Heſſenfurth/ Haſſorum trajectus referente *Cruſio p. 1. Annal. Suev. l. 1. c. 3. f. 11. & tangente Rhenano l. 3. Rer. Germ. titulo Francofurdia.* Erfurth *quaſi* Erfesfurth *vel* Gerefurth ſecundum communem traditionem à *Dreſſero de Urbibus Germ. p. 225.* & aliis relatam. *Oxonia Angliæ* Oxford *vel* Oxenford à boum vado teſte *Camdeno in Deſcript. Britanniæ p. m. 156. dicitur.*

A quo verò condita & quando primum hoc nomine ornata fuerit, difficile demonſtratu eſt, ut etiam Latomus in Actis aliquot vetuſtioribus illius urbis apud Florianum in der Franckfurtiſchen Chronica *p. 220. agnoſcit, plures de origine opiniones vide apud Florianum p. 267. & ſeqq.*

Quidquid verò ſit illud certiſſimum eſt, quod illa urbs diu ante Caroli M. tempora extiterit, ſiquidem Æmilius de Rebus Francorum illam à Clodomiro Francorum Duce à Clotharico II. facto *exſtructam refert, alii verò id Franco Regis Marcomiri filio attribuunt,* ut apud *Trithem. de Origin. Franc. f. 71. & in Compend. Annal. ſub Marcomero Rege 26. f. 19. Gebuiler. de libert. Germ. c. 1. Latomum d. l. Braun. de Urbibus l. 1. f. 35. & Dilich. in Chron. Haſſia p. 1. p. 51.* legi poteſt *ubi etiam prac. p. 30. conjicit, illam olim Artaunum, cujus à Ptolom. l. 2. c. 11. p. m. 51. mentio fit, & poſtea Helenopolin dictam eſſe in gratiam nempe ultimi Ducis Franconiæ à Faramundi ſtirpe Helem, ut refertur à Floriano p. 273. quo ad poſterius conſentientem ſibi habens Alshamerum in Comment. ad Taciti Germ. f. m. 191. & Francken in Chron. quod tamen aliis & inter illos Latomo d. l. diſplicet. Et Trithem. l. 1. Annal. Regum Franciæ ſub Lothario Rege 50. f. m. 49. ſcribit, illum anno 618.* (quo Theodorici Regis Auſtraſiæ ſucceſſor

A. factus eſt) *Comiti Rhadoni Auſtraſiam, Pipino Franciam inferiorem & Genebaldo Franciam Orientalem regendam dediſſe, huncque Francofurtum villam juxta Mœnum erexiſſe, cui fere conſona ſunt, quæ ex veteri manuſcripto refert Florianus in d. Chron. p. 270.*

Quibus addendum, quod jam anno 753. Pipinus Rex Caroli M. pater ibi conventum regni habuit & templum Salvatoris exſtruxit, ut Florianus in d. Chron. in pr. & Latomus ibid. p. 227. demonſtrat, item quod anno 794. Carolus M. ibi ſolennitatem Paſchalem celebravit & contra hæreſin Felicianam concilium in præſentiâ omnium Epiſcoporum & Legatorum Pontificiorum celebravit, eamque damnavit, ut tradunt Regino lib. 2. Chronic. ad annum illum, Adelmus Benedictinus in Annal. Reg. Francor. ac Marian. Scotus in Chron. lib. 3. Æt. 6. ad annum eundem &
B. *Reges Francorum principalem ſedem regni Orientalis ibi habuerunt, narrante Regnone d. l. 2. ad an. 876. & ideo Ludovicus Pius poſt mortem patris ſui illuc in palatium venit; ut memorat Adelmus ad ann. 815.*

Ut taceamus, Francos, populum potentiſſimum diu ante provinciam illam ſimul poſſediſſe & per vadum illum Galliam ſæpè infeſtaſſe, ut ſcribit Pirckheim. in Deſcript. Germ. p. m. 676. & procul dubio ideo urbem in antiquis monumentis non Francofurtum ſed ad Frankonefurt appellari, ut memoratur à Florian. d. Chron. p. 271. In dem vermehrten Städte-Buch *Sauris p. 501.*

Quod ſi tamen non exſtructio ſed ſola & ſpecialis nominis impoſitio Caroli M. attribuatur temporibus non adeò refragabimur: Narratur enim ab Hiſtoricis, illum, cum Saxonum exercitus ab adverſâ ſtetiſſet ripâ, ibi per vadum ex improviſo tranſiiſſe, & hoſtes profligaſſe, indeq́ꝫ villam illam id amnea, locum v. ubi Saxones
C. *caſtra habuère,* Sachſenhauſen *dictum fuiſſe*, ut inter alios legi poteſt apud *Otton. Friſing. de Geſtis Friderici I. Imperatoris d. l. 1. c. 43. Guather. in Ligur. l. 1. poſt pr. & Gobelin. in Coſmodr. Ætate 6. c. 38. f. 118.* qui tamen rem paulo aliter narrat, ubi videri poteſt.

De illâ urbe porro notanda ſequentia.

I. *Illam à dictâ Saxenhuſâ ponte lapideo ſuper Mœnum anno 1035. exſtructo ſeparatam quidem, utramq́ꝫ tamen uni Magiſtratui ſubjectam eſſe, ut apud Florian. d. l. p. 16. & Reuſn. de Urbibus l. 1. c. 9. uti etiam Zeill. in Topogr. Haſſia f. m. 29. legi poteſt.*

II. *Illam anno 1343. amplificatam & novis muris ac foſſis munitam, ac anno 1552. munimento iſto ante Saxenhuſam, uti etiam foſſâ novâ firmatam, tandemque anno 1628. quo nunc conſtat modo muniri cœptam fuiſſe, ut legitur* In dem vermehrten Städte-Buch *Sauris p. 513. 516. & 519. ac à Florian. p. 44. 105. & 119. item p. 244. conſignatum eſt.*
D. III. *Illam eſſe unam ex civitatibus quatuor imperialibus jus cæteras convocandi habentibus, ut jam præt. th. 5. expl. 1. conſignavimus.*

IV. *Illam gaudere duabus nundinis univerſalibus per totam Europam celebratiſſimis, Autumnalibus* ſcilicet in feſto Nativitatis Mariæ incipientibus & *Vernalibus* in Dominicâ Judicâ initium ſumentibus, ac unasquasque *ex Privilegio Wenceslai Imperatoris de anno 1384.* 24. dies durare. *Et priores quidem à Friderico II. Imperatore, poſteriores verò à Ludovico Bavaro inſtitutas eſſe,* ut late legi poteſt apud *Lonn. lib. 7. c. 16. n. 24. & ſeqq. & Knipſch. lib. 3. cap. 14. n. 33. & ſeqq.*

Quibus addendum nundinas illas ex Privilegio Friderici II. & Caroli IV. omni ſecuritati pro illas viſitantibus *munitas eſſe in tantum, ut nullus mercator* durantibus nundinis intra & extra urbem *ad milliare arreſtari ac banniri queat, item, ut* nullibi in vicinia nox

nundinæ concedi debeant per privilegium Ludovici A.
de anno 1337. conſtitutum eſſe, ut legi poteſt in privilegiis illis apud *Limn. d. c. 16. n. 24. 27. & 30.*

Illamq; adeo eſſe emporium totius Germaniæ famigeratiſſimum, de quo vide elegans encomium legatum Henrici Stephani apud Reuſn. de Urbibus in f.

V. *Illi privilegium competere, quod Imperator vel Rex Romanorum ibi eligi debeat, ut præc. Sect. 1. c. 3. th. 24. in expl. demonſtratum eſt, quibus addi poſſunt, quæ Limn. d. c. 16. n. 7. & ſeqq. explicationis & exceptionis loco adduxit. Ubi obſervandum, primam electionem ibi anno 887. vel ſequenti in Arnolpho, remoto vel depoſito Carolo Craſſo, factam eſſe, ut demonſtrat Florian. in ſæpè d. Chronico p. 19. & ſeq. & Dilich. in Chron. Haſſiæ p. 1. p. 51. ubi ſubſecutas electiones narrat.*

VI. *Cives ibi in tres diſtinctos eſſe ordines nempè primum, qui eſt patriciorum, quorum ſocietas in* Alten *Limpurg,* (quo nomine ædes curiam in dextrâ contingentes vocantur) *ſecundum, qui eſt mercatorum* B.
& ex patrimonio ſuo viventium, quorum ſocietas in dem Frauenſtein (quo nomine ædes ad ſiniſtram curiæ exſtructæ veniunt) *eſt, & tertium qui reliquos vulgares cives ex artificibus, opificibus ac ſimilibus opere ac labore vitam ſuam ſuſtinentibus in ſe complectitur, & ex his in certos tribus diviſos quondam Senatores, ex primis duabus verò Scabinos & Conſules electos fuiſſe,* ut legi poteſt apud *Draton. de Origin. & Jure Patricior. l. 3. c. 1. n. 17. & Zeill. in d. Topogr. f. m. 29.*

Cum verò anno 1614. vel ſeq. per haſce tribus ingens ſeditio, de quâ ſubſeq. n. 9. actum eſt, excitata eſſet, horum poteſtas omnis anno 1616. per decretum Commiſſariorum Cæſareorum 28. Febr. publicatum ſublata fuit, ut refertur In dem vermehrten Städte-Buch Sauers. *Florian. p. 109. & ſeqq.* & *in Diario Hiſtorico* des Franckfurtiſchen gefährlichen Aufſtandes. *ac Zeill. ibid.* C.

VII. *In illâ primam ſedem habuiſſe Cameram Imperialem, ut legitur* In der Handhabung des Landfriedens zu Wormbs *de anno 1595. tit.* Alle Regiſter und des Reichs lehenbücher *Gail. l. 2. de Pace Publ. c. 1. n. 28. & Dilich. d. p. 1. p. 55. ubi refert Imperatorem Maximilianum I.* in ædibus Groſsbraunfels dictis primum Camerale judicium habuiſſe, & ipſummet præſediſſe, *ac Eitel Fridericum Comitem Zolleranum Judicem, uti etiam aliquot Aſſeſſores conſtituiſſe quod etiam ex parte narrat Florian. in d. Chron. p. 96.*

Poſtea autem illa Spiram ob commoditatem & *utilitatem Imperii, ut tradit Limn. d. l. 7. c. 16. n. 9.* nec invitis Francofurtenſibus ob multa à Cameralibus prætenſa & obtenta privilegia tranſlata fuit, de quo in ſeq. ſub Spirâ n. 13.

Hinc cum anno 1641. in Comitiis Ratisponenſibus de Camerâ ſecuritatis causâ iterum Francofurtum D.
translocandâ actum eſſet, *Francofurtenſes* illud ob multas in medium adductas rationes renuerunt & tandem ſe Camerales non in formâ collegii ſed tanquam privatas perſonas cum Archivo recepturos promiſerunt, ut legi poteſt apud *Eund. Tom. IV. dd. ll.*

IIX. *Civitas illa non poteſt ab* Imperio *alienari, vel alias hypothecari ex privilegio* Imperatoris *VVilhelmi de anno 1253. Richardi de anno 1257. & Caroli IV. de anno 1366. apud Limn. d. l. 7. c. 16 n. 12. & ſeq.*

IX. *In illâ anno 1614. & ſeq. gravem ſeditionem* ut jam præc. n. VI. dictum, *ortam,* & per Commiſſarios Cæſareos per gravem executionem punitam ac ſopitam fuiſſe, ut breviter à Zeill. f. 32. & latè ab *Authore Diarii Hiſtorici* des Franckfurtiſchen gefährlichen Aufſtandes *refertur.*

X. *Propè illam ſpatio quinq; milliarium circum circa nullum munimentum exſtrui poteſt ex Privilegio Ludovici Bavari de anno 1322. ibid. n. 17.*

XI. *Civitas extra urbem utramq; ſe quocunq; modo munire poteſt ex privilegio Friderici IV. de anno 1470. ibid. n. 18.*

XII. *Vexillum Imperii ad ſui ſecuritatem in arcibus & pagis ſuis erigere poteſt ex privilegio Sigismundi 1426. ibid. n. 19.*

XIII. *Ab omnibus collectis & contributionibus libera eſt ex privilegio Ludovici Bavari 1320. ibid. n. 20.*

XIV. *Clerici ibi ex donationibus piis & extranei Laici immobilia acquirere nequeunt ex Privilegio Caroli IV. 1376. & Sigismundi 1416. ibid. n. 22.*

XV. In *concurſibus creditorum* debitum civitatis aliis creditoribus præfertur, *& in bonis vacantibus ac* quæ indignis auferuntur jure fiſci regii ſuccedit *ex privilegio Maximiliani* II. 1572. *ibid. n. 32.*

XVI. *Monetam argenteam & auream cudere poteſt ex privilegio Ludovici IV. 1346. Sigismundi 1428. & ſeq. & Caroli V. 1555. ibid. n. 33. & ſeqq.*

XVII. *Cives illius ad nullum extraneum judicium nec aulicum quidem citari poſſunt ex privilegio Adolphi & Caroli IV. 1294. & 1349. ibid. n. 37. & ſeqq.*

XVIII. *A Sententiis Senatus in cauſis verbalium & realium injuriarum planè non, in pecuniariis autem ubi debitum 200 aureos Rhenanos excedat, appellari poteſt ex privilegio Caroli V. & Maximiliani* II. 1541. & 1568. *ibid. n. 42. & ſeq. Sed hodiè vigore R. I. de anno 1654.* §. Vierdtens *ex generali privilegio ſummam appellabilem habet* 400. *thalerorum.*

XIX. *Cenſus Imperialis eſt* 800. florenorum & Cameralis cum augmento 416. florenorum 42. crucigerorum & obolorum, ut habet *Zeill. de Decem circul. Tit. 8. n. 38.*

XX. *Traditur quidem communiter, quod Magiſtri Pugilum vel Gladiatorum certorum* der Marx-Brüder *dictorum ſolùm hoc creari poſſit, ſed Imperatoris Friderici* III. *diploma de anno 1487. à Limn. t. 5. l. 7. c. 16. relatum aliud & quidem hoc demonſtrat, omnes liberos pugiles* die Freyfechter *in quavis civitate Imperiali ab illius artis magiſtris creari poſſe.*

XXI. *Ibi quotannis in nundinis autumnalibus judicium* das Pfeiffer-Gerichte *dictum, habetur,* cujus deſcriptionem ex *Hornickſe de Poſtarum jure c. 8. th. 10. refert Limn. Tomo V. l. 7. c. 16. & narrat Florian. in Chron. Francof. p. 24.* ubi legi poteſt.

XXII. *Urbs hæc in nundinis circa feſtum D. Iohannis Argentorati celebratis tenetur Argentoratenſibus ob commercia offerre calicem ex certo ligno factum, in quo certa piperis grana & nux odorata vel muſcata impoſita ſunt, ut narrat Limn. T. 4. d. l. 7. c. 3. n.* III.

XXIII. *Inſigne ejus eſt aquila alba,* coronata ac flavum ſemicirculum in alis habens in rubro ſcuto. *Schmach. p. 219. & Schrot. f. 99.*

Plura de illâ & quidem quo ad diverſos eventus videri poſſunt apud Zeill. f. 30. & ſeqq.

Fridberga in Wetteravia quoq; ſita Imperialis urbs antiquiſſimæ quidem eſt originis, ut inter alios tradit *Dilich. in Chron. Haſs. d. parte 1. p. 59. ſed non ejus, quam refert Limn. d. l. 7. c. 17. n. 1. & Knipſch. d. l. 3. c. 15. n. 2.* nulla enim id auctoritate probari poteſt.

Illam ab Imperatore Friderico II. ita, & quidem primò Friederichsberg/ *vocatam eſſe tradit quidem Romanus de Urbibus præcip. p. 146. ſed fortaſſis errat, dum Fridericus ille caſtrum à ſe ibi in rupe exſtructum Fridrichsburgum nominavit, ut recenſet Dilich. d. p. 59. & civitas iſta diu ante illum tanquam celebris imperialis urbs ita vocata fuit,* ut legi poteſt apud *Auctorem* (qui eſt Joh. Gœddæus celebris ille JCtus) des gründlichen Berichts der Stadt Friedberg. *parte 1. c. 2. n. 13.*

Id tamen communiter refertur, quod à Friderico eſſe multis ampliſſimis privilegiis & regalibus ornata

fuerit,

fuerit, ut traditur à Dilich. d. p.59. Reuſner. l.1. c.18. & multis aliis. ſicuti etiam Richardus Imperator (tertius ab illo) in ſuo Privilegio Urbi iſti anno 1257. conceſſo ſcribit ſe privilegia civibus illis à Divis Imperatoribus & Regibus Romanis prædeceſſoribus ſuis conceſſa confirmaſſe.

Dignitas verò & auctoritas ejus antiqua inde eluceſcit, quod jam anno 1255. in fœdere civitatum, cui poſtea Eccleſiaſtici Electores & aliqui Principes Eccleſiaſtici ac Seculares, Comitesque acceſſerunt, *comprehenſa fuerit* apud *Lehm. l.5. c.92. f.605. & Anno 1368. cum Imperatore Carolo IV. una cum aliis Imperii Statibus pacem profanam* den Landfrieden *confecerit apud Eund. l.7. c.52. ante fin. ac ab eodem* in A. B. *Tit.1. verſ. Deinde ad conductum Archiepiſcopi Colonienſis ſimul deſtinata fuerit: ab Imperatore Wenceslao cum aliis civitatibus executrix contra Adolphi Epiſcopi Spirenſis injuſtum vectigal Höchſtii intentatum conſtituta fuerit apud Lehm. d. l.7. c.59. ante fin. & cum aliis Statibus ſimul judex data fuerit à Diethero Archiepiſcopo Moguntino contra Adolphum ibi electum Archiepiſcopum apud Eundem l. eod. c.105. f. 939.*

De illâ porro notanda ſequentia.

Quod I. *illi lis de immediato Imperii ſtatu à dicti adjacentis Caſtri cognominis Burggravio & Condominis injuſtè mota fuerit per rationes à dicto Auctore Reſponſi Juris ſive* deß gründlichen Berichts derſelben ꝛc. & *Knipſch. d. l.3. c.15. n.7. & ſeqq. pro & contra relatas, quo pertinet Rudolphi I. Imperatoris decretum de anno 1285. apud Goldaſtum Tomo uno Conſtit. Imper. f.314.* in quo civitas ab illorum jurisdictione exemta eſt.

II. *Antea magna urbs, ſed per diverſa incendia in primis anno 1383. in quo 900. & anno 1447. in quo 700. ædes conflagrarunt*, ibi orta valdè imminuta fuerit, ut narrat *Dilich. d. p.59. & ſeq. & olim Emporium habuerit celebre, ſed illud an.1340. Francofurtum tranſlatum ſit ſecundum Cruſ. parte 3. l.4. c.12. f.238. & Antheſium in* Zaners vermehrten Städte-Buch *p.547.*

III. *Privilegiis variis gaudent*, inter quæ potiſſima ſunt.

Quod 1. *cives ad externa judicia* evocari nequeant, *niſi* in causâ denegatæ juſtitiæ, ex privilegio *Imperatoris Rudolphi I. de anno* 1291. *apud Limn. d. l.7. c.17. n.5.*

2. *Civitas ab Imperatore & imperio nullatenus poſſit alienari & hypothecari ex privilegio Richardi Imperatoris de anno 1257. ibid. n. 6. & ideo* cum illa à Carolo IV. anno 1349. *Günthero Comiti Schwarzenburgico* ad certum tempus & modum hypothecata fuerit, id ſalvo immediati Status & libertatis jure factum ſit ex ejus Diplomate d. anni *apud Eundem n.7.*

Ubi Notandum, illud oppignorationis jus poſtea à Comitibus Schwarzenburgicis in N. Archiepiſcopum Moguntinum & Comites de Iſenburg ac Dominos de Epſtein, uti etiam Senatum ac Civitatem Francofurtenſem, & à prædicto Archiepiſcopo iterum in Burggravios & Ganerbios Friedbergenſes ac dehinc à dictis Comitibus & Dominis in Eosdem translatum fuiſſe: Et ideo civitatem illam juramentum de agnoſcendo & obſervando iſto oppignorationis jure primò dicto Comiti de Schwarzburg & ejus ſucceſſoribus, ac poſtea dicto Archiepiſcopo ac memoratis Comitibus ac Dominis præſtitum, tandem ſolis Burggraviis ac Ædilibus, uti etiam Senatui & Civitati Francofurtenſi præſtitiſſe, ut in dicto *Reſponſo Juris Parte I. Puncto 5. n.34. & ſeqq. & Parte 2. n.67. & ſeqq.* qui formulas talium juramentorum exhibent, refertur: *Et quia ultimo num. 70. relata formula* dicto Burggraviatui & Senatui ac civitati adhuc ſub Imperatore Rudol-

A. pho II. adhuc præſtita fuit, abſque dubio illis hæc urbs iſto nexu adhuc obligata eſt.

Juramentum verò illud homagiale non eſſe in d. Puncto 5. num.34. & ſeqq. ac paſſim ſatis clarè demonſtratur.

3. *Intra urbem ab Imperatoribus nullum caſtrum extrui debeat ex d. Imperatoris Richardi privilegio de anno 1257. Ibidem n.8.*

4. *Habent jus confœderandi* ſe cum Statibus Imperii quibuscunque ex *Privilegio Caroli IV. de anno* 1349. *apud eund. n.7.*

5. *Quatuor nundinas habeat* ex privilegio diverſorum Imperatorum & *inprimis Caroli V. ac Rudolphi II.* de anno 1582. *ibid. n.13.*

6. *Nullus clericus* vel alia immunis perſona ibi bona immobilia emere poſſit, ex *privilegio Caroli IV. de anno 1363. ibid. n.14.*

B. 7. *Jus Stapula habeat ex privilegio Wenceslai de anno 1393. ibid. n.18.*

8. *Sit in ſpeciali protectione Imperatoris & Imperii ex privilegio Ruperti Imperatoris de anno* 1400. *apud Knipſch. d. c.15. n.37.*

9. *Cives ſint immunes à vectigalibus* usque ad urbem Francofurtum ex *privilegio Wenceslai de anno 1394. apud Eundem n.38. & Limn. n.17.*

10. *Habent jus exigendi vectigalis* & detinendi illud non ſolventes etiam in alieno territorio ex *privilegio Caroli IV. de anno* 1361. *apud Knipſch. n.37.*

11. *Non teneatur recipere Judæos, niſi prius homagium præſtiterint, ex privilegio Wenceslai de anno* 1394. *ibid. num.46.*

IV. *Cenſus illius ſit* 48. florenorum & ad ſuſtentationem Cameræ cum augmento ſolvat 54. florenos 10. Crucigeros & 5. obolos. *Zell. Tit.8. n.49.*

V. *Ab illâ hodie*, niſi ſumma 400. Joachimicos

C. thaleros excedat, appellari non poſſit, *ex privilegio Statibus hodie communi in R. J. de anno* 1654. *§.112. relato.*

VI. *Inſigne habeat* aquilæ nigræ in tricolli & flavo campo ſecundum *Schrotium f.99. ſed Sibmacher. d. p.219.* in mediâ aquilâ caſtrum album habet cum tribus pinnis.

Gelnhuſa olim Gulenhuſa, Geilinhuſa & Gelahuſa, ut legi poteſt in Diplomate Henrici VI. Imperatoris de anno 1196. apud Miræum in Diplom. Belg. l.2. c.57. & Friderici I. de anno 1184. apud Gold. Tomo 2. Conſtit. Imper. f.50. & de anno 1186. apud Limn. Tom. IV. l.7. c.7. p.175. Godofr. Monach. Colon. in Annal. de anno 1180. apud Freher. Tomo I. Scriptor. Germ. f.247. & ad annum 1188. f.252. ac Arnoldum Abbatem in Chron. Slavor. l.1. (qui ratione continuationis Helmoldianæ eſt tertius) *c.17. in f. & c.18. in pr. & apud Limn. Tomo 3. l.7. c.17. n.6. ac ita minus*

D. *accurate ab ubertate ſoli quaſi Geilhauſen derivata à quibusdam, ut refert Knipſch. d. l.3. c.16. n.1. in Wetteravia quoq; ſita eſt ſed incerti etymi, Imperialis urbs.*

Sicuti etiam à Richardo Imperatore in Privilegio de anno 1257. apud Limn. d. l.7. c.17. n.6. cum reliquis tribus Wetteravicis Imperialibus civitatibus conjungitur, & Imperatori ac Imperio immediate reſervatur, ac inter Status & Civitates Imperiales in Wetteraviâ ſitas Electorem Colonienſem vigore A. B. tit.1. §. deinde conducit, nec non à Ruperto Imperatore in decreto de anno 1406. apud Zeiller. in Contin. Itiner. c.1. f.30. n.51. expreſſe ita vocatur, in matriculâ Imperii de anno 1545. & 1551. comprehenſa eſt, ac adhuc in Comitiis Imperii anno 1641. & 1654. per Legatum Francofurtenſem Receſſus ſimul ſubſcripſit, de quo plura *ſeq. num.3.*

Ubi tamen ex Zell. in contin. Itiner. d. l. & de decem Circul. tit.3. p.185. Munſtero l.3. Coſmogr. cap.355. &

Sprengero in Lucerna hodierni Status c. 6. p. 319. aliisq; Scriptoribus notandum, illam à Carolo IV. Imperatore anno 1349. Gunthero Comiti Schvvarzenburgico oppignoratam fuiſſe, & hujus abnepotem Henricum illam 1436. Ludovico II. Electori Palatino atque Reinhardo Comiti Hanovienſi in Munzenberg pro 8000 florenis cum pacto reluendi vendidiſſe, ac ideo illos eam eximere voluiſſe, ſed litem non fuiſſe deciſam & anno 1602. adhuc in Camera Imperiali pependiſſe, nihilominus tamen illam à tempore motæ litis Imperio nihil contribuiſſe, nec repartitioni Norimbergenſi anni 1650. inſertam fuiſſe, quâ etiam de cauſâ Nos illam ſeq. cap. 2. th. 2. in expl. ſub urbibus Imperialibus controverſi adhuc juris ſimul poſuimus.

Quibus ex Limn. Tomo 4. lib. 7. cap. 20. addimus **Weiſſenbergerum** *ejus loci Syndicum in præfat. ad Tabul. Ordinat. Camer. referre, quod Elector. Palatinus Rheni & Comites Hanoviæ ob jus pignoris Gelnhuſæ tutelares patroni ſint: &* **Wurffbain** *in Relat. Hiſtor. parte 6. f. 211. ac Sprenger. d. p. 319. illius rei originem ad annum 1436. referre.*

Nos cauſam & modum iſtius oppignorationis hactenus quidem in actis publicis reperire non potuimus niſi apud Florian. in d. Chron. p. 251. ubi inter acta à Latomo conſcripta hæc habentur: Die 11. Cal. Junii Marchiones & Duces concordarunt Carolum & Guntherum, ut videlicet Gunthero 22000. Marcæ ſuper imperio deputarentur pro quibus oppida, **Gelnhauſen / Mühlhauſen** & **Goßlar** *obligabantur: Sed* **Mühlhauſen** & **Goßlar** *ſe redemerunt, &* **Gelnhauſen** *diu manſit obligatum. Tradunt alii oppidum* **Arnſtadt** *eo pacto ad Comites de Schvvarzburg perveniſſe.*

De quo etiam Cuſpinianus in Vitâ Caroli IV. & Naucleri vol. 2. gener. 6. poſt pr. pauca agit.

Quibus addimus oppignorationis hujus mentionem quo ad urbes Northauſiam & Goslariam, ac reditus urbis Muhlhuſii in diplomate à Carolo IV. anno 1349. dato etiam fieri & adjici, quod interim urbs Fridberga Gunthero prædicto oppignorata fuerit, ut legi poteſt apud Limn. d. l. 7. cap. 17. n. 7. de quo ratione Fridbergæ ſub illâ urbe quædam annotavimus.

Quando verò & à quo Gelnhuſa condita fuerit, ac quo tempore imperio acceſſerit hucusque nullibi reperire potuimus. Illam tamen antiquam Imperialem urbem eſſe, inde colligitur, quod jam ſeculo duodecimo Imperator Fridericus I. & Henricus VI. ibi reſederint, ut ex Diplomatibus ibi confectis & ſupra in principio ac auctoribus illis allegatis conſtat.

De illâ porro notandum.

Quod I. *ibi caſtrum Ganerbiorum, ſicuti Fridberga, ſit,* & à Burggravio ac condominis illud gubernetur, ac *ab illâ urbe planè ſeparatum, quo circa etiam in urbem, quæ ſingulari dicaſterio gaudet, nullam juriſdictionem habet, ut etiam tradit Kylling. de Ganerb. caſtror. diſc. 19. n. 38.*

II. *Ab Imperio non poſſit alienari vel hypothecari ex privilegio Richardi Imperatoris de anno 1257. apud Limn. d. l. 7. c. 17. n. 6. quod tamen neglectum ſecundum ante dicta.*

III. *Cum Moguntiâ,* **Wormatiâ** *& reliquis tribus in* **Wetteraviâ** *ſitis imperialibus urbibus à* **Wenceslao** *Imperatore anno 1379. executrix contra Adolphi Spirenſis Epiſcopi injuſtam vectigal Hochſtii erectum conſtituta fuerit apud Limn. l. 7. c. 59 ante finem.*

IV. *Pro inſigni habet* aquilam nigram integram in flavo campo apud *Schrotum d. f. 99. ſed Sibmach. p.* 220. habet ſcutum album, & in medio nigram trabem. *Zeiller. verò in Topogr. Haſſ. f. 41. in typo urbis utrumq;* ac quidem hoc ſcutum in mediâ aquilâ.

V. *Ab illâ hodie, niſi ſumma 400. Ioachimicos thaleros excedat, appellari non poſſit ex privilegio Statibus hodie communiter in R. I. de anno 1654. §. 112. conceſſo.*

VI. *Cenſus antiquus Imperii* 84. florenorum & Cameræ 35. florenorum *Zeiller. Tit. 3. p. 185. licet hodie ſecundum prædicta nihil contribuat.*

Ubi notandum, nos quidem urbem illam hic inter perfectas imperii civitates poſuiſſe, *ſed quoniam* illa ut in præcedentibus adduximus, ob oppignorationem à Comitibus Palatinis ad Rhenum & Hanovienſibus controverſiam paſſa & illa nondum deciſa eſt, *ſimul ſeq. th. 9. in expl. ſub controverſis locaſſe.*

Gemunda Suevorum (item Gamunda, Gamundia) & ab Henrico III. in Privilegio Epiſcopo Patavienſi Engelberto dato Gemundes, ut paulò poſt demonſtratum eſt, *ad differentiam aliarum cognominum civitatum, quæ apud Zeiller. de Dec. Circul. tit. 1. p. 26. & ſeq. tit. 6. p. 431. & lib. 8. p. 696. legi poſſunt, unde nomen obtineat, ſcriptores inter ſe variant, nonnulli enim, utpote Cruſius parte 2. Annal. Suev. lib. 9. cap. 4. f. 316. referre, illam primo* **Käyſersgereut** *quaſi truncatum à Cæſare locum, deinde* **Thier-Garten /** *vivarium, & poſtremo Gamundiam tanquam gaudia mundi ſecundum nonnullos dictam eſſe, quia ibi proceres Sueviæ aliique Principes & Nobiles ludis equeſtribus aliisque honeſtis celebritatibus ſe exercuerunt & exhilararunt. Addit que aliam reperiri hujus denominationis cauſam in libris Monachorum Lorchenſium, nimirum hanc, quod Fridericus Dux Sueviæ ob repertum ibi ab ejus conjuge Agne amiſſum annulum deſponſatorium exclamarat, gaude munde! & inde ex voto ibi urbem exſtruxerit, eamque hoc nomine ornaverit.*

Sed ille iſta omnia meritò pro incertis habet addendo, ſe poſtea alibi inveniſſe non urbem hanc, ſed cœnobium quoddam illâ de cauſâ ex voto conditum fuiſſe.

Verior itaque eſt Reuſneri de Urbibus Imper. lib. 2. cap. 15. opinio, quam etiam Zeiller in Itiner. Germ. cap. 25. n. 15. f. 540. approbat, quod nimirum illa à verbo Germanico **Gmund /** *oſtium rivulorum vel fluminum in majorem fluvium excurrentium ſignificante, (licet Freher. p. 2. Orig. Palat. cap. 11. f. 48. verbum Gemund à verbo Mundio derivet) dicta ſit, ſicuti etiam eadem ad rivulos quoſdam in Remiſum fluvium ſe ingerentes ſita eſt; & alia quædam oppida cognomina ad flumina vel aquas ſita, utpote Lechsgmunda arx ad confluentem Lyci & Danubii à Ratis*ponenſibus anno circiter 1248. deſtructa, & *quaſi os Lyci dicta, ut refert Aventin. lib. 2. Annal. Bojor. f. m. 54. & Cruſ. parte 2. lib. 9. cap. 15. f. 354. & ſeq. Neckermunda ad Nicarum. Zeiller. in Topogr. Palatin. Rheni f. 37. ubi f. 62.* alio duo refert, nempe *Gemunde* **In der Nachgau** & **Sahrgemunde.** Item *Gemunda ad Mœnum*, ubi Sala hunc influit, *Idem in Topogr. Franc. f. 25. Gemunda* **an der Wöhr** *in Haſſia, Gemunda ad locum Trauna eodem nomine* ideo inſignita fuerunt: ut inter alios narratur **In Sauers vermehrten Städte-Buch** *ſub illo nomine, Alia verò oppida & fortaſſis ad fluvios confluentes & oſtia talia ſita, utpote Angermunda ad Albim* in Marchia veteri, *Angermunda & Sermunda Marchia Uckerana & Electoralis, Uckermunda & Peinemunda Pomerania, Travemunda Wagria, Warnemunda Mechlenburgi, Weixelmunda Boruſſia, Orlamunda Thuringia, Ruremunda Gelria, Dortmunda Weſtphaliæ, Lavamunda Carinthia, Teneremunda Flandria, Dunemunda Livoniæ,* ſimilem determinationem habent, de quo etiam

Altha-

Altbamerus in Comment. ad. Tacit. Germ. p. m.35. & 142. ac Bruno in Not. ad Cluver. Manuduct. ad Geograph. l.2. c.19. n.11. conſuli poteſt, ubi prior alia adhuc ejusmodi nomina memorat.

Urbs illa primò municipium & prætorium Ducum Sueviæ fuit, & poſt mortem ultimi nempe Conradini, imperio, ſicuti aliæ ejus urbes, acceſſit, referente Cruſ. d. p.2. c.4. f. 317.

Ejus antiquus ſplendor inde pateſcit, quia Imperator Henricus III. anno 1049. Privilegium Engelberto Epiſcopo Pataviensi (in quo Geminis vel Gemınides appellatur) dedit ab Hundio in Metropoli Salisburg. Editionis auctâ à Gevvoldo parte 1. f. 365. & ſeq. relatum, quod verò Geminides illa hæc Gemunda ſit, apparet ex confirmatione Caroli V. apud Eund. f. 432. & ex eod. d.p.1. f.304. ac Bruſchio l. 2. de Patavio. Et Imperator Fridericus I. ibi anno 1179. conventum Principum habuit, & Henricum Leonem Bavariæ ac Saxoniæ Ducem proſcripſit, ut tradit Cruſ. d.p.2. lib.11. cap. 8. f.462. à quo tamen diſſentit Arnoldus Abbas l. 2. Chr. Sclavon. c.24. alias 29. narrans, id Goslariæ factum eſſe, & ab hoc iterum Otto de S. Blaſio in Appendice ad Ottonem Friſing. c. 24. illud Herbipoli adſcribens.

Idem Cruſ. d. l. tradit, illam jam, ut fertur, ſub Friderico Antiquo vel ejus filio Friderico Unoculo Sueviæ Ducibus anno 1090. vel 1110. in notitiam veniſſe & à poſteriori muro cinctam, deinde à ſucceſſoribus, præſertim verò Cunrado III. & Friderico I. Barbaroſa auctam atque ab his jure civitatis ac privilegiis donatam fuiſſe.

Beatus Rhenanus quidem l.1. Rer. Germ. p. m. 119. memorat, jam ſub Carolo M. in quodam Diplomate ejus mentionem fieri, ſed ut ex illo dignoſcitur, illud de cellâ vel monaſteriolo hujus nominis intelligendum eſt.

De illa porro ſequentia notanda ſunt.

I. *Illam ex privilegio Caroli IV. de anno 1348. apud Knipſch. d. l.3. c.13. n.54. ab Imperio alienari vel hypothecari non poſſe.* alia n. V. & VII. adducta.

II. *In illâ inter nobiles & præcipuas familias ex ambitione diſcordias natas eſſe, & inde regimen ad populum veniſſe, hincque ſibi magiſtratus idoneos legiſſe,* ac ſub Imperatore Rudolpho I. anno 1248. primum conſulem fuiſſe Bernhardum Klebzagelium, ut refert *Cruſ. p.3. l.5. c.8. f.278.*

III. *Illam anno 1546. à Johanne Friderico Saxoniæ Electore & fœderato exercitu gravi obſidione preſſam & tormentorum vi ad deditionem compulſam ac 7000. florenis mulctatam fuiſſe*, ut refert *Idem d. p.3. l.11. c. 20. f. 659. & Sleidanus l.18. p. m.515.*

Sed Imperatorem Carolum V. illi pro conſolatione & reſarciendo damno 11000. florenos ab adverſariis urbibus ſolvendos attribuiſſe refert Cruſ. d. l. f. 660. ubi illas, & ſolutionem etiam factam eſſe memorat.

IV. *Pro inſigni habere ex dictorum Imperatorum Conradi & Friderici I. beneficio monocerotem album in campo rubro, referente Cruſio d.p.2. l. 9. c. 4. f.317. & Schrotio* **In deß Römiſchen Reichs Wapen-Buch** *f.100. & Sibmach. p.220.*

V. *Ex Privilegio Friderici IV. Imperatoris de anno 1475. judices primæ inſtantiæ habere prætorem Imperialem illius loci & ſex Senatores urbis Ulmæ, Eslingæ, Halæ Suevorum, Dunckelspublæ, Nordlingæ, Giengæ & Popfingæ, illudque demum anno 1609. Cameræ Imperiali inſinuatum fuiſſe, narrante Zeill. in Contin. Itiner. c. 25. d. 15.*

VI. *Ibi ſolam catholicam religionem florere Idem in Topogr. Sueviæ f. 78.*

VII. *Cenſum Imperialem habere* 176. florenorum & ad ſuſtentationem Cameræ contribuere cum augmento 125. florenos, memorante *Eod. de Dec. Circul. tit. 7. n. 53.*

A. VIII. *Privilegium de non appellando, niſi ſumma 400. Joachimicos excedat, cum aliis Statibus ex R. J. de anno 1654. §. 112. habere, ut ſæpius dictum.*

Gengenbachium, Dreſſero p. 5. Iſag. Hiſtor. p. 272. Gitnbachium in Sueviâ *ad fluvium Cynthium,* **Kinzig** ſita Imperialis urbs à Pirminio vel Pyraminio Epiſcopo Argentinenſi anno 724. exſtructa dicitur, ut refertur *à Munſter. l.3. c.279. Reuſn. l.1. c.24. & & Zeill. in Continuat. Itiner. Germ. c.33. f.* 447. ſed absq; veterum auctoritate. Sicuti etiam idem Epiſcopus Monaſterium ibidem ſeq. anno 740. exſtruxiſſe dicitur, ut *Idem ibid. & in Itinerario ipſo eod. capite f. 630. ex Cruſii Annal. p.1. l. 11. c.4. f.297.* narrat.

Sed Pirminius vel Priminius ille in Catalogo dictorum Epiſcoporum apud *Munſter. in Coſmogr. lib.3. cap.* 158. & *Bucel. in Germ. Sacra parte 1. f. 6. & ſeq.* B. non reperitur, neque *Zeiller. dd. ll.* urbis illius exſtructionem à dicto Epiſcopo factam ex ullo antiquo auctore probat. Refert tamen *Cruſius p.1. l.11. c.2. in pr. & Bucelin. in German. Sacrâ parte 2. f.* 8. illum Meldenſem in Galliâ Epiſcopum & à Carolo Martello primum Augiæ Divitis Abbatem factum ſed à Theobaldo Alemanniæ Duce poſt triennium ejectum fuiſſe, & ideò anno 727. in Alſatiam ſeceſſiſſe ac ibi plura cœnobia ædificaſſe, quod etiam *Trithem. ut ſeq. n.1.* dictum, narrat. *& Naucler. Vol.2. general. 25. f. m.106. tangit.*

De ejus Etymo nihil reperivimus, probabile tamen eſt, illam à rivulo cognomine præterlabente, & fluvio Cynthio **Kinzig** *ſe ingerente, ut Crus. p.1. l.11. c.4. f.297. de cœnobio ejusdem nominis indicat, dictam eſſe, quod etiam quodammodo inſigne præ ſe fert.*

Quando Imperialis urbs facta ſit, reperire non potuimus, ſerò tamen id obtigiſſe inde nobis probabile eſt, C. quia in nullâ civitatum imperialium confœderatione antiquâ, noſtro ſcitu, reperitur, & prima ejus mentio in conſignatione vel catalogo urbium imperialium, quæ per legatos in Comitiis Ratisponenſibus anno 1471. comparuerunt apud *Lehmannum l. 7. c. 112.* & poſtea in catalogo earundem in Comitiis Francofurtenſibus anni 1489. per legatos præſentium *ibidem ſeq. c. 120. f.* 1001. uti etiam in matriculâ Imperii anni 1507. apud *Goldaſt.* **In der Reichs-Handlung** *f. 65.* & in matricula ſequenti anni 1521. apud *Limn. Tomo 2. l. 4. c. 7. poſt n. 66. p. m. 95.* occurrit.

De illâ pauca ſequentia notanda.

I. *In illa eſſe Abbatiam* nobiliſſimam, quam *Trithemius l.1. Annal. ſub Rege Gallor. 60. f.61.* ab Epiſcopo Pirminio, (non tamen Argentoratenſi, ut in præced. notatum) exſtructum aſſerit, *Naucler. verò Vol.2. Gener. 39. f. m.183. & Cruſius parte 1. lib. 4. cap. 4.* D. *f.297.* à Ruthardo Alſatiæ & Sueviæ Duce vel potius Duce Zæringenſi & Landgravio Alſatiæ & ejus uxore Irmefridâ vel Irmenſuinda anno 740. ædificatam rectius tradit & illud ex inſcriptione probat, quod tamen alii anno 752. factum eſſe ſcribunt, ut tradit *Munſter. d. l. 3. cap.* 267. de quo etiam legatur *Bucel. in German. Sacrâ parte 2. f.38. & Lazius de Migrat. Gent. l.* 8. *f. m.395. Eſtque illius loci Abbas Status Imperii immediatus & cenſum habet* 24. *florenorum, Privilegium quoque habet* per Abbatem Bertholdum à Rudolpho I. Imperatore, ne provocetur à quoque ſubditorum aut vaſallorum referente *Cruſio parte 3. l. 3. c. 4. f. 146.*

II. *Quo ad appellationis ſummam* nihil ſpeciale de illâ reperiri, gaudere ergo illam hodie communi Statuum privilegio, intra ſummam 400. thalerorum ab Senatus ſententiis non appellandi.

III. *Cenſum illius* anno 1551. minutum fuiſſe adeoque ſaltem eſſe 60. florenorum & ad Cameræ ſuſtentationem 17. florenorum, ut legi poteſt apud *Limn. Tomo 4. d. l.7. c.21.* Sed *Zeiller. de dec. Circul. tit.7. n.72. & 73.* poſteriorem cenſum cum augmento referre 28. florenorum 21. Crucigerorum 3. obolorum.

IV. *Pro inſigni habere* piſcem album in rubro ſcuto, ut jam in præcedentibus dictum eſt.

Gienga Germ. Giengen urbs imperialis in Rhetiâ ſecundâ ad amnem Brentium, adeoque in circulo Suevico ſita antiquiſſimi quidem ortus eſt & pro *Runſiavo Ptolom. l.2. c.11.* ſed incerto documento habetur, parva etiam at in admodum amœno ac frugifero loco ſita eſt.

De illâ parum annotatum reperitur, præterquam quod anno 1354. ab Imperatore Carolo IV. cum conſenſu Electorum & Statuum Imperii Comitibus Helffenſteiniis in feudum imperii nobile conceſſa fuerit, ut ex literis homagialibus à Senatu & totâ civitate illo anno datis & à *Beſoldo in Theſ. Pract. verbo* Reichs-Stadt relatis, *& exinde ſimul illam ob talem requiſitum in alienatione conſenſum jam tunc civitatem imperialem fuiſſe patet.*

Verum eam paulo poſt incognito quidem nnbis, forte tamen reluitionis jure ad imperium iterum perveniſſe inde conſtat, *quia Idem Imperator illam urbem anno 1378. ab Eberhardo Wirtembergenſi Comite captam imperio per interpoſitionem recuperavit* referente *Cruſio p.3. l.5. c.12. in pr. Anno* 1381. fœderi civitatum imperialium interfuit, ut narrat *Lehm. d. l.7. cap. 66. f. 837. & 839.*

Sicuti etiam illa in ſecundo illarum fœdere anno 1385. Conſtantiæ inito comprehenſa apud *Eund. ſeq. c.67. f.841.* & poſtea ſemper inter civitates imperii in actis publicis relata fuit, ut ex *Eodem d. l.7. c.112. f.972. c.114. f.980. c.117. f.988. c.118. f.993. c.120. f.1004. & Gold.* In der Reichs-Satzung *part.1. f.181. & 247.* ac ex matriculâ de anno 1551. apud *Limn. Tomo 2. l.4. c.7. p.94.* conſtat. Sicuti etiam illa R. J. de anno 1641. & 1654. ſubſcripſit.

Et quod anno 1384. ab inundatione magnum periculum ſuſtinuerit, ſecundum Zeiller. in Topogr. Suevia f.80. & ſeq.

Illius cenſus ante exuſtionem anno 1634. factam (de quâ *Zeiller. in d. Topogr. f.82. & Autbes* In Sauers vermehrten Städte-Buch *p.631. legatur*) 60. florenorum & ad ſuſtentationem Cameræ 30. & 50. florenorum ſecundum *Eund. d. tit.7. n. 66. ſed absq; dubio* ille poſtmodum imminutus fuit, quoniam in *Repart. Noremb. anni* 1650. in toto ſaltem 1602. florenos ſolvit, & contra Gengenbachium parem cenſum habens 8010. florenos contribuit.

Quo ad appellationem nihil reperire potuimus, quoniam vero, ut jam ſæpè diximus, ſumma appellabilis ex *R. J. de anno* 1654. *§.112.* communis omnibus Statibus 600. floreni poſiti ſunt, illâ etiam gaudet.

Illius inſigne eſt Monoceros albus in flavo campo, ut habet *Schrotius* In dem Wapen-Buch *f.100. Sed Sibmacher d. p.219.* habet monocerotem flavum in campo glauco vel ceruleo.

Plura vide in d. Topogr. f.80. & ſeqq.

Goslaria in antiquis documentis *Gotzlar* apud *Auctor. Hiſtor. de Landgr. Thuringia c.11.* Germanicè Goßlar in Saxoniâ inferiori ſita Imperialis urbs *à Goſâ fluvio* interlabente nominata eſt, ut inter alios rectè tradit *Reuſn. l.1. c.14. Sed rectius addit Meibom. in Irmenſ. Saxonicâ c.12.* ultimam ſyllabam *Lar* contractam eſſe & denotare ein Lager ita ut Goßlar ſignificet ein Lager oder Wohnung an der Goſe / ſicut Fridislar vel Fritzlar pro Friedrichs-Lager dicitur, quod etiam de Wezlar refertur, *ſed*

A. *ſciendum* hanc in antiquis documentis & ſcriptoribus Wezflar ſcriptam eſſe, ut infra ſub illâ demonſtravimus.

Illam Henricus Auceps primo fundavit, narrante inter antiquos auctore Hiſtoria de Landgr. Thuring. c.9. Engelhuſio in Hiſtor. Imperatorum ex Ducibus Brunovic. ſub illo. Gobelino in Coſmodr. Æt.6. c.47. & ex recentioribus *Buntingo in Chronico Brunovic parte 1. f.28.* palatiumque ibi exſtruxit ſecundum *Dreſſ. in Chron. Saxon. f.109.* & Henricus II. ac III. perfecit ultimusque alio Palatio & quibusdam ædibus ſacris ornavit, ut refert *Cranz. in Metrop. l.5. c.6. & l.5. Sax. c.12. ac l.4. c.43. & Dreſſ. d. l.* Conradus vero II. & Henricus III. Imperatores muris cinxerunt, ut narrat *Idem d. f.109.* qui tamen *parte 5. Iſag. Hiſtor. p.277.* poſterius ſub Ottone IV. Imperatore anno 1201. factum eſſe memorat. *Sed M. Adamus in Hiſtor. Ec-*

B. *cleſiaſt. l.3. c.30.* ejus fundationem primam Henrico III. adſcribit, *qui tamen* ex illo refutantur, quod jam ante Henricus II. teſte *Dithmaro l.7. Chron. Martiburg. f. m 88. & 99* comitia ibi celebraverit, ubi addit illam tunc ab hoc Imperatore valde excultam fuiſſe, & Conradus Salicus anno 1039. ibi diploma exarari curavit, ut refertur *in d. Hiſtor. de Landgr. Thuringia c.11.* immo teſte *Ottone Friſing. in Chron. l.6. c.24. Otto I.* Imperator juxta urbem illam argenti & æris fodinas invenerit, quod etiam *Sigeb. Gemblac. ad annum* 968. in terrâ Saxonicâ factum eſſe memorat, licet Goslariam non nominet. Idem refert *Engelhuſius in d. Hiſtoria ſub hoc Ottone.*

Statim vero Imperatorum Saxonicorum ſedes & ſimul urbs Imperialis facta eſt, ut Dreſs. d. f. 109. & Schafnaburgenſis ad anno 1070. & ſeqq. indicat.

Siquidem inter ſubſequentes Imperatores Henricus III. anno 1045. Ottonem Palatinum Comitem

C. ibi Ducem Alemanniæ conſtituit & anno 1046. 1051. 1052. 1055. ibi natalem Domini celebravit, narrante *Hermanno Contracto in Chron. ad illos annos*, ac partim *Anonymo Monacho Herveldenſi in Chron. Hiſtor. Germ. ad eosdem apud Schardium Tomo I. Oper. Hiſtor. f.708. & ſeqq. aliquot.* Henricus IV. anno 1065. referente *Eod. Hermanno* ad illum annum ut & anno 1063. curiam ſuam ibi habuit, quo tempore cruenta illa pugna inter Hecelonis Epiſcopi Hildesheimienſis & Wideradi Abbatis Fuldenſis miniſtros ob diſſidium inter dominos de præcedentiâ ortum peracta eſt, ut latè refert *Idem Schafnaburg ad hunc annum*, ſæpiusque ibidem aulam ſuam inſtituit, antequam Saxones in illum conſpiraſſent, & arma ſumſiſſent, ut *Idem in ſequentibus annis* annotavit ſub annum 1070. memorans, urbem iſtam illi admodum charam & acceptam fuiſſe. Bello tamen illo per compoſitionem finito anno 1076. conventum Principum ibi indixit, &

D. aliquandiu immoratus eſt.

Similiter Henricus V. aliis IV. ibi ſæpe habitavit, & diploma protectorium Eccleſiæ Ratisponenſi ante portam exarari curauit, ut apud *Hundium in Metrop. Salisburg. Editionis Gewoldiana p.1. f.259. & p.3. f.95.* legi poteſt.

Sic etiam Fridericus I. Imperator anno 1179. conventum Principum ibi habuit, & Henricum Leonem Bavariæ ac Saxoniæ Ducem proſcripſit, narrante *Arnoldo Abbate in Chron. Slavor. l.2. cap.24. al. 29.*

Et Principes Saxoniæ in eâ ſuſceperunt Regem recens adverſus Henricum IV. Electum an. 1082. ut refert *Bruno in Hiſtoria Belli Saxonici in fine apud Freher. Tomo I. Scriptor. Germ. f.153.*

Poſtquam hæc jam conſignavimus, incidimus in *Goslariæ hujus Hiſtoriam à Sagittario confectam*, & invenimus illum non ſolum pleraque iſta, ſed etiam

plura

plura cap. 3. & ſeqq. congeſſiſſe, quocirca lectores A. eo remittere voluimus.

Varias illa urbs calamitates perpeſſa eſt.

In conſpiratione Principum vicinorum ab *Arnoldo illo d. l. 2. c. 7. n. 3.* memoratorum contra Henricum Leonem initâ à partibus illorum ſtetit, & ideo ab hoc ipſi omnis commeatus interclusus fuit, *teſte Eod. ſeq. c. 9. in f.*

Cum duo Cæſares Philippus & Otto IV. anno 1198. in diſſenſu Principum Imperii electi eſſent, illa, utpote partibus Philippi addicta anno 1201. ab Ottone ex caſtris adjacentibus valde afflicta & ab omni annonæ invectione impedita, ſequenti vero anno ab Ottonis hujus Dapifero Guncelino ex improviſo noctu oppugnata, capta, direpta, ac omnis præda abducta fuit, ut memorat *Idem l. 6. c. 5. & 7. Cranz. in Saxonia l. 7. c. 17. Spangenb. in Chron. Querfurtenſi c. 240. & Bunting. in Chron. Brunovic. l. 1. f. 84.* qui tamen id B. anno 1205. factum eſſe refert.

Sed omiſſis aliis antiquioribus tacendum non eſt *maximum illud damnum*, quod ab Henrico Juniore Duce Brunovicenſi præterito ſeculo perpeſſa eſt. Cum enim hic fodinas metallicas cum annexis ſylvis à ſuis majoribus Goslarienſibus oppignoratas ab illis redimere vellet, & his renitentibus vi ademiſſet, ab illis ideo vis publicæ incuſatus in Camerâ eſſet, & ad reſtitutionem damnatus nihilominus in ſpoliando continuaſſet, illi vim vi repellentes Cænobium Montis Gregorii à Duce munitum occuparunt, & conflagrarunt, quâ de causâ Dux illos ob vim publicam illatam in Camerâ accuſavit, & ſententiam banni adverſus ipſos obtinuit. *Verum Goslarienſes* ab Imperatore Carolo V. ac Rege Ferdinando I. interdicta contra illam ſententiam impetrarunt, Ducem vero neglectis illis Cameræ ſententiam exequentem Confœderati urbis Principes Johannes Fridericus Saxo- C. niæ Dux, & Philippus Haſſiæ Landgravius armatâ manu ditionibus ſuis ejecerunt, Principibus verò illis in bello Schmalcaldico poſtea victis *Henricus* ille à Carolo V. victore quinquennio poſt in ſuam Provinciam *reſtitutus fuit, & hoc impetrato anno* 1552. *Goslariam graviter obſedit, eoq; adegit, ut cum illâ pro arbitrio tranſigere poſſet*, ut *Chytr. in Saxonia l. 12. f. 302.* & ſeq. breviter, *Hortled. verò de cauſis Belli Germ. Tomo I. l. 4. c. 46. f. m. 859. & multis ſeq.* late narrat, totum negocium ab initio uſque ad finem referens, ac ſimul iniquitatem Sententiæ Cameralis & ſuſpenſionem ejus à Cæſare factam per acta ab utraque parte producta, & cap. ſeq. Ducis replicam ac Goslarienſium Duplicam cap. 48. recenſens.

Atq; ita dives illa urbs per prædictum illum Ducem & ejus ſucceſſores omnibus regalibus privata ad incitas redacta fuit, ut *ſequenti numero* 2. de- D. monſtrabitur.

De illa porro notanda ſequentia.

Quod I. *ſemper & ab initio exſtructionis ſedes imperatoria & urbs imperialis fuerit*, ut in præmiſſis jam demonſtratum fuit, adeoque ſemper in Imperatorum dominio, raro exemplo, permanſerit.

II. *Imperator Otto I.* ibi venas metallicas in monte Rammelsberg jam dicto primum invenerit, & officinas metallicas inſtituerit, ut refert *Friſingenſ. Gemblac. & Engelhuſ. dd. ll.* Illæque omnes poſtea à ſucceſſoribus ejus cum ſylvis latiſſimis urbi in ſuſtentationem ſuam fuerint donatæ, ſed dicto anno 1552. illa omnia à memorato Duce Saxoniæ urbi iſti ademta, à ſucceſſoribus vero ejus omnes proventus extra muros ſubtractis, illa quoq; ſic ad incitas redacta ſit, ut cenſum Imperii ſolvere, aliaque onera publica amplius ſuſtinere nequeat, ſicuti in moratoriis à Divo Ferdinando II. anno 1624. ad octennium conceſſis ac à *Limn. d. l. 7. c. 19. n. 6.* relatis late continetur, ex quibus ſimul conſtat, illam à dicto anno 1552. uſque ad memoratum annum 1624. occaſione ablatorum iſtorum bonorum & redituum damnum perpeſſum eſſe 7348520. & amplius florenorum, ut ibi legi poteſt.

Anno 1634. tam ante quàm poſt mortem Friderici Ulrici Ducis Brunovicenſis civitas officinas metallicas occupavit, ut refert *Author* **In Sauers vermehrten Städte-Buch** *f.* 661. Sed Elector Saxoniæ per legatos illius partem, ceu feudum ab Imperatore recenter collatum vindicavit, ut ex Werdenhagen refert *Zeil. in d. Topogr. f.* 104. De quo plura in *parte 4. Theatri Europ. ad ann.* 1624. legi poſſunt.

III. Sit civitas Hanſeatica, ut apud *Werdenh. de Rebus publicis Hanſeat. p. 3. c. 3. p. m. 97.* & Politicos communiter legi poteſt, quibus adde, quæ nos *prac. p. 2. ſect. 2. c. 10. th. 10. in expl. n.* (4.) notavimus.

IV. Immunis ſit à vectigalibus per totum Imperium, tribus ſaltem civitatibus exceptis, ut refert *Sixtin. de Regal. l. 1. c. 5. n. 71.* de quo plura ſeq. n. X.

V. De ſummâ appellabili nihil annotatum reperiatur, ut ita communi privilegio ſummæ 400. thalerorum gaudeat.

VI. Habeat protectorium Imperiale cum inſerto privilegio contra arreſta productum Spiræ 8. Novembr. anno 1585. referente *Blumio in Proceſſu Cameræ Tit. 47. Tab. 6.*

VII. Cenſus ejus anno 1551. 400. florenorum in Matriculâ apud *Limn. Tomo 2. l. 4. c. 7. p. m. 165. & Zeill. de dec. Circ. Tit. 10. n. 15.* Qui d ille poſtea in Comitiis Auguſtanis anni 1559. in decennium ad 120. redactus fuerit, ut apud *Limn. d. p.* 165. refertur.

Narrat tamen *Zeiller. d. l.* quod poſterior ille cenſus in Repartitione Noribergenſi anno 1650. iterum in dimidiam partem, nimirum 60. florenos imminutus ſit, ſicuti etiam hic in Conventu Circulari Saxoniæ Inferioris anno 1654. habito in matriculâ ibi confectâ retentus fuit, ut narrat *Mullerus de Conventibus Circul. c. 13. n. 31. p. 126.*

Quantum verò hodie ad ſuſtentationem Cameræ contribuat, nemo conſignavit præterquam *Becker. in Synopſi Juris Imper. circa f.* ubi 102. florenos & cum augmento 170. habet quod etiam *Zeiller. d. l. ex D. Veſto* ita refert ſcribens, illam anno 1576. cum augmento dediſſe dictos 170. florenos cum 53. crucigeris & tribus obolis ſed in dictis moratoriis ex urbis ipſius deductione refertur, quod adhuc anno 1624. ſolverit 287. florenos.

IIX. Secundum *Speculum Saxonicum l. 3. art. 62.* inter quinque Saxoniæ civitates Palantias ſive Palatinas una ſit.

IX. Inſigne habeat aquilam coronatam in flavo campo apud *Schrotum d. f. 99. vel campo albo ſecundum Sibmacher. p. 220.*

X. Anno 1219 ab Imperatore Friderico II. egregia obtinuerit privilegia inter quæ, ut narrat *Sagittarius in d. Hiſtoria illius urbis c. 6. §. 22.* facile excellit, quod per totum Imperium, præterquam in Coln, Tide, & Baderwick, immunes à teloniis ſint.

Hagenoa (quam Riccardus Bartholinus Auſtriados l. 9. inter Scriptores German. Rerum à Reubero editos f. 650. *ab Hagenore nomen habere fingit, ut ibi Spigelius in Scholiis obſervat*, ſed alii rectius à Germanicis verbis, *Hagen, prato vel Dumo & Au*, quæ olim arcem Ducalem circumdedit, derivant, ut videri poteſt apud *Herzog. in Chron. Alſat. lib. 9. cap. 1.) in Alſatiâ* intra Matram & Sornam fluvios ſita Imperialis urbs *primò ab*

Imperatore Friderico I. anno 1164. *muro circumdata Munſter. l.3. c.163. & ædificiis publicis ac privatis aucta atq́; amplificata ita, ut arx vel Palatium Cæſareum ab illo anno* 1153. *extra oppidum ex rubro marmore ad cuſtodiam inſignium Imperialium exſtructum in mediâ ferè urbe ſitum obtinuerit, ac ſimul, ut narrat Lehm. in Chron. Spirenſi l. 6. c.3. f.674. civitatum Imperialium numero adſcripta, ſicuti etiam Idem Imperator anno* 1191. Comitia Imperialia ibi habuit, ut legi poteſt apud *Goldaſt. Tomo 3. Conſtit. Imper. f.364. & ſeq. poſtea verò à Friderico II. Imperatore quibusdam templis ornata*, ut refert poſt *Herzog. in Chron. Alſatia d.l. Cruſium p.2. l.11. c.3. f.443. & alios Knipſch. d. l.3. c.21. n.4.* & à Rudolpho I. Imperatore anno 1281. ob rebellionem vi expugnata, ac authoribus illius partim morte partim proſcriptione punitis coërcita fuit, ſecundum *Trithem. in Chron. Hirſaug. ad d. annum.*

De illa porro notanda ſequentia.

Quod I. *ibi in arce vel caſtro Imperiali, conſtituta Præfectura Imperii provincialis*, antiqua & cujus origo nobis ignota eſt, & cujus Præfectus non modo in illam urbem ſed etiam novem reliquas in Alſatiâ ſitas imperiales civitates, utpote Colmariam, Schletſtadium, Weiſſenburgum, Landaviam, Ober-Eheimium, Coshæmium, Monaſterium in Valle S. Gregorii, Kayſersbergam, & Turinghcimium, vel Turckheim, & ſubditos imperii, ſalvo tamen dictarum civitatum immedietatis & libertatis jure juriſdictionem exercent, ut late refert *Herzog. d. l.9. c.3.* ubi ſimul *f. 150. & ſeqq.* demonſtrat omnes illos præfectos ex veteri privilegio primum Hagenoæ antequam hæc eis jurat, juramentum præſtare, quod libertatem & jura civitatis tueri velint, poſtea verò civitates reliquæ eidem ante, & poſtea demum Præfecti illis ſimile juramentum præſtant, ut apud illum legi poteſt.

Sed per pacificationem Germano-Gallicam illa ad Regem ad regnum Galliæ cum omni jure in perpetuum, ſalvo tamen dictarum Imperialium civitatum immediato & libero Imperii ſtatu translata eſt, ut in *Inſtrumento Pacis Germano-Gallico §. Tertio & §. Teneatur* legi poteſt.

Verùm dictus Rex, ut jam ſub Colmariâ memoratum, non ſolum iſtarum civitatum libertatem ſuppreſſit, ſed etiam primariam hanc Hagenoam muris & munimentis omnibus, ne exercitus Cæſaris & imperii illam occupet & præſidio muniat, privavit, ac præcipua ædificia tyrannico plenè modo ſolo æquavit, & idem cæteris, excepto Schletſtadio, quod egregie munitur, minatur.

De præfecturæ illius provincialis variâ olim factâ mutatione, & oppignoratione ac redemtione uti etiam ad domum Auſtriacam translatione *Idem Herzog. d.l.9. f.150. Hortled. de cauſis belli Germ. Tomo 1. l.3. n.66. & Zeiller. in Topogr. Alſatia ſub illâ urbe f.33. legi poteſt.*

II. *Ibi etiam judicium provinciale* ex Sculteto & Scabinis conſtans **auff der Lauben** ab antiquis Imperatoribus conſtitutum fuerit, ut Idem *Herzog. ibid. cap.4.* ubi ſimul Sculteтos vel Præfectos atque Scabinos ab anno 1339. memorat.

An ab illo ad Cameram appellari poſſit? vide *Knipſch. d. l.3. c.21. n.11. & ſeq.*

III. *Imperator Fridericus I.* in dicto caſtro & tribus in eo exſtructis capellis cleinodia Imperii nempe coronam, gladium & globum Caroli M. ubi etiam crucem & coronam ſpineam, cum lanceâ & clavis depoſuerit & cuſtodiri juſſerit, eaque usque ad mortem Philippi Imperatoris ibi permanſerint, & hoc mortuo anno 1209. ab Epiſcopo Argentoratenſi Henrico à Scharffenſtein vel Scharffenberg, clandeſtino auſu cum civium dolore in *arcem Trefelſiam* transportata, & Ottoni IV. Imperatori tradita fuerint, ut refert poſt *Felic. Fabri in Hiſtor. Suevor. l.1. c.12. p.110. Idem Herzog. d.l.9. c.1. f.148. & Cruſ. d. l.*

IV. *Urbs illa* ab initio per 200. annos à duodecim Scabinis nobilibus ſolum adminiſtrata fuerit, *cum verò* illi tanquam domini jura pro lubitu redderent, & omnia pro beneplacito agerent, *Imperator Carolus IV.* ad querelas civium illud ita mutaverit, ut dictis Scabinis viginti quatuor ex opificibus adderentur, & *ex illis Conſul* **der Stadtmeiſter** / *ex his vero Mareſchallus*, qui urbem gubernarent, conſtitueretur, ut apud *Eund. Herzog. d. l.9. c.2.* legi poteſt.

V. *Anno* 1424. *& ſeq.* rurſus amplificata muris & turribus ac monaſteriis aliquot aucta fuerit, *ſecundum Eundem ſeq. c.5. & 6.*

VI. *Multas inimicitias* cum vicinis habuerit teſte *eodem ſeq.* c.7. & anno 1212. à Friderico II. quia partes Ottonis IV. anticæſaris ſequuta eſſet magnâ vi obſeſſa & dirutis muris ad deditionem coacta fuerit, ut narrat *Trithem. in Chron. Hirſaug. ad illum annum f.170. & Mutius in Chron. Germ. f.176.* ac à *Rudolpho I. Imperatore anno* 1281. *ob rebellionem vi expugnata fuit, ut in pr. ſub hâc urbe diximus.*

VII. *Anno* 1424. ibi ludi equeſtres & anno 1540. Comitia Imperii celebrata fuerint, ſecum *Herzog. d. l.9. c.9.*

IIX. *De ſummâ ejus appellabili* nihil reperiatur, adeoque hodie absque dubio communi Statuum privilegio infra 400. thaleros non appellandi gaudeat.

IX. *Habeat à Richardo Imperatore privilegium de* anno 1257. & à Carolo IV. anno 1347. renovatum quod ab imperio nullo modo alienari poſſit, ut refert Klock. p.1. concl.37. n.70.

X. *Imperatores Romano Germanici ærarium Imperiale vel potius totius Alſatia ſibi habuerint, ut Herzog. in Chron. Alſat. l.9. c.1. poſt pr. & Zeill. in Topogr. Alſatia f. 22. memorat, referens* initium ejus ad Imperatorem Fridericum I. *Sicuti etiam Idem in Itiner. Germ. c.30. f.633. refert, quod ſe ideo Cameram Imperii vocet, & nobis moneta argentea anno adhuc* 1614. *cuſa obvenit cum inſcriptione* Hagenoa Camera Imperii.

XI. *Ejus cenſus* Imperii ſit 192. & contributio ad ſuſtentationem Cameræ aucta 133. florenorum 11. crucigerorum & trium obolorum, ut refert *Zeiller. Tit.8. n.39.*

XII. *Inſignia ejus* ſint roſa, ſecundum Limn. Tomo 4. l.7. c.22. & quidem violacei coloris in ſcuto albo ut refert Schrotius f. 100. ſed *Sibmach. p.220.* roſam albam in ſcuto glauco habet.

Hala vel Halla Suevorum, vel ad Kocharam, ad differentiam aliarum cognominum in aliis provinciis poſitarum urbium, nobilis & antiqua Imperii urbs ad Cocharum fluvium ſita, validum quondam Suevorum propugnaculum adverſus Francorum incurſiones fuit, ut narrat *Braun. de Urb. præcip. l.2. f.27.* ſicuti etiam illam ob præruptos circumjacentes montes naturâ valde munitam eſſe narrat *Reuſner. de Urb. Imper. l.2. c.7. in pr.*

Unde nomen ſuum ſortita ſit variè traditur, ut videri poteſt apud *Braun. d.l. & Knipſch. d. l.3. c.21. n.1. & ſeqq. nec non Limn. T.4. l.7. c.24. p.237.*

Sed veriſſima procul dubio eſt opinio, illam à Græco ἅλς, quod Latine Sal & Germanicè **Saltz** ſignificat, appellatam eſſe, quam etiam agnoſcit *Hoping. de Jure Inſign. c.6. parte 7. n.1037*, ſiquidem Latinum & Germanicum hoc nomen à dicto Græco omnino deſcendit, ut benè tradit *Crucig. in Harmon. quatuor*

Garden.

Gardin. Ling. n.585. (Licet *Joh. Georg. Becanus l.2. Franciſcorum f. 46.* vocabulum **Hal** eſſe Germanicum & idem quod conſervo, denotare, adeoque cum verbo **Sal** aut **Salz**/ idem eſſe, atque ita oppida **Hall** in Saxoniâ ad Oenum à Sale omnino devivari nobiſcum tradat & id in *Hermathena l.4. f.65. & l.8. f.191.* repetat) & ibi fontes ſalis ſunt celeberrimi, ut notum eſt. Qua etiam de causâ *Willichius in Tacit. Germ. parte poſter. c.13. & 20.* Halam Saxonum & Hermundurorum Ἅλας Saxonum & Hermundurorum vocat, & aliæ urbes, ubi fontes ſalis ſunt, utpote dicta Hala in Saxonia, Hala in Archiepiſcopatu Salisburgenſi, Hala in valle Oeni, **Im Inthal**/ Hala in Bavariâ idem nomen obtinuerunt. De quo etiam legi poteſt *Althamer in Comment. ad Tacit. German. p.m. 217.* ubi plura exempla refert.

Indem vermehrten Städte-Buch Sauers *p.752. & ſeq.* memoratur, quod urbs Saxoniæ Halla à Vandalis, qui Hermunduros, Suevicam gentem, expulerunt, ita dicta fuerit, & quod nomen illud illorum linguâ denotarit bonum ſal. Sicuti etiam alias multa Germanica vocabula ex Græcâ linguâ in noſtram migrarunt, ut demonſtrat *Bernegg. Quaſt. ex Tacito 11. & Altham. in d. Comment. ad Tacit. Germ. p.m.81. & ſeq.*

Orta verò eſt hac urbs, ut communiter traditur, ex caſis ſalinariis, ad ſal ſcilicet coquendum ibi primum & ante multa ſecula exſtructis, è quibus ob hominum ad ſal emendum & inde lucrum petendum confluxum poſtea vicus ortus, ut ex molendino inferiori ad muros ſito & adhuc **die Dorffmühle** dicto apparet, & tandem nobilibus ſe eo permiſſu Comitum Kochengojorum, vel Schongojenſium tanquam loci dominorum, ob largum quæſtum etiam conferentibus & illum variè inprimis verò *ſeptem turribus* pro domicilus antiquorum more exſtructis & adhuc exſtantibus (unde & poſtea *urbs ſeptemburgorum* dicta fuit) augentibus in urbem mutatus fuit, ut hæc omnia apud *Cruſium p.2. l.7. c.5.* leguntur.

Illud verò, ut dictum, *ante multa ſecula* contigiſſe inde conſtat, *quia urbs illa*, procul dubio ob multorum nobilium habitationes, ab antiquo ad duella ibi à nobilibus cauſarum obſcurarum per ea decidendarum gratiâ habenda deſtinata fuit, & jam an. 1005. tale ibi celebratum eſt, ut in *ſequenti num.1.* demonſtrabitur.

Plura de ejus incrementis, uti etiam privilegiis ignorantur, quia illa cum omnibus rebus anno 1376. conflagravit, ut refert *Braun. de Urbibus præcip. t.2. f.37. Cruſ. p.3. l.5. c.11. poſt pr.* & ex antiquâ Schedâ *Limn. Tomo IV. l.7. c.24. p.237.*

Quo ergo tempore propriè ad Imperium pervenerit, exactè tradi non poteſt, quanquam enim *Cruſius d. l. f.225.* referat, quod à Widemanno perceperit, ſe vidiſſe literas Caroli IV. Imperatoris ſigillo roboratas, in quibus ſcriptum fuerit, quod ultimo Kochengavienſi Comite anno 1378. mortuo Comitatus illius ad ſe, tanquam Imperatorem, pervenerit, inde tamen concludi non poteſt, urbem illam tunc demum ad imperium acceſſiſſe, quoniam Idem Imperator in Privilegio Civitati Eslingenſi anno 1348. dato & à *Knipſch. d.l. c.13. n.54* relato fatetur, ſe illam & reliquas civitates Imperatori & Imperio fidas reperiſſe, & ideo omnia illorum privilegia, libertates & jura confirmaſſe, illiq; & cæteris ibi memoratis hanc gratiam conceſſiſſe, ut ab Imperatoribus & Imperio alienari & oppignorari nequeant, & contra privilegiorum ac libertatis turbatores ſe impunè defendere poſſint.

Poſtea in confœderatarum urbium imperialium numero anno 1381. & 1385. apud *Lehm d. l. 7. c.66 & 67.* & porro in omnibus conſignationibus publicis ac imperii matriculis reperitur.

De illa porro ſequentia notanda.

I. *Urbs illa* ex privilegiis Imperatorum antiquitus (cujus initium ſorte nimis vetus ad Caracalli tempora refert *Cruſius in Annal. Suevic. p.1. l.4. c.12 f.92. ex Heroldi tr. de Statu Legionum in veteri German. c.10.* quâ etiam de causâ *Limn. Tomo 3. l.7. c.24. n.4.* pro Caracalla apud *Dreſſer. de Urb. Germ. p.295.* eadem narrantem ob præſumtum typographi mendum nomen Caroli ponit, ſed Heroldum reverâ Caracallæ id adſcribere, ejus textus clare oſtendit) ad *duellorum* inter adverſarioa nobiles in cauſis arduis, honorem, famam & exiſtimationem ac ſimilia concernentibua concluſorum peractionem ita deſtinata fuiſſe legitur, ut nobiles talca duello concertaturi conſulibus illius loci controverſias ſuas in ſcriptis obtulerint, & ab illis determinationem loci ac temporis petierint, hique ſi iſti par literas vel etiam coram inter ſe conciliari non potuerint, illis utrumque locum ſcilicet & tempus notum per literas reddiderint, ac certis ſub conditionibus ac requiſitis illud permiſerint, ſicuti totum proceſſum latè deſcribit *Munſter. d. l.3. c 306.* ubi ſimul aliquot exempla talium duellorum, & imprimis unius anno 1005. inter Jodocum de Burgau & Georgium Hail commiſſi, in quo prior paulo poſt ex vulnere mortuus eſt, refert & conſuli poteſt, cui junge *Cruſium d. p.3. l.6. c.8. f.330. & in Paraleipom. c.15. f.63.* ubi tamen habet annum 1405.

Simile privilegium & jus ab Imperatoribus olim cum & ſub Judicio Provinciali Burggraviis Norimbergenſibus ita conceſſum fuit, ut *Burggravii* illud Norimbergæ exercerent & ipſimet illi præſiderent, *ſed hoc* poſtea ex Privilegio Caroli IV. de anno 1355. ita limitatum fuit, ut Burggravii, ſi velint, Nobili cuidam illud committere poſſent, ac à Friderico III. Imperatore per ſingulare Privilegium anni 1456. ita extenſum eſt, ut illud etiam alibi in locis Burggraviatui ſubjectis exercere valerent, ſicuti apud *Limn. Tomo 4. l.5. c.7. p.749. & ſeqq.* legi poteſt. Refert etiam *Schobingerius in Addition. ad Farraginem Antiquit. Vadiani apud Goldaſt. inter Script. Rer. Alamann. Tomo 3. f.m.95.* in vico Fert (Firth) ditionis Ansbacenſis talia duella admiſſa eſſe.

Verùm horum judiciorum uſus quoad duella, cùm illa ſeveris legibus ab Imperatoribus poſtea prohibita eſſent, ſublatus eſt.

II. *Vexillum* illius colores habet rubrum & flavum, Symbolum vitæ & mortis, & hâc prærogativâ gaudet, ut in expeditionibus imperii inter antecurſores & rorarios feratur, ut narrat *Cruſ. p.2. l.7. c.5. f.226.*

III. *Habet jus cudendæ argentea & aurea moneta* in quâ eſt manus & crux in aquilâ, quibus ſignificantur tres perſonæ ſacro ſanctæ Triados ſecundum eundem ibid. Sed *Hoping. de Jure inſig. d. c.6. parte 7. n.1038.* hiſtoricè ita explicat, ut manus ſuperiorem Senatorum ordinem, crux inferiorem dignitatem, aquila verò immediatam imperii ſubjectionem denotet, quod quoque idem *Cruſ. parte 3. l.9. c.5. f.499.* agnoſcit & ſigilli illius rationem reddit.

Cuderunt etiam ab antiquo minutam monetam quæ ab ipsâ civitate *Haller* dicta fuit unde Germanica vox **Heller** originem habet, obſervante *Beſoldo in Theſauro Pract. ſub hoc verbo*, *quaſi* **Haller-Pfenning** / *ellipticè uſurpata*, ſed hoc diſplicet *Goldaſt. in Gloſſis ad ſcriptores Rerum Allam. parte 2. in Hepidannum l.1. c.14. f. m.254.* **Haller** *quaſi* **Halber** *dictos eſſe tradenti.*

IV. *Inſigne ejus* cum dictæ monetæ inſigni idem eſt, ejusque explicationem præter jam dicta ex *Sigismundo Weinbrennero refert Cruſ. d. f.499. & not ſeq. n.6.*

pancis

paucis narravimus. Sed *Sibmach. p.29.* habet aquilam bicipitem cum ſcutulo ſupra rubro & infra albo & *Zeill. in Topogr. Sueviæ f. 90.* in typo urbis ſimile inſigne.

V. *Urbis illius tres ſunt partes* prima vetus Hala, ſecunda à primâ flumine Cocharo diſtincta trans Cocharo, & tertia veteri urbi contermina platea Gelbingera vocatur, ut legi & in typo videri poteſt apud *Braun. de Urb. præc. l.2. f.37. & Cruſ. d. p.2. l.7. c.5. f.216.*

Et hinc etiam conſules civitatum Magiſtri **die Stadtmeiſter** vocantur ſecundum *Eund. d. l.*

VI. *Senatus ibi olim ex duplici ordine, nobili* vel patriciali, qui etiam ſuperior magiſtratus vocatus fuit & tantùm majora Reipubl. negocia tractavit, atque pro ſigillo ob ſuperiorem mandandi poteſtatem manum geſſerunt, & *plebejo*, qui etiam inferior magiſtratus dictus, & pro ſigillo cruce ad indigitandum ſe ſuperioris poteſtati obnoxium eſſe, uſus eſt, conſtitit. *Cùm verò* inter utroſque anno 1340. magna diſcordia eſſet, Imperator Ludovicus IV. per quoſdam Commiſſarios, quorum primarius Ulricus Comes Wirtembergicus fuit, illud ita compoſuit, ut unicus ſaltem in poſterum Senatus eſſet, ex ſeptem nobilibus ac patriciis, ſeptem ex mediocri civium conditione, & ex plebejis duodecim eligerentur, atque ita viginti ſex Senatores eſſent, ex illisque omnibus Magiſter urbis **der Stadtmeiſter** eligeretur, *Et ita ex hâc conjunctione unum ſigillum ex dictâ manu & cruce conſtans in campo rubro poſitis*, quo etiam adhuc utuntur, confectum eſt, ita tamen, ut quæque manus ſcilicet & crux, in ſuo ſcuto proprio ſeorſim appareat, ut tradit *Cruſ. d. p.3. l.9. c.5. f.499. & Limn. d. T.4. l.7. c.24. in f.*

Hodie verò totus ille Senatus viginti quatuòr conſtat perſonis, inter quas duo ſunt Conſules **die Städtmeiſter** dicti, qui per vices adminiſtrationem habent, & quinq; primarii Senatores **die Fünffer** / ad quos cauſæ graviores & quæ celerem expeditionem requirunt, pertinent, ſicuti refert *Zeiller. in Topogr. Sueviæ ſub illâ urbe f. 91. & ſeq.*

VII. *Privilegiata eſt civitas.*

1. *Contra judicium provinciale Ducatus Franconici & omnia extranea judicia* ſed conveniendi incolæ coram Sculteto civitatis, eo, quo in privilegio Maximiliani I. de anno 1495. conceſſum & à *Limnæo Tomo 3. l.7. c.24. n.8.* relatum eſt modo.

2. *Ne ab illius Senatus ſententiis appellari poſſit*, niſi ſumma 200. florenos excedat, ex privilegio Rudolphi II. de anno 1567. referente *Limn. d. l. n.9. & Blumio de Proceſſu Cameræ th.47. tab.6.*

Sed cum hodie tales minores ſummæ uſq; ad 400. thaleros ex communi privilegio Statuum extenſæ ſint in *R. J. de anno 1654. §.112.* illo jure ea nunc quoque utitur.

3. *Quod cives Hallenſes* vicinos cives & ruſticos, qui cum illis vulgariter negociantur, ob debita quotidiana in urbe arreſtare & convenire queant ex Privil. Caroli V. de anno 1521. apud *Limn. d. l.7. c.24. n.9.*

4. *Quod ab Imperatoribus* & Imperio alienari vel hypothecari nequeat ex privilegio Caroli IV. de anno 1348. apud *Knipſch. d. l.3. c.13. n.54.* in privilegio communi Eslingenſibus & aliis civitatibus dato.

IIX. *In antiquâ urbe fuerunt olim* centum & undecim ſartagines, in quibus ſal coctum fuit, **Saltzpfannen** / ſed, ut illius legati in Comitiis Auguſtanis anni 1555. in ſua demonſtratione, cur cenſus civitatis minuendus ſit, oſtenderint, jam tunc temporis illa in ſuum uſum & emolumentum ſaltem 24. habuit, ut apud *Limn. T.4. l.7. c.24. n.V.* legi poteſt.

IX. *Illius cenſus* fuit referente *Eod. d. l.* quondam 440. florenorum, & ad ſuſtentationem Cameræ 156.

A. florenorum, ſed anno 1567. ille tertiâ parte imminutus fuit, atque ideo adhuc hodie ſaltem 293. florenos & 20. crucigeros pro cenſu habet, at cum augmento ad Cameræ ſuſtentationem nunc tribuit 260. florenos ut refert *Zeill. de dec. Circul. Tit.7. n.49.*

X. *Poſſidet arcem Limburg & oppidum Velberg ac Ilzhofen* cum arcibus aliisque bona, ut *idem d. Tit.7. p.566.* refert.

XI. *In bello cum Ulrico Wirtenbergenſium Comite* anno 1450. geſto multa perpeſſa eſt damna, ut apud *Cruſ. p.3. l.7. c.9. f.394.* legi poteſt.

XII. *Aliquot magnis incendiis* valde imminuta fuit, utpote anno 1376. ut in præced. jam dictum & anno 1386. narrante *Cruſ. d. p.3. l.5. in f.* Plura vide apud *Zeiller. in d. Topogr. Sueviæ f. 90. & ſeqq.*

Hamburgum quidem à multis inter civitates Imperiales pleno jure & citra controverſiam tales referuntur, B. *ſed nos illam* urbem inter adhuc controverſas *ſeq. c.2. th.2. & in explic.* ob certas ibi adductas rationes referre voluimus.

Heilbronna vel Haylbruna (olim Heiligbrunna, ut apud Cruſium p.2. l.6. c.8. f.193. legitur) in Sueviâ ad Nicrum ſita imperialis urbs, quaſi ſons ſalutis à copiâ ſalubrium ſontium infirmos per illorum beneficium potus vel lavationis uſurpationem ſanantium ita dicta, ut à *Felice Fabri in Hiſtor. Suevicâ l.1. c.15. p.105. Cruſ. p.2. l.8. c.6. f.261. Reuſn. l.2. c.13. Zeill. in Chron. Sueviæ ſub illâ urbe f. 288.* & ſcriptoribus communiter traditur: ubi Reuſner. d. l. ſimul refert, talium fontium ſcaturigines amplius ducentas, interque illas propè ſummum templum optimum & locupletiſſimum ibi reperiri, cum hâc inſcriptione.

Fonte ſalutifero bullantes undiq; venæ,
monſtrant æterni munera ſancta Dei.

de quo etiam legi poteſt *Zeill. d. f.88.*

C. Aliam adhuc derivationem refert poſt *Cruſ. p.1. l.4. c.12. f.92. Reuſn. d. l.*

Neq; verò ſolum ſalubribus illis fontibus ſed etiam ſolo frugifero & vini generoſi ferace, unde largus urbi per ejus evectionem proventus eſt, nobilitata eſt, ut inter alios *Reuſn. d. l.* annotat & vulgo notum eſt.

Fuit olim referente *Knipſch. d. l.3. c.23. n.4. pagus & Beccinga vetus dicta, ac poſtea in urbem mutata, quando verò* illud factum ſit, à nullo certo memorari poteſt, *quoniam*, ut ex literis Lauterbachii apud *Cruſium d. p.2. l.8. c.6. poſt pr.* conſtat, *curia* in ſeculo decimo quinto cum omnibus actis & documentis publicis *combuſta eſt*, adeoq; de illius ortu certi nihil ſcitur.

Tradit quidem ex Annalibus & relatione quorundam Irenicus in Exeg. Germ. l.11. f. 395. & Munſter. l.3. c.330. illam anno 1085. ab Henrico IV. muris cinctam eſſe, *verum alii*, ut *iidem* narrant, & quidem prior *l.9. c.18. poſterior verò d. l.* id demum ſub Friderico II. D. Imperatore accidiſſe memorant, *alii verò* è contrario illam jam ante dictum annum 1085. urbem fuiſſe inde evincere volunt, *quia* dicti Henrici IV. proavia Adelheidis Conradi Cæſaris mater ab illius incolis nobilibus ſivè patriciis teſtimonium juratum ſuper fundatione Eccleſiæ Oringanæ anno 1037. factâ præſtari curaverit, illudque fundationi inſeruerit, ut narrat *Knipſch. d. l. n.5.* Sed in literis fundationis à Gebhardo Epiſcopo Ratisbonenſi prædictæ Adelheidis, matris ſuæ petitione illi Eccleſiæ datis & à *Cruſio p.2. l.6. c.8. f.193. & ſeq.* relatis de illis nihil reperitur.

Abſq; dubio vero ante Friderici II. tempora urbs fuit, quoniam hic illam novis muris cinxiſſe dicitur ut refert *Francke* **In der Käyſer Chronica** *ſub illo Imperatore.*

Quando porro urbs Imperialis facta ſit, non minus incertum eſt, nam *nonnulli* eam anno 1091. ab Henrico IV. talem factam eſſe narrant, ut ex Wolff.

Wolffg. Jobſt. in parvo theatro urbium refert Cruſ. d. p.2. l.8. c.6. in pr. A.

Alii verò, ut *Felix Fabri in Hiſtor. Suevor. l.* 1. *c.12. p.105.* refert, id Friderico I. Imperatori adſeribunt, *alii rurſus* à Conrado III. anno 1138. id factum tradunt, ut refert *Knipſch. d. l. n.6. alii demum* Fridericum II. ejus auctorem laudant, referente *Reuſn. d. c.13.* & *Dreſs. d. p. 5. p.315.* Ut ita in defectu antiquorum documentorum, cum inprimis, ut ſupra dictum, omnia civitatis archiva & acta ferè ante ducentos annos cum curiâ igne conſumta ſint, de illo nihil certi tradi queat.

Illam tamen jam ante annum 1348. *talem fuiſſe ex Privilegio Caroli IV. apud Knipſch. d. l.3. c.13. n.54.* in quo illa cum aliis in eo memoratis civitatibus pro tali urbe refertur, & illius privilegia confirmata ſunt, conſtat.

Sicuti etiam poſtea ſequenti anno 1381. 1385. & B. 1387. confœderationibus illarum civitatum interfuit apud Lehman. *d. l.7. c.66. 67. & 68.* ac in omnibus Imperialibus & particularibus civitatum conventibus comparuit, ut ex actis publicis notum eſt.

Civitas illa aliâs pro captu & ſcientiâ veterum ſatis munita eſt, ut refert Cruſ. p.3. l.12. c.31. in fine, de quo etiam conſuli poteſt *Zeiller. in d. Topogr. Suevia f.*88. ubi ejus hodiernus typus refertur.

Multa verò ſubinde paſſa eſt damna, & quidem primario in bello civili anno 1388. ab aliquot Principibus, Comitibus & Nobilibus cum civitatibus Suevicis & Rhenanis quibusdam geſto, quo ab illis graviter obſeſſa ſed non occupata diſcedentibus autem hoſtibus ab oppidanis quo ad bona ſacerdotum depopulata fuit.

Ac deinde in ſeditione ruſticorum, quâ ab his anno 1525. occupata & quo ad bona Eccleſiaſtica iterum direpta fuit, ut poſt *Cruſ. p.3. l.6. c.1. f.308.* tradunt *Reuſn. d. c.13. Dreſſ. d. p.315. Zeiller. in Chron. Suevor. p.* 288, quo ad poſterius verò *Gnedal. de Tumultu iſto Ruſticor. l.1. poſt m. Thomas Leodius in Hiſtoriola illius Seditionis ante finem & Cruſ. d. p.3. l.10. c.14. f.587.* C.

Plura de damnis in præterito bello paſſis refert *Zeiller. in d. Topogr. f.89.*

De illâ præterea ſequentia notanda.

I. *Eſſe ibi templum* cathedrale vel potius primatium inſignis ſtructuræ, ac turrim artificioſiſſime ſtructam, *tradente Reuſnero d. l.* & *Zeiller. in Itiner. Germ. c.30. n.93. & Knipſch. d. c.23. n.9.*

II. *Anno* 1408. *ibi ludum equeſtrem* vigeſimum quartum habitũ eſſe, ut legi poteſt apud *Modium in Pand. Triumph. Tomo 2. f.106. ac Cruſ. d. p.3. l.6. c.8. f.332.*

III. *Illam multis privilegiis* à diverſis Imperatoribus ornatam eſſe & quidem potiſſimum ſeqq.

Quod urbs illa 1. ab Imperio alienari vel hypothecari nequeat ex privilegio Carolo IV. apud *Knipſch. ibid. ſeq. n.18.* D.

2. *Doloſos homicidas* ex Ædibus Equitum Teutonicorum vi extrahere poſſit ex privilegio Ejusdem anni 1354. *ibid. n.20.*

3. *Cives ad extranea* & in ſpecie provincialia judicia citari nequeant ex privilegio Ludovici IV. de anno 1316. & 1338. Caroli IV. de anno 1355. & Friderici III. de anno 1487. *ibid. n. 21. & ſeqq.*

4. *Fluvium Nicrum* eò derivare poſſint, quo ipſis utile videtur ex privilegio Ludovici IV. de anno 1319. *ibid. n.27.*

5. *Nundina* ibi à Ludovico IV. die Kiliani ad modum Francofurtenſium conceſſæ ſint, ex privilegio illius de anno 1333. *ibid. n.29.*

Plura apud Eundem ibid. & *Lmn. Tomo V. lib.7. c.25.* legi poſſunt.

IV. *Eſſe ibidem Ædes* Equitum Teutonicorum ut jam ſub Privilegiis n.2. relatum eſt.

V. *Illam poſſidere quatuor pagos* Flein / Böckingen / Neckergartach / & Franckenbach / ut refert *Cruſ. d. p.3. l.12. c.31. f.795. & Lmn. Tom.4. l.7. c.25.*

Ac in lacu civitatis prope dictum pagum Böckingen / anno 1497. *lupum piſcem* captum fuiſſe, cujus capiti in interiori parte annulus cum inſcriptione Græcâ hujus tenoris, quod ille à Friderico II. Imperatore anno 1230. 5. Octobr. injectus fuerit, incluſus fuit, ex quo numerari poteſt illum 267. annos tunc vixiſſe, ut narrat cum inſcriptione ipſâ *Lehm. l.5. c.84. f.592.* & breviter memorat *Cruſ. d. p.3. l.9. c.8. f.508.*

Quod aliis iisdem planè cum circumſtantiis etiam Cæſarea Lutra in lacu Kayſerswag *eveniſſe*, & piſcem illum in aulam Philippi Electoris Heidelbergenſis adportatum in excoteratione annulum intra branchias cute obductum habuiſſe memorant, ut legi poteſt poſt *Freher. l.2. Origin. Palatinar. c.12. f.85.* apud *Vechner. in Breviario Germ. p. m. 98. & ſeq.* ubi tradunt illum 19. pedes longum fuiſſe & longitudinem illam in arce Lutranâ nigrâ lineâ demonſtratam eſſe priorque addit, annulum ibi in cimiliarcheis Palatiois aſſervari, ac inſcriptionem eandem Græcam ſubjicit, ubi legi poteſt.

Cum ergò utraq; relatio in omnibus circumſtantiis, ut dictum, conveniat, & piſcis talis utroque in loco eodem anno captus eſſe ſcribatur, *miratu illud dignum omnino videtur, & ſimul tamen dubium*, cum ita uterque piſcis eodem anno & die à Friderico II. in dictos lacus injectus, & uno eodemque anno iterum captus fuerit, & Lutra illa ab Heilbrunnâ ad minimum 18. milliaribus diſtet, *cui relationi fidendum ſit*, cum ratione poſterioris Freherus ſuam ex archivis Electoralibus depromſerit, pro priori autem teſtimonium etiam publicum, quia piſcis illius effigies & magnitudo una cum annulo Heilbrunnæ ſub portâ per quam Spiram itur, in tabulâ depicta conſpicitur, ut *Lehman. d. l.* tradit, pugnet.

VI. *Cenſum* ejus imperialem eſſe 208. florenorum, & cameralem cum augmento 183. florenorum 21. crucigerorum & 3. obolorum. *Zeill. Tit.7. n.52.*

VII. *Anno* 1650. & ſequentibus gravia diſſidia inter cives & Magiſtratum orta, ſed illa omnia per Decretum Cæſareum anno 1654. ſopita fuiſſe cum comminatione ſeveræ vindictæ in illorum reſuſcitatores exercendæ, ut legi poteſt apud *Knipſchild. d. c.23. n.17.*

IIX. *Inſigne civitatis* eſſe Aquilam integram, ut tradit *Hoping. de Jure Inſign. c.6. parte 7. num.*1040. & quidem in flavo campo, ſecundum *Schrotum f.101.* *ſed Sibmiach. p.219.* habet album campum.

Hervordia in circulo Weſtphalico & Comitatus Ravenſpurgici diſtrictu ſita civitas à multis politicis ob gravia argumenta pro civitate Imperiali cenſetur, *ſed quoniam* Sereniſſimus Elector Brandenburgicus non leves contradictiones in Deductione & Refutatione Relationis à parte civitatis editæ in medium protulit & oppoſuit, *& civitas*, licet anno 1651. per Commiſſarios Imperatoris in priſtinum immedietatis ſtatum ſolenniter fuerit reſtituta, nihilominus tamen neq; in præteritis neq; præſentibus Ratisponenſibus Comitiis comparuerit, *illam hic omittimus, de illâ & ejus immedietatis jure ſub urbibus controverſis vel dubiis adhuc juris ſeq. th.9. in expl. acturi.*

Iſua vel Iſena in antiquis Monaſterii illius loci literis *Iſenau*, ut refert *Zeill. in Itin. Germ. c.26. n.3. f.549.* in circulo Suevico & Rhætia prima ad amnem cognominem ſita Imperialis urbs *nonnullis à Germanico* Eiſen / cujus fodinæ olim ibi extiterunt, *aliis verò ab Iſide* Ægyptiorum Deâ à Suevis olim referente *Tacito in Germ. cap.9.* cultâ dicta traditur, ut legi poteſt

apud

apud Althamer. in Comm. ad Tacit. Germ. p. m. 116. *Reuſn. l.2. c.35. Lunn. Tom. 3. l. 7. c.26. n.1. & Kungſchild. d. l.3. c.25. n.1.*

Sed rectius, noſtro quidem judicio, à dicto amne cognomine præterlabente, derivatur, ut etiam tradit *Munſter. l.3. c.290. & Stumpff. in Chron. Helvet. l.5. c.10. f.397. imprimis quia*, ut modo dictum, Iſenan in antiquis literis vocatur, ſicuti etiam *Fulda* à flumine cognomine profluente dicta cenſetur, & *Lipſtadium* à cognomine flumine, ſimiliter *Embda* à flumine Amaſi **der Embs** / *Egra* à præterlabente cognomine fluvio & *Wienna* Auſtriæ à rivo cognomine, ut alia exempla omittamus, dicta eſt.

Spectavit autem hæc urbs ad Comites Voringenſes iisque extinctis *ad Dapiferos de Waldpurg* pervenit, ut inter alios tradit *Cruſ. p.2. l.7. c.4. Sed abſque dubio veriora ſunt, quæ Auctor Apologiæ pro Dominico Abbate Iſenenſi contra Comites Truchſeſſios ſcripta refert memorans*, urbem hanc cum Advocatiâ ſuper dictam Abbatiam & arce Trauchburg à dictis Comitibus Vôringenſibus anno 1306. Truchſeſiis pro 190. marcis argenti venditam fuiſſe, uti in illâ p. 50. legi poteſt.

Cum verò ex iis Otto ab Auſtriæ Duce Leopoldo in bello cum Helvetiis anno 1386. geſto perſuaſus ei cum aliquot equitibus acceſſiſſet, ad ſtipendia illis ſolvenda *a cognato Johanne pecuniam mutuo dandam, ſed fruſtra petiit, & idcirco in illius* odium & damnum à civibus ſuis Iſnenſibus 8000. librarum obolarium mutuo ſumſit eâ cum conditione, ut ſi è bello reverſus eam ſummam redderet, liberi ab illo, tanquam à ſuo domino non eſſent: Sin autem non reverteretur, aut pecunia illis ad diem non ſolveretur, libertate gauderent.

Periit verò ille in prælio ſine relicto filio, & ita Isnenſes tanquam liberi cives ſe imperio ſubjecerunt, ut poſt *Munſterum l.3. c.289.* narrat *Cruſ. p.3. l.5. c. 15. ante fin.*

Atque hoc modo civitas iſta ad Imperium tranſiens libertatem & immedietatem hucusque ſemper conſervavit.

Cui ex Auctore Actorum Lindavienſ. p.631. addendum, civitatem illam à Carolo IV. Imperatore vigore Diplomatis anno 1365. conceſſi & ab illo relati *hâc conditione in numerum Civitatum Imperialium receptam eſſe, ut Imperatoribus in feſto S. Martini* quotannis *ſolveret centum libras obolorum. Ex quo patet*, illam ante mortem dicti Ottonis Truchſeſſii, ille enim anno demum dicto 1386. ut *Munſter. d. l.* refert, interiit, civitatem talem factam eſſe, *& ita veriorem illorum eſſe opinionem, qui tradunt illam* precio 9000. librarum obolarium ab Ottone dicto memorato anno 1365. libertatem emiſſe & ſe imperio tunc ſubdidiſſe, pro quibus facit, quod urbs hæc jam anno 1377. in ſœdere magno civitatum Imperialium Sueviæ comprehenſa fuit, ut refert *Stumpf. l. 5. Chron. c.8. f.385.*

Anno 1284. civitas cum cœnobio igne conſumta fuit, ut legitur apud *Cruſ. p.3. l.3. c.7. circa fin. & anno 1631. iterum maxima ex parte conflagravit* ut tradit *Zeiller. in Topogr. Suevia f.* 101. ac ſeq. & in *Chron. Suevia in append. p.* 352. *ac in Itiner. Germ. d. f.* 549.

De illâ porro ſequentia pauca notanda.

I. *In illa eſſe Abbatiam* Benedictini ordinis imperio immediatè ſubjectam, & ejus Abbatem in præteritis Comitiis Ratiſponenſibus anno 1641. & 1654. ſimul comparuiſſe, ut ex ſubſcriptione Receſs. Imperii conſtat.

Licet controverſiam Status à Comitibus Truch-

A. ſeſiis de Walpurg. paſſus ſit, ut refert *Zeiller. de decem Circul. Tit.7. p.575. & ſeq.*

II. *In illâ Senatum* Lutheranæ Religioni ſolùm addictum eſſe, & ex novemdecim Senatoribus conſtare, ut refert *Zeiller. in d. Chron. p.302. & Itinerar. d. f.549.*

III. *Illius inſigne* eſſe ſoleam ferream equorum ungulis affigi ſolitam cum aquilâ aureâ, ut memorat, *Zeiller. in d. Topogr. d. f.100.* ſed *Sibmach. d. p.219.* habet aquilam nigram cum fulvâ coronâ.

IV. *Commercia* linteorum pannorum ibi vigere, ita ut ſingulis annis circiter 15000. florenorum proventus inde habeant pannifices, ut narrat *Zeiller. in Itiner. Germ. ſeq. f.550.*

V. *Cenſum imperii* eſſe 80. florenorum ac Cameræ cum augmento 83. florenorum 21. Crucigerorum & 3. obolorum ſecundum *Zeiller. de decem Circul.*

B. *Tit. 7. num.43.*

De illa plura vide in *Topogr. Suevia d. f.100. & ſeq.*

Kauffbeura in antiquis monumentis & actis **Kauffbüren** & **Kauffpüren** ut legi poteſt apud *Gold.* **in den Reichs-Handlungen** *f. 30. &* **Reichs-Satzungen** *parte 1. f.182. in circulo quoque Sueviæ* & quidem Algoja ſita Imperialis urbs diverſimode quoque derivatur, ut legi poteſt apud *Reuſn. d. l.2. c.20.*

Sed communis opinio quod ſcilicet è duobus Germanicis vocabulis compoſitis **Kauff** & **Bauren** quaſi emtus pagus, dictus ſit, *quia* iſtius pagi incolæ à Conrado II. Imperatore precio quinquaginta millium aureorum libertatem emerunt, cum ante Baronibus à Villâ **vom Hoff** / ſicut paulò poſt latius dictum, ſubjecta fuerit, ſecundum **Sauern / in dem vermehrten Städte-Buch** *p.916. Reuſn. d. l. Dreſſer. d. parte 5. p.347.* veritati quam proximè ac-

C. cedere creditur, qua etiam de causâ, ut paulo poſt demonſtrabitur, *Imperator Fridericus III.* civitate Blaubeuren *pro inſigni ruſticum blavium* vel glaucum dedit.

Putavimus aliquando, an non hæc urbs Kauffbeura primo ſolùm **Byrohn** *vel* **Byron** *aut* **Byren** / *& ſuccedente demum tempore cum adjecto Kauffburen vocata fuerit, ex illis rationibus, quia* nonnullæ ad fluvios vel amnes ſitæ urbes *à præpoſitione* **By** *& antiquo Francorum verbo* **Rhonn** fluvium vel amnem ſignificante **Byrohn** / *& poſtmodum* **Büren** *dictæ ſunt*, ut in ſequentibus demonſtratum eſt, ſicuti etiam ideo *monaſterium* **Blaubeuren** vel **Blauburen** ad amnem Blavium cum oppido cognomine dictum à Pontifice Urbano II. in Diplomate anni 1099. apud *Mager. de Advoc. Arm. c.14. n.240. f.629. Buhrenſe & Buhronenſe* vocatur.

Cur vero poſtea cum adjecto Kauffbyhren, vel Kauff-

D. *byra*, ut in antiquis monumentis legitur, & inde mutatâ cum tempore dialecto **Kauffbeuren** dicta ſit, hanc rationem damus, *quia prior illa vox* **Kauff** poſtea ad differentiam dicti oppidi **Blaubeuren** & demum, ut ſana ratio etiam dictitat poſt memoratam libertatis emptionem adjecta fuit.

Et confirmavit nos poſtea in hâc opinione *Felix Fabri in Hiſtor. Suevicâ l.2. c.15. in f. ac Stumpf. in Chron. Helvet. l.5. c.8. in pr. & Geldaſt. in Not. vel Gloſſis ad Script. Rer. Alamann. ac in ſpecie Ekkehardo Junioris caſus c.1. in pr. ubi primum* de origine nominis **Blauburen** multa erudite diſſerit, *poſteriores* vero aliquot exempla urbium propter talem ad fluvios vel amnes ſitum antiquis **Byrohn** & nunc **Büren** dictarum adducunt, & ad hujus urbis etymon applicant, de quo etiam agit *Cruſ. p.3. l.5. c.1. f.251. ubi & Faber d. l. adducit*, Fridericum III. Imperatorem ex vulgato errore, quaſi **Blaubeuren** à ruſticis blaviis

dicta

dicta ſit, illi talis ruſtici inſigne dediſſe, & quodammodò diſſerit *Rhenanus l.3. Rer. Germ. p.m.244.* ubi vocem buren etiam pro fonte habet, ac *Althamer. ad German. Tacit. p. m. 142.* de quo etiam idem ſentire *Zeiller. in d. Topogr. ſub urbe Blaubeuren f. 37.* poſtea reperivimus.

Quibus addendum Gelriæ oppidum **Büren** ad torrentem quendam non procul à flumine Lingâ ſitum inde etiam procul dubio nomen ſuum obtinuiſſe, idque etiam accidiſſe Monaſterio **Beurn** / alias Michelbeurn in ditione Salisburgenſi non procul à Salza fluvio exſtructo, ut legi poteſt apud *Gevvoldum in Metrop. Salisburgenſi aucta Tomo 2. f. 138.*

Invenitur etiam aliud monaſterium ejusdem nominis prope Alpes & Lycum ſitum procul dubio etiam ob eandem rationem ita vocatum, & à *Bucel. in Germ. Sacrâ parte 2. f. 14.* memoratum.

Condita verò eſt illa urbs à Gilidone, Gildone vel Guidone Gladone, ut *Zeiller. in d. Topogr. f. 104.* illum vocat, Barone à Villa, **vom Hoff** / qui una cum aliis gentilibus cum Lothario I. Imperatore Romano in illa loca ex Galliâ profectus & agris ac poſſeſſionibus finitimis auctoritate Cæſaris in ſuam poteſtatem redactis municipium illud condidit, ac anno 842. (de quo tamen ideò dubitari poteſt, quoniam Imperator ille demum præcedenti anno 841. Imperator factus, & vix credibile eſt, in uno anno perfici id potuiſſe) municipium iſtud condidit mœnibusque ſepſit, ut ex *Annal. urbis refert Renſn. d. l. Ex iisdem addens, Ottonem illius familiæ ultimum* imperante Conrado II. Imperatore ob adulterium cum civis cujusdam ſui uxore commiſſum à ſuperveniente marito interfectum, *ac ita familiâ iſtâ exſtinctâ civitatem precio 50000. aureorum pro libertatis & immediatatis ſtatu ſub dicto Imperatori ſoluto imperialem factam eſſe*, ac ab illo, uti & ſequentibus multis Imperatoribus ibi relatis inſignia privilegia fuiſſe, quæ tamen à nemine noſtro ſcitu vulgata ſunt, quâ etiam de causâ de illa civitate parum annotare potuimus, præterquam

Quod I. ibi omnes obligationes in civitatis Cancellariâ confici debent, cum aliâs invalidæ ſint, ut refert Wehner. in Obſerv. Pract. verb. **verga**.

II. *Anno* 1377. à Friderico Duce Teckenſi & Mindelheimii Dno & ſimul Epiſcopo Eichſtadienſi, Bavaris ac Heideccio ac anno 1388. à Ruperto & reliquis Bavariæ Ducibus ſed fruſtraneo conatu obſeſſa fuerit, ut narrat *Cruſ. in Annal. p.3. l.5. c.11. f.289. ac l.6. c.1. f. 307. & Zeiller. in Itiner. Germ. c. 30. n. 111. nec non Lehman. in Chron. Spirenſi l. 7. c.69.*

III. *Anno* 1325. tota urbs una cum Monaſterio D. Claræ ſeptem ſaltem domibus exceptis, igne conſumta fuerit, narrante *Zellero in Chron. Suevia p.305. Et anno* 1633. à Suecis ſub ductu Campi Mareſchalli Hornii occupata fuerit, ut idem in *Appendice ad d. d. Chron. p. 555.* ubi etiam alia inſortunia recenſentur, memorat.

IV. *Religio ibi* utraque Catholica ſcilicet & Lutherana, pari exercitii libertate viget, ſiquidem ſecundum tenorem *Inſtrumenti Pacis Artic. 5. §. 11.* reſtituta in illum ſtatum, quo anno 1624. fuit, per Cæſareos ſubdelegatos anno 1649. ut legi poteſt in Receſſu ab iis tunc confecto *& à Knipſch. d. l. 3. c. 26. n. 11.* relato.

V. *Inſigne urbis ſit* dimidiata nigra aquila in flavo & duæ ſtellæ in rubro campo cum trabe albâ transversâ, ut videri poteſt apud *Martinum* **Schrot** *& Adamum* **Berg In deß H. Römiſchen Reichs Wapen-Buch** *f. 101. ſed Sibm. d. p.219.* habet trabem rubram in campo glauco cum duobus ſtellis albis.

VI. *Cenſum habeat* imperii 160. florenorum & Cameræ cum augmento 54. floren. 10. cruciger. & 5. obolorum, referente *Zeill. tit. 7. n. 60.*

A. *Kayſersberga Cæſareomontanum* Imperialis & ſimul ad præfecturam Hegenoenſem pertinens atque *in Alſatiâ* ſita urbs, agrum habens fertiliſſimum, vini & frumenti optime feracem, unde etiam *Cor & Medulla Alſatiæ* vocatur, referente *Renſn. l.1. c.21. Adeo vicinas habet duas urbes Ammers Weileram & Conſheimium*, ut bombardalis globi jactu quæque attingi poſſit, narrante *Munſtero l. 3. c. 134. in f.*

Sed his temporibus nempe anno 1677. juſſu Regis Galliæ cum aliis civitatibus miſerè notata eſt.

Sub Friderico II. Imperatore circa annum 1240. ab ejus præfecto provinciali Albano Wolffelino in civitatem redacta & muris cincta fuit, ut refert *Herzog. in Chron. Alſatiæ lib. 9. cap. 1. poſt pr. & Cruſ. p. 3. lib. 1. cap. 15. f. 49. Et ab illo tempore civitas imperialis audivit.*

B. *Inſigne habet* glaucum clypeum & intus cramenam nigram cum flavis annulis *Sibmach. d. p. 219.*

Ejus cenſus Imperii eſt 84. florenorum & Cameræ cum augmento 41. floren. 42. crucig. & 5. obolorum referente *Zeiller. tit. 8. n. 45.*

Landavia in finibus Alſatiæ inferioris ſita & ad Præfecturam Provincialem Hagenoenſem ſpectans Imperialis urbs à duobus Germanicis verbis **Land** & **au** / quaſi totius provinciæ pratum & amœnitas dicta eſſe fertur, *quoniam* in amœniſſimo & nobiliſſimo illius loco exſtructa eſt, & olim *in duorum milliarium circuitu ad trecentas & quinquaginta arces, vicos & pagos in conſpectu habuit*, ut narrat poſt *Münſter. l. 3. c.170. Zeiller. in Topogr. Alſat. f. 22.*

De illius ortu ex relatione Senatus illius loci ita ſcribit Munſter. d. l. Incolæ originem ignorant, ſed ante 247. annos (qui annum Chriſti ſecundum calculum dedicationis Coſmographiæ circiter 1303. con-

C. ficiunt) *urbs illa adhuc exigua & tunc per translationem ædificiorum ruſticorum ex tribus entiis pagis*, nempè **Nzingen/ Mühlhauſen** & **Obernhornheim** à Senatu & civibus in urbem factam ampliata fuit.

Quod verò ibidem addit urbem illam anno 1308. ab Imperatore Ludovico Bavaro Epiſcopo & Epiſcopatui pro certâ pecuniæ ſummâ oppignoratam & anno demum 1511. à Maximiliano I. Imperatore redemtam ac in numerum civitatum Imperialium relatam, nec non præfecturæ provinciali Hagenoënſi inſertam fuiſſe;

Id correctiooe & explicatione vel declaratione indiget ſequenti:

I. *Originem* & cauſam oppignorationis illius hanc fuiſſe, quod in noto illo inter Ludovicum prædictum & Fridericum Auſtriacum ob dignitatem Imperatoriam anno 1315. & ſeqq. orto ac continuato armato

D. diſſidio Landavienſes cum reliquis in Alſatiâ ſitis & ad præfecturam provincialem pertioentibus urbibus Imperialibus partes Auſtriaci ſecuti fuerint, & civitati ac Epiſcopatui Spirenſi partibus Ludovici addictis ingentia damna intulerint, ac inde hunc Imperatorem permotum ad illa ſarcienda cives Landavienſes 5500. libris Hallenſibus civitati Spirenſi ſolvendis multaverit, ac ſibi propoſuerit, urbem Landavienſem bellicâ vi ſubjugare, ac illius muros & propugnacula funditus evertere, nec illorum reſtaurationem permittere, donec illi Spirenſibus multam ſolverint, eaque de causâ pro illâ ſummâ iſtis Landavienſes hosce anno 1317. oppignoraverit, ut refert *Lehm. in Chron. Spir. lib. 7. cap. 24.* ubi ſimul Cæſaris literas oppignoratitiis refert.

Sed Landavienſes Cæſaris iram & arma metuentes eodem anno ſolutâ certâ pecuniâ illius gratiam

recuperaſſe & cum Spirenſibus pacem iniiſſe, ut *Idem ibidem* refert memorans ſimul, illos his dictam pecuniam ſolviſſe, *ſed* in hoc errat, ſiquidem, ut in *ſequenti n.* 2. demonſtrabimus, Cæſar Spirenſibus propter ſummam illam alio ſatisfecit modo, & oppignorationem in Epiſcopum illius loci tranſtulit, *ex quo* conjicimus, ſolutionem à Landavienſibus in certum tempus ſolum promiſſam vel potius ipſi Imperatori præſtitam, quoniam & concordiam, imò fœdus cum Spirenſibus inierunt, & muros ac propugnacula ſua integra retinuerunt, ut *Idem d. l.* ſubjungit, & Imperator Maximilianus I. ut mox deducetur, urbem, non verò hæc ſemetipſam redemit.

2. *Imperatorem dictum* poſtmodum Spirenſibus, ut memoratum, alio modo ſolutionem debiti illius præſtitiſſe, vel potius illi aliam gratiam feciſſe, ac Landaviam ob dictam ſummam ſarciendi perpeſſi damni cauſâ Epiſcopo Spirenſi pro 5000. libris Halleoſibus oppignoraſſe & Imperatorem Maximilianum I. illam anno 1511. vel potius demum 1517. ut Epiſcopi Georgii quietantia apud *Knipſch. d. lib.* 3. *cap.* 29. *n.* 26. indicat, pro 15000. florenis Rhenenſibus (ſub quibus 12000. floreni à civitate ipſa Imperatori ad reluitionem mutuo dati, comprehenſi fuerunt ut Imperator Carolus V. ipſe in Diplomate ſeq. n. 4. relato fatetur) redemiſſe, ut *ibid. n.* 20. *& ſeqq.* & apud. *Anct.* der gründlichen *Deduction* betreffende der Reichs-Städte Weißenburg und Landau *Immediaten* Stand ꝛc. legi poteſt.

3. *Civitatem illam* non à Maximiliano I. demum immediatum Imperii ſtatum obtinuiſſe, ſed illum jam ante Ludovici Bavari tempora, & abſque dubio à Rudolpho I. Imperatore vigore privilegii illi anno 1291. dati & à *Limn. Tomo IV. lib.* 7. *cap.* 28. *n.* 3. relati habuiſſe, ſiquidem Ludovicus ille apud *Knipſch. d. c.* 29. *n.* 23. in ſuo privilegio refert illam Imperii civitatem eſſe, & ſe omnia illius privilegia à prædeceſſoribus obtenta confirmaſſe, & Maximilianus ipſe Decreto de anno 1509. apud *Eundem n.* 24. illam Imperialem vocat, *ideoque forte erratum fuiſſe à Munſtero*, dum loco ante memorato refert urbem hanc anno 1303. adhuc exiguam fuiſſe, *cum præterea* anno ſequenti 1315. jam tam potens fuerit, ut ſe Imperatori Ludovico opponere ſimul potuerit, ſicut *præc. n.* 1. deductum eſt.

4. *Eandem* quidem à Rudolpho I. Imperatore in d. Privilegio omnia Privilegia civitatis Hagenoæ obtinuiſſe, & in iis à Ludovico IV. confirmationem impetraſſe ac à Maximiliano I. apud *Knipſch. n.* 25. juſſam fuiſſe, ut una cum reliquis Præfecturæ illi ſubjectis civitatibus imperialibus mediante homagii præſtatione Præfecto illi obedientiam præſtet, & exinde omnino colligendum, quod præfecturæ illi ab iſto Imperatore inſerta fuerit, ſed nihilominus Carolum V. Imperatorem in dicto Diplomate apud Limn. cit. l. expreſſe referre, quod Maximilianus in illo propoſito morte præventus, & id demum à ſe perfectum fuerit.

De illâ porro notanda ſequentia.

1. *Cives Landavienſes* contra omnia forenſia tribunalia ita privilegiatos eſſe, ut ſolum coram proprio Sculteto ac judicio conveniri poſſint ſecundùm privilegium Imperatoris Caroli IV. Sigiſmundi & Maximiliani II. de anno 1349. 1415. & 1565. referente *Gilmann. Tomo* 6. *Symphor. c.* 7. *§.* 24. *f.* 190. *& Blumio de Proceſſ. Cam. Tit.* 47. *Tab.* 6.

2. *Urbem pro inſigni* habere Leonem rubrum erectum in flavo campo, ut videri poteſt apud *Schrot.* In dem Wappen-Buch *f.* 102. *Sed Sibmach. d. p.* 219. habet campum album.

3. *Illius Cenſum* eſſe Imperii 96. florenorum & Cameræ 45. florenorum & cum augmento 75. florenorum tradente *Zeill. tit.* 6. *n.* 43.

4. *De ſummâ appellabili* nihil reperiri, adeoque illam communi Statuum hodierno privilegio intra 400. thaleros non appellandi procul dubio gaudet.

Leutkircha item Luitkircha. & Luikircha atque Leukircha in Suevia parte, quæ Algovia dicitur, ac ad amnem Eſebach ſita Imperialis urbs *quaſi multorum hominum vel vicinorum commune templum* dictum eſſe creditur, quoniam templum S. Martini ibi exſtructum à vicinis quondam valde frequentatum fuit, & adhuc multa templa ejus provinciæ ſub ſe continet, adeòque ampliſſimos proventus habet diciturq; illud ante civitatis exſtructionem conditum fuiſſe, & poſtea civitati inde nomen eveniſſe, ut tradit *Zeiller. in Chron. Suevia p.* 315. *& in Topogr. Suevia f.* 117. *ſicuti etiam aliæ urbes*, utpote Feldkircha Rhetiæ ab antiquo ſuo nomine Campo, & Templo in honorem S. Petri poſtea ibi exſtructo, ut refert *Stumpf. in Chron. Helvet. lib.* 10. *cap.* 32. *in pr.* Quinqueccleſienſis urbs in Hungariâ à quinque Baſilicis, narrante *Bonfin. Dec.* 1. *Rer. Ungar. lib.* 1. *f. m.* 24. Weiſſenkircha oppidum vel vicus Auſtriæ ad Danubium ab albo templo ac turri ante portam in colle exſtructis, ut nobis ibi relatum fuit, uti & oppidum Kirchen in Sueviâ referente *Felice Fabri in Chron. lib.* 1. *cap.* 19. Kirchberga & Kirchdorff in Auſtria Kirchberga Thuringiæ & Franconiæ ac Kirchhain Haſſiæ, Kirchlautern Franconiæ, plura omittendo à Templis etiam dicta fuerunt. *Diſſimulandum tamen non eſt*, urbem illam à quibusdam, *ut in pr.* jam diximus, *Leukircham, ab aliis Luikircham* nominari, ut poſterius uſurpat *Cruſius Parte* 2. *lib.* 9. *cap.* 16. *f.* 357. *& ſeq.*

Quo tempore & à quo condita, & à quo poſtea Imperatore imperialibus civitatibus adjecta fuerit? hactenus reperire non potuimus: Nam quod *Cruſius d. l. ex Lyreri Chronico Suevico* refert, Curium quendam Principem Romanum circa annum Chriſti anno 104. ob Religionem Chriſtianam perfugum in Rhetiam ſe contuliſſe, unâ cum liberis, unumque filiorum Wilpartum in caſtro Luikirchâ ab illo conſtitutum, & alium, Burgundum nomine rectorem eccleſiæ non procul ab ulmâ factum fuiſſe, & à priori abſque dubio urbis initia proveniſſe, id ipſum auctori illi tanquã fide non digno & inepto, ut *à Cruſio ibi* appellatur, merito relinquitur. *Miratu autem dignum eſt, ejus urbis nullum antiquum ſcriptorem Germanicum, noſtro quidem ſciu, mentionem facere.*

Reperimus verò illam referente Stumpf. in Chron. lib. 5. *c.* 8. *f.* 385. *& Bucelino in Conſtant. p.* 2. *p.* 302. jam anno 1377. in confœderatione urbium Imperialium comprehenſam fuiſſe, quod etiam 1381. & 1385. factum eſſe ex *Lehmann. l.* 7. *c.* 66. *& ſeq.* conſtat. Item in matricula collectarum Imperii apud *Auctor.* der Braunſchweig. Hiſtor. Händel. *parte* 2. de anno 1431. f. 1022. & 1055. de anno 1467. f. 1060. de anno 1471. f. 1032. & 1069. de anno 1480. f. 1065. de anno 1481. f. 920. Item apud *Gold.* In dem Reichs-Handlungen *f.* 30. & in omnibus ſubſequentibus, ſicuti etiam illa ad omnia comitia Imperii tam univerſalia quam particularia ſemper vocata fuit.

Illius Cenſus imperii eſt 40. florenorum & Cameralis cum augmento 62. florenorum & 32. crucigerorum, ut narrat *Zeiller. d. Tit.* 7. *n.* 64. ſed hic quo ad prius aliter à *Limn. Tomo* 4. *l.* 7. *p.* 249. refertur.

Et inſigne templum cum turri tecto aquilam impoſitam habens, ut videri poteſt apud Zeiller. d. f. 117. *in typo urbis.*

De illa porro ſequentia pauca notanda.

I. *Templum* illud antiquum anno 1514. ampliatum & egregiè exſtructum fuiſſe, ut legi poteſt **Jn dem vermehrten Städte-Buch Saurers.**

II. *Aliud* ab Auguſtanæ Confeſſioni addictis anno 1613. ædificari cœptum & anno 1615. abſolutum fuiſſe ſub nomine ad Sanctam Trinitatem, ut *ibid.* & apud *Zeill. in Chron. Suev. p.* 318. narratur.

III. *Senatum* ex 12. perſonis, quorum maxima pars dictæ religioni addicta eſt, conſtare ut apud *Saurum ibidem* & apud *Knipſch. d. l.* 3. *c.* 30. *n.* 3. legitur.

IV. *Gaudere illam* telonio certo in currus, equos & merces ſtatuto ex privilegio quorundam Imperatorum & à Maximiliano I. anno 1514. confirmato atque aucto ut ex privilegio ipſo à *Limn. d. l.* relato cognoſci poteſt.

V. *Habere* privilegium venandi etiam in ipſâ Landvogtiâ, ut memorat *Zeill. d. p.* 318.

VI. *De ſummâ appellabili* nihil inveniri, & ideo dubio procul Inſigne urbem hanc commune cum cæteris privilegium, infra 400. thaleros non appellandi, obtinere.

Lindavia in antiquis ſcriptoribus & documentis & in ſpecie *Hepidanno in Annal. ad annum* 948. & *in Vitâ S. Wiborade l.*1. c. 15. apud *Goldaſt. Tomo I. Script. Alamann. parte* 2. *f. m.* 213. *Herm. Contracto in Chron. ad annum* 948. & 1051. *ac privilegio Rudolphi I. Imperatoris apud Limn. Tomo IV. l.*7. c. 29. *n. V. Lindaugia*, in quadam Lacus Bodamici inſulâ ut *paulò poſt* latius dictum, ſita Imperialis urbs à tiliis in illâ inſulâ olim magnâ copiâ repertis & paſcuo loco prato vel inſulâ *quaſi Lindenavia*, *Lindenau*, **Lindenauge** veteres Germanici Scriptores enim *augiam paſcuum locum* nominarunt, ut etiam refert *Althamer. in Comm. ad German. Taciti f. m.* 35. 93. 144. & 220. ſicuti etiam ideo vetus Abbatia **Reichenau** in vicinia ſita Major vel *Dives Augia* iis appellata fuit. *Idem p.*22. dicta cenſetur ſecundum inferius adducta, ſicuti etiam ut paulo poſt latius dicetur, tiliam pro inſigni gerit: quamvis *Munſter. d. l.*3. *c.* 255. aliam etymologiam, ut etiam paulo poſt adductum, reddat.

Tanta verò locus ille vetuſtatis dicitur eſſe ſecundum Munſter. d. l. Braun. de Urbibus L. 1. *in Judice & Auctor. Actorum Lindavienſ. f.* 548. ut ejus origo ignoretur, probabile tamen eſſe, primum ibi à Romanis tempore Auguſti Imperatoris, ſub quo Rhæti ſubjugati ſunt, & ſorte à Tiberio Nerone munimentum contra Vindelicos & Bojos exſtructum fuiſſe, idque demonſtrare antiquam turrim ex ſilicibus exſtructum, adhuc exſtantem, & ideo *murum Gentilium* **die Heydenmauer** dictum eſſe.

Sequenti vero tempore ſub Carolo M. Adelbertum à **Rorbach** (qui etiam Comes à Buchorn *Lazio de Migrat. Gent. l.*8. *f. m.* 442. & aliis vocatur ſed à *Bucelino in Germ. Sacra parte* 2. *f.* 54. Hunfridi filius & Rhætiæ Comes nominatur) ejus cognatum & Ludovici nepotis Palatinum ideo quia ex periculo navali ibi appulit ex voto monaſterium ædificaſſe, illudque ab appulſu iſto, **dem Landen** vel **an Landen Landau** appellaſſe.

Poſtea vero in illam inſulam multos mercatores caupones & alios homines ſe contuliſſe & vicum condidiſſe, illosque ſubſecuto tempore à Domino ſuo Hugone Comite de Briganz libertatem ſuam precio 42. marcarum dimidiâ ex parte auri, & ex alterâ parte argenti emiſſe (quod etiam *Lyrerus in ſuo Chronico* refert, & *Lazius d. l.* anno 1166. factum eſſe memorat) ac paulo poſt circa monaſterium illud tunc temporis *ſub tiliis vel ad tilias* propter arborum iſtarum copiam nominatum urbem inde *Lindaviam di-*

A. *ctam* ſub dominio tamen Abbatiſſæ illius loci exſtruxiſſe: Sed cives illos poſtea ſub Imperatoribus Suevicis eximia privilegia cum jure proprios Magiſtratus conſtituendi & ſimul *pro inſigni Tiliam viridem* in campo vel ſcuto albo gerendi, quæ omnia ab Imperatore Rudolpho I. anno 1275. per ſingulare privilegium à *Limn. d. n. V.* relatum confirmata & aucta ſunt, obtinuit, ut illa omnia pluribus refert *Munſter. d. l. Ex quibus patet*, illam omnino nomen ſuum à tiliis & prato accepiſſe, quod etiam *Stumpf. in Chron. Helvet. l.*5. c. 9. *f. m.* 391. *Cruſ. p.*1. *l.*11. c. 2. *in pr. & in Paraleip. c.* 20. cum multis aliis narrat & probat.

Sed quæ de ignotâ illâ origine ex Münſter. & dicto auctore Actor. Lindav. adducta ſunt, ſubſiſtere non poſſunt, cum poſterior ipſe f. 31. 87. 548. & 613. *referat*, urbem illam ex antiquâ combuſtâ urbe **Aeſchach**
B. in illâ inſulâ conditam eſſe circiter ducentis poſt exſtructum monaſterium annis, ſivè circa annum 1000. ut *Knipſch. d. l.*3. *c.* 31. *n.* 20. tradit, quod etiam narrationi Munſterianæ quodammodo congruit.

Sita verò eſt illa, ut jam diximus, in quadam inſulâ Lacus Bodamici, & ponte Lapideo 290. paſſus longo continenti jungitur, muriſq; firmis undiquaq; verſus reliquam vero inſulæ partem, quæ vineis conſita eſt, foſſâ inſuper, ſuper quam duo pontes ſtructi munita eſt, ut præter dictos auctores *Cruſ. d.* c. 20 narrat, ac ob talem ſitum *Suevicarum Venetiarum nomine* honoratur, ut *Zeill. in Contin. Itin. c.* 25. *n.* 27. narrat.

Quo temporo propriè Imperio acceſſerit, exactè tradi non poteſt, id tamen ſub Imperatoribus Suevicis factum eſſe inde evincitur, *quia* Rudolphus I. Imperator in dicto privilegio de anno 1275. illi omnia jura & libertates ab Imperatoribus & Regibus præce-
C. dentibus conceſſas confirmavit, & cives illius Imperatoribus ac Regibus illis fideliter adhæſiſſe refert, ac ſuos ac Imperii fideles vocat, ut in eo legi poteſt, quod etiam tradit *Auctor. Actor. Lindav. d. f.* 613.

De illâ porro ſequentia notanda.

I. *Varia illa incendia paſſa eſt*, utpote anno 948. narrante *Hepidanno in Annal. & Hermanno Contracto in Chron. ad d. annum* 948. uti etiam expreſſius *Gulero in Rhetiâ l.*8. *f.*106. ubi id ab Hermanno Sueviæ Duce factum eſſe & illum ſimul ope Imperatoris Ottonis caſtrum Brigantinum occupaſſe refert, de quo etiam legi poteſt *Bucel. in Conſtantiâ P.* 1. *ad illum annum*: porro anno 1264. referente *Munſtero* d. l. & anno 1347. quo penè tota igne conſumta fuit, memorante *Stumpf. d. f.* 391.

II. *In illâ Abbatia eſt virginum nobilium imperio immediatè ſubjecta*, & præterito tempore Abbatiſſæ in illam dominium & juriſdictionem prætenderunt, ſed civitas ſua immedietatis jura egregia defen-
D. dit, ut legi poteſt in jam memoratis *Actis Lindavienſibus*, quibus jungi poſſunt, quæ habet *Conring. in Cynoſura Diplomatis*, *quod Ludovico Imperatori acceptum fert Cœnobium Lindavienſe.*

Quibus addendum, virgines illas veſtibus monialium non uti, & nubere poſſe, Abbatiamq; illam aſylo privilegiatam eſſe, ut refert Munſter. d. l.

*Plura de illâ Abbatiâ habet Knipſch. d. l.*3. *c.*31. *n.*39. & *ſeqq.*

III. *Poſſidet civitas* multos pagos & arcem **Gieſſen** extra inſulam in territorio illius ſitam, ut refert *Id. n.*19. & 24.

IV. *Ideo collectas* omnibus ſuis tam civibus quam in territorio ſitis ſubditis liberè imponit, ſecundum *Eund. ſeq. n.*26.

V. *Mercaturam exercet* variarum rerum, inprimis vini, copioſiſſimam, & inde merces in Italiam, Sabaudiam & Galliam, & ex his retro aliæ in imperium

magno proventu & lucro vehuntur, ut tradit *Münſter. & Stumpf. dd. ll.*

VI. *In illâ Auguſtana Confeſſionis religio* potiſſimum viget, & Catholici in ſolo Monaſterio ſua ſacra exercent, ut legi poteſt **Jn dem vermehrten Städte-Buch Saueri** *& in Executionis Receſſu apud Knipſch. n.* 58.

VII. *Senatus ibi* ex Patriciis qui ſoli ad Conſulatum & Præturam promoventur, & octo tribubus conſtituitur uti refert *Idem* 36. *& ſeqq.* ubi ſimul familias patricias & nobiles recenſet.

IIX. *Privilegiis gaudet ſequentibus ex d. Rudolphi I. diplomate apud Limn. Tomo* 4. *l.* 7. *c.* 29. *n. V.*

1. *Quod* Advocatia Imperialis nullo modo alienari queat.

2. *Quod* cives nullibi niſi coram illo Advocato aut Sculteto vel ejus ſubſtituto conveniri poſſunt, quod etiam Imperator Sigismundus ſingulari Diplomate confirmavit anno 1415. *apud Eund. n. VII.*

3. *Quod* miles aut monachus prædium aliquod in illâ hæreditario jure acquirere ac tenere nequeat.

4. *Quod* ſaltem 200. libras obolorum Imperatori tributi loco ſolvere teneatur ex privilegio Sigismundi de anno 1415. apud *Limn. n. Eod.*

5. *Quod* jure monetam cudendi & vectigal exigendi ſecundum *Renſn. l.* 2. *c.* 18. *& Auct. Actor. Lindav. p.* 450. gaudeat.

6. *Quod* debitores extraneos beneficiis ſuis renunciantes extra ſuam ſive in aliis territoriis propriâ auctoritate capere, & cum bonis ſuis in urbem ducere queat ac tam diu detinere, donec debita ſolverint, ex d. Sigismundi privilegio apud *Limn. d. n. VII.*

IX. Anno 1649. per Commiſſariorum Cæſareorum ſubdelegatos vigore Inſtrumenti Pacis d. §. 11. in priſtinum ſtatum reſtituta ſit ut in *Receſſu Executionis apud Knipſchild. d. cap.* 31. *n.* 58. *&* 59. legi poteſt.

X. *Pro inſigni* habet, ut jam ſupra dictum tiliam in campo albo ut apud *Schrotium* **Jn dem Wappen-Buch** *f.* 102. *& Stumpf. d. f.* 391. legi poteſt. ſed *Sibmach. d. p.* 219. campum flavum habet.

XI. *Summa appellabilis* à nobis reperiri non potuit, eſt tamen hodie ex *d. R. J. de anno* 1654. *§.* 112. 600. florenorum.

XII. *Ejus cenſus* Imperii eſt 196. florenorum & Cameræ cum augmento 166. florenorum 42. crucigér. & 5. obolorum referente *Zeill. d. tit.* 7. *n.* 55.

Lubeca florentiſſima Wagriæ metropolis vel acropolis (ut *Pontan. in Hiſtor. Danicâ lib.* 6. *ſub Rege* 81. *f.* 297. eam vocat) & Imperialis urbs, ut etiam *Hanſeaticarum urbium caput a quibusdam quaſi* **Lobe-reck** quod ſcilicet decus ſit urbium in iſto litore vel limite Imperii ſitarum *ſed inepte quoniam* ſtatim ab initio, dum exilis fuit & ferè adhuc ideo incognita nomen illud obtinuit: *Ab aliis linguâ Vandalicâ*, quâ vox illâ coronam ſignificat, ita dicta putatur *ideo*, quod inſignis Imperii noſtri corona ſit, *ſed iterum ob dictam rationem inepte. Aliis igitur à Lubâ*, quodam piſcatore, qui primum tenues caſas vel vilia tuguria piſcatoria ibi exſtruxiſſe ſcribitur, nomen hoc obtinuiſſe dicitur, ut legi poteſt apud *Bonnum in Chron. Lubec. Renſn. lib.* 1. *cap* 7. *Adrian. Roman. in Theat. Urb. p. m.* 101. *Saurio* **in dem vermehrten Städte-Buch** *p. m.* 94. *Angelum* **Jn der Hollſteiniſchen Städte-Chronica** *cap.* 1. *ſect.* 1. *Sed Decius de vetuſt. Polon. f. m.* 8. *Mechov. l.* 1. *Chron. Polon. cap.* 9. *Dlugoſſ. Tomo* 1. *Hiſtor. Polon. lib.* 1. *p. m.* 65. & omnes ſcriptores Polonici caſtrum & urbem Lubecam *Poloniè Buckovviz* tunc dictam

A. à Leskonis III. filiis cum multis aliis caſtris & urbibus exſtructam fuiſſe contendunt, *de quo quid ſentiendum ſit, in præcedentibus ſub Bremâ notavimus & Bangert. in Not. ad Chron. Slavorum Helmodi l.* 1. *c.* 57. *aliis* 58. indicat.

Alii verò ulterius adhuc progrediuntur, & à Vickbodo Uitigo Cimbrorum Duce illam exſtructam & poſtea à Slavis ac Vandalis inhabitatam, ac à Godeſchalcko Obotritorum Regulo vel Principe anno 1040. inſtauratam caſtroque ornatam, & Bucham vel Bute à Buthue ejus filio vocatam fuiſſe, ut apud *Saxum d. l. & Münſter. d. l.* 3. *cap.* 338. legi poteſt. *Non admodum ab iis diſcrepat quo ad nomen Helmoldus d. c.* 57. *vel* 58. ubi illam Bucu antea dictam, ſed à Cruecone (qui *Cranz. in Vandaliâ lib.* 3. *cap.* 18. *& Münſtero d. l.* Crito appellatur) Tyranno ædificatam & novam demum urbem non longe ab illâ Bucu ab

B. Adolpho Comite exſtructam ab eodem *Lubeeke* dictam eſſe refert, quæ omnia ratione diverſi nominis & obſcuri etymi afferre voluimus.

Nunc ad Originem vel exſtructionem ipſam accedendo, ex *Bangerto ad d. l.* 1. *c.* 57. *vel* 58. *lit.* D. utpote harum rerum ex antiquis documentis & ſcriptis admodum gnaro ſequentia ſubnectere volumus.

Hodiernam Lubecam quidem in loco veteris Bucu vel Bute dictæ exſtructam eſſe, *ſed* non ſemper in illo ſtetiſſe, *verum* cum vetus poſtea ad amnem **Schwartau** tranſlata eſſet, à dicto Godeſchalcko iterum priſtino loco reſtitutam ac ædificiis ſacris & prophanis egregie ornatam fuiſſe, idque ſecundum quosdam ut ſupra dictum, anno 1040. ſecundum *Fabricium verò de Rebus Saxonicis* anno ſeq. eveniſſe, indeque illius ædificationem Godeſchalcko illi à multis erronee adſcribi cum jam illius avus Miſtivoius illi præſederit, ut ibi ex auctoribus allegatis probat &

C. legi poteſt.

De illa porro notandum.

Quod I. anno 1188. à Friderico I. Imperatore lites de terminis vel finibus inter hanc civitatem ac Adolphum Comitem de Schauenburg & Bernhardum Comitem de Razenburg fuerint finitæ, & civitati ſuper illis privilegium ſit datum, ut refertur poſt alios ab *Auctore Diarii Europæi Contin.* 17. *in Appendice*

II. *Illa* ſæpe ab hoſtibus obſeſſa ac quandoq; capta & deſtructa ſit, utpote à Rugianis anno 1139. apud *Helmold. lib.* 1. *cap.* 20. 49. *&* 55. à Nicoloto Vandalorum Duce anno 1148. apud *Eundem c.* 63. quod tamen anno 1158. factum fuiſſe *Bonnus in Chron. Lubec. ad d. annum Angelus* **Jn der Hollſtein. Städte-Chron.** *f.* 4. narrat à Friderico I. Imperatore anno 1182. apud *Helmold. lib.* 2. *cap.* 35. *al.* 40. *& Angel. d. f.* ab Henrico Leone anno 1189 apud *Arnold. Abbat.*

D. *lib.* 4. *Chron. Slav. cap.* 2. *& Angel. f.* 5. ab Adolpho Comite Holſatiæ anno 1191. apud *Arnoldum d. l.* 4. *cap.* 8. *&* 12. à Waldemaro Duce Sleſwicenſi anno 1201. apud *Eund. ſeq. cap.* 13. ac demum 1226. virtute propria in libertatem aſſerta, ut refert *Lambec. lib.* 2. *Origin. Hamburg. p.* 31. uti etiam à Chriſtiano III. Daniæ Rege 1535. duro bello infeſtata fuerit ut legi poteſt apud *Chytr. in Saxoniâ lib.* 14. *f.* 361. nec non cum Erico Succiæ Rege acre bellum geſſerit, anno 1563. & ſeqq. idque demum anno 1570. ſopitum fuiſſe, ut refert *Idem lib.* 21. *&* 22. *Ac tandem* ſæpius magna incendia ac varias ſeditiones pertulerit, ut refert *Angel. d. f.* 5. *& ſeqq. & Saurius d. l.*

III. *Epiſcopali ſede ab Henrico Leone* ex Aldenburgo circa annum 1162. vel ſeq. eo translatâ gaudeat, ut legi poteſt apud *Helmold. lib.* 1. *Chron. Slavor. cap.* 89. *aliis* 90. *& ibi Bangert. Hodie verò ſaltem ibi Canonici &*

Epiſcopâ

Digitized by Google

Epiſcopi Oetini in Wagria habitant, ut legi poteſt A. partim **In dem Newvermehrten Städte-Buch Sauero** *ſub hâc urbe, puta Oetino, partim in Zeillers Topogr. Saxon. Infer. f.* 188.

IV. *Caput ſit urbium Hanſeaticarum*, ut jam *praec. p. 2. Sect. 2. c. 10. th. 10. expl. n. 4.* oſtenſum eſt.

V. *Inſignia* habeat Aquilam cum campo inferiori ex parte purpureo ſive rubro & ſuperiori niveo haſtis militaribus coronâ aureâ innitentibus, ut refert & illa ſimul explicat *Sibrandus in Urbis illius uti etiam Civit. Aſiatic. Juribus publicis p. 1. ſect. 8. n. 4. & ſeqq.* & quidem bicipitem, ut tradit *Idem ſeq. n. 12. & Angel. d. l. f. 8.* ſed Sibmach. f. 219. ſaltem ſcutum habet ſuperiori parte album & inferiori rubrum.

VI. *Utatur ſingulari Jure* cujus originem ad Friderici I. Imperat. tempora vulgo referunt ſcriptores quoniam ab illo appenſione aurei ſigilli confirmatum eſt, ut remonſtrat *ex prologo ejus Sibrandus d. p. 1. ſect. 6. n. 18. & Mevius de Jure Lubec. p. 1. quaeſt. 1. n. 41.* B. Ubi ſimul *ille Sect. 10.* latius *hic vero quaeſt. 2. & 8.* brevius demonſtrat, in quibus diſtrictibus, locis & urbibus illud obſervetur.

VII. *Portum habeat egregium Dravimundam* dictum à Dravâ navigabili & præterlabente fluvio duobus inde milliaribus in mare Balthicum prope oppidum ejusdem nominis ſe ingerente ita dictum, de cujus qualitate & munimento legi poteſt *Knipſch. de Juribus & Privil. Civit. Imper. d. l. 3. c. 32. n. 27.*

VIII. *Gymnaſium* habeat ſatis celebre, ut legi poteſt apud *Eund. d. c. 32. n. 19.*

IX. *Status regiminis* Ariſtocraticus ſit, quia Senatus ſolum ex nobilibus, vel patriciis & Doctoribus, uti etiam mercatoribus primariis, excluſis in totum opificibus conſtituitur, & Conſules duodecim ſaltem ex nobilibus & Doctoribus eliguntur, ut apud *Sanrium & Knipſch. d. l. n. 11.* legi poteſt. C.

Ubi tamen hic n. 20. ex communicatione viri alicujus in illâ Republ. verſatiſſimi refert, Senatum conſiſtere in quatuor Conſulibus, duobus vel tribus Syndicis & ſedecim Senatoribus, & poſt relata horum officia *n. 21.* modum eligendi Magiſtratuum ſubjicit.

X. *In illâ Lutherana Religio ſolum* vigeat, & ex illa Conſiſtorium conſtitutum ſit, ſecundum *Eundem n. 16.*

XI. *Illi hodie jus præſentandi Aſſeſſorem* Cameræ competat ſecundum *Eundem n. 31.*

XII. *Ibi conſtituta ſint aliquot ædes publicæ* ad ſuſtentationem pauperum orphanorum, & ſenum deſtinatæ *ibid. n. 26.*

XIII. *Civitas illud una ex Deputatis* ordinariis & extraordinariis Imperii ſit, ut *praec. th. 5. expl. 3.* demonſtratum eſt.

XIV. *Privilegium illius* anno 1226. à Friderico II. Imperatore conceſſum primarium ſit, quod *intra duo* D. *milliaria ſupra & infra urbem usque ad mare nullum munimentum exſtrui debeat, ut refert Knipſch. d. l. 3. c. 32. n. 28.* ſed ex tenore ejus à Lambec. in Origin. Hamburg. *l. 2. p. 33. & ſeq. relato conſtat, ab urbe usq; ad ortum fluvii Trave nullum munimentum exſtrui debere, & ſimul jus monetandi ad tempus vitæ Imperatoris ipſius & ejus filii Henrici Regis conceſſum fuiſſe, ut illud legi poteſt.*

XV. *Cenſum Imperii* hodie habent 480. florenorum & ad ſuſtentationem Cameræ ordinarie 275. florenos, cum augmento autem 458. florenos 21. crucigeros & 3. obolos contribuat. *Zeiller. Tit. 10. n. 13.*

XVI. *Summam appellabilem* hodie obtineat ex privilegio Rudolphi II. 500. aureorum florenorum cum hac tamen extenſione ut contra debitum ex proprio Chirographo ortum liquidum & confeſſatum plane non appelletur, ut patet ex *Limn. l. 7. c. 30. n. 8.*

Verùm in d. R. J. de anno 1654. §. 112. ſumma illa usque ad 600. florenos extenſa eſt.

Memmingâ in Algoviâ ſita Imperialis urbs *vel à conditore ſuo Memmingo vel a Germanicis verbis* **Mannig Menſch** quia ibi magna hominum multitudo ob fertilitatem, ſalubritatem & amœnitatem loci olim confluxit & urbem condidit, *ut Lyrer in Chron. Suevico tradit. vel denique à multitudine virorum* **menge der manner** dicta putatur ut legi poteſt apud *Cruſ. in Paralesp. cap. 19. & parte 2. lib. 9. cap. 16. f. 358. Saurium* **In dem Städte-Buch** *Reuſn. de Urb. l. 2. cap. 9. Zeill. in Chron. & deſcr. locorum Suevia ſub illâ urbe p. 327. Cruſius tamen d. l. & parte 1. Annal. lib. 12. cap. 3. & Bruſchius de Monaſtr. ſub Campidonenſi* illam olim pagum & *Grynfurtum* dictum fuiſſe ac ad Abbatiam Campidonenſem pertinuiſſe refert, *addens* ſecundum nonnullos, illum jam temporibus Conſtantii & Juliani Imperatorum exſtitiſſe, ſicuti etiam *Dreſſ. de Urbibus p. 437. & Reuſn. d. l.* idem memorant & putant *Druſomagum Rhetiæ Ptolemæi l. 2. c. 12. & Roſtrum Nemaviæ* ab Imperatore Antonino in Itinerario inter Campidemum & Auguſtam, ut apud *Cluver. in Vindel. & Norico c. 4.* legi poteſt poſitam hanc urbem eſſe *quod poſterius etiam Cluverio d. l. f. 730. placet.*

Quando verò urbs imperialis facta ſit, incertum eſt, ante tamen eam non ſolum dictæ Abbatiæ ſed etiam Comitibus de Ilergau ac Guelphis & Bavaris ſubjecta eſſe dicitur, ut refert *Zeill. d. l. p. 328.* ſicuti etiam ſub Guelphis ſimul Ravenſpurgum Altorffum & alia loca olim fuerunt, Welpho Bavariæ Dux ibi anno 1181. 1191. mortuus eſt, ut narrat *Cruſ. p. 2. l. 11. c. 11. in f. & d. l. 1. cap. 15. f. 27. & c. 16. in pr.* & anno 1128. vel antecedente a Friderico Suevo Heinrici ſuperbi Bavariæ Ducis hoſte cum prædictis urbibus direpta & igne vaſtata fuit, notante *Urſpergen Chron. ſub Imper. Lothario Saxone f. m. 211. & Stumpf. in Chron. Helvet l. 4. c. 18. f. 336.* Sicuti etiam illius antiquitas non ſolum ex prædictis, ſed etiam ex illo conſtat quod Hoſpitale ad S. Spiritum anno 1010. ab Henrico Domino in Weiſſenhorn, Comite in Mauerſtetten fundatum & dotatum fuerit, referente Zeillero d. l.

Id ſaltem reperitur illam jam anno 1348. in privilegio à Carolo IV. Civitati Eslingenſi & aliis dato ac à *Knipſch. d. l. 3. cap. 13. n. 54.* relato fidelem Imperatori & Imperio vocari, & confirmationem omnium antiquorum privilegiorum, jurium & documentorum obtinuiſſe anno 1381. 1385. & 1387. in fœdere civitatum Imperialium ſimul comprehenſam fuiſſe, ut legi poteſt apud *Lehm. in Chron. Spir. l. 7. c. 66. 67. & 68.* ſicuti quoq; in privilegio ab Imperatore Friderico III. anno 1471. dato & à *Limn. l. 7. c. 33. n. 8.* relato Imperialis urbs vocatur & in Comitiis Imperii anni ejusdem ac 1474. Legatos ſuos ſimul habuit, ut recenſet *Idem Lehman. ſeq. c. 112.* & in conſignatione Statuum ad Bellum Bohemicum anno 1431. opem ferentium, item in conſignatione anni 1467. 1471. 1480. & 1481. in *Actis Brunovicenſibus p. 2. f. 1019. & ſeq. multis* item 915. *& ſeqq.* uti etiam cenſu & matriculis imperii anno 1486. 1487. 1488. 1489. & 1507. apud *Eundem Lehman. c. 117. & 120. & Gold.* **In der Reichs-Handlung** *f. 30. & 68.* reperitur. Et poſtea omnibus imperii conventibus univerſalibus interfuit.

Inſigne habet dimidiam aquilam in ſcuto flavo & rubram crucem in campo albo. Schrot. f. 102. & Sibmacher p. 220.

Cenſus ejus Imperialis hodiernus eſt 248. florenorum & Cameralis ordinarius 100. cum augmento autẽ 166. florenorum 42. Crucigerorum & 5. obolorum

[Y] 3 teſte

teſte *Zeill. de Circul. Imper. Tit. 7. n. 54.* de quo plura A.
vide apud *Knipſch. d. l. 3. c. 33.*

De illâ præterea notanda ſeq.

I. *Statum Reipubl.* ibi eſſe ex Ariſtocratia & Democratiâ mixtum referente *Cruſ. d. l. 19. & Dreſſ. d. p. 437.*

II. *Senatum* eſſe Auguſtanæ Religioni addictum narrante *Zeill. in Chron. d. l.*

III. *Illam judices primæ inſtantiæ habere* Conſules & Senatum Auguſtanum, Ulmenſem, Ravenſpurgicum, Biberaeenſem aut Campidonenſem & privilegiatos eſſe contra judicium Rothwiclenſe, Weſtphalicum, & alia extranea ſecundum *Eundem d. l. & Knipſchild. d. c. 33. n. 10.*

IV. *Munitam eſſe* privilegio recipiendi baonitos utrosque ita tamen, ut iis, qui illos conveniant, juſtitiam adminiſtrent ſecundum Privilegium Friderici III. Imperatoris de anno 1471. à *Limn. d. c. 33. n. 8.* relatum, *de quo etiam nos præc. p. 2. ſect. 2. c. 4. th. 5. in* B.
expl. n. 4. in f. quædam diximus.

V. *Munitam eſſe* privilegio de non appellando intra 60. florenos Rhenanos à Carolo V. anno 1521. dato & à *Limn. d. l. n. 9.* adducto, *quia verò hodie* ſumma appellabilis omnibus Statibus communis ſæpe dicto *in R. J. de anno 1654. §. 112.* ſtatuta eſt, quod nempe intra 400. thaleros illa conſiſtere non debeat, procul dubio illâ etiam hodie gaudet.

VI. *Frui privilegio* ex conceſſione Caroli IV. de anno 1348. & Wenceslai de anno 1377. apud *Knipſch. d. c. 13. n. 54. & ſeq.* quod non poſſit ab imperio per venditiooem, oppignorationem vel alium modum alienari.

VII. *Quæ infortunia* inprimis in diuturno Germano-Succico bello paſſa fuerit, legi poteſt apud *Zeiller. in Chron. Parvo Sueciæ ſub illâ urbe.*

Monaſterium S. Gregorii, **Münſter in** *S. Gregorien-***Thal** C.
in Alſatiâ ſita Imperialis urbs *à verbo* **Münſter**/quod templum aliquot inſigne vel artificioſum, ut tradit *Beſold. in Theſ. Pract. ſub illo verbo & valle* in qua ſita illa urbs eſt, dictum ad differentiam urbium cognominum in Weſtphalia & Eyſaliâ, uti etiam Argoviâ ac alibi ſitarum ita dictum eſt, *quia ibi* anno Chriſti 660. monaſterium & templum inſigne in honorem S. Mariæ, Petri Pauli & S. Gregorii exſtructum & ab Hilderico Auſtraſiæ & Galliæ Rege dotatum fuit, ut tradit *Munſter. l. 3. c. 150. quod tamen ſecundum Bucelin. in Germ. Sacrâ p. 2. f. 61.* ante & quidem ſuperſtite etiam cum S. Gregorio M. utpote anno 604. defuncto, factum eſt.

Quando verò civitas hæc immediatè imperio ſubjecta fuerit, nuſquam reperire potuimus, *ſerò tamen id factum eſſe*, inde colligimus, *quia* primum anno 1500. Legatos ſuos ad Comitia Auguſtana, miſit, ut legi poteſt in ſubſcriptione illius Receſſus & ſeq. anno 1507. in matricula Imperii reperitur apud *Gold.* D.
In den Reichshandlungen *f. 68.*

De illâ urbe notandum.

I. *Urbem iſtam cum Abbate* illius loci vallem dictam ſimul gubernare & ſtatus Imperii eſſe, illamque iiſdem cum aliis civitatibus Alſatiæ gaudere privilegiis & ad præfecturam Hagenoënſem pertinere, ut jam ſub illâ urbe n. 1. dictum eſt.

II. *Inſigne habere* ſecundum *Schrot. f. 103.* Aquilam cum rubro circulo per alas ducto in flavo campo, & ſecundum *Sibmach. p. 220.* templum album cum glauco tecto in glauco clypeo.

III. *Cenſum Imperii* quo ad urbem eſſe 48. florenorum & Cameræ ordinarie 25. cum augmento autem 41. florenos, 42. crucigeros & 5. obolos, ut refert *Zeiller. Tit. 8. n. 46. ubi præced. n. 11.* etiam cenſum Abbatiæ refert.

Muhlhuſa Thuringiæ vetus & ad Unſtrut ſita urbs Imperialis, *quaſi molaris domus*, quia agrum habet maxime fertilem, *terminatione Thuringis & vicinis Saxonibus*, apud quos nota ſunt nomina, Nordhuſa, Franckenhuſa, Sondershuſa, Hattenhuſa, Hildewartshuſa, apud *Zeiller. in Topogr. Thuringiæ & vicin. f. 38.* Hilperhuſa *f. 67.* Ichtershuſa *f. 105.* Oſterhuſa *f. 145.* Rockhuſa *f. 81.* Sangerhuſa *f. 156.* Walhuſa *f. 185.* Waltershuſa *f. 181.* nec ignota ſunt Saxenhuſa ex oppoſito Francofurti ad Mœnum ſita. In Ducatu Brunovicenſi & Lunæburgenſi ſita ſunt ſequentia præcipua loca, Brunshuſa, Barſinghuſa, Bruchhuſa, Heerhuſa, Hilwartshuſa, Radolffshuſa, Reinhuſa, Riddageshuſa, Weinhuſa, Wigbrechtshuſa, Wollershuſa, & alia in *Topogr. dictorum Ducatuum* occurrentia, uſitatâ dicta eſſe communiter traditur, ut legi poteſt apud *Peccenſt. p. 3. Theatri Saxon. f. 200. Reuſn. de Urbibus l. 1. c. 16. & Dreſſer. de Urbibus*

Antiquiſſimam quidem & anno Mundi 3640. conditam eſſe ex *Wagnero* narrat *Binhard. in Chron. Thuringiæ l. 1. p. 3.* ſed illo in medio & dubio relicto, illam ſatis antiquam eſſe urbem & quidem imperialem inde conſtat, quia jam anno 1181. ab Henrico Leone Saxoniæ Duce vi militari occupata & exuſta fuit, ut refertur in *Hiſtor. Anonymi de Landgr. Thuringiæ c. 24.* ubi etiam *villa regia* appellatur *Dillich. in Chron. Haſſiæ parte 2. p. m. 146. & d. Binhard. in dicto Chron. l. 2. p. 143.*

Anno 1240. Marchiones Miſniæ & Landgravii Miſniæ per ſtrategema urbem illam occupare & ab Imperio avellere tentarunt, ſed Muhlhuſini fraude detectâ multos hoſtes occiderunt, ut refert *Dreſſ. parte 5. Iſag. Hiſtor. p. 460.*

Anno 1308. in diſſenſione inter Fridericum Miſniæ Marchionem & Erphordienſes ortâ hi illam & Northuſam ſimul in ſocietatem traxerunt, ſed pacem magnâ pecuniâ redimere coacti ſunt, ut refertur in *Addit. ad Lambertum Schaffnaburg. d. anno.*

Anno 1343. Muhlhuſenſes per conflictum ceperunt Comites de Regenſtein & Wernigerode hoſtes ſuos cum multis militibus & armigeris, & illos tandem dimiſerunt mulctâ impoſitâ, & muros civitatis altius exſtruxerunt. *Auctor. d. Chron. Landgr. Thur. c. 97. & Binhard. in d. Chron. parte 2. p. 255.*

Anno 1422. per incendium doloſum penè exuſta eſt, ut refertur in *Topogr. Thuringiæ f. 140.* quod etiam apud *Binhardum l. 3. p. 26. anno 1487. & p. 104. anno* 1578. evenit.

Anno 1523. & ſeq. ab Henrico Pfeiffero & Thomâ Munſtero Monachis enthuſiaſticis gravis ſeditio depoſito & partim ejecto Senatu mota, & ſimul ſequenti *anno* 1525. ſeditio ruſticorum in Sueviâ ac Franconiâ orta eſt, qua de cauſâ Johannes Dux & Elector Saxoniæ cum patrueli Georgio, Philippus Landgravius Haſſiæ, & Henricus Brunſvicenſis Dux copias quasdam ſubito conſcriptas adverſus ſeditioſos duxerunt, hisque profligatis Mulhuſam illorum receptaculum obſederunt, & ad deditionem compulerunt, ut apud *Sleidanum l. 5. poſt pr. & Binhardum in d. Chron. l. 3. p. 84. & multis ſeqq.* late legitur.

In illâ urbe anno 1620. *conventus Electorum Imperii* ac aliorum nonnullorum Statuum, ob turbas Bohæmicas, & *anno* 1627. *alius* ob bellum Germanicum habitus eſt, ut *præc. p. 2. ſect. 2. c. 9. th. 25. in explic.* conſignavimus.

De illâ notanda porro ſequentia.

I. *Illam eſſe* in protectione Electorum Saxoniæ, ut inter alios refert *Limn. l. 4. c. 8. n. 73. & 78.* ac *Tomo 4. l. 7. c. 34.*

II. *Illam*,

II. *Illam*, licet in Thuringia ſitam, nihilominus ad A.
Circulum Saxoniæ inferioris pertinere, ut jam præc. c.2. *th.4. expl.*1. notavimus, *cujus ratio* in proclivi eſt, *quoniam* Thuringia circulum particularem non habet, & hæc urbs in confinio illius circuli jacet.

III. *Inſigne habere* ex ſuperâ albâ parte aquilâ, & ex inferâ dimidiâ molari rotâ albâ in campo rubro ornatum *Sibmach. d. p.* 219.

IV. *Illius* cenſum Imperii hodie 160. florenos & Cameræ 75. florenos eſſe, ut refert Knipſch. d. l. 3. c.34. n.5. & cum augmento 129. florenos, Beckers in Jure Publico Imperii in f.

V. *A ſuis civibus & ſubditis* nonniſi diſcuſſâ coram tribus ordinibus Senatorum causâ in Camerâ Imperiali illam conveniri poſſe, *Webner. apud Gilman. in Symphor. Tomo* 6. c.7. §.30. *f.*198. tradit.

Northuſa in Thuringiâ etiam ſita, quaſi Aquilonaris domus à ſitu verſus Aquilonem dicta communiter creditur, ut legi poteſt apud *Reuſn. de Urbibus* l. 1. c.15. B.

Antiquitate celebris eſt, ſiquidem illam nonnulli à Meroveo Francorum Rege, *alii* verò ante illum à Theodoſio II. Imperatore conditam eſſe tradunt, idque probant ex inſcriptione illius ſuper portâ ſequentibus aureis literis exſtante:

Anno 410. *Theodoſius II. Nobiliſſimus Hiſpanus Romanorum Imperator anno Imperii ſui IV. hanc urbem fundavit, libertatibus armisque Imperialibus dotavit*, ut refert *Peccenſtein. d. p.*3. *f.* 193. de quo ſuum judicium *Knipſchild. d. lib.*3. *cap.*36. *num.*3. interpooit.

Multa damna à longo tempore perpeſſa eſt, ſiquidem Henricus Leo, Dux Saxoniæ, illam vi cepit & exuſſit, ut apud *Arnold. in Chron. Slavor.* l.2. c.30. *al.*35. *Kranz. in Saxoniâ l. 6.* c. 41. *in d. Hiſtor. Landgr. Thuring. cap.* 24. & apud *Binhard. in d. Chron. l.* 2. *p.* 143. legitur, & paulo C.
poſt nempe anno 1199. Hermannus Thuringiæ Landgravius poſt obſidionem ſex ſeptimanarum ad deditionem coegit, ac Imperator Otto anno 1205. cepit, ut *Idem ſeq. p.*149. & 156. tradit, quod etiam ab Imperatore Adolpho factum eſſe refert *Reuſn. d. c.* 15. Eadem anno 1308. in bello inter Fridericum Marchionem Miſniæ & Erphordienſes orto horum partibus acceſſit, & poſtea pacem magno precio redemit, ut traditur in *Addit. ad dictum Schaffnaburg. & annum*

De illâ porro notanda ſequentia.

I. *Illam jam à Schaffnaburg. in Rebus German. ad ann.* 1075. *& à dicto auctore Hiſtor. de Landgr. Thuringia d.* c.24. *& Mutio in Chron. German.* l.16. *poſt pr. curtem vel villam regiam* & ab *Arnoldo d. l.* Kö‍nigeo *Northauſen* vocati. D

II. *In illa aliquot conventus Imperii* habitos eſſe, utpote anno 1105. ab Henrico V. Imperatore, ut tradit *Mutius d. l. & Kranz. l.*5. *Saxon.* c.17. Idem ab Imperatore Philippo anno 1206. peractum *Urſperg. in Chron. De Bellis Imperat. hujus* ac Henrico VII. 1223. & Conrado IV. 1251. factum eſſe *Reuſn. d. l.* memorat.

III. *In illâ Statuam Rulandi* eſſe, non tamen liberè in foro poſitam, ſed ad parietem curiæ inclinantem, ut refert *Gryphiand. de Weichbild. Saxon.* c.79. *n.* 11.

In illa quidem eſſe Voigteiam Imperii, & Advocatum ejus Comitem de Hohenſtein, ſed Senatum nihilo minus exercere omnes actus meri & mixti Imperii & ſimplicis jurisdictionis, uti ex *Mynſing. Dec.*13. *reſp.*3. *num.* 110. late affert *Knipſch. d.* c. 36 *num.* 13. *& ſeq.*

V. *Multas periculoſas ſeditiones* ibi eſſe ortas utpote anno 1324. 1329. 1368. ut præter *Binhardum d. l.* 2. *p.* 241. & 246. refert *Zeiller. in Topogr. dicta Thuringia* & vicinarum provinciarum *f.*148. & anno 1374. ut narrat *Kranz. in Saxon. l.* 9. c.40. & *Binhard. ſeq. p.*278.

VI. *Ibidem aliquot magna incendia* exſtitiſſe utpote anno 1324. 1540. & 1612. narrante *Binhard. l.*3. *ad dictos annos & Zeillero d. l.*

VII. *Ibidem ab Henrico I. Marchione Miſnia* cum cognomine Munifico anno 1265. *ludum equeſtrem* cum ſingulari & pomposâ munificentiâ per octiduum celebratum, in illoque in quodam amœno horto arborem artificioſam cum argenteis & deauratis foliis & pomis aureis conſtitutam, & cuique equiti in concurſu adverſarium ſuum lanceâ de equo dejicienti aureum folium aut pomum, adverſarium autem non dejicienti, lanceam verò fragenti folium argenteum ex judicio fæmellarum ſimul præſentium traditum fuiſſe ut legi poteſt apud *Spangenb. in Chron. Mansfeld.* c.268. *Albinum in Chron. Miſnia tit.*15. *f.* 195. *Binhardum in d. Chron. l.*2. *p.*205. *& alios à Zeillero in d. Topogr. f.*145. *relatos.*

IIX. *Illam inſigne habere* aquilam nigram in campo flavo *Schrot. f.* 103.

IX. *Illam ad circulum Saxonia inferioris pertinere*, ac contribuere imperio 80. florenos, ad ſuſtentationem verò Cameræ ordinariè 70. florenos ac cum augmento 116. florenos 42. cruc. & 5. obolos. *Zeiller. Tit.* 10. *n.*16.

Nordlinga in Suevia ſita Imperialis urbs à Claudio Tiberio Nerone condita & dicta eſſe vulgo creditur, ut inter alios refert *Munſter. l.* 3. c.306. & quidem ex fide dignâ relatione Wolffgangi Vogelmanni Archigrammatei illius loci. *Quamvis narrante Eodem* alii eam vel à vicino Norico, vel à ſitu Boreali ita vocatam eſſe putent. *Ubi ſimul cauſam addit* cur illa poſtea etiam *Ara Flavia* dicta fuerit, ſed *Cluver. in German. Antiq. l.*3. *c.*4. *f.* 521. per Aras illas Uracum Aurach intelligit. *Idem Munſter ibidem* ſimul refert urbem illam primum in colle, ubi vetus templum Parochiale ad S. Emeranum adhuc reperitur, conditam, ſed poſtea, cum exuſta eſſet, ob aquæ penuriam conſenſu Imperatorum in valle ad fluvium Egram, ubi hodie ſita eſt, exſtructam fuiſſe.

De illa porro notanda ſequentia.

I. *Urbem illam* circa annum 891. vel ſequentem à quodam nobili vel potius Illuſtri viro Zuentipulgo, tanquam vero domino, matri ſuæ Windpurgi vel Winburcæ cum conſenſu Imperatoris Arnolphi, & ab illâ iterum cum conſenſu ejusdem Imperatoris Tutoni Epiſcopo Ratisbonenſi & D. Petro ac S. Emerano donatam fuiſſe, ut narrat *Idem* & ex diplomate dicti Imperatoris de dato Regenſpurg 898. & ab *Hundio ac Gevvoldo in Metropoli Salisburgenſi Tomo I. f.*248. relato conſtat, quamvis id aliter narrat *Zeiller. in Topogr. Suevia f.* 141. *Verum deinde Epiſcopum Conradum* in ordine 29. & Comitem in Frontenhauſen cum Imperatore Friderico II. anno 1214. civitatem illam cum inferiore & ſuperiori Clauſtro Monialium Ratisbonenſium permutaſſe, ut legitur in *Diplomate in dictâ Metropoli Tomo* 3. *f.* 4. *relato*, Permutationem tamen illam ad querelas Tutæ ac Gertrudis Abbatiſſæ inferioris & ſuperioris Monaſterii ab illo Imperatore ſequenti anno 1216. Herbipoli retractatam fuiſſe ex diplomate ab *Hundio ipſo in ſua Metropoli f.* 255. *& ſeq.* relato cognoſcitur, atque ita Nordlingam Epiſcopatui tunc remanſiſſe. *Sed cum poſtea* Albertus Epiſcopus in

Ordine 31. Friderici hujus Imperatoris filio & ſucceſſori Cunrado IV. Ratisbonæ in Abbatiâ S. Emerani noctu & dormienti inſidias vitæ anno 1251. vel ſeq. ſtruxiſſet, inter alias pœnas etiam Nordlingam & Wemdingam Epiſcopatui ademtam & illam Imperio, hanc verò Ottoni Duci Bavariæ addictam fuiſſe, ut partim *Aventin. l.7. f. m. 423. & ſeq.* partim *Munſter. d. l.* & *Cruſius Parte 3. Annal. l.2. c.9. poſt pr.* refert.

II. *Eandem anno* 1238. rurſus & planè combuſtam eſſe, & ſimul in curia omnia documenta publica interiiſſe, ſed eodem anno ex Imperatoris Friderici II. beneficio & conceſſione novorum privilegiorum, ac immunitatum reſtauratam ſed cum ob concurſum incolarum ejus ambitus ad recipiendos illos non ſufficeret juſſu Imperatoris Ludovici IV. anno 1327. ultra dimidium amplificatam fuiſſe, ſecundum *Eundem Munſter. d. l. & Reuſn. l.2. c.5.*

III. *In illâ anno* 1290. *aliquot centum Judæos* ob multa damna civibus illata interfectos, & ideo civitatem ab Imperatore Rudolpho, ac poſtea à vicinis Comitibus multa incommoda perpeſſam eſſe, ſecundum *Munſter. d. l.* quod etiam anno 1383. vel 1384. factum fuiſſe poſt *Cruſium d. p.3. l.5. c.15. in pr. Zeiller. d. f.*141. memorat.

IV. *Illam à Comitibus Ottingenſibus ideo*, quod in illorum territorio ſita ſit, ſub Imperatore Sigismundo vindicatam (quod etiam aliquomodo narrat *Cruſ. d. p.3. l.6. c.10. f.341.*) & poſtea anno 1440. ab Ottone Johanne copiis non contemnendis per inſidias, verum fruſtra, tentatam, ut ex *Munſter. d. l. & aliis* tradit *Id. Cruſ. d. p.3. l.7. c.2. f. 372.* Et eidem ſequenti 1442. in nundinis ab *Anſelmo ab Eyberg* inſidias ſtructas fuiſſe, ut *Iidem d. d. locis* referunt.

V. *Illam in bello* à civitatibus cum quibusdam Principibus & Comitibus geſto inprimis in prælio cum Ulrico Comite Wirtembergenſi ad Eslingam anno 1448. vel potius ſeq. commiſſo ſtrenuè rem geſſiſſe & Ducem ſuum Hieronymum Bopfingerum conſulem amiſiſſe, ut brevibus *Munſter. d. l. & latius Cruſ. d. p.3. l.7. c.8. in pr.* narrat. *Et Georgium Ducem Bavariæ* hoſtem ſuum, cum illam anno 1485. obſediſſet, beneficiis viciſſe & ita obtinuiſſe, ut intercedente Wilhelmo Epiſcopo Eichſtadienſi obſidio illa bonis modis ſublata fuerit, ut *Munſter. d. l. & Cruſius d. p.3. l.8. c.20. in pr.* narrat.

VI. *Illam anno* 1517. *per terræ motum, anno* 1525. per ſeditionem Ruſticorum & ſubſecuto bello Smalcaldico 1546. maxima damna ſuſtinuiſſe, ut apud *Eundem Munſter. d. l. & Zeiller. in Topogr. Sueviæ f.*141 legi poteſt.

VII. *In illâ eſſe ſcholam celebrem Xenodochium ſatis dives, curiam elegantem armamentarium & domum mercatoriam, Paradiſum, narrante Cruſ. in Paraleipom. c.17. f.69.* dictum, uti etiam *prytanæum* **Trinck-Stube** / *& turrim celeberrimam* referente *Zeillero d. l.*

IIX. *Eam aliquot obſidionibus in hoc ſeculo peractis*, utpote 1634. 1645. & 1647. uti etiam *famoſo illo prælio* inter Cæſareos & Suecios dicto anno 1634. commiſſo admodum celebrem eſſe, ut legi poteſt apud Eundem *Zeiller. d. l.*

IX. *Illam Senatum habere* ex quindecim perſonis nempe tribus conſulibus & duodecim judicibus omnibus cum civibus Auguſtanæ confeſſioni addictis conſtantem, & hi per quaternos menſes gubernant *Knipſch. d. l.3. c.37. n.9.*

X. *Ejus inſigne eſſe* aquilam coronatam, ut poſt alios refert *Hopingk de Jure Inſign. c.6. parte 7. §.3.*

A. *n.1060. ſed Sibmach. d. p.*219. habet ſimplicem flavi coloris in clypeo nigro.

XI. *Ejuſdem cenſum Imperii* eſſe 260. florenorum & Cameræ ſimplicem 162. florenorum ac 32. cruc. & cum augmento 270. florenorum, ut refert *Zeiller. ibidem.*

Norimberga vel Norberga celeberrima ad Franconiæ fines ſita Imperialis urbs incertæ eſt originis & denominationis.

Tradunt enim nonnulli à Tiberio Nerone, cum nomine Imperatoris Auguſti, vitrici ſui expeditionem contra Regem Thuringorum ſuſcepiſſet, turrim illam antiquam in munimento montano exſtructam, & poſtea devicto illo incolis facultatem urbis ibi condendæ datam, atque inde illam quaſi *Neronis montem* dictam eſſe: *Alii vero* à Druſo Nerone Ti-

B. berii fratre originem & denominationem illam deducunt. *Alii rurſus* omiſsâ origine, tanquam re dubiâ denominationem *à ſitu loci vel monte unico* deducunt, & illam quaſi **Nur-ein-berg** / ut legi poteſt in veteri *Chronico Norimbergenſi anno* 1495. *typis expreſſo ætate 6. f.*100. & apud *Munſter. l.3. c.386. Dreſſer. parte 5. Iſag. Hiſtor. p.466. Reuſn. de Urbibus l.2. c.3. Limn. l.7. c.35. in pr. Knipſch. l.3. c.38. n.1. Zeiller. in Topogr. Francon. f.35. & ſeq.* dictam eſſe volunt.

Sed quoniam de Neronis & Druſi in illam regionem expeditione altum apud omnes Hiſtoricos ſilentium eſt cum Noricum vetus & illius temporis, ut notum, & poſt *Welſerum lib.1. Rer. Auguſtan. p.2. & 33.* oſtendit *Cluver. in Germ. Veteri in illius & Vindelicæ deſcriptione cap.5. & Limn. Knipſch. & Zeiller. dd. ll.* obſervarunt, *à ſitu verò loci deſumta* etymologia magis alluſionem quam veritatem in ſe

C. continet, *probabilitati & fortè veritati proximè accedit iſta opinio*, quæ illam à *Noricis* non dictis veteribus, ſed iis qui vaſtatâ ab Hunnis ſuâ patriâ, Norico ſcilicet, ſecuritatis & commoditatis circa artificium ſuum exercendum causâ (ſiquidem ferri cudendi arte excelluerunt) ſe in illum tractum, quem Pegneſus & Regneſus fluvii ad officinas tales exſtruendas & uſurpandas apti interlabuntur, contulerunt, & in monte, qui hodie adhuc arcem urbis continet, primum caſtrum ac poſtea vicum & tandem conſenſu Imperatorum accedente urbem exſtruxerunt, *& dicto monte* ita dictam atque inde totum tractum Noricum hodiernum, **die Nordgau** appellatum, eſſe tradit, uti refertur à *Munſtero & Zeillero*, qui relationem illam ſibi à fido quondam amico communicatam eſſe *f.*43. tradit *dd. ll.* quibus fere conſentit *Pirckheim. in Deſcr. Germ. ſub Tit. de Fluminibus Germaniæ* urbem illam à Noricâ regione, quæ nomen ſuum à

D. veteribus Noricis à Romanis expulſis & in illam ſe conferentibus obtinuit, dictam eſſe aſſerens.

Quod antiquitatem & originem ejus ſpectat, de illâ certi nihil apud Hiſtoricos reperitur.

*Tradit quidem Cruſius Parte 2. Annal. Suevic. l.10. c.4. f.*384. illam jam circa annum 714. per S. Bonifacium ad Chriſtianiſſimum adductam, primumq; ibi templum S. Petro conſecratum (quod referente *Zeillero f.* 40. anno 740 nomen S. Sebaldi obtinuit) eſſe, ac *auctor d. Chronici Norimbergenſis illam jam tempore Caroli M. in flore fuiſſe*, & hunc cum adverſus Taſſilonem Bavariæ Ducem arma ſuſciperet, cum tertiâ copiarum parte propè illam & in finitimis locis caſtra ſua firmaſſe, & ibi in formam ſui tentorii Sacellum conſtruxiſſe, & illud à Leone III. poſtea in honorem D. Catharinæ martyris dicatum fuiſſe: *unde verò* illi hæc hauſerint, reperire non potuimus.

Egin-

Eginhardus ſane cum de hâc expeditione f.6. agit Carolum ipſum ad Lechum amnem cum maximo exercitu veniſſe, & *Adelmus Benedictinus in Annal. Regum Francic. ad ann.* 787. illum caſtra ſua ad mœnia Auguſtæ poſuiſſe refert, quod etiam *Andr. Presbyter. in Chron. Bavar. p.24. & Aventinus in fine l.3. narrat.*

Quidquid verò ſit, illam jam à Ludovico IV. Imperatore Arnolphi filio poſt necem Alberti Comitis Francorum vel Bambergenſis, ad quem tunc pertinuit, tanquam celebrem urbem Imperio ſubjectam fuiſſe *in dd. Chron. Normbergenſi & Zeiller. Topogr. f.36.* uti etiam *Mercatore in Atlante Majori f.254. legitur ſed illud Limn. d. c.35. n.6. non adeo placet, & ab Imperatore Conrado I. anno 911. vel ſeq. ac ejus ſucceſſore Henrico I.* (quod nempe hi illam ob multa Latrocinia ſubegerint & imperio ſubdiderint) *factum eſſe memorat Munſter. d. l. ſed Zeiller. d. f. à Conrado illo ſaltem ejus regimen inſtitutum & Latrocinia inhibita fuiſſe tradit. Ex Ottone Friſingenſi de geſtis Friderici I. Imper. l.1. c.16. & ſeq. patet urbem illam ſub Imperatore Lothario II. in Ducum Sueviæ poteſtate fuiſſe; Additq; Idem* ab Ottone I. anno 938. prima comitia Imperii ibi celebrata dici & ſub eodem ac ſucceſſoribus *Ottone II. & III. illam adeo creviſſe*, ut aliquot Comites, interque illos Naſſovici & Nobiles domicilia in eâ fixerint. Nec non Henricum II. & III. ibidem ſæpius ſubſtitiſſe, ac negocia Imperia expediviſſe. Huncque (vel potius priorem) illam anno 1025. per arctam obſidionem occupaſſe memorat *Munſter. d. l. Sed hoc apud veteres ſcriptores nondum reperivimus.*

Eandem verò ſub nomine Caſtri Norici tempore Henrici IV. & V. Imperatorem celebrem ac valde munitam fuiſſe ex d. Ottone Friſing. l.7. Chron. cap. 8. & Mutio l.16. Chron. Germ. poſt pr. conſtat, quoniam à poſteriori demum poſt duorum menſium obſidionem vi expugnata vel, ut *in Vita Prioris* legitur juſſu hujus, ſcilicet patris, dedita fuit cum alias per vim occupata non fuiſſet, *ſed prius etiam Knipſch. l.3. c.36. n.12.* & *Zeiller. d. l. latè narrat addendo*, illam tunc, nempe anno 1106. plane vaſtatam ac ſolo æquatam per 33. & 34. annos deſolatam, ac ideo *Rudenbergam*, & ab Imperatore Lothario reſtauratam fuiſſe, quod etiam tradit *Felix Fabri in Hiſtor. Suev. l.1. c.11. p.94. Quoniam verò referente Ottone Friſing. de geſtis Friderici I. Imperat. d. c.16. & 17.* & *Dodechino in Appendice ad Mariani Chronicon ſequenti anno* 1127. à Lothario Imperatore fruſtra obſeſſa & anno 1130. eidem ſecundum *Eundem ibid.* & *Trithemium in Chron. Hirſaugienſi ad illum annum* tradita eſt, relatæ illi deſolationi fides vix habenda eſt.

Multa inſuper infortunia & damna ſuſtinuit, utpote inter alia magnam *ſeditionem* ſub Carolo IV. Imperatore, & ab illo ſedatam, ut refert inter alios *Naucl. V. 2. Gener. 46. f.257.* & *bellum geſſit cum Alberto Marchione Brandenburgico anno* 1449. *& ſeq.* ſatis cruentum, in quo hic octies illos viciſſe, ſemelque ſaltem victus eſſe ſcribitur, ut refert *Cruſ. p. 3. l.7. c.8. in pr.* ſed unica hæc Norimbergenſium victoria clades omnes reſarcivit, ut legi poteſt apud *Eund. ſeq. c.9. in pr. item cum Caſimiro Marchione anno* 1502. quamvis ſine denunciatione publicâ geſtum, in quo Noribergenſes cum 3000. peditibus ad Encænia quædam profecti clade 300. virorum, ut *Idem d. p.3. l.9 c.11. in f.* narrat, affecti ſunt, de quo etiam agit *Munſter. d. l.3. c.377. & iterum cum altero Alberto Marchione anno* 1552. quo hic urbem obſedit, & ſupra 100. pagos exuſſit, ſecundum *Eund. ibid. & Cruſ. l.11. c.26. f.683.* ubi præter dictos pagos etiam ſeptuaginta villas & caſtra combuſta eſſe refert, de quo etiam *Thuanus l.10. f. m. 200.* agit. Alia & quidem minora ſtudio præterimus.

Eandem à Conrado III. Imperatore valde auctam & monaſterio ad S. Ægidium ornatam fuiſſe à Mutio in Chron. Germ. l.17. f.138. & in *d. Chron. Noribergenſi memoratur.* Huncque cum Imperatrice poſt reditum ex Palæſtinâ ibi curiam ſuam habuiſſe *Zeill. f.37.* refert.

Retinuit vero nomen caſtri Norici adhuc ſub Imperatore Friderico I. ut patet ex ejus Conſtitut. de Incendiariis & Pacis violatoribus illo anno 1187. in præſentiâ Principum ibi conjectâ & in Corpore Juris poſt libros feudorum relatâ, *licet* quædam exemplaria pro illo Nürenberg habeant.

Idem Imperator anno 1158. *& Fridericus II. anno* 1217. in illâ urbe etiam Comitia habuit, ut refertur in *Chronico Magno Belgico f.187.* & indicat *Diploma* à poſteriori ibi exaratum apud *Gevvold. in Metrop. Salisb. T.1. f.382.*

Quibus adjicimus urbem illam tanto olim in honore fuiſſe, ut multi Comites ibi ſedes ſuas fixerint, ſiquidem inter illos *Naſſovicorum ſex* ab anno 972. ibi ſepulti in monaſterio ad S. Catharinam ſunt, ut poſt *Orlers in Geneal. Illorum* refert *Fugger. & Bircken. in Hiſtor. Auſtr. l.2. c.6. f.213.*

De illa porro notanda ſequentia.

I. *Illam anno* 1350. *& ſeqq. à Carolo IV. valde* & in magnitudinem, qua adhuc conſpicua eſt, *extenſam ac duplicibus muris, propugnaculis multis & turribus* 365. *munitam fuiſſe*, ut refertur in *d. Chronico Norimbergenſi, Coſmographia Munſteri dd. ll.* uti etiam *Zeilleri Topogr. d. f.37.* & quodammodo annotavit *Pighius in Hercula Prodicio p.149. & ſeq.*

II. *Continere in ambitu* 8000. paſſus, habere ſex portas majores & duas minores **Pförtleins** 528. plateas majores & minores & decem fora, inter quæ illud, quod prope Curiam eſt & **der Herren-Marckt** vocatur, valde celebre, uti ſimiliter in *d. Topogr.* traditur.

III. *In illâ eſſe caſtrum Imperii* colli, ut dictum impoſitum, & ſub Carolo V. Imperatore à Norimbergenſibus, ex fundamento recens ac latius extructum, valdeque munitum, ut refert *Munſter. d. l.* addens in ejus memoriam *nummos aureos* & argenteos tunc cuſos ac fundamento impoſitos fuiſſe, ubi illorum inſcriptionem ſimul habet.

Ubi memorandum in illo caſtro ſemper primarium Duumvirum **den älteſten Loſung Herrn** *ſub titulo Prætoris Imperialis* **deß Reichs-Schultzens** *habitare, modicumq; præſidium, uti etiam fontem profundiſſimum eſſe*, ut legi poteſt apud *Zeiller. in Itiner. Germ. c.4. f.107.* ubi etiam alia notabilia habet.

IV. *In illâ eſſe Curiam magnificam* & anno ni fallimur 1621. & ſeq. quo ad majorem partem ſumtuoſiſſimè ex ſecto albo lapide extractum, ut apud *Eundem d. f.107.* & *Pighium d. l. p.150. & ſeq.* quodammodo legi poteſt, de qua etiam *nos præc. l.1. c.7. th.7. expl.2. egimus.* Item *armamentarium* inter primaria civitatum Imperialium numerandum, ut ibi obſervavimus & narrat Pighius p. 148. & *granaria celebria*, in quibus Idem ſeq. p. 149. frumenta quædam 150. annorum jam ſuo tempore aſſervata fuiſſe refert, quorum nos jam præc. *l.1. c.7. th.7. expl.3.* mentionem fecimus.

V. *Conſtitutam eſſe* ibi in templo Prædicatorum celeberrimam *Bibliothecam*, ut *d. th.7. expl.1.* etiam retulimus, & *Gymnaſium* ad D. Ægidium præteritis annis bene inſtructum.

VI. *Ibi-*

VI. *Ibidem* in Templo ad Spiritum Sanctum *Cleinodia Imperii* aſſervari, ut *præced. Sect.1. c.3. theſ.12. expl.1. n.3.* late dictum eſt.

VII. *Ibidem à Carolo IV. anno* 1356. *priorem partem Auræ Bullæ*, ut ex illius proœmio conſtat, in ſolenni curiâ Electorum, Principum & reliquorum Imperii ſtatuum confectam & editam vel promulgatam fuiſſe. Et confectam quidam *in æde quadam, cujus inſigne eſt aureum ſcutum in plateâ* **auff dem Ponerß-Berg** dictâ, ſitâ, ubi nobis oſtenſum eſt, & in *d. Topograph. f.38.* refertur.

IIX. *Statum Regiminis in illâ eſſe Ariſtocraticum* à dicto laudatiſſimo Imperatore Carolo IV. occaſione, ut communiter refertur & apud *Dreſſer. d. parte 5. p.469. ac Bodin. l.2. de Republ. c.6. p.m.364.* legi poteſt diſcordiæ & ſeditionis civilis introductum, *quamvis Beſold. de Ariſtocr. c.3. n.3. Oligarchicum* ob paucas potentes & nobiles familias in Senatum adſumi ſolitas non ſine ratione ſtatuat, *& id Limn. Tomo IV. d. l.7. c.35. n.8. de Oligarchiâ non vitioſâ ſed laudabili accipiat, ſed prius Kirchner. Diſp. de Republ.20. theſ.3. l. a. defendit.*

Formam vero Specificam quod attinet, licet multi magni viri illam ad Venetorum ſimilitudinem inſtitutam eſſe aſſerunt, ut apud *Limn. d. c 35. num.9. & Knipſch. d.* c.38. *n.21.* late legi poteſt, *verum tamen eſt* illam etiam ad aliarum civitatum ideam compoſitam, à Venetis verò ſaltèm quasdam Leges mutuatam eſſe, quod etiam placet *Limn. Tomo V. ad d.* c.35. *num. 9.*

Conſtat autem Regimen illius ex 42. *Senatoribus*, 34. *ſcilicet nobilis vel patritii ordinis*, qui in 28. familiis Senatoriis **Rathsfegigen Geſchlechtern** *à Knipſch. d. l. n.* 41. & *Limn. d. Tomo V.* recenſitis hodie conſiſtit *& octo plebeji ſtatus, ex quibus illi* ſub nomine Senatus interioris ſemper & in quibusvis rebus, *hi verò* ſub nomine minoris ſaltem quandoq; ac in certis cauſis curiam frequentant.

Ex Prioribus ſingulis quatuor Septimanis duo quidem conſules vetus & novus Curiæ præſident, aſſiſtentibus ſed ſine Senatoriâ dignitate & poteſtate aliquot, & niſi fallimur, quatuor Juriſconſultis, qui ideo *Conſiliarii*, **die** *Conſulenten*, dicuntur, *ſed illi* primarium ordinem, uti alibi non conſtituunt, quoniam *primaria officia* conſiſtunt in *Duumviratu*, **in den Loſung-Ambt** à gubernando ærario, quod ibi **Loſung** dicitur, appellato, cui duo præcipui Senatores præſunt & ex quibus, ut jam præc. n.3. annotavimus, primarius Prætor Imperii eſt.

Triumviratu, qui ex his duobus & proximo in dignitate vel ætate Senatore, qui, ſi rectè meminimus, **der Obriſte Kriegs-Herr** dicitur ſub titulo **der dreyen Obriſten Hauptleute** conſtat & *Septemviratu*, quem prædicti tres & adhuc quatuor ex primariis Senatoribus, qui **Kirchen / Schul-Allmoſen- und Vormundſchafft-Herrn /** ſi etiam rectè adhuc meminimus, appellantur, conſtituunt.

Præter hos etiam quidam Senatores Provinciæ, Rebus militaribus, & Equili publico ſub titulis **der Landpflegere / und Kriegs-Herrn** præſunt, ut in *d. Topogr. f.*[illegible] & ex parte à *Knipſch. d. cap.*38. *n.23. & ſeqq.* refertur.

Quibus addendum 1. cauſas communiter occurrentes à toto Senatu, graviores à ſelectis ad id Senatoribus **dem Ausſchuß /** graviſſimas verò à dictis Septemviris deliberari & concludi, ut *Knipſch. n.* 27. refert.

2. *Præter hunc ordinarium vel interiorem & minorem Senatum etiam alium majorem ex civibus &* A. quidem, ut *Knipſch. num.* 23. tradit 200. uti vero in *d. Topogr. f.* 39. refertur 400. & pluribus perſonis conſtantem conſtitutum eſſe, *& hunc ſaltem* extra ordinem in rebus magni momenti in curiam convocari & requiri.

IX. *Ibi ſex judicia conſtituta eſſe*, utpote 1. Civitatis ordinarium & quidem majus ex quatuor Doctoribus juris, duodecim Scabinis & judice conſtans 2. Judicium minus pro rebus minoris momenti & 100. florenos non excedentibus, cui duo Doctores Juris & ſex Scabini præſunt 3. Ruſticorum vel Provincialium 4. Ædilitium 5. Quinquevirale, in quo injuriæ reales & verbales ventilantur & dijudicantur. 6. Cenſorium **das Rug-Gerichte** in quo cauſæ, quæ opificum ſtatuta & legum veſtiariarum violationem concernunt, ac à delatoribus publicis relatæ ſunt, decernuntur & puniuntur, & 7. Foreſtale B. **Forſt- und Zeidel-Gericht /** concernens negocia ſylvstica, quibus etiam unus atque alter è Senatoribus ſcribas adjunctos habens præſidet, de quibus *prædicti auctores ibid. & poſterior vero n.* 37. *& ſeq.* conſuli poſſunt.

Quibus addendum dari etiam octavum nempe judicium appellationis, cui ſex Senatores & duo Doctores Juris præſunt, in quo cauſæ per appellationem ad id devolutæ decernuntur, ſiquidem vigore privilegiorum in cauſis prædictis, & pecuniariis ab initio 600. florenos non excedentibus ad ſolum Senatum appellatio conceſſa eſt, ut inter alios *Zeiller in d. Topogr. f.* 39. *refert, ac partim* in Privilegio Friderici III. de anno 1470. ac Caroli V. de anno 1521. & à *Limn. d. c.35. n.22. & ſeq.* relato *inter alios Zeiller. in d. Topogr. f.* 39. *refert & partim in Reform. Noric. tit.10. l.3.* §. **es ſol auch** continetur.

C. *Et civitatem* ab Epiſcopo Argentoratenſi tanquam Landgravio Alſatiæ jurisdictionem criminalem certis ceremoniis in feudum accipere, ut ex *Spangenb. p.1.* **deß Adel-Spiegels** *l.* 10. *c.* 18. *f.* 309. refert *Limn. Tomo* 4. *l.7. d.* c.35. *n.* 18. ubi judicium ſuum interponit.

X. *Singulis annis circa feſtum Paſchatos Senatores denuò eligi & jurare, licet cives ſinguli demum ſeptennio homagium præſtent ſecundum Topogr. dict. f.* 39.

XI. *Civitatem illam*, quantum quidem nobis conſtat, inter omnes Imperiales civitates *maximum habere territorium, ſub ſe novem oppida, duo ſuburbia, multos pagos & ampliſſimas ſylvas cum omni jurisdictione complectens*, ut legi poteſt apud *Zeill. in d. Topogr. f.38.* & *in Appendice f.37.* ubi refert, quomodo civitas hæc illa oppida acquiſiverit, de quo etiam *Limn. T.4. d. l.7. c.37. n.18. Sect.3.* legatur.

D. XII. *Civitatem illam* à Friderico Electore & Marchione Primo Brandenburgico ac Burggravio cum conſenſu Sigiſmundi Imperatoris anno 1427. jura & bona in civitate & circa eam poſſeſſa emiſſe pro 240000. florenis cum reſervatione tamen aliquâ, à Burggravio factâ, ut legi poteſt apud *Limn. l.4. c.4. n.84. & l.5. c.7. n.11. & ſeq. ac in Tomo IV. ibid.*

XIII. *Eandem eſſe unam ex convocatricibus civitatibus*, ut jam *præc. th.5. expl.1.* annotavimus & obtinuiſſe, ut in Comitiis Imperii *illius Secretarius* protocollo civitatum ſimul præfectus ſit, ut ſimiliter *ibid. expl.2.* memoravimus.

XIV. *Illius inſigne vetus fuiſſe* dimidiam nigram aquilam in flavo campo & tres rubras ac albas trabes ſed id *poſtea mutatum* eſſe, ita, ut propter fidelitatem Henrico IV. Imperatori præſtitam & caſtri contra ejus filium Henricum V. defenſionem ſtrenuam, adeo-

que virginitatem intactam ſervatam, *caput virgineum cum coronâ & integrâ aquilâ* pro illo obtinuerit, ut refert *Zeill. in d. Topogr. f.38.*

XV. *Illam gaudere Academiâ celeberrimâ Altorfi fundatâ, ut jam prac. p.2. ſect.2. c.2. th. ult. in expl.* demonſtravimus.

XVI. *Senatores ibidem gaudere ſingulari amictu earumq́, filias ſponſas copulandas coronam ex margaritis ſumptuoſè confectam ex ſingulari privilegio in capite geſtare & peculiari etiam veſtitu incedere, ſed ornatum illum non ſponſa propriam, ſed cuiq́, familiæ communem eſſe.*

XVII. *Eandem multas egregias leges & conſtitutiones publicas habere* interq́ue eas eminere leges veſtiarias & ſumptuarias magnâ cum laude ſemper & ſtrictè obſervatas.

XVIII. *Privilegiis multis egregiis ornatam eſſe & inter illa his*, quod

1. *Imperator quilibet prima ſua Comitia* ex antiquâ obſervantiâ ibi celebrare debeat, vigore Aureæ Bullæ tit. 28. §. invenimus, cujus etiam meminit Carolus V. *In Capitulatione art.29 &* **In der Ordnung deß Regiments** *de dato* Wormbs 1521. *in pr.* Ferdinandus I. in capitulatione art.27. & Maximilianus II. *in R. J. de dato* **Augſpurg** 1566. §. 180. *ſed id jam* in deſuetudinem venit, ut legi poteſt apud *Arum. de Comit. Imperii c.5. n.18.*

2. *Secundum jam n.6. dicta* ibi Imperii cleinodia aſſervari debeant.

3. *Parentes filios immorigeros* carcere & turri coërcere, immo vivos in profluentem demergere poſſint, idq́ue Ludovico IV. adſcribitur, ut poſt alios refert *Knipſch. d. c.38. n.54.*

4. *Teſtamenta Civium* à duabus perſonis publicis ſubſignata plenum vigorem habeant, ut poſt *Rutersh. in Expoſ. Novell. parte 6. c.1. n.9. tradit Limn. d. c.35. n.16.*

5. *In quibusdam cauſis* planè non, in pecuniariis verò ſaltem intra certam ſummam ad Cameram appellatur, ut jam *prac. n. X.* adduximus, & Civitas vel Senatus nullibi niſi coram dictâ Camerâ vel Auſtregis, nempe civitate Winsheimio & Weiſſenburgo conveniri poſſit, ſecundum privilegium Caroli V. de dato 1540. *apud Eundem n.24.*

6. *Cives cum Judæis contrahere non poſſint*, nec civitas illos recipere teneatur ex privilegio Maximiliani II. de anno 1573. apud *Eund. ſeq. n.25.*

7. *Nemo intra milliare* à civitate, urbem vel caſtrum exſtruere debeat ex privilegio Caroli IV. de anno 1378. apud *Eund. n.27.*

8. *Nemo intra idem ſpacium* novum ædificium vel cauponam exſtruere debeat ex privilegio Friderici III. de anno 1464. *ibid. n.29.*

9. *Civis pænâ mortis damnati* bona confiſcari non poſſint, nec talis criminis rei aufugientis bona pro delicto obligata eſſe debeant, ex privilegio dicti Caroli IV. de anno 1347. *ibid. n.28.*

10. *Omnia reſcripta*, decreta & privilegia contra Norimbergenſium privilegia, indulta & antiquas conſuetudines lata nullius momenti eſſe debeant ex privilegio Ejusdem de anno 1350. apud *Knipſch. d. cap.38. num.65.*

11. *Neminem* in civitatem recipere debeant, niſi qui civis eſſe & onera civica ſuſtinere velit ex privilegio Friderici III. de anno 1475. *ibid. n.68.*

XIX. *Immunem illam eſſe* à vectigalibus per pactum reciprocum anno 1387. initum *in oppido S. Galli* ſecundum *Stumpff. l.5. c.8. f.386. & Francofurti ad Mœnum, in quo poſtremo* tamen ſingulis nundinis Autumnalibus immunitatem illam certo modo redimere tenetur, ut legitur apud *Hornick. de Jure*

A. *Poſtar. c.18. Theor. 10. p.265. Argentorati* verò de ſingulo centenario pro vectigali ſaltem ſolvere unum obolum, ut narrat *Spangenberg. p.1.* **deß Adelſpiegels** *l.10. c.18. f.109.*

XX. *Ibi Religionem Lutheranam ſolùm florere.*

XXI. *Habere Banchum publicum* anno 1621. erectum & ſequentibus annis ſucceſſivè in meliorem formam redactum, ut legitur apud *Limn. Tomo 5. l. 7. c.35. p.280. & ſeqq.*

XXII. *Illius cenſum* Imperii tùm ob prædictum late patens territorium, tùm ob mercimonia florentia omnium reliquarum civitatum Imperialium cenſum transſcendere & eſſe 1480. florenorum & Cameræ cum augmento 500. florenorum, ut refert *Zeiller. de dec. Circulis Tit.6. n.15. Sed illorum Legatos in dictis Comitiis 1654. moderationem ejus ob commerciorum exiguitatem petiiſſe.*

B. Plura apud præfatos auctores legi poſſunt.

Offenburgum quaſi Offonis burgum, Offo enim vel potius Offa Angliæ Rex cùm relicto regno per Germaniam Romam devotionis causâ peregrinaretur & circa annum 605. in Mortenaugiam, regionem inter Brisgoviam & Marchiam Badenſem prope Rhenum ſitam & à frequentiâ Latronum ita dictam, veniſſet, ob loci amœnitatem & commoditatem cœnobium Offonis cellam dictam exſtruxiſſe dicitur, ſicuti etiam prope illam alius locus Offonis villa **Offenweyler** nuncupatus reperitur.

Et ab hoc etiam altera ſedes in ripâ Kynaigæ ſive Cynthii fluvii, Offonis pyrgum vel purgum dictum uno tantum lapide à memoratâ cellâ diſtans ædificatum fertur, & ex hoc poſtea civitas prædicta orta fertur, ut apud *Cruſ. p.1. Ann. Suevic. l.10. c.2. in pr. & Zeill. in Chronico Parvo Suevia p.339.* legitur.

Sed quoniam temporis ratio refragatur, dum Offa

C. Merciorum Rex & Regis Sigesberti in Angliâ, filius, cui *Hermannus Contractus in Chron. ad ann. circiter 709. Sigebertus Gemblacenſis in Chronogr. ad ann. 707. & Trithem. in Annal. Franc. ſub Rege 57. & 60.* peregrinationem iſtam ſacram & exſtructionem Monaſteriorum in Alſatiâ adſcribit, poſt integrum demum ſeculum vixit; & inſuper *Bucelinus in German. Sacrâ parte 2. f.80.* fundationem quidem Monaſterii Schultern ſecundum nonullos dicto Offoni, Offonis cellæ verò Comitibus Habsburgenſibus Briſiacæ Landgraviis *prac. f.67.* attribuit, res dubio non caret: *Quod ut evitaret Cruſius d. l.* ex Wolffii communicatione addit Offonem loci illius conditorem alium & ante hunc Regem fuiſſe. *Occurrit quidem apud Hoveden. Parte 1. Annal. f. 408. & ſeq. & Ethelwerd. l. 2. Chron. c.19.* alius Offa, ſed hic octavus progenitor illius eſt, adeoq́ue ejus vitæ & regiminis tempus cum dicto anno 605. vix congruere poteſt.

D. *Quidquid ſit* & nomen & multa Anglica moneta, quæ anno 1562. Argentorati in deſtructione Cœnobii S. Claram reperta eſt, quæ vetus Offenburgica & Anglicus nummus adhuc vocatur, aliquid fidei contribuere videtur.

Eſt alias hæc urbs anguſta quidem ſed elegans & Catholicæ religioni addicta, ut refert *Zeiller. in Topogr. Suevia f.147.*

Quondam Epiſcopo Argentinenſi & Marchioni Badenſi oppignorata fuiſſe dicitur, ut *Idem ib.* memorat.

Illa inſigne habet caſtrum vel burgum rubrum cum portâ apertâ in albo ſcuto *Sibmach. p.219. ſed Schrot.* inverſa tradit f. 104.

Ejus cenſus Imperii eſt 120. floren. & Cameræ cum augmento 28. floren. 21. cruc. & 3. obolorum, ſecundum, *Eundem d. l.*

Pfullendorffium in Hegoviâ ſita Imperialis urbs ſatis antiqua eſt, & ideo à *Pirckheim in Deſcr. Germ.*

poſt

poſt pr. ſub Rhetiâ pro Bracoduro, vel Bragaduro *Ptolomai l.2. c.12.* habetur.

Pertinuit autem hac urbs olim ad Comites cognomines & à Rudolpho ultimo Comite & unius ſaltem filiæ patre & anno 1180. mortuo Imperatori Friderico I. cum omnibus imperii feudis tradita fuit, ut narrat *Otto de S. Blaſio in Appendice ad Friſingenſem c.21. Urſperg. in Chron. ſub Annis illius Imperatoris in f. & Felix Fabri in Hiſtor. Suevor. l.1. c.12. p.102.*

Vocatur ille in Additione ad Hepidanni Annales inter Scriptor. Rer. Alemann. à Goldaſto editorum Tom.I. poſt pr. Comes de Fulndorff, & ibi refertur, quod Ieroſolymam petierit, & ſe perpetualiter ſancti ſepulchri ſervitio dicaverit, ſicuti & hæc urbs à *Rich. Bartholimo l.4. Auſtriades poſt pr. Fullonis villa* vocatur.

Filia illa Itha nomine Alberto III. Comiti Habspurgenſi nupſit, & ab illo Imperatore compenſationis loco Comitatum Turicenſem, Advocationem Seckingenſis Eccleſiæ cum prædiis conquiſitis de Biedertan obtinuit, ut *d. Otto de S. Blaſio memorato* refert *loco*.

Quomodo autem & quo tempore ad Imperium pervenerit, non reperivimus.

Illam tamen jam anno 1381. inter confœderatas Imperii civitates contra nonnullos Electores & Principes imperii initâ comprehenſam fuiſſe memorat *Lehman. l.7. c.66. f.837. & 839.* & in conventu illarum Civitatum anno 1385. Conſtantiæ habito per legatos comparuiſſe *Idem ſeq. c.67. in pr. & f.842. & c.68.* & confœderationi Statuum imperii anno 1387. interfuiſſe *Ibid. c.68.* refert. Sicuti etiam illi in expeditione contra Turcas primâ ab Imperatore Friderico III. anno 1471. in Comitiis Ratisponenſibus conclusâ duo equites & quatuor pedites attributi fuêre, ut narrat *Idem c.112. f.972.*

Et in Comitiis Imperii pacis publicæ conſtituendæ causâ Francofurti anno 1486. habitis per legatos iterum illa comparuit & 200. florenos in ſe recepit, ut ex conſignatione Statuum Imperii legi poteſt apud *Eund. ſeq. c.117. f. 988.* ac poſtea Receſſum Imperii de dato **Augſpurg** 1500. ſub civitatibus Fœderis Suevici ſimul ſubſcripſit, & ad omnia Comitia Imperii poſtea vocata ac admiſſa fuit.

Urbs hac ad fluvium Cellam in loco frugifero ſed parva, & religioni Catholicæ addicta eſt & ſita.

Ejus cenſus Imperii eſt 104. florenorum, & Cameræ cum augmento 62. floren. & 32. cruc. ut utrumq; refert *Zeill. in Topogr. Suevia f.152.*

De ejus privilegiis etiam nihil reperire potuimus.

Ejus inſigne verò eſt aquila nigra in flavo campo, ut illud exhibet *Schrotius* **In deß Heil. Römiſchen Reichs Wappen-Buch** *f.104.* addit *Sibmach. p.220. curvaturas in alis aureolis.*

Ratiſpona variò olim & quidem ſub Imperatoribus Romanis antiquis Colonia Quartanorum (à legione quartâ,) *Metropolis Ripariolorum, Caput Limitaneorum*, ut *Munſter. l.3. c.372.* & quo ad primum *Reuſn. l.1. c.1.* tradit. *Tigurina vel potius Tiburina, aut Tiberina, Metropolis Norici, vel Auguſta Tiberii*, ſecundum *Authorem d. Chronici Noriberg. f. 97. Andr. Presbyter. in Chron. Bavar. p. 4.* (ubi id in ſcriptis Ratisponenſibus reperiri refert) *Pirckheim. in Deſcr. Germ. ſub Vindelicia*, & quo ad poſterius *Althamer. in Comm. ad Taciti German. p.36. Trithem in Chron. Ducum Bavaria in pr. Aventin. l.3. f. m. 146. & Hund. in Metropoli Saliſburg. ſub Epiſcopis Ratisponenſibus in pr. & Tyberias in Chron. Auguſt. Eccleſ. apud Piſtor. inter ſex Scriptor. Germ. f. 594. ac Tiburina in ſpecie in Decreto Leonis III. Papæ apud Gevvold. in Auctâ Metropoli Saliſburg. Hundii f.223. ubi tamen*

A. *dictus Gevvoldus in Addit. f.242. negat illam Reginoburgum eſſe. p.1. Item Reginum & Caſtra Regina*, ut ex *Tabulis Peutingerianis & Notitiâ Imperii* tradit *Cluver. in Vindelicià & Norico c.4. Ubi ſimul* præmiſſas etymologias eruditè refutat, *tradendo* nec Tacitum, nec Ptolomæum, nec Antoninum, nec Auctorem Tabulæ nec Notitiam Imperii aliam agnoſcere Rhætiæ coloniam, quam Auguſtam Coloniam, ubi legi poteſt; *Cui etiam nos ſubſcribimus, addendo*, ſi qua Colonia Quartanorum à quartâ Legione olim dicta fuiſſet, illud ſub Antonino Imperatore contigiſſe, quoniam hic (ſi fides inſcriptioni monumenti vel lapidis veteris juxta pontem ibi exiſtentis, & à Munſtero ipſo d. l. adductæ, quam tamen etiam *Aventin. l. 2. Annal. f. m. 57.* refert, tribuenda) cum quartâ Legione ibi ſtationem ſuam habuit.

B. *Multò minus vero credendum Andr. Presbytero, in d. Chron. Bavar. p.3. & Trithemio d. l.* qui urbem illam à Norice Rege Bavariæ, & fortiſſimi Herculis filio diu ante Tiberium conſtructam fuiſſe tradunt, & Munſtero, & Althamero dd. ll. *quorum ille* Trajanum Imperatorum Ratisponæ pontem mirabilem exſtruxiſſe, *hic verò* pontem hodiernum ab Adriano ex aliorum opinione exſtructum eſſe narrat, ut *ſeq. n.6.* clarius demonſtrabitur.

Poſteriori vero tempore etiam Reginum ab Adelmo Benedictino in Annalibus Regum Francic. ad annum 791. & ſeq. & Annal. Fuldenſ. à Frehero Tomo I. editis ad annum 891.

Regina urbs vel civitas in Diplomate quondam Arnolphi Imperatoris de anno 887. *apud Gevvold. d. Parte 1. f.247.* & alio ejusdem de anno 893. *ibid. f.348.* & iterum alio de anno 888. apud *Eundem ſeq. parte 2. f.587.* & rurſus alio Ejusdem de anno 898.

C. apud *Eundem ſeq. parte 3. f.200.*

Radaſpona in Diplomate Ottonis I. Imperatoris de anno 950. apud *Eund. d. p.1. f.227.* & alio ejus filii, Ottonis II. de anno 979. *apud Eund. p.2. f.372.* & ſeq. & alio iterum ejusdem de anno 979. *ibid. p.1. f.253. & in Ann. Fuldenſ. dicto Tomo I. ad anno* 869. 872. 873. 876. 886. 888. 890. 897. *ac ſeqq. ac Radaſpona ab Hepidanno in Annal. ad ann.* 892. *Raginisburgum in quodam Capitulari Caroli M. c.7. apud Goldaſt. Tomo 3. Conſtitut. f.156. & Reganespurgum apud Adelmum Benedictinum loco paulo ante citato & in Diplomate* prædicti Imperatoris Arnoldi de anno 898. apud *Gevvold. d. p.1. f.249.* & alio ejusdem de anno Eodem *ibid. f.350.* ac in Diplomate Ottonis II. de anno 979. & in diplomatibus Ludovici I. Imper. de anno 830. *ibid. p.2. f.365.* item in *Annal. Fuldenſ. ad annum* 792. 861. & 862.

Reginoburgum & Reginesburgum, ut apud Wil-

D. *lich. l.1. Ann. f.m.11.* legitur *à ſcriptoribus antiquioribus & recentioribus paſſim*, & ut ab *Aventino d. f.* 146. traditur *à Theodone I. Bojorum regulo ab uxore ſuâ Reginobirgâ*, mutato antiquo Auguſtæ Tiberii nomine, ita appellata, quod & refert *Cruſ. parte 1. l.8. c.9. f.213. vel potius à Rego vel Regno flumine Danubium non procul inde intrante, ſecundum Althamer. d.l. & inter alios recentiores Knipſch. d. l.3. c.43. n.1. plura* & quidem inſolita ejus nomina referuntur *in d. Chron. Norimb. f.97. & ab Andr. Presbyt. in d. Chron. p.5.*

Communiter autem ab aliquot ſeculis, & quidem jam à *Reginone in ſuis Chronicis ad annum* 882. 953. *& ſeq. Ratiſpona*, ut notiſſimum, & jam apud *Ditmarum in Chron. Merſepurgico l.2. f. m.16.* ubi eam Germanice **Reineſburg** appellat, legitur, vocatur, *rationem etymi Otto Friſing. de Geſtis Friderici I. Imper. l.2. c.28. jam ſuo tempore* (ante annum ſcilicet

1158.

1158. quo mortuus) *hanc dedit, quod urbs illa propter illabentem Danubio fluvium navigabilem Reginum & Nabam ratibus uſurpandis vel ibi ponendis* opportuna bonaque ſit, quam etiam *Güntherus in Ligurin. l.1. ante f.* tradit his verſibus

Inde Ratiſpona, vetus ex hoc nomen habenti
quod bona ſit ratibus, vel quod conſuevit in illâ
ponere nauta naves. — — —

Sed quoniam ex modò dictis liquet, urbem illlam ante & ſub hæc tempora etiam Radasponam & Radesponam & quidem in Imperatoriis Diplomatibus dictam eſſe, *jam memorata etymologia adeò firmo non ſtat talo.*

Sicuti etiam Aventinus l.2. Annal. f.m. 57. nomen illud ipſum à vulgo literatorum excogitatum eſſe & in veteribus ſcriptis non reperiri ſcribit.

De eâ ſequentia notanda.

Illam I. *varia infortunia ſuſtinuiſſe*, ſiquidem ſecundum Eundem *Aventin. d. f.* 146. à Theodone Bojorum Regulo in principio ſeculi ſexti arctiſſimè obſeſſa ac cum multâ & miſerandâ cæde ac vaſtatione Romanis per vim militarem adempta eſt.

Anno 892. *conſlagravit ſecundum Herman. Contractum in Chron. ad illum annum & Hepidannum in Annal. ad Eundem, ſed dicti Annales Fuldenſes & civitatis archiva habent annum præcedentem, addentia ignem tunc de cœlo lapſum eſſe. Anno* 911. *Hungari* ſuburbia incenderunt *Aventin. l.4. f.m.*290. *& Zeill. in Topogr. Bavariæ f.*85.

Ab Ottone I. Imperatore per menſem & dimidium obſeſſa per deditionem in gratiam recepta eſt, ut refert Wittich. *l.3. Ann. f. m.* 30.

Anno 954. *incendio ferè tota periit Zeill. ibid.* de quo etiam legatur *Wittich. d. f.*30. *& Cruſ. parte* 2. *l.*4. *c.*7. *f.*121.

Anno 1059. *magnum incendium rurſus paſſa eſt, Id. Zeiller. f.*86.

Anno 1132. *iterum per fulgur incenſa & usq; ad* 30. *ades concremata fuit, ut refert Hagec. in Chron. Bohem. p.*1. *f.*229.

Anno 1152. *iterum exuſta fuit Id. ibid.*

Anno 1190. *iterum magnum incendium ſuſtinuit ibid.*

Anno 1642. Monaſterium S. Emerani & Monaſterium ſuperius (**Ober-Münſter**) ex parte conflagravit *Zeiller. f.*89.

Anno 1483. (eſt error, nam 1486. id factum, quoniam poſt ſexennium, ut paulò poſt ſequitur, nimirum 1492. urbs reſtituta eſt) *magna ſeditio* inter Senatum & cives orta eſt, in quâ Senatores Alberto Bavariæ Duci civitatem tradiderunt, ſed hic à Friderico III. Imperatore vi adactus fuit, ut poſt ſexennium nempe 1492. illam Imperatori redderet, quod etiam d. anno in manus Friderici Marchionis Brandenburgici & (Eitel Friderici) Comitis de Zorn vel Zollern factum eſt, ſecund. *Hund. in d. Metrop. Tomo I. ſub Henrico III. Epiſcopo Ratisbonenſi* 47. *f.*214. quod etiam annotavit *Cruſius parte* 3. *l.*9. *c.*4. *in pr. & Langius in Chron. Citizenſi ad annum* 1492. *ac omnium latiſſime Fugger. & Bircken. in Hiſtor. Auſtriacâ l.*5. *c.*33. *f.*956. ubi narrat, civitatem ſe anno 1486. Bavaro ultro & hujus beneficiis illectam ob grave æs alienum dediſſe, ac *ſeq. c.*40. *f.*1056. *& multis ſeq.* ubi refert mediante Maximiliano I. Rege Romanorum d. anno 1492. litem illam amicabiliter compoſitam & exercitum Imperialem dimiſſum fuiſſe, *ac ſimul articulos compoſitionis duplicis*, ſcilicet inter d. Ducem & civitatem, & inter Imperatorem ac d. Ducem ratione illius civitatis *exhibet.*

A. *Anno* 1512. *& ſeq. iterum magna ſeditio* in illâ fuit & auctores ejus capitis pœnam paſſi ſunt *Zeill. f.* 87.

Anno 1650. *magna Danubii inundatio in civitate & extra eam fuit Zeiller. f.* 90.

Sæpius etiam obſeſſa, & quandoq; vi occupata fuit, ut legi poteſt apud *Dodechin. in Append. ad Mariani Chron. anno* 1128. 1129. *&* 1130. *ac Zeiller. f.* 85.

De ultimâ ejus anno 1634. *per exercitum Cæſareum factâ ſtrennâ obſidione*, & per transactionem ſecutâ deditione legi poteſt *Chemnitius Vol.*2. *Belli Sueco-German. l.*2. *f.*464. *& multis ſeqq.*

In obſidione illa ſuburbia cum omnibus hortis diruta fuerunt, ut *Zeill. f.* 70. refert.

II. *Ab Arnolpho Imperatore fuiſſe ampliatam*, ut refert *Friſing. in Chron. l.*6. c.11. & *Andr. Presbyt. in*
B. *d. Chron. p.*32.

III. *Conventibus Imperii & præſentiâ Imperatorum ſæpè eſſe honoratam*, uti de Friderico I. Imperatore narrat *Friſing. de ejus geſtis l.*2. *c.*28. & *Andr. Presbyt. in d. Chron. p.*60. De Ludovico II. Imperatore refertur in *Annal. Fuldenſ. à Frebero editis Tomo I. ad d. annum* 861. 869. 872. *& ſeq. in f.* Carolo Craſſo ibid ad ann. 886. Arnolpho Imperatore Ibid. ad ann. 888. 890. & 897. ac ſeqq. ſicuti etiam Idem, ut in præcedentibus ſub verbo, Regina urbs, dictum diverſa ibi diplomata tulit, de quibus plura apud *Zeill. in d. Topogr. f.*86. *& ſeqq. ac in Receſſibus Imperii legi poſſunt.*

Quibus addendum in eâ Imperatorem Rudolphum anno 1575. & *Ferdinandum III.* anno 1636. *electum, & hunc cum Sereniſſimo filio, Divo Ferdinando IV. ibidem coronatum eſſe*, ut jam *præc. Sect.*1. *c.*3. *th.*14. *in explicat.* annotavimus.

C. IV. *Quondam à tempore dicti Theodonis I. Bojorum Reguli usq; ad Henricum Leonem Bavariæ & Saxoniæ Ducem ſub Ducum illorum Imperio fuiſſe*, ut etiam *Otto Friſing. de Geſtis Frideric. I. Imperatoris d. l.*2. c.28. ad anum 1155. refert, *ſed cum* hic cum conſenſu Imperii Henricum illum per bannum anno 1177. exauctoraſſet, & anno 1180. in ejus locum Ottonem de Wittelsbach Ducem Bavariæ creaſſet, *urbs illa, certo tamen cum reſervato, Imperio tradita fuit*, ut latè poſt *Hundium in d. Metropoli ſub Chunone II. Epiſcopo, & Lehman. l.*4. *c.*4. *f.*286. *narrat Zeiller. in ſæpè dicta Topogr. f.* 82.

Illam quidem Albertus Bavarus anno 1483. per traditionem Senatorum recepit, *ſed* imperio reddere coactus fuit, ut jam præc. n.1. annotavimus.

V. *Ædificia publica habere ſatis ſplendida* interque illa excellere *Templum Cathedrale S. Petri & Curiam in typis à Zeillero f.* 72. *&* 80. *exhibita*, ac
D. reliqua templa *ab eodem f.* 73. *& ſeqq.* memorata & deſcripta prætereundo, *Gymnaſium* tàm quo ad exſtructionem quam quo ad inſtructionem celebre, item *armamentarium & granaria nec non Prytanæum* **eine Trinck-Stube** / de quibus etiam *Zeill. f.*79. *& ſeqq.* agit. *Fuiſſe etiam ibi arcem Imperatoriam Idem ſeq. f.*80. narrat.

VI. *Pontem illum Lapideum inter tres Germaniæ celeberrimos*, utpote firmiſſimum, merito *numerari*, quem *anno* 1135. *ab Henrico X. Bavariæ Duce* & civibus exſtrui cœptum ac anno demum 1146. perfectum, & 23. pedes latum ac ſuper 15. arcus paſſus 470. longum eſſe, ut refert *Zeiller. f.* 71 ubi etiam typum exhibit, de initio idem traditur in *Addition. ad Andr. Presbyt. Chron. Bavariæ p.*201. per ſequentes verſus:

Pons fieri cœpit, dum annos Domini inciperit
Millenus, Centenus, tria decem, ſenis quoq; denum.

ab Aventino l. 6. f. m. 382. ubi pons ſimul deſcribitur, & in *Metropoli Salisburg. Gevvoldi p. 2. f.* 250. *& ſeq. Unde patet errare Munſterum tradentem* à Trajano Imperatore ibi pontem mirabilem exſtructum eſſe, *cum illo tempore* & quidem illo in loco, ut poſterius bene tradit *Hundius in d. Metropoli ſub Epiſcopis Ratisponenſibus in pr.* Ratiſpona condita non fuerit. *magis vero Althamer. narrantem* hodiernum pontem ab Adriano Imperatore ſecundum quosdam exſtructum fuiſſe, ut ſub hac urbe in principio adduximus.

VII. *In illâ aliquot tornementa*, utpote decimum quintum anno 1284. vigeſimum ſecundum anno 1396. vigeſimum quintum anno 1412. & trigeſimum quintum ſive penultimum anno 1487. celebrata fuiſſe, ut legi poteſt apud *Modium in Pand. Triumph. Tomo 2. ſuis locis.*

VIII. *In illâ multos olim Judaos habitaſſe*, ſed ejectos, & ultra 4200. lapides ſepulchrales, Hebraicis literis inſcriptos, ibi effoſſos ac ad exſtructionem novi templi uſurpatos fuiſſe, ut *Zeiller. f.* 70. memorat.

IX. *In illâ ſolâ* (nusquam enim id alias reperitur) *ſimul quinq; Imperii Status contineri*, utpote Epiſcopum, Abbatem S. Emmerani, duo Monaſteria virginum, Inferius ſcilicet & Superius, **das Nieder- und Ober-Münſter** / & civitatem ipſam, *& quemlibet horum ſeorſim Imperio ac Cameræ cenſum ſolvere, ut ſeq. n. 19. ſpeciatim retulimus.*

X. *In dictâ Abbatiâ ad S. Emmeranum S. Dionyſii Areopagitæ ſepulchrum & alia viſu digna monſtrari*, quæ recenſet *Zeiller. f.* 74. *& ſeqq. ac illius Abbatem ſoli Pontifici ſubjectum eſſe, ſecundum Eundem f.* 75.

XI. *In illâ urbe* præterito ſeculo ſex Capitaneos vel Præfectos Imperatoris fuiſſe ſecundum *Eundem f.* 87.

XII. *Ibidem ex privilegio* Friderici II. Imperatoris de anno 1230. eſſe ſingularem Commerciorum vel nundinarum præfectum, qui ab antiquo verbo Hanſâ **Hanß-Graffe** etiamnum dicitur, ut legitur apud Hundium in d. Metropoli, ſub Epiſcopis Ratisponenſibus in f. & hic, ut nobis ibi relatum eſt, ac conſignavit etiam *Zeiller. f.* 82. ex Senatoribus primariis conſtituitur, addens illum etiam alias civiles cauſas tractare, ſed in negociis commercialibus ſolum judicare.

XIII. *Illam eſſe unam ex civitatibus deputatis ordinariis*, ut jam *præc. th. 5. expl.* 3. notavimus, *& in ſcamno Suevico primum locum obtinere*, ut notum eſt, & *Limn. l. 9. c. 5. n.* 147. refert.

XIV. *Senatum ejus conſtare* ex ſedecim perſonis, & quidem ſex Conſulibus, Camerariis dictis, ex quibus ſingulis trimeſtribus unus præſidet, inter reliquos primarios eſt Prætor & dictus Hansgravius, ut tradit *Zeiller. d. f.* 82.

XV. *Privilegia illam nonnulla habere utpote* 1. *à Friderico II.* Imperatore, anno, ut ſub n. 12. jam memoratum, 1230. cooceſſum & varia capita continens, ſicuti illud ab *Hundio dicto etiam loco* refertur, & potiſſima contraxit *Limn. d. l. 7. c. 39. n. 8.*

2. *à Carolo V.* Imperatore anno 1556. conceſſum, ſalvam annonæ advectionem complectens ab *Eod. Tomo IV. d. c. 39. poſt n. 5.* relatum.

3. *à Maximiliano II.* de anoo 1566. & 1571. continens in ſe, memorante *Blumio de Proceſſu Camer. Tit. 47. Tab. 6.* judices civitatis privilegiatos) & in cauſis injuriarum privatis illatarum competentes, item, *ſummam appellabilem* 500. *florenorum, quæ tamen hodie ſecundum R. J. de anno* 1654. §. 112. *ad* 600. *florenos extenſa eſt.*

4. *à Rudolpho II.* Imperatore conceſſum & jus ſtapulæ concernens *à Limn. ibidem* adductum.

XVI. *Jurisdictionem quondam ad Duces Bavariæ ſpectantem ab illâ per tranſactionem* anno 1496. cum Alberto Duce initam, & jura quædam Epiſcopis competentia per tranactionem cum Epiſcopo Georgio coram Senatu Auguſto initam anno 1571. acquiſita fuiſſe, ut legi poteſt apud *Hund. in d. Metropoli ſub Epiſcopo* 53. *& Limn. Tomo V. d. cap. 39. n. 2.*

XVII. *In illâ Confeſſionem Auguſtanam anno* 1542. *introductam fuiſſe, Zeiller. f.* 87.

XVIII. *Pro inſigni illam gerere duas claves decuſſatas albas in ſcuto rubro, ut notum eſt*, & videri poteſt apud *Sibmach. p.* 219. *ejus verò cauſam hanc ex Mercurio Francico Tomo 6. reddere Limn. d. Tomo IV. quoniam S. Petrus civitatis patronus eſt: Templum enim cathedrale Eidem, ut jam n. 4. diximus, dedicatum eſt.*

XIX. *Civitatem ipſam Imperio* 230. florenos & Cameræ Imperiali cum augmento 91. florenos, 42. cruc. 4. obolos, *Epiſcopatum* Imperio 216. florenos & Cameræ cum augmento 45. florenos 53. cruc. 3. obolos, *Abbatiam* S. Haimerani vel Emmerani Imperio 96. florenos, ac Cameræ cum augmento 108. florenos 21. cruc. 3. obolos, *Monaſterium inferius* Imperio 24. florenos & Cameræ cum augmento 62. florenos 32. cruc. *& Monaſterium ſuperius* Imperio ac Cameræ tantundem contribuere, ut tradit *Zeiller. de decem Circul. Tit. 4. n. 20. n. 5. n. 9. n. 10. & n. 11.*

Plura de illâ urbe legi poſſunt apud Eund. in d. Topographiâ.

Ravenſpurgum olim Gravenburgum dictum fuiſſe nonnulli tradunt, quooiam tunc ſolum caſtrum Comitum Altorffenſium fuit, ut legi poteſt apud *Cruſ. p. 2. l. 8. c. 16. f.* 303. & *Reuſn. l. 2. c. 21.* Quam opinionem juvat, quod dicti Comites Altorffienſes etiam Comites Gravenburgici dicti fuêre, ut patet ex iis quæ *Vadianus in Antiquit. Rer. Alamann. f. m.* 47. *Goldaſt. in Gloſſis ad Ratperti Monachi Caſus Monaſterii S. Galli inter Scriptores Rer. Alemann. relati c. 2. f. m.* 105. *& Ekkardi Junioris caſus c. 1. f. m.* 110. *& Lazius de Migr. Gent. l. 8. ſub Geneal. Comitum Altorff. & Ravenſpurg. f.* 415. refert, & quod non procul ab illo vicus Gravenau ſitus ſit, ut memorat *Cruſ. d. l. & d. l. 2. c. 11. f.* 60.

Urbs illa in Algovia & ad flumen Schuſium ſita anno 1100. muris circumdata eſt, *habens* inſignem Curiam, domum mercatoriam & armamentarium, ut refert *Zeiller. in Topogr. Suevia f.* 156.

Poſſidet ex venditione Comitum de Wertenberg & Heiligenberg dominium Salmeneck ſub Advocatiâ Provinciali Sueviæ ſitum ſecundum *Eund. d. l.*

Quomodo & quo tempore ad Imperium pervenerit ſimiliter reperire non potuimus, *ab anno tamen* 1382. omnibus confœderationibus & Imperii conventibus, qoibus præcedens Pfullendorffium, etiam interfuit, ſecundum *Lehmann. dictis ibi in locis.*

De illâ urbe porro ſequentia notanda.

I. *Illam ſatis amplam*, elegantem ac munitam & ideo in bello à Ducibus Bavariæ & confœderatis contra confœderatas Imperii civitates geſto anno 1389. fruſtra obſeſſam eſſe, ut refert *Cruſ. parte 3. l. 6. c. 3. in pr.*

II. *Confine habere* celebre illud & dives Monaſterium Weingartenſe ſecundum *Zeiller. in d. Topograph. f.* 157.

III. *Illi ſimiliter* infra ſemi milliare adjacere vicum Altorff, in quo dictum Judicium provinciale Sueviæ celebratur, memorante *Eodem ibid.*

IV. *In illâ turrim tubicinariam* anno 1552. vento dejectam fuiſſe citra vigilis damnum, ſecundum ſequentes verſus ibi novæ turri inſcriptos.

Zu einem Wunder allhie ſtehet geſchriben
Daß der Blaſer iſt lebendig geblieben.

ut refert *Idem ibid.*

V. *Ibidem*

Digitized by Google

V. *Ibidem anno* 1311. *decimam ſeptimum torneamentum* celebratum fuiſſe, narrante *Modio in Pand. Triumph. Tom.2. f.85.*

VI. *Ibidem Pontificiam & Lutheranam religionem vigere*, & ideo cum tempore belli Germanico-Suevici aliquid in religione turpatum fuiſſet, in *Inſtrumento Pacis art.5. §.2.* conſtitutum, ut Senatoria & alia publica munera inter utriusque religionis conſortes æqualia & numero paria deberent eſſe, ac anno 1649. ad ejus executionem certos Commiſſarios ab Imperatore Ferdinando III. conſtitutos & omnia in effectum deducta fuiſſe, ut legi poteſt apud *Knipſch. d. l.3. c.42. n.7.*

VII. *Illius inſigne eſſe* portam apertam cum duobus turribus albis in rubro campo ſecundum *Schronium ibidem*, vel Burgum glaucum in albo ſcuto *Sibmach. p.219.*

VIII. *Illam ſuſtinere cenſum* Imperii 196. florenorum, & ad Cameræ ſuſtentationem ſolvere cum augmento 112. floren. 32. cruc.

Reutlinga in Ducatu Wirtembergico & prope Tubingam ſita Imperialis urbs *à Germanicis vocibus* **Reuten** *&* **Lingen** / quorum prior, ut notum eſt, exſtirpare vel eradicare ſignificat. poſterior autem ex terminatione & idiomate Suevis vulgari, ut *ſub Eſlinga* in pr. demonſtravimus, adjecta eſt, *vel*, ut alii volunt, à *Klingen*, quæ vallem ſignificat, & ejectâ literâ K. in **Lingen** / euphoniæ cauſa mutata, communiter ſecundum *Knipſch. d. l.3. c.44. n.5.* & alios multos ita dicta, à *Friderico II.* Imperatore poſt mortem ultimi Comitis Achalmenſis, utpote domini & improlis *ex pago in urbem Imperii transformata* & muris foſſaque cincta fuit, & quidem *anno* 1215. *ut Dreſſer. de Civitat. German. p.511. Cruſius parte 3. l.1. c.1. f.4. & Zeiller. in Topogr. Suevia f.160.* referunt, *vel anno* 1220. uti *Cruſius* & *Zeiller. dd. ll.* etiam narrant, *vel ſecundum Munſter. l.3. c.330. & Reaſn. l.2. c.12.* 1240. *vel tandem, ut poſtremi duo ex aliorum mente etiam memorant*, 1282. *ſed ex his opinionibus priores duæ* ideo præponderant, *quoniam* jam anno 1247. ab illius Anticæſare Henrico Thuringiæ Landgravio, magnâ vi ſed fruſtra oppugnata fuit; vix verò fieri potuit, ut intra ſex vel ſeptem annos à dicto anno, ſcilicet 1240. computando, urbs illa 2600. paſſus, ut *Knipſch. d. l. n.2.* memorat, in ambitu complectens, muris ac foſſâ ad tantam vim ſuſtinendam ac repellendam ſufficienter muniretur, *ac ideo tertia* non admittenda eſt, *poſtrema verò plane contra fidem hiſtoricam* tùm propter dictam obſidionem tum propter mortem à memorato Imperatore anno 1250. obitam pugnat. *Fridericum verò illum urbem hanc muris circumdediſſe ex inſcriptione ibi in domus lapideæ oſtio prope primarium templum exſtante, & à Cruſio d. p.3. l.2. c.4. f.64. conſignatâ clarè inſuper patet.*

Sicuti etiam illa anno 1381. inter confœderatas Imperii civitates apud *Lehm. l.7. c.66. f.839.* reperitur, in conventu illarum anno 1385. Conſtantiæ habito per legatos ſimul comparuit, ut *Idem ſeq. c.67.* refert & confœderationi Statuum Imperii anno 1387. interfuit apud *Eund. ſeq. c.68.*

Varia infortunia illa urbs experta eſt, ſiquidem *anno* 1330. cum ditione Achalmenſi certas ob cauſas *hypothecæ titulo Ulrico Wirtembergenſium Comiti* ceſſit, & inde ab illo *anno* 1336. oppugnata & hoſtili more afflicta fuit, ut memorat *Knipſchild. d. l. num.16. Anno* 1337. prope urbem magna pugna inter Reutlingenſes & ſocios cum dicto Ulrico Comite & confœderatis commiſſa fuit, in quâ tamen illi victores exſtitêre, & ex hoſtibus multi Comites,

A. Equites & Nobiles occiſi ac capti fuerunt, quorum catalogum refert *Naucler. Parte 2. Chron. Gener.46. f.259. & Cruſ. p.3. l.5. c.11. f.288. & ſeq. addendo*, Ulricum ipſum vulneratum vix in arcem Achalmam evaſiſſe.

Anno 1506. intra novem horas *præter propter centum & ſexaginta ædes combuſtæ ſunt*, & locus illi poſt reſtaurata ædificia *nova urbs* nominata eſt, ut refert *Zeiller. in Topograph. Suevia f.160.*

Anno 1519. *Ulricus IX. Dux Wirtembergicus* ob occiſum in urbe Præfectum vel Saltuarium Achalmenſem & percuſſorem ad puniendum non exhibitum graviter offenſus illam obſedit & ad deditionem coegit, *ideo à fœdere Suevico* gravi bello petitus & Ducatu dejectus, ut latè refert *Cruſ. parte 3. l.10. c.8.* ferè per totum ac *Joh. Pedius Tethingerus in Comment. de Rebus ab hoc Principe geſtis l.1. ante fin. & l.2.*

B. *De illâ porro notandum.*

I. *Illam ſe dicti Ulrici patri Chriſtophoro Wirtembergico Duci* anno 1544. ad 20. annos *in clientelam, ſalvo Imperii jure & libertatis ſtatu, dediſſe*, illique protectionis jus hoc usque in ſucceſſoribus continuatum fuiſſe, ut refert *Knipſchild. num.18. & 72. ubi literas protectionis & pactum inter Eberhardum Ducem ac civitatem anno 1649. initum* conſignavit.

II. *In ſolo fertili ac ſalubri ſitam eſſe, ut Knipſch. n.7. & ſeqq. narrat.*

III. *Anno* 1530. *Auguſtanam confeſſionem recepiſſe*, ſecundum *Receſſ. Imperii illius anni* §.1. & *Eund. n.21.* & Senatum etiamnum eidem addictum eſſe *Zeiller. in d. Topogr. f.161.*

IV. *Jus Aſyli quo ad homicidia citra dolum & propoſitum intra & extra urbem in ejus diſtrictu commiſſa & illorum perpetratores eò confugientes ab anti-*
C. *quo habere*, idque à *Maximiliano I.* Mechliniæ anno 1495. ac *Carolo V. & Ferdinando I. Imperatoribus confirmatum eſſe*, ut poſt alios refert *Idem n.24. & 28.* ubi ſimul privilegium illud conſignatum & ordinatio, quæ homicidis prælegi ſolet, annexa eſt, de quo etiam agit *Myler. de Jure Aſylorum cap.6. th.15. & ſeqq.*

V. *Anno* 1500. *à Duce Wirtembergico* (Eberhardo VII.) *nonnulla jura*, quæ olim ad Comites Achalmenſes pertinuerunt, pro certâ pecuniæ ſumma *accepiſſe*, ac ſuper illa Imperatoris Caroli V. confirmationem anno 1520. obtinuiſſe, ut narrat *Zeiller. d. f.161.*

VI. *Statum Regiminis Democraticum & in Senatu 28. perſonas habere* easque quotannis ex civibus, qui ætate, prudentiâ, conſilio & induſtria reliquos anteire putantur, certo modo eligi, ut in confirmatione illius Regiminis & modi Senatum eligendi à
D. Maximiliano II. anno 1576. impetratâ ac à *Knipſch. n.25.* relata plenius continetur, de quo *Idem n.11. & Zeiller. d. f.161.* etiam legi poteſt.

VII. *Gaudere ſequentibus Privilegiis*

1. *Prima inſtantia* & judices habere Conſulem ac Senatum Ulmenſem, Eslingenſem, & Gemundanum:

2. *Exemtionis* contra extranea judicia niſi in caſu denegatæ vel protractæ juſtitiæ ex conceſſione Maximiliani I. de anno 1516. à Ferdinando III. anno 1652. confirmatâ ac à *Knipſchild. n.26.* relatâ.

3. *Aſyli*, ut jam *præced. n.IV.* deductum eſt.

VIII. *Elegantem Curiam, Magnum Templum, & Prytanæum habere Zeill. d. f.161. & ſeq.*

IX. *Cenſum Imperii ſolvere* 188. florenorum & Cameræ cum augmento 83. florenorum & 42. cruc. ſecundum Beckerum autem 141. florenorum, ut legi poteſt apud *Zeiller. de decem Circul. Tit.7. a.47.*

X. *Pro inſigni habere ſcutum* cum tripartito campo nigro, rubro & albo apud *Schrotum* In deß Heil. Römiſchen Reichs Wappen-Buch *f.* 105.

Rotenburgum ad Tuberim à rubro Caſtro vel Burgo, quod olim ante urbem ſitum, & poſtea ampliatâ urbe intra illam comprehenſum fuit ita dictum & ad Franconiam pertinens, ad *peculiares quondam Comites* cognomines (qui ſimul Duces Franconiæ fuerunt, ut legitur apud *Otton. de S. Blaſio in Append. ad Friſingenſ. Chron. c.*18. *&* 20.) pertinuit, & poſt illorum interitum *ad Imperatorem Fridericum I.* cum omnibus illorum terris pervenit, & ab hoc anno 1172. Imperio traditum fuit, ut legitur apud *Lehman. l.*4. *c.*4. *f.* 288. *Zeiller. in Topograph. Francon. f.* 47. *Spangenb. in Chron. Hennenberg. l.*2. *c.*16. *& Ritterum l.*4. *Coſmogr. f.* 525. *& alios à Leubero in Diſquiſit. Plenariâ Stapula Saxon. num. margin.* 804. *allegatos.*

Sed Imperator ille ad tutelam & ſecuritatem urbis peculiarem ibi in arce Ducali *conſtituit Burggravium*, & quidem *primò filium ſuum Reginaldum*, quem ſequentes Imperatores ſecuti, etiam Burggravios ibidem ordinarunt, ex quibus *poſteriores Prætores Imperii usq; ad annum* 1352. *vocati fuerunt; Cum enim illo anno* Burggraviatus iſte à Carolo IV. Imperatore civitati cederetur, *Judices provinciales Imperii in locum Burggraviorum*, cum ſimili tamen poteſtate, *introducti fuerunt: Sed judicium hoc provinciale cum ipſâ Imperatorum præfecturâ à Ruperto Imperatore Civitati* primò pro octo millibus florenorum ſecundum *Herzogium l.*7. *Chron. Alſat. c.*5. *in fine*, oppignoratum fuit & ſubſequentibus annis, ut ex *Georgio Everhardo vol.*1. *conſ.*56. *in pr. &* paſſim refert *Magerus de Advoc. Armatâ cap.* 2. *n.*216. *jure proprietatis ceſſit.* De quo etiam quodammodo agit *Zeiller. d. f.* 47. & *Sprenger. in Ellychn. Imper. p. m.* 1709.

De illâ urbe porro ſequentia notanda.

I. *Illam in amœno & fertili loco* ſitam ab initio exiguam, & poſtea anno 1204. à Senatu aliquatenus *ampliatam, ac anno demum* 1408. *in hodiernum ambitum extenſam fuiſſe*, ut refert *Zeill. ſeq. f.* 48. ubi ſimul omnes portas recenſet.

II. *In illâ ex antiquâ conſuetudine ſingulis annis* die Martis poſt feſtum D. Bartholomæi intra tria milliaria in templo illi Sancto dicatum *omnes opiliones convenire*, & ex illo io ſingulari proceſſione in templum S. Wolffgangi ſe conferre, & inde poſt concionem hoſpitium ad Sanctum Agnum petere, in eoque ſe hilares præſtare, ac poſtea in foro *publicam ſaltationem exercere*, ut ex *Sprengero de Jure ædificandi in Stat. Imperii territor: verbo Rotemburgum p.* 450. refert *Knipſch. d. l.*3. *c.*46. *n.*42. & recenſet etiam *Zeill. f.*49.

III. *Ex illâ anno* 1397. *omnes Judæos ejectos* & partim combuſtos, illorumque cœmiterium ad Civium ſepulturam deſtinatum fuiſſe ſecundum *Eundem d. l.*

IV. *Illam egregiis privilegiis munitam eſſe*, utpote 1. *Rudolphi I.* de anno 1274. à Ludovico IV. confirmato, ſecundum quod omnes cives & incolæ in perpetuâ Imperii ſunt protectione, & ad extranea judicia trahi non poſſunt; Et omnes ad nundinas illius trinas ſe conferentes in itu & reditu ſub imperii ſecuritate & conductu conſtituti ſunt, & alias immunitates habet, ut ex illo apud *Limn. Tomo* 4. *d. l.* 7. *c.*43. *n.*5. cognoſci poteſt. Et illud poſt alios Imperatores confirmavit, ac *auxit Ludovicus IV. Imperator* anno 1331. ut ex copiâ ibidem n. 6. relatâ videri poteſt, inter alia vero in illo continetur, quod pro libitu & utilitate publicâ Statuta & leges condere atque abrogare poſſit, quod *ratione feudorum Imperialium*, quæ in illo ſimul confirmata ſunt, nullibi,

A. niſi *coram Imperatore* convenire poſſint, quod cauſarum in Judicio provinciali deciſiones etiam in Aulico Imperatoris judicio firmæ eſſe debeant, & quod nullum privilegium contra illud judicium validum ſit.

2. *Caroli IV. Imperatoris*, vigore cujus vectigal vel acciſiam vino imponere poteſt, quod etiam poſtea Rupertus Imperator anno 1400. confirmavit, ut apud *Eundem n.*7. relatum eſt.

3. *Sigiſmundi Imperatoris* de anno 1422. ſecundum quod Civitas in cauſis propriis ex tribus vicinis Imperii civitatibus certos judices eligere poteſt, quod etiam Maximilianus II. Imperator anno 1576. confirmavit, addendo exemtionem ab extraneis judiciis, ut *Idem n.*8. *&* 12. recenſet.

4. *Friderici III. Imperatoris* de anno 1463. à Carolo IV. anno 1521. confirmato inter alia concernente dictam ab extraneis judiciis exemtionem, & à vecti-
B. galibus novis immunitatem *ibid. n.*9. *&* 11.

5. *Maximiliani I.* de anno 1502. continente jura in bona extra urbem & inter ſeptum provinciale die Landwehr ſita, & in iis venandi libertatem *ibid. num.* 10.

6. *Maximiliani II.* de dicto anno 1576. complectente pœnas & coercitiones prodigorum, fallitorum & ocioſorum, item præcedentiam creditorum *ibid. num.* 13.

7. Ejusdem de anno Eodem continente beneficium de non appellando infra ſummam 200. florenorum & majoribus in ſummis juramentum Legitimæ actionis & cautionis per pignora, fidejuſſores vel juramentum præſtandæ, ut *idem num.* 14. refert. *Quod tamen* ſecundum commune Statibus in *R. J. de dato* Regenſpurg 1654. §. Vierdtens ſol die *ſumma appellabilis &c.* 112. conceſſum privilegium ad 600. florenos extenſum eſt.

C. V. *Senatum & civitatem à dicto* in præcedentibus oppignoratæ præfecturæ Imperialis *tempore omnimodam jurisdictionem obtinuiſſe, illumq; conſtare ex ſedecim perſonis*, quæ ex majori civium 40. Senatu ſemper eliguntur, & ex quibus ſemper quinq; conſules ita conſtituuntur, ut ſingulo ſemeſtri ſpacio unus ex illis cum alio ex dicto majori Senatu adjuncto regimen obtineat, ſicuti etiam cuique in officiis cæteris conſtituto Senatori alius ex dicto majori Senatu additur, ut pluribus *Zeiller. d. f.* 49 *& ſeq.* refert.

VI. *Statum hujus regiminis eſſe Ariſtocratico-Democraticum*, ut *Waltherus apud Limn. d. Tomo* 4. *lib.*7. *c.*43. *n.*2. *p.* 304. docet.

VII. *Elegantem hic eſſe curiam &* omnes Senatores Auguſtanæ Confeſſioni addictos *Zeill. f.*50.

VIII. *Torneamentum ſecundum* hic à Cunrado III. Francorum Duce anno 942. *celebratum eſſe* ſecun-
D. dum *Modium in Pandect. Triumph. Tomo* 2. *f.* 20.

IX. *Cenſum Imperii eſſe* 380. florenorum & Cameræ cum augmento 150. florenorum ſecundum *Zeiller. de decem Circulis Tit.*6. *n.*16.

X. *Inſigne urbis* eſſe duas rubras rotundas turres cum apertâ portâ in campo albo ut notum eſt, & apud *Schrotum* In deß Heiligen Römiſchen Reichs Wappen-Buche *f.*106. *atq; Modium d. f.*20. videri poteſt. *Sed Sibmacher p.* 219. turres illas in medio aquilæ ponit.

Rotvvila in Suevia ad caput fluvii Nicri ſita Imperialis urbs à *vocibus Germanicis* Rot *&* Weil *aut* Will / *quaſi cohortium terra* vel villa dicta eſſe creditur, *quia* Cimbricæ cohortes quibus ſimul Teutones admixti fuerunt, poſt prælium cum Romanis commiſſum illo in loco conſediſſe dicuntur, ut legitur apud *Munſter. l.*3. *c.*321. *German. Edit. Dreſſer. d. p.* 5. *p.*526. *& ſeq. Zeiller. in Topogr. Sueviæ f.*164. *& alios*

quibus

quibus junge *Stumpff. in Chron. Helvet. l.5. c.39. & ideo illam* propter nominis conformitatem *Ptolomæi Taxgatium* à græcis vocibus τάξιων γάια quæ itidem cohortium terram denotant dictum & *l.2. c.12.* relatum eſſe *nonnulli*, ut legi poteſt apud *Altham. in Comm. ad German. Taciti p.m.9. & 33. Munſter. d. l. & Reuſn. l.2. c.11. ſed* noſtro quidem judicio erroneè, arbitrantur, *quoniam illud* ibi juxta caput Rheni & ſupra Brigantium poſitum eſt, de quo etiam conſule *Cluver. in Germ. Antiq. ſub Vindelicià & Norico c. 4. Hinc magis placet derivatio Gold. Tom.2. Rer. Alemannic. f.m. 4. adducta*, ſecundum quam *à Latino Rota & Germanico Rot vel* Rath / *quod judicium vel Cameram judicialem ſignificat, dicta eſt, & ita villam, in quâ tale judicium vel camera judicialis à Regibus olim inſtituta fuit, denotat*, ubi legi poteſt, pro quâ quodammodo faciunt, quæ paulò poſt adducta ſunt.

Pagus primum & poſtea urbi facta ſed ſedes ejus quater mutata fuit, ut legi poteſt apud *Munſter. d. l. Admodum munita* & altis foſſis circumdata eſt, ſicuti etiam ideo *nonnullas obſidiones* fortiter ſuſtinuit, ut *ſeq. n.1. & 2.* demonſtrabitur.

Quando & quibus modis imperio acceſſerit, non reperivimus, ſed tamen conſtat, illam jam tempore Carlomanni Regis regiam poſſeſſionem vel villam fuiſſe, ut *Walafr. Strabus* (qui jam anno 849. mortuus eſt, ut narrat *Bucelin. in German. Sacrâ p.2. f.9.*) *de Mirac. B. Galli l. 2. c.9.* narrat, meminit illius etiam *Ekkehardus Junior de Caſibus Monaſter. S. Galli* c.11. *f.m.50. apud Goldaſt. inter Script. Rer. Alemann. Tomo I. & Carolus Craſſus Imperator ibid. anno 886. Diploma Monaſterio* Oberen-Münſter *in Ratisponâ dedit, apud Gevold. in Metrop. Salisb. p.1. f.245. & Ludovicus IV. Arnolphi Imperatoris* filius ac ſucceſſor in illâ *anno 906. edictum de ritu manumiſſionis à Goldaſto Tomo 3. Conſtit. Imper. f.300. relatum tulit, quod etiam ab Eodem Tomo 2. Rer. Alamann. ſub Chartis Veter. Alamannicis, n.5. f.m.27.* refertur.

De illa notanda ſequentia.

I. *Illam à Cunrado III. Imperatore* cum in eam ob Anti Cæſaris, Lotharii II. hoſtis ſui perſecutionem fugâ ſe contuliſſet, civiumque fidem ac protectionem imploraſſet, & ab his contra dictum Lotharium, urbem ferè per annum fruſtra obſidentem ſtrenuè defenſus eſſet, & hoc paulo poſt mortuo imperium pleno jure obtinuiſſet, in compenſationem illius fidelitatis anno 1146. vel ſeq. *judicio regio aulico remuneratam* fuiſſe, ut inter alios latius narrat *Munſter. d. l.* & nos jam *præc. Sect.1. c.5. th.5. expl.2. n.2.* memoravimus, ubi ſimul de illo judicio exactè egimus.

II. *Varia infortunia & adverſa perpeſſam eſſe*, ſiquidem præter prædictam diuturnam obſidionem cum adhuc in primo loco ſtaret, à fluvio Priem multa damna ſenſit, & ideo in locum, qui adhuc vetus urbs vocatur, translata fuit, ſecundum *Munſter. d. l.* deinde *anno* 1289. exuſta eſt, ſecundum *Annal. Dominic. Colmarienſ. ad illum annum inter Urſtiſ. Script. German. parte 2. f.26.* & *anno* 1338. iterum per fulgur accenſa fuit, ut refert poſt *Cruſ. p.3. l.4. c.11. f.236. Zeiller. in d. Topogr. f.*165. & *diverſa bella geſſit, utpote* adverſus Comites Hohenzollerenſes, quorum arcem munitiſſimam cives *anno* 1422. obſederunt & ſeq. anno circa feſtum Pentecoſtes occuparunt & diruerunt, ut refert *Idem Cruſ. d. p.3. l.6. c.13. poſt pr.* ubi literas diffidationis habet & *c.14.* ubi tamen ſcribit, urbem illam civitates Suevıæ & milites Wirtembergicos ſocios habuiſſe, ſicuti etiam *ſeq. anno* 1445. Oppidum Sulz occuparunt, ſed per arma Equitum Clypei S. Georgii iterum amiſerunt, narrante *eodem ſeq. l.7. c.5. f.383. Multa damna* ab Eberhardo Barbato adhuc Comite Wirtembergico paſſa, & ideo ad fœdus

A. cum Helvetiis ineundum, ut *ſeq. n.3.* dicetur, adacta eſt. Et cum *Ulrico Duce Wirtembergico* anno 1510. diſſidium habuerunt, quod interventu Helvetiorum compoſitum fuit, ibid. *l.9. c.16. f.536.*

Simile diſſidium anno 1540. ortum & compoſitum eſſe *Zeiller. in d. Topogr.* 165. memorat.

De damnis & obſidionibus in præterito Sueco-Germanico Bello perpeſſis legi poteſt Zeill. d. l.

III. *Fœdus cum Helvetiis anno* 1463. primâ vice ad 15. annos iniviſſe, ut refert *Cruſ. d. l.7. f.418.* & tangit *Munſter. d. l. & illud anno* 1519. *in perpetuum renovaſſe ac confirmaſſe, ut narrat Zeiller. d. l.*

IV. *Ejus inſigne eſſe* aquilam nigram in flavo campo ſecundum Schrot. d. tr. f.105. & *Sibmach. p.220.*

V. *Cenſum ejus imperii eſſe* 280. florenorum & Cameræ cum augmento 116. florenorum ſecundum *Zeill. f.* 164.

B. *Seleſtadium, alias Seletſtadium Sleceſtadium vel*, ut ſcribitur in literis fundationis Hildegardis, *Slexſtatt* & Diplomate Rudolphi I. Imperatoris paulo poſt allegato *Slexeſtatt*, quod nomen etiam ſigillum civitatis exprimit ſecundum *Zeiller. in Topogr. Alſat. f.47.* & *Selceſtadium* Germanicè Schlettſtadt / in Alſatiâ ad Ellum ſitum, & quaſi *Elliſtadium vel portus* dictum nonnullis videtur, ut poſt *Reuſner. l.1. c.11.* refert *Limn. d. l.7. c.45. n.1.* & *Kuipſch. d. l.3. c.48. n.1.* ubi ſimul addunt, illud ex Elcebi illius veteris & à *Ptolomæo l.2. Geogr. c.9.* memorati ruderibus poſt calamitoſam Attilæ vaſtationem exſtructum eſſe dici; de quo etiam legatur *Rhenanus l. 3. Rer. Germ. p. m.* 288. & 292. & *Reuſn. l.1. c.11.* ubi inſcriptionem de eâ origine habet ex *Rhenano p. m.* 309. deſcriptam, *quod tamen erroneum eſſe tradit Pirckheym. in Deſcr. German. p. m.* 669.

Quidquid ſit, antiquitatem & abſque dubiò celebri-

C. tatem ejus arguit, *quod Carolus Magnus* referente *Reginone in Chron. l.2. ad ann.*775. in illâ natalem Domini celebraverit, & *Fridericus I. Imperator* in dicto templo ad Sanctum Sepulcrum poſt reditum ex Italiâ ſequentes verſus, ut refert *Rhenanus p.*302. & *Herzog. l.7. c.*10. feneſtris inſcribere juſſerit.

Tempore quo rediit ſuperatis Mediolanis
Nos Rex Romanus fieri juſſit Fridericus.

In illo loco anno 1044. *dicta Hildegardis Duciſſa* Sueviæ templum ad formam ſancti ſepulchri exſtruxit, & illud Sanctæ virgini S. Fidei dicavit monachisque tradidit, qui divitiis aucti Præpoſituram ibi erexerunt, & juriſdictionem ſuper dictum pagum uſurparunt, uſq; ad *Fridericum II. Imperatorem*, qui eum pago *circa annum* 1216. *muris cinxit*, & cum Præpoſito proventus ac juriſdictionem diviſit, ut quodammodo *Munſter. d. l.3. c.* 152. & expreſſe poſt *Rhenanum d. l.3. p.296. Herzog. in d. Chron. Alſat. d. l.7. c.1.*

D. & c.3. refert, ubi ſimul *ille f.294. & hic* eodem capite 3. literas fundationis dictæ Hildegardis exhibet. *Sed Imperator Rudolphus I.* vigore literarum ad Senatum anno 1281. exaratarum & à *Rhenano p.*297. ac *Herzogio d. l.* relatarum cum Præpoſito Mauro ita tranſegit, ut hic integrum telonium, Imperator verò ipſe totum judicium retineret. *Sed enim ſeq. anno* 1299. ob telonium hoc inter Præpoſitum & Senatum controverſia oriretur, juſſu Imperatoris Alberti illa ita compoſita fuit, ut civitas medietatem tertiæ partis de illo perciperet, ut poſt *Rhenan. d. p.*298. refert *Herzog. d. c.3. in f.*

Pro iſtis beneficiis dictis Imperatoribus Friderico & Rudolpho S. P. Q. Seleceſtadienſis *monumentum* poſuerunt ab *Eod. Rhenano d. p.298. & Herzogio cap.* 8. relatum.

Juriſdictione totâ ita acquiſitâ dictus Imperator Rudolphus I. prætorem Imperii ibi conſtituit, & officium

illud tanquam Imperiale feudum certis familiis nobilibus ſucceſſivè collatum fuit, ut poſt *Rhenanum d. p.298. Idem eodem libro c.5.* refert, ubi cap.6. in pr. omnes tales Prætores cum familiis recenſet. A.

Idq; uſq; ad Sigiſmundum Imperatorem ita obſervatum, & ab illo officium hoc ad Senatores ex civium ordine hâc occaſione & de causâ translatum fuit. Ultimus ex familiâ Botzheimiorum nobilis Imperii prætor Johannes nomine (anno 1336. ut ex civitatis Chronico refert Zeiller. f.48.) in tribunali ſedens baculum prætoritium, quem Imperatoris & Imperii nomine manu tenuit, ex indignatione quâdam in terram abjecit, eumq; aſſeſſor quidam civica ſtatim ſurgens hiſce verbis, hunc ſcipionem de terrâ levo, ſuſtulit, quod poſterius factum dicto Imperatori ita placuit, ut jus deſignandi Prætoris ad Senatum transferret, & ex illo tempore factum eſt, ut excluſis nobilibus ſoli cives in Senatum eligerentur, & huic muneri præficerentur, ut *Rhenanus d. l. narrat.* Civicos hos prætores recenſet *Herzog. d. l.* B.

Patet vero ex hiſce, ſi non ſub dicto Imperatore Fridericô II. ſaltem ſub Rudolpho I. quod etiam veriſimilius eſt, quoniam hic primùm reliquum juriſdictionis dimidium à Præpoſito illius loci obtinuit, *civitatem hanc in cenſum Imperialium civitatum pleno jure perveniſſe*, ſicuti etiam illud *Zeiller. d. f. 48.* approbat, *quamvis etiam* ante ejus imperium pro tali ſe geſſiſſe videatur, dum jam *ſub Wilhelmo Hollandiæ Comite & Imperatore* pacis publicæ confectioni per legatos interfuit, ut legitur in *Chronico Augustensi Bappenheimii ad annum 1247. apud Freher. Tome I. Script. German. f. 375. ſed quoniam* illi etiam aliarum non imperialium civitatum Legati ſe immiſcuerunt, ut ibi reperitur, *dicendum potius, prius veritati magis conforme eſſe.*

De illâ porro notanda ſequentia. C.

I. *Illam ad Præfecturam* provincialem Hagenoënſem pertinere, ut jam in præcedentibus ſub illâ urbe ſcilicet Hagenoâ annotavimus.

II. *Jam præteritis temporibus* tam loci natura quam muris & turribus ac aliquot foſſis benè munitam ut refert *Zeiller. d. f. 48.* ac ideo una ac alterâ vice fruſtra obſeſſam fuiſſe, utpote anno 1313. à Bertholdo Epiſcopo Argentinenſi, anno 1331. ab (Ottone) Auſtriæ Duce & Epiſcopo Argentoratenſi ac Baſileenſi, ut refert Herzog. c. 11.

III. *Cives illius anno* 1445. Armeniacos à Delphino Galliæ Ludovico in Germaniam prædandi causâ magnis copiis deductos gravi clade affeciſſe, ut refert *Wimpheling. in Epitome Rer. Germ. c.52. Munſter. d. c.152. & Herzog. d. c. 11.*

IV. *Civitatem Catholicæ Religioni addictam & in illâ Senatum ex 35. perſonis*, quarum octo conſules, & quilibet trimeſtri ſpacio regimen obtinet, & 24. Tribuni plebis ſunt, ac duo primarii vel ſeniores ſingulis annis alternantes prætores eliguntur, ut refert *Zeiller. d. f.48.* D.

V. *Illam ſeditionibus* quandoque vexatam & ex iis poſtremam valde periculoſam ſed tandem eluſam fuiſſe, ut legi poteſt apud *Herzog. c.9.*

VI. *Ejus inſigne eſſe* aquilam coronatam, ut memorat Höpingk de Jure Inſign. c.6. parte 7. n.1062. ſed *Schrot. in d. libro f.106.* habet nigram ſimplicem in flavo campo, & *Sibmach. d. f. 219.* campum album,

VII. *Ejus Cenſum Imperii* eſſe 144. Florenorum & Cameræ cum augmento 133. florenorum 21. cruc. & 3. obolorum, ut refert *Zeiller. d. f. 48.*

Spira Imperialis ad Rhenum ſita urbs variis indigitatur nominibus; *Antiquis enim*, uti aliæ civitates, nempe Vangiones, Treviri, Mediomatrices, Tungri, Ambiani, Remi & ſimiles, quæ *ſub Auguſtâ Vindelicorum poſt pr.* adductæ, tanquam capita nationum nomine nationis ipſo *Nemetes & Nemetæ*, uti legitur apud *Marcellin. l.15. p.m.54. & l.16. p.m.60. & in Notit. Imperii Occident. ſub Duce Moguntiacenſi f.m.* 178. item *Nemetum urbs* & antequam caput nationis fieret, *Novio-magum* nominatam fuiſſe ex *Ptolomæo tradit Althamer. in Comm. ad Tacitii Germ. p.204. Pirckeym. in Deſcr. Germ. p. m. 670. Freher. in Origin. Palatin. p.2. c.15. & Cluver. in Germ. Antiq. l.2. c.12. ante fin. Recentioribus Nemidona, à Walafredo Strabo in Vitâ S. Galli l. 1. c. 24.* apud *Goldaſt. Scriptor. Alleman. f. m. 154. & frequentiſſimè Spirâ Nemetum*, alia nomina omittimus & Lectorem *ad Knipſch. d. l. 3. c.50. a.1. remittimus.*

Sed unde primò natio & civitas illa nomen Nemetes obtinuerit, & poſtea hæc urbs Spira appellata ſit, inter doctiſſimos viros valde controverſum eſt.

Quoad prius, Freher. illud d. c.15. à Sclavonico *Niemec derivat*, cum ab illis, Slavis ſcilicet, (à quibus illud poſtea Græci mutuati ſunt) Teutones Niemichi, vel Nemitzi appellentur.

Verum quia tunc temporis Romanis & antiquis Germanis etiam cum Slavis parum commercii fuit, non admittenda eſt illa etymologia, præſertim, cum etiam in Hiſpaniâ & Galliâ aliquot nomina ſimilis originis occurrant, utpote *Auguſta Nemetum, Nemetobriga Hiſpaniæ item Nemetacum & Nemetocerna vel Nemetocenna Belgii, ut ipſe agnoſcit Freher. d. l. Cujus rationis Cluver. d. l. nomen illud Celticæ originis eſſe putat*, vide etiam *Reineſ. l.1. Var. Lect. cap. 14. ubi latè demonſtrat* verbum illud Slavonicum de Nemetibus intelligi non poſſe. *Et ideo Limn. d. l.7. c.46. n.1. Nemetes à Græco verbo νέμειν, quod eſt paſcere, quia illi pecuariam vitam coluerunt, derivat.* Quibus addimus, *gentem & urbem illâ ab Humbaldo in Hiſtoriâ ſuâ apud Tritheim. de Origine Gentis Francor. f.94. Neometes* ſcribi.

Quo ad poſterius vero Beatus Rhenan. Rer. Germ. l.2. p. m. 173. Spiram à Romanis militibus olim ad Pyrum dictam ſuſpicatur, de quo conſentiens *Heroldus de Germania veteris vera locis antiquiſſimis c. 19. late legi poteſt, ſed illam opinionem doctè refutat Lehm. in Chron. Spirenſi l.1. c.6.*

Sebaſt. Brant. apud Altham. d. p.204. & Irenic. l.12. ſub illa urbe & alios à molâ ſed non expreſſâ ratione in his verſibus.

Inter Germanos quondam celeberrima Spirâ,
quondam hæc à molis nomen habere ſtudens.

Alii à forma ſpiræ vel annuli, quem refert, derivant, ut legi poteſt apud *Knipſch. d. l. a. 6.*

Alii rurſus à Græco σπεῖρα, cohortem militarem denotante, & quam Conſtantius Imperator in hâc urbe vel conditâ vel ampliatâ cuſtodiæ cauſa collocaſſe dicitur, ut refert *Peucer. 4. Chron. Carionis p. m. 393. Mekerchius de lingua Græc. veteri pronunc. c. 29. & Eiſengrein. in Chron. Spirenſi ſub Imperatore Diocletiano & Chytræus apud Freber. d. l. f. 77.*

Alii demq; & quidem ex judicio Eiusdem d. l. rectius nomen illud à præterlabente fluviolo ejusdem nominis derivant, quibus etiam accedit Munſter. l. 3. c.17. & Lehman. in Chron. Spir. d. l. c. 5. f. 14. inter alia memorans, uno ab illa urbe milliari etiam pagum ad iſtum rivum ſitum **Speyersdorff** vocari, uti etiam *Bucelin. in Germ. Sacra parte 1. f. 9. ſub Epiſcopo Spirenſi 34. ac Höpingk de Jure inſign. c. 6. §. 3. n. 1065. tradens*, ſe illud etymon in Chronico quodam Manuſcripto Epiſcop. Spirenſ. ibi legiſſe, *& nos ſubſcribimus, cum valde uſitatum ſit, civitatibus & aliis locis à præterlabentibus fluviis vel rivulis nomina indi.*

Quo

Quo verò tempore id nomen acceperit, iterum controverſum eſt.

Nam nonnulli & inter illos *Munſter. & Bucelin. d. l.* uti etiam *Reuſn. l.1. c.6. id tamen ab Epiſcopo 33. Rudigere vel Ruckero anno* 1080. *factum eſſe tradunt.*

Sed Lehman. d. l.1. c.7. nomen illud antiquiſſimum & jam ſub Antonino Imperatore anno à Chriſto nato circiter 140. *notum fuiſſe ex illius Itinerario* (ſi modo illud genuinum eſt, nam de eo valde dubitat *Cluver. l.2. Antiq. Germ. c. 5. ante fin. & Divæus in Antiquitat. Belgic. l.1. poſt pr. & locos* genuinum ſit, à Germanico quodam Scriptore adjectione verborum Germanicorum auctum eſt) *demonſtrat, & præterea ex aliis ſcriptoribus fide dignis*, ſi Hunnibaldum excipias, *deducit, longe ante dictum annum* 1080. *id uſurpatum fuiſſe, quibus nos addimus ſequentia loca ex Walefrido Strabo anno* 849. *mortuo d. l.1. c.24. apud Goldaſt. inter Scriptor. Rer. Aleman. d. Tomo I. f.m.*154. ubi Nemidonam modernis Spiram vocari ſcribit, & *Anonymo qui Alemannica Eccleſiæ veteris Fraternitates ſcripſit, apud Eund. Tomo 2. Parte 2. f.m.* 140. ubi ſimiliter Nebidonam (forte melius Nemidooam) Spiram vocat, & *Willielmo Malmesbur. de Geſtis Regum Angl. l.2. c.12. in f.* ubi refert Henricum III. Imperatorem (anno 1057.) mortuum apud Spiram conditum eſſe, quam ipſe ex antiquiſſimâ & dirutâ Nemeto ita nominatam novavit, uti etiam *Ekkehardus Junior* (mortuus 1071.) *de Caſibus Monaſt. S. Galli c.11. apud Goldaſt. d. Tomo I. f.m.* 50. *ejus mentionem* facit.

De illâ porro ſequentia notanda.

I. *In illâ adhuc* multa monumenta Romanorum demonſtrantia hos ibi præſidia & præfectos Legionum habuiſſe exſtare, ut legi poteſt apud *Lehman. d. l.1. c.8.*

II. *Illam ſub primis Germanicis Imperatoribus à Judicibus provincialibus vel Comitibus*, inter quos nonnulli Duces Franconiæ, qui ideo etiam Duces Spirenſes vocati fuerunt, ut poſt *Lehman. l.4. c.2. poſt pr.* refert *Zeiller. in Topogr. Palatinat. inferioris f.48. uti etiam Epiſcopis gubernatam fuiſſe, ſecundum eundem & ea, quæ habet Lehm. ſeq. c.3.* & *nos præc. th.3. in expl. in genere deduximus.*

III. *Illam ab Henrico V. Imperatore* jus eligendi & conſtituendi Magiſtratum proprium cum omni juriſdictione obtinuiſſe, atque ita civitatem imperii anno 1111. factam fuiſſe, ut refert & ex privilegio Philippi Imperatoris probat *Lehm. ſeq. c.11. & 12.* ac memorat *Zeiller. d. l.*

IV. *Illam magna ſæpius perpeſſam eſſe damna*, ut potè anno Chriſti 410. quo à Caroco Wandalorum Rege planè deleta fuit, referente *Trithem. in Compendio Annal. l.1. f.33. Anno* 1128. *& ſeq.* quo ab Imperatore Lothario bis obſeſſa, & in poſteriori capta fuit, ut narrat *Idem in Chron. Hirſaugienſi f.m.120. & ſeq. & Dodech. in Append. ad Mariani Scoti Chronic. ad dict. ann.*1128. *&* 1130. *Anno* 1137. Quo major pars urbis incendio periit ſecund. *Trithem. in Chron. Hirſang. & Sponheimenſi ad illum annum. Anno* 1159. (*vel* 1137. *ut ſeq. n.6. adduximus*) Templum Spirenſe, regium opus, igne conſumtum eſt, & deſuper contignatione muri ruptâ pleroſque involuit, ut *Radevicus de Geſt. Frider. I. Imper. l.2. c.14.* memorat.

Eodem magna ibi ſeditio orta eſt, cives enim de quibuſdam gravioribus exactionibus conquerentes Senatu depoſito alium ſubſtituerunt, ſed Cæſar oratoribus ſuis illuc miſſis illam ſedavit *Mutius l. 33. Chron. Germ. f.m.*315. Et iterum *Anno* 1330. Cum enim præcedenti anno 1327. Magiſtratus & Nobilitas cives tributis nimium premerent, hi ex ſuo ordine illis æqualem adjunxerunt numerum illi, igitur ideo vindictæ cupidi clam principum opem foris ſibi conciliarunt, & dicto demum anno conſilium de illâ ſupprimendâ hactenus occultatum die Lunæ poſt Feſtum S. Lucæ in effectum producere conati ſunt, ſed illâ ipsâ veſperâ nuncius Argentoratum advolans cives de periculo præmonuit, qui bene ſoliciti, re tamen diſſimulatâ, noctem illam urbe clauſâ excubarunt, atque ita hoſtes clam adventantes ac audito vigilum & civium clamore inſidias proditas animadvertentes combuſtis aliquot domibus & lignorum ſtruibus receſſerunt. Poſtridie reorum aliqui aufugerunt, alii ad tempus ejecti ſunt, uti ex Manuſcripto refert *Cruſius parte 3. l.4. c.7. f.222.*

Quæ in præterito bello perpeſſa ſit legi poſſunt apud Zeiller. in d. Topogr. Palatin. Infer. f.51.

V. *Illam multorum Imperatorum ſepulturâ celebrem eſſe, ut præc. parte 2. ſect.2. th.8 expl.1.* conſignavimus & latius recenſet *Zeiller. in d. Topogr. f.49. & quidem ex ordinatione Conradi II. Imperatoris, ut demonſtrat Lehman. l.5. c.19.*

VI. *Illam multa inſignia habere templa, quæ recenſet Zeill. f.50.* inter illa eminet *templum Cathedrale à Conrado II. Imperatore exſtrui cœptum anno* 1030. *ut habet Munſter. d. l. & Lehm. d. c.19. & ab ejus filio Henrico III. ac nepote Henrico IV. perfectum, ut partim iidem & partim Zeiller. d. f.49. narrant. Sed illud anno 1159. ut jam præc. n.4 dictum, igne conſumtum fuit, cujus vero curâ & ſumtibus reſtauratum ſit; non potuimus invenire, niſi dicamus errorem in Chronologia hic occurrere, & templum iſtud ante & quidem anno 1137. ſecundum Trithem. in Chron. Hirſaug. ad illum annum incendio conſumtum eſſe*, quod etiam tradit *Munſter. d. l.3. c.172. addens illud ab Epiſcopo 39. Sigefrido Comite à Leiningen reſtauratum fuiſſe*, quod etiam refert *Bucelin. in Germ. ſacra p.1. ſub Epiſcopis Spirenſ. f.9.*

VII. *In illa circa annum* 940. *ab Imperatore Ottone I. haſtiludium, ſed extraordinarium, celebratum fuiſſe, ut narrat Cruſ. p.2. l.4. c.3. in pr.*

VIII. *Illam ab Henrico III. Imperatore novatam, ut Malmesbur. d. l.2. c.12. in f. & à Conrado II. Imperatore ac Rutgero Epiſcopo 34. ampliatam fuiſſe ſecundum Lehm. l.5. c.19. ac d. l.1. c.6. f.16. & 17. ac Bucelin. d. l.*

IX. *In illâ Epiſcopatum celeberrimum & antiquiſſimum eſſe, ſiquidem jam anno 348. Jeſſis Epiſcopi Nemetum mentio fit, ut legitur apud Munſter. d. c.172. Lehman. d. l.1. c.5. f.14. & ſeq. ac c.29. f.46. & Bucelinum d. p.1. f.8.*

Et Epiſcopus ibi curiam vel aulam egregie exſtructam ac ornatam habere ſecundum Zeiller. f.50. & recenter electos non poſſe introitum ſuum peragere antequam literas Inveſtituræ Cæſareas & Bullam Papalem Senatui exhibuerint, & ſe legitimè conſtitutos eſſe, ac ſimul Senatui ac civibus remonſtraverint in illis nihil novi & civitatis juribus adverſum contineri, ut tradit Lehman. l.4. c.23. & Limn. Tomo V. d. l.7. c.46.

Quo facto Epiſcopus Conſulis & præſentibus ex civitate jurat, ſe omnia civitatis privilegia obſervaturum, *& paulo poſt Senatus & Civitas Epiſcopo ante ejus aulam homagium tanquam liberi cives certa formulâ*, **daß Sie nemlich getreu und huld ſeyn wollen** / *præſtant*, ut hæc latè *Lehm. d. l.* narrat.

X. *Epiſcopis illius loci competere jus nonnulla officia in civitate conferendi*, ita ut ſingulis Trium Regum feſtis officia illa ceſſent, & ſtatim præſente & conſentiente Senatu iterum conferantur, ut latè refert *Lehman. l.4. c.24.*

XI. *Illam habere jus ſtapulæ in Rheno Zeiller. d. f.48.*

XII. *Illam habere jus cuſtodiendi Archivi civitatum Imperialium Rhenenſium ut jam prac. th. 5. expl. 2. annotavimus.*

XIII. *Ibi ſedem Cameræ Imperialis eſſe conſtantem ab anno* 1530. *ſecundum R. J. Auguſtanum illius anni* §. 83. *& Ordin. Cameræ de anno* 1555. *parte 2. tit. 34. de quo etiam prac. p. 2. c. 4. th. 6. in* explicat. *& prac. Sect. 1. c. 5. th. 4. expl. 3.* egimus.

XIV. *Eandem, licet Camera* propriâ gaudeat in ſibi ſubjectos juriſdictione etiam Criminali, *executionem tamen* pœnæ capitalis adverſus eos, qui ſub illa habitant & delinquunt, habere ſecundum *Ord. Camer. p. 1. tit. 50. in f.*

XV. *In illâ prope Eccleſiam cathedralem conſtitutum eſſe aſylum*, ſecundum verſus lapidi magno excavato inſcriptos, quo ad hanc rem ita ſonantes:

— — — — *ſtac libertatis Aſylum,*
& ſit confugium, portus & ara reis.

apud Limn. d. l. 7. c. 46. n. 7.

XVI. *Regimen civitatis diverſum fuiſſe, ſed ab anno circiter* 1429. *ſequenti modo conſtanter conſtitutum eſſe.* Totus Senatus ex 24. Perſonis conſtat, ex quibus pars dimidia Senatus perpetuus ac qui ſemper mortuo vel reſignante uno atque altero intra octiduum à reliquis per electionem idonearum perſonarū ſuppletur, reliqua annuus, qui ſingulis annis duodecimo à nativitate Chriſti die ex duodecim tribubus duos ex quâlibet præſentantibus per electionem à cætero Senatu conſtituitur, & ſi intra illud ſpacium unus atque alter moriatur vel reſignet, per ſimilem electionem intra octo dies deficiens ſuppletur.

Ex his 24. Senatoribus quolibet anno conſtituuntur duo Conſules, quatuor Ratiocinatores, **Rechenmeiſter** / *ac duo Ædiles*, & duo ad Legationes obeundas deſtinantur, qui quoniam olim equis veherentur **die Ritmeiſter** etiam hodie vocantur, ut ex *Lehman. lib. 6. cap. 12. latè refert Knipſch. d. l. 3. cap. 50. num. 22.* ubi etiam de reliquis officialibus egit.

XVII. *Religionem ibi tam Catholicam quam Lutheranam*, priorem tamen magis florere, ut poſt alios tradit *Zeiller. d. f. 50.*

XIIX. *Illam plurimis privilegiis gaudere, utpote*

1. *Henrici V. Imperatoris de anno* 1111. *à Limn. d. c. 46. n. 10. ex Lehman. l. 4. c. 22. in pr. adducto, vigore cujus* à lege iniquiſſimâ **deß Bud-Theil** (cujus verbi explicationem *Idem f. 355. & Schottel. de Antiq. Germ. Juribus cap. 2. num. 6. & ſeq.* tradit) liberata fuit.

2. *Ejusdem* quo à telonio **dem Ban-Pfennig / Schatz-Pfennig** & ſimilibus cives immunes redditi, apud *Limn. n. 11. ex Lehman. d. c. 22. f. 351. relato, & cum priori Spiræ in oſtio Templi Cathedralis in ære inciſo, ut refert Zeiller. d. f. 48.* & vigore cujus ſecundum Eundem ibid. civitas jus ſtapulæ habet.

3. *Rudolphi I. de anno* 1285. *apud Eund. Limn. ſeq. n. 13. ex Lehm. lib. 5. cap. 116.* relato, vigore cujus primam inſtantiam cives coram Senatu habent, quod etiam Imperator Adolphus confirmavit ibid. n. 15. & Ludovicus IV. *ibid. n. 17.*

4. *Imperatoris Adolphi de anno* 1297. *concernentia* **die Spirbach.**

5. *Alberti Imperatoris de anno* 1300. quo Ungeltum vini confirmatur, *ibid. n. 16.*

6. *Ludovici IV. Imperatoris de anno* 1315. *ibid. n. 18.* quo cives nobilium feudorum capaces ſunt & una cum Equitibus vel nobilibus judicare poſſunt.

7. *Caroli IV. Imperatoris de anno* 1349. *& à Sigismundo Imperatore anno* 1437. *confirmato, ibid. n. 8. & 9. vigore cujus* nemo intra tria milliaria burgum civitati nocuum exſtruere debet.

8. *Ejusdem Caroli* de anno 1347. *ibid. n. 19.* diverſorum capitum.

9. *Ejusdem de anno* 1349. *ibid. n. 20.* concernente conceſſionem illorum bonorum, quæ ad Judæos ſpectarunt.

10. *Wenceslai Imperatoris* diverſis & diverſorum capitum *ibid. n. 21, 22. & 23.*

11. *Friderici III. Imperatoris de anno* 1455. **betreffende der Stadt Weydgang / ſo der Rhein dadurch brechen ſolte** *ibid. n. 24.*

12. *Imperatoris Maximiliani II. de anno* 1566. concernente jus detractus *ibid. n. 25.*

XIX. *Illius inſigne eſſe Conradinam ſive Imperatoris Conradi Franciscam Eccleſiæ ſtructuram rubram in folio albo*, ut *Curio in Epiſtol. de Origine Francorum f. 170. & latius cum eo* à *Lehmann. l. 4. c. 11. f. 303. & ſeq.* refert *addens urbem illam hoc inſigne ſaltem in majori ſigillo in minori verò Angelicam ſalutationem Virginis Mariæ uſurpare.*

XX. *Cenſum illius Imperii eſſe* 276. florenorum & Cameræ cum augmento 218. florenorum & 48. cruc. *ſecund. Zeiller. de Decem Circ. Tit. 8. n. 37. Epiſcopi vero* Imperii 456. florenorum & Cameræ cum augmento 150. florenorum, ſecundum *Eund. ibid. num. 3.*

Suinfurtum celebris Imperii in mediâ Franconiâ ad Mœnum & in fertili ſolo ſita urbs *à trajectu Suevorum, quia ſcilicet hi* ſub Tiberio ex Saxoniâ Albi vicinâ veteri illorum ſede, ut demonſtrat *Altham. in Comm. ad Taciti German. p. m. 263. & ſeqq. & tangit Cluver. in Germ. Antiq. lib. 3. cap. 24. per Mœnum ibi trajicientes in Rhetiam, ut Tacitus 1. Ann. 44. indicat, migrarunt, quaſi Schwabenfurth* dicta creditur, ut apud *Altham. in d. Comment. p. m. 62. Beat. Rhenan. lib. 3. Rer. Germ. p. m. 238. Cruſ. p. 1. lib. 1. cap. 3. f. 11. Limn. d. lib. 7. c. 47. n. 1. Knipſch. d. l. 3. c. 49. n. 1. Zeiller. in Topogr. Francon. f. 52.* & omnes neotericos legitur.

Quæ ſi ita ſe habent, ætas hujus urbis annos 1600. transgreditur, quamvis **Golemeyer von erſten Urſprung der Teutſchen Völcker** *referente Zeiller. d. l.* illius originem in annum ante Chriſtum natum 217. rejiciat.

Illam hodiè non in primâ ſuâ ſede ſed paulò inferius conſiſtere demonſtrat *Idem f. 53. cauſam tranſlationis ex Glaſſero* hanc reddit, *quia* in bello inter Comites Hennenbergicos & Epiſcopum Wurzeburgicum anno 1253. vel ſeq. geſto vi bellicâ occupata & planè deſtructa fuit, *addens* in veteri loco adhuc quædam ſtrata viarum nuda reperiri, locumque illum in memoriam veterem urbem dici, quod etiam *Munſter. l. 3. c. 397.* narrat.

De illa porro notanda ſequentia,

I. *Illam circa & poſt tempora Caroli M. ad Comites Henneberg icos pertinuiſſe usque ad Henricum V.* & poſt hujus ac matris Heilæ (cujus dotalitiū fuit) mortem anno 1017. ab Henrico II. Imperatore cuidam Ottoni & ſimul inde Marchioni Sweinfurtenſi dicto *traditam fuiſſe* ideò, *quia* prædictus Henricus V. ejus hoſtis factus eſt, ut refert *Zeiller. d. f. 53. addens* Henricum III. Imperatorem dictum Ottonem Ducem Sueviæ creaſſe, & ejus hæredes illam urbem usque ad Eberhardum 20. Epiſcopum Eichſtadienſem & Marchionem Sweinfurtenſem, qui *anno* 1112. mortuus eſt, permanſiſſe, *illamque ab iſto tempore civitatem Imperialem factam eſſe*, quod etiam ex *Cuſpiniani Chronico* quodammodo narrat *Munſter. d. l.*

Ad ejus antiquitatem etiam pertinet, quod ſub Imperatore Ludovico anno 866. ejus mentio fiat, in *Annal. Fuldenſ. l. 1. apud Piſtorium f. 489.*

II. *Eandem multa infortunia & damna ſuſtinuiſſe*

ſcilicet

ſcilicet ut jam dictum, anno 1253. *vel ſeq.* planè deſtructam, & anno 1554. in bello inter Albertum Marchionem Brandenburgenſem ac Epiſcopos Herbipolenſem & Bambergenſem atque Norimbergam geſto ab illo Alberto, anno 1553. occupatam, & præſidio firmatam, eodemque anno ſed fruſtra à confœderatis uſque in Junium ſeq. anni obſeſſam, ac durante illâ obſidione *ab Alberto* ex Saxoniâ ſubito cum copiis ſuis advolante & cum aliquot copiis intrante *direptam* ac educto præſidio vacuam relictam, atque poſtea ab obſidentibus planè *ſpoliatam ac devaſtatam fuiſſe*, ut refert *Sleidan. l. 24. in f. & l. 25. p. m. 755. & 759. Münſter. d. l. & Zeiller. d. f. 53.* ubi hi illud planè exuſtum fuiſſe narrant. *Porro illam anno* 1631. à Guſtavo Adolpho Sueviæ Rege occupatam ac iterum anno 1647. cum à Cæſareanis per aliquot annos præſidio firmata eſſet, à Suecico exercitu ſub ductu Wrangelii ſubjugatam fuiſſe, ut refertur in *parte 5. Theatri Europæi f. 1336.*

Quid ibi in tumultu ruſticorum anno 1525. *peractum fuerit, legi poteſt apud Gnodal. l. 4. ante fin.*

III. *Inter ædificia publica ibi celebria eſſe*, pontem ſuper Mœnum ſtratum, Scholam, Armamentarium & Curiam anno. 1570. exſtructam, ut memorat Zeiller. d. l.

IV.* *Illam ſæpè magno cum damno oppignoratam*, utpote *anno* 1300. ab Imperatore Alberto Epiſcopatui Herbipolenſi 1310. ab Imperatore Henrico VII. Bertholdo Comiti Hennebergico *ac poſtea* à Ludovico IV. Eidem Comiti, ac tandem à Wenceslao Imperatore Epiſcopatui dicto *ut ita illa circiter* 100. *annis in aliorum poteſtate fuerit*, ſicut legitur apud *Münſter. d. l. in f.* de quo etiam legi poteſt *Limn. Tomo 4. d. l. 7. c. 47.*

Sed illam ſe anno 1386. *propriâ pecuniâ redemiſſe & ideò ab Imperatoribus privilegium obtinuiſſe*, quod nunquam amplius oppignorari debeat, refert *Zeiller. d. f. 53.* ſicuti etiam Imperator Sigismundus illam relutionem in ſuo privilegio de anno 1427. apud *Limn. d. l. memorat.*

V. *Illam ſex nundinis inter quas una univerſales & à Sigismundo Imperatore anno* 1415. *privilegiatæ ſunt & ſtapulis gaudere* atque ex iis magna commoda aſſequi, ut narrat *Zeiller. d. l.*

VI. *Illam ſequentibus munitam eſſe privilegiis*,

1. *Sigismundi* concernentem odo dictas nundinas.

2. *Ejuſdem* de dicto anno 1427. concernente liberam conſtituendi prætoris imperialis poteſtatem.

3. *Rudolphi II.* de anno 1577. continente exemtionem à judiciis extraneis & conſtitutionem judicum privilegiatorum & primæ inſtantiæ relato à *Limn. Tomo 3. d. c. 47. n. 7.*

4. *De non apellando infra* 200. *florenos Knipſchild. n. 19. quod tamen hodiè vigore R. J. de anno* 1654. quod ad omnes Status ad 600. florenos extenſum eſt, ut jam *ſub prac. Rotenb. n. 7.* diximus.

VII. *Senatum illius conſiſtere ex* 24. *Senatoribus quorum ſex primarii* conſtituunt **den Sechſer Stand** & conſilium intimum, & ex quibus ſuperiores Conſules, quorum quilibet cum conſule inferiore per ſemeſtre ſpacium gubernat, deſumuntur, & ſemper *ſenior dignitatem præfecti Imperialis obtinet*, ſecundum *Knipſch. d. cap. 49. num. 7. Limn. ad. d. cap. 47. num. 3. &* alii ſex Scabinatum, & hi ſex contra numerum **die Zwölffer** vocantur ſecundum *Knipſch. n.* 8. ac tandem reliqui duodecim, qui cum prædictis conſuetis conſiliorum diebus, utpote Lunæ & Veneris convocantur, & cum illis **die Vier und Zwantziger** dicuntur ut legi poteſt *ibidem n. 9.*

A *Præter hos & nonnulli ex civibus*, quorum numerus & electio penes ordinarium Senatum eſt, in graviſſimis negociis convocantur & in conſilium adhibentur.

Item duodecim ſunt, **der Zuſatz** dicti, qui cum dictis 24. viris in gravioribus negotiis etiam adhibentur: Uti octo ideò **die Achter** nominati, qui ex univerſitate ad audicodas ſingulis annis rationes publicas & collectas inſtituendas ſimol convocantur, ex quibus tamen unus ſorte excluditur, ut pluribus ex *Wehnero apud Gilmann. Tomo 6. Symphorem c. 7. §. 39. f. 221. narrat Limn. d. c. 47. n. 3.*

IIX. *In illâ anno* 1296. *decimum ſextum torneamentum celebratum eſſe, referente Modio d. Tomo 2. f. 82.*

IX. *In illâ primam pacificationem Religioſam* inter Imperatorem Carolum V. & Status Evangelicos mediante Alberto Archiepiſcopo Moguntino & Ludo- B. vico Comite Palatino Rheni anno 1532. confectam & paulò poſt Norimbergæ confirmatam fuiſſe, ut legitur apud *Sleidan. l. 8. p. m. 205. & 210.*

X. *Inſigne ejus eſſe aquilam nigram* vulgarem in campo flavo, ut refertur apud *Modium d. l. Schrot. d. tr. f. 106. & Zeiller. d. f. 52.* vel *campo albo ſecundum Sibmach. f. 219. Licet Hoping. d. c. 6. p. 7. num. 1068 ex aliorum narratione illam bicipitem eſſe aſſerat.*

XI. *Illius cenſum Imperii* hodie, poſtquam Epiſcopatus Herbipolenſis propter duos pagos obtentos 20. florenos in ſe recepit, eſſe 148. florenorum & Cameræ cum augmento 83. florenorum 21. cruc. 4. obolorum, ut refert *Zeiller. de Decem Circul. Tit. 6. n. 18. p. 418. & ſeq.*

Turckhamium & Turinghamium quaſi Turingi domus vel ſedes communiter dicta & *in Alſatia* loco ſatis fertili ac amœno ſita Imperialis quamvis parva urbs C. à ſæpè dicto *Friderici II. Imperatoris præfecto Wolfeline muro ac foſſa munita & illo tempore Imperio tradita creditur & ad Præfecturam Hagenoenſem pertinet*, ut poſt alios narrat *Knipſch. d. lib. 3. cap. 53. num. 3.*

De illâ nihil notabile occurrit, niſi quod dicto anno 1281. *ab Imperatore Rudolpho I. ob rebellionem fuit expugnata & in auctoribus punita, ſecundum Trithem. d. l. & quod demum anno* 1486. **In dem Reichs-Anſchlag zu Franckfurth** ut refert *Lehm. lib. 7. c. 117. f. 988.* indictionem 200. florenorum & in ſimili anno 1487. Norimbergæ confecto, referente *eodem ſeq. cap.* 118. 60. florenorum ſuſtinuerit *& poſtea ſemper* ad conventus Imperii generales convocata & illius cenſus Imperii anno 1545. & 1551. diminutus fuerit, ut ita *hodiè* illa *ſaltem* 20. *florenos & Cameræ* 25. *florenos contribuat* ut refert *Limn. Tomo 4. d. l. 7. poſt cap. 48.*

D *Ejus inſigne* eſt ſcutum tripartitum, cujus pars ſuprema & infima rubra, & media flava eſt *Sibmacher p. 220.*

Uberlinga, olim Iburinga, ad locum Bodamicum frugifero in ſolo (licet ipſa in petra exſtructa ſit) ſita Imperii urbs *à trajectu antiquiſſimo & navium ſtatione ita dicta communiter fertur*, ut poſt *Stumpf. lib. 5. Chron. Helvet. c. 9. f. 393. Reuſner. l. 2. c. 30. &* alios refert *Zeiller. in Topogr. Sueviæ f. 192.*

Pertinuit olim ad veteres Sueviæ Duces, qui etiam ibi aulam ſuam habuerunt, uti de Gonzone vel Conrado circa annum Chriſti 600. *ibi habitante Manlius in deſcriptione Epiſcopatus Conſtantienſis refert*, de quo *ſeq. num.* 9. plura. *Ejus antiqua celebritas etiam inde patet*, *quia* jam anno 1153. Imperator Fridericus I. ibi Diploma Eccleſiæ S. Emmerani in Ratiſpona exaravit apud *Gevvold. in Metrop. Salisb. Tom. 2. f. 377.*

Illam.

Illam poſt decollationem ultimi Suevorum Ducis Conradini anno 1267. imperio acceſſiſſe communiter narratur, ut legi poteſt apud *Cruſium P. 3. l. 2. c.17. Dreſſer. de Urbibus p.579. Zeiller. in d. Topogr. f.191. & alios.*

De illâ porro notanda.

Illam I. *tam ob naturam loci*, utpote ſitum ad dictum lacum, & in petrâ, *quàm artem*, quâ foſſæ in dictâ petrâ in immenſam profunditatem excavatæ, & ex petrâ illâ celſæ ac firmiſſimæ exſtructæ ac multæ turres interjectæ ſunt valde munitam eſſe, ut refert *Zeiller. d.l. f.190. quare etiam* Suevicus Campi Marſchallus Guſtavus Hornius illam anno 1634. licet maximâ tormentorum & aggreſſionis vi fruſtra tamen oppugnavit, ut refert *Idem f.192.*

II. *Magna quandoq; perpeſſa eſſe damna utpote in prædictâ obſidione.*

Item ſeq. anno 1636. quo per ſubitum & ingentem nimbum in agris & muris, & ſuburbio valde afflicta fuit, ut refert Zeiller. d. l.

Porro *anno* 1643. quo à tribuno militiæ & fortalitii Duillii præfecto Widerholdio improviſo occupata & direpta ac præſidio impoſito firmata, *ſed ſeq. anno* in Majo poſt quatuor menſium obſidionem à copiis Bavaricis recuperata, ſubſequente verò *anno* 1647. in tractatu armiſtitii Ulmenſi Suecis tradita ac ab iis uſque ad executionem pacis in annum 1649. retenta fuit, ſecundum *Eundem ibid. & fol. ſeq.*

III. *Mercimoniis* & inprimis ſrugum admodum florere, nundiniſque annonalibus ab Imperatoribus privilegiis munitis celebrem eſſe, ſecundum *Eundem f.* 190.

IV. *Præter modo dictum Privilegium etiam habere privilegium certum appellationem concernens à Limn. d. l.7. c.49 n.*2. relatum.

V. *Catholica Religioni addictam eſſe*, referente Zeillero *f.*190.

VI. *Xenodochium habere omnium Suevicorum ditiſſimum Ibid. f.*191.

VII. *Poſſidere Arces & dominia Hohen Bodman, Ramſperg & Itendorff. Ibid.*

VIII. *Gaudere balneo ſalubri à D. Gallo Eſchenrentero deſcripto Ibid.*

IX. *Habuiſſe olim inſigne Leonis*, & illud abſque dubio à tempore dicti Ducis Conradi vel Gonzonis, nummos Leone inſignitos, diu poſt adhuc notos cudentis, ut ex *Cruſio Part.*1. *lib.*10. *c.6. f.*268. *Knipſchild. d. l.3. c.53. n.7. & Pflaumero Zeiller. d. f.191. refert, addens inſigne hoc* ob egregiam fidem in bello Ruſticorum anno 1525. geſto Imperatoribus præſtitam *ita auctum fuiſſe, ut Leonem cum nudo gladio pro inſigni habeat. Verum ab illâ hodie pro inſigni aquilam uſurpari poſt Cruſium d. l. tradit Knipſchild. d. l. ſicuti etiam Zeiller. in typo iſtius urbis & Sibmach. p.219. pro inſigni aquilam cum Leone erecto in ſcuto ponit.*

X. *Habere jus protectionis in civitatem imperialem Buchorniam, ut ſupra ſub illâ n.2. diximus.*

XI. *Cenſum ejus ratione n.3. dicti frequentis commercii & ratione memoratorum præced. num. 6. dominiorum eſſe ſatis magnum*, puta Imperii 312. florenorum & Cameræ cum augmento 193. floren. 52. cruc. 5. obolorum ſecundum *Zeiller. de decem Circul. Tit.7. num.50.*

Plura apud Zeiller. in d. Topographiâ legi poſſunt.

Ulma Imperii celeberrima & ferè potentiſſima urbs ab Ulmis arboribus, quorum copia in illo loco fuit veriſimiliter ſecundum *Chronic. Magn. Normberg. f.*190. *Cruſium P.1. l.6. c.9. f.153. & in Paralesp.* A. *c.16. f.64. dicta, Cluverio in Antiq. Germ. l.3. c.4. f.521. in loco Samulocenis in itiner. Antonini & Alcimoennis à Ptolom. l.2. c.11. memorata ſita ſcribitur.*

Exſtructa verò eſt ad Danubium & *jam tempore Caroli M. villa regia* (ut *ipſe in Diplomate* donationis Abbati & conventui Augiæ Majoris anno 813. aliis vero anno 809. factæ apud *Naucl. vol. 2. Chronogr. gener.27. f.125. & Bucelin. in Deſcript. Conſtantia parte 2. p.*141. eam & quidem more illius ſeculi, quo *villa & civitas ſecundum Freher. in Not. ad Petr. de Andlo l.1. c.16. Chron. Normb. d. l. Auctor. Actor. Lindavienſ. f.566. & Knipſch. d. l.3. cap.54. num.7. & ſeqq.* pro ſynonymis habitæ vocat.) *nominata dictoq; Abbati quo ſtatum ſuum eò melius conſervare poſſit, donata fuit.*

Cum verò poſtea Abbates in faſtum attollerentur, & bona ſua diſtraherent, Ulmenſes illis ideo infenſi B omnem moverunt lapidem, quo ſe ab illorum jugo liberarent. Et ideo *primum ab Abbate Bebenhuſano*, qui ſimul in urbe illâ monaſterium cum juriſdictione quâdam habuit, ob dilapidata ſua bona ad paupertatem redacto omnia ſua jura & bona in urbe exiſtentia emerunt, *poſtea vero Abbati & monachis Augia dicta* ultra reditus & ſtatum nimis laute, ut memoravimus, viventibus *non ſolum* pro oppignoratione ſuorum cenſuum & jurium pecuniam ingentem ſucceſſivè mutuo dederunt, *ſed etiam* procedente tempore, & quidem ſub Ludovico Bavaro & Carolo IV. ab illo omnia bona in urbe & extra illam ad quatuor milliaria circum ſita *emerunt, confirmationemque hujus emtionis ab Imperatore & Papâ obtinuerunt*, atque ita urbs illa mirum in modum creſcere cœpit, ut apud *Felic. Fabri in Hiſtor. Suever. lib.2. cap.2. per totum Munſter. lib. 3. c.338. Naucler. d. p.2. Chronogr. Gener.28. f.181. & Cruſ.* C. *p.3. l.4. c.15. f.247. & ſeq.* legi poteſt, de quo etiam quædam paulo poſt notavimus.

Illam jam ante aliquot ſecula celebrem urbem fuiſſe inde patet, quia jam anno 858. *Imperator Ludovicus II.* placitum ut indicant *Annal. Fuldenſ. ad illum annum & Ratgert. de Caſibus monaſteris S. Galli cap.* 8. 1028. *Conradus II. Imperator* conventum Principum ibi habuit, ut refert *Cruſius p.2. l.6. c.6. f.*188. ſed *Hepidannus in Annal. illum anno* 1033. refert celebratum eſſe, ac *Henricus III. Imperator ibi anno* 1048. generale collegium habuit, ſecundum *Eund.* ad hunc annum, *ibiq; eodem* Diploma Popponi Epiſcopo Brixienſi dedit apud *Gevvold. in Metrop. Salisb. T.1. f.472. & ſeq.*

Sicuti etiam anno 1076. principes qoidam Germaniæ ad eligendum contra Henricum IV. à Pontifice exauctoratum alium Imperatorem ibi congregati D fuerunt. referente *Cruſio p.2. l.7. c.8. f.236.* & *Fridericus I.* Imperator ibi conventum Principum de proſcribendo Henrico Leone Bavariæ & Saxoniæ Duce egit, illumque eò, ſed fruſtra, citavit narrante *Ottone de S. Blaſio in Append. ad Chron. Ottonis Friſing. c.74. & Idem Privilegium* Eccleſiæ S. Emmerani in Ratisponâ conceſſit, ut refert *Gevvold. in d. Metrop. Tomo 2. f.376. & ſeq.*

Quando verò muris cincta fuerit, ab Hiſtoricis & Scriptoribus diverſimodo traditur: Nam quidam illam jam tempore Ottonis I. Imperatoris ob incurſiones Hungarorum cum aliis urbibus munitam eſſe tradunt, ut refert *Stumpff. in Chron. Helvet. l.6. c.15. f.485. & Cruſ. p.2. l.3. c.6. ante f. Sicuti etiam à Lothario II. Imperatore* in odium Anticæſaris Conradi III. cujus partes ſecuta fuit, obſidiâ & *muris per arietes aliasq; machinas dirutis* [illegible] *occupata, combuſta & deſtructa legitur* [illegible]

apud

apud Felic. Fabri d. l. 2. c. 3. in pr. Naucler. vol. 2. Gener. 48. f. 180. & Mutium in Chron. Germ. l. 17. poſt pr. Münſter. l. 3. c. 338. & Zeiller. in d. Topogr. Sueviæ f. 200. A.

Alii verò illam tunc foſſa tantum & ſepibus munitam ac circa annum demum 1300. mœnibus cinctam fuiſſe tradunt, ut legi poteſt poſt d. Felic. Fabri ſui ipſius immemorem in d. Hiſt. Suev. d. l. 2. c. 4. p. 252. & Reuſn. l. 2. c. 4. apud. Zeiller. in d. Topogr. f. 220.

Sicuti etiam non certo conſtat quando urbs Imperialis facta fuerit. Quia verò Cruſius d. f. 247. memorat, Ulmenſes ab Imperatore Ludovico Bavaro impetraſſe, ut jugo dicti Abbatis vel monaſterii planè ſolverentur, & prorium ſibi Senatum, Conſules, & Tribunos plebis, poteſtate ab eodem accepta, anno circiter 1346. conſtituiſſe, abſque dubio ab illo tempore ſtatus illius immediatus & libertatis Imperialis initium cœpit, ſiquidem omnia illius privilegia ſeq. n. 1. memerata, B. excepto illo, quod circa jus collectandi ab Imperatore Alberto obtinuit, recentiora ſunt. Quemadmodum etiam primâ vice anno 1381. in conventu Civitatum Imperialium Spirenſi comparuit & confœderationi ſe junxit, ut in hiſtoricis & in ſpecie Lehm. lib. 7. cap. 66. legi poteſt & demum ſub Friderico III. Imperatore & operante illo à dicto Monaſterio plenam libertatem redemit magnâ pecuniæ ſummâ ſolutâ, ut refert Cruſius p. 3. l. 4. c. 15. & Dapper de Civit. Imper. p. 1. c. 5. n. 14.

De illa porro notanda ſequentia.

1. Illam egregia habere privilegia, utpote I. Alberti Imperatoris de anno 1300. concernens liberum collectandi jus tam quo ad ſeculares quàm Eccleſiaſticos ſubditos.

2. Caroli IV. Imperatoris de anno 1359. complectens immunitatem evocationis à quovis extraneo judicio factæ quod deinde ab Imperatore Ruperto anno 1401. & Friderico anno 1479. ad quoscunque ſubditos extenſum fuit, vigore cujus cives & ſubditi coram urbis Ampimanno ſolùm conveniendi niſi in caſu denegatæ juſtitiæ. C.

3. Ejuſdem de anno 1348. ſecundum quod illa propter imperium non poteſt oppignorari vel vendi.

4. Ejuſdem de anno 1366. ſecundum quod bannitos recipere poteſt intra civitatem.

5. Friderici IV. & Maximiliani I. Imperatorum à Ferdinando II. Imperatore anno 1621. confirmati & extenſi, ſecundum quod nemo ex illorum civibus & ſubditis, niſi prius certis requiſitis & ſolennibus obſervatis, appellare poteſt, & ſumma appellabilis 600. florenorum aureorum Rhenenſium poſita eſt.

6. Sigismundi Imperatoris de anno 1433. vigore cujus privilegiatos primæ inſtantiæ judices Memmingam & Gemundam vel Biberacum habet. D.

7. Ejuſdem de anno 1428. ſecundum quod poteſtatem habet nundinas univerſales conſtituendi.

8. Maximiliani I. de anno 1494. & Caroli V. de anno 1541. vigore cujus Judæos expellere poteſt & hi cum civibus & ſubditis ſuis contrahere, & illos ullibi deſuper convenire nequeunt, de quibus omnibus Limn. d. l. 7. c. 50. n. 6. & Knipſch. d. c. 54. n. 33. & ſeqq. legi poſſunt.

II. Habere ampliſſimum territorium continens intra ſe Comitatum ſive caſtrum Helffenſteinium cum oppido Gislingen & ejus toto dominio ingenti pecuniâ à Comitibus illius loci emptum, ut legi poteſt apud Fabr. d. l. 2. c. 4. p. 253. & Cruſ. d. p. 3. l. 6. c. 5. f. 321.

Comitatum Albagg. antea Judæis à Comitibus Werdebergenſibus oppignoratum & ab urbe redemtum & caſtrum & oppidum Leiphæmium atque arcem Ravenſteiniam apud Fabr. d. l. & Cruſium d. p. 3. lib. 5. cap. 11. in f. quæ omnia latius recenſet Zeiller. f. 204. quibus ex d. Cruſio p. 2. lib. 10. cap. 4. in pr. addendum territorium hoc in longitudine ſex milliaria, & latitudine quatuor conficere.

III. Primum à Conrado III. Imperatore è ruinis ab Imperatore Lothario II. & jam ſupra dictum illatis reſtauratam & tertiâ parte auctiorem redditam fuiſſe, ut poſt Fabr. d. l. 2. c. 3. refert Cruſ. p. 2. l. 10. c. 4. in pr. & deinde hujus ſeculi anno quinto novis propugnaculis exſtructis longè ampliorem redditam atque inſuper hodie admodum munitam eſſe, ut ex typo apud Zeiller. d. l. f. 200. conſpici & legi poteſt.

IV. Ingentia quædam damna & pericula perpeſſam eſſe, utpote ſecundum jam in præcedentibus dicta, anno 1129. quo ab Imperatore Lothario II. funditus deleta & combuſta fuit. Et anno 1247. quo licet fruſtra & parvo temporis ſpacio à Friderici II. Imperatoris AntiCæſare Henrico Thuringiæ Landgravio obſeſſa fuit, ut narrat Cruſ. p. 3. lib. 2. cap. 4. poſt pr.

Sicuti etiam à Ludovico Bavaro Imperatore, & paulò poſt ab ejus Anticæſare Carolo IV. magnis exercitibus, ſed fruſtra obſeſſa fuit, ut refert Faber d. c. 4. p. 253. ſed poſterius diu poſt & anno demum 1337. factum eſſe Naucler. vol. 2. Gener. 47. f. 259. narrat.

Anno 1360. quo Eberhardus Comes Wirtembergicus in bello contra quasdam urbes geſto, multos cives delevit, ut refert Zeiller f. 207. & Naucler. d. Vol. 2. Gener. 46. f. 257. narrat bellum hoc ingenti pecunia ab aliquot Sueviæ Imperialibus civitatibus & in ſpecie Ulmâ 52000. florenis redemtum fuiſſe. Anno 1448. vel ſequenti, quo ab Ulrico Wirtembergenſi Comite in bello adverſus civitates Sueviæ geſto illius pagi usque ad Geislingam combuſti ſunt apud Cruſ. p. 3. lib. 7. cap. 8. f. 191. Anno 1546. quo in bello Smalcaldico cives ipſimet in ſuburbiis pleraque combuſſerunt, ut narrat Zeiller. f. 207. & Anno 1552. quo ab Electore Saxoniæ Mauritio & confœderatis obſeſſa fuit Idem f. ſeq. Porro per incendium anno 1348. exortum & per inundationem Danubii anno 1374. & Blavii anno 1461. factam, de quibus legi poteſt Idem d. f. 207. Et tandem per peſtem, qua anno 1547. 25000. homines & anno 1635. quo 14383. cum peregrinis conſumti ſunt Id. f. 208. ac terræmotum anno 1529. exortum Idem f. 207.

Ædificia publica tam ſacra quam profana habere eximia, utpote cætera prætereundo Templum primarium das Münſter anno 1377. ultimâ Junii exſtrui cœptum & poſt annos 111. ſcilicet anno 1488. perfectum, ut refert Faber d. l. 2. cap. 3. f. 247. de cujus immensâ & eleganti ſtructura prac. lib. 1. cap. 7. th. 7. expl. 1. egimus & legi inſuper poteſt Zeiller. f. 201. ubi in ſequentibus ſimul de organo in illo confecto quædam annotata ſunt. Scholam celebrem Gymnaſium plerumque dictam, de quo Idem f. 206. & Orphanotrophium Id. f. 202. legi poteſt.

Curiam, Armamentarium, Granarium & alia ab eodem f. 202. laudata.

VI. Portum vel ſtationem navium navigationi peraptum ſecundum Cruſium in Paraleip. c. 16. f. 65.

VII. Senatum ejus conſtare ex 41. perſonis, quæ partim ex patriciis, partim ex reliquis civium ordinibus conſtituuntur, ex quibus primarii, Duum viri ex patriciis deſumti quaſi Præſides Senatus ſunt, Trium viri ſive tres conſules etiam ex Patri-

Patriciorum ordine aſciti & quidem perpetuâ dignitate fruentes, licet quilibet ſolus per annum gubernat. *Quinqueviri* ex tribus patriciis & duobus civici ſtatus deſumti cum dictis Duumviris Senatum ſanctiorem conſtituentes & peculiarem Secretarium habentes. *Poſt hos ſunt* duo præfecti provinciales, totidemque militares & hoſpitalares, item tres rebus pupillaribus & totidem Ædibus ſacris præpoſiti, ac duo rei armamentariæ totidemque annonæ præfecti, ex patriciorum & vulgarium civium ordine conjunctim omnes deſumti, aliique à *Knipſch. d. c. 54. n. 27. & Zeiller. f. 205.* exactè conſignati.

IIX. *Patriciorum dictorum ordinem ex ordinatione Caroli V. de anno 1552. in 17. familiis à Knipſchild. n. 26. relatis conſiſtere.*

IX. *Civitatem illam eſſe unam ex quatuor convocatricibus & duodecim deputatis civitatibus & quidem quo ad prius* civitatum Suevicarum, ut jam *prae. th. 5. expl. 1. & 3.* indigitavimus & *Knipſch. l. 2. c. 11. n. 10. & n. 14.* conſignavit.

X. *Eandem habere cuſtodiam Archivi civitatum Suevicarum & Franconicarum*, ut ſimiliter *d. th. 5. expl. 2. & apud Knipſch. ſeq. cap. 12. in f.* legi poteſt.

XI. *Item jus Advocatiæ in monaſteriis Sefflingenſi & Wengenſi, referente Magero de Advoc. Arm. c. 16. n. 578.*

XII. *Eandem eſſe ex judicio Fabri d. cap. 4. p. 256. omnium civitatum Imperialium liberrimam, quoniam* in eâ nullus Princeps, Epiſcopus, Abbas & Nobilis quidquam habet, niſi ſub cenſu communi civitatis.

XIII. *In illa Lutheranam & Catholicam, priorem tamen magis florere* illamque anno 1531. introductam eſſe ſecundum Zeiller. *d. f. 206. & ſeq. immò poſteriori addictos* nullum templum, nedum exercitium publicum religionis in urbe habere, ſed baptiſationem infantum & ſacramentorum diſpenſationem in ædibus privatis perficiendam à Conſulibus impetrandam eſſe, vigore *Receſſus anni 1650. apud Knipſch. d. c. 54. num. 41.*

XIV. *Inſignia ejus eſſe ab antiquo tempore Scutum duplicis coloris*, in ſuperiori ſcilicet parte nigri & inferiori albi, *cujus rationem ex* conjecturâ D. Dieterici *Hoping. de Jure Inſign. cap. 6. num. 1071. hanc reddit*, quia colores hi Monachis quibus olim ſubjecta fuit, uſitati ſunt, à recentiori verò, ut apud *Zeiller. in d. Topogr. f. 200. in typo urbis* refertur, aquila biceps.

Et XV. *Cenſum Imperii* 900. *ac* Cameræ pro uno termino cum augmento 458. florenorum 41. cruc. 3. obolorum, ut refert *Zeiller. ibid. f. 209. & de Decem Circul. Tit. 7. n. 45.*

Wangena Imperialis in parte Sueviæ Algoviâ ſita & parva quidem ſed amœna urbs ortum & etymon ſuum ignorat, nec rebus geſtis claret, ideò pauca notabilia habet, certa tamen negociatione floret & *territorio unius miliaris ac judicio Provinciali gaudet, nec non ab Imperio ſibi oppignoratum poſſidet Comitatum Megloffs*, ut tradit *Munſt. d. p. 3. cap. 288. Edition. German. cujus tanquam immediati Imperii caſtri & pagi, mentio fit à Zeiller in Topogr. Sueviæ f. 101. ubi tamen refert*, illud cum pago in protectione Civitatis Imperialis Iſnæ fuiſſe & hodie ſub protectione Archiducum Auſtriæ eſſe.

Stumpf. l. 5. c. 8. f. 385. memorat illam anno 1477. cum civitate S. Galli communionem juris civitatis ad 15. annos certo modo iniiſſe.

Præterea Catholicæ religioni addicta eſt.

Anno 1538. *per incendium* & 180. domuum conflagrationem valde deformata fuit, ut poſt *Cruſium p. 3. l. 11. c. 13. f. 638. refert Knipſch. d. l. 3. c. 55. n. 3. & Zeill. in d. Topogr. f. 212.*

Quæ damna in præterito bello perpeſſa fuerit, Idem ibid. refert.

Quibus addere volumus de ejus immediato Imperii ſtatu nihil certi reperiri, id tamen ex privilegio Caroli IV. Eſlingæ anno 1348. conceſſo ac à Knipſchild. lib. 3. cap. 13. num. 54. relato conſtare, illam jam antè Imperialem civitatem fuiſſe, ut ibi dignoſci poteſt, ſicuti quoque jam anno 1381. in confœderatione urbium Imperialium & *anno* 1387. in confœderatione aliquot Statuum Imperii comprehenſa, ut refert *Lehman. lib. 7. cap. 66. f. 839. & cap. 69. f. 843.* & poſtea ad omnes conventus Imperii vocata fuit.

Et inſigne eſſe aquilam in flavo campo ſecundum Schrot. In deß heil. Römiſchen Reichs Wappen-Buch *f. 107.*

Cenſus ejus Imperialis 80. florenorum & Cameralis cum augmento 66. flor. ſecundum *Zeill. d. l.*

Weiſſenburgum Sebuſiorum vel rectius, ut ex ſequentibus patebit, *Wiſſemburgum* prope Rhenum ſita inſignis & *ad Præfecturam Provincialem Hagenoenſem ſpectans* Imperii urbs à nonnullis *Sebuſium*, ut etiam ſentit *Beatus Rhenan. l. 3. Rer. Germ. p. m. 325. & Zeiller. in Topogr. Alſat. f. 65.* de quo etiam legè *Munſter. l. 3. c. 168. Germ. Editionis & inde paulum mutato nomine adjectoq; verbo Burgum ſecundum Rhenanum d. l. Wiſunburgum ac tandem Wiſſenburgum* ſicuti etiam jam ita in literis fundationis Dagoberti Francorum Regis paulò poſt memoratis vocatur. *Germanicè verò* Chron-Weißenburg *absq; dubio à coronâ magna argentea & deaurata, quam Dagobertus Francorum Rex Monaſterio illius loci à ſe fundato donavit, & cujus idea ex cupro facta in Templo pendet, ut refert Munſter. & Zeiller. dd. ll. dicta.*

Ejus originem quod attinet, ſi ſecundum Rhenanum d. l. vetus Sebuſium eſt, omnino Monaſterium & Præpoſituram antiquitate ſuperat, uti etiam *Munſter d. l.* ex communicatione Senatus illius loci *Herzog. in Chron. Alſat. l. 10. c. 1.* refert ac inſuper *ex dictâ fundatione Dagoberti à Trithemio in Compend. Annal. l. 1. ſub illo Rege f. 50. & ſeq.* relatâ, in quâ ille expreſſe ſcribit ſe Eccleſiam illam in loco, qui dicitur Wiſſenburg, extruxiſſe, conſtat.

Probabile tamen eſt, locum illum tunc temporis deſtructum ſaltem vicum, non ignobilem tamen fuiſſe, quoniam Dagobertus in illâ Advocatum vel Judicem regium conſtituit, ut in d. fundatione legitur & tamen illum *Abbas Fridericus* 42. *anno demum* 1262. *muro circumdedit vel potius circumdare incepit*, ut poſt *Herzog. d. c. 1. f. 194. Bucelin. in Germ. Sacra p. 2. f. 94. & Zeiller. in d. Topogr. f. 66. tradit addens*, ejus ſucceſſorem Edelinum foſſas & propugnacula adjeciſſe. *Quoniam verò dictus Abbas Fridericus memorato an.* 1262. quo muris urbem circumdediſſe, vel circumdationem incepiſſe ſcribitur *mortuus eſt, forte rectius cum Decio in Chron. Polon. lib. 3. de Sigiſmundi Regis temporibus ante finem*, ubi de hâc urbe, tanquam patria ſua late agit, & *Herzog. d. l. f. 195. dicendum dictum ejus ſucceſſorem quem ille Wendelinum & Herzog. d. l. etiam ita, & ſimul Edelinum vocat circumductionem murorum, turrium, propugnaculorum, foſſarum, & ſimilium peregiſſe.*

Quando verò illa imperio acceſſerit, reperire non potuimus, certum tamen ex Imperatoris Friderici III. ſententiâ pro civitatis immedietate contra Abbatem ejus loci Philippum anno 1442.

Lan

latâ & à Knipſch. d.l.3. c.56.n.18. relatâ, *illam jam a tempore Friderico II. Imperatoris continuò imperio immediate ſubjectam fuiſſe, quod etiam Senatus ipſe in literis ad Munſterum ſcriptis & ab hoc d.c. 168. relatis narrat, hiſce verbis: Civitas noſtra per aliquot ſecula, uti ex noſtris privilegiis & monumentis demonſtrari pateſt ad imperium pertinuit: & Imperialis fuit*, ut inde ſorte recte conjici poſſit, illam à dicto Imperatore Friderico II. cum aliis civitatibus imperio adſcriptam & Advocatiæ Provinciali Hagenõenſi adjectam fuiſſe.

De illa notanda ſequentia:

I. Illam valde munitam, atque ideo *à Friderico Comite Palatino anno* 1470. per totam hyemem fruſtra & anno 1525. à Ludovico Electore iterum magno exercitu *ſtrenuè obſeſſam*, ſed obſidionem utramque compoſitione amicabili ſolutam fuiſſe, ut late cum cauſis iſtius hoſtilitatis narrat *Herzog. d.l. c.8. & Zeiller. d.l. f.67.* ubi ſimul obſidiones & occupationes aliquot in præterito bello Sueco & Gallico Germanico peractas refert.

II. In eâ Schultetum vel Prætorem Imperii à multis ſeculis conſtitutum eſſe, qui in cauſis capitalibus Imperatoria nomine jurisdictionem exercet, ut poſt *Munſter. d. c.168. Herzog. d.l.1.c.1. & c.5.* narrat, ubi aliquot tales Prætores recenſet.

III. In illâ ex dictâ Dagoberti Regis fundatione olim Abbatiam ordinis Sancti Bernhardi in Germaniâ ditiſſimam ac antiquiſſimam & ſecundum Thuanum l. 10. f.m. anno 623. exſtructam (*cujus Abbates* cum Fuldenſibus, Campidonenſibus & Murbacenſibus *à Carolo IV. in Ordinem Principum evecti & Abbates Imperialis throni vel Cathedra facti ſuat referente Bruſchio de Monaſter. Germ. ſubellis* & de Abbatibus opulentioribus in genere *Cruſio p.3.l.5.c.5. f.264.*) *ſed præterito ſeculi anno 23. in præpoſituram ſecularem ſab Rudigero Abbate 56. mutatam, & ſubſequente anno 1546. ſab Abbate Philippo à Flersheim qui ſimul Epiſcopus Spirenſis fuit, Epiſcopatui huic cum conſenſu Caroli V. Imperatoris ac Pontificis Pauli III. incorporatam fuiſſe, ut poſt Bucelin. d. f.94. & parte 1. ſub Epiſcopis Spirenſibus f.20. refert Zeiller. in memorata Topogr. f.66.*

IV. Præpoſitos hos habere in illâ urbe ab antiquiſſimo tempore Scultetum proprium bey dem Unter- oder Staffel-Gericht/ (de quo *ſub ſeq. n.6.* quædam diximus) *à quo cum aſſeſſoribus vel Scabinis* ex Senatu juniore deſumtis communes injuriæ realea ventilantur ac puniuntur, *mulctæq; Præpoſitis acquiruntur*, ut habent *Herzog. d.l.1. c.1. & c.6. & Zeill. f.66.* qui addunt, quod ab hoc judicio ad judicium Equeſtre ſingulo biennio vel triennio ibi haberi ſolitum, & ab hoc ad Cameram appellari.

V. Civitati huic præterito anno 1647. ab Epiſcopo Spirenſi 73. Philippo Chriſtophoro à Sottern tanquam Præpoſito Weiſſenburgenſi *litem de immedietate motam*, ſed ejus iniquitatem à civitate in *ſingulari Deductione* immedietatis ſuæ egregie demonſtratam, illamque in jure illo conſervatam fuiſſe, ut poſt illam deductionem legi poteſt apud *Limn. Tomo 4. d.l.7. c.52.n.3. & Knipſch. d.c.56. n 11. & ſequentibus.* & *præterito ſeculo cum Abbate* illius loci etiam contentionem quandam fuiſſe, *ſed Imperatorem Maximilianum I. anno 1518. pro illâ pronunciaſſe*, ut legitur *ibid. n.19.*

VI. Regimen illius in aſſiſtere in 22. perſonis, ex quibus Octo ex patriciis qui die Hauß- und Müntzgenoſſen *ideo dicuntur, quia* ab antiquo tempore vigore privilegiorum Imperatoriorum jus cudendæ monetæ, tanquam feudum, habernnt, ut legi poteſt apud *Herzog. d.l.10. c.7.* & ſoli Conſulum officio funguntur, ideoque *vetus Senatus* vocantur, *& reliqui ex tribubus* & opificiis, *ex quibus tamen* dimidia ſaltem pars

A. ſingulis annis in Senatu comparent, eliguntur. *Ex prioribus octo ſingulis annis quatuor*, & ex iis quilibet trimeſtri ſpacio conſularem dignitatem obtinet, *ex poſterioribus verò* ſingulis conſulibus unus, qui *Mareſchallus* vocatur, In regimine adjungitur & omnes quatuordecim *dictum judicium inferius* das Staffelgericht/ ſub Prætore tamen Abbatis & nunc Præpoſiti, conſtituunt, ſecundum *Eundem prac. c.1. & 6.*

Ubi notandum Senatum hunc ſolùm graviores civiles cauſas vulgares vero *dictum Prætorem* cum Aſſeſſoribus in dicto judicio inferiori judicare *& Prætorem Imperii* ſaltem & ſolum criminalem jurisdictionem exercere, ut *Idem d. c.1. f.178. ac c.5.* narrat.

VII. De Privilegiis illius nihil conſignatum noſtro ſcitu reperire, niſi quod cives à prædicto Rege Dagoberto *Emunitatem* (incolis Munthat forte à dicto latino verbo corrupte dictum) habeant, in toto Monaſterii, certis terminis deſignato, diſtrictu ſolùm piſcan-B. di, aucupandi, venandi & lignandi, ſicuti hoc ex dictis Senatus literis *Munſter. memorato loco*, & ex hoc ac *Wehnero Knipſch. n.4.* ubi ſimul de illius verbi etymo agit, conſignavit.

IIX. Cenſum ex parte Civitatis eſſe quo ad Imperium 182. florenorum, & quo ad Cameram cum augmento in uno termino 93. florenorum 21. Cruc. & 2. obolorum. *Ex parte verò Præpoſiti* quo ad Imperium 80. florenorum, & quo ad Cameram cum augmento in uno termino 58. florenorum 21. Cruc. 3. obolorum, ut refert *Zeiller. de Decem Circul. Tit.8. n. 42. & 12.*

IX. Inſigne illius eſſe duas turres albas cum portâ & deſuper coronâ, ut habet *Schrotius* in gedachtem Wappenbuch *f.108.* vel, ut habet *Aldrovandus l.1. Tomo 1. f.97.* aquilam coronatam in clypeo.

X. Prædictis addendum, quod Patricii illius loci, die Hauß- und Müntzgenoſſen *dicti habeant privi-C. legium* 1. unà cum Præpoſiti Vaſallis judicium Equeſtre exercendi & 2. quod illorum ædes ad certum tempus tutum refugium illis præbeant, qui ob debita, & delicta minora ad judicium vocantur ſecundum *Herzog. d.c.7.*

Weiſſenburgum Norici Imperialis ad Alemannum fluvium ſita urbs *ab arce albâ* ita dicta communiter traditur.

Quando & à quo exſtructa ſit ac quo tempore, quibus vo modis ad Imperium pervenerit, non reperivimus, probabile tamen illam ante Adolphi Imperatoris tempora, *vel certum ſaltem eſt*, ſub illo ad Imperium perveniſſe *quoniam jam ab eo anno 1296. privilegium* contra extranea judicia tam in civilibus, quam criminalibus cauſis quod ab ejus proximis ſucceſſoribus, Alberto I. ac Henrico VII confirmatum eſt obtinuit & *anno 1325. ab Imperio Friderico Burggravio Norimbergenſi oppignorata fuit, ut legitur apud Knipſchild. d.l.3. c.57. n.* D. *17. & 23. ac ſeq. de quo plura ſeq. n. III.*

De illâ ſequentia notanda.

I. Illam ſatis munitam, & ideò anno 1647. ab exercitu Cæſareo Bavarico ſummâ vi obſeſſam & oppugnatam, ac ignitis globis ac ſimilibus valde afflictam fuiſſe, ut ex *Theatro Europæo parte 5. f. 1278. refert Zeill. in Topogr. Francon. f.57. & in Appendice f.52.*

II. Illi propinquum eſſe fortalitium montanum Wultzburg ad Marchionem Brandenburgicum Onoldinum pertinens, cujus typum exhibet & deſcriptionem habet *Idem d.f. 57.*

III. Illam anno, ut dictum 1325. ab Imperio Friderico Burggravio Norimbergenſi oppignoratam fuiſſe & ſe ab illo propriâ pecuniâ anno 1360. redemiſſe, atq; ideo ab Imperatore Carolo IV. eodem anno privilegium obtinuiſſe, quod nunquam amplius oppignorari vel ullo

modo ab Imperio alienari aut divelli debeat, ut ſeq. n. 6. pluribus dicetur.

IV. Illam ab antiquo ad præfecturam & Advocatiam provincialem Norimbergenſem pertinuiſſe & quidem perpetuo nexu, ut ex privilegio & literis dicti Imperatoris Caroli IV. apud Knipſch. d. c. 57. n. 25. & ſeqq. dignoſcitur.

V. In illa eſſe Præfecturam Imperialem, quæ tamen nullam in urbe ſed ſolum in quatuor imperii pagis juriſdictionem habet, ut hoc ex actis & deductis illius apud Knipſch. d. l. n. 5. & ſeqq. ſatis conſtat. Illamq; præfecturam ab Imperatore Carolo V. anno 1534. urbi ad 15. annos oppignoratam fuiſſe atque renovato cum ſubſequentibus Imperatoribus iſto contractu uſq; ad annum 1629. quo Epiſcopus Eichſtadienſis cum conſenſu Imperatoris Ferdinandi II. illam reluit, permanſiſſe. Sed cum in tractatu pacis Oſnabruggenſ. urbs illa antiqui hujus juris reſtitutionem urgeret, idque Capitulationi Imperatoriæ conforme eſſet in Inſtrumento Pacis Germano Suedico Art. 5. §. 9. reſtitutio illa redditâ ſorte concluſa, atque ita illa juſſu & auctoritate glorioſiſſimi Imperatoris Ferdinandi III. in effectum deducta fuit, ſecundum Knipſchild. ſeqq. n. 10. 11. & 12.

VI. Illius privilegia eſſe ſequentia.

1. Memoratum & quidem duplex Caroli IV. Imperatoris de anno 1360.; apud Knipſch. d. n. 25. & 26. ſecundum quod perpetuo ſub Imperio manere & nulli amplius oppignorari debet.

2. Memoratum Adolphi Imperatoris de anno 1296. & à ſucceſſoribus confirmatum, vigore cujus ab omnibus extraneis judiciis in omnibus tam civilibus quàm criminalibus cauſis exemta eſt, ſecundum Eund. d. n. 17. & 23.

3. Maximiliani II. de anno 1573. à Rudolpho II. anno 1577. confirmati, vigore cujus à judicio ſpeciali in Bau- und Schmachſachen ibi conſtituto appellari non poteſt niſi æſtimatio injuriæ 300. florenos Rhenanos excedat, ut patet ex illo ab Eodem n. 28. relato.

4. Auſtregarum in primâ inſtantiâ eorum Senatu Norimbergenſi ab illo tempore quo Præfecturam Imperii adepta eſt, ut traditur ab Eod. n. 26.

VII. Illam ab Imperatore prædicto Carolo IV. anno 1368. peculiares protectionis & confœderationis literas ab Eod. n. 29. relatas obtinuiſſe. Et ſimiliter cum illius filio Wenceslao Bohemiæ Rege eodem anno confœderationem iniiſſe, ut ex illius literis ibid. n. 31. relatis dignoſcitur.

IIX. Eandem à dicto Imperatore vigore literarum eodem anno exaratarum obtinuiſſe, ut etiam alios in dictam confœderationem recipere poſſint Ibid. n. 30.

IX. De ejus Senatu nihil conſignatum reperire, ideo ſaltem hoc notandum eſſe, illam demum ab Imperatore Sigismundo anno 1431. juriſdictionem criminalem per ſingulare diploma obtinuiſſe, & ideo ab Imperatore Friderico anno 1442. per ſpeciale privilegium illi conceſſum eſſe, ut Senator quidem juriſdictionem illam ad modum feudi ab Imperatoribus acciperet & exerceret, ſicuti adhuc anno 1521. Imperator Carolus V. Johannem Wolffium cum illa inveſtivit, ut refert Idem n. 6. & 8.

X. Illius inſigne eſſe etiam duas albas turres cum aquilâ bicipiti illarum in medio ut habet Zeill. in d. Topogr. in typo urbis & fortalitii Wultzburg. & Sibmach. p. 219.

XI. Illam cenſum ſolvere Imperio 100. florenorum & Cameræ cum augmento uno in termino 41. florenorum 42. Cruc. & 5. obolorum ſecundum Eund. de Decem Circul. Tit. 6. n. 19.

Wetzlarea, in antiquis monumentis (ut etiam legitur

A. apud Brovver. in Annal. Trevirenſ. Tomo 1. l. 9. n. 26. f. 439. & Aventin. l. 7. f. m. 440. & in Diplomate Rudolphi I. Imperatoris de anno 1280. apud Lehm. l. 5. c. 111. in f.) Wetzflaria, (quæ ſcriptura vulgatum etymon ſupra ſub Goslaria memoratum turbat) in Wetteraviâ ſita Imperialis urbs anno 897. à Brovvero d. l. condita ſcribitur, ſicuti etiam illam veterem & à multis Imperatoribus privilegiatam urbem nominat Zeiller. in Topogr. Haſſiæ f. 84.

Illam à Rudolpho I. Imperatore in civitatum Imperialium cenſum translatam fuiſſe, ex dicto ejus Diplomate probat Lehm. citato loco, ſicuti etiam Imperator Carolus IV. in Privilegio anno 1349. conceſſo & ſeq. n. 3. memorato, civitati illi omnia jura & privilegia, quæ à præcedentibus Imperatoribus habuit, confirmavit.

Sed in dicto Rudolphi I. privilegio id non continetur, ſiquidem libertas & gratia, quam Imperator illis ſe dediſſe refert, non de libertate & gratiis conceſſis immediato ſtatui, ſed de immunitate à tributis ad certum tempus,

B. uti in fine illius refertur, conceſſiâ intelligi debet. Atq; ideo forte ſtatuendum eſt, illam jam ante ad imperium pertinuiſſe, quo facit, quod jam anno 1255. cum reliquis imperialibus ac aliis celebribus urbibꝰ confœderationi illarum primæ interfuerit, ut legitur apud Lehm. l. 5. c. 92.

De illâ notanda ſequentia.

I. In illa eſſe Præturam Imperii, quæ ad Landgravios Haſſiæ ſuperioris ſpectat, ſicuti etiam urbs illa anno 1613. à Ludovico Landgravio per vim militarem coacta fuit, ut Prætorem ejus reciperet, illiq; juraret, ac promitteret ſe delegatos ſuos Giſſam ad controverſiam eâ de re moram miſſuram eſſe, ut Meteranus hiſtor. l. 30. f. 706. late refert. Quibus ex Zeillero de Decem Circulis Tit. 8. p. 737. addendum Prætorem hunc judicio præſidere, & executionem perficere.

II. Illam eſſe in protectione Landgraviorum dictorum & Comitum Naſſaviorum, ut ipſamet in literis ad

C. Imperatorem Rudolphum II. anno 1606. miſſis & à Limn. Tomo 4. poſt c. 52. n. 1. relatis fatetur.

III. Illam jus conducendi Electores etiam habere, ut ex Aureâ Bullâ Tit. 1. §. Deinde conſtat.

IV. Eandem immunitatibus ſequentibus ex dicto Caroli IV. Privilegio & ejus confirmatione antiquorum jurium in illo contentorum gaudere. Quod 1. ultra Steuram antiquam gravari non debeat. 2. uti poſſit gabillâ vini dem Umb- und Pfortengelde/ 3. ab extraneis judiciis exemta ſit 4. non debeat oppignorari. 5. Judæorum tributis uti poſſit. 6. privilegia aliorum illius juribus contraria abrogari debeant & 7. in ſpeciali Imperii protectione recepta ſit.

V. Illam à Rudolpho I. Imperatore anno 1285. ob receptum Pſeudo Fridericum obſeſſam & adactam fuiſſe, ut hunc traderet, quo ſtatim facto hic ad palum ligatus crematus fuit, ut refert Aventin. d. f. 440. & Bircken. in dem EhrenSpiegel deß Ertzhauſes Oe-

D. ſterreich l. 1. c. 14. f. 122.

In illa anno 1367. magnam ſeditionem inter Senatum & cives ortam, illamq; à Johanne Comite Solmenſi ſedatam fuiſſe, ſed illam ad annum 1370. refert Maſen. Tomo 2. Annal Trever. l. 18. n 29. ubi legi poteſt. Ac ſequenti anno 1394. aliam non minorem exſtitiſſe, ſed Senatum illam per punitionem auctoris & quorundam complicum ſedaſſe, ut ex Chronico Limburgenſi narrat Zeiller. ſeq. f. 85.

VI. Illam anno 1643. per incendium magnum perpeſſam eſſe damnum ſecundum Eundem d. l.

VII. Illius inſigne eſſe Aquilam in flavo campo ut refert Schrot. in gedachten Wappenbuch f. 108.

VIII. Illam contribuere Imperio 32. florenos & Cameræ ſingulis terminis cum augmento 29. florenos 10. Cruc. 5. obolos referente Zeiller. d. Tit. 8. n. 50.

Wela

A. *Wila in Sueviâ ad fluvium Wiermum ſita* Imperialis urbs à *villâ & Germanicè etiam Wielerſtadt dicta à Frederico II. Imperatore civitatis jure donata* ſecundum *Dreſſer. de Urbibus p.596. & Reuſn. l. 2. c.27. & forte etiam Imperio aſſerta fuit, ſiquidem* expreſsè de primâ ejus ad imperium acceſſione nihil repetivimus, *illam tamen jam ante Carolum IV. civitatem Imperialem fuiſſe ex ejus Diplomate anno* 1348. *Eslingenſibus dato & à Knipſchild. l.3. c.13. n.54. relato dignoſcitur.*

De illâ pauca ſequentia notanda.

I. Illam habere templum ad S. Petrum pulchrâ turri ex lapide ſecto exſtructo ornatum, ſecundum *Zeiller. in Topogr. Suevia f.213.*

III. Eſſe Catholicæ Religioni addictam. Ibid.

III. In prælio inter Principes, Comites ac Nobiles confœderatos cum confœderatis urbibus anno 1388. prope illam commiſſo ſexaginta cives à *Cruſio d. p.3. l.6. c.2. f.310.* memoratos amiſiſſe.

B. *IV. In nupero diuturno bello multa damna perpeſſam & quidem anno* 1648. *à Gallicis militibus per oppugnationem vehementiſſimam occupatam, & poſt deprædationem incenſam fuiſſe*, ut ex *Theatro Europæo p. 6. f.518.* refert *Zeiller. d. f.213.*

V. Ejus inſigne eſſe Aquilam in flavo campo ſecundum *Schrot.* in offtgedachten Wappenbuche *f.108. & Sibmach. p.219.*

VI. Ejus cenſum Imperii eſſe 60. florenorum & Cameræ quo ad unum terminum cum augmento 85. florenorum 21. cruc. 4. obolorum ſecundum *Zeiller. de Decem Circul. Tit.7. n.61.*

Wimpina *vetuſtiſſima Imperii ad Nicrum ſita Urbs olim à Julii Cæſaris conjuge Cornelia dicta fuiſſe traditur, ut poſt Munſter. d. l.3. c.337. Editionis Germanicæ refert Cruſ. p.1. l.7. c.10. f.185. & rithmi quidam* ibi in Curiâ in tabellâ conſignati & à *Knipſch. d. l.3. c.60. n. 1. relati* indicant.

C. *Verùm illud aliis*, & inter illos *Zeillero in Topogr. Suevia f.220. non immerito diſplicet, cùm ejus urbis nullibi fiat mentio, & ante Imperatorem Probum ad Nicarum fluvium nulla caſtra & oppida à Romanis exſtructa fuiſſe legantur*, ut legi poteſt apud *Knipſch. n.3.*

Quoad etymon notandum illam in dictis rithmis ab initio quaſi Weibspein *& inde tandem* Wimpfen *appellatam tradi*, illudque à *Munſtere & Cruſio dd. ll.* uti etiam omnibus recentioribus approbari, *ex illa ratione*, quia Hunni ſub Attilâ antiquam illam urbem, nempe Corneliam, vi occuparunt, & omnes mares occiderunt mulieribus vero omni pœnâ vexatis mammas abſciderunt, *ex quo urbs* deinde reſtaurata Germanicâ linguâ in memoriam calamitoſi iſti eventus Weibspein/ *& inde poſtea* Wimpffen/ *Latinè verò Wimpina vocata fuit* quod ſuis auctoribus relinquimus.

D. *Occaſionem verò reſtaurationis dediſſe putatur, S. Crotholdus Epiſcopus Wormatienſis ſextus*, qui circa annum 503. ad urbis illius deſtructæ rudera veniens, ex commiſeratione templum vel monaſterium pro duodecim Monachis ibi in valle conſtruxit, ut ex ejus imagine adhuc in muro exſtante dignoſcitur, atque ita vicinos ad illam urbem reſtaurandam invitavit, ſiquidem illa hodie prope dictum Monaſterium & poſtea adjectum oppidum ſita eſt, ut poſt alios *Knipſch. n.4.* indicat.

Quando verò & quibus modis ad Imperium pervenerit reperire non potuimus, id tamen ex jam dicto privilegio Caroli IV. civitati Eslingæ anno 1348. *conceſſo & à Knipſch. d. l.3. c.13. n.54. relato obſervavimus, illam ante ejus tempora* ad Imperium pertinuiſſe, *quoniam* Imperator hic omnia illius privilegia ex oblatis literis demonſtrata confirmavit, & inſuper novum privilegium addidit, quod illa nomine Imperii à nullo Imperatore oppignorari vel alienari poſſit.

Quibus addimus, illam jam anno 1381. *confœderationi urbium imperialium Spirenſi contra quoſdam* principes interfuiſſe, ut legitur apud *Lehman. l.7. c.66. f. 839.* & alteri confœderationi *ſeq. anno* 1385. *Conſtantiæ* initæ acceſſiſſe apud *Eund. ſeq. c.66.* ac ab illo tempore ſemper pro liberâ Imperii civitate habitam fuiſſe.

De illâ porro notanda ſequentia.

I. Eam in loco amœno ſitam & altis muris ac turribus munitam eſſe.

II. Habere Senatum Auguſtanæ confeſſioni addictum ac unicum templum ejuſdem, ac Monaſterium Catholicæ religionis.

III. Oppidum infra illam in valle ſitum, ac ideo Wimpinam in valle dictum, ac pro dimidiâ parte Catholicæ religioni addictum hujus urbis Senatui ſubeſſe.

IV. Prope illam anno 1622. *prælium cruentiſſimum* inter exercitum Catholicæ Ligæ ſub Ductu Generalis Tillij & Unionis Evangelicæ ſub Ductu Marchionis Badenſis Georgii Friderici commiſſum fuiſſe & victoriam à parte ligæ ſtetiſſe, ut inter alios refert *Brachel. l.2. p.m.71.*

V. Illam à Gallicis cepiis anno 1645. per oppugnationem occupatam, ſed mox à Cæſareanis & Bavaricis recuperatam fuiſſe, ut hæc omnia refert *Zeiller. in d. Topogr. Suevia f.221.*

VI. Ejus inſigne eſſe aquilam nigram clavem albam roſtro tenentem in campo flavo ſecundum *Schrot. f. 108. & Sibmach. d. p.219.*

VII. Illius cenſum Imperii eſſe 80. florenorum & Cameræ cũ augmento ſingulis terminis 95. florenorũ 53. crucig. & 5. obolorum ſecundum *Zeiller. d. Tit.7. n.65. ubi* ſimul relationem *Beckeri & Limnæi* adduxit.

Windeshamium & Winshamium Germanicè Winßheim *& in Diplomate Caroli IV. Imperatoris*

C. *de anno* 1360. *apud Knipſch. d. l.3. c.57. n.25.* etiam Wintsheimb & Winisheimb *à conditore ſuo Windegaſto* Pharamundi Francorum Regis Conſiliario, uti ab ejus ſocio Salagaſto Salagaſtadt/ nomen *quaſi Windegaſti ſedes vel domus* obtinuiſſe refertur à *Trithem. in Compend. Annal. l.1. ſub dicto 43. Rege f. 35. aliis verò, ut apud Zeiller. in Topogr. Franconiæ f.59. legitur, à vini frequenti culturâ* ita dicta ſcribitur.

Sita verò eſt in Franconiâ ad Æſtum amœnum loco admodum amœno & fertili, ut ex Epigrammate apud *Reuſn. l.1. c.17.* relato dignoſcitur.

Quando & à quo, quibusq; modis imperio incorporata fuerit ſimiliter non reperitur, ſed ex dicto privilegio Caroli IV. Imperatoris anno 1348. *Eslingæ dato & paulo ante ſub Wimpinâ in pr. adducto, uti etiam alio ejusdem de anno* 1360. *ſub Weiſſenburgo Norici à Knipſchild. n.25. & 26. & literis oppignorationis Friderici*

D. *Burggravii Norimbergenſi n.23. adductis apparet, illam jam præterito tempore urbem imperialem fuiſſe.*

De illâ ſequentia notanda.

Illam I. ad Præturam & Advocatiam Provincialem Rotenburgicam ad Tuberim pertinuiſſe, ut ſub dicto Weiſſenburgo n.4. conſignavimus.

II. Ab Imperio Friderico Burggravio Norimbergenſi anno 1325. oppignoratam fuiſſe & ſe propriâ pecuniâ anno 1360. redemiſſe, ut ſimiliter *ſub dicto Weiſſenburgo n.3.* memoravimus.

III. Anno 1428. *in in bello Huſſitico ampliatam & muris ac foſſis exterioribus munitam eſſe, ut ex Munſter. refert Knipſch. d. l.3. c.61. n.4. ſed hoc apud Sauram* in dem Stædtebuch *reperitur.*

IV. Gaudere ſequentibus privilegiis.

1. *Caroli IV.* ſub Weiſſenburgo Norici *n.3.* adducti, ſecundum quod non poteſt oppignorari vel ullo modo alienari.

2. *Maximiliani I. de an.* 1499. vigore cujus certa ſum-

ma cum modo appellandi ſtatuta eſt, ut legitur apud A. *Knipſch. d. l. n. 6.*

3. *Caroli V. de anno* 1556. apud *Eund. n. 7.* ſecundum quod in cauſis injuriarum planè appellari non poteſt, ut ibi legi poteſt.

4. *Rudolphi II. de anno* 1576. vigore cujus Cives & ſubditi exemti ſunt ab omnibus extraneis judiciis, exceptis Ehehafften/ut ex *Webner. apud Gylm. Tom. 6. c. 7. §. 45. f. 233. refert Knipſch. n. 8.*

V. *Senatum conſtare ex 24. perſonis, quarum dimidia pars interior,* in quo quinque conſules ſunt, & *altera pars exterior Senatus vocatur,* & præterea conſtitutum eſſe ibi perpetuum Prætorem Imperii, qui etiam Superior vocatur, coram quo omnes injuriarum cauſæ, tam inter Senatores ipſos vel inter Senatores & cives vel hos ſolum intercedunt, ventilantur & citra appellationem deciduntur, ita tamen ut Senatus (niſi forte actorum vel reorum partes ipſe agat) in cognitione & dijudicatione ſimul concurrat, ut apud *Zeiller. in Topogr. Franc. f. 59. & in d. Privilegio Caroli V. legitur.* B.

VI. *Inſignia aquila* in campo flavo ſecundum *Schrot. f. 108. ſed ſecundum Sibmach. d. f. 219. in campo albo.*

VII. *Cenſum Imperii* 168. florenorum & Cameræ cum augmento ſingulis terminis 133. florenorum 21. cruc. & 5. obolorum *Zeiller. Tit. 6. n. 17.*

Wormatia *antiquiſſima,* & ut quidem *Bruſchius de Epiſc. German. ſub Wormatienſibus cum aliis tradit, jam mille quingentis annis ante Chriſtum natum celebris, ac cum aliis urbi Trevirenſi ſubjecta urbs (de cujus tamen veritate non immerito dubitat Brovverius in Annal. Trevirenſ. Proparaſceve c. 23. n. 12. f. 49. & ibi Maſenius in Not. & Additam. f. 103.) variè denominatur, ut legitur poſt alios apud Zeiller. in Topogr. Palatin. Infer. f. 54. ſed veriſſima Altham. in Comm. ad Taciti German. p. m. 202. Freheri in Origin. Palatin. parte 2. c. 13. in f. & Cluver. in Germ. Antiq. l. 2. c. 13. eſt opinio illam à Ptolomæi l. 2. c. 9. & Antonini Itinerar. memorato Borbetomago vel Bormitomago paulo ſucceſſive inflexo verbo, ut quod primum Vorvetomagus poſtea Vorvemagus tandem contractè Vormagia ac denique Wormacia diceretur nominatam eſſe.* C

Romanus verò poſterioribus uſitato & ſub Coloniâ ac Spirâ memorato modo, quo cum natione ipſâ idem nomen primariæ urbes habuerunt, Vangiones apud Marcellin. l. 15. p. m. 54. & l. 16. p. m. 60. & alios, & *urbs Vangionum,* & apud *Antoninum Imperatorem in d. Itinerar. à Lehman. in Chron. Spirenſi l. 1. c. 7.* (ſi modo genuinum eſt) *utroq; nomine civitas Vangiorum, &* Wormen/*Ut etiam in alio catalogo ſub Carolo Magno anno regni 42. confecto & à Goldaſto Tomo 3. Rerum Alemannic. f. m. 87. adducto Civitas Wangionum, id eſt, Wormatia vocata fuit.*

Sita eſt autem illa in amœniſſimo & fertiliſſimo ſolo prope Rhenum, atque eo nomine à *Gunthero l. 5. Ligurini poſt pr.* valde celebratur. D.

Illam à Caroco Vandalorum Rege circa annum Chriſti 410. funditus ſubverſam & Romanis à Francis circa annum 475. ademtam narrat Trithem. in Compendio l. 1. Annal. ſub Rege 42. f. 33. & 46. f. 39. ac inde à Clodovæo Rege 47. reſtaurari cœptam & à Reginâ impiâ Brunhilde egregie ornatam fuiſſe Zeiller. d. l. f. 55.

Sub Francicis & Germanicis Regibus primo per Duces (ex quibus etiam ideo *Eberhardus* & *Conradus Dux Wormaciæ apellatus,* ut poſt *Lehm. l. 4. c. 2. poſt pr. memorat Idem ibid.) & Comites, poſtea verò per Epiſcopos ſicuti omnes Imperii civitates ita etiam hanc gubernatam fuiſſe Idem ibidem refert, & nos præc. th. 3. in explicat. generaliter remonſtravimus. De illâ plura legi poſſunt apud Irenic. in Exeg. German. lib. 12. f. 424. & ſeq.*

Illam à primis Francicorum Imperatorum temporibus Imperii civitatem late ſic dictam vel potius villam fuiſſe dubio caret, & ſatis inde probatur, quia jam à Pipino Rege anno 764. ibi conventus Imperii habitus ſecundum *Annal. Regum Francic. Adelmi Benedict. ad illum annum, & ejus filium Carolus M. anno* 770. 772. *&* 776. conventum generalem habuit *anno* 781. ei Thaſſilo Bojoariæ Dux reconciliatus *anno* 783. *ab illo cum Faſtrada nuptiæ celebratæ ſunt, referente Reginone l. 2. ad illum annum,* & cum *is an.* 790. ibi hyemaret, *Palatium Imperiale incendio conſumtum fuit,* ſicuti etiam ibi *ejus filius Ludovicus Pius anno* 833. *&* 839. filio ſuo Lothario recôciliatus fuit, & *hujus nepos Ludovicus II. anno* 857. conventum Imperii celebravit *anno* 866 filium ſuum Ludovicum in gratiam recepit, ac anno 868. *Synodum celebravit Ludovicus III. Imperator anno* 880. colloquium, ac *ejus filius Carolus Craſſus* 882. conventum generalem habuit.

Sed Munſterus d. l. 3. c. 176. ex relatione Magiſtratus illius loci *memorat, ſub Ottone I. Imperatore, cum imperium à regno Francorum ſeparatum eſſet, etiam urbem hanc imperio tanquam liberam civitatem permanſiſſe, adeoq; ab illo tempore talem eſſe, & Limn. d. l. 7. c. 56. n. 6. illam demum ab Henrico II. Imperatore libertatem acquiſiviſſe narrat, de quo etiam legatur Knipſchild. d. l. 3. c. 62. n. 7.*

Quomodo ſequentes Imperatores illam honoraverint, ſtudio præterimus, & Lectorem curioſum ad Munſter. d. l. 3. c. 177. & ſeqq. editionis Germanicæ remittimus, ubi ſimul conventus Imperii ibi habitos recenſet. *Hoc ſolum addentes, quod Maximilianus I. Imperator ibi anno 1495. primam Cameræ ordinationem, Pacem publicam & alias ſaluberrimas Imperii conſtitutiones confecerit.*

De illâ porro ſequentia notanda.

I. In eâ Epiſcopatum perantiquum & quidem jam ante annum 349. conſtitutum eſſe, ut videri poteſt apud *Bucelin. in Germ. Sacrâ p. 1. f. 10.*

Ubi notandum Epiſcopatum hunc olim ampliſſimum & ideo in Archiepiſcopatum olim converſum, ſed cum Gervilio Geroldi filius & Epiſcopus 13. anno 729. illum, qui patrem ejus occiderat, ſub fictâ amicitiâ advocatum trucidaſſet, in ejus ſceleris deteſtationem Pipinus Francorum Rex Archiepiſcopatum illum Moguntiam tranſtulit, & tunc S. Bonifacius primus hîc Archiepiſcopus & contra Wormatiæ Wernharius primus Epiſcopus à dicto Pipino conſtitutus, & Archiepiſcopatus ille ditiſſimus utpote 15. vel 16. ut refertur in Compilat. Chronolog. apud *Piſtor. Tomo I. Script. Germ. f. 727. Epiſcopatus ſub ſe habens, in pauperrimum & Moguntino ſubjectum converſus eſt Epiſcopatum, ut poſt Munſter. d. l. 3. c. 183. tradit Bucelin. d. f. 10. & 2. & Zeiller. in d. Topogr. f. 58. & nos etiam præt. Sect. 2. c. 2. th. 4. expl. a. 4. tradidimus, & inſuper ex exiguo ejus cenſu ſeq. n. X. relato apparet.*

II. Epiſcopos hos ſemper & ab Ottonis I. tempore urbis dominium affectaſſe, at Munſter. d. c. 176. memorat, & ideo magnas ſæpe inimicitias inter illos & hanc ortas eſſe, inprimis verò *ſub Imperatore Friderico II. Cum enim apud illum in Conventu Ravennenſi Henricus Epiſcopus 39. ortu Comes Sarbruggenſis contra urbis privilegia quædam jura obtinuiſſet & illa reverſus civibus indicaſſet, hi iſta non curando privilegiis ſuis inſtitêre.*

Idcirco Epiſcopus ille irâ incitatus urbem cum omnibus incolis excommunicavit, & omnes clericos exceptis parochiis (quibus tamen etiam Sacramentrorum adminiſtrationem certo modo interdixit) ex illâ excedere

re juſſit. *Ac licet diſſidium hoc* cum contenſu Henrici Regis Friderici Imperatoris filii anno 1233. *per certos arbitros ita compoſitum fuerit, ut civitas certa quædam jura Epiſcopo cederet, nihilominus tamen per* 300. & quod excurrit, annos fere inter omnea Epiſcopos & cives ex illa compoſitione continuè controverſiæ ortæ fuerunt, & ideo *clerus ſæpe ad multos annos, & quidem ultimâ vice ab anno 1399. uſq; ad annum 1490. urbem deſeruit, ut Munſter. c.182. memorat, addens* urbem illam per iſta diſſidia magna decrementa paſſam fuiſſe. *Sicuti etiam ex Bruſchio memorat Cruſ. p.2. l.1.c.2. f.2. dictum Henricum Epiſcopum cum conſenſu memorati Imperatoris in hac ſeditione civitatem dirutâ Senatoria Curiâ ſuæ juriſdictioni planè ſubjeciſſe, & Bucel. d.p.2. f.11. ſub dicto Epiſcopo 54. & ſeqq. perpetuæ hujus, ut ipſe vocat, ſeditionis & rebellionis meminit,* & adhuc ſub Epiſcopo 62. Johanne à Dalburg 1503. mortuo ſeditionem illam duraſſe refert.

A. B.

Quibus addendum laudatiſſimum Imperatorem Maximilianum I. propter Reinbaras Epiſcopi 63. inobedientiam (quem etiam ideo depoſuit) *omnia Epiſcoporum ſecularia jura ab Imperatoribus feudi jure conferre ſolita cum reditibus civitati donaſſe, ſed poſt ejus mortem Epiſcopos illa per certa pacta recuperaſſe, ut tradit Idem Munſter. d.l. Verum Zeiller. in d. Topogr. f.55. memorat, per Imperatorem illum anno 1509. omnia diſſidia ſublata & clerum in civitatem reverſum eſſe.*

III. Epiſcopos illos hodie hoc jure in illa urbe gaudere, ut Senatus ſingulis annis in Templo Cathedrali illis juret, & illi unum Senatorem confirment, ut tradit Idem ibid.

IV. In illa duo torneamenta nempe ordine 13. anno 1209. & ultimum anno 1487. celebratum fuiſſe ſecundum Modium in Pandect. Triumph. Tomo 2. f. 69. & f. 157.

C.

V. Urbem hanc præter dictas ſeditiones (quibus etiam illa, quam ab anno 1513. uſq; ad annum 1515. ſuſtinuit, ut narrat Zeiller. f.57. annumeranda eſt,) & calamitates etiam alias perpeſſam, & quidem anno 871. fulmine incenſam ſecundum Herman. Contract. in Chronico & Bappenheim. in Chron. Auſtrali apud Freher. Tom.1. Scriptor. German. f.311. ad d. annum (*quod tamen Marianus in Chron. ann.873. factum eſſe memorat.*)

Anno 891. à Normannis everſam eſſe, ut poſt d. *Marianum in Chron. ad illum annum & alios memorat Cruſ. p.2. l.3. c.3. f.72. & Zeiller. in d. Topogr. f. 57.*

Anno 1221. & 1234. graviſſima & ſemper dimidiam ferè partem abſumentia incendia paſſam eſſe.

Anno 1515. per triennium a Franciſco à Seckingen, ut narrat Munſter. d.l.3.c.183. fruſtra obſeſſam & bellum hoc à Maximiliano I. Imperatore anno 1518. compoſitum eſſe.

D

Damna, quæ in præterito bello Germano Suedico eſt paſſa, & quomodo intra bienniũ in præſidium Cæſareum 775601. florenoa & quod excurrit expende re coacta fuit, ex *Meriani Theatro Europæo Tomo IV. f.466. refert Zeiller. d.l.f.58.* & ideo populoſiſſimam & ditiſſimam hanc urbem admodum imminutam fuiſſe, ſecundum *Munſter. d.l.3.c.182.*

VI. Senatum ibi hodie eſſe Auguſtanæ confeſſionis, & ex 15. perſonis, ex quibus & *primario* die Stadtmeiſter/Conſules & tredecim Senatores perpetui, ac ex quibus onus ab Epiſcopo ſingulis annis confirmatur, ut refert *Zeiller. ibid. f.55. & Autbes* in Sauers vermehrtem Städtebuch. Reliqui duodecim ſecundum Eundem ambulatorii ſunt, & vulgares Senatores vocantur, conſtare.

A.

VII. Illam olim fuiſſe in protectione Electorum Palatinorum, ſed cum Fridericus V. à Cæſare Ferdinando II. proſcriptus eſſet illa hujus juſſu eam reſignavit, & vi ſingularis receſſus & reverſalium ſolius Imperatoris & Imperii protectionem agnoſcere juſſa fuit, ut refert Lerch. de Ordine Equeſtri in fundamento 2. Summ. 3. n.38. f.113.

Quoniam verò Sereniſſimo Electori Palatino Carolo Ludovico & ejus hæredibus omnia bona, jura & appertinentia, excepto Electoratu antiquo, vigore Inſtrum Pacis Germano-Suedico art.4. in pr. reſtituta, & omnia in contrarium acta, caſſata ſunt, procul dubio illi etiam hoc jus reſtitutum fuit.

VIII. A Senatu quidem ad Epiſcopum illius loci appellari, ſed hunc vigore transactionis non cognoſcere neque definire, ſed cauſas illas ſemper ad Cameram Imperialem remittere, ut ex W*ehnero apud Gilman. Tom. 6. Symphor. c.7. §.46. & Tom.3. f.37. refert Knipſch. d.c. 62. n.15.*

B.

IX. Illam ſequentibus gaudere privilegiis.

1. *Henrici IV. Imperatoris de anno 1073. à Limn. Tomo 4. l.7. c.56. n.IX. relato*, quo ab omnibus regiis teloniis immunes redditi.

2. *Henrici V. Imperatoris à Friderico Barbaroſſa anno 1180. confirmato*, vigore cujus immunis reddita eſt à ſolutione deß Budtheils vel Hauptrechts/ & de qua *ſub Spirâ n.18. in pr.* egimus, ut ex *Diplomate apud Lehman. l.4.c.22.f.356.* dignoſcitur.

3. *Caroli IV. de anno 1355.* continente varia capita & *a Limn. Tom. 4. l.7. c.56. n. VI. relato.*

C.

4. *Ejusdem de anno 1348.* quo Judæi civibos cum omnibus perſonis & bonis traditi fueruot *Ibid. n. VII.*

5. *Maximiliani I. Imperatoris de anno 1514.* ſecundum quod à ſententia Senatus ad neminem, quàm novem Commiſſarios à Senatu ex ſuo Collegio electos & juramento ſuo ſolutos appellari poteſt, ut ex illo ab *Eodem Tomo 3. d.l.7.c.56.n.9.* relato videri poteſt.

6. *Ferdinandi I. Imperatoris de anno 1558.* quo civitati permittitur Judæos intra biennium expellere relato ab *Eodem d. Tomo 4. l.7.c.56. n.VIII.*

Ad privilegia quoq; ſpectat, quod 7. ibi civis mortui filius nobilis vel plebejos, ſi adhuc extra matrimonium degit, Senatui pro jure tributario ſecundum conventa aliquid dare & jus civitatis impetrare & ſe capacem illius reddere debeat, ut memorat *Zeiller. in d. Topograph. f.55.*

D

X. Civitatem illam unam ex duodecim deputatis eſſe, ut jam præc. th.5. expl.3. docuimus.

XI. In illa civitatum Diætas alternatim cum Eslinga celebrandas eſſe, ſecundum Limn. d. Tomo IV. l.7.c. 56. n.V.

XII. Inſigne ejus eſſe clavem albam obliquam vel tranſverſam in clypeo rubro, ut narrat *Hoping. d.c.6. parte 7. n.1076. & Sibmacher. d.p.219.*

XIII. Cenſum illius eſſe quo ad Imperium 276. florenorum & Cameræ cum augmento in uno termino 218. floren. 48. cruc.

Et Epiſcopi quo ad priorem 76. florenorum, quo ad poſteriorem verò cum augmento ſingulis terminis 41. florenorum 42. cruc. & obolorum ſecundum *Zeiller. Tit.8. n.36. & n.3.*

Zella Zell **am Hammerſpach** *etymo & ortu* A.
incognitis in circulo Suevico ad Mortenaviam verſus Rhenum ſita imperii urbs *parum celebritatis & notatu digni habet, ſicuti etiam, quando & quomodo Imperio acceſſerit incognitum eſt*, & in nullo antiquo civitatum Imperalium & ne quidem à Friderico III. Impetatore confecto & à *Gold. p. 1.* **der Reichs Satzungen** *f.* 181. relato catalogo repetitur, *& forte primum* in publicis Imperii conventibus anno 1524. quo Comitiis Norimbergicis per legatum interfuit, comparuit; *Reperitur etiam* **in dem Anſchlag der neuen** *Moderation* **zu Wormbs** *anno* 1551. *at conſequenter jam anno* 1521. *ſimul cenſum Imperii ſuſtinuit, quoniam jam anno* 1545. *moderationem obtinuit, ut legitur apud Limn. l. 4. c. 7. poſt n. 66. & Tomo 4. poſt c. 56.*

De illa paucula ſequentia notanda.

Illam I. Catholicam religionem ſolum fovere Zeiller. in Topogr. Suevia f. 224. B.

II. Habere pro inſigni Aquilam cum corde in clypeo albo Sibmach. d. p. 219.

III. Cenſum Imperii, ut dictum, 1546. & 1551. moderatū, eſſe 40. florenorum, & cameræ cum augmento ſingulo termino 14. florenorum 10. cruc. 5. obolorum *Zeiller. de Circ. Imp. Tit. 7. n. 74.*

CAPUT II.

DE CIVITATIBUS IMPERII, & in ſpecie de iis, quæ controverſi adhuc ſunt juris, & quæ jam pleno jure exemtæ, uti etiam, quæ ab Imperii corpore planè avulſæ ſunt, deq; illarum origine, antiquis juribus, privilegiis & affectionibus. C.

SUMMARIA.

TH. I. Ratio connexionis & diſtinctio illarum civitatum, quarum immediatus ſtatus adhuc controverſus vel dubius, vel jam planè ſublatus eſt, & quæ ab Imperio planè avulſæ ſunt.

TH. II. Controverſi vel dubii ſtatus urbes quæ.

Expl. Quid per civitates illas, quarum immediatus ſtatus nunc adhuc dubius eſt, intelligatur.

Brackela Weſtphaliæ *cur in hanc claſſem pertineat.*

Donavverdæ *ſitus qualis antiquus & hodiernus ſtatus fuerit & ſit.* D.

Quomodo, quare & quando à Duce Bavaria occupata ſit.

Quæ de illa notanda.

Egræ *ſitus, antiquus ſtatus, oppignoratio, & quib9 cautelis illa facta ſit.*

An adhuc relui poſſit?

Gelnhuſæ *ſtatus expenſus, cum ratione, cur in hanc claſſem ſimul relata ſit.*

Hamburgi *antiquum nomen, varium etymon, alia antiqua nomina, origo, incrementa antiqua, decrementa & deſtructiones, reſtaurationes, antiqui domini, vel potius defenſores. Ejus ſtatus, & quæ illa pro ſua libertate argumenta proferat n. 1. & ſeqq.*

A. *Illa bis pro urbe Imperiali publicè & à Camerâ Imperiali declarata fuit n. 5.*

Ejus cenſus n. 6.

Quatenus illa Reges Daniæ & Holſatiæ Duces recognoſcat.

Illius multa privilegia, bancum publicum, ædificia publica & in ſpecie Eccleſiaſtica quæ, & quæ Secularia, ubi de Ergaſtulo, **dem Zuchthauſe.**

Qualitas Hanſeatica, exercitium religionum, commune cum Lubecâ territorium quibusdam in locis, inſignia.

Hervordia Weſtphaliæ *qualia argumenta libertatis & immedietatis pro ſe adducat, & quomodo illa ab Electore Brandenburgenſi impugnentur, ac quomodo urbs illa hodie ſe gerat quo ad ſuum ſtatum.*

Magdeburgi *origo, etymologia, rationes pro immedietate illius adducta, cur illa in hāc claſſem relata ſit.* B. *Ejus prætenſum jus Stapulæ, privilegia, ſummum olim Dicaſterium, Archiepiſcopatus & primatus à quo inſtitutus, Burggraviatus, Templum cathedrale cum duabus turribus elegantiſſimum, qualitas Hanſeatica, obſidio in præcedenti ſeculo, & obſidio altera, occupatio & deſtructio miſerabilis præterito anno 1631. facta, porro religio, inſignia & ſimilia.*

Verda Weſtphaliæ, *ejus controverſia prætorito tempore cum Epiſcopo propter prætenſam exemtionem exercita, Cenſus nuperrimus.*

Veſaliæ inferioris *cenſus nuperus, exemtio prætenſa, litis pendentia ob illam in Camerâ Imperiali.*

Warburgum Weſtphaliæ *qualem cenſum habuerit, ejus exemtio & litis pendentia in Camerâ Imperiali ob illam.* C.

Judicium noſtrum de hiſce poſtremis tribus urbibus, quo ad ſtatum immediatum citra ullum præjudicium prolatum eſt.

TH. III. Civitates Imperiales à Statibus Imperii planè exemtæ quæ ſint.

Expl. Alshemii *ſitus, & antiquus atq; hodiernus Status, quis fuerit & nunc ſit, refertur.*

Altenburgum *Miſnia, à quo imperii urbs facta, & quando & quomodo in Ducum Saxoniæ poteſtatem pervenerit.*

Andernaci *antiquus & hodiernus ſtatus.*

Bopparium à quo Imperatore Trevirenſi Archiepiſcopo oppignoratum & quomodo ab hoc plane ſubactum fuerit.

Brigantiæ *antiquus & hodiernus ſtatus.*

D. Brunſvviga *à quo condita, & à quibus aucta, ejus prætenſum immedietatis jus, quando plane ſubacta, ejus quinq; regiones & totidem curia n. 1. & 2. eſt caput Hanſeaticarum in Saxoniâ ſitarum urbium.*

Ejus munimenta, & frequentes obſidiones, turris altiſſima, tormentum bellicum maximum, privilegia, inſigne.

Chemnitium *quando ex immediatâ provincialis urbs facta ſit.*

Conſtantia, *antiquiſſima urbs quomodo, cur & quando ex immediatâ provincialis urbs facta ſit.*

Habet Epiſcopatum antiquiſſimum & ditiſſimum, fuit ibi Concilium notum anno 1414. & ſeqq. celebratum, ejus inſigne.

Duisbu-

Duisburgum *olim imperii urbs, ejus cenſus nuperus, exemtio & lis de illa, Academia nuper inſtituta.* A.

Erfurdia *Thuringiæ metropolis, fundamenta pro immedietate quæ habuerit.*
Ejus etymon diverſum, erigo, munitio. Illa pro mediata quando declarata, hodie plane ſubacta.
Ejus ſitus, Academia, campana maxima, protectores qui, antiqua bella.

Feldkirchæ *antiquus & hodiernus ſtatus, judicium de priori.*

Lemgoviæ *in Weſtphalia antiquus & hodiernus ſtatus.*

Limburgi *immediatus ſtatus, antiquus cenſus, & vigor, oppignoratio, deſtructio, hodierni domini.* B.

Marcoduri *antiquus & hodiernus ſtatus.*

Moguntia, *quando & quomodo ex immediata provincialis urbs facta.*
Habet Epiſcopatum antiquiſſimum, poſtea in Archiepiſcopatum mutatum & Academiam celeberrimam.

Neoburgum ad Rhenum, *quando & quomodo Auſtriacis oppignoratum.*

Oppenheimium *antiqua Imperii urbs quomodo ad Palatinos pervenerit.*

Quedlinburgum in Saxoniâ, *à quo muris circumdatum, ad imperium pertinuit, quando Abbatiſſæ ſubjectum fuerit, cenſus imperialis moderationem petiit.* C.
Eſt ibi Abbatiſſa.

Rheinfeldâ Alſatiæ, *quomodo & quando Auſtriacis oppignorata, ſe liberavit & iterum ſubacta fuerit.*

Sarbrück & Sarburg *ad imperium etiam pertinuit, ejus exemtio & hodiernus Dominus, ac exuſtio.*

Suſatum *in Weſtphaliâ quomodo primùm ad Electores Colonienſes & poſtea Clivenſes Duces pervenerit, ubi de ejus obſidionibus & bellis, uti etiam exemtione.*

Treviris *antiquitas, argumenta pro immedietate, adjudicatio Archiepiſcopo facta.*

Veſalia ſuperior, *à quibus Trevirenſibus Archiepiſcopis oppignorata fuit.* D

Vienna Auſtriæ, *à quo & quando imperialis urbs facta ſit, & quamdiu talis permanſerit.*
Ibi turris elegantiſſima, Academia, campana magna, Regia Imperatorum & Archiducum, horum cimiliarchium armamentarium.

Zvvickaviæ *ſitus, antiquus immediatus & hodiernus ſtatus, illa quando Ducibus Saxoniæ ſubjecta, & cur ita dicta fuerit.*

TH. IV. Civitates Imperiales ab imperio planè avulſæ quæ.

Explic. *Quot modis avulſio illa facta ſit.*

Antvverpia, *quomodo avulſa ſit.*
Quæ ibi notabilia.

Baſilea, *quando fœderi Helvetico acceſſerit, & ab imperio avulſa ſit.*

Berna, *quando exſtructa, imperio immediatè ſubjecta, Helvetico fœderi ſociata & ab imperio avulſa fuerit.*
Quæ ibi notanda remiſſivè.

Biſantium, *quando & quomodo avulſum ſit ab Imperio.*

Briſacum, *quomodo & quando Auſtriacis oppignoratum, & poſtea planè ceſſit.*

Cameracum, *quomodo & quando ab Imperio avulſum ſit.*

Campi *urbs Imperialis, quomodo & quando Belgis ceſſit, & ab imperio diſceſſit.*

Dantiſcum, *quomodo & quando in Polonorum poteſtatem venerit.*

Elbinga *ibidem.*

Florentia *à Carolo V. Medicæis tradita.*

S. Galli oppidum, *quomodo & quando ab imperio ſucceſſivè avulſum.*

Geneva *olim imperii urbs, quomodo avulſa.*

Groningæ *cenſus antiquus, & avulſio.*

Luca Italiæ *Reſpublica, an ab imperio planè avulſa.*

Metis, *quomodo & quando primùm & poſtea planè avulſa.*

Muhlhuſium Alſatiæ, *quomodo & quando avulſum.*

Neomagum *itidem.*

Parma & Placentia, *an ab imperio planè avulſa.*
Piſa *itidem.*

Schaffhuſium, *quomodo & quando avulſum.*

Tigurum *itidem.*
Eſt ibi Gymnaſium celeberrimum.

Trullum, *quomodo & quando primum & poſtea planè avulſum.*

Verodunum *itidem.*

TH. I.

Hactenus conſideratio civitatum Imperialium reverà & pleno jure talium: Sequuntur illæ, quæ vel controverſi & dubii etiamnum juris vel à Statibus quibusdam Imperii pleno jure jam exemtæ, vel tandem ab Imperii noſtri corpore per exteros planè avulſæ & in horum poteſtatem pleno ac perpetuo jure rranslatæ ſunt.

TH. II.

Controverſi aut dubii juris adhuc ſunt ſequentes:
Brackela, Donavverda, Egra, Gelnhuſa, Hamburgum, Hervordia, Magdeburgum, ☞ Verda, Veſalia inferior, Warburgum.

Explic.

P*Er imperii civitates, quæ adhuc controverſi ſunt juris, hic intelligimus illas, quæ* à vicinis Principibus talem *in prætenſo vel etiam* jam adjudicato immediatu ſtatu controverſiam ſuſtinent, ut vel Imperatoris ipſius vel Cameræ Imperialis dijudicationem aut ſententiam definitivam propter litem jam motam & adhuc pendentem, vel ſententiam jam latam ſed per remedia juris ab effectu vel viribus ſuſpenſam requirit, vel à Statuum imperii dijudicatione ſolùm dependet.

Sunt autem tales noſtro quidem ſcitu & judicio ſequentes.

Brackela Weſtphaliæ, quæ in matriculis imperii de anno 1521. usque 1551. & 1576. cum cenſu duorum equitum & ſex peditum quidem apud *Limn. d. l. 4. c. 7. p. m.* 101. *&* 165. *& in matricula moderata de anno* 1557. *ibid. p. m.* 191. cum ſex peditibus reperitur, ſed à Paderbornenſi Epiſcopo controverſiam exemtionis in Camera Imperiali teſte Reinking *de Regim. Secul. & Eccleſ. l. 1. cl. 4. c. 21. inf.* adhuc pendentem patitur, de qua etiam legi poteſt *Zeiller. in Topogr. Weſtph. f. 11. &* 57.

Donavverda vel Werda Sueviæ ab inſula vel peninſula, quam præterlabens fluvius Werniz ac Danubius ibi facit, ſecundum *Gœddæum vol. 4. Conſil. Marpurg. Conſil. 37. n. 225. ita dicta, antea Imperialis & ad Suevicum, nunc verò interea ad Bavaricum Circulum pertinens urbs* quondam ad Comites Kyburgenſes & Dillingenſes ſpectaſſe & poſt illorum mortem *ad Duces Sueviæ*, & quidem ſecundum Senatus Auguſtani relationem Imperatori Friderico IV. factam apud *Fuggerum & Bircken. in Hiſtor. Auſtr. l. 5. c.* 13. in pr. ſaltem protectionis jure, ac ab *ultimo Conradino anno* 1266. *ad Duces Bavariæ titulo emptionis perveniſſe ſcribitur; ſed rectiùs jure pignoris ſecundum dictam relationem & literas oppigneratitias à Bircken. in d. Hiſtor. Auſtr. l. 2. c. 4. f. 190. inſertas pro* 2000 *marcis argenti ad Bavariæ Ducem Ludovicum translata eſt.*

Sed cum Rudolphus Elector Palatinus ac Bavariæ Dux Imperatorem Albertum I. graviter læſiſſet, illa ab eo obſeſſa & ſubacta ac imperio attributa ac poſtea à Carolo IV. Imperatore 1348. *Brunnæ die Lunæ ante feſtum Paſchatos ſecundum Eandem in illa immedietate confirmata, ſed ab eodem ſeq. anno* 1376. *die Johannis Francofurti ò Imperatoris Ludovici Bavari filio vel filiis pro* 60000. *florenis aureis oppignorata ac à Ludovico Barbato Bavariæ Duce ſecundum dictam relationem anno* 1398. *adeoq; vivente adhuc patre occupata & per homagium ſalvis libertate ac privilegiis in fidem recepta, ſed poſt paucos annos planè ſubjugata* & per 16. annos tanquam provincialis habita fuit, *donec in injuſto ab illo cum cognatis geſto bello à Sigismundo Imperatore in plenam libertatem aſſerta & imperio reſtituta fuit. Hic enim illum anno* 1420. *eò adegit, ut Ulmæ oppignoratitias Imperatoris Caroli literas in ſuas, Imperatoris, manus reſtitueret, quo facto hic illas in ejus præſentiâ demto ſigillo diſcidit & annullavit, ut in d. relatione pluribus narratur.*

Hinc inter illam urbem & Bavaros ſæpè diſſidia & bella orta ſunt, ſiquidem inter alios Ludovicus Dives Dux illam anno 1458. vi militari occupavit, *ſed* ab Imperatore Friderico IV. & Alberto Brandenburgico ideo gravi bello petitus in fine ſequentis anni imperio reſtituere coactus fuit, ut latè *Fuggerus & Bircken. d. l.* recenſent, atque ita illa in hoc *immediato ſtatu uſq; ad*

A. *finem anni* 1607. *permanſit. Cum enim in ea præterito anno* 1605 *& ſequenti* ob proceſſiones publicas ab Antiſtite vel Abbate Sanctæ Crucis ibidem inſtitutas à civibus Auguſtanæ Confeſſionis tumultus oriretur, civitas ideo à Camera Imperiali *in bannum declarata ac executio à Rudolpho II. Imperatore Maximiliano Bavariæ Duci demandata fuit*, & hic Delegatos ſuos eò miſit, & cum Senatus ab initio quidem ſuis exceptionibus uteretur, poſtea verò omnem obedientiam, ſalvâ tamen religionis libertate, promitteret, & inde res ad diſceptationem denuò veniret, banni declaratio in effectum deducta & *executio tandem manu militari anno* 1607. *in Decembri tentata, ſed civitas* non exſpectatâ illâ ſe dedens à dicto Duce Maximiliano pro expenſis & ſumtibus belli occupata ac hucusque ab ejus ſucceſſoribus retenta, & ut ſupra dictum, Bavarico circulo inſerta eſt, ut hæc omnia ex *Thuano Limn.* (interſertis tamen quibusdam notis)

B. *l. 7. c. 13. p. 5.* plenius autem negocium illud *Adlzreiterus in Annal. Boicæ Gentis Parte 3. l. 2. f. 13. & ſeqq.* refert.

Negotium hoc quidem in Tractatibus Pacis Oſnabruggenſis ſimul ventilatum & Art. 5. Inſtrumenti Pacis §. qui ad civitatem &c. inſertum fuit, ut illud in proximè venturis Comitiis reaſſumeretur, ac urbs, ſi ita Status Imperii judicarent, tàm in Eccleſiaſticis quàm Secularibus in priſtinam libertatem reſtitueretur, *ſed* noſtro ſcitu illud nondum deciſum fuit.

Interim de hac urbe ſequentia notanda.

1. *Quod in ea ſit Præfectura Imperii* ex quatuor pagis, aliquot villis, & reditibus conſtans & ad Dominos nunc Comites *Fuggeros* ſpectans jurisdictione ſuperiori gaudens, ut legi poteſt apud *Zeiller. in*

C. *Topogr. Bavar. f. 105. & Limn. Tomo 4. l. 7. c. 13. n. 3. utuntur ideo Comites hi illo titulo, ut ex ſubſcriptione R. J. de anno* 1654. *conſtat.*

2. *Quod Domini vel Comites iſti Fuggeri ideo ſingularem ſuſtineant cenſum ſecundum Zeiller. de Decem Circulis Tit. 4. ſub hac urbe p. 267. civitas verò* ipſa ſecundum moderatam matriculam & priora tempora ſolverit imperio cenſum 136. florenorum, ac Cameræ Imperiali 45. florenorum, ut refert *Idem ibidem ſeq. n. 4.*

Egra antiqua & in ſuperiori Palatinatu ſita imperii urbs *à Ludovico IV. Imperatore anno* 1315. *pro viginti mille marcis argenti Johanni Bohemiæ Regi oppignorata & huc uſq; in regni illius poteſtate relicta fuit.*

Quoniam verò in illa oppignoratione expreſsè

D. cautum fuit, ut urbs hæc quocunque tempore relui poſſit, & prædictus Rex ſeq. anno 1322. promiſit, ſe omnia illius jura ab Imperatoribus conceſſa ſarta tecta relicturum, nec non Imperatores *Maximilianus I. Carolus V. Maximilianus II. Rudolphus II. Matthias & Ferdinandus II.* non contradicentibus Bohemiæ Regni Statibus illud confirmaverunt, de quo *Goldaſt. l. 1. de Regno Bohemiæ c. 17. & Knipſchild. l. 4. c. 1. n. 50. & ſeqq.* legi poteſt, *ac ita* Regibus & Regno Bohemiæ in eâ nudum oppignorationis jus competit, *multi præſtantiſſimi Juriſconſulti & Politici inde firmiter concludunt*, quod illa adhuc quovis tempore ab Imperio relui poſſit, ſicut etiam *Anonymus quidam apud Eundem n. 53* aſſerit, urbem illam vigore Inſtrumenti Pacis reſtituendam eſſe.

Sed quia propter tot ſeculorum prætérlapſum Bohemiæ

bemiæ Regea & Status in caſu inſtitutæ reluitionis contra illam rationes quasdam haud dubio opponent, & ideo deciſio Imperatoris vel Cameræ Imperialis in poſterum neceſſaria erit, illam ioter urbes controverſi juris hic ſtudiò & ut ſperamus, jura poſuimus.

Gelnhuſa antiqua Imperii urbs, ut *prac. th. 7. in explic.* ſub illa deduximus, à Carolo IV. Imperatore Gunthero Comiti Schvvarzeoburgico *oppignorata*, & ab hujus abnepote Ludovico Comiti Palatino & Reinhardo Comiti Hanoviæ cum pacto reluendi *vendita eſt, & eâ de cauſa lis adhuc in Camerâ pendet, quo circa* etiam illam inter controverſas ſimul hic ponere voluimus *in primus quia ideo Imperio nihil contribuit, licet in Comitiis Imperii univerſalibus ſimul ad ſeſſionem & ſuffragium admittatur*, ut *prac. th. 7. in expl.* ſub illâ diximus.

Hamburgum in vetuſtis monumentis & privilegiis illius Eccleſiæ Archiepiſcopali datis ac *Adami Bremenſis Hiſtor. Eccleſ. à Lindenbr. edita* ſubjectis, uti etiam apud dictum *Adamum Bremenſ. l. 1. c. 12. 13. 17.* & paſſim *Witich. l. 2. Ann. f. m. 22. & Ditmar. in Chron. Merſepurg. l. 2. f. m. 22. Hammaburgum*, vel ſecuodum *Helmold. in Chron. Slavor. l. 1. c. 3. & 6.* & paſſim *Hammenburg* dictum perantiqua & celeberrima Nordalbingiæ, nunc Saxoniæ inferioris, urbs *variè pro cujusvis ingenio derivatur.*

Alii enim illam à pernis ſalitis, Saxonibus inferioribus **Hammen** dictis, *alii* à Jovis Hammonis ſimulacro ibi olim culto & à Carolo M. deſtructo, *alii* ab Hamâ Saxone, inſigni fortiſſimoque pugile, qui cum Starcathero Dano, robuſtiſſimo etiam pugile, ex utriusque nationis placito illo in loco in duello congreſſus per medium corpus vel capot diſſectus eſſe à *Saxone Grammat. l. 6. f. m. 105. & ſeq. & Cranz. l. 1. Saxon. c. 11.* ſcribitur, *alii* aliunde nominatum eſſe tradunt, ut legi poteſt apud *Ciſner. in Præfat. ad dictam Cranzii Saxoniam ante fin. Limn. l. 7. c. 13. n. 1. & ſeq. Pontan. in Chorogr. Regni Dan. Hiſtoria Danica ſubjectâ ſub Stormariâ f. 667. Zeiller. in Topogr. Infer. Saxon. f. 125. & Lambec. l. 1. Rer. Hamburg. p. 11. & ſeq.*

Sed miſſis illis partim ineptis partim falſis etymis illam cum Meibom. de Veter. Saxon. finitimarumq; Regionum pagis, Werdenh. de Rebuspubl. Hanſeat. p. 3. c. 3. p. m. 83 Pontano, Zeillero & Lambec. dd. ll. a verbo antiquo Saxonico **Ham** *vel* **Hamme** / quod ſaltum vel nemus, itemque agrum paſcuum, ſive pratum foſſâ cinctum denotat, *& burgo* ita dictam cenſemus, *ut ita caſtrum Sylveſtrum* tunc denotaverit, *quò facit*, quod olim inter rivoa Billam & Alſtriam ſylva non exigua, quæ ad *Dominos vel Nobiles de Hamme*, quorum mentio adhuc in Diplomate Alberti Comitis Orlamundani, de anno 1212. Adolphi Comitis Holſatiæ de anno 1238. Capituli Hamburgenſis de aono 1245. & Alberti Saxoniæ Ducis de anno 1292. apud *Lambec. l. 1. Rer. Hamburg. p. 112. & 97. ac l. 2. p. 94. & 241.* ſit, & quorum ultimus Adamus anno 1338. forte eandem ſylvam Hamme nominatam cum annexo cognomine vico Hamburgenſibus vendidit, ut tradit *Idem in Notis Marginalibus ad d. p. 94. n. 4.* fuerit, de quo etiam *Werdenhag. d. p. 83. legi poteſt.* & adhuc quadrante milliaris Germanici ab illâ urbe ex parte ſita ſit ſecundum *Eund. Lambec. d. l. 1. p. 12.* nec non quod nunc etiam in vicinâ Ditmarſiâ duæ ſylvæ à ſito Suderhamme & Norderhamme dictæ reperiantur, memoraote poſt alios *Eod. p. 13* nec non *Pontano & Zeillero dd. ll.* ac *Schedio de Diis German. Syntagm. 4. c. 3.*

Vocata autem olim etiam eſt, & quidem linguâ, ut nonnulli putant, *Wandalicâ*, narrante *Alberto Stadenſi in Chron. ad annum* 810. *& ſeq. Hochburi, vel potius*

A *ſecundum Adelm. Benedict. in Annal. Reg. Franc. ad eoſdem annos Hochbuchi, aut ſecundum Reginon. l. 2. Chron. f. 38. Honbbuoki, vel tandem à Cranz. in Metrop. l. 2. c. 6. Bochburi* (quod ſecundum illum Wandalicâ, ot dictum, linguâ civitatem Dei ſcilicet Hammonis, de quo etiam *Lambec. in Chronolog. & Auctar. libri 1. quod l. 2. Rer. Hamburg. ſubjunctum eſt, p. 323. n. 4.* legi poteſt, ſignificat) pro quo Idem *Lambec. d. p. 13.* ex antiquo libro ſubſtituit *Buchborch quod forte* caſtellum io ſylvâ faginâ exſtans ſignificat.

De ejus origine ex Lambec. utpote hujus rei maximè gnaro auctore *d. l. 1. p. 3.* (ubi tamen pro dicto Adelm. Bened. in Annal. Reg. Franc. ad dd. annos erroneè Eginhardom citat) & *Regnone d. f. 38.* referre voluimus, quod Imperator *Carolus M. anno* 808. per legatos ſuos in Albis fluminis ripâ *duo caſtella* contra Slavorum incurſiones exſtrui & præſidiis firmari curaverit, & unum illorum à Wilſis, Slavorum gente,
B *Hochbuchi*, ut jam memoravimus, dictum, *anno* 810. unâ cum Legato Odone & præſidio captum atque dirutum *ſequenti anno* 811. per exercitum eo miſſum reſtauraverit, *& tunc demum illud nomen & formam civitatis acceperit*, qood etiam rejectis antiquioribus narrationibus ipſe ex *Adamo Bremenſi d. c. 12. & Helmoldo d. c. 3.* ubi uterque refert, quod illo tempore cùm Slavorum quoque gentes Francorum imperio ſubjicerentur, Carolus M. Hammaburg Nordalbingorum civitatem exſtructâ ibi Eccleſiâ Heridago cuidam ſancto viro & ibi Epiſcopo deſignato regeodum commiſerit, & *privilegio Ludovici Pii Imperatoris* de anno 834. à Lindenbrogio cum aliis, ut jam diximus, inter *Scriptores Rerum German. Septentr. ſimul edito & f. 144.* relato probat.

Quod ejus incrementa concernit, notandum, illa propter crebram orbis vaſtationem & combuſtionem, longo demum tempore acceſſiſſe: *Licet enim* dictus
C Ludovicus Pius patris inſtitutum perfecerit, ibiq; anno 833. vel potius ſecundum *Lambec. in d. Chronolog. & Auctar. ad l. 1. Rer. Hamburg. libro 2. ſubjecta p. 349. anno* 831. *Archiepiſcopatum* ſub Archiepiſcopi Anſgarii gubernatione conſtituerit, & urbem io *Metropolim* Danorum, Suecorum, Slavorum & cæterorum vicioorum populorum exaltaverit, ut in dicto Privilegio Ludovici Pii apud *Lindenbrog. d. f. 144.* continetur ac ab *Adamo Bremenſi d. l. 1. c. 17.* refertur, illiq; Legatum vel Rectorem *Comitem Bernarium*, ut *S. Rembert. in vitâ S. Anſcharii c. 14.* narrat, dederit: *augmentum tamen* illud incboatum & ſperatum Danorum vel Normannorum anno 845. ob dicti Comitis abſeotiam ac filiorum Ludovici diſcordiam improviſo & quidem noctu cum navibus facta invaſio & *urbis incenſio* ſecundom *Rembertum d. l. Adamum Bremenſem d. l. 1. c. 21. Helmold. d. l. 1. c. 5. ac Annal. Fuldenſ. & Metenſ. Regum Franc. ad illum annum* omnem fere
D ſpem reſtaurationis ſuſtulit, dum *non quidem Ludovicus Pius*, ut *Bremenſis d. l. 1. c. 24. & Helmold. d. c. 5.* erroneè tradunt, (ſiqoidem ille jam anno 840. ſecundum *Regenon. l. 2. Chronic. ad illum annum, &* omnes hiſtoricus mortuus eſt, & dicti Normanni ſecundum memoratos Fuldenſes & Metenſes Annales aono demum 845. vel, ut *Sigeb. Gemblac in Chronol. ibidem* habet, anno ſeq. Caroli regnum vaſtarunt, Friſiam invaſerunt & Hamburgum deſtruxerunt, de quo etiam legi poteſt *Cranz. in Metropoli l. 1. c. 35.*) *ſed Ludovicus ejus filius Germaniæ Rex*, quem nonnulli, ut etiam *Cranz. in Metrop. d. l. 2. c. 39.* obſervavit, Cæſarem vocant, ſecundum tenorem paulo poſt allegati Pootificii Diplomatis, & ea, quæ Idem *Cranz. ibidem* conſignavit, ob ita deſolatam urbem & Archiepiſcopalem Eccleſiam Archiepiſcopo Anſgario ad ſui ſuſtentationē anno 858. quo à Pontifice dictum privilegium vel

Diplo-

A. Diploma à *Cranz. d. l.1. c.38.* relatum, teſte *Bremenſe ipſo d. l.1. c.28.* obtinuit, Epiſcopatum Bremenſem ſimul contulit, ac ita utrumque univit, quamvis dictus *Bremenſis* jam anno dicti Ludovici IX. Ansgarium in Epiſcopatum hunc deductum *d. l.1. c. 24.* memoret, *quod tamen* dicto Diplomati non adeò convenit, *niſi dicamus* deductionem vel immiſſionem illam ſaltem in reditus Epiſcopatus vel quoad ſecularia, aut etiam diœceſana, ut ex *d. Vitâ S. Ansgarii c.19. & ſeq.* apparet, non verò de dignitate Archiepiſcopali aut Epiſcopali, vel gubernatione ſedis, quæ demum per dictum Diploma obtenta & longum poſt tempus ſecûdum *S. Rembert. in d. S. Ansgarii vitâ c.20. inf. & Bremenſ. d. l.* ſubſecuta fuit, intelligendum eſſe.

Quibus addendum, urbem, tanquam ex caſtello recenter exſtructam, illâ tempeſtate admodum exiguam & ſolo colle, ubi nunc D. Petri & Cathedrale templum exiſtit, concluſam fuiſſe, ut poſt *Chytræum in Saxon. l.2. f.69. Lambec. p.20.* annotavit, qua etiam de B. cauſâ illa in *d. Annal. Fuldenſ. citato anno* adhuc caſtellum vocatur, eam tamen tunc ſuburbium habuiſſe *in Vitâ S. Ansgarii d. c.14.* refertur.

Longum itaq; tempus præterlapſum eſt donec urbs illa reſtaurata fuit, ut refert Helmold. d. l.1. c.5. idque ſub finem vitæ S. Ansgarii factum eſſe *Lambec. p.28.* narrat. *Sed illa* ſtatim poſt mortem dicti Ludovici Germaniæ Regis anno 876. obitam ab iisdem Danis & Normannis iterum vaſtata atque everſa fuit, ut inter alios refert *Cranz. in d. Metropol. l.2. c.3.*

Atq; ex hoc tempore usque ad annum 915. crevit & in ſuo flore perſtitit, illo enim à Danis & Slavis rurſus vaſtata eſt, ut narrat *Bremenſis d. l. c. 45. licet Albert. Stadenſ. in Chronico & Cranz. l.3. c.2.* id ad annum 913. referant, *ſed* priorem calculum rectè approbat *Lambec. in Chronol. & Auctar. ad l.2. p.435. & 437.*

C. *Quando verò reſtaurata fuerit, non ita exactè traditur, id tamen* ſub Imperatore Ottone M. ac ejus filiu Ottone II. & Hermanno Billingo, Saxoniæ Duce ejusque filio Bennone, ſub quibus omnis Slavia usque ad tres pagos ad Chriſtianam fidem converſa fuit, factum eſſe probabile & ex iis quæ *Lambec. p.30. & ſeqq.* refert, conjiciendum eſt. *Poſt longam iſtam quietem* & reſpirationem cum *Bernhardus* Saxoniæ Dux Billingi nepos emergentibus cauſis arma adverſus Cæſarem Henricum II. corripuiſſet, Slavi vel Obotriti opportunitate arrepta poſt pr. ſeculi undecimi & quidem ſecundum *Lambec. in Chronol. p.524. & ſeq.* anno 1012. aliis 1019. Nordalbingiam ferro & igne depopulati ſunt, omnesque Eccleſias incenderunt, ac Hamburgum ſolo adæquarunt, ut refert *Bremenſ. l. 2. c.30. Helmold. d. l.1. c.16. Detmar. Chron. Martiep. l.3. f.m.32. Lambec. p.42. ac in d. Chronol. p.525.* & alios. D. *Sed Unvvanus Archiepiſcopus & dictus Dux Bernhardus* paulo poſt aliqualem reſtaurationem aggreſſi ſunt, ut tradit *Bremenſ. d. l.2. c.34. & 47.* *Cum vero Bezelinus*, Alebrandus dictus, quartus ab illo Archiepiſcopus non ſolum pro ligneo Beatæ Virginis Mariæ templo ſaxeum ædificaret, ſed etiam aliam domum lapideam (palatium) turribus & propugnaculis valde munitam exſtrueret, *Dux ille Bernhardus* æmulatione operis provocatus, domum etiam munitam pro ſuis paravit, ut ita Baſilica ex unâ parte haberet domum Epiſcopi, ex alterâ prætorium Ducis narrante *Eodem ſeq. c.52.* *Sed poſtea* Dux ille, vel ſecundum *Lambec. p.61. & in dicto Chronolog. p.578.* ejus filius *Ordolphus* ad æmulationem Adalberti Archiepiſcopi in monte Sullenburg prope Hamburgum ad Albim *novum caſtrum* exſtruentis (quod ſi à Bernhardo factum eſt, ante annum 1062. quo ille mortuus, ſi verò ab ejus filio, paulo poſt contigit) *relicto veteri caſtello Hamburg novum ſibi ſuisq; præſidium* (vel caſtellum) intra Albim fluvium & rivum Alſtram fundavit, ut ita corribus vel manſionibus ad invicem diviſis, Dux novum illum tractum, quem nunc referente *Lambec. d. l.1. p.21. & 62.* Parochia Eccleſiæ S. Nicolai obtinet, in ſe comprehendentem, *Archiepiſcopus* vetus oppidum inhabitaret, & urbi illi magnum incrementum accederet.

Cum verò Slavi & in ſpecie Obotriti anno 1066. ut rectè tradit *Helmoldus d. l.1. c.24.* & deducit *Lambec. in dictâ Chronolog. p.583.* interfecto Gotſcalco ſuo Duce Chriſtianam fidem amplexo & ſedulò promovente ab illâ ad paganiſmum recidérent omnem Saxonicam Tranſalbinam ferro & igne vaſtarunt, & *dictum caſtrum* funditus exciderunt, ut præter *Helmold. d. l. Stadenſis l.4. c.13.* ac *Cranz. in d. Metrop. l.4. inf.* ſed in tempore errans memorat.

Neq; hæc contenti perſecutione fuerunt, ſed ſequenti anno 1072 *urbem hanc iterum bis vaſtarunt & incenderunt*, & totam Nordalbingiam interfectis & in captivitatem abductis omnibus maſculis bello aptis ſibi ſubjecerunt, ut narrat Id. *Stadenſis ſeq. c.31. ſimile c.35.* & *Cranz. in d. Metrop. l.5. c.11. 12. & 19.* ubi tamen id Wandalis adſcribit.

Acceſſit autem his calamitatibus urbi illud decrementum, quod Archiepiſcopalis ſedes & dignitas per 240. circiter annos ſecundum *Lambec. p.68.* ibi continuata, ob depoſitam ſpem, urbem hanc nunquam priorem florem recepturam eſſe, *à Bremenſibus canonicis fuerit arrepta*, & tandem conſtanter defenſa, ut apud Eund. *d. p.68. & ſeq. ubi etiam 74.* legi poteſt, atque ita illi in incrementis recuperandis tunc magna remora injecta fuerit.

Poſtquam autem Henricus V. Imperator exſtinctâ in Duce Magno Billingi maſculâ familiâ *Ducatum Saxoniæ* tanquam feudum imperii *Lothario vel Ludero* Comiti Supplenburgico, *hic verò Comitatum Holſatiæ, Wagriæ & Stormariæ Adolpho Comiti Schauenburgico anno 1106. contuliſſet*, & ita ſimul Hamburgum tanquam Stormariæ metropolis & dicti feudi nobiliſſima pars ejus gubernationi ſubjiceretur, ut memorat *Helmold. d. l.1. c.35. aliis 36. & ſeq.* & ex antiquo præterea monumento apud *Lambec. p.78.* conſtat, *ille urbem* omnibus modis amplificare & exornare ſtuduit, & inprimis *ejus uxor* arcem murato opere firmiſſimam contra Barbarorum impetus exſtruit, ut *Helmold. d. l.1. c.56. aliis 57. & Albert. Stadenſ. in Chron. ad annum* 1139. refert: & poſt dicti Imperatoris mortem memoratus *Lotharius II.* in Imperatorem electus, Ducatum illum genero ſuo Henrico Bavariæ Duci in feudum conceſſiſſet, & inde inter hunc & Albertum Urſum Marchionem Brandenburgicum tanquam dicti Magni Saxoniæ Ducis ex filiabus nepotes ob ſucceſſionem in hoc Ducatu magnæ inimicitiæ poſtea in bellum erumpentes orirentur, poſt mortem autem Lotharii ejus ſucceſſor *Conradus III. Imperator* Ducatum illum Alberto adjudicaſſet, resque ad arma veniſſet, ac Adolpho ejus filio Nordalbingiâ ac Hamburgo pulſo *Henricus de Badvvide* à dicto Alberto Comitatum illum cum urbibus accepiſſet, Bavariæ autem Dux paulò poſt Saxoniam vi bellicâ recuperaſſet, Henricus ille de Badvvide cernens ſe in Comitatu ſubſiſtere non poſſe, *arcem Hammenburg* & quicquid Adolphus I. ibi conſtruxerat *incendens* fugæ ſe commiſit, *atq; ita Adolphus hic* in Comitatum reſtitutus eſt, ut apud *Helmold. d. c.56. & ſeq. ac Alb. Stadenſ. ad d. ann.* 1139. legitur, & paulò poſt Hamburgum reſtauravit ac munivit.

Poſt

Poſt ejus in bello contra Pomeraniæ Principes Caſimirum & Bogislaom anno 1164. geſto interitum *filius Adolphus III.* ab Henrico Leone quidem año 1181. expulſus, ſed *à Friderico I.* Imperatore ſeq. anno reſtitutus cum eo anno 1189. in Paleſtinam profectus eſt & *ab illo largiſſimum pro ſuâ urbe impetravit privilegium à Lambec. p.83. & ſeq. relatum*, ſed in abſentiâ à dicto Henrico Leone iterum ditionibus ſuis privatus, reverſus tamen ejecto præſidio ab Hamburgenſibus ſummâ fide receptus fuit. Ut verò in mundo nihil ſtabile & diuturnum eſt, ita quoque *Adolphus ille anno* 1201. *& ſeqq.* à Canuto & ejus fratre Woldemaro paulò pòſt ſucceſſore & Rege Daniæ bis ditionibus & Hamburgo pulſus ac ultimâ vice ſimul captus pro libertate recuperandâ omnibus ſuis terris jurejurando interpoſito cedere coactus fuit & ſic illis & Hamburgo usque ad annum 1225. quo *Albertus Comes Orlamundanus*, cui illa urbs à Woldemaro pro 700. marcis argenti ſecundum *Anonymum Chronici Sclavici auctorem apud Lindenbr. f.223.* tradita fuit, ab Adolpho IV. victus & captus eſt, pater & filius caruit, ut apud *Lambec. d.l.1. à p.93. usq. ad fin. & l.2. p.18. & ſeqq.* legi poteſt.

Adolphus hic in novâ urbe à patre exornatâ ſive regione in quâ nunc Parochia S. Nicolai reperitur, ad illius incrementum *binas nundinas* ordinavit, & alias immunitates dedit, ut *ibid. p.97. & ſeq.* refertur.

Et poſt hæc tempora urbs illa ob pacis fructum & negociorum auctionem per fœdus cum Lubecenſibus publicæ ſalutis & ſecuritatis cauſa initum, ut refert *Lambec. d. l.2. p. 81.* obtentam valde aucta & *anno* 1246. permiſſu Comitis Johannis & Gerhardi fratrem *magnâ ex parte vallo munita fuit*, ut tradit *Lambec. l.2. p.97.*

Sed augmentum hoc per incendium urbis plusquam dimidiæ anno 1281. factum, ut refert *dictus Anonymus Chronici Slavici* ad illum annum, valde remoratum & imminutum fuit. *Sicuti etiam* illud multum turbavit *magna illa ſeditio* adverſus clerum anno 1335. à civibus inchoata & anno demum decimo octavo, intra quod tempus hi ſacris propter interdictum caruerunt, finita, ut inter alios refert *Cranz. in Wandaliâ l.8. c. 20. & in Saxon. l.9. c.28.*

Ab iſto verò tempore urbs illa ſucceſſivè per commercia maximè maritima admodum & ita crevit, ut hodie cum omnibus Germanicis civitatibus de divitiis potentiâ & incolarum multitudine certare queat in primis, quia nova urbs magnificè exſtrui cœpta & maximâ ex parte jam quo ad ædificia publica & privata, uti etiam munimenta abſoluta acceſſit.

Quod ejus ſtatum prætenſæ libertatis & immediatæ ab imperio dependentiæ concernit, fundamenta ejus ab urbe in Apologiâ ſuâ anno 1641. typis vulgatâ & à *Londorp. in Contin. P.4. l.2. f.685. & ſeqq.* ſimul relatâ proferuntur & pro illâ pugnant *potiſſimum ſequentia.*

1. *Quod à Carolo M. ut jam ſupra dictum fuerit exſtructa, & ab ejus ſucceſſoribus in priſtinâ ſuâ libertate ſemper relicta* ac contra hoſtes defenſa & imperio reſtituta uti *de Imperatore Henrico I. & Ottone I. refert inter alios Bremenſis l.1. c.48. & l.2. c.2. ac Helmold. d.l.1. c.8. & de illis ac Ottone IV. Imperatore id narrant Hamburgenſes in d. Apologiâ p.18. ſicuti etiam* illa primis temporibus à Comitibus vel judicibus Regiis gubernata fuit, ut demonſtrat *Lambec. d.l.1. p.35.*

Licet enim poſtea Imperator Otto I. Hermanno Billingo primum illam præfecturam poſt Ducatum Saxoniæ una cum NordAlbingiâ majoris auctoritatis & protectionis vel defenſionis cõtra ſæpe rebellantes paganos causâ contulerit, *& ille hunc* ad poſteros ſuos maſculos usque Magnum transmiſerit, *ac Henri-*

A. *cus V.* poſt Magni hujus mortem Ducatum illum tanquam feudum Imperio apertum *Ludero vel Lothario Supplenburgico* Comiti iterum conceſſerit, *hic verò* Comitatum Holſatiæ, Wagriæ & Stormariæ Adolpho Comiti Schauenburgico dederit, adeoque urbs Hamburgenſis ejusdem gubernationi, ſi non poteſtati, ſimul ſubdita fuerit, ut jam in præcedentibus annotavimus, *illud tamen* ſalvo Imperatoris & imperii uti etiam civitatis ipſius jure adeoque limitativè factum eſt, ut ex *ſeq. n.2.* plenius dignoſcetur.

2. *Quod civitas hæc nihilominus non obſtante Schaunburgicorum dominio vel poteſtate metropolis & ſui juris, ac ſub imperatorum poteſtate permanſerit, ſiquidem Adolphus ille I.* urbis illius jura intervertiſſe nusquam, commodum verò omni modo promoviſſe *ejus filius Adolphus II. & nepos Adolphus III.* idem feciſſe quinimo hic ab Imperatore

B. Friderico I. pro urbe ſingularia *quædam privilegia*, & inter ea, quod cives in perpetuum ab omni expeditione bellicâ pro Comitibus ſuſcipiendâ liberi eſſe debeant, impetravit, *quod utiq.* in proprium ſuum & ſucceſſorum detrimentum fieri non permiſiſſet ſi urbs ejus poteſtati abſolutè ſubjecta fuiſſet, *& ſimul à Friderico II. Imperatore* confirmationem ſuper quasdam conceſſiones, quas de proprio fecit, perpetuatque continuit, ut legitur apud *Lambec. d. l.1. p.98. & ſeq.* Legitur ut jam in præcedentibus ſub ejus incrementis oſtendimus. *Et quod magis eſt, Adolphus IV. illius pronepos*, cum Albertum Comitem Orlamundanum (qui ut ſupra etiam dictum, urbem hanc à Woldemaro Daniæ Rege pro 700. marcis argenti cum plenâ & abſolutâ poteſtate emerat, & illam porrò ſolutis 1500. argenti marcis ab omni poteſtate ſolutam declaraverat,) prælio ſuperaſſet ac cepiſſet, & poſtea, urbem talem omnimodam li-

C. bertatem prætendere comperiſſet, *illam quidem vi ad priſtinum obſequium coëgit à juramento verò fidelitatis liberam reliquit, ut illud Lambec. l.2. p.23. & ſeqq. demonſtrat, ubi ſimul deducit, juramentum illud à ſucceſſoribus quoq. ejus nunquam exactum fuiſſe, de quo ſeq. numero 3. pluribus egimus.*

3. *Quod urbi illa ſecundum dictam Apologiam p. 18. & ſeqq. nulli unquam Principi, præterquam quibusdam Imperatoribus, & quidem ultimâ vice Ottoni IV.* cum anno 1215. magnum exercitum adducens illam à Danorum jugo liberaſſet, *homagiale juramentum præſtiterit ut etiam Cranz. in Daniâ l.7. c.17. memorat, ex ſuo judicio addens*, hanc forte cauſam fuiſſe, cur illa ejus ætate (anno ſcilicet 1510. ſecundum *Lambec. p.105.* quo urbi in publicis Auguſtæ celebratis Imperii comitiis imperii libertas & immediatus & liber imperii ſtatus adjudicatus fuit) imperio ſine medio ſubeſſe putaretur.

D. *Et hinc cum* exſtinctâ Henrici Ferrei Holſatiæ Comitis maſculinâ lineâ, *Chriſtianus* Comes Oldenburgicus, tanquam illius ex nepte Hedvvige, & Theodoro Oldenburgico proximus agnatus & legitimus ſucceſſor] *in Regem Daniæ anno* 1448. *eligeretur*, & anno 1460. ab omnibus ſubditis homagium exigeret ac reciperet, *Hamburgenſes* quidem ad illud certo & reſtricto modo, (id eſt quo ad fidelitatẽ) præſtandũ prompti fuerunt, ſed *juramentum ſubjectionis vel homagium propriè ſic dictum recuſaverunt* ut breviter *Auctor Chronici Slavici apud Lindenbrog. f.243. & latè Cranz. l.8. Daniæ c.29.* & quidem his verbis refert. *De homagio (cujus explicationem vel reſtrictionem vide in d. Apolog. p.11. & 12.) quidem nulla mora, ſed de præſtando juramento ſit dubitatio. Oſtendebant cives Regiæ Majeſtati veterem obſervantiam, eamq. chartis privilegiorum aſtruebant, orantes, ut Regia Majeſtas il-*

lis

Digitized by Google

alterum vero pro iis, qui parentibus, tutoribus, præceptoribus & conſanguineis obedire nolunt, ſua ſcortando, ludendo & potando frivolè dilapidant, & impiam vitam agunt, ut ſcilicet in illo per ſeveram diſciplinam & victum tenuem pro labore vel opere præſtando mereodum ad reſipiſcentiam & pœnitentiam adigantur & compeſcantur, exſtructum & ordinatum eſt, ideoque **das Zuchthauß** nominatum, ut legi poteſt in *Topogr. dictâ f. 135. & ſeq.* A.

Inter ſecularia ædificia laudantur Curia & Pritanæum à Zeiller. d. l. f.136.

VII. Illa inter civitates Hanſeaticas antiquiſſimas merito habeatur in tantum, ut ei origo hujus ſocietatis adſcribenda ſit per ea, quæ habet *Lambec. d. l. 2. p. 83. & 197.*

VIII. In ea quidem omnis religio & quidem Judaica à Portugalenſibus culta etiam toleretur, ſed ſaltem Lutherana publicè in templis, Reformata verò in Anglicani Conſulis vel Reſidentis ædibus pro illâ natione & B.
Judaica in Synagoga publicè exerceatur, ut notum eſt, & ſimul *Zeill. d. loco f. 133.* indicat.

IX. Illa cum urbe Lubecâ commune habeat oppidum & caſtrum Bargedorffinum ex jure oppignorationis ante aliquot ſecula à Ducibus Saxoniæ inferioris factæ, & poſtea cum Lubecâ ex transactione inter dictos Duces & urbes has anno 1420. initâ *quatuor ad illud pertinentia loca*, **Alt und Neu Gamb/ Kirchwerder und Churßlack**/ vulgo **die vier Marſchlande** dicta, perpetuo jure obtinuerit, ut legi poteſt ibid. *f. 27. & 97. ac ſeq.*

X. Inſignia hodie uſurpet burgum cum tribus turribus & portâ, ut legi poteſt apud *Hoping, de Jure Inſign. c. 6. parte 7. §. n. 1048.* ubi etiam de Rutæ folio, pro inſigni ſimul geſto, agit.

XI. De cenſu Imperii & Cameræ Imperialis jam in præcedentibus ſub ratione, cur urbs hæc pro imperiali habenda, ſextâ actum eſt. C.

Quod Hervordiam concernit, præc. th. 7. in expl. ſub illa urbe generaliter adduximus, illam quidem ob gravia fundamenta à Knipſch. d. l. 3. c. 24. n. 11. & ſeqq. adducta, à plerisq; pro urbe Imperiali ſemper habitam: Et ideo etiam cum Duces Juliacenſes & poſt illorum mortem Elector Brandenburgicus ac Dux Neoburgico-Juliacenſis illius immedietatem graviter impugnarent, & controverſia illa diu in Camerâ Imperiali ventilata eſſet, ab hâc anno 1631. 13. Martii probe ponderatis utriusq; partis fundamentis pro civitatis immediato ſtatu pronunciatum, ac non attentâ ab Electore dicto reviſionis petitione eidem paritionem injunctam, & poſtea de non amplius turbando aliquot mandata Cæſarea emiſſa, & cum Sereniſſimus hodiernus Elector non attentis illis urbem anno 1647. per arctam obſidionem ad deditionem & ſubjectionem coegiſſet, illam anno 1651. per Commiſſarios Cæſareos in priſtinam omnimodam libertatem, caſſatis omnibus contrariis actibus, reſtitutam fuiſſe, ut ex Receſſu Executionis apud Knipſchild. d. c. 24. in f. plenius dignoſcitur, ut ita civitas illa in immediato ſuo ſtatu ſatis quidem fundata ſit: D.

Quoniam verò Sereniſſimus Dominus Elector ad inſinuationem Dominorum Commiſſariorum deputatos ad illum actum non miſit, contradictionem ſuam ſi non expreſsè ſaltem tacitè interpoſuit, *& urbs illa neq; in præteritis anni 1653. & ſequentis, neq; in præſentibus Imperii comitiis noſtro quidem ſcitu,* procul dubiò ad prohibitionem Sereniſſimi Domini Electoris, vel ad minimum ex metu novorum tumultuum *comparuit, illam eodem modo, quo præcedentem urbem Hamburgenſem, ſub urbium controverſi vel dubii adhuc juris claſſe ſimul ponere voluimus.*

Plura de illâ & in ſpecie rationes illius immedietati oppoſitas apud Knipſch. d. c. 24. n. 10. legi poſſunt.

Magdeburgum antiqua & ab Ottone I. anno 940. ut illius privilegium, (de quo paulo poſt acturi ſumus) indicat, *exſtructa atq; Archiepiſcopatu & Primatu ornata, ſed nihilominus jam à Carolo M. in quodam Capitulari. c. 7. apud Goldaſt. Tomo 3. Conſtit. f. 156. memorata urbs à virgine* (quæ à plerisque Venus olim in curru ſedens & tribus Charitibus comitata in Ethniciſmo ibi culta fuiſſe, & à Carolo M. deſtructa fuiſſe dicitur, ut latè ex *Pomarii Chronico Magdeburgenſi Zeiller. in d. Topogr. f. 166. & breviter Limn. l. 7. c. 31. n. 3. refert*) & burgo ſecundum *Sigebert. Gemblac. in Chronogr. ad ann. 939. Irenic. in Exegeſi German. l. 12. lit. M. f. 405. &* omnes Scriptores denominata eſt.

Prætendit autem urbs illa libertatem à prima ſua origine à dicto Imperatore Ottone I. ſecundum dictum ejus privilegium obtentam, & immediatum Imperii ſtatum præterea fundat in ſequentibus capitibus.

1. *In privilegiis multorum Imperatorum paulo poſt adductorum.*

2. *In matriculis cenſualibus imperii de dato* **Nürnberg** 1431. 1466. 1467 & 1487. **Regenſpurg** 1471. & **Franckfurt** 1489.

3. *In conventibus imperii ſub & ab Imperatoribus Henrico I. Ottone III. Henrico II. Lothario II. Conrado III. Friderico I. & aliis ibi magnâ celebritate habitis.*

4. *In convocationibus ad comitia ab Imperatoribus factis, & in ſpecie ad Comitia Norberga anno 1431. Viennæ 1460. Auguſta Vindelicorum 1532. & Ratisbonæ 1541 celebrata.*

5. *In recognitione & confirmatione privilegiorum & regalium à ſolis Imperatoribus utpote Ottone III. Carolo IV. Sigismundo, Friderico III. aliis IV. Maximiliano II. Rudolpho II. & Ferdinando II. impetratâ & impetrandâ, de quibus paulo poſt num. 2. agimus,* ut hæc omnia & plura Magdeburgenſis Senatus & civitas in ſua ſupplicatione ad Imperatorem Ferdinandum II. glorioſiſſimæ recordationis apud Leuberum de Stapulâ Saxonicâ vel Magdeburgenſi n. 336. & ſeqq. latius adducunt.

Sed ad hæc fundamenta poſt alios latè reſpondet Leuberus in d. Tr. in numeris ſubſequentibus. Quod verò in ſpecie ad d. Privilegium Ottonis I. attinet, illud nullum & falſum eſſe poſt alios latè tradit Idem n. 199. 542. & ſeqq. item 466. & ſeqq. ac paſſim, inprimis verò ideo, quia Electorum, qui tunc temporis nondum conſtituti fuerunt, facit mentionem.

Quidquid verò ſit illud per Inſtrum. Pacis art. 11. §. civitati verò &c. approbatum & reſtitutum eſt.

Quibus tamen addendum Magdeburgenſium Legatos, licet ipſorum cauſam Legati Suedici ſtrenuè promoverint, in præteritis Ratisponenſibus Comitiis ad ſeſſionem & ſuffragium admiſſos non fuiſſe, & ne decretum quidem ideo obtinuiſſe, & urbi cenſum Imperii ac Cameræ nondum adſcriptum fuiſſe, ut taceamus, illam ab Electore Brandenburgico ante aliquot annos ad homagium præſtandum & præſidium recipiendum adactam fuiſſe. Quo circa etiam à nobis non immeritò inter urbes controverſi adhuc vel dubii juris hoc loco relata eſt.

De illa porro notanda ſequentia.

I. Illam ex dicto Ottonis Privilegio Imperatoris Caroli IV. Decreto de anno 1377. & aliis à *Borcholten Conſil. 6.* adductis fundamentis, uti etiam continuâ poſſeſſione *prætendere jus ſtapulæ frumentariæ in Albi, ſed illud poſt alios à Leubero in d. tr. n. 81. & ſeqq. ſatis acriter & erudite impugnatum eſſe.*

II. Illam multis aliis præterea privilegiis ornatam eſſe, utpote confirmatione Ottonis II. de anno 978. dicti privilegii à Patre conceſſi & omnium veterum jurium ac conſuetudinum, & ſimili *Caroli IV. de anno 1355. Sigiſmundi de anno 1431.* quâ ſimul Senatus & cives, excepto caſu denegatæ juſtitiæ, immunes facti ſunt ab

extraneis quibusvis judiciis etiam Imperatoris aulico tribunali & *Friderici IV. de anno* 1474. Item privilegio *Maximiliani II.* de anno 1567. quo jus cudendæ monetæ aureæ & argenteæ conceſſum eſt, & alio Ejusdem de anno 1560. quo repreſſalia adverſus Magdeburgenſes prohibentur *confirmato à Rudolpho II. de anno* 1596. *Ferdinandi II. de anno* 1628. quo conceſſio Ducis Fridlandiæ de demoliendis ambobus ſuburbiis, quatenus civitatis defenſioni nocent, illi præcedenti anno facta, confirmata eſt.

III. In illâ Juris Weichbildici ſummum conſtitutum fuiſſe Tribunal ſecundum gloſſam **im Landrecht** *l. 3. Art. 62. & Weichbild. art.* 10. Pfalziam Saxonicam dictum, *quâ de causâ non ſolum* inquilini & Saxones, *ſed etiam* exteri, utpote Poloni, Sileſii, Luſati, Bohemi & Marchici in rebus controverſis jus ibi petierunt & in ſententiis ſuorum judicum gravati olim ad illud provocarunt, ut refertur in **Weichbild** d. art. 10. de quo etiam legatur Speidel. in Speculo ſub verbo **Magdeburgiſch Recht.**

IV. De ibi ordinato, ut in principio diximus, Archiepiſcopatu & Primatu Germaniæ, notandum,

1. *Dictum Ottonem I. Epiſcopatum quidem ſaltem ibi conſtituiſſe, ſed à Pontifice impetraſſe, ut in Archiepiſcopatum elevaretur*, ſicuti etiam illo adhuc vivente anno 971. (vel ſecundum alios 968.) primus Archiepiſcopus S. Adelbertus in Archiepiſcopum ibi ordinatus, & ab Archiepiſcopo Moguntino unctus fuit, ut tradit *Ditmarus in Chron. Merſepurgio l. 2. f. m.* 20. *Cranz. à Metropoli l. 3. c. 28. & Zeiller. in d. Topogr. f.* 177. *ubi prior addit*, ſe nullibi reperire potuiſſe cur & quomodo Archiepiſcopus ille Primas fuerit dictus, hoc verò ſcire, nonnullos Archiepiſcopos & in ſpecie Electores Eccleſiaſticos Archiepiſcopo illi in honore non cedere, & Salisburgenſem cum eo de paritate contendere. *De hac fundatione etiam legi poteſt Centuria Magdeburg.* 10, *f. m.* 415. *& Langius in Chron. Citizenſi poſt pr.*

2. *Archiepiſcopatum illum*, ut notum eſt, *per Pacificationem Oſnabruggenſem Sereniſſimo Electori Brandenburgico & Succeſſoribus pro ſatisfactione cum titulo Ducatus in feudum ſeculare & perpetuum conceſſum fuiſſe, ita tamen, ut* illum demum poſt Sereniſſimi hodierni Adminiſtratoris mortem (quæ nuper evenit) vel aliam vacantiam ab illo factam pleno jure accipiat, *& Canonici* Eccleſiæ Cathedralis, exceptis tribus primis morientibus, quorum portiones Electori accreſcere debent, in ſuo jure & ſtatu permaneant, ut in *Inſtr. Pac. Germano-Suedico Art.* 11. *§. ſimiliter, & ſeqq.* latius continetur.

V. Ibi quoq; ab antiquo conſtitutum fuiſſe Burggraviatum, eumque hodiè ad Electorem Saxoniæ pertinere, ut notum, & *præc. c. 6. th. 12. expl. 6.* demonſtratum eſt, ubi ſimul de bonis ad illum hodie pertinentibus egimus.

VI. Ibi eſſe templum cathedrale celeberrimum cum duabus turribus, inter principales Germaniæ numerandis, de quibus *præc. l. 1. c. 7. th. 7. expl. 1. & 2.* etiam egimus.

VII. Ibi ante deſtructionem urbis anno 1631. (de quâ ſeq. n. 10. plenius dictum) *factam in foro Rulandi ſtatuam, & Imperatoris Ottonis I. in albo equo equitantis, ut uxorum ambarum effigies ex lapide confectas juxta poſitas fuiſſe*, ut legi poteſt apud *Zeiller, in Topogr. f.* 167. *&* 170. & quo ad priorem apud *Gryphiand. de Weichb. Saxon. c. 79. n. 11.*

IIX. Illam eſſe urbem Hanſeaticam, ut notum, & inter alios tradit *Werdenhag. de Rebuspubl. Hanſeat. p. 3. c. 4.*

IX. Illam anno 1550. *primùm à George Duce Mechelnburgico, & poſtea ab Electore Saxoniæ Mauritio*

A. *ac aliis Principibus nomine Imperii*, quoniam in bannum declarata fuit, *arctè obſeſſam & demùm poſt annuum ſpacium ab obſidione per tranſactionem, ut pacificationem liberatam fuiſſe, ut latè in hiſtoriâ Belli illius à Sebaſtiano Beſſelmeiero deſcriptâ apud Schardium in oper. Hiſtor. Tomo 2. f. m. 1685. & ſeqq.* & brevibus apud *Zeiller. in d. Topogr. f. 173. & ſeq. legi poteſt.*

X. Eandem poſt diuturnam & graviſſimam obſidionem anno 1631. 10. (20) *Maji ab Imperatorio exercitu ſub ductu Ducis Generalis Comitis Tillij & Pappenheimii expugnatam, ac omnia templa, ædificia publica & privata, præter Templum Cathedrale, & Monaſterium ad Beatam Virginem, ac circiter* 139. *parvas domus circa Albim ſitas, in cinerem redacta, uti etiam circiter* 30000. *hominum partim igne, partim gladio deleta eſſe*. ut legi poteſt inter alios apud *Chemnit. Vol. 1. Belli Sueco-Germanici l. 3. n. 15. Lotich. l. 37. Rerum German. Brachel. l. 4. Hiſtor. noſtri temporis p. m. 250. &*

B. *ſeqq. Abelinum in Theatro Europæo Tomo 2. f. 344. & ſeq. & Waſſenb. in Floro German. p. m.* 186.

Ubi obiter notandum hanc devaſtationem à Petro Lotichio Poetâ jam anno circiter 1558. *in carmine ſuo fatidico l. 2. Eleg. 4. exſtante prædictam fuiſſe, & oſtentavaria à Brachel. d. l. memorata præceſſiſſe.*

XI. Religionem in illâ Lutheranam ſolùm receptam & in flore eſſe.

XII. Inſignia illius eſſe virginem ſuper portâ inter duas turres, cum ſerto poſitam, quæ quondam urbem adhuc virginem ſive à nemine vi ſubactam, vel, ſecundum alios, memoriam cultæ, ut ſupra diximus, ibi olim Veneris denotavit.

Verda Weſtphaliæ & Epiſcopatus cognominis metropolis ab Epiſcopo quidem exemta eſt, ſed de illa inter Imperii fiſcales & Epiſcopos lis adhuc in Camerâ ab anno 1602. *pendet, ut narrat Reinking. l. 1. cl. 4. c. 21. in f. & Zeiller. in Itiner. Germ. continuat. f. 31. & in To-*

C. *pogr.* Weſtphal. *f.* 66. *ubi ſimul illius cenſus Imperii, nempe* 15. *peditum, vel* 60. *florenorum refertur.*

Veſalia inferior in Weſtphalia ſita in matriculis imperii apud Limn. Tom. 2. l. 4. c. 7. p. 100. 164. *&* 191. *ac Tomo 4. l. 4. c. 7. p. 572. cenſum habet* 5. *equitum &* 50. *peditum ſive* 260. *florenorum & ad Cameram contribuit, ſingulis annis* 90 *florenos, & à Ducibus Juliacenſibus & Clivenſibus quidem exempta fuit, ſed lis deſuper nata etiam ab anno* 1602. *in Camerâ Imperiali adhuc indeciſa pendet, ſecundum Reinking. d. l. & Zeiller. in d. Topogr. f.* 71.

Warburgam Weſtphaliæ in dictis matriculis cum cenſu trium equitum & tredecim peditum reperitur, & illam quidem *Epiſcopus Paderbornenſis in fine præteriti ſeculi eximere voluit, ſed lis ſuper illâ exemtione in Camerâ Imperiali etiam adhuc pendet, ut memorat Reinking. d. l.*

D. *Sed quo ad tres poſtremas haſce urbes putamus, illas ob tàm diuturnam de exemtione motam & nondum deciſam litem potiùs pro exemtis habendas, & in ſequentem claſſem referendas eſſe; ſicuti etiam ob eandem rationem Duisburgum Weſtphaliæ in illam claſſem retulimus, ſalvo tamen alterum melius ſentientium judicio.*

Plures in hanc claſſem ab aliis relatas ſtudio omiſimus.

TH. III.

Civitates imperiales à quibusdam Statibus Imperii pleno jure exemtæ ſunt ſequentes:

Alshemium, Altenburgum, Andernacum, Boppartum, Bregantium, Brunſvviga, Chemnitium, Conſtantia, Duisburgum, Erfurdia, Feldkircha, Lemgovia, Limburgum ad Lonam, Marcodurum, Moguntia, Neo-

A. Neoburgum ad Rhenum, Quedlinburgum, Rheinfelda Alſatiæ, Sarbrucka in Trevirenſi Epiſcopatu vel Lotharingia, Suſatum, Treveris, Veſalia ſuperior, Vienna Auſtriæ, Zvvickavia.

Explic.

Albemium prope Phedersheim in Palatinatu Inferiori ſitum in antiquis Imperii matriculis reperiri, & adhuc à Carolo V. Imperatore confirmationem regalium atque aliorum libertatis jurium impetraſſe ex *Zeillere Contin. Itiner. German. c.1. f.34.* refert *Knipſch. l.4.c.1.n.4. addens, illam urbem nunc Electorem Palatinum ſuperiorem recognoſcere. De illâ plura apud Zeiller. in Topogr. Palatin. Infer. f.10. legi poſſunt.*

Altenburgum *Miſniæ antiqua imperii urbs ab Imperatore Friderico I.* per emtionem à Radboto Pleiſſiæ (B.) Comite & urbis hujus domino factam *imperio incorporata fuit*, ut inter alios *Spangenb. in Chron. Mansfeld. c.244.* memorat, *& uſq; ad annum 1308. & ſeqq. in illo ſtatu permanſit: Cum enim Albertus, Degener dictus, Landgravius Thuringiæ & Marchio Miſniæ* Friderici II. Imperatoris filiam Margaretham in uxorem duxiſſet, & *Arcem & Burggraviatum Altenburgenſem* una cum ditione Pleiſſenſi, Advocatiâ Leiſnicenſi & Coldicenſi in dotem & fortè ſimul in feudum accepiſſet, omnia verò illa & alia hæreditaria bona, ac inter illa Luſatiam *in præjudicium filii Friderici & reliquorum liberorum modo Regi Bohemiæ, modò Marchioni Brandenburgico, modo Imperatori Adolpho vendidiſſet, filius hic* ideo cum patre ipſo & dicto Imperatore atque poſt hujus mortem cum ejus Succeſſore Alberto I. *grave bellum geſſit*, & illud tandem ſub Ludovico Bavaro ab imperii proceribus ita ſopitum fuit, (C.) ut dictus Landgravius Fridericus propter damna perpeſſa & Luſatiam ita amiſſam *in compenſationem Burggraviatum Altenburgenſem reciperet, & ſimul Zvvickaviam ac Chemnitium*, quæ ſe durante illo bello ei in protectionem dederant, *in perpetuum obtineret, huicq; conventioni poſtea anno 1326. dicti Imperatoris Ludovici confirmatio acceſſit, ut apud Fabric. l.6. Origin. Saxon. f.626. & in Annal. urbis Miſnenſis l.2. ad annum 1315. Albin. in Chron. Miſnenſi Tit.15. f.107. Peccenſt. p.3. Theatr. Saxon. c.6.8. & 23. Fauſtum in Geneal. & Hiſtor. Duc. Saxon. p.135. & Mollerum in Chron. Freiburg. Parte 2. p.37.46. & ſeqq. legi poteſt, ſicuti etiam illa urbs adhuc hodie in Ducum Saxoniæ Gothana familia poteſtate & dominio eſt.*

Andernacum etiam in antiquis reperiri matriculis, & ab Imperatoribus privilegia illorumque confirmationem etiam ab Imperatore Carolo V. obtinuiſſe *Zeiller. in d. Continuat. c.1. f.34. narrat, ſed nunc ad* (D.) *Archiepiſcopum Colonienſem ab antiquo tempore ſpectat Idem in Topogr. illius Archiepiſc. f.48. & in Append. f.18. ubi refert illam jam ante annum 1368. ad Archiepiſcopos hos pertinuiſſe, & cum rebellaſſet, ab Archiepiſcopo Cunone iterum ſubactam eſſe, ut ita forte erroneum ſit, illam in antiquis veris matriculis reperiri & ante ad imperium pertinuiſſe.*

Boppartū *in Archiepiſcopatu Trevirenſi, & ad Rhenū ſita urbs ab Imperatore Henrico VII. & Balduino Archiepiſcopo Trevirenſi ejus fratre è numero Imperialium urbium hoc modo eliminata fuit. Cum Imperator ille dicto fratri illam oppigneraſſet, & cives obedientiam recuſaſſent, hic illam vi bellica ſibi ſubjecit, & magnam ejus partem cum ſuburbio combuſſit, eoq; cives adegit, ut libertati & privilegiis antiquis renunciarent, & perpetuam fidelitatem ac obedientiam jurarent; & licet* poſtea duabus diverſis vicibus à juratâ hâc fide & obe- (A.) dientiâ defecerint, *nihilominus tamen* ad illam iterum adacti fuerunt, ut legi poteſt apud *Zeiller. in Topogr. Archiepiſc. illius f.30. & Kyriandr. in Annal. Trevirenſ. Parte 15. f.m.185. & parte 17. in pr. uti etiam Maſenium Tomo 2. Annal. Earund. l.17. n.32.34.58. & 74. ac l.19. n.184. & ſeqq.* & ita urbs illa adhuc hodie Trevirenſi Archipræſuli paret.

Bregantia in Suevia ad Lacum Bodamicum ſita urbs ad imperium quondam ſpectavit, & in antiquioribus matriculis comprehenſa fuit, ſed jam longo tempore Auſtriacæ domui ſubeſt, ut legi poteſt apud *Eund. in Topogr. Sueviæ f.48.*

Brunſvviga antiqua & celeberrima Saxoniæ inferioris urbs, libertatem & immedietatem ſuam armis & ſcriptis ſæpe defendit, ut in magno illo opere, cui titulus **die Braunſchweigiſche Hiſtoriſche Händel** legi poteſt, & *rationibus egregiis Dauth. apud Klock. Tom.3. Conſil. 134. demonſtravit, ſed Duces Brunovi-* (B.) *cenſes illorum libertatem & immedietatem magnis quoque rationum ponderibus à Knipſch. d.l.4. c.1. n.25. & ſeqq. relatis impugnarunt, eamq; præterito tempore armis ſibi ſubjicere, ſed fruſtra tentarunt, ut præced. Sect. 1. c.2. th.8. expl.2. ſub Ducatibus mediis temporis & hujus Ducibus n.6. deduximus, anno tamen 1671. inſigni calliditate & ſubitâ oppugnatione eam occuparunt & ſubegerunt, ut legi poteſt in Diar. Europ. contin. 22. in appendice de illâ urbe & ejus obſidione ac deditione.*

De illâ alias ſequentia notanda.

I. Illam primordium & nomen ſuum debere Brunoni, Ludolphi Saxoniæ Ducis filio, ſecundum communem ſententiam & *auctorem* **deß Braunſchweigiſchen Hiſtorien Berichts** *p.1. c.1. f.21. & ſeq. anno Chriſti 860. Civitatem vero novam poſtea ab Henrico Aucupe, & regionem urbis Hagen à multis pratis, hortis & ſimilibus ibi tunc exiſtentibus, ita dictam ab Henrico Leone, nec non regiones reliquas*, **der alte** (C.) **Wick und Sack** *nuncupatas, ab ejus filio Ottone exſtructas eſſe, ut latè Zeiller. in Topogr. Ducatus Brunovicenſis & Lunab. f.57. & ſeqq. & Limn. l.7. c.9. in pr. refert.*

II. Quinq; dictas illius urbis regiones ſingulos ſuos habere Magiſtratus & ſingulas curias, ut inter alios apud Zeiller. ibid. f.59. legi poteſt.

III. Illam ſub fœdere Hanſeatico comprehenſam & civitatum Saxonicarum ac nonnullarum Weſtphalicarum caput eſſe, ut jam præc. p.2. ſect.2. c.10. th.10. in explic. n.4. oſtenſum eſt.

IV. Illam ab aliquot ſeculis pro munitiſſimâ Germanicarum urbium habitam eſſe, & ideo quinq; obſidiones ſtrenuè ſuſtinuiſſe, ut Limn. d. l. n.4. & Dreſſer. Iſag. Hiſtor. parte 5. p.166. & ſeq. recenſet, ſed in ſextâ dicto anno 1671. ex improviſo inſtituta cito ſubactam eſſe, ut jam in præcedenti Sect.2. c.2. th.8. expl.2. ſub Ducum claſſe 2. & Brunovicenſibus n.8. diximus.

(D.) *V. In illa turrim ad templum S. Andreæ altiſſimam, & inter Germanicas maximè celebrem exſtructam eſſe, ut Zeiller. d. l. refert.*

VI. Ibi eſſe maximum Germaniæ tormentum bellicum, **die faule Mette** *dictum, & à nobis viſum.*

VII. Illam aliquot Imperatorum privilegiis ornatam eſſe, utpote

1. *Ottonis IV. de anno* 1199. quo cives ejus ab omni telonio per totum imperium immunes ſunt.
2. *Wenceslai de anno* 1385. concernens evocationem ad extranea judicia.
3. *Ruperti de anno* 1402. in eâdem causâ.
4. *Sigismundi de anno* 1415. in eâdem materiâ, quæ omnia refert Limn. d. c.9. n.7. & ſeqq.

VIII. Illam pro inſigni ab antiquo tempore gerere campum album, & in illo erectum rubrum Leonem cum caudâ etiam elevatâ, & illud ab Alberto II. Imperatore

anno 1438. per ſingulare diploma confirmatum eſſe, ut legi poteſt apud Eund. Tomo. 4. d. l. 7. c. 9. n. 1. A.

Chemnitium *liberu quondam Imperii & à Lothario II. Imperatore exſtructu, vel ſaltem renovatu urbs, circa annum 1308. in Frederici cognomine Admorſi vel Fortis Marchionis Miſniæ poteſtatem partim ſpontaneâ in protectionem deditione, partim ceſſione pro expenſis & damnis in bello cum Adolpho & Alberto I. Imperatoribus geſto perpeſſis nomine Imperii factâ pervenit, & poſtea anno 1326. per Ludovici IV. Imperatoris confirmationem perpetuo illi & ſucceſſoribus addicta fuit, ut apud Dreſſer. in Iſag. Hiſtor. parte 5. p. 152. & ſeqq. ac Zeiller. in Topogr. Miſniæ & Vicinar. Region. f. 34. legi poteſt, & nos ſupra ſub Altenburgo diximus, ſicuti illa etiam hodie in Ducum Saxoniæ poteſtate & dominio eſt.*

Conſtantia celeberrima atque antiquiſſima Sueviæ ad Lacum Podamicum ſita, & *à Conſtantino Imperatore dicta imperialis urbs anno 1548. ac occaſione in Domus Auſtriæ poteſtatem pervenit. Cum anno 1528.* B. Conſtantienſes Miſſam & alias Catholicæ Religionis ceremonias, receptâ Lutheranâ religione, abrogaſſent, & ſecundum decretum Imperatoris Caroli V. per totum Imperium publicatum librum, Interim dictum, recipere noluiſſent, ac ideo Imperator urbem illam per inſidias fruſtra tentaſſet, & paulo poſt per literas publicas proſcripſiſſet, urbs verò illa omni ope & auxilio deſtituta, ac in ſummas anguſtias adducta eſſet, conſilio ex re natâ capto dictæ Domui ſe in perpetuum dedit, & à Ferdinando I. Romanorum Rege hoc modo in tutelam recepta fuit. Ferdinandus hic nobilem quidem, tanquam futurum Præfectum, in illam urbem miſit, qui Senatui & civibus proponeret, ut ſe, Ferdinandum ſcilicet, ejusque liberos ac ſucceſſores pro veris Dominis in poſterum agnoſcerent, ei fidem atque obedientiam omnem promitterent, ac decretis ejus tàm in Eccleſiaſticis vel Spiritualibus, quàm ſecularibus negociis omninò ſicuti reliqui Provinciales vel C. ſubditi, parerent.

Quibus conditionibus juramento interpoſito acceptus Præfectus ille poſtridie Senatum convocavit, ab eoque poſtulavit, ut omnes civitatis proventus & bellicum apparatum in ſcripto ederet, arma traderet, ac profugorum ſimul nomina conſignaret, illoque impetrato omnibus Eccleſiæ miniſtris, ut intra octiduum urbe excederent, imperavit, ut à *Sleidan. l. 21. p. m. 598.* latiùs refertur.

Et poſtea Rex ipſe in literis ad Status Suevicos datis, & à *Goldaſto* **in den Politiſchen Reichshändeln** *p. 15. f.* 1006. relatis promiſit, ſe civitatem illam magnis ſumtibus ſubactam imperio & dicto circulo ſubtrahere nolle, ſed ſemper ordinaturum, ut ſuo nomine quidam ex Conſtantienſibus ad Conventus circulares mitteretur, & concluſa Statuum illius Circuli ſimul in effectum deduceret, *ut pluribus ibidem & ſimul f.* 1009. 1015. *&* 1019. quid dicti Status in cauſa il- D lius civitatis à Ferdinando jam tunc Imperatore, quo ad contributionem & ſimilia petierint, ac hic reſponderit, *refertur.*

Atq; ita urbs illa ex immediatâ in provincialem & in Auſtriacorum poteſtatem redacta eſt, cum onere tamen cenſus Imperialis, quem hi ſolutione 236. florenorum pro urbe ſuſtinent, ut refert Zeiller. in Topogr. Sueviæ f. 53.

De illa alias notanda ſunt ſequentia.

Quod I. ibi Epiſcopatus ſit antiquiſſimus & ditiſſimus, ut jam *præc. Sect. 2. c. 2. th. 4. in expl. n. 4.* demonſtravimus.

II. Ibi anno 1348. omnes Judæi cremati fuerint, ſecundum *Zeiller. d. l. f. 52.*

III. Ibi notiſſimum Concilium, in quo Johannes Huſs & Hieronymus, tanquam hæretici ad ignem condemnati ſunt, ab anno 1414. usque ad annum 1418. celebratum fuerit, de quo poſtremo *Poggii Florentini Epiſtola 3. legi poteſt.*

IV. Ex privilegio Sigismundi Imperatoris illa pro inſigni utatur cruce nigrâ in albo campo & rubrâ cerâ ſignent, ut refert Idem Zeiller. ibid.

Plura ibidem legi poſſunt.

Duisburgum, *nonnullis Teuteburgum* in confinibus Ducatus Clivenſis & Bergenſis propè Rhenum ſita urbs, *quondam ad imperium immediatè pertinuit,* & cenſum 96 florenorum ſuſtinuit, ut ex matriculis imperii cenſualibus apud *Limn. d. l. 4. c. 7. p. 101. 167. & 191. ac Tomo IV. d. l. 4. c. 7. p. 572.* patet.

Sed illam ſine onere Dux Juliacenſis olim exemit, & idem Sereniſſimi Electores Braudenburgici, tanquam hodierni poſſeſſores fecerunt.

Licet verò Limn. d. p. 572. tradat, ob illam exemtionem adhuc anno 1602. litem in Camerâ pependiſſe, *nulli tamen dubitamus,* quin poſt tàm longum temporis ſpacium lis illa exſpiraverit, & urbs propter tàm potentem adverſarium cauſam amiſerit ſuam.

De illa alias nihil memorabile notandum, quàm quod jam Academiâ à Sereniſſimo domino Electore ante aliquot annos fundatâ gaudeat, ut jam præc. Parte 3. Sect. 2. c. 2. ſub Academiarum Individuis demonſtravimus.

Erfurdia in antiquis Inſtrumentis & documentis, & in ſpecie in quodam *Capitulari Caroli M. c. 7. apud Gold. T. 3. Conſtit. f. 156. Erphesfurt, Thuringiæ metropolis ac inter maximas Germaniæ numerata, & in antiquis Imperii matriculis de anno* 1431. 1467. 1480 *& ſeq. ut Limn. Tom. 4. l. 4. c. 7. p. 580. & Knipſchild. d. l. 4. c. 1. n. 60.* refert, *cum certo cenſu conſignata, ac ab Imperatore Carolo IV. in A. B. Tit. 1. §. Ducem verò Saxoniæ &c. inter civitates Imperii conductrices relata, & ideò à multis Politicis, ac ſeipſa pro imperiali, & Archiepiſcopo Moguntino nō ſubjectâ urbe vendita ta urbs, variè derivatur & vocatur, veriſimile vero eſt illam,* vel ab antiqua & celebri Thuringiæ *arce Erſſa,* cujus dominus olim jus telonii in illo loco habuit, vel ab *amne Gerâ* primum Gerenfurt dictam eſſe, ut prius etiam *Bertius Rerum Germ. l. 3. p. m. 527. poſterius verò Binhardus in Chron. Thuring. l. 1. p. 18.* cenſet. De quo etiam legi poteſt *Irenicus in Exegeſi German. l. 11. ſub lit. E. f. 389.*

De ejus origine nihil certi ſcitur, ut tradit Zeiller. in Topogr. Miſniæ & vicinarum regionum f. 75.

Illam verò demum anno 1154. (potius 1164.) *à Conrado Archiepiſcopo Moguntino muris & turribus cinctam atq; in civitatis formam redactū, ſed ſeq. an. 1165. à Ludovico Thuringiæ Landgravio juſſu Imperatoris Friderici I. muris iterum privatā, ac ab Archiepiſcopo Chriſtiano I. illius ſucceſſore iterum ornatam fuiſſe, Bangius in Chron. Thuring. p. 59. refert, ſed Binhardi d. l. 1. p. 92. illam primam munitionem anno 1064. adſcribit,* & nihilominus demolitionem illam in dictum annum 1165. etiam ponit, exſtructionem verò ad memoratum Conradum Archiepiſcopum & reſtaurationem ad Chriſtianum I. qui circa annum 1164. & ſeq. vixerunt, refert, ut ita exſtructio illa vel duobus diverſis temporibus facta, vel annus 1064. per errorem poſitus fuerit.

Quam diverſitate Binhardi calculum ſequimur ideo, quia impoſſibile fuit, ut tantæ urbis muri & turres in uno anno (nam Cunradus ille, cui iſta exſtructio adſcribitur, demum circa dictum annum 1164. Archiepiſcopus fuit, & ſeq. anno deſtructio facta ſcribitur) exſtruerentur, quo circa, cum ad hanc exſtructionem longiſſimum tempus neceſſarium fuerit, dictum

Bin-

Binhardi calculum, eum quo conſentit *auctor Additionum ad Schafnaburgenſ. Chron. in f. & Munſt. l. 3. c. 420.* illam in annum 1066. ponentes, meritò præferimus.

Quod vero dictum prætenſum immediatum ſtatum concernit, ille jam anno 1584. à Camera Imperiali, cui tunc temporis illum per ſingularem deductionem demonſtrare voluit, *reprobatus fuit, ut Werdenh. de Rebuspubl. Hanſeatic. parte 3. c. 7. p. m. 202. tradit*, cum ſola, & quidem per errorem facta, immatriculatio neminem immediatum Imperii ſtatum faciat, ut Politicis notum eſt, *quo facit*, quod urbs illa jam olim *in Concordatis* deß Ertzbiſchoffs zu Maintz und dieſer Stadt / *anno 1384. confectis art. 1.* deß Biſchoffs und Stiffts urbs vocetur, idemque in *R. J. de anno 1567. ibi confecto in Rubr. & princ.* contineatur.

Cum igitur Archiepiſcopi Moguntini illam jam diu & quidem jure exemerint, *illaq́;* longo tempore in matriculis imperii non reperta, *ante aliquot annos verò impoſito præſidio planè ſubjugata fuerit, meritò in hac claſſe locum ſuum obtinet.*

De illa porro ſequentia notanda.

Quod I. in loco fertiliſſimo ſita ſit, &, ut vulgo dicitur, tria Dominia & 70. circiter pagos & vicos ſub ſe habeat, ut legi poteſt apud *Zeill. in Topogr. Miſniæ Thuringiæ & adjacentium regionum f. 75.*

II. Academiam ſuis precibus à Bonifacio IX. Pontifice anno 1391. vel ſeq. impetraverit, & propriis ſumtibus erexerit, ut præc. p. 2. ſect. 2. c. 2. inf. ſub Academiarum individuis conſignavimus.

III. Ibi ſit campana maxima anno 1497. fuſa, ut jam præc. l. 1. c. 7. th. 7. expl. 1. n. 4. retulimus.

IV. Illa ab anno 1483. in Electorum & Ducum Saxoniæ fuerit protectione, ut apud *Limn. l. 4. c. 8. n. 82. & ſeqq.* legi poteſt: *quod verò hodie*, poſtquam Archiepiſcopus Moguntinus Johannes Philippus illam nuper planè ſubegit, circa illam protectionem obſervetur, nobis ignotum eſt.

V. Illa olim plurima bella cum vicinis Principibus, Comitibus & Nobilibus geſſerit, ut apud Zeiller. in Topogr. f. 79. legi poteſt.

VI. Imperator Rudolphus I. anno 1289. vel ſeq. ibi conventum Imperii habuerit, & per annum ſe continuerit, ac civium auxilio arces prædonum 66. deſtruxerit, ut inter alios Dreſſerus in Iſag. Hiſtor. Parte 3. p. 230. & ſeq. refert.

Feldkircha antea imperialis, & in antiquis Imperii matriculis ſecundum *Zeiller. in Cont. Itin. c. 1. f. 34.* conſignata urbs primùm à Comitibus de Werdenberg anno 1376. Leopoldo Auſtriæ Duci pro 36000. florenis vendita, & poſtquam anno 1417. Comitibus de Töckenburg oppignorata fuit, *ab Auſtriacis anno 1436. redemta fuit*, referente *Eod. in Topogr. Sueviæ f. 194.* ubi etiam de illius privilegiis agit.

Quidquid verò ſit, non putamus illam unquam Imperii urbem fuiſſe.

Lemgovia *Weſtphaliæ celebris, & quondam in matriculis Imperii conſignata, ac anno 1545. & 1551. per moderationem cum 7. equitibus & 10. peditibus ſive 64. florenis, quo ad imperium, & quo ad Cameram 30. florenis apud Limn. l. 4. c. 7. p. m. 165. collecta urbs* ab Henrico Seniore Duce Brunovicenſe Epiſcopatui Paderbornenſi donata, & poſtea ab Epiſcopo quondam Paderbornenſi (Bernhardo V.) ex ſtemmate *Comitum Lippienſium ſuis cognatis* in feudum conceſſa, & ab his per aliquot tempus ab imperio *exemta fuit*, ut poſt alios refert *Zeiller. in Contin. Itinerar. c. 1. f. 31. & in Topogr. Weſtphal. f. 37.*

Limburgum *ad Lonam* à multis, & inter illos *Zeiller. d. c. 1. f. 34.* etiam inter exemptas refertur imperii ci-

A. vitates, & quidem ex hoc non improbando fundamento, quia *adhuc anno 1521. in Imperii matricula cum indictione 10. equitum & 80. peditum ſive 440. florenorum apud Limn. d. l. 4. c. 7. p. m. 94. reperitur. Sed illam nunc partim ad Archiepiſcopos Trevirenſes, partim ad Landgravios Haſſiæ pertinere narrat Zeiller. in d. Contin. c. 31. f. 409. Sicuti Idem etiam in Topogr. Archiepiſc. Moguntini, Trevirenſis & Colonienſis f. 33. id repetit, ex Chronico Limburgenſi referendo, urbem illam cum dominio pro dimidiâ parte anno 1344. Balduino Archiepiſcopo & Archiepiſcopatui Trevirenſi oppignoratam fuiſſe*, & ſimul addendo, quanta urbi illius olim potentia & dignitas fuerit, & quidē anno 1374. cùm Archiepiſcopus Trevirenſis & Johannes dominus Limburgenſis, ibi illius veteres immunitates in ſcriptis perſpexerint. *Quibus conſentanea refert Maſenius in Annal. Trevir. Tomo 2. l. 17. f. 215. & ſeq. hiſce verbis: Oppidum Limburgenſe quondam*

B. *imperii & cleri fundus per id tempus (anno ſcilicet 1344.) ab Advocatis tenebatur, eâ incolarum & nobilitatis frequentia, ut expeditos bis mille viros oſtenderet in armis. At tribus hâc ætate per non magna intervalla temporum repetitis afflictum incendiis ignis atrocitate depaſtum ita elanguit, ut ad priſtinam, ſive bellicæ gloriæ, ſive pulchritudinis ſpeciem non convaluerit, unâ tamen operis rariſſimi Baſilicâ inter ejus tractus oppida longè ſpectatum. Neq; vero parùm etiam, multiplici cum vicinis ob finium & pacis obiq́; defenſionem controverſiâ præliorumq; contentione ſuſceptâ ſtatus oppidi convulſus & acciſus; donec tandem fractis rebus ſtirpe dynaſtarum ſeu Advocatorum morte ſublatâ, dominium ex aſſe in nomen ditionemq; Trevirenſis Antiſtitis, Balduini ſcilicet dicti, conceſſit.*

Ubi notandum, illud quondam tàm celebrem fuiſſe urbem, ut etiam illam pro loco ſolemnis monomachiæ nobiles, & magni viri ſibi elegerint, ut ex Maſen. d. l. 17.

C. *& f. 215. conſtat, ubi ejus exemplum refert.*

Et quod Imperator Carolus IV. anno 1356. civitati illi omnia privilegia, quæ à prædeceſſoribus habuit, ac à Trevirenſi obtinuit Archiepiſcopo confirmaſſe, ut refert Idem d. l. 17. f. 230.

Marcodurum, Düren / *ab Imperatore Ruperto anno 1407. imperialis urbs vocata, & in matriculâ imperii de anno 1521. atq; 1551. cum cenſu 3. equitum & 20. peditum apud Limn. d. l. 4. c. 7. p. m. 100. & Zeiller. in d. Continuat. c. 1. f. 31. conſignata, ſed à Ducibus Juliacenſ. exemta, ut legitur ibid. & in Topogr. Weſtphaliæ f. 18.*

Moguntia Romanis ſcriptoribus *Moguntiacum Mogontiacum, Magontiacum & Maguntiacum*, ut apud *Florum l. 4. c. ult. Tacit. l. 4. Hiſt. 15. 24. 25. 33. 37. 59. & 61. Marcell. l. 15. p. 52. l. 16. p. 60. l. 17. in pr. & paſſim, & Sextum Aurel. Vict. in Epitome ſub Licinio*

D. *Valeriano* ac alios legitur, *antiquiſſima, & ut Cluverius in Germ. Antiq. l. 2. c. 13. ex Floro d. l. demonſtrat, & Serar. de Rebus Mogunt. c. 15. p. 61. & ſeq. tradit, ante Chriſtum natum à Cl. Druſo Nerone condita Legionum ſtatio, poſtea in celeberrimam urbem excrevit, & diu imperio immediate ſubjecta, anno verò 1462. ab Archiepiſcopo ſuo Adolpho Naſſovio Comite per proditionem & nocturno tempore cum magna civium ſtrage & urbis per incendium vaſtatione occupata, ſubacta, & ab imperio avulſa fuit*, ut poſt *Naucl. parte 2. Chronogr. Gener. 19. f. 891. Trithem. in Chron. Sponheimienſ. & Mutium in Chron. Germ. l. 29. f. 899. refert Munſter. l. 3. c. 191.*

Plura de illius antiquitate habet Irenicus in Exeg. Germ. l. 12. lit. M. f. 402. & ſeq.

De illius etymo diverſa tradunt Scriptores, ut legi poteſt apud Zeiller. in Topogr. Archiepiſc. Mogunt. f. 4. & Cluverium d. l.

De illa porro notanda ſequentia.

I. Multa ibi reperiri antiquitatis monumenta, ut legi poteſt apud Zeill. d. l. f.5.

II. Eſſe ibidem Epiſcopatum antiquiſſimum, poſtea in Archiepiſcopatum à Pipino Francorum Rege conſtituto Archiepiſcopo primo S. Bonifacio exaltatum, ut præc. c.1. th.7. in expl. ſub Wormatiâ n.1. demonſtravimus.

III. Urbem illam gaudere Academiâ celeberrimâ. ut præc. p.2. ſect.2. c.2. in f. ſub Academiarum individuis docuimus.

IV. Eſſe ibi Archiepiſcopalem ſedem celeberrimam, ut legi poteſt apud Zeiller. in Topogr. illius & Trevirenſis ac Colonienſ. Archiepiſc. f.6.

Neoburgum *ad Rhenum olim Imperii urbs à Ludovico IV. Imperatore Ducibus Auſtriæ Ottoni & Alberto II. libertate & privilegiis ſalvis oppignoratum eſt, & ita in illius Domûs poteſtate permanſit, ut præc. th.11. in expl. ſub Briſaca oſtendimus.*

Oppenheimium in Palatinatu Inferiori quoodam, & à tempore Cooradi II. Imperatoria imperii urbs, ſecundum *Freher. p.2. Origin. Palatin. c.13. f. 69. ad Comites Palatinos Rheni ſub Ludovico IV. Imperatore pervenit. Sed alii alienationem hanc Carolo IV.* quod ſcilicet hic ad filium Wenceslaum in Regem Romanorum promovendum Electori Palatioo Ruperto hanc urbem cum Odernheimio, Ingelheimio & Lutrâ Cæſareâ/**Kayſers-Lautern**/pro promiſsâ pecuniâ oppignoraverit: *Alii rurſus id demum Imperatori Ruperto*, quod ſcilicet hic orbem illam cum dicto Ingelheimio & Lutrâ filio ſuo Ludovico anno 1402. pro 100000. florenis oppignoraverit, *adſcribunt, quod* poſterius *veritati propius accedit, quoniam* dictus Rupertus civitati illi, tanqoam imperiali privilegium adhuc anno 1401. dedit, ut apud *Zeiller. in Topogr. Palatinatus Inferioris f.40. legitur.*

Quedlinburgum, *apud Witichindum l.3. Annal. in f. Ditmar. in Chron. Merſepurg. l.2. f. m. 23. & l.4. f. m. 42. ac alios Quidilingeburg antiqua Saxoniæ Superioris, & ab Imperatore Henrico Aucupe muris circumdata urbs, ad imperium quondam immediate pertinuiſſe ſcribitur, ſicuti etiam, ut Limn. Tomo 4. l.4. c.7. p.581. refert, matriculis imperii inſerta fuit, & anno 2555. in Auguſtanis Comitiis moderationem cenſus imperialis petiit, referendo, quod antiqua tempore magnos proventus habuerit, ſed ibi illas omnes, poſtquam anno 1477. ab Electore Saxoniæ Erneſto ad petitionem Hedvvigis Duciſſæ Saxoniæ, Abbatiſſæ illius loci, bellicâ vi ſubjugata fuit, ademtos, & ſe etiam inſuper coactam fuiſſe, ut Abatiſſæ in perpetuum ſingulis annis 500. florenos ſolveret.*

Quo ita ſe habente, omnino ad hanc claſſem pertinet.

Quibus, ut ex parte jam dictum, *addendum eſt*, ibi Abbatiam ad S. Gervatium à dicto Henrico Aucupe fundatam, & imperio immediatè ſubjectam eſſe, ac in illa ſolum ex Principum vel Comitum dignitate Abbatiſſas & Prioriſſas eligi, illamque ab illo tempore ſub Electorum Saxoniæ protectiooe eſſe, uti latiùs apud *Zeiller. in Topogr. Saxoniæ vicinarum provinciarum f. 154. & ſeq. legi poteſt.*

Rheinfelda in Alſatiâ ad Rhenum ſita & valdè munita, *ac quondam Imperialis urbs à Ludovico IV. Imperatore cum Briſaco, Neoburgo & Schaffhuſâ Ducibus Auſtriæ Ottoni & Alberto II. pro 20000. florenis, ſalvis privilegiis & libertate oppignorata fuit*, ut ſub Briſaco *ſeq. t.4. in explic.* diximus, *& Stumpf. l.12. c.12. quoq; refert.*

Sed poſtquam illi libertas & privilegia impugnata fuerunt, cum Baſileenſibus circa annum 1445. vel ſequentem fœdus iniit, & ab Auſtriacis deſcivit, *ſed ab*

A. *hus ſeq.* anno 1448. per ſtratagema recuperata & rurſus ſubjecta fuit, ut *Munſt. l.3. c.99. & Stumpf. d. l. in f.* refert. *Atq; ab illo tempore in Auſtriacorum poteſtate permanſit.*

Sarbruck *& Sarburck*, vel cum adjecto **Kauffmanns- oder Kauffingen-Sarbruck**/ad diſtinctionem alterius ad Comites Naſſovios ſpectâtis cognominis urbis, *olim Pons Soravi* dicta, & in Weſtraſia ad Saram ſita atque *ab Imperatore Rudolpho I. inter imperiales adſcita, ut Kyriand. in Annal. Trevir. parte 15. & f.182. & Maſenius in iisdem Tomo 2. l.16. f.172.* refert, apud *Limn. l.4. c.7. p.98.164. & 191.* in Matricolis Imperii de anno 1521. uaque ad annum 1576. cenſum habuit 60. florenorum, ſed, ut *Idem d. p.164. & Tomo 4. l.7. p.572. & Authoſ.* **in dem vermehrten Städtebuch** *p.916.* nec oon *Zeiller. in Topogr. Infer. Palatin. Additamenta*, io quo de Sabaudiâ & Lotharingiâ ſimul agitur *f.9.* tradit, *à Ducibus Lotharingiæ & Epiſcopis Metenſibus exemta* eſt: *Sed Idem in Appendice ad Topogr. Archiepiſc. Moguntin. Trevir. & Colon. f.34. & de Circul. Imperii Tit.3. p.206.*
B *illam ad Archiepiſcopatum Trevirenſem pertinere ſcribit, quo jure verò illa à dictis principibus exemta ſit, vel ad dictum Archiepiſcopatum pervenerit, reperire non potuimus.*

Illam ab Alberto Brandenburgico anno 1552. exuſtam eſſe Brovverius d. l. & Braun. de Civitat. Tomo V. ſub illâ urbe refert.

Suſatum *Weſtphaliæ* in Comitatu Marcano ſitum celeberrimam urbem ad imperium immediatè pertinuiſſe, ex matriculis imperii ſub præcedente urbe Sarbruggenſi adductis, in quibus cenſum habuit 20. equitum & 120. peditum, & aliis documentis ab *Höping. de Jure Inſign. c.6. parte 7. n.1163. & ſeq.* adductis notum eſt, ſicuti etiam *Reinking. l.1. concl.4. c.21. in f. & Zeiller. in Topogr. Weſtphal. f.55.* litem de ejus imme-
C. dietate inter Duces Juliacenſes & Clivenſes & Fiſcalem Imperii in Camerâ Imperiali adhuc anno 1602. pependiſſe refert.

Sed illam ob diuturnam exemptionem à dictis Ducibus & Electoribus Brandenburgenſibus, tanquam illorum ſucceſſoribus factam, *pro provinciali nunc habendam eſſe dubio caret. Pertinuit verò hæc urbs ex conceſſione Friderici I. Imperatoris ad Archiepiſcopos Colonienſes uſq; ad annum 1440. quo ob collectarum acerbitatem & privilegiorum interverſionem ab Archiepiſcopo Theodorico defecit, & ideo graviſſimam obſidionem, quæ compoſitione factâ ſublata fuit, fortiter ſuſtinuit, ſed Archiepiſcopus ille*, quoniam orbs ſe in Adolphi Ducis Clivenſis protectionem dedit, *illam anno 1444. iterum graviſſimo bello*, in quo Wilhelmus Saxoniæ Dux cum aliquot Bohemorum millibus, & alii Principes Archiepiſcopo magnis copiis ſuppetias tulerunt, *& urbem durâ obſidione quamvis fruſtra preſſe-*
D *runt, & tertiâ vice anno 1446.* magnâ cum ſuorum ſtrage adortus eſt, implicavit, ot poſt *Trithem. in Chron. Sponheim. ad d.d. annos, Æneam Picolomineum de Statu Europæ ſub Friderico III. Imperatore c.29. & Cranz. in Saxon. l.11. c.31. Braun. de Urbibus l.3. p.37. latè* refert.

Plura de illâ urbe vide apud Höping. & Braun. d.d. ll. ac Zeiller. in Topogr. Weſtphal. f.55. legi poſſunt.

Treveris *antiquiſſima omnium Germanicarum urbs* (de cujus conditore *Brovverus Irenicus in Exeg. Germ. l.12. lit. D. f.420. & in Annal. Trevirenſ. Proparaſceve c.4. & ſeq. & ibid. in Not. & Additament.* legi poſſunt) *libertatem & immedietatem ſuam per aliquot ſecula non contemnendis & à Kyriandro in Annal. illius Urbis parte 17. inpr. & per aliquot folia relatis rationibus quidem defendit, ſed Maſenius Tomo 2. Annal. l.18. n.10. & ſeqq. demonſtrat Carolum IV. Impe-*

Imperat. adhibitis Imperii Optimatibus anno 1365. *Pragæ auditis Archiepiſcopi Cunonis Legatis & civitatis Deputatis, & omnibus privilegiis ab his adductis probè penſitatis civitatem cum omni juriſdictione Cunoni adjudicaſſe, & præterea illi mandaſſe, ut huic ſignatas tabulas traderent, quibus ſe judicium hoc probare ratumq; perpetuò fore teſtaretur.*

Sicuti etiam, cum civitas præterito ſeculo antiquam libertatem & immedietatem reſuſcitaret, illa iterum anno 1580. *à Rudolpho II. Imperatore,* poſtquam ſua Majeſtas ipſamet in præſentiâ reliquorum quinque Electorum Pragæ Archiepiſcopum Jacobum & Senatum ac Scabinos cum deputatis civium publicè audiviſſet, *dicto Archiepiſcopo & ſucceſſoribus cum omni jure, ſubjectione & fide adjudicata fuit, uti ex illa ſententia à Limn. d. Tomo* 4. *l.* 7. *c.* 48. *relatâ latius cognoſci poteſt.*

Habet I. multa antiquitatis veſtigia à Brovvero in Annal. Fuldenſ. Tomo 1. *in Antiquit. Treveric. Proparaſceve c.* 14. *& ſeqq.*

II. Academiam celebrem & præc. p. 2. *ſect.* 2. *c.* 2. *in f. ſub Individuis Academiarum deſcriptam.*

III. Archiepiſcopatum, antea Epiſcopatum, omnium antiquiſſimum, ut apud Bucelin. in Germ. Sacrâ p. 1. *f.* 33. *& Zeiller. in Topogr. illius f.* 25. *& in Append. f.* 36. *legi poteſt.*

IV. Palatium Epiſcoporum & Archiepiſcoporum antiquum à Brovvero d. Proparaſc. c. 22. *& novantiquum à Maſenio in Not. & Addit. ad d. c.* 22. *deſcriptum, & in typo exhibitum.*

Plura apud Eosdem c. 23. *& Zeiller. d. l. legi poſſunt.*

Veſalia *ſuperior, olim libera Imperii civitas ab Imperatore Henrico VII.* cum ad iter Italicum perficiendum pecuniâ opus haberet, *Balduino Archiepiſcopo Trevirenſi fratri ſuo cum Bopparto oppignerata fuit,* ut *Zeiller. in Topogr. dictorum Archiepiſcopatuum f.* 315. *&* 30. *ac Maſenius in Annal. Trevirenſ. Tomo* 2. *l.* 17. *f.* 193. *& ſeq. anno* 1312. *& Kyriand. in Iisdem d. p.* 117. *in pr. refert, ubi hic addit, Ludovicum IV. Imperatorem illas Eisdem denuò oppignoraſſe, de quo etiam legatur Maſenius d. l.* 17. *f.* 200. *& ſeq. ubi diploma refert.*

Vienna *Auſtriæ metropolis à Friderico II. Imperatore Friderico Auſtriæ Duci tanquam immorigero circa annum* 1236. *vel ſeq. ademta, & in numerum civitatum Imperialium aſcripta fuit, additis illi inſigniis, quibus illa adhuc utitur, nempe Aquila aurea in campo nigro,* ut ex diplomate *apud Lazium in Viennâ* etiam cognoſcitur, *ſed illa ſaltem quatuor annos in tali libertate permanſit,* poſtea enim Fridericus hic eam vi recuperavit, ut refert *Cuſpinianus in Auſtriâ f.* 31. quod etiam *Dreſſ. in Iſag. Hiſtor. d. parte* 5. *p.* 581. *& Zeiller. in Topogr. Auſtr. f.* 47. narrat. *Et ab illo tempore ſemper in Ducum & Archiducum Auſtriæ poteſtate permanſit.*

Nos tamen in nonnullis Imperatoris Maximiliani I. Diplomatibus obſervavimus, illum civitatem iſtam in dato vocaſſe Unſer und deß Heil. Reichs Stadt/ *idq; adhuc anno* 1515. *quo diploma quoddam Nobilibus de Geisler in noſtrâ Sileſiâ conceſſum eſt, factum eſſe.*

De illâ porro ſequentia notanda.

Eſſe ibi I. turrim elegantiſſimam & altiſſimam, præc. l. 2. *c.* 7. *th.* 7. *expl.* 1. *n.* 2. *deſcriptam.*

II. Epiſcopatum hodie ab ArchiDucibus Auſtriæ ab imperio exemtum, cujus primus Epiſcopus S. Severinus anno 466. claruiſſe dicitur, ut legi poteſt apud *Bucel. in Germ. Sacrâ p.* 1. *f.* 50.

III. Academiam celeberrimam præc. P. 2. *ſect.* 2. *c.* 2. *in f. ſub Academiarum Individuis deſcriptam.*

IV. Campanam in turri cathedralis Templi inter maximas Germaniæ numerandam & d. l. 2. *c.* 2. *th.* 7. *expl.* 1. *n.* 4. *deſcriptam.*

V. Regiam Archiducum & Imperatorum, ut omnibus notum eſt, & prope illam cimiliarchium celeberrimum.

VI. Armamentarium celebre.

VII. Bibliothecam Archiducalem celeberrimam, ut præc. l. 1. *c.* 7. *th.* 7. *expl.* 2. *jam conſignavimus.*

Plura de illa legi poſſunt apud Zeiller. d. l. f. 39. *& ſeqq.*

Zvvickavia, *aliis Cygnea,* in confinio Voigtlandiæ & Miſniæ ſita admodum celebris, ac *olim à Friderico I. Imperatore conſtituta Imperii, nunc vero Electorum & Ducum Saxoniæ, urbs ad hos per bellum diuturnum, quod Fridericus Admorſus cum ſuo patre & Imperatore Adolpho ac Alberto geſſit in compenſationem ſumtuum jure pignoris ex confirmatione Ludovici IV. Imperator.* 1326. *factâ pervenit,* & ita in illorum poteſtate permanſit, *ut ſupra ſub Altenburgo & Chemnitio diximus,* & poſt *Fabricium l.* 6. *Orig. Saxon. f.* 635. *Zeiller. in Topogr. Miſniæ, & vicinarum provinciarum f.* 207. *refert.*

De etymo nominis Cygneæ & Zvvickaviæ legi poteſt Dreſſer. d. parte 5. *p.* 619. *& ſeqq. ubi refert, poſterius* inde illi inditum fuiſſe, quod Henricus I. Imperator, cum ejus juſſu Advocatus illius loci urbem antiquam aquarum inundatione deletam reſtauraſſet, & in nimis arctam formam redegiſſet, reverſus & anguſtiam illam contemplatus illi dixerit. **Ihr hefft die Stadt verzwickt.**

Plura de illa ibidem & apud Zeiller. d. l. atque *Schmid. Parte* 2. *Chron. Zvvickav. c.* 1. *p.* 170. *& ſeqq. legi poſſunt.*

Et hæc de hac urbium claſſe dixiſſe ſufficiant: Licet enim plures urbes hujus conditionis à Zeiller. in d. continuatione f. 33. *& ſeq. referantur, illas tamen ob dubium antiquum ſtatum ſtudiò hic prætermiſimus.*

TH. IV.

Civitates imperiales ab imperio plane avulſæ ſunt ſequentes, Antvverpia, Ateſte, Baſilea, Berna, Biſantium vel Veſontio, Bononia, Briſacum, Cameracum, Campi, Dantiſcum, Elbinga, Florentia, Oppidum S. Galli, Geneva, Groninga, Luca, Metæ, Muhlhuſium Alſatiæ, Neomagum, Parma, Piſa, Schaffhuſium, Tigurum, Tullum, Verdunum.

Explic.

PEr plane avulſas ab imperio urbes intelligimus omnes illas, quæ titulo 1. *privilegii,* 2. *præſcriptionis,* 3. *Conventionis,* 4. *publicæ & ſolennis declarationis,* 5. *belli ab imperio ita ſeparatæ ſunt, ut vel planè nulla, vel admodum dubia illas recuperandi ſpes effulgeat.*

Quo ad prædicta individua verò notandum.

Antvverpiam à plerisque non ſolum pro urbe imperiali, ſed etiam metropoli Marchionatus imperialis cognominis habitam eſſe, ut legi poteſt apud *Gramaye in Antiq. Antvverp. Scriban. in Origin. Antvverp. c.* 4. *& ſeqq. Thuan. l.* 41. *f. m.* 760. *& Scriptores communiter.*

Cùm verò Marchionatus ille unâ cum integro Belgio à Romano imperio hodie avulſus ſit, *etiam illa urbs* A. iſtud non amplius agnoſcit, ut Politici etiam communiter tradunt. *Quamvis enim* adhuc præterito ſeculo, & quidem *anno* 1548. *Carolus V. Imperator* in Comitiis Auguſtanis cum Statibus Imperii certa concordata, anno 1560. demum confirmata, & à *Conringio de Finib. Imperii l.* 2. *c.*28. relata, circa totum Belgium Burgundiâ incluſâ confecerit, & ſecundum illa *confeſſus fuerit*, quaſdam provincias certo modo imperio ſubjectas, ejusque feuda eſſe, ac omnes illius provincias ſub uno circulo Burgundico ſcilicet complexus ſit *conſtituendo, ut illa, in omnibus communibus tributis imperio tantum, quantum duo Electoratus, in expeditione autem contra Turcas generali tantum quantum tres contribuant, & vice versâ ſub Imperatorum & imperii perpetua protectione ſint, ac ad Comitia Imperii cum jure ſeſſionis & ſuff. agii convocentur, uti etiam in cauſis non ſoluta contributionis à Camera Imperiali ad illam conferendam compelli poſſint; & imperii* B. *feuda ab illo recognoſcere, & conſtitutionem de pace publica ſervare teneantur: attamen expreſsè excepit*, omnes illas provincias & ditiones in omnibus aliis cauſis à jurisdictione Imperatoris & imperii, tàm in prima quàm ſecundâ inſtantiâ debere planè eſſe exemtas & liberas, ut latius in illis continetur, & ex iis quidem clarè patet, quatenus jurisdictionem imperii agnoverint, vel ab illa exemti fuerint. *Verum ſucceſſivè multa eſſe mutata, & ex iis quaſdam* provincias confœderatis Belgii Ordinibus per Pacem Monaſterienſem à Rege Hiſpaniæ Philippo IV. cum pleniſſima libertate, & Imperatoris Ferdinandi III. confirmatione ab Eodem *Conringio d. c.*28. *p.m.* 777. *& ſeqq.* relatâ, eſſe ceſſas, *quaſdam verò* in hoc poſtremo bello cum ipſo Burgundiæ Comitatu ab hodierno Galliarum Rege ademtas, & per pacificationem planè avulſas, ut ita imperio noſtro hodie in illis provinciis forte C. nihil vel ſaltem parum ſuperſit.

De illa porro notanda ſequentia.

*Eſſe ibi I. turrim altiſſimam & elegantiſſimam, ut jam præc. l.*1. *c.*7. *th. expl.*1. *n.*2. *notavimus.*

II. Curiam celeberrimam, ut ibidem memoratum.

III. Forum Senatorium inſigne ibid. expl. 8.

IV. Burſam magnificam ibid.

*V. Arcem inter omnes Europaas munitiſſimam, ut præc. p.*2. *ſect.*2. *c.*5. *th.*8. *expl.*1. *demonſtravimus.*

*Plura de illa in Guicciard. Belgio ſub Brabantia Scribanio in Origin. Antvverp. & Zeill. in Topogr. German. Infer. f.*33. *& ſeqq. legi poſſunt.*

Ateſten vel Ateſtinam urbem olim civitatem Imperii, ſed poſtea ab Imperatoribus liberam factam fuiſſe ex *Alex. Laudenſi l.*1. *reſponſo* 31. *n.*38. narrat *Cluten. Sylloge Rer. Quotid. concl.*15. *lit. B. ſed obtenta vel* D. *pratenſa huic libertati eadem quidem opponi poſſunt, qua paulo pòſt Luca, & aliis Italia urbibus opponi ſolent, verùm procul dubio ſine effectu.*

Baſileam *imperialem civitatem* antiquam & celeberrimam præteritis temporibus fuiſſe, apud omnes in confeſſo eſt, *ſed cùm* illa à nobilitate vicina anno 1501. valde exagitaretur & premeretur, ſe fœderi Helvetico junxit, & ita ab Imperio defecit, ut tradit *Stumpf. l.*12. *Chron. Helvet. c.* 34. *in pr. & Heuterus in Hiſtor. Belg. l.*2. *c.*2. ac ſucceſſivè plenam libertatem ac exemptionem, in *Inſtrumento Pacis Germano-Suevico art.*6. *& Germano-Gallico* §. *cum item Cæſarea Majeſtas &c.* confirmatam obtinuit, de quo latè agit *Knipſch. l.*4. *c.*2. *n.*33. *& ſeqq.*

*Quibus addendum, ibi eſſe Academiam præc. p.*2. *ſect.*2. *in f. ſub Individuis Academiarum deſcriptam. Et Epiſcopatum, ſed Epiſcopum expulſum Bruntruti reſidere, ut præc. Sect.*2. *c.*2. *th.*4. *in explic. n.* 5. *diximus.*

De urbe verò ipsâ & ejus juribus, ædificiis publicis, ac actis legi poteſt apud Zeiller. in Topogr. Helvetia f. 46. *& ſeqq.*

Bernam celeberrimam Helvetiæ urbem, & hodie Rempublicam, à Bertholdo IV. & V. Duce Zæringenſi ædificatam, & *imperio ſub Friderico II. Imperatore traditam*, ac ideò primùm à Prætore imperii gubernatam, ſed paulò poſt à dicto Imperatore planè liberam factam fuiſſe, ut refertur à *Munſtero l.*3. *c.*271. *Edit Germ. & latius à Stumpf. l.*7. *c.*30. *ac l.*8. *c.*3. *ubi in capitibus ſeqq. quomodo illa ſe Comiti Sabaudiæ ſubjecerit, & ab illo paulo poſt libertati reddita, ac poſt aliquot bella in fœdus cum Uri, Schvviz & Undervvalden anno* 1353. *pervenerit, latè narrat.*

Illam ab iſto tempore ab imperio avulſam, & ſucceſſive planè liberam factam, ac cum tota Helvetia talem in pacificatione Oſnabruggenſi ac Monaſterienſi declaratam eſſe, ex Inſtrumentis illorum dd. ll. patet.

*De illâ, ejus potentiâ, territorio, Gymnaſio, armamentario & ſimilibus legatur Zeill. in d. Topogr. f.*24. *& ſeqq.*

Biſantium *vel Veſontionem* celeberrimam in Comitatu Burgundiæ ſitam imperialem urbem *cum ſupremo dominio & omnibus ſuperioritatis juribus anno* 1651. *ab Imperatore Ferdinando III. cum conſenſu Electorum ad Regem Hiſpaniæ Philippum IV. pro reſtitutione Franckenthalis tranſlatam, & in Comitiis Ratisbonenſibus anno* 1653. *planè tranſcriptam eſſe, ex actis publicis à Knipſchildio d. l.*4. *c.*1. *n.*19. *relatis palam eſt. Sed illa poſtea per ultimam pacificationem Gallo ſimul ceſſit.*

*Quibus addendum, eſſe ibi Academiam celebrem, ut præc. p.*2. *ſect.*2. *c.*2. *in fine ſub Individuis Academiarum conſignavimus.*

Bononiam *imperialem quondam urbem ab imperio avulſam, & Pontificis Romani jurisdictioni auctoritate Rudolphi I. Imperatoris ſubjectam eſſe, ex Brevio adducit Conring. de Finibus Imperii c.*20. *p. m.* 396. *addito judicio, illam ideo imperii limitibus omnino non excidiſſe, quibus adde, quod Idem ſeqq. c.*21. *p. m.* 455. *& ſeqq. narrat, Carolum IV. & V. in recognitionem ſuperioritatis Univerſitatis illius loci privilegia antiqua confirmaſſe & nova conceſſiſſe, & qua in ſubſequentibus ſub Lucâ adducta ſunt. Quoniam verò illa difficilis vel nullius recuperationis eſt, illam hic inter avulſas ponendam eſſe cenſuimus.*

Briſacum *in Alſatiâ* ad Rhenum ſita & munitiſſima urbs, olim *Mons Briſiacus* dicta, *quondam ad imperium immediatè pertinuit, & à Ludovico IV. Imperatore Ducibus Ottoni & Alberto II. pro* 20000. *florenis expenſarum bellicarum cum Schaffhusâ, Rheinfeldâ & Neuburgo ſalvâ libertate & privilegiis integris anno* 1330. *ſecundum Stumpf. l.*5. *c.*17. *f.*416. *l.*12. *c.*13. *& Zeiller. in Topogr. Alſat. f.*5. *oppignorata fuit, & ab illo tempore in Auſtriacorum poteſtate usq; ad Pacificationem Oſnabruggenſem & Monaſterienſem permanſit, tunc enim, ut ex Inſtrumento Pacis utroq; & aliàs notum eſt in Regis & Regni Galliæ poteſtatem cum omnibus pertinentiis perpetuo jure tranſiit.*

Cameracum *imperialem civitatem fuiſſe*, & primò cenſum 200. poſtea verò 96. florenorum, in Circulo Weſtphalico imperio contribuiſſe, ex *Lehm. l.* 4. *c.* 5. *& Limn. l.*4. *c.*7. *poſt n.*66. *ſub Matricula Imperii de anno* 1521. *usq;* 1551. *p. m.* 101. *& de anno* 1555. *p. m.* 191. *uti etiam Matriculâ anni* 1576. *ibid. p.* 167. *conſtat.*

Verum

Verum cum urbs illa velut limes fideliſſimus à Carolo V. in bello cum Gallis geſto ob metum, ne ab his in poteſtatem redigeretur, occupata & arce validiſſimâ munita eſſet, referente *Leodio de Vitâ Friderici II. Palatini l.2. p.23. & l.12. p.254.* in hujus & ſucceſſorum poteſtate poſtea permanſit, *& licet* Archiepiſcopus illius loci Johannes Reinhardus Otto Legatos ſuos adhuc anno 1613. in Comitiis Ratisbonenſibus habuerit, ut ex ſubſcriptione illius Receſſus conſtat, *hodie ab imperio planè avulſa eſt. Sed nunc in Gallorum poteſtate adeoq; eo magis imperio ademta eſt.*

Campos *in Tranſiſalania* urbem etiam Imperialem fuiſſe ex matriculâ vel Catalogo omnium Membrorum Imperii apud *Limn. l.1. c.8. & Zeiller. in Topogr. Germ. Infer. 97.* patet, *ſed illa urbs* anno 1578. per diuturnam obſidionem in poteſtatem Ordinum Belgii confœderatorum pervenit, ut legi poteſt apud *Winſemium l.4. Rerum Friſicarum f.m. 327. & Meteranum l.8. Hiſter. Belgic. f.m. 378. & per pacificationem Hiſpane-Belgicam cum reliquis iisdem Provinciis unitis confœderatis Ordinibus ceſſa eſt, ut ſupra ſub Antvverpia diximus.*

Dantiſcum hodie Pruſſiæ metropolim inter civitates imperiales relatum, & ſingularibus immunitatibus munitum, ut ex *Werdenhagio* refert *Zeiller. in Topogr. Pruſſia f.18. ac pro tali anno 1495. in Comitiis Wormatienſibus,* in quibus pro cenſu illi 600. florem primum indicti, ut legi poteſt apud *Lehm. d. l.4. c.5 immo* præterito adhuc ſeculo habitum fuiſſe *ex matriculâ Imperii de anno 1557. apud Limn. l.4. c.7. p. m. 191.* ubi illi 168. pedites adſcripti ſunt *&* Reichs-Anſchlag *de anno 1521. usq; 1575. ibid.* 168. & 165. pedites aſſignati ſunt, conſtat, *ſed illa cum universâ Pruſſiâ anno 1454. ſeſe Caſimiro Poloniæ Regis clientelam & fidem dedit, ac poſtea 1525. ex pacto cum Alberto Brandenburgico, ultimo Ordinis Pruſſici Magiſtro, inito Poloniæ Regibus & regno ſecundum notorietatem plane ſubjecta & ab Imperio avulſa eſt,* ut poſt Polonicos & Pruſſiacos Scriptores etiam *Chytr. in Saxon. l.1. f.14. & l.11. f.281. & ſeqq. latè refert.*

De illius ſitu, celebritate, munimentis & ædificiis publicis vide Zeiller. d. l. & Cellar. in Poloniâ.

Elbingam celeberrimam & hodie muniiſſimam urbem inter civitates imperiales, quoque olim & adhuc d. anno 1557. & 1575. relatam & collectam fuiſſe, *ex Limn. d. l. patet, illam verò eadem tempore & modo, quo Danteſcum, ab Imperio avulſam fuiſſe, apud dictos auctores legi poteſt, & per ſe notum eſt.*

Florentiam urbem imperialem, & non attentâ prætensâ libertate à Carolo V. ad obſequium Medicæis præſtandum adactam fuiſſe præc. c.2. th.8. in expl. n.3. deductum eſt. Quoniam verò hactenus imperio vindicata non fuit, pro avulſâ non injuriâ habenda eſt, imprimis, quoniam nulla recuperationis ſpes ſupereſſe videtur.

Oppidum S. Galli tanquam imperialis urbs adhuc in dictis Wormatienſibus Comitiis 1495. collectam 200. florenorum ſuſtinuiſſe, legitur apud *Lehmann. d. c.5.* & olim indictionem 57. peditum habuiſſe, refert *Zeiller. in Topogr. Helvetiæ f.69. & Limn. d. p.121.*

De ejus antiquâ imperii immedietate jam ſuo tempore, ſcilicet circa annum 1546. ſcribit Stumpf. l.5. Chron. c.8. f.384. illam ultra 400. annos illâ gaviſam, & à Friderico II. Imperatore privilegiis ac libertate imperii ulterius munitam, eaq; a Rudolpho I. 1281. confirmata fuiſſe, & ab Imperatore Carolo IV. anno 1374. præturam Imperii certo modo, & anno 1401. à Ruperto Imperatore planè impetraſſe. Idem ſeq. f.385. & anno 1454. fœdus perpetuum cum fœderatis Helvetiæ pagis iniiſſe f.386. & nihilominus anno 1475. certum civium numerum ſub vexillo Imperatoris Friderici III. contra Carolum Burgundiæ Ducem in auxilium miſiſſe, ac 1497. à Camerâ imperiali ob certam cauſam ex contumaciâ in bannum declaratam, ſed interpoſitione Helvetiorum iterum Imperatori conciliatam fuiſſe *ſeq. f.387. & ſeq. refert.*

Sed poſtea illam ſe cum ſuo Abbate ab imperio planè avulſiſſe & ſub Helvetiorum libertate comprehenſam eſſe, notiſſimum eſt.

Genevam Allabrogum olim civitatem imperii & ſemper liberam fuiſſe communiter traditur, idque inſigni illorum inter alia demonſtratur, ſicuti etiam ſecundum *Zeiller. in d. Topogr. f.71. civitas* illa vigore Archivorum prætendit, ſe Romanam coloniam, imperialem urbem & ſemper liberam fuiſſe, *& Stumpf. l.8. c.25. refert, illi à Friderico I. Imperatore anno 1162. privilegium immedietatis & libertatis imperialis confirmatum fuiſſe.*

Illam præterito ſeculo cum Bernatibus & poſtea cum Tigurinis fœdus iniiſſe *Stumpf. d. c.25. & ſeqq. & Zeiller. d. l.* memorat, *& jam ab imperio longo tempore avulſam eſſe notiſſimum eſt.*

Groningam *Friſiæ occidentalis metropolim* inter civitates imperiales olim comprehenſam fuiſſe, & cenſum habuiſſe 1000. florenorum ex conſignatione illarum urbium, quæ in Comitiis Wormatienſibus anno 1495. collectæ fuerunt, apud *Lehm. d. l.4. c.5.* dignoſcitur, ſicuti etiam *Munſter. l.8. c.24.* illam inter antiquas numerat, & illa in monetâ aureâ globum imperii & nomen Imperatoris Friderici ac ejus filii Maximiliani I. geſſit, ſecundum *Imperatoris Ferdinandi I.* Neu Müntzordnung *de anno 1559. § 85. & 107. ſed illa jam longo tempore in matriculis non reperitur & hodie cum omnibus confœderatis provinciis, ac toto Belgio, ut in præced. ſub Antvverpia deduximus, ab Imperio avulſa eſt.*

Lucam Italiæ urbem vel Rempublicam ad imperium pertinuiſſe ex Hiſtoricis notum, & jam præc. c.2. th.8. in expl. n.3. adductum, ac ſimul demonſtratum eſt, illius prætenſam libertatem de jure non ſubſiſtere, & ideo illam adhuc à Carolo V. Imperatore impugnatam fuiſſe. Quoniam verò ejus recuperatio vix ſperanda eſt, illam hic inter avulſas poſuimus.

Metim in Lotharingia *ſitã celeberrimam,* ut ex omnibus matriculis notum eſt, *imperialem urbem & Epiſcopalem ſedem ab Henrico II. Galliarum Rege anno 1552. ſecundum Gallos verò pro uſitata tunc temporis ante feſtum Paſchatos annos computandi ratione 1551. una cum Tullo & Virudino & illorum Epiſcopatibus ac territoriis* ſub ſpecie initi cum Proteſtantibus Imperii principibus fœderis & protectionis poſt oſtenſam, ſed non adhibitam vim, partim perſuaſionibus, partim fraude *occupatam,* & confirmatis juribus ac privilegiis præſidio ac poſtea operibus munitam, ac *à Carolo V. Imperatore eodem anno fruſtra obſeſſam fuiſſe,* ex ejus temporis Hiſtoricis, inprimis verò *Sleidano l.24. p. m. 702. & 727. & ſeqq. & Thuano l.11. in pr. f.m. 221. & ſeqq.* notum eſt.

Sed Rex poſtea variis de cauſis ab Eodem Thuano d. l.11. f.m. 216. & l.37. f.m. 696. relatis reſtitutionem illius renuit, & ideo in R. J. ſecundario de data Augſpurg *1559. §.1. concluſum fuit, ut* ad illam impetrandam nomine imperii certi legati ad Regem Galliæ Franciſcum II. ejus ſucceſſorem mitterentur, & de illius reſtitutione inter Status Imperii & Reges Galliæ controverſia mota fuit, ut legi poteſt apud *Limn. Tomo 4. l.7. c.32. Sed per pacificationem Germano-Gallicam §. Primò, quod ſupremũ dominium &c. &c. illa ſublata & tres Epiſcopatus* Metenſis, Tullenſis & Virodunenſis cum tribus urbibus cognominibus & omnibus diſtrictibus *Corona Gallica in perpetuum & irrevocabiliter incorporati ſunt.*

Muhlhu-

Muhlhuſium *Alſatia* vel Sundgaviæ celebrem imperii ad Præfecturam Hagenoënſem olim pertinentem urbem, *primùm anno* 1465. *cum Bernâ & Solothurno, poſtea anno* 1506. *cum Baſileâ. & tandem* 1514. *cum univerſis Helvetiorum pagis perpetuum fœdus iniiſſe, & ſe iis conjunxiſſe, ac anno* 1521. *in confœderationem cum coronâ Gallicâ receptam fuiſſe, poſt Stumpff. l.12. c.35. tradit Zeiller. in Topogr. Sueviæ f.65. & ſeqq. Atq; ita hæc urbs cum universa Helvetia per pacificationem Oſnabruggenſem & Monaſterienſem, ut jam ſub Bernâ dictum, ab imperio in perpetuum avulſa eſt.*

Neomagum *civitatem imperii, & a Wilhelmo Imperatore Ottoni Geldriæ Comiti cognomine Claudo anno* 1248. *pro* 21000. *marcis argenti puri oppignoratam eâ conditione, ut niſi intra certum tempus redimeretur Ottonis ditioni accederet, idq; à Rudolpho I. Imperatore confirmatum fuiſſe, ac ita urbem illam precio non ſoluto ab imperio alienatam manſiſſe refert Guicciard. in Belgio ſub Geldriâ p. m.15. & in genere Zeiller. in Topogr. Germ. Infer. f.86. & ſeq. poſtquam verò Geldria cum reliquis provinciis vigore pacificationis Hiſpano-Belgica in Confœderatorum Belgii Ordinum poteſtatem irrevocabiliter pervenit, urbs illa etiam ab imperio planè avulſa eſt.*

Parmam & Placentiam *olim Imperialem urbem latè tamen ſic dictam, poſtea verò Pontificis juris factam, & ita ab imperio planè avulſam eſſe à Munſtero l.2. c.115. & communiter traditur, ſed Conringius de Finibus Imperii Germanici c.20. ante finem à Carolo V. Imperatore illas Pontifici Clementi VII. abſq; Ordinum imperii conſenſu, & inſuper ſalvo imperii jure conceſſas eſſe tradit idq; ſeq. c.23. p.m.525. repetit.*

Quoniam vero ſpes recuperationis fere nulla supereſt, illam in hanc claſſem retulimus.

Piſam *Imperio immediate ſubjectam eſſe Maximilianus I. Imperator* in ſeiner Verantwortung wider den König in Franckreich *de dato* Coſtnitz 1507. *apud Goldaſt.* in den Reichshandlungen *f.64. aſſerit.*

Licet verò his opponatur Florentinos illam urbem ſeq. anno 1509. *vi ſubjugaſſe, adeoq; ab Imperii jurisdictione avulſiſſe, objectioni tamen huic reſpondere ſoles, ipſos Florentinos anno* 1530. *ab Imperatore Carolo V. Imperio aſſertos, ut præc. c.2. th.8. in expl. n.3. deduximus, adeoq; ſimul Piſanos imperio vindicatos fuiſſe, inde apparet.*

Sed ob amiſſam recuperationis ſpem illam inter avulſas hic ponendam cenſuimus.

Schaffhuſium *imperialem fuiſſe civitatem Stumpf. l.5. c.17. f.415. & ſeq. aſſerit, & ex matriculis imperii apud Limnæum ſub præc. oppido S. Galli adductis conſtat. Illam verò anno* 1330. *cum Rheinfeldâ, Nioburgo & Briſaco ab Imperatore Ludovico IV. pro pecuniâ Friderico Auſtriaco Imperatori debitâ Ducibus Auſtriæ oppignoratam & anno* 1415. *cum Johannes* 22. *aliis* 23. *Pontifex auxilio Friderici Auſtriæ Ducis Conſtantiâ aufugiſſet, cum aliis ditionibus & oppidis in pœnam Auſtriacis ademptam & imperio reſtitutam, & pro magnâ pecuniæ ſummâ privilegio de non amplius oppignorando vel alienando munitam fuiſſe, Idem Stumpf. ſeq. f.* 416. *refert.*

Cum verò poſtea permiſſu Imperatoris Friderici IV. Sigismundus Auſtriæ Dux cum ſuis cognatis anno 1454. *miſſis non exiguis nobilium copiis urbem illam repeteret,*

A. *cives quidem ſalvâ tamen libertate, id non recuſaverunt, ſed cum nobiles illi exceptionem iſtam rejicerent, urbs illa cum Helvetiis fœdus pepigit, atq; ita ſe tunc liberavit & illud cum Tiguro, Bernâ, Lucernâ, Schwitzâ, Tugio & Glaronâ anno* 1459. *ad* 25. *annos extendit, & anno* 1479. *cum octo pagis renovavit, ac tandem anno* 1501. *ab Helvetiis in plenum & perpetuum fœdus obtento duodecimo loco aſſumta, & ita tandem cum totâ Helvetiâ ab imperio Romano avulſa fuit, ut jam ſupra ſub Baſileâ demonſtravimus.*

Tigurum *imperialem urbem* ab antiquiſſimo tempore, & in veteribus Matriculis contentam fuiſſe, & Prætores imperii in arce regiâ habitantes habuiſſe *Stumpf. l.6. c.14. f.483. & c.15. in pr.* refert, ubi ſimul Principes & Comites, qui tales Prætores fuerunt, recenſet *c.16. & ſeqq.* memorans, *Fridericum II. Imperatorem* 1245. *urbi privilegium dediſſe*, ut proprium Senatum haberet, & ab imperio alienari non poſſet, & Imperatorem vel Regem Richardum anno 1262. Hagenoæ
B pronunciaſſe, urbem illam ſemper ad imperium pertinuiſſe, & apud illud manere debere.

Cum vero Albertus Dux Auſtriæ una cum Epiſcopis & urbe Baſileenſi ac Argentoratenſi ac nonnullis aliis urbibus fœdus contra illam offenſivum iniiſſet, *illam anno* 1351. cum quatuor urbibus Sylveſtribus & confœderatis pagis fœdus pepigiſſe, & eodem ab hoſtibus illis obſeſſam, ac quidem bellum per arbitros compoſitum fuiſſe, ſed illud recruduiſſe, & anno 1355. Ratisbonæ per Carolum IV. Imper. planè compoſitum fuiſſe, Illumque anno 1362. cum iſta urbe fœdus iniiſſe, & illi omnia privilegia confirmaſſe, ac Imperatorem Wenceslaum illi præturam Imperii cum omni jure & jurisdictione anno 1400. conceſſiſſe, de quibus etiam *Simler. de Republ. Helvet. l.1. ſub illâ urbe* legi poteſt.

Quibus addendum, illam quidem demum anno 1351.
C. & quinto loco in fœdus Helveticum perveniſſe, *ſed* ob celebritatem & potentiam primum locum in omnibus conventibus, legationibus, & actibus publicis obtinere, ut *Idem Simler. d. l.1. p. m.* 122. *& ſeq. Stumpf. l.13. c.2. & latius Zeiller. in d. Topogr. p.19. refert.*

Quo ita ſe habente urbem illam celeberrimam ac potentiſſimam una cum totâ Helvetiâ & confœderatis locis ab imperio in perpetuum avulſam eſſe notiſſimum, & inſuper in præced. ſub Baſileâ deductum eſt.

Quibus addendum I. eſſe ibi Gymnaſium celeberrimum.

II. Bibliothecam publicam celeberrimam.

III. Curiam magnificam.

IV. Armamentarium inſtructiſſimum.

V. Ergaſterium ein Zuchthauß.

De quibus & aliis ædificiis publicis Zeiller. in Topogr. Helvetiæ f.18. & ſeq. legi poteſt.

D. Tullum *imperii urbem ab Henrico II. Galliarum Rege ſub prætextu fœderis & defenſionis anno* 1552. *occupatam, ac tandem plano jure ad Coronam Galliæ tranſlatam fuiſſe, jam in præc. ſub Moſis recenſuimus.*

Virodunum *ſimiliter imperii urbem eodem modo ab Imperio avulſam fuiſſe, ibidem memoravimus.*

Et hæc de civitatibus Imperii in univerſum dicta ſufficiant.

F I N I S.

OPERIS POLITICI

Libri II.

DE ADMINISTRATIONE ET CONSERVATIONE REIPUBLICÆ BELLICA.

Pars IV.

CAPUT I.

DE BELLI DEFINITIONE, DISTRIBUTIONE & Cauſis.

SUMMARIA.

Th. I. Sagata adminiſtratio in quo conſiſtat.
Expl. Neceſſitas & togata & ſagata adminiſtrationis demonſtratur.
Th. II. Bellum definitur.
Expl. I. Cur ejus definitio difficilis ſit.
Adfertur Grotii & Feldenii, ſed rejicitur.
Adducitur alia & probatur juxta Logica Precepta. Item alia adhuc.
An in Scholis de militia tractari poſſit? remiſſivè.
Quatenus bellum per Statum definiri poſſit.
Expl. II. Belli derivationes adducuntur, & vera indicatur.
Expl. III. Affinia belli ſunt Tumultus, Duella, & Repreſſalia.
Tumultus quid propriè ſignificet, & quomodo à bello differat.
Repreſſalia quando & à quibus adhibenda tractatur de Æmulationis malo.
Quomodo bellum à prælio differat.
Expl. IV. In originem belli inquiritur.
Occaſiones bellorum irregulares & ex oblato aliquo ſigno vel omine quodam orta.
Expl. V. An Magiſtratui Chriſtiano liceat bellum gerere.
Belli mala & iniquitas oſtenditur.
de Duellis remiſſivè.
Th. III. Quæ circa bellum conſideranda.
Th. IV. Diſtributiones variæ belli traduntur.
Expl. Examinatur diſtinctio belli in defenſivum & offenſivum, & aliter atq; vulgò fit, explicatur.
de Bello diverſionis & Civili remiſſivè.
Th. V. Cauſæ bellorum quotuplices.

A. *Expl. Quis ſub nomine Magiſtratus Superioris veniat.*
Quibus conditionibus & cautelis Statibus Imperii poteſtas belli gerandi competat.
Imperator abſq; Statuum conſenſu bellum nomine Imperii indicere & gerere non poteſt.
Th. VI. Cauſa efficiens quæ.
Expl. Occaſio belli introducti, & quare olim inter ſummos Principes vel liberos Populos tantum bella legitima fuere.
Th. VII. Impulſivæ ſunt manifeſtæ vel occultæ.
Th. IIX. Manifeſtæ quæ.
Expl. I. Belli cauſæ debent eſſe juſtæ, & quibus de cauſis, ac quæ inde emolumenta.
Quæ illa cauſa. Quot Romani obſervarint.
Inquiritur in Juſtitiam Romanorum armorum.
Expl. II. Colliguntur omnes cauſæ ad belli juſtitiam neceſſariæ.
B. *Expl. III. Prætextus & occaſio à vera cauſâ ſecerni debent.*
Expl. IV. An milites teneantur in cauſas belli inquirere, antequam bello nomina ſua dent.
Th. IX. Quæ in invaſione juſtæ ſint cauſæ.
Expl. I. Bellum illativum inprimis juſtum eſſe debet.
Ejus cauſæ generales duplices.
Speciales tres denegata reſtitutio ablati, denegatus vel impeditus innoxius tranſitus, injuria gravis ſummo Magiſtratui illata, ubi de legatorum violatione.
Expl. II. De voto vindicandæ cladis.
Expl. III. An bellum juſte geratur contra vicinum potentiorem ob formidinem nimiæ potentiæ, ubi ſimul noſtra diſtinctio.
An hoſti occulto potius inferendum bellum, quam tempus concedendum, ut ipſe inferre poſſit.

An Princeps Chriſtianus juſtè poſſit bellum inferre Barbaris non hoſtibus ſolo Ethniciſmi vel Barbariſmi intuitu.

An Princeps omni tempore olim ablata repetere & bello vindicare poſſit? remiſſivè.

Expl. IV. *Exempla quorundam, qui ſine juſtâ & levi de causâ bella geſſerunt.*

Expl. V. *Quid de mediatate vel Neutralitate ſentiendum.*

Et an illa in bello Civili locum habeat? Remiſſivè.

Th. X. In defenſione quæ juſtæ cauſæ.

Expl. I. *de Defenſione naturali permiſſa.*

Quædam de defenſione injuſtâ & juſtâ.

Quatenus pro libertate non perſonali ſed politica ad amoliendam ſubjectionem ſcilicet ſuſceptâ arma capi poſſint.

An pro Religionis defenſione bellum ſuſcipi poſſit ac debeat.

Expl. II. *Quomodo minor à potentiori bello laceſſitus ſe gerere debeat.*

Expl. III. *Quæcirca defenſionem Sociorum obſervanda.*

Th. XI. Cauſæ occultæ quæ.

Expl. I. *De Ambitionis malo.*

Expl. II. *De Avaritia vitio.*

Th. XII. Cauſæ Svaſoriæ quæ.

Expl. Recenſentur & demonſtrantur illa.

TH. I.

Hactenus Reipubl. adminiſtratio togata in genere & ſpecie: *Sequitur ſagata ſive militaris* in felici & prudenti bellorum adminiſtratione poſita, ad tutelam Reipubl. conducens ac neceſſaria.

Expl.

ADmodum *ſuccinctè Imperator Juſtinianus in Proœm. Inſt.* de duobus Imperii fulcris, Legibus ſcilicet & Armis, loquitur hiſce verbis: *Imperatoriam Majeſtatem non ſolùm armis decoratam, ſed & legibus oportet eſſe armatam, ut utrumq; tempus & Bellorũ & Pacis rectè poſſit gubernari. Gubernatores ergò terrarum* curam illam oon deponant, ſed tempore pacis de bello diſponant, omni neceſſario apparatu ad manus repoſito, *tàm* ad atroces injurias in tempore vindicandas, & vim atque impetum hoſtilem à ſe ſuisque declinandum *quàm* ad vicinos apparatu iſto bellico ab illatione talium deterrendos. Hinc *Cicero pro Murenâ c.* 1. *Virtus militaris præſtat cæteris omnibus*: cum juxta *Tacit* 4. *Hiſt.*24. *Quies gentium ſine armis nulla ſit*: & ſecundum Eundem 1. *Hiſt.* 38. *penes milites omne honeſtis conſiliis robur, & ſine illis quavis egregia invalida ſint.* Plura vide *præced. p.* 1. c. 1. *th.* 1. *expl.* 1. & 2. notata, & ibidem Quæſt. *Utrum pacis vel belli artibus prima debeant* *nec non ſeq.* c. 2. *th.* 4. *expl.* 1. adducta.

TH. II.

Eſt autem bellum legitima armorum contra turbatorem tranquillitatis publicæ pro conſecutione ejus, quod intereſt, & pacis ſimul obtinendæ cauſsâ ſuſceptio.

Expl.

1. LIcet *bellum* ex genere imperfectorum & analogorum ſit, bene id obſervante *Keckerm. in Syſt. Polit. lib.* 1. *c.* 29. *in pr.* & ex recentioribus quibusdam probante *Veltheimio in Introduct. ad Grot. de jure Belli & Pac. l.* 1. *c.* 1. *in Not.* §. 3. *adeoq;* perfectè definiri nequeat: *attamen* Politici in tradendâ, quoad fieri poteſt, convenienti illius definitione vel potius deſcriptione admodũ anxii ſunt, ut paſſim ex eorum ſcriptis apparet: Et nihil-

A. ominus omnibus illis ferè illud *Plautinum in Aulul. Act.* 2. *ſc.* 1. de mulieribus dictum.

Optima nulla eligi poteſt, alia aliâ pejor eſt,

applicare licet. *Hinc Felden. in ann. ad Grot. de Jure Pac. & Bell. lib.* 1. *c.* 1. §. 2 *p. m.* 3. *rejectâ Grotii hujus, definitione, quâ Bellum voluit eſſe Statum per vim certantium, quâ tales, expreſſè fatetur,* quod definitionem belli omnibus ejus ſpeciebus competentem dare admodum difficile ſit, *& tamen* ſatis latam, nec æquo latiorem ſe tradere putat, ſequentem, *quod Bellum ſit ſtatus eorum, qui inter ſe ſocietatem humanam diſſolvunt obtinendæ ejus gratiâ, quod ex ſocietate illa ſingulis debetur.*

Verum nec illam ſatis largam eſſe contendit Gravvinckel. in ſtricturis ad dicta Annot. d. l. p. m. 44. *& ſeq. Et ut verum fateamur, definitio ex Althuſ. Polit. c.* 29. *& Obrechto diſput.* 1. *de Bello, à multis, tanquam optima deſumta, & approbata,* quib9 illud eſt *actio hoſtilis ad injuriam propulſandam vel vindicandam à Magiſtratu* B. *vi armisq; contra hoſtes pacis retinendæ vel recuperandæ causâ legitimè ſuſcepta & adminiſtrata accuratè examinata, inſufficiens ex parte eſt, cum ſaltem bello jam illato,* vel conflictui, pugnæ aut prælio, item expugnationi invaſionique, *non verò belli initiis* [quæ ſolâ clarigatione absque ulla hoſtili invaſione exiſtunt] *ſed intervallis*, quando nimirum Exercitus io hyberna deductus eſt, vel induciæ intercedunt, *ſed ſolis*, ut dictum, *belli actibus*, qui tamen non ſunt continui, ſed intercapedinem patiuntur, [quia bellum non una & continua actio hoſtilis eſt] *congruat, nec bello*, quod ob Provincias ademtas vel ipſius bellum inferentis & culpa amiſſas recuperandas *conveniat. Quod jam ad noſtram definitionem attinet, in illa pro genere* poſitum eſt, quod ſit ſuſceptio armorum, ut tàm belli initium, quàm progreſſus & intervalla ſub eo contineantur, *pro differentia*, quod ſit legitima, hoc eſt, ab eo qui Jus belligerandi & ſuſcipiendorum armorum habet, legitimis modis, C. puta prævia clarigatione factâ; *pro Objecto* hoſtis, ut excludatur ſimul uſurpatio armorum contra legitimum Dominum ſuſceptorum: *pro Causâ impulſivâ* id, quod intereſt, ut ſub eo omne id, quod bello tàm defenſivo, quàm offenſivo cauſam dare poſſit, quale injuriæ propulſatio, defenſio ſui & ſuorum, recuperatio amiſſorum, & talia comprehendatur; *ac pro Causâ tandem finali* conſecutionem vel recuperationem Pacis & ſecuritatis publicæ.

Definitur aliàs publicorum armorum juſtè & ritè denunciata contentio. Vide *Lentul. de Jure Bell. & Pac. lib.* 2. *c.* 1. ubi bellum definit, quod ſit publica rerum armis commotis perturbatio. Plures refert *Bocer. de Bello & Duello* c. 1.

Poſſe autem io ſcholis etiam & umbra à non militibus de bello & militiâ tractari, oſtendit *Lipſius* 5. *Polit.* 1. *& Heider. in Syſt. Polit. c.* 5. *p. m.* 627. *Konig part.* 3. *Theatr. Polit. c.* 1. *n.* 1. *& ſeq. Savedra Symb.* 30. *& Naudæus de Studio Milit. in Præfat. n.* 2. D. ad Qnos Ariſtarchos remittimus. *Notandum hic eſſe duximus, Bellum dupliciter conſiderari poſſe, vel reſpectu* qualitatis aut conditionis ejus, in quam ſtatus publicus per duorum hoſtium concertationem conjectus eſt, ejusque durationis, *vel reſpectu* effectus à causâ ſua producti. *Reſpectu prioris* illud per ſtatum, *poſterioris* verò per actum vel actionem aliquam deſcribi poteſt, ſicuti etiam *reſpectu prioris Servius ad l.* 8. *Æneid. v.* 547. bellum dicit eſſe omne tempus, quo vel præparatur aliquid pugnæ neceſſarium, vel quo pugna geritur, & *Grot. l.* 1. *de Jure B. & P.* c. 1. *§.* 2. illud per ſtatum vi concertantium definit. *Nam hoc intuitu* ſtatus ille turbulentus per concertationem doorum hoſtium publicam introductus tam diu bellum vocari poteſt, quam diu per pacificationem in effectum deductam mutatus non eſt, quo facto ſtatus ſubſequutus iterum *pax* vocatur, *& hoc*

hec deſcribi poteſt, ſtatus ob reconciliationem publicam ab armis rurſus ſe abſtinentium, ut legitur apud *Hobbeſ. in Leviath. c. 13. §. manifeſtum igitur.*

Cæterùm de diſtinctione inter actum & ſtatum, ejus origine & ad diſciplinas practicas applicatione latè agit Velthemius ad Grot. in Not. d. c. 1. §. 4. & ſeq.

II. *Dictum autem nonnulli putant bellum, per Antiphraſin*, quaſi minimè bellum, quia omnium calamitatum & plerumque vitiorum ſentina eſt: *Alii* à bellua id derivant, quia belluas potiùs, quàm homines bella decent, & plerumque plus bellulni furoris, quàm humanæ rationis habent, ſecundùm illud *Ciceronis 1. de Offic. c. 11. Cùm duo ſint genera decertandi, unum per diſceptationem, alterum per vim, cùmque illud proprium ſit hominis, hoc belluarum, confugiendum eſt ad hoc poſterius, ſi uti non licet ſuperiore. Alii à* Græco βέλ☉, quod telum ſecundùm *§. item L. Cornel. In. de publ. Judic.* ſignificat. *Theodoricus ſanè Rex Gothorum ſingulari modo bellum à Belo primo gladii inventore deducit apud Caſſiodor. Variar. 30.*

Alii verò & quidem rectius ab antiquo Duis *vel* Dui, (à quo hodiernum bis) *atque ita à duello bellum deſcendere putant. Primis enim* Latinæ linguæ temporibus non bellum, ſed duellum dixerunt, quia videlicet duabus partibus de victoria contendentibus dimicatur. *Feſt. de V. S.* hinc etiam *duellum pro bello* apud Auctores Claſſicos uſurpatum reperitur, ſicut expreſſè innuit *Cicero in Orat. c. 45.* & patet ex diverſis *Plauti* locis, inprimis in *Amphytr. Act. 1. Scen. 1. ver. 34. & 35.*

Victores victis hoſtibus Legiones reveniunt domum,
Duello extincto maxime atq; internecatis hoſtibus.

& in Captivo in fine Prologi.

Domi bellique duellatores optimi.

Ac ex Livio lib. 1. c. 32. l. 22. c. 10. l. 23. c. 11. & lib. 36. c. 2. ubi bis vocabulum *ut lib. 40. c. 52.* hoc ita uſurpatur. *Ac apud Ciceronem ſæpius, ut in l. 3. de Leg. c. 3. bis. Pro verbo Duellum* itaque tractu temporum uſurpatum bellum, uti conſignatum reliquit *Cicero d. c. 45.* mutato primò illo in DUellum, & poſt abjecto D. & U. in B. transmutato, ſicuti & *ex duonum bonum* factum eſt. De quo vide *Grot. de Jure Bell. & Pac. lib. 1. c. 1. n. 2. atque Voſſium lib. 4. Orator. c. 12. & in Lexico Etymol. Iſidor. lib. 18. Etymol. c. 1. Et de diverſa veteri ac hodierna ſcribendi ratione, Sciopp. in ſua Gramm. Philoſoph. in fin.*

III. *Affinia bellis ſunt tumultus & duella*, item *repreſſalia: & primi quidem* aliquid majus, *poſteriora duo* aliquid minus denotant. *De primis nempe tumultibus notandum*, eos à bellis quidem quodammodo differre, & procul dubio uſurpationem iſtius vocis & rei, ex prima Gallorum ſub Brenno improviſò factâ irruptione, & inde orto tanto timore, ut Romani Urbem ex deſperatione indefenſam relinquerent ac armata juventus in Capitolium arcemq; ſufugerent, de quo conſulendus *Livius lib. 5. c. 39. & ſeq.* ortam eſſe, *ſed differentiam veram à nemine*, quem nos vidimus, exactè oſtenſam fuiſſet. *Videtur quidem* unum ab altero ita diſtingui poſſe, quòd bellum ſit hoſtilis invaſio prævisâ, miſſis Fecialibus denunciata, & lentè ſe exerens, ita, ut defenſioni apparandæ detur ſpatium. *Tumultus verò* ſit irruptio hoſtilis inopinata & ſubitanea, vel repentina, ut *Cæſar l. 5. de B. G. p. m.* 110. ſcribit, adeòque impe-

A. tuoſa, ita ut quia defenſio difficilis ſit & ardua, miles extraordinariè & abſque vacatione & morâ cogendus, atque inde timor multus, unde vocabulo nomen, oriatur. Notat enim *Servius ad lib. 8. Æneidos* in tumultu illum, qui exercitum ducturus erat, iviſſe ad Capitolium, & exinde protuliſſe duo vexilla, unum roſeum, quòd pedites evocabat, & unum cœruleum, quod erat equitum. (nam cœruleus color maris eſt, à cujus Deo equum conſtat inventum) dicendo: Qui Rempubl. ſalvam eſſe vult ſequatur me, & qui conveniſſent ſimul juraſſe, ac inde militiam illam Conjurationem dictam fuiſſe. Quâ quoque cauſâ *Cicero tumultum gravius quid, quàm bellum eſſe judicat, præſertim, quod in bello vacationibus locus ſit, in tumultu verò non: 8. Phil. c. 1.* ita ut etiam Sacerdotes in eo immunes non eſſent *Plut. in Marc. c. 3. Et ſaltem duorum tumultuum mentionem facit, Italici & Gallici, unde concludent*, bellum ſine tumultu, tumultum autem ſine bello eſſe non
B. poſſe. *d. c. 1. & Philipp. 5. c. 12. Rem*, inquit, *adminiſtrandam arbitror ſine ulla mora & confeſtim gerendam, tumultum decerni, juſtitium indici, ſaga ſumi dico oportere, delectum haberi ſublatis vacationibus in Urbe & in Italia, præterea Gallia tota.* Vide *eundem Philip. 6. c. 1. Sed accuratiùs re perſpectâ dicendum eſt, bellum* eſſe ipſam invaſionem hoſtilem tàm ſubitam, quàm è longinquo lentè ſe exerentem; *tumultum verò* perturbationem ex illo ortam & quidam ſubitam ac tantam, ut inde major timor oriatur ſecundùm Ciceronem *d. Philip. 8. c. 1. Quinctil. lib. 1. Inſt. Orat. c. 3. adeoque hunc eſſe effectum belli non cujusvis, verùm ſaltem ob vicinos hoſtes teſte Plut. in Marc. d. c. 3. ſubiti & improviſi*, & ita ejus, qui extraordinariâ neque moram neque vacationem patiente militum coactione indiget, *atque tali modo tumultus abſque bello eſſe nequit: Bellum verò ali-*
C. *quod*, nimirum ordinarium, proviſum & clarigatione indictum, atque hinc majorem timorem non excitans, *abſque tumultu eſſe poteſt.*

Definiri ergò poteſt & debet tumultus, perturbatio magna et ſubita, improviſa & periculoſa hoſtium inquilinorum vel vicinorum abſque clarigatione factâ irruptione orta, extraordinario militum delectu indigens; argumento eorum, quæ *Livius* inprimis *1. lib. 9. c. 29.* de Hetruſcis, his verbis refert, *nec erat eâ tempeſtate gens alia, cujus ſecundum Gallicos tumultus arma terribiliora eſſent, quàm propinquitate agri, tùm multitudine hominum, cui jungatur Plutarch. d. c. 3.* Nec adeò longè ab hac recedit *Lentul. lib. 1. de Jure Bell. & Pac. c. 2. Tumultum fuiſſe* repentinam propinqui nec expectati hoſtis, Gallorum inprimis, furore omnia ſternentium irruptionem au-
D. tumans, de quo videatur *Livius lib. 7. cap. 9. & lib. 8. c. 20. & lib. 10. c. 10. c. 17. & c. 26.*

De Duellis ſeq. c. 7. th. 8. & expl. 1. dicetur.

De Repreſſaliis autem hoc loco obſervandum, eas

I. non minus quàm bella, Jure Gentium introductas fuiſſe, eum in finem, ut injuriæ privatis per denegationem juſtitiæ ab exteris Magiſtratus illatæ, (quia ſimpliciter bello publico vindicandæ non fuerunt) privata rurſus vindicatione compenſarentur, atque ita extraordinario modo læſis ſatisfiat, de quo legi poteſt *Zouchæus de Jure inter Gentes, Parte 2. Sect. 6. quæſt. 7. Parens Andr. Knichen de Jure Saxon. non provoc. verb. Ducum-Saxoniæ, c. 5. n. 447. & ſeq. Peſchevvitz de Repreſſalib. c. 2. n. 53. & ſeq.* uſque ad fin. cum multis ibi allegatis.

2. Ideò non minùs ut bellum à ſuperiori Magiſtratu, qui vim bellandi habet, uſurpari poſſe, juxta prædictus Auctores,& communem ferè opinionem. Plura de iis vide apud *Peſchevvitz d. l. & cap. ſeq. inprimis c. 5. ubi tamen n. 15. docet,* hodie ex longa conſuetudine omnes Status Imperii iis rectè uti.

Differt porrò bellum à prælio,ut totum à parte vel cauſa ab affectu: Illud eſt totum quid omnes actiones militares, & adjuncta in ſe continens, qualia deductio exercitus in hoſticum, caſtrorum metatio, obſidio munimentorum, pugna, armiſtitium, & ſimilia, *hoc verò* ejus ſaltem pars vel effectus. Indicat illud *Liv. l. 9. c. 19. Uno prælio victus Alexander, bello victus eſſet.* Et claris verbis *Nonius de propr. ſerm. ex Lucil. l. 26. Ut populus Romanus victus vi & ſuperatus præliis ſæpè eſt multis, bello verò nunquam,* in quo ſunt omnia. & *Virgil. l. 11. v. 541.*

Infantem ſugens media inter prælia belli.

Vice verſa prælium pro bello apud poſteriores auctores quandoque ſumitur, ut patet ex *Spartiano in Severo c. 14. ibi jus prælii abſumſit.*

IV. *De Origine Belli illud notandum,* ejus ſemina ſtatim poſt lapſum in homine creviſſe atque germina pullulaſſe cum deperdita natura, cujus præcipua vis extra idololatriam conſtitit, in invidiâ, ſuperbia, internecione, ſuppreſſione, & debellatione impotentium, ambitione, ſuperbiâ & cæteris innumeris malis. *Hinc inter duos* primos ex peccabili ſemine genitos homines & quidem fratres, Cainum & Abelem invidia ambitioque excitavit belli principia, dum nimirùm ille hunc nihil tale timentem occidit. *Geneſ. 4 v. 8, circa Annum Mundi 6*n. *velut Alſted. in Chronologia computat* 100. *Orta deinde* paulò antè diluvium juxta nonnullos bella Gigantum, qui cæteros ſubjugaverunt, de quibus Geneſ. 6. v. 5. 6. *Poſt diluvium præter Nimrodi privata bella, quæ ut aliqui ſupputant incidunt in Ann. 1788. & ſeq.*

Ubi notandum quod primi belli publici implicitè mentio fiat à Sacra Scripturâ *Geneſ. 14. v. 1. uſq; ad 5. ubi in 4. recitatur,* Cedorlahomerum Regem Helami duodecim annos quinque alios Reges, nimirum Berahum Regem Sodomæ, Birſchaum Regem Hamoræ, Schincabum Regem Admæ, Schemeeberum Regem Tzebojimorum, & Regem Belahi ſub ſervitute habuiſſe, illoſque demùm decimo tertio anno ſervitutis rebellaſſe. *Ex quo ſequitur,* eos vi bellica ſubjugatos fuiſſe: *Quia verò v. 5. & 8. anno ſubſecuto* dictus Rex Cedorlahomer unà cum confœderatis Regibus dictos Reges rebellantes, cum Exercitu occurrentes profligaſſe ſcribitur, quod in annum mundi 2030. ſecundùm computationem Alſtedii incidit, *colligitur inde,* primum hoc implicitè memoratum bellum Anno 2016. geſtum eſſe: *Juſtinus lib. 1. c. 1. Ninum* (qui juxta quorundam Chronologorum mentem Aſſur, vel ejus, ſive Beli filius fuiſſe ſcitur, de quo vide Rupert. in Hiſtor. Univerſ. c. 3. p. m. 33.) *Regem Aſſyriorum bellum finitimis primò intuliſſe: Vexorem verò Ægypti & Scythiæ Regem Tanaum antiquioribus temporibus cum longinquis populis attamen abſque regnandi cupidine geſſiſſe bella ſcribit.*

Notandum verò hic obiter, Sinenſes primi belli in toto orbe geſti, gloriam ſibi vindicare, dum ex annalibus ſuis conantur demonſtrare, primum illud bellum inter ſuos Reges, in ordine ſecundum & tertium Xinningum & Hoangtium anno Regni 140. atque ita ſecundum computationem *Martini Martinèi Jeſuitæ in ſuo Atlante novo Sinico Anno ante Chriſtum natum 2697. adeoq; Mundi conditi* 1250. geſtum fuiſſe, quod *etiam in Hiſtor. Sinica Dec. 1, l. 1. p. m. 14. refert,* nos verò ſuis Auctoribus relinquimus defendendum.

V. *Quæritur: An Magiſtratui Chriſtiano liceat bellum gerere?*

R. *Affirmativa defenditur, de bello ex juſtis cauſis ad malos coërcendos, bonos defendendos, & vim iniquam repellendam, ſuſcepto, ob rationes ſequentes:*

1. *Quia* populo ſuo ipſe mandavit Deus bella: *Exod. 17. v. 14. & 16. Num. 31. v. 1. Deut. 13. v. 14. & ſeq. Joſua 1. v. 2. Judic. 1. v. 1. 1. Samuel. 23. v. 2. & 4. & lib. 2. v. 19.* ac multis aliis in locis. non ergò naturâ ſuâ illicita ſunt bella.

B. 2. *Quia* ſanctiſſimi quique Patriarchæ, Reges & Prophetæ olim bella geſſerunt, Moſes, Joſua, Gedeon. David, Joſias, Abraham &c. qui poſtremus abſque Dei mandato liberando fratre Lotho cum Rege Cedorlahomer bellum geſſit felici ſucceſſu, ex quo Dei approbatio patet. Similiter Joſua, non Dei, ſed Moiſis mandato cum Amalekitis proſpero ſucceſſu pugnavit, *Exod. 17. v. 9 uſq; ad* 13.

3. *Quia* in Sacris literis etiam referuntur juſtæ offenſivi belli cauſæ, qualis violatio Legatorum 2. *Sam, 10. v. 4. & ſeq.* Defenſio ſuorum & fœderatorum *Geneſ. d. c. 14. v. 20.* & aliæ.

4. *Quia* ipſe Deus Magiſtratum etiam Chriſtianum gladio armavit ad bonos & innocentes defendendos, improbos verò & nocentes puniendos. *Rom. 13. v. 4.* Hinc D. *Chryſoſtomus Homil. in Pſal. 134. tom. 1. à Deo,* inquit, *habemus dextras, ut & nobis ipſis & aliis injuriâ affectis opem feramus: ut ſcelera de medio tollamus, ut his, quibus vis & damnum*
C. *adfertur, ſimus portus & refugium.*

5. *Quia* Johannes Baptiſta maximus mortalium, militibus, quid ſibi faciendum eſſet? ad peccatorum remiſſionem ſcilicet obtinendam, ſecundùm v. præced. 8. interrogantibus, reſpondit: Abſtinete ab injuſtò, & ſtipendiis eſtote contenti. *Luc. 3. v. 14.* Bellum utique illis prohibiturus, ſi injuſtum quid eſſet, & Divinæ Voluntati contrarium.

6. *Quia* nec Petrus Apoſtolus Cornelium Centurionem baptizatum, ut militiam deſereret, juſſiſſe legitur, *Act. 10. v. 1. & ſeq.*

7. *Quia* defenſio ſui ipſius contra vim eſt Juris Naturalis *l. 3. ff. de Juſt. & jure.* Atqui Jus Naturale non tollit profeſſio Chriſtianiſmi. Egregia eſt
D. *Ciceronis ſententia pro Milone c. 4. Eſt hæc non ſcripta, ſed nata lex, quam non didicimus, accepimus, legimus, verùm ex natura ipſa arripuimus, hauſimus, expreſſimus, ad quam non docti, ſed facti, non inſtituti, ſed imbuti ſumus, ut ſi vita noſtra in aliquas inſidias, ſi in vim, in tela aut latronum aut inimicorum incidiſſet, omnis honeſta ratio eſſet expedienda ſalutis:* & *cap. 11. Hoc & ratio doctis, & neceſſitas Barbaris, & mos Gentibus, & feris ipſa natura præſcripſit, ut omnem ſemper vim, quacunq; ope poſſent, à corpore, à capite, à vitâ ſuâ propulſarent.* Quibus *junge l. 1. §. Vim vi 27. ff. de Vi & Vi armatâ.*

8. *Quia bellum* ex neceſſitate quadam introductum eſt: *cum enim* per naturam impoſſibile eſſet totum genus humanum unius regi imperio, atq; indè neceſſariò varia Regna, Imperia & Reſpublicæ orirentur, quorum multa abſolutâ & ſingulari ſua

ſua majeſtate prædita alterius juſſa & mandata, vel juriſdictionem non agnoſcerent, *fieri aliter non potuit*, quàm ut læſionem per vim & injuriam illatam ceſſante vel rejecta amicabili compoſitione per bellum & victoriam vindicaret, & ſibi ipſi jus ferret.

Et ideo à nonnullis inter judicium legitimum privatum & hoc belli publicum hac comparatio inſtitui ſolet, ut ſicuti in illo ferè quatuor. (1.) Judex competens & legitimâ auctoritate præditus (2.) cauſſa legitima (3.) forma procedendi & (4.) finis litigii per judicem imponendus requiruntur: *ita etiam in hoc* legitimè ſuſcipiendo & terminando quatuor nempe (1.) perſonæ jure belligerandi præditæ (2.) juſta cauſa (3.) forma à gentium conſenſu introducta & (4.) ejus finitio ſive obtentio finis vel per pacificationem vel per violentam recuperationem ablati, vel compenſationem damni ac injuriæ requirantur.

Negativam ampleðuntur Anabaptiſtæ & Sociniani, quibus accedunt Tertullianus adverſus Judæos & de Idolis Inſtitut. Chriſt. lib. 6. cap. 15. 16. 17. Eraſmus in Adag. ſub. tit. Imperitia. aliàs Chil. 4. Cent. 1. princ. ſub tit. Dulce bellum inexpertis, *Lactantius, & alii, ob ſequentes rationes:*

1. *Quia* Chriſtiani hominis mores ad lenitatem & humanitatem, non ad truculentiam debent eſſe compoſiti.

R. *Decet* Magiſtratum Chriſtianum lenitas & humanitas erga innocentes & bonos: Severitas verò contra nocentes & maloa adeò, ut à Deo datum gladium ſtringere quoque in eoa poſſit & debeat. *Rom. 13. v. 4.* Quo nomine nec truculentiæ, nec crudelitatis accuſandus eſt, niſi acerrimum malorum vindicem ipſum Deum truculentiæ & crudelitatis quis accuſandum putet.

2. *Quia* Chriſtus Chriſtianis expreſſè vindictam prohibet. *Matth. 5. v. 39. & 40.* Quod etiam Paulus repetit, ad *Rom. 12. v. 17. & ſeq.*

R. *Non prohibet Chriſtus* & Paulus, niſi vindictam privatam, ita tamen ut de atroci injuria conqoerendi poteſtatem non adimat. Unde ipſe Chriſtus queritur de injuria ſibi à miniſtro Pontificis illata. *Joh. 18. v. 23.* & Paulua Ananiæ juſſu percuſſus. *Act. 23. v. 3.*

3. *Quia bellum* ſentina eſt omnis iniquitatis & improbitatis, omnium flagitiorum & ſcelerum. Juſtè invehitur ideò *Seneca in illud Quæſt. natural. 5. c. 18.* hiſce verbia: *Hoc verò, quid aliud quis dixerit, quam inſaniam? circumferre pericula & ruere in ignotos, iratum ſine injuria occurrentia devaſtantem, ac ferarum more occidere, quem non oderis?*

R. Bello per ſe & naturâ ſuâ hæc mala non inſunt, ſed ex accidenti, propter perditiſſimos militum mores, in quos ſeveriſſimè animadvertendũ Magiſtratui, ne cauſam juſtam malè agendo perdat, quod, proh dolor! in modernis bellis nimis eſt frequens. Plura vide ap. *Köningum, d. part. 3. c. 11. Albert. Gentil. de Jur. Bell. l. c. 5. & Grot. l. 1. c. 2. per totum. & ad illud Bœckler.*

Quicquid verò horum ſit, negandum non eſt, bellum offenſivum, nobia illativum plus damni & mali ſecum ferre, quàm emolumenti & boni, imò utut quàm cautiſſimè & maxima cum diſciplina bellica geratur, peccatis tamen & malis plurimis eſſe refertum, & ex ſola humani ſanguinis prodiga profuſione ſatis conſtat: de qua verè ita ſcribit *Seneca Epiſt. 95. Homicidia compeſcimus, & ſingulas cædes: Quid bella & occiſarum gentium ſcelus? Et, non pudet homines mitiſſimum genus gaudere ſanguine alterno, bella gerere, gerendaq; liberis tradere: cùm inter ſe etiam mutis ac feris pax ſit.* Cum quo planè conſentit *Cyprianus lib. 2. epiſt. 2. Homicidium quod admittunt ſinguli, crimen, virtus vocatur, cùm publicè*

A. *geritur. Impunitatem ſceleribus acquirit non innocentiæ ratio, ſed ſævitiæ magnitudo. Plura egregia vide apud Eraſmum d. l. Sanè* per nudos exceſſus vel abuſus tollendos belli vitia & mala non excuſantur, totum reſpectu profuſi innocentis ſanguinis, malum totum peccatum eſt. *Viderint* tam ſtrenui & ſeveri autoritatis ſuæ defenſores, injuriarum vindices, an tituli pomposi omiſſio vel denegatio, lotium vel ſordes in legatos effuſæ, vel alia quæpiam injuria illata, cum unius hominis & inprimis Chriſtiani, ne dum innumerorum hominum ſanguine ullo modo compenſari debeant vel poſſint.

VI. *An Duella permitti debeant? Quæritur. Vede prac. p. 1. c. 13. th. 15. expl. 2.* quæſtionem hanc reſolutam. *& ſeq c. 7. th. 8. expl.* 1. notata.

TH. III.

B. Poſt definitionem *Belli conſideranda* (1.) Diſtributio. (2.) Cauſæ. (3.) Apparatus. (4.) Subjectum. (5) Objectum. (6.) Actus ſeu forma. (7.) Adjuncta. (8.) Effecta. (9.) Finis. (10.) connexa nomenclatura.

TH. IV.

Diſtributio belli petitur vel à cauſa efficiente ac formali, reſpectu quarum bellum eſt ſolenne vel minus ſolenne, *vel* ab Objecto, reſpectu cujus Bellum eſt vel cum Civibus, *vel* cum Vicinis, vel cum Remotioribus: *vel* ex Fine agentis, reſpectu cujus Bellum eſt offenſivum aut defenſivum: *vel* ex Subjecto, reſpectu cujus bellum eſt in cauſa propria aut communi: vel ex adjuncto tempore, reſpectu cujus bellum eſt continuum aut in-
C. terruptum: *vel* ex loco, reſpectu cujus bellum eſt terreſtre aut navale, externum aut domeſticum, directum adverſum hoſtem, vel diverſivum aut diverſionis.

Expl.

O*Miſſis reliquis diſtributionis hujus membris, notandum eſſe duximus. 1. Bellum ſolenne illud eſſe & dici*, quod ab eo, cui illius gerendi jus eſt, publice & ſolenniter indictum eſt, de quo *ſeq. c. 2. th. 8. expl.* 1. egimus: *minus ſolenne* verò, quod vel citra dictam clarigationem, vel ab iis, qui jure illud gerendi deſtituuntur, illatum eſt, in cujus cenſum *a Puſend. de Jure natura & gentium l. 8. c. 6. §. 9.* bella civilia referuntur, ubi videri poteſt. 2. *Diſtinctionem belli in defenſivum & offenſivum multis minus exactam videri, cùm omne bellum* legitimum ex offenſione præcunte ortum, debeat eſſe defenſivum vel honoris, vel rerum, vel finium, vel ſubditorum, vel amicorum, Co-
D. gnatorum & confœderatorum. *Si enim non defendendi animo ex utrâ harum cauſarum, ſed animo offendendi ſuſcipiatur, iniquitatem pro fundamento habet, & quidem vel Ambitionem*, quâ aliena appetuntur, & alterius invidetur fortunæ, *vel Avaritiam*, ſpoliique obtinendi appetitum, *vel animum turbulentum & inquietum.*

Porrò accuratè loquendo, illud bellum defenſivum prout definitur propriè ſic dictum bellum non ſit, ſed nuda defenſio, quoniam neque indicitur, neque in hoſtico geritur, neque ideò, quòd ſatisfactio ab adverſario ſit denegata ſuſcipitur: *quod ſi verò* per talem defenſionem hoſtis è Provinciis defenſoris ejicitur, ille verò pacem honeſtam inire. & pro damno illato ſatisfacere nolit, defenſoremque talem ad utrumq; obtinendum bello eum perſequi cogat, *tunc propriè bellum inde oritur. quod accuratè loquendo bellum vindicativum vel illativum dici meretur:* ut etiam ſen-

 tit

tit *Covarruvias in Reg. Peccatum. part. 2. §. 9. num. 3.*

Agnoſcit hujus diſtinctionis vitium Spigelius in Lexico Juridico, in Barbarorum Scholâ ea vocabula nata eſſe aſſerens.

Quicquid verò ſit, quoniam ea ſemel recepta eſt diſtinctio, retinenda quidem, verùm ita explicanda eſt ut natura utrinsque exactius dignoſcatur.

Dicamus itaque bellum, quod offenſivum nuncupanc, eſſe illud, quod alii amicabilem compoſitionem rejicienti ob præcedentem gravem læſionem publicâ auctoritate infertur, & illud ideò *propriè illativum* dici poſſe putamus, quoniam infertur, non exſpectatur, finemque habet vel Vindicationem læſionis, vel recuperationem amiſſorum, non verò offenſionem; Aliàs enim, ut dictum, iniquum eſſet.

Defenſivum verò in ſpecie illud, quod adverſus invaſorem animo ſe, ſua, ſuos, amicos, confœderatos, vi injuſtâ ſuppreſſos ex pacto vel ad illorum preces, defendendi geritur. *Quodſi* defenſionis talia limites ceſſante & repulſo jam periculo excedat, & ad ſatisfaciendum pro læſione, damno & impenſis contra ſatisfacere negantem geratur, tunc naturam aſſumit illativi vel vindicativi.

Diſtinctiones reliquæ nullam merentur explicationem, præter ultimas duas, de quibus infra ſuo loco, nimirum *de civili lib. 3. c. 2. th. 16. & ſeqq.* Et de *bello Diverſionis ſeq. cap. 7. th. 2. expl. 2. num.* 14. dicetur.

Plures ſed partim inutiles diſtributiones belli à JCtis traduntur, quæ videri poſſunt apud *Bocerum de Bello & Duello cap.* 1. Vide etiam *Grot. de Jur. Pac. & bell. lib. 1. c. 3. & paſſim.*

TH. V.

Cauſæ bellorum ſunt vel Efficiens, vel Impulſivæ, vel Suaſoriæ.

TH. VI.

Cauſa Efficiens eſt regulariter Magiſtratus ſuperior vel abſolutus, nullius ſcilicet imperio ſubjectus: *irregulariter* etiam & certo modo mediatus,

Expl.

B*Ellum legitimum* vel publicum ſolùm inter eos geri, qui Superiores neminique ſubjecti ſunt, inter antiquos indubium fuit, *ut hinc in jus Romanum pro Regulâ* inſertum ſit: *Hoſtes eſſe, qui nobis* (puta Romanis) *aut quibus nos publicè bellum decernunt & decrevimus, cæteri latrones aut prædones. l. 118. ff. de V. S. & l. 24. ff. de Captiv. &c.* de quo latè agit *Bodin. 1. de Republ. c. ult. ſub ſecundo Majeſtatis capite.*

Ratio, cur ſoli ſuperiores Magiſtratus vel Principes jure Gentium bella gerere queant, hæc ſatis valida eſt, *quia* ex neceſſitate illa orta ſunt, quod etiam Imperator in §. 2. *Inſtit. de J. N. G. & C.* innuit, *& quidem inde*, quod, cùm inter ſummos Principes vel liberas Reſpublicas ob vim & injuriam atrocem illatam ac juſtitiam denegatam fori diſceptatio, propter Juriſdictionis vel imperii in parem non competentis defectum inſtitui, acita diſceptatione amicabili, cuique jus ſuum tribui non poſſit (quamvis per arbitrium tertii id fieri potuiſſet, uti à quibusdam factum eſſe, *cap. ſeq. th. 2. expl.* 3. dicetur) neceſſariò ad armatam diſceptationem & deciſionem per Victoriam obtinendam recurrendum fuit, ut etiam tradit *Demoſthenes in Orat. de Cherſon.*

Cum hac tamen à moratioribus gentibus adhibitâ moderatione, ut prius quàm bellum inferretur, per feciales noxæ reparatio, ut mox *cap. ſeq. 2. th. 8. expl.*

A. 1. dicetur, amicè inſtitueretur, & illa demum denegata, bellum minaretur, ac tandem illud omni ſpe amicæ ſatisfactionis evaneſcente, ceu ultimum remedium adhiberetur. *Et hæc ratio ſolùm bella legitimat, cum alia rationes ad illorum legitimationem parum conferant, ut etiam agnoſcit Becmanus in Polit. Parall. Differt. 22. §. 1.*

Obſervandum ergò hic juſti belli principalem cauſam regulariter non, niſi perſonam publicam ſive Magiſtratum ſuperiorem eſſe, per quem hodie intelligitur Status cujusq; ſummum Regimen, quod in Monarchia penes ſummum Principem, in Ariſtocratia penes Optimates, in Politia penes Populum, in Statibus mixtis, penes eos, qui Statum unumquemque moderantur, conſiſtit: *Quia penes quem & quos jura Majeſtatis reſident, ab eo & iis poteſtas etiam belligerandi dependet, ut omnibus notum eſt: ut vel hujus reſpectu juſtum* dici poſſit bellum, licet juſtis cauſis non
B. nitatur, *& injuſtum* illud, quod deſtitutum legitimo Auctore, licet cauſis juſtis fultum, de quo vide *Ayalam de Jure & Off. bell. lib. 1. c. 2. n. 34. ſeq.* Quod autem ſolus Magiſtratus bellum gerere debeat & poſſit, præter alios commonſtrat *Thummius in tract. Theol. de Bell. th. 12. & 13.* cui jungi poteſt *Velthemius in Introd. ad Grot. de J. B. & P. l. 1. c. 3. quæſt. 5. & paulo ante adducta ratio in neceſſitate poſita. Licet enim olim* non niſi is, qui Superiorem recognoſceret neminem, Jus belli gerendi haberet. & hinc *Plato* legem tulerit *lib. 12. de Legib. in pr. Si quis privatim ſine publico ſcito pacem bellumque fecerit, capitale eſto*, & *in Jure Civili l. 3. ff. ad L. Jul. Majeſtat. Majeſtatis reus judicetur, qui ſine Principis juſſu arma ſumit.* Ac hinc *Æneas in Tactic. c.* 10. inter leges militares referat, quòd nemo ſine auctoritate Magiſtratus (puta ſummi) jus conducendi militis aut ad
C. militiam operam ſuam locandi habeat.

Et ideò olim Imperatores noſtri hoc jus ſibi vindicaverint, illud tamen ſucceſſivè ita reſtrictum fuit, ut hodierni Imperatores vel ad minimùm Electorum, ſine Statuum conſenſu illud exercere nequeant, ut ex *Capitulatione Caroli V. art.* 11. *Ferdinandi I. art.* 10. *Maximil. II. art. 7. Rudolphi II. art. 10. Matthiæ art. 11. Ferdinandi II. art. 9. Ferdinandi III. art. 11. Ferdinandi IV. art. 11. Leopoldi noſtri inviſtiſſimi art.* 13. notum eſt.

Hodie tamen in Imperio præſertim noſtro id ita ſtrictè non obſervatur, cùm, ut dictum, non tantùm ii, qui ſuperiorem non recognoſcunt, ſed & inferiores certo modo belligerandi jus habeant. *Sic juxta Receſſum Imperii de dato* Augſp. 1530. §. Wo aber der: *Et Ordin. Camera p. 2. tit. 9. §.* Und ob ſich. privato auſu arma offendendi animo ſumens in pœnam fractæ pacis incurrit: *Et inferioribus tamen Principibus etiam conceſſum eſt, in ſuam & aliorum*
D. *ſalutem militem conſcribere juxta R. I. de dato* Augſpurg 1525. §. darzu ſollen. *d. R. I. de anno* 1530. §. demnach ſol ſich jeder. *R. I. de dato* Speyer 1542. §. Wann nun aber. *& §. ſeq.* Reincking *de Reg. Secul & Eccl. lib. 1. cla. 3. c. 1. n. 20. Wahrem. ab Ehrenb. lib. 1. Medim. pro fœd. c. 2. n. 56. Sinold. in Colleg. Publ. vol. 1. diſp. 6. th. 23. lit. B. modo forma in Imperii Conſtitutionibus expreſſa obſervetur: Conſiſtit autem illa in eo*, ut fiat, (1.) Conſenſu Imperatoria: *R. I. de dato* Augſp. 1555. §. wo ſie aber keine Herren. (2.) Urgente cauſa & moræ impatiente, qualis deſenſio propria, ſuorum & vicinorum contra vim illatam *per allegatos textus* & rebelles ſubditos, nec non bannitos Imperii: *per ea, quæ habet Reink. d. n. 20. & ſeq. cui jungi poteſt Burgers. Cent. 1. Obſerv ſingul. 4.* (3.) Ut ſimul Dicti Circuli negocium id militare

litare nuncietur. *R. I. de dato* Augſpurg 1564. §. demnach *declariren* und erklären wir. Inprimis verò Imperatori, & ſufficiens cautio de indemnitate tertii, per cujus territorium miles ducitur, quod ſcilicet tranſitus militum innoxius & pro omni re neceſſaria juſtum pretium ſolvi debeat: vide hæc latius deducentem *Tabor, in truc. de Metat. & Epidem. part. 1. c. 6. n. 9. & Lud. Hugon. de Statu Reg. Germ. c. 3. th. 21. Ubi ſimul notandum, Imperatorem noſtrum* vigore Capitulationum Bellum nomine Imperii abſque Statuum Imperii conſenſu non poſſe ſuſcipere, ad conſenſum verò hunc obtinendum neceſſariam eſſe eorum convocationem ad Comitia imperii publica, id quod etiam in *Inſtrum. Pacis Art. 8. § gaudeant.* confirmatum.

Res verò ita ſe habet, concluſo conſenſu Statuum bello milites Imperatoris & illorum nomine à Statibus pro numero ipſis ſecundum cenſum expeditionis Romanæ, vel concluſum Imperii aut circulorum competente conſcribuntur, luſtrantur, & unà cum ſuo Duce, quem Status cum conſenſu Imperatoris ipſis præficiunt, acceptis Legibus militaribus & ſtipendiis, quæ à Statibus ſemper exſolvuntur, Imperatori & Imperio juramento obſtringitur, directione belli & pacis apud Imperatorem & Status conjunctim manente, de quibus omnibus vide *Limn. ad Capit. Caroli V. art. 11. ad verba:* Ohne Vorwiſſen Raht und Bewilligung, latè agentem.

Sed hæc de bellis tantùm illativis ſecundùm capitulationes & in ſpecie Ferdinandi III. *& Ferdinandi* IV. *art. 11. & Leopoldi art. 13. in bellis ſiquidem defenſivis ſienti nulli Stimnam, ita nec Imperatori libera diſpoſitio in iisdem articulis adempta eſt.*

TH. VII.

Impulſiva ſunt vel manifeſtæ vel occultæ.

Expl.

U*Tilitas hujus diſtinctionis inde patet, quia* plerumque veræ cauſæ occultantur, & illarum in locum, ut in *ſeqaenti th. 8. expl. 3.* demonſtrabitur, falſæ ac in ſpeciem vel apparenter veræ prætexuntur, quò ita plurimi & non rarò hoſtes ipſi decipiantur, hi quoque apud pleroſque, tanquam bello cauſam dantes, malè audiant. Vetus malum & abominabile vel ideò quod plerumque occulta cauſa injuſtitiam ſapiat, vel ad ſupprimendos innocentes fuco aliarum in ſpeciem juſtarum exornetur, *vide quæ ſeq. th. 8. expl. 3. de vera cauſa, prætextu & occaſione dicta ſunt.*

TH. VIII.

Manifeſtæ ſunt quæ in oculos & conſiderationem hominum incurrunt, & plerumque juſtiori nituntur titulo vel quandoq; prætextu: *Suntque in invaſione vel defenſione.*

Expl.

1. C*Auſa,* ut modò dictum, *debent eſſe juſtæ, prægnantes & neceſſariæ, cùm eventus belli, velut æquus Judex, unde Jus ſtat, ei victoriam det. Livius lib. 21. c. 10. Et iniqua bella gerens ſalvus haut redeat. Euripides.* Sic *Sopyrion* Præfectus Ponti ab Alexandro M. relictus, ocioſum ſe ratus, ſi nihil & ipſe geſſiſſet, adjuncto 30. millium Exercitu Scythis bellum intulit, cæſusque cum omnibus copiis pœnas temerè

A. illati belli genti innoxiæ tulit: *Juſtinus lib. 12. c. 2. in fin. Diis enim pro meliori ſtant cauſa. Curt. lib. 4. c. 1.* Egregiè *Lucanus lib. 7. v. 344.*

> Cauſa *jubet Superos melior ſperare ſecundos.*

Et *Claudianus in 4. Conſul. Honorii v. 108.*

> *Omnia ſubſident meliori pervia cauſæ.*

Ad quem locum videatur *Barthius.*

Et piè *Auguſtinus Epiſt. 194. Quando pugnatur, Deus apertis Cœlis proſpectat, & partem, quam inſpicit juſtam, ei dat palmam.* Quod etiam obſervavit *Beliſarius apud Procop. l. 1. p. m. 56.* ita locutus: *In bello ſtant utrinque homines, Deus verò eſt arbiter, & cui viſum eſt* (puta juxta juſtitiam illius, de eâ enim paulò ante ipſi ſermo fuit) *addicit victoriam.* Et paulò poſt addens: *Neque enim vincere poteſt fortitudo, niſi quam Juſtitia gubernat.* Hinc *Suetonius in Galba cap. 10. Bellum juſtum, piumque faventibus Diis ſuſcipi dicit: Qua de cauſa etiam felices ſemper Romanis contigiſſe bellorum exitus. Dionyſ. Halicarn. lib. 2.*
B. *Antiqu. Rom. cap. 73.* ſcribit: Et *Propertius 4. Eleg. 6.*

> *Frangit & attollit vires in milite cauſa,*
> *Quæ, niſi juſta ſubeſt, excutit arma pudor.*

Agnovit hoc *Galgacus apud Tacit. in Agric. c. 30.* ideò victoriam ſibi pollicitus, dum ait: *Quoties cauſas belli & neceſſitatem intueor, magnus mihi animus eſt, hodiernum diem conſenſumq; veſtrum, initium libertatis totius Britanniæ fore.* Idem animo volvens *Cajus Pontius* Samnitium Imperator contra Romanos victoriam ſibi & ſuis promittit ita loqnutus: *Juſtum eſt bellum Samnites quibus neceſſarium & pia arma, quibus nulla niſi in armis relinquitur ſpes.* Et concludit: *hoc quod juſtum, ſe ideò Ducibus ipſis Diis geſturos, recenſente Livio lib. 9. c. 1.*

Meritò igitur alieno ſanguine tanquam ſuo parcendum, & ſciendum, homini non eſſe prodigè homine utendum. *Seneca Epiſt. 88. Philo de vita*
C. *Moſis l. 1. in f. Quamvis legibus permiſſæ ſint hoſtium occidiones, attamen quisquis hominem interfecerit, quamvis juſtè, quamvis ad ſui tutelam, quamvis coactus, aliquid labis contraxiſſe creditur propter illam communem à ſumma cauſa venientem cognationem.* Egregiè *Otto Wittelſpachius in Orat. Pacific. apud Brunn. lib. 12. Annal. p. m. 310. Multa tulerit,* inquit, *feceritque neceſſe eſt, qui jure videri malit hominum millia armâſſe, patriâ certè & Deo judicibus, quibus nec una gutta humani ſanguinis vilis eſt. Habent etiam juſta bella* præter felicem exitum id emolumentum, quòd ſubditi ad illa perficienda omnia lubenti conferant animo, uti contrario in caſu ob timorem periculumque infelicium exituum omnia invita præſtant dextrâ.

Quæ verò juſtæ ſint cauſæ, inter omnes non eadem
D. *eſt ſententia. Cicero 3. de Republ. in Fragm. apud Auguſt. l. 22. c. 6.* duas refert, ita ſcribens: *Nullum bellum à Civitate optima ſuſcipitur, niſi pro fide & ſalute. Pontius* Samnitum Imperator apud *Livium lib. 9. c. 1. juſtum vocat bellum quibus neceſſarium eſt, & pia arma, quibus nulla niſi in armis relinquitur ſpes.*

Romani aliàs videntur tres habuiſſe cauſas belli juſtas: (1.) Defenſionem adverſus vim illatam, *denegationem* ejus rei, quæ repetita ab adverſariis injuſtè detinebatur, *& ultionem* injuriæ illatæ, quod innuunt verba ſequentia, quibus *Camillus* Gallos adorturus ſuos animavit apud *Livium lib. 5. c. 49. Omnia, quæ defendi repetique & ulciſci fas eſt, in conſpectu habeant, pro iis enim nunc pugnandum eſſe;* Quas & apud ſuos obſervatas fuiſſe ferè innuit *Plato in Alcibiade 1. p. m. 21.* ſcribẽs, *ad arma provocamur cum vel decepti,* (quo caſu vindicantur injuriæ) *vel coacti,* (quo

 caſu

caſu defenſio inſtituitur) *vel aliquâ re ſpoliati ſumus,* A. (quo caſu repetuntur res.)

Licet verò alii plures cauſas congerant, commode tamen ad haſce tres omnes illa referri poſſunt, ut paulò poſt dicetur.

De Romanorum armis an adeò juſta, uti ipſimet & ipſorum Hiſtorici præ ſe ferunt, fuerint, vide illud affirmantem Alberic. Gentil. lib. 2. de Arm. Romanor. c. 1. & per totum. Contrà verò negantem Arthuram Duck de Autorit. Jur. Civil. l. 1. c. 1. per totum.

Et fatendum quidem eſt, Romanos cauſas belli gerendi ambabus arripuiſſe manibus, maximam occaſionem inde nacti, quod omnes & ſingulos etiam remotiſſimos *in amicorum & ſociorum aſſumerent numerum, ut ex injuriis illis illatis amplam belli ſegetem & anſam* ſub honorifico pietatis in ſocios & amicos prætextu haberent, quod ipſum *Cicero* teſtatur in B. *Fragm. de Republ. lib.* 3. his verbis: *Populus Romanus ſociis defendendis terrarum jam omnium potitus eſt.* Quod & memorat *Cæſar apud Dion. lib.* 38. *f. m.* 85. Et quamvis idem *Cicero* ideò Romanorum Imperium, Regum, Populorum, Nationum portum & refugium, imò patrocinium Orbis terræ adulatoriè nominet. 2. *Offic.* 8. *Attamen ibidem ſimul* in Romanorum ſubſecutam injuſtitiam, crudelitatem & avaritiam ſtringit ſuum calamum. Et 3. *Verrinâ. c.* 89. ita ſuorum accuſat injuſtitiam: *Lugent omnes Provinciæ, queruntur omnes liberi Populi, Regna deniq; jam omnia de noſtris Cupiditatibus & injuriis expoſtulant: Locus intra Oceanum jam nullus eſt, neq; tam longinquus, neque tam reconditus, quò non per hæc tempora noſtrorum hominum libido, iniquitatque pervaſerit.* Refert hinc de Julio Cæſare *Sueton. in ejus vita c.* 24. Quod nulla belli occaſione ne injuſti quidem & periculoſi abſtinuerit, tam fœderatis, quàm infeſtis & feris gentibus ultrò laceſſitis. C. Idem ferè *Galgacus Britannorum Dux* in Oratione ſua erga Exercitum ſuum Romanis objecit apud *Tacit. in Agric. c.* 30. hiſce verbis: *Romanorum ſuperbiam fruſtra per obſequium & modeſtiam effugeris, raptores Orbis poſtquam cuncta vaſtantibus defuére terræ, & mare ſcrutantur: Si locuples hoſtis eſt, avari, ſi pauper, ambitioſi, quos non Oriens, non Occidens ſatiaverit: ſoli omnium opes atq; inopiam pari affectu concupiſcunt, auferre, trucidare, rapere falſis nominibus imperium, atque ubi ſolitudinem faciunt, pacem appellant. Objecit hoc* cum violatæ fidei exprobratione Romanis *Herennius Pontii filius* apud *Livium lib.* 9. *c.* 11. his verbis: *Nunquam ne cauſa deficiet, cur victi pacto non ſtetis? Obſides Perſennâ dediſtis, furto eos ſubduxiſtis: auro Civitatem à Gallis redemiſtis, inter accipiendum aurum cæſi ſunt, pacem nobiſcum pepigiſtis, ut legiones vobis captas reſtitueremus, eam pacem irritam facitis, & ſemper aliquam fraudi ſpeciem imponitis.* Et recenſet *Mithridates in* D. *Epiſtola ad Arſacem apud Saluſt. in fragm. l.* 4. *Hiſtor.* his verbis: *Romanis non humana ulla neq; divina obſtant: quin ſocios, amicos, procul juxtaq; ſitos, inopes potenteſq; trahant, excidantq;, omniaq; non ſerva & maximè regna hoſtilia ducant.* Ubi plura ejuſmodi habet. *Agnovit* & confeſſus eſt jam ſuo tempore *Coriolanus apud Halicarn. in pr. lib.* 8. hiſce verbis: *Si unusquisq; populus partem ſuam ſibi per vim contra Jus & fas ereptam velit repetere, nihil erit tàm parvum, tàm debile, tàm egenum, quàm Reſpubl. Romana.* Et longè poſt *Julius Cæſar apud Dion. Caſſ. d. lib.* 38. *f. m.* 83. ita dicens: *Majores ſuos fortunas ſuas tanquam alienam poſſeſſionem ſemper periculis objeciſſe; aliorum autem ditionem, tanquam ad ſe pertinentem haut cunctanter ſuam feciſſe.* Et paulò poſt: *Horum imitatione poſteriores Romanos adductos non contentos fuiſſe ſuâ conditione, neq; ſatis habuiſſe ea, quæ à majoribus ſuis acceperunt.* Ubi plura videri poſſunt. *Indicat* etiam id *Lactantius ex Cic.* 3. *de Republ. in Epitome. c.* 1. his verbis: *Quod ſi omnes populi penes quos ſit Imperium, ipſique Romani, qui orbem totum poſſidere, juſtitiam ſequi velint, ac ſuum cuiq; reſtituere, quod vi & armis occupaverunt, ad caſas & egeſtatem reverterentur.*

Neque verò Romani hoc ſolummodo ambitionis vitio laborarunt: Verùm & aliæ gentes, quod omnibus innatum quaſi eſſe apud *Thucydidem lib.* 5. *p. m.* 257. recenſent Legati Athenienſium his verbis: *Ingenio utimur omnium hominum ut quibus prævaleant, eis imperent. Eamq; legem neque nos primi tulimus, neque latâ primi uſi ſumus, ſed jam ante ſolitam accepimus, utimurque eâ ut perpetuum permanſurâ.* Vide etiam *Grut. ad Liv. l.* 45. *c.* 11. *nec* non ea, quæ paulò poſt *th.* 11. *expl.* 1. notavimus.

II. *Notandum hîc* ad belli juſtitiam requiri (1.) cauſam efficientem legitimam, de quâ in Expl. th. 6. præced. (2.) juſtas cauſas in conſilio Statuum & Conſiliariorum intimorum exactè examinatas & deprehenſas, de quibus jam dictum, & cap. ſeq. th. 1. dicetur. (3.) Finem ad bonam intentionem directum, qualis eſt defenſio ſuorum, amicorum, ſociorum, iniquam vim patientium, pacis impetratio, & ſimilia de quo mox dicetur. (4.) Legitimum ejus gerendi modum, in eo conſiſtentem, ne ſubditi planè enerventur tributis immodicis & impoſſibilibus, & ut diſciplina militaris ſtrictè obſervetur, de quibus infra c. 9. dicetur: nec non ut bona cum vicinorum pace neceſſarius tranſitus fiat, de qua ſequenti cap. th. 7. agetur. (5.) Legitimum indicendi ejus modum, puta Clarigatio, de quâ dict. cap. ſeq. th. 8. etiam dicetur.

III. *Ad Cauſæ juſtitiam porrò & eò melius pernoſcendam, diſtingui inter ſe debent cauſa ipſa, prætextus ſive color, & occaſio ſive initium.*

Raro enim veræ cauſæ propalantur, ſed iis prætextus ſufficiantur, ne eò melius cauſa vel ornetur, vel ignoretur. Vix etiam quiſquam in invadendo aliena tàm barbarus, tamque profligatæ improbitatis fuit, qui non aliquam ſuo facto juris ſpeciem prætexat, ut loquitur *Rupertus ad Florum lib.* 7. *c.* 11. §. 5. de quo latè videatur *Grotius in Annotat. ſuis ad lib.* 2. *de Jur. belli & pac. c.* 22. §. 1. *& ſeq. Sic Lacedæmonii* belli cauſam adverſus Maſſenios præ ſe ferebant, denegatam Polycharis, tanquam noxæ deditionem, cùm tamen immodica dominandi in alios Græciæ Populos cupiditas vera cauſa eſſet, *Pauſanias lib.* 4. *p. m.* 143. *Sic Romani* bellum inferentes ſæpè prætexuêre injurias Legatis ſuis illatas, cùm tamen multas ob cauſas rebantur eſſe tempus belli cum illa Gente gerendi, *Polybius in Excerpt. Legat.* 125. *Multa ejuſmodi exempla occurrunt apud Thucydidem lib.* 1. 3. 5. *&* 6. *Suetonius in Julio Cæſare cap.* 30. de hac re agens ita ſcribit: *Et prætextum quidem illi, civilium armorum hoc fuit: cauſas verò alias fuiſſe opinantur. Sic enim Belgæ* ob hæreſin & ambitionem (utor verbis & judicio *Strada bello Belgico dec.* 1. *lib.* 2.) tumultus excitarent, & bellum, occaſionem ac principium, ſive prætextum aliunde mutuati ſunt, plura exempla congeſſit *Bangertus in Not. ad Arnoldi Abbatis Chronicon Slavorum lib.* 5. *c.* 2. *lit. C. in dignoſcendis ergò veris cauſis à prætextibus accuratus ſit Politicus & Hiſtoricus oportet. Quæ de re etiam licet in alia materia legi poteſt Strada Dec.* 1. *l.* 2. *p. m.* 101.

IV. *Quæritur hîc: An miles teneatur in cauſas belli inquirere, & juſto tantùm bello nomen ſuum dare?*

A. R. *Per diſtinctionem: Milites enim ſubditi ſuperiores*, qui jus ſuffragii habent, tanqoam Status Regiminis, omninò in cauſas belli inquirere, illudque, ſi injuſtum ſit deprehenſum, diſſvadere, nec niſi coactè illi nomen dare; *milites verò merè ſubditi vel ſocii inferiores*, cum Domino & Duci ſuo ſimpliciter ſubjecti ſunt, etiam obedire illi debent, ſecundùm illud 1. *Petr. 2. v. 12.* & *D. Auguſtinum lib. 22. contra Fauſt. Manich. c. 75. relatum in can. Quid culpatur, cauſ. 23. quæſt. 1. Quid culpatur Vir juſtus ſi fortè ſub Rege homine etiam ſacrilego militet, rectè poteſt illo jubente bellare, civicæ pacis ordinem ſervans, cui, quod jubetur, vel non eſſe contra Dei præceptum certum eſt, vel utrum ſit, certum non eſt: Ut fortaſſe Regem reum faciat iniquitas imperandi, innocentem autem militem oſtendat ordo ſerviendi, vide etiam jus feudale l. 2. tit. 28. c. 1.*

Niſi igitur clarè conſtet iis bellum illud contra B. Deum & veram Eccleſiam expreſsè geri, vel aliàs palam eſſe injuſtum militiæ ſe ſubtrahere non debent: de quo conſule *Cajetan. in Summâ Thomæ. tit. Bellum. Peregrini autem, mercenarii vel ſocii æquales*, quin accuratè in cauſas & rationes belli inquirere debeant non dubitandum, cùm ſint extra belligerantis imperium, adeòque culpam iniquitatis non in illum, ſed in ſemetipſos, utpote liberâ voluntate, vel ſaltim deliberandi com poteſtate militantes, redundare, intelligere queant & debeant, *præſertim quia* ſocii tales & poteſtatem diſſvadendi, & officium ſuum denegandi habent. De his ita *Molina tom. I. de Juſt. trac. 2. diſp. 114. Extranei lethaliter peccant contra juſtitiam, ſi vel ſe ipſos locent, vel quovis alio modo ad bellum præſtent auxilia, niſi adhibita prius morali & debitâ inquiſitione meritò ſibi perſuadeant, juſtum eſſe bellum ex parte eorum, quos adjuvare volunt*, cui C. *Franciſcus Ceſpedes in dubiis Conſcientiæ militarib. Dub. 6.* conſentit: Nec omittendus *Seneca*, qui modo citata *Quæſt. natur. 5. c. 18.* ita loquitur: *Hoc verò quid aliud quis dixerit, quam inſaniam, circumferre pericula, & ruere in ignotos, iratum ſine injuria occurrentia devaſtantem, ac ferarum more occidere, quem non oderis?* Illos tantò carnifice deteſtabiliores eſſe, quantò pejus eſt ſine cauſa, quàm ex cauſa occidere ſcribit *Grotius de Jure Bell. & Pac. lib. 2. c. 25. § 9.* vide *Ameſium in tr. de Caſib. Conſc. lib. 5. c. 33. quæſt. 3. paulò aliter diſtinguentem*; item *Balduin. de Caſibus Conſc. lib 4. cap. 12. caſ. 11. Aliter item Burgerum cent. 1. obſerv. ſingul. 11. & Cajetanum d. l.*

Suadent tamen nonnulli exercitum de cauſæ juſtitiâ per Ducem & Officiales monendum eſſe eum in finem, *ut* illâ cognitâ tantò magis animetur, & Victoriæ fiduciam concipiat ac alat, inter quos reperitur *Hoenon. diſp. Polit. 7. th. 5. & Beſoldus diſp. Pol. 7. th. 23. Quapropter à multis laudatur Ferdinandus* D. *Arragoniæ Rex, qui juſtas belli ſui cauſas, omnibus Edicto publico propoſuit*, & per id plerumque omnium applauſum conſecutus eſt, *& Stephanus Poloniæ Rex*, quòd cauſas belli contra magnum Moſchoviæ Ducem Joh. Baſilidem ſuſcepti per edictum publicum à *Guagnino Tom. 1. Rer. Polon. p. 223. & ſeqq.* relatum, exercitui ſuo notas reddiderit.

Pertinent huc quodammodo manifeſta, de quibus ſeq. c. 2. th. 8. expl. 6. actum eſt.

TH. IX.

In invaſione vel illatione belli cauſæ manifeſtæ ſunt, ſi ille Magiſtratus, qui injuriam intulit, aut inferre permiſit, rationem & ſatisfactionem commiſſi, vel noxam dedere nolit, vel Jure Naturæ ac Gentium debita, vel alio juſto modo repetita petenti Magiſtratui deneget.

Expl.

I. N*On ſolùm juſtum, ſed etiam neceſſarium debet eſſe bellum, inprimis verò hoc illativum. Laudatur inde Auguſtus Imp. à Sveton. in ejus vita c. 21. quod nulli genti ſine juſtis & neceſſariis cauſis bellum intulerit: De quo ideò Aurelius Victor in ejus vita poſt princ.* refert illum arbitratum fuiſſe, *jactantis eſſe ingenii & leviſſime ardore triumphandi & ob lauream Coronam, id eſt, folia infructuoſa in diſcrimen per incertos eventus Certaminum ſecuritatem Civium præcipitare.* Hinc *Auguſtinus lib. 4. de Civit. Dei c. 15.* eleganter, *belligerare*, inquit, *& perdomitis gentibus dilatare regnum malis videtur felicitas, bonis neceſſitas.* Quod *Maximus Tyrius diſſert. 14.* ſimiliter & ita exprimit. *Bellum probis neceſſitate imponitur, ſponte ſuſcipitur ab improbis.*

Cauſa verò hæ ad duo principia poſſunt reduci, recuperationem injuſtitiâ ablati, & punitionem vel ultionem inſignis injuriæ illatæ.

Hæc verò Recuperatio violenta vel ultio ceſſat vel jure ceſſare debet, ſi is, qui noſtra rapuit, vel nos graviter læſit, rationem facti, & iniquus deprehenſus ſatisfactionem dare, vel qui ſuos ſubditos, qui nobis violenta intulère, noxæ dedere paratus ſit. *Quod etiam Dei præcepto conforme eſt*, ut inter alia patet ex *Deut. 20. v. 10. & ſeq.* Et obſervavit *Archidamus apud Thucyd. lib. 1. p. 36.* ita locutus: *Qui ſe offerunt diſceptationi, eos tanquam injurios aggredi iniquum eſt. Sic Romanorum nonnulli Julium Cæſarem, cum tàm fœderatis, quàm extraneis bello injuſta gravis eſſet, noxæ dedere voluerunt, ad bella avertenda. Sueton. in ejus vita. c. 24.*

Nam cum duo genera ſint decertandi, unum per diſceptationem, alterum per vim, cùmque illud proprium ſit hominis, hoc belluarum: confugiendum eſt ad poſterius, ſi uti non licet ſuperiore. Cicer. 1. de Offic. c. 11. quem locum benè explicat *Bœcel. ad Grot. l. 1. de Jure B. & P. c. 3. §. 1. Quare Romani ſemper proceſſum illum obſervarunt, in ſpecie verò in bello Sabino referente Halicarn lib. 5. c. 36.*

Et in hac neceſſitate omninò bellorum legitimatio & juſtificatio fundata eſt, ut præter alios probat & approbat Becmanus in Polit. Parall. Diſſert. 22. §. 1. de quo etiam præc. th. 6. expl. diximus.

Obſervent heic occaſionem bello dantes, ut antequam illius ignis in flammas erumpat, illud amicabili ſatisfactionis lymphâ extinguant, quo reſpexit *Porcius Latro in Declamat. contra Catilin. ante med.* ita locutus: *Reſtinguenda eſt nobis flamma ſcelerata & atrox, dum adhuc velata cineribus ac ſopita, facultas reſtinguendi leviſſimè data eſt.* Et *Q. Metellus* per Legatos Regem Bocchum inter alia ita allocutus: *Omne bellum facilè ſumitur, ceterùm ægerrimè deſinit: nec in ejuſdem eſt poteſtate initium ejus & finis: ſiquidem incipere cuivis, & ignavo licet deponi, tùm victores velint*, referente *Saluſtio de bello Jugurth. c. 83.* de qoo etiam *Forſtn. ad l. 1. Tac. c. 9. verba Ad arma civilia* legi poteſt.

Quodſi ergò lædens neq; jus, neque ſatisfactionem præſtare velit, tunc demum licitum eſſe armis contra eundem experiri, communis eſt Politicorum ſententia, quam tamen nonnulli ita limitant, ut nihilominus adverſariis adhuc tempus ad deliberandum

tacitè

tacitè relinquant, ut *cap. ſeq. th. 8. expl. 2. & 5.* deductum.

Solent autem illi ſpeciales cauſas juſtas ponere ſequentes.

(1.) *Si, qui res noſtras* per vim rapuit, vel à cujus ſubditis aut miniſtris id factum eſt, illas reſtituere, aut judicio ſe ſiſtere, vel noxam dedére recuſet; Ita enim *Marcus Coriolanus apud Halicarn. lib. 8. c. 8. Omnium confeſſione honeſtum eſt, ſi quis alieni non appetens, contentusque res ſuas repetere, paſſus repulſam, armis Jus ſuum perſequatur.* Et *Theodoricus Rex apud Caſſiodor. 3. Variar. l. Tunc utile ſolùm ad arma concurrere, cum locum apud adverſarium juſtitia non poteſt invenire.*

(2.) *Si belligeraturo ad petitionem ejus tranſitus per territorium alterius innoxius, & commeatus projuſto pretio denegetur.*

Ratio eſt, quia Jure Gentium viciniatis & ſocietatis gratiâ debita, qualia ſunt *tranſitus innoxius, commeatus conceſſio, commercia & talia, denegans,* ſocietatis humanæ vinculum eo rumpit, media ad repetendum ſuum & juſtitiam exequendam neceſſaria impediendo, & quaſi cum hoſte noſtro colludendo. *Hinc S. Auguſtinus, innoxium tranſitus Jure humanæ ſocietatis æquiſſimo patere petenti debet, ad c. 20. Numeror. quæſt. 44. relatus in c. ult. cauſ. 23. quæſt. 2. Ita Moſis* Regi Emoræo ob denegatum innoxium tranſitum bellum intulit & Civitates ademit, *d. c. 20. verſ. 17. & c. 21. verſ. 22. ac ſeq. Judic. c. 11. verſ. 19. & ſeq. & Philo l. 1. de Vitâ Moſis ante fin.* Ita Batavi Herennio Gallo apud Tacit. l. 4. c. 20. denunciarunt, Nullum ſibi bellum adverſus Romanos, pro quibus totiens bellaſſent. Si nemo obſiſteret, innoxium iter fore: Si arma occurrant, ferro viam inventuros. Eodem jure *Ferdinandus Arragonius Regem Navarraum bello petiit, & Regno multavit,* ſecundum *Thuan. lib. 1. Hiſtor. f. m. 2. Aliis tamen* & in ſpeciem melioribus poſteà pro juſtâ occupatione uſus argumentis, quorum ſex refert, *Joh. Lupus de Palacios Rubeos, in Scripto ſuo particulari de Obtentionis Retentionisque Regni Navarra juſtitiâ: Exceptionem tamen vel potius excuſationem præſtabit* pactum cum vicino de hoſtis tranſitu non permittendo antea initum, ſed ita illum negans nihilominus hoſtilis vis non expers erit, ideo in illo caſu *optimum remedium eſt,* ut tales paciſcentes mutuis auxiliis violentum impediant tertii tranſitum.

Quatenus verò vaſallus in gratiam Domini ſui peregrino hoſti tranſitum negare debeat? inter Feudiſtas quæritur, & communiter *reſpondetur,* illum ſalvâ fide talem permittere poſſe, ſi ad reſiſtendum impar & invalidus ſit *argumento textus 2. Feudor. 24. §. 2. verſu. ſed non eſt alia & 2. Feud. 28. §. ad hoc. Quod eo magis ita ſe habet,* ſi dominus imploratus ob diſſituationem auxilium in tempore præſtare non potuerit, vel noluerit, *quia* tunc vaſallus omni dolo & culpâ caret.

Sed de hoc tranſitus Jure plura cap. ſeq th. 7. dicentur.

(3.) *Si atrox & in Magiſtratus ignominiam ac contumeliam redundans, injuria aliqua ſit illata:*

A. non ergò pro quavis injuriâ, & levi de cauſâ, ut mox dicetur, bellum inferendum alteri eſt.

Inter injurias verò atroces referri ſolet Legatorum violatio: Cùm enim Legati Jure Gentium etiam apud hoſtes ſancti ſint: *Cic. I. in Verrem. c. 33. Pomponius in l. Si quis. 17. ff. de Legation. Joſeph. antiquit. lib. 15.* Quod etiam à Barbaris omnibus obſervari teſtatur *Totil. apud Procop. lib. 3 p. m. 342.* & per ipſorum perſonam Principalis ipſe lædatur, ut præc. p. 2. *ſect. 1. c. 2. th. 13. expl. 3.* demonſtratum eſt latius, omni loco & tempore ipſorum Violatio bello vindicata eſt: uti fecit *David 1. Chron. 19. v. 4. & ſeq. 2. Sam. 10. v. 4. & ſeq. Ita ob injuriam* Legatis ſuis verbis ſaltem illatam *Corinthum à Romanis exſciſſam,* refert *Cicero pro Lege Manil. c. 5.* (In injuria tamen deſcribenda variant mirè Auctores. *Cicero* enim *d. l.* illam in eo ponit, B. quòd Corinthii Legatos illos ſuperbius appellaſſent. *Juſtinus lib. 34 c. 1.* refert, Corinthios ob Legatorum Romanorum Orationem in publico omnium Græciæ Principum conventu ad diſſolvendum illorum nexum & commune Imperium habitam, veluti in furorem verſos univerſum peregrinum populum trucidâſſe, & Legatus quoque Romanorum violaturos fuiſſe, niſi audito tumultu fugiſſent: Et paulò antè Romanos belli cauſas quæſiviſſe, ut corpus & Imperium illud ſolverent, ſcribit *Strabo lib. 8. Geogr. p. m. 694.* Corinthios in prætereuntes Legatos ſordes effudiſſe. *Flor. lib. 2. c. 16.* dubium eſſe ſcribit, Critolaum an & manu, certè Oratione violaſſe Legatos. *An ergo jure Corinthus bello petita & deleta fuerit, dubium eſt; Et pro Negativa* fortiores rationes pugnant, inprimis verò illa, quòd Romani non amicitiæ conteſtandæ, ſed diſſenſionis aſtu efficiundæ, & ſtatus publici evertendi cauſâ miſerint C. Legatos ſuos, adeòque ut doloſè & contra bonam ſidem, quoniam tanquam amici componendæ alicujus litis cauſâ ſe veniſſe præ ſe ferebant, agentes, ſua culpâ malè vel potiùs inciviliter habiti fuerint:) *Sic Tarentini ſecundùm Valer. M. lib. 2. c. 2. & Livium in Epitome lib. 12. Sic Illyrii ſecundùm Polyb. in Excerpt. Legat. 125. & Livium in Epitome lib. 20. Sic Galli Senones ſecundùm eundem d. l. 12. à Romanis debellati, & Tyrus ſub eodem prætextu obſeſſa, devicta & vaſtata ab Alexandro M. fuit apud Curt. l. 4. c. 2. & 4. Graviſſima verò vindicta exercita fuit à Cambyſe, quem ideò Pſammenit Ægypti Regis filium unà cum 2000. pueriles Memphicis necaſſe ſcribit Herod. lib. 3. n. 73.*

Ita quoque Franciſcus I. Galliarum Rex ob legatos ſuos Cæſarem Fregoſum & Antonium Rinconem occiſos contra Carolum V. Imperatorem ſe ſuffi- D. *cienter exculpantem bellum decrevit, ut inter alios narrat Sleidan. l. 14. Comment.*

Captivitas iniqua ſuorum, Parentum, liberorum, Propinquorum, Uxoris, Sponſæ, Subditorum ad ſeditionem & rebellionem inſtigatio, corruptio Conſiliariorum, prodendarum Provinciarum cauſâ facta, interceptio literarum ſecretiorum, vel correſpondentialium, ita loquendo.

Sic Maximilianus I. Imperator ob interceptam à Carolo VIII. Galliarum Rege ſponſam ſuam Annam Ducisſam & Heredem Britanniæ Armoricæ unicam bellum ei minitatus eſt, miſſis ad Regem Angliæ & Hiſpaniæ ad illud concitandum, & fœdus offenſivum contra Gallum ineundum Legatis, ſed res deinde pacificatione initâ compoſita eſt, de

de quo vide *Baconum in Hiſtor. Regis Henrici* VII. *p. m.* 161. *& ſeq. Comin. lib.* 7. *c.* 4. *Et. lib.* 1. *Belli* Neapol. *ante med.*

Notandum hic obiter ob raptam Helenam atrox illud & decennale bellum (ſi vera Hiſtoria eſt) inter Argivos & Trojanos ortum eſſe, ac ex illis 886000. Ex his verò 676000. hominum conſumſiſſe, teſte *Dares. Phrygio de Bello Trojano. Similem belli inter Phocenſes & Thebanos, nec non Cyrrhaos Phocenſes & utriusque* quoque in decennium geſti cauſam refert *Athenæus Deipnoſ. l.* 13. *c.* 1.

Sic Cambyſes gravi bello vindicavit injuriam, quam ſibi Amaſis Ægypti Rex Apriæ prædeceſſoris ſui filiâ Niteten pro propriâ & expetitâ filiâ doloſè & quaſi in ignominiam Cambyſi Perſarum Regi mittens, ut latè refert *Herodot. lib.* 3. *in. pr. Plures cauſas refert Burgers. Cent.* 1. *ſingul. Obſerv.* 4. *Et Thumm. de Bello Th.* 24.

Ubi tamen monendum, Veteres quosdam non ſtatim à primo negatæ reſtitutionis vel ſatisfactionis tempore bellum indixiſſe multò minus intuliſſe, *ſed adverſariis tempus aliquod ad deliberandum, maximè ſi illud petierint, in decendium dediſſe,* Idque quandoque tertiâ vice indulſiſſe *tandem verò* nihil impetrantes demum bellum indixiſſe ac intuliſſe, ut *de Romanis refert Halic. d. c.* 74. *Id quoque Darius* obſervavit tertiâ vice pacis gratiâ legatos ad Alexandrum M. mittens, uti ex *Curtio, l.* 4. *c.* 11. conſtat: *Hinc Theoder. Rex apud Caſſiodor. l.* 3. *Variar.* 4. Ludovico Francorum Regi ſcripſit, *Impatiens ſenſus eſt, ad primam Legationem protinus arma movere.*

II. *Olim Germanis, Romanis & nonnullis aliis Populis uſitatum fuit, cum è veſtigio ad ultionem ſe parare non poſſint, voto concepto* ad eam ſe obſtringere idque teſtari *ſubmiſſione barbæ & capillorum ut de Cattis refert Tacit. de morib. German, c.* 31.

Unde de geſtis Longobardorum Paulus Diaconus l. 3. *c.* 7. *Sex millia Saxonum, quæ bello ſuperfuerant, devoverunt ſe, neque barbam, neq; capillos inciſuros, niſi ſe de Suevis hoſtibus ulciſcerentur, quod etiam narrat Gregor. Turon. l.* 5. *Hiſtor. c.* 15. *Argivi à Spartiatis victi ſe devoverunt, ne prius comam alerent, neq; mulieres aurum ferrent, quam Thyreas ſibi à Spartiatis ablatas recuperaſſent. Herod. l.* 1. *n.* 15. *Idem obſervavit Julius Cæſar, audita clade Titurianâ barbam capillumq; ſummittens, neq; ante demittens, quam vindicaſſet, teſte Sueton. in ejus Vita c.* 67.

Referri poteſt huc Græcorum Principum conſæderatio & conjuratio, quâ porco mare per Chalcam Vatem in medio fero in duas partes diſſecto gladiis per illius medium tranſeuntes, & illorum mucrones ſanguine illius oblinientes adhibitis & aliis ad eam rem neceſſariis inimicitias ſibi cum Priamo ob Helenam raptam per Religionem confirmarunt & obligarunt, ſe prius bellum non deſerturos, quam Ilium & omne regnum evertiſſent. *Dictys Cret. l.* 1. *de Bell. Trojan. p. m.* 15. *Et Semiramis Aſſyriorum regina factum, quæ,* cum ſibi circa cultum capitis ſui occupatæ nunciatum eſſet Babylonem defeciſſe, alterâ parte crinium adhuc ſoluta protinus ad eam expugnandam cucurrit: nec prius decorem capillorum in ordinem, quam tantam urbem in ordinem redegit. Quocirca ſtatua ejus Babylone poſita eſt illo habitu, quo ad ultionem exigendam celeritate præcipiti tetendit *Val. Max, l.* 9. *c.* 3. *in f.*

III. *Quærunt hîc Politici:* (1.) An bellum
A. juſtè geratur adverſus vicinum potentiorem eâ ſolum de cauſa, ut ejus nimia potentiâ, ne nocere poſſit, frangatur, & ita ſecuritas præcaveatur?

Pro Affirmativâ adducitur ſequens Argumentum: Quia naturalis ratio cuique dictitat, ut ſe quocunque modo contra impetus aliorum præmuniat; ſecuritatique ſuæ conſulat. *Ita verè demum cuique Reſpubl. libertas & ſecuritas retinetur, ſi potentia finitimis par ſit. Thucyd. l.* 4. *in Orat. Pagondæ. p. m.* 198. *Et lib.* 5. in colloquio Athenienſes ad Melios p. m. 255. ita locuti: *Sic inter homines eſt comparatum, ut æquis quidem viribus inſtructi de Jure diſceptent, valentiores autem, quæ fieri poſſunt, injungant. Atq; ideò Valentiori non invadenti ſolum homines reſiſtunt, ſed etiam, ne id poſſit, prævertere ſolent. Id. lib.* 6. *Orat. Alcib. p. m.* 269. *Hinc Niceph. Gregoras l.* 5. *in pr. oportet,* inquit, *qui citra periculum velint vivere, eos occurrere impendentibus malis & antevertere, nec eſt cunctandum aut expe-*
B. *ctandum, ut acceptam injuriam cum periculo ulciſcaris, ſi in præſentiâ creſcentis plantæ radicem præcidere poſſis & adverſarii malè cogitantis conatus opprimere. Et egregiè Tacit. de Germ. mor. c.* 36. *inter impotentes & validos falsò quieſcimus, ubi manu agitur, modeſtia & probitas nomina Superioris ſunt. Quo reſpicientes Campanorum Legati apud Liv. l.* 7. *c.* 30. inter alia ad Romanos ita loquuntur. *Pugnavimus verbo pro Sidicinis, re pro nobis, cum videremus finitimum populum nefario latrocinio Samnitium peti, & ubi conflagraſſent Sidicini, ad nos trajecturum illud incendium eſſe. Hinc Athenienſium Legati apud Thucydid. l.* 1. *p. m.* 32. ajunt, *belligerandi & imperii proferendi cauſas tres maximas eſſe, metum, honorem & utilitatem.*

Obſervatum hinc ſemper fuit, ut plures imbecilles contra potentiorem unum Vicinorum bellum inferentem
C. *fœdere de illius potentiâ frangenda ictò coiverint, armaque ſuſceperint, uti Romani adverſus Pœnos illa ſolum de causâ Mamertinis auxilia tulerunt,* teſte *Polyb. l.* 1. *c.* 10. *Idem obſervarunt Lacedæmonii & Athenienſes* contra Xerxis potentiam, totam Græciam, inprimis verò Gelonem ad arma ſollicitantes, uti refert *Herod. l.* 7. *n.* 189. *Eadem de causâ Campani* adverſus Samnites arma moverunt, ſecundum *Livium l.* 7. *c.* 29. *&* 30. *Et Achæi* adverſus Nitriden bellum ſuſceperunt: *Juſtin. lib.* 31. *c.* 3. *Sic & Polyb. l.* 1. *c.* 83. *Conſilium Hieronis* Carthaginenſibus contra hoſtes præpotentes auxilium laturi ob eam cauſam, ne in poteſtate præpotentium hoſtium penitus foret, quicqvid libuiſſet, nemine adverſante, facere, laudat hoc Epiphonemate: *Nunquam ejusmodi principia contemnere oportet, neq; tanta cuiquam adſtruenda eſt*
D. *potentia, ut cum eo poſtea de tuo quamvis manifeſto Jure diſceptare ex æquo non queas. Ita cum Philippus Mediolanenſium Dux* bello modò hunc modò illum Principem & populum vexaret. *Florentini* per Legatos Venetos orarunt, ut communibus auſpiciis colubro virus per totam Italiam ſpargere conanti, antequam invaleſceret, obviam iretur, aliter omnibus pereundum eſſe, ſi ſerpere latiùs tantum malum cœpiſſet, referente *Platinâ l.* 5. *Hiſtor. Mantuana p.* 160. *& Juſtiniano in Hiſt. Venetâ l.* 6. *f.* 110. *& ſeq.* Videri poſſunt plura apud *Alber. Gentil. de Jure Belli lib.* 1. *c.* 14. *& Pufend. de Jure naturæ l.* 8. *c.* 6. *§.* 5.

Pro Negativâ afferri ſolet, à nudo metu contingendæ à Vicino potentiori invaſionis ad illum bello antequam vires ſuas fortè augeat, & contrahat, petendum & ſupprimendum, *non dari conſequentiam, cùm* & æquitatis & juſti ratio ceſſet,

dum

dum bella uti ſentina malorum non ex imaginariâ aliquâ, ſed juſtificâ causâ, ſi peccato carere debeant, gerenda ſint; *& aliàs* perpetuò inter vicinos & remotiores etiam metus periculi arma ſubminiſtrare poſſit, cum tamen potius media declinandi vim illatam præparanda, quàm irruptio ipſa abſque læſione arripienda ſit, ſuſpicione ſolâ nunquam tutam cauſam puniendi aliquem, uti per illationem belli talis contingit, præbente, ſecundum illud *Ciceronis pro Tullio, relatum à Quintil. lib. 5. Orat. c. 13.* his verbis: *Quis hoc ſtatuit unquam, aut cui concedi ſine ſummo omnium periculo poterit occidere, à quo metuiſſe ſe dicat: Ne ipſe poſterius occideretur.*

Cum ergò, ab injuſtitiâ ſecuritas petenda non ſit, nec morbus ſanitatis remedium probum eſſe poſſit, omni modo à tali violento & illegitimo ſecuritatis remedio abſtinendum eſſe, Politici magni nominis ſtatuunt, inter quos *Grotius de Jure belli & pacis l. 2. c. 1. n. 17. Et Grasvvinckel. in ſtrictur. ad Cenſuram Felden. ibid.*

In hac opinionum contrarietate dicendum fortaſſis, ſententiam mediam ſtatuendam eſſe, ut quidem (1.) ex ſola met' & periculi ſuſpicione arma advers' potentiorem *directè* ſuſcipienda non ſint, illum videlicet his petendo, *indirectè verò* vires noſtræ cum vicinorum copiis fœdere icto ad vim præſumtam, ſi inferatur, communi ope propulſandam, conjungi poſſint: *Ita enim prudenti conſilio vis potentioris ſingulis metuenda, ab universis vel pluribus conjunctis reprimi poteſt, abſq; ulla injuria cum defenſio & fœdera Juris ſint Gentium, quò pertinet illud Mitylenæorum in Orat. ad Lacedæmonios apud Thucyd. l. 3. p. m. 115. Si cui videmur impiè egiſſe, quod Athenienſibus cunctantib9 in inferendâ clade priores ſocietatem ſolvimus nec exſpectavimus, quoad ipſi aliquid ſtatuerent, is parùm rectè judicat. Quippe ſi nos vicisſim pari conditione ipſis inſidiari cunctandoq; rem differre potuiſſemus, quid oportebat nos eis partes ſub imperio eſſe? itaq; ſi ſemper eorum arbitrii fuit, ut quando liberet, nos adorirentur: nobis quoq; ut averteremus, licitum eſſe debet. Quod tamen ita limitandum eſt, niſi vel fœdere, vel fide, vel pacificatione à tali cōjunctione prohibeamur* (2.) *ille potentior vicinus*, antequam vires omnes colligat, à nobis bello peti poſſit, *ſi vel* nobis bellum clanculum minitatus ſit, *vel ejus* ambitio & ſubjugandi alios infirmiores pruritus ita pateat, ut nihil certius ſit, quàm illum in nos bellum meditari, quo etiam *Niceph. d. l.* reſpicere videtur. (3.) *Arma talia* magis contra ſurgentem, quàm jam perfectam potentiam ſuſcipiantur, nec in gratiam impotentium potentior vicinus armis laceſſatur, præſertim ubi electio libera ſit alterutri parti accedere, cum juxta *Cicer. l. 2. Epiſt. 16. improvidi ſint, qui ab excitatâ fortunâ ad inclinatam & propè jacentem deſciſcunt, de quo etiam conſuli poteſt Rupert. ad Saluſt. de Bello Jugurth. c. 81. §. 2. & Pufendorf. in Diſſertat. de Rebus geſtis Philippi Amyntæ f. §. 29.*

Cæterum quomodo & quo cum lucro inferioribus contra potentiorem auxilium præſtandum ſit *prac. Parte 2. ſect. 2. c. 10. th. 3, expl. 3.* dictum eſt.

Quæritur (2.) An contra illum, qui publicè quidem noſter amicus aut ſocius eſſe vult, tacitam tamen adverſus nos concepit inimicitiam & inſidias ſtruit nobis, potius arma ſint ſuſcipienda adeoque periculum occultè nobis impendens iis avertendum, quam eventus & conatus ejus ſubdolus exſpectandus ſit?

R. Affirmativa communiter ſolet defendi, quia melius eſt occulto hoſti vi ſe opponere, quam dolos & inſidias ejus experiri cum maximo damno, ad illum ad firmam amicitiam vel reducendū vel, ſi nolit, evertendum.

Sicut fecit Julianus Imperator, qui tutiſſimum ratus eſt inimicum ſe Conſtantino ex profeſſo monſtrare, cujus è prateritis motus conjectabat, ut prudens, ne per amicitias fictas inſidiis falleretur occultis. Marcell. lib. 21.

A. *pr. Hinc ipſe avunculo cognomini ita ſcripſit: Dii ita juſſeraat, ut ei bellum inferrem, ſalutem quidem pollicitis parerem, cunctanti verò perniciem. Deinde ita exiſtimabam, ſi me ei hoſtem oſtenderem, fore, ut ei iacuterem metum, atq; eo facto ad æquiores conditiones res eſſe venturas: quod ſi prælio res decerneretur, fortunæ ac Diis immortalibus eventu permiſſo, quæcunq; ii decreviſſent, exſpectare.*

Sed quoniam hæc Quæſtio cum præcedenti coincidit, ejus deciſio ex ibi notatis deſumenda eſt.

Quæritur (3.) An Princeps Chriſtianus juſtè poſſit bellum inferre Barbaris Nationibus, à quibus ipſe nunquam eſt læſus, ſolo Barbariſmi vel Ethniciſmi intuitu: & an juſto titulo ejusmodi Provinciæ, ut in ſpecie ab Hiſpanis in Indiis factum occupentur?

R. in genere Negativam ſub his limitationibus, ſi (1.) per injuriam aut læſionem enormem invaſione bellicæ cauſam non dederint: (2.) Confœderatis & amicis noſtris graves & moleſti non ſint: (3.) Chriſtianiſmū aperto bello non perſequantur: (4.) Jus Naturæ ex communi more non violent: (5.) Legitimos ſuos habeant & agnoſcant Magiſtratus, *tuentur quam plurimi ob ſequentes rationes*: (1.) *Quia* ſola gentis alicujus barbaries & inprimis aliis Gentibus innoxia non magis poteſt juſta belli offenſivi vel illativi cauſa eſſe Chriſtianis, quā Barbaris profeſſio noſtri Chriſtianiſmi, *arg. l. Chriſtianis 6. C. de Pagan. c. diſpar. cauſ. 23. quæſt. 8. c. Judæi x.* Et per ea, quibus hoc latè & operoſè demonſtrat *Grot. de Mari libero c. 4.* Fides enim vel infidelitas potius non tollit Jus Naturale vel humanum, à quo diſtinctiones Dominorum ſunt profectæ, quodque vetat hominem homini inſidiari. de quo vide *Franciſc. à Victoriâ in utraq; Relectione de Indis*, & inprimis circa finem ultimæ: nec non *Joſeph. Acoſtam de Procur. Indorum ſalute lib. 2. c. 4. Covarruv. in relect. ad c. peccatum de R. J. p. 2. §. 10. n. 3. Et Waremund. ab Ehrenberg de Fœderib. lib. 2. c. 1. n. 81.* Piè hoc docet *Molina Tom. 1.*

C. *de Juſt. & Jur. tr. 2. Diſp. 106.* his verbis: *Neq; propter idololatriæ ſcelus neq; propter alia peccata, quæ pugnant cum lumine Naturæ, fas eſt vel ſummo Pontifici, vel Imperatori, aut cuivis alteri Principi, qui juriſdictionem in eos non habeat, punire ejusmodi infideles, bellumvè eâ de causâ adverſus eos movere: modò ejusmodi crimina talia non ſint, quæ injuriam inferunt innocentibus. Cui per omnia conſentit Gregorius de Valentiâ Oper. Moral. l. 2. tr. 1. c. 17. Lud. Lopez Inſtr. Conſc. p. 2. c. 1.*

(2.) *Quia* graviſſimè peccamus, quando fidem Jeſu Chriſti bello illativo & per ſubjugationem Barbarum ampliare contendimus, nec ita legitimi illorum Domini evadimus: ſed magis latrocinia committimus, & tenemur ad reſtitutionem ablati, utpotè injuſti debellatores aut occupatores: ſicuti piè & eruditè ſcribit *Cajetanus ad Summam Thomæ citante Grotio de Mari libe-*

D. *ro c. 5.* Hinc non minus piè *Gregorius diſtinct. 45. cap. 3. Qui ſincerâ intẽtione extraneos à Chriſtiana Religione ad fidē cupiunt rectam perducere, blandimentis, non aſperitatibus debent ſtudere, ne quorum mentem reddita ad plenum ratio poterat revocare, pellat procul adverſitas. Nam quicunque aliter agunt, & eos ſub hoc velamine à conſueta ritus ſui volunt cultura ſuſpendere, ſuas illi magis, quàm DEI cauſas probantur attendere.*

Religio enim ſecundum Auguſtinum Epiſt. 65. docendo magis quàm jubendo, monendo quàm minando imprimi debet.

Neque illum illud propagationis ſuæ agnoſcit medium, quam prædicationē & inculcationē Verbi Divini, ut in *ſeq. ſpeciali Quæſtione in Reſp. ad rationē pro Affirmat.* (4.) dicetur. Plura vide apud *Warem. ab Ehrenb. l. 2. de Fœder. c. 1. n. 63. & multis ſeq. Lebleum in Carelogia p. 60. & ſeqq. & Grot. d. l. Berneggerum in Tubâ Pacis p. m. 92. & ſeq. Et prec. P. 1. c. 12. Ꝫ. 4. in Expl. 6.* notata.

In ſpecie

In ſpecie verò quoad factum Hiſpanorum in Indiis Eandem plerique defendunt ob eaſdem rationes, ſeparatim verò.

(1.) *Quia* Hiſpani ab Indis nunquam fuerunt læſi, quoniam Orbis ille novus antea Hiſpanis incognitus, non uſurpatus fuit, *&* ab illis planè ſeparatus eſt, ut per ſe liquet.

(2.) *Quia* legitimos ſuos habuerunt Magiſtratus, & quidem ſatis prudentes, nec ideò à ratione omni alienos, uti Hiſpani poſtea finxerunt, quod inter alia probat prudentiſſimum Peruviæ Regis *Attabaliba* Hiſpanis ex donatione Papæ illud Regnum ſibi vindicantibus datum *Reſponſum: Papam nimirum inſigniter fatuum & imprudentem eſſe oportere, quod aliena tam liberaliter largiretur, uti Benzo in Hiſtor. Novi Orb. lib. 3. c. 3. p. m. 281. & Wolff. tom. 2. Memor. ad Ann. 1540. f. m. 441. ex Petro Cieza tom. 2. Hiſt. Peruvianæ. c. 69. refert.* Videri etiam poteſt *Joh. Laet. Introd. Gent. Nov. Orb.*

(3.) *Quia* Eventus probavit, Hiſpanos ob ſolam ambitionem & avaritiam non verò prætextam religionis Chriſtianæ propagationem, hunc Novum Orbem invaſiſſe atque ſubjugaſſe, uti *in ſeqq.* clarè demonſtrabitur.

Quod nunc concernit fundamenta illorum pro Affirmativâ adducta, & quidem

(1.) *Dei Promiſſio:* Omnem locum, quem calcaverit planta pedis veſtri, dedi vobis, *Joſ. 1. v. 3.*

Ad illa reſpondent Promiſſionem illam Iſraëlitis in ſpecie de terrâ Canaan eſſe factam, adeoque tanquam ſingularem ab Hiſpanis in conſequentiam nonniſi ineptè & ridiculè trahi.

(2.) *Jus Gentium* bona illius occupantibus adſcribens & permittens. §. 12. *In. de Rer. Diviſ.*

Reſp. Regulam illam Juris Gentium per ſe quidem veram & æquam eſſe, in propoſitâ verò Quæſtione falsè applicari, quoniam Indi ſuos Reges habuerunt, & in poſſeſſione Dominii fuerunt.

(3.) *Naturalis ratio*, quæ ſuadet ut animal noxium & ferum ad damnum evitandum vel cicuretur, vel è medio tollatur.

Indos verò hominivoras & feris ipſis feriores ferè eſſe, ſine ullâ legum & Juris Naturalis obſervantiâ, pietate, religione & ratione fuiſſe, atque unum alteri ceu beſtias nocuiſſe. De quo videatur *Joſeph. à Coſtâ d. l. 2. c. 4. De Talibus verum eſſe pronunciatum Ariſtotelis*, Naturale in eos eſſe bellum: Et *Iſocratis in Panathenaico p. m. 521.* Bellum juſtiſſimum eſſe in belluas & barbaros. Ac ideò *Plinium lib. 30. Natur. Hiſtor. c. 1. in fin. de Romanis ita præclarè ſcripſiſſe: Non ſatis æſtimari poteſt, quantum Romanis debeatur, qui ſuſtulere monſtra, in quibus hominem occidere religioſiſſimum erat, mandi verò etiam ſaluberrimum.*

Quâ etiam de cauſâ Hercules adhuc hodie laudatur, quod Barbaros & feros homines in ordinem redegerit: & tot ingentia certamina, ſub quibus hæc hominum ferocium ficta mitigatio comprehenditur, ediderit, quæ omnia ex antiquitate congeſſit *Stöken. in Amœnit. Hiſtor. Cent. 1. cap. 6.* quibus junge, quæ *Seneca 1. de Benef. 13.* in ejus laudes narrat.

Reſp. 1. Hæc vera tunc eſſe, quando Populi quidam Juris Naturalis, Gentium, Honeſtatis & Pietatis plane ſunt expertes & neglectores, ac non ſolùm in ſeſe belluarum more ſæviunt, ſed etiam vicinis ſunt nocui. *De poſtremis enim locus Iſocratis expreſsè loquitur.* Quamvis etiam violationem juris Naturæ, per ſe juſtam bello cauſam non dare demonſtrare conetur *Covarr. in c. Peccatum d. R. J. in*

A. *ſexto: 2. part. Relect. §. 10. num. 4. Franciſcus à Victoria Relect. 9. de Temper. p. m. 341. & ſeq. Azorius Inſtit. Moral. part. 3. l. 2. c. 7. Joſeph. à Coſtâ lib. 2. dict. proc. Ind. ſalut. cap. 5. p. m. 260. ſeq. & alii*, præſertim ſi vicinis non ſint exitioſi, ſed ſibi ipſis ſolùm, tunc enim, ut à Coſtâ benè judicat, Magiſtratus barbarorum ſuo muneri non ſatisfaciens Deum habet judicem, non Rempubl. vel Principem aliquem externum. At vero Indiæ Populos tales fuiſſe, Hiſpanici quidem Scriptores quidam tradunt, ſed in gratiam ſuæ gentis, & ad colorem invaſioni dandum: Contrarium vero de illis ſcriptum reliquit *Bartholom. de la Casâ Monachus Hiſpanicus & ocularis teſtis in ſuo de Hiſpanicâ adverſus Indos Tyrannide edito ſcripto*, & Carolo V. ac ejus filio inſcripto libello, in quo ita illos deſcribit: *Eſt gens pacifica inſtar ovium, non admodum opibus dedita, non*
B. *ambitioſa, paucis contenta, ſolitaria & quaſi eremitica, contra quos venerunt Hiſpani, tanquam rapaciſſimi lupi, inter mitiſſimas oves, & non tantum ut lupi, ſed ut leones & tigrides.* Ubi videantur immaniſſimæ Hiſpanorum crudelitates. Cui addatur *Campanella de Monarchiâ Hiſpanicâ cap. ult.* Et inprimis *Athanaſii Inga Peruviani Speculum Indiæ Occidentalis. Et Alex. Geraldini Amerienſis Itinerarium anno 1631. Romæ editum l. 16.*

2. *Quando expeditio adverſus tales fit, ex Chriſtiano zelo*, & eos ad ſanam rationem, humanitatem & in ordinem, ſi nimirum abſque Magiſtratu viventes inſtar ferarum vivant & naturâ injurioſi ſint, reducendi & redigendi, non verò ſolius imperii proferendi ambitioſo pruritu ac avaritiæ malo, quod poſtremum, ſolam & unicam Hiſpanorum cauſam fuiſſe, ut jam dictum, perhibent.

C. (4.) *Officium Chriſtiani Magiſtratus* poſtulans, ut Servatoris ſui nomen, honorem, fidem & præcepta omnibus modis promoveat & dilatet.

Reſp. Theſin in genere eſſe veram, ſi per omnes modos intelligantur legitimi, puta amicabiles & informatorii, *In Hypotheſi vero falſam*, *quia* bellica violentia & tyrannis ab Hiſpanis principaliter adhibita fuit: per illam autem Chriſtianiſmus propagari non debet, ut ſupra in *ratione 2. pro Affirm. deductum.* Apoſtolis inſuper, ut ſcite loquitur *Lanſius in Conſult. contra Hiſpaniam p. m. 427. à Chriſto mandatum eſt, ut in univerſum mundum irent, & Verbum ejus prædicarent: Ab Hiſpano vero miniſtris ſuis injunctum eſt: Ite in omnes Auri & Argenti divites regiones, & Papæ Romani Religionem & Catholici Regis imperium prædicate, omnes populos pecudum inſtar ſervitiis addicite, vendite, mactate, ſecundum illud edictum à Barthol. de la Caſa d. tract.*
D *allatum hujus tenoris: Cacici & Indiani hujus loci, vobis omnibus notum facimus, unum eſſe DEUM, unum Papam, & unum Regem Caſtellæ, qui rerum harum eſt Dominus: ſtatim accedite & autoramentum Lege Clientelæ inite.* Vide etiam judicium *Thuani l. 1. Hiſt. f. m. 21. & ſeq.*

Hiſpanos præterea non ex Chriſtianâ Charitate ſed avaritia Indos bello petiiſſe annotavit *Balſacius in Tr. de Principe* falſe ita ſcribens: *Verum eſt Hiſpanorum charitatem horum Chriſtianorum bonorum ſeſe extendere tantum in illa loca, ubi Sol aurum generat: nec hactenus eos curam habuiſſe extremarum Septentrionis partium, ubi magnus quidem animarum ad veram fidem convertendarum numerus ſupereſt, ſed præter glaciem & nives nihil in præmium & emolumentum Charitatis.*

5. *Donatio Alexandri VI. Pontificis*, quâ Regi-

bus Hiſpaniarum India omnis cum pleno jure conceſſa eſt, uti Inſtrumentum ejus *Tom. 1. Bullarii M. ſub Alex. VI. factarum Conſtit. 2.* & poſtea in *lib. 7. Decret. l. 1. tit. 9.* relatum pluribus in ſe continet.

Reſponſio ad hoc ex præcedentibus jam patet, & ex *Franciſco à Victoria in Relect. utraq; de Indis P. 1. num. 25. & ſeqq. petenda.* Ubi clarè demonſtrat Papæ in ſæcularibus poteſtatem nullam competere. *Reliqua fundamenta videri poſſunt apud Joh. de Solorzano in tr. de Jure Indiarum, Vernlamium de Bello ſacro p. m. 348. & alios.*

Legi etiam poteſt de his prætextibus Klock. de Ærario lib. 1. cap. 6. num. 72. & ſeqq. & Covarr. d. §. 10. num. 2. & ſeqq.

Quibus addendum eundem Papam, cum inter Johannem Luſitaniæ & Ferdinandum Caſtellæ Regem de navigatione ad Indos & illorum ſubjectione controverſia oriretur, Illam ita compoſuiſſe, ut utrique certa portio, & quidem illi verſus Orientem, huic vero verſus Occaſum attribueretur, ut poſt *Oſorium de Geſt. Emman. Reg. Luſit. l. 1. refert Maffæus Hiſtor. Indic. l. 1. p. m. 34.* quibus addendus *Hieron. de Monte De finibus regend. cap. 7. n. 8.* ubi tradit diviſionem illam ſecundum lineas graduum cœli factam eſſe.

Licet vero prædicta enormia & alia Hiſpanorum adverſus miſeros Indiæ populos exercita flagitia omninò abominabilia ſint, *Regibus tamen* illorum iſta imputari, & cum beneficiis ab Hiſpanis in Indos collatis, nempe loco feritatis horrendæ humanitate & Chriſtiana fide illis implantatâ, comparari non poſſunt, ut ita hic quodammodo applicari queat illud *Taciti lib 14. Annal. cap. 44. habet aliquid ex iniquo omne magnum exemplum, quod contra ſingulos utilitate publica rependitur.*

Quæritur (4.) An Princeps vel Reſpubl. Ditiones antea ablatas bellica vi quandocunque voluerit & omni tempore eas repetere, & denegatas bello vindicare poſſit?

Reſp. Hæc quæſtio ſupra part. 3. cap. 2. theſ. 12. expl. 2. late eſt examinata & reſoluta, ubi videri poteſt.

IV. *Patet hinc, quid ſentiendum ſit de illis, qui levi de cauſa bellum geſſerunt*, uti *de Pictis & Scotis*, eos ob ſurreptum & occultatum Regis Crathilinthi inſignem canem inter ſe cruentum diuturnum, & ad utriusque gentis internecionem directum moviſſe bellum, refert *Buchanan. lib. 4. Rerum Scotic. p. m. 121. De Peloponneſiis & Magarenſibus* ob ereptam Tabellam *Ælian. lib. 2. cap. 53.* De *Ardeatibus*, ob Puellam, quam Mater Nobili, Tutores vero Plebejo collocare vellent, ut refert *Livius l. 4. c. 9.* ubi videre poteſt. Sic *Ætolos & Arcades vel Acarnes* ob apri ſpumantis caput & pellem *Tzezes in lib. 1. Heſiodi.*

Sic Carolus Audax Burgundiæ Dux bellum Helvetiis intulit, quod hi ob aliquot pellibus onuſta plauſtra à Comite Remontio ablata & non reſtituta hujus ditionem armis invaſiſſent, ut refert *Simler. l. 1. de Rep. Helv. p. m. 154.* licet enim illi ſatisfacere Carolo abunde vellent, bellum tamen paci prætulit, ut refert *Comin. lib. 5. c. 1.* Et *Sibr. p. 1. Juris Lubec. Sect. 23. num. 15.* Morionis caputium inter vicinos heroes magnæ cladis initium fuiſſe narrat.

Sic quoq; memorat Stumpff. in Chron. Helvet. l. 5. c. 25. f. 432. Et *Bucelinus in Chronic. Conſtant. p. m. 325.* anno 1458. inter Conſtantienſes & vicinos Helveticos inde grave bellum ortum & non ſine magno

A. ſumtu ab illis redemtum eſſe, quod ſutor à ruſtico Helvetico pro pari calceorum præſcriptam monetam Helveticam recipere noluerit, ſed nummum illum vaccinum **einen Kuhplappert** vocaverit.

Jungi his quodammodo poſſunt, quæ paulo ante *theſ. 9. expl. 1. num. 31. de raptu Helenæ* & ſimilium notata ſunt.

V. *Quæritur hinc porro:* Cum ſæpe inter Vicinos bellum, quod nos proprie non tangit oriatur, an & quomodo tali in caſu medietas ſive adiaphoria (quam barbare neutralitatem vocant) amplectenda ſit?

Pro Affirmativa prioris pugnat

(1.) *Præclara Cæſaris* ad Ciceronem in Epiſtolâ ſcriptâ *ſententia: Nihil tutius, neq; honeſtius reperiri, quam ab omni contentione abeſſe, lib. 10. ad Attic. ante*

B. *Epiſtolam 9. poſita.*

(2.) *Quod anceps* ſit belli alea, adeoque temere ei non immiſcendum; contra vero juxta *Silium lib. 11. verſ. 594.*

— — *pax optima rerum,*
Quas homini noviſſe datum eſt.

Pro Negativa ejusdem

(1.) *Quia illi, qui in bello inter vicinos geſto eventum ideo exſpectant, ut fortunæ ſuæ conſilia applicent, præda Victoris fiunt. Livius lib. 32. cap. 21. & lib. 35. cap. 49. Aut enim ſocios, aut hoſtes illos habere oportet. Id. ibid.* Quod *exemplo Servilii conſtat*: Ita enim de illo *Idem lib. 2. cap. 27. Ita medium ſe gerendo nec plebis vitavit odium, nec apud Patres gratiam iniit. Patres mollem Conſulem & ambitioſum rati, plebs fallacem: breviq; apparuit æquaſſe eum Appii odium.*

C. (2.) *Quia inter ancipitia deterrimum eſt media ſequi. Tacit. lib. 3. Hiſt. cap. 40.* Quod benè obſervavit Quintius apud *Livium lib. 35. cap. 49.* in Oratione ad Achæos ita inter alia locutus: *Nam quod optimum eſſe dicant, non interponi vos bello; nihil immò tam alienum rebus veſtris eſt, quippe ſine gratiâ, ſine dignitate præmium Victoris eritis. Nam revera ii, quos ignavia aut prava calliditas, ut alienis laboribus tuti ſint, armis abſtinet, acerbiſſimas pœnas luunt, judicante Mithridate apud Saluſt. Hiſtor. 4. p. m. 457. Hinc cum univerſa Græcia* ſeditioſis conſiliis diviſa eſſet, quisquis civium in partibus non erat, ab utraque factione occidebatur, vel quod ab illâ non ſtaret, vel propter invidiam, quod malorum eſſet immunis, teſte *Thucyd. lib. 3. p. m. 145. & lib. 5. p. 255. item lib. 6. p. m. 296.* Non inconcinnè ideò *Alphonſus Arragoniæ Rex* medios tales comparare ſolitus eſt iis, qui mediam domum incolunt, ut ab inferioribus

D. fumo, à ſupernè habitantibus urinâ vexentur, ut *Panormit. d. ejus dict. & fact. lib. 4. num. 23.*

Sed neutri noſtro quidem Judicio ſimpliciter inhærendum eſt opinioni, & diſtinctione potius res expedienda, ita ut priori ſua conſtet autoritas, ſi (1.) *belligerantes* utrique parti vel pari amicitiâ ſint juncti, vel pariter ignoti, ſiquidem ita nullâ neceſſitate adacti neutrales tales & ſumtibus parcent, & vires ſervabunt integras, & periculum evitabunt, quin & Mediatores tutius dabunt, quam auxiliatores: uti fecit Henricus Galliarum Rex in bello inter Venetos & Pontificem Romanum Anno 1606. geſto. *Et* (2.) *ſi mediis* hiſce à neutro Victore ob potentiæ acceſſionem periculum metuendum ſit, illique adeò iis viribus polleant, ut ſe ipſosmet defendere queant.

Poſteriori verò accedendum eſt ſub limitatione:

(1.) Si

(1.) *Si pariter* ignotorum pars læſa per injuriam invadatur, & *auxilium* noſtrum inſtanter urgeat, *illud verò* citra periculum à nobis præſtari poſſit, noſque adeò miſericordiâ magis, quàm pruritu ad auxilium præſtandum feramur.

(2.) *Si bellum inferatur* auxilium noſtrum imploranti, nudâ ambitione & regnandi cupiditate, iſque tantis polleat viribus, ut tutò ei accedere queamus, tunc propter periculum proprium ei omnibus viribus opitulandum eſt, ne ſcilicet eo victo ambitioſus ille hoſtis longiùs proſerpat, & victoriâ elatus ac potentior redditus, nobis quieſcentibus bellum poſteà inferat, *cum rarò illis ſtet finibus, quibus ortum eſt incendium. Brunn. lib. 12. Annal. Bojor. p. 303. Et ambitio inexplebilis ſit, ut theſ. ſia. Expl. 1. demonſtrabitur.*

Eſt verò optimum remedium in medietate & pace ſubſiſtendi, ſi ii, qui paribus minimè cedunt, Superioribus, ut decet, utantur, & inferioribus ſe moderatos præbeant, juxta prudentiſſimum Athenienſium monitum à *Thucydide lib. 5. circa fin.* relatum. Plura videri poſſunt apud *Boa bra in arte Belli & Pacis lib. 2. diſc. 23.*

Quæſtio: An in bello Civili medietas ſit amplectenda, infr. lib. 3. c. 2. theſ. 19. in Explic. 3. pertractata eſt, ubi videatur.

TH. X.

In defenſione cauſa manifeſta ſunt, ſi contra hoſtem bellum injuſtè inferentem armis defendantur libertas, Patria, ſubditi, Parentes, Amici, Societatis aut Religionis vinculo nobis devincti, item fortunæ facultates.

Explic.

I. L*icet defenſio ſit Juris Naturalis* & vim vi repellere omnes Leges, omniaque Jura permittant: *l. 45. §. 4. ff. ad L. Aquil. in tantum, ut* etiam ſuorum defenſio naturaliter cuique incumbat, *l. 1. §. Vim vi. ff. de Vi & Vi armatâ. l. 4. ff. d. t. & conſequenter,* bellum pro defenſione ſui, ſuorumque ſusceptum non tantùm licitum, ſed nobis innatum quaſi ſit, *ut hinc plerumq́;* defenſionis cauſam bellum gerentes præterquam quod ſpe meliori eſſe debent vel ſolent, etiam animo ſunt majore, ut quos non alienum imperium, ſed ſua quemque neceſſitas adigat: *Et præterea* victoriæ fructus, non ſicut in offenſivo ad paucos, ſed omnes pervenit, ut præclarè demonſtrat *Criſpinus ap. Herodian. lib. 8. cap. 6.*

Attamen defenſionis talis juſtitia tunc demum ineſt, quando bellum injuriâ infertur, ſicuti enim eadem ſectio in iiſdem terminis non poteſt eſſe juſta & injuſta ſimul: *ita* neque fieri poteſt, ut juſtè inferens alicui bellum, ab eodem juſtè, licet natura id ſuadeat, repellatur. *ubi enim juſta eſt invaſio, injuſta & infauſta, licet non prohibita eſt defenſio, & contra ubi juſta eſt defenſio, injuſta eſt invaſio: ſatisfaciendum ergò læſis & bellum potius deprecandum eſt ad exemplum Tuſculanorum apud Livium lib. 6. cap. 25. & 26.* quam ſanguis humanus cum conſcientiæ læſione & periculo infelicis exitus temerè profundendus. *Si verò ille,* cui bellum denunciatur, animum non fictum, ſed verum habet ſatisfaciendi tali læſo, hic verò amicabilem rejicit compoſitionem in armis jus & robur ſuum ponens, *contra talem juſtiſſimè defenſio ſuſcipitur,* hinc *Cicero 1. de Offic. cap. 7.*

A. ſcribat, *qui non defendit, nec obſiſtit injuriæ, tam eſt in vitio quàm ſi Parentes, aut Patriam, aut ſocios deſerat. Cyrus apud Xenoph. lib. 1. Inſtit. num. 25. Quid enim juſtius eſt, quam vim propulſare? vel honeſtius, quam ſubvenire amicis?* Et *D. Ambroſius: Fortitudo, quæ vel in bello tuetur à Barbaris Patriam, vel domi defendit infirmos vel à latronibus ſocios plena juſtitia eſt: 1. de Offic. c. 27. Relatus in c. fortitudo cauſ. 23. quæſt. 3* de quo plura apud *Alber. Gent. de Jure Belli, lib. 1. cap. 13.* optimè *Galgacus apud Tacitum, quid juſtius eſt,* inquit, *quàm arma opponere iis, quorum ſuperbiam fruſtrà per obſequium & modeſtiam effugeris, in Agric. cap. 30.*

Poteſt tamen per accidens quoq́; fieri, ut tali in caſu juſtè defenſio ſuſcipiatur, quando nimirum bellum juſtè inferens, in Vindicatione injuriæ, rerum honoris excedat modum, nec deprecationem & ſatis-
B. factionem ex poſt facto oblatam accipere velit, vel arma deponentem planè ſubjugare tentet vel vaſtatione provinciæ *magis* interitum innocentium ſubditorum, *quam* injuriæ illatæ vindictam & ablati reſtitutionem intendat: *quia rarò victor tantum reponere vindicta contentus eſt, quantum accepit injuriæ,* juxta *Auguſt. 19. contra Fauſtin.* Quare bene tradit *Bodin. lib. 5. de Republ. cap. 5. Quod vis neceſſitatis tanta ſit, prementibus armis, ut quæ injuſta ſunt, juſtiſſima videantur. Et ideò communiter JCti tradunt bellum tale juſtum vindicatorium eſſe Juris Gentium diſpoſitivè, defenſivum verò occaſionaliter vel per relationem ſaltem tale: Contra verò* bellum injuſtum illativum occaſionaliter vel per accidens ſaltem Juris Gentium defenſivum verò adverſus illud Juris Gentium diſpoſitivè, de quo videri poteſt *Bocerus de Bello & Duello. cap. 1. num. 12. & ſeq. Vide & Grot. de Jure Pac. & Bell. lib. 2. cap. 22. num. 12. & cap. ſeq.*
C. *num. 13.*

Poteſt quoq́; caſus exiſtere, quo & inferens & defendens juſtè bellum ſimul gerat non quidem per ſe, ſed per accidens ex. gratiâ, ſi una pars habeat juſtam cauſam bellum inferendi & propulſandi in cauſâ ipſâ, altera verò intentionaliter & ſecundum ſcientiam vel conſcientiam ſuam, quod accidere poteſt, ſi poſſeſſor alicujus principatus contra veritatem firmiter credat illum ad ſe pertinere, tunc enim in bonâ fide verſatur adeoque defenſionem contra impetentem ſalvâ conſcientiâ & juſtè ſuſcipere poteſt, licet rem ſuam petens & bello proſequens majori & propriè ſic decet à juſtitiâ cauſæ nitatur: de quo vide *Franciſc. à Victoriâ Relect. 5. ſect. 3. n. 6. & relect. 6. num. 32. & 33.*

Et quidem de juſtâ tali defenſione ſuorum, libertatis, Patriæ, ſociorum, ſubditorum & ſimilium per ſe quidem clara res eſt: de illâ tamen conſuli poteſt
D. *Alberic. Gentil. lib. 1. de Jure belli cap. 15.*

Sed an (1.) libertas non perſonalis, ſed publica, vel imperii, cujus oppoſitum eſt peregrinæ poteſtati ſubjici, *ita propugnanda ſit, ut potius vita, quàm illius jacturâ tolerari debeat?* maximè controverſum eſt.

Negativam tuetur Grot. lib. 2. de J. B. & P. c. 24. §. 6. ex hac ratione, quod vita, quæ fundamentum eſt omnium bonorum Corporalium & æternorum occaſio, pluris ſit, quàm libertas, *& ideò Deus* pro beneficio imputaverit traditionem in ſervitutem retentâ vitâ: 2. *Paral. 12. v. 78. Imò quod Propheta Jerem. c. 27. verſ. 13.* hoc Hebræis ſuaſerit: Cui adjungi poteſt *Graevv. in ſtrict. ad illum Grotii locum.*

Affirm. verò defendit Feld. in Cenſur. ad Idem & ſeq. caput, ex hac ratione, quod deterius ſit rationem habere, & tamen beſtiarum more ſubjectum

A. eſſe alteri, quàm in nihilum redigi. Beſtiæ enim ratione carentes reguntur ab hominibus, & naturaliter ad rationis ſubjectionem ducuntur; cum nullam propriam habeant: at homines uſu rationis præditi, ſi ſe appetitui alterius ſubjicere debent, plus quàm mortem oppetunt.

Quanquam verè Graſwinckel. in ſtrictur. ad illa loca Feldeni argumentis Reſponſiones non contemnendas opponat; non deeſt tamen, quod iis reponi poſſit, & quidem à licitâ & extremâ libertatis defenſione ad neceſſariam vitæ amiſſionem nullam dari conſequentiam, *tùm* quod non ſemper populus vel Magiſtratus ejus defenſionem ſuſcipiens, utpote in re licitâ, ſuccumbat, *tùm* quod non ſemper populus in bello pro libertatis defenſione ſuſcepto ſuccumbens, licet id optet & tentet internecioni detur, ſed ut plurimùm conſervetur ſervitutis aliquo jugo impoſito, *ut ita in hypotheſi* magis ſit in arbitrio Victoris vel

B. vitam vel libertatem victis adimere.

(2.) *Exempla* ex Bibliis allata eſſe ſingularia, adeoque ad conſequentiam non trahenda, cum Deus populum Iſraëliticum Servituti Babylonicæ ad tempus quaſi pœnæ loco deſtinarit, & ad libertatem recipiendam reſervarit.

Quæritur hic (2.) *An ob Religionis periculum aut ſuppreſſionem licitè arma contra extraneum quemcunque ſuſcipi poſſint.*

Reſp. Pro Affirmativâ & veriori ſententiâ pugnant ſeqq. rationes.

(1.) *Quia* adverſus quemcunque, qui vim injuſtam infert, inprimis verò illum, qui in Dei ſecreta, puta Religionem & Conſcientiam manus inſerit, illiſque manu militari imperare vult, licita eſt defenſio, cujus rei exemplum nobis præbet *Judas Maccabæus.* 1. *Maccab.* 2. *Quod etiam Ethnici agnoverunt, ita*

C. *enim Cicero in fragm. de Republ. l.* 3. ſcribit, *bellum nullum pro Republ. ſuſcipi niſi pro fide aut ſubditorum ſalute.*

(2.) *Quia* quilibet Religionis & ſalvificæ fidei propagationem gladio & violentia injungens & quærens, contra Dei ordinationem agit, quoniam Deus hanc ſolam ſibi reſervavit per prædicationem Verbi ſui accedente per pias preces Spiritus Sancti operatione, uti ex Nov. Teſtam. paſſim imprimis verò *in Epiſt. ad Rom.* 10. *v.* 16. *&* 17.

(3.) *Quia* ipſe Populus Dei unâ manu Templum Dei & muros ædificabat, alterâ manu gladium adverſus hoſtes ſtrictum tenebat. *Nehem.* 4. *verſ.* 16. 17. 18.

(4.) *Quia* Judæi Antiocho utpotè legitimo Magiſtratui tàm diu obedientiam præſtiterunt in omnibus, dum ipſorum fidem & Religionem ſalvam &

D. illæſam relinquebat, quo facto armis arreptis ſe & religionem ſtrenuè defenderunt, uti *ex libris Maccabæorum* paſſim patet.

(5.) *Quia* in omnibus cauſis Deo magis, quàm hominibus obediendum eſt, juxta præceptum *Apoſtoli in Actis Apoſt.* 5. *verſ.* 29. *Ita Propheta Amos* contra mandatum Jeroboami Verbum Dei prædicavit. *Amos* 7. *v.* 10. *& ſeq. Daniel* contra ſeveriſſimum Regis ſui præceptum nihilominùs Verum Deum invocabat: *Dan.* 4. *verſ.* 7. *ſeq.*

De quo plura videri poſſunt apud *Gograv. in Diſc. de hac quæſtione.* Et *Gerhard. dec.* 10. *quæſt.* 7. *nec non Carpz. in L. Regiam Germ. c.* 4. *Sect.* 6. *Ferret. de Juſt. & Injuſt. belli num.* 69. *Alb. Gentil. l.* 1. *de Jure Belli c.* 9. *Beſold. l.* 2. *Polit. c. ult. num.* 57.

Licet verè hic nonnulli non diſtinguant inter bellum Religionis à Magiſtratu Summo in Inferiores vel ſubditos, & ab extraneo Principe in Vicinos diverſæ Religionis ad illam exſcindendam ſuſceptum ſit ex illâ ratione, quoniam Princeps quivis, ſive illud ſubditis ſuis, ſive Peregrinis & Vicinis inferat, contra Dei mandatum agit, & rem illicitam ſuſcipit, *adeoq; eo ipſo*, dum contra Dei Voluntatem & Verbum agit, legitimi Magiſtratus limites excedit, *omninò* Dei Miniſter & unctus deſinit eſſe juxta facti ſpeciem in *lib.* 1. *Samuel. cap.* 15. *verſ.* 23. *& ſeq.* Et ſi eo ipſo deſinit eſſe Dei Miniſter, deſinit etiam obedientia ei aliàs, atque ideò, quia Dei Miniſter eſt, ſecundum *Paul. ad Rom.* 13. *verſ.* 1. *& ſeq.* debita; *Atq; ſic* ceſſante obedientiæ debito reſpectu, licita eſt contra talem reſiſtentia, & ſi vim armatam intentet, armorum oppoſitio & defenſio.

Tutius tamen eſt ad ſubditos in obſequio ſervandos, ut illis, tanquam merè privatis, reſiſtentia tàm diu negetur, dum poteſtas emigrandi illis libera permanet: *adeoq; tunc demùm* illa permittatur, quando & poteſtas hæc cum ſuis emigrandi iis adimitur, & fuga clandeſtina etiam præſcinditur, *ſed illi* à Magiſtratu impio vi, carceribus, & ſub vitæ periculo ad religionem alienam coguntur, *tunc reſiſtentia* vel defenſio illa non ſolùm ob religionem ſed & ſimul ob vitæ pericula legitimè ſuſcipitur, & vicinorum auxilia implorari poteſt:

Id verè eo magis obtinere putamus, quando Princeps religionem vi & armis imperans, non eſt abſolutus, ſed ſub certa pacta receptus, & gubernacula ſuſcepit, adeoque privilegia ſubjectorum confirmare & obſervare tenetur, *ac ſub ſe Status Principatûs habet*, qui quaſi Condomini, vel ad minimum coadjutores Status publici ſunt: *His enim ut perſonis publicis & Magiſtratibus incumbit*, Patrii Principatus & Subditorum ſuorum ſalutem omnibus modis procurare, ac periculum corporis ac animarum quovis modo ab illis avertere, *inprimis* ſi pactis illis ſubjectionalibus, quæ Capitulationes plerumque vocant, vel Privilegiis Religionis imperium exceptum ſit.

Monemus tamen etiam hoc in caſu arma ob Religionis imperium ac impoſitionem à ſubjectis non ſtatim ſuſcipienda, ſed Deum, ut Principis animum flectere velit, implorandum, & hunc humillimis precibus, ut à conatu & violentiâ abſiſtat, rogandum, *porrò* vim veram exſpectandam, ac inconvenientia omnia, imprimis verò neceſſitatem & juſtitiam defenſionis, ſi tempus & vires id patiantur, ob oculos Principi ponenda, *tandem etiam* vicinos Principes, ut ſuas interponant preces rogandos: *Principem verò* ſi in bello hoc ſuccumbat, non planè expellendum vel rejiciendum, ſed, ſi intermiſſionem talis violentiæ bonâ fide ſpondeat, recipiendum eſſe: Vide omninò *Gograven. diſc. de hac quæſtione; Hortleder. de Juſtit. Belli Germanici. l.* 2. *c.* 1. *& ſeq.* ubi varia hac de Controverſiâ Theologorum & JCtorum refert judicia & Conſilia & *Thumm. de Bello th.* 14. *&* 23. *Quibus junge, quæ ſupra p.* 1. *c.* 10. *theſ.* 7. *Expl.* 4. *& cap.* 12. *theſ.* 9. *expl.* 2. *notata ſunt.*

Illud hic conſignandum bella pro religione ſive verâ intentione ſive ſub prætextu ſaltem ſuſcepta magnum apud ſuos & ejuſdem religionis homines mereri applauſum & ſocietatem facile reperire, quia quilibet religioni ſuæ amplificandæ vel tuendæ ſtrenuè intentus eſt; Quâ in re, ut nimium notâ, recentia exempla referre ſuperſedemus, illud tantum ex *Juſtino lib.* 8. *cap.* 2. memorantes. *Philippum Macedoniæ Regem cum Phocenſibus ob ſacrilegium in Apollinis Delphici templum commiſſum bellum inferret, hoc aſtu uſum fuiſſe. Omnes milites coronas laureas ſumere juſſit, atq; ita veluti Deo Duce in prælium perrexit.*

Quo

Quo viſo hoc enſes inſignibus Dei conſpectu conſcientiâ delictorum territi abjectis armis fugam capeſſerunt, pœnasq́, violata religionis ſanguine & cadibus ſuis pependerunt. Incredibile quantum ea res apud omnes Nationes Philippo gloria dedit, illum vindicem ſacrilegii, illum ultorem religionum exſtitiſſe dignum. Plura ibi videantur.

Caterùm quod in Religionis defenſionem arma contra legitimum Magiſtratum capi non poſſint, planè ſtatuit Arniſ. de Poteſt. Princ. c.1. n.8. & c.2. num. 8. ubi legi poſſunt.

II. *Monent hîc Politici, ut minor à viribus majore bello laceſſitus, tempori inſerviat*, & pacem, quomodocunque poſſit, redimat, & ſi quâ hoſtis nullo modo precibus leniri, nec auxilium externum obtineri poſſit, viribus tali modo impar ad defenſionem ſe planè non præparet, ſed exercitum hoſtilem adventantem pro tranſeunte ſaltem & amico habeat, adeoq́ue ſe nullius culpæ conſcium, ac nullo odio dignum eſſe oſtendat: Ita enim iram conceptam mitigabit, & ſecurus ab oppreſſione erit. *Notabile ejus rei exemplum Livius lib.6. c.25. & 26. de Tuſculanis refert* hiſce verbis: *Intrantibus eorum fines Romanis non demigratum ex vicinis itineri locis, non cultus agrorum intermiſſus, patentibus Urbis portis togati obviam frequentes Exercitui proceſſêre: Commeatus Exercitui comiter in caſtra ex urbe & ex agris devectus; In Urbe patentes janua & taberna aperta: intenti opifices ſuo quisq́, operi & ludi litterarum ſtrepere diſcentium vocibus, nihil uſquàm non pavidis modo, ſed ne mirantibus quidem ſimile. Victus igitur patientiâ hoſtium Camillus ad Senatum Tuſculanum, ſoli, inquit, adhuc Tuſculani vera arma, verasq́, vires quibus ab irâ Romanorum veſtra tutaremini, inveniſtis. Idem à Romanis ferè paulo ante obſervatum fuit:* cum enim *à Brenno Gallorum Rege* ad Alliam cæſi fuiſſent, & de ſalute ſuâ plane deſperaſſent, ex cōmuni conſilio juventutem militarem & Senatus robur cum conjugibus & liberis in Arcem Capitolinamq́ue illud defendendi & ſe conſervandi cauſâ transtulerunt, *ob ætatem verò armorum uſui impares in urbe cum illorum conſenſu reliquerunt, qui in domibus ſuis quiete ſedentes hoſtem per patentes portas absq́, ullâ defenſione intrantem obſtinate ad mortem animo expectarunt, Galli ergò ſolùm depradantes nemini manus vel ferrum intulerunt, ſed quaſi venerabundi intuiti ſunt in adium veſtibulis ſedentes viros, prater ornatum habitumq́, humano anguſtiorem, majeſtate etiam, quam vultus gravitasq́, oris pra ſe ferebat, ſimillimos Diis. Ad eos vere velut ſimulacra verſi cum ſtarent M. Papyrius unus ex his dicitur Gallo barbam ſuam promiſſam permulcenti Scipione eburneo in caput incuſſo iram moviſſe, atq́, ab eo initium demum cadis ortum, caterosq́, in ſedibus ſuis trucidatos eſſe referente Livio lib.5. c.37. usq́, c.41.*

Pertinet etiam huc Hiſtoria ſequens, quam refert *Fabricius Orig. Sax. lib.7. ſub Friderico Placido Electore Saxonia; Hic Antiſtitem Magdeburgenſem bello petiturus, exploratorem in ejus Aulam miſit & redeuntem interrogavit, num de hoc apparatu Antiſtes notitiam haberet, & quomodo ſe ad defenſionem prapararet, Exploratore verè res reponente, quod quidem ſciret, ſed nihil contra molirêtur, & dixerit ſe DEO totum hoc negotium commiſſurum, qui arma pro eo ſumturus ſit, dixit, abſit hac à me inſania, ut illi bellum inferam, qui pro ſe defenſorem DEUM advocat, atq́, ita armis abſtinuit. Plura exempla vide apud Pancirol. in reb. memor. lib.2. tit.1. & ib. Salm. p. m.24.* Nec non hac de re egregiè disquirentem *Boxhorn. disquiſ.16. & Forſtn. ad lib.16. Annal. Tacit. cap.32. p.m. 492. & ſeq.*

III. *Circa defenſionem ſociorum ita ſtatuendum* 1. ut *ita demum* illa his præſtetur ſi injuſtis armis premantur, & hoſtis omnem amicabilem interpoſitionem magno labore adhibitam reſpuat, vel eludat, *& inde* 2. diſtinguendum ita eſt, ut quidem ii qui longo tempore adeoque ante bellum illis illatum vel indictum amicitiâ & fœdere juncti nobis ſunt, ſi pacta illud requirant, contra quosvis invadentes defendendi ſint, *excepto tamen illo, qui vel ſuperior vel antiquiori fœdere ac amicitiâ devinctus nobis eſt, uti Romani Campanis reſponderunt apud Livium lib.7. cap.31.* cum *illius perſona* ob debitam reverentiam per ea, quæ *prac. Parte 2. ſect.2. cap.10. th.3. expl.1.* dicta ſunt, in omni fœdere excipi, *hujus verò amicitia uti antiquior, ita charior nobis eſſe debent, juxta illud Conſulis Romani Campanis datum reſponſum: Amicitias ita inſtitui par eſt, ne qua vetuſtior amicitia & ſocietas violetur, ſecundùm Livium d.l. Quod & convenit jure feudali lib.4. c.31. niſi tamen poſterioris amici vel ſocii cauſa juſtior ſit.*

Prater hoc caſus pulchrum eſt, non pro Patriâ ſolùm decertare ſuâ, ſed pro amicis etiam & belli ſociis pericula ſubire, uti tradit *Cicero d. l.1. de offic. cap.7. & Ambroſ. d. l.1. offic.27. expl. prac.1. adductus, ac Idem, ſeq. c.36. Qui non repellit injuriam à ſocio, ſi poteſt, tàm eſt in vitio, quàm ille qui facit.*

Illi verò, qui tunc demùm, cum bellum illis imminet, fœdera noſtra ambiunt, in amicitiam cum judicio & providentiâ, adeoque accuratâ totius negotii penſitatione *recipiendi ſunt*, ne tali fœdere bello vel odio, quin & periculo alieno nobis gravi implicemus, vel aliorum cauſam injuſtam defendendam ſuſcipiamus, magno cum vituperio & damno, inprimis verò contra eos, quibus vel reverentiam vel amicitiam fidemq́ue antiquiorem, uti jam dictum, per fœdera debeamus.

Culpandi ideò Romani, qui omnes & quoscunq́ue à quibus emolumentum exſpectarunt, in amicitiam, fœdus & protectionem, etiam antiquiori amicitiâ & fœdere quandoq́ue neglecto, receperunt. *Exprobrat hoc Antiochi Purpuratus iisdem apud Livium lib.24. cap.16.* hiſce verbis: *Specioſo titulo uti vos, Romani, Gracarum Civitatum liberandarum video: ſed facta veſtra Orationi non conveniunt.*

Imò & teſtè Cicero, pum in fragment. *lib.3. de Republ.* ita ſcribit: *Populus Romanus ſociis defendendis terrarum omnium potitus eſt.*

Uſi ſunt verò ſingulari aſtutiâ, dum illos, quos contra fœderatos ob pacta defendere nequierunt, & tamen libenter in fidem reciperent, deſperationi propriæ ſalutis relictos, tandem ad illorum preces, tanquam dedititios *in tutelam ſuſceperunt, que anſam darent diſſolutioni fœderis*, & illâ uti poſſent ad tertium dedititios tales bello petentem, bello invadendum, *ut clareſcit ex Campanorum deditione apud Livium d. lib.7. cap.30. & ſeq.*

Quod autem ſuprà dictum eſt, contra fœderatum & amicum antiquiorem noviori aſſiſtendum & opem ferendam non eſſe, *id quidam ex hoc loco iterùm limitant, niſi talis novus amicus ſe cum ſuis imperio illius, cujus opem implorat, ſimul ſubjiciat*; Tunc enim omninò illum recipiendum & defendendum eſſe ſtatuunt, moti dicto exemplo Romanorum, qui Campanorum ſe ita cum omnibus ſuis deden-

tium tutelam & defenſionem ſuſceperunt, *quod etiam Florus lib. 1. cap. 16. refert : Nos tamen ut dictam ſimpliciter non approbamus : Cum receptio talis deditutis mera ſit voluntatis, & ſemper in tali caſu reſpiciendum eſſe putamus ad id, quod* (1.) *honeſtius :* (2.) *ſi honeſtas non violetur, quod magis proficuum eſt : Si eam* ex amici antiquioris cultu & obſervantiâ nobis, ſalvâ tamen honeſtate, majus commodum, quàm ex acceſſione novæ ſubjectionis obveniat, priori amicitiâ ſtandum eſſe ſana ratio ſuadet. *Quod verò in ſpecie exemplum illud Romanorum concernit, putant nonnulli illos ſecundum prædicta* primum de juſtitiâ belli Samnitici inquirere & illâ deprehenſâ Samnitibus pro damno vel injuriâ illatâ ſatisfactionem offerre debuiſſe, hâc verò rejectâ demum pro iis bellum ſuſcipere potuiſſe : *quod ſicuti omninò faciendum fuit ; ita etiam Samnites culpâ non carent,* dum petitione Romanorum rejectâ, & ſatisfactione tali non poſtulatâ ſtatim & præſentibus illorum Legatis ſuos in agrum Campanum non ſine ipſorum Romanorum ignominiâ prædatum miſerunt.

Quod ad amicos attinet, *illos* injuriâ & vi aliorum potentiorum preſſos ſi amicabilis compoſitio fruſtranea ſit etiam defendi armis poſſe, communiter & rectè traditur, *tùm quia* natura inter omnes homines cognationem quandam conſtituit *L. 3. ff. de Juſt. & Jure*, *tùm quia* noſtrâ ob præjudicium & metum ſequelæ intereſt, ne amici & vicini injuſtis armis ſupprimantur, dum belli incendium facilè immò ſæpiuſcule longius ſerpit, ſecundum illud *Horat. l. 1. Epiſt. 18.*

Nam tua res agitur, paries cum proximus ardet,
Et neglecta ſolent incendia ſumere vires.

TH. XI.

Hactenus cauſæ manifeſtæ : Sequuntur occultæ, **eæque plerumque injuſtæ : in quibus præcipuæ ſunt, *Ambitio, Avaritia, &* *Æmulatio* inter pares Vicinos.**

Explic.

I. C*Irca has ita dictas occultas cauſas notandum primis temporibus*, ubi pauci fuére potentes, & ad nocendum aut defendendum adbuc impares à potentioribus paucioribus prima bella ſolo dominandi furore & potentiæ oſtentandæ pruritu ſuſcepta fuiſſe : *quod* quoad Sacram Scripturam & primum in eâ memoratum bellum liquidè demonſtrari poteſt, *Nam Geneſ. 14. verſ. 1. & ſeq. legitur*, Regem Amrapheli cum ſociis tribus Regibus contra Regem Sodomæ, & ejus quatuor ſocios ob denegata ſervitia & rebellionem bellum geſſiſſe. *Cum enim* ſubjectio illa anteà ſpontè facta non fuerit, ſed Reges illi, ab adverſariis Regibus vel vi ſubacti fuerint, vel ob metum ab aliis potentioribus ſe ſubactum iri, clientelæ illorum ſe ſubjecerint, *omninò ſequitur*, primam bellorum & invaſionis cauſam fuiſſe ſupra memoratam dominandi libidinem ac potentiæ oſtentandæ pruritum, imprimis verò id etiam Nimrodi facta probant. Vide quæ *Lentalus de Jure Belli & Pac. lib. 1. cap. 3. quæſt. 1.* congeſſit, & *Nos prac. theſ. 2. Expl. 4.* notavimus.

De Ambitione res manifeſta eſt. Sic enim Mithridates apud Saluſtium lib. 4. Hiſtor. in pr. Cupido pro-

A. *funda imperii & divitiarum una & vetus cauſa bellandi eſt : Idem in Catilin. cap. 2. Habent magni animi libidinem dominandi cauſam belli, & maximam gloriam in maximo imperio putant. Cupido ſiquidem dominandi cunctis affectibus flagrantior eſt. Tacit. 15. Annal. 53. Et per ambitionem ac vim provenére dominationes. Idem 3. Ann. 26.* Veriſſimè *Plutarch : Nullum inter homines bellum non ex vitio naſcitur, aliud ex Voluptatum cupiditate, aliud ex avaritiâ, aliud ex honorum aut imperii nimio ſtudio conflatur, in Stoicor. contradict. cap. 53.* Ut hinc non ſine ratione *Tiridates* dixerit apud *Tacit. 15. Annal. 1. Sua retinere privatæ domûs, de alienis certare regia laus eſt.*

Nam ita potens ambitio eſt, ut quidquid non habet, ereptum ſibi eſſe ducat, ut eleganter loquitur Buſſelius dec. 1. Illuſtr. Rum. 7. p. m. 503.
B. Hæc Siquidem *Alexandrum* in Aſiam armavit, & alias mundi partes, ut ipſe exprimit Legatis Darii Regis pacem petentibus & occupatæ jam terræ partem offerentibus, ita reſpondens : *Ite nunciate Regi veſtro, & quæ amiſit, & quæ adhuc habet, præmia eſſe belli* ap. *Curt. lib. 4. cap. 11.* Et paulò poſt clarius : *Nec mundus duobus ſolibus poteſt regi, nec duo ſumma Regna ſalvo ſtatu terrarum poteſt habere.* Unde *Scythæ* ad eum apud *eundem lib. 7. cap. 8. Si Dii habitum Corporis tui aviditati animi parem eſſe voluiſſent, Orbis te non caperet, alterâ manu Orientem, alterâ Occidentem contingeres*, ac *lib. 9. cap. 2.* ita de illo ſcribit, *Avaritia gloriæ & inſatiabilis cupido famæ nihil invium, nihil remotum ei videri ſinebat*, & paulò pòſt, *dixiſſe illum, ſe totius orbis imperium mente complexum adhuc in operum ſuorum primordio ſtare. Acutè illi* Ambitionis hujus vitium objecit *Diogenes* ad il-
C. lum apud Cheroneam enim exercitu ſubſiſtentem adductus, & ab hoc irarum pleno pro exploratore habitus, dum illi *reſpondit* ita, *ſum explorator inſatiabilis aviditatis tuæ*, referente *Diogen. Laërt. in illius Vitâ p. m. 191.* Idem fecit *Tamyris*, *quæ* Cyri interfecti caput in utrem humano ſanguine repletum conjici juſſit, cum hac exprobratione : *Satia te ſanguine, quem ſitiſti, cujusq; inſatiabilis ſemper fuiſti, memorante Juſtino lib. 1. hiſtor. cap. 8. Eodem malo* laborarunt Pompejus, Julius Cæſar, Cajus Marius, Antonius, Mithridates & alii : & inter illos potiſſimum *Pyrrhus* Epirotarum Rex, ut ex ejus cum Cineâ habito colloquio apud *Plutarch. in Ejus Vitâ cap. 29.* dignoſci poteſt. Uti etiam hodiè *Turcarum Imperatores*, quod inter alios apertè profeſſus eſt, *Solimannus*, Philippum Valerium Magnum Equitum Rhodiorum Magiſtrum ita allocutus : *Non bellum gero, ut divitias & opes comparem, ſed ad glo-*
D. *riam, famam, immortalitatem, protelationem imperii tendo. Eſt enim Regis è ſanguine Regum orti proprium, rapere atq; invadere aliena, non quidem avaritiâ, ſed glorioſa cupidine dominandi*, uti refert *Jacob Fontan. lib. 2. de Bello Rhodio.*

Referri huc poteſt Cineæ cum Pyrrho habitum colloquium Ambitionis naturam bene exprimens apud *Plutarch. in Vitâ Pyrrhi cap. 29.* Ubi addit, *Illi*, ſcilicet Pyrrho, in *Epirum redacto, Macedoniâ amiſſâ, dedit facultatem fortuna rebus ſuis quietè fruendi, atq; inter ſuos regnanti vivendi in otio. Verùm ille niſi fatigaret alios vel ab aliis ipſe fatigaretur, non habiturum ſe, quo traduceret tempus, putavit*, & *Alexandri M. cum Anaxarcho* inſtitutum, in quo infinitos eſſe mundos audiens, *flevit, tot eſſe, ſe namq; ne uno quidem etiamnum potitum eſſe. Plut. de Tranquill. animi cap. 6.*

Raris-

Rariſſimi ſane ſunt, qui cum Nicocle apud Iſocratem in Orat.3. p.m. 65. dicant, ſe à rerum alienarum cupiditate tam longè abeſſe, ut velint cum juſtitiâ ſuum tenere ſolum, quàm per injuriam imperium ſuo longè latéq; majus acquirere: aut primùm mortalibus ſe comparare poſſint, quibus teſte *Juſtino lib.1. cap.1. Mos erat fines eueri magis, quam proferre: aut (Chauci,) qui* magnitudinem ſuam maluerunt juſtitiâ tueri ſine cupiditate, ſine impotentiâ: quieti ſecretíque nulla provocarunt bella, nullis raptibus aut latrociniis populati ſunt, juxta *Tacitum in Germ. cap.35. Quibus adde praced. th.6. expl.1. annotata. Et ea qua habet Rupert. ad Flor. lib.1. c.13. §.6.* A.

II. *Avaritia quoq;* immanis & inſatiabilis eſt bellum, quam nulla regna, nulla imperia ſatiant. Ita enim *C. Manlius apud Saluſt. in Bello Catilin. cap.33. Divitiarum cauſa bella atq; certamina omnia inter mortales ſunt: ac Orat.2. de Republ. ordin. poſt medium. Avaritia bellua fera, immanis, intoleranda eſt: quò intendit, oppida, agros, fana atq; domos vaſtat: divina cum humanis permiſcet; neq; exercitus, neq; mania obſtant, quo minus vi ſuâ penetret: famâ, pudicitiâ, liberis, patriâ atq; parentibus cunctos mortales ſpoliat. Ariſtot. 2. Polit. 7. pleraq; etiam qua homines injuſte faciunt, per ambitionem & avaritiam committuntur. Et Tacit. 16. Annal. 1. & 4. Hiſtor. 74. Aurum & opes pracipua bellorum cauſa ſunt.* Nec non *S. Baſilius Homil. 15. de Avaritiâ: Avaritia igne vehementior eſt, omnia continuando finibus ſuis occupat: ea, qua ſunt vicini, ſibi aufert: mox ubi alium ſortitur vicinum, & qua illius ſunt, ad ſe rapit. Hac Semiramidem* olim in Indos, *Sennacheribum* Aſſyrium in Ezechiam, *Craſſum* in Parthos, *Cyrum* in Maſſagetas, *Xerxen* in Græcos, *Hannibalem* in Romanos, *Turcas* in Hungariam, *Hiſpanos* in Indos (de quo videatur *Lanſ. in Conſult. contra Hiſpan. p.m. 247. & ſeq.) Julium Caſarem* & reliquos Romanos in Britanniam commovit & armavit: *De hoc ſiquidem teſtatur Sueton. in Ejus vitâ cap.47. Quod ſpe margaretarum eam petierit. Objicit Romanis* Galgacus Britannorum Dux utriusque & ambitionis & avaritiæ vitium apud *Tacit. in Agric. cap.30.* Gravibus verbis jam paulò ante *theſ.6. expl.1. relatis*, ubi plura huc facientia videri poſſunt: Quibus jungenda quæ habet *Lentul. d. tr. c.3. in quaſt.1.* B. C.

III. *Quanta inter vicinos ad alta tendentes belli fomes ſit Æmulatio, ex Hiſtoriis undiq; patet*, ex quibus pauca ſaltem exempla in medium proferemus: *Illa commiſit Athenienſes & Spartanos, teſte Juſtino lib.3. cap.7. Lugdunenſes & Vienenſes apud Tacit.1. Hiſtor. cap.65. Ejus progreſſus & malum optimè deſcribit Plinius in Panegyr.* hiſce verbis: *Æmulatio maximè naſcitur ex conjunctione, alitur aqualitate, exardeſcit invidiâ, cujus finis eſt odium.* D.

IV. *Notandum hîc obiter*, nonnollos populos, Reges & Belli Duces, *occaſionem* belligerandi arripuiſſe *ex ſigno vel omine aliquo*, ob rem ſuperſtitione vel caſu obtentam deſumtum: *Sic Romani ob Ancile* ſive certum aliquod ſcutum; & quidem breve è cœlo tempore Numæ Pompilii, ſecundùm *Plutarch. in Numâ cap.24.* delapſum, hac voce ſimul auditâ: Omnium potentiſſimam fore Civitatem, quam diu illud retinerent, victorias & dominium ſibi in univerſum Orbem ſuperſtitioſè attribuebant. *Sic quoq; Attila ex* reperto & ſibi tradito putativo *Martis gladio* ſibi imaginatus eſt, ſe totius Mundi Dominum conſtitutum, & per illum gladium poteſtatem ſe obtinuiſſe belligerandi contra quosvis, teſte *Jornande de Rebus Geticis. cap.60.* Cui conſentit *Sigon. de Imper. Occident. lib.13. & Bonfin. Dec.I. lib.3. f.m.51. De gladio Alis*, quem ſulficare nominant, Turci multa fabuloſa quoque & inter alia hoc tradunt; Illum, quoties vaginâ educeretur, ita ſe diviſiſſe, ut geminus efficeretur, cubitos 18. longus, & Alim eo contra Gauros utentem ab utroque latere non aliter ipſos ac ſegetem Meſſores proſternere ſolitum, ac Montes etiam ſive ſcopulos eo diſſecuiſſe; referente *Leunclavio lib.1. Hiſtor. Muſulm. f.m.35.*

Quod poſterius ferè *de gladio Rolandi* etiam refert *Gyraldus lib.3. hiſtor. Franc.*

De gladio Johanna d' Arc, quæ vulgò Virgo Tullenſis vel Aurelianenſis dicitur, quo Anglos multis prœliis ſuperavit, Caroloque VII. regnum reſtituit, vide integram Hiſtoriam ſive potius fabulam apud *Forcat. de Gallor. imper. & Philoſ. lib.7. p.m. 1063. & ſeq. & Joh. Herdalium in Hiſtor. Virginis illius*, nec non *Joh. Ludovic. Micquell. in obſidione Urbis Aurelia*, & illius Virginis rebus geſtis. *Plura de ſimilibus gladiis ſeq. cap.2. theſ.5. explic.4. num.5. relata ſunt.*

Pertinet huc etiam lepidus ille dolus Kennedi, quo ille per Juvenem piſcium exuviis fulgidum, & pro Angelo oblatum Scotos dormientes & ſomnolentos claris verbis ad bellum contra Pictos ſuſcipiendum animavit, ut latè refert *Buchan. lib.5. Hiſtor. Scotic. p.m.164. & ſeq.*

TH. XII.

Poſt cauſas impulſivas ſequuntur tandem ſuaſoria, quæ nudum belli ſuſcepti utilitatem in ſe continent.

Explic.

Q*Uemadmodum impulſiva bellorum cauſa principaliter* ſi non juſtitiam, ſaltem ejus prætextum, & acceſſoriè utilitatem pro fundamento habent: *Ita vice verſâ ſuaſoria principaliter* utilitatem futuram reſpiciunt, & plerunque occaſionem aptam ducem vel incentricem habent, ac ideò à ratione Status maximè dependent, *de quo vide Grot. l.2. de Jur. Bell. & Pac. cap.22. §.1.*

Conſiſtunt autem tales ſuaſoria potiſſimum in ſpe lucri magni captandi, ac in ſpecie in *ambitione & avaritiâ*, de quâ *praced. theſ.11. ac ſubjunctis explicationibus* latè egimus. *in dulcedine vindicta* ab hoſtibus opportunâ occaſione ſe offerente ſumendæ, & *in viribus vicini potentis ac ſuſpecti* tali occaſione oblatâ *frangendis*, atque ita metuendo periculo avertendo ac ſecuritate procurandâ, de qoo belli inferendi modo *praced. theſ.9. expl.3.* etiam latè egimus. *Et duplex habent principium, internum* ſcilicet ſivè ab ipſo belli auctore proveniens, *& externum*, ſivè à peregrino belli incentore per ſubſidiorum tàm militum quàm pecuniæ promiſſionem ſuggeſtum ac perſuaſum.

Exempla bellorum ex talibus cauſis ſuſceptorum paſſim in recentibus hiſtoriis occurrunt à nobis ſtudio & ad invidiam declinandam hîc omiſſa.

CAPUT II.

DE BELLI PRÆLIMINARI, APPARATU ET PRIMORDIO, UBI DE DELIBERATIONE ET FORmatione utilium Conſiliorum, Exercitatione Subditorum in tractandis armis, de Pecuniâ, Commeatu, Armis ductilibus, Machinis bellicis, acquirendis Amicis & Sociis, tranſitu per Amicorum territoria petendo, & tandem de Clarigatione cum annexis.

S U M M A R I A.

TH.I. Connexio capitis.
TH.II. Præliminare belli in quo conſiſtat.
Expl. I. Bellum omnium negociorum graviſſimum ac ideò maximâ curâ meditandum ac incheandum, ubi ſimul de invocatione Numinis neceſſariâ.
Expl. 2. Deliberatio cum quibus inſtituenda & quomodo.
Expl. 3. Amicabilis compoſitio ante belli indictionem & illationem per Arbitros tentanda, quod exemplis probatur.
TH. III. Apparatus belli in quibus conſiſtat.
TH.IV. Subditi pacis tempore in armis exercendi & futura bella eò melius gerenda.
Expl. 1. de Utilitate & neceſſitate exercitii armorum in ſubditis, & quibus cautionibus illud inſtituendum.
Expl. 2. Quomodo ſubditi exercendi ſint, tam pedites, quam equites.
TH.V. Inſtrumenta apparatus bellici, quæ.
Expl. 1. 1. Pecuniæ Utilitas & neceſſitas, ac quatenus illa ſimul nervus belli ſit.
2. Quando miles Romæ primum ſtipendium accepit, & ærarium militare inſtitutum.
3. Monita de Ærario in tempore bonis modis locupletando.
Expl. 2. de Commeatu procurando.
Expl. 3. 1. de Armis, illorum notatione & ſpeciebus: ubi ſimul de ſacratis enſibus, loricis ſcutis, clypeis.
2. An armis hodiernis plus debeatur, quam antiquis, ubi ſimul de aliquibus gladiis in hiſteriis celebratis.
Expl. 4. Axiomata quædam politica de Armis: ubi de gladiorum uſu quædam ſingularia.
Expl. 5. 1. Machinæ bellicæ recenſentur, ſuntq; triplicis generis, vel ad obſidionem, vel ad levanda onera, vel ad exterquenda tela inventa.
2. Subjiciuntur noſtra tormenta & recenſentur.
3. de Inventore horum & pulveris pyrii: ubi ſimul, An Chinenſibus jam olim illud inventum notum fuerit;
Tormentorum comparatio cum tonitruis.
Expl. 6. Quædam ſingularia de tormentis.
Expl. 7. An liceat Chriſtianis tormentis hisce uti? Ubi de igne Græco.
Expl. 8. De fabricatione armorum & conſtitutione armamentariorum.
TH. VI. Amici & ſocii in tempore acquirendi.
Expl. 1. 1. Quare illi acquirendi: differentia inter Amicum & Socium.
2. duo modi in ſocietate bellicâ & quomodo utilitas Socii dignoſci poſſit.
A. *Expl. 2. 1. Cum potentiori non facile fœdus ineundum eſt.*
2. Auxilia petita debent eſſe moderata, nec potentiam internam ſuperare, ne illos poſtea opprimant, quod exemplis demonſtratur.
3. Romanorum aſtus in acquirendis ſociis.
4. Auxilia & commilitium canum.
Expl. 3. Iterum de ſociis acquirendis & de publicâ utilitate in confœderatione obſervandâ: de Neutralitate remiſſivè.
TH. VII. Quando & quomodo tranſitus petendus.
TH. VIII. Clarigatio quid ſit communiter.
Expl. 1. Clarigationis Antiquitas: Quomodo à Romanis facta: Quibus ceremoniis ab illis bellum indictum, & quare haſta in hoſticum injecta: item quomodo hodie indicatur.
B. *Expl. 2. Clarigatio unde dicatur, duplicem habet ſignificatum & modum: Quomodo à diffidatione diſtinguenda ſit: Quomodo Clarigatio à belli denunciatione differat.*
Expl. 3. Clarigationis neceſſitas: ubi ſimul caſus recenſentur quibus omitti poteſt.
Expl. 4. Illa debet fieri verbis modeſtis.
Expl. 5. A clarigatione facta bellum non ſtatim inferendum ſed adverſariis ſpacium aliquod concedendum eſt. Quale illud apud Romanos fuerit.
Expl. 6. De manifeſtis, uti vocantur, disquiritur.
Expl. 7. De more nonnullarum gentium in illativo bello ante invaſionem terram & aquam ab hoſte poſtulandi.

TH. I.

Fuerunt cauſæ belli impulſivæ: Sequitur ejusdem
C. *Præliminare, Apparatus ipſe, & Primordium.*

TH. II.

Præliminare belli conſiſtit (1.) in Invocatione Nominis Divini ad felicem conſiliis & bello ſuſcipiendo eventum largiendum. (2.) in Deliberatione & conſultatione ipsâ de bello inchoando vel intermittendo. (3.) in Adhibitione mediorum ad amicabilem compoſitionem tendentium.

Explic.

I. C*UM bellum omnium actionum & negotiorum graviſſimum, maximè ſumtuoſum & periculoſum, immò omnium malorum peſſimum ſit, ac ideo à Simocatta l.3. Hiſt. Mauric. cap.9. omnium malorum*
D. *receptaculum & omnium incommodorum diverſorium vocetur, tùm quod* facilè ſumatur, & ægerrimè deſinat, nec in ejusdem poteſtate initium & finis ſit, & *incipere id cuivis etiam ignavo liceat, deponere cum Victores velint: Saluſt. in Jugurth. p.237. tùm quod nunquam minus, quàm in bello eventus reſpondeat. Liv. lib.30. c.30.* quia juxta *Senecam*:

Fortuna belli ſemper ancipiti in loco eſt:

in Thebaide Act.4. Ac armorum exitus ſemper incerti & timendi. Cicero l.7. Epiſt. ad Attic. Et belli fortuna ita plerumq; anceps ſit & dubia, ut magnus numerus à pauciſſimis, & qui potentiores creduntur, ab illis, qui habentur imbecilliores, ſuperentur, judicio *Criſpini apud Herodian. lib.8. c.6. & Archidami apud Thucyd. l.2. p. m. 67.* de quo *ſeq. c.4. th.2. expl.2. ſub veteranis* plura, *tùm quod* integrorum Regnorum, Principatuum, populorum interitus & jacturæ, uti *ſeq. c.10.*

c.10. th.3. in explic. dicetur, ab eo dependeat, *tum quod* alieno ſanguini tanquàm ſuo parcendum & homine prodigè non utendum ſit, ut ſapienter inculeat *Seneca Epiſt.*87, ac ideo Deo & patriæ ratio reddenda ſit, quibus *nec una gutta humani ſanguinis vilis eſt*, ut *Otto Wittelspachius apud Brunner. lib.12. Annal. Bojor. p.m.* 308. inter alia ſapienter loquitur. Admirabundus itaque inſert *Cyprianus Epiſt.2. Homicidium cum admittunt ſinguli crimen eſt; Virtus vocatur, cum publicè peragitur. Impunitatem ſceleribus acquirit non innocentia ratio, ſed ſævitiæ magnitudo: tùm quod* explorato & excuſſo conſilio, quæ ferro aguntur, adminiſtrari oporteat, quia *inemendabilis error eſt, qui violentiâ Martis committitur*, ſecundùm *Scipion. Afric. apud Valer. Max. lib.7. c.2.* de quibus omnibus legi poteſt *Eraſmus in diſſert. ſuâ de Bello*, ubi egregiè belli mala & dubium ejus eventum demonſtrat. *Sicuti & ideo Auguſtum Cæſarem laudat Sext. Aurel. Victor. in ejus vitâ. Quod turbas, bella, ſimultates execratus ſit, ut niſi juſtis de cauſis nunquam genti cuiquam bellum intulerit, jactantis ingenii eſſe dicendo: ardore triumphandi & ob lauream coronam id eſt folia infructuoſa in diſcrimen per incertos eventus certaminum ſerenitatem civium præcipitare.*

Omninò apparatum & ſuſceptionem illius ardua Divini Nominis & Numinis invocatio, & exquiſita de bello vel ſuſcipiendo vel omittendo deliberatio præcedere debet, tùm ut felicem bellum ſuſcipiendum ſortiatur eventum, id quod etiam Gentiles, imprimis verò Romani, licet falsâ Religione imbuti obſervarunt. Ita enim de his *Livius lib. 21. c.17. latum inde ad populum, vellent, juberent, Populo Carthaginenſi bellum indici, ejusq; rei causâ ſupplicatio per Urbem habita, atq; adorati Dii*, ut *bene ac feliciter eveniret, quod bellum Populus Romanus juſſiſſet. Ita Scipio in Africam* adverſus Pœnos claſſe exercitum trajecturus primum *preces ad Divos Divasq; fudit*, deinde *victimam iis obtulit*, pro felici ſucceſſu apud *Eundem lib.29. cap.27. Et lib.31. c.1. 8. & 9.* Bello Macedonico decreto *ſupplicationes* etiam decretas ac habitas fuiſſe *Idem refert.* Alia exempla vide apud *Eundem lib.36. c.1. & 2. ac paſſim.* Et apud *Briſſon. lib.1. de Form. ſolen: Pop. Rom. lib.1. p.m. 64. ſeq. Quod etiam hodie à pluribus Imperantibus obſervatur, dum* ante bellum decernendum ſupplicationes publicas ſive ex verâ devotione, ſive in ſpeciem adornant: *Referri huc poſſunt, quæ ſeq. c.7. th.6. expl.5. adducta ſunt.*

II. *Conſultatio & deliberatio de bello inchoando* cum fidelibus, prudentibus & illius expertis, ideò ſumma inſtituenda eſt cura *ad exemplum Joas Regis Judæorum: 2. Chron.12. verſ.18.* & multorum aliorum Principum, ne præcipitantiâ innumeris ac ſæpe nullo modo reſtaurandis iſtis malis belligeraturus ſe involvat, ac fœdè peſſundet, & probè obſervandum dictum, quod *de Cæſare Auguſto refert Aurelius Victor, in Ejus Vita: Imperatori nihil quicquam minus quam temeritatem congruere, ſatis celeriter fieri, quicquid commodè geretur; armaq; niſi majoris emolumenti causâ nequaquam movenda eſſe, ne compendio tenui, jacturâ gravi, petitâ victoriâ ſimilis ſit hamo aureo piſcantibus, cujus abrupti amiſſiq; detrimentum nullo capturæ lucro penſari poteſt.*

Obſervarunt hoc optimè Romani, qui de bellis ſuſcipiendis Conſultationes ſemper habuerunt, & re deinde ad Populum relatâ ipſius juſſum expetiverunt, ut inter alia conſtat ex *Livio lib.45. cap.21. Inculcat hoc prudenter Comin. l.5. Comm. c.18.* his verbis. *Incipiendis ordiendisq; bellis nequaquam quicquam præcipitandum eſt, ſatis enim ſemper erit ſpatii, & ſi tale quid Principes conſenſu ſubditorum aggredientur, & plus utiq; habebunt ſolidi roboris & metuentur ab inimicis amplius*, & paulò ante. *Quia proceribus neceſſe eſt, bona & corpora ſua bellis impendere, abſq; illorum præſcitu tale quid nequaquam aggrediendum eſt.* Quia ergò his præſuppoſitis juxta *Terentii monitum in Eunucho Act. 4. Sc. 7. Omnia prius experiri verbis*, (ſive conſilio) *quam armis ſapientem decet: belligeraturo incumbit, prudentibus ac fidis Viris in illud adhibitis* (1.) de cauſæ juſtitiâ, de quâ in *præcedenti capite theſ.6. Explic.1.* actum. (2) de mediis internis & externis, de quibus hoc in capite agetur. (3.) de mediis hoſtis, an milite exercitato, pecuniâ, commeatu, amicis ac ſociis firmatus ſit. (4) de commodo & damno exinde proventuro anxiè & piè deliberare, & ſi bonâ vel mediâ pace finem ſuum aſſequi poſſit, illum utpote meliorem & tutiorem, ſperatæ & ancipiti Victoriæ præponere, ſecundùm *Livium d. l. Vegetium lib.3. c.3.* & alios. Inculcat hoc *Salvator noſter apud Lucam 14. verſ. 31. & 32.* his verbis: *Quis Rex proficiſcens, ut committat prælium adverſus alterum Regem, non prius conſultat confidens, an poſſit cum decem millibus occurrere illi qui cum viginti millib⁹ venit, adverſus ipſum? Alioquin cum adhuc ille procul eſt legatione miſſá rogat ea, quæ ad pacem ſpectant.* Vide *Boxhorn. in dict. diſquiſ.* 16. His deliberatis (5.) Ad eventus præteritos animum advertat: Ex his enim non obſcurè de eventu futuro judicium ferre poteſt. (6.) Vires ſuas cum hoſtibus accuratè conferat, ſecundum prædictum locum apud Lucam: *Ille enim demùm Ducis munere quam optimè fungitur, qui res & vires hoſtium quàm maximè cognitas & perſpectas ſibi habet. Chabrias apud Plutarch. in Apophthegm. Reg. cap. 66. Themiſtocles apud Eundem in vitâ Ariſtidis cap.47. Et Æn. Sylv. l.1. Epiſt. 392. Cujus intermiſſio vel neglectus Poro Indiarum Regi* cauſa ingentis illius cladis & captivitatis perpeſſæ fuit, ut ipſe apud *Curt. l.8. in f. indicat his verbis: Neminem me fortiorem eſſe cenſebam meas enim noveram vires, nondum expertus tuas: fortiorem te eſſe belli docuit eventus.* Imprimis verò adverſarii Ducis ingenium ac naturam exploratam habeat, de quo vide *Polybium lib.3. cap. 81. Et nos infra cap.9. th.2. expl.2. n.4. & 11.* plura adduximus, de conſultationis hujus habendæ ratione legi etiam poteſt *Ariſtot. 1. Rhetor. cap. 4. & Schwendius* In dem Kriegs-*Diſcurs*, von Beſtellung deß gantzen Kriegs-Weſens / *p.5. & ſeqq.*

Maximè autem ſibi caveat ne exulum vel transfugarum relationibus, multò minus autem conſiliis aurem præbeat & obſequium, quia relationes & conſilia illorum ex cæco affectu & præconceptâ deſiderio & odio mente, horum verò ex infido animo profluunt. Ad priores reſpicit *Guicciardin. lib.19. Hiſtor.* ita ſcribens, *Conſilia ab iis, quorum ſpes deſiderio potius, quàm ratione menſurata ſunt, profecta plerumque infelicem ſortiuntur effectum. Expertus hoc ex recentioribus Carolus VIII. Galliarum Rex* à Regni Neapolitani exulibus deploratum illius ſtatum & multitudinem ſuorum Amicorum ac Clientum ſuorum jactantibus ad maximè damnoſam belli ſusceptionem incitatus, *ut idem refert. lib.1. p. m. 34. Sebaſtianus Luſitaniæ Rex* eodem modo à Molejo Mahomete Mauro exule deceptus memorante *Conestagio lib.1. de Conjunct. Luſitan. p. m. 38. & ſeqq.* nec non *Carolus Guſtavus Sueciæ nuperus Rex* in bello adverſus Polonos ſuſcepto. *Memor ergò ſit illius à Joſepho lib.2. de Bello Judaico. cap.16. in Oratione Regis Agryppæ circa finem relicti*

relictis dictis : Bonam eſt ô Amici, bonum eſt, dum adhuc navis ſtat in porta, præcavere tempeſtatem futuram, nec in altum provectos mediis procellis involvi: *Lege meretur Archidami Lacedæmoniorum Regis Oratio* in inſtitutâ deliberatione de bello cum Athenienſibus inchoando habitâ apud *Thucydid. lib.1. p. m. 34. & ſeq.*

Vide de conſiliorum in bellis utilitate & neceſſitate ſeq. c. 8. th. 2. expl. 1. notata.

III. *Antequàm ergò bellum actu inferatur adhuc amicabilis compoſitio tentanda eſt ab eo,* qui illud inferre vel ſuſtinere & excipere cupit, juxta prædictum locum *Luca v. 37. Deut. 20. v. 10. & 2. Chronic. 25. v. 17.* neque putandum id ei ignominioſum eſſe: Cum potius conſiderare debeat glorioſius etiam victori eſſe pace mediocri bellum finire, quàm diutius dubiam ejus aleam experiri, ut *infra cap. 12. th. 1. & 2. & in explic.* latius dicetur. Et nusquàm magis, quàm in bello eventum exſpectationi non correſpondere, ſicuti jam dictum.

Optimè verò illa per arbitros, ſive, uti dicuntur, compromiſſarios ſuſcipitur & ſæpiſſimè feliciſſimè perficitur, uti exemplis antiquioribus & recentioribus abundè conſtat.

Sic enim Aricini & Ardeates de ambiguo agro concertantes judicem Populum Romanum cæpere. *Liv. lib. 3. c. 71.* Nec non *Maſiniſſa Rex & Carthaginenſes* referente *Appiano de Bellis Punicis. p. m. 61. Angli & Franci* in diuturno illo bello Carolum IV. Imperatorem pacis diſceptatorem ſibi ſtatuerunt, reſerente *Vergil. lib. 20. Hiſtor. Angl. poſt pr.*

Sic quoque Henricus II. Angliæ Rex à Regibus Navarræ & Caſtellæ Garſiâ & Alphonſo controverſiarum ſuarum judex electus eſt, & illas feliciter decidit, referente *Eodem lib. 13. p. m. 306.*

Similiter Veneti in gravi illâ cum Pontifice Paulo V. habitâ controverſiâ, ob quam excommunicationis fulmine percuſſi erant, Henricum IV. Galliarum Regem arbitrum & conciliatorem admiſere, ut memorat *Maurocenus lib. 17. Hiſtor. Veneta f. m. 672. ſeq. ſimiliter controverſiæ* inter Johannem II. Arragoniæ & Henricum Caſtellæ Reges ortæ etiam in bellum eruptæ Ludovico XI. Galliæ Regi ad decidendum relictæ fuerunt, ſecundùm *Baſſier. in Hiſtor. Franc. parte 3. lib. 13. p. m. 11.*

Et nuper Galliæ Rex florentiſſimus Ludovicus XIV. controverſiæ ſuæ cum Hiſpaniarum Rege de finibus in recenter acquiſitis Belgii Provinciis ortis arbitros elegit Carolum II. Angliæ & Carolum Sueciæ Reges. Sed nullo & infelici ſucceſſu,

Junge his, quæ ſeq. c. 12. th. 13. in explicatione adducta ſunt.

TH. III.

Apparatus belli conſiſtit (1) in Exercitatione ſubditorum circa tractanda arma & conſcriptione militum. (2) In Comparatione inſtrumentorum bellicorum. (3) in Acquiſitione amicorum & ſociorum (4) in Petitione tranſitus à vicinis, ſi quà bellum extra territorium proprium cum hoſte remoto gerendum ſit.

TH. IV.

Subditi Pacis tempore in armis tractandis ſedulò ſunt exercendi, ut tantò rectiùs & feliciùs iis uti in bello poſſint.

A. *Explic.*

I. E*gregiè Tacitus 4. Hiſtor. 74. Neque quies Gentium ſine armis, neq; arma ſine ſtipendiis eſſe poſſunt. Et Julius Cæſar apud Dion. lib. 38. p. m. 85. Arma ſemper in manibus habenda ſunt; hâc enim ſolùm ratione pax conſervatur. ac Veget. in prologo l. 3. Qui deſiderat pacem, præparet bellum.*

Cujus rei cauſa eſt ambitionis & avaritiæ plenus Magnatum animus, uti th. fin. præced. cap. demonſtratum, ut hinc prudenter ſcripſerit *Plato de Legib.* (Cùm hæc ita fermè ſe habeant, (puta injuriam aliorum non poſſe evitari) non belli tempus exſpectandum, ſed in ipſâ pace cives ad rem bellicam exercendi: *Mecænas Auguſto ſuo ſuaſerit, ut quidem pacis maximè ſit ſtudioſus, ſed interim ad bellicam rem paratiſſimus, ut neq; velit quidem, neque auſit quisquam ipſum lædere; aut*
B. *ſi omninò id conetur, facilè & extemplò puniri poſſit.* quod etiam benè conſideravit *Ariſtot. l. 7. Polit. c. 11.* in f. ſcribens, *qui armis rectè inſtructi ſunt & habent parata præſidia, in hos ne ſuſcipere quidem bellum hoſtes animos inducunt:* Ac optimè demonſtrarunt *Corinthiorum legati in Oratione 2. apud Thucyd. l. 1. p. 30.* his verbis: *Quietè ut plurimum ii homines fruuntur, qui ita quidem ſunt inſtructi, ut injuriam nemini faciant: ſed viciſſim ita comparati, ut laceſſiti paſſuri id ne utiquam videantur.* Nec non *Veget. lib. 4. cap. 31. alias lib. 5. cap. 1. Nemo provocare audet aut facere injuriam ei regno aut populo, quem expeditum & promtum ad reſiſtendum vindicandumque cognoſcit.*

Quare prudentiſſimum Veneta Curia inſcriptum dictum: Felix Civitas, quæ tempore pacis de bello cogitat! ab omnibus Magnatibus meritò obſervandum ſit. Hinc *Cic. Phil. 12. c. 4. ſcribit, Galliam armis, viris, pecuniâ belli principia firmaſſe,* quibus junge *præc. c. 1. th. 1.*
C. *expl. 1. notata.*

Armorum verò nulla tutior & facilior comparatio eſt, quàm ſi ſubditi pacis tempore in iis tractandis ad futuram neceſſitatem præparentur, cum externus miles neque ita fidus, neque ita comparatu & ſuſtentatu facilis, neque ita diſciplinæ aptus ſit. *Cum enim miles* non naſcatur, ſed exercitatione fiat, & exercitatus novo vel tyroni, ut aurum argento præſtet, bellum inſuper quandoque ut improviſa tempeſtas populum aliquem nihil tale cogitantem obruat, atque ita ſpacium militem colligendi aut conſcribendi, multò minus verò exercendi ſemper non detur, *optimum* & ſe defendendi, & vicinis formiduloſum eſſe remedium eſt, pacis tempore ſubditos in armis exercere, adeoque ſemper copias ſufficientes & veteranos in promtu habere. Quo intuitu *Theodoricus Rex apud Caſſiod. 1. V. E. 40.* ſcribit. *Diſcat miles in otio, quod proficere poſſit in bello.*

Quantum autem roboris & utilitatis in exercitato
D milite ſit, *Vegetius* nos docet, dum *lib. 1. de Re milit. c. 13. Nihil*, inquit, *neque firmius, neque felicius, neque laudabilius eſt Republ. in qua abundant milites eruditi:* *cujus rationem reddit lib. 1. c. 1. quia rei bellicæ ſcientia dimicandi nutrit audaciam, dum nemo facere metuit, quod ſe benè didiciſſe confidit.* Et *quilibet in eo, cujus experientiam habet majorem audacior exiſtit*, ſecundùm *Phormionem apud Thucydid. lib. 2. p. m. 103.* ac ideò in iſto bellorum certamine exercitata paucitas ad Victoriam promtior eſt, quàm rudis & indocta multitudo expoſita quippè ſemper ad cædem, ut in *ſeq. c. 4. th. 2. Expl. 2.* demonſtrabitur. Aliam reddit Seneca *Ep. 18. quia ita in ipſa ſecuritate animus ad difficilia ſe præparat, & contra injurias fortunæ inter beneficia firmatur. & Theodoricus Rex d. l. quia animos ſubitò ad arma non erigunt, niſi qui ſe ad ipſa idoneos, præmiſſâ exercitatione, confidunt & ſeq. lib. 2. Epiſt. 2. quia audentes facit homines fiducia ſui.*

Agno-

Agnovit hoc in Romanis illorum alias hoſtis acer. Joſeph. 3. de bello Judaico c. 3. ita ſcribens: *Quod ſi quis aliam Romanorum diſciplinam in militia inſpexeris, cognoſces hoc grande imperium eos non fortunæ beneficio, ſed propriâ virtute quæſiſſe. Neque enim initium illis armorum ipſum bellum eſt, nec ſolùm cum uſus & neceſſitas eſt, manus movent in pace feriati, ſed tanquam congeniti armis nullas capiant exercitii inducias, nec exſpectant tempora. Meditationes illorum nihil à vera contentione diſcrepant: ſed in dies ſingulos militum quisque omnibus armis, tanquam in procinctu poſitus, exercetur, quò etiam facillimè prælia tolerant.* Ubi plura legi poſſunt. Junge his, quæ habet *Felvvingerus in peculiari diſſert. de hac materia conſcripta, & diſſertat. ſuis Politicis annexâ.* Quomodo Imperator Henricus Auceps ſubditos ſuos exerceri inſtituerit vide *ap. Diac. de Patric l. 3. c. 1.*

Quæritur hic à Politicis, An ars pugillatoria militi utilis ſit?

Reſp. Affirmativa optimè defenditur à Naudæo l. 1. de Studio Militari Sect. 11. n. 1.

Hinc militem exercitatum in promtu habuerunt omni tempore magni Principes & populi. Ab Hebræis incipiendo Rex illorum *David* tantam bellatorum copiam ſemper in promtu habuit, ut ſingulis menſibus vigintiquatuor millia illorum penes illum ſubſiſterent. *2. Chron. 27. aliis 28. v. 1. Qui numerus juxta eruditos per totum annum computandus efficit 288000. bellatores.*

Salomonem ejus filium in limitibus ſolùm non numeratis reliquis 11000. equitum & 14000. currus habuiſſe legitur 1. *Reg. 10. v. 26.*

Romanos ſemper maximas militum copias in provinciis hinc inde diſperſas habuiſſe plus quàm notum eſt, licet ſcriptures in numero inter ſe diſcrepent. *Maximum ponunt ſub Auguſto Imp. citante Stevvech. ad Veget. lib. 3. c. 1. Paulus Diacon. l. 7. Hiſtor. Roman. quadraginta quatuor Legionum,* quæ Legione ſingulâ in maximo numero conſideratâ (de quo *ſeq. c. 5. th. 4. expl. 1.*) conficiunt 268400. *peditum & equitum* 31944. *ſed Appianus l. 5. de Bell. Civil. l. 5. p. m. 1175* 45. *numerat.* & apud *Eundem l. 3. & 4. in exercitibus partium uno tamen tempore reperiuntur ex calculo Savilii de Milit. Roman. p. m. 420* 66. *legiones. Auguſtum tamen,* tempore Imperii ſaltem 15. legiones exceptis multis auxiliariis & claſſiariis ſaltem aluiſſe memorat *Dio lib. 55. f. m. 565.* præcedenti paginâ poſtea additas Legiones, interque eas trigeſimam Germanicam eſſe recenſens *Tacitus quoque 25. Legiones ſub Tiberio fuiſſe* præter Urbanas & Claſſiarias Copias annotavit *lib. 4. Annal. 5.* ubi omnes enumerat. *Sub Galbâ* triginta & unam conſtitutas fuiſſe ex eodem demonſtrat *Savilius de Militiâ Romanâ p. m. 421.* ubi omnes nominetenus refert, & *p. 426. illis attribuit* 186000. *pedites ac* 18600. *equites. Poſt Diocletianum* 37. fuiſſe ex majoreâ columnâ refert *Pancirollus in Not. Imper. Orient. c. 35. in fin. Præter prædictas etiam fuiſſe alitas à Romanis Imperatoribus ſex Legiones Palatinas & 18. Auxilia Palatina ex eadem, c. 38. & 39. patet. Plura de numero Legionum Romanorum vide apud Urſatum in Commentar. Notar. Romanar. f. 276.* Et cætera omittendo *Turcas* ſemper maximas copias in parato habere ex communi hiſtoricorum narratione & experientiâ ſatis conſtat: ſeribit verò inter alios *Jovius in Hiſtor. l. 14. paulò ante fin.* Turcarum Imperatorem Prætorianorum peditum 12000. & equitum 4000. ſtipendiariorum ſupra centum millia & voluntariorum equitum ad 100000. peditum verò 50000 ſemper habere poſſe: *At Maurocenus lib. 4. Hiſtor. Venet. f. m. 169.* Illos 145000, quorum 80000. in Europæ finibus 60000. in Aſia (Spahos dictos) & ex agrorum

A. poſſeſſionibus, quos Timaros vocant omnes ſe ipſos ſuſtinentes citra ſtipendia, quindecim millia verò, qui ſtipendiis ſerviunt, (quorum numerus tamen 155000. conficit (equites alere, ut accuratè omnem potentiam conſignavit & legi meretur. *de quo etiam legi poteſt Soranz. in Ottomanno Part. 1. c. 15. & ſeqq. De horum militia & militum generibus conſuli poteſt, Boecler. de Potent. Civit. circa fin.*

Sicut verò hos omnes ſuperat Magnus Tartarorum Cham, qui referente *M. P. Veneto lib. 2. Hiſtor. c. 3.* tantas copias alit, ut intra 72 dierum ſpacium 360000. equitum & 100000. peditum ex ſolis circumjectis Cambula Civitatis locis convocare poſſit, aliis innumeris copiis non computatis:

Ita adhuc ante paucos annos, nimirum bellum & occupationem Tartarorum, *Magnus Sinenſium Imperator* illum apparatu bellico longè ſuperavit, dum *ad*
B. *cuſtodiendum murum ſuum ſemper* 1000000. *milites,* ſicut & anteceſſores ſui fecère, in præſidio habuit, referente *Martino in Bello Tartarico p. m. 6. Cæterum de multis utilitatibus inde provenientibus legi poteſt Schaffshauſen de Pace Sect. 1. in expl.*

Quamvis verò nonnulli Politicorum ob accidentia & quandoque contingentia quædam mala armationem ſubditorum improbent, ob ea tamen, utpote futura accidentia & per accidens emergentia, laudabilis illa *ſubditorum in armis exercitatio intermittenda vel improbanda non eſt, imprimis verò* cum mala illa per accidens prudentiâ politicâ facilè præcaveri poſſint, & *quidem ſi* (1) ingenium ſubditorum an ad obſequium proclive, an verò rebellionibus, ſeditionibus & tumultibus deditum ſit, propè obſervetur, ad illud enim omninò hîc reſpiciendum eſt. (2) Certi quidam delectus ſubditorum, in quibus fidiſſimi & promtiſſimi obſequii ex toto populo militiæ conſecrentur, ha-
C. beantur. (3) Si opifices & agricolæ quantum fieri poſſit, à militia ſint immunes, & certo pretio quotannis ſe redimere ab ea jubeantur, quo ita agricultura & commercia ſarta tecta conſerventur, & illi tamen ſuum in publicum conferant debitum. (4) Si ſingulis annis ſtato tempore exercitia militaria habeantur, & iis finitis arma armamentario reſtituantur.

Si ergò (1) ſubditorum maxima pars ſit noviter acquiſita. (2) illi liberaliter non habeantur, & (3) naturâ ad rebellionem ac ſeditionem ferantur, præſtat illis arma interdicere, quàm ſuppeditare, cum tales peregrino milite conducto in obſequio ſemper ſint continendi, ut ſupra hoc libro *part. 1. c. 4. in fin. ſub Axiomate ex prudentia regnativa adducto Expl. 2. reg. 4. & 5.* demonſtratum eſt.

De Militum conſcriptione cap. ſeq. th. 3. & ſeq. dicetur.

II. *Quæcunque igitur in acie atque præliis evenire*
D. *ſolent, in campeſtri meditatione prænoſcenda ſunt, & pedites quidem diſcant* tractare arma, iisque punctim vel cæſim uti tàm ad vim inferendam, quàm declinandam, tormenta bellica tractare, foſſas & valla extruere, cuniculosque agere: Diſcant militarem inceſſum, greſſum & regreſſum, curſumque celeriorem & tardiorem: Diſcant in acie ordinem atque intervalla cuſtodire, in gyrum ſe movere, nec ultrà, quàm decet, conglobare vel laxare agmen: Diſcant tabernacula & contubernia Caſtrenſia confirere, caſtra locare, & munire: Diſcant ſecuri dolabraque uti, piſtrinum agere, panem coquere & ſimilia: Diſcant denique natare, quo in defectu pontium flumina natando ſuperare, & hoſte inſequente periculo ſe ſubducere queant. *Vegeti. d. l. 1. cap. 9. & ſeq. ibique Stevvechius* quibus addatur Pyrrichia ſaltatio vel motio, olim uſitata, & armatura etiam dicta, de qua videatur idem ad Veget. lib. 2. cap. 12. *ac ad lib. 1. cap 13.*

& nos

& *nos ſeq. c. 3. th. 16. in expl.* quædam annotabimus. *Pertinent huc Campidoctores & Armidoctores*, qui militibus exercitationem armorumque uſum inſtillarunt, de quibus etiam *d. l.* agetur.

Ubi obiter notandum, Romanos narandi ſtudio ita deditos fuiſſe, ut *Auguſtus* Imperator Nepotes ſuos & literas & natare docuerit, teſte *Sueton. in ejus Vitâ, c.64.* Et *Caligula* exprobratum fuerit, quod ad omnia per ſe docilis, natare tamen non didiciſſet, ſecundùm *Eundem in Ejus Vitâ. c.54.*

Equites verò diſcant pabulare, purgare, flectere, in gyrum torquere, ad curſum incitare, ſiſtere & curare equos, iisque foſſas tranſilire, eos ab utroque latere conſcendere, & ab iis deſilire: Unde diſcendi illius gratiâ olim lignei equi hyeme ſub tecto, æſtate in campo ponebantur, in quos Juniores primò inermes, deinde armati diſcebant aſcendere, & cùm à dextris, tùm à ſiniſtris partibus inſilire & deſilire, evaginatos etiam gladios vel contos in manibus tenentes. *Veget. d. l.1. c.18. Vide Ælianum de aciebus*, & poſt illum *Herm. Hugon. de militia Equeſtri. l. 3. c.1. item Dulich. de Re Militari. p.1. lib.1.*

TH. V.

Inſtrumenta apparatus bellici ſunt, (1) Pecunia. (2) Annona (3) Arma ductilia. (4) Machinæ bellicæ.

Explic.

I. U*Ti pecunia nervus eſt rerum gerendarum teſte Niceeâ, lib. 1. de Geſt. Manuel. Comnem in medio, ac Plutarcho in Cleomene c.38.* & maximus in Republ. nodus, adque res præclaras agenda impedimentum inopia rei pecuniariæ, juxta *Cicer. Epiſt. 18. ad M. Brutum*: ita etiam vel maximè belli gerendi nervus eſt, ſecundum *eundem Philip. 5. c.2. Cleomenem apud Plutarch. d. l. & Tacit. 2. Hiſt. 32. ac* 84. Hinc *Thucydides lib. 1. p. m.35.* ſcribit: *Bellum non tàm armis, quàm pecuniis, quæ ſunt nervus belli, geruntur: Et lib. 6. p. m.276. Aurum & Argentum cum in aliis rebus omnibus, tum bellicis præcipuè maximum habent momentum, & Tacitus c. l. neque quies Gentium ſine armis, neque arma ſine ſtipendiis eſſe queunt. quod etiam ante illum Mæcenas apud Dion. l. 52. f. m. 483. dixit his verbis: Impoſſibile eſt ſine bello nos entos eſſe & milites ſine ſtipendio habere.*

Hinc Quinct. Flamininus Philopæmeni Achæorum Prætori multis equitibus & gravis armaturæ militibus inſtructo, pecuniæ autem inopi, illudens: *manus eum habere ajebat & crura, ſed ventre carere. Plut. in Apopht. Roman. c.11.* Unde *Demoſth. Orat. 1. in Philip. dicit, eum, qui ſtipendia non ſolvit, imperare non poſſe.*

Sunt namque milites genus hominum pecunia cupidum, fidumque & bonum ſolo quæſtu, ſecundùm Aurel. Victor. in Cæſarib. cap.20.

Teſtis ſiquidem eſt experientia, ob nummorum defectum ſæpiſſimè arma de manibus excuſſa aut frigidè tractata, immò Exercitum in tumultum & ſeditionem actum fuiſſe, uti omnium temporum hiſtoriæ abundè teſtentur, imprimis verò *Strada in ſuis Decadib. multa exempla refert, & nos ſeq. c.9. th.19. expl.1.* quædam retulimus: ægrè quippè miles, cui ſtipendium non ſolvitur, in officio contineri poteſt.

Sed quod pecuniam nervum belli diximus, diſplicet Mach. diſc. lib. 2. c.10. Militum Virtuti nervum tribuenti, juxta illud Solonis Cræſo aurũ oſtentanti datum reſponſum: *At ſi quis, ô Rex, veniret, qui meliùs*

A. *quàm tu bellum gerat, illi profectò omne hoc cedit aurum.*

Verùm reſponſio facilis eſt: Aliud enim eſt robur belli, *aliud* nervus ejusdem, quo robur illud diu ſuſtineri poteſt & contineri. *Neque enim ſtatuimus pecuniam per ſe & ſimpliciter nervum eſſe belli, ſed acceſſoriè & concurſivè, atque poſito ſimul legitimo militum ac annona apparatu*, quod etiam ita intelligit *Baro Enenckel. ad Thucydid. d. lib. 1. p.35. Ut ut enim miles ſit ſtrenuus*, ſi tamen illi ſtipendium ſolvi nequeat quo neceſſitati obvenienti ſuccurrere queat, facilè virtus illius vileſcere & fortitudo ob tædium in ignaviam degenerare poteſt, ut de fidei & obſequii periculo nihil dicam. Vide latè *Reuſner. lib.1. Artis. Stratagem. c.20. & Le Bleu in Lilieto pag. 80.*

Non inconcinnè ergò Carolus V. Imperator dixit:
B. *Nervos quidem belli eſſe pecuniam, commeatus, milites, verùm ſi ex iis aliquo carendum eſſet, militem veteranum ſe electurum eſſe, cujus induſtriâ & fortitudine reliqua duo ſe ex hoſte comparaturum conſideret, referente Chytræo in Saxoniâ lib. 19. p. m.569. Zenocaro in ejus vitâ lib.5. & Typat. de Salut. Reipubl.*

Notandum verò hic Anno Urbis Condita 349. à Senatu decretum eſſe, ut ſtipendium miles de publico acciperet, cum ante id tempus de ſuo quisque functus eo munere eſſet. Livius. lib. 4. cap. 59. Halicarn. lib. 4. cap. 23. Quod Senatus inſtitutum incredibile gaudium apud Populum excitavit, uti expreſſè recenſet idem *Livius eodem loco.* Et triennio poſt etiam Equiti certum æris numerum aſſignatum eſſe, *ſecundùm Eundem lib. 5. cap. 7.*

Cæterùm de ſtipendio tractabitur d. ſeq. cap. 9. th. 19.
C. *in Explicationibus. Inſtitutum hinc Romæ fuit ab Auguſto ſecundùm Sueton. in ejus Vita. cap. 49. militare ærarium*, in quod juxta *Dionem lib. 55. f. m. 565. & 569.* potiſſimùm vigeſima pars hæreditatum ac legatorum, niſi ſanguine juncti eſſent, aut pauperes; item quinquageſima pars venditorum mancipiorum, & poſtea à Tiberio centeſima venalium rerum addita, apud *Tacit. 1. Annal. cap. 78.* quam tamen is in ducenteſimam mutavit apud *Eundem 2. Annal. 42.* de quo & conſulendus *Lipſ. lib. 2. de Magnit. Roman.*

Monent hic Politici, ut ſi ærarium vel Subditorum erogationes ad bellum ſuſtinendum, non ſufficere videantur (1) *in tempore* ab amicis, confœderatis, vicinisque pecuniam ſub juſto fœnore mutuandam eſſe, *tùm quod* faciliùs ante belli progreſſum, quàm poſteà, ſi eventus fortè voto non correſpondeat, il-
D. lius copia fieri poſſit, *tùm quod* amici & vicini tali mutuo præſtito ad omnia officia alliciantur, cum ita ex mutuantis belligerantis ſalute ſuam metiantur, *tùm quod* hi propter periculum amiſſæ pecuniæ mutuo datæ hoſtis partes, ut aliàs ſæpiùs fieri ſolet non eligant: *Quod Hiſpani* adverſus Urbem Genuam hucusque feliciter obſervarunt, illam ob magnum æs ei debitum in amicitia fideque conſervantes, uti refert *Thuanus lib. 61. f. m. 77. ubi inventum illud Carolo V. Imperatori adſcribit.* (2.) *præter publicam & privatam pecuniam* etiam vaſa aurea & argentea ſupellectilemque pretioſam, tàm publica, quàm privata in commune conferenda, & ſive vendenda, ſive oppignoranda eſſe: *quod benè procedit*, ſi Magiſtratus & Proceres ipſimet initium faciant, cujus exemplum refert *Flor. lib. 2. cap. 6.* in Senatu Romano & Equitibus. *Item de Nervâ Dio lib. 68. f. m. 770. Et de M. Antonino*

memo-

memorat Capitol. in Ejus vitâ c.17. Alia exempla vide apud Plutarch. in Camillo c.14. ac Livium lib. 24. c.18. & lib.5.c.25. (3) *Dignitates*, puta Jura Nobilitatis pro certo pretio vendendas eſſe, quod olim à Venetis factum refert *Sabellic. lib. 6. & 7. dec. 2.* & *hodiè obſervari notiſſimum eſt*, dum in præterito Turcico bello multis, & quidem ſingulis pro 100000. illam contulerunt. (4) *Monetam adulterinam* cudendam eſſe, ſub promiſſione reluitionis, ut iidem Veneti in Aſiaticâ ſacrâ expeditione, teſte Eod. lib. 4. Enn.9. Fridericus II. Imperator, *teſte Collenutio Hiſt. Neapolitan. lib.4. p.m.162. & Lugdunum Batavorum* ann.1574. ab Hiſpanis obſeſſum *ex papyro monetam* conficiens, ut refert *Meteranus l.5. f.256.* ubi ſimul inſcriptionem & valorem refert, ac *Toyraſius in obſeſſa Caſalo anno 1630. ex ære pecuniam* cudens, ſecundum *Auct. Meterani novi. l.42. f.60. & Marian, Tomo 2. Theatri Europæi f.269. & ſeq. ubi typos ejus exhibet. & alii obſervarunt. De quo plura prac. p. 2. ſect.2. c.8. th.4. expl.2. n.4. diximus.* (5) *Theſauros ſacros* neceſſitati impendendos eſſe, quod nec Jure Divino *3.Reg.c.18.* nec Canonico contrariatur, nec inſolens eſt. Ita enim *Heraclius Imperator*, contra Perſas bellum gerens ex iis mutuatis pecuniam ſignavit, *teſte Cuſpin. in Ejus vitâ & alii:* De quo in propriâ ſuâ ſede *prac.p.2.ſect.2.c.1.th.15.explicat.* egimus, & legi præterea poteſt *Klock. de Ærario lib.2. c.83. n.38. & ſeq. multis.* (6) *Civium & ſubditorum ſubſidia*, ut vocant, *charitativa expetenda*, quod in Angliâ *ab Henr. VII.* feliciter obtentum fuiſſe, refert *Polyd. Virgilius lib.26.p.m.739. Quod etiam Venetorum ſubditi anno* 1606. cum Reſpubl. à Papâ Paulo V. excommunicata eſſet, fecerunt, ut refert *Mauroc. lib.17. Hiſt. Ven. f. m.* 660. *Rationem refert Demoſth. in Orat. de Claſſibus his verbis: Quis enim malit ipſe unà cum fortunis omnibus interire, quàm partem facultatum pro ſemetipſa & reliquis conferre?*

Notandum hic à Romanis in ultimis neceſſitatibus voluntate propriâ à civibus collatam in bellum fuiſſe pecuniam: Sic refert Livius lib.24. c.18. In bello contra Pœnos geſto tantam inclinationem animorum plebis ad ſuſtinendam inopiam ærarii fuiſſe, ut primò pecuniæ quoq; pupillares deinde viduarum conferri cœpta ſint. Et manaſſe eam privatorum benignitatem ex Urbe etiam in caſtra, ut non eques non Centurio ſtipendium acciperent, mercenariumq; increpantes vocarent, qui accepiſſet. Ex *Polyb. lib.1.c.59. in eodem bello exhauſto ærario pro modo facultatum ſingulos, aut binos, vel & ternos unam quinqueremem cum omni ſuo inſtrumento præbendo ſuſcepiſſe: idq; eâ lege, ut rebus ex ſententiâ confectis ſumtus reciperent.*

Ceterùm incredibile ferè eſt, quantum pecuniæ ad bellum gerendum requiratur, inde verò conjici poteſt, quod Henricus VIII. Angliæ Rex ſingulis diebus ultra 70000. Coronatorum in bellum Gallicum impendere neceſſe habuit, uti refert *Hubert. Thom. Leod. de vitâ Friderici Palatini Elector. lib.3.p.m.48. Et Imperator Manuel Comnenus* illo tempore, quo omnia vilis ſuêprecii in bellum cum Rogerio Siculo geſtum 300. *auri Centenarios impêdit*, ut narrat *Choniates in Ejus vitâ l.2. ante f. ac Ludovicus XIV. Galliæ Rex* in nupero bello contra Batavos & Confœderatos geſto ſingulis menſibus 13. milliones, & ultra 700000. libras impendere neceſſe habuit, ut ex Gallorum relatione memorat *Valckenierus* im verwirreten *Europâ P.1. f.144. Benè hinc Archidamus* ſociis in bello Peloponneſiaco quærentibus quantum pecuniæ ſufficeret, & tributum ſibi definiri poſtulantibus *reſpondit Bellum determinato ſumtu non ali.* apud *Plutarch. in Lacon. Apophth. c.45. Refer huc, quæ infra c.6. th.17. expl.1. de ſumtib9 immenſis ad obſidiones diuturnas neceſſariis annotavimus.*

A. *Illud planè ſingulare hic referendum eſt, Rudolphum I. Imperatorem bellum ſuum contra Ottocarum Bohemiæ Regem & hoſtem potentiſſimum abſq; proviſione ærarii iniiſſe, & in tranſitu Moguntiæ Domino à Klingen percontanti, cui ærarium ſuum concrediſſet, reſpondiſſe, ſibi tale non eſſe, ſed ſaltem quinq; Schillingos vulgares in parato eſſe; Deo verò ſe fidere, qui ſicut alias, ita etiam hac in expeditione præſto futurus ſit. Lehman. in Chronica Spirenſi lib.5. c.109.*

II. Sine annonâ multò minus bellum geri poteſt: quia ſæpius penuria, quàm pugna conſumit Exercitum, & ferro ſævior fames eſt. Veget. lib.3. c.3. Unde *Idem ibidem, hoc unum & maximum ſit conſilium, ut tibi ſufficiat Victus, hoſtes inopia frangat.*

Diſciplinã enim non poteſt ſervare jejunus Exercitus. Caſſiodor.4.Varior.13. Ex inopiâ ſiquidem prodito & fluxa ſervitiorum fides, ac fortuita belli ſperanda. Tacit.4.Hiſtor.23. ut inde *Simocatta l.2. Hiſt. Mauric.c.*
B. *9. famem* non ineptè *inexorabilem tyrannum vocet.* ac *Juſtiniani Imperatoris belli Duces apud Procop. de Bello Goth.l.3.c.23.* rectè dicant: *Famem cum virtute cohabitare non poſſe, cum eſurire ac ſtrenuè facere natura non ferat.*

Sic Numantiam non Virtus hoſtium exſcidit, ſed infelix per famem quotidiè pereuntium fatum. *Flor.2. c.18. & Appian. de Bellis Hiſpan.p.m.530.* ubi ingentem famem latè refert. Idem malum experti *Cives Romani*, in ipsâ Roma, qui tamen, ne cruciarentur, trahendo animam obvolutis capitibus in Tiberim iverunt præcipites. *Livius lib.4.c.12. Idem Caſilini* cum ab Annibale obſiderentur, accidiſſe refert *Sabellicus lib.3. Ennead.5.* Et addit *Plinius* ibi tunc murem væniſſe 200. nummis, illumque qui vendiderat fame interiiſſe, emptorem vixiſſe *lib.8. c.57.* de quo etiam videatur *Val. Maxim. lib.7. c.6.n.3.* Sic quoque *Plut. in Demet. c.44.* refert, illius tempore Athenis tantam
C. extitiſſe famem, ut pater & filius de mortuo mure, quæ de culmine domus forte deciderat, dimicaverint. *Abominabile factum fuit Caliguritanorum* in obſeſsâ Urbe tandem ob defectum reliquorum animalium uxores ſuas natosque ad uſum neceſſariæ dapis vertentium, relatum à *Val. Max. d. lib.7. c.6. in f. Et Romanorum* ab Alarico obſeſſorum, ſua invicem membra laniantium, referente *Sigonio de Imperio Occident. lib.10. f.m.1751.* Ita cum Sylla *Athenas* obſidione gravi premeret, etiam ab obſeſſis caro humana in cibum verſa fuit. *Appian. in Mithrid. p.m.331. Tanta quoq; tempore Attali* ab Alaricho facti Imperatoris *Roma* fames fuit, ut populus ſperans hominum quoque corpora pro pretio deguſtatum iri in ludis Circenſibus hanc vocem emiſerit; *Pretium pone carni humanæ Zoſim. lib.6. circa fin. Quanta in eadem ſub Totilâ illam obſidente fuerit fames, apud Procop. in Hiſtor. Gothic. l.3. c.9. legatur. In Mediolano à Vitige* ob-
D. ſeſſo tanta fuit fames, ut duæ fœminæ viros ſeptemdecim ſucceſſivè divertentes occiderint & devorarint, referente *Eodem l.2. de Bello Goth.16.* Eodem modo *Lugdunenſes Batavi Anno* 1574. ab Hiſpanis obſeſſi diram famem perpeſſi ſunt, uti refert *Meurſ. lib.1. Ath. Batav. c.22.* Portò *Sancerrenſium* in Galliâ horrendam famem recenſet *Lundorp. in Contin. Sleidan. tom.2. ad ann.1573. p.m.150. & Lutetiarum* præterito ſeculo ab Henrico Navarræo obſeſſarum extremam famem *Dondinus in Hiſtoriâ de Rebus ab Alexandro Farneſio in Galliâ geſtis l.2. f.227. & ſeq. Extremam Hadingi Dani* cum exercitu ſuo in ſylvis & montibus ab Uffone Sueco obſeſſi famem memorat *Joh. Magnus in Hiſtoria Gothic. & Suecor. lib.2. c.11. Similiter famis extremæ fatum* nuperrimè perpeſſa *Breda anno* 1626. ab Hiſpanis obſeſſa, in quâ annonæ caritas Anglos ſub præſidio ſimul comprehenſos ad infamem cadaverum eſum abjecit, ut narrat *Hugo in*

ejus obſidione f.m.78. uti praced.f.54. Carnificem, cùm ei decreto ſtipendio florenorum decem in ſingulos menſes mandatum eſſet, ut omnes canes vitandæ peſti necaret, ingruẽte illâ caritate ferculis his menſam inſtruxiſſe, & pro beſſe ac ſemiſſe milites aliquot cõvivas habuiſſe. *Rupella*, nobiliſſimum Galliæ propugnaculum, ob ſolam hanc cauſam obſidentibus dedita. *Minſter. Cardin. Richelii lib.4. c.15.16. & ſeq. Et Gramond. lib.18. Hiſtor. Gall. p. m.775. ubi introducit Domini Domus novam uxorem ita inter alia publicè perorantem: Mures, canes, equos, dira in ventrem neceſſitate comedimus, quid aliud ſupereſt, quàm ut humana carnis eſu memorabile poſteritati faciamus Guitonis nomen, cujus æternitati ſtudemus omnes! Et paulò poſt: Sed quid humanam carnem in eſcam memoro, quæ jam deſiit eſſe caro? Et id ſolatium nobis ademit dira fames, pelle aridâ circumducimur, omnes pelles & oſſa ſumus, nihil ultra. Inſepulta cadavera paſſim in Urbe jacent, non impietate, ſed debilitate ſuperſtitum; Nemini noſtrum vires ſuppetunt efferendo cadaveri, aut effodiendo ſepulchro. Nec non Briſacum* à Bernhardo Vinarienſi Duce anno 1638. obſeſſum, de quo legi poteſt *Waſſenb. de Bello Francico & Theatr. Europa. p.3.f.m.929. Inaudita quoq; fames præterea anno 1641. in obſeſſâ à Sinis rebellibus urbe Caifung extitit, ut apud Martin. in Bello Tartarico p.m.35. legi poteſt. Perpinianum* à Gallis 1641. obſeſſum, in quo præter omnem immunditiem & omnis generis ſordes & caro humana in eſcam verſa eſt, ſecundùm *Victor. Siri in ſuo Mercurio Tom.2. lib 3. p.m. 1142.* & *Abelin. in Theatro Europ. P.4.f.706.* Vide etiam *Comin. Comm. lib.8. c.10.* ubi recenſet famem diram & inauditam, quam Aurelianus in oppido Italiæ *Navariâ* obſeſſus perpeſſus eſt. *Plura exempla vide infra c.6. th.17. expl.2. & 5. & l.3. c.4. th.4. expl.1. & illis adde Auguſtin. de Tempore Serm.211.*

Quilibet ergo belli Dux omnem curam intendat, ut tempeſtivè commeatum procuret, inque loca ſecura futuræ neceſſitati ſublevandæ reponat, *ſecundum illud Cambyſis ad Cyrum apud Xenophont. de Inſtit. Cyri lib.1. n.27. Hoc verò maximè omnium mihi memineris, non exſpectandum eſſe, ut rerum neceſſariarum copiam tunc pares, cum ipſa te neſſitas urgebit, ſed cum maximè rebus omnibus abundabis, tunc ante inopiam acceſſionis rationem aliquam reperies. Nam & faciliùs conſequeris ab illis, à quibus petes, quàm nequaquam egere videberis, & tui milites, in quo te culpent, non habebunt.* Vide de Utilitate & Neceſſitate annonæ plura apud *Naudæum de ſtudio militia lib.2. c.7. §.6. & Grut. diſc. ad Tacit.52.*

Celèbria eâ de cauſâ ſunt Granaria Dantiſcanum, Hamburgenſe, Argentorenſe, Noricum & alia, de quibus vide ſupra lib.1. c.7. th.7. expl.3. notata.

Ubi notandum illa à Gallis *Magazins* dici, quod vocabulum *Bochartus in Phalec. lib.2. c.27.* ab Hebræo Machzan, quod in plurali Machazin facit, & loca, ubi conduntur opes, ſignificat, derivat.

III. Arma ab armis ſive humeris, quibus vel geſtantur, vel reguntur, vel tegumentum præbent, *Varroni, Servio & Feſto*, ut etiam *Scalig. ad Varron. in Etymologiis* à Varrone perperàm traditis, *ab aliis aliunde, ut refert Tabor in Armament. Juſtiniani Diſput. I. in Protheoria n.1.* dicta, primis temporibus, ut *ſeq. c.13. th.3. expl.1.* dictum, *fuêre planè rudia, & plerumq; fuſtes, pugni & funda, cum quo conſentit Plin. lib.7. c.56. ſcribens*, quod Æthiopes primùm adverſus Ægyptios belligerantes ſolùm contis, bacillis & lapidibus uſi fuerint, & tandem illi omnium primi contis cuſpides ferreas præfixerint. Quibus ſecundum Eundem Lacedæmonii gladios, haſtas, galeas adinvenêre, ubi plura. quæ tamen *Herodot. lib.4. n.123.* ex parte Ægyptiis

A. adſcribit, referens, illos primùm Galeas & clypeos excogitaſſe, poſtea verò variis inventis aucta.

In strictâ verò ſignificatione ſunt vel laſoria, & quidem percuſſoria atque ictoria, quæ milites ad petendum hoſtem corpore geſtare & manibus tractare ſolent, *qualia ſunt* gladii, macheræ, acinaces, haſtæ, veruta (quæ, genus haſtæ fuiſſe ex *Lucano 8. Pharſalic. v. 680. & ſeq.* & adhuc clarius ex *Modeſto de Vocab. milit.* patet) lanceæ, ſariſſæ, bipennes, Germanicè Hellepaꝛten *quaſi* Helmparthen/ vel Helleparten à nitore ſecundùm quoſdam dicti, & paulò ante bellum Smalcaldicum inventi, ut refert *Boregk in Chron. Bohem. f.m.405. de quo plura ſeq. c.13. th.3. explic.1.* pila, conti ſtellati (Morgenſtern) romphæa, frameæ, gæſa, ſecures, jacula, ſoliferrea, ſolidum ex ferro telum, phalaricæ (*Livius lib.21. c.8. & lib.34. c.14.*) Tragulæ (*Idem d. lib.21. c.7. Feſtus de Verb. ſignif. Marcell. l.19. p.m.135. Plautus in Caſina. Act.2. Sc.4.*

B. *& ibid. Taubm. & in Epidic. Act.5. ſc.2. & ibid. Taubm.* uti quid ſit explicat;) ſagittæ, arcus, fundæ (de quibus videatur *Lipſius lib.3. de Machin. dial.2. & ſeq. Stevvechius ad Veget. lib.1. c.16. Gellius lib.10. c.25.* ubi omnes illas & adhuc plures ſpecies recenſet, & *Demſter. ad Roſin. lib.10. c.10.* ubi illas explicat, *de quibus & pluribus ſeq. c.13. th.3. expl.1. n.2. latè egimus. Sclopetaà* Sclopo (vulgò Mußqueten) quæ beneficio fucarum exploduntur, & ab Albano annò 1567. ad uſum campeſtrem inventæ dicuntur Stradæ lib.6. dec. 1. p.m.354. vel *bombardæ* à bombo & ardore dictæ ſecundùm *Rob. Voltur. de Re milit. l.10. & Cruſio parte 3. Ann. Suevic. l.5. c.4. ubi* refert, daß die künſtlichen Feuerſchloß anno 1517. zu Nürnberg oder Augſpurg erfunden worden ſeyn / quem ſequitur *Guler. in Rhetiâ l.10. p.152. bombardula* (Piſtohlen) à Ferdinandi I. Ungariæ Regis Germanicis equitibus ex Albâ Regali diſcedentibus tanquam novum tunc

C. temporis inventum anno 1543. uſurpatæ, ut refert *Jovius l.43. Hiſtor. f.m.548. Qui tamen* jam anno 1496. ab Equitibus bombardas ex primo invento Camilli Vitelli uſurpatas fuiſſe refert *lib.4. hiſtor. f.m.129. quod ita conciliari poteſt*, ut non illo anno, ſed ante inventas, Turcis verò, qui ante non viderunt, pro novo invento habitas fuiſſe dicamus. *Sed nihilominus Martinus Bellajus Languæus* eas demum anno 1544. inventas fuiſſe ſcribit *lib.10. Comment. de Reb. Gallic. f. 413. & cætera*, quibus hoſtis cominus & eminus lædi & necari poteſt, de quibus *ſeq. c. f. th.3. expl.1.* partim pluribus tractabitur.

De gladii maximo uſu vide Camer. 2. Hor. ſubciſiv. 29.

Ubi obiter notandum Papas Romanos præclaro Duci in bello contra hoſtes Eccleſiæ geſto gladium, uti etiam Vexillum conſecratum ſolere mittere in ſignum victoriæ jam obtenta vel futura, qualem ipſi vidimus apud *Baronem de Enckevöer* Campi Marſchallum Imperato-

D. rium. Et *Andrea Auria* à Pontifice Paulo IV. tanquam inſigne adverſus hoſtes Chriſtianiſmi miſſum fuiſſe refert *Jovius lib.34. hiſt.* Eandem gratiam *Ferdinando Alba Duci* tanquam Catholicæ Religionis propugnatori à Pontifice Pio V. per Carolum Nicolaium Neapolitanum & *Stephano Polonià Regi* in bello adverſus Moſcos ſuſcepto exhibitam fuiſſe memorat. *Thuan. lib.46.* hiſtor. ad ann.1569. circa fin. & *l.172. f.m.51. quod de Albano etiam refert Strada Dec.1. l.7. p.m.418. & de Alexandro Farneſio Dec.2. l.8. p.m. 489. & 507.*

Mos verò ille conſecrandi gladii ex ſacris literis & quidem 2. *Maccab. c.15. v.15.* originem habet, ut hoc refert & deducit *Pighius in Hercule Prodicio p.m.413. & ſeq.* ubi totum actum recenſet, cui jungatur *Banck. in Româ triumphante in fine & Corn. à Lapide ad d. l.2. Maccab. c.15. f.m.138.*

De

De gladiis ſingularibus præc. c.1. in f. & ſeq. expl. poſt n.5. plura diximus.

Vel protectoria: quibus corpus militis adverſus hoſtium tela muniri ſolet: *Qualia* ſunt galeæ, caſſides, loricæ, thoraces, clypei & ſcuta.

Ubi notandum galeas (etiam caſſides dictas) olim ex diverſis matetiis confectas & ornatas fuiſſe, utpote *pellibus & jubis ferarum,* ſicut teſtatur *de lupinis Virgil.7. Æneid. v.688. & ſeq.*

-- -- Fulvosq; lupi de pelle galeros
Tegmen habet.

Et Propertius lib.4. Eleg.11.

Et galea hirſutâ comptâ lupina jubâ.

quod etiam memorat *Polyb. l.6. c.20. de equinis Virgil. l.10. v.869. & Ovidius l.12. Metam. fab.3. v.88. & ſeq. de pellibus vulpinis,* quales *Thraces* uſurpaſſe ſcribit *Herodot. lib. 7. n.178. felinis, unde & illas ita dictas putat Scaliger.* γαλῆ enim felem vel ſimile animal ſignificat, ut refertur *in primis Scaligerianis ſub illo Galea.*

Muſtelinis, qualem *Dolon* habuit apud *Homer. Iliad. 10. circa med. Taurinis* qualibus ornati Diomedes & Ulyſſes *apud Eund. d.l. & addendum* illud variis de cauſis factum eſſe, ſicuti præc. *p.2. Sect.1. c.5. th.11. explic. 5. n.5.* dictum, *inprimis autem* totas impoſitas ferinorum capitum exuvias, ut ibi relatum, idq; indicare ſimul *Virgil. l.11. Æneid. v.680. & ſeqq.* ibi

- - caput ingens oris hiatus
& malæ texêre lupi cum dentibus albis.

plura vide apud *Cluver. l.1. German. Antiq. c.44. poſt pr.*

Ex ligno, ut de Moſchis refert *Herod. d.l. n.179.* *Ex ære,* ut teſtatur *Virgil. l.10. Æneid. v.869.* his verbis:

Ære caput fulgens - - - -

Et de Romanis memorat Livius l.1. c.43. & Polyb. d. lib.6. c.21. Item de aliis Thracibus Herodot. d. n.178. de Macedonibus Liv. l.45. c.33. de Gallis *Diod. Sicul. l.5. c.30. & Celtiberis c.33. Nec non ex ferro, quas Camillus* confici curavit, ut refert *Plutarch. in Ejus Vitâ c.69. & ſeq.* Et quâ *Alexander M.* etiam uſus ſecundum *Eund. in Ejus Vitâ c.60. Meminit utriusq; & ferreæ & æneæ Corn. Nep. in Vitâ Iphicratis circa fin.*

Fuerunt autem partes galeæ, conus, criſta, buccula & lora, de quibus videatur *Lipſ. lib.3. de Milit. Rom. dial.5. & Kipping. d. lib.3. c.3. p.m. 542. iisq; jungantur præc. p.2. Sect.1. c.5. th.11. expl.5. n.5.* notata.

Pertinent huc pilei Pannonici ex pellibus facti & poſteriori tempore pro galeis à Romanis uſurpati, teſte *Veget. l.1. c.20.*

Loricas apud Veteres primùm ex loro (unde & iis nomen) ſive corio crudo, teſte *Varr. lib.4. de L.L. & Tacito lib.1. Hiſt.79. poſtea ex linteo ſæpè complicato vel triplicato,* (cujus inventionem Iphicrati adſcribit *Cornel. Nepos in Ejus Vitâ circa fin.*) quâ *Alexander M.* uſus juxta *Plut. d. c.60.* ſuosque milites inſtruxit, ac *Anton. Caracallus* illius ſimia totam phalangem ex Macedonibus conſcriptam ita armavit, referente *Dion. lib.77. f.m. 873.* eamque Galba uſurpavit teſte *Sueton. in Ejus Vitâ c.19.* ac hodienum Turcarum prætoriana phalanx geſtat, auctore *Jovio in vitâ Solymanni, cujus conficiendi modum refert Chomat. lib.1. de imperio Iſaaci Angeli circa fin. f.m.44.*

Tandem Germani & Galli ferreas ex ferreis annulis confectas uſurparunt, *ut Diod. Sic. d.l. 5. c.30. & Varro de L.L. ſub verbo Arma* referunt, *& Romani* ſimiliter ex ferro confecerunt, ac *cataphractas nominarunt, Veget. d. c.20.* de quibus conſuli poteſt *Stevveck. ad illum l.3. c.22.* verba Cataphracti equites & noſtra annotatio *ſeq. c.4. th.2. expl.4.*

Qui tamen poſterioribus temporibus illas iterum in

A. *tunicas protectorias,* quas *thoracomachos* Græcâ appellatione à tuitione corporis vocarunt, *mutavêre,* ut ex antiquo libello demonſtrat *Stevveck. ad Veget. d. l.1. c.20.* verba vel cataphractas, *ubi militis illo armati effigiem refert. Et Cimbri,* ut ex *Plut. in Mario c.41.* conjici poteſt, totas ferreas. *Nonnullas quoq; Gentes, ut Sarmatas & Quados ex cornibus raſis & levigatis Loricas habuiſſe* confectas, patet ex *Marcell. l.17. p.104.* plura vide apud *Cluver. d. l.1. Germ. Antiq. c.4.*

Obſervandum etiam vulgò clypeos & ſcuta confundi cum tamen hæc ab illis apud Romanos & alios populos diſtincta fuerint, ut *indicat Livius l.1. c.43. & l.8. c.8. ac quidem (1) materiâ (2) formâ. Illi enim* ex ære & formâ rotundâ vel ovali, ut indicat *Virgil.2. Æneid. circa fin.*

Ardenteis clypeos & æra micantia cerno.

Idem ibid. poſt pr.

- - - - clypeisq; ſub orbe teguntur.

B. Quod etiam *Plut. in Æmylio Paulo c.29.* de Macedonibus refert. Et ex illorum formis & typis in *Notit. Imperii l.2. c.19.* apparet. Fuêre verò poſteriori tempore Græco verbo *Thureí* vocati, ut patet ex *Arriano in Tactic. c.4.* & illis, quæ ibi *Schefferus* habet, *& Imperatore Leone in Tacticis c.6. §.36. ubi tamen ſcuta magna ita vocat. Hæc verò potiſſimum* ex ligno confecta & ferro circumfirmata, ac corio ſuperducta, nec non fermè dimidiâ parte longiora quàm latiora fuerunt ſecundum *Polyb. ibid. c.21.* Quod ultimum etiam indicat *Virgil.8. Æneid. circa fin.,* his verbis:

- - - ſcutis protecti corpora longis.

Et patet illorum longitudo inde, quod *Liv. l.44. c.33.* ſcribat, olim milites in vigiliis ſtantes capite ſuper marginem illorum poſito dormiiſſe, & *Plut. d.l. c.34.* referat, illos ad pedes usque demiſſos fuiſſe, *Polyb. verò d.l.* illa pedes quatuor & quandoque unum palmum longa fuiſſe narret.

C. *Fuêre quoq; ex viminibus confecta,* ut de Perſarum more ſcribit *Marcell. l.24. p.m. 266.* & de Germanis *Tacit.2. Ann.14.*

Item *ex viminibus & cortice,* uti Gallos quandoque habuiſſe recenſet *Cæſar 2. de Bello Gallico in f. Et corio,* quales Thraces uſurpaſſe refert *Herodot. l.7. p.m.441. nec non ex ungulis equinis purgatis & nervis* boum vel equorum compactis, qualibus Sauromatæ uſi ſunt memorante *Pauſan. in Attic. f.m. 24.*

Agnoſcit hanc inter ſcuta & clypeos differentiam etiam *Plut. in Romulo c.38. & Liv. l.8. c.8.* qui etiam *l.9. c.40.* formam ſcuti deſcribit.

Quibus ex Servio ad l.9. Æneid. v.370. nonnulli differentiam illam addunt, quod (3) ſcuta equitum, clypei v. peditum fuerint. Fuêre quoq; ſcutorum ſpecies cetra, ut indicat *Curt. l.3. c.2.* ibi: *armati bipennibus levibusq; ſcutis, cetra maximè ſpeciem reddentibus.* illoque verbo utitur *Virgil. l.7. Æneid. v.732.*

D. *Liv. l.21. c.27. & Apulej. l.10. Metam.* Et *peltæ cetris non abſimiles,* ſecundum *Liv. l.28. c.5. & l.31. c.36.* à Macedonibus & Græcis uſurpatæ. *Virgil. l.1. Æneid. v.494. eas Amazonibus etiam tribuit, & Lunatas fuiſſe ſcribit,* his verbis:

Ducit Amazonidum Lunatis agmina peltis.

Tacit. in Agric. c.36. breves eſſe & à Britannis uſurpari ſcribit. Vide etiam *Sueton. in Calig. c.10.* Nec non *Parma apud Polyb. l.6. c.20. & Liv. l.38. c.21.* item *Parmula,* quarum meminit *Virgil. l.9. Æneid. circa f. & Fronto l.4. c.ult. n.29. De quibus etiam conſuli poteſt Demſter. ad Roſin. l.10. c.10.*

His addendum 1. Tyronum clypeos & ſcuta ſimplicia, id eſt, non picta, ſed quandoque dealbata: *Veteranorum verò* variis figuris in ſignum fortium factorum exornata fuiſſe, ut hoc claris verbis *Virgil. d. l.9. circa fin.* ibi

Enſe levis nudo, parmáq; inglorius albâ,
de quo ibidem vide *Servium*.

Diverſa etiam in illis olim ornamenta in clypeis geſta fuiſſe ex Notit. Imperii d. l. notum eſt, quâ etiam de cauſa illa *tegminibus involuta* in itineribus fuerunt, ut ex hiſtoricis, & in ſpecie *Cæſare l.2. de B. G. p.m.59.* conſtat.

2. *Inmedio clypeorum & ſcutorum fuiſſe annexam ferream concham, Umbonem dictam, eum in finem, ut* per illum ictus vehementiores defenderentur & averterentur, ſicut indicat *Polyb. d. l.6. c.21. & umboni illi quandoq; longum mucronem fuiſſe additum* ad feriendos & repellendos hoſtes. Ita enim *Sueton. in Jul. Cæſare c.68.* ſcribit. Quod Acilius tranſilierit in navem umbone obvios agens, & *Tacit. in Agric.* narrat, quod Batavi umbonibus Britannos ferierint, de quo etiam lege *Ennd.4. Ann.51. & 4. Hiſtor.29.* Similiter *Marcell. l.16. p.m.80.* de prælio inter Romanos & Alemannos commiſſo agens refert, quod umbo umbonem truſerit. *Deſcendit verò* vocabulum illud à Græco ἄμβων quod præeminentem tuborem ſignificat. Quâ etiam de cauſa *Statius. l.1. Achill. poſt medium*, illum pro eminentiâ uſurpat in verbis:

- - - *undiſona quos circuit umbo Maléa.*

ad quem locum vide Barthium. *Sic quoq; Herod. l.7. p.m.444.* Phœnices ſcuta umbone carentia & Syros ſcuta magnis umbonibus prædita habuiſſe memorat. *Uſurpatur tamen* vox illa non rarò per ſynechdochen partis pro toto ſcuto vel clypeo.

Plura de ſcutorum & clypeorum materiâ, formâ, uſu & ſimilibus vide apud *Ald. Mannt. l.3. de Quæſit. Epiſt.6.*

3. *Clypeum in ſecundâ & tertiâ declinatione uſurpari & ſimul denotare imaginem Principis vel alius thoracetenus ſculptam, fucam vel pictam*, ut indicat *Corn. Fronto* ſub Veter. Grammat. & *Pallio in D.Claudio c.3.* his verbis: *Illi clypeus aureus, vel, ut Grammatici loquuntur, clypeum aureum Senatus totius judicio in Romanâ Curia collocatum eſt. Et ideo clypeos* ab imaginibus in illis contentis ita (puta ἀπὸ τῦ φλύζειν) dictos putat *Plin. l. 35. c.3.* Sed ut dictum eſt à Pollione, Grammatici clypeum in neutro genere de talibus imaginibus ſolùm intelligunt, ut etiam ex *Chariſii Inſtitutionibus Artis Gramm.* conſtat. De quo etiam conſuli poteſt *Voſſius in Lex. Etymol. ſub hoc verbo.*

IV. Ex prudentiâ & diſciplinâ militari porro conſignandum eſt

1. *Arma vel alia inventa nova vel incognita hoſtibus valdè nocere*, *quia* non præviſa illorum damna ſummum ab initio incutiunt terrorem, adeoque feliciter ſemper adverſus illos uſurpantur. *Sic enim Archidamus* Ageſilai filius catapultam aliquam ex Siciliâ allatam videns exclamavit: *O Hercules, actum eſt de virtute viri, referente Plut. in Apophth. Lacon. c.45. Sic Carthaginenſibus* Dionyſii catapultæ tunc recenter inventæ magnum terrorem incuſſêre, ſecundum *Diod. Sicul. l.14. c.51.* *Sic Macedones & ipſe Rex Philippus* videntes ſuos à Romanis gladio Hiſpanienſi antea illis ignoto ita detruncatos, in pavorem & terrorem injecti ſunt *Liv. l.31. c.34.* *Sic Gallis* cum in caſtris Cæſaris turrim conficiprocul viderent, *primum irridere ex muro atq; increpitare vocibus, quò tanta machinatio à tanto ſpacio inſtitueretur? Ubi verò moveri & appropinquare manibus viderunt, novâ atq; inauditâ ſpecie commoti Legatos ad Cæſarem de pace miſerunt*, & admirationem ſuam per illos Romanis aperuerunt, ut recenſet *Cæſar. l.2. de Bello Gallico circa f.* *Sic Tacit.2. Ann.21.* Germanos à Romanis ſolo inuſitato pugnæ & armorum genere ſuperatos fuiſſe ſcribit. *Sic Romanos* jam vincentes inuſitata antea Elephan-

A. torum forma ſtupere primò, mox cedere prælio coegit, victoresque jam nova Macedonum monſtra repente vicerunt *Juſtin. l.18. c.1.* *Similiter Americani* Hiſpanos equites ut Deos vèl monſtra primùm metuêre, ut conſtat ex *Rerum Indicar. Scriptoribus & inprimis Benzone in Hiſtor. Novi Orbis l.1. c.24.* De quo plura *ſeq.c.8. th.2. expl.2. n.17.* nec non apud *Freinsheim. ad Curt. l.9. c.8. §.14. & in Indice in verbo Inuſitata*, uti etiam *Piccart. in Obſerv. Dec.6. obſerv.9.* legi poſſunt.

2. *Arma militum ſæpiùs ab illorum Campidoctore vel ipſo etiam Duce inſpectanda*, quò milites illa nitida ſervent, ſicut fecit *Maximinus Senior* Legioni novæ ab Alexandro Severo præfectus, qui arma illorum quotidie inſpexit, ſecundum *Capitol. in hujus & filii vitâ c.6.* *Avidius Caſſius*, qui legionibus Syriacis luxuriâ diffluentibus præpoſitus arma ſingulorum ſeptimo quoque die inſpexit teſte *Vulcatio in Ejus Vitâ*
B. *c.6. & Gordianus tertius* ſecundum *Capitolin. in Ejus vitâ c.28.*

Meminit etiam Marcellinus l.20. in pr. Magiſtri armorum, qui ſortè armorum curam & inſpectionem habuit. *Rationem ejus reddit Imperator Leo in Tactic. c.6. n.3. quia quantò decentior miles in armaturâ ſuâ miles eſt, tantò major illi alacritas & hoſtibus formido vehementior aderit.*

Non tamen ideo arma auro & argento fulgere debent, quia hoc neque tegit neque vulnerat ſecundum *Galgacum apud Tacit. in Agric. c.32.* quod etiam inculcant militibus *Duces Romani apud Liv. l.9. c.40. talia magis prædam quàm arma eſſe dicentes. Vide plura ſeq. c.5. th.3. expl.2. n.2.*

3. *Armorum fabricationes nulli privato concedendas*, ſed illa ſolùm in publicis fabricis cudenda eſſe ſecundùm Conſtitutionem *Juſtiniani Imperatoris in*
C. *Nov.85. c.1.* atque nulli privato vendenda ſecundùm *Eund. Ibid.* multò minus ad hoſtes exſportanda eſſe, ut *præc. Parte 2. c.6. th.4. expl. n.2.* demonſtravimus.

De talibus Romanorum fabricis vide Nandaum de Studio Militari l.2. Sect.8. n.1. & Taborem in Armamentar. Juſtinian. Diſput.1. c.1. §5. necnon *Notitiam Imper. Oriental. & Occident. ibiq; Pancirol. in Comment. quo ad priorem c.66. & ſeqq. quo ad poſteriorem verò c.31. & ſeqq.* nec non *Guther. de Offic. Domus Auguſtæ l.3. c.12.*

De celebrioribus hodiernis Armamentariis præc. l.1. c.7. th.7. expl.10. egimus.

4. *Apud Romanos in quâvis Legione & ejusdem partibus fuiſſe cuſtodes armorum*, qui illa aſſervarunt, & ſuo tempore militibus reddiderunt. Hinc *in l. Qui Commeatus 14. §.1. ff. de Re Militari* refertur, quod culpa alienatorum à tyrone armorum plerum-
D. que cuſtodi illorum imputetur, ſi illi non ſuo tempore commiſerit. Meminit etiam ejusdem *l. ult. ff. de Jure Immun.* Plura vide apud *Stevvech. ad Veget. l.2. c.14. ubi tradit* gladios & pugiones militi ſemper relictos eſſe, illudque probat ex *Tacito 11. Ann.18. ubi ſcribit: Feruntq; militem, quia vallum non accinctus, atq; alium, quia pugione tantum accinctus foderet morte punitos.* Et præterea ex *Veget. l.3. c.8.* conſtat, milites foſſam gladio aperuiſſe.

Neq; verò ſolùm in caſtris, ſed etiam Romæ arma publicè cuſtodita & civibus neceſſitatis tempore reddita fuiſſe ex *Livio paſſim* & inprimis *l.3. c.15. & 18.* necnon *Tacito l.1. Hiſtor. c.38. & 80.* conſtat.

Quod etiam apud Turcas quo ad Janizaros obſervatur, ut refertur in Deſcript. Legat. Cæſareæ à Comite Leslao anno 1666. ſuſcepta Parte 3. p.123.

5. *Ma-*

5. *Magnum dedecus fortibus olim gentibus fuiſſe, arma & in ſpecie clypeum in prælio amiſiſſe.* *Sic de Germanis* refert *Tacit. de Moribus illorum c.6.* ſcutum reliquiſſe præcipuum flagitium.

Sic de Epaminondâ ſcribit Valer. Max. l.3. c.2. in extern. n.5. Illum in prælio apud Leuctram & Mantineam haſtâ trajectum & ſanguine ac ſpiritu deficientem recreare ſe conantes primùm an clypeus ſuus ſalvus eſſet, deinde an penitùs hoſtes fuſi eſſent? interrogaſſe, è corpore deinde ſuo haſtam educi juſſiſſe, ac illo vulnere exſpiraſſe, quod etiam *Diodor. Sicul. l.12. c.87. Corn. Nep. in Ejus vitâ ante fin. & Marcell. l.25. p.m.* 289. refert, *adjiciens*, qui animam intrepidus amittebat, jacturam clypei formidavit.

Eóq; reſpectu Lacæna mater filio in bellum eunti dixit, aut clypeum (ſcilicet refer) aut ſuper hunc (id eſt morere) ut illud expreſſit *Auſonius Epigr.* 24.

Mater Lacæna clypeo obarmans filium
cum hoc inquit, aut in hoc redi.

quod procul dubio ex *Plut. in Apophth. Lacænarum c.7.* deſumſit.

Nam veteres Duces & fortes viri clypeis ſuis impoſiti ſepeliebantur, ſecundum *Virgil.* 10 *Æneid. v.* 507. *& ſeq.*

- - - - *At ſocii multo gemitu lacrymiſq;*
Impoſitum ſcuto referunt Pallanta frequentes.

Et idea Lacones Archilochum è finibus ſuis juſſerunt excedere, quod probroſè ſcripſerit, ſatius eſſe clypeum abjicere quam interire. *Plut. in Inſti. Lacon. c.* 9. *Cum illius amiſſi dedecus* apud illos capitis pœnâ vindicaretur ſecundum *Diod. Sic. l.12. c.62.* Quò pertinet, quod fuſo & fugato hoſte obtenta ſcuta tanquam ſingulare victoriæ ſignum ſimul relata fuerint, cujus exemplum occurrit apud *Hirt. de Bello Hiſpan. p.m.* 455.

Sicuti etiam gladii in conflictu amiſſio valde probroſa fuit, quemadmodum de Marco Catonis filio refert *Plut. in Æmylio Paulo c.35.*

Maximè verò infame & turpe Romanis fuit, armatum aliquem ab hoſte capi: ſicut *Eutrop. l.2. hiſtor. in medio* indicat, ita ſcribens, *Romani captivos omnes, quos Pyrrhus reddiderat, infames haberi juſſerunt, quod armati capti fuiſſent.* Aliud exemplum *de pœnâ Titii in armis capti refert Valer. Max. lib.2. c.7. n.9. Ita quoq; Romani illos, qui poſt prælium Cannenſe ab Hannibale capti eſſent in caſtris, redimere noluerunt, dicendo, illos cives non eſſe neceſſarios, qui cum armati eſſent, capi potuiſſent, ut refert Eutrop. l.3. Ideò quoq; Romani ab Æquis circumventi,* cum traditis armis ſalutem redimere poſſent, id indignum patriâ rati ſeſe fortiter defendentes multis hoſtium cæſis oppetere mortem maluerunt, ut refert *Halicarn. lib.9. c.80. quod tamen poſtea* per turpem pacem ad furculas Caudinas factam totus illorum exercitus præſtare coactus fuit, ſecundùm *Liv. lib 9. c.4. & ſeq. Ita quoq; Græci* cum Cleanore Artaxerxi Regi reſponderunt, ſe prius morituros, quàm arma tradituros, ut tradit *Xenoph. de Exped. Cyri lib.2. ab initio. Sunt enim arma,* ut *Cic.2. Tuſcul. quæſt. c.16.* ſcribit *membra militis & vitæ cuſtodes, ſine quibus nullus ultra nomen miles eſt.* Quare *Aulus Poſthumius* Albini Conſulis Proprætor in bello Jugurthino ſecundum *Saluſt. in Ejus deſcr. c.39.* omnibus exoſus fuit, quod armatus dedecore potius quam manu ſalutem quæſiverit. *Similiter apud Scythas* victo in pœnam dextra amputata fuit, ut refert Toxaris Scytha apud *Lucian. in Dialogo φιλία dicto.* Plura de armis vide ſupra hoc libro *part.2. ſect.2. c.6. th.3. expl.*

Quæritur hic: An major laus & fortitudo debeatur armis cominus uſurpabilibus, quàm iis, quorum uſus è longinquo vel eminus conſtat?

Reſp. Prioribus majorem & laudem & fortitudinem deberi, ac meliorem utilitatem conſtare extra dubium eſt: *tùm quod* è longinquo nocentibus armis peſſimus & molliſſimus quiſque fortiſſimum quemque abſque fortitudinis notâ interimere poteſt, ut experientia abundè teſtatur, & jam ſuo tempore obſervavit *Archidamus* Spartanorum Rex *apud Plutarch. in Apophth. Laconicis d. c.45.* exclamans, quod fortiſſimus vir ſagittâ exſtingui poſſit, priusquàm manus conſerat: quod etiam urget *Jovius in Vit. Illuſtr. Viror. Tomo I. in vitâ Magni Sfortiæ. c.10. Quâ etiam de causâ Alphonſus Arragonius* ſub gravi pœnâ inhibuit, ne quis ſuorum *cum Petro Ludovico Aurilia* fortiſſimo Viro ad virtutem demonſtrandam aliter quàm ſolo enſe vel lanceâ congrederetur, ut refert *Collen. lib.6. Hiſtor. Neapol. p.436. Tùm quod* gladii à fortiſſimis Gentibus ſemper telis prælati fuerunt, quia iis milites ad internecionem uti, & majus damnum quàm ſclopis & ſagittis hoſtibus inferre poſſunt, quâ de causâ *Livius lib.2. c.46.* ſcribit: *Ventum eſt ad gladios, ubi Mars atrociſſimus eſt.* Ac *Lucanus lib 8. ante med.*

Enſis habet vires, & gens quæcunq; virorum eſt
Bella gerit gladiis. - - - -

Vide quoq; Livium lib.31. c.34. ubi quid gladii præ haſtis & ſagittis valeant, demonſtrat. Et ideò etiamnum hodie Poloni, Ungari, Tartari, Turcæ, Perſæ, Scoti, Hiberni & aliæ bellicoſæ Gentes obſervant, plus roboris, virium & fortitudinis uti etiam damni gladiis & acinacibus ſuis quàm ſclopis & ſagittis tribuentes. Inprimis verò ob robur in gladio laudatur *Arturus Britonum Rex*, quod gladio ſuo *Caleburno* dicto, uno prælio 470 hoſtes interemerit, ut refert *Sigebertus Gemblac. in Chronico ſuo ad illum annum, & magnum Chronicon Belgii, p.m.17.* quod tamen numerum illum ad 370. reſtringit. Illius mentionem etiam facit *Galfr. Monumet. in Hiſt. Reg. Britan. l.10. c.11.* Illumque poſteà à Rege Angliæ Richardo I. Tancredo Siciliæ Regi donatum fuiſſe refert *Bromtonius in Chronico Anglico ſub illo Rege, & Hoveden. in Hiſt. Angl. ſub illo Rege f.m.* 688. Laudatur etiam à *Saxone Gramm. l.2. Hiſt. Dan. f.m.31. gladius Biarconis Levi* vocatus *l.4. f.m.65. Wermundi gladius* nomine *Skrep*, & *l.7. f.m.135. gladius Haldani Leuſing. & Huiting* dicti, & à *Turpino de Geſtis Caroli M. c.22. gladius Rolandi, Duranda* nomine *Carolus M. Imperator, ſpathâ uſus, cui nomen fuit Gaudioſæ, Cruſius in Ann. Suev. l.1. p.2. c.8. poſt Turpinum de Geſtis Caroli M. c.8. Plura exempla refert Reineſius in Epiſtolis ad Hofman. & Rupert. Epiſt. 19. p.m.51. ubi addit talibus gladiis non ſolum peculiares appellationes inditas, ſed etiam honorem conſecrationis additum.*

Maximè verò ob gladii uſum celebris eſt Scanderbegus ſive Georgius Caſtriotus in fortitudinis futuræ ſignum gladium brachio ſuo à naturâ inſculptum habens; de quo & Ejus admirandis factis legi poteſt *Marinus Barletius & Georgius Bartholdus Pontanus in Ejus Vitâ & rebus geſtis ab initio & paſſim: Inprimis verò* ex Oratione Ferdinandi Arragoniæ & Neapoleos Regis ad illum habitâ & à *Pontano p.156.* relatâ, *memoranda ſunt ſequentia verba: Tu ille, Scanderbege, Princeps es, qui cum tuâ tum tuorum ferè omnium confeſſione, qui tecum omnibus expeditionibus & pugnis ſemper interfuêre, ſupra tria millia Turcarum propriâ manu pugnando ſolus obtruncaſti. Paulus Jovius in Elogiis Virorum Bellicâ virtute Illuſtr. ſub illius vitâ ſuprà duo millia ab illo occiſa refert.*

Nec prætereundi Henricus IV. Angliæ Rex, qui uno prælio 36. hoſtes ferro confodiſſe fertur, *Polyd. Virgil. lib.21. hiſt. p.m* 583.

Fridericus Auſtriacus Imperator, qui in prælio cum Ludovico IV. Imperatore anno 1322 commiſſo 50 hoſtes interemit, narrante *Fuggero in Chronico Auſtriaco à Birckenio edit. l.3. c.3. f.288.*

Eduardus III. Angliæ Rex, cujus gladius pondere 18. librarum & 7. pedum longitudine in præliis multis uſurpatus Weſtmonaſterii juxta ejus ſepulchrum ſuſpenſus eſt, ut refert *Arithmæus in Mauſolæis Regum & Reginarum Angliæ p.m.* 17.

Ericus Sueciæ Rex, uno in prælio 60. hoſtes enſe vel venabulo interimens, referente ex *Jonâ Koldingenſi in Deſcriptione Daniæ part.2. Hamelm. in Chron. Oldenb. part.3. c.15. p.m.* 412.

Chorſomantis Beliſarii ſatelles ſeptuaginta hoſtes ſolus fugans, ſecundum *Procop. lib. 2. Goth. p. m.* 224.

Pyrrhus, qui narrante *Plut. in Ejus Vitâ c.53.* quendam corporis magnitudine & armorum ſplendore conſpicuum Barbarum in duello uno ictu gladio ſuo ita diſſecuit, ut utrinque partes deciderent.

Alemannus quidam, qui in prælio à Friderico Imperatore cum Turcis & Perſis commiſſo ab exercitu dimotoa cum 50. hoſtibus fortiſſimis, ita animosè puguans, ut uni illorum magnâ vi irruenti diſſectis prius equi anterioribus pedibua uno ictu caput cum corpore diſſecuerit, & ſimul ſellâ diſciſsâ tergum jumenti vulneraverit, ac eo facto omnes in fugam conjecerit, illæſus ad ſuos reverſus, ut refert *Nicet. Choniat. l.2. de Iſaaci Angeli Imperio f.m.* 47.

De gladio Martis & Johanna Aureliana præc. c.1. in f. diximus.

Plures tales heroës refert Angramus Jonas in lib.2. Rerum Islandicarum paſſim, cui adde Schott. de ſingul. in Germ. pluribus & obſerv. c.28. n.5. & 6.

Ubi notandum, acinaces, gladioa & pugiones in Japoniâ maximi æſtimari & quidem etiam ab aliis quàm magnatibus pro coronatis quater & quinque millibua ac ultra: Imperatoris verò plua quàm omnes theſauros, ut tradit *Monsan. in illius Deſcript. & Caronius in Eadem quæſt.4. & quæſt.23. in quarum priori etiam nomina iſtorum acinacum imperatoriorum refert.*

An verò veterum gladii ex ære vel ferro confecti fuerint, vide apud *Naudæum de Studio militari l.2. Sect. 8. n.4. p.628. & ſeq.*

Addimus his exempla ſequentia robuſtorum aliquot Virorum, Puliani equitis Germani ſub Romanis tempore Auguſti militantis, qui ſaxum in obſeſſæ Urbis mœnia ita validè conjecit, ut pinnæ eorum diſcuſſæ onà cum viro iia incumbente deciderint, memorante *Dione lib.55. circa fin.*

Aliùs Germanici militis & Equitis Teotonici, qui duos loricatos vel cataphractoa Viroa manu prehenſos in altum tollere valuit, referente *Caſp. Hennebergero in tabulis Geographicis Boruſſiæ*; *Uberti Crucii Mediolanenſis*, qui equum incitatiſſimè currentem manu cohibere, jumentum frumento onuſtum humeris bajulare, & à nemine loco ſemel occupato ullâ vi dimoveri potuit, ut recenſet *Albertus Leander in Deſcript. Tranſpad.*

De robore Junii Valentis vide Plinium lib.7. c.20. Polydamantis Pauſan. l.6. f. m.223. Milonis & Titormi Ælian. lib.12. c.22.

V. Machina bellica (quæ à *Moiſe primum inventa ſcribuntur*, ut inter alios opinatur *Euſeb. lib.9. de Præpar. Evangel.* & quidem in Bibliis; *2. Reg. 26. verſ.15.* memorantur; ſecundùm *Plutarch. verò in Marcello c.20. ab Archytâ Tarentino & Eudoxo*, & ſecundùm *Diod. Sicul. lib.12. c.28. à Pericle* operâ Artemonis Lacedæmonii utente, quod etiam confirmat *Ephorus apud Plut. in Ejus vitâ c.49.* ubi tamen hic ex Heraclide Pontico affert, Artemonem illum multia ante vixiſſe ætatibua) *latè ſic dicta ſunt potiſſimùm triplicis generis:*

1. *Inſtrumenta illa*, quæ ad obſidionem vel occupationem alicujua loci in ſpecie ad ſuperandos & ſecurè ſubeundos muros conducunt, *qualia* fuere apud Romanos & alias Gentea

(1) *Scalarum omne genus*, inter quas referuntor *Sambuca, quarum deſcriptionem* habet *Veget. lib.4. c.21. Ideam refert Lipſius lib.1. de Machin. dial.6. & Stevvech. ad Veget. d.l.*

Exoſtra & tollenones, de quibua quoque legendi dicti Auctorea cit. locis.

(2) *Omne genus tectorum & munimentorum*, ſub quibua milites ſecurè ad murum accedere, & illorum ruinam absque periculo ſuſcipere poſſunt, *quales* Crates, Vineæ, Plutei, quorum mentionem quoque facit *Tacitus lib.2. Hiſtor.21. & lib.3. hiſt.20.* & paſſim, *explicationem verò & figuras tradit Lipſius d.l. dial.7. & Stevvech. d.l. ad c.15.* quibus addi poteſt *Turnebus 11. Adverſ.24.* item teſtudines & muſculi (cujus tamen una ſpecies *inſtrumentum murifractorium* fuit, ut mox docebimus) de quibus legendus *Vegetius lib. eod. c.14. & 16. Lipſ. d.l. dial.8. & 9. ac Stevvech. ad d. c.16.* nec non *nos ſeq. c.13. lib.3. expl.2.* egimus.

Poſterioribus temporibus reperta & introducta alia etiam inſtrumenta, & inter ea Cattus, Talpa, Vulpecula, Ericius, quorum mentionem facit poſt alios *Otto Friſingenſis de reb. geſt. Friderici Imperat. lib.2. c.23.* & denominationem ab Animantibus talibus ſumtam, ideoque inſtrumenta latibulorum & tegminum fuiſſe, ſuſtinet *Lipſ. d.l. c.7.* Pertinent huc *Turres ligneæ tàm immobiles, quàm mobiles*, ex quibus hæ ita conſtructæ, ut & rotis ac ſimilibus inſtrumentis ad murorum vel turrium totam oppugnationem admoveri, & ex iis in defenſores murorum vel turrium jacula & tela vibrari, & invaſorea per cohærentium pontium in muros immiſſionem ad illos pertingere, eosque è propugnaculis deturbare potuerint, quarum figuras refert, *Stevvech. ad lib.4. Veget. c.16.*

Illarum inventionem Dionyſio & Philippo Amyntæ filio adſcribit *Athenæus Mechanicus, citante Turn. lib. 23. Adverſ.33.* *Meminit quoq;* turris ambulatoriæ à Dionyſio in obſidione Moiyæ, *Diod. Sicul. lib.14. c.49.* plura exempla *ſeq. c.13. lib.3. expl.2.* retulimus. *Scribit tamen Vitruv. lib.10. c.19. Diadem* inveniſſe turres ambolatorias, quæ etiam diſſolutæ circumferri potuerunt. *Maximè verò celebrantur illæ tres à Tito Veſpaſiano in obſidione Hieroſolym. uſurpatæ juxta Joſeph. lib.6. de bell. Judaic. c.8.*

Ubi notandum Atuaticos Gallos cernentea exſtructam à Julio Cæſare turrim mœnibus appropinquare, novâ & inuſitatâ ſpecie ita deterritoa eſſe, ut Legatos ad illum de pace mitterent, teſte *Illo ipſo lib.2. belli Gallici, p.m.63.* *Idem de Mazagaris* turres Alexandri M. mobiles à Deorum Numine agi putantibus *Curt. lib.8. c.10.* *Simile quid etiam de Sueſſonibus Gallis*, refert *Idem Cæſar d. lib.2. p.m.55.*

2. *Omne genus illarum Machinarum*, quæ ad muros quatiendos, perforandos, diruendos & projiciendos adinventæ ſunt. Quales apud antiquos fuêre *Aries, antea equus, referente Plinio l.7. c.56. poſt med.* dict9, inſtrumentum ad muros quaſſandos in obſidione Urbis Trojæ *ab Epeo juxta Eundem d.l. vel Carthaginenſibus ſecundùm Vitruv. d. c.19.* primùm inventum, & *à capite arietino*, cujus figuram illius extremitas vel principium ex ære vel ferro factum, repræſentavit, ita dictum, quod oſtendit *Ammian. Marcell. lib.23. p.m.243.* ita ſcribens: *Ejus ſummitas duro ferro concluditur & prolixo, Arietis efficiens prominulam ſpeciem, quæ forma machinamento vocabulum indidit*

con-

conſentientem ſibi habentem Joſeph. lib.3. de bell. Judaic. c.9. Egeſipp. de Excid. Hiereſol. l.3. c.11. Procopius l.1. de Bello Goth. p.m.19. & Veget. l.4.c.14.

Formam ejus triplicem memorat & refert Lipſius d.l. 3. dial. 4. Et Stevvech. ad Veget. lib. 4. c. 14. de quo notandum, illum prælongum, & ex longiſſimis malis confectum fuiſſe, ſecundùm Eundem *Ammian. d.l.* Et hinc *Plutarchus in Anton. c.50. quendam 80. pedes longum fuiſſe narrat: quamvis Vitruvius multò longiores uſurpatos & quandoq; 100. homines*, ut Editio Laëti habet, in eâ machinâ movendâ occupatos fuiſſe referat *lib.10. c.21.*

Quàm verò immenſi Arietes fuerint illi, quos Cenſorinus in obſidione Carthaginia adhibuit, ex *Appiano in Libycis vel Punicis p.m. 98.* patet, ubi narrat, *Machinas binas Arietibus inſtructas, ingentesq; appulſas fuiſſe, & unam quidem præcedentibus Tribunis ſex millia militum duxiſſe; alteram remiges Præfectis navium hortantibus & impellentibus.*

Illos ſuo tempore in deſuetudinem iviſſe & in illorum locum Helepolim, a capiendis Urbibus juxta Diod. Sicul. lib.20. c.92. dictam veniſſe refert Marcell. lib.23. p.m.243. ubi ejus deſcriptio videri poteſt. *Jungi his poſſunt,* quæ de ingenti in obſidione Rhodi à Demetrio uſurpata refert *Diod. Sicul. d.l. Plut. in Demetr. c.24. & 53. Vitruvius lib.10. c. fin. Et de aliâ à Judæis Nicona dicta* in obſidione Hieroſolymitanâ uſurpata narrat *Joſeph. de Bell. Judaic. d. lib.6. c.8.*

Et quæ de Sambucâ, quæ tela multa ſimul & arietes & jacula immiſit, ac à Mithridate in obſidione Rhodi uſurpata fuit, recenſet *Appian. in Mithridat. p.m. 321.*

Muſculus etiam machina ad muros diruendos inventum, eujus deſcriptionem vide apud *Cæſar. 2. de bell. Civil. poſt prin. & Lipſ. d. lib.1. dial.9.*

Nec non Corvus demoliter apud Vitruv. d. lib. 10. c.19.

Et Falx deſcripta à Veget. lib.4. c.14.

Pertinent huc inſtrumenta duo poſterioribus temporibus inventa, quorum unum *Cattus*, alterum *Cancer* dictum, nihilque *hoc aliud fuit quam Aries. Sic enim Chronicon Colmarienſe parte alterâ in f. Expugnavit Albertus Romanorum Rex Bingam per duo vaſa concava, quæ faciebant artifices ſapientes. Unum vas Cattus vocabatur, aliud Cancer. Erant hæc vaſa longa, quadrata, demiſſa, ex omni parte laterum clauſa. Verſus terram nullum munimen habebant, ſed verſus cœlum de tabulis fortibus & ſpiſſis tectum, machinarum lapides minimè metuebat. Per duo vaſa hæc fuit Civitas faciliter expugnata. Cattus leve vas erat & faciliter trahebatur. Cum hoc vas ad Civitatem fuiſſet perductum, tigna quædam pro pedibus ſibi fecerunt, ut ad murum per foſſatum poſſet faciliter pervenire. Cum ad murum perveniſſent Juvenes de Civitate egreſſi Catto pedes ſucciderunt, & in foſſatum cadere coëgerunt. De hoc Rex non modicum fuit perturbatus. Poſt hæc Cancrum ad Civitatem perduxerunt. Fuit Cancer inſtrumentum magnum, forte, pariter & ponderoſum. In eo trabs magna, pariter ac longa, in unâ parte groſſa, in alterâ parte parva. In groſſiori parte ſive in capite fuit ferro forti circumdata, & in fronte ipſius Cancri fortiſſimè colligata. Trabs hæc ſuper quædam inſtrumenta jacuit, quòd faciliter moveretur. Hic Cancer cum ad murum perveniſſet, octo in circulos, qui in trabe erant, funes immiſiſſent, ex paucis ictibus pro magnâ parte cadere coëgerunt. Uno etiam ictu turrim tetigerunt, & in tantum læſerunt, quod ruinam fortiſſimè minabatur. Hoſpites videntes murum cecidiſſe timuerunt: proin omnes machinas & inſtrumenta, quæ fe-*

A. *cerant ad defendendam Civitatem, velociter deſeruerunt, & in caſtrum ſe cum feſtinantia receperunt. Poſt hæc cives ſe cum paucis conditionibus tradiderunt.* Ex quibus patet Cancrum illum Arieti perſimilem fuiſſe.

Nec non Briccola, Catti, Trabuchi (qui teſte *Magio. l.1. Miſcell. c.1.* cum briceolis conveniunt) *Mangana, Petraria & Bracilla vocata*, quæ à *Sigonio l.11. f. m. 260.* referuntur, & *Anno* 1127. à Mediolanenſibus in bello Comenſi uſurpata ſcribuntur: qui eadem ferè *l.13. in fine* recenſet. *Bricculam verò genus fundi majoris*, quâ vaſti etiam molares in obſeſſam Urbem projici potuerunt, *fuiſſe, ex Eodem l.18. f.m.74. conſtat: Qui etiam l.19. f.m.88. narrat* in Obſidione Patavinâ à Fratre Minotitâ *Gallum* confectum fuiſſe, anteriori ex parte flammam evomentem, ex poſteriori verò armatus incluſos habentem. *A dictis manganis abſq; dubio dictum fuit armamentarium à Con-*

B. *ſtantino Conſtantinopoli exſtructum & Mangana dictũ,* ut refert *Glycas in Annal. par.4. p.m.350. Inter illa inſtrumenta etiam refertur in Chronico Auſtrali apud Freher. ſub Scriptor. Rer. German. tom.1. f.336. Priapus, quæ fuit machina muros perforans, ſicut Aries.*

Et ſimul pertinent Tribuceta, quorum inventio ad tempora Ottonis IV. Imp. circa Annum Chriſti 1212. à Nauclero part.2. Gener.41. f.m.210. Et Trith. in Chron. Hirſaug. ad illum Annum, f.m.170.

Quamvis vero Lipſius l.3. Poliorcet. Dial.3. opinetur, vocem illam Gallicam eſſe, & idem, quod Tribuchet machinam lapſilem eſſe: *Reineſius tamen rectius cenſet* Germanicum eſſe & dici quaſi **Treibboch**/ *latinè Aries urgens & impellens, 3. Var. lect. c.1. p.m. 320.*

3. *Inſtrumenta illa, quæ ad onus aliquod facili modo commovendum & attollendum conducunt, quale*

C. *Geranium* Germanicè **Kranich** vel **Kran** / quo inter alia hodie Tormenta bellica attolluntur & dimittuntur, quod etiam *Grus & Ciconia* apud *Heronem de Machin. & Artemon. Vitruvio l.10. c.5.* dicitur.

Pertinet huc machina illa Archimedis in obſidione Syracuſarum adverſus Romanorum navea ab illo inventa & uſurpata, & *ferrea* manus dicta apud *Polyb. l.8. c.7. Liv. l.24. c.34. & l.36. c.41. Cæſarem l.1. de B.C. p.m. 253. & l.2. p.m. 271. Curt. l.4. c.2. & 3. Plut. in Marcello c.20.* ac à *Front. l.2. c.3. n.24.* memorata. *Cui ſimiles fuêre lupi ferrei apud Liv. l.28. c.3. & Veget. l.2. c.25.* ubi illos per ferreos harpagones explicat. *Et quodammodo Inſtrumentum illud, quod corvus appellatum fuit à Polyb. l.1. c.21. deſcriptum, ac à Curt. d.l. cum ferreâ manu conjunctum.*

4. *Inſtrumenta illa*, quæ ad tela & onera tàm in acie quàm obſidione vibranda olim inventa & uſurpata, qualia fuêre apud antiquos *catapultæ ad emittenda te-*

D. *la*, haſtas & graviores ſagittas & *Balliſtæ ad lapides & ſaxa* ejaculanda repertæ, ut illa inter ſe diſtinguit *Lipſ. l.4. de Mach. Dial.2. Quod tamen alii impugnant cum Balliſtis* expreſsè ejaculatio telorum, *ſcorpionibus verò* jactio lapidum attribuatur à *Marcell. l.20. p.m.165. & præterea accurata utriuſq; deſcriptio illis tela his rotundos lapides vibrari doceat apud Eund. l.23. p.m.242. & Procop. l.1. de Bello Goth. p.m.199.* ubi videri poſſunt. *Quamvis è contrario Hirtius de Bello Hiſpan. p.m. 456.* (uti *balliſtâ miſſâ turrim dejectam eſſe narrat*) & *Vitruv. d.l. 10. c.16. & ſeq. Balliſtis propriè lapides attribuat, & Joh. Buteo ad d.c.16. id etiam ita tradat.*

Sed de hâc re veteres Auctores inter ſe diſcrepare ſeq. c. ult. th.3. expl.3. demonſtravimus. *Item Scorpiones, qui tàm* pro tormento, ut patet ex *Vitruv. l.10.*

c.1. Marcell. l.19. p.m. 135. & 142. l.20. p.165. l.23. p. 242. & l.31. p.467. ubi illos poſtea *Onagros* dictos eſſe narrat, & *d. p.242. ejus rationem reddit,* quàm ſpiculo ipſo, ut indicat *Hirtius de Bello Afr. p.m.413. Non. Marcellus de Propr. Serm. c.18. n.7. Caper. de Ortograph. Gellius l.10. c.25. Charis. l. 1. Inſtitut. Artis Grammatico, & Tertull. in Scorpiace in pr.* quibus jungi poteſt *Iſid. l.18. c.8. & Turneb. l.15. Adverſ. c.1. Sed Marcellin. d. p.242. illos à baculeo,* quem deſuper habent erectum, dici refert. *Contra Veget. l.4. c.22.* illos ita dictos, quod parvis ſubtilibusque ſpiculis mortem inferant, & ideo nunc *manubaliſtas* vocari narrat.

Poſtea tamen illa inſtrumenta promiſcuè ſunt appellata & Petrariæ machinæ à quibusdam à Græcis mutuato verbo dicta ſunt.

Catapulta verò iſta primùm à Syracuſis ſecundùm Diod. Sic. l.14. c.43. vel Creeenſibus ſecundùm Plin. l.7. c.56. in medio inventa eſſe.

Quibus addendum Balliſtam poſteriori tempore Margam vel Mangam potius dictam eſſe, referente *Friſing. l.2. de Geſtis Friderici I. Imper. c.16. & Radev. l.2. c.47. plura ejus nomina ſeq. c.13. th.3. expl.3.* retulimus.

Pertinet huc ſpecies quædam machinæ jaculatoriæ apud Gothos & Saxones uſurpatæ, quæ *Blida* dicta fuit, de quâ ſequentia narrat *Olaus Magnus in Hiſtor. Septentr. l.11. c.34. Eſt & aliud tormenti genus bellicum longè vetuſtius, inter duas ſublimes & elevatas trabes per medium libro in medio ſuſpenſum. Cujus altera pars humi vel deorſim ligata burſam habet duabus vel tribus bovinis cutibus & chordis inſtar projectelis fundæ coriariæ adaptatam; quam putridis cadaveribus equorum ſcilicet, vel canum, aut lapidibus vel ferreis globis repletam ſolutis tenaculis altera pars immenſi ponderis alligati vehementiſſimo impetu ad deſtinatum arcis vel urbis locum in obſidione per aëra fundit. De quâ & aliis fundis d. ſeq. c.13. th.3. expl.3. plura diximus.*

5. *Machinæ ſimiles noviter inventæ & nunc uſitatæ, quales ſunt tormenta noſtra bellica ſive fulminaria* curribus vehi ſolita, & *Lombarda Hiſpanis* dicta, ſecundum *Marian. l.19. de Reb. Hiſpan. c.14.* quoniam in Lombardiâ inventa dicuntur ab illis.

Suntque illa vel muros quaſſantia, Germanicè hodie Cartaunen/ *item* Canonen/ de quorum etymo & ſpeciebus aliis *ſeq. th.13. th 3. expl.3.* latè egimus.

Vel ad longum ſpacium in hoſtem globos vibrantia, Germanicè Feldſchlangen/ à gracilitate & capite ſerpentum iis plerunque infuſo: *item Falcones, Germanicè* Falconet/ à formâ falconis illis infuſâ, vel à celeri pilarum volatu ita dictæ, & ſimiles ſpecies, *d. c. 13. th.3. expl.3.* relatæ. *Vel igneos & ſulphureos globos nec non ollas ignitas granatas,* ſive mala Punica ideo militibus dicta, *quia* ſimul ac cadunt rupta in multos quaſi acinos ſparguntur, ſecundum *Grot. in obſid. Grollæ f.1. & Boxhorn. in obſid. Bred. f.140.* & ſimilia, de quibus *d. c. 13. th.3. expl.3.* egimus, jacientes. *De ſimilibus ferventibus ex fuſili argillâ factis globis vide Cæſar. l.5. de B.G. p.m. 118. & ollis carbonum ac picis plenis ſub Auguſto in prælio navali cum Antonio habito uſurpatis* Dion. *l.50. f.m. 440. De igne à Tito tormentis in obſeſſam urbem Hieroſolymam injecto Theodoſ. in Excerptis vel Epitome Dionis ibid. l.66. f.m. 746. De igne à Zenobiâ ex obſeſſâ Palmyrâ in Aureliani Imperatoris caſtra emiſſo hujus Epiſtolam à Vopiſco in ejus vitâ c.26 relatam. De ſitellis ferreis ignibus onuſtis à Romanis Amida obſeſſis in obſidentium Perſarum arietem jactum Marcell. l.20. p. m. 174.* ubi etiam alia refert. *De pilis ex pice & igne confectis & ob Hagiogio anno Chriſti 690. in urbem Meccam obſeſſam injectis legi poteſt Elmacinus in Hiſtor. Sarrac. ex verſione Herpenii l.1. c 12. p.m. 73.*

A. *Ut ita de antiquo ignis injaculati more ſatis conſtet. Sicuti etiam ille poſtea uſitatus manſit, ſiquidem Chriſtianus exercitus in obſidione urbis ſanctæ anno 1099. & ſeq. peractâ ollis flammivomis uſus eſt, ut in Chronico Hieroſolymitano à Reineccio edito l.6. c.17. refertur.* Et pluribus exemplis ſtudio omiſſis *ex Platinâ in Hiſtoriâ Mantuanâ l.4. p.236. conſtat in Bello à Mantuanis cum Mediolanenſibus anno 1397. atrociſſimo modo geſto à Baliſtario quodam ex turri Hoſtilianâ ferventes fuſilos pice & bitumine illitos in Roverenſium naves miſſos fuiſſe. Ex Polio in Hemerologio Sileſiaco anno* 1472. die Aſcenſionis Chriſti à Johanne Duce Sileſiæ in Pribus per ollas ignitas injectas Saganum incenſum & occupatum fuiſſe: *Ac anno* 1467. 19. Maji: Wratislavienſes ac Niſſenſes eodem modo Franckenſteinium infeſtâſſe ac paulò poſt occupaſſe Urbem ac arcem. *Turcas anno* 1479. *in Scodram munitiſſimam Dalmatiæ urbem globos igneos 750. librarum immiſiſſe*

B. *Bircken. in Hiſtor. Auſtr. l.5. c.28. f.886. memorat. Porro ex Bembo l.1. Hiſt. Veneta in princ.* Sigiſmundi Archiducis Auſtriæ milites *Anno* 1488. in oppugnatione Rovereti pilas ferreas picis & bituminis plenas & intus igne accenſas tormentis muralibus adverſus muros impuliſſe: *Et ex Fuggeri ac Birckenii d. Hiſtor. Auſtr. lib.6. c.13 f.1248.* Rudolphum Principem Anhaltinum Cæſaris Maximiliani I. belli Ducem in Belgio *anno* 1508 ex mortariis Sylvæ ducis fuſis in arcem Poyroyuenſem ad Moſam ſitam tantam vim ignis injeciſſe, ut præſidiarii coacti fuerint, ſe dedere & gratiæ illius committere. *Sicuti & prælaudati Auctores d. l.6. c.20. Eidem Imperatori inventionem Mortariorum & ſurſum ignita ex iis ejaculandi attribuunt. Et Imperatorius exercitus* in obſidione & oppugnatione Arcis Romanæ S. Angeli *anno* 1527. facta globum ignitum vel ollam talem in arcem illam immiſit, & per eam 1000. tonnas pulveris accendit, ut refertur in *Hiſtoriâ*

C. *Frundsbergiorum f.118. Et Stephanus Poloniæ Rex* in bello contra Moſchos *anno* 1579. *& ſeq.* geſto per Legatum ſuum Chriſtophorum Razevilium arcem Socoli candentibus globis incenſam in deditionem accepit, ut refert *Oderborn. in Vitâ Johannis Baſilidis l.3.*

Ubi ſimul notandum ferventes glandes jam olim per funda & fervefacta jacula in hoſtium caſtra & oppida ad incendium excitandum emiſſa fuiſſe, cujus rei exemplum refertur *à Julio Cæſare lib.5. de Bell. Gallico p.m.* 118. *Et Appiano in Mithrid. p.m. 329.* Et *Thucyd. lib.4. p.m.* 207. memorat, Braſidam in oppugnatione Lecythi machinam, ex quâ ignem in lignea munimenta conjiceret adhibuiſſe.

Et inde ſatis appareat erroneum eſſe, quod tales igniti globi primùm circa Annum 1583. inventi fuerint, & Comes Mansfeldiæ Wachtendonckium beneficio vel potius maleficio illorum occupaverit. *Johannem tamen Comitem Naſſovium Johannis Senioris filium no-*

D. *vum genus talium ollarum inveniſſe,* quibus ejus Agnatus Mauritius in obſidione Grollanâ & Brefortanâ primùm largo cum effectu eſt uſus, memorat *Job Textor. in Chron. Naſſovico. p. m. 131. ſeq.*

Vel portas & muros rumpentia, quæ ab aliquibus *Exoſtra (quanquam hæ Vegetio lib.4. cap.21. ſint partes* ex turribus in murum repentè prolabentes, quo ex turri in murum irruptio fieri poſſit) *ab aliis Pyloclaſtra, & Crepitacula, Gallis Petardes,* à crepitu ventris, quod nimirum obtuſum ſonum edant, ſit venia verbis, ob ſimilitudinem dicta, *horum inventorem Teſſinum circa annum 1588. facit Strada dec.2. lib.10. p. m.* 697. ubi ſimul machinam illam deſcribit. *Aubineus verò* circa Annum 1580. primùm in Galliâ repertum hoc inſtrumentum eſſe ſcribit, *Tom.2. lib.4. c.7. & c.* 14. ubi videri poteſt.

Machi-

A. *Machinarum talium & Pulveris pyrii inventor perhibetur fuiſſe Monachus Germanus ex ordine S. Franciſci nomine Bertholdus Svvartus* ſive Niger, Chymiſta & Philoſophus, quem regnante Imperatore *Wenceslao Ignavo, circa Annum Chriſti* 1380. *vel* 1378. *monſtrum illud produxiſſe communis fama & relatio eſt*, & quidem illum id inveniſſe in labore chymico, caſu, quem deſcribit *Majerus de Muner. Germaniæ c.* 4. *Salmuth. ad Pancirol. Rer. Memor. lib.*2. *tit.*18. *p.*283. *Heiderus in Syſtem. polit. c.*5. *p. m.* 672. *Bellermont. diſſert. pol.*29. Vide etiam *Polyd. Vergil. de invent. rer. c.*11. *Et Forcatul. lib.*4. *de Imp. & Phil. Gall. in fine. Ubi illud memorandum eſt, quod refert Bellermont. d. l. p. m.* 76. *à non nemine, (qui fortè eſt Cruſius p.*3. *l.*5. *c.*13. *f.*294. *vel Kirchn. de Rep. diſp.*21. *hypoth.*1.) *tradi, quod Niger ille ſolam hanc ob inventionem Wenceslai Imperatoris juſſu fuerit combuſtus*, de quo vide etiam *Goldaſt. in not. Margin. ad Felic. Fabri Hiſtor. Suevica lib.*1. *c.*8. *circa fin.*

B. *Alii tamen Auctorem nominãt alium Conſtantinum Ancletũ vel Anklizũ, ut legi poteſt apud Salmuth. d. l.*

*Et Pigna de Principibus Ateſtinis. l.*5. *f.*358. illarum inventorem facit *Petrum Libs Philoſophum Peripateticum eodem Anno* 1380.

Alii verò antiquiorem inventionem illam eſſe exiſtimant, ioter quos *Alſtedius in Chronolog. tit.*28. *p. m.*220. ubi ex Hiſtoriis illud demonſtrat; Quibus accenſeri poteſt *Cornel. Reineſius, qui lib.*2. *de Orig. & Statu Friſiæ cap.*20. memorat, quod *Cimoscus* Friſiæ Rex, jam ætate Caroli M. Olympiæ Comitis Hollandiæ Patrem cum duobus ſuis filiis bombardæ ictu transverberaverit, & poſtea eadem contra Rolandum Flandriæ Comitem in duello, ſed infeliciter uſus fuerit, dum enim ictus illius aberravit, antequam illa iterum onerari potuit, Rolandus illum gladiu interfecit, quo facto *bombarda illa in abyſſum maris, ne in perniciem aliorum uſurpari poſſet, demerſa fuit*; *Ex literis quoq; Fratris Rogerii Baconi*, Anno 1284. mortui *de ſecretis operibus* C. *artis & naturæ conſcriptis, cap.*6. antiquior inventio patet, *quia* in eo pulveris pyrii naturam, virtutem & efficaciam deſcribit.

*Conſtat inſuper id ex Kojalovvizio p.*1. *Hiſtor. Lituana. p. m.* 279. *Lituanas Anno* 1328. Fridburgum & Bejerum in Pruſſiâ obſideotes multam ſtragem ab inſolito hactenus armorum genere accepiſſe: *Obſeſſos enim Crucigeros fiſtulas ferreas*, quæ pulvere pyrio & globis oneratæ, conceptam iutra pulverem flammam evomendo, magno ſimul impetu vehementique cum fragore globum in adverſarios ejicerent, adverſus illos uſurpaſſe: Et ex *Magio lib.*2. *Miſcell. c.*1. ubi teſtatur, Bombardas jam tempore Alphonſi XI. Caſtellæ Regis *Anno* 1343. Et ab Eduardo III. Angliæ Rege 1346. adverſus Philippum Valeſium Galliæ Regem uſurpatas fuiſſe. Ita quoque *Mariana de Reb. Hiſp. l.*16. *c.*11. *in med.* refert Mauros in Algezirâ ab Hiſpanis & ſo- D. ciis dicto anno 1343. obſeſſos ferreos globos ex tormentis cum igne & fragore, pulvereque tormentario ejaculaſſe, & tunc primùm in hiſtoriis tormentorum mentionem fieri. *Item ex Petrarchâ Anno* 1374. *mortuo, qui in remediis utriusq; fort. dialog.*99. jam ſuo tempore bombardarum, quæ horriſono tonitru æneas glandes evomuerunt, meminit: Et *ex Cranzio lib.*8. *Wandaliæ c.*24. ubi refert Chriſtophorum Woldemari Daoiæ Regis filium in prælio bombardâ recenti tunc invento peremtum fuiſſe, quod *Anno* 1361. accidit, ut computat, *Pontan. Hiſt. Danic. lib.*8. *ad hunc Annum f. m.* 491. *Idem f.*507. *ex Chronico Slavico* à Lindenburgico edito, refert jam *Anno* 1360. Conſiſtorium Urbis Lubecæ in totum combuſtum eſſe per negligentiam eorum, qui pulveres pro bombardis parabant. Et ex *Ziglero in illuſtr. Germ. Viris* memorat, A. *Anno* 1354. machinæ tormentariæ fabricam exeogitatam fuiſſe, *ubi plura legi poſſunt.*

*Nec non ex Cruſio p.*3. *l.*5. *Annal. Suevic. part.*3. *cap.*4. *in fine, illas circa annum* 1355. *à prædicto Nigro inventas. Et ex Ejus ſeq. c.*9. *circa finem: Anno* 1372. *Auguſtæ Vindelicorum primò omnium viginti ænea tormenta precio L. majorum librarum nummi in Reipub. uſum fuſa eſſe. Et ex ſeq. c.*12. *in pr. Anno* 1378. *ibidem à Johanno Arovvenſi in atrio Ulrichiano tria ænea tormenta, quorum maximum torqueret globum ferreũ* 127. *librarum: alterum* 70. *minimum* 50. *librarum ad ſpacium mille paſſuum fuſa eſſe*; & *Eundem onerandi explodendiq; artem illas bombardas, quodam peculiari ſalario tradidiſſe tribus tantummodo Senatoribus: Johanni Fendio: Johanni Iſlungo: Et Johanni Fliſchbachio, tàm ſervatam* fuiſſe *tunc* illam *rem adhuc in ſecreto.*

Hos tamen omnes alii rejiciunt, qui à Chinenſibus ante multa ſecula ea inventa eſſe aſſerunt, inter quos B. *Maffaus in Hiſtor. Indic. lib.*6. *p. m.*256. *Joh. Conſalvo Mendoza de Regno China, lib.*3. *c.*15. *Et alii Rerum Indicarum Scriptores. Quæ ſi ita ſe habent, neſcimus quomodo Max. Valignanus in Admirand. Regni Chinenſis referre queat, uſum ſclopetorum & tormentorum bellicorum à Luſitanis ad Sinenſes tranſlatum eſſe; Et quod magis eſt, quâ fide Schalle Soc. Jeſu in Hiſtor. narrat. de Societ. Jeſu in Chinâ. c.*7. *nuperrimè aſſerat, Se primùm* æneorum tormentotum fuſionem Regis juſſu ibi mooſtraſſe ac docuiſſe, & Regem audito primi diſploſi fragore perculſum accurriſſe, tormeotum illud & pulverem inſpexiſſe, ingeniumque ſuum, Schalli, laudaſſe *addens:*

Trivalia illa Europæis miracula deinceps viſa fuiſſe Chinenſibus fuſoriæ artis in hanc diem ignaris. *Quæ circa Annum Chriſti* 1643. *geſta eſſe ex Martino in bello Tartar. pag.*43. *ſeq. conſtat. An ergò dicamus ſolam fuſionis artem* ignotam fuiſſe, *& Sinenſes* ex ferro C. vel cupro antecudiſſe? *An verò totam ſcientiam* tormentorum à Patre illo primò detectam, *quia ſcribit* Regem diſploſione tormenti perculſum, & pulvere inſpecto artem admiratum fuiſſe? *Sed hæc aliis diſcutienda relinquimus.*

Quibus addunt nonnulli à Spiritu quodamò terra clauſtris erumpente Regi cuidam fuiſſe monſtratas talos machinas Artem hanc multivariè criminati, imprimis *Melanchth. lib.*5. *Chronic. ſub Wenceslao Ignavo Imperatore*, ubi ſcribit: *Ingeneris humani perniciem ferale illud bellicorum tormentorum genus fuiſſe inventum Monacho miniſtro & fabro, diabolo architecto.* Ex *Nath. Chytræus in itiner. ſuo Italico* inſcriptionem Venetiis in Armamentario bombardæ trium fiſtularum vel tuborum exſtantis, referens in hoc diſticho conſtantem,

Cerberus evomuit triplici de gutture flammas
Sulphura, ſal, nitrum, fulmina, bella, globos.

D. Quam etiam memorat *Pflaumern in Mercurio Italico ſub Venetiis. p. m.*30.

*Refert quoq; hanc in rem eleganter confectum carmen Salmuth. ad Pancir. dic. tit.*18. in quo continentur ſequentes verſus:

Orbis dira lues, noſtriq; infamia ſecli.
Hoc nova namq; novo cuduntur fulmina fabro
Et Stygia erumpunt Stygio documenta Magiſtro,
Qualia avernalis pandens myſteria templi
Terva Hecate dederat.

*Et Cruſius in Annal. Suevic. p.*3. *l.*5. *c.*4. *in f. ex Arioſto ſequens Italicum carmen:*

O maledetto, ô abominoſo ordigno
Che fabricato nel tartareo fundo
Foſti, per mando Belzebu maligno.
Che ruinar per te deſegnò il mondo.

De

De harum machinarum Inventore vide latè Bellermont. d. l. Beſold. de Jure Belli c.3. Et Patric. de inſtit. Reg. tit. 6.

Conſuli etiam de eo poteſt Nicol. Cabeus Soc. Jeſu in Comm. in Meteorologica Ariſtot. tom. 3. text. 6. quaſt. 5. ubi jam ſuo tempore Virgilium de illo tormento lib. 6. Æneid. verſu 585. & ſeqq.

Vidi & crudeles dantem Salmonea pœnas;
Dum flammas Jovis & ſonitus imitatur Olympi.
Demens! qui nubes & non imitabile fulmen
Ære, & cornipedum curſu ſimulabat equorum.

locutum fuiſſe, contendit, Verum illud rectius de impia imitatione tonitruum explicatur, ut legi poteſt apud Servium ad hunc locum. Et ſimul quaſt. 7. Pulverem nitratum longe ante ſclopos inventum ab antiquis Chymicis & jam ab Archimede, utpote qui ingentia ſaxa maximo ſtrepitu machinâ quadam ferreâ juxta Hiſtoricos in hoſtes projeciſſe dicitur, uſurpata fuiſſe cum nonnullis exiſtimat.

Ad probandum pulveris illius antiquum inventum & quidem ab Alladio vel Allade excogitatum adducunt nonnulli Halic. qui lib. 1. antiq. c. 72. ita ſcribit: Hic, Alladius, Deorum contemptor, commentꝰ eſt machinas, quibus fulmina & tonitrua imitaretur, ut Civibus hoc terrore attonitis haberetur pro Deo. Quod etiam habet Zonar. tom. 2. Annal. in pr. ubi illum Amulium vocat. Referendum etiam huc eſt, quod narrat Leo Imperator in Tacticis. c. 19. §. 51. ignem cum tonitru & fumo ignito per Siphones emiſſum & illo naves incenſas fuiſſe.

Caterùm cum tormentorum horum ſulphureorum incredibilis ſit vis, eorum comparationem cum tonitruu inſtituit. Salmuth. ad Panciroll. Memor. lib. 2. tit. 18. p. 282. Et Joſeph. Scalig. in Orat. de Vienna Obſidione, è quibus hic Oratoriis, ſed non Chriſtianis verbis illa his præfert, ita ſermocinatus: Pace tuâ dicam, Jupiter, fulmina noſtra terribiliora ſunt tuis, age, coge nubes, ut tonare queas, nos etiam te tranquillo iratum regnum tuum facimus. Et notatum quidem eſt ab Hiſtoricis, fragorem vel boatum harum machinarum tàm horrendum & vehementem eſſe, ut in obſidione Oſtendanâ ille Lovanii teſte Lanſ. in Orat. pro Germ. 1. p. 51. In obſidione Metenſi à Carolo V. facta Argentorati duo de viginti milliaribus inde diſtanti ac trans Rhenum etiam ad milliaria quatuor referente Sleidano l. 24. circa fin. Et quod majus eſt, in obſidione Caleſianâ Antvverpiæ, quæ 33. milliaribus Germanicis inde abeſt, audiri potuerit, teſte Thuano lib. 22. p. m. 386. Similiter teſte oculato Cominao lib. 1. Hiſt. 11. Ludovici XI. Galliæ Regis milites præſidiarios ex Lutetiis in hoſtilia Burgundionum caſtra ad duorum milliarium ſpacium globos ex tormentis egiſſe. Nec non quod Alphonſo Aragoniū Rege Maſſiliam obſidente ex inſulâ Pomatiâ, quæ ad tria ferè millia paſſuum Maſſilia oppoſita ſita eſt, ſaxa tormentaria mille quingentorum pondo ad Urbem vel ultra Urbem jacta fuerint. Panorm. de Ejus dict. & fact. lib. 2. n. 4.

VI. Obſervandum hic (1) quod Turca Germanos, immo etiam Europaos magnitudine machinarum iſtarum vincant. Hinc Mich. Baudier. in invent. Hiſtor. general. meminit alicujus à Turcis uſurpatæ, quæ per ſpatium magnæ dimidiæ leucæ emiſerit globum pondere 875 librarum. Et Cluverius in Epit. Hiſtor. p. m. 621. procul dubio ex Chalcocondilâ de Rebus Turc. l. 8. in pr. alicujus in oppugnatione Conſtantinopoleos à Mahumete uſurpatæ, quæ à 70. boum jugis & bis mille viris tracta globum torſerit trium talentorum, id eſt ultra 150. librarum: vide & Leuenclav. Hiſtor. Muſulman. lib. 15. in pr. quæ tunc temporis, nempe anno 1452. vel ſeq. non adeò uſitata omninò fuit magnitudo globi. quanquam Juſtinianus in Hiſtor. Veneta l. 7. f. 130. narret Philippum Vicecomitem Mediolanēſem ex hâc urbe paulò ante hæc tempora bombardas 15. immenſæ magnitudinis, quæ ferreas lapideasq; 300. librarum & amplius pilas emitterent, deductas in obſidione Brixiæ uſurpaſſe: poſtea enim etiam grandiores nonnullis in locis fuſas & repertas eſſe hiſtoriæ tradunt. Refert enim Bireken. in Hiſtor. Auſtr. l. 5. c. 28. f. 886. ſequenti anno 1479. Turcas in obſeſſam Scodram Dalmatiæ urbem globos igneos 750. librarum per tormenta bellica immiſiſſe. Sicuti etiam narrat Pigh. in Hercule Prodicio. p. m. 318. In caſtello Mediolanenſi reperiri tormenta bellica, quæ globos ferreos pondo 800. vel amplius evomere in hoſtem vel adverſam molam poſſunt. Et Gagvinus lib. 10. Hiſtor. Gall. c. 29. Anno 1478. in Galliâ tormentum fuſum fuiſſe, quod globum 500. librarum emiſerit. In Germaniâ maxima Brunſviga habetur, quæ, ſi rectè meminimus, fuſa eſt Anno 1411. die faule Mette/ quaſi agrè mobilis & pigra ancilla, vel potius ad imitationem nominis, quod olim maxima bombardarum die ſcharffe Metze dicta ſit die faule Metze.

Habuerunt etiam Moſcovita præterito ſeculo immane tormentum pilam craſſitudine ſeſquipedalem jacient, & Lupi nomine appellatum, ut refert Oderborn. in vitâ Johannis Baſilidis lib. 3. poſt pr.

Anno 1447. Senatus Erphurtenſis fundi curavit tormentum ingens pondere 114. centenariorū, cujus nomen fuit der Wirth zu Erfurth/ ut refertur in Topogr. Saxon. Super. f. 29. Sed hæc omnia longè ſuperat tormentum quoddam, quod Rex Indiarum Nizam Sciah in Provinciâ Dacan habuiſſe dicitur tanta magnitudinis, ut globum viri magnitudinem exæquantem & 1500 pondera pulveris pyrii recipiat, ſed ob vaſtam illam molem in bello uſurpari non poſſit, & ſaltem oſtentationis causâ fuſum ſit, ut narrat Petr. de la Valle in Itiner. Orientali. p. 4. epiſt. 2. folio Germanicæ editionis 53. Meminit etiam alius tanta magnitudinis, ut in totâ Chriſtianitate ſui ſimile non habuerit, ideoque à Rege Indiarum regni Achem Abrahamo hoc ſeculo filia ſua, cum Regi in Jor nupta eſſet, pro dote ſimul datum fuerit, Arnoldus Broune Anglicus Eques in Itiner. Indico.

(2) Primam machinam talem à Venetis in bello adverſus Genuenſes ad Foſſam Clodiam geſto uſurpatam fuiſſe circa Annum 1380. magnâ cum indignatione & querelâ Herculis Ferrariæ Principis & reliquorum hoſtium, improbum factum uſurpationem talem proclamantium, ſecundum Majol. Tom. I. dier. Canic. coll. 23. p. 760. Sabellic. de Rer. & art. invent. p. 119. Et Guicciard. lib. 1. Hiſtor. p. m. 85. Anno tamen præcedente primùm in dicto bello primas tales bombardas fuiſſe uſurpatas, Blondus decad. 2. Hiſtor. l. 10. f. 378. narrat.

(3) Machinis talibus primò horrenda nomina ad terrorem hoſtibus incutiendum indita fuiſſe: Quomodo Alphonſus Ferrariæ Dux fuſis â ſemetipſo ingentibus tormentis duobus uni nomen magni & terrifici Cacodæmonis vel Grandiabel, alteri Terra motus nomen inſculpi curavit, teſte Jovio in Ejus Vitâ. Et Auctore Hiſtoria Frundsbergeri l. 1. f. 10.

(4) Primo tempore illas ſolùm in oppugnandis & defendendis Urbibus uſurpatas ac propterea trabibus non rotis vel plauſtris impoſitas fuiſſe, ut & in quibusdam locis præſertim Brunſvigæ cernitur & teſtatur Bellonius in obſerv. lib. 2. cap. 2. Tandem verò primùm Bartholomæum Coleonem Venetorum Imperatorem in bello à Florentinis exulibus adverſus Medicæos geſto inſtituiſſe, ut rotis impoſitæ contra hoſtium acies uſurparentur & emitterentur, referente Jovio in Elogiis illuſtr. Viror. lib. 3. ſub illo Coleone. Et paulo poſt Explic. 7. fuſius dicetur.

(5) No-

(5) *Notandum poſt primam tormentorum illorum inventionem & fuſionem nova inventa eſſe media illa faciliori viâ & minori impendio conficiendi ac uſurpandi : Sicuti inter alios hoc ſeculo Cabeus Societatis Jeſu in d. Comment. ad Ariſtot. Meteorologica lib. 6. text. 6. quaſt. 16. memorat de novo tormento à ſe inveute totam conficiendi ejus rationem*, ita ut illud ſaltem quinque diametros & dimidium longum beneficio Cameræ ligneo opereulo probè obturatæ & foraminis ad incendendũ neceſſarii, non in ſuperiori, ſed poſticâ parte infuſi ingeſtoq; ſaltem decem librarum pulvere globum 26. librarum ad 600. paſſus cum magno effectu ejaculaverit, ubi legi poteſt, multa in præcedentibus quæſtionibus ſimul utilia narrans.

Quod etiam de Philippo Mansfeldia Comite refert Hugo in Obſidione Bredanâ f. m. 60. his contractis verbis : *Commodum id temporis (nempe anno 1626.) in caſtra redierat Philippus Comes Mansfeldicus, is adhibità ad artem ſolertiam cum inveniſſet, magno uſui ad bellum eſſe poſſe novum quoddam tormentorum genus, qua majorem haberent uſum mobilitatis, longiusq; globos permitterent, minore pulveris numerô; Per cauſam ejus rei adminiſtrandæ ex caſtris Bruxellam profectus conflari fecerat quadraginta tormenta anea, mortaria item vicena terna ad jaciendas pilas fervefactas. Triginta ex iis tormentis minuſcula librarum non amplius 180. ſingula globos admittebant pondo 6. decem majora librarum ſingula, 750. capiebant pilas pondo 25. Horum uſus, etſi precio pluſquam dimidiato minore, major erat atq; conſuetorum. Minuſcula quippe equis duobus, majora non amplius quaternis celerrimè vehebantur, cum vetera ſingula indigerent ſenis, denis, aut denis octonis. Sphæras ferreas, adhibità tantùm tertiâ pulveris parte jaciebant longius quàm antiqua :* Et paulò pòſt : *Pila verò etiamſi minore pulvere extruſſa eâ tamen causâ longius volabant, quod anearum fiſtularum tubi fundo non pleno, ſed in cuſpidem excavato ignem extremâ fiſtulæ parte (quà tubi centrum eſt) comprehenderent, contra veterem tormentorum morem, quibus ſupernè inter pilam & planitiem fundi ignis inferebatur.* Ubi ſimilem effectum mortariorum refert.

Tandem Suecia Regem Guſtavum Adolphum cum magnâ utilitate & parvo impendio *coriaria tormenta inveniſſe*, atque uſurpaſſe, de quibus legi poteſt *Landsberg. in Bello German. l. 2. p. m. 109. & 327.*

VII. Quærunt hîc Politici & Theologi, An liceat Chriſtianis in bellis tormentis hiſce uti?

Pro Negativâ affertur,

(1) *Quod ſint inventa Satana* ſecundùm Autores præallegatos & imprimis *Melanchth. d. l. & Polyd. Vergil. de Rer. invent. lib. 3. c. 18.*

(2) *Quod illarum uſus* omnem excludat militis fortitudinem, cum nemo tali Furiæ ſecum effectu opponere, vel cum eâ certamen roboris inire queat.

Hinc cum Bartholomæus Coleo Venetorum Dux & Florentinorum Socius atque Auxiliator emiſſa ex Spingardâ (machinarum talium ſpecie) pilâ *Herculi Ferrariæ Principi* calcaneum deterſiſſet, ille malignè & barbaro more Coleonem Venetorum copiis Præfectum feciſſe, dixit : *Qui Vires fortes gladio atque haſtâ pro virtute & gloriâ dimicantes, inuſitatâ ac horribili pilarum procellâ ſternendos curaret, Jovius in Elogiis Viror. illuſtr. lib. 3.* Et *Archidamus* Ageſilai filius cernens catapultam aliquam ex Siciliâ illatam, exclamat : *O Hercules, actum eſt de virtute Viri. Plutarch. in Lacon. apophth. 45. Cum verè demùm fortitudo objectum habeat res terribiles fortitudine, & animi vigore ſuperabiles. Ob illam ſanè cauſam* in pu-

A. gnâ cum Sfortiâ & Ludovico Gallo initâ *Alphonſus* tormenta ſua in locum, quem Sfortia occupaverat, dirigi & explodi vetuit, ſimileque ab illo obtinuit, ut memorat *Collen. lib. 5. Hiſt. Neapol. p.* 400. Conferri poſſunt, quæ præfatus *Vergilius lib. 2. c. 11.* notavit.

(3) *Quod non ut cætera arma* ſolùm lædat hominem, vel aliquam ſaltem ejus partem ita ſauciet, ut ſanari poſſit, *ſed ita plerumq;* illum, nec verò unum, verum & plures uno quatiat & dilaceret ictu, ut nullo modo curari poſſint, ſed miſerè pereant. Hinc *Polyd. Vergil. d. l. 3. c. 18.* ſcribit, *nihil terribilius ab hominum genere excogitari potuiſſe, & ejus auctorem vocat hominem ad exitium humanum natum.*

Pro affirmativâ *verò pugnant ſequentes rationes:*

(1) *Quia bella citius finiuntur*, & victoria cum minori militum jacturâ acquiritur, ut inter alios ratiocinatur *Konig. in Theatro Polit. parte 3. c. 6. inf.*

(2) *Quia obſeſſa civitates & arces* per ea facilius

B. occupari vel ad deditionem cogi poſſunt, adeoque hoc etiam in caſu illa adeò citius finiendum bellum conducunt.

Verùm ad hac facilè reſponderi poteſt, quia (1) *utilitas* illa, quæ ex uſu tormentorum horum provenit nihilominùs contra honeſtatem & fortitudini adverſa, adeoque nullo modo cum damno inde oriente comparanda, quinimò nondum probata eſt, dum tormenta illa immenſas ſtrages hominum edunt.

(2) *Utilitas illa*, quam obſidens Urbem ex tormentis habet, contraria obſeſſorum utilitate facilè compenſatur, ut notum eſt. Adeoque

(3) *præſuppoſitum illud citioris belli finis falſiſſimum eſt*, uti inter alia bellum nuperum Germanicum per triginta annos geſtum & Cretenſe, in quo per tot annos *Candia* Metropolis tormentis iſtis quaſſata fruſtra licet poſtea ob ſuppetiarum defectum dedita fuit, ut de Oſtendanâ obſidione nihil dicamus, ſufficienter

C. demonſtrat.

Si quà tamen licitè uſurpanda ſint, illorum uſus propriè ad obſidendas & ſuperandas Urbes ac arces reſtringendus foret, ſicuti etiam primò ad illum ſolùm adhibita fuerunt effectum : *nam in acie* ob miſerabilem hominum ſtragem à Chriſtianis contra Chriſtianos ſine manifeſtâ barbarie & feritate uſurpari non poſſunt, *præſertim*, quia miſelli milites ſine ullâ motione juxta diſciplinam hodiernam militarem illorum globos ſuſtinere debent, & virtute tamen tantam vim amoliri non poſſunt.

Tandem ad has inventiones bellicas referri debet Ignis gracus, per quem ſub aquâ aliquid ex longinquo incendi potuit; ut de navibus Saracenis factum fuiſſe refert *Georg. Cedrenus ſub Imper. Conſtantino Pogonato. Zonaras Tomo 3. ſub Eod. f. 135. & Sigebert. Gemblac. in Chronogr. ad an. 678. Sicuti etiam Imper. Conſtant.*

D. *Porphyr. de Admin. Imper. c. 48.* illum ſub Eodem uſurpatum fuiſſe narrat, & mentionem illius faciunt *Georg. Phranza l. 1. Hiſtor. c. c. 36. Houeden. in Annal. Angl. Parte 2. f. 680. & 692. Nicet. in Ann. ſub Iſaaco Angelo l. 1. circa f. Mar. Sanutus l. 3. Hiſtor. parte 10. c. 4. Arnold. Abbas l. 3. Chron. Slavor. c. 30. & Vincent. Bellovac. in Speculo Hiſtor. l. 30. c. 83. Rob. Monach. lib. 8 Hiſt. Hieroſol. f. 69. & Bald. Archiep. l. 3. Ejusd. Hiſtor. f. 125.*

Et quidem Cedr. & Zonar. dd. ll. illius inventorem vocant Callinicum, Sigebertus verò d. l. corruptè Balinicum habet. Et licet *d. Imperator Conſtantinus ibidem etiam Callinici* mentionem faciat : *videtur tamen* illum non pro inventore, ſed ſaltem præparatore habere. Sicuti etiam *Cedren. d. l. celebrem illius artificem ſuo tempore Lamprum fuiſſe memorat. Contra Cardanus de ſubtil. lib. 2. primum auctorem nominat Marcum Gracchum. Sed Imperator Conſtantinus*

Porphy-

Porphyrogenitus de Adminiſtr. Imperio c.13. p.26. & ſeq. ignem hunc Conſtantino M. per angelum oſtenſum, ejusq; confectionem ab illo indicatam fuiſſe cum inhibitione, ne illa aliis quam Chriſtianis, & quidem in imperatrice urbe communicetur, ideoque illum per ſiphones efferre, tradit; quod poſtremum idem etiam d.c. 48. repetit, ac Nicetas d.l. ita narrat, ut ſcribat illum in vaſis occultum, ac ſubiti fulguris inſtar emicantem, omnia, quæ contigerit, incendere. De quo etiam legi poteſt *Leo Imperator in Tactic. c.19 §.51. & P. Maimbourg en l'Hiſtoire des Croiſades Tome 3. p.198. & ſeqq. & Tome 4. p.229. & ſeq.* ubi ejus deſcriptionem & effectum refert: A.

Sed hic ignis jam deperditus eſt, auctores tamen ejus confectionem deſcribentes vide apud Salmuth. ad Pancirol. l.2. tit.19. & confectionem ipſam apud Valtur. l. 11. de Re Militari c.9. & Scalig. ad Cardan. Exercit. 13. diſt. 3.

An tormenta noſtra antiquis machinis ſint præferenda vide apud Amirat. l.19. diſc.3. Machiavell in diſcar. ad Liv. l 2. c.17. Et Thomam Bozium de robore bellico c.8. f.m.300. & ſeq. qui diverſas opiniones fovent. B.

Et quamvis negandum non ſit, veterum tormenta & machinas, utpote arietes, catapulta & balliſtas maximâ, & incredibili fere vi polluiſſe, *ſiquidem* iis firmiſſimos muros cum turribus brevi tempore ſubruerunt, & ingentium ſaxorum immiſſione maxima damna intulerunt, ut inter alios *Joſeph. de obſidione Hieroſolyma l.6. de Bello Jud. c.7.8.10. & 11. ac præc. l.3. c.9.* de oppugnatione Jotapatæ narrat, *referens ſe ſpectante per injectum ex tormento ſaxum, cuidam defenſorum caput avulſum, ejusq; calvariam ad tertium ſtadium projectam, & ex prægnantis fœmina utero transjecto ad dimidium ſtadium infantem abactum eſſe.*

Attamen noſtris tormentis præſertim in hoc ſeculo, tùm propter illorum magnitudinem & multitudinem, *tum* propter ignitorum globorum, granatarum & ſimilium rerum ejaculationem, *tam* in prœliis, *quàm* ob ſidionibus longe majorem ineſſe vim ex collatione veterum & recentium hiſtoriarum notum eſt. C.

VIII. Notandum hic omnes bellicoſas Nationes in primis verò Romanos fabricas ad arma cudenda variis in locis inſtituiſſe, & ſummâ curâ conſervaſſe, *ſicuti etiam hos in imperio Orientis illarum quindecim & Occidentis novendecim habuiſſe ex Notitiâ utriusq; imperii cap.66. & ſeq. item cap.31. & ſeq. conſtat. Sicuti etiam Veget. l.2. c.11. quamlibet legionem* ſuam fabricam ſcutariam, loricariam & arcuariam habuiſſe, & iis fabris proprium præfectum & judicem fuiſſe narrat. *Et Mithridatem oppidatim tales inſtituiſſe, memorat Appianus in bell. Mithridat. p.m. 230.*

Et contra fabricas hoſtium diruiſſe, & vi bellicâ oppreſſit ademiſſe. Ita Philiſtæi caverunt, ne eſſet faber ferrarius in Iſrael, 1. Sam. 13. v.19. & ſeq. ac arma iis prohibuiſſe, ſicuti fecit Xerxes Babyloniis, referente Plutarcho in Apophth. Regum, num.6. Et nos ſupra hoc libro part.1. cap.4. in fin. ex parte diximus. D

Plura de armis vide præc. Explicatione notata.

Inventa verò ſunt ad arma, tela & machinas, item pulverem pyrium, funes incendarios, & cætera inſtrumenta bellica ibi congerenda & aſſervanda *armamentaria publica, de quibus ſupra lib.1. cap.7. th.2. Expl.8.* ſcitu neceſſaria quædam annotavimus.

TH. VI.

Amici & Socii fideles atq; potentes in tempore & ante belli principia comparandi.

Explic.

I. C*Um belli alea ita dubia ſit, ut nullum momentum expers periculi ſit*, & ſæpe unico infelici ſucceſſu omnis belli Ducis, & ſuorum ſalus ſubverti poſſit, *omni ſtudio in id incumbendum illi eſt*, ut vicinorum, vel non ita longè remotorum amicitia & ſocietas ſemper ante inchoatum bellum ac perpeſſum damnum, cum aliàs rebus ancipitibus nemo niſi ex obligatione ſe immiſceat, pro fulcro ſit, quo rebus deſperatis eorum viribus ſuas reparare, & hoſti iterum obviam ire queat, *quia ſecundum Demoſthenem Orat. in Philipp.1. adjungere & adhærere illis volunt omnes, quos inſtructos eſſe videat, & ea, quæ opus ſunt, aggredi velle.*

Ubi tamen notandum, amicum a ſocio ita ferè differre, ut ille quidem, ſi non vi pactorum, ex ſolâ tamen propenſione nobis ad auxilia ſubminiſtranda, tunc teneatur, ſi abſque ſuo periculo & damno id præſtare poſſit, aut ſi illud certis de cauſis recuſet, ab illius tamen invaſione & hoſtilitate ſecuri ſimus. *Vel brevius*, ut licet nobis beneficium aliquod conferre nolit, tamen nec fraudi vel periculo eſſe poſſit, & *duplici quidem in caſu*, ut & hoſti noſtro per amicitiæ vinculum ſe miſcere honeſtè nequeat, & nobis remotioribus in locis bella gerentibus à tergo periculum ciere non poſſit, quâ de causâ prudentes belli Duces, ſi à tergo tuti non ſint, à bellis aliis inferendis ſe omni modo abſtinent *ad exemplum Theodoſii, ad quem Drepanius Panegyr. XII. cap.32. qui bellum moturus primam fidem Regum, quibus limes Orientis ambitur, datâ & acceptâ dextrâ firmas, quo foris ſecurus ageres, ſi nihil ſollicitum & ſuſpectandum domi reliquiſſes.* Adde, quæ *Freinsh. ad lib.3. Curt. cap.1. §.19.* notavit. *Hic verò puta ſocius ad opem nobis ferendam juxta tenorem tabularum etiam cum periculo aſtrictus ſit.*

Cum verò omnis amicitia & ſocietas in aliquâ fundata ſit utilitate, & hæc duplex ſit; Communis, ſi nempe æquali emolumento & fœdere bellum ac res geratur; *Et ſeparata*, quando nempe ob auxilium certum præſtitum, certa quædam rependitur penſio vel numeratio, *prudens belli Dux accuratè mentem ſocii ſui exquiſcetur, an ille utilitati ſuæ & proprio commodo deditus ſit, nec ne? Priori enim modo facilè conjicere poteſt, talem non usq; adeò fidum futurum, ſed facilè ab hoſte promiſſis, & donis amplis interverti poſſe, & inter verſum iri. Cæterùm de fœderibus ſupra hoc libro parte 2. Sect.2. c.10. ex profeſſo actum eſt*, ubi eorum cauſæ, forma, finis, effectus & reliqua accidentia videri poſſunt.

II. Monent Politici

I. Cum vicino potentiori fœdus non facilè, nec ſimpliciter ineundum eſſe, ut d. part.2. ſect.2. c.10. th.3. explic.3. deductum eſt, *ſed ſi quà ejus auxilio carere vicinus non poſſit; illud tantùm ad certum tempus, & talem copiam vel numerum, qui illi formidoloſus non ſit, reſtringendum eſſe, ne ille* animadverſis ſocii dolis diutius, quàm ſibi utile videtur, in ejus ſocietate permanere cogatur, *& hic* ex ſocio ſpe viribus ſuis majoribus illum ſupprimendi ſub aliquo prætextu hoſtis evadat, *vel bello confecto* è provinciæ illius finibus abſque immenſarum expenſarum refuſione ac præſtatione recedere nolit, *quia &* partem terrarum pro ſido auxilio ab illo exigere velit ac poſſit, de quô egregiè diſſerit *Perſeus apud Livium lib.44. cap.26. Tradit hinc pro firmo documento & exemplo probato Id. lib.25. cap.33. non ita externis credendum eſſe auxiliis, ut non plus ſui roboris, ſuarumq; propriè virium in caſtris quis habeat. Et Vegec. lib.3. cap 1. in fin. illam ſervatam eſſe rationem, ne unquam amplior multitudo ſociorum auxiliarium eſſet, quam Civium Romanorum. Quod etiam monet Imperator Mauricius in Strateg. lib.8. cap.2. & Leo in Tacticis c.20. §.60.*

Ita

ki a Galli à Bythiniæ Rege in auxilium vocati numero A. valentiores partâ victoriâ Regnum cum eo diviſerunt, *Juſtin.lib.25.cap.2. Idem Athenienſibus exprobrat Hermocrates apud Thucydid.in Orat.de Pace ad Siculos lib. 4.p.m.*183.his verbis: *Athenienſes potentiſſimi omnium Græcorum noſtra errata ſtudioſè obſervant, paucique navibus adventare, & ſub legitimo ſocietatis titulo inſito odioſis ſua commoda callidè dirigere ſolent. Sed his pejorem ſe exhibuit Philippus Macedoniæ Rex, qui ſocias Græciæ Civitates hoſtiliter occupatas diripuit, Conjuges, liberosq́ȝ omnium ſub corona vendidit, nec Deorum immortalium templis pepercit*, ut refert *Juſtin. lib.8. cap.3. Sic etiam Saxones à* Brittonibus Anno Chriſti 450. vel 449. ut tradit *Willielmus Malmesburienſis de geſt. rerum Anglor. lib.1. in prin. Et Henricus Huntindonienſis lib.2. Hiſt. Angl. in prin.* auxilio contra Pictonum Scotorumq́ue incurſiones adhibiti illos ſede patriâ poſteà ferè expulêre, & tandem certam ac optimam B. inſulæ partem ſui juris facientes, per aliquot ſecula eam obtinuerunt, unde & *transmarina Saxonia dicta; Et regnum Oſt- ac Weſt Saxonum ortum de quo prædictus Malmesbur. d.l.c.2. & c.6. agit. Et quorum prius Huntindonienſis dict.lib.2. Anglice, Eſtſexe*, ſive Orientale, *& poſterius Weſtſexe* ſive Occidentale Saxonicum vocat. *In Univerſum verò hic ſeptem regna à Saxonibus fundata eſſe ſcribit lib.1. circa princ. nimirum præter prædicta duo Kent.* **Sudſeäx / Eäſtangle / Merce / & Nordhumbre** / ubi videndus, *Malmesburienſis nominat d.l.1. Cantia, WeſtSaxonum, Nordhanimbrorum, Merciorum, Orientalium Anglorum, & Orientalium Saxonum. Et addit. c.6. Southſexiam aliquanto ſaltem tempore habuiſſe proprium Regem*, ubi videri poteſt: *Et illi Anglo Saxones vocati*, uti poſt prædictos & alios patet ex *Arcturo Duck de Auctorit. Jur. Civil. lib.2.c.8.them.10. Gildâ de excidio Britannico, & Camdeno in Britannia.p.m.45.& ſeq.* C.

Imperii ſanè Conſtantinopolitani jactura improvidè à Turcis petito majori auxilio adſcribitur à Leunclav. lib.1. Hiſt. Muſelm.p.m.27.

De Johanna Neapolis Regina, vide Auct. Bellator. Prudent. & Polit.c.3.p.m.16.

Quomodo Tartari in auxilium à Sinenſibus contra perduellem & regii ſanguinis interfectorem ac Imperii Tyrannum Licungzum vocati illius imperii domini facti ſint, videri poteſt apud Martin. de Bello Tartarico. p.m. 48.& ſeq. & Nenhoffium in Itinerario Sinico c.19. p.m. 417.& ſeq. Et eadem fabula etiam noſtris temporibus acta eſt. Quomodo ſimiliter Alenſonius ſub ſpecie auxiliorum Belgicas provincias ſibi ſubjicere anniſus fuerit legi poteſt apud *Reidan. l.2. Annal.f.m.46. & ſeqq.* quâ & de causâ egregiè ita ſentit Rupert. ad Flor. lib.1. c.16. §.1. *Quâcunque cerusſâ pingatur hæc auxiliatorum opera, docent infinita exempla, plerumque hos tales non incolumitatem ſociorum, ſed emolumentum* D. *ſuum & imperium ſpectare. Optimè ergò judicat Auct. Bellator. Prudent. & Politic. d.c.3.p.16.* ita ſcribens: *Quævis princeps potius experiatur remedia, quam ut exuberantem militum auxiliarium copiam appetat: maximè ſi neceſſe habuerit ab illorum dependere arbitrio. Quodvis potius cum hoſte pactum ineat: Securius hoc ipſi, quam ſuſpectarum copiarum auxilia. Suadet hinc Mauricius d.c.2. Auxilia potius ex diverſis nationibus, ſi fieri poteſt, petenda eſſe, quia ita minus conſpirare poſſunt in ſcelus. Adde, quæ ſeq. c.4. th.2. expl.5. quæſt.2. adducta ſunt.*

Obſervandum hic Romanorum callidum inventum, qui omnium viribus pares quibuscunque modis ſocios ſibi quæſivêre finitimos populos & dolum virtuti addentes ſub ſpecioſo amicitiæ ac ſocietatis velo multis impoſuêre, in omnibus Provinciis maximè potentes populos ad ſe trahendo, quo ab exteris bello petiti circum circa ſocios in perpetua quoque ſtatione pro ſe excubantes haberent, in bello verò invaſivo ſeu civili copias undique contrahere, & ſic conatus hoſtiles in ipſa, quod dicitur, herba, ſupprimere poſſent, de quo ſupra *c.1. th.8. expl.1.* fuſius actum.

Hinc à Livio lib.34.c.56. tres ſpecies ſociorum recenſentur (1) bello Victorum: (2) æquali fœdere confectâ pace ad ſocietatem accedentium: (3) ſponte abſque præeunte bello vel inimicitiâ in æquale fœdus coeuntium.

Et acceſſione quidem talium ſociorum in tantum Romanorum crevit potentia, ut toti Orbi formidabilis fuerit, præſertim cum omnes hi vi tabularum confectarum, & ex parte ab *Halicarn. lib.9. c.13. & 14. & lib.10. c.25.* relatarum ad certa ſubſidia Romanis obſtricti fuerunt, *ita, ut* non rarò auxiliares vel ſociales hæ copiæ numerum Urbanarum æquarint, ſicuti de bello Hetruſco idem memorat *d.c.13.* vide etiam *Polyb. lib. 6. c.28. Livium l.3.c.22. & Appian. l.1. Bell. Civil. p.m. 634. ubi de bello ſociali agit.*

Notandum hic duximus ſingulare auxilium, quod Henricus VIII. Angl. Rex Carolo V. Imperatori adverſus Regem Galliæ miſit, nempe 400. canes cum totidem militibus, referente *Olao Magno lib.17. Hiſt.c.7.*

Similiter Hiſpanos adverſus Indos ſecum in bellum & prælium duxiſſe canes, ex Hiſpanicis Scriptoribus, & in ſpecie P. Cieza conſtat, & refert Camer. Cent.1. Operæ ſubciſ.c.38. Militem quendam Hiſpanum in illa expeditione ſecum adduxiſſe moloſſum tanta ferocitatis, ut in præliis hoſtibus terribilior eſſet, quàm ipſimet Hiſpani milites, ideoque ejus Domino menſtruum ſtipendium peculiare pro illo numeratum fuiſſe: plura vide apud Eundem cent. 2. c. 94. & à Nobis infra d.c.5. th.7. expl. 3. notata.

2. *Si qua fieri poteſt, ne ſocios, & quidem plures aſſumere, quis neceſſitate ducatur, melius eſſe, ut abſque illis bellum geratur, quoniam ex prudenti Comines judicio l.1. Comm. c.16. his verbis lato. Mihi videtur potentiorem eſſe aliquem Ducem, qui decem millia militum & gubernare & alere poſſit, quàm decem alios, quorum cuique pars conditione ſex ſubſint millia, confœderatos, uti velint, inter ſeſe, cum horum conditionis tot quotidiè infeſtandæ occurrant cauſæ, ut conciliandis & ſuſtinendis in amicitia mutua animis neceſſe habeant plus mediâ parte temporis impendere, ut taceam, quibus machinis opus ſit ad perſuadendum ſingulis, quod concludere atque exſequi in univerſum uſus poſtulat. In tali ſocietate plus damni quàm commodi intervenit. Cum quo conſentit Guicciard. parte 2. Hypomnes. Polit. p.98. ita ſtatuens: Uſu eſt compertum, & id ipſum ratio docet, ea, quæ ex multorum voluntate pendent, nunquam felicem exitum habere. vide ejusdem de plurium belli ſociorum damnis judicium l.1. Hiſtor. p.m.6. Id quod exemplis multis conſtat, inter quæ ſaltem ſequentia adducemus: cum Carolus V. Imperator* exercitum Smalcaldenſium confœderatorum maximum & florentiſſimum prope Ingolſtadium ex ſpecula conſpiceret, & omnes Germanos eſſe perciperet, dixit, *celeriter hi & pecunia & conſilii inopiâ conflictabuntur, ut inter alios refert Joach. Camer. in belli illius deſcriptione circa med.*

Quod etiam confœderatus Landgravius Philippus ipſe ſenſit, ita loquendo: ego nunquam ſuadeo hoc bellum, quia non ſuccedet conatus noſter, eò quod non regatur uno capite, aut conſilio. Philipp. in locis commun. Manlii, p.261. & eventus docuit. Cum Chriſtianorum confœderata maxima claſſis anno 1571. à Turcis celeberrimam iſtam victoriam ad Echines reportaſſet, per animorum & conſiliorum diſcrepantiam inter confœderatorum Duces ortam, illius proſequutio impedita fuit, & quamvis ſequenti anno confœderati ingentem claſſem contra Turcas iterum emiſiſſent, ambæque hoſtiles claſſes jam ſibi occurrerent, eadem tamen nihil actum eſt, quolibet

navarchâ cum ſua propria claſſe curſum in hyberna relegente, ut inter alios apud *Thuanum, l.50.f.m.951.& ſeq. ac l.54. f. 1034. & ſeqq. & Juſtinian. l.16. Hiſt. Venet. f.346.& ſeqq. & in ſpecie f.350.*

Imo procul dubio nuperum ab Imperatore noſtro invictiſſimo & Statibus Imperii cum Rege Gallarum geſtum bellum ob nullam aliam cauſam, quam conſiliorum & virium disjunctionem ſperato effectu caruit. Junge his, quæ habet à Jena De Ratione Status Diſſ.9. th.1. & 2.

Pertinet huc Soldani Babyloniæ ſequens de ſuo proprio & hoſtium (Chriſtianorum) confœderatorum exercitu judicium. *Meus Exercitus ſimilis eſt ſerpenti habenti plures caudas & unum caput, quod omnes caudas ad libitum poſt ſe trahit, Chriſtianorum vero vice versâ ſerpenti plura capita & unam caudam habenti, quæ illorum contrarios appetitus non poteſt ſequi*, ut refert *Sanutus l.3.Hiſt.Orient.parte 15.c.17.*

III. *Conſignanda hic ſunt duo.*

Prius arcanum Magnatum, *quo* quosvis ſocios aſſumunt, ut ſub prætextu illorum defendendorum anſam belli habeant in alias nationes, *uti Cicero à ſuis Romanis factum fuiſſe expreſsè teſtatur 3.de Republ.* de quo etiam *præc.c.1.th.8.expl.1.* diximus.

Poſterius Axioma, quo fœderati ſibi cavere debent à propriis commodis neglectis communibus curandis, *cum ita* nihil aliud niſi jactura communis utilitatis & boni ſequatur, uti omnium temporum hiſtoriæ teſtantur, imprimis verò *Gratianus in Bello Cyprio lib.4.p.m. 406.& ſeq.& l.15 p.m.469. ac 481. & ſeqq.* prudenter annotavit, ubi videndus. *Cui adde Forſtn. ad l.1. Ann. Taciti c.10. verba poſt Antonium.*

Quod ut obtineatur notanda hic ſunt ſequentia, ut (1.) *concilium bellicum* conſtituatur, in eo omnia communicato conſilio deliberentur, & concluſa ſtrenuè perficiantur, *ne dum ſinguli pugnant, omnes vincantur, ſecundum illud Tac.in Agric.c.12.* (2.) *occupata loca & obtenta præda bellica* in commune conferatur finito demum bello inter confœderatos ſecundum proportionem auxilii & collatæ pecuniæ dividenda, *ne dum ſinguli* prædam ad ſe rapiunt, inter eos contentio vel plane ruptio fœderis, vel tandem inimicitia in bellum ſæpe erumpens oriatur.

Plura de ſociis legendis vide præc.p.2. ſect.2. c.10. th.2. expl.2.& th.3.expl.3. & ſeqq.

Quæſtio huc pertinens: Utrùm medietas inter vicinos belligerantes ſit amplectenda? *præc.c.1.th.9.Expl. 5.* tractata eſt, ubi videatur.

TH. VII.

Antequam Exercitus per Vicinorum ditiones transducatur, innoxius tranſitus ab iis debito & amicabili modo petendus eſt.

Explic.

QUod tranſitus Jure Gentium & Vicinitatis petenti exercitui & pro damno cavent i debeatur, adeoque denegatus ferro aperiri poſſit, ſupra c.1. th.9. expl.1. n.2. demonſtravimus.

Hæc nonnulla, quomodo tranſitus præſtari & perfici ſolitus olim fuerit & nunc ſoleat, annotabimus. Et quidem ex antiquis hiſtoriis conſtat, jurejurando quandoque à tranſeuntibus indemnitatem promiſſam, & à dominis loci forum publicum ubicunque tranſitus fieret, inſtitutum ideò fuiſſe, ut tranſeuntes pro pecunia victum capere poſſent. *Indicat hoc etiam Moſes Deut. 5.v.26.& ſeq.*

Et, quanquam in ſingulari caſu, Xenoph. lib.2. de Exped.Cyri, n.281. ubi refert hæc verba, quæ Tiſſaphernes Artaxerxis Caduceator adverſus Græcos tranſitum pactos profert: *Si ubi forum non ſuppeditaverimus, poteſtatem vobis faciemus, commeatum ex regione noſtra*

A. *ſumendi. Vos viciſſim jurejurando nobis pollicemini, tanquam per regionem amicorum ſine ullo damno iter facturos: ac ſi forum non præbuerimus eſculenta, & potulenta ſumturos: ſin forum inſtituatur, commeatum precio numerato redemturos.*

Quid apud nos in Romano Imperio jam obtineat, ex nupera Conſtitutione Pacis ſive ejus inſtrumento percipi poteſt: Ita enim *in ejus fine* ordinatum eſt, *Quoties autem milites quavis occaſione aut quocunque tempore per alterum territoria aut fines aliquis ducere vellet, tranſitus hujusmodi inſtituatur ejus, ad quem tranſeuntes pertinent, ſumptu atque adeo ſine maleficio, damno, noxáque eorum, quorum per territoria ducuntur. In Conſtitutionibus Imperii noſtri*, & quidem *R. J. de anno* 1641. §. die Durchzüge ſollen. expreſsè continetur, quod tranſitus tales Ducibus circulorum, & Principibus convocantibus in tempore debeant ſignificari &

B. ſecundum ordinationes Imperii perfici.

Quibus addendum in genere deberi tranſitum illum in tempore peti, quo Dominus loci & annonam pro pecunia citò comparare, ac ad loca, per quæ ille inſtituendus, dirigere, Commiſſariosque ad deducendum ſine noxa exercitum, ac pro illo ſtationes ordinandas conſtituere poſſit. *Requiri etiam quandoque ſolet* ab his, ut per literas, reverſales dictas, vel per prædesante de indemnitate caveant. Plura vide apud *Felrman, in ſpeciali Tr. De hoc tranſitu, th.32. & ſeqq.* ubi quatuor cautelas affert & legi poteſt. & *Adrianum Bejerum in ſimili ſpeciali Diſcurſu.*

TH. VIII.

Hactenus Apparatus bellicus: Sequitur Primordium, nempe Clarigatio, quæ juxta communem doctrinam eſt ſolennis & neceſſaria

C. belli denunciatio, per perſonam publicam, voce vivâ vel literis facta.

Explic.

I. *QUamvis in Divino verbo Deut.20. verſ.10. Judic.c.11.verſ.16.fundata, & aliis Gentibus, inter eos, Corinthiis & Corcyræis, teſte Thucyd.lib.1. p.m. 13. uſurpata belli denunciatio ſit, attamen ſolennis forma vel modus à Romanis ferè introductus eſt.*

Decreta enim ſunt bella apud Romanos antiquitùs non à Regibus, nec à Conſulibus, neque à Populo, ſed à Collegio Fecialium, quod teſte Halicarn. lib.2. de Antiq. Rom.c.73.& 74 à Numa inſtitutum creditur.

Collegio huic, ſi populo illi controverſia cum alio intercesſerit, cauſa cognitio commiſſa fuit, & illâ legitimâ deprehensâ, incubuit aliquos collegarum ad partem lædentem mittere, ad Jus Populi repetendum, eoq; obtento, of-

D. *fenſam amicabiliter componere, negato autem, bellum indicere, & Populo Romano Exercitum in hoſtes movendi licentiam concedere.*

Vice versâ illi in controverſia ab extraneis adverſus Romanos motâ iterum Judices erant, & ſontes deprehenſos hoſtibus noxæ dedebant, adeoque arbitri pacis bellique erant, nomenque Fecialium inde à Jure faciendi belli vel pacis, juxta Sext.Pompej. vel à fidei publica patrocinio, ſecundùm Varron. de Lingu. Latin. lib.4. n.15. ſortiti ſunt.

Collegium hoc faciendi fœderis, pacis ſanciendæ, vel belli inferendi tempore, quendam Collegarum ex ſuo Ordine Oratorem creabat, & ad partem adverſam mittebat, cujus munus erat, proponere negocia nomine Collegii & populi, fœdera facere, Juramenta patrare, qui inde etiam Pater Patratus nominatus eſt, ſecundùm Livium lib.1.c.24. Quamvis aliàs nominis hujus rationes afferat. Plut. in Quæſt. Roman.c.62. ubi videndus.

Obſer-

Obſervandum hîc certas quondam ſolemnitates circa belli indictionem Romanos uſurpaſſe, & inter illas uſitatum fuiſſe, ut haſta ferrata aut ſanguinea præuſta in fines hoſtium immitterentur aut injicerentur: ut Livius lib.1.c.32. Xiphilinus ex Dione l.71.f.m.814. Feſtus Pompejus lib.8. & Amm. Marcell. lib.19. poſt pr. teſtatur. Idq; etiam refert Ovidius l.6. Faſtor. v.207. & ſeq. A.

Hinc ſolet haſta manu, belli prænuncia, mitti,
In Regem & gentes, cum placet arma capi.

Idque etiam poſtea à Barbaris uſurpatum fuiſſe, ex *Marcell. d. l.* apparet. *Cujus rationem eruditi hanc reddunt, quod* per haſtam utpote tunc temporis primarium telum & imperii ſignum omnis hoſtilitas cum imperio in occupatam hoſtilem terram & ſubditos indigitata fuerit, *ſicut prius etiam indicat d. locus Ammiani, poſterius Diod. Sicul. lib.17.c.19. in pr. Ubi refert Alexandrum M.* in Perſidem profecturum, è navi in littus *haſtam* ejaculatum eſſe; *terramque* primum navigio egreſſum quaſi captivam occupaſſe. *M. Anton. Philoſ. Imper. etiam haſtam ſanguinolentam*, quæ in templo Martis repoſita erat, verſus agrum hoſtium contorſiſſe, & deinde contra hoſtes profectum eſſe, refert *apud Dion. Caſſium Xiphil. lib.71.f.m* 814. *Ex quo ipſo loco quidam deducunt, Romanos dilatato imperio hoſtibus remotis bellum non amplius per fecialem indixiſſe, ſed ſaltem haſtam talem vel illam prædicto modo adverſus eam partem vel plagam, ubi hoſtis ſe contineret, jactam fuiſſe à belli Duce, fuiſſeque ibi ante portam Carmentalem columna, bellicam dictam & belli indicem, ab eaq; haſtam illam ex temple Martis deſumtam, verſus hoſtem jactam eſſe,* ut tradit *Gabr. Simeonius in Obſerv. antiquis, & Martianus lib.6. Topograph. Romana.* B

Hoc tamen & poſtea mutatum, & pro haſta Gallum gallinaceum uſurpatum fuiſſe refert Tzetzes Chiliad. 5. c.15. Similiter nonnullæ gentes gladium vel acinacem denudatum mittere hoſti ſolent, cujus exemplum de Stephano Poloniæ Rege narrat Oderborn in Vita Johannis Baſilidis l.3. poſt pr. Cum enim ille gravibus de cauſis ad bellum huic indicendum impelleretur, Legatus ejus eum ad Baſilidem introduceretur, ſtrictum gladium per plateas ſibi à miniſtro præferri juſſit, eumque admiſſus Baſilidi futuræ ultionis indicem, unà cum literis Regiis, bullis aureis conſignatis tradidit. *Aliud exemplum de Demetrio Moſcorum Duce, ſeq. explic.5. relatum eſt. Aliud iterum de Ulrico ab Jungen* Magiſtro Pruſſiæ Uladislao Regi Polonorum duos nudos gladios mittente refert *Mechovius in Chronico Polonico l.4.c.43. in f.* C.

Idem l.3.c.7.f.m. 66. refert Swiatopolckum Moraviæ Ducem Boleslao Poloniæ Duci binos clypeos, blancum & rubrum miſiſſe, per eos ſignificans, ut pacem & pugnam per unius horum acceptationem eligeret.

Ceterùm de univerſo Fecialium munere vide Halicarn. d. l. cap. ſeq. Et Plutarch. de Vita Numæ, no:22. nec non Liv. lib.1.c.24. & ſeq. aliquot. D.

Ex hac conſuetudine tandem orta eſt hodierna per Heroldum (: qui *Germanis* **Herold** *quaſi* **Ehrenhold** / quoniam Heroldi quondam obſervatores & Cenſores quaſi Virtutis & Nobilitatis fuerunt; ut docet *Liv. in Add. ad lib.6. Jur. Publ. c.5.n.122. Biſciola hor. ſubſceſiv. tom.1. lib.15.c.13.* & aliàs *Rex armorum à Gallico Roy des armes* dicitur:) *bellum indicendi, ſive vivâ voce, ſive literis ſolennibus*, ſubſcriptione & ſigillo munitis, *quâ de cauſâ etiam jure Legatorum inviolabili fruuntur, & loco Verbenæ ſegmatumque ab Antiquis Fecialibus pro inſigni & tutelâ uſurpatorum tunicâ inſignibus mittentis ab antica & poſtica parte ornatâ, ac tubicinis præcinentis operâ utuntur, ſecundùm Obrecht. de Conſtit. belli, th.214. ac manu bacillum geſtant, ſecundùm Eundem & notitiam vulgarem.*

Et quamvis Cluten. in faſc. parodox. th.19. lit. B. inter Veteres Feciales & Heroldos hodiernos unam atq; alteram differentiam conſtituat, illæ tamen accidentales ſaltem ſunt, & officium propriè non afficiunt.

Notandum hîc obiter, in bello Helvetico cum Maximiliano I. Imperatore geſto loco Caduceatorum & Æneatorum ac Tympaniſtarum vetulas & puellas immaturas ab utraque parte uſurpatas fuiſſe, ut refert *Pirckheim. in lib.2. illius belli.*

II. *Clarigatio vel ab ago & clarè,* ſecundùm quoſdam, *vel à clara* Fecialis bellū denunciantis *voce*, ſecundùm *Alb. Gentil. l.2. de J.B.c.1. vel à Græco κλῆρ@ hoc eſt ſorte,* quâ Fecialis ille eligebatur, ſecundùm *Serv. l.9. & 10. Æneid.* dicta: *dupliciter ſumitur pro indicta publicè pœnâ in eos,* qui aliquid contra prohibitionem in rempubl. commiſiſſent, *vel pro privatâ hominum prehenſione & pigneratione,* ut conſtat ex *Liv. l.8.c.14.* & locum hunc explicat *Turneb. l.21. Adverſar. c.1. in f. & Voſſ. in Lexico ſub ille verbo, & pro repetitione ſolenni rerum* per vim publicam ablatarum ac injuriarū publicâ vindicatione per feciales facta: *& hæc poſterior rurſ9 duplici modo perficitur, une* uti dictum, vivâ ac clarâ denunciantis Fecialis vel Heroldi, qui ut dictum à Germanica lingua quaſi **Ehrenhold** derivatur, voce; *altero* per literas ab ablegante ad hoſtem declaratum miſſas, ſolenni formulâ conceptas; & ſigillo ac conſcriptione ejus firmatas, *quarum ſolennia ex iis, quas Carolo V. Imperatori proteſtantes, & Ferdinand. I. Rex Bohemi ac cum Mauritio Electore ad Albertum March. Brandeburg. miſêre,* & à *Sleid. l.17. ſub Ann.1546 p.m:491. & lib.25. ſub Ann:1553. p.m.* 734. referuntur, *dignoſci poſſunt. Vide etiā Limn. ad Capitulat. Caroli V. in proœmio, ad verba:* **durch die Wahl:** *no:58. & ſeq. ubi* literas provocatorias Franciſci I. Galliarum Regis, & Reſponſorias ac duellum approbatorias Caroli V. recenſet, ac duelli illius indicti cauſam, progreſſum & impedimenta, uti etiam utriusque defenſionem latè examinat, & judicium ſuum interponit.

Quamvis verò nonnulli clarigationem & diffidationem pro ſynonymis habeant, uti etiam facit *Beſoldus in Theſauro Pract. Verb.* **Abſagungsbrieff**: *attamen propriè loquendo reverà illa inter ſe differunt, & quidem ita, ut diffidatio* ſit actus potiſſimùm privatorum, & quibus Jus indicendi belli non competit: *quapropter* etiam in noſtro Imperio *Conſt. Crim. Caroli V. art.129. & R. J. de Anno 1594. §.* **dergleichen**. *pœna capitis prohibita. Clarigatio* verò actus perſonæ publicæ jus indicendi belli habentis: de quo vide *Arū. ad Aur. Bull. c.17. th.16. per tot.*

Diſtinguunt verò nonnulli bene clarigationem ab ipſa belli denunciatione hoc modo, quod illa (1) regulariter & per ſe bellum non indicatur, verùm res ablata repetatur, ac ſatisfactio pro injuriis & damnis illatis per deditionem noxæ & ſimilia media poſtuletur, ut conſtat ex *Liv. l.38. c.45.* & *tandem reſtitutione & ſatisfactione illâ denegatâ vel ſuſpenſâ ſpacium aliquod adverſariis talibus ad deliberandum* (: quod olim ut *præc. c.1. th.9. expl.1. & ſeq. explic.5.* diximus, quandoq; etiam ter in decem ſingulos, adeoq; per totum in triginta, vel ut *Liv. l.1.c.32.* habet, in triginta tres dies indultum fuit:) *concedatur, eoq; elapſo, niſi negotium interea, compoſitum fuit, demum bellum indicatur, adeoq; illa tantum ſit antecedens denunciationis, niſi ſatisfactio fiat, ſubſecutura. (2) illa ſemper læſionem præcedentem requirat. Hæc verò non. Quia multa bella* (: licet injuſtè hoc plerumq; fiat:) ſoli ambitionis & avaritiæ malo, ut in *præced. c.1. th.11. expl.1. & 2.* demonſtratum, originem debent, quod etiam expendit *Seldenus de Jure. Nat. & Gent. Hebræor, lib.6.c.13. in pr. Notandum hîc ſingularem modum belli indicendi uſurpatum fuiſſe à principe Romanorum Legatorum* (*quem Gell. l.10.c.27. & Flor. l.2.c.6. Q. Fabium Pomponius v. in l.2.§.37. ff. de Orig. Jur. Quintum Mutium*, ubi tamen *Rupertus* rectè Maximum, ita enim Fabius etiam dictus legi debere contendit in *Pomponii Enchiridio*, vocat)

Carthaginem miſſorum. Cum n. Carthaginenſes Annibalem pro noxa petitum dare nollent. *Ille ſinu ex toga facto: Hoc, inquit, nobis pacem & bellum portamus, utrum placet, ſumite. Sub hanc vocem haut minus ferociter, datam, utrum vellent (à Carthaginenſibus) ſucclamatum eſt: & quum is iterum ſinu effuſo bellum dare dixiſſet, accipere ſe omnes reſponderunt, & quibus acciperent animis, iisdem ſe geſturos, uti refert Liv. l. 21. c. 18. Flor. d. l. Appianus de bell. Hiſpan. p. m. 436. Pomponius d. l. & paulò aliter Gellius d. c. 27.*

III. *Eſt verò ita neceſſaria Clarigatio hæc, ut abſque illa bellum non legitimum, ſed latrocinium ſit, l. 118. ff. de V. S. l. 24. ff. de Captiv. ex ea potiſſimùm ratione, in Jure Naturali fundatâ, ut amicâ conciliatione evaneſcente antequam hoſtiliter cum adverſariis agatur, amicitia communi à natura omnibus hominibus inſita, vel particulari, ſi talis interceſſerit, renuncietur, ne ita ineautè morebellum invadantur & opprimantur. Quin & eo in caſu*, ubi amicitia apertè fuit violata, à Romanis nihilominus ſolenniter indictum fuiſſe bellum, inter alia *exemplum in Senonibus refert Livius l. 12. c. 20. Cum enim bellum ſecundùm Cicer. 1. de Offic. 11. poſtremum & violentum ſit recuperandi ſuâ remedium, illo omninò ante ſolennem repetitionem & belli denunciationem uti non poſſumus. Nam cum duo ſint genera dicertandi, unum per diſceptationem, alterum per vim, cumq; illud proprium ſit hominis, hoc belluarum: confugiendum eſt ad poſterius, ſi uti non licet ſuperiori. Sicut enim ille, qui abſq; clarigatione bellum alteri infert* (: uti Scythici Legati Alexandro M. apud *Curt. l. 7. c. 8.* rectè objiciunt:) *non bellator, ſed latro eſt, d. l. hoſtes 118. ff. de V. S. ita etiam ille,* qui cum indictione ſimul hoſtem ab omni metu ſecurum & non admonitum bello petit: *Uti Romani* in tertio Bello Punico ſecerunt, ideò taxati ab *Appiano in Punic. Bellis p. m. 69.*

Sunt tamen aliqui caſus, quibus bellum abſq; indictione legitimè ſuſcipi poteſt, quales (1) *in bello defenſivo*, in quo non opus reciprocâ indictione, quia hoſtilis invaſionis repulſio omni modo & abſq; ulla ſolennitatis obſervatione licita eſt, cum *quod quis defendendi gratiâ fecit, jure fecisse dicatur l. 3. ff. de J. & J.* (2) *in bello contra Rebelles, quia* cum his bellum & Jus Gentium non intervenit, pro hoſtibus enim non habentur. (3) *in bello* quod induciis ſuſpenſum eſt: Tempore enim deſtinato elapſo illud reaſſumitur tantùm, novum verò non infertur. (4) *in bello contra hoſtem perpetuum.* In eo enim nunquam ceſſant arma, & adverſario de hoſtis intentione jam conſtat: *Vide de hisce caſibus Alber. Gentil. lib. 2. de Jure belli c. 3. ubi circa finem addit.* (5) *ſi nobis controverſia ſit cum hoſte, qui ipſe Jura belli & Indictiones non obſervare ſolet. Qui enim contra leges agit, Legis auxilium implorare non poteſt c. fin. de Immun. Eccleſ. & c. 14. de Uſur. & qui ipſe Jure non agit, ille nec conqueri poteſt, quod eodem modo contra ſe agatur t. t. ff. quod quiſque jur. in alter ſtat.*

IV. *Debet verò clarigatio ſecundum monita prudentum fieri modeſtis, gravibus tamen, ac minimè faſtioſis & ignominioſis verbis, quod non obſervat Turca, qui* pro innatâ ſuâ ſuperbiâ omnibus ſuis hoſtibus etiam Imperatori noſtro impiis & abominabilibus verbis bellum indicere ſolet, *ut apparet ex duabus Imper. Maximil. I. & Rudolpho II. miſſis apud Gold.* **in den Politiſchen Reichshandl.** *p. 15. n. 5. & 6. Similem ferè Achmetes Sigismundo Poloniæ Regi anno 1618. miſit, quam cum reſponſione magnanimâ refert Philippus Boſquierus in Vegetio Chriſtiano l. 1. p. 14. & in fine Operis:*

Ratio eſt, quia talis faſtus Deum ultorem & adverſarium promtiſſimum vindicem habet, & contemtum hoſtem in vindictam ſimul armat, *ut ſeq. c. 5. th. 8. in expl. n. 1.* dictum.

Notabile hujus rei exemplum in Olgerdo, magno Lithuaniæ Duce, apud Kojalowicziû p. 1. Hiſtor. Lithuanæ, *p. m. 291. occurrit: Cum n. Demetrius Moſcoviæ*

A. *magnus Dux* ei per Legatum bellum atrocibus minis indiceret, ignem & gladium mittendo, & hisce verbis illum interpellando, Hæc munera à ſuo Duce Vilnæ exſpectaret cum vertente anno ſubactâ universâ Lithuaniâ eo victricia ſigna Moſcus inferret. Quare ſi maturè tanti principis iram avertere mallet, Ruſſia cederet, Lithuaniam Moſcoviæ Duci ſubjiceret, tributum, ſervitutis pretium, mox numeraret, *Olgerdus hic* Legatum illum ſub honoris ſpecie detinuit, & exercitu incredibili celeritate clam Legato & ipſo Duce conſcripto rectà Moſcam perrexit, atque ita Demetrium tale nihil cogitantem ad pacem ſuppliciter petendam adegit, uti pluribus ibi legi poteſt.

V. *Notandum, non ſtatim à clarigatione factâ bellum inferendum, ſed* ſpatium aliquod hoſti, *tum* ad deliberationem ſuper re repetitâ & bello nunciato habendam: *Deut. 20. v. 10. tum* ad defenſionem præparan-
B. dam, ipſi relinquendum eſſe. *Sic apud Romanos ſpatium tale erat 33. dierum, teſte Livio l. 1. c. 32.* vel ſecundum *Enud. prac. c. 22. & Dionyſ. Halicar. lib. 2. c. 74. dies 30.* ita ut quandoq; tria ſpacia, & quodlibet decem dierum conceſſa fuerint: ut jam *prac. expl. 2.* adduximus. *quod ſpacium etiam Marcius Coriolanus* Volſcorum Imperator Romanis dedit apud *eundem l. 8. c. 36.* Qua de cauſa *Theodoricus Rex apud Caſſiodorum l. 4. Var. c. 2. Ludovico Francorum Regi ſcribit: Impatiens ſenſus eſt ad primam legationem protinus arma movere.* Sic quoque *Florentini*, teſte *Machiavel. in Illorum hiſt. l. 2. p. m. 62. Campanam Martinella nomine celebrem per integrum menſem, priusquam in hoſticum exercitum duxerint, pulſare quondam ſoliti fuerunt.* Bellum enim aliter illatum injuſtum regulariter eſſe *præcedenti explic.* dictum eſt.

Addendum his apud Romanos in bello Philippo Regi Macedonum inferendo à Fecialibus decretum fuiſ-
C. ſe, nihil referre, ipſi Regi coram an ad præſidium nunciaretur, amicitiam renunciatã videri apud *Liv. l. 36. c. 3.*

Tandem notandum, tempore fœderis Suevici ſub Friderico III. Imperatore inchoati, ac anno demum 1533. finiti, *certum morem indicendi belli introductum*, eumq; eum bellum Udalrico Wirtembergico Duci anno 1519. indiceretur, ita referente *Cruſio Annal. Suevic. parte 3. l. 10. c. 8. f. 562.* obſervatum fuiſſe: *Ulmæ conventu habito 26. Martii bellum Wirtenbergico indicunt de more: Nobiles ſcilicet pueros duodecim, qui præfixas equeſtribus haſtis ad Principem literas ferebant, ſingulatim ab hoſtibus ſubſcriptas mittendo.*

VI. *Mos quoque hodie invaluit*, ut bello ſive jam ſuſcepto, ſive indicto, *ſcripta publica ſub nomine Manifeſtorum* à partibus edantur eo fine, ut tam juſtitia ſuſcepti, quam indicti belli, omnibus, imprimis verò amicis, fœderatis ac ſociis innoteſcat, & auxilia eò promtius ab illis impetrentur.

D. *De ſcriptis hisce diverſæ ſunt Politicorum Sententiæ, aliis ea ſimpliciter approbantibus, aliis verò improbantibus.*

Nos neutris ſimpliciter accedimus, ſed putamus ſi ſcripta talia publicentur (1.) ab his, quorum res nondum ad deſperationem & incitas redacta eſt, & (2) decenti modo, id eſt, remotis omnibus convitiis ac ſcommatibus, & ſimplici veritate, ac rei narratione ſaltem prolatâ, *quod tunc effectu & applauſu non deſtituantur ſuo. Quodſi verò vice versâ* circummittantur ab iis, quorum fortuna jam naufragium paſſa eſt, *tantum abeſt*, ut per illa exſpectata auxilia obtineant, ut potius neglectum & incuriam operentur, cum nemo prudens tali negotio ſe immiſceat, & alterius miſeriam ac periculum ſuum faciat: *Imprimis cum ſcripta* contumeliis referta, ut plurimùm falſitate nitantur, adverſariumque potentem eò acerbiorem & implacabiliorem reddant, adeoq; bellum atrocius efficiant. vide *Boecler. de Clarigat. & Manifeſt.*

VII. *Monendum quoq; eſt apud Perſas & alias quaſdã gen-*

gentes morem invaluiſſe, ut gentem beſlo petendam ad deditionem ante compellarent, & quidem ab illa per legatos *aquam & terram* in deditionis ſignum (quia illa tanquam elementa victus principalia hominibus imperare dicuntur, ut illa dare ſervire eſt, *ſecundùm Ariſtot. l. 2. Rhetor. c. 23.*) poſcendo. *Ita Megabyzus* nuncios ſeptem in Macedoniam ad Amyntam utramq; petitum miſit apud *Herod. l. 5. n. 129. Simile Idem fecit apud eundem l. 6. n. 153 & l. 7. n. 185. ubi tangitur hiſtoria*, ſecundum quam Athenienſes illius legatos in puteum dejecerunt, ad aquam & terram inde Regi ferendam, (quod tamen *Lyciſcus Acarnanum Orator apud Polyb. l. 9. n. 32. & Livius l. 35. c. 17. Lacedemoniis adſcribit*) *Idem Xerxes fecit apud eundem l. 4. n. 116. & l. 7. n. 173. Meminit quoque ejus moris Diod. Sic. l. 11. c. 2. & alibi.* Lege etiam de illo *Faciũ in Polit. Liviana P. 2. Arte. 20.* A.

CAPUT III. DE BELLI SUBJECTO. B.

Ubi de Duce & Militum conſcriptione, Luſtratione, Auctoratione, Relatione in numeros, nec non ſignorum & vexillorum Erectione & Exercitatione.

S U M M A R I A.

TH. I. Subjectum belli quid.
TH. II. Duces belli duplices.
TH. III. Quid in utriſq; ſingulariter requiratur.
Expl. I. Duces cur Imperatores dicti.
Toties ita appellati, quoties bella geſſerunt.
Habuerunt duos Characteres ſecundùm communem opinionem, quibus tertius à nobis ſubjicitur.
Imperator exercitus neceſſarius.
Eventus improſperi magno animo ferendi.
Expl. II. De ſecundarii Ducis requiſitis remiſſivè. C.
TH. IV. In genere quæ in utriſque requirantur.
Expl. I. Deducitur virtutes multas Imperatori neceſſarias eſſe.
Item ſcientiam militaris rei inſignem.
Favorem & amorem militum conciliare.
& quomodo ille comparetur.
Fortunæ diffidentiam.
Alacritatis teſtificationem in rebus infauſtis, & fortunæ proſperæ reverentiam.
Celeritatem in bello utilem.
Bello parta ſtrennè defendenda eſſe.
Conſilia occultanda eſſe.
Artē ſimulandi & diſſimulandi multùm prodeſſe.
Omnia hoſtium cognita eſſe debere.
Fidem ſanctè ſervandam eſſe.
Hoſtem non contemnendum.
Imperatorem Artes nonnullas doctum eſſe debere.
De claris Imperatoribus remiſſivè. D.
Expl. II. Quomodo hoſtis petendus, obſidio inſtituenda, prælium inſtruendũ, victoria proſequēda remiſſivè.
TH. V. Milites dupliciter conſiderandi.
TH. VI. Separatim quid in illis attendendum.
Expl. Miles & Soldat unde dicatur.
TH. VII. In Collectione quæ obſervanda.
TH. IIX. Modi Collectionis duo.
Expl. Apud Romanos tres fuêre modi, ſecundùm Servium, quibus Quartus additur.
De convocatione militum apud diverſas gentes.
TH. IX. Qualitates in milite circa quæ verſentur.
Expl. I. Veteranis, ſi haberi poſſunt, ſtudendum.
In novo conſideranda patria duplici modo.
Ubi de Europæorum præſtantia & Carolo V. dictum (de iis.
Expl. II. Vitæ genus.
Expl. III. Ætas congrua.
Quot ſtipendia vacationem dederint.
Expl. IV. Conſtitutio corporis.
An Spadones militare poſſint?
Expl. V. Conſtitutio animi.
Expl. VI. Mores & ſtatus congruus.
Hodiernorum militum mores improbi & conſcribendi ratio.
Expl. VII. Sexus. ubi de Amazonibus.
An clericus miles eſſe poſſit?
TH. X. Excuſatio à militia & ejus cauſæ.
Expl. I. Agitur de Vacatione.
Expl. II. Vitium vel morbus militis à Medico apud Romanos inſpici debuit.
Expl. III. Quando vacationi locus non fuit datus.
An evocati ſponte vel ad juſſum Conſulum ad militiam redierint?
Expl. IV. Refractarii vel militiæ detractores quomodo puniti.
Murci qui.
TH. XI. Luſtratio quid.
Expl. I. de antiquo luſtrandi modo.
De hodierno.
Ubi de more creandi equites.
Et de Tranſvectione Equitum Romanorum.
Expl. II. De ſtigmate & charactere tironibus inflicto.
TH. XII. Relatio in numerum quid.
Expl. I. Quomodo illa perfecta olim fuerit, & nunc fiat.
Expl. II. Memorantur quædam ſingularia exempla numeratorum magnorum exercituum.
TH. XIII. Auctoratio quid, & in quo conſiſtat.
Expl. I. Sacramenti vel juramenti militaris antiqui tenor & vis.
Primò apud Romanos milites inter ſe conjurârunt, poſtea uno juramento præeunte, reliqui omnes individualiter ſe adſtrinxerunt.
Sub Cæſaribus illud mutatum.
Reciprocum Ducis & militis ſacramentum.
Addita juramentis quandoque execrationes.
Quomodo hodie milites jurent.
Expl. II. Quomodo miles olim fuit armatus.
De veſtibus ejus publicè datis, incidenter & remiſſivè.
TH. XIV. Hoſpitatio militum quid.
Expl. I. Quæ circa illam obſervanda.
Quæ propriè Metata & Epidemetica.
Cui jus belligerandi competit, ille etiam jus metandi habet, & quid in Imperio noſtro hic obtineat.
Quomodo illa inſtituenda.
Salgamum quid remiſſivè.
Quibus regulariter hoſpitium præbendum ſit.
Qui ab hoſpitatione immunes ſint.
Immunitas hæc ſaltē de perſonali onere intelligenda.
Expl. II. An Magiſtratus ſubditis ſuis bonâ conſcientiâ talem hoſpitationem imponere poſſit.
An unus atq; alter ſe pecuniâ liberare ab illa poſſit.
TH. XV. Erectio ſignorum & vexillorum.
A quibus illa inventa.
Expl. 1. Differentia inter ſigna & vexilla.
2. Illorum Synonymia.
3. Figura varia diverſarum gentium.
Ubi de Aquila Romanorum.
Draconum ſigna, quando apud Romanos primùm uſurpata, & qualia illa fuerint.
Cur Lupi Minotauri, Equi, Porci, olim apud Romanos uſurpati fuerint, & quando ſola Aquila uſurpari cœpta.
Poſtea Imperatorũ imagines pro ſignis habita.
Aliquot Gentium ſigna primaria.
4. Sanctitas & veneratio ſignorũ apud Romanos.
5. Ubi illa apud Romanos pacis tempore cuſtodita.
6. Pœna illa deſerentium.
Quomodo apud Hungaros vexillariis adempta fuerit facultas effugiendi.
7. & 8. Signorum inverſorum indicium, & cur illa floribus ornata fuerint.
TH. XVI. Exercitatio militum.
Expl. Exercitus etymon.

neceſſitas & utilitas exercitationis.
Illa armatura olim dicta.
Qui propriè Campi-doctores.

TH. I.

Hactenus belli apparatus : Sequitur ſubjectum, quod ſunt Duces vel Milites.

TH. II.

Duces ab exercitu ducendo vel regendo dicti, *ſunt vel ſummi*, qui ſcilicet proprio nomine & ductu bellum ipſimet gerunt, aut aliis ſub auſpicio & nomine ſuo gerendum committunt; *Vel à ſummis illis conſtituti* & dependentes. *In horum utroque requiruntur quædam* ſingulariter & in ſpecie, *quædam* verò communiter & in genere.

Expl.

I*Nter hos duces hæc differentia apud ſcriptores Romanos occurrit, quod priores* bellum dicantur gerere ductu ſuo, *poſteriores* auſpiciis alterius, ut patet ex *Suet. in Aug. c. 21. & Plin. l. 3. c. 20. ac aliis, de quibus plura ſeq. c. 4. th. 6. expl. 1. annotata ſunt.*

TH. III.

Singulariter vel in ſpecie requiritur in priori (1.) ut belli ſuſcipiendi & gerendi juſtitiam probè & conſilio prudenter de illo ante inſtituto examinet, atque adeò ab injuſto & temerario ſe abſtineat. (2.) ipſe præſens ſit omnibus conſiliis atq; actionibus, & omnia ipſe moderetur. (3.) Eventus improſperos, moderato ferat animo, Deo adſcribat, & vicariis vel tribunis ſuis, ſi à culpa vel dolo vacui ſunt, non ſuccenſeat, vel pœnas inferat. (4.) ut pacis ſit ſtudioſus, eamq; omni lucro & victoriam ſpei præferat. *In poſteriori verò* (1) ut officio ſuo fideliter & diligenter fungatur, ac ab hoſtium largitionibus & corruptionibus gnaviter ſibi caveat. (1) Summam & gloriam rei bene geſtæ domino ſuo ſolùm adſcribat. (3) Mandata ejus ſtrictè obſervet.

Expl.

1. N*Otandum hic, quod Duces belli olim Imperatores ab Imperio militari dicti fuerint, & quidem* nomen illud toties, quoties bellum aliquod geſſerint ac feliciter finiverint, & io ſpecie decem millia hoſtium ceciderint, ut de ſuo tempore refert *Appian. l. 2. de B. C. p. m. 747.* obtinuerint, *adeoq;* pro numero bellorum geſtorum & abſolutorum etiam titulos hoſce impetraverint, ut ſcriptum reliquit *Dio Caſſius l. 60. f. m. 679. addens*, Claudium contra inſtitutum Romanorum ob unum bellum aliquoties ita nominatũ fuiſſe. *Ita Marcus Anton.* ob decimum bellum geſtum decimùm Imperator ſalutatus eſt, referente *Xiphil. l. 71. f. m. 814. Et Auguſtus* ſemel & vicies ob bella feliciter geſta & victorias crebras obtentas id nomen adeptus eſt, *ut locum Dionis l. 52. circ. fin. bene vertit Spanhem. in Diſſ. de Præſtantia & Uſu nummi p. m. 238. & in ſubſidiũ cit. Tacit. 1. Ann. c. 9. ubi legi poteſt. Titus quoq;* decimũ quintùm Imperator appellatus eſt, *Dio l. 66. f. m. 759. Quomodo Pompejus* ob opinionem debellati jam ad Dyrrachiũ à ſe Cæſaris Imperatoris nomen aſſumſerit, legi poteſt *apud Eund. l. 41. f. 177. Sicuti etiam Conſules pro numero Conſulatuum etiam numerum dignitatis obtinuere, ut notum eſt.*

Habuerunt verò juxta communem eruditorum obſervantiam duos characteres claſſicum, cujus uſurpatio ideò quoq; ſignum imperii vocatur, *Vegetio lib. 2. c. 22. & Modeſto de Vocab. Rei Militaris & Prætorium.* Utrũ-

A. que indicat *Cæſar 3. de Bello Civil. p. m. 317.* ita ſcribens: *Pompejus receptis omnibus (:puta Scipionis:) in una caſtra legionibus ſuũ cum Scipione honorem partitur, claſſicumq; apud eum cani, & alterum illi jubet Prætorium tendi. Hinc Liv. l. 27. c. 49. narrat*, quod Asdrubal, cum duo ſigna buccinis in conſularibus caſtris, unum verò in prætoriis dari animadvertiſſet, duos adeſſe conſules ſibi certò perſuaſiſſet: *Et l. 25. c. 22. refert*, in oppugnatione Capuæ tria Prætoria erecta, & tres exercitus præſentes fuiſſe. *Ex quo colligendum ſimul eſt:* pro eo quoq; Conſulum ſignum vel claſſicum cantum fuiſſe. *Quibus nos adjicimus tertium, tanquam ſecundarium, & a prioribus dependens alloquium ejus ſolemne, ex Prætorio*, & quidem ad ſellam caſtrenſem appoſitum, ut ex *Liv. l. 8. c. 32. & Sueton. in Galba c. 18.* conſtat, ſuggeſtu, vel alio modo circumſtantibus illum ſignis, aquilis & vexillis ad Exercitum factum, quod indicat *Marcell. l. 15. p. m.*
B. *48. l. 17. p. 111. l. 20. p. 161. l. 21. p. 183. & 197. l. 23. p. 246. l. 24. p. 269. & l. 27. p. 342. & demonſtrant Orationes* ab Imperatoribus his ad milites habitæ, & ap. hiſtoricos paſſim, & in ſpecie apud *Marcell. dd. ll.* obviæ, *nec non veteres nummi* Imperatorem in tribunali ſtantẽ, & aquilis ſignisq; circumdatum referentes, *cum hac inſcriptione Adlocutio:* de quibus legi poteſt *Spanhemius de præſtantia & uſu Numism. p. m. 301. & ſeq. & typus apud Lipſ. de Milit. Rom. l. 4. dial. 9.* reperitur. *nec non quartum, prælationem laureorum inſignium in faſcibus & literis, ut indicat Cæſar l. 2. de B. C. p. m. 131. ubi de Pompejo Imperatore appellato agit.*

Notandum verò hic, uti in omni corpore analogico, ita inprimis in militia caput vel gubernatorem admodum neceſſarium & de eſſentia eſſe. Quare bene *Perdicca apud Curt. lib. 10. c. 6. Militarem ſine Duce turbam eſſe corpus ſine ſpiritu. Et Quinctil. lib. 5. c. 11. p. m. 237. Ut remiges ſine gubernatore, ita milites ſine Imperatore*
C. *nihil valent. Optimè itaque Iphicrates manibus levam armaturam, pedibus equites, pectori & thoraci phalangem, capiti Ducem æquiparavit. Plut. in Pelopida c. 2. Quam facilè igitur* etiam fortiſſimus exercitus Ductore ſuo deſtitutus profligari poſſit, de Vitelliano docet *Tacit. l. 3. Annal. 30. & multis ſeq. Hinc Demades defuncti Alexandri M. exercitum cyclopi excæcato comparavit, ap. Plutar. in Apophth. Regum c. 42. & in Galba c. 2.*

De quo plura infra c. 7. th. 10 expl. 1. notata ſunt.

Quod nunc allata requiſita concernit, ratione prioris Ducis de primo præced. cap. 2. th. 2. in explicationibus, *de ſecundo obſervandum exemplum Philippi Macedoniæ Regis, de quo ita in Orat. Olynthiacâ primâ diſſerit Demoſthenes poſt pr. Summo Philippi rebus præſidio eſt, quod is unus omnia & arcana & aperta moderatur, ſimulq; & Dux eſt, & Dominus & Quæſtor, & ipſe ubique adeſt exercitus, & id quidem ad res bellicas celeriter & tempeſtivè conficiendas multum valet.* & in *Orat. ad*
D. *Philippi Epiſtolam* cauſam cur hic majores ſucceſſus habuerit, quàm ſui Athenienſes, exprimit his verbis: *Ille ipſe militat, & ærumnas tolerat, ac præliis intereſt, nec occaſionem negligens, nec anni ullum tempus intermittens.* Quod etiam ejus filius *Alexander M.* ſtrenuè imitatus eſt, ut notum eſt. *Idem de Guſtavo Adolpho Sueciæ Rege* hiſtorici narrant, *vide ſeq. c. 8. th. 2. expl. 2. notata. Et in nupero Bello Batavico hodiernus Galliarum Rex* maximo cum emolumento perfecit. *in genere parte 2. ſect. 1. c. 1. th. 14. expl. 1.* eſt actum, *in ſpecie verò* quo ad bellum id ſuadet *Annibal apud Livium. lib. 30. c. 30.* his verbis: *Nuſquam minus quàm in bellis eventus reſpondent. Egregiè ſanè*, & magno cum animo infelicem iſtum eventum & interitum formidandæ ſuæ claſſis tulit *Philippus II. Hiſpaniarum* Rex, ut ſupra *d. part. 1. c. 6. ⊙. 8. expl. 4.* relatum eſt.

Elegantibus quoq; rationibus & exemplis contra imputatum improſperum eventum prælii cum Gallis commiſſi ſe defendit ſingulari edito ſcripto, quod manifeſtum

voca-

vocavit, Marchio de Leganes apud Victor. Siri in Mercurio ſuo part.2. p.m.1153. & multis ſeq. ubi videri poteſt.

De Tertio hîc ſufficiat adduxiſſe egregium illud dictum Annibalis apud Liv. modo dicto c.30. Melior tutiorq́; eſt certa pax, quam ſperata victoria, hæc enim in tuâ, illa in Deorum manu eſt. De quo plura infra c.12.th.1.in expl.diximus.

II. *De alterius Ducis requiſitis ſequenti c.4. th.6. explic.1. dicetur.*

TH. IV.

In genere & communiter in utroque requiruntur præcipuè ſequentia, ut (1) pietate, fortitudine, prudentiâ & reliquis virtutibus polleant: (2) Omnis rei bellicæ inſignem peritiam ac uſum habeant. (3) Auctoritatem apud hoſtes & ſuos milites, ac apud hos favorem ſibi concilient. (4) ſe fortunæ non committant, ſed ſemper neceſſitati & occaſioni ſe accommodent, adeoq; magis ad ſuorum conſervationem quàm hoſtium damnum cum periculo conjunctum reſpiciant. (5) Alacritatem & lætitiam etiam in adverſis præ ſe ferant, ac rebus proſperis non inſoleſcant, nec anguſtis vel turbidis frangantur. (6) Celeritatem negociis bellicis adhibeant. (7) Bello parta ſtrenuè defendant. (8) Conſilia ſua occultent. (9) Artem ſimulandi & diſſimulandi probè calleant. (10) Omnia hoſtium exactè cognita habeant. (11) Fidem datam ſanctè colant. (12) Hoſtem nô contemnant. (13) Hiſtoriarum, Geographiæ, Aſtronomiæ, & Architecturæ, nec non linguarum uſualium juſtam habeant notitiam. *Requiruntur verò* circa hoſtem & hoſticum petendum, prælium rectè ſubeundum, & victoriam prudenter proſequendam alia ſingularia, de quibus in ſeqq. dicetur.

Explic.

I. *CUm itaque in Duce bellico tantum momenti poſitum ſit, illum multis virtutibus ad officio ſuo laudabiliter fungendû præditum eſſe debere, ſana ratio dictitat:* quâ de cauſâ ita exclamat *Cicero: Quantâ innocentiâ debent eſſe Imperatores! Quantâ in omnibus rebus temperantiâ, quantâ fide! Quantâ facilitate! Quantâ humanitate! In Orat. pro L. Manliâ: c.10. Et quamvis Idem illa requiſita optimè ad quatuor ſumma capita referat ibid. c.10. ita differens: Ego ſic exiſtimo, in ſummo Imperatore quatuor has res ineſſe oportere: Scientiam rei militaris, Virtutem, Auctoritatem, felicitatem. ac paulò poſt ſcribat: Neq; illa ſunt ſola virtutes Imperatoriæ, quæ vulgo æſtimantur, labor in negotio, fortitudo in periculis, induſtria in agendo, celeritas in conficiendo, conſilium in providendo. De quatuor illis virtutibus eleganter diſſerit Ramus de Julii Cæſaris militiâ in pr. Marcellinus v. lib.25. p.m.291. Temperantiam, prudentiam, juſtitiam & fortitudinem, eiſque accidentes extrinſecus alias, ſcientiam rei militaris, auctoritatem, felicitatem atque liberalitatem in eo commendet. Egregie prudentiam & fortitudinem commendat Demoſthenes in Orat. Funebri his verbis. Eſt univerſæ virtutis, ut ſapientia principium, ſic fortitudo perfectio, & ut illa, quæ agenda ſunt, decernit, ita hæc ea tuetur.*

Nos tamen pro majori evidentiâ plures diſtinctim ponere volumus, & inter illas meritò virtutes.

I. *Principaliter Pietatem*, de cujus neceſſitate & utilitate ſupra *part.1.c.6.th.6.expl.1.& ſeq.c.7.th.6.expl.5.*

A. dictum, *Fortitudinem & Prudentiam in genere, quæ duæ poſteriores virtutes* adeò propriæ & neceſſariæ ſunt Imperatori, ut alterutrâ harum deficiente vix titulum perfecti Ducis obtinere queat, *illa ſiquidem* in invadendo hoſte animum fiduciâ plenum, in periculis pectus imperterritum, in adverſa fortuna conſtantiam gignit: *hæc contrà* in aggreſſu animum fiduciâ plenum à temeritate revocat, in periculis ſanum conſilium & armorum dextrum uſum ſubminiſtrat, in adverſa fortuna modum, ſe ſuoſque recolligendi, & ab interitu liberandi ſuppeditat. *Sit igitur Imperator juxta Belliſarii ingenium, & Procopii lib.3. Hiſt. Goth. in pr. elogium ad belli pericula cum fortitudine cautus, & cum ratione audens, ac prout utilitas exigit, in hoſtem ſubitus ac cunctator. Laudantur ob fortitudinem Alexander M.* qui ſolus adverſus aliquot millia pugnavit, referente *Juſtino l.17. Hiſt. c.9. Agis* Spartanorum Rex,
B. qui Alexandro felicitate non virtute inferior, tantam ſtragem hoſtium edidit, ut agmina interdum fugarit. *Id. d.l.c.1. Diod. Sicul. l.17. c.63. & Curt. l.6. c.1.* & *alii præc. c.2. th.5. expl.5.* relati.

Fortitudini adjungitur magnanimitas, quæ eſt prudens periculorum parvipendium, de qua quoniam *præc. parte 1. c.6 th.8. expl.4.* egimus, eò lectorem remittimus, hoc ſolùm repetito. *Cum Dieneces Spartanus ante prælium cum Medis audiret, illos ſagittas tantâ multitudine emittere, ut his ſolem obducerent, reſpondit, ſibi hæc grata eſſe, ita enim ſe non in ſole, ſed ſub ejus umbrâ cum illis pugnaturum eſſe Herod. l.7. p.m.494.*

Prudentiam tamen primas hîc tenere partes & fortitudinem ſuperare non ſolùm ex prophanorum ſcriptorum teſtimoniis patet; Ita enim inter alios *Saluſt. in Catil. c.2. periculo atque negociis compertum eſt, in bello plurimùm ingenium poſſe. Polyb. lib.1. Hiſt. c.35. Mens una ſapiens plurium vincit manus; Et Tiberius apud*
C. *Tacit. 2. c.26.* dicit: *Se plura conſilio, quàm vi perfeciſſe:* quod etiam exercuit apud *Eundem lib. 6. Annal. c.32.*

Sed & ſacræ literæ confirmant: Ita enim *Salomon in Eccleſ. c.7. v.19. Sapientia robur confert ſapienti magis, quàm decem dominatores, qui ſunt in eadem Civitate. Et c.9. v.18. & 20. ubi diſertis verbis hoc aſſerit.*

Confer huc, quæ præc. P.2. ſect.1. c.1. th.7. expl.1. n.5. ſignavimus, ubi ſimul de prudenti diffidentia egimus, & *infra c.8. th.2. expl.1.* de conſiliorum utilitate ac neceſſitate annotavimus.

Porro (non excluſis tamen reliquis) ad milites eò melius virtutis ſtudio mancipandos, ſecundùm illud *Claudian. de laude Stilic. lib.1. ante medium:*

Utque Ducum lituos, ſic mores caſtra ſequuntur.

Sobrietatem & vigilantiam ob multa improviſò obvenientia ardua negotia & pericula, *ad exemplum Beliſarii, qui nunquam ebrius viſus eſt, teſte Procop. d. lib.*
D. *3. Hiſtor. Goth. in pr. Laudibus etiam prædicatur Annibal*, quod ſobrius fuerit & ex tot & tam pulchris mulieribus & virginibus, quas in caſtris ſecum habuit, nullã tetigerit, uti etiam refert *Juſtin. lib.32. in f.* Nec non *Marcus Marcellus* apud *Auguſt. lib.1. de C.D. c.6. & Epaminondas apud Plutarch. in Apophth. Regum c.95. & ad Principem ineruditum c.6. qui Thebanis ſuis feſto quodam die effuſius ſe compotationi dedentibus ſolus circumiens arma & muros luſtrabat, ſobrium ſe eſſe ac vigilare dicens, ut aliis ebriis eſſe & dormire liceret. Plura videri poſſunt, ſupra part.1. c.6. th.8. expl.2.*

Item caſtitatem & frugalitatem ac continentiam, ad militem à luxu & Venere ac rapinis retrahendum, *cum is Exercitû continere nequeat, qui ſe ipſum non continet. Cicero pro d. L. Maniliâ c.13. Viros enim triumphales, Victores Gentium luxuria vicit, Macrob. lib.3. Saturn. c.13.* Quo nomine *Alexander M. à Curtio l.3. c.12. Et Beliſarius* quoq; *à Procopio d.l.* miris laudatur modis.

Juſtitiam, ſine qua bellum nihil aliud, quàm merum & veram latrocinium, & abſq; proſpero ſucceſſu eſt. *Non enim ſoleat, qui per vim meram atq; injurias graſſantur, florere in præliis, ſed ut cuique ſunt mores, ita ſe belli dat fortuna*, judicio *Totilæ ap. Procopium lib. 3. Belli Gothici, p. m. 324.* Hinc *Ageſilaus* dicere ſolitus eſt: *Juſtitiam inter omnes virtutes præſtantiſſimam eſſe, & ſine ea fortitudinem nullius pretii*, referente *Plutarcho in ejus vita*, c. 39. *& in Apophth. Lacon. c. 17.* Uti ſimiliter *ſupra c. 1. th. 6. expl. 1. & infrà. c. 5. th. 8. expl. 1. n. 2.* aliquo modo deductum eſt, *Cujus in Romana hiſtoria duo maximè memorabilia exempla, unum in Camillo Romano Conſule*, Ludimagiſtrum Proditorem Faliſcis, ſecundùm *Livium l. 5. c. 27. Plut. in Camillo c. 17. Et Val. Max. 6. c. 5. alterum in Fabricio Conſule*, Timocharem proditorem Pyrrho remittente, juxta *Eundem d. l.* Et illâ juſtitiæ obſervantiâ hoſtes Populo Romano conciliante occurrunt. Alia exempla ſtudio omittimus.

Et tandem laborum ſtudium ad militum favorem ſibi comparandum juxta illa, *quæ paulo poſt nũ. 3. dicta* ſunt.

Omnium verò virtutum harum, ut modo dictum, directrix eſt Prudentia civilis & ejus ſpecies, militaris, quæ nobis definitur habitus practicus, cum vero judicio diſpiciendi ac perficiendi aut avertendi ea, quæ ſtatus bellici publicè & privatim utilia vel noxia ſunt, conferri poſſunt, quæ in *prolegom. th. 2. Expl. 2.* notata ſunt. *Eſt verò ejus pars non minima judicium exactum de hoſtium conſiliis & actionibus noxiis, de quo ex parte ſeq. c. 8. th. 2. explic. 2. n. 11.* dictum.

(2.) *Scientiam rei militaris inſignem. Sicuti enim* in omni re fœliciter & utiliter tractanda ac peragenda præcipuum eſt illius habere notitiam, ſecundùm illud *Horatii 2. Epiſt. 1. circa med.*

Navim agere ignarus navis timet, abrotonum ægro
Non audet, niſi qui didicit, dare, quod medicorũ eſt,
Promittunt Medici: tractant fabrilia fabri.

Et aliud vulgare illius

Turpe eſt Doctori, cum culpa redarguit ipſum.

Ita in bello vel maximè illa ſcientia neceſſaria Duci eſt, *tum quod errores in militia commiſſi inemendabiles ſunt. Val. Maxim. l. 7. c. 2. tum quod* damnum in bello per inſcientiam perpeſſum grande & irreparabile lytrum ignorantiæ fit. *quapropter Mauricius in Strateg. l. 8. c. 2. optimus, inquit, eſt Imperator, qui rebus geſtis celeberrimus.*

Obſervarunt id olim Romani, qui ſecundùm Veget. l. 2. c. 10. & 21. milites ad dignitates non promoverunt, niſi poſt longam probatamq; militiam. *Sic Druſus in Illyricum miſſus, ut ſueſceret militiæ, ſtudiaque exercitus pararet. Tacit. 2. Annal. c. 44.*

Experti fuerunt Romani, quid inexpertes Duces nocerent, in M. Centenio & Fulvio, turpiter contra Annibalem rem gerentibus, & cum exercitibus profligatis priori cæſo, poſteriori fugâ elapſo. *Liv. l. 25. c. 19. & ſeqq.*

Et contra, quid exercitatus Dux polleret in Camillo Româ jam à Brenno captâ, & planè deſperatâ, de quo videatur *Idem lib. 5. c. 49.* Et iterum in bello contra Volſcos *l. 6. c. 2.* ubi Livius hoc notabilibus refert verbis, *Placuiſſe Romanis ejuſdẽ auſpiciis defendendi Rempublicam, cujus recuperata eſſet. In L. Martio* in bello Punico res prolapſas reſtituente. *Idem l. 25. c. 37. & ſeqq.*

Planè verò ineptè ergo illi agunt, qui exercitibus ſuis imperitos & analogos præficiunt Imperatores vel Duces, abſurditatem illam dignis plerumque pœnis luentes.

Huc referendus eſt Gauffredus Gallus Medicus arte copiis Parmenſibus contra Pontificios nuperè præpoſitus Dux, primo ſtatim impetu cum ſuis fuſus, captus, & Placentiæ ultimo ſupplicio affectus. *Priolus de Rebus Gallic. l. 2. c. 22. Et Galeatius Sanſeverinus ex equorum domitore imperitus exercitus Dux* à Ludovico Sfortia factus, de quo legatur *Guicciard. l. 4. hiſt. p. 414. Et hinc non ſine cauſa* culpat hodiernum peſſimũ morem, non ob ſcientiam militarem, ſed Natalium ſplendorem aliquem Ducem eligendi *Picc. ad lib. 3. Polit. Ariſt. c. 4.* his verbis: *Hodiè ut omnia Veterum ſapienter tradita negliguntur, ita & perverſiſſimus mos hic invaluit, ut Duces belli creentur illi, qui ne militiam quidem in pariete pictam viderunt, dummodo Nobiles ſint, & illuſtri genere nati: Ubi plura videantur:*

Ceterùm cum ſcientia illa latè pateat, & de illa ſeq. cap. 6. & ſeqq. fusè dicetur, eò Lectorem remittimus.

(3.) *Auctoritatem apud hoſtes & ſuos milites, at apud hos ſimul Favorem & Amorẽ. Sicuti enim* abſq; Auctoritate ejus acta & juſſa nihil valent, & nihil ardui & difficilis perfici, nec diſciplina militaris conſervari poteſt, & hoſtes Ducem non metuunt, juxta illud *Cicer. pro L. Manil. c. 15. Vehementer ad bella adminiſtranda pertinet, Quid hoſtes, quid ſocii de Imperatoribus exiſtiment, quia Auctoritas multũ in bellis adminiſtrandis atque imperio militari valet*; quò pertinet *illud Chabriæ Athenienſium Imperatoris: Terribiliorem eſſe cervorum exercitum duce leone, quàm leonum duce cervo, Plut. in Apoph. Regum c. 66. & Hirtii de Bello Africano p. m. 414.* de Julio Cæſare, quod ipſius nomen auctoritasq; hoſtium audaciam magna ex parte minuerit. quod etiam indicat *Plin. in Panegyr. Trajani c. 16. his verbis: neq; enim unquam niſi ex contemtu imperii noſtri factũ eſt, ut vinceremur. Hinc Camillus Dictator creatus*, ob celebritatẽ famæ Volſcis tantum terrorem injecit, ut ejus nomine ſolùm audito vallo ſe ipſos, huncque congeſtis arboribus ſepirent, narrante *Livio l. 6. c. 2. adde his, quæ Plinius in d. Panegyr. c. 12. & ſeq. de Trajani auctoritate diſſerit, & Nos ſeq. c. 5. th. 8. expl. 1. n. 15. de primordiis belli ſtrenuè inchoandis, ac ſeq. c. 8. th. 2. expl. 2. n. 3. de famæ potentiâ diximus.* Quâ etiam de causâ *Clearchus* Lacedæmoniorũ Dux dixit: *Imperatorem potius quàm hoſtem metui debere. Front. l. 4. c. 1. n. 16. & ideo Anthemium prædicat Sidonius Carm. 2. v. 280. ita ſimul illa* non in nimia ſeveritate, ſed comitate mixtâ conſiſtere debet. *Siquidem ex hiſtoriis conſtat, nimietatem illam egregiis Ducibus perieuloſam* fuiſſe. *Ita enim Lucullus* ſimul ob illam deſertus: *Plut. in ejus vit. c. 59. & ſeqq. Papyrius Dictator* ob illam exercitui ita exoſus fuit, ut ejus victoriam adverſus Samnites impediverint, quare ille poſtea ingenium temperavit, & comitate ſeveritatem miſcuit *Livius l. 8. c. 36. Cajus Carbo* interfectus, *Val. Max. l. 9. c. 7. Quintilius Varus* à Germanis *Dio l. 56. p. 582. ac ſeq. & Alexander Mammææ filius* à ſuis quoq; trucidatus eſt. *Cuſpinianus in Cæſaribus in Ejus Vita p. m. 63. De Galba* ſeveritatem talem exercente, ita *Tacit. 1. Hiſt. 18. Conſtat potuiſſe conciliari animos quantulacunq; parci ſenis liberalitate, nocuit antiquus rigor & nimia ſeveritas, cui jam pares non ſumus.*

Ex quo diſcimus, militem diſciplinæ diu inſuetum pedetentim non unâ vice in ordinem redigendum eſſe *ad exemplum Tiberii apud Eundem 1. Ann. c. 54.*

Ob mixtionem gratiæ & Auctoritatis laudatur Beliſarius à Conſtantino Manaſſe in Annalibus his verbis: Sic à natura comparatus fuit, ut perhumaniter cum hominibus ageret, dulciq; melle verba ſua temperaret, ita tamen, ut idem noſſet experientes & claros in arte ſua Medicos ſolere nonnunquam amara miſcere.

Comparatur autem ille à Duce Bellico, ætate talem dignitatem decente, virtutibus & moribus illam ornantibus, ſeveritate, ut dictum, moderatâ, liberalitate ob merita exercita & ſtipendiorum juſto debitoq; tempore ſolutione, nec non laboribus, ut filio Cyro præſcribit Cambyſes apud *Xenoph. l. 1. Cyropæd. n. 32.*

Quod optimè obſervavit Julius Cæſar, illos (1.) honoribus & donis largiendis, (2.) laborum & periculi tolerantiâ ſibi concilians: *Plut. in Ejus Vita c. 24. Laudatur etiam ideò Marius à Plut. in Ejus Vita c. 8. ubi ſimul traditur Romanis militibus gratiorem fuiſſe Ducem laborioſum, quam liberalitati & honorum collationi deditum. Ageſilaus juxta Plut. in Ejus Vita. c. 28. & Xenoph. in Ejus Vita. n. 666. Severus ab Herodiano lib. 2. c. 57.*

c.37. Alexander, qui in omnibus militaribus actibus laboris ſtudium ac tolerantiam ſuis demonſtravit militibus, imprimis cum in Perſica expeditione equo deſiliit, pedesq; per nivem & concretam glaciem ingredi cœpit, dolabraque glaciem perfringens, iter ſibi fecit, & exemplum imitandi cæteris præbuit. *Curtius lib.5. c.6. Laudatur etiam* eo nomine *Pyrrhus* ab omnibus Hiſtoricis, & inter eos à *Juſtin. lib.25. c.5. Et Cato à Lucano lib.9. circa med.* ita de eo canente:

Ipſe manu ſua pila gerens præcedit anheli
Militis ora pedes: monſtrat tolerare labores,
Non jubet.

Ita quoq; *L. Septim. Severus* laborum & tempeſtatis cujuſcunque patientiſſimus milites exemplo ſuo ad perferenda omnia incitavit, teſte *Herodiano lib.3. c.19. Sic Trajanus* cum militibus etiam pedibus iter fecit, quâ Comitate id eſt conſecutus, ut contra ipſum miles nunquam tumultuaretur, teſte *Dione lib. 68. p.m. 772. Et Xiphil. ap. Eund. p.m. 781. Idem Dio lib.69. p.m. 793.* eo nomine prædicat *Hadrianum Imperatorem*, cum quo conſentit *Spartianus in Ejus Vita c.10. Idem in Alexandro Severo prædicat Lamprid. in Ejus Vita, c.47. & 48. Ita Juliani milites* de illo dixerunt, *nihil periculoſum fore vel arduum ſub Imperatore plus ſibi laboris quàm gregariis indicente, ut refert Marcell. lib.23. p.m. 247. Landatur & Philoponia in Carolo V. Imper. à Zenocaro in ejus Vita, & Ludovici XIII. Gall. Reg. à Gramondo lib.8 hiſt. Gall. p.m. 395. & ſeq. Pertinet huc illud Alexamenis apud Liv. lib.35. c.35. Conſuetudine leviorem laborem fore & comitate ac benignitate Ducis etiam non injucundum fieri poſſe. Inculcat ideo labores Cambyſes Cyro filio ſuo apud Xenophontem d.l.1. Cyropæd. n.32.* De quo plura *ſeq. c.7. th.10. expl.1.* conſignata ſunt.

Ad Favoris conciliationem quoque facit (3.) Benevolentia iis certo modo oſtenſa, quomodo *Alexander M.* militi cuidam gregario ſe exhibuit, dum illum tempeſtatis grandis injuriâ ſemianimem exſurgendo in ſuam ſellam prope ignem poſitam collocavit, eiq; refocillato, ſurgenti & territo reſpondit: *Ecquid intelligis miles, quanto meliori ſorte quàm Perſæ ſub Rege vivatis? Illis enim ſellâ Regis conſediſſe, capitale foret, tibi ſaluti. Curt. lib.8. c.4. Quod factum Val. Max. l.5. c.1. in extern. n.1. hâc præclarâ ornat laude: Quid ergo mirum eſt, inquiens, ſi ſub eo Duce tot annis militare jucundum ducebant, cui gregarii militis incolumitas proprio faſtigio charior erat. Aliam de illo hiſtoriam huc pertinentem refert Curt. d.l. c.2. Et Alexand. Sever. apud Lampridium, c.47.* illam conciliationem favoris demonſtravit, dicendo: *Milites ego magis ſervare volo, quàm meipſum, quoniam in militibus ſalus publica conſiſtit: Similiter idem* ægrotantes ipſe per tentoria viſitavit milites & per civitates & agros patribusfamiliâs hominibus & ſanctioribus matronis diſtribuit, reddens impendia, quæ feciſſent, ſive convaluiſſent illi, ſive periiſſent, *teſte Eod. d.l.* & (4) *Egregiorum facinorum laudatio ac muneratio, non verò invidentia aut ſuppreſſio, nam multi, cum cerium, penes quos ſumma eſſet imperii, metuerent invidiam, cladem accipere, quàm victoria potiri maluerunt, ſecundum Mecenatem apud Dion. l.52. f.m. 488. & tandem (5.) Affabilitas & Comitas Ducis,* de quibus ſuprà *part.1. c.8. th.4. expl.3.* tractatum eſt.

Quantum verò detrimenti & periculi Reipubl. & exercitui ipſi afferat, ſi hic Duci ſuo offenſus ſit, & adverſetur, ex hiſtoriis paſſim patet, idque oſtendunt ſequentia exempla: Q. Fabii, qui Vejentes ſolo ſuo equitatu fudit, pedites verò odio incenſos in illum adducere, neque adhortatione neque proprio flagitio, immo etiam periculo, ſi animus hoſti rediiſſet, præſenti potuit, ut hoſtem inſequerentur, ſed coactus eſt execrationem in ſe, & equites victores, uti etiam reditum in caſtra ſuſtinere. *Livius lib.2. c.48.* Et *Halic. lib.9. c.4. & ſeq. Appii Conſulis,* cujus exercitus ob indignationem in illum, *non ſolùm vincere noluit,* ut Fabianus exercitus, *ſed & vinci voluit. Liv. Eod. lib. c.59. Halic. dict. lib.9. c.60. L. Papirii Dictatoris,* qui ob indignationem exercitus à prælio & victoria ante oculos poſita ideò ceſſantis, ac de induſtria eam impedientis hoſtem ſuperare non potuit. *Id Livius lib.8. c.35. & 36. Jungi hic poſſunt, quæ in Trajano laudat Plinius in Panegyr. c.15. & c.19.*

(4.) *Fortunæ diffidentiam. Ejus enim arbitrio ſe committere, prudens Dux non debet, quia* ejus alea admodum dubia eſt, & *nuſquam minus, quàm in bello eventus reſpondent. Liv. lib.30. c.30. ne tot annorum felicitatem in unius horæ dederit diſcrimen. Id. d.l. Contrà verò tutiſſimum eſt, ſibi nihil de fortuna fide promittere. Senec. de tranquil. Anim. c.13. Quod etiam ſecum reputavit Annibal dicens: Maxima cuiq; fortunæ minimè credendum eſſe: Liv. l.30. c.30.* Et *Æmilius Paulus,* qui

B. refereote *Plut. in Ejus Vita c.61.* Orationem ſuam ita exorſus eſt: *Fortunā ut infidiſſimam, inconſtantiſſimamque rem ſemper ſuſpectam habui, atque hoc ipſo maximè bello, cum ea tanquam ventus ſecundus rebus gerendis proſpera mihi adeſſet, nunquam non mutationem aliquā exſpectavi, nec non Amaſis Ægyptiorum Rex apud Herod. l.3. n.78.* Polycrati ita ſcribens: *Fortunæ tuæ proſperitates mihi non placent, qui intelligo, quam invidum numen ſit:* & mox, *quod ſi proſpera tua deinceps non variabuntur adverſis, medeare in tibi ſubinde eo modo, quem tibi ſubjeci. Laudatur etiam eo nomine Ludovicus XI. Gall. Rex à Cominæo oculato teſte l.6. c.6.* & nupero ſcriptore *Joh. de Buſſieres l.13. Hiſt. Francica. Monuit inde Dictator Fabius* magiſtrum equitum ſuum, ut *plus conſilio, quàm fortunæ confidat. Liv. l.22. c.18. & 25.* Qui idē in Senatu Romano dixit: *Bono Imperatori haut magni fortunam momenti eſſe, mentem rationemque dominari. Liv. d.l. c.25. Expertus eſt variabilitatem fortunæ Eduar-*

C. *dus III. Anglorum Rex* 40. *annos beatiſſimus, poſtea infeliciſſimus. Polyd. Virgil. l.19. circ. fin. Et Ugolinus Girardeſcus Guelferum partium in Italia princeps, qui* adverſâ parte domitâ potentiſſimus, ditiſſimus & feliciſſimus à ſe ipſo & omnibꝰ habitus eſt, & ideo in frequenti natalis ſui convivio felicitatem ſuam erga convivas celebrans ex iis quendam, Marcum nomine, interrogavit, qui tandem abeſſe videretur; hic verò fortunæ inconſtantiam contemplatus, ſola, inquit, ira Numinis procul diuq; abeſſe à tam rebus ſecundis non poteſt. Dictum, factum, nam paulò poſt adverſa Gibellinorum factio armis correptis illius ædes oppugnarunt & expugnarunt, unum filiorum & nepotum trucidarunt, & ipſum cum reliquis filiis & nepotibus turri incluſerunt, ac fame miſerabiliter enecarunt, ut refert *Æmylius in Hiſtor. Franc. l.8. poſt pr.*

Plura vide infra c.7. th.15. expl.1. & c.11. th.6. in expl.

D. *& præc. parte 1. c.9. th.2. expl.1. notata.*

Magis porrò ad conſervationē proprii exercitus quàm hoſtium proprio cum damno internecionem ſpectandum eſſe prudenti Duci, apud Romanos à prudentiſſimis ſemper traditum & obſervatum, adeoq; nonniſi ex occaſione vel neceſſitate ab iis dimicatum fuit, ut ſeq. c.7. th.5. explic.1. & th.10. expl.3. demonſtratum eſt, habueruntq; Romani duo ejus fundamenta (1) dubiam belli aleam. (2) amorem civibus ſuis, ex quibus exercitus maxima pars conſtitit, *debitum,* quo etiam reſpectu *Lucullus & P. Scipio Africanus* ſæpe profeſſi ſunt, *ſe malle unum civem ſervare, quàm mille hoſtes perdere,* juxta *Plut. in Vita Illius c.15. & ſeq. Et hujus c.16.* cumq; imitatus eſt *Anton. Pius,* juxta *Capitolin. in Ejus Vita c.10. Et Carolus V. Imper.* juxta Zenocarum in ejus Vita l.3. Quibus conformem ſe geſſit *Fabius Dictator* Romanus apud *Livium lib.22. c.25. dicens, majorem gloriam eſſe ſervaſſe exercitum, quàm multa millia hoſtium occidiſſe.*

Sed hæc regula hodie parùm attenditur, militibus hoſti

hoſti ceu pecora vel paleas ſæpe citra fructum, & neceſſitatem, vel per oſtentationem, vel per imprudentiam ad lanienam ſæpiſſimè expoſitis.

(5.) *Alacritatem ac lætitiam etiam in adverſis vel dubiis præ ſe ferre debet Dux:* præcipiente inter alios *Seneca in Conſol.ad Polyb.c.24. & Mauricio in Strategicis l.8.c.1.ac 2.* his verbis: *Qui nec ſecundis rebus effertur, nec adverſis animum deſpondet, palam factus eſt ad munus militare. quia neceſſe eſt, fugam parare, qui Ducē ſuum ſentiunt deſperare. Veget.l.3.c.22.* Et *fortes ac ſtrenui etiam contra fortunam inſiſtunt ſpei, timidi & ignavi ad deſperationem formidine properant. Tacit.2.Hiſt.46.* Laudatur eo nomine *Ageſilaus à Xenoph. in ejus Vita. n.673.* & *Annibal à Livio l.28.c.12. his verbis neſcio an mirabilior fuerit adverſis quam ſecundis rebus.* Ita *Alexandri M. vultus interritus certam victoriæ ſpem militibus faciebat. Curtius lib.4.c.13.*

Hinc ſemper Populus Romanus cladem exercituum interitum Ducū funditùs amiſſas nobiles familias conſtanter tulit, Tacit 3. Annal.6. Et Plut. ex Pyrrhi verbis in ejus vita.c.47. de Romanis ſcribit: Adverſo prælio eorum fiduciam non imminui, ſed & vires & cupiditatē belli augeri.

Laudat eo nomine Annibal Marcellum Romanorum Imperatorem l.27.c.26. his verbis: *Cum eo mihi hoſte res eſt, qui nec bonam, nec malam fortunam ferre poteſt, ſeu vincit, ferociter inſtat victis, ſeu victus eſt, inſtaurat cum victoribus certamen; Africanus ſanè ipſe victo Antiocho Syriæ Rege prædicavit, neq; Romanis ſi vincantur, animos minui, neq; ſi vincant, ſecundis rebus inſoleſcere. Juſtin. l.31.c.8. Ad Magnanimitatem hanc Romanorum ſuorum reſpexit M. Craſſus dicens, non fortunæ bonitate ſed patientiâ & virtute in ſuſtinendis rebus adverſis ad tantam potentiam rem Romanam perveniſſe,* ut refert *Plutarch. in Ejus Vita c.52. de quo plura ſeq.c.11.th.8. expl.2. diximus. Laudat quoq; ſuos Lacedæmonios Archidamus* hoc nomine *apud Thucydidem* his verbis. *Solos nos neq; proſpera fortuna ſuo ſtatu extollit, nec adverſa quantum alios infringit l.1. p.m 35. Quod quoque Lamormain. de Ferdinando II. Imperatore in lib. de Ejus virtutibus c.30.* ſcribit, *narrans Bethlehemum Gaborem Trans-Sylvaniæ Principem dixiſſe, periculoſum & difficile eſſe cum Ferdinando illo bellum gerere, quia illum neque infortunium frangeret, neque fortuna inſolentem redderet. Et Dubravius lib.26. Hiſtor. p.m.215. Imperatorem Sigismundum, quod ab Huſſitis Pragenſibus Vicegradum arcem obſidentibus magnâ ſtrage affectus, ad metalli fodinas Cuthnenſes ſe contulerit, & ad diſſimulandum ex clade acceptâ dolorem, capiti ſertum viride impoſuerit, lætaque facie convivium cum Honoratioribus inierit.*

Animoſam atq; ingenioſam Ulrici Erlachii Imperatoris Helvetii mentem refert Picc. Dec.1. Obſerv. 3. his verbis: *Cum ei officio Ducis egregiè fungenti ſignificaretur, quosdam ſuorum in acie terga vertiſſe, nihil inde territus reſpondit: Perplacet mihi paleas à granis Ventorum vi ſejunctas eſſe: ubi videatur.*

Referenda huc ſunt, quæ ſupra hoc libro: part.1. c.6. th.8.expl.4. conſignavimus.

Debet verò idem in rebus ſecundis quoq; non inſoleſcere (licet hoc admodum arduum ſit, quia iis etiam ſapientium animi fatigantur, *Pollio in D.Claud.c.11.* & ideò *Plato in Imperatore* non audaciam, neq; victoriam, ſed *id unum ſpectandum & magnifaciendum eſſe dixit, ſi quis fortuna rectè agatur, & moderatum ſe magnis in rebus verſantem præbeat Plut. in Dion. c.65.* (quem imitatus *Æmyl. Paulus apud Liv.d.c.8. qui illâ virtute præditum demum virum eſſe cenſuit. Et Imperator Sigismundus virtutem illam tanti fecit, ut eâ præditum ſolum regno dignum æſtimaret. Æn. Sylv. in Comm. de dict. & factis Alph. lib.4.n.10.) quoniam fortuna fugax, & ſæpe inter regios honores & compedes exile ſpatium ac incertum eſt, quid ſerus veſper vehat;* ut poſterius *Æmyl. Paulus*

A. *apud Liv.lib.45.c.8.* affert. De quo plurima apud *Senecam lib.3.Nat.Quæſt.in præf. & Marcell.l.14. in fin. Et exemplum ſingulare hujus inconſtantiæ in Demetrio refert Plut. in Ejus Vita.c.44. Præclara ſunt hanc in rem Annibalis in colloquio cum Scipione habito de ſeipſo verba apud Liv.l.30.c.30. Quod ad me attinet, jam ætas ſenem in patriam revertentem, unde puer profectus ſum, jam ſecundæ, jam adverſæ res ita erudierunt, ut rationem ſequi, quàm fortunam malim. Non temerè incerta caſuum reputat, quam fortuna nunquam decepit. Agnovit hoc quoq; Ageſilaus,* qui quoties fortunâ uſus fuiſſet proſperâ, non homines præ ſe contemſit, ſed Diis gratias habuit. *Xenoph. in Ejus vita. n.673.*

Camillus Dictator, qui dum Vejis captis prædam ſpe majorem ante oculos poſitam videt, dicitur manus ad cœlum tollens *precatus eſſe, ut ſi cui Deorum hominumq; nimia ſua fortuna populi Romani videretur, ut eam in-*
B. *vidiam lenire ſuo privato incommodo, quam minimè publico populi Romani liceret. Liv.lib.5.c.21.*

Philippus Macedonum Rex, qui cum in una die multis de proſperis eventis nuncii ei afferrentur: *O fortuna,* exclamavit, *pro tot tantiſque bonis parvum mihi aliquod retribue malum. Plut. in Apoph. Reg. c.29. Romanos ſane ob eam virtutem laudat, & in tantam magnitudinem excreviſſe, judicat Appian. in Bell. Parth. p.246. Et Hiero per Legatos ſuos apud Liv.lib.22.c.37.*

Egregiè ſe quoque hac in re temperavit *Cantacuzenus* magnus domeſticus, ut annotavit *Nic. Gregor. lib.9. tit. de Magni Logothetæ exilio.*

De Carolo V. etiam Imperatore Chytr. in Sax. lib. 19. ſub ejus geſtis *f.508.* memorat, *quod in rebus ſecundis & adverſis eandem vultus conſtantiam & tranquillitatem retinuerit.*

(6.) Celeritate in bello ideò utendum eſt, quia hæc in
C. *illo amplius prodeſſe ſolet, quam virtus, teſte Vegetio lib.4. c.31. ut ſeq.c.8.th.2.expl.2.n.15. pluribus demonſtrabitur.*

(7.) Bello parta ſtrenuè defendenda & retinenda ſunt, quia facilius eſt, quædam vincere, quàm tueri. Curt. lib. 4.c.11. Et Xenoph.lib.7.de Inſt. Cyri n.198. Nam ſecundùm Ovid.l.2.de Arte Amandi v.13.

Non minor eſt virtus, quàm quærere parta tueri.

Contrà valde ignominioſum eſt, bello & magnis ſumtibus acquiſita iterum magno cum damno amittere. *Proprium hoc eſt Turcorum, qui ſemel acquiſita ſtrenuè tuentur ac retinent, ac ut milites* ſuos ad defenſionem occupatorum locorum eò melius cogant & adigant, *ſtatim templa in iis ædificant, & Mahometi ſuo dicant, quo medio* per ſuperſtitionem ſuos ad defenſionem & protectionem illorum locorum miris modis adſtringunt, ut inter alios tradit *Soranzius in Ottomanno Parte 3. c.69.* & experientiâ ſatis conſtat. *Vice verſâ Gallis imputatur, quod feliciores ſint in acquirendis, quam tuendis & retinendis provinciis ab ipſorum con-*
D *terraneo Blaſio Monluccio tom.3. Comm. lib. 3. & aliis multis:* quod & *exemplis* abunde conſtat. *Ita enim Regnum Siciliæ ac Neapolin & Ducatum Mediolanenſem iterum amiſerunt:* De quo videri poſſunt *Collenut. Hiſtor. Neapolit. lib.5.& 6. Guicciard. lib.5. 11. 14. & 15. Hiſtor. Fazellus de Reb. ſiculis lib 9.c.9.& 11.Dec. poſter. Comin. lib.7.& 8.Comment. Jovius in Hiſt. ſui temporis l.7.11.12.16.& 45. Idem de Pyrrho* Achillis filio in hiſtoriis proditum eſt: vide *Juſtin.lib.25.c.4. Ejus ratio hæc datur, quia etiam excellentibus ingeniis citius deeſt ars, quâ civem regant, quàm quâ hoſtem ſuperent. Liv. lib.2. c.43.* de qua ſupra *part.1.cap.1.th.1.expl.2.quæſt.1. nec non illa, quia per corruptelas ac aliqualem fortunam bellicam & ignaviam poſſidentis ſæpe magis quàm per virtutem propriam aliena occupantur, illa autem abſque hac non conſervantur, ſi præſertim novum regimen moribus & legibus antiquis non conforme vel alias priori aſperius ſit.*

Sed

Sed hodie Galli ad conſervandas acquiſitas provin- A.
cias omnem impendunt operam.

(8.) *Conſilia maximoperè occultanda eſſe, ſana ratio ſuadet, & ſeq. c.8. th.2. expl.1. à nobis abundè demonſtrabitur.*

(9.) *Artem ſimulandi & diſſimulandi in bello ob diverſa accidentia & emergentia admodùm neceſſariam eſſe, per ſe liquet. Pertinet vero huc, qua paulo ante n.5. de Alacritate & hilaritate præ ſe ferenda, & ſeq. c.7. th.8. expl.8. n.3. uti etiam ſupra part.1. c.8. th.4. expl.4. adducta ſunt.*

(10.) *Quare omnia hoſtium Duci debeant eſſe cognita, infra d.c.8. th.2. expl.2. n.2. & 11. quoque demonſtrabitur.*

(11.) *Fidem ſanctè ſervare, uti in omnibus rebus, ita principaliter in militaribus neceſſe & decorum eſt, quia* ſine ea omnia corruunt. *Joſua* certè cum Principibus
fidem Gabaonitis etiam infidelibus & fraudulentis ſer- B.
vavit. *Joſ. c.9.*

Laudatur etiam à Xenophonte d. l. n.664. Ageſilaus, hoc addito Epiphonemate: Tanta tamq; præclara res eſt, cum in aliis univerſis, tum in Imperatore religioſum eſſe & fides ſervantem, talemque cognitum. Optimè quoque idem dicere ſolitus eſt: Diffidentes fallere ſapientis eſſe, credentes nefarium, teſte Eodem no: 673.

Laudantur maximè Romani, quod fidem datam ſanctè ſervarint. *Cujus exemplum* eximium occurrit apud *Liv. lib.22. c.58. & 61. Ubi refert: Annibale ex Captivis decem Legatos pro redemtione reliquorum ſub hoc juramento ſe redituros, Romam dimittente, unus, cum jam è caſtris egreſſi eſſent, veluti aliquid oblitus, juris jurandi cauſa ſolvendi in caſtra rediit, & ante noctem comites aſſecutus, Romæ ſub adventum quaſi liber & redire nolens, domum ſe contulit. Quo cognito, Senatus illum comprehendi, & cuſtodibus publicè datis ad Annibalem deduci* C.
juſſit. Adfert quoque hoc exemplum Cicero lib.1. de Offic. c.13. & Polyb. in fin. lib.6. Apud Eundem Ciceron. d. l. in Regulo à Pænis empto. Cum n. hic de captivis commutandis Romam miſſus eſſet, juraſſetque ſe rediturum, ut venit, captivos reddendos in Senatu non cenſuit, deinde cum retineretur à propinquis & ab amicis, ad ſupplicium redire maluit, quàm fidem hoſti datam fallere, *quam hiſtoriam ut refert Livius in Epit. lib.18.*

Egregium quoq; fidei præſtandæ exemplum habemus in Calavio Capuano Cive, cum enim hujus filius Perolla Annibali (: cui ſe Capuani certis conditionibus dederant:) *apud patrem bonâ fide, ut hoſpes ad convivium divertenti, vitam ſubdolè gladio adimere vellet, & patri conſilium aperuiſſet, hic fidem, religionem, & pietatem objiciens, nullo modo id concedere voluit, addendo, Tune vultum Annibalis, quem armati exercitus timent, quem horret populus Romanus, ſuſtinebis? referente Liv. l.23.*
c.8. & 9. Aliud in Sexto Pompejo Antonio hoſpitis fidem D.
datam egregiè ſervante exemplum occurrit apud Plutarch. in Ejus vitæ c.42.

Ita quoque Johannes I. Galliæ Rex ab Eduardi III. Angliæ Regis filio Eduardo, Walliæ Principe captus & ſub promiſſione, ſe in regno ſuo lytrum coacturum & ſolutorum, dimiſſus, cum illud ob ſubditorum inopiam & ærarii exhauſtionem comparare nequiret, datæ fidei memor in Angliam reverſus, & ibi paulò poſt mortuus eſt, ut poſt alios refert *Polyd. Vergil. l.19. p.m.* 494. *De Guidone Flandriæ Comite ſimile quid refert Marchant. in Deſcript. Flandr. l.2. p.m.244. ac ſeq. & Æmylius l.8. ſub Philipp. IV. f.m.25. & ſeq.*

Contra verò Antoninus turpiter ſuam & Romanorum fidem fœdavit, ſub ſpecie amicitiæ & filiæ promiſſæ in matrimonium ſociandæ Artabanum Parthorum Regem juramento fidentem, armatâ inſtructi exercitus manu aggreſſus, & multo cum ſanguine fugans, ut apud *Herodian. l.4. c.20.* legi poteſt.

De quo plura præc. P.1. c.8. th.4. expl.2. adduximus.

(12.) *Hoſtem non contemnere per ea, quæ ſeq. c.5. th.8. expl.1. n.1. adducta ſunt.*

(13.) *Hiſtoriarum, Geographiæ, Aſtronomiæ, Architecturæ, & Linguarum in aulis & converſatione quotidianâ uſitatarum habere notitiam ob rationes d. P.1. c.8. th.4. expl.4. & P.2. Sect.1. c.1. th.7. expl.2. & c.2. th.9. expl.2. relatas. In ſpecie verò Aſtronomiam in belli Duce utilem eſſe, demonſtrat exemplum Dionis, exiſtente Lunæ deliquio* per Miltam vatem milites perturbatos egregiâ oratione confirmans, apud *Plut. in ejus vita c.29.* & *C. Sulpitii Galli Tribuni militaris Romanorum*, cum enim hic ex illius ſcientia noſſet, ſequente nocte ſimile deliquium Lunæ futurum, id in concione militibus retulit, & ſic illos à metu prodigii avertit, cùm contra hoſtilis Macedonum exercitus ob ejus ſcientiæ ignorantiam ideo valde trepidaret, ut refert *Liv. l.44. c.37. Frontin. l.1. Stratem. c.12. n.8. & Val. Max. l.8. c.11. n.1. plura ejus modi exempla* legi poſſunt. *& quidem quo ad deliquium ſolis in Pericle apud Eund. Ibid. in Exter. n.2. & Agathocle apud Front. d.c.12. n.9.*

Ex quibus patet, quàm enormiter errent, qui literarum ſtudium militiam enervare ſtatuunt, quorum rationes optimè refutavit Felwing de Arte Diſcendi, Diſp.9. nimirum hic cum Senecæ Epiſt.106. ſtatuendum eſt, non ſcholæ ſed vitæ diſcendum eſſe: vel, ſi mavis, Reipublicæ.

Propoſitum quidem hîc nobis fuit Clariſſimorum Belli Ducum catalogum & facta breviter ſubnectere, ſed quia poſtea animadvertimus, Lentulum in Prudentiâ Militari c.9. illud maximâ ex parte præſtitiſſe, eò lectorem remittere voluimus, ne opus hoc in immenſum excreſceret.

II. *Quomodo hoſtis in hoſtico petendus & invadendus ſeq. c.5. th.8. expl.1. & 2. obſidio inſtituenda ac continuanda, nec non prudenter & fortiter ſuſtinenda ſeq. c.6. th.17. & 18. at in ſubjunctis explicationibus, prælium ex arte & prudentia militari inſtituendum & dirigendum, ſeq. c.7. th.6. expl.4. & th.10. in explicationibus & in ſpecie 9. victoria prudenter perſequenda, ſeq. c.11. th.8. & in explic. ac tandem pax prudenter & utiliter perficienda, ſeq. c.12. th.3. & ſeqq. ac explicationibus ſubjectis latè diximus.*

TH. V.

Milites conſiderandi ſeparatim vel conjunctim.

TH. VI.

Separatim (1) in Collectione. (2) Diſtinctione.

Explic.

M*iles rectè à verbo mille, vel numero millenario*, ex quo quondam ille apud Romanos lectus eſt, vel quod olim ſingulæ tribus ſingula millia militum pedeſtrium miſerint, derivatur, ut ſcriptum reliquit *Varro l.4. d. L.L. c.16. Ulpian. in l.1. §. ult. ff. de Teſtam. milit. & Iſidor. l.9. c.3. Licet Ælius Stilo apud Feſt. de V.S.* illum à mollitie per antiphraſin quaſi minimè mollem deducat. *Plures etymologias vide in d. §. ult.* & apud *Voët. de Jure milit. c.2. n.2. Martin. & Voſſium in Lexicis Etymolog. ubi hic* ex Nomenclatore quodam duas ridiculas affert, quod nempe dicatur *quaſi mirares, vel à milio*, quia milites in Franconiâ libenter edunt milium.

Italis, Hiſpanis, Gallis, & nobis Germanis à ſolido, quod nummi genus eſt, ut ex jure paſſim, & in ſpecie *l.2. C. de Falſa Moneta* conſtat, *& à quo etiam Feudum Soldatæ*, quia id plerunq; in ſolidorũ donatione conſiſtit,

c.un.

c.un.2. Fend.10.inf. & inde Germanicum **Sold** *deſcendit, tranſlative* **Soldat** *dicitur. quod etiam Ceſpedes de Dubiis conſcient. Milit. Dubio I. agnoſcit.*

Præcedenti primùm ſeculo **Landsknecht** / *quaſi provincia vel patria miniſter dictus, ſecundum Avent. l.4. Ann.f.m.216. & Henter. de Rebus Belg.l.7.f.341. Ita apud Fronſperg.P.1.* **der Kriegs-bücher** *l.1.f.14.* **In dem Articulsbrieff** *art.11. ille,* **Landsknecht** / à peregrinis nationibus vel militibus diſcernitur. *vide tamen, quæ ſeq.c.4.th.4.in explic. de hoc verbo adducta ſunt.*

Quibus tandem addendum, apud Romanos olim militem ſtrictè ita dictum ab equite contradiſtinctum fuiſſe, tum quia miles pedeſtris, ut modò dictum, ex mille lectus, atque inde nominatus fuit. *tum quia* olim in pedite præcipuum militiæ Romanæ robur, ut ſimiliter notum eſt, indeque ille id nomen κατ᾽ ἐξοχὴν obtinuit.

Oſtendit id Cæſar l.3. de B. C. p.m.326. his verbis: Nemo aut miles aut eques à Cæſare ad Pompejum tranſierat. & p.339. ibi, ut adoleſcentes atque expeditos ex anteſignanis electos milites ad pernicitatem armis inter equites præliari juberet. & l.5. de B. G. p.m 101. ibi milites, equitesque ac p.103. ibi tripartitò milites equitesque in expeditionem miſit. & Front. l.2. c.5. n.32. ibi Equitatu poſt terga militum collocato. uti etiam Liv. l.22. c.37. ibi milite atque equite ſcire, niſi Romano Latinique nominis non uti populum Romanum, atque Curt. lib.5. c.1. ibi, mercenarius miles ad quatuor mille advenerat, cum 380. equitibus, ac l.6. c.6. n.7. ibi Amicos verò & equites, tumque his Principes militum: uti etiam Paterc. l.2. c.15. ibi, duplici numero ſe militum equitumque fungi & Eutrop. l.3. ibi, militum 40000. equitum 3400.

TH. VII.

In collectione obſervandi (1) Ejus modi & militum conſcribendorum qualitates. (2) excuſatio. (3) Diverſi collectionis illius perficiendæ actus.

TH. IIX.

Modi collectionis uſitati ſunt duo (1.) conſcriptio publica mediante mercede, per tympanorum & aliorum militarium inſtrumentorum ſonitum, profeſſionem nominis & arrhæ, vel pecuniæ certæ acceptionem perficienda. *(2) Convocatio publica* per Præconem, vel Edicta ex poteſtate Superioritatis, citra ullam mercedem in ſubjectos, ſecundum Leges & obſervantiam cujusque loci facta.

Explic.

A*Pud Romanos olim tres fuère modi colligendi exercitus: (1.) Conſcriptio,* quando concluſo vel ingruente bello populo dies à Conſulibus fuit dicta, quâ Romæ omnes & ſinguli ad militiam apti coovenirent. *Polyb.6.c.17.* & illâ apparente per 30. dies, ſigno ex arce Capitolii ſuſpenſo: teſte *Feſto, ſub verbo Juſti.* Et *Macrob.1.Saturn.16.* nec non *Liv.lib.26.c.31.& lib.39.c.15.* delectus habebatur, quolibet nomen ſuum à Conſule ex tabulis Cenſoeiis prolatum profiteri obſtricto, ut indicat *Liv. lib.2.c.26. & ſeq. ac lib.3.c.69.* Et *Halic. l.8.n.100. & ſeq. & quidem ſub pœna proditæ patriæ. l. 4. §.10. ff. de Re Milit. Et in Campo Martio congregatio fiebat, Liv.l.3.c.27. & paſſim. Quod etiam in civitatibus ſociis per actum, ſecundùm Polyb.d.l.c.19. Sicuti etiam*

A. poſtea coloniis certus militum numerus in neceſſitatibus publicis impoſitus fuit, ut refert *Livius lib. 27. c.12. l.20.c.15.*

Ubi ex antiquitate notandum, Conſules in delectu militum obſervaſſe, ut primus miles fiat bono nomine, referente Cicer.1.de Divin. c.45. per illud enim ominabantur Romani, vel vovebant potiùs, ut exercitui ſalus obveniret, & fuère teſte *Feſto in verbo lacus* nomina talia plerunque *Valerius, Salvius, Statorius. Cum enim Romani* referente Ovid.1.Faſtor. ante medium crederent, quod omina principiis ineſſe ſolerent, etiam illos primum citabant, quibus nomina talia omina fauſta denotantia eſſent.

Sed quantum hic modus à moderno conſcribendi per tympana differat ſeq.th.9.expl.n.6. dicetur. *Quomodo vero* milites hi in legiones poſtea æqualiter diſtribuì fuerint, *Polyb.d.c.17.* docet.

B. *(2.) Conjuratio, quâ ingruente tumultu* (: in quo ob præſens periculum & temporis defectum cives ordinariè convocari non poterant:) ille, qui exercitum ducturus erat, ad *Capitolium* ſubitò ſe contulit, *& ex illo duo vexilla, unum roſeum* pro peditibus, *alterum cæruleum* pro equitibus, *ut Servius ad l.8 Æneid. Virgil. verſu.* tradit, protulit, (: quorum prius quidem ex *Macrob. d.l.1.c.16.* poſterius verò nullo antiquo auctore probatur:) inclamando, qui rempubl. ſalvam eſſe vult, me ſequatur, quo facto convenientes inter ſe ſimul jurarunt, & ita modo huic conjurationis nomen indiderunt.

(3.) Evocatio vel potius convocatio, quâ in defectu juventutis Urbanæ, & bellis moram ſimul patientibus certi delegati, expl. gr. triumviri per diverſa loca extra Urbem ad cogendum militem miſſi Conſulibus ſunt, ut ejus exemplum occurrit apud *Liv. lib. 25. c.5.* quos *Idem lib.21.c 11. & 21. & 30.c.7. conquiſitores.* Et hodiernum ſeculum **die Muſterherrn** / vel potius **Wer-**
C. **ber** vocat, cum quo loco conferendus alius *apud Livium* in præc. *l.29. c.34. ubi conquiſitio per conductionem explicatur.* & alius *ſeq. c.35. ubi pro conquiſitione inquiſitio uſurpata eſt.* Poſſunt etiam illi conductores militum dici, ſicuti *Curt. l.3. c.1. in pr. conducere militem* uſurpat. *De quibus modis legi etiam poteſt Cicero pro Milone c.25. & l.2. ad Attic. Ep.21. & Hirtius de Bello Alexandr. poſt pr. Serv. d.l.*

Addi debet (4.) vera evocatio, quâ omnes vacationem à militia alias habentes tam in tumultibus, quàm aliis ſubitis & magnis periculis remotâ omni exceptione in militiam adſciti fuerunt, ut *ſeq.th.10. expl.1. & 3.* pluribus dicetur. *Illos Dio lib. 45.f.276. ἀνακλήτους revocatos vocat, & ideò Lauremb. in Antiquario ſub verbo Evocati revocatos reddit.*

Convocatio militum citra mercedem per præconem vel literas publicas, uti & alia ſigna facta hodie apud Polonos, Tartaros, Moſchos, Ungaros, Turcas, Perſas & ſi-
D. *milet viget.* Germanicè **Aufboth.**

De Polonis res omnibus nota eſt, & ſolet illa à Rege cum conſenſu Proceru m trinundinâ literarum convocatoriarum circummiſſione (: *quæ à reſtibus, quibus alligatæ ſunt, reſtes dici ſolent. Cromer. l.23. f.m.349. &* Neugeb.l.7 Rer.Polon.p.540. de quibus etiam *Hartknoch. de Republ.Polon.l.2.c* 8. *th.*6 agit:) regulariter peragi, ac *poſpolite Ruſſenie* in illorum linguâ dici: *Cujus exempla refert Id. Neugeb. l.6. p.350. & 406 & l. 7. p.490. 502. & 940. & ſeq. ac l.10. p.694. De illa convocatione latè agit Hartknoch. d.c.8. th.6. & ſeq. Quibus addendum Polonos* etiam militem quendam equeſtrem ordinarium alere, qui in finibus regni ex inſtitutione & conſtitutione Sigismundi Auguſti de anno 1562. & 1569. contra Tartarorum incurſiones regulariter excubare debet, & *à quarta parte* redituum, quos regii Tenutarii ſolvunt illi in ſtipendium ordinatâ *Quartiani* dicuntur, ut *præc. p. 2.c. 8. th. 7. expl. a.* paucis dictum,

dictum & latè ab *Hartknoch. d. cap.* 8. *§.* 14. A. deductum eſt.

De Turcis præprimis hic notandum, apud illos eſſe certos milites, & potiſſimùm equeſtres *Timoriotas* dictos, *qui ob prædia beneficii jure poſſeſſa & Timara nuncupata* omni tempore ad militaria ſervitia præſtanda parati eſſe debent, de quibus legendus *Soranz. in Ottom. part. I. c.* 15. *&* 19. *ubi refert* illorum, ſcilicet Timarorum, in Europâ 16000. & Aſia 50000. eſſe, quæ poſtrema ſubductâ ratione 150000. tàm equitum, quam peditum ſervis annumeratis efficiunt. *A quo tamen differt Traduccius in Turcâ vincibili part. I. c.* 3. *ſect.* 2. *De ſecundo militiæ genere*, referens in Europâ 60000. Spachorum, quos Timariotas vocant contineri: Et in Aſiâ 72000. atque ita ultra 130000. Timariotarum in exercitu eſſe, horum numerum verò propter ſervorum copiam, qui ſimul in aciem deduci poſſunt, eſſe ultra 300000.

De Perſarum copiis bellicis & magnâ potentiâ vide Petr. Bedick. in ſuo Cehil Sutun. Artic. 20. ubi illas & hanc latè refert.

De Ungaris res quoq; nota eſt, quia perpetuò in armis degunt, & ideò quondam non immeritò Patroni & Dii tutelares totius Europæ, *Lanſio in Orat. pro Ungar. circa fin.* dicti: *Hodie verò* propter rebellionem motam ab Imperatore noſtro Invictiſſimo vires illorum planè proſtratæ ſunt.

De Moſchovitis ita Guagninus tom. 2. *Rer. Polon. in deſcript. Moſchov. cap.* 3 *p.* 227. *Magnus Moſchorum Dux ingentem Exercitum longo tempore ſuſtentare poteſt, neq; enim militibus ſuis ſtipendia largitur, ſed agros illis exiguo precio elocat, quo beneficio operam militum demeretur.* Et paulò poſt: *Nobiles autem omnes, Magnates, & Conſiliarii adeò durâ ſervitute premuntur, ut quemcunq; apud ſe in aulâ eſſe velit, vel in bellum ire, aut legationem aliquam obire juſſerit, id ſuis ſumtibus facere cogitur.*

Quando autem aliquem magni nominis Virum ad bellum proficiſci jubet, literas ſuas ad illum mandatorias mittit, ſi autem vel prandent vel cœnant, dormiensve præventus fuerit à tabellatore magni Ducis, literasq;, quibus ad bellum proficiſci jubetur, acceperit, continuo à prandio, lectove ſurgens equum tabellatore inſpiciente armatus aſcendit, mandatumq; Principis ſe exſecuturum præbet, atq; ſic omnes, qui per facultates res familiaris poſſunt, ſumtibus propriis militant. Per ſingulas quoq; Provincias magnus Dux filios Nobilium tenuioris fortunæ conſcribere ſolet, ut numerum illorum & quot quisq; equos ac ſervitores habet, cognoſcere poſſit, iis ſingulis exiguum ſtipendium annuum concedit, & in bellum proficiſci jubet. Et iterum paulò poſt: *Omnes deniq; & ſinguli tàm ſtipendiarii, quàm Principis gratiam exſpectantes in bellum propriis ſumtibus ire coguntur. De quo tamen lege Baronem de Mayerberg in Deſcriptione Itineris in Moſchoviam f.* 90. *& ſeq. ubi hodiernam militiam exactè deſcribit & ſolum Prætorianum militem Strelitzios dictum ex* 40000. *conſtare refert.*

Reliquos ſtudio prætermittimus: addentes apud Calecutios ſimiliter per nuncios publicari, Rempubl. in magno eſſe diſcrimine, & qui clamorem hunc excipiunt, rurſus eodem modo alios excitare, & ſic intra breve temporis ſpacium magnas militum copias congregari, ut recenſet Oſorius lib. 3. *Rer. Emanuelis.* p. m. 82.

Olim quoq; apud Gallos introductum fuit? ut in concilio procerum armato lege communi omnes puberes convenire armati cogerentur, noviſſimo vel ultimo adveniente omnibus cruciatibus affecto, ut narrat, *Cæſar l.* 5. *de B. G. in f.*

TH. IX.

Qualitates in milite conſcribendo attendendæ ſpectant. (1.) Patriam. (2.) Vitæ genus: (3.) Ætatem: (4.) Corpus: (5.) Animum: (6.) Mores & Statum: (7.) Sexum.

Explic.

I. L*Icet in conſcribendis militibus*, quantum fieri poteſt, *Veterum* habenda ſit cura, quippè juxta *Veget. lib.* 1. *c.* 13. *Nihil neq; firmius, neq; felicius, neq; laudabilius eſt Reſpubl. in quâ abundant milites eruditi. Quod obſervavit inter alios Alexander M.* orbem terrarum aggreſſurus, & bello petiturus, teſte *Juſtino lib.* 11. *cap.* 6. *P. Corn. Scipio* Siciliam claſſe petiturus, ſecundùm *Plut. in Ejus Vitâ c.* 21.
B. De quibus *cap. ſeq. theſ.* 2. *expl.* 2. in ſpecie dicetur.

Quia autem non ſemper illorum copia haberi poteſt & tyrones tandem conſcribendi ſunt, inter illos præferri debent.

I. *Quoad Patriam* (1.) *Ruri nati & educati Urbanis, quia* ſecundùm *Senecam Epiſt.* 51. *Miles fortior à confragoſo venit, ſegnior eſt Urbanus & Verna, atq; ideò* è plebe ruſticâ electi milites non contemnendi ſunt, quia laboribus militaribus tàm facile non franguntur, omnibus cœli injuriis ferendis aſſueti, deliciarum ignari, parvo contenti & ad omnem laborum tolerantiam magis indurati. Hinc *idem Seneca d. l. nullum laborem recuſant manus, quæ ad arma ab aratro transferuntur. Et Varro lib.* 2. *de Re Ruſticâ: Viri magni Majores noſtri ruſticos Romanos præponebant urbanis, quod qui in Oppido ſederent, quam qui rura colerent, deſidioſiores eſſe putabant.* Sic quoque *Cato l.* 1. *de Re Ruſticâ cap* 1. *Ex agricolis*
C. *& Viri fortiſſimi & milites ſtrenuiſſimi gignuntur*, quod etiam innuit *Cic. pro Archiâ c.* 10. his verbis. *Noſtri illi fortes viri, ſed ruſtici ac milites. Rationem ejus* præter jam dictum Varron. c. l. reddit *Veget. l.* 1. *c.* 3. hanc. *Nutritur gens ruſtica ſub dio, & in labore ſolis patiens, umbra negligens, balnearum neſcia, deliciarum ignara, ſimplicis animi, parvo contenta, duratis ad omnem laborum tolerantiam membris: cui geſtare ferrum, foſſam ducere, onus ferre, conſuetudo de rure eſt.*

Contrà Tacitus de Urbanis 3. *Ann.* 46. *Quantò pecuniâ dites, & Voluptatibus opulenti, tantò magis imbelles. Quod & Livius iis attribuit, qui in Ubere agro & molli regione habitant lib.* 29. *c.* 25. *& l.* 30. *cap.* 1. (2.) *Septentrionales & Occidentales Populi.* Meridionalibus & Orientalibus ſecundum Veget. lib. 1. c. 2. his verbis: *Omnes Nationes, quæ vicinæ ſunt Soli nimio calore, ſiccatas, amplius quidem ſapere, ſed minus*
D. *habere ſanguinis dicunt: ac propterea conſtantiam atq; fiduciam cominus non habere pugnandi, quia metuunt vulnera, qui ſe exiguum habere ſanguinem noverunt.* Quod & indicat *Lucan. l.* 8. *ante medium*

Quicquid ad Eoos tractus, mundiq; teporem
Labitur, emollit Gentes clementia cæli.

Contra Septentrionales Populi remoti à Solis ardoribus inconſultiores quidem, ſed tamen largo ſanguine redundantes ſunt ad bella promtiſſimi. Vide etiam *Vitruv. lib.* 6. *c.* 5. *Ideoq; hoc conſilium addit ibidem*, ut tyrones ex temperantioribus legantur plagis, quibus & copia ſanguinis ſuppetat ad vulnerum mortisque contemtum, & non poſſit deeſſe prudentia, cui ſubſcribit *D. Thomas de Regim. Princ. l.* 2. *c.* 2. *& ibi Salzedo Diſſert.* 19. *ac Nicol. Bellus tom.* 1. *Rer. Polit. c.* 8. *Plura de hac materiâ vide apud Bodin. in Meth. Hiſtor. c.* 5. *ubi* eruditè diſtinguit, & *Bellermont, Diſſert.* 52. *Ubi* de hac ſingulari Gentium indole, ejus-

Marcell. lib.17. ante fin. ait: In periculis Virtutem A. *impigram eſſe convenit & audacem, & hic contentam, quæ ſudore quæſivit atq; dextris, ratio prioris eſt, quia mortem effugit, quisquis contempſerit: timidiſſimum quemq; ea conſequitur ſecundum Darium apud Curt. lib.4. cap.14. ſemper in prælio his maximum periculum eſt, qui maximè timent. Audacia pro muro habetur, ſecundum Catilin. apud Saluſt. in Ejus bello c.58. & quò timoris minus eſt, eo minus ferè periculi eſſe ſolet, ut Flaminius apud Liv. l.22. c.5. diſſerit.*

Benè apud Thucydid. lib. 5. p.220. Braſidas Dux Spartanorum ait: Boni militis eſſe, velle revereri, obedire. Militem in factis obſequioſum, & intentum non modo ad Ducis ſignum, ſed etiam nutum eſſe vult Curtius lib.3. cap.3. & l.6. cap.2. in f.

Plura vide ſeq. cap.2. theſ.12. & in explic. & c.9. theſ.8. expl.2. & 3. notata.

B. VI. *Circa mores & ſtatum olim requiſitum, ne miliet ſint infames, ſervi & abjecti animi: Ratio prioris eſt, quia* in infames non cadit virtus, adeóque nec fortitudo, nec pudor, nec honeſtas & talia, *& honeſtas idoneum reddit militem Veget. d. l.1. c.7. Inter infames verò olim reputati*, qui in exilium relegati, item ad beſtias, rei capitalis adulterii, vel aliquo publico judicio damnati, *l.4. §.1. & ſeqq. ff. de Re milit. His annumerati* proditores & transfugæ: *l.7. ff. eod.* Et Manichæi atque alii hæretici: *l.12. & 18. C. de Hæret. & Manichæ. Ratio poſterioris eſt, quia Servi* ſicuti nullius alterius Civilis juris participes ita maximè ab omni militiâ prohibiti fuerunt.

Et ſi ſe militiæ (puta ſuppreſſo ſtatu, atque proprio ſuo auſu, ita enim & Dominis ſuis ſe ſubduxerunt, & militiam honóre ſuo dolosè fraudarunt:) *immiſcuerint, capite puniti ſunt, l.11. ff. de Re milit. vide etiam l.8. ff. eod. Et lib. 7. Cod. Theodoſian. tit.2. l.1. & 13. l.8.* Et *Dio l.48. f.m.377. narrat ſervum quendam ſub Auguſto inter milites deprehenſum, de rupe Capitolinâ dejectum eſſe.*

C. *Notandum tamen eſt à Romanis ingruente neceſſitate, ſervos in militiam ſuſceptos eſſe, teſte Floro lib.2. cap.6.* ita ſcribens: *Arma non erant, detracta ſunt templis: deerat juventus in ſacramentum militia liberata ſervitia. Idem à Julio Cæſare factum refert Macrob. lib.1. c.11.* vide etiam *Cæſar. de Bello Civili l.3. p.m.298. Sic etiam Bello Punico II.* apud Romanos aliam formam novi delectus inopia liberorum capitum ac neceſſitas dedit: *Octo enim millia* Jovenum validorum ex ſervitiis prius ſciſcitantes ſingulos vellent ne militare? (quos ideò *Volones*, quod Volo quisquam reſponderit, dictos eſſe *Eruditi ex Livii lib.24. c.14. ſeq. & Macrob. lib.I. Saturn. cap.5.* demonſtrant; *Ibi enim Servi in militiam aſciti Volones aliquoties nominantur*) emta publicè arma ferunt. *Livius lib.22. cap.57. Licet verò illorum* 24000. fuiſſe refert *Valer. Maxim. lib.7. cap.6. num.1. id tamen* erroneum eſſe demonſtrat *Lipſ. 2. Elector. cap.11. Ita quoq; Agathocles omnes ſervos in neceſſitate libertate donavit & ſacramento ad militiam adegit. Juſtin. lib.22. cap.4.*

D. *Cui addendum* ab Arcad. & Honorio Imper. in *l.16. C. Theod. de Tyronibus conſtitutum poſtea fuiſſe, ut ſervi* contra hoſtiles impetus ſe ad militiam offerentes & præmium libertatis & nomine *pulveratici* (*quod hic* certum ſtipendium vel annonæ dimenſum ad imitationem illius, quod judicibus olim conſtitutum & ademtum fuit, de quo legi poteſt *Caſſiodorus 12. V.15 propriè verò* mercedem, vel rectius *donativum aut honorarium* ſecundum *Cujac. l.4. obſerv.18. & Rigalt. in Gloſſis Agrimenſoris apud Goeſium de Rei Agrariæ Scriptoribus in f.* quod præter mercedem agrimenſoribus pro pulvere ſuſtento adeoque labore datum fuit ſignificat) binos ſolidos acciperent.

Sic gladiatores quoq; libertati reſtitutos atq; ita in militiam adſcitos fuiſſe. Jul. Cæſ. 1. de Bello Civil. p.m.231. refert.

Hos etiam quod intolerandum videtur, infames, & ob delicta carceri incluſos, & capitalis criminis reos, in eodem cum Annibale geſto bello à crimine ac debitis liberatos & in militiam tranſcriptos fuiſſe, ut refert Liv. lib.23. cap.14. Et Valer. Maxim. d. l. illorum 6000. fuiſſe ſcribens, *id ſi obaratos excipiat, Romanorum honeſtati & Majeſtati, nec non militiæ auguſto decori, omninò adverſum fuit, & neceſſitate defendi vix poteſt.*

Ex his Romanorum ſumma cura in conſcribendo & deligendo milite obſervatis apparet, quod ſi hodiernum morem cum illâ militiâ conferamus, videbimus *Lipſii judicio* ſubſcribendum eſſe, qui *lib.5. Polit. cap.8.* ita libero calamo ſcripſit: *hodiernam militiam triſti oculo intueor, pudendam lugendamq; nobis, hoſti ridendam aut ſpernendam: Itaq; cogor apertis tibiis canere & illa militiæ flagitia palam aſpernari, atq; adeò imaginem ejus proponere, non ut convitium ævo faciam, ſed ut medicinam. Nam principio delectûs, quæ forma apud nos? Nulla. Emunt militem non legunt; pecuniola proponitur, tympanum ſtrepit, & ecce coeunt aliquot ignoti inter ſe, ignorantesq;, purgamenta Urbium ſuarum: quibus ob egeſtatem & flagitia maxima peccandi neceſſitudo eſt, aſſueti latrociniis, bellorum inſolentes: atq; ut uno verbo abſolvam quibus lingua varia, manus rapaciſſima, gula immenſa, pedes fugaces, quæ honeſte nominari non poſſunt inhoneſtiſſima: Pleriq; enim profectò tales (nam omnes abſit, ut culpem) aut ſi qui melioris notæ immixti, facilè abripiuntur, & velut abducuntur à reliquâ illâ fece. Conveniunt ferè his quæ Busbequius in Conſil. de Re mil. contra Turcas inſtituendâ poſt pr. diſſerit his verbis: Pulſantur longè lateq; tympana: ad eorum ſtrepitum conveniunt lucelli ſpe, quibus viſum eſt: tertius fortaſſe quisq;, qui loricam nunquam induit, nec hoſtem vel à belli limine ſalutavit. Reliqui quales? Homines luxu perditi, decoctores, ganeones, aleatores, obærati, exules atq; his ſimiles, (paucis exceptis) ferè reliqui, quos eò perducit non Patriæ charitas, non æquitas cauſæ, non religionis ſtudium, non amor exercendæ virtutis; ſed ebrietatis, aleæ, rapinarum, ſacrilegiorum, ſtuprorum atq; flagitiorum omnium impunitas & licentia. Jungi hic poſſunt, quæ habet Aventin. lib.4. Annal. f.m.216. & nos ſeq. c.9. th.4. expl.1. conſignavimus.*

VII. *Ratione Sexus, maſculos ſemper fœminis præferendos eſſe, extra dubium eſt*, & communi ratione ac obſervantiâ probatur, *quod enim* quædam mulieres heroinæ, & ficto ſexu ſtrenui milites fuerint, ut ejus *exemplum* refertur à *Dione lib.71. poſt pr.* & veteribus omiſſis, ex ſequentibus liquet. Cùm expeditio Hieroſolymitana Anno 1147. ſuſciperetur, in exercitu Alemannico *multæ mulieres* fuerunt non conjunctis pedibus, ſed virorum inſtar diviſis ſuper palliis equitantes, haſtatæ atque armatæ, ac virili habito ornatæ, Martio vultu Amazonibus audaciores. *Inter quas una* excelluit, quaſi altera Pentheſilea, quæ ob faſtigia & limbum veſtium auro intertextum, *Auripes vocata fuerit. Choniat. in Annal. ſub Manuele Comneno lib.1. p.10. Meminit etiam quarundam mulierum militari gloria clararum Meteran.* utpote *l.4. f.214. fœmina* (viduæ) *Kennau* dictæ, quæ in obſeſsâ ab Hiſpanis anno 1572. & ſeq. Harlemo fortiſſimi militis munia præſtitit, & aliarum

fœminarum generoſa ductrix fuit, de qua etiam A. *Strada Dec.* 1. *l.* 7. *p.m.* 448. legi poteſt. *Et l.* 22. *f.* 149. *ad ann.* 1602. *aliûs Hiſpanica*, quæ in obſidione Oſtendæ in aſſultu ſimul interfecta & tunc demum cognita fuit: *& ibidem aliûs Friſica*, quæ per ſeptennium tanquàm miles ſub Statibus confœderati Belgii cum ſummâ laude meruit, & poſtea agnita nupſit. *Sicuti etiam in Meterano novo vel continuato l.* 47. *f.* 60. memoratur, in Caſalo anno 1630. obſeſſo *virginem quandam* 20. *annorum* fortiſſimi ſtipendiarii militis munia cum interfectione aliquot hoſtium exercuiſſe. Ita etiam *in obſidione urbis Fontirabia anno* 1638. à Condæo nomine Regis Galliarum incredibili fortitudine inſtitutâ ac ab Hiſpanis toleratâ *fœmina pluſquam virilem animum in omnibus occaſionibus demonſtrarunt, ut Moretus in Illius obſidionis deſcript. l.* 1. *p.* 86. *& ſeq. & l.* 3. *p.* 356. *ac ſeqq.* paſſim narrat. *Similiter Chytr. in Saxon. l.* 7. B. *f.* 194. *& ſeq. memorat*, in bello à Chriſtophoro Bremenſi Archiepiſcopo contra Friſios Wurſatos anno 1517. geſto etiam *fœminas pro libertate patria arma ſuſcepiſſe, & ductu virginis cujusdam vexillum imagine mortis inſignitum ad demonſtrandum, ſe pro patriâ mori paratas, geſtantis in aciem deſcendiſſe, virginemq; illam ſe cum commilitonibus egregiè defendentem gladio præliari per medium diſſectam interiiſſe. De virtute mulierum Trajectenſium vide Strad. Dec.* 2. *l.* 2. *p.m.* 82.

Pertinet huc ſequiens hiſtoria ex Mauroceni Hiſtor. Venetâ l. 3. *f.* 124. *depromta: Cum in bello inter Venetos & Hiſpanos geſto miles quidam Hiſpanus à procera ſtatura fœmina virum ementitâ & inter Comitis Calatia milites ſtipendiariâ captus eſſet, & hac tanquam Miles illi à prædicto Comite quadam die cum interrogatione, quidnam de victore ſuo ſentiret, monſtrata, ille in calamitate ſuâ id ſibi ſolatii eſſe reſpondit, quod in manus viri fortis & ſtrenui perveniſſet. Cum verò illum fœminam eſſe intellexiſſet, mœrore ac pudore confectus indignabundus vitâ exceſſit. Laudat Idem ſeq. l.* 10. *f.* 407. *Curzolenſium mulierum fortitudinem, dum Prætore & civibus noctis ſilentio clàm aufugientibus, urbem aſſumtis virorum armis ac veſtibus contra Turcarum inſultus incredibili virtute repreſſerunt, & ſeq. f.* 420. *Tamaſſenſium fœminarum fortitudinem & pietatem.*

Plura ejuſmodi exempla refert Meiger. in Nucleo Hiſtor. l. 4. *c.* 15. *& Zeiller.* In dem Handbuch *Tit.* Das weibliche Geſchlechte *p.* 564. *& ſeq.*

Quod vero de tota Amazonum Natione à multis Hiſtoricis interque eos *Herodoto lib.* 4. *num.* 114. *& ſeq. Diod. Sicul. lib.* 2. *cap.* 46. *Ptolom. lib.* 5. *Tab.* 2. *Platone l.* 7. *de legib. f.m.* 563. *Curtio lib.* 6. *cap.* 5. *Arriano, lib.* 7. *pag.* 469. *Juſtin. lib.* 2. *cap.* 1. *& c.* 4. *Et l.* 12. D. *cap.* 3. *Plinio lib.* 36. *cap.* 5. *Plutarcho in quæſt. Græc. cap.* 56. *Marcell. lib.* 22. *pag.* 214. *Et lib.* 31. *pag.* 438. (Ubi illarum ſedes refert) *Zonar. tom.* 2. *Annal. paulo ante Julii Cæſaris vitam* & ex Recentioribus *Levin. Hulſio in deſcript. Regn. Gujana in Americâ pag* 13. (Ubi multos conſentientes refert Auctores;) *Ac Biſciol. Tom. I. lib.* 16. *c.* 9. *&* 10. ubi in prioris fine ita ſentit: *Ego non video, cur gens hæc eſſe non potuerit bellicoſarum fœminarum, afferri ſolet, & in ſubſidium produci, quod etiam hodie tales fœminarum nationes reperiantur, ſicut de prædicto Regno Gujanâ in Americâ, & Regno Monomotapano in Africâ teſtatur ex Eduard. Lopez in deſcript. Regn. Comgo. Hulſ. dict. lib. & part.* 13. Nec non *Meſſias in Sylvâ P.* 1. *c.* 10. & nuperè *Udalr. Schmidl. in Navig. ſuâ* de Æthiopiâ memorat. *Franc. Alvarez in Ejus deſcript. Quibus jungi poteſt Buno in not. ad Cluver. Geogr. l.* 5. *c.* 2. *ſect.* 1. *p.* 510. *c.* 17. *ſect.* 2. *& lib.* 6. *c.* 10. *ſect.* 3. *Sicut quoq; illarum etiam Hippocrates ſed ſaltem deſcriptivè in Libro de Aëre, aquis & locis, tradens, illas in Europâ ad paludem Mæotim habitare, Scythicas eſſe & Sauromatas appellari. Et Demoſthenes in Oratione funebri, referens illarum exercitum ab Athenienſibus caſum eſſe, meminit.*

Id à præclariſſimis viris jam olim prægnantibus de cauſis pro fabulâ habitum fuit, ut ſuo tempore etiam factum fuiſſe memorat *Diod. Sicul. d. l.* quo abſque dubio reſpexit *M. Porcius Cato ap. Liv. lib.* 34. *c.* 2. dum ait: *Equidem fabulam & fictam rem ducebam eſſe, Virorum omne genus in aliquâ inſulâ conjuratione muliebri à ſtirpe ſublatum eſſe: Sicuti & omnes illi Autores ſaltim de famâ & relatione communi teſtantur. Nullus verò* ſe illas vidiſſe, vel bellis contra illas interfuiſſe memorat: atque *Arrian d. l.* illas Alexandri tempore & longè ante non amplius exſtitiſſe memorat. *Licet enim Appian. d. l. memoret*, in bello ſub auſpiciis Pompeji contra Scythas inter obſides & captivos inventas fuiſſe mulieres, non minora paſſas quàm viri vulnera: pro Amazonibus habitas ſive fuerint profecta à viciná gente Amazonum auxilia, ſive communi nomine bellicoſas mulieres barbari vocent Amazones, id tamen etiam, ut ex ejus verbis apparet, dubitativè facit. *Neq; Plinii relatio d. l.* de Amazonum prælio in Scuto à Phidiâ cælato veritatem evincit, *quia* antiqui multa fabulis miſcuerunt. *Sicuti etiam Strabo lib.* 11. *p. m.* 110. *& ſeq.* totam illam Antiquorum relationem pro merâ fabulâ habet.

In hac antiquitatis incertitudine non rejiciendum omninò eſt Procop. judicium lib. 4. *Hiſt. Goth. p.* 415. interpoſitum his verbis: *Mihi de Amazonibus verum maximè attigiſſe videntur, qui tradunt nullum* C. *fuiſſe virile fœminarum genus, neq; in uno monte Caucaſo humanam naturam de ſuis legibus emigraſſe, ſed barbaros ex dictis jam locis ingenti agmine cum uxoribus ſuis profectos in Aſiam bellatum; poſitiq; ad Thermodontem caſtris ibi relictas fœminas: Viros universis Aſiæ penetratis obvia habuiſſe indigenarum arma, quibus oppreſſi ad internecionem perierint, ſic, ut ad fœminarum caſtra nemo eorum redierit. Tum fœminas accolarum metu, rerumq; egeſtate coactas non ſuâ ſponte induiſſe viriles animos, armisq; ſumtis, quæ viri in caſtris illis reliquerant, edidiſſe præclara virtutis facinora, neceſſitatis impulſu donec & has bellum abſumſit.* Et paulò poſt: *Cæterùm ſolarum fœminarum agmen, quod ſeorſim habitaret, neq; in Aſia. neq; in Europa Regionibus conſpectum eſt hactenus.*

Exempla heroinarum lege præc. p. 1. *cap.* 3. *theſ.* 7. *expl.* 2.

Quæritur hîc; An etiam Clericus militare & officium bellicum in ſe ſuſcipere poſſit?

Reſp. Quod non, tum quia reprehenſibile valde eſt ſi miles Chriſti fiat miles ſeculi, quia ſcriptum eſt, *nemo militans Deo implicet ſe negociis ſecularibus, ſed vacare debet orationibus. c. Reprehenſibile.* 19. *cauſ.* 23. *q.* 8. *tum quia Clericus formidare debet, in mortem cujuslibet hominis ſe miſcere. cap. ſeq.* 20. *ibid. Quod Zacharias Papa* bene ponderavit ſcribens: *Sacerdoti, qui paſtor eſt, arma non ferre nedum quemquam bello occidere licet. Aventin. lib.* 3. *Annal. p.m.* 172: *Siquidem dolor, fletus, Orationes, Lacrymæ ſunt munimenta Sacerdotis. c. Non pila.* 3. *cauſ.* 23. *q.* 8. *Egregiè hinc Cæleſtinus III. Papa, Philippo Beluacenſi Epiſcopo* in bello contra Regem Angliæ geſto capto ad excuſatorias & infortunii declaratorias ſuas literas inter alia ita *reſpondit: Cunctorum meretur odium, qui omnium ſe in commune* appro-

approbat inimicum. Præſulem namq; pacificunxerunt, militem bellicoſum induiſti: Clypeum pro infulâ, gladium pro ſtolâ, loricam pro albâ, galeam pro mitrâ, lanceam pro baculo paſtorali, ordinem rerum & ſerum pervertens bajulaſti: referente *Rogero de Hoveden. Ann. Angl. part. poſt pag.* 771. ubi totam Epiſtolam lectu dignam curioſe reperies lector. *Tum quia* Victoria non ſperanda, eo ex bello eſt, quo ſacerdos ſimul & cruore & cæde polluitur, & ſacroſanctam hoſtiam impuris manibus ſceleratiore mente contrectat, uti piè monuit *Zacharias Papa d. l. tum quia* apud Romanos Sacerdotibus vel Pontificibus ſummis prohibitum fuit, rebus ſanguinariis intereſſe. *Et ideò Titus Flav. Veſpaſianus Imperator*: Pontificatum Max. eam ob cauſam ſe profeſſus accipere, ut puras ſervaret manus, & fidem ejus præſtitit: nec auctor poſt hac cujusdam necis, nec conſcius fuit. *Sueton. in Ejus Vitâ: c.* 9. *& ideo*
B. *Clerici* de jure noſtro merum imperium, ut clerici ſive per ſe non habent ut præc. *parte* 1. *c.* 13. *theſ.* 12. *in expl.* demonſtravimus. *tùm deniq;* quia expeditiones bellicæ ſive auſpiciis, ſive ductu illorum ſuſceptæ triſtes & infelices habuére eventus, ut plurimis exemplis conſtat: Ex quibus ſaltem ſequentia annotabimus.

Leo IX. Pontifex armis contra Giſulphum (aliis Umfredum & rectius) ſumtis cum toto ſuo incompoſito agmine ab eo ſuperatus & ipſe captus eſt. *Platina in Ejus Vitâ, Chronicon Caſinenſ. lib.* 2. *c.* 88. *Philippus prodictus* Beluacenſis Epiſcopus, cujus infelix bellum jam memoravimus, *& ejus totam hiſtoriam Gulh. Neubrig. l.* 5. *Rer. Anglic. c.* 30. *refert. Innocentius II.* in bello contra Rogerium Siciliæ Comitem ſuſcepto ab hujus filio Gulielmo profligatus,
C. & unà cum omnibus Cardinalibus captus. *Blondus Dec.* 2. *Hiſtor. lib.* 5. *f. m.* 240. *Collenut. in Hiſtor. Neapolit. l.* 3. *p. m.* 117. *Julianus Cardinalis* Vladislao Ungar. Regi ad bellum Amurathi inferendum Auctor & in illo ſocius cæſo univerſo exercitu, ut vix tertia pars evaſerit, Regem & ſe privavit vitâ, Ungariam verò in ſummas miſerias injecit. *Bonfin. dec.* 3. *lib.* 6. *f. m.* 489. *Archiepiſcopus Eboracenſis*, cum toto ſuo exercitu ex Monachis Sacerdotibus & ruſticis conflato à Scotis profligatus. *Polyd. Avesburienſ. Caxton. in Hiſt. Angl.* *Paulus Tomoræus* Epiſc. Coloxenſis in Ungariâ, qui licet Monachus Ordinis S. Franciſci, & in militiâ plane hoſpes eſſet, auſus tamen eſt Anno 1526: ſub Ludovico Rege Ungariæ ejus exercitum adverſus Turcas deducere, & cum iis contra reliquorum Procerum voluntatem confligere, eo eventu, ut exercitus fuerit fuſus, & ipſe cum Rege & multis Proceribus interierit. *Ortelius in Chron. ad illum Annum.*

D. *Putat tamen Petrus Bacherius in Speculo Chriſtianæ Militiæ cap.* 16. *In caſu neceſſitatis adeoq; bello defenſivo neceſſitate id ſuadente Clericum arma ſimul capere poſſe pro ſalute publicâ tuendâ.*

Plura de hâc materiâ vide apud Ziegler. in tr. de illâ nuper ſub Tit. Epiſcopus Miles edito, in quo demonſtrat ſeculo demum decimo ac ſeqq. à Clericis bella ſectata, geſta & ſuſcepta fuiſſe, quod etiam ex *Frodoardi Chron. ad ann.* 925. *ac ſeqq.* conſtat. Videturque ille mos primùm vel ſaltem maximè invaluiſſe, ut legi poteſt apud *Fileſac. in Oper. & quidem tr. de Eccleſ. Gallic. Querelâ f.* 870. *ac de Author. Epiſc. cap.* 4. *§.* 4. *f.* 143.

TH. X.

Modum conſcribendi, & Qualitates Militum *ſequitur Excuſatio à militiâ, quæ fit* per allegationem legitimarum & juſtarum cauſarum detrectandæ ejus causâ factam. *Sunt verò ea duæ*: (1.) Vacatio: (2.) Morbus aut vitium.

Explic.

I. V*Acatio hic eſt immunitas à militiâ Juris conceſſa beneficio; eſtq; duplex Ordinaria: vel Extra-Ordinaria:*

Illa cuilibet ex communi Jure competit, qualis eſt. (1.) Ætas vel minor 17. Annorum, vel major 45. vel
B. 46. tandem in ſummâ neceſſitate 50. annorum. (2.) Impletio Viginti ſtipendiorum, de quo utroque *theſ. præced. Expl.* 3. abundè dictum. (3.) Munus ſive dignitas, puta eſſe Magiſtratum, Sacerdotem, Profeſſorem. *Hæc quoq;* ex privilegio ſingulari quandoque certis quibusdam ex favore vel causâ ſingulari conceditur, uti factum fuit Præneſtinis militibus, qui ob virtutem à Senatu quinquennii Vacationem obtinuerunt, ſecundùm *Livium lib.* 23. *c.* 20. *in pr.* Meminit etiam *Idem lib.* 27. *c.* 40. Vacationis ſacroſanctæ, quam coloni maritimi habere dicti. *Quando verò huic vacationi locus non fuerit, ſeq. expl.* 3. *diximus.*

II. *Circa vitium vel morbum obſervandum*, ſi militiæ candidatus vel miles jam factus alterutrum illorum ad obtinendam Vacationem vel miſſionem allegarit, ſi ſtatus & tempus præſens id pateretur. *Cognitionem apud Romanos ordinariè Conſulibus compe-*
C. *tiiſſe* teſte *Livio lib.* 42. *c.* 32. *& lib.* 7. *c.* 39. & illum allegante juramento præſtito fidem faciendam fuiſſe, ut narrat *Idem lib.* 6. *cap.* 22. *interdum etiam Tribunis Plebis, teſte Eod. ibid. c. ſeq. & lib.* 34. *cap.* 55. & causâ approbatâ conceſſam fuiſſe Vacationem à militiâ vel miſſionem, *quæ* ob demonſtratam & approbatam cauſam, *nominata fuit Cauſaria, & ideò ab honeſtâ, quæ fuit impletio* 20. *ſtipendiorum, ſeparata. Vide l.*2. *§.*2. *ff. de his, qui not. infam. & l.*2. *ac l.*3. *C. qui non implet. ſtipend. ſacram.*

Quandoq; etiam, ut in tumultibus & ſubitis periculis factum, poſt finitum bellum rejectam fuiſſe, ut *Liv. l.* 3. *c.* 69. & alibi tradit. *Apud Iſraelitas* ex mandato Dei à militiâ immunes fuerunt, qui novam domum exſtruxerunt & nondum dedicaverunt, qui vineam conſeverunt, & nondum ea uſi ſunt, & qui uxorem ſibi deſponſarunt, nondum verò duxerunt. *Deut.* 20. *verſ.* 5. *&* 6.

D. III. *Factum tamen nonnunquam, ut Vacationi non daretur locus*, inprimis verò magnis in tumultibus qui propriè ſunt motus periculoſi & ſubiti hoſtium improviſo & abſque indictione belli facti, ut ſupra *c.* 1. *th.* 2. *expl.* 3. demonſtratum, de quibus *Cicer.* 8. *Philip. c.* 1. gravius eſſe tumultum, quàm bellum, vel hinc intelligi poteſt, quod bello Vacationes valent, tumultu non valent: *Et Liv. lib.* 8. *c.* 20. Mamertinus Conſul, cum bellum Gallicum eveniſſet, ſcribere exercitum ſine ullâ vacationis veniâ juſſus. In tumultu verò nemo exlex erat, ne Sacerdotes, teſte *Plutarcho in Marcello c.* 3. *Et in Camillo cap.* 71. *neq; Sexagenarii, quidem teſte Livio lib.* 5. *c.* 10. *Et lib.* 10. *c.* 21. *aliud exemplum occurrit apud Eundem l.* 27. *c.* 40. *quod etiam Cicero l.* 1. *Epiſt. ad Attic.* 19. *indicat.*

Obſervandum hic illos, qui abſoluto ſtipendiorum numero militiam ſequebantur, *evocatos dictos fuiſſe*, exinde quod per literas vel nuncios è quiete evocabantur: quos *praeced. theſ.8. expl. n.3. potius revocatos dicendos notavimus.*

An verò illi ad militiam ſpontè aut coactè redierint, inter eruditos adhuc ambigitur?

Nos pace aliorum putamus, tumultu oborto illos ad mandatum & non ſpontè militiam ſecutos fuiſſe, moti auctoritate *Dionis lib.48. f. m.276.* ſcribentis, illos evocatos nominatos fuiſſe, qui emeritis ſtipendiis, puta in caſu tumultûs, militare rursùs cogebantur: *Extra tumultum verò emeritos tales vel spontè vel ad petitionem Ducum* ad gratitudinem ob beneficia præſtita exhibendam ſe obtuliſſe, & largo modo etiam ut jam notatum, evocatos dictos fuiſſe. *Ita Caeſar lib.3. de Bell. Civil. p. m.341.* ait: *In Pompeji acie fuiſſe circiter duo millia evocatorum, quae ex beneficiariis Superiorum Exercituum ad eum convenerant. Simile refert Liv. lib.42. c.32. Plura de hac materiâ reperiet ap. Lipſ.1. de Milit. Rom. dialog.8.*

Monendum etiam hic quod Galba ex equeſtri ordine certos delegerit juvenes, qui manente annulorum aureorum uſu *evocati appellarentur*, excubiasque circa cubiculum ſuum vice militum agerent: teſte *Sueton. in Ejus Vitâ cap.10. ad quem locum notat Caſaubon.* Illos non ſimpliciter ſed cum adjecto evocatos Auguſti in inſcriptionibus & apud Scriptores quoque interdum vocatos.

IV. *Obſervandum quoq; hic apud Romanos illos, qui refractariè & absq; juſtâ cauſâ bellum detrectabant, teſte Livio lib.7. cap.4. partim virgis caeſos, partim in vincula ductos. Valerius Maxim. lib.6. cap.3. num.4. etiam bona refractarii cujusdam diſtracta, & illum ipſum venditum (adeoq; ſervum factum) fuiſſe, memorat. Quod etiam Varro apud Non. in Tenebr. aſſerit, ac Halic. l.8. c.101.* refert, & JCtus in *l.4. §.10. ff. de Re militari* tangit. *Plura vide apud Lipſ. d. l. dial.4. & praec. theſ.8. in expl. in pr.*

Refractariis quodammodo accenſendi ſunt ii, qui ne militare cogerentur, digitos ſibi praecidere ſoliti ſunt, quos Murcos fuiſſe dictos *Marcellin. lib.15. p. m.56.* annotavit, *adjiciens*, in Italiâ id fieri ſolere, *ubi Valeſ. legi poteſt. Talem fuiſſe C. Vettienum Valer. Max. memorat d. c.3. n.3. addens*, illum à Senatu publicatis ejus bonis æternis Vinculis punitum, effectumq; fuiſſe, ut quem honeſtè Spiritum profundere in acie noluerat, turpiter in catenis conſumeret. *Illos flammis comburendos eſſe Valent. in lib.5. C. Theodoſ. de Tyronibus ſtatuit.*

A vocabulo illo juxta nonnullos deſcendit murcidus, quaſi murcilus, quod ignavum & deſidem ſignificat, de quo videri poteſt *Taubman. ad Plaut. Epidic. Act.3. Sc.1. & Voſſius in Etymolog. ubi tradit vocabulum illud Murcus à Murciâ ſegnium Deâ deſcendere; ſed quoniam Marcellin. d. l. illos jocaliter murcos appellatos fuiſſe, de certo etymo forte non conſtat.*

Quibus addendum non ſolùm quosdam ſibimet ipſis hac de cauſâ pollices amputaſſe, ſed & quosdam parentes in filiis ſuis id eâdem de cauſâ perfeciſſe. Suetonius ſiquidem in Auguſto c.23. refert, quod ille Equitem Romanum filiis ſuis adoleſcentibus detrectandi Sacramenti cauſâ pollices amputantem cum bonis ſuis haſtae ſubjeciſſe. Et hac prava uſurpatio occaſionem dedit l.4. §.11. ff. de Re militari, ejus tenoris: *Eum, qui filium debilitavit dilectu per bellum indicto, ut inhabilis militia ſit, praeceptum D. Trajani deportavit.*

Solon militiæ detrectatorem ut timidum & deſertorem ſeptis arcuit fieri luſtralibus, & coronam vetuit & fama publica ingredi. *Æſchines in Cteſiphonte.*

TH. XI.

Hactenus Conſcriptio: Sequuntur diſtincti Collectionem Militum perficiendi Actus, interque illos, Primus *Luſtratio*, quæ eſt Actus militaris, quo per certos Deputatos in amplo & patente loco conſcriptorum, Ætas, Corpora, Patria, Mores & Arma explorantur: Milites verò apti inventi, de novo in peculiarem Catalogum inſcribuntur & dignè armantur.

Explic.

I. D*E modo hoc luſtrandi vide Veget. lib.1. c.8. & l.1. C. qui milit. poſſ. Perfecta verò fuit luſtratio ſive probatio apud Romanos antiquitùs à Tribunis*, juſſu tamen præſentium Conſulum, teſte *Polybio lib.6. cap.17. & 18. imo à Conſulibus ipſis, teſte Livio lib.3. c.11. & 69. Et Halicarn. lib.8. c.101.* De ejus antiquâ ſolennitate vide *Polyb. d. l. & Lipſ. d. l.1. dial.3. Poſtea tamen ſub Monarchiâ* Imperator ſolus Jus luſtrandi obtinuit ex Zenonianâ Conſtitutione *l.17. C. de Re milit. & l.9. C. de diverſ. Offic.*

Notandum hic, luſtrationem hanc apud Romanos non actum merè profanum, ſed etiam Sacra ſimul in & cum illâ peracta, mactata ſue, ove & tauro, indeq; illa *Suovetaurilia* appellata fuiſſe, de quibus vide *Livium l.1. c.44. Varron. lib.5. de L. Lat. ſect.3. & Feſtum in verb. Armiluſtrium, quod* inde dictum eſſe putant, quia milites armati Sacra fecerunt: *Sed Halicarn. l.4. c.26.* luſtrationem illam mactato tauro, ariete & hirco peractam eſſe refert, *& Feſt. ſub voce Solitaurilia*, pro hircó verrem ponit.

Quomodo Luſtratio claſſis peracta fuerit vide apud Appian. l.5. de Bellis Civil. p. m.1051. Apud Macedones luſtrationem quoq; peractis Sacris fuiſſe factam refert Livius lib.40. c.6. ubi ſingularem Macedonum morem refert & videri poteſt.

Quomodo luſtratio ſecundum jus militare imperii perfici debeat, videri poteſt **In der Reuter-Beſtallung** *Maximiliani II. Art.1. & ſeqq. &* **Fuß-Knecht Beſtallung** *Ejusd. Art.3. & ſeqqq. ac apud Stalburg. in Jure Militari German. Parte 2. Sect.1.*

Hodie plerumq; militarium Commiſſariorum vel Diribitorum munus eſt.

Olim qui in luſtratione probati erant, cingebantur Zonâ, ſive baltheo, vel cingulo militari ex corio facto, cui enſis appendebatur: de quo *ſeq. th.13.2.* pluribus actum eſt. *Sicut autem milites* illo in ſignum eos jam in militiam ſuſceptos eſſe, cingebantur; *ita discingebantur* vel illo privabantur, qui ob delictum aliquod vel aliâ de cauſâ exauctorabantur, vel aliàs puniebantur: uti inter alios ex *Sueton. in Vitâ Auguſti. cap.24.* conſtat.

Ex hac cingendi milites ratione eruditi deducunt morem, quo Imperatores & Reges in equeſtrem Ordinem recepti humeros gladio feriunt, de qua videndus *Hugo de militiâ Equeſtri lib.3. c.1.*

Pertinet ad luſtrationem non quidem exercitualis vel bellicam ſed civilis quidam Romanorum in deducendis & contemplandis per urbem Equitibus ſequens mos, transvectio dictus & ita ab Halicarn. l.6. c.40. deſcriptus. Praeter omnia verò poſt ſacrificium (anniverſarium) transvectio illorum, qui equos habent ex publico: qui per tribus & centurias diſtincti ordine in equis vehuntur omnes quaſi è pugnâ redeant, coronati fronde oleaginâ & palmatis è purpura togis amicti, quas vocant trabeas; initio pompae facto ab aede Martis, quae

extra

extra urbem ſita eſt; & tum cæteras urbis partes per forum tranſeuntes, tum ædem Caſtorum prætereuntes, nonnunquam quinq; virorum millia, gerentes quæcunq; fortitudinis præmia in prœliis acceperunt à Ducibus: egregium ſane ſpectaculum, dignumq; imperii magnitudine.

Ubi notandum duximus è Sueton. l.2. Auguſtum hunc morem poſt longam intercapedinem reduxiſſe.

II. *Obſervandum hîc quoq; ex Antiquitate tyrones in militiam receptos certo charactere vel ſtigmate in brachiis vel manibus notatos & matriculis inſertos fuiſſe*, ne ſe poſſint militiæ ſubducere, & ut ſe ſubducentes queant agnoſci. *Ita enim Vegetius lib.2. c.5. Victuris in cute punctis milites ſcripti & matriculis inſerti jurare ſolent. Et Imper. Arcadius & Honorius in l. Stigmata 3. C. de Fabric.* Stigmata, hoc eſt, notæ publicæ fabricenſium brachiis ad imitationem tyronum infligantur, ut hoc ſaltem modo poſſint latitantes agnoſci: *Vid. Turneb. 24. Adverſ. 12. Et Cujac. ad d. l. Stigmata. Stevvechius ad Veget. lib.2. cap.5. Naudæum de ſtud. milit. lib. I. num. IV. Oſtermannus in Comment. ad d. l. Stigmata. De Manibus verò idem probat. Lipſ. d. lib.1. Dialog. 9. ex Aetio Medico*, ubi plura videantur.

TH. XII.

Hactenus Luſtratio: Sequitur nunc Relatio in numeros, quæ fit, quando certis exercitûs partibus definito militum numero conſtantibus, puta Legionibus, cohortibus, turmis, contuberniis, inſeruntur & attribuuntur milites.

Explic.

I. *ANtiquis temporibus non ſecundum Ducis vel Tribunorum arbitrium milites in numerum referebantur, ſive in cohortes diſtribuebantur, nam numeri & cohortes, ut mox dictum, idem ſunt, ſed quisq; ſibi legebat ſocium vel commilitonem ſibi placentem, primus ſecundum, ſecundus tertium, & ſic deinceps in* acie ſibi aſtitem, omnibus & ſingulis ſibi ita per totum exercitum ſocium quærentibus. *Modum hunc exercitum ordinandi maximè laudat Livius lib. 9. c.39.* his verbis: *Ad vadimonis lacum Hetruſci lege ſacratâ coacto exercitu, cum Vir Virum legiſſet, quantis nunquam aliàs ante ſimul copiis, ſimul animis dimicarunt. Poſtea verò illud mutatum, ut à Tribunis, prout illi à Populo vel Imperatore lecti ſunt, milites in certos ordines vel numeros redigerentur, ut latè refert Polyb. d. l. 6. c.17. & 18.*

Notandum hic: Cohortes poſtea numeros dictos eſſe, ut expreſsè refert *Sozomenus l.1. Hiſtor. Tripart. c.9. Mentio fit horum à Sueton. in Veſpaſiano c.6. Tacito in Agricolâ c.18. Vopiſco in Probo c.14. Marcellino l.23. p. m. 239. & paſſim*, ut ex ejus Indice Rer. Militar. cognoſci poteſt, *Veget. l.3. c.15. & in Jure paſſim, utpote l.16. 17. & 18. C. Theodoſ. de Re Milit. l.2. §.1. ff. de his, qui notant. infam. l.8. §.2. ff. de Procurat. l.13. & ſeq. C. de Re Milit. & l.18. C. de Teſtam. Milit. & addendum, numeros etiam in militiâ equeſtri fuiſſe, ut Marcellinus l.25. p.285. tradit, de quo etiam Scheffer. ad Mauritii Strategicum p. 401. legi poteſt. cùm alias Numeri propriè Matriculam denotent in l.42. ff. de Teſtam. Milit. & apud Procop. in Hiſtor. Arcanâ f.27.* & apud *Coteraum de Jure Milit. l.5. c.5.* legitur.

Fuit verò hæc in numeros relatio tàm neceſſaria ad verum militem conſtituendum, ut ſine illâ quis juribus & privilegiis militaribus frui non poſſit, ſecundum d. l.42.

Hodie ut cuiq; Officiali certus conducendorum, colligendorum vel gubernandorum militum numerus aſſignatur, *ita ab una centuriâ* conducti ſubducti ſub illa manent, *niſi Legio una* vel altera ob decreſcentiam vel deficientiam militum diſſolvatur, & milites reliqui inter plures Legiones diſtribuantur, vel ex eâdem causâ ex pluribus Legionibus una conficiatur.

II. *Notandus hic antiquus, ſed non frequens mos militum non numerandorum, ſed incertum ſpatium circumſeptum includendorum*, & ex illo numerum deſtinatum æſtimandorum, quem poſt alios uſurpavit *Xerxes*, qui *myriadem hominum ſive* 10000. unum in locum contrahere, & illâ coarctatâ, quàm maximè poterat, circulum extrinſecus deſcribens loco circumſcripto, emiſſaque illinc myriade, *ſepem circumdare juſſit*, & in illam deinde unam myriadem poſt alteram introduxit, ac ſic exercitum ſuum aliàs ferè innumerabilem numeravit, teſte *Herod. lib. 7. n.177.* quem poſteà imitatus eſt *Darius ſecundum Curt. l.3. c.2.*

Memorandus etiam hic eſt mos Perſarum, quibus numerum durante expeditione amiſſorum militum indagarunt, quem ſic deſcribit *Procopius lib.1. de bello Perſico c.15.* Mos eſt, *Perſas in bellum ituros ante Regem in throno ſedentem cum Duce totoque ſimul exercitu comparere, ac quemlibet ſagittam unam in cophinos ad hoc paratos projicere, eosq; deinde Regio ſigillo ſignatos cuſtodiri. Poſtquam autem in Perſidem idem exercitus revertitur, quilibet rurſus ſagittam ſuam ex his aufert, nunciant poſteà Regi, quot vacent Sagittæ, multitudinemq; militum non reverſorum. quâ ratione, quot in bello interiére manifeſti ſunt. Refert tamen Herodotus lib. 4. num 110. Arianum Scytharum Regem* cum numerum Scytharum ſcire vellet, juſſiſſe Scythas ſingulos conferre ſingulos Sagittarum aculeos, propoſitâ morte ei, qui non ferret, ut hinc ſorte hic mos ortus ſit. *Nec diſſimilis eſt mos Moſchorum, quorum quilibet in militiam ſimul iturus Magno Duci nummum unum quem patrio more Dengam vocant, exhibet, & finito bello reverſus repetit, ita enim ex remanentibus occiſorum (& captivorum ſimul) numerum cognoſcit ut refert Guachninus Rer. Polon. tom.2. ſub Meſchoviâ. c.3. Frotho IV. Daniæ Rex* ad cognoſcendam multitudinis ſuæ (ſcilicet militaris) ſpeciem, quæ numeri menſuram capacitatemq; tranſcendere videbatur, *collem à militibus congeri juſſit, virium lapide in acervum miſſo, ut refert Saxo Grammat. l. 6. p. m. 92.*

TH. XIII.

Relationem in numeros ſequitur Auctoratio, quæ conſiſtit (1) in conceſſione facultatis militandi, & ſtipendium exigendi prævio Sacramento vel Juramento militari factæ. (2) In armatione & veſtis militaris largitione.

Explic.

I. P*Eractis illis*, quæ in præcedentibus theſibus & Explicationibus deducta, *ſequebatur* apud Romanos ſecundùm ſeriem *Polyb. d. l. 6. c.17. 18. & 19. Sacramentum vel Juramentum militare. Juramento hoc ſe olim obſtringebant milites*, ſe Ducis imperio morem geſturos, nec fugam capturos, nec mortem detrectaturos. *Veget. lib.2. c.5. Polyb. lib. 6. c.19.* Illud hâc formulâ refert: *fore omninò, ut pareat imperio Ducum, & quicquid ab iis fuerit juſſus, pro viribus præſtet. Dionyſ. Halicarn. lib.11. c.47. ita deſcribit: Quod illud militibus neceſſitatem imponat, ſequi quocunque Imperatores duxerint: his verò poteſtatem tribuat, milites indictâ causâ interficiendi, ſi qui non obtemperent, aut ſigna deſerant.*

A. *Fuit verò hujus Juramenti vel Sacramenti tanta vis*, ut ſine eo legitimè præſtito vel illo poſt miſſionem remiſſo, nulli in caſtris verſanti licitum fuerit hoſtem adoriri, *quod ſi quis injuratus* hoſtem occidiſſet, cædis reus habebatur, *teſte Plutarcho in problem. Rom.* 39. *ubi refert* Catonem Majorem in Epiſtolâ quâdam ad militem id demonſtraſſe, quâ jubet eum, ſi tempore completo militiæ exauctoratus eſſet, domum redire, aut ſi manere vellet cum exercitu, ab Imperatore poteſtatem cædendi necandique hoſtis impetraret, quod ipſe refert *Cic. 1. de Offic. c.* 11. ita ſcribens: Cum Pompilio videretur unam dimittere legionem, Catonis quoque filium, qui in eadem legione militabat, dimiſit. Sed cum amore pugnandi in exercitu manſiſſet, Cato ad Pompilium ſcribit, ut ſi eum pateretur in exercitu remanere, ſecundo eum obligaret militiæ ſacramento, quia priore amiſſo, jure cum hoſtibus pugnare non poterat, B. *cujus cauſam ex Plut. in Quæſt. Roman. reddit Schelius in notis ad Polybii caſtra c.1. poſt pr. Tantiq; habuére Sacramentum hoc Romani*, ut illud Maximus in Oratione ad Milites ad Aquilejam habitâ, *unum Romani Principatus myſterium* ſanctiſſimum vocaverit *ap. Herodian. lib. 8. c. 19.*

Notandum verò de illo (1) *primis temporibus* milites inter ſeſe mutuò per Sacramentum voluntario conjuraſſe, ſe fugæ ac formidinis ergò non abituros, neque ex ordine receſſuros niſi têli ſumendi, aut petendi, aut hoſtis feriendi, aut Civis ſervandi cauſâ, idque *Sacramentum militare* fuiſſe nominatum., *Poſteà verò tempore belli Punici ſecundi* jurejurando à tribunis eſſe adactos, ſe juſſu Coſſulum conventuros, neque injuſſu abituros, uti hæc ſingulis verbis refert *Livius lib. 22. cap. 38. ex quibus diſtinctio inter Sacramentum & Juramentum militare abundè conſtat, ut ideò non opus fuerit*, viris magnis de horum differentiâ adeò ſollicitè C. inquirere. *Illud ſiquidem* milites ſibi invicem ſponte, *hoc verò* non ſibi, ſed Tribunis & porro Ducibus coactè & præſcripto modo præſtiterunt. *prioris exemplum exſtat apud Appian. l. 2. de B. C. p. m. 766. in Cæſaris exercitu.*

(2) *Juramentum illud poſteà* ab uno ſaltem idoneo à tribuno quovis electo verbis conceptis ad juſſum Tribuni præſtitum fuiſſe, *reliquos verò omnes* alterum poſt alterum non conceptis verbis, ſed ita ſe omnia facturos, ſicut ille primus juravit, juraſſe, ut disertè teſtatur *Polyb. d. c. 19. ad quem locum egregia annotavit Lipſ. l. 1. de Milit. Rom. Dial. 6. & Feſtus ſub verbo Prajurationes.*

Nomina fauſta ſicuti in delectu referente Cicer. l. 1. de Divinat. c. 45. & Feſto de V. S. verbo Lacus boni ominis cauſâ factum, ita ſunt obſervata, ut primi illi vocarentur, qui talibus eſſent ornati, e. gr. qui *Valerii Salvii, Statorii nomen obtinerent: ita eadem in prajuratione* D. *hâc obſervata eſſe eruditi conjiciunt.. Cui addit Halicarn. lib. 9. c. 50.* illum unum gladio ſtrictoadactum præſente & jurantem audiente totâ legione juraſſe: plura vide *ſeq. c. 7. th. 6. expl. 4. in f. notata.*

(3) *Sub Cæſaribus milites illis peculiari Juramento obſtrictos fuiſſe hâc formulâ*, ſe Cæſaris ſalutem omnibus rebus antelaturos, *teſte Ariano in Epicteti diſſertat. lib. 1. cap. 14. Item* execrandos eos, qui, ſi inſidiæ ſtruerentur, Cæſarem ejusque corpus non omni vi defenderent: *Id. d. l. Addit Sueton. in Caligulâ. c. 15.* hanc formam; *Neque me, liberoſque meos chariores habebo, quàm Cajum & Sorores ejus; Milites quoque in nomen Imperatoris vel Senatus juraſſe ex Tacito l. 4. Hiſt. 31. Et Suet. in Galba. c. 16. conſtat: Sub Chriſtianis tandem Romanorum Imperatoribus per Deum Chriſtum & Spiritum S. jurare illos cœpiſſe Veget. lib. 2. cap. 5.* tradit.

(4) *Et Duces quandoque ſe reciprocè militibus Sacramento adſtrinxiſſe*, ad illos animandos & eò promtiores in fide, obſequio, & periculis habendos: *Fecit hoc P. Scipio Exercitus Dux apud Liv. lib. 22. cap. 53.* militibus ſuis priùs ſe ita obſtringens: *Ex animi mei ſententiâ Juro, ut ego Rempubl. non deſeram, neque alium Civem Romanum deſerere patiar; Si ſciens fallo, tùm me Jupiter Opt. Max. domum, familiam, remq; meam peſſimo leto afficiat. In hæc verba L. Cæcili jures expoſtulo, cæterique qui adeſtis: qui non juraverit, in ſe hunc gladium ſtrictum eſſe ſciat: Aliud exemplum de Duce Labieno refert Jul. Cæſar. lib. 3 de bello Civil. p. m. 300. & ſeq. Ubi ille primus juravit, ſe Pompejum non deſerturum, eundemque caſum ſubiturum, quemcunque ei fortuna tribuiſſet. Hoc idem reliqui jurarunt Legati, hos Tribuni militum Centurionesque ſecuti, atque idem omnis Exercitus juravit.* B. *Addita quandoque juramentis dira & horrenda execrationes ut d. c. ſeq. 7. th. 6. expl. 4. in f.* memoratum. *Plura de antiquo ſacramento militari vide apud Schelen in Diſſert. ad Caſtra Polybiana cap. 1. ubi triplex facit.*

Hodie milites ſecundùm formulas conſuetas jurant: ſe pro Duce & Domino ſuo mortem forti & imperterrito animo ſubituros nec vexilla deſerturos, Articulos verò militares per omnia obſervaturos, ut conſtat **auß der Reuter-Beſtallung** *Maxim. II. de dato* **Speyer** 1570. *art.* 106. *Tit.* **von Beſtallung deß Feldt- oder Reuter-Rechtens** *art. 4. 5. & 6.*

Ubi notandum juramentum præſtare ibi per verba **mehren / oder ihre mehre darüber machen** *exprimi videri, quamvis locutio illa paulo aliter à Fronſpergero* **In dem Kriegs-Buch** *parte 1. L. 1. tit.* **Folgt hernach das Recht.** *f. m. 12. & 15.* C. *uſurpatur.*

II. *Armatio militis apud Romanos facta eſt* (1) gladii appenſione ſive cinctione, uti & reliquorum armorum pro cujusque qualitate & conditione, exhibitione, (2) largitione militaris veſtis.

Circa prius notandum (1) *apud Romanos ſub Republ. quemlibet militem ſibi arma procuraſſe*, ut id clarè demonſtrat *Polyb. lib. 6. cap. 20. & ſeq.* ita per intervalla ſcribens: *Militibus ſine armis dimiſſis minimis quidem natu ſive velitibus tribuni præcipiunt, ut gladium ſecum domo ferant, haſtas & arma. Haſtatis ut ſecum domo afferant ſcutum, gladium Hiſpanenſem, pila duo, & galeam æream ac ocreas, nec non pectorale ex lamine velloricam, Eodem modo & Principes & Triarii armantur, niſi quod Triarii pro pilis haſtas gerunt.*

(2) *Milites apud Romanos cingulo vel Baltheo militari donatos*, atque itaquaſi auctoratos fuiſſe & qui- D. dem ſtatim, ſecundùm *l. pen. ff. de teſtam. milit. quod ita neceſſarium fuit, ut miles incinctus privilegiis militaribus non gaviſus ſit, adeòque jure militari teſtari non potuerit. l. 25. & l. 28. §. 1. ff. eod.*

Fuit verò cingulum illud baltheum dictum & ex corio confectum, ſecundùm *Varron. 4. de L. L. n. 24.* cui junge *Iſidor. lib. 19. cap. 33. ubi in maſculino uſurpatur: Quod etiam ita habet Tacit. 1. Hiſtor. 53. Et 2. Hiſt.* 88. Nec non *Virgil. lib. 12. Æneid. verſ. 642.*

Ex quo ſimul apparet Ornatus cauſa etiam bullas appenſas fuiſſe, quod etiam apud *Sidon. Apollin. Carm. 2. v. 326.* reperitur: *Id tamen ſaltem Nobilioribus obtigiſſe veroſimile eſt; Et Corripus oſtendit lib. 4. de Laud. Juſtini. num. 3.* ita canens:

Nobilibus gemmis & cocto lucidus auro
Balthcus effulgens lumbos præſtrinxit heriles.

Arma

Arma diverſa juxta diverſarum Gentium mores vide apud Herod. lib. 7. n. 177. & ſeq.

Arma ſedulo cuſtodienda fuiſſe, nec ullo modo absque ignominia amitti vel alienari potuiſſe, ut præc. c. 2. th. 5. expl. 4. num. 5. diximus. ubi plura de armis annotata ſunt.

Quo ad poſterius ſciendum veſtes militibus ex L. Gracchi publicè datas fuiſſe, ut ſeq. *c. 9. th. 19. expl. 2.* demonſtratum: *auxiliaribus verò, præter ſaga tunicam rectam & rubrum paludamentum, quo ab hoſtibus internoſci poſſent data fuiſſe.* de quo plura *d. cap. 9. th. 19. expl. 2.*

TH. XIV.

Auctorationem excipit Quartus modus Hoſpitatio militum, quæ eſt certa cuique in domibus & prædiis privatorum ab hoc onere non immunibus pro ſtatu illius & ſecundùm Leges à metatore militari vel civico facta hoſpitii aſſignatio.

Explic.

I. C*Irca hoſpitationem hanc obſervandum:*

(1) *Illam à Cicerone Manſionem dici lib. 4. Epiſt. 5. in Jure verò hoſpitationem caſtrenſem, metata, & alteram, quam Urbibus & pagis fit epidemetica propriè dici. Licet enim in tit. C. de Metatis & Epidemeticis, illa differentia claris non occurrat verbis: attamen vi etymi ſe ipſam offert; metata ſiquidem* à metis & metior, quod hic ſignificat caſtra deſignare & diſtribuere vel diſponere in ſuas partes, *& epidemetica à græco ἐπιδημεῖν,* quod civitatem vel Urbem intrare ſignificat, ſecundum *Alciat. ad dict. tit.* ſcilicet divertendi & hoſpitia deſignandi causâ, deſcendit. *Quamvis metata in genere pro quovis hoſpitio militari ſumi poſſint & ſoleant: Epidemetica verò à plurimis pro pretio libertatis ab hoc onere obtinendæ vel redemtione oneris hujus metatoribus datâ vel factâ intelligatur,* ut demonſtrat *Gotofr. ad d. tit. & Coteraus lib. 1. de Jure milit. cap. 36.*

(2) *In Imperio noſtro Jus metandi competere non ſolùm Imperatori, ſi conſenſu Statuum bellum gerat, ſed etiam Statibus Imperii, ſi cum conſenſu Imperatoris & ſecundùm Leges bellum intra Imperium gerant, cum Jus metandi connexum ſit Juri belligerandi affirmativè & negativè, ita ut* cui bella gerere planè vel certo modo competit, vel non competit, *illi etiam* jus metandi permiſſum vel probibitum ſit, de quo vide aliquo modo *Walther. de Jure Metatorum c. 5. & Joh. Ottonem Taborem in eod. tract.* ubi Quæſtiones huc pertinentes reperies.

(3) *Circa illam debere obſervari modum, qui juxta Imperat. Arcad. & Honor. in l. 2. C. d. t. hic fuit, domus dividi debet in tres partes æquales, quarum primam* eligebat domus Dominus, *alteram* eligebat miles, & *tertiam* iterùm relinquebat hoſpiti: *Si verò hoſpes activus* erat in illuſtri gradu militiæ conſtitutus, *alter herum* dividebat domum in duas æquales partes, *& alter* eligebat partem dimidiam ſibi complacentem, in quam diviſionem tamen tabernæ vel ergaſteria mercimoniis deſtinata non veniebant, niſi fortè militi ſtabulum in iſtâ tertiâ parte deeſſet *d. l. 2.*

Ad modum hunc quoq; pertinet præſtatio aliquarum rerum neceſſariarum, quæ olim quidem ſtipendiis ritè perſolutis planè non dabantur militi juxta *l. 1. C. de Salgamo hoſpitibus non præſtando. Sed nunc proh dolor! Longè aliter ſe res habet, militibus* in omnia hoſpitis ſui ceu hereditatem quandam vel vacuum quid involantibus, ut notiſſimum eſt. *Cui malo tamen* ut aliquo modo occurratur, certa hodie militibus & illorum Officialibus ſingulis menſibus dari ſolet pro victu & pabulo, uti & alis neceſſariis rebus pecuniæ ſumma, quæ illis per portiones certas ordinatione militari comprehenſas diſtribuuntur. *Ceterùm quid per Salgamum intelligi debeat, diverſas opiniones, vide apud Walther. & Tabor. dd. ll.*

(4) *Regulariter tantùm hoſpitium præbendum eſſe actu militantibus, & ideò excludendos eſſe* ab illo beneficio exauctoratos, militiæ deſertores, & raptu ſolùm viventes, ſpontè & ad rapinam ſaltem exercendam militantes: vulgò **Frey-Reuter oder Frey-Beuter** & alios, de quibus vide *Walth. d. l. c. 7.*

(5) *Jus recipiendi militem omnibus Civibus vel ſubditis incumbere, niſi qui privilegio aliquo ab iſto onere immunes ſunt: quales ſunt 1. ob dignitatem,* perſonæ illuſtres, nobiles & Patricii, *l. 3. §. 14. ff. de muner. & honor. l. 10. § 2. ff. de Vac. Muner. 2. ob ſtudia liberalia,* Doctores, Conſiliarii, Profeſſores, *arg. l. 6. & 11. C. de Profeſſ. & Medic.* & eorum, quæ tradit *Perez. ad illum tit. n. 4. & 5.*

Et quamvis plurimi JCti hæc tantùm de Doctoribus in Academiis legentibus & ordinariis Profeſſoribus intelligant, putamus tamen in favorem eruditionis & ſtudiorum omnes omninò Doctores ſive Profeſſores, ſive Advocati, ſive Conſiliarii ſint propter eximia Privilegia iis in genere conceſſa, hodie ab hoſpitatione immunes eſſe, cum *Walth. de ſtatu & Privil. Doctor. c. 16. §. 106. & ſeq. vide etiam Mundium de mun. & honor. c. 1. & Klock. de contribut. c. 15. n. 9. ſeq. 3. ob ſtatum perſonæ Eccleſiaſticæ,* quales ſunt Sacerdotes, Eccleſiaſtæ, æditui, & reliqui miniſteria in templis & Eccleſiis exercentes *arg. l. 1. C. de Epiſc. & Cler. 4. ob munus publicum, Conſules l. ult. C. de metat. & epidem. 5. ob honeſtatem, ob merita meritorum, Viduæ Doctorum, & illorum filii l. Medicos C. de Profeſſ. & Medic. vide Mund. d. tr. c. 6. n. 597.* ſeq. *quamdiu tamen illæ* in Viduitate permanent, *hi verò* ſe paternâ dignitate, vitâ, moribus & eruditione dignos gerunt, de quo videatur *Klock. d. l. cap. 15. num. 41.*

Notandum hic, immunitates hasce omnes à Doctoribus ſenioribus intelligi tantùm de perſonali onere, ita ut in habitationibus propriis hi privilegiati *à reali* immunes ſint hoſpitatione, *non verò a patrimoniali.* Si enim bona patrimonialia poſſident, & commodis concivium ſimul fruuntur, ad minimum loco hoſpitationis certam pecuniæ ſummam gravatis contribuere debent, ut benedemonſtrat *Walther. de Jure metator. c. 8. paſſim.*

II. *Quæritur hic:* (1) An Princeps ſubditis ſuis hoſpitationem militum ſuorum bona conſcientia imponere poſſit.

Reſp. Affirmativæ omnes prudentes ſubſcribunt, ex eâ ratione: quod ſicuti militibus ſtipendia debentur, ita etiam hoſpitia ceu pars eorundem cum nemo proprio ſumtu patriæ militare teneatur. *l. navicularii. C. de Navicul. l. ſuo victu ff. de oper. libert. junge Prukm. vol. 1. Conſ. l. 30. n. 42.* Et milites ſine manſionibus non diu utiliter ſervire poſſint. *l. devotum. C. de Metat. vide Speckhan. cent. 1. quæſt. 23.*

Nos affirmativæ huic quidem etiam adhæremus, ſub illâ tamen diſtinctione: ut in caſu juſti & neceſſarii belli Princeps hoſpitationem ſubditis ſuis etiam nolentibus & deprecantibus bonâ conſcientiâ injungere, *in caſu verò injuſti & non neceſſarii belli,* uti bellum hoc bonâ conſcientiâ gerere non queat, ita nec eâ ſubditos ſuos hoſpitatione premere poſſit.

Quæritur (2) An unus atque alter Concivium certâ quâdam pecuniâ ſe ab onere hoſpitationis bonâ conſcientiâ & impunè liberare queat.

Reſp. Negativa veriſſima eſt, quia illud in fraudem & detrimentum reliquorum concivium fit, quod feren-

ferendum non eſt, *& ideo Imperator Juſtinianus in Nov.130. c.6. in fin.* expreſſe id prohibet decernens, ut ille, qui ex Metatoribus ut hoſpitiorum deſignatoribus, accipiunt pecunias de poſſeſſionibus & villis ſupplicium & exilium ſuſtinere debeant, adde quæ habet *Tabor de Metat. part.2. c. ult.* §. 4.

Alias quæſtiones ad hanc materiam pertinentes, vide apud Walth. *& Taborem in dict. tractatibus.*

TH. XV.

Hactenus quoque Hoſpitatio : Sequitur **nunc quintus modus** ***ſignorum & vexillorum*** **plerunque tempore Sacramenti vel juramenti militaris præſtiti uſurpata** ***erectio & traditio.***

Explic.

PRæmittendum hic *Ægyptiis*, uti multarum rerum, ſic etiam ſignorum militarium inventionem attribui teſte *Diod. Siculo l.1. c.86.* ita ſcribente: *Ægyptii veteres cum propter ordinis in exercitu confuſionem à finitimis ſæpe pugnâ ſuperarentur, ſigna ordinibus præferenda excogitarunt. Animalium igitur, quæ nunc venerantur, formaſſe dicuntur imagines, quas haſtis impoſitas Duces geſtarent: ut hoc pacto, cujus quisq; ordinis eſſet, certo diſponerent.*

Nunc de ſignis & vexillis notanda ſequentia.

I. *Verorumq; differentia inter alios oſtenſa à Tacito 1. hiſtor.36. Sueton. in Nerone c.13. & in Vitellio c.11. Floro l.3. c.17. Marcell. l.15. p.m. 48. l.17. p.m. 111. l.20. p.m. 161. & l.27. p.m. 343. ubi ſigna a vexillis & partim aquilis clarè contra diſtincta ſunt.*

Licet verò differentia illa communiter ferè in eo ponatur, quod ſigna in peditatu, & vexilla in equitatu apud Romanos fuerint, ut etiam tradit *Salmuth. ad Pancir. Memorabilia P.I. ſect. 53. p.279. attamen id erroneum eſt, ſiquidem Liv. l.8. c.8. vexilla etiam peditatui ex antiqua inſtitutione claris tribuit verbis, & id quoq; facit Tac.1. Ann.17.20. & 26. 3. Ann.21. 4. Ann.73. & 3. Hiſt.21. Cum ergò ſigna quidem peditatui ſalvum, vexilla verò tàm huic quàm equitatui ab optimis,* ut dictum, *auctoribus attribuantur, & tamen hæc ut etiam demonſtratum certo modo à ſignis diſtinguantur, alia differentiæ ratio ex Scriptoribus iisdem & aliis petenda ac ideo ita diſtinguendum eſt, ut ſigna quidem prædicto modo ſoli peditatui ſed non omnibus ejus corporibus vel partibus, verùm ſaltem ſingulis legionum cohortibus, vexilla autem ſingulis cohortium centuriis vel veteris ævi manipulis, uti etiam quo ad poſteriora tempora equitatus partibus minoribus attributa fuerint: prius probatur ex Tacito 1. Ann.18. & aliis locis & inde apud veteres ſcriptores ſemper legitur, aquilis ſigna; tanquam ordine & dignitate proxima jungi*, ut apud *Eundem d. l.1. Ann.30. 15. Ann.29. & 2. Hiſtor.29. Flor. d. c.17. & l.4. c.12. in medio. Sueton. in Calig. c.14. in Claud. c.13. & Galbâ c.12. Marcell. d. p.48. 111. 161. & 343.* & alios, *& ſigna ac ſigniferos legionibus attribuit*, apud *Liv. l.39. c.20. Sueton. in Vitellio c.2. & Tacit.2. Ann. 81. ac apud illa juratum eſſe apud Eund.15. Ann.16. poſterius verò* inter alios indicat *Liv. d. c.8. Tacit. 1. Ann.20. in pr. & omnium clariſſimè Veget. l. 2. c. 13. ac Modeſtus de Voc. Rei Milit. & quo ad equitatum Tacit.7. Hiſtor.11. & Veget. l. eod. c.1.* ubi equitum alas ſuo tempore vexillationes à velis vel vexillis dictas eſſe ſcribit, *& l.2. c.14.* ibi: 32. *equites ab uno decurione ſub uno vexillo reguntur.*

Porro etiam differentia quædam occurrit in formâ ac materiâ, nam ſigna fuêre imagines quædam ex argento & auro confectæ, ut apud *Stevvech. ad Veget. l.1. c.23. & Lipſ. l.4. de Milit. Romanâ Dial.5. legi*

A. *poteſt*, ſicuti etiam imagines Principum loco ſignorum uſurpatæ fuerunt, ut tradit *Tacit. 4. Annal. 2. Modeſtus de Vocab. Rei Milit. in pr. ac Veget. l.2. c.7. addens ſigniferos ideo Imaginiferos poſtea dictos eſſe*, quibus adde *Herodian. l. 2. c.23. Vexilla verò* vela quædam quadrangula ex auro & purpurâ contexta & è longis contis ſuſpenſa, ut à *Cedreno in Comp. Hiſtor. f.m.140.* refertur. *Quibus quo ad ſigna addendum*, illa ob prædictam excellentiam & imaginum repræſentationem cum Aquilis ceu Numina adorata fuiſſe, ut *ſeq. expl.4.* latè deduximus.

II. *Synonyma, circa quæ obſervandum, ſigna & vexilla ſæpè promiſcuè uſurpata*, ut apud Hiſtoricos & in ſpecie *Liv. lib.35. cap.5. ibi inferre juſſit vexillarios ſigna*, legi poteſt, *poſterioribus verò temporibus etiam Dracones à figurâ*, quam repræſentant, & nos *ſeq. expl.3.* expreſſimus, *apud Græcos* verò Imperatorum
B. vexilla *Banda* vocata fuiſſe, ita enim *Procop. l.2. Hiſt. Vandal. p.m. 62. ſignum quod Bandum Romani vocant, Johanni Armenio commendat, & Paulus* Warnefridus *l.1. de Geſt. Longob. cap.20. Tato verò Radulphi vexillum, quod Bandum appellant, ejusq; galeam, quam in bello geſtare conſueverat, abſtulit. Chriſtianis etiam Imperatoribus in uſu fuit Labarum*, quod fuit vexillum Imperatori prælatum, & ob intextam Chriſti imaginem adorari conſuetum.

De quo *Prudentius contra Symmach. l.1. de Potentiâ Crucis V. 488. & ſeq.*

Chriſtus purpureum, gemmanti textus in auro
Signabat Labarum.

De cujus etymo vide Victorin. Giſelinum in Comment. ad hunc locum & Obrecht. de Vexillo Imper. c.2. ubi tamen notandum illud à Sozomeno in c.4. mox allegato in Græcâ linguâ λάβωρον dici, videatur etiam de illo *Euſebius in Vitâ Conſtantini l.2. c.23. & ſeqq. So-*
C. *zomenus l.1. Hiſt. Eccleſ. cap.3. & 4. Becman. in Origin. ſub illo verbo & Martin. in Lex. Phil. ſub Eod.*

Nec non *Flammulum* à formâ flammam repræſentante ita dictum:

Uſurpatur illa vox inter alios à Codino de Offic. Conſtantin. c.5. n.4. ubi illud deſcribit, quod radios inſtar ignis emittat. *Veget. l.3. c.5.* ubi tupharum etiam meminit, & *Mauricio Imper. in Strateg. lib.1. cap.2.* cum adjecto parvum & paſſim, & intelligit ibi vexilla parva in contis uſurpari ſolita, ubi videatur *Scheffer. in not. p.399.* uti etiam Nicetâ paſſim.

Illud tamen cum vexillo idem fuiſſe conjicit Cedren. d. f. 140.

Verùm Spelman. in Aſpilogiâ f.18. vexillum à flammulo ita diſtinguit, quod illa non ſemper vela fuerint, ſed quandoque etiam ſolidæ imagines vel tabulæ quadratæ, hæc verò ſemper vela, quod Auctori ſuo relinquimus.

D. III. *Illorum & quidem ſignorum figura varia*, quarum apud Romanos fuêre præcipuæ, *Fœni manipulus, Aquila, Dracones, Lupi, Minotauri, Equi, Apri ſive Porci. De quibus quædam annotabimus & quidem, Fœni manipulum* in primordio Romæ uſurpatum fuiſſe teſtatur inter alios *Ovidius 3. Faſtor. V. 115. & ſeqq.*

Illa quidem fœnum: ſed erat reverentia fœno
Quantum nunc aquilas cernis habere tuas.
Pertica ſuſpenſos portabat longa maniplos
Unde maniplaris nomina miles habet.

De quo etiam lege *Junium lib.3. Animadv. cap.2.* Absq; dubio verò illud ſignum inventum fuit ad demonſtrandum primum pauperem Statum.

Vocati autem fuêre ab illo manipulo illius geſtatores manipli, ut ex *Virgil. l.11. Æneid. v.870.* probat *Servius & Pompon. Sabinus in Comment. ad illum locum*, ſicuti Aquilæ geſtatores Aquiliferi.

Aqui-

A. *Aquilam quidam & inter eos Joſeph. de Bello Judaico l.3. c.5. & Plin. l.10. c.4. in pr. à Romanis proprio motu* tanquam celeberrimam & Reginam avium pro ſigno inventam: Aliqui verò & inter illos *Lactantius. l.1. Inſtit. Divin. c.11. Iſidorus l.18. c.3. & Alex. ab Alex. l.4. Genial. Dier. c.2. à Jove*, utpote cujus propria illa avis eſt, *& armiger ſecundum Virgil. l.9. Æneid. v.161*

ibi — — *pedibus Jovis armiger uncis.*

de quo etiam lege Fulgent. l.2. Mytolog. Alii a Trojanis, alii tandem à Perſis mutuatam & *primùm quidem à Mario in Bello Cimbrico* per ea, quæ habet *Saluſt. de Bello Catilin. c.59. & Plut. in ejus vita c.37.* uſurpata fuiſſe opinantur.

Sed poſtremum erroneum eſt, quia Aquila cum Lupo, Minotauro, Equo & Apro jam diu ante à Romanis pro ſignis militaribus uſurpata fuêre, tunc verò aquila excluſis reliquis à Mario Legionum propria facta fuit, ut claris verbis indicat *Plin d. c.4.* Meminit autem B. aquilarum diu ante *Halicarn. lib.10. cap.42. & Liv. lib.26. cap.48.*

Erat autem illa Aquila apud Perſas ex auro confecta in haſta ſublimi extenſa regium inſigne, ut narrat *Xenoph. lib.7. de Exped. Cyri in pr. & lib.1. de Expedit. Cyri in f.*

Apud Romanos verò partim ex auro ſecundum Arrianum in Epicteti Diſſert. & Dion. l.40. f.m.129. partim ex argento ſecundum *Cicer. Orat.1. in Catilin. c.9. & Orat.2. c.6.* qua etiam de causâ *Plin. l.33. c.3.* ſcribit, *color argenti clarior eſt, magisque diei ſimilis, & ideò militaribus ſignis familiarior, quoniam is longius fulget. Infixa autem illa etiam fuit ſummitati haſta pinnas extendens*, ut figuram illius ex nummis M. Antonii & Auguſti adduxit *Lipſius l.4. de Milit. Romanâ Dial.8. Et ſacello perèxiguo haſta ſummitati affixo cum hiemarent impoſita, ſecundum Dion. d. l.*

C. *Tradunt quidem nonnulli* iſtam fuiſſe exiguæ formæ, quia ſignifet illam, ne in barbarorum manus veniret, avulſit, merſamque intra balthei ſui latebras gêrens in cruentâ palude ſic latuit, ſecundum *Flor. l.4. hiſt. c.14.* & alius apud *Cæſarem l.5. p.m.116.* extra caſtra intra vallum projecit. *Verùm alii hoc ita explicant, ut quidem* exiguæ fuerit formæ, *ſed* ob perticam longam & ornamenta gravis ponderis, quippe ex auro vel argento, ut modo dictum, ſolido confecta, quod inde conſtat, quia Herodian. *l.4. c.12. ſcribit, Antoninum Imperatorem ſigna militaria longiſſima & aureis ornamentis prægravia, ac ne robuſtiſſimis quidem militibus facilia, ipſum humeris ſubjeciſſe.*

Ubi illud notandam, Aquilam in qualibet legione ſolùm unam & ejus præcipuum ſignum fuiſſe, ut poſt alios refert *Veget. lib.2. c.6. & 13. & Tacit. 1. Ann.18. & 13. Annal.38. uti etiam Dio d. l. Signa verò militaria* tot, quot cohortes, id eſt decem *Veget. d. c.13. & Lucan. l.1. verſ.375. & ſeq.*

D. — — — *per ſigna decem felicia caſtris*
perque tuos juro quocunq; ex hoſte triumphos.

Hinc in prælio illo decretorio inter Cæſarem & Pompejum propè Lariſſam inito ſaltem Aquilæ novem & ſigna militaria ultra centum octoginta capta fuerunt, ut ipſe *Cæſar l.3. de B. C. p.m.346.* refert. *Meminit etiam jam in Bello Punico II. Aquilæ & Signorum militarium Liv. d. l.26. c.48.*

Dracones non ante Trajani ævum in militiâ Romanâ conſpectos fuiſſe cenſet Lipſ. d. l.4. Dial.3. quod ſi verum eſt, abſque dubio à devictis cum Decebalo Dacis vel Perſis (quibus illos poſt alios originem quodammodo attribuit *Valdeſius de Dignit. Hiſpan. c.15. n.15.* quod etiam inde probari videtur, quia inter ſpolia à Zenobiâ reportata *Vopiſcus in Aureliano c.28.* etiam Dracones Perſicos refert) originem ſumſit illorum uſus. Utroſque enim illos pro ſigno habuiſſe ex hiſtoriis notum eſt, & *Ciaconus de Bello Dacico* ex columnâ Trajani demonſtrat, ac refert *Spondanus in Epitome Annal. Eccleſ. Baronii ad ann. Chriſti 312. n.5.* quod etiam non reſpuit *Idem Lipſ. d. l.4. Dial.5.*

Arrianus tamen in Tactic. c.51. illos expreſſè Scythica ſigna vocat, ſicuti etiam illa eodẽ modo, quo Romana deſcribit *Suidas in verbis Simeja Scythica.* Sed Idem Indos ſimilia vexilla habuiſſe ſub verbo Indi narrat.

Notandum hic Dracones hos non ex ſolidâ materiâ, ſed purpureis ſubtegminibus textos & ita formatos eſſe, ut & exuvias Draconum referrent & ſummitatibus haſtarum alligati hiatu vaſto perflatiles eſſent, & ita veluti irâ perciti ſibilarent, ut refert *Marcell. l.16. p.m.70. & 81.* Cui conſentit *Arrianus d. l.* ſcribens, illos fieri ex pannis inter ſe conſutis diverſicoloribus, capite, reliquoque corpore omni ad caudam uſque ſimili ſerpentibus in ſpeciem maximè formidabilem, quantum poteſt, inſtructo. & *Claudianus De tertio Honor. Conſul. v.147. & ſeqq.* ita canens. — — — *hic picta Draconum*
Colla tenant, multumq; tumet per nubila ſerpens
Iratus ſtimulante Noto, vivitque receptis
Flatibus, & vario mentitur ſibila tractu.

Qui etiam de Conſulatu ejus ſexto v.565. & ſeqq. cauſam hujus formæ refert his verbis.

— — — — *quid fixa Draconum*
Ora velint, ventis fluitent, an vera minentur
ſibila ſuſpenſum rapturi faucibus hoſtem.

Conſuli de hâc re poteſt *Valtur. lib.10. De Re Milit.* Illos pro inſignibus ad vigilantiam & prudentiam demonſtrandam uſurpatos eſſe, *Paradinus in Symbol. Heroicis p.205. & Boxhorn. Quæſt. Romanâ poſt alios 32. tradit.*

Luporum effigiem in ſigno Romanos geſtaſſe eruditi putant vel in honorem & memoriam Lupæ Romuli & Remi nutricis, vel quod animal hoc in Martis tutelâ fuerit. vide *Demſter. ad Roſini Antiquit. l.2. c.20.*

Minotauri effigiem ideò apud illos inter ſigna militaria fuiſſe, quod non minus occulta eſſe debeant conſilia Ducum, quam fuit domicilium ejus Labyrinthus cenſet *Feſtus de V. S. & Veget. l.3. c.6.*

Quod quidem ridet Lipſ. d. l. ideò, quia ruſticolis illis Romanis Minotaurus & fabella illa ignota fuit, & ideò putat, tauri ſimplicem imaginem fuiſſe. *Neſcimus tamen* an ſatis apte, cum Romanis, ut prudentiſſimis & multâ lectione claris fabulæ tales ignotæ eſſe non potuerint.

Equi & porci vel apri figuram ideò uſurpatam fuiſſe, quod *prius animal* etiam Marti ſacrum & ad belli uſum admodum utile ſit. *poſterius verò* ad firmandam pacem & fœdus ineundum cæſum fuerit, refert *Feſtus d. l. & Boxhorn. d. quæſt. 32.*

Sed omnes has effigies præter Draconum, quæ tunc nondum in uſu fuit, *C. Marius poſtea ſuſtulit, & ſolam Aquilam Legionibus pro inſigni reliquit*, ſecundum *Plin. l.10. c.4 & præc. expl.3. adducta. Cui poſtea addita fuêre Cæſarum imagines ſecundum præc. expl.1. dicta & Deorum ſimulacra Tac. 15. Annal. 29.*

Cæterum etiam quandoq; aliorum imagines permiſſu vel conniventiâ Imperatorum ſignis impoſitas fuiſſe, nonnulli ex illo *Suetò. in Tiberio c.48. Quædam munera Syriacis legionibus dedit, quod ſola nullam Sejani imaginem inter ſigna coluiſſent*, & aliis locis conjiciunt. *Vel uti malè*, cum Sejanus ob potentiam ſuam & adulationem militum ab aliis illo honore dignatus fuerit, ſi enim illud permiſſu Tiberii factum eſſet, Legiones hæ ob intermiſſum illum honorem munera non accepiſſent.

Ubi ſimul notanda 1. quædam aliarum gentium ſigna, quale fuit Perſis Sol & Ignis, Thebanis Sphinx, Athenienſibus Noctua, de quibus legi poteſt *Demſter.*

Antiq.

Antiq. Roſin. l.10. in f. Turcis dimidiata Luna & Stella deſuper poſita, uti etiam aliquot caudæ ſilveſtrium equorum coloribus variegatæ & in unum faſciculum compactæ è longis perticis pendulæ, & ſupernè globo aureo coontectæ, ut in *Legationis Imperatoriæ a Comite Lesleo ſuſcepta Deſcriptione Parte 2. p. m. 67. & 72.* refertur, nec non vexillum ſericum viride.

Similiter Tartaris cauda equina tincta, vel ut *Bronovius in Tartariâ f. m. 23.* refert maxima cauda alba equina in haſtâ majori.

Sic in Populo Iſraelitico tribui Judæ Leo cæteriſq; ſecundum Rabbin. *ad c.1. Numer. & And. Maſium* in tribu Rubenitarum Homo; in tribu Ephraim Bos, in tribu Danitarum Aquila fuit. *De horum vexillorum ratione & coloribus legatur Maſenius in Speculo Imagin. Verit. Occulta l. 3. c. 1. in pr. & verâ qualitate vide Brovvnum in Pſeudodoxiâ Epidemicâ l. 5. c. 10. per totum.*

2. *Vexillum Ducis Bellici plerumq́; ſingulare eſſe eiq́; ſingularem attribui efficaciam.*

Sic præcipuum vexillum Hiſpanorum in navi Prætoriâ eſt Dei genitrix, *Portugallis* Crux & *Gallis in expeditione terreſtri Oriſlambe. Latinè Auriflammam dictam.* de quo vide *Limn. in Notit. Regni Franc. l. 1. c. 11. & in Not. prior. ad l. 1. Juris Publ. c. 14. ac Chiflet. de Ampullâ Rhemenſi c. 1. & in Luminibus Salic. Lum. 4. face 2. Ubi demonſtrat* vexillum illud fuiſſe Eccleſiæ S. Dionyſii, quo uſi fuêre Cænobitæ ad ſtatas & ſolemnes pro Regis & Regni felicitate ſupplicationes, non verò è cælo Regi Clodovæo miſſum, adducens teſtimonium *Scipionis du Pliex in Annal. Franc. ſub dicto Rege* ita ſcribentis: *Fabuloſum eſt ſimiliter, Auriflammam Clodovao Regi è cælo miſſam fuiſſe, Erat enim vexillum S. Dionyſii, quod olim Reges noſtri ad bellicas magni momenti expeditiones deferri jubebant.* De illo etiam legi poteſt *Spelman. in Aſpilogiâ f. 23. Blondellus in Geneal. Franc. Plenori Aſſert. Tomo I. quaternione LXVI. in fine & ſeq.* ubi de Auriflammâ & reliquis regiis vexillis latè agit. *& noſtra conſignatio ad ſeq. c. 6. th. 3. expl. 3.*

Sic vexillum Dionyſii Hungarorum Ducis, teſte *Nicetâ Choniate in Annal. in vitâ Emman. Comn. l. 5. fuit* in craſſâ & altâ trabe, quam rotis impoſitam quatuor juga boum trahebant, ſublime à ventis agitatum.

Simile fuit Saracenorum vexillum, ut refert Gerbrandus in Chron. Belg. l. 4. c. 22.

Pertinet huc Carrocium, de quo d. c. 6. th. 3. expl. 3. diximus.

Et Standardus vel Standardum veterum Anglorum, quod ſignificat Regis ſignum bellicum ſtatarium, ut tradit *Hoveden. in Ann. Angl. P. 1. ſub Stephano Rege f. 483.* terræ enim firmiter inſtratum fuit, unde verſus, quos recitat *Richardus Prior Haguſtadenſis in Hiſtor. Angl. ex Hugone Sotevaginâ.*

Dicitur à ſtando Standardum, quod ſtetit illic
Militia Probitas, vincere ſive mori.

ubi ſimul refert, in bello inter Stephanum dictum & Davidem Scotiæ Regem geſto illud malum fuiſſe navis in terrâ erectum, in cujus ſummitate fuit appoſita pixis argentea cum corpore Chriſti & aliquot Sanctorum, & fuiſſe ad formam Draconis figuratum. de quo etiam vide *Alfredum Abbatem de Bello Standardii de Standardo Ottonis IV. Imperatoris vide Britonem Philipp. XI poſt pr.*

Illud Carrocio ſimile fuiſſe putat Spelman. in Aſpilog. f. 22. & Camdenus in Britan. ſub Brigante Yorckeshire p. m. 330.

Memoranda hic ſunt quadam de noſtri Imperii Vexillis in expeditionibus publicis quondam ex parte uſurpari ſolitis.

I. *Illa diſtingui ſolere in majus*, quod peditatui, vel, ſi mavis, toti exercitui, *ac minus*, quod ſoli equitatui prælatum fuit, *quorum illud* in publicis Imperii Monumentis & Receſſibus nomine generali **deß heiligen Römiſchen Reichs Paner-Fahne und Adler** *promiſcuè, hoc v. ſpeciali* **deß heiligen Römiſchen Reichs Renn-oder Sturm-Fahne** *vocatur, ut prac. P. 3. c. 7. th. 8. expl. 2. ſub Ducibus Wirtembergicis utpote quibus illius geſtatio competit, deſcriptum eſt.*

II. *Præter illa duo adhuc unum, nempe vexillum S. Georgii* in expeditionibus totius Imperii à Nobilitate Imperii immediatâ geſtatum fuiſſe, *ſed quoniam* circa illius geſtationem inter nobiles immediatos quo ad prærogativam ſæpè acres controverſiæ ortæ fuerunt, ut *Limn. Tomo IV. l. 6. c. 3. n. 57.* memorat *in Comitiis Spirenſibus anni* 1542. §. 39. conſtitutum fuit, ut in decretâ adverſus Turcas tunc expeditione vexillum id non geſtaretur, nec poſtea geſtatum fuiſſe legimus.

III. *Dictum vexillum majus, uti ex iis, quæ Obrecht. de Vexillo Imperiali c. 4. ex Archivis Argentoratenſibus adduxit, colligimus, ſi ab Imperatore præſente nobilitati tradatur, à ſolo Electore Saxoniæ & nullo alio Principe geſtandum eſſe, ſi verò ab Imperatore civitatibus offeratur, ejus geſtationem ſi non continuò, ſaltem primâ vice & per vices Argentorato competere: Si quis tamen ex obſcuris illis productis & aliis meliorem intellectum eruere potuerit, gratâ id recipiemus mente.*

IV. *Sanctitas & veneratio: Nihil enim in Romanâ militiâ iis venerabilius habitum, & illa non minus ſacra quam Deorum ſimulacra fuiſſe refert Halicarn. l. 6. c. 39. Venerata enim illa immò adorata fuiſſe ex Herodiano l. 4. c. 8. conſtat*, ubi refert Antoninum ubi caſtra attigit, & ædiculam illam, intra quam ſigna ac ſimulacra exercitus adorantur, humi procidiſſe (quæ ædicula, ut hoc notemus, non fuit ſacellum illud caſtrorum in quo ſigna reponebantur, ſed alia ædicula quadrata & parvula, ad religionem ingerendam ſuperimpoſita ipſis aquilis, ut ex *Dione lib. 40. f. 128.* ac figura apud *Lipſ. 4. de Milit. Rom. dial. 5. p. 271. & Jacob. Laurum in Antiq. Roman. p. 1. n. 7.* conſtat, quibus junge *Thyſium ad Saluſt. Bell. Catilin. c. 59.*) *hinc Tacit. 2. Annal. 27. Aquilas numina Legionum: & 1. Ann. 39. altaria Deûm vocat. meminit etiam venerationis Aquilarum Appian. l. 2. de B. C. p. m. 764. Sic Artabanus* tranſgreſſus Euphratem Aquilas & ſigna Romana Cæſarumque imagines adoravit. *Sueton. in Caligulâ d. c. 14. vide etiam Tac. 15. Ann. 29. & 3. Hiſtor. 10.* tangit id *Tertull. in Apolog. c. 16.* his verbis: *Religio Romana tota caſtrenſia ſigna veneratur, per quæ ſigna jurat, ſigna omnibus Diis proponit. Et ideò iſta quandoq́; pro aſylis uſurpata, ut ejus exemplum in Planco occurrit apud Tacit. 1. Annal. 39.*

V. *Apud Romanos tempore pacis ſigna militaria in ærario publico vel templis fuiſſe aſſervata* & ex illo per quæſtores in expeditione bellicâ deſumta ac ad exercitum delata eſſe, ut conſtat ex *Livio lib. 4. c. 22. & l. 7. c. 23. & Halic. l. 10. c. 2. ac quodammodo Herodiano d. l. 4. c. 8.*

Fuit verò ærarium illud in templo Saturni, ut ex Plut. in quaſt. Rom. 42. & Macrob. 1. Saturn. 8. apparet, quo procul dubio reſpexit *Halic. l. 10. c. 21.* ſcribens: Signa è templis (dicere debuiſſet templo, ut annotavit *Lipſ. l. 4. de Mil. Rom. dial. 5.*) prolata fuiſſe.

VI. *Pœna illa deſerentium & amittentium: In priores illa apud Romanos erat fuſtuarium. Livius l. 5. c. 4. hodie pœna capitis.* **Holland. Kriegs-Recht** *art. 16.* **und Käyſers** *Maximil. II.* **Articuls-Brieff** *art. 12.* vide tamen *Pappum ad d. art. 16. ratio illius pœnæ* ſimul in juramenti militaris violatione conſiſtit.

Ratione poſteriorum legitur virgi demiâ & decollatione ſigniferos ob amiſſa ſigna & Centuriones dupliciariosque, qui reliquerant ordines virgis cæſos, ſecuri percuſſos fuiſſe, ab Appio Claudo apud *Liv. l. 2. c. 59.* Idem refert *Halicarn. l. 9. c. 60. Julianus tamen Draconario ob amiſſum Draconem cingulum ademit & infamia notam inuſſit, referente Zoſimo lib. 3. f. m. 720.*

de quo

de quo legi poteſt *Voet. de Jure Milit. c. 4. n. 55. & Coteraus de Jure Militum l. 3. c. 9. & ſeq. c. 7. th. 14. expl. 1. quædam annotavimus.* A.

Ubi obiter notandum, in Hungaria vexilliferis quondam in quibusdam locis inſtante prælio calcaria ademta fuiſſe, ne fugæ conſilium ſuſcipere potuerint, ut de Hungaria vexillifero Joh. Dragſſio refert Iſtuanffius lib. 8. Hiſtor. Ungaric. f. m. 126. Et in genere Bonfinius Dec. 4 lib. 8. f. m. 666.

VII. *Indicium defectionis militum fuiſſe ſigna convulſa Liv. lib. 7. c. 39. & inverſa, vel ita ſubverſa, ut ſuperior illorum pars ad terram dimitteretur, ut inter alios patet ex Oroſio lib. ult. c. 36. & Spartiano in Severo c. 7. & clariſſime ex Marcell. l. 26. p. 324. & 328.* ubi ſcribit cum vexillis ſcuta perverſa geſtare, defectionis ſignum eſſe apertiſſimum.

Ex quo loco ſimul notandum, ſcuta pervertere etiam defectionis ſignum eſſe, quod etiam *Themiſtius in Orat.* B. *4. & Appianus lib. 2. de Bell. Civil. p. m. 746.* per ſcuta ſub brachia occultata & ſub capita poſita innuere videtur.

Idem inſuper in funeribus factum eſſe ex Servio in lib. 11. Æneid. f. m. 1605. patet, ubi ille ita ſcribit: *Lugentur more mucronem non cuſpidem haſtæ contra terram tenentes: Scuta etiam invertentes propter Numina illic depicta, ne eorum ſimulacra cadaveris pollucrentur adſpectu.*

VIII. *Signa Legionum in ſignum lætitiæ publicæ forte ob victoriam partam floribus ornata fuiſſe*, ut conſtat ex *Claudiano de Nupt. Honor. & Mariæ v. 187. & ſeq.*

Lætaturq; tamen, Mavortia ſigna rubeſcunt
Floribus, & ſubitis armantur frondibus haſtæ.

Illud expreſſit Tacitus quando lib. 3. Annal. 2. ſigna in funere Germanici ex oppoſito incompta fuiſſe ſcribit.

TH. XVI. C.

Fuit Vexillorum erectio & datio: Sequitur ultimus modus Militum Exercitatio, quæ eſt illorum informatio ad arma rectè tractanda & corpora ad militarem artem aſſuefacienda.

Explic.

Sicuti ab exercitatione Exercitus, quod illâ perficiatur, dictus ſecundum *Varron. l. 4. de Lingv. Lat. n. 16. & Cicer. 2. Quæſt. Tuſcul. c. 15. & ſeq.* ita ſedulo milites in arte militari inſtruendi ſunt, præſertim cum ab exercitatione illa militum robur, agilitas, uſus armorum, declinatio periculorum, hoſtium diſſipatio & fuſio ac laborum ſpretio dependeat: Agnovit hoc *Avidius Caſſius Imper. teſte Gallicano in ejus vita. c. 6.* dicere ſolitus, *miſerum eſſe, cum exerceantur athletæ, Venatores & gladiatores, non exerceri milites, quibus* D. *minor futurus eſſet labor, ſi conſuetus eſſet.* Quantus verò in militia ſit labor ſuo tempore conſideravit probè & retulit *Cic. d. c. 16.* ita ſcribens:

Qui labor, quantus agminis ferre plus dimidiati menſis cibaria, ferre, ſi quid ad uſum velint, ferre vallum. Nam ſcutum, gladium, galeam in onere noſtri milites non numerant; quam humeros, lacertos, manus. Arma enim membra militis ſunt: quæ quidem ita geruntur apte ut ſi uſus ferret, abjectis oneribus expeditis armis, & membris pugnare poſſent, & cætera.

Et exercitatio hæc quidem eò magis inculcanda militiæ Præfectis, quantò magis hodie negligitur. Plura vide *cap. præced. th. 4. in expl.* deducta.

Notandum hic: Exercitationum militarium quandam *Armaturam* dictam, ut indicat *Marcellin. lib. 14. p. m. 26. lib. 21. p. m. 201. & lib. 23. circ. fin. & Veget. lib. 1. c. 13. & lib. 2. c. 23. & illos Officiales, qui milites in armis exercuerunt, Campidoctores nominatos eſſe:* ut idem innuit.

Putant vero nonnulli per vocabulum illud armaturæ Pyrricham intelligi militum ſaltationem: ſed fortaſſis tutius eſt dicere, omnem armorum tractandorum, hoſtiúq; ordinatim & ad certum gradum invadendi & recedendi ab eo ſcientiam à Campidoctore edoctam per id ſignificari; licet id non admodum placeat Valeſio ad Marcell. d. lib. 14. ubi legi poteſt.

Diſtinguunt hinc Critici Campidoctores ab Armorum tractandorum doctoribus ita; ut illi armaturæ numeris ſive certis greſſibus ac motibus milites informaverint; *hi verò* ſolum tractandorum armorum ſcientiam iiſdem inculcaverint, allegantes ad id demonſtrandum *Veget. lib. 1. c. 3.*

Hinc nonnulli ita diſtinguunt armaturas à proludiis (quorum nomine omnes exercitationes militares intelligi ex *Marcell. lib. 16. p 63. ac ibid. Valeſ. & d. l. 23. circ. fin. & quæ Veget. dd. ll.* proluſiones vocat, conſtat:) *ut illæ à Campidoctoribus, hæc ab armorum doctoribus inculcarentur.*

Cæterùm quomodo Campidoctores, qui & Armidoctores dicuntur, *à Campiductoribus differant, vide apud Stevvechium ad Veget. lib. 1. c. 13. cui junge Valeſ. ad Marcellin. l. 15. p. 69.*

CAPUT IV.

De

MILITUM DISTINCTIONE.

SUMMARIA.

TH. I. Ratio connexionis: Et diſtinctio militum quotuplex.

TH. II. Quotupliciter milites ratione circumſtantiarum diſtinguantur.

Expl. I. Ordinarii milites qui, & quotuplices.
Limitanei qui, ubi de Romanorum limitaneis præſidiis, & thematibus, & quid thema.
Marggravii noſtri inde orti.
Coſſaci in Poloniâ quoque limitanei, & à Stephano Batoræo inſtituti.
Stationarii qui & quotuplices.
Prætoriani quando & à quo apud Romanos inſtituti.
Olim Dictator & Conſules lictoribus pro Prætorianis domi, in bello verò etiam his uſi fuére.
Primus Sylla & Cæſar eos etiam domi retinuit, poſteà tamen uterq; ſed diverſo modo abdicavit.
Antonius autem turbato ſtatu 6000. & Octavianus 10000. ſibi conſtituit.
Ab illo tempore quilibet Imperator ſibi tali præſidio proſpexit uſq; ad Conſtantinum M.
Ex quibus nationibus illud conſtiterit.
Ejus rector fuit Præfectus Prætorio, qui quandoq; collegam habuit unum, ſemel etiam duos.
Ubi de illius dignitate.
Ejus præſidii ſingularia.
Nonnulli Prætorianos ſcurras etiam dictos fuiſſe putant.
De quo ſententia noſtra cum aliis ejus verbi ſignificationibus refertur.
Quis Imperatorum Turcicorum Janizaros inſtituerit. Ubi judicium Politicum de illis refertur.
In domiciliis ſuis relicti milites quid agant.
Subſidiarii milites qui, & quotuplices: & qui olim ita etiam vocati.

Expl. II. Tyrones qui & quæ circa illos notanda.
Cur illi alendi, & quomodo perficiendi.
Illis per ſe parum roboris ineſt ac fidendum.
Mutua fides & confidentia inter milites quantum poſſit.
Veterani qui, idem qui emeriti & evocati.
Quantum iis robur inſit, per exempla demonſtratur: & ſimul recenſentur prælia, in quibus ex unâ parte pauci, ex alterâ innumerabiles ferè cecidêre.
Referuntur quatuor argumenta, cur Imperator Veteranos ſibi comparare debeat.
Expl. III. Levis & gravis armaturæ militum antiquæ ſpecies recenſentur.
Expl. IV. Equitum tres ſpecies hodierni uſus recenſentur.
Cataphracti Romanis & Perſis, quibus Clibannarii dicti, noti fuerunt.
Cataphracti an à Clibannariis diſtincti fuerint.
Equites Sagittarii.
Apud quos Scriptores prima Equitum fiat mentio, & quibus illorum origo adſcribatur.
Referuntur hiſtoriæ de equis valdè honoratis & æſtimatis, nec non raræ formæ & formidabilibus apud Indos.
Cur multi equas equis meliores habeant.
Pedites ſunt duplices.
Quare Peditatus **die Infanterey** *dicatur.*
Infantiones apud Hiſpanos qui.
Medium inter equites & pedites conſtituentes qui & quomodo vocentur.
An Equopedites cum antiquis ferentariis vel velitibus comparandi.
An Equites peditibus ſint præferendi?
Qualis debeat inter equites & pedites eſſe juſta proportio.
Ubi cautela ſimul adjecta, ex quâ judicium ferendum eſt.
Exempla & hiſtoria de iis qui curribus belligerarunt.
De formis curruum & modo ex iis pugnandi remiſſivè.
Cur paucæ gentes iis uſæ fuerint.
Eadem Elephantorum & Camelorum eſt ratio.
Expl. V. Milites lecti, voluntarii, ſocii, & conductitii quomodo inter ſe differant.
An belli conductitii ſint præferendi.
Contra peregrinos & pro iis fundamenta afferuntur.
Quæ cautela circa illos obſervanda.
Pro domeſtico conductitio rationes adducuntur.
Quo tempore conductitius miles in Germaniâ primum uſurpatus.
Circa utilitatem peregrini & interni militis reſpiciendum etiam eſt ad formas Reſpubl.
An conducat auxiliis Vicinorum etc.

TH. III. Ratione præſtandæ operæ quomodo milites diſtinguantur.

TH. IV. Gregarii qui, & quid eorum muneris.

Expl. Traditur Etymon verbi miles & **Soldat/** *& oſtenditur militem olim munificem dictum, ac ſolam operam locare, adeòque* **Kriegs-Knecht** *Germanis appellari.*

TH. V. Officiarii qui & quotuplices.

TH. VI. Officiarii reſpectu totius Imperii qui.

Expl. I. Quid hîc per belli Ducem intelligatur.
Quæ virtutes & qualitates ei ineſſe debeant.
Cur à largitionibus capiendis ſibi cavere debet.
Cur Dux belli gloriam non ſibi, ſed Domino ſuo adſcribere debeat.
Cur mandatum ſtrictè ſit obſervandum.
Subnectuntur alia requiſita.

A. *Ut unus ſaltem ſit belli Dux.*
Quod tamen aliqui limitant certis modis.
Ut continuum illius ſit imperium.
Ut poteſtas abſoluta.
Ut ille ſit juſtæ & virilis ætatis, ubi quædam de ejus definitione.
Ut hoſti auctoritate, prudentiâ fortitudine & fortunâ ſit notus.
Ubi quædam de fortunâ.
Expl. II. Vicarii Ducis duplicis generis ſunt, & qui utrique.
Supremi rei armamentariæ Præfecti munus in quo conſiſtat.
In quo munus ſupremi excubiarum præfecti.
In quo ſupremi caſtrorum Præfecti officium verſetur.
In quo generalis Commiſſarii officium.
B. *Item Supremi ærarii Caſtrenſis Præfecti.*
Et ſummi annonæ Præfecti.
Porrò ſupremi Juſtitiæ & Juſtitiæ executoris.
Ac tandem ſummi Curruum Præfecti functio occupata ſit.

TH. VII. Officiarii reſpectu partis duplices.

TH. VIII. In parte majori qui comprehendantur, & quotuplices illi ſint.

TH. IX. Minori in parte qui ſint.

Expl. Accenſus, Optio quid, unde dicantur, inquiritur.
A quo hodierna Legionum diſpoſitio originem trahat.

TH. X. Militum munus & officium in quibus conſiſtat partibus.

TH. I.

C. *Fuit militum conſcriptio cum annexis: Sequitur militum diſtinctio*, quæ petitur vel ex Circumſtantiis, vel ex qualitate Status ac præſtandæ operæ.

TH. II.

Ratione variarum Circumſtantiarum milites diſtinguuntur (1) In ordinarios & ſubſidiarios. (2) In tyrones veteres & veteranos. (3) In leviter & graviter armatos. (4) In equites, pedites, & equopedites. (5) In lectos ex ſubditis, voluntarios, ſocios & conductitios.

Explic.

D. I. O*Rdinarii milites ſunt*, qui actu militantes in omnem belli eventum à Magiſtratu ſemper in promtu habentur, *ſuntque illi, vel expeditionales* id eſt in caſtris & expeditionibus bellicis verſantes, *vel* certis Provinciæ locis adſtricti, *vel* in domiciliis ſuis relicti.

Certis locis adſtricti ſunt vel limitanei, ad limites contra hoſtium incurſiones tuendos diſpoſiti, *tales olim* fuêre Duces vel Comites limitanei cum ſuis militibus. *Lamprid. in Alex. Severo c. 58. Vopiſcus in Aureliano c. 13. & Comment. Notitia Orientalis Imperii cap. 139. ubi refertur, Auguſtum novem limites à Legionibus defendendos conſtituiſſe: Unum* in Hiſpaniâ cum tribus Legionibus: *Secundum* in Germaniâ Inferiore ſuper Rhenum cum quatuor: *Tertium* in Superiore ſuper Danubium cum aliis quatuor: *Quartum* in Dalmatiâ cum duabus: *Quintum* in Pannoniâ cum tribus: *Sextum* in Syriâ cum quatuor:

Septi-

Septimum in Ægypto cum duabus: *Octavum* in Africâ cum unâ: *Nonum* in Mæſiâ ſupra Danubium cum duabus, *quæ omnes erant Legiones* 25. *Decimum verò limitem adjectum fuiſſe à Claudio in Britanniâ* cum Legionibus tribus: *Undecimum à Veſpaſiano* in Cappadociâ cum Legionibus duabus: *& ſic porrò uſque ad decimum quartum limitem Romanos progreſſos eſſe.* Plura ibidem videantur.

Poſterioribus autem temporibus loco Legionum harum Provincialium themata ab Imperatoribus ſunt introducta inde dicta, quia militares tales copiæ ad certa loca poſita vel locata fuerunt, ut tradit Imperator *Conſtant. Porphyrog. l. 1. de Thematibus. them* 1. *Erantq; themata hæc diſtributa in Occidentalia, ſive in ea*, quæ in Occidentis Imperio erant conſtituta, *& hæc fuére numero ſeptendecim, Anatolicum, Armeniacum, Thraceſiorum, Obſequium* (ſub quo ii continebantur, qui Imperatori Ordinis tuendi & honoris causâ præivére) *Optimatum* (ſub quo Imperatoris ſervitia, ſive illi, qui ad miniſteria militibus, cum Imperatores expeditionem facerent, præſtanda inſtituti erant, comprehenſi ſunt, *ignotâ ipſi Imperatori Conſtantino denominationis ratione*) *Bucellariorum*, (ſub quo commeatum procurantes & vehentes comprehenſi) *Paphlagonum, Chaldia, Meſopotamia, Colonea, Sebaſtea*, ab urbe ab Auguſto Cæſare Julio exſtructâ dictæ. *Lycandi, Seleucia, Cybyrraoticum, Præfectura Cypri, Samus inſula, & Ægæum Pelagus. Singulis hiscè præfuerunt Prætores, ſcilicet militares*, juxta eundem Imperatorem *in them.* 1. *excepto themate Obſequii*, cujus director Comes, *& Optimatum*, cujus regens Domeſticus appellatus eſt, ut idem *them.* 4. *&* 5. recenſet, *uti & Præfectura Cypri*, cujus adminiſtrator Conſiliarius dictus ſecundum *eundem ibid.*

Et Orientalia ſive in Orientis conſtituta Imperio, *& hæc fuerunt numero duodecim Thracium, Macedonia, Strymonis, Theſſalonica, Hellas, Peloponneſus, Cephallenia, Nicopolis, Dirrachium, Sicilia, Longobardia & Cherſonis*, de quibus notandum, ea non eosdem Rectores habuiſſe, ut ex *l. 2. Thematum* Lectori patebit.

Et hæc quidem obiter hîc adjicere voluimus ad antiquitatem ſolummodò noſcendam, plura de iis in prædictis libris reperiri poſſunt.

Comitibus vel Ducibus hiscè limitaneis poſteà in Germaniâ ſucceſſére Marggravii, quorum præcipui fuerunt Marchio Miſniæ ab Imperatore Henrico anno 931: inſtitutus, contra incurſiones Bohemorum, Marchio Brandenburgenſis contra Sarabos, Marchio Luſitaniæ contra Polonos & Sileſios, Marchio Sleswicenſis contra Danos, Marchio Auſtriæ & Styriæ contra Hungaros à Carolo Magno, & alii adhuc ab aliis inſtituti. Vide *Albin. in Chron. Miſniæ tit. 9. per totum, & præc. parte 3. c. 7. th. 11. in explicat. notata.*

Ejuſmodi quoq; milites limitanei in Poloniâ hodiè ſunt Coſſaci ad fluvium Boryſthenem contra incurſiones Tartarorum excubias agentes, illasq; inhibentes, à Stephano Poloniæ Rege primum certis Legibus & Privilegiis muniti & in certum ordinem militiæ redacti, uti latè recenſet *Piaſecius in Chron. Polon. p. m.* 44. *& ſeqq.* de quo tamen etiam lege *Heidenſteinium Rerum Polonic. l. 11. in pr. & Hartknoch. in Republ. Polon. l. 2. c. 8. th. 15. & ſeqq. ubi ſimul de illorum etymo agit & th. 20. illorum inſolentias recenſet.*

Vel Stationarii ſive præſidiarii, qui in locũ aliquẽ munitum ad ejus cuſtodiam & defenſionem impoſiti ſunt

Vel Prætoriani, *quos* circa ſe Princeps ad ſui cuſtodiam & ſecuritatem alit, *qui Romanis Speculatores quoque dicti ſunt, Germani illos nominant* **Leibquarde:** *Turcæ Janizaros.*

Omnes hoscè legitimos perfectosque milites eſſe oportet, genuinos Martis pullos, formatos omni armorum A. *exercitio, diſciplinâ caſtrorum uſuque militiæ: qui in pace decus, in bello præſidium ſint.*

Quod milites hos Prætorianos attinet, illis jam Romulus uſus eſt. Sic enim Halicarn. lib. 2. c. 13. Romulus Senatu deinde ex centum Senioribus conſtituto, videns, ſibi & juvenum aliquâ manu opus futurum, cujus miniſterio & ad corporis tutelam & ad neceſſaria munia peragenda uteretur, trecentos viros robuſtiſſimos ex nobiliſſimis familiis delectos circa ſe habuit, commendatos curiarum ſuffragiis, quemadmodum Senatores anteà denos per ſingulas Centurias. His iis univerſum fuit nomen, ſicut & nunc Celeres.

De hiscè Prætorianis notandum in Republ. liberâ Dictatorem & Conſules ſolis lictoribus, & illum quidem 24. horum autem quolibet 12. ſecundum Polyb. lib. 3. c. 87. contentos, & extra militiæ profeſſionem illis, puta Prætorianis, uſos non fuiſſe, tandem vero Syllam & Cæſarem B. *dominationem meditatos ex militiâ reduces retinuiſſe illos, & quidem Syllam poſteà unà cum Dominatu illos iterùm abdicaſſe, ſed Cæſarem illis ſublatis Dominatum ſolùm confirmaſſe magno ſuo damno & vitæ jacturâ, Appianus lib. 1. p. m. 690. & ſeq. & 2. Belli Civil. p. m 858. Plut. in vitâ Syllæ c. 68. & in vitâ Julii Cæſaris c. 81. & 95. Sueton. ibid. cap. 86. Hoc autem modo turbatâ Republ. Senatus permiſſu Antonium præſidium 6000. ſelectorum ſibi aſſumſiſſe, teſte Appian. l. 3. p. m. 858 & Octavium ſub ſpecie inſidiarum ſibi ab Antonio ſtructarum è Campaniâ reverſum 10000. cuſtodiam ſub uno ſigno ſibi conſtituiſſe, ſecundum Eundem d. l. & Dion. lib. 53. f. 503. & qui l. 55. f. 565.* etiam *l. 64. poſt princ.* refert, *quod Galba* ex tumultuantibus Neronis Prætorianis *ſeptem millia* per oppoſitum exercitum ſuum trucidaverit, & reliquos decimaverit. *Ac ita ab illo tempore quemlibet Imperatorum tali præſidio ſibi proſpexiſſe uſque ad Conſtantinum M. qui illos ex diffidentiâ, quia* jam tempore C. interfecti Pertinacis Imperatoris unius rerum Domini conſtituendi poteſtatem ad ſe rapuerant, idque Judicium Senatui per vim *teſte Herodiano l. 2. c. 21. uſq; 24. ac Zoſimo l. 1. c. 7.* extorſerant, *è medio ſuſtulit, eorumq; caſtella, vel caſtra à Tiberio primùm conſtituta*, ut refert *Sueton. in hujus vitâ c. 37. & in quibus ab illo tempore habitare vel eſſe conſueverant, diruit*, juxta eundem *Herodianum d. lib. 2. c. 19. & Zoſim. lib. 2. circa med.*

Conſtitit vero hæc Cæſarum cuſtodia etiam ex aliâ Germanicâ cohorte uſque ad tempora Auguſti, qui eam dimiſit, teſte Suet. in ejus vitâ c. 49. illam tamen iterùm receptam fuiſſe conſtat ex eodem in Galbâ, qui in ejus vitâ c. 12. ſcribit, quod hic eam diſſolverit, & ſine ullo commodo in patriam remiſerit. *Illam autem* poſteriores Imperatores rursùs uſurparunt, ut patet ex *Lamprid. in Alex. Severo c. 61.*

Et habuit quidem dictum præſidium apud Romanos pro Magiſtratu bellico Præfectum Prætorio, qui illi D. cum maximâ & ipſi Principi proximâ dignitate præfuit teſte *Zoſimo lib. 3. quanquam etiam variatum quandoque fuit; duobus illi datis Præfectis Prætorio, ut Auguſtus Imperator teſte Dione Caſſio lib. 55. f. m. 555. Tiberius, Tac. 1. Annal. 24. & Nero fecit*, ſecundum *Eund. 14. Annal. cap. 51.* nec non *Otto ſecund. Eund. 1. Hiſtor. cap. 46.*

Sanè Commodum tres conſtituiſſe primum Præfectos Prætorio, Lamprid. in ejus vitâ c. 6. refert.

Fuitq; hoc peculiare huic præſidio, quod rarò in aciem eductum fuerit. Tac. d. l. 1. cap. 89. & duplex, quàm reliqui milites haberent, *Stipendium obtinuerit temporibus Auguſti*, quo is accuratiori cuſtodiâ munitus eſſet. *Dion. lib. 53. f. m. 503.* *Ex Tacito* quoque *d. lib. 1. Hiſt. c. 38.* liquet, *Prætorianos & Legionarios diverſa inſignia diſtinctionis causâ habuiſſe.*

Illud notandũ, Prætorianos etiã Scurras poſteriori ſeculo dictos eſſe juxta nonnullos, in cujus probationẽ allegant

Lamprid. in Alex. Severo c. 61. ubi ſcribit: *Unum ex Germanis, qui ſcurrarum officium ſuſtinebat, ingreſſum in tentorium Imperatoris dormientibus cunctis, ſolo tantùm Imperatore intervigilante viſum eſſe: & Imperatorem illi dixiſſe: Quid eſt, Contubernalis? Num aliquid de hoſtibus nuncias? At illum metu perterritum & ſperantem non poſſe evadere, quod in tentorium irruiſſet, ad Contubernales ſuos veniſſe, eosque ad durum Principem interimendum exhortatum eſſe*; atque ita etiam ſentit *Salmaſ. ad d. Lamprid. d. loc.* adducens ſimul pro ſe *eundem in Heliogabalo c. 33.*

Uti verò horum opinionem non in totum improbandam ducimus, imprimis quia refert Hiſtoricus, Impetatorem illum contubernalem vocaſſe, & an quid de hoſte reportaret, interrogaſſe, quoniam hæc nonniſi de milite vero intelligi poſſunt: *ita contrà rejicimus Valeſium, qui in annot. ad Marcellin. lib. 15. Hiſt. p. 51. per ſcurras intelligit homines*, qui ad militum animos inter edendum jocis & geſticulationibus deliniendos exercitum ſecuti ſunt, *motum auctoritate Spartiani in Severo c. 22.* ita ſcribentis: *Æthiops quidam è numero militari clara inter ſcurras fama & celebratorum ſemper jocorum &c. Et Plauti in Truculento Act. 2. Sc. 6.* ita dicentis, *non placent, quæ ſcurræ laudant, manipulares muſſitant. Quoniam etiam hæc loca pro priori ſententiâ pugnant: non ſunt enim contraria vel diverſa*, eſſe Principis Prætorianum, & per jocos notum, *contrà Æthiopem* illum militem verum fuiſſe & celebrem, verba ipſa demonſtrant. Et quod *Plauti* locum attinet, *in eo non* mimus, vel ſycophanta aut homo non militaris militi, *ſed Prætorianus vulgari militi opponitur*, & hujus factum & judicium præponitur, quia illi ut domeſtici adulari ſolent.

Uti quoque non diffitemur in materiâ militari illo tempore ſcurram, Prætorianum militem, cuſtodem vel domeſticum Imperatoris ſignificare: *ita vice versâ* negandum non eſt, *Vocabulum hoc* in antiquiori & maximè *proprio ſignificatu* denotare hominem molliter & in ocio domi educatum, uti apud *Plaut. in Epidico Act. 1. Sc. 1. in Moſtella Act. 1. Sc. 1.* & *Trinummo Act. 1. Sc. 1. & poſtea* uſurpatum fuiſſe pro homine improbo, dicaculo, & linguâ ſuâ laſciviente cibum ſibi parante, nec non hiſtrione & mimo, ut inter alia indicat *Prudentius Periſtephan. Hymno 3. v. 320.* his verbis:

Dum ſcurra ſaltas fabulam.

& Juvenal. Satyrâ 13. ante fin. ita canens:

- - - - - *Mimum agit ille*
Urbani qualem facundus ſcurra Catulli.

ac tunc plerumque cum adjecto, puta mimicus ſcurra, proferri, ut patet ex *Capit. in Maximinis c. 9.* & ita quoque Vocabulum illud videtur uſurpare *Sueton in Tiberio c. 57.* ad quem locum varias ſignificationes etiam ponit *Schild.*

Apud Turcas ex inſtituto Bajazethis ſecundum Leunclavium lib. 5. Hiſt. Muſulm. f. 228. vel juxta *Chalcocondylam lib. 1. de Rebus Turcic. poſt pr. & Sonanzium in Ottomanno p. 1. c. 20.* Ottomanni I. *miles Prætorianus Janizar Turcicâ linguâ à Janigzeri*, quod novam militiam denotat, *teſte eodem d. c. 20. & Leunclav. in Onomaſt. altero dictæ Hiſtoriæ ſubjuncto, & Cotovico in Itiner. Hieroſolym. ac Syriaco l. 3. c. 13. p. 383. dictus*, paratiſſimum militiæ Turcicæ robur eſt, *quod tamen* ob maximam potentiam de Prudentum Judicio ruinam minatur Dominatui illi: *Et certè multi jam Imperatores per horum furorem & ingentem vim miſere perierunt. De quo & agit Cotovicus p. 384. & ſeqq.*

Quomodo hi in provinciis Turcicis colligantur, informentur, in militiâ inſtruantur, veſtiantur, ſtipendiaque percipiant, legitur apud Chalcocondyl. l. 5. de Reb. Turc. poſt pr. Muller. in Hiſtor. Turcicâ p. 4. l. 2. c. 2. Jovium l. 14. Hiſtoriar. p. m. 640. & omnium optimè apud Soranzium d. c. 20. quibus jungi poteſt *Cotonicus d. p. 383. Ubi ſimul tradit eos eſſe duplicis generis Conſtantinopolitanos* ſive aulæ Ottomanicæ, *ac Damaſcenos, & illos quidem pedeſtris*, ut notum eſt, *eſſe militiæ, hos verò equeſtris ſolùm, ubi legi meretur.*

A.

Notatu autem dignum eſt, quod Bajazethes II. conſilium inierit de illis omnibus ob dictam potentiam & inſolentiam necandis, uti refert *Leunclav. Hiſtor. Muſulm. lib. 16. f. m. 626.* ubi videatur: *Et Solymannus* ipſos admodùm metuerit, teſte *Busbeq. Epiſt. Turcic. 3. p. m. 305.* ubi ſimiliter videatur. *Oſmannum quoque anno* 1622. ipſorum tædio & rerum novarum ſtudio Conſtantinpoli relictâ in Syriam voluiſſe ſe conferre, *ſed ideò à Janizaris auctore Dautero occiſum fuiſſe* refert exactè Samuel *Kuszkevviz in narratione Legationis Zbaraviana ad Portam Ottomannicam p. 17. & ſeqq.*

Apud Moſchos milites Prætoriam patriâ lingua Strelitzii vocantur, & continuè illorum 40000. ſub ſignis habentur, ut poſt alios refert Baro de Mayerberg in Deſcriptione Itineris in Moſchoviam f. 90. ubi de modo Exercitus colligendi & illum ſuſtentandi latè agit.

B.

Subſidiarii milites ſunt, qui ordinariis flagitante neceſſitate inducuntur, *ſuntque domeſtici vel exteri: Illi ex Civibus, hi vel* ex confœderatis, *vel* planè peregrinis colliguntur, quos auxiliarios appellant. Et quoniam hi in domicilius ſuis relicti ad futuram neceſſitatem reſervantur, actu illo tempore non militant, ſtipendia tamen quædã, **Wartegelder** Germanis dicta, habent.

Vocantur etiam illi ſubſidiarii, qui ad complendas Legiones Veteres, quæ morbo, fugâ, miſſione indies minuuntur, ſicuti ſingulis annis vel menſibus, ne exhauriatur Exercitus, fieri debet, conſcribuntur, vel conducuntur, de quo vide *Veget. lib. 1. c. 3. & hi etiam ſupplementa nominantur* bonis auctoribus, *utpote Livio l. 40. c. 35. & l. 36. c. 2. Marcell. l. 19. p. m. 150. & l. 21. p. m. 186. vide etiam Tacit. 16. Ann. 13.*

C.

II. Tyrones ſunt novitii milites, vel qui ante conſcriptionem anteà militiàm nondum ſunt profeſſi.

De his notandum, illos (1.) in adoleſcentiâ eſſe legendos & ſedulò exercendos, quia ſecundum *Veget. d. l. 1. c. 4. non tantùm celerius, ſed etiam perfectius imbibuntur, quæ diſcuntur à pueris*: & militaris alacritatis ſaltus & curſus anteà tentandus eſt, quàm corpus ætate pigreſcat. Ubi plures rationes reperies. *Deinde quia* in exercitatione præcipuâ militaris diſciplinæ vis conſiſtit, juxta *Varron. lib. 4. de Lat. Lingu. exercitus labore proficit, otio conſeneſcit. Veget. lib. 3. c. 26. & benè inſtituto Tyroni pugnare adverſus quoslibet hoſtes in acie formido non erit, ſed voluptas. Id. d. c. 4. inf.*

Contrà in novo & non exercitato milite nihil niſi timor, conſilium de fugâ, confuſio & aciei derelictio, & defectus fiduciæ inter ſeſe: *id quod optimè conſideravit Minucius Conſul Romanus, in aciem non exire audens, novo milite & ex multis generibus hominum collecto, nec dum noto ſatis inter ſe, ut fidere aliis poſſent, teſte Livio lib. 35. c. 3.*

D.

Idem Poſthumius Dictator Romanus ſuis militibus veteranis quantum confidat in Oratione ad illos habitâ remonſtravit apud *Halicarn. lib. 6. c. 6.* his verbis: *Habetis fortunæ beneficio cùm alia multa, quæ pro Victoriâ veſtrâ faciant, tùm imprimis tria manifeſtiſſima: Primum, mutuam fidem, quâ maximè ad vincendos hoſtes opus eſt. Non enim ex hodierno primùm die inter nos amici fidique ſocii eſſe debetis: ſed communis patria jam dudum vobis hoc commodum peperit, ſimul eſtis educati, iisdemque inſtituti diſciplinis, ubi plura commoda legi poſſunt.*

(2.) Poſtremum in Legionibus obtinuiſſe locum, & poſtmodùm præcedentibus in altiorem locum per ſucceſſionem vel aliàs per meritum devenientibus in horum locum iterùm ſucceſſiſſe, de quo videri poteſt

Veget.

Veget. lib. 2. c. 21. Et ita pro militiæ novâ vel veteri profeſſione ſtipendia accepiſſe, ut infrà c. 9. th. 19. in explic. 1. dicetur.

Veteres ſunt jam per aliquot annos in militiâ & præliis verſati.

Veterani verò qui jam ſtipendia ſua abſolverunt, & ideò Emeriti dicuntur, tot. tit. ff. de Privileg. Veteran. neque tamen hi ſemper à militiâ Vacationem habuerunt, ſed in magnis tumultibus ſimul evocati, & quandoque ſpontè Ducem ſecuti ſunt, ut cap. præced. 3. th. 9. explic. 3. demonſtratum eſt. Vocati etiam ſunt evocati, qui aliteris aut nunciis nominatim fuerunt evocati, de quibus c. eod. th. 10. expl. 3. etiam egimus.

Incredibile vere ferè eſt, quantum roboris Veteri & Veterani milites ſub expertis Ducibus & Officialibus pugnantes inſit, inter alia autem id demonſtrari poteſt aliquot ſingularibus exemplis. Ita enim Alexander M. 32000. peditum & 4500. equitum ac 82. navibus graviſſimam illam in Aſiam & Perſiam expeditionem ſuscepit, & feliciter perfecit, de quâ Juſtin. lib. 11. c. 6. ita ſcribit: Hâc tam parvâ manu univerſum terrarum orbem utrum ſit admirabilius vicerit, an aggredi auſus fuerit, incertum eſt: Cum ad tam periculoſum bellum exercitum legeret non juvenes robuſtos, nec primum florem ætatis, ſed veteranos; pleroſque etiam emerita militia, qui cum Patre Patruisque militaverant, elegit, &c. In prælio autem primo Perſarum magna cædes fuit, in exercitu Alexandri novem pedites centum & viginti equites ceciderunt, ibid. In ſecundo Perſarum cæſa 61000. peditum, equitum 10000. capta 40000. Ex Macedonibus cecidére pedeſtres 130. equites 150. ibid. c. 9. ubi tamen circa numerum variè & enormiter quidem differunt auctores. Curtius ſiquidem lib. 3. c. 11. ponit 100000. peditum. Diodor. Sicul. lib. 17. c. 36. 120000. peditum, alii alium, ut videre eſt apud Thyſium ad Juſtin. d. l. In tertio prælio Alexandri exercitus vix decimam partem exercitus hoſtilis confecit, & tamen nullo prælio tantum hoſtilis ſanguinis fuſum eſt, teſte eodem c. 13. & 14.

In prælio, quod Lacedæmonii ac Tegeatæ cum Mardonio Xerxiano belli Duce inierunt, & oppugnatione caſtrorum, in quæ Perſæ confugerunt, ex Lacedæmoniis ſaltem 31. & Tegeatis 16. ac Athenienſibus, qui dictæ oppugnationi acceſſerunt, ſaltem 52. adeoque toto horum exercitu ſaltem 99. ex Perſis verò 260000. conſtantibus, ne tria quidem millia cædi ſuperfuerunt, referente Herodoto l. 9. p. m. 577. & 580. De eodem Perſarum Mardonio concredito exercitu & ejus interitu legi poteſt Juſtin. l. 2. c. 13. & ſeq.

Ita Julius Cæſar in bello Civili contra Catonem & Scipionem geſto, ſuorum non omninò 50. amiſſis, hoſtium 50000. delevit. Plut. in ejus Vitâ c. 76.

Memorat quoque Hirtius de bello Afric. in pr. incidiſſe rem incredibilem, ut equites minùs 30. Galli Maurorum equitum 2000. loco pellerent, urgerentque in oppidum: Omnem verò fidem ferè ſuperat, quod Soranz. in Ottomanno P. 1. c. 42. narrat, Waltherum Teutonicorum Equitum Magiſtrum 100000. Tartarorum unâ vice deleviſſe, unico ſaltem ex ſuis militibus deſiderato. Quod tamen ex bonis auctoribus etiam memorat Venator In dem Hiſtoriſchen Bericht von Marianiſchen Teutſchen Ritter-Orden l. 2. c. 13. p. 206. ubi ſimul aliorum relationes paulo diverſas recenſet addendo exercitum iſtum hoſtilem ex Moſcovitis & Tartaris conſtitiſſe & Waltherum iſtum ex Plettenbergicâ familiâ & Magiſtrum in Livoniâ fuiſſe. & quod Plutarch. in Apophth. Rom. c. 33. recenſet, Lucullum Romanorum Ducem in bello contra Tigranem geſto commiſſo prælio ultra 100000. hoſtium interemiſſe, quinque ſaltem è ſuis amiſſis, uti etiam quod Appianus de Bello Mithridat. p. m. 337. Syllam parvo cum exercitu ingentem Archelai 110000. militum exercitum ita cecidiſſe, ut ex hoc ſaltem 10000. ſuperſtites manſerint, ille verò ſaltem tredecim amiſerit, quod etiam narrat Eutrop. l. 5. nec non quod poſt Helmoldum lib. 1. Chron. Slavor. c. 7. refert Putean. in Comment. in lib. 4. Hiſtor. Inſubr. c. 12. n. 6. Arnolphum Imperat. in prælio cum Normannis anno 891. habito, deleviſſe hoſtium 100000. uno ſaltem ex ſuis omiſſo.

Memoranda & hic eſt pugna illa celebratiſſima à Carolo Martello cum Saracenis anno 731. in confiniis Galliæ habita, in quâ horum 380000. cum Rege Abdiramâ, Gallorum verò ſaltem 1500. peremti ſunt, ſecundum Sigebert. in Chronol. ad d. annum. Sed Anaſtaſ. Biblioth. de Vit. Pontif. ſub Gregor. 2. p. m. 97. Eudoni Galliarum Præfecto victoriam hanc adſcribit, idque ex hujus literis Pontifici miſſis probat, & numerum occiſorum hoſtium 375000. ponit.

Plures ejusmodi memorabiles pugnas ſeq. l. 3. c. 4. th. 4. expl. 2. conſignavimus.

Quo intuitu Carolus V. Imper. dicere ſolitus eſt: Nervos belli eſſe pecuniam, commeatus, milites; verùm ſi ex illis aliquo carendum eſſet, militem veteranum ſe electurum eſſe, cujus induſtriâ & fortitudine reliqua duo ſe ex hoſte comparaturum confideret. Chytr. in Saxoniâ l. 19. f. 596. & Zenecarus in ejus Vitâ l. 5.

Notandum inſuper hic, eruditos & rei militaris peritos quatuor ferè cauſas referre, cur prudens belli Dux Veteribus ſtudere debeat militibus, quarum eſt prima, quod certa Victoria à tali ſperanda ſit, cum judicio Alexandri apud Juſtinum d. lib. 11. c. 6. Veteranus miles in prælio non fugam, ſed Victoriam cogitet, nec in pedibus, ſed lacertis ſpem ponat: idque experientia ſatis ſuperque teſtetur. Secunda. quod accurata & arcta diſciplina bellica à tali utpotè illi aſſueto obſervetur, Tertia, quod Paucorum militum jactura obveniat, cum illi probè edocti ſint, ictus avertere, & corpora ſua egregiè tueri adeoque diutius ſubſiſtere ac ſe conſervare poſſint, & quarta, quod commeatus paucitas requiratur, cum illi luxus & prodigalitatis expertes, & numero plerumque pauciores in exercitu, quàm tyrones ſint, vel eſſe poſſint.

Tandem obiter & occaſione longæ militiæ annotare volumus anno 1636. 4. Martii in Hollandiâ mortuum eſſe Tribunum quendam Scoticum virum Virtute bellicâ præſtantiſſimum, nomine Breckinm, poſtquam ſeptuaginta annos in Hollandiæ Ordinum militiâ conſumſiſſet, & 96. ætatis annos natus eſſet. Meteran. Novus lib. 54. f. 444.

III. Levis armaturæ milites fuére olim Ferentarii poſtea jaculatores dicti referente Modeſto de Vocab. Rei militaris. Velites antea accenſi, ſcutatores rorarii, Livio l. 8. c. 9. etiam memorati, funditores, ſagittarii, baliſtarii, lancearii equites & ſimiles, quorum explicationem habet Lipſ. de Milit. Rom. l. 3. Dial. 1. & ibi in Analect.

Gravis verò armaturæ nominati antepilani, haſtati, Principes, Triarii & Ordinum primi de quibus ſeq. capite 5. th. 4. expl. 1. n. 3. diximus, & quia in his omne robur exercitus, ideò Marcell. lib. 16. p. m. 78. eos vocat inſolubilem murum, Modeſtus d. l. & Veget. lib. 2. c. 17. & l. 3. c. 14. murum ferreum.

Hodiè omnes illi, qui non ſunt cataphracti, ſcutati & loricati, levis armaturæ vocantur, ex quibus diverſitas utriusque ſpeciei per ſe apparet.

IV. Equites quod concernit, notandum in Sacris literis primam equitum bellatorum mentionem fieri Exod. 14. v. 9. 17. & 23. in exercitu Pharaonis: in profanis verò hiſtoriis militiæ equeſtris originem vulgò Amazonibus ex Plin. l. 36. c. 5. ſed erroneè adſcribi. Nam jam Semiramidem in exercitu ſuo adverſus Babylonem ducto habuiſſe 1500. equites ex Diod. Siculo l. 2. c. 5. conſtat.

Illi olim apud Romanos & Græcos fuêre duplices, qui duobus ſcilicet equis merebant & *deſultores ideò dicti*, quod ex uno in alium, priori defatigato, inſilirent, ut indicat *Liv. l. 23. c. 29. & Feſtus ſub verbo paribus &c.* cujus verbi etiam meminit *Seneca Suaſor 1. circa med. Et hi Græcis διαβάται Codin. de offic. Conſtantin. c. 5. n. 85. & ἀμφίππος Arriano in Tacticа c. 3. & Æliano in Tactic. c. 37.* dicti: *Tarẽtinos quoq; equites hos dictos fuiſſe legitur apud Livium l. 35. c. 78. & Victorium l. 9. V. L. c. 3. Sed Ælian. de Inſtr. Aciebus poſt pr. Tarentinos vocat equites jaculis pugnantes.* Ita quoque *Sarmatas & Quados* ſingulos & interdum binos equos præter illos, quibus vehuntur, trahere *Marcell. l. 17. p. m. 104.* refert. *Cæterùm de hiſce deſultoriis equitibus latè agit Hugo de Militiâ Equeſtri l. 3. c. 4. & Salmaſ. ad Vopiſci Carinum f. 845. & ſeqq. uti etiam Schefferus de Re Vehiculari c. 11.*

Et qui ſaltem uno, qui Græco more Plin. l. 34. c. 5. celetes nonnullis à ſingulis equis ſingulatores. Tacito l. 4. Hiſtor. c. 70. & Hygino de Caſtrametatione ſingulares & quidem Imperatoris, ad quem locum *Schelius p. 45.* annotat, fuiſſe ſingularem, & certo numero non adſtrictam equitum manum; *Codino d. l. c. 2. n. 67. μονοκαβαλλάριοι dicuntur*, de quibus etiam legi poteſt *Hugo de Milit. Equeſtri d. c. 4. Salmaſ. in Not. ad Vopiſci Carinum d. l. & Voſſius in Lexico Etymolog. ſub verbo Singulus. Sed quos Codinus d. l. memorat, videntur illi iidem cum ſingularis Caſſiodori l. 11. Var. 23. fuiſſe.*

Meminit etiam Alæ ſingularium Tacit. d. 4. hiſt. 70. De illis etiam legi poteſt *Panciro l. in Comment. in Notit. Imper. Orient. c. 20. & Guther. de Offic. Domus Auguſtæ l. 2. c. 14.*

Apud Germanos & alios Europæos triplicis illi ſunt generis Cataphracti, qui toto corpore ferro tecti, & ab *Alberto Balbiano Italo* tempore Magni Sfortiæ claro belli Duce primùm uſurpati ſunt, teſte *Jovio in vitâ dicti Sfortiæ c. 30. Arcebuſarii* (ita dicti, quia bombardam pro arcu gerunt) buſium enim Italis foramen, quale bombarda illâ parte, quâ ignis immiſſus globum everberat, habet, ſignificat, ut tradit *Bircken. in Hiſtor. Auſtr. l. 3. c. 10. in pr. & Vergil. de Rer. Inventor. l. 2. c. 11. ſive Carabini*, qui galeâ & thorace ferreo ſaltem ſunt tecti: *& levis armaturæ*, nullo muniti tegumento ferreo.

Ubi tamen notandum, equites Cataphractos jam olim apud Romanos & Perſas, qui eos *Clibanarios à Clibano thorace ferreo* (licet aliam etiam afferat etymologiam, *Nauclaus de Stadio milit. ars l. 2. ſect. 8. n. 6.*) vocarunt. *uſurpatos fuiſſe. Illos ita deſcribit Amm. Marcell. lib. 16 p. m. 70. Sparſique Cataphracti equites, quos Clibanarios dictitant Perſæ thoracum muniti tegminibus & limbis ferreis cincti, ut Praxitelis manu polita crederes ſimulacra, non viros; quos laminarum circuli tenues apti corporis flexibus ambiebant, per omnia membra deducti: ut quocunque artus neceſſitas commoviſſet, veſtitus congrueret juncturâ cohærenter aptatâ.* Idcirco etiam *Idem illos ferreum equitatum nominat l. 19. in pr.* cui junge *Curt. L. 4. c. 9. Melius verò ipſos delineat Nazarius in Panegyr. Conſtantini c. 22.* his verbis:

Quæ enim illa fuiſſe dicitur ſpecies, quàm atrox viſu quam formidoloſa? Operimento ferri equi atque homines pariter obſepti. Clibanariis in exercitu nomen eſt. Supernè omnibus tectis equorum pectoribus demiſſa lorica & crurum tenus pendens, ſine impedimento greſſus à noxâ vulneris vindicabat.

Et quamvis Cataphracti cum Clibanariis iidem eſſe videantur, putant tamen nonnulli illos inter ſe quodammodo differre, quia Vegetius illos etiam inter ſe diſcernit l. 3. c. 24. ita, ut dicant, cataphractum ſaltem anteriori corporis parte loricatum, à tergo verò nudum, *contra*

A. *verò Clibanarium* toto corpore cum equo loricis tectum fuiſſe.

Utut ſit, Romanorum cataphractos vel loricatos à Perſarum Clibanariis levitate loricarum vel alio modo diſcrepaſſe, oſtendit tàm accurata horum à modo dictis auctoribus facta deſcriptio, quæ neceſſaria non fuiſſet, ſi cum Romanorum armaturâ concordaſſent. Oſtendit illud etiam Tacit. 1. Hiſt. 79. Sarmatarum cataphractos Romanorum loricas pondere longè ſuperaſſe ſcribens. Obſervatum hinc jam Romanis cataphractos & clibanarios propter armorum onus ad pugnandum non ita aptos eſſe, ut tradit *Tacit. modò dicto loco & Veget. l. 3. c. 22. ac nos paulo poſt diximus.*

His proximi apud antiquos fuêre Equites ſagittarii, ut patet ex *Marcell. l. 16. p. m. 76. ubi eos formidabile genus armorum vocat: vide quæ ibi Valeſius annotavit, loricati enim etiam fuerunt ſecundùm Procop. l. 1. de Bello*

B. *Perſ. c. 1.*

De Cataphractis hic addendum, illos hodie in bellis inter Europæos initis adeò magni non amplius haberi, propter inhabilitatem in defendendo, ut rei militaris expertis notum eſt. *Sicut etiam jam olim Lucullus* in Bello in Armenio geſto eos parum æſtimavit, *militibus ſuis eos formidantibus reſpondens, ut bono eſſent animo, plus enim in illis ſpoliandis quam in vincendo eos fore laboris Plut. in Apophth. Roman. c. 33. & Veget. l. 3. c. 14.* idem de illis ſenſit ſcribens: *Cataphracti equites propter munimina quæ gerunt à vulneribus quidem tuti, ſed propter impedimentum & pondus armorum capi eos facile eſt.*

De Romanorum equitibus ſagittariis eſt locus apud Liv. l. 37. c. 38. & legi poteſt Ælianus in Tactic. Et de his porrò notandum, quod à Græcis, ut ex *Thucyd. l. 2. p. m. 69. & 106. ac l. 5. p. m. 253. Herod. l. 9. p. m. 373. & aliis ac Appiano de Bell. Syr. p. m. 107. aliiſque conſtat, hippo-*

C. *toxotæ dicti fuerint*, ſicuti etiam illo verbo *Cæſar. l. 3. de B. C. p. m. 296.* illo verbo utitur. *Et quod proximè præteritis ſæculis apud Anglos maximè celebres fuerint*, ut ex *Comin. l. 1. c. 3. & paſſim* patet, qui etiam *ſeq. l. 4. c. 5.* narrat, *Eduardum Angliæ Regem in expeditione adverſus Ludovicum XI. Galliæ Regem illorum 15000. habuiſſe. Item quod hodie iis Turcæ, Tartari, Perſæ, Poloni, Moſchi & alii, non tamen loricatis utantur.*

Obſervandum porrò proximè præteritis ſeculis apud Gallos illum equitem nominatum fuiſſe, qui uno gladiatore & duobus ſagittariis militavit, ut Gaguinus l. 10. Hiſt. c. 3. & Guicc. l. 1. p. m. 85. refert, *ubi hæc ſcribit, Apud illos more recepto ſingulo cataphracto equiti binos armigeros attribui, adeoque ſingulum cataphractum ſex equos ducere, quibus quodammodo quo ad militiam Burgundicam conſentit Comin. l. 3. c. 8.*

Quibus adjiciendum in præterito ſeculo XV. etiam certum Equitum genus in Germaniâ uſitatum fuiſſe, qui

D. *vocati fuêre* **die Glenen**/ut apud *Lehm. l. 7. Chr. c. 53. f. 813. & ſeq. c. 80. f. 865. & Mager. de Advoc. Arm. c. 5. n. 524.* legitur. *Ubi hic illos à verbo Gallico glaive* haſtam & gladium denotante rectè quidem derivat, ſed in genere haſtatos milites armigeros vocat: *ſed, ut ex Lehm. dd. ll. apparet*, equites illi fuerunt, & procul dubio loricati aut aliâs bene armati.

Meminit illorum etiam *Herzog. in Chron. Alſatiæ l. 2. c. 39. & 42. Fugger & Bircken in Hiſtor. Auſtr. l. 3. c. 9. f. 354. referendo, Engurrani de Couſſin Gallici vel Anglici Domini filium in expeditione ſuâ in Alſatiam & vicina loca 1500. illorum habuiſſe, vocatur autem expeditio vel invaſio illorum communiter Armenicorum*, ut legi poteſt apud *Herzogium d. l. 2. c. 55.* ubi, irruptionem illam cum causâ impulſivâ factis immanibus & damnis illatis, uti etiam receſſu late refert. *De aliâ illorum in Alſatiam & tertiâ eorundem in Alſatiam & Helvetiam irruptione, ejuſque cauſis vide eundem præc. c. 41.*

c.41.& 42.& Stumpf.in Chron.Helvet.l.7.c.18.& l.13. c.4. plura de iis habet *Herzog.ſeq.c.58.& ſeqq.* A

Ubi ex occaſione notandum 1. Magnates & quoſdam belli Duces in equis aliquibus generoſis magnum rerum gerendarum momentum poſuiſſe, illoſque ideo magni feciſſe.

Sic Adrianus Imperator Boryſthini equo mortuo monumentum poſuit & columnam Dio l.69.f.m.692.

Alexander M. Bucephalum ſuum 13. vel 16. talentorum precio emtum tanti fecit, ut illo mortuo urbem cognominem juxta Hydaſpen in illius honorem & memoriam condiderit. Plut. in ejus Vitâ. c.9. & 107. Curt. in Supplem.l.1.c.4.& l.9.c.3. ac Gellius l.5.c.2.

De Julii Cæſaris equo ſingulari pedibus propè humanis lege Sueton.in ejus Vitâ.c.61. Eede alio, qui pedes & caudam cervi habuit, canem venaticum curſu ſuperavit, & uno die iter 20. milliarium conficere potuit, ac Bredæ in atrio depictus eſt, vide *Sincer. in Itiner. Galliæ p.m.235. Imperatori Probo* ex hoſtium ſpoliis oblatus eſt equus, qui creditus eſt 100. ad diem currere milliaria, ita, ut per dies octo vel decem continuaret, ut refert *Vopiſcus in ejus Vitâ c.8.* B.

Sanè Selymus Turcarum Imperator Equum ſuum ob ſingularem indolem à Turcis Carabouluk vel Carabulic nominatum ob egregiam in prælio adverſus patrem Bajazetem operam præſtitā liberum dimiſit, pabulo certo ad tempus vitæ ei deſtinato, referēte *Camer. Cent.1.hor.c.21.*

Exceſſit verò modum honorâ Caligulâ equo ſuo Incitato nomine ita præſtitus, ut illum ad cœnam adhibuerit, eique in auro hordeum apponi, ac aureis vaſis vinum propinari curaverit, referente *Dione lib.59.f.m.650. imo, ut refert Sueton. in ejus Vitâ c.55.* ei domum etiam & familiam & ſupellectilem dederit, quo lautius nomine ejus invitati acciperentur, *Conſulatum quoque* tradi deſtinaverit, quod ultimum etiam memorat *Dio d.l. Simile ferè de equo Volucri dicto* ob colorem praſinum *à Vero Imperatore* ita adamato, ut ei ſimulacrum aureum fecerit, quod ſemper ſecum portarit, & paſſas uvas & nucleos in vicem hordei in præſepe poſuerit, & mortuo ſepulcrum in Vaticano fecerit, refert *Jul. Capitol. in illius Vitâ c.6. Plura vide apud Lipſ. Centur. 3. ad Belgas Ep.56.* C.

2. *Apud Indos Occidentales eſſe equos, quos Pachos vocant, adeo formidabiles*, ut mille pedites eorum etiam ab uno equite in fugam conjiciantur, *illoſque* ab Indis magis formidari, quàm omnia Hiſpanorum arma tradit *Benzo in hiſtoria novi Orbis lib.2.c.12.*

3. *Quaſdam gentes & nonnullos ſtrenuos belli Duces equabus vel equis fœminis præ maſculis uſos fuiſſe, quia urinam curſu non impedito reddunt, ut Plinius lib. 8.c.42. de Scythis refert*, & velocius currunt, ut *Homerus 2. Iliados* de equabus Pheretiadiis canit. *Sicuti etiam cameli mares fœminis in currendo pares non ſunt, ut Herod.l.3.n.89.* narrat. Sic apud Hiſtoricos legitur, D. *Bajazetem Turcarum Imperatorem* à Tamerlane prælio victum equam conſcendiſſe & fugâ ſalutem quæſiviſſe, ut ex *Bizaro de Rebus Perſicis l.9.* refert *Camerar. Cent.2.c.92.* ubi plura de equarum dignitate habet.

Nulla v. gens majorem curam & amorem in equos impendit, quàm Perſæ, ut legi poteſt apud Petrum Bedick in ſuo Cehil Sutun Art. 19. ubi inter alia refert, quod illi in æſtimando & emendo illo aliquot ejus generationes attendere ſoleant, & quod in honorem equorum ſtabulum Regis Isfahanenſe delinquentibus pro aſylo ſit.

Peditum olim fuêre diverſa, ut ſeq. c.5.th.4.expl.1. demonſtratum eſt hodiè duplices ſaltem ſunt ſpecies, Sclopetarii, Germanicè **Muſquetirer** / *(de quorum etymo ſeq.c.ult.th 3. expl. 1. dictum) & Lancearii* **Pickenirer** / *qui à Maximiliano I. Imper. inventi juxta Fugger. & Bircken in Hiſtor. Auſtr. & quondam etiam loricati fuerunt.*

A *Vocatur hodiè Peditatus ab Hiſpanicâ linguâ* **die Infanterey.** *Infantio enim apud illos* dicitur omnis homo, deſcendens ex genere militari per lineam planam & paternam, & idcò *quilibet infancio* in Arragoniâ jure Veteri potuit eſſe miles, alii verò non. *Apud Veteres Hiſpanos enim militem eſſe dignitatem ſecum ferebat.*

Sunt etiam duplices infanciones reales ſive cum adjecto, puta Rici, Meſnadarii aut Baronis, *vel ſimplices*, qui licet actu non ſint milites, ex nativitate tamen jus habent militiæ adipiſcendæ. *Militum autem vox & Infantio id ſonat*, ut priori equeſtris ordinis Viri nuncupentur, qui Cavalliri, poſteriori verò, qui apud illos Hyos dalgo dicuntur. *Cum verò apud Hiſpanos antiquo tempore militia potiſſimùm in peditatu, & Peditatus ex Nobilium liberis ac progenie conſiſteret, putant Hiſpanorum Critici inde illum Infanteriam dictum eſſe.* B. *Et ſic vocabulum hoc porro ad nationes Italicam, Gallicam, & tandem Germanicam translatum eſt per uſum:* de quo videatur *Mennenius in Delic. Equeſtr. Ordin. pag. m.25. & ſeqq.* ubi id ex Hiſpanicis ſcriptoribus latè deducit.

Medium genus inter utroſque conſtituunt illi milites, qui equis ad eo celerius progrediendum *vecti, occaſione id poſtulante, ex eis proſilientes pedites ſicut Sclopetarii pugnant, Germanicè* **Dragoner** / (fortè à Dracombus, *quia ſclopeta ipſorum* uncos, quibus funiculi incendiarii ad diſplodendum illa includuntur, in formam capitis Draconis, quondam confectos, & nunc iiſdem quodammodò ſimiles habent, *vel quia* Draconum inſtar ignem evomunt, dicti) vocantur, & ideò Latinè à *Dondino in Hiſtoriâ de Rebus ab Alexandro Farneſio in Galliâ geſtis l.2.f.371. & Chemnic. Vol.1. Belli Sueco-Germ. lib.3.num.33. dracones, à Boxhornio in Obſid. Bred.f.24. Dragonderi, ab aliis ad ſimilitudinem veterum illorum, quos Curt. lib.5.c.ult.* dorſis graviora arma portaſſe, C. ceterùm equis vectos, & cum res locuſque poſceret, pedeſtrem aciem fuiſſe ſcribit. *Ferentarii vel velites. Dimachi* ab aliis aptè dicuntur: neque inconcinnè *à Stradâ de Bello Belgico equo-pedites vocantur.*

Qui verò illos ut diximus antiquis ferentariis vel Velitibus nomine & re comparant, noſtro quidem judicio errans, quoniam illi à ſolâ armorum latione vel bajulatione ita dicti, *hi verò* pedites quidem erant, & re celeritatem poſcente ſicuti Dimachi & noſtri Dracones equis verùm non propriis, *ſed ab equitibus veris in ſuos equos ſimul ſuſcepti vehebantur*, teſte *Livio lib.26. c.4. in obſidione Capuæ à Q. Nævio centurione primùm inventi.*

Cæterùm ex Julio Cæſare lib.4. de Bello Gallico in initio conſtat, etiam Germanos antiquos militiam Draconibus noſtris, ſi ſclopeta adimas, planè ſimilem habuiſſe: Ita enim ibi ſcribit:

Germani equeſtribus præliis ſæpè ex equis deſiliunt, D. *ac pedibus præliantur, equoſque eodem manere veſtigio aſſuefaciunt, ad quos ſe celeriter cum uſus poſcit, recipiunt. Meminit horum mixtorū etiam Imperator Leo in Tactic.c.20.f.200. Talibus & Hiſpanos uſos eſſe Strabo l.3. p.m.299.* refert. *Illis anno 1319. in prælio cum Ludovico Bavaro invictus fuit Fridericus Auſtriacus Anti-Imperator, ut refert Fugger. in Chron. Auſtriaco à Birckenio edito l.3.c.3.f.283.*

Quæritur hic (1.) An equites peditibus ſint præferendi?

Reſp. Pedites ab equitibus contemni vulgò, & ideò hi ab illis naturaliter diſcrepare ſolent ſecundum Veget. l.2. c.21. ſi tamen in univerſum æſtimentur, de ſententiâ Taciti de Morib. German. c.6. plus penes peditem roboris. Et c.30. omne robur in pedite eſt, ac Veget. l.3. c.9. in peditibus vel maximè conſiſtit robur exercitus, & vel ideò etiam equitibus præferendi ſunt, tùm quia ubique in plano, in montanis, in abruptis, in impeditis, in mari & terrâ, in acie & oppugnatione, uti

uti & defenſione *uſurpabiles & utiles ſunt, quod ſecus eſt in equitibus, tùm quia* major numerus peditum, quàm equitum ſùmtu & expenſâ minori nutriri poteſt. *Veget. lib. 2. cap. 1.*

Licet verò equitibus in locis planis & ubi jam acies hoſtium diſſipata eſt multum roboris & efficaciæ inſit, *Veget. d. c. 9. peditibus tamen* in iisdem locis & ſua conſtat virtus, *& uti equites* in proſequendo hoſte fugiente plurimùm valent, *ita etiam* in fugâ capiendâ: (*quod teſte Tacit. d. c. 30. & Xenoph. lib. 3. de expedit. Cyri, n. 302. nec non experientiâ, illorum proprium eſt*) acie deſerendâ, & victoriam hoſti parando ſæpè ſolertes ſunt & utiles: *quâ de causâ firmiter concludimus:*

(1) *Equitatus totum robur, inprimis ſi Cataphractus ſit copioſus & exercitus, in turbandâ acie, ſi hoſtilis peditatus inexercitatus, atque locus planus ſit, & fugiente hoſte perſequendo, conſiſtere:*

Vice verſâ verò Peditatum, ſi ſatis copioſus, exercitatus, etiam Ordinum ſtrenuus Obſervator ſit, *equitatui multum in robore derogare, quâ de causâ etiam* barbaris ideò in equitibus totum robur fuit, *quod* peritia peditatum juſtâ acie & ordine conſervandi ipſis defuerit, teſte *Ariſtotele 4. Polit. 13. circa fin.* (2) *Peditatui copioſo & exercitato in omni militari occaſione plus roboris & uſus.* (3) *Utroque verò benè exercitato & juſtâ proportione conjuncto indelebile ferè robur ineſſe.* Junge his, quæ habet *Machiav. l. 2. Diſcurſ. ad Livium 18. Facius in Polit. Livianâ Parte 2. Arte 19. Berneg. quæſt. 24. & Gabriel. Ackeley in Germ. Tacit. Exerc. 5.*

Annectere hic voluimus prudentiſſimi Angliæ Regis Henrici VII. à Bacono in Ejus hiſtoriâ p. m. 163. memoratum judicium: Copias equitum in bello defenſivo minoris eſſe uſus, ubi actiones belli ab invadentis electione pendent.

Quæritur hinc: (a) Qualis debeat eſſe in Exercitu juſta inter equites & pedites numeri proportio?

Reſp. Licet difficillima hujus quæſtionis ſit determinatio, dicendum tamen videtur, peditum numerum debere equitatu ſi non quadruplo vel triplo, ſaltem duplo eſſe majorem, ideò quia (1) *in exercitato & copioſo peditatu* ſecundum jam tradita plus roboris eſt. (2) *facilius* exercitus talis ſuſtineri poteſt, *tàm* quoad ſtipendia, quàm quoad commeatum. (3) *Equitatus* ſuperior & numeroſior nonniſi in aperto & plano utilis eſt loco, *cum tamen* talis non ſemper ſit obvius, nec ab hoſte Peditatu prævalente eligatur: ſecundum informationem *Onoſandri in Stratag. cap. 31. & praxin Scipionis apud Livium lib. 28. c. 33.* ubi videatur:

Contrà verò copioſus & exercitatus peditatus modico equitatu firmatus ubivis locorum pugnam capeſſere & ſuſtinere queat. (4) *Experientia* hoc teſtatur. Alia enim exempla ut taceamus, nonnè *Alexander M.* contra Darium & Aſiam equitatu maximè prævalentem bellum gerens 32000. peditibus & 4500. equitibus universum ferè terrarum orbem vicit, teſte *Juſtino d. lib. 11. cap. 6.*

Probè tamen hic notandum, à belligeraturo tùm modum belli gerendi, *tùm* hoſtis ipſius vires & regiones hâc in re penſitandas eſſe: *Quodſi enim ſaltem* incurſio & devaſtatio Provinciæ hoſtilis perficienda, & regio plana ſit, undique acceſſa, nec fluminibus & paludibus clauſa, nec hoſtis peditatu admodùm valeat, quibus ad tranſitus cuſtodiendos ac defendendos par ſit, *præſtat copioſiori Equitatu tantùm expeditionem ſuſcipere.*

Quodſi verò integrum bellum ſuſcipiendum, & regio inacceſſa, multisque munimentis referta ſit, *præſtat numeroſiori peditatu, quàm equitatu iſtud perficere.* Junge his judicium *Polybii l. 3. Hiſt. c. 117.* his verbis relatum. *Clarum poſteris documentum eſt traditum præſtare belli tempore, ut dimidiam peditatus hoſtilis partem habens equitatu omninò prævaleat.*

Notandum hìc quoque, olim à quibusdam nationibus

A. *ex curribus* & quidem falcatis etiam bellatum ac dimicatum fuiſſe, *uti ex Sacris Literis & profanis hiſtoriis patet: Ita Pharao* Iſraëlitas curribus & equitibus adortus & inſecutus eſt. *Exod. 14. verſ. 9. 17. & 23.* & *Philiſtæi* unâ vice 30000. curruum ad præliandum contra Iſraelitas congregaverunt. *1. Sam. 13. verſ. 5. Salomon* 1400. currus militares habuit, *2. Chron. 1. v. 14. & Siſac Rex Ægypti* 1200. tales currus & ſexaginta millia equitum adverſus Regem Roboam duxit. *2. Chron. 12. v. 3. Ita etiam Perſæ & Indi* in bello cum Alexandro M. geſto iis uſi ſunt, teſte *Curt. lib. 4. c. 9.* ubi illos unicum illarum gentium auxilium vocat & deſcribit. *& l. 9. c. 2.* ubi narrat *Gangaridarum & Parrhaſiorum Regem Agrammen* præter equites & pedites *quadrigarum duo millia & elephantorum tria millia* ſecum traxiſſe. Imprimis verò *Seſoſtris Ægyptiorum Rex laudatur à multitudine curruum 27000. & Semiramis numero*

B. *curruum talium omnes ſuperavit*, in bello adverſus Indos geſto 100000. *illorum ſecum habens, teſte Diod. Siculo l. 2. c. 17. Archelaum adverſus Syllam iisdem uſum eſſe refert Frontin. l. 2. c. 3. n. 27. & Artaxerxem* 1800. *adverſus Alexandrum Severum habuiſſe Lampr. in hujus vitâ c. 55. narrat. Romanos quoq; circa Severi & Baſſiani tempora* 2000. *currus* ad bella & prælia paratos habuiſſe, refert *Appian. in Lybic. & Gallos adverſus Romanos* in prælio adverſus C. Cæſarem *Front. d. c. 3. n. 18.* & adverſus Decium ex eſſedis & carris primùm ſuperſtantes pugnaſſe, *Livius l. 10. c. 38. & de illis in genere Diod. Sicul. l. 5. c. 29. narrat. Britannos quoque ex* eſſedis pugnaſſe refert *Jul. Cæſ. 4. de Bello Gall. p. m. 91. & 95. ubi modum pugnæ deſcribit. Flor. l. 3. c. 2. & Mela l. 3. c. 6. ubi addit, currus tales covinos dictos eſſe.*

Scribit hinc Hovedenus p. 1. Annal. Angl. f. m. 443. Regem Aedvvardum circa annum 1055. primum juſſiſſe, ut Angli contra morem in equis pugnarent. Junge his

C. *Arrian. in Tactic. c. 28.*

De formis illorum & modo ex iis pugnandi videatur Livius l. 37. c. 41. Curt. d. l. & Xenoph. l. 8. Cyrop. n. 152. & 157. De quo etiam conſulatur Hugo de Milit. Equeſtri l. 1. c. 6. nec non Stevvechius ad l. 3. Veget. c. 24.

Cauſas, cur pauca gentes iis fuerint uſæ, reddunt eruditi has, tùm quia quatuor ad unius militis uſum ſunt neceſſaria, miles, auriga & duo equi, *uno verò horum læſo* vel interfecto omnis uſus ceſſet, *tùm quia* non niſi in plano loco & patenti campo aliquis illorum eſt uſus.

Eadem etiam Elephantorū & Camelorū à quibusdam Populis uſurpatorū eſt ratio. de quib⁹ vide *Veget. l. 3. c. 24.*

De prioribus autem hic notandum, Illos primum ab Indis in bello uſurpatos fuiſſe, ut apparet ex *Diodoro l. 2. c. 19. ubi narrat* quod *Stabrobates* Indorum Rex illorū operâ Semiramidem vicerit, *poſtea* ab illis ad Æthiopes, Libyos, Pœnos, *ac tandem* ad Romanos in bello Macedonico teſte *Livio l. 31. c. 36.* illorum uſum perve-

D. niſſe, de quo legi poteſt *Scheffer ad Arriani Tacticā c. 2.*

Deinde illorum dentes ferro acuto armatos fuiſſe, quo iis eò meliùs hoſtes ferire poſſent, ut fortè ſolus annotatum reliquit Arrian. d. l. c. 3.

Illos primùm à Rege Pyrrho in Lucaniâ adverſus Romanos uſurpatos fuiſſe refert Veget. l. 3. c. 24. & Modeſtus de Vocab. Rei Militaris, & inde boves Lucas dictos ut refert *Solinus cap. 28. rationes denominationis vide apud Martin. in Lexico.*

Illorum maximam copiam ab Artaxerxe Perſarum Rege adverſus Alexandrum Severum in bello contra Romanos geſto *ſeptingentorum ſcilicet* ductam fuiſſe, ut refert *Lamprid. in Illius vitâ c. 55. & ſeq.*

V. *Milites lecti, Voluntarii, ſocii & conductitii ita inter ſe mutuò differunt, quod primi* ſoli ſint & domeſtici & ſubditi ac abſq; ſtipendio ob ſolū comeatū & hoſpitiū præbendum belli Duci militare cogantur, *ſecundi verò* ultra id, quod gratis militant, etiā ſpontè caſtra ſequantur, *illiq; apud Romanos ideò volones & voluntarii dicti*, ut pa-

ut patet ex præc. *c.3 lib.9. expl.6.* adductis, occurrit autem poſterius vocabulum apud *Liv. l.27. c. 48. l.25. c. 45. & l.29. c.1.* quod *in Galliâ* potiſſimùm nunc obſervatur, *tertii* quandoque etiam, abſque ſtipendio ejus, prout jura & pacta Societatis id poſtulant, militent: *Poſtremi verò* ſive ex patrio, ſive peregrino ſolo conducantur, ſemper ſtipendii causâ militent.

Ubi notandum, Cares populos primos mortalium mercede militaſſe, ut qui vitam ſuam venalem vel vilem haberent, ut ex Suidâ refert Eraſmus Cent. 6. adag. 14. Hinc de illis *Mela l.1. de Situ Orbis. c.16.* ſcribit. *Gens usque eò quondam armorum pugnaq; amans, ut aliena etiam bella mercede ageret. Quod etiam indicat Strabo l.14. Geogr. p.m.374.* ſcribens: *Cares per totam Græciam erraverunt ſtipendia merentes.*

Quæritur hinc (1.) An lecti conductitiis ſint præferendi?

Reſp. Sub diſtinctione, an conductitii illi peregrini, vel domeſtici ſint.

Priori modò ſit conſideratis lectos præferimus, tùm quia in illis major & ſanctior eſt fidei cura, nec non obſequium & patientia Imperii longè præſtantior, quàm exteris. *Curt. lib.10. c.3. & l.6. c.3. Sanè Alexander M.* in Orat. ad milites ſuos habitâ apud eundem *Curt. lib.9. c.2.* ita loquitur: *Cum per Helleſpontum navigaremus, de paucitate noſtrâ cogitandum fuit. Nunc nos Scythæ ſequuntur: Bactriana auxilia præſtò ſunt: Dahi Seldianique inter nos militant. Nec tamen iſti turbæ confido, veſtras manus intueor, veſtram Virtutem rerum, quas geſturus ſum, vadem prædemque habeo: Tùm quia magis* obtemperant, & Saluti Ducum proſpiciunt. *Eſt enim populis urbibusque conſenſus quidam protegendi amandiq; Reges ſuos: & ſe ſuaque jactandi quocunque deſideraverit imperantis ſalus. Senec. 1. de Clem. c.3. tùm quia* pro patriâ, parentibus, propinquis, uxoribus, liberis, arisque & focis fortiùs pugnant, quàm peregrini, nihil tale ibi habentes. *Cic. 1. de fin. c. 7. & Tacit. de Morib. Germ. c.7. & 14. tùm denique* quia ſumtibus paucis ali poſſunt.

Contrà verò peregrini conductitii ſæpè majore ex diverſo mercede illecti jus faſque exuunt, 3. Hiſt. 5. deſides ſunt & hoſpitibus metuendi 3. Hiſtor. 2. non jubentur, non reguntur, ſed cuncta ex libidine agunt. 4. Hiſt. 76 & non fide non affectu tenentur, ut velint dominationi alienæ ſanguinem ſuum commodare. Idem in Agric. c.32. Gravi porro mercede ærarium & incolas exhauriunt, pacem omnibus modis ob per illam decedens lucrum averſantur, exauctorationem ægrè ferunt, non raro repudiant, & ob illam tumultuantur, imò quandoque rebellant, tempore periculorum deſperant & aufugiunt, quoniam corpus ſuum non diſcriminis ſubeundi, ſed lucri dulcis causâ ob egeſtatem venale exponunt. *Purgamenta* prætereà *Urbium ſuarum ſunt. Curt. lib.8. c.5.* ac ut *Ille de Arſanc, l.3. c. 4.* loquitur, *populatores terræ, quam à populationibus vindicare debent, & denique* omnia ſcelera ſceleſti illi in conducentis provincias transportant, de quo vide latè *Conring. in Machiav. Principem c.12. & Auctor. Bellatoris prudent. & Politici c.3.*

Sunt tamen etiam quædam non contemnendæ rationes militem conductitium peregrinum commendantes, & neceſſarium eſſe demonſtrantes, inter quas primaria (1.) *Quod per tales conductitios* Civium & ſubditorum nullo pretio æſtimandus ſanguis conſervetur, & in ultimam neceſſitatem quaſi nobiliſſimus theſaurus reponatur. (2.) *Quod ita* commercia & negocia, quolibet Civium & ſubditorum in ſuo officio & labore permanente, ſalva maneant, quæ aliàs per avocationem lectorum militum peſſumdantur. (3.) *Quod illi* alacriùs pugnent, quàm lecti, ut mox dicetur. (4.) *Quod Romani, Græci & alii bellicoſi populi iis feliciter* & utiliter uſi

A. ſint, multæ nationes verò adhuc magno cum fructu & emolumento utantur.

Ubi tamen hæ conditiones obſervandæ. ut peregrinus conductitius miles (1.) *ex natione fidâ.* (2.) *ejusdem* vel non adeò diverſæ Religionis, & (3.) *modici numeri* colligatur & conſcribatur, ac (4) *ſub milites* vel ad minimum Officiales domeſticos diſtribuatur:

Quoniam ex infidâ & diverſæ admodum fidei natione ac majori numero conſcriptus, conjunctim militans nihil niſi turbas, odia in Religionem & denique ſeditiones ac rebelliones difficillimè ſopiendas excitat, uti id & ratio & experientia ſatis ſuperque demonſtrat. de quo etiam lege Lentul. de Prudent. Milit. c.10. p.226. & ſeqq.

Dictis ſub cautelis conſideratos ſi ærarium & ſubditorum opes id patiantur, *lectis ſi non præferendos, æquandos tamen eſſe putamus, tùm quia* ratione patriæ & amoris ac fidei in eam cum lectis quocunque modo

B. ſunt comparandi, *tùm quia* miles hic utpotè ſpontè militiæ nomen dans alacrior, promtior & audentior eſt lecto, nec ſollicitudine ſuorum ab animoſitate ita retrahitur, ut invitus, qualis plerumque eſt lectus.

Obſervandum hic obiter, militiam mercenariam apud Romanos ante quartum Belli Punici annum teſte Livio l. 24. in f. ex Celtiberis & ante Maximiliani I. tempora in Germaniâ noſtrâ non fuiſſe uſitatam, cujus rationes noſtri Politici dant, quod (1.) *ante illud tempus* Germanorum Imperatoribus cum peregrino, potenti & formidando hoſte bellum non fuerit geſtum, & (2.) *inopia nummorum* talem militiam non admiſerit.

Addendum etiam eſt; Militia lecta & conductitia uſum non omnibus Principatibus & Rebuspublicæ eſſe proficuum, ſiquidem Rebuspubl. rectis, Monarchiæ ſcilicet, Ariſtocratiæ & Reipubl. in ſpecie *lectus & conductis tius domeſticus miles optimus eſt: Respubl. vere vitioſæ* ſe aliter tueri non poſſunt, quàm milite conductitio extra-

C. neo vel cum domeſtico mixto, *ita tamen*, ut ille huic numero & virtute prævaleat, Duxque cum omnibus Officialibus ſit peregrinus, *quia* propter iniquam ſubditorum fortunam ſtatûs ſui ſalutem in infidâ illorum fide ponere nequeunt, *exceptâ tamen illâ herili Monarchiâ, in quâ vel* magis molle, quàm durum obtinet imperium, *vel ubi* ſubditi planè ſunt effœminati cum potentioribus membris, *item populari ſtatu*, cui etiam à milite lecto & domeſtico nihil periculi eſt, *niſi* ubi in anarchiam vergat, de quo vide latiùs *Conring. ad d. Machiav. Principem c.12. & 13.*

Quæritur (2) An conducat auxiliis vicinorum uti?

Reſp. Quod ſic, ſub certis tamen iterum limitationibus, ut illa aſſumantur (1) ex natione notâ & fidâ. (2) ejusdem vel non adeò diverſæ religionis (3) vicinâ (4) non admodum potenti, vel minus validâ (5) modico numero (6) propriis auxiliatorum, ſi obtineri poſſit, impenſis (7) cum conditione, ut illi petenti, niſi com-

D mune vel ſociale bellum ſit, ſimpliciter pareant (8) ſub lege in auxilio permanendi, quàm diù neceſſitas & commoditas requirentis id exigat.

Ratio conditionis primæ, ſecundæ, tertiæ & quintæ in quæſtione præced. adducta. quartæ *præc. c. 2. th. 6. expl.* 2. notatâ partim eſt, partim in eo conſiſtit, quia ab invalido parum utilitatis capi poteſt. Sextæ, ſeptimæ & octavæ, in illo conſiſtit, quod abſque illis nulla vel exigua ac incommodis mercenariorum minor utilitas in requirentem reſultet.

Si enim auxiliis talibus ſtipendia præſtanda, præſtat habere militem conductitium, ad omnia officia obligarum & proprium, ſi mandatis illa non ſint adſtricta petentis nihil operæ niſi ad preces vel ſuum beneplacitum præſtabunt, ſi illis licebit pro libitu domum reverti, in ſummâ neceſſitate & rebus anguſtis ut [illegible] deſerent, & proſperâ fortunâ vel periculo imminente graves ſubditis erunt abſque emolumento.

Plura

Plura vide d. præc. c. 2. th. 6. expl. 2. notata & apud Luſing. de Increm. Imper. l. 1. c. 6.

TH. III.

Ratione ſtatus ac præſtandæ operæ militum alii ſunt gregarii, alii officiarii ita dicti.

TH. IV.

Gregarii ſunt, qui ſaltem ad parendum & injunctas operas absque ullâ mandatorum examinatione & multò minus contradictione conſtituti & obligati ſunt.

Explic.

G*Regarii propriè & ſtrictè ita dicti milites à verbo mille*, quia ex tot hominum numero olim legebantur, appellati *Germanis & aliis Europæis* **Soldaten** *à Barbaro vocabulo Soldo, à Latino Solido deſcendente & ſtipendium denotante derivantur*, ut jam *præc. c. 3. th. 6. in explic.* diximus.

Quibus hic addendum, à verbo illo Barbarum illud Solidarius vel ſolidatus à nonnullis deſumtum eſſe, & quidem *uſurpari prius ab Hoved. in Ann. Angl. Parte 1. f. 441. & ſub Wilhelmo II. Rege inf. ac Ottone Friſing. de Geſtis Friderici Imper. l. 1. c. 31. poſterius verò ex relatione Volaterani l. 30. Tit. Mos antiqua militia apud Caſſiodorum, Vegetium & Frontinum*, ac ſecundum *Reineſ. l. 3. V. L. c. 10. p. m. 495. apud Veget. & Caſſiodorum* occurrere, *ſed nos in nullo horum illud reperire potuimus. Quo ad etymon hoc etiam conſentit Hottoman. de Verbis Feudal. ſub illo verbo & Barth. in Adverſar. l. 11. c. 20. & inde quoque feudum Soldata 2. Feud. 10. inf. deſcendit.*

Milites illi Romanis etiam munifices à munere faciendo ſecundum Veget. l. 2. c. 7. dicti quorum etiam meminit, *Marcell. l. 16. p. m. 62. & l. 25. p. m. 287. iisque beneficiarii*, qui ſcilicet ex beneficio aliquo ab operis militaribus vacarunt, ſecundum *Feſtum ſub illo verbo opponuntur*, meminit illorum etiam *Cæſar l. 3. d. B. C. p. m. 341.*

Illorum enim munus fuit, ut dictum, ſimpliciter obtemperare & nudam operam præſtare ſecundum *Marcell. d. l. 25. p. m. 293.* ubi ſcribit *corporis munus à milite, ab Imperatore verò animi poſcitur, & Tacit. 1 Hiſtor. 84. & 2. Hiſt. 39.* ubi refert, *illum imperia potius exequi quam interpretari debere, ut ſeq. c. 7. th. 12. expl. 1. & c. 9. th. 4. expl. 1 & 2 ac th. 8. in expl.* diximus.

Quapropter etiam Germanis ſecundum nonnullos **Kriegsknechte** *&* **Landsknechte** *quaſi belli & patriæ ſervi dicti Avent. l. 4. f. m. 216. & Heuterol. 7. Rer. Belg. f. 341. ſicuti & apud Fronsperg.* **In dem Kriegsbuch** *P. 1. l. 1. f. 14.* **In den Kriegs-Artic.** *art. 11. illi* **die Landsknechte** / *a peregrinis diſtinguuntur. Quod ſi tamen quo ad poſterius verbum Cluver. l. 1. Germ. Antiq. c. 44. f. 296. potius aſſentiendum eſt, verbum* **Knecht** *hic ſecundum uſum præteriti temporis pro milite capienti, verbum illud* **Landsknecht** *pro milite inquilino & peregrino oppoſito ſumendum erit.*

TH. V.

Officiarii gregariis imperant, ſuntque tales reſpectu vel totius exercitus vel certæ ejus partis.

TH. VI.

Officiarii reſpectu totius Exercitus ſequentes numerari ſolent: (1.) Dux belli, qui olim Imperator appellabatur. (2.) Ejus Vicarius. (3.) Supremus rei armamentariæ præfectus. (4.) Supremus excubiarum præfectus. (5.) Supremus caſtrorum metator. (6.) Supremus

A. Commiſſarius. (7.) Supremus ærarii Caſtrenſis Præfectus. (8.) Supremus militiæ Prætor vel juſtitiæ Præfectus. (9.) Supremus annonæ Præfectus. (10.) Supremus Juſtitiæ Executor. (11.) Summus Curruum Præfectus.

Explic.

I. P*Er belli Ducem hîc non intelligimus illum, qui ſimul belli auctor eſt, vel ductu proprio bellum gerit, & qui Germanicè in Imper. Maximil. II.* **Reuter-Beſtallung** *Tit.* **Beſtellung deß Reuter-Rechts** *art. 6.* **Kriegs-Herr** *vocatur, ſed qui alieno nomine & juſſu vel alterius auſpiciis, ut Romani loquuntur, bellum gerit, & apud illos Legati nomine venit, ut ex hiſtoriis notum eſt & Cæſar l. 6. de B. G. p. m. 130. &*
B. *l. 3. de B. C. p. m. 321. indicat. Exercitui cum Imperio præeſt.*

Prior enim Exercitus propriè non pars, ſed Dominus, poſterior verò Exercitus pars & in excellentia eſt: Licet enim cum imperio reliquis præſit, attamen id ſaltem mediatè & dependenter fit, & ille Exercitus Domino non minùs quàm reliqui ſubjecti milites, quamvis diverſo reſpectu ſubeſt. *Quod clarè exprimit Cæſar d. l. his verbis: Alia ſunt Legati partes, atque Imperatoris: alter omnia agere ad præſcriptum, alter liberè ad ſummam rerum conſulere debet. Vocatur* **in gedachtem der Reuter-Beſtallung** *Maximiliani II. Tit.* **von Beſtellung deß Reuter-Rechts** *art. 2. & paſſim* **Feld-Obriſter** *ſed hodie communiter* **Feld-Marſchall** / *qui tamen olim magiſter equitum fuit dictus, ut expl. 2. notatum.*

Hinc ineſſe debent quædam virtutes & qualitates cum Imperatore Exercitus Domino communes, quædam
C. *verò particulares.*

De prioribus præced. c. 3. th. 4. actum, de poſterioribus hic agendum.

Sunt verò illæ ſequentes:

(1.) *Non pati ſe largitionibus ab hoſte corrumpi*, ſed fidelitatem ſemel juratò promiſſam ſanctè ſervare.

Quia nihil tam ſanctum eſt, quod non violari, nihil tàm munitum, quod non expugnari pecuniâ poſſit, teſte Cicer. in Verr. 2. omninò ergò ſibi à muneribus hoſtium caveat Dux, *Ageſilai reſponſum* Tithrauſtæ datum obſervans: *Honeſtius eſſe Imperatori ab hoſtibus ſpolia potiùs, quàm dona referre*, teſte *Xenoph. in illius Vitâ, n. 665. Plut. ibidem c. 16.*

Hinc Ariſtides Themiſtocli aſſerenti hoſtium conſilia ſcire ſummam Imperatoris virtutem eſſe, reſpondit, hoc quidem neceſſarium eſt ô Themiſtocles, ſed manus abſtinentes habere, pulcherrimum & veri Imperatoris munus eſt, referente *Plut. in Ariſtide c. 47.*

D. *Notatu dignum eſt factum Fabricii Romanorum Ducis, qui cum Samnitum Legati aurum ei offerrent, planas manus ab auribus ad oculos & infrà, deinceps ad nares & ados, & ad gulam, atque inde porrò ad ventrem imum deduxit, & iis ita reſpondit: Dum illis omnibus membris, quæ attigi, obſiſtere atque imperare poſſum, nunquam mihi quicquam defuturum eſt: propterea pecuniam, quâ mihi non eſt opus, ab iis, quibus ſcio uſui eſſe, non accipio. Julius Hygin. in fragm.*

Memorabile quoque eſt exemplum Epaminondæ Ducis Thebanorum, qui cum Artaxerxes eum pecuniâ corrumpere laboraret per Diomedontem, hoc reſponſi dedit: *Nihil opus eſt pecuniâ: Nam ſi ea Rex vult, quæ Thebanis ſunt utilia, gratis facere ſum paratus: Sin autem contraria, non habet auri atque argenti ſatis. Namq; orbis terrarum divitias accipere nolo pro patriæ charitate: Tandem cum Diomedon rogaret, ut tutò exire, ſuaque, quæ attuliſſet, liceret efferre: iſtud, inquit, faciam,*

neque

neque tuâ cauſâ, ſed meâ: ne, ſi tibi ſit pecunia ademta, aliquis dicat, ad me ereptum perveniſſe, quod delatum accipere noluiſſem. Corn. Nepos in ejus Vitâ.

Eandem continentiam habuit Phocion, qui Alex. M. 100. talenta per certos homines multâ cum perſuaſione, ut acciperet, mittenti, remiſit cum hoc reſponſo: *Omninò ſe aurum hoc aut fruſtrà poſſeſſurum non utendo, aut utendo: ita enim & Regem, & ſemetipſum ſiniſtris civium ſermonibus objectum iri. Plut in ejus Vitâ c.23.*

Annotandum quoque hic eſt, Cives Luſitanorum Urbis Cinniniæ acriter ſe defendentes, Bruto illos pecuniâ corrupturo hoc dediſſe reſponſum maſculum & fidei plenum: *Ferrum ſibi à majoribus, quo Urbem tuerentur, non aurum, quo libertatem ab Imperatore avaro emerent, relictum eſſe. Val. Max. lib.6. c.4. in Extern. n.1.*

Notanda nunc veniunt quædam illuſtria fidelium Ducum & Præfectorum exempla, inter quæ apud Veteres Romanos occurrit *Centurionis*, quem Antonius, licet filium captivum ſe occiſurum minaretur, nullo modo à Cæſare avellere valuit, dixit enim: *Nullum ſe filiorum, ſi maximè multos haberet, ſupplicio adduci poſſe, uti Cæſaris miles eſſe deſineret, Antonii autem eſſe inciperet: Uti à nonnullis ſine Auctore refertur. Sed illam hiſtoriam aliter & ita de C. Mevio Centurione D. Auguſti refert Valer. Max. l.3. c.8. n.8. Cum ille* Antoniano bello ſæpè numero excellentes pugnas edidiſſet, & improviſis hoſtium inſidiis circumventus ad Antonium Alexandriam perductus & interrogatus eſſet, quidnam de eo ſtatui deberet: *Jugulari me, inquit, jube, quia nec ſalutis beneficio, neque mortis ſupplicio adduci poſſum, ut Cæſaris miles eſſe deſinam & tuus eſſe incipiam*, cooſtantiaque ſuâ obtinuit, ut Antonius virtuti ejus incolumitatem tribueret. *Aliud Cæſariani Centurionis exemplum vide apud Hirtium de Bello Africano p. m. 421. & iterum aliud apud Marcell. l.21. p.m.184. in Nebridio Præfecto*, qui à Juliano juſſus, ut à Conſtantino Auguſto deficeret, reſpondit, ſe jurisjurandi nexu contra illum conſtringi non poſſe, cujus beneficiis obligatus eſſet crebris & multis.

Egregium quoque fidelitatis in Dominum exemplum occurrit apud Roder. Santium part. 3. Hiſtor. l.6. c.37. in Marco Guthberio, qui ab Alphonſo IX. Rege in Domini ſui Didaco de Haro arce de Gujar obſeſſus fame reliquis præſidiariis conſumtis *ſolus ſuſpenſus à collo arcis clavibus ſub portâ turris interioris ab hoſtibus ſcalis admotis illam occupantibus repertus eſt ſemimortuus, nec ullis perſuaſionibus in partes Alphonſi trahi potuit:* uti hoc latè recenſet *prælaudatus Hiſtoricus d.l.*

(2.) *Summam & gloriam rei benè geſtæ non ſibi, ſed Domino ſuo, maximè ſi præſens ſit, adſcribere.*

Ratio eſt, quia ſtatim invidia & metus ſtimulat Principum hæc à Ducibus ſuis audientium animos. *Ita enim Saul* offenſus fuit per cantilenas mulierum ipſi ſaltem mille, Davidi verò 10000. occiſorum hoſtium adſcribentium, veritus ſimul, ne hic Regnum ſibi acquirat, ut recenſetur libro 1. *Sam. c. 18. v. 7. & 8. Ita quoque refert Curt. lib. 6. in pr.* de prælio ab Antipatro obtento: *Alexander hoſtes vinci quidem voluerat, Antipatrum verò viciſſe, ne tacitus quidem indignabatur, ſuæ demtum gloriæ exiſtimans, quicquid ceſſiſſet alienæ: Et ideò ſecundum Plutarch. in Ageſilao c.25. Idem Alexander Victoriam hanc ut vilem redderet, murium pugnam vocavit, ad gloriam ſimul Antipatro ademendam. Ita quoque de ejus patre Philippo refert Demoſth. in Orat. ad Epiſt. Philip. Illum ita gloriæ cupiditate inflammatum eſſe dicunt hi, quibus familiariter notus eſt, ut omnia præclara facinora ſua eſſe videri velit: & magis indignetur Ducibus atque Præfectis proſperè & laudabiliter aliquid gerentibus, quam iis, qui infeliciter & ignavo. Similiter M. Antonius Ventidium ob Victo-*

A. *riam* à Pacaro Partho reportatam, adeoq; rem proprio ductu præclarè geſtam invidiâ ita preſſit, *ut illum citra meritum ſuum* (honor enim Antonio per triumphum decretum deferebatur) *officio ſuo detruſerit, & neque tum, neque deinceps ulla in re ejus operâ uſus fuerit juxta Dion. lib. 49. f. 404. quâ etiam de cauſâ Soſſius ei ſuffectus Legatus* in abſentiâ Antonii metu invidiæ nihil egregii conficere voluit, ut idem *f. 405. & ſeq. refert. Et Trajanus in obſidione Japhæ jam ferè ad finem deductâ Imperatori Veſpaſianum per nuncios rogavit, ut filium ſuum Titum mitteret, finem victoriæ impoſiturum apud Joſeph. l. 3. de Bello Judaico c. 11. Similiter Ventidius Antonii Legatus proſperè contra Parthos rebus geſtis hujus invidiam metuens illos ulterius perſequi noluit, ut refert Plut. in Anton. c.45. Sic Albanus Victorias ſibi adſcribens, & ob eas Statuam immenſam æneam*, cujus figuram & ſuperbam inſcriptionem vide apud *Bandart. in Bello Naſſovico Tom. 1. p.m. 141. in arce Antverpienſi ſibi ipſi ponens, odio habitus Philippo Regi. Strada de Bello Belgico Dec. 1. lib. 7. p. m. 419. & 535. Sic Cari & Mithridati exitio fuit* licet veritate nixa, per linguam lubricam detracta Artaxerxi Domino ſuo, interfecti Cyri gloria. *Plut in ejus Vitâ c.20. & 23. Addenda præter ſuperiorem etiā hæc ratio, quia talia egregia facta, ſi* à perpetratore ſibi ipſi per gloriam adſcribantur, *videntur dominum ad magnam remunerationem vel ingens beneficium obligare. adeoque* hujus animum per tacitam quandam objectionem ab illo alienant, ſecundum illud *Seneca Epiſt. 19. quidam quo plus debent, magis oderunt. Leve æs alienum debitorem facit, grave inimicum. Et Tacit. 4. Annal. 18. Beneficia eò usque læta ſunt dum videntur exſolvi poſſe, ubi multum antevenêre, pro gratiâ odium redditur. Hinc Ludovicus Galliæ Rex referente Comin. l. 3. in fin. felicem eum miniſtrum, cui Rex nullo ſuo magno merito beneficium conferenti. atque* C. *id præſtare, ut obſtringatur aliquis Principi, quàm ut illum habeat obſtrictum. Se quoque hoc ingenio eſſe, ut plus amaret, qui ob beneficentiam ſibi deberent, quam alios, quibus ſe debere putaret.*

Laudatur contra Antonius Leva, quod Domini ſui Caroli V. virtuti & prudentiæ omnes ſucceſſus felicium expeditionum, ſibi autem cauſam & conſilium contrariarum adſcripſerit, honerans reputationem Domini ſui cum damno propriæ exiſtimationis, ut refert Petr. Matth. Hiſtor. lib. 3. narr. 1. num. 4.

(3.) *Mandatum datum ſtrictè obſervare.*

Circa hanc materiam neceſſarium putamus unum atque alterum exemplum ex antiqua hiſtoria in medium proferre, ſi priùs paucis demonſtraverimus, quomodo mandatum ſtrictè ſit obſervandum.

Dicimus ergò, ſi quid ſtrictè Duci à Domino ſuo, ex. gr. ab conflictu vel prælio ſe abſtinere, fuerit prohibitum, omninò illud obſervandum, & illum mandatum tale D. *ſpernentem, licet fortuna ipſum comitata fuerit, ſeverè puniendum eſſe, per L. deſertorem. 3. §. in bello. 15. ff. de re milit. idque ob duplicem rationem. (1.) Quia talis neglectus manifeſtè impugnat auctoritatem jubentis, adeoque propter diſciplinæ militaris jacturam plus nocet, quàm Victoria obtenta prodeſt ſecundum Flor. lib. 4. c. 14. §. 2. Livium lib. 8. c. 30.*

Quo pertinet illud circa factū Athenienſis Architecti mandato P. Craſſi Muciani adverſum egregium judicium à Gellio lib. 1. N. A. c. 13. relatum. Corrumpi atque diſſolvi officium imperantis, ſi id, quod facere juſſus eſt, non obſequio debito, ſed conſilio non deſiderato reſpondeat.

(2.) *Quia Victoria* non eſt in pugnantis manibus & poteſtate, *adeoque* caſu ſaltem obveniſſe putatur: *Quod verò caſu obtigit, licet egregium ſit, cum mandati religione nullo modo conferendum eſt*, de quo *Valer. Max. lib. 2. c. 7. in Externis n. 1.* ſcribit, *quod tales contra mandatum pugnantes benè rem geſſerint Deorum adjutorio,*

torio, quod malè commiſerint, ipſorum culpa imputatum fuiſſe. A.

Sic Florus d. l. & Livius d. lib. 8. c. 7. refert, quod *Manlius Torquatus filium ſuum contra imperium pugnantem, quamvis Victorem, occidi juſſerit.*

Ita etiam L. Papyrius Dictator Q. Fab. Maximum, quod contra mandatum pugnaſſet, etiam Victorem ad pœnam trahere voluit, immò traxiſſet, niſi Populus pro eo acriter interceſſiſſet, & Fabius tandem ſupplex veniam petiiſſet. Idem d. c. 30. & ſeqq.

Similiter Epaminondas cum neceſſarium iter domum ſuſcipiens *filio ſuo Steſimbroto exercitum, cum mandato tamen, ut à conflictu cum hoſte abſtineret, commiſiſſet, hic verò contra mandatum commiſſo prælio hoſtes fudiſſet, illum quidem reverſus ut Victorem coronavit, ſed & morte, ut neglectorem mandatorum, affecit. Plut. in Parallel. hiſtor. c. 12.*

In recentioribus hiſtoriis ſimilia quoque occurrunt exempla, ita enim refert *Belleforeſtius in hiſt. Univerſ. quod Mareſchallus de Termes Gallorum Belli Dux* gregarium quendam militem, qui primus propugnaculum quoddam obſeſſum tranſcendiſſet, primò inſigniter remuneratus ſit, & paulò pòſt eundem, quod ſuo injusſu id peregiſſet, in furcam agi mandarit. B.

Plura exempla volentes præterimus, ſaltem aliquot exempla in contrarium, talis facti ſcilicet, vel planè non, vel mulctâ ſaltem coërciti *allaturi: Ita enim C. Terentius Varro Conſul inconſulto Collegâ L. Æmilio Paulo apud Cannas infeliciter pugnans amiſſoque cum exercitu Collegâ Romam rediens gratias habuit, quod de Republ. non deſperaſſet. Livius lib. 22. c. ult. ubi ſimul Carthaginienſium rigorem,* qui hoc in caſu Imperatores in crucem tollere dicuntur, *lib. 38. c. 48.* taxat.

Ita M. Fabius in Oratione pro filio habitâ refert L. Minutium, & L. Furium ob ſimile factum non punitos, *nunquam etiam olim in tale capite inquiſitum, ſed reos pecuniâ mulctatos eſſe, apud eundem d. l. 8. c. 33.* C.

Idem quoque recenſet Manlii factum paulò antè relatum pro atroci habitum, *& Manliana Imperia* non ſolùm tunc horrenda, ſed etiam poſteà triſtis exempli æſtimata, ac Manlii filii cadaver à militibus ſtructo extra vallum rogo honorificè crematum fuiſſe. *Interim tamen idem teſtatur exemplum hoc licet rigidum, ad diſciplinam tamen militarem multum conduxiſſe, d. lib. 8. c. 7.*

Quod jam mandata ipſa attinet, ex hiſtoriis conſtat, Romanos Conſulibus ſuis in bellum ituris nullum aliud mandatum dediſſe, quàm ſub hâc formulâ: Viderent, ne quid Respubl. detrimenti caperet, ut inter alios videri poteſt apud *Veget. lib. 3. c. 1. Saluſt. in bello Catilin. c. 29. Tacit. 4. Ann. 19. Cæſar. de Bello Civili l. 1. poſt pr. & alios à Briſſon. de Form. Roman. l. 2. p. m. 211. & ſeqq. adductos. Livium lib. 3. c. 4.* & alios: *adeoque hæc generalis fuit, plenam poteſtatem omnium rerum, niſi quæ contra Jus Gentium, Majeſtatem Populi Romani, & honeſtatem eſſent, tribuens.* Cui illa quaſi ſubnexa poteſtas fuit, ut apud eos libera eſſet prædæ diſpoſitio, ſicut innuit *Cicero Orat. de L. Agr. contra Rull. 2. c. 22. & ſeqq.* & nos *ſeq. 10. th. 9. & in expl. demonſtravimus: eademtum tamen fuit jus pacis & fœderum ſanciendorum, ſcilicet pleno jure, ut infrà c. 12.* th. 7. expl. 1. latè *dictum. Ex eoque ſequitur,* quod Legati, Tribuni, & omnes militares Officiarii ejus mandata ſtrictè & ſub gravi pœnâ obſervare debuerunt, ut modò oſtenſum: *fuitque illa formula communis cum illâ,* quæ Conſulibus & Magiſtratui turbato tempore in commiſſione Imperii ex Senatus Conſulto data fuit, uti patet *ex Livio d. lib. 3. c. 4. & aliis paulò ante allegatis. Apud alias gentes Duces & Imperatores diverſimodè mandata acceperunt, modo reſtrictiora modo ampliora, libera tamen noſtro ſitu vel planè non vel ſaltem perraro.* D.

A. *Quibus addendum mandata talia quandoque in ſcriptis ſolere obſignata dari addito, ne vel ante certum tempus vel certum iter emenſum illa reſignentur, qualia Julianus adhuc Cæſar Philagrio ad Vadomarium miſſo dedit apud Marcell. l. 21. f. 182.*

Cum verò in bello unicum momentum quandoque Victoriam procuret & impediat, & in illo omnia ex occaſione peragenda ſint, optimè illas gentes egiſſe putamus, quæ Ducibus ſuis poteſtatem plenam diſponendarum bellicarum actionum conceſſerunt, ut mox n. (3.) demonſtravimus, ubi plura de mandatis.

Præter has Virtutes, ut talis Dux ritè & cum utilitate conſtituatur, requiritur

(1.) *Ut ſaltem ſit unus numero, quoniam rarò* inter uno plures in regimine concordia eſt, & in conſulendo, uti & mediorum applicatione ac executione unanime velle & ſtudium, ac ſilentium debitum præſtatur, *& verò diſcrepantia hac* omnem effectum proſperum impedit, *dum belli tempora, moras & dilationes Imperatorum non exſpectant. Livius lib. 31. c. 48. & Robert. Northmannus in Orat. ad ſuos milites apud Annam Comnenam de Rebus ab Alexio patre geſtis l. 4. f. m. 113. atque conſilia nuſpiam magis, quàm in bello celanda ſunt, ut ſeq. c. 8. th. 2. expl. 1.* dictum, *ut vel ideò præprimis pluralitas in bellico noceat imperio: Unde Thucydides lib. 6. p. m. 292. ſcribit, in prælio à Syracuſanis adverſus Athenienſes infeliciter ſuſcepto Ducum multitudinem & multorum imperium (quindecim enim fuerunt) multùm nocuiſſe, quod etiam memorat, Plut. in Nicia, c. 33. Idem in Camillo c. 29. infelicem ad Alliam Romanorum pugnam multitudini Imperatorum adſcribit. Ac Livius lib. 4. c. 31. de multiplicato imperio nocenter & ita refert: Romæ Tribuni militum conſulari poteſtate quatuor creati, & tres eorum delectu habito Vejos ſunt profecti, documentoque fuêre, quàm plurium imperium bello inutile eſſet: Tendendo ad ſua quiſquam conſilia, cum aliud aliis videretur, aperuerunt ad occaſionem locum hoſti: incertam namque aciem, ſignum aliis dari receptui, aliis cani jubentibus invaſêre opportunè Vejentes: caſtra propinqua turbatos ac terga dantes accepere. Simile ferè exemplum refert Agathias lib. 4. p. m. 114. cum omnes Romani Exercitûs Duces inter ſe eſſent pares, & mutua conſilia improbando, contrariaque mandando decertarent, nihil præſtabant laude dignum: In diverſas ſententias ſecti, alii hanc, alii aliam probabant, nec quicquam perurgebatur, ſed unusquisque agrè ferens ſuam ſententiam poſthabitam, ſiniſtris eventibus gaudebat. Arduum quippe eſt eodem loci & potentiam & concordiam eſſe, teſte Tacito 4. Annal. c. 4.* Expertus hoc quoque eſt *Juſtinianus Imperator, Narſete* altero in Italiam cum exercitu miſſo, Imperium Belliſarii non ſolùm detrectante, ſed etiam ejus conſilia quovis modo impediente, *Procop. lib. 2. Hiſt. Goth. p. m. 269. & ſeqq.* Et ideò ipſum Narſetem revocare adactus eſt. *p. 278.*

Quantum præterea detrimenti Romanæ rei attulerit æquatio imperii inter Minucium Equitum Magiſtrum, & Q. Fabium Dictatorem, & inter C. Terent. Varronem ac Paulum Æmilium Conſules, ex Livio lib. 22. c. 28. & ſeqq. patet. Et illud quidem tàm notum, ut inde proverbium ortum ſit, *Multi Duces Cariam perdiderunt,* de quo conſulendus *Eraſm. in Adagiis, ſub tit. Diviſum prærogativa, & ideo procul dubio Ariſtides motus fuit, ut imperium ſibi ac Themiſtocli per intervalla dierum collatum huic ſoli cederet, ut refert Plut. in ejus Vitâ c. 9.*

Concludimus verò hoc axioma prudenti dicto Vergilii, quod Hiſt. Angl. lib. 16. p. m. 374. exprimit his verbis: Sicut in bello nihil utilius eſt, quam unum habere Impe-

Imperatorem, cujus nutu cuncta gerantur: ita nihil perniciofius, quàm cùm multorum arbitrio res ipſa adminiſtrantur. Oſtendit id ipſum eventus belli Smalcaldici maximis viribus quidem geſti, ſed ob diverſa Ducum conſilia nullius efficaciæ. Scribit hinc *Sleidan. l. 18. in pr. Ubi jam Smalcaldicorum exercitus omnis* (ad Ingolſtadiū) *conveniſſet, cœptum eſt omnibus tormentis in caſtra Cæſaris fulminari & vehementiſſimè quidem. Ibi tum Landgravius, convocatis ad Saxonem belli conſiliariis atque ducibus, quòd ſi penes me ſolùm, inquit, eſſet adminiſtratio, ſicut tunc erat, quando VVirtembergiam reſtitui, duobus equidem cum legionibus hoſtem adoriri prius velim, & foſſoribus adjunctis munitiones illorum diſturbarem, & ſummis deinceps copiis impreſſionem facerem. Variantibus ibi ſententiis &c. nihil actum fuit.*

Quod quidem ita reprehenditur à multis, ut hic error & ipſorum calamitatis & victoriæ Cæſaris initium atque cauſa fuiſſe putetur. Hactenus Sleidanus, ubi plura habet. Confœderatorum horum vires lege apud Thuan. l. 2. Hiſtor.

Plura exempla vide apud Godofr. à Jena de Rat. Status diſput. 9. concl. 1. & 2.

Putant tamen nonnulli etiam per duos Duces feliciter geri bellum poſſe, ſi imperium, ſicut Athenienſes & Lacedæmonii per ſingulos quinos dies fecerunt, juxta *Xenoph. Hiſt. Græc. lib. 7. n. 616. per certas vices alternetur, quod auctoribus ſuis relinquimus, illud edocti Quint. Fabium Dictatorem tale imperium ex prudentia ſumma rejeciſſe, & magis exercitum in duas æquales partes à quolibet ducendas diviſiſſe, teſte Livio d. l. c. 27. & imperium hoc alternum ſub ductu Varronis & Æmilii Romanorum cladem promoviſſe, ut ex eodem cap. 44. conſtat.*

Refert quoque Forſtn. ad Tacit. lib. 15. Ann. c. 6. Richelium bello Italico tres Duces, Momorantium, Forceum & Effiatum, ita præfeciſſe, ut per hebdomadum vices unus primum, alter medium, tertius poſtremum agmen regeret, & cui medii agminis cura obvenerat, illa hebdomade ſummum in omnes imperium haberet.

(2.) *Ut continuum, non verò annuum vel ſemeſtre per vices habeat imperium, tùm quòd* rarò bonus ſucceſſor reperiatur, qua de cauſa *Philippus Macedo ſe mirari dicebat, quòd Athenienſes ſingulis annis novos Imperatores eligerent, cùm ipſe in omni vita non niſi unum bonum Ducem, Parmenionem, inveniſſet. Plut. in Apophth. Reg. c. 29. Tùm quòd* novus Imperator, præſertim peregrino in loco, & in loco ipſo & in imperio hoſpes ſit, *& ſicuti optimus Imperator, ſecundum Chabriæ & Themiſtoclis dictum, eſt, qui maximè res hoſtium cognitas habet, ſecundum eundem d. l. c. 66. & in vita Ariſtid. c. 42. ita ſi* non peſſimum, ineptum tamen dixeris Imperatorem, qui nullam vel ſaltem modicam de hoſte cognitionem habet: *Nam loca* Provinciæ ejusque vires noſſe, non minimum victoriæ & hoſtem in anguſtias redigendi momentum eſt: Qua etiam de cauſa *Tribuni Plebis nullam aliam rem magis bello impedimentum eſſe dicunt, quàm vix dum inchoatis rebus in ipſo conatu belli gerendi revocare Imperatorem, apud Liv. lib. 32. c. 28. & Q. Fabius Terentium Varronem jactabundum, & de hoſte ſibi certiſſimam victoriam pollicentem apud eundem d. l. 22. c. 38. falsò ridet,* & in Oratione ſua traducit hisce verbis: *Mirari ſe, quomodo quis Dux, priusquam aut ſuum, aut hoſtium exercitum, locorum ſitum, naturam regionis noſſet, jam nunc locatus in urbe ſciret, quæ ſibi agenda armato forent &c.* Egregiè quoque contra Imperatorem talem ambulatorium diſſerit prædictus *Fabius Maximus apud Livium lib. 24. cap. 8.* eò tendens, quòd ita tempus diſputationibus inutilibus perdatur in hoſtium Imperatores perpetuos habentium maximum emolumentum. Et *Livius ipſe lib. 9. cap. 18.* de Romanorum &

A. Alexandri M. factis inter alia ita ſentiens & judicans:

Et quo ſint mirabiliores Romani, quàm Alexander aut quisquam alius Rex: denos vicenosque dies quidam Dictaturam, nemo plus, quàm annuum Conſulatum geſſit: ab Tribunis Plebis delectus impediti ſunt, poſt tempus ad bella ierunt; ante tempus Comitiorum causâ revocati ſunt: in ipſo conatu rerum circumegit ſe annus: Collegæ nunc temeritas, nunc pravitas impedimento aut damno fuit: malè geſtis rebus alterius ſucceſſum eſt: tyronem aut malâ diſciplinâ inſtitutum exercitum acceperunt: At herclè Reges non liberi ſolùm impedimentis omnibus, ſed Domini rerum temporumque trahunt conſiliis cuncta, non ſequuntur.

(3.) *Ut imperium belli pro prudentia ſua gerendi ipſi cum poteſtate plena ſit conceſſum, tùm quòd puncto ſæpè temporis maximarum rerum momenta vertantur, Liv. lib. 3. c. 27. adeoque è longinquo conſilium ſubitum,* quale

B. in bello requiritur, *peti non poſſit, neque dari, cùm abſens* & remotus circumſtantias loci, temporis, occaſionis oblatæ, non ita judicio ſuo emetiri queat, *occaſio verò fronte tantùm capillata ſit, & cum puncto temporis ſecundum Marcium apud Livium lib. 25. c. 38. prætervolet opportunitas,* ſi paululùm cunctatus fueris, nequicquam mox miſſam queraris, *quia ex diſtantibus terrarum ſpatiis conſilia poſt rem afferuntur. Tacit. 3. Hiſt. 8. Tùm quòd* nihil magni is agere queat, qui ex aliena dependet voluntate, neque etiam tutò poſſit, cùm eventus belli ſit dubius, adeòque ſemper judicium & fortitudinem ſuperet metus, juratus occaſionis feliciter obſervandæ hoſtis. *Non immeritò ergo Forſtn. ad l. 1. Ann. Tac. c. 24. verb. Triſtiſſima ex Thuano l. 47. & Juſtiniano l. 6 Hiſtor. Veneta, Venetos culpat,* quòd Ducibus ſuis tam arctè circumſcripta dent mandata, ut ſæpè ne quidem tormenta bellica ad feriendos muros alio loco modoque collo-

C. care audeant, quàm quo Ipſis mandatum eſt. *Hinc benè Hermocrates apud Thucydidem lib. 5. p. m. 293. monet,* Imperatores & paucos deligendos eſſe, & nullis neque temporis, neque juris incluſos anguſtiis, quo minus ita omnia gerant adminiſtrentque, ut ratio poſtularit belli, quod etiam *Spartani* obſervarunt, ut *de Leutychide Herod. l. 6. n. 156. & Thucyd. l. 6. p. m. 247.* in genere refert.

Sanè cùm Syracuſani in bello cum Athenienſibus geſto cernerent, multitudinem ducum & quidem plena poteſtate non gaudentium multùm nocere, tres tantùm cum plena poteſtate conſtituerunt, *Plut. in Nicia, c. 33. Eandem poteſtatem etiam Hannibal habuit, ideò à Q. Fabio apud Livium lib. 24. cap. 8. celebratus.*

Ubi tamen notandum, Ducem talem probatiſſimæ & integerrimæ vitæ, ac experientiâ celeberrimum

D. ac aliis qualitatibus *ſeq. n. 5.* relatis præditum eſſe debere.

Svaſit etiam hoc Venetis in bello contra Turcas gerendo *Conſtantinus Priolus* apud *Mauroc. lib. 5. Hiſtor. Venet. p. m. 179. & in genere Schwendius* im *Discurs* von dem Kriegs-Weſen/*p. 25. & ſeq.*

(4.) *Ut ſit juſta & virilis ætatis. Cùm enim* eximiam debeat habere rei militaris, ſecundum prædicta, notitiam & experientiam, ea verò ante confirmatum judicium vix ac ne vix quidem in ſubjecto aliquo reperiatur, *oppidò liquet*, maturam & plenam illam hîc requiri: unde *Plato 4. de LL. fol. m. 535.* unusquisque in juventute obtusè admodùm, in ſenectute acutiſſimè res ejusmodi cernit. Et ideò *Hadrianus Imperator* poſt Octavium primus diſciplinæ militaris reſtaurator *non alios, quàm provectæ ætatis viros, prudentiæ ſumma, doctos ætate & uſu ad Tribunatum evexit,* referente *Spart. in ejus vita c. 10.*

De Ageſilao quoque refert Xenophon apud Plut. an Seni ſit gerenda Reſp. c. 6. Quà Juventute non fuit præſtantior ejus Senectus? Quis eâ ætate vigens tanto terrori hoſtibus fuit, quanto Ageſilaus propè finem vitæ? Quo ſublato magis gaviſi ſunt hoſtes, quàm Ageſilaô, quanquam gravis annis deceſſit.

Cùm verò ea variè à variis definita fuerit Gentibus, operæ pretium videtur eſſe, de ea quædam hic ſuccinctè annotare. Et Plato quidem in ſua Republ. *ante 30. ætatis annum* Præfecturam militiæ nemini quantumvis virtutis & gloriæ fulgore conſpicuo conceſſit. *Idem obſervârunt Athenienſes, exceptione in ſolo Alcibiade factâ. Romanos priſcis temporibus* ad virtutem magis, quàm ætatem, poſteà propter æmulationem ad certam ætatem officia reſtrinxiſſe, & quidem Conſulari dignitati annum tertium & quadrageſimum deſtinaſſe, teſtatur *Cicero Philipp. 5. c. 17.* Vide etiam *Halicarn. Antiq. Rom. lib. 4. c. 8. 34. & 38.*

Cauſam ob quam Senes belli Duces inepti ſint, refert. Plut. an Seni ſit ger. Reſp. c. 19 quia famulos Martis vigere viribus ætateque convenit. Plures vide apud Lentul. de Prudent. milit. c. 4. p. m. 65. ubi ſimul exempla ſenum Ducum, qui egregia officia præſtiterunt, refert Interque illos meritò ponendus *Maſiniſſa* Numidarum Rex, utpotè qui *à natura corpore eximio ac robuſtò uſque ad extremam fuit ſenectutem, prælus ad ultimum vitæ diem, annos 88 natus operam attendit, equum ſine ephippiis ſolitus inſcendere. Appian. de Libyc. vel Punicis bellis p. m. 63. & ſeq.*

Interim tamen certum eſt, in florente ætate vel adoleſcentia à maximis Heroibus maximas res geſtas eſſe: ut etiam annotavit Comin. lib. 1. Hiſt. p. m. 63. Ita C. Cæſar, adoleſcens pæne, potius puer contra Antonium exercitium feliciter duxit, Cic. Phil. 3. c. 2. P. Scipio admodum adoleſcens Dux Belli contra Annibalem creatus res maximas geſſit, ideòque fatalis Dux hujus belli vocatur Livio *lib. 22. cap. 53. Viginti enim quatuor annos natus Imperator adverſus illum conſtitutus. Plut. in ejus vita c. 3. Ita Alexander M. poſt maxima facta anno 33. mortuus eſt. Juſtin. lib. 12. c. ult. & Cicero d. Phil. 5. c. 17. Hannibal novem annos natus militiæ nomen dedit, & 36. annos in ea confecit, integris 16. annis in Italia ſolùm Romanis bello formidoloſus. Livius lib. 21. cap. 32. & 37. Rex Sveciæ Guſtavus Adolphus maximus bellator anno ætatis 38. vitam finiit. Chemn. volum. 1. Belli Sveco-Germ. in fine. Ita etiam Carolus V. in juventute ſua res maximas geſſit.*

Alios hic ſtudio prætterimus, imprimis quia jam ſuprà *præced. parte 1. cap. 2. th. 5.* materiam hanc pertractavimus.

(5.) *Ut hoſti auctoritate, prudentia, fortitudine & fortuna proſpera ſit notus:* Quod requiſitum quàm neceſſarium & utile ſit, exemplo ſuo nobis demonſtrat *Camillus.* Cum enim hic in bello contra Volſcos Dux conſtitutus eſſet, in prælio cum iis habito illis nihil terribilius fuit, quàm ipſius fortè oblata ſpecies; ita quocunque ſe intuliſſet, victoriam ſecum haut dubiam trahebat, ut pluribus refert *Livius lib. 6. c. 8.* de quo *præced. c. 3. th. 2. expl. 1 n. 3. & ſeqq.* pluribus egimus.

Quod verò (6.) quidam requirunt, ut fortunam proſperam ſibi habeat aut faventem, *illud*, quia in hominis commercio & ſtudio propriè non conſiſtit, ſed à Deo ſolùm dependet, meritò omittimus, videantur tamen *præc. Parte 1. c. 9. th. 2. in expl. 1.* de felicitate Principis annotata.

II. De Duce belli jam ſatis dictum, nunc *de reliquis totius Exercitus Officiariis quædam dicenda.*

Vicarium Ducis quod attinet, ſciendum eſt, illum duplicis eſſe generis, unum, qui à ſupremo belli Duce & Ex

A. *ercitûs Domino ita conſtituitur,* ut illius nomine totum Exercitum dirigat, ejusque vicem gerat, qui in Imperii Actis publicis & Scriptoribus deß Kriegs-Herrn General oder obriſter Leutenant ſecundum ſequentia vocatur, *& hic in exercitu neminem ſuperiorem agnoſcit, idemque eſt* cum exercitus Duce alterius auſpiciis vel juſſu bellum gerente, *de quo præc. expl. 1.* egimus, *& in proprio ſignificatu,* ut jam diximus, deß Kriegs-Herrn oberſter Leutenant *ſecundum Imperatoris Maximiliani II.* Reuter-Beſtellung *Tit.* von Beſtellung deß Reuter-Rechts *Artic. 6. vel ejusdem General-*Leutenant *ſecundum Schvvend.* in dem *Diſcurs* von Beſtellung deß gantzen Krieges-Weſens *p. 24 vocatur.*

Alterum, de quo nos hic propriè agimus, qui tali exercitus Duci adjungitur vel ſubſtituitur, tanquam *ejus ſpecialis vicarius, ex quo inſignis utriusque differentia*
B. *apparet. Romanis Equitum Magiſter & ſecundum Schvvend. d. tr. Tit.* deß Feld-Herrn Leutenant/ deß Feld-Obriſten Leutenant/ *p. 75. communiter General-*Lieutenant *à Gallis petito vocabulo,* cum tamen titulus iſte ſaltem priori apud illos competat, *nominatur.*

Supremus rei Armamentariæ vel Tormentariæ Præfectus, der *General-*Feld-Zeugmeiſter *propriè totius exercitus Officiarius non eſt*, ſed peculiare quoddam corpus militare ex rei armamentariæ addictis officiariis & hominibus conſtans ſibi ſolùm ſubjectum habet, ut etiam *Schvvendius ſeq. p. 84* indicat.

Pertinent verò ad illius imperium ejus vicarius, der Stück oberſter Leutenant/ *Præfecti & ſubpræfecti,* die Stück-Capitains und Leutenants / *Signiferi & illorum vicarii,* Stück-Fenriche und Stück-Junckern/ *& reliqui rei tormentariæ officiales. Item præfecti machinarum fulminarium, baliſtarii, pyrotechnici, jacula-*
C. *tores, fabri ferrarii, lignarii & reliqui ſeq. th. 8. relati, porro architecti,* quos barbarè Ingenieurs *ab ingeniis,* quibus maximè ſuam operam præſtant, & inde *hodiè Latinè Ingeniarios, (rectiùs verò Machinatores)* vocant *Lipſ. l. 1. de Machinis Dial. 3. eodem modo, quo Portugalli ingenia vocant molas Saccbari teſte Barlæo in Hiſtor. Braſil. ad ann. 1638 p. m. 121.*

Neceſſe eſt verò, ut ſupremus ille Præfectus præter perfectam rei bellicæ, imprimis autem pedeſtris militiæ ſcientiam, Architectonicæ, Mathematices, artis fuſoriæ, & ſimilium benè gnarus ſit, de quo vide latè agentem *Fronsberg.* in dem Kriegs-Buch/ *Parte 1. lib. 4. & Schvvendium in d. Diſc. p. 84. & ſeqq.*

Supremus vigiliarum vel excubiarum præfectus, der *General-*Wachtmeiſter/ *Gallis General Majeur, totius exercitus quoque officialis non eſt*, ſed quælibet ala, uti etiam peditatus tales præfectos habet, *quorum officium*
D. *eſt*, ut quilibet in ſua ala, uti etiam peditatu excubias & vigilias *per ſubpræfectos ſuos*, die General-*Adjutanten Gallis Aide du Champ* (quos fortè Latinè etiam ejus Adjutores dixeris) diſponat, & per eosdem *militarem teſſeram* à Belli Duce vel Campimareſchallo acceptam ſuis vigiliarum ſuperioribus & aliis præfectis reddat & diſtribuat. *Ac aciem*, ſi occaſio id ferat, inter ſuos ordinet, atque milites emiſſarios ac antecurſores, vel etiam protectores pabulatorum & ſimiles extra vel ſecundum ordinem emittendos demandet.

Supremus Caſtrorum Metator vel Caſtrorum Præfectus ſecundum Rei Militaris Scriptores, & in ſpecie Veget. l. 2. c. 10. cujus, ſecundum eundem, *munus olim fuit,* non ſolùm caſtra ponere, vallum & foſſas deſtinare, tabernacula vel caſas militum curare, ægrorum & Medicorum curam habere, & ſimilia procurare, *ſed etiam* tormentorum, baliſtarum & cæterorum militarium inſtrumentorum inſpectionem habere, uti latiùs ex illo pateſcit.

Hodiè

A. *Hodiè præcipua illius cura poſita eſt in caſtris ritè locandis & firmandis, & diverſoriis pro ſummis belli Officiariis eorumque familiis pro cujusque Statu & indigentia, quantum fieri poteſt, etiam in profectione & ſtatione ac hibernis, juſtâ proportione aſſignandis. Qua de cauſa ipſi cognitio Architecturæ admodùm neceſſaria eſt. Ei parent ejus vicarius & reliqui metatores totius Exercitus.*

Supremus Commiſſarius occupatus quondam fuit in luſtratione Exercitûs vel copiarum novarum, ſtipendiorum ſolutione, armorum, pulveris pyrii, & reliqui apparatus bellici, item commeatus & pecuniæ procuratione, ſed hodie officium ejus apud nonnullos reſtrictius eſt, ærarii bellici curâ ad ſingularem præfectum mox relatum vel peculiariter vel cumulativè ſpectante.

Supremi ærarii Caſtrenſis Præfecti munus eſt, pecunias militares traditas benè aſſervare, & in deſtinatos uſus fideliter erogare, vocatur Germanicè General-Kriegs-Zahl-Meiſter oder Pfenning-Meiſter / de quo vide B. *Fronspergeris P.1.* deß Kriegs-Buchs / *l.3.f.48.*

Supremus annonæ & rei frumentariæ Præfectus, General-Proviant-Meiſter / *occupatus eſt* circa annonam & frumentum in tempore procurandam, aſſervandam & parcè diſtribuendam, *ſub ſe habet vicarium & reliquos annonæ Præfectos. Hic ſecundum priora tempora præcedentiam pro Prætore militiæ habuit,* ut apud *Schvvendium d.l.pag.90.legitur. Sed hoc ſæculo apud pleraſque nationes hic illi præfertur.*

Supremus Juſtitiæ Præfectus vel militiæ Prætor aut quæſitor curam gerit, ut Juſtitia & diſciplina bellica ſeverè & ſtrictè obſervetur, adeòque delicta legitimo modo coërceantur ac puniantur, Germanicè der General-*Auditeur*, oder General-Kriegs-Schultz / *ſub ſe quoque habet Vice-Præfectum & reliquos Prætores, nec non Juſtitiæ miniſtros & executores.* C.

Supremus Juſtitiæ executor, der General-Gewaltiger / *qui captivorum & delinquentium cuſtodiam diſponit, commerciorum militarium & caſtrenſium & ſecuritatis publicæ uti & honeſtatis curam gerit, pœnarum militarium executionem dirigit, tumultus, ſeditiones & rixas ſedat, & ſimilia peragit. Ei parent ejus vicarius & reliqui Commentarienſes,* die Profoſe.

Summus curruum Præfectus, der General-Wagen-Meiſter / *ordinat currus,* ut illi non tantùm juxta ordinem & prærogativam Dominorum & Legionum, ad quos & quas pertinent, vehantur, *ſed etiam* tumultu aliquo orto in illo ordine ſe contineant, *& ſi prælium aliquod inſtat,* illos à tergo aciei vel eo in loco, qui ipſi à belli Duce præſcribitur, ſecundum ordinem diſponit, *curam inſuper pontium & tranſituum, ubi currus transvehi debent,* habet. *Ipſi parent* ejus vicarius & omnes reliqui curruum præfecti. D

Quibus addendum, præterito tempore etiam illius officii fuiſſe, carragini formandæ præeſſe, & currus ſecundum ordinem diſponere, ut *Schvvendius in d.tr.p.88. & ſeq.* demonſtrat.

Quibus in Evangelicorum exercitibus & expeditionibus annumeratur Supremus Eccleſiaſtes, der obriſte Feld-Prediger oder Kriegs-*Superintendens.*

Ad totum exercitum olim quoque pertinuerunt Conquiſitores, Cenſores, Luſtratores, die Muſter-Herren / *Ciceroni Diribitores dicti.*

Hodie hoc utrumque munus à Generali Commiſſario & partim Ærarii Præfecto ſimul perficitur.

Item der Brand-Meiſter / de quo legi poteſt *Schvvend. d. l. pag. 53. & Fronsperger d. P. 1.* deß Kriegs-Buches / *lib. 3. pag. 56.* breviter verò notandum officium ejus requiſiviſſe, ut à belli Duce in hoſticum miſſus lytrum pro redimendis ab incendio urbibus, pagis & aliis locis extorqueat, eoque negato, incendio illa vaſtet.

A. Der Rumor-Meiſter / qui viarum & incolarum ſecuritati conſulit, & milites vagabundos ac ſpoliatores coercet. *Schvvend.p.83.*

Præteritis etiam ſeculis in hac claſſe comprehenſus fuit Heraldus, qui Ducis mandata publicavit & ad hoſtes detulit, ut legitur apud Fronsperg.d.l.3.p.50.

TH. VII.

Officiarii reſpectu partis exercitus ſunt vel in majori vel minori ejus parte.

TH. IIX.

In majore parte ſunt triplices (1.) *in militia & toto regimine equeſtri.* Magiſter Equitum, qui hodie eſt der General über die Cavallerey / & ejus Vicarius vel Legatus, der General-Lieutenant zu Pferde. Præfectus vigiliarum ſummus, der General-Wacht-Meiſter oder Major & ejus Vicarius der General-Adjutant, qui fortè Latinè Adjutor ex *Liv. lib.3. cap.41.* & alibi dici poteſt. Tribunus Equitum Obriſter zu Pferde / & ejus vicarius vel Protribunus der obriſter Lieutenant. Præfectus vigilum major, der obriſte Wacht-Meiſter oder Major. Metator equeſtris Regiments-Quartiermeiſter. Prætor equeſtris Regiments-Schultze. Concionator Legionis Regiments-Prieſter. Præfecti vigilum majoris vicarius Regiments-Adjutant. Commentarienſis Legionis Regiments-Provoſt. Præfectus quadrigarum Regiments-Wagen-Meiſter. B. C.

(2.) *In militia & toto Regimine pedeſtri.* Præfectus peditum ſupremus der General über die Infanterey / ejus Vicarius der General-Lieutenant zu Fuß. Præfectus vigilum ſupremus, General-Major oder Wacht-Meiſter / & ejus Vicarius der General-Adjutant. *Tribunus Peditum, qui olim referente* Fronsperg im Kriegs-Buch *P.1.l.2.f.m.20.* der Cardinal *dictus, hodie Gallis, Anglis & aliis Colonellus,* illius Protribunus vel Legatus obriſter Leutenant. Præfectus excubiarum major, aliis Legionis inſtructor obriſter Wachtmeiſter. Metator pedeſtris & ſic porro, ut in Regimine equeſtri, & tandem Præfectus annonæ der Proviant-Meiſter. D

(3.) *In re armamentaria præter illos, quos præc. theſi nominavimus,* Præfectus Aggeribus ſtruendis. Præfecti jumentorum der Stallmeiſter. Præfecti diverſoriorum ſive Metatores, die Quartirmeiſter / Stratores viarum & ſimiles.

TH. IX.

Minori in parte, & quidem (1.) *Cohorte vel Centuriâ Equeſtri,* Præfecti turmarum vel equitum, die Rittmeiſter / illorum Vicarii, Legati vel Optiones, die Leutenante / qui etiam Subcenturiones dicti, Vexillarius & ejus Vicarius, der Cornet und Fahnen-Juncker. Metator, der Quartir-Meiſter: Decurio, Corporal: Faber Turmæ, der Fahnen-

Schmied: Et Commentarienſis, der Profos. (2.) *in Centuria pedeſtri*, Centurio, der Hauptmann oder Capitain / ejus Vicarius, Subcenturio, Legatus vel Optio: Signifer vel Draconarius & ejus Vicarius, Concionator, Ordinum Structor, Tergiductor & Coactor, der Feldwebel: vel potius der Feldwebel: Metator, vel diverſoriorum conſignator, Furier / Ordinum ductor, Führer / Decurio, Marcellino Concorporalis, lib. 28 à quo fortè hodiernum, Corporal / & Commentarienſis, der Profos. Cæteros in explicatione tangemus.

Explic.

Apud Romanos Præfecto Turmæ (de cujus etymo paulò pôſt) *& Centurioni liberum erat adſciſcere ſibi adjutores, quo eo melius officio ſuo præeſſe poſſent, ii verò ab antiquioribus accenſi, ita dicti, quod ad neceſſarias res ſæpius accirentur, teſte Nonio de Propriet. Sermon. c. 1. n. 289. poſteà Optiones dicti ſunt, de quibus ita Feſtus de V. S. Optio qui nunc dicitur, anteà appellabatur accenſus: Is adjutor dabatur Centurioni a Tribuno militum, ut quem vellet, eligeret, unde nomen ſortitus eſt.*

Vegetius autem hac in re diſſentit, Optiones nominans, qui antecedentibus ægritudine impeditis, tanquam adoptati eorum atque vicarii ſolent univerſa curare, lib. 2. cap. 7. Conſentientem ſibi habens Modeſtum de Vocab. rei milit. & pro hac opinione pugnat Stevvechius ad Veget. d. l. demonſtrans etiam in jure optionem ita ſumi, uti in L. 4. ff. de bon. damnat. & L. ult. ff. de Jure Immun. Paulò aliter Varro lib. 4. de L. L. num. 16. ubi ait: *Turma quaſi terna eſt, quod terdeni equites ex tribus Tribubus Tatienſium, Ramnium & Lucerum fiebant. Itaque primi ſingularum decuriarum decuriones dicti, qui ab eo in ſingulis turmis etiam nunc ſunt terni, quos hi primò adminiſtros ipſi ſibi adoptabant, optiones vocari cœpti, quos nunc propter ambitionem Tribuni faciunt. Vocati etiam Subcenturiones à Livio l. 8 c. 8.*

Addendum inſuper eſt, poſtremis etiam temporibus apud Romanos vocabulum Optio pro adminiſtro vel inſpectore eſſe uſurpatum: Sic enim inter alia legitur *Optio Fabricæ, in d. L. ult. ff. de jure immunit. Vide Schild. ad Sueton. in Ottone c. 6. Quibus addendum apud Capitolin. in Vita Anton. Philoſophi c. 6. occurrere etiam Sevirum Turmarum, quæ autem dignitas illa propriè fuerit, nondum reperivimus, niſi quod Turnebus l. 11. Adverſar. c. 9. illam à ſex antiquis Romanorum turmis derivet, & qui illis præfuerunt, ita dictos fuiſſe aſſerat.*

Et tandem memorandum Maximilianum I. Imperatorem ex conſilio Fruudsbergeri ſui belli Ducis militiam in Germania primo in certos ordines, puta regimina, & Centurias vel Præfecturas, atque reliquas hodiè uſurpabiles partes, item in certos Officiales etiam hodiè notos diſtribuiſſe, ut latè recenſet Fuggerus & Birekenius in Hiſtor. Auſtr. lib. 6. c. 20. p. m. 1373.

TH. X.

Hactenus quoque militum diſtinctio: Sequitur illorum munus & ex jurejurando debitum Officium, quod conſiſtit (1.) in Obedientia Duci & Præfectis præſtandâ. (2.) In ſtricta Obſervantia Legum, tàm communium, Divinarum ſcilicet, Naturæ & Gentium, quàm

A. in ſpecie bellicarum, uti & mandatorum. (3.) In fideli operæ militaris præſtatione, hoſtis invaſione & ſignorum adhæſione, ſequelâ & defenſione.

Explic.

De hoc militum munere præced. th. 4. in explic. & ſeq. cap. 7. th. 12. & ſubjectis explicationibus & cap. 9. th. 4. explic. 1. & 2. ac th. 8. in explicationibus ex profeſſo egimus.

CAPUT V.

DE EXERCITUS DISTRIBUTIONE
B. IN ORDINES, ET EJUS CONNEXIS: NEC NON DE BELLI OBJECTO, NEMPE HOSTE.

SUMMARIA.

Th. I. Ratio Connexionis: Et quæ circa exercitum conſideranda.
Th. II. Distributio Exercitus.
Expl. Exercitus etiam claſſis dictus.
Th. III. Partes exercitûs majores antiquæ & hodiernæ militiæ.
Expl. I. Differentia Legionum & auxiliorum potiſſima, cum utriusque etymo.
Explic. II. De univerſo exercitu ſeq. traduntur monita: Ne ſit nimius numero. Ne nimium ornatus. Ut de annona & ſanitate, nec
C. *non ſtipendiis ac armis ei ſatis proſpiciatur.*
Th. IV. Partes exercitus mediæ & minores in antiqua & hodierna militia.
Expl. I. Legio unde dicatur. Quædam ex antiquitate circa illam notata.
Numerus illius antiquus ſæpè variatus pro Statu Reipubl. & neceſſitatis.
Diſtributio illius in maximo numero exacta demonſtratur.
Species gregariorum militum apud Romanos recenſita: Ubi ſimul memoratur, Romanos denominationes illorum ſæpè mutaſſe, & cunctorum Etymon refertur, cum animadverſione iterata, nomina illa poſteà mutata vel omiſſa fuiſſe.
Alæ unde dictæ & quotuplices.
Explic. II. Cohortis, manipuli, (ubi de eo quædam
D. *dam ſingularia) Σπεῖραι. Σημαῖαι. Numeri, Decuriæ, Contubernalis, Turmæ etymon.*
Drungus quid.
Hodiernarum Legionum diſtributio.
Ubi de numero unius atque alterius partis Legionalis.
Th. V. Connexa Exercitus quæ, & illorum diſtinctio.
Th. VI. Digniora quæ.
Expl. I. Medicorum & Chirurgorum neceſſitas in bello demonſtratur.
Expl. II. Quædam de Mercatoribus in exercitu neceſſariis.
Explic. III. De artificibus & opificibus neceſſariis.
Expl. IV. De Tubicinibus, Cornicinibus & ſimilibus remiſſivè.
Th. VII. Minùs digna quæ.

Expl.

Expl.I. Fœminas in bello noxias, prohibitas & ab illo removendas eſſe, demonſtratur per rationes, & ad contraria reſpondetur.

Expl.II. Calones qui fuerint & cacula.

Lixa qui fuerint, latè diſquiritur.

Iidem galearii dicti.

Semilixa. Paraſita. Scurra.

Expl.III. Quadam de canibus ſimul in bellum deductis referuntur.

TH. IIX. Hoſtis tanquam objectum belli conſideratur.

Explic. I. Circa hoſtem ſequentia monita obſervanda.

Ille non eſt contemnendus.

Ubi exemplis vindicta talis contemtus oſtenſa.

Ille non minùs juſtè, quàm fortiter vincendus.

Ubi de impio venens uſu à quibusdam in hoſtes adhibito.

Et laude Romanorum & aliorum illum reſpuentium.

Illi fides data ſanctè ſervanda.

Adverſus pauperem ac contra opulentum non niſi ex neceſſitate belligerandum.

Bellum in prima invaſione adverſus illum ſtrenuè gerendum, ac caput provinciæ petendum.

Ille, ſi formidoloſus viribus ſit, ad distractionem exercitus per diviſionem belli adigendus.

Idem bellum deprecatus, invadendus non eſt.

Plures hoſtes ſimul non ſunt quærendi.

Hoſtis exercitatus, ferox & formidoloſus morâ & tædio frangendus.

Dictum de Gallorum primo impetu egregium.

Iisdem nationibus licet imbellibus bellum ſæpè non inferendum.

Quomodo hoſti inter ſe diſſidenti bellum inferendum.

Vicinus hoſtis potens longâ pace frangendus.

Remotus hoſtis bello temerè non petendus.

Hoſti jam ab aliis fracto illo tempore bellum inferendum non eſt.

In invaſione hoſtili innocentibus, puta infantibus, pueris, fœminis, agricolis, Clericis, Studioſis parcendum.

Hoſtis ad deſperationem non eſt adigendus.

Plura remiſſivè.

Expl.II. Utrum hoſtis in ſuo territorio quærendus, an verò domi exſpectandus ſit?

TH. I.

Hactenus milites ſeparatim conſiderati: Collectim conſiderantur in Exercitu, cujus conſideranda diſtributio & connexa.

TH. II.

Diſtribuitur Exercitus totus in partes majores, medias & minores.

Explic.

Exercitus, ut ex Varrone lib. 4. de L.L. num. 16. Ulpiano in l. 1. ff. de Teſtam. milit. Cicer. 2. Tuſcul. quæſt. 15. Veget. lib. 2. cap. 1. & aliis notum, ab exercitio vel exercitatione nomen trahens, an-

A. tiquis, ſi pedeſtris fuit, etiam claſſis dictus, ut tradit Feſtus ſub verbo claſſes clypeata & claſſis procincta, & uſurpatur à Livio lib. 4. cap. 34. cujus ignorantia decepit magnum quendam virum, qui locum hunc de navali prælio accepit, & ideo Livium carpſit, quod ſitum Fidenarum ignoraſſet, cum urbs illa non maritima eſſet, quod etiam ex Fabio Pictore clarè demonſtrat Gellius l. 10. c. 15.

TH. III.

Partes ejus majores olim fuerunt totus Peditatus, conſtans ex Legionibus ac auxiliis, & Equitatus conſtans ex alis Equitum & Legionariis auxiliaribusque Equitibus: Hodiè conſtat ex tribus principalibus partibus, Peditatu, Equitatu, & re armamentaria.
B.

Explic.

I. Legionum & auxiliorum inter alias illa fuit differentia, quod illa ex milite Romano lecto benè exercitato, ordinato, armato, inter ſe cognito, gravi & levi armaturâ inſtructo conſtiterint, diſciplinæ bellicæ addictæ ac aſſvetæ, juſtoque Equitum numero firmatæ fuerint: contra auxilia à ſociis vel gentibus fœderatis miſſa ex externo milite conſtiterint, neque benè armata, neque benè exercitata, neque diſciplinæ aſſveta, neque inter ſe ſatis cognita, neque per ſe ſatis firma fuerint. Vegetius lib. 2. cap. 2. & Modeſtus de Vocabulis rei milit. Vocantur hinc illa à legendo, ut ſeq. th. 4. explic. 1. dicetur, hæc verò, teſte
C. Varrone lib. 4. de Lat. Ling. d. num. 16. ab auctu, cum acceſſerint, qui adjumento eſſent, alienigenæ. Idque circa patriam primitùs ita obtinuit, poſtmodùm verò aliter ſe rem habuiſſe patet ex Veget. d. lib. 2. cap. 3. ita ſcribente: Magnus in Legionibus labor eſt militandi, graviora arma, ſera munera, ſeverior diſciplina. Quod vitantes plerique in auxiliis feſtinant militia ſacramenta percipere, ubi & minor ſudor & maturiora ſunt præmia. Plura vide de differentiis inter illa apud Vegetium dicto libro ſecundo, capite ſecundo, & ibidem Stevvech.

Duas verò ſaltem majores partes antiquæ militiæ terreſtris, Peditatum ſcilicet & Equitatum ideò fecimus, quia licet ex doctrina Vegetii d. lib. 2. cap. 25. ſingulæ centuriæ ſingulos carrobaliſtas mulis tractas & in ſingula cohorte ſingulum Onagrum duo-
D. bus bobus portatum Romani habuerint, attamen inſtrumenta illa bellica ſingularem exercitus partem, qualem hodiè machinæ noſtræ conficiunt, non conſtituerunt.

Quæ Peditatum, Equitatum & rem armamentariam noſtrorum temporum attinent, de illis in præcedentibus, ſcilicet cap. 2. th. 5. expl. 5. ac cap. 4. th. 2. explic. 4. & ſequentibus paſſim abundè dictum eſt, adeòque hîc repetenda non fuêre.

II. De univerſo exercitu ſequentia obſervanda ſunt monita:

(1.) Nimius exercitus propriâ ſuâ mole potiùs, quàm hoſtium virtute conſumitur. Talis enim torrenti, quàm flumini ſimilior eſt, quia citò diffluit, non durat: Periculoſum eſt inſuper prægrave imperium, difficile eſt continere, quod capere non poſſis, & navigia modum excedentia regi nequeunt, ut in ſimili loquitur Darii ille Legatus apud Curt. lib. 4. c. 11. Tradit hinc autor Panegyr. Conſtantino Auguſto dicti, c. 5. Alexandrum

M. nunquam majores 40000. copias duxiſſe, inhabile regenti ratum, quidquid excederet, & turbam potius quàm exercitum.

Ita Pompejo in pugna cum Cæſare commiſſo nulla res magis exitio fuit, quàm ipſa exercitus magnitudo, Flor. l.4.c.2.

Congeſſit omnia Exercitus magni incommoda Vegetius lib.3.c.1. his verbis: *Evidenter apparet, nimium copioſos exercitus magis propriâ multitudine, quàm hoſtium virtute depreſſos. Nam pluribus caſibus ſubjacet amplior multitudo: in itineribus pro more ſuo ſemper eſt tardior: In longiori autem agmine, etiam à paucis ſupervenientibus aſſolet pati. In locis autem aſperis vel fluminibus tranſeundis propter impedimentorum moras ſæpè decipitur. Præterea ingenti labore numeroſis animalibus equiſque pabula colliguntur. Rei quoque frumentaria difficultas, quæ in omni expeditione vitanda eſt, citò majores fatigat exercitus.*

Ut etiam res ipſa & experientia loquitur, *ſiquidem* illa ipſa de cauſa Turcas tàm ſerò expeditionem in Hungariam & alia Europæ loca hactenus ſuſcepiſſe *Soranz. in Ottomanno P.1.c.34.* tradit. *Et benè omnia illa incommoda expreſſit Alexander Parmenſis apud Stradam Dec.2.l.6.p.m.342.* his verbis: *Non ſemper ingentes belli copiæ expetendæ: non magis quàm ingentia corpora magnis plerumque morbis obnoxia, cariùs ali ſolita, motuque tardiora & excipiendo vulneri latiùs porrecta.*

Cæterùm de ſimilibus incommodis Imperii Romani in magnitudinem excreti egregiè diſſerit Mecenas in Orat. ſuâ ad Auguſtum apud Dion. l.52.f.m.475. & Rupert. ad Flor. l.4.c.22.

Exempla numeroſorum Exercituum ſeq. cap. 10. th.3. in expl. & lib.3.c.4.th.4.expl.2. retulimus, ubi legi poſſunt.

Quibus hic addendus eſt ille Nini, qui in expeditione adverſus Bactrianos habuit 1700000. peditum, 210000. equitum & ſupra 10000. curruum ſecundum relationem *Diod. Siculi l.2.c.5. de cujus tamen fide ambigit Rupert. in Hiſtor. Univerſ. c.3. poſt pr. Et Semiramidis,* quæ in expeditione Indica habuit ter decies centena peditum & quingenta millia equitum, currus verò centum mille ſecundum *Eund. ſeq. cap. 17. circa quem tamen eruditi valde etiam dubitant.*

(2.) *Nimius in exercitu ornatus uti laudem non meretur, neque ſatis tutus eſt; ita contra ſplendor armorum plurimum terroris hoſti importat.*

Prius ideo vitandum, quia nimius ille ornatus & mollem & muliebrem animum loquitur, & hoſtem ob prædæ cupiditatem quaſi ad victoriam capeſſendam invitat, ut *præc. c.2.th.3.expl.2.n.2.* diximus.

Quod probè animadvertit Alexander M. ſuos ita hortatus, *Spernant illam Darii aciem auro & argento fulgentem, in qua plus præda quàm periculi ſit, cum victoria non armorum decore, ſed ferri virtute quæratur. Juſtin. lib. 11. c. 13. Ita cum Antigonus Legatos Gallorum hoſtium* ſub ſpecie pacis ineundæ venientes regali munificentia ingenti apparatu epularum invitaret, *illi* expoſitum grande auri argentique pondus admirantes atque prædæ ubertate ſollicitati infeſtiores, quà venerant, reverſi ſunt: *ignarusque fuit, quod quibus oſtentatione virium metum ſe injicere exiſtimabat, eorum animos ut ad optimam prædam ſollicitaſſet, Idem lib.25.c.1. Similiter cum Angelus Alexius Comnenus Imper. Conſtantinopolitanus Amerigi (qui fuit filius Friderici I. Imper. & nobis Henricus dictus) Alemannorum, tanquam hoſtium Regis Legatus* ad admirationem iis injiciendam precioſiſſima veſte indutus ſe ſiſteret, illi non obſtupuerunt, ſed ſplendore illo magis accenſi ſunt, ut inde quàm primùm pugnandi occaſionem optarent, & Romanis reſponderent, nunc tempus inſtare, ut muliebribus ornamentis ſepoſitis aurum ferro commutent, *ſecundum Chomat. de Ejus Imperio l.1. ante fin.*

A. *Poſterius verò ideo, quia* nemo credit militem bellicoſum, cujus diſſimulatione, ſitu & rubigine arma fœdantur, *Veget. l.2.c.14.*

(3.) *Maximè providendum, ne detrimentum capiat annona & ſanitas militum, de quo jam ſupra c.2.th.5.explic.2. diximus, & partim ſeq. cap.6. th.17. expl.2. acturi ſumus.*

TH. IV.

Partes mediæ apud Romanos fuerunt in peditatu Legiones & cohortes, in equitatu verò Alæ ſive Cornua. Minores in utroque ordines, numeri, centuria, turma & ſimiles:

In hodierno verò exercitu ſunt Legiones ſive regimina integra, & dimedia, centuriæ, turmæ, decuriæ.

B. *Explic.*

I. QUia Legio ab eligendo vel legendo, quod digni & corpore pollentes in Legiones eligebantur, (vel quod vir virum primò legeret, ut conjici poteſt *ex Livio lib.10.c.38.*) dicta, *Nonius ex Varrone c.1. de Propriet. Serm. n.279. Veget. l.2.c.1. & Modeſt. de Vocab. Rei Militaris in pr.* apud Romanos non ſemper ex pari militum numero conſtitit, nec ſemper eundem militum ordinem retinuit, adeòque ſæpè à priſca ejus forma receſſum eſt; ut eruditè demonſtrat *Salmaſ. de Re Militari Romanorum c.1. & ſeqq. ideò quædam* ad acquirendam antiquitatis notitiam huc facientia, quantum erui potuit, de illa annotabimus.

Sciendum itaque eſt (1.) Legionem primis temporibus ex inſtituto Romuli fuiſſe 3000. peditum, & 300. equitum, teſte *Plut. in ejus vita c.18. cui numero procul dubio* C. *occaſionem dedit primus conditæ Urbis civium numerus, quos Halicarn. lib.2.c.16. non plures, quàm ter mille pedites & pauciores trecentis equitibus fuiſſe, ſcribit. Ratione peditum etiam Varro conſentit de Lingv. Lat. lib.4.d. n.16.*

Poſteà ſub libera Republ. & auctis Romæ tribubus, auctæ quoque ſunt Legiones, ut *ordinariè 4000. pedites, & 200. equites* ſub ſe continerent, eæque *Livio l.28. c.2. juſtæ vocantur, majori verò neceſſitate exurgente uſque ad 5000. pedites & 300. equites augerentur,* teſte *Polyb. lib.3.c.107.* Scribit tamen *Livius* ex veteri inſtituto quina millia & ducenos equites (cum Lipſio potiùs legendum cenſemus pedites *lib 2. de milit. Roman. Dial.5.*) in ſingulas Legiones data eſſe, *lib. 42. cap. 31.* quod etiam aſſerit *Appian. lib.1. de Bello Civili.*

Tandem quoque ſub eadem Legiones in pedites 6000. *& trecentos equites auctæ,* neceſſitate id ſvadente, teſte D. *Livio d. cap.31.* lege etiam *Appian. lib.5.p.m.1075.* quod ratione peditum etiam refert *Veget. lib.2.c.2. Gell. Noct. Attic. 16. cap.4. & alii: & his quandoque ducenti pedites additi, teſte Livio lib.29.c.24. Sicuti & Mario adſcribitur auctio Legionum in hos 6200. milites, ut Badius ad Saluſt. in Bello Jugurth. c.46. ex Feſto ſub verbis Sex millium annotavit, ſed id rectè diſplicet Lipſ. lib.2. de Milit. Romana Dial.5 & Savilio de Mil. Rom. poſt pr. quoniam jam Scipio Junior apud Livium d. cap.24. ita illas auxit. Sub Imperatoribus verò poſterioribus* (ſub Valentiniano enim, & quidem altero vel ſecundo, ut putat Stewechius in not. ad illum, vixit, & libros ſuos ſcripſit *Vegetius,* ut ex Prologo ejus conſtat) *Legio plena ex* 6100. *peditibus & 726 equitibus conſtitit,* ut exactus Romanæ militiæ Doctor *Veget. lib.2.c.6.* oſtendit.

Poſito hoc notandum (2.) Legionem hujus numeri ita distributam fuiſſe, ut haberet decem cohortes peditum & 22. *turmas,* ut mox dicetur. *Ex his cohortibus* quidem prima conſtitit ex 1105. peditibus, *teſte Vegetio lib. 2. cap. 6.* &, qui ante illum ſcripſit, *Modeſto*

deſto de Vocabulis rei milit. circa pr. numerum mille gregariis, quinque ordinariis, à quibus (utpote primorum Ordinum Ductoribus referente *Modeſto de Vocab. Rei Militaris & Veget. l. 2. c. 7.* ubi addit illis ab Auguſto & Veſpaſiano poſtea quoſdam additos & ideo *Auguſtales ac Flavianos* dictos fuiſſe,) illi omnes regebantur, teſte eodem *Veget. d. l. 2. c. 8.* ubi illorum nomina officiũ memorat, *nec non centum Decanis : cum enim* ſinguli deni milites ſuum Decanum, teſte *Veget. d. l.* habuerint, centum omninò gregariis mille præfuiſſe liquet : *ne verò quis objicere poſſit, ſub contubernii vel decem militum numero Decanum includi, Vegetius ipſemet d. lib. 2. cap. 25. ita ſe explicat, ut, incluſo ſcilicet decano, undecim ſingulis contuberniis attribuat : & prima turma 132. equitibus loricatis*, quæ caput Legionis & aciei aut pugnæ initium fuit, *at reliqua ſingula novem conſtituerunt 555. peditibus, ita ut* una quæque ſub ſe contineret 500. *gregarios* milites, ſicuti etiam ideò cohors quingentaria appellatur Modeſto d. l. & Veget. d. c. 6. 50. *decuriones & 5. Centuriones : ac ſingula turma 66. equitibus.*

Ubi ulteriùs obſervandum, ſub tali Legione fuiſſe 55. centurias, quarum quæque 100. gregarios & decem decanos ſub ſe continuit, uti ex præcedentibus patet, & juxta veteres membranas à Stevvechio optimè correctus numerum hunc, 110. militum, expreſsè ponit *Veget. d. lib. 2. cap.* 14 & has centurias à totidem centurionibus fuiſſe gubernatas, uti *idem c. 6.* demonſtrat. *Quod ſi ergò* juxta numerum centurionum, qui 55. fuerunt, & numerum centuriarum eundem, ſinguli enim centuriones ſingulas curarunt centurias, calculus ducatur, *habebimus* numerum quinquaginta quinque centuriarum, ſive 5500. militum, & additis iſtis 55. centurionibus numerum 5555 quibus ſi addantur 550. Decani, *numerus ſe offeret 6105. militum, adeòque quinque ſuperflui erunt : Hoc ut evitaret Savilius de Milit. Rom. circa princ. ſaltem 50. numerat centuriones : Et quidem rectè. Licet enim* hoc faciat contra expreſſa verba *Veget. d. c. 6. in f.* & rationem computandi vel proportionis ipſius : Quia ſicut 55. centuriæ efficiunt 5500. gregarios & proportione ad decimam partem habitâ illis addendi ſunt 550. Decani ex natura vocabuli & doctrina *Veget. d. l. c. 8.* Ita etiam proportione ad centeſimam partem gregariorum habitâ neceſſariò ſequitur, ſub tali Legione 55. centuriones exiſtere debere : cum ſicut ſe habet Decanus proportione decimæ partis ad gregarium, ita quoque Centurio ad Centuriam in proportione centeſimæ partis æſtimandus ſit. *Attamen eidem, licet nullam ejus rationem reddenti, omninò aſſentiendum, Vegetio verò error hac in re adſcribendus, atque ita ex ipſo Vegetio d. c. 6. & 8. ſtatuendum eſt; in qualibet quidem Legione fuiſſe decem cohortes, & illas confeciſſe 55. centurias, & quidem* 5500. *milites gregarios, ac 550. decanos, qui ſimul conficiunt ſummam 6050. militum, centurionibus demtis, decem verò illas cohortes non pro numero centuriarum totidem habuiſſe centuriones, id eſt, quinquaginta quinque, ut Veger. d. c. 8. in f. exprimit, ſed ſaltem quinquaginta, ut ex eodem ibidem in pr. ita deduci poteſt. In prima enim cohorte fuére ſaltem quinque Officiales, ſive ordinarii*, qui ſcilicet primos ordines ducunt, ut ipſemet *Veget. ſeq. cap. 7. & 8. refert, centurionum vices ſuſtinentes, & ſub ſe habuére mille gregarios ac centum Decanos atque adeò* 1100. *milites, ita, ut primus Officialis juxta illum Centurio primi pili* dictus quatuor centurias ſive 400. gregarios : *Secundus primus haſtatus* appellatus duas centurias ſive ducentos : *Tertius Princeps primæ cohortis* nuncupatus centuriam ſemis ſive centum quinquaginta : *Quartus ſecundus haſtatus* vocatus, itidem centuriam ſemis : & tandem *Quintus Triarius prior dictus* Centuriam unam, *& ita hi quinque Ordinarii vocati, decẽ illas centurias primæ cohortis rexerunt, ut idẽ diſertis verbis ibi refert. Si ergo his quinq; reliqui cen-*

A. *turiones, qui* ſecundum reliquarum centuriarum numerum *quadraginta quinque ſaltem conficiunt, addantur, liquidò conſtat ſaltem 50. ſub Legione fuiſſe centuriones, adeòque Vegetium in computatione centurionum & centuriarum erraſſe. Et ſi dicto militum tàm gregariorum, quàm decanorum numero 6050. militum addamus 50. illos centuriones, habemus numerum Legionis plenum nimirùm 6100. peditum, prout illum Vegetius ipſe d. cap. 6. circa f. tradit.*

Negandum tamen non eſt Modeſtum de Vocab. rei milit. ſub Legione numerare 6105. milites, quo ita ſe habente, ſequitur etiam primam cohortem habuiſſe decem centuriones, ut etiam idem innuit, ſed, ut verum fateamur, ſi illius deſcriptio accuratè inſpicitur, etiam ſaltem quinque illos ordinarios recenſet, *adeòque* in computando ſimiliter errorem committit.

Quoad Equites ſciendum eſt, 726. illorum fuiſſe in 22.
B. *turmas* (quarum quælibet 32. equites & unum Decurionem, licet impropriè ſic dictum, ſub ſe, teſte *Veget. d. c. 14. in pr.* continuit) *diſtributos, & prima quidem cohorti, utpotè cæteris duplo majori quatuor tales turmas cum quatuor decurionibus, ſive 132. milites, reliquis verò ſaltem duas ſive 66. milites fuiſſe attributas, uti ex computatione Veget. d. c 6. clarè apparet.*

Sed de his paulò aliter Salmaſius de Re Militari Romanor. d. c. 1. & ſeqq. idcòque; ſi noſtra diſpliceant, ad illum recurri poteſt, quia in hac tàm obſcura & ſæpe immutata, ac à Romanis Scriptoribus ipſis diverſimode tradita facile error committi potuit. *Legi etiam poteſt Schelius in Not. ad Hygin. p. 71. De alis & cornibus equitũ in fine hujus expl. & ſeq. c. 7. th. 6. expl. 4. diximus.*

Cæterùm de numero Legionum Romanarum & auxiliarium vide præc. c. 2. th. 4. expl. 1. notata.

Quibus hic addendum, Legiones illas numeris & no-
C. *minibus ſuis diſtinctas fuiſſe, ut inter alios legi poteſt apud Pancirol. in Not. Imperii Orient. c. 35.*

Noſtri temporis verò, vel à Ducibus & Campi Mareſchallis, vel à Tribunis, vel à nationibus vel coloribus veſtimentorum à Duce belli illis tributorum nomina ſua ſortiri.

Ubi ſimul ex Limn. in Notit. Regni Franciæ lib. 2. c. 14. lit. r. memorandum, quod Chriſtianus Brunovicenſium Dux Legionem mille peditum aluerit, quorum ſinguli caudam vulpinam pileo annexam geſtarunt, quodque ideò nomen Legioni das Fuchsſchwäntzer-Regiment *inditum fuerit : ubi jocosè addit*, illos præ cæteris vulpes egregiè repræſentaſſe, in capiendis & devorandis ruſticorum gallinis & anſeribus.

Reſtat (3.) aliquid notandum de ſpeciebus militum gregariorum ſub Legionibus Romanorum olim comprehenſorum.

D. *Ubi ſciendum eſt, à Romanis milites, teſte Polyb. lib. 6. c. 19. fuiſſe olim diſtinctos in Velites*, qui fuére juniores & levis armaturæ, ut indicat inter alios *Ælianus de Inſtruend. Aciebus poſt pr. (inter quos Veget. c. 17. numerat ferentarios, armaturas ſive auxiliatores, ſcutatores, ſagittarios, & funditores.) Haſtatos* iſtis ætate, vigore & exercitatione proximos, *Principes* ætate, robore ac militari experientia haſtatis ſuperiores, *& Triarios* ætate, robore ac experientia Principibus iterùm ſuperiores. *Polyb. d. c. 19.* De quibus videri poteſt quoad aciei inſtructionem *Livius lib 8. c. 8. Veget. l. 2. c. 15. & Salmaſ. c. 3. & ſeqq. & obiter notandum, triariis* antiquitus ob præcellentiam caſtra cuſtodienda relicta fuiſſe, ut refert *Halicarn. lib. 9. c. 12.*

Ex his velites, haſtati & Principes quilibet in Legione conficiunt æquales partes & duplum triariorum, triarii contrà ſaltem dimidiam partem uniuscujusque illorum, de cujus ratione vide Lipſ. de M. R. lib. 2. Dial. 1. (de quo tamen paulò aliter agit Polybius d. l.) ex. gr. in Legione 4200. militum, quilibet priorum trium conſtituunt

1200. Poſtremi verò ſive triarii 600. milites.

Ubi monendum, Romanos vocabula & denominationes militum ſæpè mutaſſe. Sic Livius d. l. 8. c. 8. milites, qui in prima & ſecunda acie pugnabant, & haſtati ac Principes erant, antepilanos vocat, cujus rationem eruditi hanc dant, quia utrique pila geſtabant, cum triarii haſtas haberent, referente Polybio d. l. 6. c. 22. Aliter verò videtur eos ſuo tempore deſcribere Marcellin. lib. 16. pag. 78. & quidem ſumere pro iis, qui in prima acie ante ſigna pugnabant, cui conformis eſt ejusdem locus lib. 28. p. 364. quo in ſenſu quidam eosdem antesignanis eosdem faciunt. Hi enim illis dicti, quia ante ſigna, quæ apud Triarios erant, pugnabant. Sed hoc poſtea immutatum, & Triarios cum aquilis & ſignis in primam aciem locatos, adeoque tunc *velites*, quia ante ſigna pugnabant, *antesignanos & principes*, quia in principio ſteterunt, & primi pugnam iniverunt, *dictos fuiſſe opinatur Salmaſius d. c. 1.*

Verùm illud non immeritò diſplicet Schelio in notis ad Hyginum de Caſtrametat. Romanor. pag. 36. & ſeqq. ubi conſuli poteſt, & ſimul demonſtrat, anteſignanos Livio & Cæſari eſſe primam aciem, primum agmen gravis armaturæ, & prima ſigna, & poſtſignanos Scriptoribus Romanis ſubſidium, *adeoque inde*, quaſi ante ſigna pugnarent, dictos non eſſe.

Vocat hos Veget. lib. 2. cap. 7. campigenos, quia illorum operâ atque virtute exercitii genus creſcit in campo.

Obſervarunt etiam eruditi, ordines primos in duplici ſenſu dici, priori generaliter denotare omnes in prima & ſecunda acie pugnantes, juxta *Veget. lib 3. c. 14. Poſteriori* ſpecialiter illos, qui primos ordines primæ aciei ducebant juxta *eundem lib. 2. cap. 8. Quo in ſignificatu Marcell. lib. 19. p. 140. illos cum tribunis conjungit. Videri etiam poteſt hac de re Salmaſius, quem poſteà reperimus hoc etiam annotantem d. c. 1.*

Porrò velites ſparſim & primi pugnam adverſarios provocando inibant, & fugientes hoſtes unà cum equitibus inſequebantur, *reliquis* in acie ut murus ferreus ſtantibus, teſte *Veget. d. l. c. 17. & Modeſto de Vocab. Rei militaris. Haſtati erant* in *prima acie poſiti, & velites* retrocedentes defendebant, *hosque etiam* terga dantes Principes tuebantur, *& hos demùm* uti & reliquos excipiebant quaſi in ſinum *triarii, flos militiæ Romanæ, & genu poſito, ſecundum Veget. c. 16. vel ſiniſtro crure porrecto, ſecundum Livium lib. 8. c. 8. ante congreſſum ſub vexillis ſubſiſtens. Veget. c. 15. & d. c. 16. & Livius hoc ipſo loco.*

Velites vel à velis, id eſt, levibus veſtimentis, queis induti erant, (nam arma & ſcuta non habebant) adeò agiliùs pugnandum, unde etiam verbum *Velitare* deſcendit, *vel à volando*, quaſi volites, quoniam quaſi volando pugnabant:

Haſtati, quia haſtis pugnabant,

Principes, quia reliquos flore & vigore ætatis antecellebant, vel ſecundum poſteriorem militiæ modum in principio aciei gladiis pugnabant, uti *Varro de L. L. lib 4. n. 16.* ſcribit,

Triarii, quia in tertio ordine pugnabant, quaſi tertiarii, ut *idem ibid.* refert, de quo *Salmaſius d. cap. 1.* legendus.

Denique & illud notandum, haſtatos, Principes & triarios ſecundum ordinem cohortium vel ſignorum (nam omnes tres ſpecies fuerunt in quavis cohorte) *fuiſſe nominatos, ex. gr. haſtatus, Princeps, triarius primi ſigni vocabatur primus haſtatus, primus Princeps, primus pilus, & ſic deinceps: Et cuilibet cohorti ſigna diverſa in ſcutis picta, & nomina militum adſcripta fuiſſe, ut cognoſci ab aliis & ſua ſigna iterùm ſcire poſſent. Veget. d. c. 18. & Modeſtus de Vocab. Rei milit.*

Sed hæc militum diſtinctio poſteà in deſvetudinem ivit, & cohortes quidem decem ſub Legione manſére, milites

A. *verò in tyrones, veteres & veteranos diſtincti, ut jam præc. cap. 4. th. 2. explic. 2. dictum, Et veteres in primam aciem ordinati ſunt, uti ex hiſtoria Romana Imperatorum ubivis patet.*

Quod noſtram militiam attinet, jam præced. th. 9. in explic. dictum, Maximilianum I. Imperat. eam ita in diverſas partes, uti etiamnùm obſervatur, diſtinxiſſe.

Ala duplicem habet ſignificationem, primò partis exercitus: Duas enim hic in illo ſignificatu habuit alas equitum, dextram & ſiniſtram ita dictas, quod ut alæ corpus avium, ita etiam hæ corpus exercitus quaſi tegant, Modeſtus de Vocab. Rei militaris, Gell. d. c. 4. & Veget. d. l. 2. c. 2.

Secundò copias vel cohortes equitum ſociorum, quo in ſignificatu ab equitibus Legionariis diſtingvuntur à *Livio l. 35. c. 5. & l. 40. c. 40.*

Fuêre verò alæ hæ non ſemper unius numeri pro robore

B. *re ſociorum: Quandoque enim* conſtitere quadringentis equitibus, *quandoque* quingentis, *quandoque* etiam pluribus, ut demonſtrat *Lipſ. de M. R. l. 2. dial. 7.*

Quanquàm verò idem alas etiam militibus Romanis adſcribere velit, attamen, quoad equites id ſolùm generaliter admittimus, quoad pedites verò certo modo negamus, de quo latè agit & legi poteſt *Schelius in Not. ad Hyginum de Caſtrametatione p. 66. & ſeqq.* ubi quædam ſingularia obſervat.

II. *Unde legio ſit dicta, in præc. expl. dictum eſt. Cohors autem vocata eſt ſecundum Varronem lib. 4. de L. L. cap. 16.* à cohercendo eodem modo, quo in villa ille locus, circa quem pecus cohercetur, cohors dicitur, quoniam ſicuti illa in villa ex pluribus tectis conjungitur, ita etiam hæc ex pluribus decuriis & manipulis copulatur.

Manipulus à manipulo fœni ac herbarum primo

C. Centuriæ ſigno dictus, uti expreſsè in *Collectaneis de Orig. Rom.* ſcribitur his verbis:

Romulus coactâ Paſtorum manu, eâque in centenos homines diſtributâ, perticas manipulis fœni variè vinctas dedit. Unde inſtitutum, ut poſteà milites, qui ejusdem ſigni eſſent, Manipulares vocarentur. Idem refert Plut. in Romulo c. 11. fœno herbas adjiciens: Et attingit *Ovidius l. 3. Faſtorum poſt princ.* ita canens:

> *Pertica ſuſpenſos portabat longa maniplos,*
> *Unde maniplaris nomina miles habet.*

Vide etiam Ciaconium in hiſtor. belli Dacici n. 50.

Continuit autem ſub ſe manipulus, uti colligi ex prædictis & Veget. lib. 2. cap. 14. in pr. poteſt, primò 100. milites: Poſteà ex teſtimonio Cincii apud Gellium lib. 16. c. 4. 200. milites. Sexaginta enim centuriones & centuriæ fecere ſaltem 30. manipulos, adeòque quilibet manipulus duos habuit centuriones.

D. *Tandem ſub Imperatoribus iterùm in priſtinum redactus eſt numerum, unde Veget. d. cap. 14. in pr. centuria & manipulus idem ſunt. De quo tamen conſuli poteſt Schelius in Not. ad Polybii Caſtra Roman. c. 15. & Salmaſ. de Re Militari Roman. cap. 2. p. 12. & ſeq. ubi tradit cohortes ſtante Republicâ* à Scriptoribus Latinis pro manipulis vel ordinibus 120. peditum, *ſub Imperatoribus verò* 500. vel 600. peditum, quales tunc Legio numero denas habuit, uſurpari *& ſimul demonſtrat Σπεῖρας à Polybio paſſim pro cohortibus & manipulis ſub Republica poſtea ſub Imperatoribus dictis numeris conſtantibus ſumi: Σπεῖρας quoque & Σημαίας ab eodem pro iisdem haberi, illasque cum globo & orbe militari idem eſſe. Cum tamen idem Polybius l. 11. c. 21. expreſsè narret, cohortem Romanam ex tribus Spiris conſtare, & Livius l. 30. c. 33. cohortes à manipulis diſtingvat, & hos illarum partes eſſe innuat.*

Quibus ex Servio ad l. 10. Æneid. v. 428. addendum apud veteres etiam *Nodum ſingulare corpus peditum condenſatum denotaſſe*, quod etiam conſignavit *Iſidor.*

lib.

A. *lib. 9. cap. 3. rationem denominationis ſimul reddens.*

Numeri poſteriori tempore denotarunt certum militum corpus, & pro cohortibus ſumti, ut præc. c. 3. th. 12. explic. 1. demonſtratum.

Pertinet huc Drungus, qui eſt parvum militum corpus, ſive ex cohortibus ſive iis hominibus, qui comites eſſe dicuntur, conflata multitudo, numero millenario conſtans, ut *Imperator Leo de Bello Apparatu c. 3. a. 9. & c. 42. & ſeq. tradit: occurrit apud Vopiſc. in Probo c. 19. & Imper. Conſtantin. de Themat. Imper. lib. 1. them. 5. in pr. Hinc Drungarii Tribuni vel Chiliarchi dicti*, ſecundum *Leon. d. c. 3. n. 42.*

Decuria fuit collectio decem peditum uni Decano parens, *poſteà contubernium, quia ſub uno papilione degebant milites, hi contubernales, & Decanus hic caput contubernii vocatus. Vide Veget. d. c. 8. & 13.*

B. *Turma, quaſi terma. Varro de Lat. Lingv. lib. 4 n. 16.* quod terdeni equites ex tribus tribubus fiebant, ut jam in *præced. explic.* dictum, ex 32. equitibus, & uno Decurione conſtitit.

Quoad hodiernam militiam ſciendum, Legiones hodiernas, vulgo Regimenter / *ab Imperatore Maximiliano I. inſtitata, ut præc. c. 4. th. 9. expl. in f. demonſtravimus, diſtingvi in pedeſtres & equeſtres*, numero militum tùm ſecundum tempora, tùm ſecundum nationes differente: *Ita juxta R. I. de dato* Speyer 1542. *ſignum vel vexillum militare pedeſtre debet conſtare 500. militibus: juxta* der Reuter-Beſtallung *de A 1570. idem debet ſub ſe continere 400. milites pedeſtres, art. 5. ut vexillum equitum equites 300. art. 13.*

Fueruntque in præcedenti bello ab initio Legiones Cæſariæ pedeſtres 5000. & 4000. militum, equeſtres verò etiam trium millium. Poſteà verò illæ ad 2000. pedites, hæ ad 1500. equites reductæ, & etiam minori ex numero compoſitæ fuerunt.

C *In militia Svecica Legiones pedeſtres* tàm numeroſum militem nunquam habuêre, *poſtremò verò Equitum Legiones rarò quingeatorum, & peditum mille attigerunt numerum. Credebatur enim, & uſus etiam approbabat, Legiones adeò numeroſas in acie à tàm paucis Officiariis vix regi, & confuſas planè non in ordinem redigi poſſe.*

Legiones dimidiatæ pedeſtres vocari ſolent Brigades, equeſtres verò Eſquadrons è lingva Gallica, cui poſtremo procul dubio cauſam dedit vocabulum Germanicum, ein Schwader Reuter.

Turma hodiè plerumque pro centuria vel vexillo equitum ſumitur, & Decuria pro eine Corporalſchafft / *quod* ſignificat parvum corpus, unde etiam *Marcell. lib. 21. p. m. 194. & lib. 28. p. m. 376.* concorporales, *vel contubernium, quaſi contabernium*, inde appellatum, quod decem milites ſub una taberna, tabernaculo vel papilione degerent. *Veget. lib. 2. c. 13.* qui illi præſunt, Decani dicti ſecundum eundem, *hodiè corporales.*

D.

TH. V.

Fuit diſtributio exercitus: Sequuntur connexa, quæ ſunt digniora, vel minùs digna.

TH. VI.

Digniora ſunt, (1.) Medici & Chirurgi. (2.) Mercatores tùm rei armamentariæ, tùm veſtiariæ, tùm cibariæ & potus. (3.) Omnis generis artifices & opifices, quorum in Exercitu permagnus eſt uſus: Quales ſunt pyrotechnici, ingeniatores, fuſores, fabri bombardarum, lignarii, ferrarii, carpentarii, bucculariі, piſtores, ſartores, ſutores. (4.) Tubicines, cornicines, buccinatores vel Æneatores, Tympanotribæ.

Explic.

I. M*Edicorum & Chirurgorum nulla carere poteſt civitas, ita multò magis Exercitus*, cum militibus plura obveniant incommoda, valetudinis adverſa, & vulnera, quàm civibus, ideòque non tantùm Legiones, (apud quos etiam apud Romanos Medicos certos fuiſſe ex *L. 1. C. de Prof. & Medic. item L. 33. §. 2. ff. Ex quib. cauſ. maj. 25 annis, & aliis conſtat*) ſed etiam centuriæ quævis ſuos habent ad minimum Chirurgos expertos, quibus in adverſa valetudine & vulnerum inflictione utantur. *Illos à Cyro pro exercitus ſui neceſſitate aſſumtos fuiſſe conſtat ex Xenoph. in ejus inſtit. lib. 1. t. 29.*

II. *Quoad Mercatores rei* armamentariæ & veſtiariæ ſciendum eſt, hodiè Duces & reliquos ſummos Præfectos tales plerumque in propria familia & protectione habere, *illoſque* exercitui, ſi modico fœnore contenti ſint, in rebus anguſtis, & ubi oppida hoſtium munita non patent, admodùm ſalutares eſſe: *Quoad Mercatores verò* eſculentorum & potulentorum, qui Latinè *Plinio ſuffarranei vel frumentatores*, (quod vocab. tamen etiam pabulatoribus convenit) *Germanicè ſecundum pleroſque* Marquetener *corruptè, quaſi* Mercatoner *vocantur, ſed forsè à Græco vocabulo* Μαρκανδιτὲς *mutato paulatim Dialecto quaſi* Margantener *dicti ſunt, ita enim cuſtodes & curatores panum Imperator Conſtant. Porphyrog. de Thematibus l. 1. them. 6. vocat.* Notandum, illos non tantùm in familia prædictorum Ducis & ſummorum præfectorum, verùm etiam tribunorum, centurionum & reliquorum Officialium eſſe.

III. *Prædictos artifices & opifices militiæ* admodùm neceſſarios eſſe extra dubium, adeòque deducendum non eſt, *illud tamen notari debet, buccularios Turnebo l. 9. Adv. c. 16. qui galeas conficiunt, pro quo facit l. 1. C. Theod. de Fabricenſ. eſt enim buccula pars galeæ apud Juven. Sat. 10. v. 134. cujus etiam meminit Capitol. in Maxim Jun. c. 3.* In qualibet Legione pedeſtri & Centuria certum numerum fabrorum lignariorum juxta articulos militares debere eſſe, & illos pro membris militiæ haberi. *De his omnibus vide ſeq. cap. 13. th. 3. explic. 12. conſignata.*

IV. *Quia de Tubicinum, Liticinum*, (ſecund. Marcell. lib. 16. p. 84.) *Cornicinum, Buccinatorum vel Æneatorum & Tympanotribarum officiis, differentiis & inſtrumentis ſeq. c. 6. th. 12. expl. 2. & c. 7. th. 7. expl. 2. acturi ſumus; hîc de iis nihil annotare voluimus.*

TH. VII.

Minùs digna ſunt onera ſaltem & impedimenta: ut mulieres focariæ, meretrices, Bardi, Calones, Lixæ. Item canes à nonnullis gentibus in bellum pro auxiliis ſimul ſumti, & adverſus hoſtes ducti.

Explic.

I. E*Gregiè Severus Cæcinna apud Tacit. 3. Annal. 33. inter alia diſſerit: Haut fruſtrà placitum olim, ne fœmina in ſocios aut gentes externas traherentur. Ineſſe mulierum Comitatui, quæ pacem luxu, bellum formidine morentur, & Romanum agmen ad ſimiliſtudia tem barbari inceſſus convertant:* & ideò *Dio Caſſius lib. 60. f. m* 681. Claudium Imperatorem militibus, quia ex Lege uxores habere nequibant, jus maritorum conceſſiſſe, ſcribit. *Hinc Tacitus in Polit. Liviana, Parte 3. Er-*

rore

rore 33. in pr. prudenter ita ratiocinatur: *Ridiculum eſt in exercitu, cum priora omnia terribilia ſint, equi, haſtæ, arcus, ſcuta, poſteriora ſi deſinant in meretrices: Et Sulpitius de Virtutibus D. Martini Dial. 2.* ita illum inducit loquentem: *Mulier virorum caſtra non adeat, acies militum ſeparata conſiſtat: Procul fœmina in ſuo degens tabernaculo ſit remota. Contemtibilem enim reddit exercitum, ſi virorum conſortibus turba fœminea miſceatur. Miles in acie, miles pugnat in campo: mulier ſe intra murorum munimenta contineat: habet & illa gloriam ſuam, ſi pudicitiam viro abſente ſervaverit: cujus hæc prima virtus & conſummata victoria eſt non videri.*

Philippus ſanè Macedonum Rex tàm ſeverus hâc in re fuit, ut in bello Thebano, cum duo juvenes Pſaltriam mercede conductam in caſtra induxiſſent, re cognitâ ambos extra fines Regni ſui relegavit. *Polyæn. 4. Strateg. ſub initium.*

Ita quoque Friderici I. Imperatoris ſeveram legem his verbis refert Guntherus in Ligurino lib. 7. verſ. 382.

Non erit in noſtris nobiſcum fœmina caſtris,
Quis reus exſtiterit, ſpoliis nudatus abibit,
Turpiter & naſo mutilabitur illa reciſo.

Similiter Magnus Sfortia equitem è Ferraria nobilem, qui contra edictum vel ſæpè admonitus ſcortum adoleſcentis armigeri habitu, circumtonsâ cæſarie habebat in caſtris, pudendâ ludibrii pœnâ affecit, quum muliebri veſte indutum per caſtra armato in equo circumduci oſtentarique juſſiſſet. *Jovius in ejus vita.*

Cur verò fœminæ in militia non ſint tolerandæ, ſequentes præterea ſuadent rationes:

(1.) *Quia* Commeatum militi deſtinatum illa plerumque inutilia pondera & pecora abſumunt, unde cum fame tandem confictandum militi, præſertim in bello diuturno, in quo per liberorum multorum progenerationem exercitus ad triplum & ulteriùs quandoque citra Ducis commodum augeri poteſt maximo commeatus & annonæ detrimento.

(2.) *Quia* milites enervant, & ad fugam arripiendam ſtimulant, ac in prælio ejulationibus ſuis ad deſperationem adigunt. Et ideò quoque Athletas omnis Veneris expertes fuiſſe tradit *Tertullianus ad Martyres. Mercurial. de Arte Gymn. l. 1. inf. Petr. Faber in Agoniſt. lib. 3. c. 3.*

(3.) *Quia amicis quoque* & confœderatis præſertim in hybernis graviſſimæ & moleſtiſſimæ ſunt illæ, pauperum domicilia obruentes & conſumentes juxta *Tacit. d. c. 33.*

(4.) *Quia* ob continuos fornicationum actus & fœdas libidines contra expreſſam Dei Legem conceſſas & uſurpatas, ira & maledictio Dei provocatur & accenditur.

Quanquam verò nonnulli in contrarium afferant exemplum (1.) *Germanorum antiquorum*, de quibus ita *Tacit. de Mor. German. c. 7.* ſcribit: *Præcipuum ipſis fortitudinis incitamentum eſt non caſus, non fortuita conglobatio turmam aut cuneum facit, ſed familiæ & propinquitates, & in proximo pignora, unde fœminarum ululatus audiri, unde vagitus infantium. Hi cuique ſanctiſſimi teſtes, hi maximi laudatores: Ad matres, ad conjuges vulnera ferunt, nec illæ numerare aut exſugere plagas pavent: Ciboſque & hortamina pugnantibus geſtant. Memoria proditur, quaſdam acies inclinatas jam & labantes à fœminis reſtitutas conſtantiâ precum & objectu pectorum & monſtratâ cominus captivitate quam longè impatientius fœminarum ſuarum nomine timent.* (2.) Et Civilis matrem ſuam ſororeſque ſimul omnium conjuges parvoſque liberos conſiſtere jubentis: hortamenta victoriæ & pulſis pudorem. *Tacit. 4. Hiſtor. 18.* *Nec non* (3.) *Galgaci*, ſuos apud *Tacit. in Agric. c. 32.* ita alloquentis: *Omnia victoriæ incitamenta pro nobis ſunt: Nulla Romana conjuges:* ac uti etiam (4.) *Darii* uxorem matremque & alium fœminarum gregem ſecum in bellum trahentis, & in medium agmen acceptantis, apud *Curt. lib. 3. c. 9.*

Illa tamen parum roboris habent, tùm quod non exemplis, ſed Legibus & rationibus innitendum ſit prægnantioribus, *tùm quod quoad exemplum* 1. Germanis parùm profuiſſet contra Romanos hic mos, niſi ipſi viri fortiſſimi & omnium periculorum ac laborum patientes fuiſſent, uti *Tacitus idem* illos paſſim prædicat, imprimis verò *2. Hiſtor. 32. 4. Hiſtor. 64. 5. Hiſtor. 19. & 13. Annal. 5.* Ubi illis hæc egregia laus tribuitur: *Nullos mortalium armis aut fide ante Germanos eſſe. Quoad 2. exemplum:* Civili non matrem, uxores & parvulos liberos, ſed corruptam Vitellianorum fidem ac ſeceſſum in adepta illa qualiquali victoria adjumento fuiſſe. *Tertium & quartum exemplum* triſti eventu demonſtrat, mulierum præſentiam & preces ad victoriam nihil conferre, ſed illam in virtute virium virorum fortium & armorum conſiſtere.

Plura volentes præterimus, & Lectorem ad Lipſium in Comm. ad Tacit. Ann. lib. 14. pag. 385. & ſeq. & Cotoranum lib. 2. de Jure Militum cap. 2. remittimus: Illud ſaltem adjicientes, quod Severus juxta Herodianum lib. 3. cap. 25. primus militibus permiſerit domi mulierem habere. Et quod mulieres tales à multis eruditis focariæ dicantur, occurrit verò illud verbum in l. 12. §. 5. & ſeq. & l. 15. ff. de Inſtr. & Inſtrum. Leg.

II. *Calones fuère ſervi militum, qui* calas ſive fuſtes ad Dominorum ſuorum tutelam gerebant, & eos ad prælium ſequebantur, ſecundum *Servium ad lib. 6. Æneid. in princ. & Feſtum de V. S. vel ſecundum Marcell. de Prop. Verb. cap. 1. num. 310. & Servium iterum ad lib. 1. Æneid. fol. m. 391.* quod ligna militibus ſubminiſtrent. Nam *calam* olim lignum ſignificaſſe *Lucilius* indicat, quando ſcribit:

Scinde puer calam, unde caleas.

De quo etiam lege *Zinzerling. in Promulſide critic. Juven. cap. 29. & Biſciola Tomo 1. Horar. ſubciſ. lib. 2. cap. 11.* Meminit illorum *Apuleius in Apolog. pro ſeipſo primâ.*

Aliter tamen verbum hoc uſurpare videtur, & quidem in honeſtiori ſignificatu Livius lib. 24. cap. 5. nec non Halicarn. lib. 9. cap. 12. Similes illis fuère *Cacula*, ſecundum eundem *Feſtum*: vide etiam *Pignor. de Servis pag. m. 120. Metelli*, de quibus *Accius lib. 27. Annal. Calones famulique, metelliqne, caculaque apud Feſt. ſub verbo Metelli. Lixæ*, qui *Veget. lib. 1. cap. 10. & lib. 3. cap. 9. etiam Galearii* (fortè inde, quod militibus in itinere & extra expeditionem galeas portarint) *dicti, fuère non ſervi, ſed vel miniſtri liberi militum*, ſecundum *Pignor. d. l. iis aquam afferentes. Nam antiqui lixam aquam dixère*, ut etiam indicat *Marcell. d. l. num. 309. unde elixum*, aquâ coctum, *& elixare*, aquâ mollire, ſecundum *Oliverium ad lib. 2. Val. Max. cap. 7.* vel ſecundum alios potiùs militibus cibum & panem coquentes & vendentes, quod probatur, ex *Plut. in Caton. Maj. cap. 3.* ubi hic in itineribus ipſe arma ſua ferebat, lixâ uno comitante, qui cibaria portaret: ex *Marcellino lib. 28. pag. 370. ubi* lixas carnem coctam proponere ante præſtitutum diei ſpatium ab Ampelio prohibitum fuiſſe refert: & ex illo *Val. Max. d. cap. 7. num. 1. & 2. ubi* ait in priori loco, Scipionis juſſu vel edicto, ut omnia ex his, quæ voluptatis causâ comparata eſſent, auferrentur & ſummoverentur, maximum inſtitorum & lixarum numerum cum duobus millibus ſcortorum abiiſſe. *In poſteriori verò* Metellum lixas è caſtris ſummoviſſe, ci-

bum-

bumque coctum venalem proponi vetuiſſe, *quo innuit* lixas & cibi cocti venditores eandem ferè operam præſtitiſſe, quod etiam refert *Saluſt. in Jugurtha c.45.* quo facit, quod idem *Livius lib.28.c.22.* lixas & mercatores pro iiſdem ponat: *& lib 5.c.7.* ubi dicit, milites Anxurii præſidii lixarum in modum omnes per agros vicinasque urbes negociatos eſſe: *hinc*, ut modò dictum, *lixare, elixare ſignificat aquâ coquere. Videri poteſt de verbo lix, lixa & ſimilibus Dalechampius ad Plin. Nat. Hiſt. lib.36.c.26. Marcellin. tamen lib.18 p.m.116. lixas pro ſervis ponit.*

Meminit quoque Livius Semilixarum lib.30.c.28. his verbis: Nec Scipioni aut cum Syphace incondita barbaria Rege, qui ſtatorios ſemilixas (pro quibus verbis non inconcinnè Statorius ſemilixa legit *Gronov. Obſerv. l.4. c.7. poſt pr.*) *ducere exercitus ſolitus ſit, &c. Et lib.28. c.28. Atrii Umbrii Semilixa.*

Qui verò hi fuerint, nondum indagare potuimus, de illis tamen legi poteſt Gronov. d.l. ſecundum quem lectione ejus approbatâ ſemilixa eſt miles laboribus non adſuetus.

Hodiè impedimenta illa (Græcis τοῦλδα, ut ex Leone in Tactic. cap.4. & ἰμπέδια ſecundum Lexicum vetus ſub tit. de Militia dicta.) der Troß / *& auriga tanto in exercitu numero inveniuntur, ut exercitum ipſum non raro ſuperent maximo quandoque cum damno*, & niſi ſeveriſſimis Legibus abuſus ille tollatur, nonniſi cum Regionum etiam amicarum & confœderatarum ruinâ deinceps bella gerentur. *Referendi etiam huc ſunt Paraſitæ, quos olim Celtæ juxta Athenæum lib 6.c.12. in exercitu ſecum duxerunt*, ut illorum laudes ubique decantarent: *fuere autem Poëtæ, & Græcis Bardi dicti, ut refert Diod. Sicul. lib.5. cap.31. adjiciens fuiſſe Melicos, & ad inſtrumenta lyris ſimilia horum laudes, illorum vituperia cantaſſe*, meminit illorum etiam *Marcell. lib.15. p.m.51.* ad quem locum *Valeſ. legi, illisque Hofman. in Lexico Univerſ.* addi poteſt.

Et quamvis nonnulli tales cum Scurris confundant, id tamen ex errore fit, ut ſuprà cap. præced. th.2. explic.1. demonſtratum eſt.

III. *Canes ſimul in bellum & adverſus hoſtes à nonnullis deductos fuiſſe gentibus ex hiſtoriis conſtat. Siquidem Plinius lib.8. c.40.* refert, Colophonios & Caſtabalenſes cohortes canum habuiſſe, easque primas in acie dimicaſſe nunquam detrectantes. Ubi plura. *Sic Ælianus lib.14. cap.46.* memorat, Magnetes accolis Mæandri in bello contra Epheſios geſto ſingulos Equites Commilitones ſecum adduxiſſe canem venatorium & ſervum jaculatorem, & illos hoſtium aciem terrore, ſævitiâ & implacabili impetu perturbaſſe. *Idem de Finnis* bellum contra Moſchos gerentibus recenſet *Olaus Magnus in Hiſtor. Gent. Septentrion. lib. 11. c.13. Similiter Plutarch. in Arato c.30. memorat*, illum capto Acrocorintho præſidium 400. militum gravis armaturæ cum quinquaginta canibus totidemque eorum cuſtodibus impoſuiſſe.

Plura ſuprà c.2. th.6. expl.2. conſignavimus, & Majolus Tomo 1. Dier. Canon. Colloq.7. p.m.171.

TH. VIII.

Hactenus belli ſubjectum: Sequitur Objectum, nempè hoſtis, cui ſolenniter indictum eſt bellum.

Explic.

I. Circa *hoſtem* (cujus vocabuli ſignificatio olim alia erat, peregrinum enim indicabat *Cic. 1. de Off.12.*) ſalutaria quædam monita obſervanda ſunt belli Ducibus:

1. *Hoſtis, quantuluscunque ſit, nullo modo contemnen-*

A. *dus eſt, quia* hoſtis ſpretus & vilipenſus ob ignominiam ita illatam ardentior & vindictæ cupidior efficitur. Aſpernens verò ſecurus & incurius redditur ſecundum illud *Curtii lib.4.c.2. alacritatem accendit contemtus & inſectatio, & alterum ejuſdem lib.6.c.3. nihil tutò in hoſte deſpicitur: quem ſpreveris, valentiorem negligentiâ facies, hinc neceſſario gravis ruina ſequitur.*

Obſervandum autem hoc eſt omni tempore, hinc Livius lib.21.c.43. ſæpè & contemtus hoſtis cruentum certamen edidit, & inclyti Populi Regesque levi momento ſunt victi. Thucydides lib.2. haut rarò parva manus magnam multitudinem hoſtium, qui contemtim & imparati certamen inierant, profligavit. Paterc. lib.2.c.118. nemo celeriùs opprimitur, quam qui nihil timet, & frequentiſſimum calamitatis initium eſt ſecuritas. Hinc Cominæo 3. Hiſt. 5. Stultitia non parva videtur hoſtem ſuum infra timorem contemnere, & nullius periculi imminentis

B. *metum habere.*

Sic Achæi in bello contra Romanos ſuſcepto præ contemtu hoſtium omnia neglexerunt, ac ſi nihil negocii illo bello ſuſcepiſſent: Itaque prædam, non bellum cogitantes, & vehicula ad ſpolia hoſtium reportanda duxerunt, & conjuges liberosque ſuos ad ſpectaculum certaminis in montibus poſuerunt. Sed prælio commiſſo ante oculos ſuorum cæſi, ut pluribus refert *Juſtin. lib.34.c.2. Sic Lacedæmonii bellum Tegeatibus inferentes compedes ſecum tulerunt ad hoſtes captos vinciendos & ſecum abducendos, verùm ipſi profligati, & compedibus illis vincti iſtorum campum colere coacti ſunt, apud Herod. l.1.n.11. Sic Darius Alexandrum M. admodùm vilipendens* audito eum ex Macedonia moviſſe, literas ad Præfectos ſuos miſit, imperans, ut inſanientem Philippi adoleſcentulum puerili verbere ætatis & conditionis admonitum, deinde purpurea veſte

C. indutum, quàm primùm ſibi vinctum adducerent: naves ipſius unà cum nautis mari demergerent, milites omnes ad ultima Erythræi maris deportarent. Adeò præ ſuperbia & ignarus ſortis ſuæ omnem humanæ imbecillitatis ſenſum exuit, uti refert *Freinshem. in Supplem. ad Curt. lib.2.cap.4. Sed ſuperavit tandem adoleſcentulus ſeniorem, captivusque imaginarius Dominum vitâ & imperio exuit.*

In eundem Tyrii contemtûs plena effundebant verba, ſed ille præter naturam exſtructo aggere contemtûs ultor fuit ſeveriſſimus. Vide *Curt. lib.4.c.2. & 4.*

Ita etiam Tigranes non exſpectato cum copiis ſocio Mithridate maximis ſuis copiis adverſus Lucullum tendens animo iniquo, ut perhibent, tulit, quod cum ſolo Lucullo & non omnibus Romanorum Ducibus uno in loco conjunctis eſſet congreſſurus. Et Lucullum cum paucitate ſuorum conſpiciens dixit, *ſi illi*

D. (intelligens totum exercitum) *ut Legati venirent, multos, ſin ut milites, paucos eſſe*, ut refert *Plut. in Lucullo c.55. & ſeqq.* Sed ingenti prælio victus temeritatis dignas tulit pœnas, ut *ex eodem in ſeqq. patet.*

Similiter Antonius quaſi de victoria certus ante prælium Actiacum cum Auguſto commiſſum gladiatores multos conduxit, & Cyzici ad ludos triumphales, quos devicto Cæſare ſe facturum ſperabat, exercuit, ut refert *Dio lib.51. f.m.447. Eodem modo Antigonus* à vicinis Regibus fœdus contra ſe ictum & ingentem exercitum comparari audiens, per contemtum ſe jactabat illorum fœdus & ſocietatem tanquam avium multarum, ſemina legentium, concurſum lapidis jactu & ſtrepitu diſſipaturum: Sed ſuperbiam hanc vitæ, exercitûs & Regni amiſſione Deus ultus eſt. *Plut. in Demetrio c.35. & 37.*

De Nicephoro Imperatore narrat Zonaras Tomo III. ſub illius imperio: Illum cum Bulgaris bellum inferret, pacem ab illorum Principe Crumo humiliter petitam propter res feliciter geſtas omnino recuſaſſe, & ideò ab illo deſperando noctu in caſtris invaſum, ac vigiliis

ob

ob ſpretum hoſtem negligenter habitis in ſuo tentorio occiſum, ac exercitum profligatum eſſe.

In primis verò notabile eſt illud, quod Brunn. in Annal. Bojicis lib. 13. ad Ann. 1167. pag. 473. & ſeqq. refert: In bello, quod Imperator Fridericus I. cum Italia geſſit, Chriſtianum Conrado VVittelſpachio Moguntia ſuffectum liberandi Reinoldi Colonienſis à Romano Exercitu 42000. militum ſtante in Tuſculano obſeſſi cauſâ ab Exercitu Imperatorio cum 1300. equitibus digreſſum cùm in conſpectum obſidentium veniret, & unius ſaltem noctis inducias rogaret, tàm vilipenſum fuiſſe, ut in eum cum toto exercitu incurſantes occlamarint: Cœnam Romanos corvis debere, opportunè proinde Germanos in macellum veniſſe. *Et illius acerbitate dicti efferatos Germanos, ſeque mutuò cohortatos, ne corvos inulti paſcerent, ſed aliam potiùs in monte Porco (id nomen loci fuit, in quo pugnatum fuit) victimam caderent, tantâ in Romanos vi eſſe invectos, ut neque circumiri à tergo poſſent, & quaſi in ſingulis multorum hominum inſtar eſſet, quaquaverſus pugnaturis virium virorumque abundè ſuppetiiſſe: Acceſſiſſe alterum ex oppido terrorem, Reinaldum cum 300. eruptione facta, jam turbatis Ordinibus ſeſe ingerentem, majorem quoque, quam pro numero ſtragem edidiſſe, tantamque quidem, ut reliquos fuga non puderet: hosque ad Tiberim demque victorem omiſiſſe, novem millia captivos abductos fuiſſe.* Vide ibidem plura, & integram hiſtoriam.

Eodem modo Goliath Davidem ſprevit jactando, ſe ejus carnem volatilibus & animantibus in eſcam daturum, 1. *Sam. 17. v. 44.*

Simile quoque eſt, quod Dubrævius Hiſtor. Bohem. lib. 3. in pr. de Necla Crevomyslii Bohemiæ Principis filio & Vladislao ejus propinquo refert: *Cùm enim hic illum ob imbellem indolem ſpretum bello peteret eo conſilio, ut ipſi Principatum adimeret, & victoria ita ſecurus eſſet, ut peditibus ſuis omnium obviorum & in acie pugnantium, cujuscunque ætatis, exceptis matribus in hunc finem, ut pro infantibus catellos Lucenſium poſt victoriam nutrirent, ſervandis, necem injungeret; equitibus vero mandaret, ut ſcutis, utpotè in fuga & cæde hoſtium inutilibus abjectis, eorum loco, accipitres, falcones, cæteræsque aves rapaces in manus ſumerent, ut illarum ingluviem hoſtili carne ſaturarent, Deo ita volente in prælio periit, & exercitus ejus omnis cæſus ac profligatus eſt.*

Sic quoque Friderico I. Imper. in terram ſanctam expeditionem facturo Saladini filius, gener Soldani Turcorum Principis ab illo pro tranſitu ſecuro & ſingulis ſub exercitu degentibus aureum Byzantinum poſtulavit, eoque denegato (nam 300. Centenarios auri confecit, ut ex *Tagenone* demonſtrat *Bangertus ad Arnoldum mox citando lib. 3. c. 33.*) *indicavit, ſe illum cum Exercitu interfecturum, aut in captivitatem deducturum.* Sed facto congreſſu Turci magnam cladem perpeſſi ſunt, ut refert *Arnold. Abbas in Chron. Slavor. d. lib. 3. c. 33.*

Nec omittenda eſt hiſtoria, quam hoc modo recenſet *Cromerus lib. 16. f. m. 264. Cùm Magiſter Crucigerorum in Pruſſia cum exercitu centum & quadraginta millium adverſus Vladislaum Jagellonem in prælium contenderet, ad illum duos caduceatores quadam nunciaturos miſit. Hi ad Regem admiſſi illum nomine Magiſtri hortati ſunt, ne tàm cunctanter & meticulosè pugnam iniret, & duos ſtrictos ac cruentos gladios, ut eo alacriùs adverſus Crucigeros procederet, ignominiosè obtulerunt. Rex verò communicato cum ſuis conſilio reſpondit: Quamvis armorum ſatis haberet in exercitu, accipere ſe tamen in Dei nomine gladios ignominiæ causâ ab hoſtibus miſſos, atque ita accipere, ut omen victoriæ, quam ſibi armorum traditio portendat. Quod etiam eventus probavit: nam cæſa feruntur ea die Crucigerorum quinquaginta millia, interque illos Magiſter & Commendatores, paucis exceptis, capta ad quatuordecim millia, ſigna militaria unum & quinquaginta, & accepti gladii in ærario Regio in hunc usque diem aſſervati ſunt. Paulò aliter tamen hanc hiſtoriam narrat Kojalovviz in Hiſtor. Lituana p. 2. l. 2. p. 86. & ſeq.*

Item illa, quam Buchan. lib. 8. Scot. Rer. pag. m. 263. de Angliæ Rege Eduardo II. refert, quòd in ejus exercitu ingenti adverſus Scotos ducto non de bello inferendo, ſed prædâ dividendâ ſermones acti fuerint, ſimulque *Monachus quidam Carmelita Poëta profeſſione in bellum abductus fuerit, ut victoriam verſibus illuſtraret: Hunc verò cæſo Anglico exercitu captum ad illius cladem canendam adactum fuiſſe.*

Referenda huc ſunt exempla eorum, qui victoriæ quaſi ſecuri, & non de vincendis, ſed vinciendis hoſtibus ſolliciti, ignominiosè devicti, pœnas vecordiæ ſuæ dederunt. Inter illos in veteri hiſtoria occurrit *Marcus Antonius* Cretam inſulam ex vana victoriæ ſpe ac fiducia adeò invadens, ut plures catenas in manibus, quàm arma portaret. Dedit itaque pœnas vecordiæ. Nam pleraſque naves intercepêre hoſtes: captivaque corpora religata velis ac funibus pependêre: ac ſic velificantes triumphantium in modum Cretas portibus ſuis adremigaverunt. *Florus lib. 3. c. 7.*

Similiter Cardarigas Perſa adverſus Romanos exercitum ducens ob certam victoriæ ſpem multas compedes ſecum ad captivos abducendos tulit, ſed infauſto eventu, ut narrat *Simocatta in Hiſt. Mauritiana l. 2. c. 2. & Exercitus Conſtantinopolitanus* in expeditione adverſus Scythas ad captivos vinciendos funes & lora ſecum ferens victus, & quos ſibi ſervos deſtinavit, dominos agnoſcere coactus fuit ſecundum *Annam Comnenam l. 8. Alexiad. f. m. 233.*

Plura ex antiqua hiſtoria exempla vide apud Rupert. ad d. l. §. 2.

In recenti hiſtoria ſimile occurrit exemplum in Alberto Haigerlochico, qui in bello inter Adolphum Naſſovicum & Albertum Auſtriacum geſto ab hujus partibus ſtans, Ottonem inferioris Bavariæ Ducem cum 300. equitibus Adolpho ſuppetias ferentem magnâ Svevorum manu adortus eſt *victoria tàm certus*, ut funium compedumque magnam vim in caſtra convexerit, quodque antehac inauditum, *tonſores* inſuper novaculis inſtructos adduxerit, eo conſilio, ut raſos deformatosque ad ludibrium Bojos oſtentare Alberto in vinculis poſſet. Improbum votum ſuperbumque ſuo capite expiavit. *Nam victus Albertus* & confoſſus, & lætiſſimum Bojis inter ſpolia fuit, novacula funesque legere, hoſtilis vanitatis inſignia apparatumque immaturi triumphi, & joculari carmine inſultare ſtrictim attonſis, Boicique ferri aciem malo ſuo malo expertis. *Brunn. in dictis Annal. lib. 13. ad ann. 1297. pag. m. 976. & ſeqq.*

Et in Hiſpanis præterito ſeculo Anno 86. Angliam invaſuris & captivam quaſi deducturis, in quorum fuſis, devictis & captis navibus laquei & plura necis inſtrumenta aut ſervitutis inter ſpolia viſitata ſunt, ſed turpi clade perierit ingens illa *claſſis* 130. *navibus* 19290. *milites conductitios vehentibus*, ut *ſeq. c. 7. lib. 2. expl. 1.* demonſtrabitur, inſtructa, & *Camden. part. 3. Hiſt. ad illum ann. atque Grot. lib. 1. Hiſt. Belg. p. m. 163. & ſeqq. refert.*

Non abſimilis eſt hiſtoria, quam de Chriſtianis adverſus Turcas pugnaturis refert *Leonclavius lib. 5. Hiſt. Muſulm. f. m. 297.* his verbis: *Chriſtiani benè manè vini poculis aliquot ſiccatis propemodùm ebrii facti fuerant. Ideòque ſecum ipſi deliberantes, quid potiſſimùm eſſet agendum, alter alterum interrogabant: Interficine captos, an vivos ſervare Turcos præſtaret, ut Italis venderentur, pretiumque distractorum vino comparando expen-*

expenderetur. Singuli zona funem alligarant, quo mancipia conſtringerent. Nonnulli per contemtum hoſtis ajebant, habere ſe funes Orgyarum triginta: ſuos alii longiores etiam eſſe reſpondebant, omnique dandam cuivis operam, tot uti caperet Turcos, quot ſuo conſtringere funiculo poſſet. Erant etiam, qui ferreas habere ſe catenas jactitarent, quibus ad alligandos Turcos uterentur &c. Sed itidem triſti eventu vindicta de iis ſumta eſt.

2. *Hoſtis non minùs juſtè, quàm fortiter vincendus eſt, juxta Camillum apud Livium lib. 5. cap. 27. Quâ de causâ dubitatur à Politicis: An Romani juſtè egerint, quod Latinis obſidentibus ancillas ſuas pro uxoribus miſerint, ut ita illos nimio rei Venereæ abuſu fatigatos, ac ita in ſomnum ſolutos ex improviſo adorirentur ac ſupprimerent, ut etiam factum eſſe Plutarch. in Vita Camil. c. 43. & ſeq. refert, & Macr. lib. 1. Sat. 11.*

Illud verò abſque omni dubitatione culpandum, quod— Hiſpani præterito ſeculo ſub prætextu caritatis annonæ inutilem turbam ex obſeſſa Neapoli Italiæ, & inter illam ſcorta formoſiſſima lue Venereâ laborantia eo conſilio ejecerint, ut obſeſſores Galli cum iis ſe commiſcentes pari lue inficerentur, & ita ad belli labores ſuſtinendos invalidi obſidionem ſolvere cogerentur, ut ex *Fallopio præf. libri de Morb. Gall. refert Gentil. lib. 2. de J. B. c. 6. ubi plura habet.*

De quo legendus etiam Camer. in hor. ſubciſ. cent. 3. cap. 69. Unde etiam execrabiles omnibus ſecalis fuére, qui venenis hoſtem conficere moliti ſunt, quales barbari, qui ſagittas, & alii, qui aquas, panes, globos plumbeos venenis inficiunt, quibus infamem victoriam efficiunt. *Armis enim non venenis bella gerere debent, ut Fabricius Romanorum Conſul reſpondit apud Valer. Maxim. l. 6. c. 5. n. 1.*

Egregiè culpat hunc peſſimum morem Plinius Hiſt. Nat. lib. 18. c. 1. his verbis:

Genuit terra venena: ſed quis invenit illa præter hominem? Cavere ac refugere alitibus feriſq; ſatis eſt: atque cum arbore exacuant limentque cornua elephanti, & ſaxo Rhinocerotes & utroque apri dentium ſicas, ſciantque ad nocendum ſe præparare animalia: quod tamen eorum tela ſua, excepto homine venenis tingit? Nos & ſagittas ungimus, & ferro ipſi nocentius aliquid damus. Nos & flumina inficimus, & rerum naturæ elementa, ipſum quoque, quo vivitur, aërem in perniciem vertimus.

Maximâ itaque laude digni ſunt Romani antiqui, quod à tali ſcelere ſe immunes præbuerint. Ita enim Fabricius acceptâ à Pyrrhi Medico epiſtolâ, quâ pollicebatur, ſe, illum, ſi gratiam à Romanis acciperet, veneno interemturum, ipſum Romanorum licet hoſtem acerrimum tranſmiſsâ illâ epiſtolâ per literas admonuit, ut à veneno illius ſibi caveret. *Plutarchus in Pyrrhi Vita cap. 45. ubi exemplar literarum illarum refert.*

Ita quoque Tiberius & Senatus Romanus Adgandeſtrio Principi Cattorum per literas Arminii mortem, ſi patrandæ neci venenum mitteretur, pollicenti reſponſum dederunt, non fraude, neque occultis, ſed palàm & armatum Populum Romanum hoſtes ſuos ulciſci. *Tacit. lib. 2. Annal. c. 88.*

Non diſſimile eſt reſponſum Imperatoris Conradi II. Ulrico Bohemiæ Duci, qui Milzkonem Poloniæ Ducem refugium apud cum ſumentem prodere volebat, datum, *ſolere Germanos virtute cum hoſtibus, non fraude certare, ut refert Gold. in Col-*

A. *lect. Conſtitut. Imperial. f. 230. & Rudolphi I.* illi, qui hoſtis Ottocari Bohemiæ Regis necem proditoriè promittebat, his verbis factum: *Licet Ottocarus hoſtis meus infenſiſſimus eſt, illud tamen non committam, ut ejus causâ juſtitia ac probitas à me violetur. Fugger & Bircken in Hiſtoria Auſtriaca lib. 1. c. 12. f. m. 101.*

Et Alphonſi Arragoniæ Regis iis datum, qui Renati Andegavenſium Ducis & Franciſci Sfortiæ necem obtulerunt, hujus tenoris, *ſi tale aliquid inpoſterum cogitare auderent, ſe in eos tanquam in parricidas animadverſurum, addens, ſe quidem virtute, non inſidiis cum hoſte de Regno contendere. Panormit. de dict. & fact. ejus libri 3. n. 22.*

Nec non illud Johannis Bohemiæ Regis, qui cuidam hoſtis ſui Henrici Carinthiæ Ducis mortem B. ob precium pollicito tale dedit, *ſi me neſcio Henricum interemiſſes atque ad me veniſſes, crux tibi præmium futurum erat, qui Regio ſanguine manus commaculaſſes: Et tu me modo auctorem tanti ſceleris petis. Sylvius in Comment. ad d. l.*

Aliud etiam laude dignum reſponſum ob promiſſam à proditore de incendendis hoſtium Venetorum navalibus, & armamentario exuſtionem *idem Alphonſus dedit his verbis: Aut virtute, aut nunquam vincendum eſſe. Ex hac enim re non aliam ſibi laudem ſperandam eſſe, quàm ei, qui Dianæ Epheſinæ templum incendiſſet, cujus nomen totius Aſiæ Decreto è memoria hominum obliteratum traditur. Panorm. d. lib. 3. n. 30. Plura videantur ſeq. c. 6. th. 17. expl. 5. notata.*

Sic quoque cum in bello inter Mantuanos & Mediolanenſes geſto quidam ſimulatus transfuga Franciſco Gongazæ necem Johannis Galeatii Mediola- C. nenſis Ducis veneno perficiendam promitteret, ille inter alia generosè reſpondit: *Propulſare injuriam armis & non veneno mihi in animo eſt, ne à Majoribus meis videar degenerare. Patiar ne illum ego veneno peti, quem armis, cum fas ſit & jura belli velint, occidi ac de medio tolli nollem. Abi igitur ſcelerate, & quam meruiſti crucem, tibi apud alios qui tui ſimiles ſunt, quære, cum tuæiſtæ artes nihil apud me valeant, ut narrat Platina in Hiſtor. Mant. l. 4. p. 281.*

Egregiè quoque Ejusdem Legati in Ducem Mediolanenſium veneno infectis ſagittis uſorum invecti apud *Platinam in Hiſtor. Mant. lib. 4. p. 233.* ſunt his verbis: *Romani ferro dimicare atque hoſtem virtute ſuperare contendebant, nos ferrum, tanquam minus per ſe nocens, veneno etiam armatis, quod ab omni certè humanitate eſt procul: &c. & Senatus Venetus Triſtano Sauragnano promittenti, ſe* D. *curaturum, ut Rex Galliæ Carolus tanquam Reipubl. hoſtis per cubicularium veneno necaretur, per Ducem Bernhardum Bembum reſpondit. Ejusmodi contra hoſtes inſidiis ad eam diem nunquam Patres uſos eſſe, à majoribusque ſuis didiciſſe, ut potius apertâ vi ac virtute, quàm dolo contenderent, ut Juſtinianus lib. 10. Hiſtor. Veneta f. 202. refert. Idem reſponſum Bernhardus Contarenus Ludovici Sfortiæ inſidioſam necem promittens tulit, ſecundum Eund. præc. f. 199.*

Ita cum Gallus quidam nomine Villeneuve in nupero à Gallorum Rege cum Confœderatis Belgis & ſociis geſto bello anno 1673. Electori Brandenburgico per quendam miniſtrum promitteret, ſe Campi Mareſchallum Turenium veneno vel alio ſcelere interfecturum ſed rejectus eſſet, ideoque ad Turenium ſe conferens, idem adverſus dictum Electorem promitteret,

ſe invicem nunciis admonuêre, ut ſibi à ſcelerato illo homine caverent, ut refert Valckener **Im verwirrten** *Europâ P.4.f.489.*

3. *Hoſti data fides ſanctè ſervanda eſt: uti præc. c.3. th.4.expl.1.n.(11) demonſtratum eſt.*

4. *Uti adverſus pauperem, ita contra opulentum quoque hoſtem nonniſi ſummâ neceſſitate, & quaſi coactè bellum gerendum eſt.*

Rationem prioris egregiè reddit Herodot. lib.1. n.13. ita ſcribens: *Lydus quidam nomine Sandanis Crœſo Perſis bellum illaturus, ita conſuluit: Adverſus tales viros expeditionem paras, Rex, qui coriacia ſubligacula, qui è corio reliquam veſtem ferunt, qui non, quibus volunt, cibis veſcuntur, ſed quos habent, utpote Regionem aſperam incolentes. Ad hæc vino non utuntur, ſed aquâ, non ficos ad comedendum, nec aliud quicquam boni habentes, quibus cum nihil ſit, quod eripias, ſi viceris, ſi victus fueris, animadverte, quot bona amittes: Ubi guſtaverint illi noſtra Bona, circumſiſtent nos, nec abigi poterunt.*

Simile reſponſum reddiderunt Scythæ Vexoris Ægyptii Regis Legatis, iis parendi Legem dicentibus: Tam opulenti Regni Ducem ſtolidè adverſus inopes occupaſſe bellum, quod magis domi fuerit illi timendum: quod belli certamen anceps, præmia victoria nulla, damna manifeſta ſint. Igitur non expectaturos Scythas, dum ad ſe veniatur, cum tanto ſibi plura in hoſte concupiſcenda ſint; ultroque prædæ ituros obviam, ut memorat Juſtinus lib. 2. c.3.

Ratio poſterioris eſt, quia exercitus ita in luxum & voluptates labitur, adeoque impiger & inutilis redditur, quod ſatis oſtendit *Hannibalis exercitus*, luxu Campano plane deperditus, & quaſi alius factus. *Liv. lib. 23.c.18. & exercitus Sullæ* luxu Aſiatico plane enervatus & inutilis redditus. *Saluſt. in bello Catilin. c.11.*

Alia hic omittimus, plura ſeq. l.3.c.1.th.9. expl. 5. tractaturi, quibus jungantur, quæ habet Juſtin. lib.2. c.3.

5. *In invaſione terræ hoſtilis ita ſtrenuè bellum inchoandum, ut ſtatim terror animos hoſtium invadat, ut P.Villius* Conſul Romanus bene cenſet & fecit, apud *Livium lib.32. c.15. quia primus terror* ſecundùm *Eundem, cæterorum animos turbat:* ac ſecundùm *Tacit. lib.13. Ann. 8. ac lib.15. c.59. fama in novis ceptis validiſſima eſt. & 12. Ann.31. primis eventibus metus aut fiducia gignitur.* nec non *Jugurtha qui apud Saluſt. in ejus bello c.21. quo pergebat urbes, agros vaſtabat, prædas agebat, ſuis animum hoſtibus terrorem augens: & Ariſtomenes*, cui in bello contra Lacedæmonios antiquiſſima fuit cura initio belli illos perterrefacere, *quo illis eſſet in omne reliquum tempus formidoloſior. Pauſ. lib.4. f.m.155. Ita cum Scipio Carthaginem* tanto impetu aggrederetur, ut illam primo ſtatim die vi occuparet, *tam audacis cepti tum magnitudo tum celeritas Hiſpanos & Pœnos valde terruit, teſte Appiano de Bel. Hiſpan. p.m.448.*

Quo reſpexit Claudius apud Livium lib. 27. c.45. dicendo, audendum ac novandum aliquid improviſum, inopinatum quod cœptum non minorem apud cives quàm hoſteis terrorem faceret, perpetratum in magnam lætitiam ex magno metu verteret. Hinc prudenter *Guicciard. lib.2. Hiſtor. p.m. 231.* ſcribit, *ab auctoritate & exiſtimatione magnam partem bellorum dependere ſucceſſus.*

A. *Ac ideo ſuadent nonnulli, ſtatim caput Provinciæ tentandum & occupandum eſſe, per ea, quæ ſeq. c.6. th.15. in expl.2. dicta ſunt.*

6. *Hoſtis ſi conjunctis viribus ſuperior ſit, per diverſas invaſiones hinc inde factas ad diviſionem & diſtractionem exercitus ſui adigendus eſt:* de quo ſeq. *c. 8. th.2. expl.2. n.14.* quædam annotavimus, quæ videnda ſunt.

7. *Hoſtis bellum deprecatus & ſatisfacere promittens, temerè bello petendus non eſt, cum* pacis honeſtæ neglectus & rejectio inſolentiam & truculentiam ſeveris pœnis ſubjectam & rarò impunitam in ſe contineat, uti infra *c.12. th.1. in expl.* demonſtravimus, & præced. *c.1. th.9. expl. 1.* monuimus.

8. *Hoſtes plures ſimul non quærendi vel ſtudiosè laceſſendi, ratio, quia* impoſſibile ferè eſt, ut idem

B. pluribus hoſtibus & præſertim diverſis in locis par ſit, *ſecundum antiquum dictum: Cum uno ex tribus hoſtibus pacem ineundam, cum altero verò inducias pangendas, & cum tertio demum bellandum eſſe.*

Quod experti ſunt anno præteriti ſeculi nono Veneti, à pluribus hoſtibus in eas redacti anguſtias, ut aliàs gentis toto terrarum orbe maximæ ac inveteratæ auctoritas pluribus urbibus amiſſis intra paludes ipſaſque circumflui maris beneficio permunitas coarctata fuerit, ut refert *Onuphr. Panvinius in Vita Julii II. Papæ.*

Hinc Romani cernentes ſe & Carthaginenſibus & Gallis ſimul impares eſſe, cum illis fœdus ſanciverunt, & adverſus hos bellum ſuſcepêre. *Polyb. lib.2. c.13. Et bellum* in Africam tranſlaturi cum Philippo Macedone ac ſociis pacem ac fœdus fecêre: *Liv.l.29.c.12.*

Quod etiam obſervavit Martianus Imperator,

C. *qui* ut Attilæ validiſſimo & prudentiſſimo hoſti reſiſtendo par eſſet, cum cæteris hoſtibus bella compoſuit ſecundùm *Bonfin. Dec.1. l.3. f.m.53.*

Ita etiam Rudolphus I. Imperator, cum ei adverſus Abbatem S. Galli bellum gerenti duo alia accreviſſent, paucis comitatus & inermis in monaſterium illud venit, Abbatique cœnanti aſſedit, ac illi ita ſe conciliavit, ut ab eo auxilia contra reliquos hoſtes impetraret. *Bircken in Hiſtor. Auſtr. lib.1. c.8. n.4. & 5. & Cuſpin. in Ejus Vita. Ita Carolus IIX. Galliæ Rex* Ferdinandum Arragoniæ Regem bello petiturus & regno expulſurus, ut Ferdinandum Hiſpaniæ Regem & Maximilianum I. Imperatorem adverſarios ſibi interim conciliaret, illi Perpinianum cum comitatu Roſſiliano huic oppida Arteſiæ ceſſit, ut prudenter obſervat *Mangenberim in Practica Prudentia Polit. & Milit. l.1. Axiom.20. in ſubje-*

D. *ctâ hiſtoriâ.*

Sic quoque Rex Sueciæ Guſtavus Adolphus cum contra Imperatorem Ferdinandum II. certis de cauſis bellum geſturus eſſet, prius cum Polonis ad ſexennium inducias ſancivit. *Chemnit. Belli Sueco-German. vol.1. lib.1. n.8. & 9. Idque praxi Romanorum probat Machiav. lib.2. Diſc. ad Livium 1. & Turca exactè obſervant, ut ex hiſtoriis notum eſt.*

Quod eò magis obſervandum, ſi unum bellum inteſtinum eſt, hoc enim regulariter priùs ſedandum, quam aliud inchoandum eſt, uti exemplis probat Forſtn. ad l.15. Ann. Tacit c.12. ſimul tamen per exempla deducens nonnullos principes maluiſſe externam pacem bello inteſtino præferre, ubi legi poteſt.

Hoſtis exercitatus, ferox, & formidoloſus morâ & tædio frangendus eſt, judicio Sulpitii Dictatoris Roma-

Romani apud Livium lib. 7. c. 12. cum Tacito teſte 2. Hiſtor. 32. multa bella impetu valida, per moras evaneſcant, ut Popilio Romanorum Imperator Gallorum validum & ad pugnam avidum exercitum prudenter ſuperavit, Liv. l. 7. c. 23.

Ita quoque Fabius novam de Hannibale feroci hoſte commentus eſt victoriam non pugnare, vel moras nectere. *Liv. lib. 22. c. 15. & Plutarch. in ejus Vita. c. 4. & Flor. lib. 2. c. 6. Simili artificio* adverſus Cæſarem, ſed mutato poſteà in propriam perniciem conſilio, *uſus fuit Pompejus, teſte eodem lib. 4. c. 2. Idem Ottoni* prudenter ſuaſit Suetonius Paulinus, ſed abſque obtemperatione magnâ affectus clade. *Tacit. 2. Hiſtor. 32.* & *Dux Alba* feliciter contra Orangium uſurpavit, ut narrat *Strada Dec. 1. Belli Belg. l. 7. p. m. 411.*

Ubi notandum, de Gallis omni tempore obſervatum & ſcriptum eſſe, quod primo impetu feroces ſint, eosq; ſuſtineri ſatis ſit, & quod prima illorum prælia pluſquam virorum poſtrema minùs quàm fœminarum ſint, ut conſtat inter alios ex Polyb. l. 2. c. 33. Floro l. 2. c. 4. in pr. & Livio lib. 10. c. 28. quibus conſentit Gaguinus ipſe Gallus lib. 10. Hiſtor. c. 1. ſcribens: *Miles Francus ad ſubitos caſus audax & promtus & plerumque felix, in diu meditatis minùs fervens & rarò bene fortunatus. Rationem reddit Scalig. Comm. in l. 1. Hippocrat. De inſomniis, quod ſanguis Septentrionalium copioſus ita dilutus ſit, ac proinde poſt primum æſtuationis impetum deferveſcat. aliam v. Machiavel. l. 3. Diſc. ad Livium c. 11. Sed noſtra tempora aliud docuerunt.*

10. *Iisdem nationibus aliàs imbellibus bellum ſæpiùs inferendum non eſt, ne ſcilicet ſubinde ſe defendere diſcentes bellicoſi fiant, ut Lycurgus juſſit, & dicere ſolitus ſecundum Plutarch. in ejus Vita c. 24. & in Apophth. c. 76.*

Memorat hinc idem in Ageſilao c. 44. Thebanos haut unquam aliàs, quàm eo tempore, quo crebris Lacedæmoniorum contra ipſos expeditionibus veluti exercitati fuerunt, bellicoſiores fuiſſe. Exprobravit ſanè id ipſi Ageſilao in bello adverſus Thebanos ſauciato *Antalcidas apud Plut. in Apophth. Lacon. c. 19. & 37.* quod eos in arma concitaverit his verbis: *Præclaram doctrinæ tuæ mercedem habes, qui Thebanos nec animatos ad bellandum, nec exercitatos & invitos conſueſceris docuerisque bellum gerere. Et de Germanis Tacitus 2. Annal. 45.* Eos, non ut olim vagis incurſibus ac disjectas per catervas acies direxiſſe, ſed longâ adverſus Romanos militiâ inſuetos fuiſſe ſequi ſigna, ſubſidiis firmari, dicta Imperatorum accipere. Plura videri poſſunt apud *Bellermont. diſſert. Polit. 28. Rupert. ad Saluſt. c. 2. ſub civilibus §. 2. Lanſing. de Incr. Imper. l. 1. c. 17. & Zecchium Politicorum lib. 1. c. 6. n. 8. reg. 12.*

11. *Hoſti inter ſe diſſidenti bellum quidem inferendum eſt, ſed tum demum, quando jam ferè enervatus eſt per crebras inter ſe commiſſas pugnas, adeoq; ad ſe defendendum impar.*

Ratio eſt, quia amat concordia conjungi illud ipſum, quod diſſidet, metu mali communis, teſte Halicarn. lib. 8. c. 27. & Liv. l. 2. c. 39.

Quod bene obſervavit Scorylo Dacorum Dux, qui cum ſciret diſſociatum armis civilibus populum Romanum neque tamen tentandum arbitraretur, quia externo bello poſſet concordia in cives coaleſcere, duos canes in conſpectu popularium commiſit, hisq; acerrimè inter ſe pugnantibus, lupum oſtendit, quem A. *proximus canes, omiſſâ inter ſe irâ aggreſſi ſunt: quo exemplo prohibuit barbaros ab impetu Romanis profuturo, Fronto lib. 1. ſtratag. c. 10. n. 4. Vide etiam Rhodigin. lib. 17. V. L. c. 25.* ubi illam hiſtoriam paulò aliter refert. *Et Fabius Max. prius apud Livium l. 28. c. 42.* Romanis trajectionem in Africam diſſuadens his verbis: *Nunc illos æmulatio inter ſeſe & omnes cauſa certaminum acuunt, quia procul externus metus. Oſtende illis Romana arma, & exercitum alienigenam, jam veluti ad commune reſtinguendum incendium concurrent. Expertus hoc eſt etiam Alexander Magnus, cum enim in regionem Oxydracarum Mallorumque veniſſet, eos aliâs bellare inter ſe ſolitos, tunc periculi ſocietate junctos reperit, referente Curt. l. 9. c. 4.*

Cautè itaque hîc agendum, exemplo Veſpaſiani, qui Hieroſolymas obſeſſurus tam diu ceſſavit, donec B. *Judæi in illa congregati ſe ipſos conſumſerint, & maturationem ſuadentibus reſpondit: Si jam venero, metus illos iterum conjunget, adeoque malo exſpectare, donec mutuis diſſidiis ſe invicem attriverint, teſte Joſepho lib. 4. Belli Judaici. c. 2.*

12. *Vicinus inimicus armis potens & clarus longâ pace frangendus potius, quàm bello laceſſendus eſt: quia* talium ferocia corda longâ pace molleſcunt, & terribilis eſt hominibus conflictus, ſi non ſit aſſiduus, ut bene judicat *Theodor. Rex apud Caſſiod. 3. Var. 1. Obſervarunt hoc bene Hiſpani per inductias ſuas* Belgas Confœderatos ab armorum uſu & fiduciâ abſtrahentes, uti etiam ſuaſit *Lipſius in Epiſt. ſuâ:* Utrùm bellum vel pax, vel induciæ cum iis ſuadendæ. Vide quæ de hac materia *ſeq. c. 10. th. 4. in expl.* annotavimus.

13. *Bellum contra longinquos vel remotos hoſtes* C. *nonniſi graviſſimis de cauſis, & cum omnia domi ſunt tuta, ac periculum à vicinis non metuendum, ſuſcipiendum eſt.*

Ratio prioris eſt, quia tale bellum magnis ſumtibus, periculis & laboribus conſtat, dum annona deficiens difficulter paratur, ſubſidia longè petenda ſæpiſſimè nimis ſerò & rebus jam deſperatis adventant, prælio infeliciter geſto refugii locus nimis remotus, & intermediorum fides intuta, adeoque tranſitus per ſe damnoſus difficulter patet, quæ omnia maximis periculis obnoxia: *Poſterioris verò* in eo verſatur, quia illo in caſu domi, imprimis ſi res malè cedat, facilè rebellio, defectio vel bellum inteſtinum oriri, vel tandem à vicinis bellum adverſus abſentes ſuſcipi poteſt: *& frequenter ſolet, ut ſeq. lib. 3. c. 2. th. 25. & in explic. demonſtravimus. In genere verò illud obſervandum, quia* à tali hoſte parùm lucri ſperandum: D. nam licet ipſum vincamus, difficulter tamen in officio retineri poteſt. *Vide Niciæ Orationem duplicem apud Thucyd. lib. 6. p. 264. & 270. & Orationem Hermocratis ibid. p. 275.*

14. *Hoſti jam ab aliis hoſtibus planè defatigato & in anguſtias redacto bellum etiam juſtâ de cauſâ illo in tempore non eſt inferenda.*

Ratio datur, quia licet apta occaſio in bello prætermitti non debet, *id tamen* potiùs in bello jam inchoato, quàm inchoando in genere locum habet: *afflicto enim afflictio non eſt addenda. L. Divus. 14. ff. de Offic. Præſid. nec omne utile honeſtum eſt. Cicer. lib. 3. de Offic. c. 3. Vitio itaque vertit Livius Tuſcis,* quod in Romanum agrum, dum Roma à Gallis ita arctè premeretur, illius non miſerti excurſionem fecerint, & Vejos præſidium &

ſpem ultimam Romani nominis oppugnare in animo habuerint. *lib.5.c.45.*

Ad id ſummâ cum laude reſpexit Alphonſus ſapiens ille Arragoniæ Rex, *qui* Caroli VI. Franciæ Regis Legatis nomine Principalis eoixè petentibus, ne per id tempus, quo hic bello Britannico implicatus eſſet, Regi ſuo bellum aliquod ſimul inferret, *reſpondit, ſe contra Regem jam profligatum, licet juſtam ejus cauſam haberet, armis non moturum, neque eo animo eſſe, ut cum Majores ſui in ejus, puta Caroli, proſperitate ſuum non petierint, id in ejus repetat calamitate.* Raro ſanè ac juſtitiæ & magnanimitatis pleno exemplo, ut refert *Panorm. de ejus dict. & fact. lib. 2. n. 1.* *Quod obſervavit etiam Albertus Auſtriæ* Dux, qui ſuadentibus ſuis nobilibus, ut inimicam urbem *Baſileam* terræ motu anno 1356. planè deformatam & imbellem redditam illâ occaſione ſupprimeret, illud pro abominatione habuit, & *vindictam uſque ad reſtaurationem ſe dilaturum dixit*, ut *Fugger. & Birckeñ. In Hiſtor. Auſtr. l.3.c.8.n.3. referunt.*

15. *Ante omnia in bello innocentibus, quales decrepiti ſenes, infantes, pueri, fœminæ, ſenes, Clerici, Studioſi, vitæ periculum non eſt inferendum, de quo lege Maximil. II. Imperatoris* Reuterbeſtallung *art.70. & Ordinat. Politicâ Ejusd. de anno 1577. Tit.6. §.1.* *Nam, ut prudenter Grotius de Jure B. & P. lib.3.c.11.n.2. cenſet: ex propoſito juſtè interfici nemo poteſt, niſi aut in pœnam juſtam aut quatenus abſque eo vitam & res noſtras tueri non poſſumus.* *Quod etiam demonſtravit Alexander M. apud Curtium lib.4.cap.11.* Legatis Darii reſpondens: *Cum captivis & fœminis gerere bellum non ſoleo, armatus ſit oportet, quem oderim.* *Ratio etiam hæc dari ſolet, quia* horum interfectio nec ad recuperationem rerum ablatarum, nec ad vindictam, cum fœminæ & impuberes eam non mereantur, facit, ſed meram crudelitatem ſapit. Ejus exempla occurrunt apud *Livium lib.5.c.21. & lib.6.c.10.* de quo lege *Grue. in Floril. part.1. p.598. & part.3. p.876. & ſeq. c.6. th.21. expl.1. notata.* *Addendi hi agricolæ & agri: Hinc Cyrus Regi Aſſyriorum nunciari juſſit, paratum ſe eos, qui agros colerent, illæſos indemnesque ſinere. Xenoph. lib.5. Cyroped. n.136. Arrianus de reb. Indic. refert in India Agricolas in bello capere, aut agrum eorum vaſtare nefas fuiſſe, p.m. 531. cui conſentit Diod. Sicul. lib.2.c.40. & Sulla teſte Paterc. lib.2.c.25. in bello civili tantâ cum quiete exercitum per Calabriam Apuliamq; cum ſingulari curâ frugum, agrorum, urbium, hominum perduxit in Campaniam, ut putaſſes veniſſe in Italiam non belli vindicem, ſed pacis auctorem.*

De Belliſario quoque refert Procop.3. Gothic. in pr. illum adverſus agricolas tantâ curâ providentiâque egiſſe, ut eorum nemo vim pateretur. vide Eund. in Hiſtor. Vandal. p.44.45. & 47.

Ejus rei elegantem reddit rationem Archidamus apud Thucyd. lib.1. p.m.35. his verbis: *Terram hoſtilem non aliud, quàm obſidem cenſete, tantóque meliorem, quantò magis exculta eſt, ne deſperatio hoſtes reddat invictiores.*

Non omittendum hoc loco eſt Fridericum Comitem Palatinum Rheni, cum in bello contra ſe geſto hoſtes agrum valde vaſtaſſent, & ſegetes perdidiſſent, tres Principes in prælio captos in arcem ſuam Heidelbergæ deduxiſſe, & convivio lauto excepiſſe, ſed panem menſæ imponi vetuiſſe eos commonefaciens, bella ſic debere geri, ut petatur hoſtis, non etiam innocens agricolarum turba, quorum illi ſegetes contra belli jura dirè devaſtaſſent. Eberus in Calend. ad diem 1. Julii. & Birckeñ. in Hiſt. Auſtr. l.4.c.6.f.443.

A *Excipiuntur tamen*, ſi perſonæ tales conſiliis & ipſo quoque facto inimico privilegii illius jacturam fecerint. *Quo nonnulli Aurelianum* in recuperatione rebellis Palmyræ mulieribus non parcentem, infantes occidentem, ſenes jugulantem, ruſticos interimentem, ut ipſe de ſe apud *Vopiſc. in Ejus Vita, c.31.* ſcribit, *excuſant.*

Plura vide ſeq. c.11. th.7. expl.1.

16. *Hoſtis ad deſperationem non eſt adigendus, ut ſeq. c.6. th.17. expl.10. & cap.11. th.8. expl.1. demonſtrabitur.* Referri hoc quædam regulæ & monita debent ex iis, quæ infrà cap.8. th.2. expl.2. & th.5. in explic. congeſſimus.

17. *Bellum ſemel inchoatum non deſerendum, ſed vel hoſtis deletione vel pacificatione finiendum eſt, ob rationem, quam Commodo Imperatori ſuggerit Pompejanus apud Herod. l.1.c.14. his verbis, bellum inchoatum*
B *relinquere, præterquam quod indecorum videtur, etiam periculoſum eſt. Jul. Cæſar. in Oratione ad ſuos Legatos apud Dion. l.38. f.m.82.*

II. *Quæritur hic:* Utrum hoſtis ſuo territorio quærendus, an verò domi exſpectandus ſit?

℞. *In utramque partem rationes non contemnendæ ſe offerunt, in Orationibus à Fabio Maximo apud Livium lib.22.c.39. & lib.28.c.40. & ſeq. & oppoſita à Scipione ibidem c.43. habitis.*

Pro affirmativa prioris faciunt ſeq. rationes:

(1.) *Quia bello domi exſpectato tam* per proprios & auxiliares milites, *quàm* per hoſtes patrium ſolum rapinis, incendiis, pabulatione, frumentatione, hoſpitatione & aliis mille malis conſumitur, *& in contrarium* bello in aliam tranſmiſſo Provinciam hoſti hæc omnia imponuntur mala. Præclarè hinc *Brunn. lib.1.*
C *Ann. Bojorum p.m.91.* ſcribit: *Durum eſt ſuis agris ingemere, aut cibum exſculpere à patrio ſolo, in alieno dulciorem, eumq; hilari labore, id eſt, prædando parabilem. Quam ob cauſam Philippus Landgr. Haſſiæ prudenter dicere ſolitus eſt,* Es ſey beſſer ſein Pferd an eines frembden Herren Krippe zu binden.

(2.) *Quia ita hoſti adimuntur media* apparatus bellici, pecuniæ, ſubſidia, annona, & prælio feliciter commiſſo hoſtilis terra facilè occupari & retineri poteſt, ut hoc demonſtrat *Hannibal Antiocho Regi in conſultatione de modo bellum Romanis inferendi apud Juſtin. lib.31.c.5. addens, illos foris invictos, domi fragiles eſſe, & Livium l.34.c.59. ſubjungens, ſi liceat populo Romano viribus & copiis Italiæ extra Italiam bellum gerere, neque Regem illum neq; ullam gentem parem Romanis fore.*

D *Cui addendum cum Agathocle, foris etiam hoſtem ſuis viribus vinci deficientibus ſociis. Juſtin. lib.22.c.5. ubi videatur. Quibus junge, quæ habet Mamertin. in Panegyr. ad Maximin. c.8.*

(3.) *Quia domi in bello intra patria viſcera geſto clades accepta propter hoſtis inſtantiam ægrè reparatur, contrà vero illâ in hoſtico perpeſſâ tempus recolligendi conceditur. Scipio in d. Oratione apud Livium lib.28. c.43.*

(4.) *Quia major gloria eſt* hoſtem in proprio quærere, quàm domi, cum metus objectione opperiri, ut hoc demonſtrat *Scipio apud Livium lib. Eod. c. ſeq.*

(5.) *Quia miles in peregrino ſolo* refugii deſtituitur loco, & undique hoſtibus cinctus, adeoque victus, omni auxilio & fugæ ſpe privatus, ad fortiter præliandum quaſi adigitur. *Imperator Leo in Tactic. c.20. §.45.* *At in regione* ſuâ ſalutem fugâ quærere ſe poſſe ſperant, & ad munitiones venire, quibus ſerventur *Idem ibid.*

Prius

Prius bene perpendit Hannibal trajectis Pœninis vel Penninis Alpibus in conſpectu hoſtium ita ſuos allocutus: Neſcio an majora vincula majoresq́; neceſſitates vobis quàm captivis veſtris fortuna circumdederit, dextera lævaque duo maria claudunt, nullamne ad effugium quidem navem habentibus, circà Padus amnis, major ac violentior Rhodano, à tergo Alpes urgent, vix integris vobis ac vigentibus tranſita. Hic nobis vincendum aut moriendum, milites, eſt, ubi primùm hoſti occurriſtis, & eadem fortuna, quæ neceſſitatem pugnandi impoſuit, præmia vobis ea victoribus proponit, quibus ampliora homines à Diis quidem immortalibus optare ſolent. Livius lib.21.c.43. Poſterius docent Vitellium, quibus ab Antonio fuſis propinqua Cremonenſium mœnia quantò plùs ſpei ad effugium, tanto minorem ad reſiſtendum animum dabant, ſecundùm Tacit.3 Hiſtor.18.

Facit denique (6.) egregia Sulpitii Conſulis Romani ad Populum habita Oratio apud eundem Liv. lib.31. c.7. in quâ rationibus & exemplis demonſtrat, bella Romanis foris ſemper feliciora, quàm domi fuiſſe. *Imprimis verò exemplum Hannibalis* per 16. annos in Italia feliciter belligerantis: in patriam verò à Romanis protracti præclarâ victoriâ à Scipione ſuperati. *Cæterùm vide Bernegg. quæſt. ex Tacito 197. ubi multa pro hâc opinione congeſſit.*

Pro poſteriori pugnat (1.) elegans diſcurſus Q. Fabii Maximi apud Livium lib.22.c.39. ita formatus: *In Italia gerimus bellum in ſede & ſolo noſtro: Omnia circa plena ſociorum & civium ſunt, armis, viris, equis, commeatibus juvant juvabuntque: id jam fidei documentum in adverſis rebus noſtris dederunt: meliores, præſtantiores, conſtantiores nos dies facit: Hannibal contrà in alienâ, in hoſtili eſt terrâ, inter omnia inimica & infeſta, procul à domo, procul à patria, neque illi terrâ, neque mari eſt pax, nulla illum Urbes accipiunt, nulla mœnia, nihil uſquam ſui videt. &c.*

Cui conformis eſt ejusdem Oratio adverſus Scipionem habita apud eundem lib.28.c.40. & ſeqq.

Idem Galgacus ſuis ob oculis ponit apud Tacit. in Agric. c.32.

(2.) Quia ſemper patria majori curâ & ardore defenditur, quàm alienum ſolum invaditur, & hoſtis fortiùs rejicitur, quàm petitur, cum quo majus periculum patriæ imminet, eò majori vi liberi, conjuges, parentes, penates defenduntur. *Cicero 1. de finibus.7. Quo pertinet illud Fabii Maximi apud Liv. l.28. c.41. Natura prius eſt, tua cùm defenderis, aliena ire oppugnatum.*

(3.) *Quia, ut* jam ſuprà relatum, *familia, propinquitates, pignora, in proximo ſtantes ad fortitudinem & defenſionem egregiè incitant, & hereamenta ſunt victoriæ, & pulſis pudor. Tacit. de Morib. Germ.7. & 14. Hiſt. 8.* nec non *Livius lib.7 c.11. ac illa omnia victoriæ incitamenta ſunt. idem Tacitus in Agric. d.c.32.*

Refert hinc Plutarchus in Pyrrho c.63. cum ille Lacedæmonem invaſiſſet, Lacedæmonios alacritate & virtute etiam viribus ſuis Superiore pro patria propugnaſſe, & adſtetiſſe mulieres, tela, cibum & potum iis, quo opus habebant, porrigentes ſaucios ad ſe recepiſſe. Et id antiqui pro aris focisque & Deorum templis pugnare dixerunt, atque glorioſum habuerunt, ut Camillus apud Liv. l.5. c.30. cives ſuos adhortatur. Occurrit verò eadem locutio apud *Cicer. lib.3. de Nat. Deor. in f. Putatque Meurſ. in Auctar. Philolog. c.8.* phraſin illam eò ſpectate, quod hoſtes in occupatis per vim urbibus non ſolum Deorum aras, ne illi reverterentur, & priſtinam tutelam reciperent, ſed etiam focos ædium effoderint & everterint, allegans ad hoc demonſtrandum locum *Ciceron. in Orat. pro Domo ſuâ. c.40. & Marcellin. lib. 28. p.m.368.*

(4.) *Quia ſicuti teſtudo*, ubi collecta in ſuum

A. tegimen eſt, tuta ad omnes ictus eſt, ubi crexit partes aliquas, quodcunque nudavit obnoxium atque infirmum habet: Ita etiam (ut *de Achæis in ſpecie ſenſit T. Quintius Flamin. Conſul Rom. apud Livium lib 36. c.32.*) ſi bellum in exteros transferatur, bellanti omnia nuda & ad omnes ictus expoſita ſunt.

(5.) *Quia exempla exſtant hujus rei egregia: Ita enim Athenienſes*, quàm diu hoſtes domi exſpectarunt, ſemper vicerunt, & poſtquam procul à patria bellum gerere cœpiſſent, & exercitus in Siciliam transferret libertatem & cætera omnia amiſerunt. *Thucyd. lib.8. circa fin. & lib. 2. p.m. 90. & 91. Ita quoque Tamyris* vel Tomyris Scytharum Regina maluit in patrio Regno Cyri adventum præſtolari, quàm foris impedire, tam felici exitu, ut ipſum cum 200000. Perſarum trucidaverit. *Juſtin. lib.1. c.8. Herod. lib.1. n.37. & ſeqq.* ubi hiſtoriam latè & ſinguB. lariter refert. *Quamvis alii Hiſtorici diſſentiant*, ut *præced. parte 1. c.3 th.7. expl.2.* dictum.

Idem Juſtin. lib.6. c.7. refert, Lacedæmonem à centum circiter Senibus contra improviſam Thebanorum quindecim millium invaſionem ob ſolum patriæ & Penatium aſpectum defenſam eſſe, hoc judicio adjecto: *Pauci igitur ſuſtinuêre Senes aciem, cui par ante diem (extra patriam ſcilicet) univerſa juventus eſſe non potuit.*

Hæc aliaque plura à Politicis in utramque partem afferri ſolent, uti latius illa videri poſſunt apud Felvving. in diſſert. Polit. de hâc materiâ. Joh. Marnix. 8. Reſolut. 21. Renat. de Luſinga. lib.1. de increm. conſerv. & occaſu Imper. c.2. Vernul. in Inſtit. Polit. lib.4. tit.9. Conz. lib.10. Polit. c.44. & alios.

Nos neutri opinioni ſimpliciter adhæremus, & in priorem quidem proniores diſtinguimus (1.) inter bellum defenſivum & offenſivum. (2.) inter hoſtem aeri aſpeC. ro & duris ſuetum, bellicoſum, exercitatum, ac victoriis elatum, *& fluxum*, mollem ac rudem. (3.) *inter regiones hoſtiles acceſſu difficiles*, montanas, ſteriles, pauperes, aſperas, munitis urbibus & arcibus validas, *& regiones patentes*, fœcundas, divites, & nullo vel rarò munimentorum præſidio tutas.

(4.) *Inter hoſtiles provincias* noſtris conterminas & remotas ab illis. *Statuimus itaque quoad (1.) & (4.) in bello defenſivo* hoſtem potiùs præſtolandum domi eſſe, *præſertim*, ſi longè diſſitæ ſint illius Provinciæ, *quia ita* exercitum ſuum per longum iter ducendo fatigat, vicinis & intermediis moleſtus eſt, & facilè injurius eſſe, ac anſam præbere poteſt, ut & ipſi arma contra illum, ſi non ab initio, ſaltem improſpero belli eventu ſimul ſuſcipiant: *deinde quia* annonæ, jumentorum, veſtium, pecuniæ defectum pati, & tandem profligatus aut recedere coactus, facilè deleri poteſt, vel ſeipſum conſumere. *Quò facit*, quod bellum D offenſivum gerens omnia meliùs diſponat, & ad quamvis fortunæ aleam paratior ac magis præparatus ſit, cum & tempus ipſi hoc concedat, & intentio injungat, *contrà verò* bello petitus ob exiguum, quod ipſi ad defenſionem conceditur, ſpatium, hæc ita ex abrupto diſponere nequeat.

Idem dicimus quoad (2.) ſi hoſtis noſter milite molli, fluxo & longo itineri ac aeri aſpero, qualis in noſtrâ Provinciâ fortè ſit, non ſit adſuetus. *Tunc enim* melius eſt, ut in noſtram admittatur Provinciam, quia ille ita ſe facilè conſumere & abſque prælio ſuperari poteſt, *cum contrà* etiamſi ſit robuſtus, fortis, durus, exercitatus per longa itinera, annonæ defectum, æſtum & frigus ac cætera incommoda nihilominùs tutius ſit illum exſpectare, quàm in proprio quærere, *quia priori caſu* ſeipſum quodammodò conſumit, *poſteriori verò* eò aptior eſt ad peregrinum invaſorem debellandum &

profligandum. *Eadem ratio eſt* (3.) ſi hoſtis regio A.
ſit inacceſſa,aſpera, munita. *Tunc enim* planè non eſt quærendus, ſed exſpectandus, imprimis ſi quoque invadendi & bello petendi regio iisdem difficultatibua eſtobnoaia. *Mirum enim in modum per tales hoſtis conſumitur etiam abſque debellatione. Contrà verò illum in proprio quoque tutò quærendum exiſtimamus, ſi ille (1.) incolas* habeat molles, fluxos, laborum inſuetos,imbelles. *(2.) Provinciam omnibus rebus affluentem & patentem,ac munitionibus crebris non firmatam & (3.) ſi ille,* cui bellum indictum eſt,jam firmo, robuſto,ac antiquo exercitu valeat, indicens verò adhuc circa illum colligendum occupatus eſt. *Tunc enim quoad* (1.) *&* (2.) ut dictum, etiam tutò invadi, & bellum in ejus provinciam inſerri poteſt, *quia* ita & nullum periculum ſubeſt, & propria Provincia conſervatur: contrà verò hoſtilis perditur. *Quoad (3.)* verò hoſtis, antequam nocere poſſit,opprimi poteſt, *quod* B.
in nupero Danico bello anno 1658 & ſeqq.geſto, Sueci optimè obſervarunt, cum aliàs ſi Regi Daniæ tempus ad exercitum firmum colligendum & nocendum conceſſiſſent, res multò aliter abſque dubio ceſſiſſet.

Caterùm vide egregiam Suetonii Paulini hâc de re habitam diſſertationem apud Tacit.2.Hiſt.32.

CAPUT VI.
DE
EXERCITUS CONGREGAtione & deductione ex metatis, nec non caſtrorum locatione, excubiarum expoſitione & obſeſſione. C.

SUMMARIA.

TH.I. Actus belli in quibus conſiſtant.

TH.II. Clarigatio quid.

TH.III. Ductus exercitus duplici fit modo, ſed diverſo fine.

Expl.I. Quomodo tranſitus per vicina amica territoria inſtituendus.

Expl.II. De quo ſibi ante deductionem talem exercitus Dux proſpicere ac cavere debeat.

De ordine exercitus ducendi remiſſivè.

Expl.III. Singulare ſignum nonnullarum gentium, quod exercitus in itinere, ſubſiſtentiâ & prælio obſervare debet.

Ubi inter alia de carrocio.

TH.IV. Caſtra quid ſint,& quæ circa illa obſervanda. D

Expl. Caſtrorum etymon.

Quomodo illa à metatis, manſionibus & ſtativis diſtinguantur, ubi

Stativorum diverſi ſignificatus.

Nonnullæ gentes pro caſtris carragine uſi.

TH.V. Qualis locus caſtris debeat deſtinari.

Expl. Cur caſtra aptè locanda.

TH.VI. Forma caſtrorum in quibus conſiſtat.

Expl. I. Quid circa formam externam obſervandum.

Quæ figura melior ſit.

Expl. II. Interna forma vel diſpoſitio qualis eſſe debeat.

Periculum ob malam illorum diſpoſitionem ſæpe oritur,& id exemplis demonſtratur.

Tentoria ex qua materia olim confecta.

Quomodo à tabernaculis differant.

Quare papiliones dicantur.

De typo Romanorum caſtrorum remiſſivè.

Fridericus II.loco caſtrorum in obſidione Parmæ civitatem oppoſitam exſtruxit.

Olim ex caſtris multæ Civitates natæ.

TH.VII. Caſtrorum conſervatio quomodo fiat.

Expl. Demonſtratur omnia illa neceſſaria eſſe.

Quæ à nonnullis ad munitionem caſtrorum olim requiſita.

TH.IIX. Caſtrorum motio quomodo fieri debeat.

Expl. I. Cur quandoque caſtra clam hoſte movenda.

Quomodo illud efficiendum.

Expl. II. Præcavendum, ne ex diſceſſu hoſtis commodum capiat.

TH.IX. Diſtinctio caſtrorum.

Expl. Caſtra hiberna frequenter pro metatis, olim enim hieme omnia bella jure Gentium quieverunt.

Quandoque etiam pro veris caſtris hibernis ſumuntur.

Quo tempore illa primùm à Romanis uſurpata.

Turcæ hiberna non uſurpant ex privilegio Amuratis I.

TH.X. Quid circa excubias & vigilias conſiderandum.

TH.XI. Requiſita illarum quæ.

Expl. I. Vigiliæ propriè nocturnæ & excubiæ diurnæ ſunt.

Illæ apud Romanos in quatuor vices fuêre diſtinctæ,& quidem ad clepſydram.

Quomodo illæ vices fuerint nominatæ.

Vigiles vocati per ſortem vices illas legerunt, & quare.

Stationes quid.

Canes etiam loco vigilum in turribus excubarunt.

Expl. II. Diligentiſſima vigiliarum viſitatio perquàm neceſſaria.

Æmilius Paulus ideò vigilibus ſcutum ademit.

Viſitatio vigiliarum hodie duplex eſt.

Expl. III. Pœna ideò negligentibus poſita, & quæ.

TH.XII. Connexa vigiliis quæ.

Expl. I. Teſſera militaris olim apud Germanos die Kride/ *& quare:*

Poſteà verò die Loſung und *parole*, oder das Wort *dicta fuit.*

A quo inventa ſit.

Quid apud Romanos fuerit:

Ubi mos teſſeras accipiendi, deferendi & referendi ex antiquitate eruitur.

Teſſera duplex.

Poſteà loco ligni verbum unum vel plura circuitoribus data fuerunt.

Illa ſanctè aliis tacenda eſt.

Expl. II. De tuba vel buccina cantu tanquam vigiliarum conſtituendarum & habendi ſilentii ſigno quædam annotata.

Cur acclamationes à vigilibus factæ.

Hodie tympano veſperè ſignum illius loco datur.

Olim quoque ignes & faces ex ſuperioribus vallorum & turrium locis noctu accenſa.

TH. XIII. Actus publici belli duplex obſidio & prælium.

TH. XIV. Circa obſidionem quæ conſideranda.

TH. XV. Antecedentia obſidionis in quibus conſiſtant.

Expl. I.

Expl. I. Quid obſeſſuro quoad obſidendum locum ante actum illum obſervandum ſit.

Expl. II. Quomodo locus talis adeundus & circumvallandus ſit:
Ubi de diſtinctione obſidionum.
Metropolis cur primo obſidenda.

TH. XVI. Actus conſiſtit in officiis tam ab obſidentibus, quàm obſeſſis obſervandis.

TH. XVII. Obſidentium officia quæ.

Expl. I. Difficultas & ſumtuoſitas obſidionum oſtenditur.

Expl. II. Stipendium, commeatus, & reliquus belli apparatus, amè procuranda.

Expl. III. Locus obſeſſus ubi munitiſſimus, ibi aggrediendus.

Expl. IV. Metus & pavor hoſti incutiendus: Ubi de modo hoſtes captivos vel illorum cognatos periculo objiciendi.

Expl. V. Aquæ neceſſitas: Ubi exempla Urbium per fluviorum averſionem vel in curſu impeditionem ac reſtagnationem occupatarum.
An liceat fontes & aquas obſeſſorum veneno inficere.
An ellebore corrumpere.
Annonæ neceſſitas.
Exempla Urbium fame ingenti preſſarum.
Et incolarum poſt deditionem ex nimio eſu mortuorum.
Stratagema adimendi dolo commeatus.

Expl. VI. Quomodo obſeſſi ad eruptiones faciendas elici poſſint.

Expl. VII. Cur in oppugnatione nihil temerè agendum ſit.

Expl. IIX. Utilitas tormentorum bellicorum & cuniculorum.
Hos jam olim notos fuiſſe oſtenditur, ſed aliis mediis in effectum deductos.
Quis primus illos per pulverem pyrium rupit.
Mirabilis hiſtoria de cuniculo.
Quomodò olim hoſtes ex cuniculis acti: Et cuniculus clam actus ab obſeſſis dignoſci poſſit.
Unde Gallis ille mine dicatur.
Recenſentur aliquot obſidiones, in quibus cuniculi magno numero acti ſunt.
Refertur modus per injectionem lapidum & putridorum cadaverum obſeſſos ad deditionem cogendi.

Expl. IX. Cur ſæpe impetus ad ſpeciem ſaltem adornandi ſint.

Expl. X. Deſperationis vis magna, & ideò ad illam hoſtis non adigendus.

Expl. XI. & XII. Cautela ponitur contra deceptionem obſeſſis familiarem.

Expl. XIII. Quomodo militi deſperabundo de occupatione loci animus addendus.

Expl. XIV. Memoratur per occaſionem modus gentilium, ante obſidionem vel etiam eâ durante evocandi Deos.
Ubi ſimul de fabula de Palladio.

TH. XVIII. Officia obſeſſorum quæ ſint.

Expl. Demonſtratur officia obſeſſorum cum officiis obſidentium in multis concurrere.
Annonæ abundantiam omnibus modis oſtendendam, & præ ſe ferendam eſſe, & quare, ubi exemplis id illuſtratur.
Eruptiones quomodo perficiendæ per axiomata demonſtratur ſequentia.

A. *Debent fieri cautè & prudenter, ac cum certa utilitate.*
Quæ ex neceſſitate fiunt, ſæpe bene cedunt.
Nocte & inſolitâ inſtructione factâ maximè hoſtem terrent.
Referuntur quædam de vigiliis notabilia.
Loci concrediti defenſio ſtrenuè quidem, ſed prudenter, nec ſtultâ ambitione peragenda: Ubi talia exempla recenſentur.
Referuntur diuturnæ obſidiones.
An illi, qui extrema pervicaciter experiuntur, veniam & honeſta deditionis pacta mereantur?
Reſp. Per diſtinctionem.
Referuntur varia & extraordinaria inventa ad hoſtium inſultus depellendos.

B. TH. XIX. Conſequentia obſidionis quæ.

TH. XX. Occupatio loci obſeſſi dupliciter fit.

TH. XXI. Quæ obſervanda ſint circa occupationem violentam inſidiis mixtam tam quo ad invaſores quàm defenſores.

Expl. I. Romanorum ſingularis furor in occupatâ Carthagine demonſtratur.
Dux belli ſolet ſuos ad occupandum locum promiſſione ſpoliorum animare, & tamen certum ſpacium & modum ſaltem indulgere, ac innocentium necem & templorum ſpoliationem inhibere.

Expl. II. Præſidium in inſidioſa & violenta invaſione non ſtatim animum deſpondere debet.

Expl. III. Quæ circa inſidias tales conſideranda ſint, diſtinctim expenduntur.
C. *An Belli Dux transfugis ad inſidias perficiendas licitè uti poſſit, & hi deprehenſi ultimo afficiendi ſint ſupplicio?*

TH. XXII. Sine hoſtili vi locus obſeſſus quomodo occupetur.

TH. XXIII. Quæ circa deditionem obſervanda.

TH. XXIV. Cauſæ urgentes illam ſuadentes quæ.

Expl. Demonſtratur; ob dictas cauſas deditionem impunem eſſe.

TH. XXV. Quot modis deditio fiat.

Expl. I. Ob quas cauſas deditio pactis honeſtis perficiatur, & quæ ſint juſtæ ac honeſtæ cauſæ, & contra minus honeſtæ.

Expl. II. Quando ad arbitrium & gratiam obſidentis deditio fiat.
De rebellium deditione & pœnâ exempla quædam.

D. TH. XXVI. Quæ in deditione per pacta ab obſeſſis obſervanda ſint.

Expl. I. Ab inſidioſis colloquiis & tractatibus ſibi caveant.

Expl. II. Deditionem ipſimet non offerant.

Expl. III. Præfectus loci ipſemet è concredito loco ad colloquium & tractatus egredi non debet.

Expl. IV. Ante confirmationem tractatus obſeſſi vigilias diligenter obſervent, ubi exempla inſidiarum.

Expl. V. Obſides quare utrinque petendi & aſſumendi.

Expl. VI. Pacta claris & ſinceris verbis concipienda & ſanctè ſervanda: ubi exempla violationis & deceptionis.

TH. XXVII. Officia per deditionem occupantium in quibus conſiſtant. A.

Expl. Pacta ſanctè ſervanda.

Locus occupatus ſtatim bene reparandus, & commeatu ac pulvere pyrio inſtruendus.

TH.XXIIX. Quibus de cauſis per rebellionem locus obſeſſus hoſti tradi ſoleat.

Expl. Referuntur talium rebellionum exempla.

TH.XXIX. Quibus de cauſis obſidiones tollantur.

Expl. Referuntur talium derelictionum exempla.

TH. I.

Objectum belli excipit actus, qui ſequentibus conſtat partibus: (1.) Clarigatione. (2.) Ductu exercitûs ex metatis. (3.) Caſtrorum locatione. (4.) Excubiarum expoſitione. (5.) Obſeſſione locorum hoſtilium. (6.) Prælio. B. (7.) Inventione bellicâ. (8.) Diſciplinâ militari. (9.) Stipendiis & præmiis.

Explic.

M*Odus congregandi exercitum ferè duplex, manifeſtus vel publicus, & quodammodò occultus. Ille eſt*, quando milites ex metatis ſuis per mandata Ducis ad certum locum & ſtato tempore convocantur, luſtrantur, quod hodie **auff dem** *rendevous* **erſcheinen**/vocant, & ita in unum corpus congregati, vel in hoſticum deducuntur, vel ad hoſtem adventantem excipiendum in caſtris continentur. *Occultus quodammodò eſt*, quando milites ex manſionibus ſuis per diverſa itinera Legionatim, turmatim, & per partes in hoſticum deducuntur, ad deductionem illam non ita manifeſtandam, & hoſti, quoad fieri poteſt, celandam.

Pertinet huc modus hodierno Galliæ Regi Ludovico XIV. familiaris, quo ſingulis annis aliquoties exercitus ſuos ſub ſpecie luſtrationis & exercitationis congregat, quò ita eò occultiùs hoſtem ſuum invadere poſſit. C.

TH. II.

Clarigatio neceſſarium antecedens belli, vel primus actus hoſtilis nihil aliud eſt, quàm ſolennis & legitima belli denunciatio.

Explic.

DE clarigatione hâc *præc.c.2.th.*8. & in explicationibus actum, & fusè dictum eſt.

TH. III.

Ductus Exercitûs ex metatis dupliciter fit, *vel* immediatè per proprium verſus & in hoſtis territorium, *vel* ſimul per vicinorum amicorum ditiones, *& utroque quidem modo* (1.) *vel* ad defendendos limites contra hoſtiles invaſiones, *vel* (2.) *in hoſticum* ad hoſtis provincias devaſtandas, oppida & munitiones illius capiendas & rapiendas, *& denique* hoſtem ad prælium eliciendum. D.

Expl.

I. Q*Uoad deductionem exercitûs per vicinorum amicorum ditiones notandum eſt, tranſitum illum bonis modis debere* prius à vicino Principe vel Magiſtratu *impetrari*, *& ſimul caveri*, ſubditos & agros illius ab omni injuria, damno ac depopulatione ſecuros eſſe debere, *commeatum verò* præſtitum precio juſto compenſatum iri: *quo ita à vicinis negato ſalvâ conſcientiâ ille ſuſcipi, &, ſi neceſſitas ac reſiſtentia aut armata oppoſitio id flagitet, vi peragi poteſt, ut poſt victoriam in Relect. de Indis, & Dianam tract. 4. Miſcell. Reſolut. 64. Morabſta & Dd. communiter tradunt, & Nos d. c. 2. th.7. expl.* 5. deduximus. *Et quoniam hìc de deductione Exercitûs illâ, quæ ab hoſte activo fit, agimus, palàm eſt, illâ bellum jam inchoari, cum aliàs in bello defenſivo vel propulſativo* talis deductio, ſi excurſiones abſint, per ſe non ſit actus hoſtilis, & ideo quæſtionem, An hoſtis domi ſit exſpectandus, vel in hoſtico quærendus? tanquam ad bellum defenſivum pertinentem in præcedentis capitis fine tractavimus.

II. *Hoſtis in hoſticum deducturus exercitum ſuum, & hoſtem quæſiturus, ante omnia de apparatu bellico & annonâ probè ſibi proſpicere, deinde per exploratores jam antè clam emiſſos* fluviorum, ſylvarum, montium, planitierum, paludum & omnium tranſituum *anguſtiarum viarum apud Liv.l.9.c.2. & l.38.c.40. adituum apud Cæſar.l.4. de B.G.p.m.89. & l.5.p.m.132. & faucium apud Liv. l.21. c.23. & l.22. c.4.* exactam notitiam comparare debet, *ne vel* annonæ defectu prematur, *vel* locorum illorum ignoratione per inſidias & occulta hoſtium improviſum patiatur damnum, *vel* retrocedere coactus in anguſtias redigatur, *aut* reditus ipſi planè intercludatur.

Ita Romanus exercitus victor propter ignoratam loci vel itineris qualitatem à Samnitibus victis ex inſidiis ferè cæſus fuiſſet, niſi Decius Tribunus militum prudentiâ ſuâ id impediviſſet Liv.l.7.c.34.

De quo ſeq. c.8. th.2. expl.1. n.11. fuſiùs diximus.

Ubi monendum, ſolere quandoque illos, qui vicini potentis hoſtis irruptiones metuunt, proximam hoſti terram vel illam regionem, per quam irruptio iſta præſumitur futura ad commeatum ei adimendum & ſubſiſtentiam prohibendam ipſosmet vaſtare. ſicut *Galli apud Cæſar. l.7.de B.G. p.m.156. & ſeq.* fecerunt, & *Arſanes apud Curt.l.3.c.4.* perfecit, *igni ferroq; Ciliciam vaſtans, ut hoſti ſolitudinem faceret, quidquid uſui eſſe poſſet, corrumpens, ſterile ac nudum ſolum, quod tueri nequibat, relicturus. Eodem modo Franciſcus I.Gallarum Rex Carolo V. Imperatore anno* 1536. *in Provinciam irrupturo per Legatos exercitus curans ut milites omnia frumenta, quæ adhuc in campis aut in molendinis eſſent, aut corrumperent, aut in loca munitiora deportarent molendina, omniaq; alia, quæ hoſti advenienti poſſent eſſe uſui, demolirentur, pabula comburerent, vina illorum, qui in illis transferendis eſſent tardiores, effunderent, & frumenta in puteos ad aquas corrumpendas dejicerent,* ut narrat *Serreus in Invent. Hiſtor. Franc. ſub Franciſco dicta, f.m.* 519.

Et hodiernus Gallarum Rex Ludovicus XIV. in nupero bello in confiniis ſui territorii & recenter acquiſitarum vel bello occupatarum provinciarum, ne Cæſariani & confœderati ulterius progredi, & planè in viſcera regni irrumpere, ac in illis belli ſedem figere poſſent, omnia igne deleri curavit.

Eſtque ille peſſimus mos Turcis planè familiaris, illi enim, ubi hoſtis ingruit, referente Busbequio Epiſt.Turcic. 3. *p.m.197. omnia ferro & flammâ corrumpere atque ita fame hoſtem ſummovere ſolent.*

III. *Notandum hìc, nonnullos Magnates & populos exercitum in hoſticum vel adverſus hoſtem ducentes ſingulare ſignum,* quod omnibus in exercitus progreſſu, ſubſiſtentiâ & congreſſu cum hoſte obſervandum, & ingruente periculo ſequendum, petendum ac defendendum eſt, *ſecum vehere, vel publicè præ ſe ferre. Cujusmodi fuit apud Perſas Currus Jovi ſacer, quem albentes vexerunt equi, & eximiæ magnitudinis equus, quem Solis appellarunt, ſecutus eſt, ut refertur à Curt. lib.* 3. *cap.* 3. *De quo inſtituto etiam Xenoph. in*

Cyro-

Cyrepæd. l.8. n.215. legi poteſt. Item *Aquila aurea in haſtâ ſublimi extenſa, ſecundum Eundem præc. l.7 in pr.*

Apud Romanos magnum vexillum inſcriptum Puniceis literis, quo Craſſus in expeditione adverſus Parthos uſus etiam eſt, referente *Dione l.4. f.m 178. & ſeq.*

In cujus locum poſtea Chriſtiani Imperatores in Oriente Labarum, de quo præc. c.3. th.15. expl.2. egimus, auctore Conſtantino M. introduxerunt.

Apud Gallos vexillum fuit ſingulare tempore primorum Regum *l' Oriflamme*, Latinè Auriflámma, à flammis aureis, quæ ei inſertæ fuêre, dictum.

Fuit vero, ut Limn. l.6. c.6. n.114. illud ex Auctore Gallico Moreau deſcribit, quadrata formâ cum additamentis & caudis factum ex Syndone panni aurei rubicundi, flammas & ſcintillas referens, floribus liliorum exornatum, quod Reges Galliæ ab ara S. Dionyſii aſſumebant magnâ cum ceremoniâ & devotione, nec eo contra alios, quàm infideles utebantur: Credebatur enim cœlo miſſum B. *magno myſterio. Plura de illo vide apud Eundem in Addit. Prior. ad l.1. c.14. circa fin. & in Notit. Regni Franciæ l.1. c.11. seqq. junge quæ præc. 3. th 15. expl.3. ex Chifletio annotata ſunt.*

Olim in Imperii noſtri expeditionibus vexillum S. Georgii Bambergæ aſſervatum, inde ſuſceptum, & magnâ veneratione prolatum fuiſſe, *Bruſch. de Epiſcop. German. c.15. f.236.* refert. *Poſtea verò alia etiam vexilla ordinata & uſurpata ſunt, ſcilicet majus in peditatu, vel fortè rectius in toto exercitu, & minus in equitatu, utrumque verò Aquilâ Imperii exornatum.*

Majus Electori Saxoniæ, ut Imperii Mareſchallo in expeditionibus Imperii publicis ab antiquo concredi, *minus verò* **die Rennfahne oder Sturmfahne** *dictum, Ducibus Wirtembergicis beneficio Ludovici Imperatoris commiſſum eſſe, nonnulli Hiſtorici tradunt, de quo videatur Limn. d. c.14. & nos præc. P.3. c.7. th.8. expl.2. ſub Ducibus tertia Claſſis, & in ſpecie Wirtem-* C. *bergicis quædam annotavimus.*

Plura de talibus vexillis d. præc. c.3. th.15. expl.3. ante finem conſignavimus.

Apud Turcas diverſa ſunt, ut ibidem diximus.

Apud Tartaros eſt cauda equina è longâ perticâ dependens, ut d. expl.3. diximus.

Apud Tranſſylvanos, ut Nos ipſi vidimus, magnum Provinciæ vexillum, illudque ſemper circa Imperatorem vehi, quo ad illum defendendum, & ſaluti publicæ ſuccurrendum, omnes eò concurrere queant.

Quem in finem etiam Fridericus II. Imperator in bello Italico tunc uſitatum & à Florentinis referente in Illâ Hiſtoriâ Machiavello lib.2. p.62. primùm inventum, vel potius ab Heroberto Mediolanenſium Archiepiſcopo tempore Cunradi II. Imperatoris jam introductum, ut poſt Sigon. l.8. de Regno Italiæ ad annum D. *1038. & Corium in Hiſtor. Mediolan. parte 1. ex Arnulpho Mediolanenſi refert Pigna de Princip. Ateſtin. l.2. f.125. vel tandem à Cremonenſibus primo anno 1081. ob libertatem ab Henrico IV. Imperatore obtentam, narrante Campo in Urbis Cremonæ deſcript.* (ubi tamen ejus inventionem Longobardis, & quidem apud Mediolanenſes adſcribit) *quo etiam Patavini ab eodem Imperatore libertatis privilegio donati illo uſi ſunt, ut memorat Zabarella in Aulâ Zabarellâ f.129. & ſeq. obſervavit Carrocium*, quod teſte *Collenutio in Hiſtor. Neapolit. lib.4. p.157. fuit genus carri valde amplum, & multis paribus boum trahi conſuetum, circumdatum undique gradibus ad modum tribunalis & ſuggeſtus affabrè elaboratum, multisque ornamentis excultum & coopertum: eoque geſtabantur ſigna & vexilla populi ejus, cujus Carrocium erat, aliarumque Civitatum confœderatarum.*

Et erat, ut jam dictum, in exercitu quaſi præ- A. *torium aut tribunal quoddam commune, ad quod ſe recipiebant milites, tanquam ad Curiam & locum principalem totius exercitûs, & ubi Magiſtratus ac omne robur, meliorque pars exercitûs veluti in ſubſidio conſiſtebant.*

Videri etiam poteſt de illo Joſeph. Laurentius in Amaltheâ Onomaſt. Macrius in Hiero Lexico, Spelman. in Gloſſar. Archæologico ſub illo verbo, Burchardus in Epiſtolâ de Excidio Mediolan. apud Freher. Tomo uno Script. German. f.287. & Brunner. Parte 3. Annal. Boj. l.12. p.m. 426. & ſeq. ubi illud thenſam caſtrenſem vocat.

Ejus typum & deſcriptionem ſimul *exhibet Zabar. & Campus dd. ll.* uti etiam *Magius de Tintinnab. c.13. ibique Swertius in Not.* quibus junge *Lambec. in Annotat. ad Platina Hiſtor. Mantuan. p.476. & ſeqq.* ubi, ut poſthæc vidimus, multa eruditè congeſſit, & ſimul demonſtrat, campanam caſtrenſem in peculiari machinâ curuli ve- B. ctam, adeoq; carrocio non connexam fuiſſe.

IV. *Annotandum hic etiam eſſe duximus, quaſdam nationes hoſtibus ſuis ita fuiſſe formidoloſas & cautas*, ut per longum tempus hoſtilem irruptionem in patrium ſolum non experti fuerint: *Ita de Lacedæmoniis narrat Plutarch. in Vita Ageſilai c.53. Haut pauciores ſexcentis annis tunc effluxiſſe, ex quo Dorienſes Spartam habitare cœperint, neque ante eum unquam diem hoſtes in Laconicâ conſpectos fuiſſe, nemine antehac id auſo.*

Quomodo verò quibusvè cautelis ductus exercitus adverſus hoſtem vel in hoſticum fieri debeat, ſeq. c.13. th.3. expl.5. latè demonſtravimus.

TH. IV.

Caſtra ſunt ſtatio Exercitûs ad requiem aut refugium vel actionem aliquam bellicam ſecurè C. ſuſcipiendam ordinata: *Circa ea obſervanda:* (1.) Locus, in quo figenda. (2.) Illorum forma. (3.) Conſervatio. (4.) Motio. (5.) Diſtinctio.

Explic.

C*Aſtra à Pyrrho, teſte Scipione apud Livium l.35. c.14. primùm introducta, vel, ut refert Frontinus l.4. c.13. munita*, de quo tamen *Lipſius l.5. de Milit. Romanâ dial.1.* conſuli poteſt, ſed *Euripides in Palamede munitionem huic adſcribit hoc verſu:*

Hic Græca docuit caſtra vallo includere

ſecundùm pleroſque auctores à caſtitate, quia ob defectum mulierum in iis caſtè vivendum eſt, & in ſpecie ſecundum *Lipſium d. l.5. dial.18. & ad Tacit. l.14. Annal. c.27. ac Rittershus. l.2. Sacrarum Lection. c.8. vel à caſtrando, quod* ſcilicet, ut dictum, in iis libido per de- D. fectum mulierum caſtratur, ſecundùm *Iſidor. lib.9. Etym. c.3. vel rectius à claudendo*, quod vallo & foſsâ clauduntur, ſecundùm *Joh. Ludov. de la Cerdâ ad l.8. Æneid. Virg. v.688. quaſi clauſtra, ſicuti etiam locus clauſus in triremi caſteria, & in aquaductibus locus, ubi aqua ad fortius inde erumpendum clauſus, caſtella dicitur. Frontin. de Aquaduct. l.1. ante f. quæ antea ſecundùm Feſtum Dividicula dicta fuerunt, ut legi poteſt ſub hoc verbo. Utitur illo verbo etiam Vitruv. l.1. c.7. in pr. l.9. c.9. ante f. l.10. c.9. & 12. & Ulpian. in l.1. §.38. & 39. & quidem pro receptaculo aquæ. vel denique à caſis à cadendo dictis, quod ex his caſtra conſtent*, & hæc facilè cadant, *ſicut à radendo raſtra, ita à cadendo caſtra ſecundùm Scalig. l.1. de Re Poët. c.21. & Thyſium ad Saluſt. Catilin. c.7.* dicta, de quo tamen lege *Voſs. in Lex. Etymol. ſub illo verbo.*

Paulus Conſul apud Liv. l.44. c.39. illa eleganter viatoris receptaculum, victo perfugium, & militum alteram patriam,

patriam, in qua vallum pro manibus, & tentorium ſuum cuique militi domus & Penates ſunt, vocat. A.

Diſtinguunt verò nonnulli caſtra à metatis, manſionibus & ſtativis, quod prima ſint hoſpitium militum extra caſtra: *ſecunda* brevis exercitûs ſubſiſtentia, ad unius diei iter pro quiete nocturnâ. *Caſſianus l.10.* de *Inſtit.* cœnobiorum, *c.24. & Plin. l.12. c.14. & ultima* diuturnior ſtatio militum ad juſtam requiem abſq; munitione in expeditione ſive intra ſive extra oppida data. *Sed obſtare videtur locus Livii l.9.c.23. l.10.c.25 l.21.c.48. l.22.c.23. l.23. c.35. & 48. ubi, quæ paulò ante ſtativa dicta, caſtra per ſynonymiam vocantur, & hæc illis æquiparantur. Ut hinc procul dubio vera ſynonyma ſint: ſicuti etiam ideò Cæſar l.3. de Bello Civili p.m.310 & 313. Saluſt. in Jugurtha c.44. Cicero 5. in Verr. c.12. & Tacitus 3. Ann. 21. ſtativa caſtra conjunctim dixit. Et quanquam multi eruditi viri id agnoſcant: ſolent tamen hoc inter utraque diſcrimen* B. *conſtituere, quod caſtra muniantur, ſtativa verò non. Sed etiam hæc diſtinctio ex tribus primis Livii locis,* in quibus etiam ſtativa munita fuiſſe dicuntur, *refellitur.* De quo tamen aliter ſentit *Lipſ. ubi ſtativa pro diuturnioribus caſtris vel manſionibus accipit.*

Et videtur quidem hic diſtinguendum eſſe inter ſtativa latè vel in genere, & strictè vel in ſpecie ſic dicta, vel potius inter ſtativa vulgaria & ordinaria.

Priora putamus pro occaſione rei gerendæ vel neceſſitatis caſu, *tam breviera*, quorum meminit *Liv. l.21. c.35. & non munita, quàm diuturniora & munita fuiſſe, & hæc ab Auctoribus dictis ideò conjunctim ſtativa caſtra, ad differentiam alterorum vocari.*

Poſteriora verò certa loca ad ſecuram militum habitationem vel ſubſiſtentiam ædibus & munimentis inſtructa, quo intuitu *Cicer. 2. contra Rullum c.15.* ſcribit. *Quin omnes agros, urbeis, ſtativa, portus, totam denique Bithyniam Decemviri vendituri ſint.* C.

Fatendum tamen eſt ſtationes quoque eſſe quaſi exigua caſtra vel præſidia, ſive ante caſtra, ſive in finibus adverſus hoſtium improviſos inſultus conſtituta, hinc etiam poſteriores agraria dicuntur à Marcell. l.14. p.m.7. l.25. p.m.293. & l.31. p.m. 451. & à prætenturis, de quibus ſeq. th.11. expl.1. dictum, diſtinguuntur.

Differunt etiam prædicta à manſione militari, quia hæc eſt determinatus certi intervalli & ſpacii locus, ubi miles in itinere requiem ſemper capit.

Notandum etiam quaſdam gentes barbaras loco caſtrorum carris constructis vel carragine, Germanicè **Wagenburg** *dictâ, uſas fuiſſe, ut de Helvetiis Cæſar l.1. de Bello Gallico p.m.31. & 47. de Gothis Pollio in Claudio c.8. Siſenna l.4. Hiſt. & Marcell. lib.31. p.m.448. &* 450. refert. Quibus junge *Veget. lib.3. c.10. De Scythis idem refert Chonias in Annal. ſub Joh. Comneno f.m.5. & Pollio in Gallien. c.13. & de Thracibus Arrianus l.1. de Exped. Alexand. in pr. Meminit etiam ejus Vopiſc. in D. Aurel. c.11. Plura loca vide apud Meurſ. de Gloria in Auctar. Philolog. c.16.* D

De admirandâ quâdam machinâ ſive ſepto rotundo ex diverſis constructo partibus, quo Carolus VI. Galliæ Rex pro caſtris in bello adverſus Anglos geſto uſus eſt, lege Serreum in Invent. Hiſtor. Franc. f.m.194.

TH. V.

Locus caſtris deſtinandus debet eſſe (1.) Lignorum, pabuli & aquarum dives. (2.) à montibus aliquantùm remotus. (3.) hoſti acceſſu difficilis. (4.) ab inundationibus ſecurus. (5.) ab impuro aere liber.

Explic.

A. QUia caſtrorum diuturnorum figendorum eadem, quæ urbium condendarum eſt ratio, & de his ſuprà lib.1.c.7. th.3. abundè dictum eſt, nihil hic annotare, ſed lectorem ad Hyginum de Caſtrametatione, & ejus Notatorem Schelium p.133. & ſeqq. & Veget. l.1.c.21. & ſeqq. remittere, & hic ſaltem monere voluimus, ex inepto vel apto ad ponenda caſtra electo loco, totius exercitus, uti etiam hoſtis dependere conſervationem & interitum, uti exempla ubivis in hiſtoriis obvia ſunt,* præſertim in bello inter Belgas & Hiſpanos geſto, & in *theſ. ſeq. expl. 2. aliquâ ex parte demonſtrabitur. Hinc Hygino d. l. iniqua caſtrorum loca noverca ſecundùm antiquos dicta.*

B. *Hoc etiam hic addimus caſtrorum aptè & bene locandorum curam ad ſingularem Officiarium bellicum, qui Præfectus caſtrorum vel ſupremus metator vocatur, pertinere, de quo præc. c.4. th.6. expl.2. pluribus actum eſt. Cæſarem tamen centurionibus ad hoc negocium perficiendum uſos eſſe ex illius l.2. de Bello Gallico p.m. 56. apparet.*

TH. VI.

Forma caſtrorum conſiſtit tum in apta munitione, *tum* in juſtâ platearum ac tentoriorum dimenſione, & portarum ac prætorii locatione.

Expl.

I. Q*Uoad formam externam in genere notandum eſt, ſpatium illorum* non debere excedere juſtum modum, ſed ad exercitus aut copiarum numerum dimetiendum ita eſſe, ut omnes ſatis largè capere poſſit, nec ob defenſionis difficultatem nimis amplum C. ſit. *Figuram verò quod attinet, illam Vegetius lib.1.c.23. & lib.3.c.8.* quandoque trigonam, interdum quadratam, interdum ſemirotundam, aliquando etiam oblongam apud Romanos fuiſſe tradit. *Sed quadrangularem vel quinquangularem optimam eſſe ex Architectura hodierna & obſervantia notum eſt, de quo etiam legatur Schelius in notis ad Hyginum de Caſtrametatione p.81. & ſeq.*

II. *Interna platearum & tentoriorum per certas podaturas ſive pedum menſuras à* campi-doctoribus & principiis *facta dimenſio ſecundum Veget. l.3.c.8. & Hygin. de Caſtrametat. nec non portarum ac prætorii, uti etiam Domus annonalis, Quæſtoris & Fori, ac valetudinarii, auguratorii*, ſive ſecundum *Tacit. 2. Ann. 13. auguralis, veterinarii & fabricæ* (:quorum inter alios meminit *Hyginus de Caſtrametatione Romanorum, ubi* D *Schelius in notis p.33. & ſeq. ac p.52.* legi poteſt:) *locatio ad juſtum modum fieri debet, ita ut Prætorium* (:quod Imperatoris vel belli Ducis tabernaculum, ut notum eſt, fuit, & ab eo dictum, quod initio Prætores bella adminiſtrarent, & eo uterentur, ſecundùm *Feſtum ſub verba, Prætoria porta: & Prætores* quidem inde appellati, quod præirent jure & exercitu, juxta *Varronem l.4. de Lingu. Latinâ quaſi Praitores:) in medio inter Legatos, Quæſtores & Tribunos* ponatur, *plateæ verò ita diſponantur*, quo ad Prætorium & portas, quæ pauciores & plateis primariis oppoſitæ eſſe debent, undiquaque & facilior ſit aditus, ac inter omnia ac vallum ubique juſta, id eſt, ſatis lata diſtantia: *cum ex hiſtoriis conſtet, ex caſtrorum aptâ vel ineptâ diſpoſitione totius quandoque exercitus ſalutem & interitum dependiſſe: Sic Heruſcos Menenium* malè collocatis caſtris exuiſſe, & totum ejus exercitum profligaſſe, teſtis eſt *Halicarn. lib.9. A.R.c.29.*

De

De Romanorum caſtrametatione plura vide apud Polyb. l. 6. c. 25. & ſeqq. Joſeph. de Bello Jud. l. 3. c. 3. Hyginum de Caſtrametatione, & ibi Schelium in Notis, & Veget. l. 1. c. 21. & ſeqq. nec non *Ramum in C. Jul. Caſaris militiâ Parte 2. Tit. de Caſtror. Architect.*

Ubi notandum 1. *Platearum vel viarum caſtrenſium numerum à nemine exactè conſignatum eſſe, ut oſtendit Schelius in d. notis p. 58. & 991. Mentionem vero fieri apud Hyginum d. tr. pratoria,* quæ ad portam prætoriam ducit, & 60. pedes lata fuit. *Principalis* (: quæ etiam *Livio memoratur l. 10. c. 33.* :) inter portam dexteriorem & ſiniſteriorem ducentis, ſive inter portam principalẽ & oppoſitam ſitæ, & quoq; 60. pedes, *Polybio verò l. 6. c. 29.* 100. latæ, *Quintana* ad portam cognominem, ſi exſtet, ducentis & 40. pedes latæ. *Sagularis* triginta pedes latæ, *ſed qua illa fuerit, nobis ignotum eſt, niſi quod Schelius p. 28. illam à ſagulo,* quæ terga cohortium Legionariatum inſtar ſaguli circumdet, *dici conjiciat,* & tandem *Vicinariarum* viginti pedes latarum, à dictis majoribus in vicos vel ſtrigas ducentium & intercurrentium, *ut Schelius p. 58. c. 3. explicat.*

2. *Quo ad Portas, Decumanam* inter quatuor conſuetas uriam primariam, atque à prætoria ſecundam, ideoque prætorio vicinam, ut patet *ex Veget. d. l. 1. c. 23. Caſare l. 3. B. C. p. m. 330. 334. & 345. & Liv. l. 10. c. 32. vel à cohortibus decimis ibi tendentibus,* ut refert *Hyginus de Caſtrametat. vel per translationem à decumanis,* qui publicanorum primores vel principes fuêre, teſte *Cicer. 4. Verr.* ſecundùm aliquos dictam fuiſſe, *quanquam Stevvech. ad Veget. d. l. aliam rationem reddat. Et addendum* in ſtatione equitum intervallum certum inter turmas relictum, illudque *ſtrigam* appellatum fuiſſe, ut indicat *Chariſius referente Laurenb. in Antiquario ſub illo verbo. Idem Hyginus d. tr. in pr.* etiam peditibus attribuit, ad quem locum vide Schelium *p. 8. & ſeqq.* ac locum prope prætorium, in quo turba militaris convocata conſtitit *gromam,* à congruendo vel potius à groma inſtrumento agrimenſorio, ut legitur apud *Feſtum & Nonium* dictum fuiſſe, *pedaturam verò* ſive locum Legatis Legionum & tribunis dimenſum ſcamnum, ac totam caſtrorum partem, quæ eſt inter viam principalem & portam prætoriam *pratenturam,* uti etiam tertiam ac poſtremam caſtrorum partem à via quintana ad tergum caſtrorum *retenturam* eidem dici, *ut ibidem & in notis apud Schelium p. 62. 31. & 75. legi poteſt.*

3. *Tentoria olim ex pellibus facta fuiſſe, ex Arrian. lib. 1. de geſt. Alex. Magni, poſt pr.* uti etiam paſſim ex Hiſtoricis & Poëtis liquet, inter quos *Val. Max. l. 2. c. 7. n. 15. Liv. l. 5. c. 2. & l. 37. c. 39. Flor. l. 1. c. 12. Caſar lib. 3. de Bell. Gall. p. m. & lib. 3. de Bell. Civ. p. m. 301. Pollio in D. Claudio c. 14. Marcell. lib. 19. p. m. 148. & lib. 23. p. m. 241. Tacit. 13. Ann. 35. & 14. Ann. 38. ac Pollione in Claudio c. 14. ubi tentorias pelles refert, & ſuper corpora militum funibus extenſa,* ut inter alia apparet ex *Iſid. lib. 15. Orig. c. 10. & Tacit. 5. Hiſtor. 22. Ubi & ex corio facta fuiſſe dicuntur.*

4. *Tentoria à tendendo,* quod funibus extendantur pelles, ut ex *Tacito d. c. 22.* patet, & communiter traditur, *à tabernaculis, à tabernis adeoque tabulis* vel tabellis ſecundùm *Feſtum ſub illo verbo* dictis *diſtingui à nonnullis, quia tabernacula erant majora & Ducum, Livius lib. 30. c. 15. & 17. & Tacit. 1. Annal. 29. 2. & 35. ac Hiſt. 29. tabulisque intermixtis conſtabant,* de quo quoque videatur *Iſidor. d. l. & Feſtus de V. S. ſub lit. T. tentoria verò ex pellibus,* ut dictum, *& pro cateris militibus, ſed utrumque verbum promiſcuè apud bonos auctores ſumitur, & quidem tabernacula pro tentoriis uſurpantur apud Eund. Tacit. 2. Ann. 13. & 5. Hiſt. 22. Caſar. l. 1. de Bello Gall. p. m. 39. & l. 3. de B. C. p. m. 345. Liv. l. 35. c. 27.* & alios & *viceversâ Regis Antiochi taberna-*

A. *culum aureum & ſericum, tentorium appellatur à Floro l. 2. c. 8. Aureliani Imperatoris tentorium à Vopiſco in ejus Vita. c. 24. item Cari ab Eodem in ejus Vita. c. 8. De quo etiam legatur Polyb. d. l. & Schelius in Not. ad Hyginum de Caſtris Romanor. p. 1. ubi quoque hoc diſcrimen non agnoſcit.*

Dicuntur etiam Papiliones à ſimilitudine inſecti noti, ſecundùm *Iſidor. d. l. & Schelium p. 2. ubi rationem ſimilitudinis tradit, & pelles per metonymiam materia pro materiato apud Auctores prac. n. 3. relatos.*

Illorum magnitudinem decem pedibus circumſcribit, & in quovis octo milites fuiſſe refert Hygin. d. l. in pr. & Schel. ibid. ubi tamen hic duos vigiles addit, adeoque decem contubernium conſtituere rectè tradit, ut jam prac. c. 5. th. 4. expl. 2. in fine dictum.

De typo Romanorum caſtrorum vide Savil. de Milit. Rom. p. m. 389. & ſeq. Lipſ. de eadem l. 5. Dial. 4. Eorundẽ
B. *verò exactam deſcriptionem refert Polyb. l. 6. c. 25. & ſeq. & Jul. Barbaranus in Offic. Promtuar. Tom. 1. Videri etiam poteſt Chriſtoph. de Choul. in caſtrametatione, uti etiam Schelius d. tr. f. 318.*

De hodiernis vero caſtrametationum modis Cellar. in Archit. Milit. l. 4. c. 7. & ſeqq.

Notandum hic obiter, Fridericum II. Imperatorem, cum Parmam obſidione 60000. hominum cingeret, ad illam ſecuriùs continuandam è regione civitatis aliam ſub victoria nomine ex ligno & luto brevi temporis ſpatio conſtruxiſſe, ſecundùm Petr. de Vineis in illius Vita p. m. 41. ubi totam civitatem deſcribit, de quo videatur etiam *Collenut. l. 4. Hiſtor. Neapol. p. m. 173. Zeilerus in Itiner. Italia c. 4. ſub verbo Carazzo.*

Simile ferè munimentum Veneti in obſidione Arcis Brixienſis portas duodecim habens exſtruxerunt, ut refert *Juſtinian. lib. 6. Hiſtor. Veneta f. 112.*

C. *Obſervandum etiam ex aliquot caſtris poſteà urbes exſtructas eſſe: Ita in Italia Caſtrum novum & Bilancionis: in Hiſpania Batica* Caſtra Gemina, Vinaria: *in Luſitania* Caſtra Cecilia, Julia: *in Africa* Caſtra Cornelia, Germanorum, Lælia: *in Locris* Caſtra Hannibalis: *in Pannoniâ* Caſtra Flaviana, *de quibus vide Pighium in Hercule Prodic. caſtra Flaviana:*

Ad amnem Tanaim ex caſtris ab Alexandro exſtructa magna urbs, Alexandria etiam dicta. Curt. lib. 7. c. 6.

Ita etiam Urbs Tabor in Bohemia ex caſtris, qua ibi Huſſita habuerunt, ſimul exſtructa, Sylv. Hiſt. Bohem. c. 40 De Urbe ligneâ victoria ex caſtris etiam à Friderico II. Imperatore ad Parmam in obſidione ejus exſtructa, *vide Collenut. Hiſtor. Neapol. lib. 4. p. m. 173. & Imperatorem ipſum apud Petr. de Vineis l. 2. Epiſt. 5.*

TH. VII.

Conſervatio caſtrorum fit illorum (1.) ſufficienti
D. munitione. (2.) apparatus bellici & commeatus neceſſarii proviſione. (3.) purgatione à ſordibus & ſterquilinio. (4.) per Leges Caſtrenſes.

Explic.

O*Mnia hac admodùm neceſſaria ſunt ad conſervationem caſtrorum. Si enim ſufficienter munita non ſint, facilè* à robuſtiori hoſtium exercitu maximo cum damno & ignominiâ (quia *Dux belli caſtris exutus, etiam ſi pugnando acie viciſſet, pro victo apud Romanos habitus eſt, teſte Livio d. lib. 44. c. 39.* vide eundem *lib. 2. c. 31.*) expugnari: *Si apparatus bellicus & commeatus deſit,* facilè ad deditionem cogi: *& ſi impurè habeantur,* morbis contagioſis infici poſſunt.

Leges Caſtrenſes à Romanis ſtatim in primordio caſtrorum locatorum poſitæ, & à Tribunis militum jurejurando à militibus ſumto confirmatæ,

matæ, *tum* ad diſciplinæ bellicæ, *tum* ad concordiæ conſervationem plurimùm contulêre. *Fuit verò inter alias hæc, quâ milites juramento obſtricti ſunt: Nihil è caſtris ſe furaturos, verùm etſi quid fortè invenerint, ad tribunos relaturos, referente Polyb. lib.6.cap.31.in pr.*

Monendum verò hic olim caſtra quinque modis munita fuiſſe foſſa, vallo, ſive palo, de quo *Liv. lib.3. c.27. & 28. Polyb. lib.17. c.14.* ubi ſimul ejus deſcriptio, *cervulo, aggere & agminibus. Ex quibus primus, ſecundus & quartus noti ſunt, de tertio verò notandum, illum fuiſſe truncum ramoſum* vel terræ & ceſpitibus ad melius eos combinandos in exſtructione valli immixtum, ut *ex Hygino deducit Lipſ. lib. 2. Poliorc. Dial. 2. & ex Front. lib. 1. c.5. n. 2.* patet, ad quem locum illos *Reuchenius eſſe κλάδων ἀγκαλίδας tradit, vel ſimpliciter in foſſas,* quo ita facilè non poſſint tranſcendi, *conjectos, quomodo Livius lib. 44. c. 11.* Romanus ad Clitas, quas vocant, munimenta *cervis etiam objectis*, ut viam intercluderet, à Macedonico ad Toronaicum mare perducit.

Sunt verò illi ad ſimilitudinem cornuum cervi ita dicti. Varro 4. de L.L. n. 24. Et ideò fortè iis comparari poſſunt noſtri eſchines die Frieſiſche oder Spaniſche Reuter. *De quibus plura ſeq. c.13. th.3. expl.4. conſignavimus. Et de quinto*, ſi cervuli defuerint, & locus eſſet ſuſpectior, ordinibus quatuor caſtra munita fuiſſe, ita ut per ſingulos ordines vigiliæ ſtatæ ponerentur, & alternâ vice equites caſtra circuirent, uti ex Hygino in Gromatico notat Valeſius ad Marcellin. lib.16. p.132.

Referenda huc etiam eſt munitio, quâ milites in ſubitis periculis ordine ſcutorum multiplicato ſe vallarunt, ut refert Marcell. d. lib.14. p.5. & lib.16. p.84.

TH. VIII.

Caſtrorum motio ita fieri debet, ut (1.) exercitus abſque periculo deducatur. (2.) hoſtis nihil commodi inde ſentiat.

Explic.

I. QUando *caſtra ad libitum*, id eſt, non urgente hoſte, *moventur, nulla ſpecialis cautio obſervanda, ſed exercitus ſaltem cum impedimentis ordinario vel conſueto more deducendus eſt.*

Ubi circa illum à Romanis obſervatum Polyb. l. 6. c.38. legi poteſt.

Quo ad hodiernum verò morem notandum, ter quoque buccinâ & tympano ſignum ad profectionem dari, & quidē equitibus primâ vice buccinâ certâ modulatione vel certo cantu, qui Gallicâ linguâ communiter vitioſè porcell, propriè autem bout à selle (mox ad ſellam vel ephippium) id eſt, ad equos ſternendos, dicitur, peditibus verò certo tympani pulſu, alterâ vice alio cantu, qui illis à cheval, id eſt, ad equum adſcendendum zu Pferde vocatur, illoque facto tam equites, quàm pedites tympano ſcilicet primâ & ſecundâ vice ſonante quiſque coram tribuni ſui tabernaculo plenè armatus comparet, & inde mox profectio ſecundùm diſpoſitionem Ducis bellici ſuſcipitur, cantu illo à le marcher, vel contractè march dicto, ut *ſeq. c.13. th.3. expl.5.* latius dictum.

Quia verò non rarò evenit, ut contra ſpem animo conceptam munimentum aliquod obſeſſum, vel hoſtis in oppoſitis caſtris diutius & ita ſe contineat ac defendat, ut de occupatione illius & diſceſſione hujus deſperandum ſit, & ſæpe defectus annonæ premat ac peſſundet exercitum, quandoque etiam utrique ſuppetiæ ferantur, & hoſtis illis ita augeatur, ut exercitus neceſſarium ſit ex caſtris ſe aliò conferre, omnibus modis ejus Dux operam det, ut talis diſceſſus hoſtem lateat ac ſecretò fiat, in quo obtinendo prudentes Duces variare mediis ſolent. Quandoque enim noctu ſimpliciter abſque ſtrepitu & bellicis impedimentis vilioribus relictis inopinatò in tutiora ſe recipere ſolent, *uti Pompejus Cæſarem, & hic iterum illum decepit, teſte illo de iſto lib.3. de bello Civili. p.m.300.310.322. & de ſe ipſo ſeq. p.333.* & exempla in nuperis bellis frequentius occurrunt. *Quandoque verò* ſtratagemate quodam ſeceſſum conficiunt, *puta*, ſimulatâ ad hoſtem decipiendum omnium neceſſariarum rerum præparatione, novâ caſtrorum munitione, emiſſione frumentariorum & pabulatorum, *uti Mithridates Pompejum, teſte Frontone lib.1. c.1. n.7. & Suecos in caſtris ad Bernburgum Anhaltinatus anno 1644. falſus eſt Cæſarius belli Dux Gallaſſius*, multi ignis in iiſdem accenſione & relictione, ſimulato abitu ad certum aliquem locum, & hoſte in eum intento, alium in locum improviſo ſeceſſu, quæ duo poſtrema obſervavit *Athenienſium Dux Nicias, teſte Thucyd. lib.7. p.m.346. & ſeq.*

II. *Ne hoſtis aliquod commodum ex direptione derelictorum caſtrorum percipere poſſit, omninò præcavendum eſt*, cum propter illud etiam honorem inde conſequatur hoſtis. *Quod ut evitent Duces, ſolent*, ſi tempus illud patiatur, omnia vaſa, apparatum & commeatum auferre, & caſtra ipſimet diruere: *Si verò ob hoſtis inſtantiam & periculum aliquod imminens illud obtineri nequeat, caſtra cum derelictis incendio conſumere*, ut Pompejus in bello adverſus Cæſarem geſto ſæpius fecit, referente *Hirtio de Bello Hiſpan.*

TH. IX.

Diſtinguuntur caſtra (1) *in æſtiva & hiberna: illa* æſtivo tempore, & non procul ab hoſte, *hæc* hiberno, & plerumque procul ab hoſte locari ſolent. (2) in Majora & minora.

Explic.

I. QUamvis *caſtra hiberna frequentiùs pro metatis hoſpitiis & diverſoriis hibernis, quàm veris caſtris ſumi ſoleant, ut præter alios ex Julio Cæſare lib.1. de bello Gallico p.m.22. l.2. in pr. & in f. l.3. in pr. & paſſim* conſtat. *Olim enim ex Jure Gentium hieme omnia bella quieverunt, ut docet Cicer. ad Rabir. Poſthum. c.15.* & innuit *Livius lib. 5. c. 2. Quandoque tamen etiam vera hiberna caſtra locata ex Eodem Cæſare d.l.3. in pr. & l.5. p.m.118. Tacito lib.5. Hiſtor. c.22. & Dione lib. 43. f.m. 230. in ſpecie verò primùm in bello à Romanis contra Vejos geſto, & illorum Urbis obſidione diuturnâ introducta fuiſſe & uſurpata ex Livio d. lib.5. c.2. Plut. in Cam. c.3. & Floro lib.1. c.12. liquet*, idq; omiſſis multis *paulò antè th.6. expl.2. de pellibus*, materiâ tentoriorum, *adductis locis vel ex ſolo illo Taciti 13. Annal.35 palàm fit. In illo enim dicitur omnis exercitus ſub pellibus retentus, quamvis hyeme ſævâ, adeò ut obducta glacie niſi effoſſa humus tentoriis locum non præberet. Sic etiam Auguſtus* reliquias exercitus in hiberna & æſtiva circa finitima oppida dimittere aſſuetus fuit, teſte *Sueton. in ejus Vita c.49. De quo pluribus ſeq. c.13. th.3. expl.V. n.3. actum eſt, ubi ſimul demonſtravimus, poſterioribus temporibus etiam certa & fixa hiberna pro militibus, & quidem plerunque in finibus hoſtium exſtructa eſſe.*

De Turcis narrat Iſthuanffius lib.17. Hiſt. Ungar, f.m. 304. quòd in hibernis ſubſiſtere non cogi poſſint ex privilegio, quod Amurates I. poſt prælium & victoriam ad Varnam contra Uladiſlaum Ungariæ & Poloniæ Regem obtentam, ſed juxta illud prætereito S. Demetrii

metrii die circa finem Novembris è caſtris excedant, illumq́; diem ab illis Caſſonginum dici.

Sanè in bello noſtro Germanico poſtremo caſtra hiberna non inuſitata, imprimis verò Suecis fuiſſe, ſatis notum eſt.

II. Caſtrorum majorum & minorum apud Scriptores Romanos ſæpè fit mentio, uti apud Cæſar. l.1. de Bello Gall. p.m. 46. & ſeq. Polyb. l.3. c.112. & ſeq. Liv. l.22. c.49. & 52. majorum verò apud Eund. l.34. c.37.

TH. X.

Hactenus caſtra: *Sequuntur* excubiæ & vigiliæ, quarum conſideranda requiſita & connexa.

TH. XI.

Requiſita ſunt (1) Ut illæ per vices militibus diſtribuantur, & ita cùm labores, tùm pericula inter ſingulos dividantur. (2) Ut diligentiſſimè obſerventur, ac ideò ſæpiùs adeantur & viſitentur. (3) Ut illarum neglectus in delinquentibus debito modo vindicetur.

Explic.

I. *DE vigiliis (quaſecundum Servium ad Virgil. l.9. Æneid. f.m. 2387. & Iſidor. 3. Etym. c.3. propriè nocturnæ, uti excubiæ diurnæ ſunt, quod tamen diſplicet Schelio in Not. ad Polybii caſtra c. 2. tradente, excubias inde, quod extra papiliones milites cubarent, dictas, de toto quatuor excubantium corpore intelligendas, ita, ut ſolus ille, quem ordo vel intervallum temporis tangit, vigilis nomine veniat, & cæteri tres juxta cubantes excubiæ dicantur, & excubias apud bonos auctores non crebriùs pro diurnâ quàm nocturnâ cuſtodia ſumi, ſicuti etiam revera ſe habet, ſiquidem Tacit. 2. Hiſt. 44. & Veget. 3. c.8. excubias pro nocturnis expreſſè uſurpat, & Sueton. in Auguſto c.23. uti etiam Cicero in Philip. 7. in f. & pro Marc. c.20. excubias generaliter uſurpat & cuſtodiis jungit, quod etiam Tacit. 13. Ann. 18. facit, ſicut etiam quandoq́; vigilia pro diurnis ponuntur, ut legi poteſt apud Liv. l.4. c.27. & Germanicè* Schildwache/ *ideò* quod juxta veterum morem clypeati vigilabant) *ſciendum illas apud Romanos in quatuor vices fuiſſe diſtinctas.*

Ita enim luculenter Vegetius d. c.8. quia impoſſibile videbatur in ſpeculis, (ù Liv. l.27. c.30. l.22. 19. l.23. c.27. etiam memoratis, & Senecâ Epiſt. 57. vigilariis, Germanicè Schilderhäuſer dictis) *per totam noctem vigilantes ſingulos permanere, adeò in quatuor partes ad clepſydram ſunt diviſæ vigiliæ, ut non ampliùs, quàm tribus horis nocturnis cuilibet neceſſe ſit vigilare.* De quo etiam legatur *Appian. l.3. de Bellis Civilibus p.m. 902. Ex quibus patet, noctem apud Romanos in duodecim horis & quatuor vigiliis ſive partibus conſtitiſſe.*

Vocantur autem illæ generali nomine, vigilia prima, ſecunda, tertia & quarta: Specialiter verò ab Apulejo lib.2. Metamorph. p.m. 287 nox provecta, altior, concubia & intempeſta.

Ubi notandum ſingulis vigiliis ad clepſydræ exſtillationem buccinâ ſecundum Polyb. d. lib.6. c.33. & 34. vel tubâ, ſecundum Veget. d. c.8. juſſu illius triariorum Centurionis, quem quoq́; die ordo tetigit, ſignum datum fuiſſe, de quo videatur *Ludovicus d'Orleans in Comm. ad lib.1. Ann. Tac. f.m. 202.*

A. *Illud quoq́; addendum eſt, vigiles illos per ſortem vigilias ideò inter ſe diviſiſſe, quia non omnes æquè tolerabiles fuerunt. Nam tertia* ob interruptum ſomnum (cum ille, qui primam & poſtremam vigiliam ſuſtinuit, novem horas abſque interruptione dormire potuerit, qui verò tertiam, ſaltem ſex, & in medio ſomno abrumpere illum coactus fuerit) *moleſtiſſima fuit, uti notavit Silius lib. VII. v.254. & ſeqq.*

-- -- Mediam ſomni cum buccina noctem
Divideret, jamq́; excubias ſortitus iniquas
Tertius abruptâ vigil iret ad arma quiete.

Sed hodie illæ ad meliorem præſtationem ſingulis horis mutantur.

Fuerunt autem præter excubias & vigilias etiam ſtationes, & quidem non unius atque alterius vigilis, ſed turmarum & cohortium integrarum excubiæ ad ſubitas hoſtium invaſiones reprimendas expoſitæ.

B. *Ita Cæſar lib.5. de bello Gallico p.m. 106. Qui erant in ſtatione pro caſtris collocati acriter pugnaverunt. Idem ex Livio l.3. c.28. l.6. c.23. l.21. c.54. ac l.28. c.13. & ſeq. & aliis paulò poſt citatis locis conſtat.*

Prætenturas ſtationes illas poſtea vocatas fuiſſe apparet ex Marcellino lib.14. p.7. l.25 p.293. & l.31. p. 451. à prætendendo, vel ante tendendo ſic dictas juxta Turneb. 4. Adverſ. 7. Hinc excubias prætendere in Epiſt.16. & prætendere in caſtris Epiſt.27. uſurpavit Ambroſius; rectèq́; ex Varrone lib.1. de Lat. Lingu. n.16. prætenturas has priùs & antiquioribus temporibus præſidia, quia extra vallum, quo tutior Regio eſſet, in loco aliquo præſidebant, *dicta fuiſſe probat Valeſius ad d. locum Marcellini.*

Referenda huc ſunt ſtationes agrariæ, quarum meminit idem Marcell. dd. ll. & quas ex toto exercitu lectas in aggeribus publicis & caſtellis tumultuariis hinc

C. *inde ad ſecuritatem agreſtibus contra ſubitos hoſtium incurſus poſitas fuiſſe tradit idem Valeſius ad d. locum.*

Scribit etiam Livius lib.2. c.64. lib.3. c.42. lib.5. c.3. & 39. ac l.6. c.3. tempore belli ante portas & mœnia Romæ & alibi ſtationes poni ſolitum fuiſſe.

Stationes verò has in Equitibus conſtitiſſe, ex eodem l.27. c.20. & lib.44. c.33. & lib.29. c.28. conſtat. *quod etiam diſertis verbis indicat Veget. d. lib.3. c.8.* ita ſcribens: *Sciendum tamen eſt, Equites extra vallum nocturnas excubias facere debere.*

Notandum hîc obiter: Quandoq́; & canes loco vigilum in turribus repoſitos fuiſſe: Cujus exempla refert Plut. in Arato c.9. & c.30. ſimulq́; memorandum, apud Romanos canes annuo ſupplicio affectos inter ædem Juventutis & Summani, vivosq́; in furcâ ſambuceâ arbore fixos eſſe, quod Gallis Capitolium obſidentibus ignaviâ ſuâ & ſtertore illos adſcendentes non prodidiſſent, Plin. lib.29. c.3. in f. & c.4. Con-

D. *trà verò anſer, teſte Eod. lib.20. c.22. ob ſervatum clangore ſuo Capitolium magni æſtimatus, illiq́; à cenſoribus cibaria locata. Refert utrumq́; Plut. de Fortun. Rom. c.24. his verbis: Etiamnum ſolenni in pompâ geſtatur canis in crucem actus, & anſer ſplendidè admodùm in lecticâ & veſte ſtragulâ precioſâ ſedens. De cane ridiculam hiſtoriam ſeq. th.18. expl. n.3. retulimus.*

II. Diligentiſſima vigiliarum viſitatio planè neceſſaria eſt, quia per earum neglectum ſæpe caſtra, ſæpiùs verò urbes & munimenta ab hoſtibus ex improviſo, imprimis verò *nocte illuni & intempeſtâ, uti etiam diebus feſtis*, oppreſſa ſunt, quare illis temporibus illæ accuratiſſimè præſtandæ & viſitandæ ſunt. *Eam ob cauſam Æmilius Paulus præclarus ille Romanorum Imperator vigiles novo more ſen-*

tum in vigiliam ferre vetuit, non enim in pugnam A.
vigilem ire, ut armis utatur, *ſed ad* vigilandum, ut cum ſenſerit hoſtium adventum, recipiat ſe, exciteteque ad arma alios, ut refert *Livius lib. 44. cap. 33. vel, ut explicatius memorat Plutarch. in ejus vitâ cap. 21.* ut eò diligentiùs omnia obſervarent, ac ſomnum repellerent, cum hoſtem irruentem arcere non poſſent.

Vigiliarum verò viſitatio hodiè duplex eſt, communis & primaria, illam expediunt Subofficiarii, puta circitores, Decuriones, ſiguiferi, *hanc* ſuperior quidam Officialis, & plerumque ille, qui prætorio vel corpori vigilum eâ nocte præeſt, quandoque verò ipſe Præfectus Præſidii, & quidem apparente periculo.

Apud Romanos autem illas ordinariè circumibant Equites, teſte Polybio d. c. 33. & Livio lib. 22. cap. 1. quibus tamen pedites pari numero addit Veget. d. c. 8. B
& diſcrimine præſente etiam Tribuni, ſecundum eundem lib. 28. c. 24. Quandoq; etiam Imperator vel ipſe belli Dux.

Sic Marius & Metellus vigilias circumivit, teſte *Saluſt. in bello Jugurth. c. 100. Titus, teſte Joſepho de bello Jud. lib. 6. cap. 13. in f.*

Tandem tamen apud Romanos vulgaris vigiliarum circumitio in militare officium devenit, & eam perficiunt circitor, ſecundum Veget. d. c. 8. vel ſecundum Keuchenium ad Frontin. lib. 3. c. 12. n. 4. Circator ab antiquo circare appellatus eſt.

Quomodo verò illa obſervata & inſtituta fuerit, in th. ſeq. expl. 1. dicetur: Germanicè vocatur die Runde / *à Gallico la ronde, à rotunditate, quâ Gallorum caſtra quondam conſtitêre, & circuitio illa perficienda fuit. Plura de veterum circuitionibus vide apud Æneam in Polierc. c. 26. & Cruſium de Noctе c. 5. per totum.* C.

III. *Quia igitur in diligenti vigiliarum obſervatione ſecuritas & cuſtodia Urbium ac caſtrorum conſiſtit, immò illa loci alicujus anima eſt. Garzon. in Emporio diſc. 97. & vice verſâ* eâ neglectâ illis ſummum periculum & amiſſionem ſæpè creat, *meritò neglectoribus digna pœna impoſita fuerunt, quia nulla ejus negligentia venia eſt, ubi de ſalute erratur. Veget. lib. 3. c. 5.*

Licet verò ab initio apud Romanos loco ceſſiſſe, vel ſtationem ſuam ac vigilias deſeruiſſe capitale fuerit, ut conſtat ex Sueton. in Auguſto c. 24. & Polyb. lib. 1. cap. 17. uti & L. 10. in pr. ff. de R. M. & L. 3. §. 6. ff. eod. Vide quoque *L. 12. & L. fin. ff. de cuſtod. & exhib. reor. Idq; à Græcis ſimiliter obſervatum* D.
fuiſſe exemplo Epaminondæ conſtet, ille enim, referente Fronton. lib. 3. cap. 12. vigilem dormientem gladio transfixit, aſſerens, hominem mortuum ſe inveniſſe, & talem reliquiſſe: Cui etiam conformis eſt Käyſers *Maximil. II.* Articuls-Brieff *Artic. 39. &* Holländiſch Kriegs-Recht / *Artic. 27.* ubi pœna capitis etiam in dormientes vigiles poſita eſt: de quo etiam lege *Ferretum de Re Milit. Tit. de Explorat. num. 7. Notandum tamen, pœnam ſtationem deſerentis poſteà à Romanis in arbitrariam caſtigationis vel gradu depoſitionis mutatam fuiſſe, ut ex L. 3. ff. de re milit. conſtat. Periculo autem* ab hoſtibus præſentibus metuendo pœnam antiquam adhuc obtinere, & negligentibus imponi poſſe, cum *Bello in tr. de re milit. p. 8. num. 14. & Petro Caballo Crim. Reſol. Cent. 3. caſ. 294. n. 288. ſentimus. Vide etiam Cruſium d. c. 5. n. 11.*

TH. XII.

Connexa ſunt (1) Teſſera militaris. (2) Cantus tubæ vel buccinæ, item clamor vigilum & pulſatio tympani.

Explic.

I. T*Eſſera militaris Germanicè hodiè vocatur* das Wort / die Loſung / *& à Gallico* die Parole: *ante aliquot ſecula verò nominata fuit* die Kreide / *per Metonymiam Efficientis pro effectu, uti conjiciendum eſt, quia cretâ* in tabulâ ante Prætorium ſuſpensâ teſſera illa (das Wort) ſcripta erat: *Sic enim in prælio illo, quod in bello Cunradi Suevi Imperatoris cum Henrico Superbo Bavare geſto Fridericus Sueviæ Dux Imperatoris frater, uti belli Dux cum Guelpho, Henrici fratre & ejus belli Duce commiſit, ille pro teſſerâ habuit,* hat vor die Kreiden gehabt: Hie Wolff / *& hic* Hie Gibling / *teſte Gold.* Reichs-Satzungen *p. 1. f. m. 307. & apud Schickfuſ. in Chron. Sileſ. lib. 3. c. 20. p. 239. legitur Verbum* Kreidenfeur *pro* Loſungsfeur. *Vide etiam Auctorem Hiſtoriæ Georgii Frundspergii l. 3. f. 42. ubi* Kriegs-Kreyde und Loſung *Synonyma ſunt.*

Notandum verò hîc, inventionem teſſeræ & vigiliarum Palmedi in bello Trojano adſcribi à Plinio lib. 7. Natur. Hiſt. cap. 56. & quidem apud Romanos ſtante Republ. teſſeram fuiſſe tabellam ligneam aliquibus notis vel literis ſignatam & inſcriptam ſecundum Polyb. d. lib. 6. c. 32. & ſeq. & Turneb. lib. 19. Adverſ. c. 26.

Fuit autem, ut ex illo obſcuro loco conjici poteſt, teſſeras has accipiendi, ad omnia ſigna deferendi, & tandem ad Tribunum referendi hic mos.

Ex quolibet decimo equitum peditumq; ſigno à militibus quidam, ideò à vigiliis immunis & *teſſerarius ſecundum inſcriptiones, & Veget. lib. 2. cap. 7. ac ibid. Stevvech. dictus,* eligebatur, & hic ſingulis diebus à Tribuno ſuo, *ut tradit Polyb. lib. 6. cap. 33.* vel Præfecto Legionis ſecundùm *Veget. lib. 2. cap. 19.* abſente nempe Belli Duce, hoc enim præſente ſecundùm *Eundem lib. 3. cap. 5.* ab ipſomet dabatur teſſera.

Quod etiam claris verbis indicat *Appianus lib. 5. Bellor. Civilium p. m.* 1110. ſcribens tribunos à Cæſare teſſeram accepiſſe, illique matriculam, quod etiam nunc ſit, militum obtuliſſe, & de *Marco Antonino Xiphilin. apud Dionem l. 71. in f.* refert. *Plura refert Lipſ. lib. 5. de Militiâ Rom. Dial. 9.* Sole jam inclinante, teſſeram pro ſingulis ſigni ſui Ordinibus (puta triariis, haſtatis, Principibus) ut conjicimus, ſingulam in tentorio illius petebat, acceptam ad ſuum ſignum deferebat, & inde teſtibus adhibitis proximi ſigni Ductori, hic porrò conſequentis ſigni Ductori & adeò vicinus Vicino Ductori ejuſdem Legionis tradebat, ac cum ita teſſera quælibet ad prima ſigna perveniſſet, ad Tribunum referebatur: Hic receptas numerabat, & ſingulas reperiendo, teſſeras illas ad omnes & per omnes ad ſe iterum veniſſe cognoſcebat: Si verò aliqua deeſſet, ex inſcriptione cujus partis (intellige prædicto modo Triariorum, Haſtatorum, & Principum: Horum enim titulum in quâvis tabellâ literis initialibus H. P. T. inſcriptum fuiſſe Lipſius l. 5. de Milit. Rom. Dial. 9. bene judicat) tabella reddita non

non erat, ſtatim intelligere, & negligentem punire A. poterat. De quo etiam legi poteſt *Schelius in not. ad Polybii Caſtra p. 190. & ſeq.*

Atque hæc de teſſeris ante conſtitutas vigilias datis intelligenda ſunt. Fuit enim etiam alia teſſera in formâ minori, quæ à Tribuno conſtitutis demùm vigiliis, illis, qui in quâlibet primam acturi & à coactore adducti erant, pro numero vigilum totidem, hoc eſt, quatuor in ſingulas (ut *Lipſ. d. l.* benè monet) *charactere manipuli & numero vigiliæ, exemp. gr. Haſt. Vig. 1. Triar. Vigil. II.* & ſic conſequenter, *ideò ut Tribunus unaquaque redditâ*, an probè præſtitæ fuerint vigiliæ, & quâdam emanente, quis vigiliam ſuam neglexerit, ſtatim cognoſcere poſſet, *notata dabantur, & ab his iterùm* inter convigiles ſecundum ſortitionem illorum diſtribuebantur: *Et quià ex turmâ, quam ordo tangebat, quatuor equites ad circumitionem præſtandam à tergiductore* B. *ordinati inter ſe vigilias ſortiri neceſſe habebant, illo facto* ad Tribunum ſe conferebant, & ibi ſcriptum accipiebant, quas & quot vigilias obire debebant, *eoq; impetrato*, vigilias ad primum manipulum Triariorum agebant, atque primo circuitionis tempore adventante illo, qui primam ſortitus erat circuitionem ſigno per buccinum Centurionis illius juſſu *ad clepſydræ effluxionem dato, primam vigiliam teſtibus ex amicis aſſumtis circumibat, & à vigilibus teſſellas iſtas repetebat, quod ſi quem horum dormientem vel deſertorem reperiret, atteſtatione ab illis amicis petitâ ad proximum ſe conferebat, idque ad ultimum circumitionis demandatæ vigilem uſque continuabat. Hoc ita peracto primâ quaq; luce quilibet Circitor ad Tribunum ſuum ſe conferebat, & teſſeras acceptas reddebat, quæ ſi omnes adeſſent, ſine culpâ abibat: Si verò aliqua deficeret, ex charactere* C. *deficientis ideò cognoſcebat Tribunus, & Centurioni illum defectum, ad cognitionem ſuper eo inſtituendam indicabat: hic verò examine inter negligentem vigilem atque circuitorem habito, ſontem ad Tribunum deferebat, & hic conſilio advocato ac causâ cognitâ reum fuſte percutiebat.*

Plura præterimus, & curiuſum Lectorem ad Polybium ipſum & ejus explicatorem d. l. remittimus.

Poſteà verò in Civili Cæſarianorum & Pompejanorum bello & ſub Imperatoribus teſſera non ampliùs tale lignum, ſed ſignum aliquod vocale uno vel pluribus verbis, ſicut Imperatori vel Duci bellico libuerit, *expreſſum vel nunciatum, uti Veget. lib. 2. cap. 7. & lib. 3. cap. 5. innuit. Ita Appianus lib. 2. de bello Civili p. m. 780. Pompejanis teſſeram fuiſſe Invictum Herculem, & Cæſarianis Venerem Victricem refert.* D. De quo plura exempla vide apud *Godofred. in Locis Commun. ex Senecâ factis, ſub Polit. tit. de Militari. Illudq; etiam nunc obſervatur, ut paulo ante in princ. hujus explicationis, notatum, & infrà cap. ſeq. th. 6. expl. 2. dicetur, & per ſe notum eſt.*

Quibus adjungendum eſt, jam olim apud Athenienſes teſſeram vocalem in uſu fuiſſe, ut patet ex Thucyd. lib. 7. p. m. 329.

Notandum verò teſſeram illam ſanctè occultandam & tacendam eſſe, quia eâ divulgatâ vel proditâ hoſtibus magnum periculum ſæpè ortum, & non rarò munimentum aliquod ex inſidiis occupatum eſt, de quo *infrà d. l. plura*, dicentur.

A. II. *De tuba vel buccina cantu in cujusq; vigiliæ primordio uſitato, præced. th. 11. explic. 1. quædam diximus, reliqua hic traditurs.*

Sciendum ergò eſt, Romanis etiam uſitatum fuiſſe, ut ſub tempus cœnæ omnes buccinatores & tubicines ad Prætoris tabernaculum canerent ad id, ut tunc vigiliæ nocturnæ conſtituerentur, teſte Polybio lib. 14. c. 3. Livio lib. 30. c. 5. Illo verò finito quilibet conviva ex Prætorio dimiſſus, & ſilentium in caſtris indictum fuit. Unde fortè mos introductus, ut etiam in noſtrâ militiâ ingruente nocte ſignum tympano, **der Zappenſchlag** dictum, militibus detur, ut ex tabernis cereviliariis abſcedant, & ſe domi vel in tentoriis ſuis tranquillè contineant.

Ubi notandum, duobus Conſulibus in caſtris præſentibus etiam bis ſigna, *uno verò tantum* Conſule vel Prætore præſente ſemel ſaltem cecinisse, ut do- B. cet *Livius lib. 27. cap. 49. Et addendum apud Romanos Scriptores etiam de ſignis, quod canant, dici*, ut conſtat ex *Livio dicto loco & lib. 1. cap. 1. lib. 2. cap. 40. lib. 24. cap. 15. & cap. 46. & lib. 30. cap. 5. nec non Saluſt. de Bello Catilin. c. 59. & Jugurt. c. 94. & 99.*

Uſitata quoque vigilibus fuêre voces vel acclamationes, de quibus Tacit. lib. 5. Hiſtor. cap. 22. Milites flagitium ſuum dedecore Ducis (Cerealis, qui eâ nocte ſtuprum cum Claudiâ Sacratâ muliere Ubiâ commiſerat) *excuſabant, tanquam juſſi ſilere, ne quietem ejus interturbarent, ita intermiſſo ſigno & vocibus ſe quoque in ſomnum* lapſos. *Halicarn. lib. 5. cap. 41.* de Sabinis caſtra Romanorum noctu tentantibus, ſcribit: *Qui primi incedebant, cum nec ignes viderent, neque voces vigilum audirent*, &c.

C. *Rectè verò illas voces vel exclamationes quidam putant fuiſſe excitationes vigilum dormientium ab iis*, qui vigilias egerunt clamoribus ſactas. Ita enim *Polyænus lib. 2. Stratag. poſt pr.* ſcribit, *Clearchum noctu invaſiones hoſtium metuentem, ſuis, ut crebras excitationes facerent, mandaſſe.*

Putat quidem Lipſius dicto loco pag. 115. voces iſtas fuiſſe, quaſi ſolennes formulas acclamandi, & quidem has, vigila, vigila, *ſed fortaſſe tutius eſt* ſentire, illas voluntarias fuiſſe, *& tùm* ad convigilum dormientium excirationem, *tùm* ad hoſtes per talem vigilantiam ab incurſus & invaſionis auſu retrahendos introductas eſſe; *Cui ferè conformis eſt noſtrorum militum mos, quo quandoque etiam nihil audientes & videntes clamoribus & acclamationibus quibusdam, ac ſi quos cernerent & audirent*, in ſe continentibus, *tàm* vigilantiam ſuam de- D. monſtrant, *quàm* hoſti ſuſpicionem, ac ſi ipſius propoſitum invaſionis proditum eſſet, movent.

In hodiernâ militiâ veſpere jam adulto, ut paulò ante dictum, tympano ſignum datur eum in finem, ut vigiliis jam conſtituris quilibet quietè ſe gerat, & à potatione ac tumultu ſe abſtineat. *Idem mediâ nocte* ad vigilantiam demouſtrandam vigilibusque inculcandam, uti etiam tempus indicandum, *ac tandem aurorâ appropinquante* in illius indicium, & noctis feliciter transmiſſæ recordationem reiteratur.

Poſtremò etiam annotare volumus, Romanis præſertim belli & obſeſſionis tempore conſuetum fuiſſe, ut ignes & faces ex ſuperioribus vallorum tur-

riumque focis accenſas ſuſpenderent, quo in hoſtium caſtra & actiones longior eſſet proſpectus, & illarum contemplatio, illique ſecurè illaa perficere non poſſent: quem in modum *Statius illas lib. 12. ante med. excubias* vocat, ita canens:

Contractaq́; vires, & crebrior excubat ignis.

Illud etiam apud Græcos in uſu fuiſſe conſtat ex Plut. in Arato. c. 8. & 26.

TH. XIII.

Fuis excubiarum conſtitutio: Sequitur actus belli publicus, qui eſt duplex, loci alicujus hoſtilis vel ab hoſte intercepti obſeſſio, & prælium.

TH. XIV.

Circa obſidionem conſideranda ſunt ejus (1) Antecedentia. (2) Actus ipſe. (3) Conſequentia.

TH. XV.

Antecedentia conſiſtunt (1) in loci obſidendi probâ & integrâ cognitione tùm quoad locum ipſum, tùm quoad ejus accidentia. (2) in illius aditu & circumdatione ac circumvallatione.

Explic.

I. *Sicuti in omni negocio* principium rei benè gerendæ in eo conſiſtit, ut accurata ſuſcipiendæ ejus habeatur cognitio: *Ita in bellicis negotiis* & actibus id eò magis neceſſarium eſt, quia ex improvidâ vel malâ illorum inſtitutione errores incorrigibiles oriuntur, & maximi ſumtus fruſtranei ſunt, atque adeò in genere irreparabile damnum oritur: Unde ſicut *infrà cap. 8. th. 2. explic. 2. num. 11. per axioma* tradidimus, Ducem in omnia hoſtium inquirere debere: ita etiam hîc circa obſidionem ſuſcipiendam eadem meritò inculcamus. *Et ergò ante omnia belli Dux primò* in locum obſidendum, quo ſitus ſit loco & munitus modo, *deinde* an omnibus ad diuturnam, ſi res ita poſtulet, obſidionem tolerandam neceſſariis, puta experto Præfecto vel Gubernatore ac exercitato & firmo præſidio, machinis & pulvere tormentario, annonâ, aquâ, ligno inſtructus ſit, nec ne? *poſtea* an hoſtia earum ſit virium, ut per oppoſitum exercitum obſidionem facilè ſolvere poſſit nec ne? nec non an idem circum locum obſidendum aliquot munimenta & caſtella validis præſidiis firmata habeat, & ex illis frumentatoribus ac pabulatoribus grave damnum inferre queat, nec ne? per exploratores fidos ſedulò inquirat, ac ſecundum relationem & cognitionem intentionem ſuam vel proſequatur, vel intermittat: *Ultimò etiam* proprias virea ratione militum, ærarii, annonæ, rei armamentariæ

A. benè excutiat, an nimirum negocio illi perficiendo pares ſint nec ne? item an loci talis occupatio neceſſaria & conducibilia ſit nec ne? & an ita ſitus ſit ille, ut facilè ab hoſte recuperari poſſit, nec ne? prudenti deliberatione inſtitutâ perpendat. *Arduum enim, ſumtuoſum & periculo plenum hoc negocium magnâ cura & prudentiâ ſuſcipiendum eſt*, ut *th. ſeq. 17. explic. 1.* fuſiùs dictum. *Et hinc factum eſt*, quod nonnullæ obſidiones ita malè, cum jacturâ immenſorum ſumtuum, benè partæ gloriæ & exiſtimationis, ac cum maximo futuræ hoſtilis vindictæ periculo ceſſerint, ſicut exemplis ſatis conſtat. Ut hinc prudenter *Prsolus de Rebus Gallicis lib. 2. cap. 35.* ſcribat: *Id fatum obſidionum, ut nulla certa ſit. Sic Alexander M. ad Tyrum famam ſuam in diſcrimen miſit: Sic Carolus V. ad metas metam gloriæ invenit: Sic Solimannus Viennæ obſidionem non ſine nominis noxa ſolvit*, ac *Forſtn. ad lib. 11. Ann. Tac. cap. 8. verb. implicatur*,
B. referat, *validarum urbium arciumq́; obſidia ſunt currentium victoriarum remora, & magnorum exercituum ſepulchrota.* Vide *Eundem ad præced. lib. 2. cap. 21. p. m. 189. & ſeq.*

II. *Circa acceſſum ad obſidendum aliquem locum & ejus circumvallationem ſequentia obſervanda monita*, & quidem *quoad prius* illum negocio concluſo 1. *Quantâ fieri poteſt occultatione* ſuſcipiendum & celeritate maturandum eſſe, ne hoſtis iſtum expertus ſubſidia militum, commeatua, pecuniæ & rei armamentariæ ſubitò in talem locum importet, vel obſidendi ipſi illud animadvertentes ex ſuburbiis & vicinis locis ſibi ipſis de iis proſpiciant, & ita occupatio eò difficilior reddatur, *quâ etiam de causâ* prudens belli Dux obſeſſurus quendam locum ad præcavenda talia certas copias ad circumdandum talem & avertenda iſta incommoda præ-
C. mittere ſolet.

Quoad poſterius verò in circumdatione ac circumvallatione, niſi evidens neceſſitas & utilitas id requirat, *ſecuritatem tàm* quoad parcitionem militum per ſe, *quàm* quo ad periculum ac damnum ab obſidendis imminens præcavendum omninò obſervandam, *atque ideò* extra tormentorum jactum illam ita inchoandam eſſe, ut vallum munitionibus intermixtum, foſſiaque & ſudibus præmunitum, *tàm* ad eruptionem obſeſſorum, *quàm* irruptionem hoſtilis exercitua obſidium impedituri vel ſublaturi debito modo circum extruatur, & inde *per acceſſus* transverſales vel vineas continuò propiùs accedatur, operaque ante conſpectum hoſtis congerantur. De quo legi poſſunt Scriptorea Architectonica tradentes, & inter eos *Speckle* **von der** *Fortification*s-**Kunſt**. *Schildknecht*
D. *in Harmanonia Fortalitiorum conſtruendorum. Freitag. in Architectura militari. Dögenius in Architecturâ Militari. Nothnagel in Architecturâ militari ſub hâc materiâ. Cunrad. Dieter. de fortalitiis: & alii.*

Eſt itaque obſeſſio talis vel laborioſior, diuturnior & violentior, quando caſtris ad Urbem vel locum aliquem munitum, ac apparatu bellico & commeatu probe inſtructum poſitis, obſeſſi continuia militum aſſulribus & tormentorum grandiorum ictibus impugnantur, fatigantur, & illorum munimenta quatiuntur, lacerantur ac dejiciuntur, atque ita locus ille longo tempore, multâ vi & gravibus impenſis ſive deditione, ſive vi in poteſtatem

ſtatem redigitur : *Vel minùs laborioſa & brevis vel ſubita, violentiſſima tamen, quæ vel abſque munitione vel caſtris* ſecundum ordinem locatis primo ſtatim impetu tentatur, & quandoque perficitur, *qualis fuit illa Romanorum in primo aditu per Coronam & ſcalis admotis facta invaſio*, de quâ videatur *Lipſ. lib.5. de Machinis dial.4. cujus exemplum occurrit apud Hirtium de Bello Alexand. poſt pr. in Peluſio à Mithridate uno die obſeſſo & expugnato, Livium lib.10. cap.17. in Murgantiâ* validâ urbe unâ die vi atque armis à Romanis captâ, *in Lamiâ* ita intra paucas horas occupatâ *apud Eund. lib.37. cap.5. & Carthagine* ſimiliter uno die (qui tamen ab adventu quartus fuit) à Scipione captâ *Appian. de Bell. Hiſpan. p.m.* 447. *vel etiam caſtris & operibus benè munitis*, violentâ & continuâ tormentorum & oppugnatorum vi primo impetu perficitur, ut hodiè ferè à Gallis & Turcis peragi illa ſolet, & *de quâ paulo poſt latè dictum eſt. Vel denique diuturna quidem, ſed non violenta, quando obſeſſi* ſolâ aquæ, Commeatus, apparatus bellici & præſidii penuriâ ad deditionem pauco labore & impendio coguntur.

Quæritur hic : Uter harum obſidionum, lentorum ſcilicet, an violentorum modus magis proficuus adeoque uſurpandus ſit?

Reſp. Prior quidem hactenus magis uſitatus fuit, & in ſecuritate potiſſimum ac parcimoniâ militum conſiſtere creditur, *verum* utraque ſæpe fallit, ut ex ſequentibus apparet.

Poſterior igitur, licet multo ſanguine conſtet, attamen Politicè conſideratus, *ſub certis cautelis in fine ſubjectis, magis proficuus & approbandus eſt, ob ſequentes rationes.*

Quia (1) ſi proſperè aliàs cedat, minore militum, ſtipendii, annonæ & rei tormentariæ jacturâ, adeoque minoribus impendiis & ſumtibus perficitur.

Nam in lentâ & diuturnâ obſidione primò quotidie tàm per tormenta & tela, ac eruptiones hoſtium, quàm in pabulatione, frumentatione & lignatione per copias hoſtiles & incolarum infeſtationes, nec non particularibus invaſionibus, ac cuniculorum ruptionibus, (ut de morte naturali per famem & morbos contagioſos in primis acceleratâ, & transfugiis ac perfugiis nihil dicamus) multi milites pereunt & deſiderantur, quorum numerus illorum, qui per genrralem, ut vocant, & continuatam invaſionem interimuntur, numerum rationibus ſubductis & collatione inſtitutâ longè ſuperat, ut quotidiana experientia & in ſpecie obſidio Oſtendanâ in principio hujus ſeculi adornata & *ſeq. th.17. explic.1. & th.18. in explic. num.4.* relata teſtatur. *Secundò* immenſi, ut dictum, ſumtus in ſtipendia, annonam vel commeatum, pulverem pyrium, comparationem & reparationem & ſimilia requiruntur, ut quodammodo *ſeq. th.57. explic.1.* deduximus.

(2) *per* tales lentas obſidiones reliquæ rerum benè gerendarum occaſiones prætervolant, ut id exemplis probat *Ferſtn. ad l.2. Ann. Tacit. cap.21. p.m.189. & ſeq.*

(3) *Hoſti* contrà occaſio & tempus ad robur ſuum contrahendum & obſidionem, hoſtili exercitu per quotidianam militum jacturam & aufugia

A. imminuto, vi & quandoque cum fuſione illius diſſolvendam conceditur.

(4) *Obſeſſis* per illam obſidionem & periculorum ſæpè averſorum conſuetudinem, ſi præſertim fortuna faveat, animus creſcit, obſidentibus verò decreſcit, contra verò obſeſſis per primordialem & furioſam invaſionem frangitur, *ut Antiochus in obſidione Pheræ fecit apud Liv. l.36. c.9.*

(5) *Periculum* ſubeſt, ut obſidio talis non modò ſecundùm ante dicta per vim hoſtilem, ſed etiam propter famem & morbos contagioſos ex fœtore cadaverum oriri ſolitos, ſolvatur, & ſic omnis labor & ſumtus fruſtraneus ſit, ut exempla docent.

Ubi tamen has cautelas addimus, ſi (1) *hoſtis* cum valido exercitu in propinquo non ſit (2) *præſidi-*
B. *um* obſeſſi loci nimis numeroſum & animoſum non ſit, (3) *locus* iſte à pluribus locis ſimul oppugnari poſſit, (4) *obſidens* numeroſum ferocem & fortem exercitum habeat, & (5) *ſupplementa* ſufficientia ſemper obtinere queat.

Ratio prima cautelæ in eo conſiſtit, quia obſidens, ſi locum munitum tali vi occupare contendit, dupliciter exercitum ſuum diminuit, amittendo ſcilicet per tàm feroces aſſultus multos & quidem fortiſſimos milites ac officiales, & imponendo ſat firmo in locum iſtum occupatum præſidio, ac ita id hoſti in viciniâ ſtanti & invadenti reſiſtendum impar redditur, adeòque prælio victus locum illum cito iterum amittere poteſt : reliquæ cautelæ per ſe claræ ſunt.

Ubi obſervandum, apud Hebræos juris & moris fuiſſe, (1) Ut in obſidione Urbium tres ſal-
C. tem plagæ milite & caſtris cingerentur, quarta verò, ut locus ſit fugæ eam eligentibus, libera relinqueretur exitu, ut ex *Maimonide in Halach Melackem cap.6. refert Seld. de Jure N. & G. Hebræorum lib.6. cap.15.*

(2) Ut arboribus frugiferis parcatur, illæque ſecuribus non ſuccidantur. *Deut.20. verſ.10.* quod quomodo explicent Judæi, refert *Selden. d.l.*

Monent hic Politici, ut hoſtis hoſticum petens & provincias ejus ſubjugaturus ante omnia s. de Metropoli in poteſtatem redigendâ ſollicitus ſit, quoniam illa veluti anima in corpore eſt, adeoque ab illo ſeparata, id totum exanime reddit. *Hinc Tiberius animadverſo in ſe omnium odio & rebellione, immotum propoſitum tenuit, non omittere caput rerum, unde in omnia regimen. Tacit.1. Annal.47. &*
D. *3. Ann.47. Cum accedat*, quod Metropolis regulariter cæteras urbes præſtantiâ divitiiſque ſuperet, Principum ſuorum ſedem plerumque conſtituat, armamentarium in ſe contineat, in meditullio poſita ſit, & belli tempore omnium divitias ac bona ad ſe trahat. *adeoq;* ex illâ occupatâ tota provincia eò fortiùs infeſtari ac ſubjugari poſſit, de quo etiam legi poteſt *Luſinga de Increm. Imper. l.1. c.*10.

Sic Annibal Saguntî occupationem tàm ſtrenuè intendebat, quia animadvertebat, eâ in poteſtatem ſuam redactâ jam ſubactos reliquos populos forc audientiores, & cæteros, qui ſui adhuc juris eſſent, metuentiores. *Polyb. lib.3. c.17. Et Scipio* eandem urbem poſtea Carthaginem dictam ob apparatum pecuniarum, frumenti, armorum, telorum, navium, captivorum, obſidumque totius Hiſpaniæ ibi aſſerva-

A. torum cum Hiſpaniam intraret exercitu ſuo primùm adorſus eſt, ut refert *Appian. de Bellis Hiſpanic. p. m. 443.*

Similiter Severus contra Nigrum Imperatorem bellum ſuſcepturus orationem ſuam militibus habitam clauſit hoc modo apud *Herodian. l. 2. c. 36. Quare occupemus quam primùm Romam, Larem ipſum Imperii, reliqua deinde facilè expedituri.*

Sic quoque Chriſtianus I. Daniæ Rex contra Carolum Canuti Sueciæ Regem anno 1452. bellum gerens, ante omnia egit, ut Stockholmum Regni Metropolin, utpotè in quâ ſumma rerum vertebatur lucraretur. *Meurſ. lib. 1. Hiſt. Daniæ p. 22. Plura exempla vide apud Rupert. ad Saluſt. Jugurth. cap. 56. §. 1.*

2. *Si valido exercitu inſtructus* ſit præteritis finitimis vel proximioribus locis regulariter omni neceſſario apparatu firmatis remotiora plerunque neglecta invadat, atque ita *in medio vel extremi hoſtilis ſoli belli ſedem figat, cujus exemplum* occurrit noviſſimum in Ludovico XIV. Galliarum Rege, qui in bello cum confœderatis Belgis ſuſcepto ſtatim in remotiora à finibus ſe contulit, iisque occupatis ſedem belli ibi fixit. *Sed ad hoc monitum perficiendum magnâ opus eſt cautelâ, ne rebus male cedentibus magno damno & periculo hoſtis ſalis ſe involvat.*

TH. XVI.

Actus ipſe conſiſtit in Officiis tàm ab obſidentibus, quàm obſeſſis obſervandis.

TH. XVII.

Obſidentium Officia ſunt, in omnia hoſtium diligenter inquirere, & imprimis (1) Præſidium & omnia obſeſſæ Civitatis loca atque munimenta, uti & acceſſus ad illam probè habere cognita, hosque per ſtationes benè cuſtodire. (2) De ſtipendiis militum, commeatu & apparatu bellico in tempore & ſufficienter ſibi proſpicere. (3) Circa loca munitiſſima invadere obſeſſos. (4) pavorem illis quocunque incutere modo. (5) aquam ipſis adimere, & flumen, ſi urbem interſecet, aut proximè præterlabatur, vel avertere, vel objecto aggere illius curſum impedire, ut ita per reſtagnationem murus & ædificia diruantur, & obſeſſi ad deditionem adigantur; ac commeatum & ſuppetias intercipere. (6) Obſeſſos per inſidias, imprimis verò diſceſſum ſimulatum & fugæ colorem ſæpiùs elicere. (7) in oppugnatione nihil temerè agere, & ideò potiùs operibus & tectis aggreſſionibus rem agere, quàm ſuorum ſanguinem citra neceſſitatem effundere. (8) Machinis & tormentis bellicis, item ſubterraneo & aliis oppugnationum generibus illos indefeſsè defatigare. (9) Sæpiùs impetus vel invaſiones ſive veras ſive fictas præ ſe ferre, iisque obſeſſos continuo fatigare (10) honeſtas deditionis conditiones illis non denegare, ac ita ad deſperationem occaſionem adimere. (11) cavere, ne ab obſeſſis per ſimulatum deditionis ſignum & derelictionem unius atque alterius munimenti decipiantur. (12) dedito loco accuratè proſpicere, ne pulvere pyrio clam ſuppoſito damnum inferatur. (13) Si obſeſſus locus capi non poſſit, & miles de occupatione deſperet, præmiorum & prædæ pollicitatione illi animum addere, aut præſidiarios auro corrumpere.

Explic.

B. I. *Cum obſidionis negocium maximè arduum, ſumtuoſum, lentum, & obſidentibus prius ſæpè quàm obſeſſis tædium afferens ſecundùm Liv. lib. 34. cap. 34. ac mille moleſtiis & periculis obnoxium ſit, ut præced. th. 15. explic. 1. dictum, omninò* ſummâ prudentiâ, ſolertiâ, vigilantiâ & bonâ ordinatione id ſuſcipiendum, continuandum & perficiendum eſt, ac ideò obſidentes ante illius inchoationem, impulſivam cauſam, vires, media, loci hoſtisque robur probè trutinent, ne tot neceſſarios ſumtus, labores & temporis intercapedinem fruſtra & magno imò quandoque irreparabili cum damno impendant.

Obſidiones verò & in primis diuturnas ſumtus & milites immenſos requirere, inter alia Trojana, quæ ſi *Dareti Phrygio in Hiſtor. Excidii illius in f.* fides habenda, obſidentium conſumſit 806000. obſeſſorum verò 278000. *Famaguſtana*, in Cypro, quæ
C. ſecundum calculum *Mauroceni l. 10. Hiſtor. Veneta in fine* obſidentium Turcarum 60000. ſecundum alios verò 80000. brevi temporis ſpacio abſorpſit. *Florentina* à Pontifice Clemente VII. auxilio Caroli V. Cæſaris ſub finem anni 1539. inſtituta, & ferè per annum continuata ſumtibus à Pontifice in ſingulos menſes ad centum quinquaginta florenorum aureorum millia erogatis, ut refertur in *Hiſtor. Frundsbergiorum l. 8. f. m. 192.* *Oſtendana*, quæ quo ad pecuniam confœderatis Belgis ſupra 4. milliones, Hiſpanis verò ſingulis menſibus ad ſtipendia militibus eroganda 90000. florenos adeoque in 39. menſibus ſupra 35. milliones, in alias expenſas verò millionem ſemis & adhuc ſingulis menſibus ad minimum 14000. florenos ſecundum *Meteran. l. 24. Hiſtor. f. 255.* Et quo ad homines ex parte Hollandorum vel Confœderatorum 72900. ex parte verò Hiſpanorum 72144. abſorpſit, ut refert *Piaſecius in*
D. *Chron. ad ann. 1604. Meteranus autem d. l. 24. f. 259.* recenſet repertam fuiſſe conſignationem Hiſpanorum interemptorum 78124. numerum verò ex parte Confœderatorum ibi occiſorum ita præcisè conſignari non potuiſſe, *&* **Oerlers im Naſſauiſchen Lorber-Crantz** *f. 299.* quo ad poſterius conſentiens, quo ad prius ſchedulam illam ſcribit in ſe continuiſſe 76961. hominum tempore obſidionis interemtorum, *ubi legi poteſt, & ſimul contra prædictam Piaſecii relationem ex evidentiâ rei & obſervantiâ rectè judicat, ex parte obſeſſorum longè pauciores interemptos eſſe.* *Et Rupellana* poſtrema anno 1628. ſuſcepta, quæ 40. millionibus librarum Gallicarum ſecundùm *librum Miniſterium Cardinalis Richelii titulatum l. 5. c. 30.* conſtitiſſe, demonſtrant. *Quibus addenda Ambianaa vel Samarobrigenſis*, quæ ſemeſtri circiter ſpacio Henrico IV. Galliarum Regi 60.au-

60. auri tonnis conſtiut ex relatione *Thuani l.* 118. *f. m.* 795. *Et ex antiquis Potidæana*, quæ Athenienſibus conſtitit 2000. talentis ſive 1800000. thaleris narrante *Thucyd. l.2. p. m.* 93.

Plura de obſidionum difficultate vide ſeq. c.7. th.10. expl.8. in quæſtione: An obſidiones majoris ſint momenti quam prælia?

II. De ſtipendiis militum, commeatu & apparatu bellico ſufficienter ſibi proſpiciat obſidens ob præc. c.2. th.5. in explic. datas rationes, in ſpecie verò quoad commeatum, ne ab hoſte ſuppetias ferente, vel obſeſſos liberaturo ob inopiam animadverſam ipſe obſideatur, uti *Julio Cæſari* in obſidione caſtrorum Pompejani exercitus accidit, qui obſeſſor ob famem ex obundatione fluminis profectam ipſe quaſi obſidebatur. *Flor. lib.4. cap.2. & Paterc. lib.2. cap.51. Sic quoq; Matho ac Spendius* non minùs obſidebantur, quàm obſidebant: Tantâ enim rerum inopiâ eos premebat Amilcar, ut tandem obſidione deſiſtere cogerentur. *Polyb. lib.1. cap 84.* Et *Volſci* Ardeam obſidentes à Romanis iterum ita obſeſſi ſunt, ut fame preſſi univerſum exercitum his dedere coacti fuerint apud *Liv. l.4. c.9. Aliud exemplum refert Id. l.25. cap 11.*

III. Rei militaris peritorum obſervatio eſt, invaſionem & aggreſſum maximâ ex parte *in loco munitiſſimo* tentandum eſſe, ob hanc rationem, quod illa loca ſæpiſſimè, immò plerumque negligenter cuſtodiantur. *Polyb. lib.7. cap.4. Sic Semiramis arcem Bactris* adhærentem ob maximum ejus munimentum, ab incolis & præſidio indefenſam ex improviſo invaſit, & cum illâ Civitatem occupavit. *Diod. Sic. lib.11 cap.17.* Idem *Fabius Conſul in obſidione Arporum* feliciter perfecit *Liv. lib.24. cap.46. Et Cæſar in oppugnatione regiorum in Ægypto caſtrorum obſervavit Hirt. de Bello Alexand. p. m.* 372. *Eodem modo Lacedæmoniorum caſtellum* ab Athenienſibus occupatum fuit. *Thucydides lib.4. & Sardes* captæ ſunt *d. l. Et exercitus Conſtantinopolitanus Petram urbem occupavit, referente Procop. l.4. Hiſt. Goth. p. m.* 442. *Plura vide apud Onoſandr. p.148.*

Imprimis quoque belli Duci vel Officiali Urbem obſidenti incumbit, ut per emiſſarios hoſtis ſuppetias laturi adventum in tempore ſibi notum reddat, & contra eum ſe omnibus viribus præparet, *præſertim verè* omnes aditus ad Urbem benè occludat & præſidio tegat, ne commeatus, apparatus bellicus & ſuppetiæ in eam inferri, vel illa ab obſidione liberari queat.

IV. Circa metum & pavorem hoſtibus incutiendum, obſervatum eſt, nocte paverem illum augente res memorabiles geſtas eſſe, teſte Livio lib.38. cap.5. & *multa per noctem terrori habita, à die in riſum verſa eſſe, notante Senecâ Epiſt. 80. Quocirca obſidens* inſultus ſuos noctu plerumque adornet. *Quod etiam* in caſtra hoſtium ita feliciter quandoque tentatum eſt, ut integri exercitus fuerint profligati, cujus exemplum refert *Tacitus 5. Hiſt. 22.* de Germanis Romanos hibernaturos in caſtris nocte nubibus atrâ invadentibus & trucidantibus. Et *de Turcis refert Leunclav. Hiſt. Muſulm. lib.17. f. 737.* Eos Perſarum ingentem exercitum ita profligaſſe, junge, quæ *ſeq. th.18. in explic. num.2. diſt.* (3) notata ſunt.

Solent quoq; obſidentes non rarò obſeſſorum fortè captivas, vel ab obſeſſis ob annonæ caritatem expulſas vel obſides datas mulieres, liberos, parentes & familiares in aggreſſione propoſitâ in fronte vel anteceſſu locare, quò eò tutiùs poſſint procedere, *putantes* obſeſſos amore in prædictos, & ad eorum conſervatio-

A. nem à telorum & globorum jactu ceſſaturos: *ſed ut ſæpè voto fruuntur ſuo, ita etiam ſæpiùs falluntur*, prout præſidii præfectum animoſiorem vel timidiorem reperiunt. *Ejus exemplum occurrit in Andronico Imperatore Conſtant.* qui in obſidione Nicææ Iſaaci Angeli in illâ degentis *matrem* Euphroſynam Byzantio accerſitam *arietis fronti impoſuit* vel affixit, in eum finem, ut oppugnati miſeratione tantæ fœminæ moti à telorum jactu abſiſterent, & ita oppugnatores ſecuri eſſent, ſed incaſſum, ut refert *Nicet. Choniat. in Annalibus ſub Andronici hujus imperio f. m.* 33. *Aliud habetur apud Brunn. in Annal. Bojor. part.3. lib.11. p.152.* in Epiſcopo Thyemone, quem Udalricus Comes captum, ut obſeſſam ſuam arcem dedi juberet, miris modis, ſed fruſtrà adigere tentavit, ubi videri poteſt. *Et aliud apud Fazell. Decad. poſter. Rer. Sicul. lib.9. c.2.* in Rogerii Sanguineti Belvederum Oppidum nomine Caroli Nea-
B. poleos Regis gubernantis filiis, quos Jacobus Siciliæ Rex illud oppugnans defenſoribus oppoſuit, ſed parens, licet unus ictu lapidum interemtus fuerit, & alter magnum periculum ſuſtinuerit, nihilominùs obſidionem forti tulit animo.

Ita quoq; Henricus IV. Imperator in obſidione Glogovia obſidum Glogovienſium filios extendi ſuper pallia ſive aſſeres, quibus milites tanquam palliis fortalitia expugnantes muniuntur, juſſit, ſed obſeſſi nec ſic manſuetiores redditi ſimul jacula in filios & Cæſareanos contorſerunt, ut refert *Mechov. in Chron. Polon. lib.3. cap.9. Et Fridericus I. Imperator Cremenſium obſeſſorum filios obſides ad Manganorum ictus etiam fruſtrà oppoſuit, ut refert Sigon. l.12. in f.*

Cæterum de modis hoſtibus terrorem incutiendi, vide infrà c.8. th.2. explic.2. num.17. quædam relata. Referri etiam poſſunt, quæ ſuprà c.2. th.5. expl.5. de
C. *Turribus ambulatoriis notata ſunt.*

V. Benè Seneca Epiſt. 118. ſcribit: Aquam, terram, ſpiritum eſſe alimenta, quibus hic mundus adminiſtratur: Neceſſaria ſiquidem inter alia aqua eſt, tùm ad quotidianum bibendi, coquendi, animalia aquandi & purgandi res & corpora & ſimilem uſum, *tùm* ad incendia vel caſu, vel hoſtis artificio orta reſtinguenda. *Sic P. Servilius* Iſauram oppidum flumine, ex quo hoſtes aquabantur, averſo, ad deditionem ſui compulit, *teſte Front. lib.3. Stratagem. c.7. Idem Cæſar* in Galliâ in Cadurcorum Civitatis obſidione perfecit, ſecundum *eund. ibid. Eodem modo* ob aquarum ademtarum penuriam Achæi Ætoliæ Urbem Phanam ad deditionem adegerunt, teſte *Pauſan. lib.10. f. m.* 403. *Et Uxellodunum Galliæ* Cæſari ſe dedidit, referente *Hirtio l.8. de Bello Gall. p. m.* 218.

Illâ de cauſâ tàm obſidentes quàm obſeſſi ſemper va-
D. *rias artes de adimendo aut corrumpendo, vel obtinendo aquarum uſu, & inter has etiam magicas ac ſceleſtas quandoq; adhibuerunt, ut in ſequentibus & ſeq. th. 18. in expl. n.1. demonſtravimus.*

Exempla Urbium propter reſtagnationem obſtructorum per objectos altos aggeres fluminum ad deditionem adactarum paſſim occurrunt, & inter illa *Mantinæa apud Xenoph. lib.5. Hiſtor. Græc. num.552. Mantua à Johanne Galeacio Duce Mediolanenſi ita ad pacem coacta referente Jovio in ejus vitâ. Caifung. Provinciæ Honan in Sina Metropolis*, quæ quidem planè undis deſtructa & inclta eſt anno hujus ſeculi 42. ut narrat *Martin. de bello Tartarico p. m. 36. & ſeq. Wolffenbuttelium anno 1627.* à Papenheimio ita ſubactum, *& an.* 1641. eodem modo à Lunæburgicis & fœderatis ita preſſū, ut niſi à Cæſareano exercitu liberatū fuiſſet, intra paucos dies deditionem feciſſet, referente

 Brach.

Bracio. lib.3. p.163. & lib.5. p.390. Quomodo Saper Perſarum Rex per Mygdonii fluvii extumeſcentiam per aggeres objectos procuratam, & ejus ſubitam relaxationem Niſibis mœnia proſtraverit apud Calliſtum in Hiſtor. Eccleſ. l.9. c.28. & in Hiſtor. Tripart. lib.5. cap.45. legi poteſt.

Quæritur hic: An liceat fontes & aquas obſeſſorum veneno inficere?

Negativam omnes ſaniores Politici amplectuntur, quia teſte Seneca lib.2. de irâ c.9. inter maxima ſcelera refertur, violare fontes venenis: ac ideò *Florus lib.2. cap.20. de Aquilio*, talem venenationem uſurpante ita judicium ſuum interponit: *Mixtu (nefas!) veneno fontibus ad deditionem quarundam urbium belli reliquias confecit, quæ res ut maturam, ita infamem fecit victoriam,*&c.

Patet hinc, quid ſentiendum ſit de Manuelis Chriſtiani Imperatoris Byzantini facto, ad Venetorum claſſem perdendam, flumina, unde iſti aquabantur, veneno inficientis, & claſſem illam eo ita imminuentis, ut è 100. & ampliùs navibus nonniſi ſeptendecim Venetias evaſerint, teſte *Juſtiniano lib.2. Hiſt. Veneta f.m.23. Hocq; contra jus Gentium eſſe oſtendit Alb. Gentil. 2. de Jure belli cap.5. & Grot. cap.4. num.16.*

Honeſtiorem ſpeciem habet, quando Cliſthenes Criſeorum aquæductus ellebore corrupit, illosque profluvio ventris inde laborantes ſubegit. *Frontin. lib.3. cap.7. Nec tacendum hic aſtutum inventum Alexandrinorum*, qui Duce Gynamede aquam marinam rotis & machinationibus in puteos aquarum dulcium à Cæſaris exercitu uſurpatarum invexit, atque ita per ſalſam aquam illos planè inutiles reddidit, ut refert *Hirt. de bello Alexandr. p.m. 358. Addi poſſunt, quæ præced. cap. th.8. explic.1. num.2.* adducta ſunt.

Annonam cor & animam eſſe loci alicujus obſeſſi, demonſtratione non indiget: mirandum itaq; non eſt, ſi ob ejus defectum peſtis, proditio, fluxa ſervitiorum fides, denique interitus naſcatur. *Tacit. 4. Hiſt. cap.23. Et Herod. lib.3. num.75. annotavit, quod Crœſus eâ preſſus decimum quemq; militum ſortiri, in cibumq; necari à ſuis expertus ſit.*

De dirâ in obſeſſis Hieroſolymis exortâ fame legi poteſt Joſeph. de bell. Judaic. lib.7. c.7. & 8.

Ita etiam Româ ab Alarico obſeſſâ tanta in ea fames fuit, ut obſeſſi in Circo precium ſtatui humanæ carnis poſcerent, Niceph. Calixtus lib.13. cap.35. Non minorem eadem à Totilâ obſeſſa ſuſtinuit famem, dum obſeſſi inter alia inhumana etiam humanæ alvi purgamenta in cibum ſumſerunt, ut refert *Procop. lib.3. Hiſtor. Goth. p.m. 346. & ſeq. Ita quoque Galli in Sancerrâ obſeſſi* tantâ fame preſſi ſunt, ut tandem omnia coriorum ac pellium jam variis uſibus adhibitarum genera in cibum verterent, *immò parentes quidam* filiam ſuam ante triennem fame mortuam & jam conditam refoderint, in eſcamque verterint, uti latè refert *Buling. in Hiſtoria ſui temporis lib.4. f.m. 148. Nec non præſidiarii & incolæ Toccajenſes* ab Heiduceis anno 1605. obſeſſi in tantam redacti ſunt annonæ penuriam, ut omnibus impuris animalibus, & coriis ac pellibus abſumtis tandem pueri virique in cibum ſorte addicti & mactati fuerint, narrante eodem lib.12. p.m. 371. De quo plura *præc. c.2. th.5. explic.2.* dicta.

Notandum hic quoque obiter: Exemplis conſtare, obſeſſos tales & fame ita conſumtos poſt occupationem vel deditionem *largo cibo* refectos plerumque ex cibi illius nimio eſu magno numero mortuos eſſe, *quia* ventriculus illius inſuetus concoctione caret, & periculoſos generat morbos: ſive, ut *Procopius l.2. de Bello Goth. cap.16.* judicat, quia calor nativus omnis exſtinctus eſt, & ſic digeſtio perfici nequit. *Sic Caleto* Anglis obſidentibus, ob diram famem dedito *cives* liberalitate Eduardi Regis cibo recreati maximâ ex parte & quidem primâ nocte illorum 300. mortui ſunt, recenſente *Henrico de Knyghton de Eventibus Angliæ lib.4. ad ann. 1342.*

Simile quid de Rupellanis anno 1628. Regi ſuo ob inauditam famem ſe dedentibus eveniſſe refert *Gramondus libr. Hiſtor. 18. p.m. 778. Quod tamen non nemo magis fraude Richelii, quàm ex commiſeratione factum fuiſſe refert*, conſtitutis ubique in domibus & plateis cauponis & popinis gratuitis, quo ita ſuperſtites rebelles & religionarii Rupellani per indirectum è medio tollerentur.

Laudandus ſane hic Totilas Gothorum Rex, qui occupatâ Neapoli, deditorum inediâ fere conſumtorum curam ita ſuſcepit, ut nulli illorum plurimum cibi, ne ex nimiâ ejus ingurgitatione perirent, capere permiſerit, ut legi poteſt apud Procop. l.3. de Bello Gothor. cap.4.

Ut ideò hæc & alia evitentur atrocia & extrema, ſequent Vegetii monitum l.3.c.3. probè obſervetur: Hoc unum & maximum eſſe conſilium, ut exercitui & militi ſufficiat victus: hoſtis verò inopiâ frangatur.

Inter alia verò ad Commeatum hoſti adimendum licitò adhibita ſtratagemata, principem obtinet locum illud Fabii Maximi, qui vaſtatis Campanorum agris, ne quid eis ad fiduciam obſidionis ſupereſſet, receſſit ſementis tempore, ut frumentum, quod reliquum habebant, in ſationes conferrent: reverſus deinde renata protrivit, & ad famem redactis potitus eſt. *Fronto lib.3. cap.4.* ubi plura exempla refert.

Simile ferè quid Galli adverſus obſeſſos Rupellanos peregerunt, ut patet ex Miniſt. Card. Richelii lib.4. cap.16.

VI. Meliùs obſeſſi ad eruptiones tentandas elici non poſſunt, quàm ſimulato diſceſſu & fuga colore. Illo enim obſeſſi animoſiores redditi, incautas quandoque & infelices eruptiones fecêre, & ex inſidiis ſtructis non rarò miſeri ſuppreſſi & devicti fuêre, uti exempla in hiſtoriis paſſim ſunt obvia. *Sic Hannibal* Hymærem Civitatem per tales inſidias cepit, Saguntinos verò obſeſſos in eruptione trucidavit. *Front. d. lib.3. c.10. ubi plura exempla refert.*

VII. In oppugnatione nihil temerè agendum: Ratio generalis eſt, quia in bello conatus temerarii & irriti ſine periculo & contemtu raro tentantur: *Specialis verò*, quia iſtis conſilia produntur, & milites fruſtrà defatigati atque in periculum deducti timidiores, hoſtes verò & obſeſſi audaciores & animoſiores redduntur.

Imprimis verò cautus Imperator urbem obſeſſam operibus, machinis & tectis militum aggreſſionibus vel acceſſibus (quos antiqui vineas, hodierni

dierni galerias nominant) quam multo ſuorum ſanguine obſeſſis nocere debet. *Ad exemplum Romanorum*, qui per inventionem teſtitudinum & obtectarum acceſſionem obſeſſis maximum damnum intulêre, & loci occupationem ſæpiſſimè obtinuerunt. *Fuit verò teſtudo ita ordinata*, ut milites aggreſſuri per membra conjuncti clypeis ſuis ſe ita obtegerent, ut citra damnum ſub murum accedere, & ſeſe usque ad culmen murorum attollere potuerint, ſicuti refert *Dio lib. 49. p. m. 407. & 408. Ammian. Marc. lib. 26. p. m. 326. & Livius lib. 44. cap. 9.* *Lipſius verò* ex his ac aliis auctoribus in typo demonſtrat *Poliorc. lib. 1. Dial. 5. de reliquis* Romanorum tectis acceſſionibus & obtegumentis illorumque nominibus ac figuris *vide Eund. ibid. Dial. 7.*

Ubi obiter monendum, Romanos ac alias gentes etiam alia teſtudine in præliis & aliis actionibus periculoſis uſos fuiſſe, ut conſtat ex *Plut. in Antonio cap. 60. Dione & Xiphilino dict. lib. 49. Marcell. lib. 16. p. m. 84. & Curt. lib. 5. cap. 3. & aliis à Lipſio d. l. Dial. 5. memoratis, & ex figurâ ab illo additâ.*

IIX. *Munitiones locorum hodiè ita ad perfectionem deducuntur, ut ſi cætera obſeſſis adſint*, munimenta ferè nullo modo, quàm tormentorum conquaſſatoriorum & murifractariorum vi & cuniculorum clandeſtinâ ſubfoſſione ſubjugari poſſint. *Locum itaque probè munitum hodiè oppugnaturus*, tormentorum talium multitudine ac pyrobolis, vulgò mortariis dictis, uti & globorum ac pulveris nitrati copiâ abundè ſibi proſpiciat, nec non ſuffoſſoribus inſtructus, ac illis ſine intermiſſione obſeſſis gravis ſit, quo omni ad reparationem dirutorum tempore & ſpatio ademto in tempore ad deditionem adigantur, atque ita exercitûs vires conſerventur.

Ubi notandum, Turcas & Moſcovitas omnes nationes copiâ & magnitudine tormentorum illorum ſuperare, adeòque munimenta obſeſſa illis tantâ pertinacitate & pernicitate infeſtare, ut brevi temporis ſpatio fortiſſima diruant ac lacerent, ràròque ab oppido absque ejus occupatione diſcedant. *Sic Maurocenus in hiſt. Venetâ lib. 10. in f. narrat* Turcos in obſidione Famauguſtæ intra 75. dies ex tormentis ictus 150000. propugnaculis & muris intuliſſe. *De his vide, quæ ſupra cap. 2. ib. 5. expl. 5. num. 3. dicta ſunt.*

Non verò ſolum tormentis talibus, ſed etiam injectione fœtidarum rerum obſeſſis noceri ſolet, ut in fine hujus explic. 8. dicetur.

Cæterùm de Cuniculis ſciendum eſt, illos jam antiquis uſurpatos fuiſſe. Ita enim inter alios Flor. lib. 1. cap. 12. cuniculi & ſubterraneorum dolorum in obſidione Vejentium mentionem facit: *Sed ob pulveris pyrii defectum alio modo, de quo Freinsh. ad Curt. lib. 9. cap. 8. §. 14. videndus, illi uſi fuerint. Ignem injectum fuiſſe, quo ita fulcra comburerentur*, ex hiſtoriis etiam antiquis notum eſt. *Meminit etiam ejus Arnold. Abbas in Chron. Slav. lib. 5. c. 4.*

Et quidem Franciſcum Georgium Senenſem celeberrimum Architectum primùm uſum hunc per pulverem pyrium in cuniculis arte quâdam repoſitum ac incluſum munimenta dirumpendi inveniſſe tradit Garzon. in Emporio lib. 2. diſcurſ. 16. Illud tamen inventum Genuenſibus in Italiâ ab aliis primùm attribuitur, in obſidione arcis Sereſanelli anno 1486. ut refert Guicciard. in hiſtor. lib. 6. p. m. 540.

Memorabilis hiſtoria de Cuniculo cujusdam vi planè miraculosâ refert idem lib. 10. Hiſtor. ſui temporis p. m. 993. hisce verbis: Petrus de Navarra Hiſpanici Exercitûs Dux in obſidione Bononiæ cuniculum verſus portam Caſtellionaam ad eam muri partem, ubi intra murum exiguum ſacellum, Barracanum dictum, exſtructum erat, paratum pulvere impoſito incendi curavit, qui impetu ſtrepituq; ingenti ſacellum illud adeò in altum ſuſtulit, ut per illud ſpacium, quod inter ſolum murumq; ſublatum relinquebatur, ab iis, qui foris erant, interior Civitas militesq; ad propugnandum parati apertè conſpecti fuerint: ſed illicò ſubſiſtens integer murus in eundem locum, unde ignis impetu divulſus fuerat, recidit: Itaq; coagmentatus iterùm eſt, ac ſi nunquam motus fuiſſet: Quæ hiſtoria, ſi veritate nititur ſuâ, certè prodigioſum factum, uti Auctor ipſe putat, in ſe continet.

Inventionem bellicam, quâ è cuniculis Romani ab obſeſſis Ambracienſibus levi operâ ejecti ſunt, vide apud Livium lib. 38. cap. 7. Et aliam non diſſimilem, quâ Johannes Raguſinus Albæ Præfectus in cuniculis 17000. Turcarum ſibi invicem ne egredi & periculo ſe ſubducere poſſent, obſtantium interemit apud *Bonfin. Dec. 3. lib. 4. circa f.*

Modus quomodo Cuniculi ſubterranei ab hoſtibus agitati dignoſci poſſunt ex Curtio lib. 4. cap. 6. ubi Alex. M. in obſidione Gazæ eis uſus, quod etiam ex *Arrian. in Ejus Expedit. lib. 2. ad fin. & Herodoto lib. 4. num. 126.* patet, ubi hic refert, *Perſis* Urbem Barcen obſidentibus & cuniculis occultis adorientibus, fabrum quendam ærarium locum ſuffoſſum ita indagaſſe, *ſcutum* ſcilicet ab illo in diverſis partibus Urbis pavimento fuiſſe impoſitum, & ubi reſonaſſet, cuniculum animadverſum, *ac ita* per contrariam ſuffoſſionem Perſas à Barcæis interceptos & interemptos fuiſſe. *Vide etiam Æneam in Tactic. c. 37. Alium modum, quo in obſeſſâ Apolloniâ Tripho Alexandrinus architectus hoſtium cuniculos indagavit, eosq; iis ejecit, vide apud Vitruv. lib. 10. cap. ult.*

Hodiè per tympana, ſi teſſera luſoria iis imponantur, & hæ ſe moveant, talia loca exquiruntur. Alium modum refert Scheldkn. in Harmon. Archit. Milit. l. 3. c. 9. n. 7. & ſeq.

Illud hic addendum, Cuniculum Gallis, Belgis & Germanis, eine Mine *appellari, etymo aliquantùm ignoto, probabilior tamen illorum eſt opinio, qui vocabulum illud vel à Latino mina*, quod nempe Cuniculus Civitatis vallo vel muris ruinam, aut Civitati ipſi occupationem violentam minetur, *vel à minerâ*, quæ eſt foſſa ſubterranea ad eruenda mineralia facta, quod ultimum magis placet, *dictum eſſe. Sicuti etiam nonnulli minas murorum & turrium, quarum Vergil. lib. 4. Æneid. verſ. 88. & Marcellin. lib. 20. p. m. 163. lib. 24. p. m. 267. & ſeq. ac lib. 29. p. m. 410. mentionem facit, à verbo minari derivant, ut legi poteſt apud Turneb. lib. 3. cap. 14. quod tamen Voſſio in Lexico ſub verbo minor diſplicet.*

Ubi

Ubi ſimul conſignandum, nunquam & nunquam majori vi cuniculos effoſſos fuiſſe, quàm à Turcis in illa vicennali Urbis Candiæ obſeſſione, in quâ latè circa Urbem ad aliquot Italica milliaria illos egerunt, ita ut magis ſub terrâ, quàm ſupra illam obſidium perſecerint, ſed per longum tempus incaſſo labore, obſeſſis per oppoſitos cuniculos omnem effectum impedientibus, donec tandem ſuppetiis fruſtra exſpectatis illa ſe dedere coacta eſt, de quâ *ſeq. th.18. expl. n.4. in f.* plenius egimus.

Nec prætereundus eſt cuniculus ab iisdem operâ 20000. *hominum ſubter & per montem ein clanculum in obſidione Albæ traductus, ut antequam illi à transfugâ indicaretur, planè ignoratus fuerit*, & fuit quidem foſſa Cuniculi tàm lata & alta, ut quaterni equites juxta equitare potuerint: Quàm longa verò illa fuerit, inde patet, quod obſeſſis per oppoſitum cuniculum ignem in eo ſulphure, pice, nitro & ſarmentis congeſtis incendentibus ex fumo inde orto & incluſo ac tumultu inter hoſtes facto, curſu & recurſu ab iis facto, præter jumenta 17000. *hominum in illo cuniculo, igne, fumo, & ſuppreſſione interierint, ut latè refert Benſin. Dec. 4. Rer. Ungar. lib. 4. f. m. 453. & ſeq.*

Nec tacenda eſt immanis vis, quâ Turcæ in obſidendâ Urbe Cypri primariâ *Tamaſſo* communiter Famaguſta dictâ, adhibitis 40000. foſſoribus continuò operantibus in cuniculos & opera alia perficienda uſi ſunt, de qua legi poteſt *Mauroc. Hiſtor. Venet. lib. 10. pag. 416. ubi in fine refert in iſta oppugnatione* 60000. *ſecundum alios* 80000. *interiiſſe.*

Pertinet etiam huc modus per fundas & machinas ejaculatorias, lapides & putrida cadavera in obſeſſum locum injiciendi, de quibus ſuprà cap. 2. th. 5. explic. 5. num. 2. dictum eſt. Et Gobelinus in Coſmodrom. ætate 6. cap. 76. ſequentia narrat de obſidione Neapolitanâ: Ut igitur citius Caroli conſilium ſui laboris finalem conſequeretur effectum, quoddam turpis machinationis genus excogitavit hunc in modum: capiebantur quædam barilia, quæ ſtercore humano mixto cum manibus, pedibus vel capitibus aut aliis membris à captivorum corporibus nimiâ crudelitate præciſis impleta machinis ad aëris alta projecta, deinde cadentia deorſum ſuper ipſius caſtri planitiem vel ædificiorum ſtructuras impetuosè magno cum fragore colliſa, tantum fudêre fœtorem, ut intra clauſtra exiſtentes in aëris infecti attractione continuâ vomere compulſi illicò ſe ſuffocari timuerint.

IX. *Cur ſæpè impetus ad ſpeciem ſaltem adornandi & obſeſſi ſemper fatigandi ſint, ratio eſt, tum quia* ita hoſtis ſæpius ad defenſionem ſe præparare, & vigiliis conſumere cogitur, *tùm quia* ita fictitiis incurſionibus ſæpè eluſus, ſecurus redditur, adeòque non ratò impetum falsò adornari putans, verâ & ferventi aggreſſione ſubito ſuperatur. *Quod etiam tradit Mauric. in Strateg. lib. 10. cap. 10. Ejus exemplum occurrit in Heracleâ* à Romanis ita occupatâ apud *Livium lib. 36. cap. 23. & 24. Et aliud apud Frontinum l. 3. c. 2.* quando Domitius Calvinus Lucæ Ligurum oppidi obſeſſi muros omnibus copiis frequenter, ſed absque ullo impetu facto circuiri inſtituit, & ita obſeſſos exercita-

A. tionis gratiâ id fieri opinantes, ſubitò occupatis mœnibus ad deditionem coëgit.

Ita quoque Heraclius Mauricii Imperatoris bellicus Dux Perſas in munitiſſimo quodam caſtello obſeſſos impreſſionibus diu noctuque permutando, qui inſtarent operi, ita fatigavit, ut viribus defecti illud in ſuam poteſtatem concederent, referente *Simocattâ lib. 2. Hiſtor. Mauric. cap. 18. Similiter Romani Centenebrum* oppidum ob laborem continuum non die non nocte intermiſſum poſt paucos dies ceperunt, ut refert *Livius lib. 6. cap. 4.*

X. *Deſperationis vim omnia humana vincere, experientia & hiſtoria abundanter demonſtrant:*

Notum ſiquidem eſt, absque ſpe ſalutis & veniæ obſeſſos omnia dira pro ſalute ſuâ expertos eſ-
B. ſe, quomodo *Lugdunenſes* ab Hiſpanis anno 1574. obſeſſi ſe præſtitêre, ut conſtat ex *Jano Meurſio lib. 1. Athen. Bataver. cap. 22. & Rupellani à Gallis anno* 1628. obſidio diro preſſi ad deditionem avertendam & famem ſuſtinendam inſolita quæcunque in cibum converterunt, ut refert *Gramond. lib. 18. Hiſtor. p. m. 774. & ſeqq.*

Probè ergò Dux Obſeſſor caveat, ne obſeſſos ad extremum adigat deſperationis, ſed honeſtis pactis eos in tempore ad deditionem alliciat, *illud Brunn. lib. 7. rer. Bojar. pag. 198. mente revolvens: Graviſſimos illorum ictus eſſe, qui pugnant ut moriantur: nihilq; crudelius eſſe iis exſperantibus; & Juſtini lib. 2. cap. 11. nihil eſt difficile perſuadere perſuaſis mori.*

Ita Aſtapani cives veniam aut honeſtam deditionem deſperantes ſe ipſos in vitæ periculum ultrò
C. injicientes mortem in armis oppetiêre, turbam verò fœminarum puerorumque imbellem inermemque ipſi interfecerunt, & corpora cum precioſiſſimis rebus in rogum jam præparatum & incenſum injecêre: atque ita Civitas illa ſine prædâ militum ferro ignique abſumta eſt. *Livius lib. 28. cap. 22. & 23. ac Appian. de Bellis Hiſpanicis p. m. 458. & ſeq.* Simile quid de Abydenis *Idem Livius lib. 31. cap. 27. & 28. de Numantinis refert Flor. lib. 2. c. 18. & de Cimbrorum uxoribus lib. 3. cap. 3. de civibus urbis Tholam Saluſt. in Bello Jugurth. c. 76. de Japydis in Metulo Dio lib. 49. f. m. 412. nec non de Saguntinis Livius lib. 21. cap. 14: de Sidoniis Diod. Sicul. lib. 16. cap. 45. de Miletiis Marcell. lib. 28. in pr. & de præſidio in arce Punie Lituanica à Crucigeris acriter obſeſſâ Kojalovviz. parte 1. Hiſtor. Lituana lib. 8. pag. 300. & de Romanis ex aliâ tamen causâ Liv. lib. 4. cap. 12. Plura vide ſeq. cap. 11. th. 8.*
D. *explic. 1. notata.*

XI. & XII. *Non infrequens eſt, ut* obſeſſi deditionem ſimulent, quo ita obſidentes credulos decipiant, & incautos trucident, uti peregerunt Gergovienſes, quorum uxores per manuum tenſiones de muris factas traditionis ſignum præ ſe ferentes Cæſaris militem ſecurum reddiderunt, & per maritos ac reliquos defenſores ingenti clade affecerunt, ut apud *Cæſar. de B. G. lib. 7. p. m. 175.* legi poteſt: *Item ut* tàm obſeſſi, quàm obſeſſores quandoque in invaſione & eruptione *munimenta & opera ſua pulvere pyrio* etiàm in cuniculos ſuppoſito ſub colore neceſſitatis & metûs derelinquant, *hoſteſq;* ea occupantes accenſo iſto pulvere in ſerenam miſerè & quandoque magnâ ſtrage emittant.

Idemia

A. *Idem quoque in deditione obſeſſi loci quandoque evenit, & quidem occultiori ſtratagemate*, cum non rarò ultra quintum & ulteriorem diem per funiculos accenſos pulvis pyrius ſuppoſitus tandem erumpat, & maximum incautis & tale quid ne cogitantibus quidem damnum inferat: *Ut itaque utrumque evitetur*, in *priori caſu* hoſtis nimis liberè loco & munimento cedens audacter admodùm proſequendus, uti & derelictum munimentum facilè occupandum non eſt: *Poſteriori caſu* obſides ad ſecuritatem certam in aliquot dies poſcendi & retinendi ſunt, quo damnum inſidiis illatum in illorum perſonis puniri, vel fraus illa evitari poſſit, cum tali in caſu inſidiæ illæ non facilè ſtruuntur. *De quo plura ſeq. th.28. expl.3. diximus.*

B. XIII. *Sæpè fit*, ut militum animi diuturnitate obſidionis & aſſultu ac oppugnatione ſæpè fruſtrà tentatâ de occupatione deſperent, ut etiam indicat *Quintius Romanorum Imperator apud Liv. l.34. c.34. quo in caſu* firmius medium reddendorum iis animorum & iterandæ alacris invaſionis non eſt, *quàm ſi iis occupata Urbis deprædatio vel plenaria, vel ad certum tempus promittatur. Id obſervavit Annibal. in obſidione Sagunti apud Liv. l.21. c.11. Mahumetes in obſidione Conſtantinopoleos*, illâ enim promiſſione erecti & illecti milites vi ſummâ in Urbem perruperunt, ut refert *Leunclav. Hiſtor. Muſulm. lib.15. poſt pr. Idem ejus pater Murates II. in obſidione Selanica, olim Theſſalonica peregit Id. lib. 14. f.544. Et Muſtapha* belli Imperator in deſperatâ Famaguſtæ vel Tamaſſi obſidione felici ſucceſſu, ut refert *Mauroc. lib.10. Hiſt. Venet. p.m. 425.*

XIV. *Notandum hîc obiter: Romanos Urbem aliquam obſeſſuros vel oppugnaturos, per Sacerdotes vel Imperatores ſuos ſolenni formulâ Deos illius evocaſſe, illisq; eundem vel ampliorem locum cultumq́; promiſiſſe, teſte Plinio lib.28. c.2. ideò, quod aut* aliâ ratione urbem capi poſſe non crederent, *aut etiam*, ſi poſſet, nefas exiſtimarent, Deos habere captivos. *Macrob. lib.3. Saturn. c.9. cujus ſpecimen brevibus refert Livius lib.5. c.21. ubi Camillus evocat Junonem his verbis: Te, Juno Regina, quæ nunc Vejos colis, precor, ut nos victores in noſtram tuamq́; mox futuram Urbem ſequare, ubi te dignum amplitudine tuâ templum accipias: ubi etiam modum & ritum*, quo deinde captis Vejis Juno ex templo deportata, & Romam translata fuit, *cap. ſeq. narrat.*

D. *Ampliores duas formulas refert Idem Macrob. d. l. unam* ſimpliciter evocatoriam, *alteram* ſimul devotoriam, ut ita loquar, *vel execratoriam.* Et illud *Virgilii Æneid. 2. v. 351. & ſeq.*

Exceſſêre omnes adytis arisq́; relictis
Dii:

de hoc evocationis ritu intelligit, ubi videatur. *Sed Muret. l.5. V. L. c.19. verſus hos aliter explicat. Quibus tandem ex Arnobio l.3. Adverſus Gentes p.m. 122. addendum, Deos illos evocatos Novenſiles uno verbo dictos fuiſſe.*

Meminit illius evocationis vel potius traductionis etiam Prudentius contra Symmach. libro poſter. v.346. & ſeqq.

Ita inter prodigia de Hieroſolymarum ruinâ & clade refert Tacitus pro genio ſuo Ethnico: In illis expaſſas fuiſſe repentè delubri fores & auditam majorem humanâ vocem, Excedere Deos, ſimulq́; ortum fuiſſe ingentem motum excedentium 5. Hiſt. 13. Plura videri poſſunt apud Camer. Cent. 2. Hor. Subciſiv. c.10.

Pertinet huc fabula illa Gentilium de Palladii mirâ & illa quidem efficaciâ, ut in quâ urbe cuſtodiretur, illam inexpugnabilem redderet, & ideò cum *Ulyſſes* illud dolo Trojanis eriperet, urbem illorum captam fuiſſe tradunt. Ut inter alios *Virgilius* clarè indicat *Æneid. lib. 2. poſt pr.* poſt alia his verbis:

Ex illo fluere ac retrò ſublapſa referri
Spes Danaum: fractæ vires, averſa Deæ mens.

Et Pauſan. in Corinth. f.m. 82.

Putat autem Cedrenus in Compendio Hiſtor. f.m. 107. illud reverâ ita ſe habuiſſe, & Palladium illud à Palladis figurâ in eo expreſſâ ipſi dictum, nefandis quibusdam Dæmonum conſecrationibus arcanisq; ritibus illam vim conſecutum fuiſſe. Plura de eo vide apud Pierium in Hieroglyph. lib.42. & infrà lib. 3. c.4. th. 11. expl. 3.

Nec verò Deos dicto modo evocatos, ſed in captis vi bellicâ urbibus quoque aras ſimul illorum everſas fuiſſe, ne redirent & tutelam priſtinam reciperent, nonnulli ſcribunt, ſed illud ad aras Deorum Penatium rectiùs reſtringit Meurſius in Auctario Philolog. Libro de Gloriâ ſubjecto c.8. ubi conſuli poteſt.

C. *TH. XVIII.*

Hactenus Officia obſidentium: Obſeſſorum ſive defenſorum, ut communiter apud hiſtoricos vocari ſolent, potiſſimùm ſunt: (1.) obſidionis periculo animadverſo de aquâ, annonâ, apparatu bellico & præſidio ſibi in tempore proſpicere. (2.) frugali dimenſione annonæ & pulveris pyrii quantitatem conſervare & in tempore de futurâ copiâ cogitare. (3.) Hoſtem quibuscunq; modis & vi à foſſis, aggeribus & muris arcere & depellere, & eruptionibus crebris, circumſpectis tamen & ſecundum præſidii vires inſtitutis, hoſtem ſæpiùs fatigare, ac animadverſis cuniculis contrarios agere. (4.) ad reſtingvenda incendia parata habere ſubſidia. (5.) excubias & vigilias agere exquiſitiſſimas. (6) implorato ſedulò divino auxilio obſidium prudenti fortitudine tolerare, & ſibi invicem animum addere, quâ in re præſidii & loci obſeſſi Præfecti alloquio & eloquio ſapienti multum præſtare poſſunt. Nullo verò modo hoſtem injuriis gravibus laceſſere ob gravem inſequentem vindictam. (7) Deficiente paululùm commeatu,

meatu, apparatu bellico, & neceſſariâ defenſione, uti & ſuppetiis fruſtrà exſpectatis honeſtas deditionis conditiones in tempore offerre, vel oblatas accipere. (8) Si hæc obtinere nequeant, inermem turbam vi aut aſtu ex Urbe ejicere, & auxilio divino implorato extrema quæque animo forti experiri. (9) Colloquia cum hoſte militibus ſeverè inhibere; *de quo ſeq. th. 26. expl. 4. actum.*

Explic.

QUoniam ut veriſſimè *Egeſippus in Prologo in libros de Excidio Hieroſolym.* ſcribit: *Maximè omnium miſerabile eſt claudi obſidione: Quæ etiamſi benè procedit, ſæpiùs augere, quàm minuere pericula ſolet*: quod etiam innuit *Eumenes Rex in Orat. ad Patres apud Liv. l. 37. c. 53. his verbis: quod miſerrimum eſt in bello, obſidionem paſſus ſum.* Idcircò *illi*, qui eam metuunt, in tempore ſibi pericula illa ob oculos ponere, vel pacem bonis conditionibus petere, vel eâ denegatâ ad ſuſtinendam eam omni neceſſariâ re ſibi proſpicere debent: *dum autem* multa horum officiorum cum obſidentium officiis concurrunt, & hæc *præcedenti theſi & explicatione* ſufficienter deducta ſunt, ſaltem quædam de ſingularibus horum officiis hîc annotare lubuit.

Et quidem 1. circa res ad victum pertinentes: Quùm adeò neceſſarium *aqua* elementum ſit, ut demonſtratione non indigeat, ideò maximam ſemper curam intenderunt munimentorum Domini & præſidia, ut ejus copiam *per effoſſos puteos, canales, ciſternas & ſimilia* compararent.

Ubi notandum, apud Veteres, & quidem in illis locis, ubi aquæ inopia eſſet, *furtivos meatus & fornices ſubterraneos*, per quos ex urbibus ad rivos pervenire, & aquam haurire ſecurè potuerunt, exſtructos fuiſſe, cujus exemplum refert *Marcell. de obſeſſâ Amidâ lib. 19. p. m. 138. De Hieroſolymis Dio apud Theodoſium lib. 66. f. m. 747. & Tacit. lib. 5. Hiſt. c. 12. & de Amaſiâ Strabo lib. 12. p. m. 204.*

Ubi occaſionaliter referendum ſequens horrendum impetrandæ aquæ ab obſeſſis Moluſis incolis inventum. Cum enim urbem hanc Alphonſus Neapoleos Rex anno 1462. obſediſſet, & incolæ ob longam ſiccitatem omni aquarum copiâ privati eſſent, tale à perditiſſimis ſacerdotibus commentum magicum maleficium perfecerunt. Quidam ex iis in nocturnis tenebris deceptis caſtrorum vigiliis per aſperrimas rupes furtim profecti ſunt ad littus, trahentes ſecum imaginem affixi ad crucem Chriſti, maledictis.

Circa annonam è re obſeſſorum eſſe, Commeatûs abundantiam omnibus modis præ ſe ferre, & aſtu hoſtibus notam reddere, quo ita per imaginatam Commeatûs copiam ſpem potiundæ Urbis abjiciant. Ita Aquilejenſes à Maximino obſeſſi illo trucidato ad demonſtrandam omnium rerum copiam *forum rerum venalium ſupra muros expoſuerunt*, & ita exercitum in ſtuporem conjecerunt, referente *Herodiano lib. 8. c. 16. Ita quoque Manlius* obſeſsâ Româ quanquam in ſummâ fame, tamen ad ſpeciem fiduciæ *panes ab arce jaculatus eſt, teſte Floro lib. 1. c. 13. & Livio lib. 5. c. 48.*

A. *Thraſybulus* Mileſiorum Dux Mileto ab Halyatte obſeſſo Caduceatorem ad ſe miſſum & ejus relatu Halyatten ipſum comportato ante illius adventum in foro omni frumento & habitis in illius præſentiâ per totam Urbem à Civibus epulo ſub ſpecie abundantis frumenti decepit, & hunc ita ab obſidione divertit, teſte *Herodot. lib. 1. n. 4. & Frontin. lib. 3. c. 15. n. 6.*

Simili ſtratagemate arcem Oſtervviz in Carinthiâ à Margareta Maulaſchiâ anno 1334. & Caroloſteinum in Bohemiâ ab Huſſitis anno 1421. obſeſſum liberatum fuiſſe Fugger in Chronico Auſtriaco à Bircken. edito l. 3. c. 5. f. 314. ac Fabric. in Origin. Saxon. lib. VII. ad prædictum annum. & Dubrav. lib. 26. f. m. 219. memorat. *Aliud* ſed tamen non diſſimile exemplum refert *de Ladislao Ungariæ Rege Cracoviam obſidente Bonfin. Decade 2. lib. 4. f. m. 258.*

Plura exempla vide apud Rupert. ad Valer. Max. B. *lib. 7. c. 4. §. 4.*

Cæterùm de incommodis & periculis ex commeatus penuriâ exiſtentibus vide præced. c. 2. th. 5. expl. 2. annotata.

Et circa præſidium, ut ſufficiens ad vim hoſtilem diu ſuſtinendam ſit, *quoniam experientia teſtatur, parvum præſidium*, ob continuas vigilias & hoſtiles invaſiones pauco tempore ita defatigari, ut ad defenſionem ulteriorem impar ſit, cujus exemplum refert *Livius l. 6. c. 3. in Sutrinis*, ita ſcribens: *confecta oppidanorum paucitas, opere, vigiliis, vulneribusq́, quæ ſemper eosdem urgebant, ſpes* (in auxilio exſpectando) *moram non potuit pati, ſed ſe dedit.*

2. *Circa eruptiones faciendas notandum* (1) *non temerè*, ſed magnâ demùm utilitate ex iis ſperatâ, & neceſſitate id ſuadente, magnâ tamen circumſpectione & ad præſidii vires dimenſione factâ, C. ac comparatione cum hoſtili exercitu inſtituta, illas tentandas eſſe, *ideò quia* crebris & temerariis eruptionibus præſidium admodùm ac fruſtrà attenuatur, & niſi in certam hoſtium ſtragem fiant, ab hoſtibus vilipenduntur ac ferè deridentur. *De quo obſervandum prudens monitum Cominæi lib. 2. c. 11.* ita expreſſum: *Decem hominum damnum magis noxium eſt obſeſſis quàm obſidentium centum, ingens enim numeri diſcrimen eſt, neq́ obſeſſis ſufficere amiſſis integros datur, & ſic perdere poſſunt ductorem aliquem, cujus imperio nudata præſidia nihil quærant, niſi relinquere civitates.*

Quibus addendum, obſidentes quidem numerum interfectorum per novas copias ſupplere poſſe, obſeſſos verò non. (2) *Quæ urgente neceſſitate fiunt, plerumq́ feliciter cadere. Clauſis enim ex deſperatione creſcit audacia, & cum ſpes nihil eſt, ſumit arma* D. *formido. Vegetius lib. 3. c. 21. & Seneca teſte 2. Nat. Quæſt. in f. & 1. de Clem. 12. Acerrima virtus eſt, quam ultima neceſſitas extundit. Et ſæpè deſperatio dat, quod fortuna non dat. Polyæn. 1. Strat. ſub Themiſtocle n. 3. Vide plura apud Curt. lib. 9. c. 5. Caſaubon. Epiſt. 170.* (3) *Eruptiones nocturnas ad magna tentanda opportunas eſſe, Liv. lib. 7. c. 35. & inſolitâ inſtructione factas hoſtem mirum in modum perturbare: quia ut etiam in præc. th. expl. 4. dictum, nox pavorem auget, & ad res memorabiles peragendas apprimè apta eſt, inſolita verò hoſtem extremè terrent.* Sicuti *de Phocenſibus narrat Pauſan. lib. 10. f. m. 384.* Quod eorum quingenti lectî obſervato eo tempore, quo ſuum Luna orbem explerat, *Theſſalos* noctu adorti fuerint oblitis gypſo

corpo-

corporibus: Gypſo item dealbatis armis, *& ita* ingentem Theſſalis intulerint cladem, qui eâ ſpecie territi, immiſſa divinitùs per noctem ſibi viſa, non hoſtium illud aſtu eveniſſe interpretati ſunt. *Meminit etiam illius Stratagematis Herodot. lib. 8. num. 205. ſed paulò aliter.*

Sæpè illud ſtratagema militibus in nocturnis invaſionibus caſtrorum vel aliorum locorum fallendi causâ albis amictis interulis, ut ejus exemplum occurrit apud *Sleid. lib. 18. p. m. 508. & apud Stradam l. 7. p. m.* 442. ubi legi poſſunt, *uſurpatum fuiſſe.*

Notanda hanc in rem eſt furioſa Fidenatium eruptio, quam ita deſcribit Livius lib. 4. cap. 33. Concuſſerat primo ſtatim congreſſu hoſtem, cum repentè patefactis Fidenarum portis nova erupit acies, inaudita ante id tempus inuſitataq́; : Ignibus (vel potiùs anguibus) armata ingens multitudo, facibusq́; ardentibus tota collucens, veluti fanatico inſtincta curſu in hoſtem ruit, formâq́; inſolitæ pugnæ Romanos parumper exterruit. Quod quoq́; idem à Faliſcis & Tarquinienſibus factum fuiſſe refert lib. 7. c. 12.

De inſolitâ armorum ſtructurâ & illorum contra hoſtes vi, infrà c. 8. th. 2. expl. 2. n. 17. dicetur.

(4) *Illas cautè eſſe adornandas, ne hoſtis una cum eruptoribus portam irrumpat, ut ſæpius factum eſt, ejusq́; exemplum inter alia occurrit apud Livium lib. 42. cap. 54.* apud recentiores hiſtoricos ſimilia paſſim occurrunt, *& anno* 1622. *Galli in obſidione Valentianarum ad Scaldim perfecerunt.*

3. *Circa vigilias notandum, illas* (1) *in maximis ventorum & imbrium tempeſtatibus, uti etiam tenebris quàm diligentiſſimè ſervandas & obſervandas eſſe, quia tunc* maximæ inſidiæ & audaciſſimi inſultus ab hoſtibus tentari ſolent, *cujus rei exemplum nobis præbet Arporum Urbs à Fabio Romanorum Conſule* imbre in mediâ nocte oborto abſque vigilum ſenſu occupata *Liv. lib. 24. cap. 46. Avaricum Galliæ oppidum* ſimiliter magno coorto imbri & ideò incautius cuſtodiis in muris diſpoſitis repentino inſultu à Cæſare expugnatum, ut ipſe *de Bello Gall. lib. 7. p. m. 163. & ſeq.* memorat. (2) *Quandoque à vigilibus intermiſſas à beſtiis & ſingulari caſu quodam non rarò ſuppletas fuiſſe: Sic Romanorum arce Capitolio* à Gallis duriter obſeſſo vigilum vices *anſer* ſuſtinuit, & ejus clangore Manlius excitatus hoſtes à ſumma rupe dejecit. *Flor. lib. 1. cap. 13.* Quo ſingulari facto ductus *Veget. lib. 4. cap. 26.* in hæc verba erumpit: *Mira fortuna! viros, qui univerſum Orbem erant miſſuri ſub jugum, avis una ſervavit.*

Ubi obiter monendum, ob hanc conſervationem apud Romanos introductum fuiſſe, ut quotannis certo die anſer ſplendidè admodum in lecticâ & veſte ſtragulâ precioſâ ſedens, *canis verò* in crucem actus ob ejus ſomnum in pompâ geſtaretur, ſicuti præced. *th. 11. explic. 1. ex Plutarch. de Fortuna Romanorum cap. 24.* retulimus.

De cane caſtra latratu ſuo dormientibus vigilibus conſervante, hiſtoriam lepidam refert Lipſius Centur. 1. ad Belgas Epiſt. 44. ubi videatur. *Quo referri etiam poteſt hiſtoria, quam de cane Principem Arauſionenſem caſtris ejus ab Hiſpanis clam invaſis ſuſcitante refert Reidan. l. 1. Annal. f. m. 12.*

De Urbibus ab inſidiis & occupatione hoſtium dormientibus vigilibus miris caſibus conſervatis, vide Piccart. Dec. 2. Obſ. 2.

A. 4. *Circa ſtrenuam loci concrediti defenſionem monendum, obſidionem quidem forti & imperterrito animo ſuſtinendam,* nec quicquam, quod ad illius defenſionem facit, omittendum, *deſperata verò conſilia, quia ea nec* ad loci conſervationem, *nec* ad domini utilitatem, *nec* ad proprii gloriam ſpectant, *potiùs omittenda, quàm fovenda, atque eò laborandum eſſe, ut omni defenſione & ope evanidâ bonis ac tolerabilibus modis deditio obtineatur, vel hoc fruſtraneo, tandem potiùs* cum ratione & hoſtium damno, *quàm* ſtultè & ſine utilitate vita pro Domino morti exponatur. *Non ergò admodùm laudabiliter egit Ænſidemus* Elatiæ Præfectus, qui deſperatis rebus pro Achæorum flore tutum abitum pactus, *ipſe* cum paucis clientibus armatus non exceſſit, & cum quidam à Philocle mitteretur quæſitum, quid ſibi vellet, nihil fatus, tantummodò cum poſito præ ſe clypeo ſtetit, in *præſidio credita Urbis moriturum*

B. *ſe armatum reſpondens*, ac ita juſſu Præfecti à Thracibus per conjecta tela *cum ſuis interfectus*, ut refert *Livius lib. 32. c. 25. In hunc cenſum quoque pertinere videtur Marcus Gutherius, qui,* cum in concredito caſtro de Gujar omnes præſidiarii fame mortui eſſent, *ſuſpenſis ad collum arcis clavibus inediâ etiam fermè conſumtus ad portam turris interiorem in medio cardinis ferè exanimis decumbens, à ſupervenientibus hoſtibus repertus & vix ſervatus fuit*, uti *ex Roderico Santio præced. cap. 4. th. 6. explic. 1. num. 1.* retulimus.

Culpandi quoque Babylonii, qui à Dario obſeſſi, ne fame premerentur, omnes fœminas trucidarunt, præter matres, quas expulerunt, & duas ab unoquoque patrefamiliâs ad uſum domeſticum reſervatas, ut refert Herod. l. 3. p. m. 239. & 242.

Laudandi verò alii longiſſimas obſidiones cum

C. fructu & ratione ſuſtinentes, ut ex ſeqq. exemplis conſtabit. *Inter illas autem meritò primo numeranda eſt*

Azotos magna Syriæ Urbs, quæ ſecundùm Herodot. lib. 2. num. 67. per undetriginta annos à Pſammeticho obſeſſa ac tandem expugnata eſt.

Cui proxima longinquâ obſidione eſt Caſtellum Aſſaſſinorum *Tigado à Tartaris per 27. annos obſeſſum*, & tandem ob defectum veſtium deditum. *Haith. in Hiſt. Orient.* cap. 24. *Tyrus à Nabuchdonoſore poſt tredecim demùm annorum obſidium occupata, ut ex Beroſo refert Joſeph. lib. 1. Antiq. cap. 33. & contra Appionem lib. 1. p. m. 305.*

Ithome à Lacedæmoniis poſt obſidionem 18. annorum demum per deditionem capta *Thucyd. l. 1. p. 43.*

D. *Numantia* ſine muro, ſine turribus, modice edito in tumulo apud fluvium Durium ſita quatuor millibus Celtiberorum quadraginta millium exercitum *per annos quatuordecim ſuſtinens Flor. lib. 2. cap. 18.* Similiter *Meſſenii in monte Eran undecim annos* à Lacedæmoniis obſeſſi fuerunt, ut narrat *Pauſan. lib. 5. f. m. 158. & 160.*

Conſtantinopolis, quæ ſecundùm *Chalcocondylam libr. 2. Rer. Turcic. f. m. 54. per decem, ſecundùm Leunclav. Hiſtor. Muſelm. lib. 1. f. m. 36. totos ſeptem annos obſidium ſtrenuè perpeſſa eſt.*

Vejorum Hetruriæ Urbs decimo demùm obſidionis anno à Camillo expugnata, teſte Plutarch. in ejus vitâ cap. 12. & Livio lib. 5. cap. 22.

Quod etiam de Trojâ tradit Homerus in Iliade M. Demoſthenes in Oratione Funebri. Appius Claudius apud Livium lib.5. cap.4. Strabo 13. de Geogr. p.m.261. Dares Phrygius, qui octo menſes, 12. dies addit, de Excidio Trojæ in fine, ubi ſimul numerum occaſione illius ex utraque parte interemtorum recenſet, quem & nos paulò antè th. præced. explic. t. retulimus: & alii, quanquam Rupertus in Hiſtor. Univerſ. c.4. p.84. non contemnendis rationibus illud impugnet.

Granata Urbs & arx in Hiſpaniâ Bæticâ, quæ ſeptennalem Ferdinandi Hiſpaniæ Regis & Iſabellæ obſidionem ſuſtinuit, teſte Huberto Thomâ Leodio de vitâ Frider. II. Palat. lib.7. in pr.

Peruſia totidem annos à Totilâ obſeſſa, ut ex recentioribus refert Hofman. in Lexico Univerſ.

Hermannopolis Tranſylvaniæ præterito ſeculo à Johanne Weyda Palatino per totum ſeptennium fruſtra obſeſſa fuit, ut refert Munſter. lib.4. Coſmograph. cap.74.

Samaria, quæ triennio toto obſeſſa fuit, 2. Reg.17. verſ.5. & Joſeph. l.9. Antiq. Judaic. c.14.

Similiter Ticinum poſt tertium demum annum ab Alboino primo Longobardorum in Italiâ Rege occupatum eſt, referente Sigon. de Regno Italiæ lib.1. f.m.8.

Noſtro ſeculo Oſtenda Flandriæ Oppidum in quartum annum, nimirum 5. Julii 1601. usque ad 20. Auguſti 1604. Meter. parte 2. lib.22. & 24. ubi tamen obſidionem 3. annos & 8. menſes duraſſe ſcribit, obſidionem graviſſimam & ſumtuoſiſſimam Hiſpanorum perpeſſa toti orbi inclaruit, hinc initium obſidionis in his verbis, oſtenDe nobIs paCeM, & finis in his verbis, oſtenDaM IsItIa paCIs comprehenditur Meter. d. l. Vide etiam Ptaſec. in Chron. dictorum annor. ubi p.m.215. Catalogum omnium ex utrâque parte tempore obſidionis cæſorum vel mortuorum militum cujuscunque gradus & ſtatus recenſet, & ex parte Hollandorum 72900. ex parte verò Hiſpanorum 72144. interiiſſe ſcribit, & ceu incertum ponit Meter. part.2. lib.24. f.259. Sed poſteriorem Auctor Addition. ad Guiccard. Belgium ſub Oſtenda ad 78124. extendit. Gamurinus verò de Bello Belgico lib.3. p. m. 73. à parte Hiſpanorum plusquam 50000. præſtantiſſimorum militum, Officialium & Centurionum deſiderata: Et ab utraq; parte connumeratis mulieribus, pueris, non militibus ac iis, qui morbis ac peſte tempore illo abſumti ſunt, interiiſſe 140000. homines refert.

Quibus tamen omnibus palmam eripit Candia Regni Metropolis ejusdem nominis à Turcis ab anno 1648. usq; in hunc 1669. quo hæc ſcribimus, & illa per deditionem capta eſt, annum modò eminùs, modò cominùs, poſtremis autem tribus annis continuè cominùs inauditâ hactenus circumvallationis, aggreſſionis & operum intra & ſupra terram confectorum ratione acriter obſeſſa, in quâ obſidione juxta calculum Comitis cujusdam Anglici Caſtlemanis in relatione ad ſuum Regem intra 19. annos 400000. Turcarum periêre, & juxta aliorum narrationem ultra 350. cuniculi ab hoſte confecti fuêre. De quo etiam legi poteſt Palatius in Aquilâ inter Lilia lib. 10. cap.3. num. 61. ubi memorat intra dictos tres annos à parte hoſtium actos furnulos 450. & propugnatorum 1661. ab his verò aggreſſiones repulſas 50. ſubterraneos conflictus interveniſſe 47. factas eruptiones 90. Turcarum ultra præfectos milites deſideratos

A. 70000. Honorarios, foſſores, captivos & Cretenſes 38000. Ex propugnantibus deſideratos numeratis ſimul foſſoribus & remigibus 26088. & in antecedentibus numeros multa ſingularia refert.

Quæritur hinc: An illi, qui ita ſtrenuè & ad extrema omnia perferenda ſe defendunt, digni ſint honeſtis deditionis pactis?

Reſp. Per diſtinctionem: Jure antiquo, ſi obſeſſi vim ſuſtinuiſſent, verbi gratiâ, ſi arietem admoveri paſſi fuiſſent, veniâ indigni cenſebantur: ut Advaticis reſpondit Cæſar lib. 2. de bello Gallico circa fin. de quo legi poteſt Fab.2. Sem. cap.4. ad æquitatem tamen reſpicient Cic. l. de Offic. cap.11. ſcribit, etiam poſtquam aries murum percuſſiſſet, armis poſitis ſe dedentes, recipiendos eſſe.

B. Jure noviori verò, ita ſe ferè res habet, ſi in loco parùm vel non adeò munito præſidiarii vel incolæ ſe contra exercitum vel majorem ejus partem nimis obſtinatè defenderint, & extrema paſſi fuerint, tunc veniâ indigni cenſentur, quia in contemtum & deſpectum, immò & ignominiam Ducis belli hoc feciſſe creduntur: Immò tradunt nonnulli, ſi tales vel unum tormentorum ictum rejectâ veniæ oblatione exſpectarint, eos ſolere & poſſe omnes absque miſericordiâ interimi, ad terrorem reliquis frivolis propugnatoribus incutiendum, de quo videri poteſt Coneſtag. de conjunct. Portugall. lib.6. poſt princ. & Grot. lib.3. cap.11. num.14. nec non Mercur Gallicum Tomo 21. p.97. Idem jus contra Neapolitanos milites turrim antiquam ad Villianam ſitam ſtultâ pertinaciâ adverſus exercitum Gallicum defendentes uſurpavit Mommerantius, omnibus licet poſteà gratiam obſeſſoris implorantibus, excepto Centu- C. rione, laqueo punitis, ut refert Jovius lib.37. Hiſter. f.m.366.

Idq; & Alphonſus Aragon. Rex obſervavit; cum enim Calaciam obſideret, & jam tormeota bellica advehi curaret, per Legatum illius Comiti nunciavit, ei properè & priusquam tormenta laxari inciperent, deditionem faceret, nullum poſteà pœnitentiæ locum relinqui. Panorm. de dict. & fact. illius lib.1. num.40.

Si verò in loco benè munito ſtrenuè ſe defendunt, legitimèq; hoſtes ſunt, & tempore obſidii contra Leges bellicas non egerunt, puta fidem non violando, convitia & contumelias io belli Duces obſidentes non eructando, honeſtas deditionis conditiones & leges ignominiosè & minaciter non rejiciendo, ſed ob fidem ſuis Ducibus & Domino debitam, & pro- D. miſſarum ſuppetiarum certam exſpectationem ſe ita defenderint, ac inſuper mandatum à Duce ſuo ad extrema tentanda in ſcriptis obtinuerint, ſtrenua hæc defenſio ut virtuoſa actio potiùs laude, amore & præmio, quàm odio & pœna digna eſt, cùm etiam virtus in hoſte laudanda ſit. Sic Spinola Oſtendæ Præfectum cum primariis militiæ Ductoribus deditâ poſt tàm diuturnam obſidionem Urbe, in caſtris ſuis ſplendido convivio excepit, inſequentique die eos militesque ipſorum omnes cum armis ſuis, tympanis & impedimentis Sleiſam incolumes deduci juſſit, ſecundùm Ptaſec. d. l. quod tamen Meteranus d. l. non conſignavit. Similiter Henricus IV. Galliæ Rex Montenegrium Ambiani præfectum bellicum poſt ſtrenuam defenſionem locum dedentem in exitu blandè excepit & reſalutavit, ac cum ſuis comiter dimiſit ſecundùm Botereum l.4. Comment. p.157.

Contra

A. *Contrà verò, ſi obſeſſi* contra fidem & leges bellicas agant, non legitimi hoſtes, ſed rebelles vel ſeditioſi ſint, Ducem belli contumeliis & convitiis impetant, *pactiones honeſtas non merentur, nec veniâ aut miſericordiâ digni ſunt: Ita cùm Sylla* Athenas caperet, parum abfuit, quin eas ob maledicta in ſe & Metellum tempore obſidionis de muris jacta ſolo æquârit *Plut. de Garral. cap. 9. Eandem ob cauſam Bardevicum* celeberrimum Saxoniæ inferioris oppidum ab Henrico Saxoniæ Duce ann. 1188. funditus everſum eſſe refert *Spangenb. in Chronico Mansfeld. cap. 324. & ex Herm. Korneri Chronico MS. Bangertus in Not. ad Chron. Slavor. Arnoldi. & Sagittarius in Hiſtoriâ Illius urbis cap. 7. §. 12. & Salzam Thuringia oppidum* à Friderico Severo Landgravio igne deletum eſſe narrat *Binhardus in Chron. Thuringia l. 2. ad ann.* 1346. Cùm *Maximilianus I. Imperator* in bello cum Ruperto Palatino & ſociis geſto arcem Kufſteinianam obſidens ab B. hoſtilis præſidii Centurione *Johanne Pinzenauero* contumelioſè ab initio haberetur, poſteà ei & *præſidio veniam ad preces ejus dare noluit, ſed eos vi ſubactos omnes ad mortem damnavit, ac ex iis viginti duos ſecuri perimi curavit*, reliquis tandem ad aliquot Principum preces ægrè abſolutis, ut refert *Fuggerus ac Bircken. in Hiſtoriâ Auſtriacâ lib. 6. c. 6. f. 1155.*

5. *Notanda hîc ſunt varia inventa, quibus obſeſſi hoſtes invadentes à murorum & ruinarum oppugnatione quandoque arcuerant, qualia ſunt* pix fervens, ſulphur incenſum, aqua fervida, lapides & *metella*, quæ ſunt apud *Veget. lib. 4. cap. 6.* crates lignei lapidibus impleti & inter duo propugnacula muris impoſiti, ut in adſcendentes delabantur & eos præcipitent, fumus, *apes cum alvearibus* inter oppugnatores deturbatæ & præcipitatæ: uti refert C. *Æneas in Tactic. c. 37.* ad quem locum *Caſaubonus* ita ſcribit: *O ſalertiam hominum prorsùs admirandam in ſuâ ſalute, alienâ pernicie procurandâ! Parùm eſt, quod equos, aſinos, canes, feles, tauros, ſues, camelos, elephantes, ipſos deniq; Leones ſibi militare ſæpè compulerunt; niſi ipſas etiam apiculas condocefacerent, in hoſtes pro ſe pugnare. Quod poſtremum ſæpè, imprimis à Themiſcyrenſibus adverſus Luculli exercitum apud Appianum de Bellis Mithridat. p. m. 375. ab Immone Henrici I. Imper. Duce contra Giſelbertum Lotharingia Ducem, teſte Witech. lib. 2. geſt. Saxon. Ab obſeſſis in Urbe Albi Græcâ adverſus Amurathem Turcarum Imperatorem, Bonfin. dec. 3. lib. 4. f. 453. A Mauritanis* in oppido Tanli à Portugallis obſeſſis, *Oſorio lib. 8. Rer. ab Emman. geſtar. etiam noſtra ætate aliquoties feliciter ab obſeſſis uſurpatum eſt. Pertinet huc, quod Herodianus lib. 3. cap. 28. de Atrenis narrat, eos* D. à Severo Imperatore Romano obſeſſos in hoſtes *vaſa fictilia volucribus quibusdam venenatiq; beſtiolis oppleta devolviſſe, quæ cum oculis involitarint, aut in apertas corporis partes ſenſim obrepſerint, graviter ſingulos conſauciaverint.*

Referri huc poteſt, quod de Annibale quidam referant, illum à Pruſiâ in bello contra Eumenem geſto claſſi præfectum *magnam copiam ſerpentum in vaſa fictilia conjeciſſe, & in medio prælio in hoſtium naves immiſiſſe, atque eo pacto implicatos hoſtes & re novâ perterritos in fugam vertiſſe, Juſtin. lib. 32. in fine, & Plutarch. in ejus vitâ cap. 76.* quem modum in bellis & congreſſibus navalibus admodum commendat *Leo Imperator in Tacticis c. 19. §. 53.*

A. *Pertinent huc cuniculi hoſtilibus cuniculis oppoſiti*, quibus hoſtes per dolum & inſidias in locum obſeſſum irrepturi ſæpè inſperantes repelluntur, *exempla* ſimilium cuniculorum apud antiquos occurrunt, *In Themiſcyrenſibus*, cùm enim eos Lucullus oppugnaret, & cuniculos tàm amplos faceret, ut in iis pugnæ committerentur ſubterraneæ. Hos oppidani ſupernè aperuerunt, & per foramina *in operarios urſos, aliaq; beſtias & apum examina demiſerunt, ut refert Appian. de Bell. Mithridat. p. m. 325. In Ambracienſibus*, qui cùm à Romanis graviter obſeſſi ex cumulo terræ per egeſtionem occultam repentè eminente cuniculum verſus murum produci animadverterent, foſſam verſus illum locum duxerunt, & auribus admotis ſonitum perceperunt, ac ita rectà contra hoſtes jam ſub muro fulturis ſuſpenſo agentes perrexerunt, illos quoque poſt acrem conflictum *fœtore ex plumis dolio impactis ac-* B. *cenſis ac fumo expulerunt*, ut fuſiùs narrat *Livius lib. 38. cap. 7. In Barcæis à Perſis obſeſſis præc. th. 17. explic. 8. relatum*, ubi etiam modi, quibus tales clandeſtini cuniculi indagari poſſunt, recenſentur.

Obſervandum hîc quoque, nonnullas obſidiones divino auxilio & majori vi extraordinariè ſolutas fuiſſe, ita Niſibis à Sapore Perſarum Rege adeò obſidio preſſa, ut ſpes nulla ſupereſſet, precibus Epiſcopi Jacobi per *crabrones & culices* à Deo hoſtili exercitui immiſſos mirabiliter liberata fuit, referente *Theodor. lib. 2. Hiſt. Eccleſ. cap. 30. Niceph. Calliſto in Hiſtoriâ Eadem lib. 9. cap. 28. & Hiſtor. Tripart. lib. 5. cap. 45.*

Ita Hieroſolyma à Senacheribo Aſſyriorum Rege per Angelum, qui in exercitu hoſtili 185000. milites & primores interfecit, *liberata ſunt, Eſaiæ 37. v. 36. 2. Reg. 19. v. 35. & 2. Chron. 32. v. 21.*

C. *Refertur etiam ab Herodoto, eundem in obſidione Peluſii per mures omnes arcuum nervos unâ nocte corradentes depulſum fuiſſe, l. 2. n. 63. & 64.*

Ita quoque Trajanus per tempeſtates & muſcas ab obſidione Urbis Agarenorum depulſus eſt, referente Xiphilino apud Dionem lib. 68. p. m. 785.

Tamerlanum ab obſidione Hieroſolymitanâ per bruccibos & cæteras muſcas exercitum ejus admodùm vexantes tanquam à Deo immiſſas admonitiones deterritum fuiſſe, refert *Kraazius in Vandal. lib. 10. cap. 5.*

Quibus obiter adjicere volumus, exercitum Gallicam, cùm auſpiciis & ductu Caroli Siciliæ, ac Philippi Francorum Regis 8. Octobr. 1286. Gerundam occupaſſet, & aliquot milites S. Narciſſi ſepulchrum ibi D. *ſpoliaturi eſſent, à culicibus ex illo magno numero evolantibus fugatum ac ita fuſum fuiſſe, ut 40000. Gallorum ac 24000. equi perierint, Rex quoq; Philippus ipſe paulò poſt Perpinians mortuus ſit, ut ex Hiſtoricis refert Zeilerus Epiſt. 589.*

De quibus plura ſeq. th. 29. explic. 4. dicta ſunt, & Bidembach in Conſil. Theolog. Decade 8. c. 3. p. 45. legi poteſt.

TH. XIX.

Hactenus officia obſidentium & obſeſſorum: Sequuntur Conſequentia obſidionis, quæ conſiſtunt in loci obſeſſi vel occupatione vel derelictione.

TH. XX.

Occupatio illius obvenit vel per vim hoſtilem, vel ſine eâ.

TH. XXI.

Per vim hoſtilem fit expugnatione & quidem vel eâ ſolùm vel per inſidias ſimul, circa quam conſideranda ſequentia monita: ratione occupantium (1) attendendum eſt, ut, quoad fieri poteſt, locus occupatus absque multâ ſanguinis effuſione & ejus ruinâ in poteſtatem illorum veniat, ab inermium verò interemtione abſtineatur. (2) Si occupati vel victi arma deponant, certum tantùm prædandi ſpacium militibus concedatur, loca tamen ſacra & ſancta à direptione immunia relinquantur. (3) antequam locus planè ſubjugatus ſit, à prædâ milites cohibeantur. (4) locus occupatus ſi munitus & præſidio dignus ſit, ſtatim reficiatur, neceſſariiſque rebus inſtruatur.

A parte devictorum verò (1) dum hoſtis ita validè ingruit, ut ei reſiſti non poſſit, ut tunc ad loca eminentiora & munitiora ſe conferant, & in iis ſe ſtrenuè defendant. (2) Conclamatis rebus quàm primùm gratiam victorum ſepoſitis armis implorent, ſeque potiùs ita gratiæ huic committant, quàm proprio incendio ſe ſuoſque cum bonis peſſundent.

Explic.

I. R*Omanorum quidem aliàs humanitati deditorum in quibusdam occupatis locis adhibita ſeveritas vel potiùs crudelitas ex Polyb.* 10. *Hiſtor.* 15. ubi de occupatione novæ Carthaginis loquitur, apparet, ita verò verba ejus ſonant: *Romani Præceptum militibus ſuis dederunt, ut in quoscunque incidiſſent, omnes occiderent, nemini parcerent, neque ad prædandum priùs ſe converterent expugnatâ, quàm datum eſſet ſignum: equidem Romanos hoc facere exiſtimo, ut nomen illorum terrori ſit omnibus, propterea ſæpè numero cernere eſt, quoties capitur ab ipſis Urbs aliqua, non homines duntaxat occiſos, ſed & canes biſariàm diſſectos, & reliquorum animantium membra abſciſſa, quâ conſuetudine tunc vel maximè ſunt uſi, propter ingentem captivorum numerum.*

Sæpiùs quoq; accidit, ut occupatus locus à ſævo hoſte flammâ ferroq; totaliter ſit deletus. Ita cum Troja accidit ſecundum hiſtoricos communiter, & Virgil. l. 3. *Æneid. in pr.*

Ita Carthagini incendio 17. *dierum, & aliis locis, de quibus infrà lib.* 3. *cap.* 4. *th.* 3. *explic. dicetur.*

Verùm eorundem quoq; paſſim occurrit clementia in innocentes ac miſericordiam implorantes exercita, de quâ in *leg. c.* 11. *th.* 7. *& expl.* 1. propriè dicendum nobis eſt. *Hinc, ut monuimus, ab interemtione inermium abſtinendum eſſe ex æquitate naturali, communi hominum vinculo & ſanâ ratione,* quæ ubique non peccantibus vel innocentibus parcendum eſſe jubet, *profluit, ſicuti etiam* prudentes Romanorum Duces id ſemper obſervarunt, uti conſtat inter alia *ex Liv. lib.* 4. *cap.* 69. *lib.* 5. *cap.* 21. *lib.* 6. *cap.* 3. *&* 10. *ac iis,* quæ *præced. cap.* 5. *th.* 8. *expl.* 1. *n.* 15. tradidimus.

Prudentes porrò belli Duces, ut militum animos incitent, & eorum labores ac pericula quodammodo compenſent, tam ante invaſionem urbem vel locum obſeſſum in prædam promittere, quàm poſt occupationem in prædam concedere ſolent, ne tamen miſeri Cives, & inprimis ſi clementiam victoris implorent, planè exſpolientur & interimantur, *ſaltem certum tempus ad furorem exercendum & prædæ inhiandum concedunt, ſignoq; publicè dato finem huic permiſſioni imponunt:*

Loca verò ſacra & ſancta cum in iis repertis imbellibus & innocentibus perſonis, præſidio appoſito tueri ſolent, quia in templa, aras & ſepulchra ſævire, ultra jus victoria eſt, Flor. lib. 2. *cap.* 7. *& Liv. lib.* 31. *cap.* 32. *ac ad exemplum Alexandri M. qui apud Curt. lib.* 4. *cap.* 11. *generoſo reſpondit animo: Cum captivis & fœminis bellum gerere non ſoleo, armatus ſit oportet, quem oderim: ac Camilli, qui apud Livium lib.* 6. *cap.* 3. *capto Sutrio per præconem edixit, ut præter armatos nemo violetur,* quod etiam *Idem ſeq. cap.* 10. juſſit, *nec non lib.* 5. *cap.* 27. *arma, inquit, habemus non adverſus eam ætatem, cui etiam captis urbibus parcitur, ſed adverſus armatos.*

Laudat ideò hujus obſervantiam in I. Cæſare Cic. pro Ligario cap. 6. his verbis: *Cognitâ clementiâ tuâ, quis non eam victoriam probet, in qua occiderit nemo, niſi armatus. Quod etiam indicat Seneca* 3. *de Ira.* 9. *nimis quis iraſcitur pueris, quorum ætas nondum novit rerum diſcrimina, & c.* 24. *Puerum ætas excuſet, fœminam ſexus. Immò debent ſecundùm illud Dei præceptum Deut.* 20. *verſ.* 10. *& ſeqq. & exemplum Fabii* in oppugnatione Anxuris mandantis, ne quis præter armatos violaretur. *Liv. d. lib.* 4. *cap.* 59. *Fabii alterius, qui Tarentinâ Urbe occupatâ ſimulacrorum deprædationem prohibuit, & ſcribæ, quid de iis faciendum, quærenti, ingenioſè reſpondit, Deos iratos Tarentinis relinquendos eſſe, ut ex Livio lib.* 27. *cap.* 18. *refert Auguſtin. de Civ. Dei lib.* 1. *cap.* 6.

De Ageſilao quoque narrat Corn. Nepos in ejus vitâ cap. 4. *Cum Athenienſes & Bœotios viciſſet, victoria illius vel maximam fuiſſe laudem, quod cùm plerique ſe in templum Minervæ conjeciſſent, quærereturq; ex eo, quid his vellet fieri, etſi aliquot vulnera accepiſſet in prælio, & iratus videretur omnibus, qui adverſus arma tuliſſent, tamen antetulerit iræ religionem & eos violari vetuerit.*

Apud

Apud Graecs quoque templis hoſtium in invaſione terra hoſtilis parcitum fuiſſe refert Thucyd. lib. 4. p. 200. & Polyb. lib. 5. c. 11. Hinc Liv. lib. 25. c. 40. narrat, in direptione Syracuſarum initium licentia ſacra prophanaq́, omnia vulgò ſpoliandi factum fuiſſe. Sacrilegium enim publicum ſapit illorum depradatio. Ita cùm Xerxes 4000. *armatos Delphos ad templum Apollinis diripiendum miſiſſet, ita judicat Juſt. lib. 2. c. 12. prorſus quaſi non cum Græcis tantum, ſed & cum Diis immortalibus bellum gereret. Similiter cùm Phocenſes ob Thebanorum accuſationem* à communi Græciæ concilio tantâ pecuniâ damnati, quanta exſolvi non poſſet, agris, liberis, conjugibusque privarentur, *& ideò deſperatis rebus velut Deo iraſcentes idem templum occupaſſent, ac indeaure, & pecuniâ divites bellum conducto mercenario milite Thebanis intuliſſent, Philippus Macedoniæ Rex tanquam ſacrilegii ultor, omnes milites coronis laureis ornatos veluti Deo duce in Phocenſes duxit, illosq́, ſolâ conſcientiâ territos conſpectu Dei inſignibus in fugam compulit Id. l. 8. c. 1. & 2.*

Quod verè ante locum planè devictum à ſpoliis revocandi ſint milites, ratio illa jubet, quia illis occupati à delectione hoſtium abſtinent, & ita ſæpè Victores vincuntur, ut exemplis probat *Livius lib 5. cap. 38. & ſeq. & lib. 9. c. 38. & nos ſeq. c. 7. th. 10. expl. 6. & c. 11. th. 8. explic. 1. docuimus.*

Notandus hîc ſingularis à Romanis in depradatione devictarum urbium obſervatus mos a Polyb. lib. 10. c. 16. latè deſcriptus ejuſmodi, ut omnis præda in forum congereretur, ac inter omnes milites etiam extra urbem in caſtrorum tuitione permanentes divideretur. Qui etiam in Populo Dei in uſu fuit 1. Samuel. 30. v. 24. Pertinet huc illud Taciti 3. Hiſt. 19. expugnata Urbe præda ad milites dedita ad Ducem pertinebat.

Cur locus occupatus, ſi dignus præſidio ſit, ſtatim reparari & neceſſariis rebus inſtrui debeat, ſeq. th. 27. explic. 4. notatum eſt.

II. Cùm ſæpè, imprimis ſi per inſidias agatur, accidat, ut hoſtes Urbem vel munimentum aliquod jam occupantes forti defenſorum reſiſtentiâ iterùm repellantur, ſicut ex. gr. Pyrrho per inſidias Argos cum magnis copiis jam ingreſſo cum vita ſua jacturâ accidit, referente Plut. in ejus vitâ c. 68. & ſeqq. Ducis Alenconii per inſidias jam cum 3000. militibus Antverpiam ingreſſi apud Meteran. P. 1. l. 11. f. 579. & ſeqq. & Reidan. l. 3. f. 47. & ſeq. Ducis Sabaudiæ copiis per inſidias Genevam irrumpentibus, ut latè refert Aubignæus Tom. 3. Hiſt. lib. 5. cap. 15. Petrus Matth. Tom. 2. Hiſt. lib. 5. parte 2. narr. 9. Meteran. parte 2. lib. 23. f. 199. & ſeqq. Thuan. Tom. 3. Hiſt. lib. 129. f. m. 992. & ſeq. Ducis Brunovicenſis Henrici Julii copiis ſimiliter per ſtratagema urbis Brunovicenſis vallum & tormenta jam obtinentibus, ut poſt alios narrat Meteranus Tom. 2. lib. 26. f. m. 357. & ſeq.

Ideò caſu tali ſe exerente, præſidiarii animum non ſtatim deſpondere, ſed quamdiu ſpes aliqua repellendi hoſtem ſupereſt, ſtrenuè ſe defendere debent, & ſi quâ aliquem locum deſerere cogantur, ad loca eminentiora & tutiora vel munitiora, qualia in quibusdam urbibus arces ſunt, *ſe conferant, defenſionem denuò ſuſcipiant, & tandem vel bonis legibus ſe dedant, vel ſi ratio id admittat, ſuppetias exſpectent, uti ſæpè factum, & exemplis ſequentibus probatur.*

Ita cum Romani ob metum præ Gallorum numeroſo & victore exercitu urbem defendere non auderent, *Capitolium occuparunt*, & ex eo devictâ jam Urbe ſe ſtrenuè defendentes Reipubl. ſuæ ſalutem procurarunt, ut annotavit *Livius lib. 5. cap. 39. & ſeqq.*

A. *III. Quoad inſidias circa hoſtiles occupationes Urbium & munitorum locorum intervenientes diſtinguendum* (1) *inter modum*, quo illæ ſtrui ſolent, & (2) *inter perſonas* ad tale quid perficiendum uſurpatas.

Quoad prius diſtinguendum iterùm inter modum Jure Gentium licitum, qualis eſt, quando adverſus hoſtem noſtrum dolo bono & per ſtratagemata licita illas intendimus, *& illicitum*, quando vel hoſti contra induciarum & alia pacta, adeoque datam fidem, vel amicis, ſociis & fœderatis noſtris contra omnia jura ſubdolè & perfidè tales ſtruimus.

B. *Quoad poſterius verò accuratè diſtinguendum eſt inter perſonas tales ſuſcipientes: Sunt enim illa ei, cui iſta parantur, vel* (1) *nulla fidelitatis modo obſtricta, vel* (2) *obligata quidem, ſed* non adeò arctè, quàm Domino ſuo, in cujus obſequium & emolumentum illas intentant, *vel* (3) *ſimul* corruptores miniſtrorum, ſubditorum vel militum ejus, cui illæ ſtruuntur, *vel* (4) *hoſtis* aut aliùs, cui intentantur, ſubditi, miniſtri & milites ſolùm *illas vel* propter præmia promiſſa, *vel ſponte* & ex odio in Dominum, aut aliâ de cauſâ parantes, quales potiſſimùm ſunt transfugæ.

Sicuti nunc inſidia dolo bono adverſus hoſtes ab iis, qui in claſſe 1. & 2. poſiti ſunt, ſtrui poſſunt, tùm *quia tales, ut ſeq. cap. 8. th. 4. explic. 2. dicetur, tanquam Stratagematum ſpecies Jure Gentium & Bellico licita ſunt*, tùm quia majus vinculum minus tollit, & ideò *ex. gr.* Vaſallus magis antiquiori Domino,
C. quàm poſteriori & Imperatori vel Regi ſuo magis quàm ſecundario feudi Domino obligatus eſt, 2. *Feud. 28. in f. & 2. Feud. 7. et 55. in f.* ideòque neque auctor, neque executor harum ullo modo jure puniri poteſt: *in 3. vero claſſe reperti corruptores* ab omni vitio & coërcitione immunes non ſunt, *ad exemplum eorum*, qui alienos ſervos corrumpunt, de quo delicto vel quaſi *L. 1. §. 3. & ſeqq. item L. 5. & 9. ff. de ſervo corrupto, & Struvius in Exercit. 15. tit. 3. ſ. 47. & ſeqq.* legi poteſt. *ac in 4. locati* tanquam transfugæ, perduelles & proditores, ſi capiantur, puniri poſſunt, *L. 10. ff. ad L. Jul. Majeſt.* de quibus plura *d. ſeq. cap. 8. th. 3. explic. 9. & lib. 3. c. 3. th. 2. & ſeqq.* tractabitur.

Ita contrà inſidia illicito modo ſtructa tàm in mandante, *quam* exequente cujuſcunque ſit claſſis, *diſtinctè tamen, & pro delinquentis qualitate malam*
D. *famam, ac majorem vel minorem vindictam & pœnam merentur. Cùm ergò Genevenſes omnes illos, qui inſidias ſuæ Civitati a Carolo Emmanuele Sabaudiæ Duce anno 1602. ſtruentes capti erant, ſine ulla diſtinctione ſuſpendiſſent, ac poſteà cadavera in profluentem projeciſſent, & capita nonnullorum captivorum ſuper patibulum affixiſſent, quidam executionem illam nimis rigidam adverſus generoſos & nobiles exercitam proclamarunt, ſed Genevenſes ſe defenderunt, dignum fuiſſe delicto ſupplicium, quoniam 1. contra pacem concluſam, 2. datam fidem* (nam Dux paulò antè Præſidem ſuum Rochetum eò ablegaverat, ut cum illis de libertate vivendi & Commerciorum ageret, promiſſione factâ, Ducem paratiſſimum eſſe ad omnia ex æquitate tranſigenda.) *3. ad internecionem* tot innocentium hominum tàm

fœdum coosilium cum Duce iniiſſent, *adeo dicentes*, eos tanquam fœdifragos, latrones & publicæ tranquillitatis turbatores, nec non Juris Gentium & fidei publicæ ac murorum violatores juſtè punitos fuiſſe, ut refert *Thuan. lib. 129. f. m. 992. & Petr. Matth. Tom. 2. Hiſtor. parte 2. lib. 5. narr. 7. n. 5.* ubi totam hiſtoriam recenſent, quibus addi poteſt *Aubign. Tom. 3. Hiſt. lib. 5. c. 15. & Meter. Parte 2. lib. 23. f. 199. & ſeq. Et ideo Dux ille apud Galliâ Regem, Helvetios & omnes bonos magnam ignominiam incurrit, licet factum illud apud Helvetios per Legatum defendere vel excuſare voluerit, ut prædicti auctores tradunt.*

Majori autem adhuc ignominiâ notatur Franciſcus Alenzonius Henrici III. Galliæ Regis frater, qui in Protectorem Belgii à Statibus ejus unitis evectus anno 1583. conſilium de primariis Urbibus unâ die per inſidias & vim militarem ſibi ſubjiciendis cum ſuis primoribus init, ſicuti etiam per Chamoyſium *Dunckerckam* expulſo Statuum præſidio ſibi aſſeruit, ſed *Brugas*, ubi Senatus & Cives inſidias iſtas in tempore animadvertendo præſidium vi coëgerunt, ut urbe excederet, fruſtrà tentavit, & *Antvverpiâ*, ubi ejus copiæ ultra tria millia hominum jam vi intraverant, & victoriam proclamaverant, vi dejectus fuit, ſicut latè refert *Meteranus in Hiſtor. Parte 1. lib. 11. f. 579. & ſeqq. Strada Dec. 2. l. 5. p. m. 284. & ſeqq. & de Antvverpiâ in ſpecie Reidan. l. 3. Edit. Lat. f. 47. & ſeq.*

Quæritur hic: An Dux belli transfugis & in ſpecie ſimulatis ad inſidias hoſti ſtruendas licitè uti poſſit, & an illi, ſi deprehendantur illis ſtruere voluiſſe, aut jam ſtruxiſſe, jure ſupplicio affici poſſint?

Reſp. Quoad prius, illud omni dubio carere, quia ſpeculari res hoſtium, & illos dolo bono circumvenire, Jure Gentium & bellico licitum eſt, *ut d. c. 8. th. 4. explic. 2. demonſtravimus.*

Quoad poſterius verò, transfugas illos mentitos non verè juſtè agere: licet enim quoad Dominum ſuum, illius ſcilicet utilitatem promovendo, juſtè agunt, *non tamen* eodem modo contra hoſtem procedunt, *dum* illum mendaciis, non rarò juramento confirmatis, adeoque dolo malo decipiunt ac in extrema pericula deducunt, *ex quibus apparet*, illos nec juſtè (quia veritas in dictis & factis pars juſtitiæ eſt *Cic. 1. de Off. 7*) nec piè ſive conſcientiosè agere, dum pro turpi lucro ſæpè tot innocentes & incautos homines ſub fictâ amicitiæ & fidei larvâ peſſundant: *Eo enim ipſo*, dum apud hoſtem officia ſua deferunt, cauſas transfugii falſas & ementitas fingunt, ipſi miſericordiam precibus falſis extorquent, beneficiaque in ſe collata tàm cruentis & crudelibus conatibus improbiſſimè compenſant, *nihil niſi* conſcientiam vulneratam, & ſi deprehenduntur, pœnam ſcelere commiſſo dignam pro lucro habent, immò in illam tacitè contrahunt, *quod etiam fatetur certo modo contrarius Alber. Gentil. lib. 2. de Jure belli cap. 9.* ſcribens: *Non ergò videtur transfuga dediſſe ſe hoſti aliter, quàm ut, ſi fallat, pro arbitrio ipſius hoſtis plectatur. Solere ergo ac poſſe tales atrociter & tanquam proditores puniri per ſe ex hiſtoriis & ex præcedentibus conſtat; de horum variis pœnis legi poteſt Voet. de Jure milit. c. 4. n. 10. & ſeqq. Vide etiam exemplum apud Liv. l. 26. c. 12.*

A. *TH. XXII.*

Sine vi hoſtilis occupatio dupliciter obtingit (1) per deditionem. (2) per rebellionem vel defectionem gregariorum.

TH. XXIII.

Circa deditionem conſiderari debent (1) Cauſæ prægnantes deditionem ſuadentes & imponentes. (2) Modi, quibus illa fieri ſolet. (3) Officia tàm ſe dedentium, quàm occupantium.

TH. XXIV.

B. *Cauſæ prægnantes vel legitimæ* deditionem ſuadentes vel potiùs imponentes, ſunt ferè ſequentes 1. Summa annonæ vel militum vel pulveris pyrii inopia. 2. Vera & certa liberationis futuræ deſperatio cum ſtudio conſervandi præſidiatii militis conjuncta. (3) Præſidiatii militis indeclinabilis defectio ac rebellio, niſi deditio fiat.

Explic.

I. O*Mnes hæ cauſæ impulſivæ ſi demonſtrari poſſunt ordinariè præſidii præfectum ab omni periculo vitæ & honoris apud belli Ducem liberant, & ideo etiam duæ priores Articulis Bellicis Regni Sueciæ art. 59. inſertæ ſunt, ordinariè verò dicimus liberare, ſi enim præfecto tali à ſuo Duce expreſsè mandatum ſit, ut nullo modo ſe dedat, ſed vim hoſtilem citra ullam exceptionem experiatur, de ſtricto quidem militari jure ab animadverſione ob prædictas primam & ſecundam cauſas non liberatur, quamvis æquitas aliud ſuadeat. Quod ſi verò defectio acceſſerit, eaq́; nonniſi per deditionem ſedari poſſit, omnino excuſandum illum eſſe cenſemus, quia deficit medium, quo ſe defendere & mandatum exequi debuit.*

C.

TH. XXV.

Modi ſunt duo, prior interveniente pacto, eoq́; vel verè honeſto puta ſub conditionibus bonis & æquis tàm præſidio & incolis ſimul, quàm illi ſolùm conceſſis: *vel minùs honeſto*, puta ſub ſolius vitæ & ſupellectilis militaris conſervatione præſidio emigranti ſaltem cum ſalvo conductu conceſsâ: *poſterior abſq́; illo*,
D. quando ſcilicet præſidiarii & Cives ſimul vel illi ſolùm ſe hoſtis gratiæ & arbitrio ſimpliciter & ſine ullâ conditione committunt.

Explic.

1. P*Acta honeſta per deditionem obtineri ſolent variis de cauſis, inter quas hæ primariæ ſunt, quando* obſeſſi extrema non experiuntur, vel experiuntur quidem, ſed obſidens ob majora animo concepta occupationem maturat, vel liberatio ſubita obſeſſis tamen incognita per advenientem validum hoſtis exercitum ab obſidentibus metuitur: *tunc enim* ob dubium belli eventum evitandum obſeſſis non rarò æquæ conditiones concedi ſolent, ad finem propoſitum tandem obtinendum & ignominiam fortè contin-

gentiæ

-gentis depulſionis vel neceſſariæ deſertionis declinandam. *Sicuti Ferdinandus III. Romanorum Rex & poſtea glorioſiſſimus Imperator* 1634. *Suecis Ratisbona acriter obſeſſis conceſſit*, ut inter alios refertur *à Brachel. l.5. Hiſtor. p. m. 316. & in Contin. Meterani lib.52. p.361. & ſeq. & Sveci Duce Wrangelio Præſidio Egrano in Bohemiâ anno* 1647. *largiti ſunt.*

Item quando obſeſſi inſigni quâdam & ab ipſo hoſte laudandâ fortitudine ſe defenderunt: uti ferè contigit præſidio Oſtendano in quartum annum obſidionem forti & invicto animo ſuſtinenti, de quo legendus prædictus *Meteranus Parte 1. Hiſtor. lib.24. pag.258. cum aliquot antecedentibus & ſubſequentibus.*

Et nuperò Veneto præſidio Candiano tot annos à Turcis obſeſſo, ut ex relationibus notum eſt.

Sunt verò honeſtæ & æquæ conditiones, quando obſeſſis conceditur facultas, cum armis omnibus, puta gladiis, bipennibus, ſclopetis pulvere pyrio & globis oneratis, incenſis funiculis, tormentis bellicis, ac ad illa neceſſario apparatu, ſonantibus tympanis ac clangentibus tubis & omni ſupellectile ſecum quo libet, vel conventum eſt, emigrandi.

Contrà autem minùs honeſtæ conditiones tunc ſolùm obtineri ſolent, quando vel obſeſſis ſimiliter extrema expertis nulla liberatio ſpetanda eſt, *vel illi* antè honeſtos articulos rejecerunt, *vel* unum ac alterum contra Ducis & exercitus hoſtilis auctoritatem & honorem commiſerunt, *quale ex. gr. eſt*, ſi in loco minùs munito totum exercitum aliquo modo fatigarunt, illumque in victoriæ curſu proſequendo impediverunt, de quo in *præced. th 18. in explic. num.4.* in ſubjectâ quæſtione actum.

II. Abſq; ullo pacto vel ſine ullâ pactione, ut loquitur Saluſt. in Bello Jugurth. c.62. ſe dedere, atq; gratiæ & arbitrio obſidentis tunc committere (auff Gnade und Ungnade ſich ergeben) *coguntur obſeſſi, quando* ultimâ neceſſitate adacti & omni liberationis ſpe evaneſcente *hoſtem ſuum gravi de causâ valdè irritatum ad meliorem pactionem commovere non poſſunt, fit verò hoc variis de cauſis: Vel enim* antè oblatas honeſtas conditiones ſuperciliosè rejecerunt, & victorioſum aut validum exercitum diu in reſiſtendo fatigarunt, *vel ſimul* in Ducem & ejus Officiales verbis & factis injurii fuerunt, *vel per* rebellionem & ſeditionem locum obſeſſum ſibi ſubjecerunt, ac arma contra Dominum ſuum ejectis fidelibus rapuerunt.

Sic cum Eduardus III. Angliæ Rex anno 1347. *Caletum Galliæ* tali modo ſibi ſubjiceret, præſidiarii Gallici & cives ad gratiam & miſericordiam obtinendam ita ad Regem, memorante *Knyghtono de Eventibus Angliæ lib. 4. cap.* 16. venerunt. *Priores ſe obtulerunt diſtinctim cum diſcoopertis capitibus, habentes gladios transverſos in manibus, quorum unus ſignificavit, quod Rex vi & armis villam conquiſierat, alter verò quod ſubjiciebant ſe ad voluntatem Regis mittere eos ad mortem, vel aliter de iis facere votum ſuum: Burgenſes verò procedebant cum ſimili formâ, habentes funes ſinguli in manibus, in ſignum, quod Rex eos laqueo ſuſpenderet vel ſalvaret ad voluntatem ſuam.*

Solent autem pii & probi Magiſtratus talibus ſupplicibus, ſi aliis criminibus vacant, gratiam & clementiam impertiri, ſicut etiam dictis Caletinis civibus Rex Eduardus fecit, non ſolum vitam, ſed largum commeatum iis concedendo, quod poſterius tamen iis

A. *valdè exitioſum fuit, ſiquidem illi fame planè conſumti cum eſcam avarè caperent, in graves morbos inciderunt, ita ut proximâ nocte illorum 300. mortui fuerint, ut refert idem d. l.*

Id quod etiam Rupellanis poſt deditionem anno 1628. *eveniſſe Gramondus lib.13. p.*778 *refert.*

De deditione tali rebellium & ſeditioſorum ſequentia exempla conſignare voluimus.

Legionis Romanæ 4000. *militum in Rhegio* per defectionem antè occupato deditione tali captorum & ſupplicio ultimo punitorum, ut tradit *Livius in Epitome lib 15. & lib.28. c.28. De quo quædam ſeq. c.9. th 13. expl.2 conſignavimus.*

Mediolanenſium; qui à Friderico I. Imperatore obſidione arctâ preſſi mediantibus nonnullis Imperii Principibus ita in gratiam recepti ſunt, ut ab Ottone de Sancto Blaſio in Append. ad Otton. Friſing. cap.21. referuntur.

B. *Cùm multum auri pondus Imperatrici & infinitam pecuniæ ſummam Imperatori ſolviſſent, pace datâ dies illis ſtatuta eſt, in qua Cives ſe ſuaq; omnia in manus Cæſaris contraderent, ſicq; obtentu Principum ejus gratiam invenirent. Quâ veniente Imperator procul à Civitate per quatuor ferme milliaria Latina ſeceſſit, inq; tribunali ambitioſiſſimè inſtructo cum frequentiâ Principum reſedit, cuncto exercitu per turmas ſuas tractu longiſſimo à Civitate uſque ad locum tribunalis extento, totiusq; militaris gloriæ apparatu decentiſſimè inſtructo. Viâ itaq; per medium exercitum uſque ad Imperatorem Civibus patefactâ; primò procedit Archiepiſcopus Sacerdotalibus indutus, nudis pedibus, cum omni Clero & cæteris Ordinibus Eccleſiaſticis ſimili habitu* C. *lugubri facie reliquias Sanctorum geſtantes. Poſt hos Conſules aliarumq; dignitatum Barones, cum omnibus liberæ conditionis ordinibus, nudis pedibus, ſagis induti, exertis gladiis collo impoſitis. Poſt hos ſervilis conditionis cum omni vulgo torque collo innexo, eadem viâ ſuo quiſque ordine venientes, pedibus Imperatoris provolvuntur, ſeq; Majeſtatis reos verbis & geſtibus profitentur. Principibus ergò pro iis ſupplicantibus ſubjectioneq; omnimodâ ſacramentis firmatâ Imperator ad miſericordiam flectitur, ipſoſq; vitæ & Civitati priſtiniſq; honoribus redditos de malis pejoris (ſicut in ſequentibus oſtendemus,) reddidit.* Hactenus præfatus Auctor.

Montiſpeſſulanorum, qui cum arreptis armis 80. regiorum trucidaſſent, advenienti cum armatis *Ludovico* D. *Andegano Regis fratre ad veniam impetrandam omnis populus fletu, mœrore lachrymiſq; confectus urbe obviam egreſſus etiam loci Conſules funes ex cannabe collo tanquam morte obnoxii geſtantes, per vias ſtrati miſerabili clamore ignoſci ſibi flagitaverunt: Gaguino lib. 2. Hiſt. c.2. referente.*

De Leodicenſibus à Carolo Burgundo obſeſſis & iis ſe dedentibus non diſſimile memorat Majerus lib. 17. Annal. Flandric. f.396. ſed paulo aliter ac latius à Comineo tunc præſente l.2. c.14. ubi urbem combuſtam eſſe refert.

Quomodo ſe Rupellani Ludovico XIII. cum imploratione ejus clementia dederint, legi poteſt in Memoir. Cardin. Richelii lib.5. c.24. & ſeq & Gramond. l.18. p.m.778. & ſeq.

[Mm] 4 Exem-

Exemplum eorum, qui ob contumelioſa in obſeſſorem projecta verba nullam pactionem obtinere potuerunt, ſed ſe gratia victoris dedentes ultimo ſupplicio affecti ſunt. prac. th. 18. in explic. num. 4. ante finem relatum eſt.

TH. XXVI.

Quæ ad deditionem per pacta officia obſeſſorum in ſequentibus potiſſimùm conſiſtunt: (1) ab inſidioſis tractatibus ſibi prudenter præcavere. (2) occaſionem paciſcendi aliunde & quaſi aliud agendo quærere (3) ad colloquia & tractatus gubernatorem ipſum non emittere, nec permittere, ut quilibet de muris & propugnaculis cum hoſtibus ſermones ſerat. (4) ante confirmationem pactorum deditionis ab hoſtis Duce factam, portas & loca munita probè cuſtodire, multò minùs ea hoſtibus tradere, vel præſidium planè educere. (5) de obſidibus ſibi probè proſpicere. (6) pacta conventa accuratè obſervare.

Explic.

I. NOn inuſitatum eſt hoſtibus, ut ſub ſpecie tractatuum incautos obſeſſos invadant & planè opprimant, quare illi prudenter præcavere debent, ne tempore colloquii & tractatus hoſtium aliqua licet ſparſa multitudo ultra ſtationem ſuam ad muros & propugnacula appropinquet, & ita per inſidias ibi ſtationem novam figat, vel planè exteriora munimenta & portas per ſtratagema ac vim occupet, ut præſidiariis Cæſareis rebellantibus in Erlavia Hungariæ munitâ Civitate & arce accidit, referente Ortelio in Chron. Ungar. ad ann. 1596. f. 204.

II. Benè ſuadent Prudentes, ne obſeſſi ipſimet deditionem offerant, & tractatus de eâ perficiendâ expetant, quia ita tacitè defectum vel annonæ, vel pulveris pyrii, vel virium, vel animorum produnt aut præ ſe ferunt, *ſed ut exſpectent, donec hoſtis illos offerat, vel ſi hoc etiam fallat, & neceſſitas evidens deditionem maturare ſuadeat, per obliquum, ex. gr.* de occiſis ſepeliendis vel captivis redimendis in ſpeciem colloquendo *occaſionem ad illius inſtitutionem hoſti præbeant, vel tandem etiam offerant: Ratio ejus eſt, quia hoſtis ad tractatus invitatus, in æquas conditiones rarò deſcendit.*

Solent verò deditionem facturi certis ſignis id demonſtrare, quale vexillum album è pinnis murorum erigere, *vel aneatorem aut tympanotribam albâ faſciâ circa pileum ligatâ emittere*, & ita armiſtitium, ſi fieri per hoſtem poſſit, petere, quò eò meliùs ad deditionis pacta perveniri queat.

Ubi notandum, Aſſyriis morem fuiſſe, ut in deditionibus vel conciliatâ pace coronatum bovem ad demonſtrandam hoſtilitatis ceſſationem præ ſe agerent, ut refert Marcell. lib. 24. in pr. Aliarum Gentium mores vide apud Alex. ab Alex. Genial. Dier. lib. 4. cap. 7.

A. *III. Cur Gubernator vel Præfectus loci vel præſidii ipſe ad colloquium & tractatus ſe conferre non debeat, rationes ſunt tum, quia* id contra auctoritatem ejus eſt, *tum quia* in ipſius ſalute & præſentiâ maximum præſidii momentum poſitum eſt; *ſæpè autem accidit*, ut hoſtis vel perfidiæ adſvetus citra ullam cauſam, vel aſtutus per ficta crimina & prætextus illum captivum detineat, & ſic locum illum ad deditionem quandoque cogat, *quâ etiam de cauſâ* Gubernator talis ipſe ex loco concredito copiis ſuis in hoſtem erumpere ac cum illo confligere non debet, *quemadmodum Gryphiswaldæ maximè munita Civitati in Pomeraniâ interempto in eruptione Cæſareo Tribuno & Gubernatore Peruſio, anno 1631. referente Continuatore Meterani lib. 47. p. 113. & Chemnitio in Bello Sueco-Germ. Vol. 1. lib. 3. c. 19. accidit.*

B. *Cur verò nemini permiſſum ſit citra juſſum Gubernatoris cum hoſte de deditione colloqui, ſecundùm diſpoſitionem Juris Bellici Hollandici artic. 54. Imperialis Maximil. II. art. 14. Suecici art. 55. & Helvetici art. 45. rationes hæ dantur, quia* nemini, quàm Gubernatori tali in re aliqua poteſtas competit, tales collocutiones Officialium vel gregariorum ſpeciem rebellionis in ſe continent, & hoſtis ex iis facilè tædium diuturnitatis & ſtudium deditionis animadvertere, ac tales præmiis vel falſis narrationibus de fuſo illorum exercitu & interempto Duce ac ſimilibus, corrumpere, minisvè terrere, vel ad minimum aliquid expiſcari poteſt. *Ita Marcellus ab Annibale Nolæ obſeſſus ex iis, qui cum hujus militibus clandeſtina colloquia miſcuerant 70. ſecuri percuſſit, ut narrat Liv. lib. 23. cap. 16. & 17. qui etiam ſeq. lib. 24. c. 31. aliud exemplum refert. Quapropter cum Turca in gravi illâ Tamaſſi Cypri prævalidæ Civitatis obſidione Venetis* per crebra colloquia ob utrumque

C. vicinitatem in operibus & vigiliis inſtituta multa de fuſis illorum copiis & claſſibus perſuadere, eoſque ad deditionem ita impellere conarentur, *Gubernator & Magiſtratus cunctos ſermones ſub pœnâ capitis ſuis interdixêre*, & cùm poſteà Turcæ literas tales perſuaſorias ſagittis in Urbem jacularentur, eâdem ſub pœnâ illarum lectio prohibita, & ſimul injunctum fuit, ut illæ abſque apertione ad gubernatorem ac Magiſtratus deferrentur, ſicut recenſet *Mauroc. lib. 10. Hiſt. Venetæ ad ann. 1572. f. 422.*

IV. Certis pactis ſe dedituri vel jam dedentes omninò ſibi caveant, ne tempore tractatuum jam concluſorum vigilias intermittant, aut ante confirmationem illorum à ſummo Exercitûs Duce, vel eo, cui imperium illo tempore competit, factam portas & loca

D. *munitiora minùs diligenter obſervent, multò verò minùs hoſtibus ad ſecuritatem præſenſam tradant, quia ſæpè hoſtis tractatus tales ſaltem dolosè, & ſub decipulâ* ad obſeſſos per illos ſecuros reddendos, atque ita per negligentiam obſeſſorum & alias inſidias *in poteſtatem ſuam redigendos init, uti factum Eretriâ obſeſſâ: Cùm enim Oppidani miſſis ad Attalum oratoribus ad ſe dedendos tractaturis in ſpem pacis intenti ſegniùs munera bellica obiiſſent, & eâ modò parte, quâ murus dirutus fuit, cæteris neglectis, ſtationes armatas oppoſuiſſent, Quinctius noctu ab eâ parte, qua minimè ſuſpecta erat, impetu facto, ſcalis Urbem cepit. Liv. lib. 32. cap. 16.*

Aliud

Aliud exemplum in Caſilino inter colloquia, cunctationemque petentium fidem per occaſionem capto refert *Idem lib.24. cap.19.*

Aliud ex recentiori hiſtoria de Zutphaniâ inter colloquendum & de conditionibus diſputandum ab Hiſpanis averſo latere ingruentibus captâ refert *Reidanus interprete Voſſio l.1. Annal. f.13.*

Ita etiam cum anno 1501. *Galli ſub Obignini ductu Capuam obſediſſent*, & Fabricius Columna octavo obſidionis die ex vallo cum Calatiæ Comite de deditione loqui cœpiſſet, militum in cuſtodiendo negligentia, ut ſæpè in propinquâ pacis ſpe accidit, hoſtibus irrumpendi occaſionem præbuit: qui ob prædæ cupiditatem & cladem in oppugnatione acceptam itâ perciti, totam Urbem multa cum cæde diripuerunt, eosque, qui eorum crudelitati ſuperfuerant, captivos fecerunt, ut refert *Guiccard. lib. 5. Hiſtor. pag. 469. De quo vide egregie diſſerentem Polyb. lib.5. cap.75. Et alias multa inter tractatus & illorum confirmationem impedimenta cadunt, ut proinde obſeſſis hic benè & cautè proſpiciendum ſit.*

Quod prudenter conſideravit Petr. de Remed. fortuna dial.105. ſcribens: Inter ſpem pacis & pacem multa incidere poſſe. Leve ſiquidem verbum, geſtus facilis, compoſitam etiam turbavit pacem: ipſi tractatus pacificiq; ſermones ſæpe ferro franguntur.

Hinc benè Mich. Montaigne des Eſſays tradit: Que la heure de parlamenter ſest la plus dangereuſe, &c.

V. Quia in bello fides data contra Jus Gentium ſæpè violatur, ut in *th. ſeq. explic. 2.* demonſtrabitur, *repertum fuit ab antiquis ſalubre adverſus deceptores remedium per poſtulationem & dationem obſidum, & quidem non vulgarium, verùm pro re natâ ſuperiorum Officialium, & quandoq; etiam belli Ducis cognatorum, quibus cavetur*, ut & pacta ſanctè ſerventur, & aliàs ab omni dolo & damno utraque pars, *in ſpecie verò* occupantes à cuniculis occultis pyrio pulvere refertis & infectione aquarum tuti ſint. *Et hi poſteà* pactis utrinque ſervatis ab utrâque parte ſalvi & integri reſtitui, ac in locum conventum deduci ſolent. *De illis ſeq. cap.12. th.17. expl.2. ex profeſſo tractabitur.*

VI. Pacta conventa, quia ſunt ſtricti juris L. 7. §. Quin imò. ff. de Pactis. ideircò ſtrictè etiam ſervanda ſunt, quia verè etiam fidem publicam ex Jure Gentium involvunt, ab omnibus fallaciis libera eſſe debent, adeòq; promiſſa ſanctè absque ullâ cavillatione & ſophiſmatibus præſtanda ſunt, *ita ut utilitatis publica causâ, & ne fides publica, ſine quâ mundus ſubſiſtere nequit, vacillet, atq; ne* ob diffidentiam vel violatam ſemel fidem hoſtes à pactionibus in futurum averſemur, *præſtat* in re dubiâ æquitatem obſervare, & potiùs plus concedere, quàm aliquid pactis citra expreſſam conventionem detrahere, *cùm & aliàs* in Jure Civili in dubiis verba ſecundum ſenſum veriſimilitudini & æquitati vel benignitati magis congruum intelligenda & interpretanda ſint, ut hoc latè & eleganter demonſtrat *Zepperus in Cynoſurâ Legali c.22. & cap.28.*

Meritò ergò malè audiunt Romani, dum in pactis deditionis inter ſe & Carthaginenſes initis vocabulum Civitatis in abſtracto pro ſolis incolis contra communem uſum & Carthaginenſium intentionem cum horum maximo damno interpretati ſunt; ut hoc *ſeq. cap.8. th.4. explic. 2. ante fin.* demonſtrabitur.

Jam ad ſtrictas obſervationes pactorum revertendo paſſim exempla obvia ſunt ſe dedentium ob unius atque alterius articuli non ſervationem graviter punitorum: Sic (ut pauca ſaltem afferamus) *cùm Cæſariani Gryphiswaldâ deditione factâ excedentes contra pacta conventa non Lözium, ſed Havelbergam iter ſuum direxiſſent, omnes à Suecicis capti, & multi interempti fuerunt, ut conſtat ex Contin. Meter. d. cap.47. pag.113. & Chemnitio in Bello Sueco-Germ. Vol.1. lib. 3. num. 19. Ubi tamen hic Regem Guſtavum Adolphum id certis de cauſis moleſtè tuliſſe, & vindicationem facti inſtituiſſe ſcribit.*

TH. XXVII.

Officia occupantium per deditionem conſiſtunt potiſſimùm in ſequentibus: (1) Obſidibus de ſecuritate ab omni dolo & periculo ſibi proſpicere. (2) deditionis Leges ſanctè obſervare. (3) tradito loco ſtatim perquirere omnia loca, ne pulvere pyrio in cuniculis dolosè à diſcedente præſidio poſito ipſis & deditæ urbi detrimentum aliquod inferatur, ad quod præcavendum prudentes belli Duces obſidibus ideò datis ſibi proſpicere ſolent. (4) deditos incolas omni humanitatis officio, &, ſi digni ſint, beneficio afficere, vel ſi infidi eſſe reperiantur, pro re natâ firmo præſidio coërcere, aut bonis conditionibus in alium locum transferre. (5) occupatum locum, ſi munitus & præſidio firmandus ſit, citra moram reficere, & neceſſariis rebus inſtruere.

Explic.

I. Q*Uæ de obſeſſis, ut ſibi tempore tractata deditionis & induciarum ab obſidentibus caveant, præced. th.26. expl.1. & 4. dicta, etiam hic obſervanda*, ne illo tempore intermiſſis vigiliis ab obſeſſis damno afficiantur, ut *Cæſaris copiis in obſidione Maſſilia evenit, ut ipſe refert l.2. de B.C. p.m. 275. Hinc cum præſidium Corfinienſe deditionem Cæſari per Legatos efferret, ille perpetuis vigiliis ſtationibusq; nihilominus oppidum firmiſſimè cinxit & ſuos juſſit, ut non ſolùm ab eruptionibus caveant, ſed etiam ſingulorum hominum occultos exitus aſſervent, ut ipſe iterum narrat prac. l.1. p.m.235.*

De Obſidibus verò ibidem ſeq. explic. 5. dictum.

II. De deditionis pactis ſanctè ſervandis ſimiliter explic.6. actum, quâ de causâ hîc ſaltem aliqua exempla pactorum tabulum cum ſempiternâ ignominiâ non ſervatorum recenſebimus.

Chri-

Chriſtiernus II. Danus Rex Stockholmum certis pactionibus & veniâ promiſsâ occupans, *Proceres & Nobilitatem cæteram* cùm Senatu Civico inauguratione factâ ſub ſpecie Clementiæ & reconciliationis factæ in aulam ad convivium invitavit, & primis duabus in ſummâ hilaritate confectis diebus, tertiâ per Guſtavum **Trolle** Epiſcopum anteà à Proceribus Suecicis relegatum accuſationem inſtitui, illos omnes condemnari *& miſerè per carnificem decollari curavit, ut Meurſ. lib. 3. Hiſt. Dan. f. 77. & ſeqq.* pluribus lanienam & crudelitatem hanc deſcribit: Cum quo conferendus *Olaus Magnus ocularis teſtis lib. 8. Hiſt. Septentr. c. 37. & 40. ac Svvaning. in Ejus Vitâ cap. 11. §. 7. & ſeqq. qui etiam præc. cap. 8. §. 1. ſimilem ferè ejus ſævitiam refert.*

Cùm Muſtapha Turcarum belli Imperator Urbem Tamaſſum Cypri poſt longam obſidianem per deditionem honeſtam cepiſſet, Venetorum Præfectus Bragadenus illi diſceſſum ſuum ante veſperam ejus diei indicavit per literas, ſimulq; ſe, ſi Muſtaphæ ita placeret, antequam id fieret, cum aliis Civibus primoribus illum inviſere, & claves Civitatis tradere velle per latorem illarum Neſtorem Martinengium ſignificavit. Cui Muſtapha hilari reſpondit vultu, ex arbitrio accederent: quorum enim virtutem ac fortitudinem præclaris editis facinoribus expertus eſſet, de facie cognoſcere, quàm maximè optare, ſeq; non modò apud Selymum, ſed ad quaſcunque regiones adiiſſet, præclarùm tantæ virtutis teſtem & præconem futurum. Hæc cum Martinengius renunciaſſet, poſt meridiem hora diei 21. Bragadenus Baleonio comitatus, urbe egreſſus eſt, eaſq; Iohannes Antan. Quirinus, Aloyſius, Bragadenus arcis Præfectus Bragadeni nepos, Aloyſius Martinengius & alii ſubſecuti ſunt. Equo omnes vecti ſclopetariis ſuis ſtipati. Perhonorificè ad tentoria deducti quisque binis Turcis ſubnixi gladiis ſepoſitu mare Turcarum Muſtapham adierunt. Baſſa perhumaniter Bragadenum ac reliquos excepit, conſidere juſſos variis ſermonibus benignè aliquantiſper detinuit: Deinde culpandi anſam quærens, multa atque abſurda percontatus eſt, quis vadem, navigia in Cretam proficiſcentia à Chriſtianis detentum non iri, ſe conſtituat? Et inde rixâ ex compoſito ab Arabamente motâ, ac Bragadena à Muſtaphâ, tanquam pacta violaſſet, objurgata, illud verò conſtanter negante, res eò devenit, ut Muſtapha illum cum omnibus comitibus vinciri juſſerit, quo facto ex mandata Muſtaphæ Bragadenus ante illius pedes ſtratus juſſuſq; eſt cervicem ad decollandum illum exſerere, ſed illud tunc intermiſſum, & miſero ſolùm auriculæ ambæ præciſæ, reliqui verò extra tabernaculum deducti in fruſta ſecati ſunt: Mox in reliquos in navibus & urbe repertas ſævitum. Poſtridiè Theupolus unus è Venetorum Primoribus & veteranus miles in conſpectu Muſtaphæ in editiore Amathi munitione ſuſpendio necatur. Et ut reliquis crudelitatibus omiſſis ad finem perveniamus, Muſtapha Bragadenum duodecim dies in tentoriis detentum, & ut religionem Chriſtianam ejuraret, ſæpè adhortatum, illud verò conſtanter repudiantem multis ignominiis affectum tandem in triremem,

A. *quo triremes conſtiterant, devehi præcepit, ibi in ſellâ conſidens ac vinctus triremis antemnæ appenſus ſublatusq; miſerando ſpectaculo univerſæ claſſi ac præcipuè captivis fuit: inde pedibus à porta maritima per latam ſemitam ad forum deducto ac veſtibus exuto, nec non manibus & pedibus vincta jubente & ſpectante Muſtaphâ pellis vivo detracta, & poſteà cadaver feris dilacerandum objectum cutisq; paleâ infarta viventis inſtar vaccæ impoſita per urbis ſemitas umbellâ per ludibrium tecta circumducta, mox triremis antemna ſublata, Ciliciæ atq; Syriæ litoribus feralis ſpectacula exhibita Bizantium deducta fuit, ut nullus ferè eſſet locus, in qua crudelitatis ac perfidiæ ipſius impreſſa veſtigia non inſpicerentur.*

B. *Quæ omnia* ad immaniſſimam illam contra pacta in ſe dedentes exercitam crudelitatem Lectori ob oculos ponendam ex *Mauroceno lib. 10. Hiſtor. Venet. ad ann. 1571. circa fin.* ideò aliquantò latiùs referre voluimus, quia auctor ille in paucorum manibus verſatur.

Inter vetera exempla occurrit *Philippus Macedonum* Rex, in rumpendis talibus Legibus & fœderibus admodùm celebris, ut videri poteſt apud *Juſtin. lib. 8. cap. 5.*

III. De cautione hâc jam præc. th. 17. explic. 11. & 12. actum eſt. Neque tamen deſunt exempla talis doli, ſiquidem hunc adverſus Hiſpanos *præſidiaris arcis & urbis Buchemii* anno 1581. exercuerunt, ut refert *Strada de bello Belg. Dec. 2. lib. 4. p. m. 201.*

C. *IV. Cum eadem ferè novi occupati loci, quæ nova Provincia acquiſita ratio in conſervando illo ſit, Lectorem ad ea, quæ ſupra hoc libro parte 2. c. 4. in fine ſub Axiomate & in explic. annotavimus, remittimus.*

V. Sæpè accidit, ut locus deditione captus, ſi imprimis in hoſtico ſitus & pars adverſa milite adhuc valida ſit, *ſtatim* à deditionis tempore iterùm obſideatur & recuperatio ſubitò tentetur: *Quo itaque* tali in caſu præſidium impoſitum in loco illo ſervari poſſit, *neceſſe eſt*, ut ſtatim & ante caſtrorum motionem talis locus reficiatur, ac omnibus neceſſariis rebus inſtruatur. *Exemplum* ejus occurrit inter alia *apud Liv. lib. 6. cap. 3. in Sutrio eodem die amiſſo & recepto, in Groningâ Friſiæ uno eodemq; die ab Hiſpanis occupata & ab Hollandis iterum obſeſſa Thuan. l. 71. f. m. 33.*

D.

TH. XXVIII.

Per rebellionem & defectionem gregariorum militum ſæpè quoque locus munitus citra vim in hoſtium pervenit poteſtatem: *Solent verò illi potiſſimùm* (1) ob non ſoluta ſtipendia, (2) ob famem ingraveſcentem, & tædium diuturnæ obſidionis: (3) ob antiquam in hoſtes præſentes fidem, & (4) ob promiſſa ab hoſte facta *deficere*.

Explic.

SEditionum & ſubſequentium defectionum ob interverſa vel in tempore non ſoluta ſtipendia orta-

rum

rum exempla paſſim ſunt obvia. *Ita enim*, ut de ſeditiooibus hîc taceamus, quorum exempla occurrunt apud *Meteran. lib.* 10. *ad ann.* 1581. *p.* 527. *& Strad. Dec.* 1. *lib.* 7. *pag.* 400. *lib.* 8. *pag.* 465. & paſſim, *& Dec.* 2. *lib.* 3. *ad ann.* 1580. *pag.* 182. *& lib.* 4. *in princ. Præſidiarii Pappienſes in Ungariâ anno* 1600. *ob ſtipendia retenta rebellarunt, & Præfecto Marotio in carcerem detruſo* cum Turcis de ſolutione ſtipendiorum pacti ſunt, ac io ejus militiam ſe tranſituros promiſerunt, cùmque jam 20000. nummorum aureorum accepiſſent, ac ſtato tempore Pappam tradituri eſſent, à Cæſarianis ſubitò obſeſſi ſuot, & tandem, cùm relictâ etiam arce per ſtagnum adjacens evadere tentaſſent, maximâ ex parte trucidati, capti verò diro ſupplicio affecti ſunt, ut refert *Ortel. in Chron. Ungar. & Piaſec. in Chron. ad d. annum.*

Ita à Turcis graviter obſeſſi Præſidiarii Erlavienſes in Ungaria citra ſcitum ægrotantis Præfecti.

Ita quoque Præſidiarii Caniſienſes obſidione Turcicâ preſſi & de liberatione deſperantes Præfecti ſuo Paradeiſero conſtanti adhortatione auctores tradendi muoimenti fuêre, *ut iidem referunt ad d. annum.*

Similiter præſidiarii Bredani Hiſpanici obſeſſi Præfectum ſuum Fronsbergium furioſè conſtrinxerunt, vinctumque in manus Hollachii Campiniique cum urbe tradiderunt libertatem abeundi ſibi pacti. *Strada d. Dec.* 1. *lib.* 9 *ad ann.* 1578. *pag.* 558.

TH. XXIX.

Hactenus occupatio obſeſſi loci, ſequitur ejusdem ab obſidentibus derelictio, quæ potiſſimùm tribus de cauſis evenire ſolet (1) per violentam depulſionem ab obſeſſis vel adventantibus ſuppetiis, vel utriſque ſimul factam. (2) ob metum futuræ liberationis ab exercitu hoſtili perficiendæ. (3) ob defectum annonæ, aquæ, pulveris pyrii, militum & ſimilium. (4) ob deſperationem occupantis. (5) ob aquarum eluviones & immiſſiones, & (6) ob tempeſtates & alia extraordinaria media.

Explic.

I. *Exempla violentæ depulſionis paſſim ſunt obvia: Ita enim Annibal Romanos ab obſidione locorum depulit. Liv. l.* 27. *c.* 30.

Lochemum ab obſidione Hiſpanorum per Gulielmum Naſſovicum anno 1582. *per violentam hoſtis invaſionem liberatum fuit, referente Reidano lib.* 3. *f.* 45.

Heidelberga anno 1634. *ab obſidione Cæſarianorum per exercitum Gallicum violenter liberata fuit, ut Auct. Meterani Contin. l.* 52. *f.* 378. *refert.*

Hanovia à Cæſarianis anno 1636. *arctè obſeſſa per Exercitum Sueco Haſſiacum ſimiliter liberata fuit. Id. ſeq. l.* 54. *f.* 458.

Anno 1637. *Leucata portus & arx Languedociæ* ab obſidione Hiſpanorum per hujus gubernatorem

A Ducem de Halcrin violentâ impreſſione & depulſione liberata fuit, *Idem l.* 55. *f.* 572.

Anno 1638. *Hiſpani Gallos ſub Ductu Condæi Fentirabiam maximis auſibus obſidentes & oppugnantes cum valido exercitu advenientes ab obſidione depulerunt, ut latè legi poteſt apud Moretum in illius obſidionis deſcriptione libro* 3. *circa fin.*

Anno 1676. *in Septembr. Gallicus exercitus ductu Campimarſchalli Schemburgici Hollandicum & fœderatum exercitum obſidionem diuturnam & duram urbis Trajecti ad Moſam ſolvere coegit*, ut communiter notum eſt.

II. Exempla obſidionum per ſolum hoſtilis exercitus adventum ſublatarum occurrunt apud Livium lib. 32. *cap.* 25. *in Corintho lib.* 29. *cap.* 35. *in Uticâ.*

B. *Et in recenti hiſtoria in Mauritio Naſſovico obſidionem Neoporti ob Archiducis Alberti cum valido exercitu adventum tollente apud Reidan. l.* 17. *f.* 526. *in Eodem obſidionem Grollæ ob adventum Exercitus Hiſpanici ſimiliter tollente apud Eundem lib.* 12. *f.* 320. *& ſeq.*

Similiter Parmenſis Cameracum jam fame dirâ preſſum ob adventum hoſtilis exercitus deſerere adactus fuit. Idem l. 2. *f.* 39. *&* 40. *& Verdingus obſeſſam Covordam adventante hoſtili exercitu deſeruit. Id. l.* 11. *f.* 277. *& ſeq.*

Ita quoq; Sueci Briſacum arctè obſeſſum ob adventum Cæſariani exercitus anoo 1633. deſeruerunt, ut refertur in *Meterano novo l* 51. *f.* 294.

Et Galli Valencenas obſeſſas ob exercitus Hiſpanici appropioquationem deſeruerunt. *Ibid. lib.* 53. *f.* 421.

C *Eodem modo Sueci ſub ductu Dorſtenſohnii Freibergam Miſniæ jam anhelantem ob adventum Cæſarei exercitus anno* 1642. *dereliquêre multis ſuorum in obſidione amiſſis ſecundum Abelin. T.* 4. *Theatri Europ. f.* 957.

Ac Banerius Suecorum Campidux Lipſiæ obſidionem ob exercitus Cæſarei adventum anno 1637. *ſolvit. Brachel. lib.* 5. *Hiſtor. p. m.* 352. *& Anct. Meterani continuati. l.* 54. *f.* 557.

Plura exempla ſtudiò tacemus.

III. Exempla obſidionum ob defectum annonæ, aquæ, militum, & pulveris pyrii, item morbos exercitus & ſimiles internas cauſas ſolutarum etiam paſſim occurrunt.

Ita enim Parmenſis obſidionem Bergarum ad Zomam ob peſtem ingruentem, aquarum ſummam anguſtiam & militum defectum anno 1588. *ſolvere co-*
D. *actus fuit, referente Reidano l.* 8. *f.* 177.

IV. Exemplum derelictarum ob deſperatam occupationem obſidionum inter alias præbet Brunna Moraviæ metropolis à Suecis ductu Dorſtenſohnii anno 1645. per aliquot menſes arctè obſeſſa & tandem ob dictam deſperationem derelicta, ut inter alios refert *Brachel. l.* 6. *p. m.* 426. *& Lotich. in Theat. Europ. Tomo V. f.* 820.

Groninga Friſiæ primaria urbs poſt atrociſſimam obſeſſionem ab Exercitu Electoris Colonienſis & Epiſcopi Monaſterienſis inter alias ob eandem cauſam derelicta, ut apud *Valckener.* im verwirrten *Europâ P.* 3. *f.* 420. *& ſeq.* legi poteſt.

V. Exem-

V. Exemplum dereliĉtarum vel ſolutarum ob eluviones & immiſſiones aut reſtagnationes per diſſeĉtos vel exſtructos aggeres aquarum inter alias urbes prabet Lugdunum Batavorum anno 1574. ab Hiſpanis tàm arĉtè obſeſſum, ut ob diriſſimam famem quotidiè deditio ſperata fuerit, & per aggerum ſeĉtionem ab Hollandis faĉtam ac ita inundationem procuratam liberatum, ut latè refert *Meteranus l.5. Hiſtor. f. 257. & ſeqq. & Strada Dec.2. l.8. p m. 472. & ſeq. uti etiam Thyſius in Hiſtor. Navali cap.20. Quelferbytum per reſtagnationem fluminis Ockera beneficio altiſſimi aggeris procuratam anno 1628. ad deditionem coaĉta, ut inter alios narrat Abelin. T.1. Theatri Europai f.989.*

Ubi notandum defunĉtum Epiſcopum Monaſterienſem Chriſtophorum Bernhardum ſimilis aggeris exſtruĉtione & fluminis Vechtæ repreſſione fortiſſimam urbem Coverdam anno 1673. ita immerſiſſe, ut intra paucos dies ad deditionem adaĉta fuiſſet, niſi ingenti procellâ & fluĉtuum vi agger iſte ruptus fuiſſet, ut legi poteſt apud *Muller.* **in der Continuation deß verwirrten** *Europa P.5. f.152. & ſeq.* qui præced. f.81. longitudinem, latitudinem & altitudinem illius aggeris refert.

VI. Exempla ſolutarum ob tempeſtates & alias extraordinarias cauſas obſidionum ſunt ſequentia:

Cùm Imperator Carolus III. Nordmannos in civitate ſua (Haslac) Aſcloha ad Moſam anno 882. *obſideret, 12. Kalend. Auguſti poſt meridiem tenebroſa caligo ejus caſtra ſubitò operuit, fulgure & tonitru concrepante & grandine immensâ decidente, quâ tempeſtatis vi civitatis magna pars corruit, & equi ita obſtupefaĉti fuerunt, ut effraĉtis ſudibus & habenis partim extra caſtra, partim in iis errore & ſtupore verſarentur, & exercitus ob putredinem morientium hominum amplius ſubſiſtere nequiret. Quare ex neceſſitate illâ pax confeĉta & obſidio ſoluta fuit,* ut refertur *in Annal. Franc. Fuldenſ. apud Freher. Tomo 1. Scripi. Germ. ad d. annum. f.45.*

Plura exempla vide prac. th.18. in expl. in f.

Axiomata quadam circa obſidia munitorum locorum obſervanda.

I. Prudens Dux belli antequam locum aliquem munitum obſideat, Loci illius robur, ſitum, præſidium, ejusq; præfeĉtum, proviſionem, commodum, circumjacentia loca, & hoſtile robur, nec non incolarum illius provinciæ animum ac ſtudium, an nimirum domino ſuo fide firmâ addiĉti & armis aſſueti ſint nec ne? item proprias vires & omnia ad diuturnam ac fortem obſeſſionem neceſſaria probè & prudenter expendat, ſecundùm & propter ea, quæ prae. th.15. expl.1. adduĉta ſunt.

II. Idem locum probè munitum & neceſſario apparatu inſtruĉtum, antequam hoſtem prælio ſuperaverit, vel alio modo ejus exercitum inutilem reddiderit, vel illum planè imparatum eſſe ſciverit, adeoque de ſuppetiis non obtinendis, contra verò de illo brevi per vim vel corruptelas, vel nunciata inter præfeĉtum & præſidium diffidia obtinendo certus ſit, non obſideat ob rationes ſequentes.

Quia (1) obſidiones tales, ut plerumque diuturnæ, & ſumtuoſæ, exercitum A valde minuunt, nervos rerum gerendarum abſumunt, & hoſti ad exercitum ſuum omni modo ampliandum, locumque iſtum ab obſidione liberandum inducunt, ut exemplis ex omni hiſtoria ſatis conſtat. (2) *propter* diuturnitatem, (cujus exempla præc. th.18. explic. num. 4. adduĉta) occaſionem aliarum rerum majori cum utilitate & laude gerendarum adimunt, (3) *incerti* planè ſunt eventus, ut *d. th.15. explic.1. in f.* diĉtum & (4) majorem prudentiam & laborem ac plures impenſas, quàm prælium requirunt, ut ſimiliter *ſeq. c.7. th.10. expl.8.* demonſtravimus.

III. Idem locum obſeſſum ſtatim ab initio ſtrenuè invadere & tormentorum iĉtibus, oppugnationibus continuis B. impetere ac injeĉtionibus ignitorum globorum premere, atque ita primo impetu vel manu militari occupare vel ad deditionem cogere, quàm longâ, periculosâ, ſumtuosâ, ac tandem in nihilum evaſurâ obſidione tentare debet *ob rationes ſequentes*

Quia (1) *talis impetuoſa invaſio* non plures milites quam lenta & diuturna illa, in quâ ſingulis ferè momentis nonnulli interimuntur, vel per vulnera & morbos inhabiles efficiuntur, adeoque longâ morâ ingens multitudo exercitui adimitur, conſumit. (2) *tali invaſione* hoſtili præſidio ſtatim animus cadit, & vires propter continuam aggreſſionem debilitantur, C. cum contra in diuturnâ obſidione ab illo per conſuetudinem pericula ſpernuntur, animusque indurator. (3) *per lentam obſidionem* aliæ rerum benè gerendarum occaſiones elabuntur, quinimò ſæpiusculè ab hoſtili exercitu ſupervenienter exercitus obſidens imminutus fugatur, vel ſaltem retrocedere cogitur, ut exempla pluſcula probant, *de quo prae. th.15. expl.2. latius & plenius egimus.*

CAPUT

A.

CAPUT VII.

DE PRÆLIO.

Ubi de ejus diſtinctione, obſervationibus præcedentibus, conſultationibus & aliis præliminaribus, acie, actu ipſo, ac munere Ducis, officialium & militum, & conſequentibus.

S U M M A R I A.

TH. I. Quæ circa prælium conſideranda.

Expl. An & quomodo prælium à pugna differat?

TH. II. Prælii diſtinctio traditur.

Expl. I. Oſtenditur navale bellum & prælium longè
B. *majorem ſumtum requirere, quam terreſtre, & magis eſſe periculoſum & damnoſum, quàm illud.*

Claſſes primæ à quibus uſurpatæ: Ubi de Romanorum primâ claſſis præparatione, & progreſſu in illâ magno.

Recenſentur illorum & aliorum numeroſæ aliquot claſſes, & ingentes expeditiones navales.

Expl. II. Nonnulla de navibus ex antiquitate ejus ſpeciebus & partibus afferuntur.

Item naves quædam portentoſæ molis.

Expl. III. Ordinarium prælium quod.

Quod tumultuarium.

TH. III. Antecedentia ordinarii prælii in quibus conſiſtant.

TH. IV. Obſervationes de fauſto vel infauſto prælii eventu unde deſumi ſoleant.

Expl. I. De ſuperſtitione Veterum circa omina, prodigia, oſtenta.
C.
Exempla eorum, qui ea deriſerunt.

Quædam oſtenta & prodigia à Deo provenire.

Quid prodigium, oſtentum & portentum: & illorum exempla.

Quid omen: Ubi varia illius genera.

Expl. II. De diebus & menſibus fatalibus.

Expl. III. De præmonitionibus ſingularibus per ſpectra, genios, voce humanâ abſque corporis viſione, ſomniis & viſionibus.

TH. V. Quomodo conſultatio fieri ſoleat.

Expl. I. Nunquam temerè confligendum cum hoſte eſt.

Occaſio quid hîc ſit.

Quando cunctatio neceſſaria & utilis ſit, quando non.

Quomodo hoſtis in neceſſitate ſe gerere debeas.

Expl. II. Quid circa modum aciei inſtruendæ obſervandum.
D.
Expl. III. Quomodo & quare in eventum de loco refugii ſit cogitandum.

TH. VI. Præparatio ad prælium in quibus conſiſtat.

Expl. I. De recenſitione exercitûs & ejus cauſâ.

Expl. II. De prælii indictione eum connexis.

Ubi de teſſera militari.

Expl. III. De loco opportuno eligendo. Et quomodo ille debeat eſſe comparatus. Editus utilis eſt.

Eximius quidam conflictûs locus à natura factus refertur.

Tempeſtates quoq; obſervandæ.

Ille locus ſatis pro exercitûs copiâ ſpacioſus, ac aliquo modo eminens eſſe debet.

Nonnunquam locus ab una parte alterius electioni relinquitur, vel ab utrâq; eligitur.

Regula quædam de eligendo loco.

Expl. IV. In peritâ aciei inſtructione maximum momentum ſitum eſt, & quomodo illa perficienda.

Prius quàm hoſtis inſtruenda ob rationes.

Illa firmiter conjungenda.

Quædam de acie annotata: Ubi de aliis, & antiquis ſpeciebus acierum.

Ducis alloquium quantum poſſit: Unde deſumi ſoleat, & adverſus quem militem utile ac neceſſarium.

Quomodo & ex quo loco illud apud Romanos factum.

Aſſenſio & alacritas militum quomodo exquiſita.

Ante prælia quandoq; militibus præmia certa ad illos animandos promiſſa: Et pœnarum meritarum condonatio ideò poſt prælium ſuſpenſa.

Quædam de veteri devotoriâ conjuratione Ducis & militum.

Expl. V. Deus ob felicem eventum & victoriam ante prælium invocandus.

TH. VII. Signum ad pugnam duplex.

Expl. I. De ſignis Imperatorum prædictis variarum gentium mos.

Expl. II. Claſſicum unde dicatur, & quid ſit.

Ejus alia ſignificatio.

Apud Græcos loco Claſſici per certas perſonas ignis circumferri ſolitus fuit.

De Turcarum ritu.

Alius è Virgilio.

De tubarum, buccinarum & cornuum uſu & differentiâ.

De Helvetiorum antiquo & hodierno ritu.

De Æneatorum uſu, & cæteris inſtrumentis canoris bellicis.

Signum prælii quoque voce vel facto Ducis datum fuit.

TH. IIX. Duellum ante prælium cur inſtitutum.

Ubi ſimul de aliis præludiis.

Expl. I. De duello ad prælii eventum prægnoſcendum directo.

Ubi de periculis eventus ludicra exempla.

De duello loco belli inſtituto. Diſſuadetur id belli Ducibus principalibus.

Exempla talium referuntur: imprimis Caroli V. Imper. & Franciſci I. Galliarum Regis cum judicio.

Duelli detrectationem non ſemper, immò planè non ignominioſam eſſe docetur.

Exempla quorundam ſemper in duellis vincentium.

Expl. II. Velitationes quid, & earum uſus.

De more creandorum ante prælia equitum quædam referuntur.

Expl. III. De more canendi laudes majorum ante prælia, & barritu.

Ubi de Prognoſtico ex clamore militari, & quomodo ille apud Romanos ſublatus fuerit.

An talis clamor utilitatem quandam in ſe contineat?

TH. IX. Actus prælii in quibus conſiſtat.

TH. X. Munus Ducis quibus partibus abſolvatur.

Expl. I. Quantum in præſentia Ducis ſitum ſit, & an ejus præſentia conducat?

Ubi ſimul de ejus officio, & exempla Regiorum & Illuſtrium infantum ante acies alacritatis ingerendæ cauſâ poſitorum.

Oſtenditur periculum ex præſentiâ Ducis, cujus auſpiciis bellum geritur, eveniens. Et per diſtinctiones judicium interponitur.

Utrum primus impetus inferendus an ſuſtinendus ſit.

Expl. II. Inclinantibus copiis in tempore ſuccurrendum eſt.

Expl. III. Parcè & prudenter militibus utendum.

Expl. IV. Magnum victo ia momentum adimere hoſti commoditatet, & quomodo id fieri poſſit.

Expl. V. Hoſtis non nimis pertinaciter perſequendus eſt, & quare.

Expl. VI. Miles cur à præda ſe abſtinere debeat.

Expl. VII. An Dux belli tempore prælii veſte auro gemmisque conſpicuâ indutus eſſe debeat?

Ubi de utilitate mutatarum à Duce in prælio veſtium agitur.

An Dux belli deſperatis rebus fugâ ſe ſubducere ſalvâ exiſtimatione queat?

Expl. IIX. An præſtantius ſit Urbem aliquam maximè munitam & potentem expugnare, quàm collatis ſignis ex hoſte fuſo inſignem aliquam reportare victoriam?

Expl. IX. Quædam ad prælium pertinentia axiomata ac ſtratagemata, & quidem ſequentia:

Primus hoſtium furor & impetus potiùs ſuſtinendus, quàm in illos faciendus eſt.

Miles impranſus, & quiete non refocillatus adverſus hoſtem non educendus.

Milites ad alacritatem à Duce per variorum, ſive verorum, ſive victorum, acceptorum tamen caſuum relationem animandi.

Milites vacillantes quàcunque arte impellendi in hoſtem.

Hoſtis quandoque per inſidioſam fugam ad inordinatè inſequendum alliciendus.

Miles quandoque prælium flagitans ſtudio ad majorem ei fervorem excitandum detinendus.

TH. XI. Officialium munus in quibus conſiſtat.

Expl. Demonſtratur in virtute & numero Officialium multum ſitum eſſe.

TH. XII. Munus militum in quo conſiſtat.

Expl. I. Militum & præſertim gregariorum munus conſiſtit in obedientia & executione mandatorum.

Expl. II. Notatur Romanorum militum ardor in prælio ad Thraſimenum:

Ubi quædam de vociferatione militum apud quasdam gentes in certis verbis conſiſtente.

Expl. III. De ſtudio militum moriendi pro patriâ.

Expl. IV. Quando fugere honeſtum ſit.

De fiducia inter milites & modo, quo vir virum legit, exercitum conficiendi.

TH. XIII. Conſequentia prælii in quibus conſiſtant.

TH. XIV. Quid Dux circa proprios milites obſervare debeat.

Expl. I. Recenſitio exercitus poſt prælium utilis eſt:

Ei adjungitur in benè meritos laudatio ac muneratio.

Curatio vulneratorum militum Imperatori incumbit, ubi de Xenodochiis pro iis exſtruendis.

Expl. II. Sepultura cæſorum ad ejusdem officium ſpectat.

Expl. III. & IV. remiſſivè tractata.

Expl. V. victoriam non ſemper licere proſequi.

Expl. VI. Captivos regulariter eſſe redimendos.

Exceptio à Romanis uſurpata adverſus milites ab Annibale captos, & quare.

Cujus ratio approbatur.

TH. XV. Officium Ducis in victos quomodo præſtandum.

Expl. I. Dux in proſperis ſuperbiam evitare, & ſe moderari debet.

Expl. II. Miſericordia etiam & clementiæ ſtudere, ubi de ſepultura hoſtium occiſorum.

A. *Expl. III. Hoſtes ſupplices veniam merentur.*

Expl. IV. Avaritia in pacis conditionibus oſtendi non debet.

TH. I.

Hactenus primus actus publicus, Obſeſſio: Sequitur alter, nempè prælium, cujus conſideranda (1) diſtinctio. (2) antecedentia. (3) actus ipſe. (4) conſequentia.

Explic.

Licet plerumque pugna & prælium pro Synonymis habeantur, atque ideò promiſcuè uſurpentur, à quibusdam tamen rectiùs inter ſe, licet non eodem modo, diſtinguuntur. B.

Nam Iſidorus Origin. lib.18. c.1. ſcribit, *pugnam* eſſe unius diei (ſive totum bellici conflictûs) actum, *prælium* verò illius partem aliquam, *adeòque* in una pugna multa obvenire poſſe prælia, *exempli gratiâ* in cornibus, vel equitatu in media, & in extrema acie: *pro quo facit locus Livii l.7. c.11. l.30. c.12. & 18. l.34. c.17.36. ac 46. & l.44. c. 41. & 42.*

Auſonius Popma verò lib.4. de differ. verbor. Prælium ſcribit eſſe certamen hoſtile, ſive eminus, ſive cominus fiat: *Pugnam autem* congreſſum cum hoſte cominus factum, *à pugno ideò dictam*, quod ante uſum telorum atque miſſilium pugnis & calcibus & morſibus corporumque luctatione certatum fuerit. *Quicquid ſit ab auctoribus Claſſicis pugnam à prælio diſtingui certiſſimum eſt, idq; patet tam ex allegatis Livii Locis quam ex Tacito 3. Annal. 21. & 3. Hiſtor. 22.* & eodem *Livio* C. *lib. 7. c. 14. & 26. & 21. c. 55. & paſſim.*

Fortè ita diſtingui poſſet, ut prælium ſumatur pro toto actu circa congreſſum bellicum ſe exerente, & victoriam antecedente, primordium pugnæ ſimul in ſe continente, qualis eſt oppoſitio exercituum hoſtilium, velitationes & ſimiles; *pugna verò ſignificet actum pugnandi & conſertionem armorum ac virium ipſam. Ita enim Livius citato c.14.* refert Gallos in *prælium* iuiſſe, priusque *pugnam* cæpiſſe, quàm ſignum ab Ducibus datum eſſet, *& d. c. 55. in prælium ſcribit* attuliſſe Pœnum corpora curata, Romanos verò jejuna & feſſa, & ob id in *pedeſtri pugnâ* Romanos Pœnis animis, quàm viribus magis pares fuiſſe, *Et d. l.34. c.36. dicit levia prælia* per quatriduum ſine ſatis certo eventu commiſſa, & quinto die *propè juſtam pugnā* ſecutam, & *Tacit. 1. Annal. 64. prælia à Cheruſcis ad paludes ſueta geſta & pugnam adverſam à nocte ſublatam ſcribit. Idem d. 2. Hiſt. 30. pugnam* D *de actu pugnandi, & prælium de toto intelligit. Eodem modo Liv. l.7. c.33. ſcribit inter Romanos & Samnites prælium æquis viribus commiſſum eſſe, & pugnam indicio fuiſſe, quos geſſerint animos. vide eundem Tacit. 12. Annal. 40. 2. Hiſt. 44. 15. Annal. 28. 5. Hiſt. 14.*

Ideò dicitur miles in prælium iviſſe, concitata eſſe atrox pugna, Livio d. lib.7. cap. 26. fuiſſe atrox pugna, Id. lib. 1. cap. 30. poſt pugnam aliquid factum, Id. lib. 21. cap. 15. prælium reſtituere, Id. lib. 6. cap. 8.

Sed hac certò ſtatuere nolumus, cum nobis conſtet, tam accuratè utrumq; vocabulum ubiq; non eſſe uſurpatum. ut in ſpecie patet ex Cæſare l. 1. p. m. 45. & locis paulò ante ex Livio adductis.

Illud tandem addimus, aciem quandoq; pro prælio uſurpari apud claſſicos auctores, ut legi poteſt apud Tacit. 4. Ann. 17. & 21. Liv. l. 7. c. 28.

TH. II.

TH. II.

Prælium diſtinguitur (1.) in terreſtre & navale. (2.) Ordinarium & tumultuarium.

Explic.

1. *Quid terreſtre & navale ſit, ex ipſo nomine patet, adeoque explicatione non indiget, & quoniam terreſtre potiſſimùm & fusè hic tractabitur, de navali ſalrem hâc in explicatione ſequentia conſignanda duximus,*

(1.) *apparatum bellicum navalem magis ſumtuoſum eſſe, quàm terreſtrem, tùm* ob pretium navium, & earum inſtructionis, *tùm* ob tormenta bellica, quibus in magnâ copiâ indigent, *tùm* ob commeatum in iis reponendum, *tùm* ob milites, nautas, naucleros & navarchas in iis magno ſtipendio providendos & ſuſtinendos, cum nihil illorum ſine ſuperfluo pretio, & ne aqua quidem, ubique ſine pretio comparari poſſit.

(2.) *Rem navalem*, ſi quidquam aliud artem poſtulat, neque repentè & per ocium & ex ſupervacuo addiſci, ſed potiùs *omne tempus ei ſoli tribuendum eſſe, Pericles benè judicat apud Thucyd. lib. 1. in Orat. ſuâ circa f. In illâ enim* propter improviſos caſus multâ curâ & vigilantiâ opus eſt. *Indicat hoc Imperator Leo in Tacticis virtutes Navarchi ita deſcribens. Rei navalis peritiâ pollere te oportet & aëris, ventorum flatus cognoſcere per ſtellarum apparentium motum & aſtrorum ſigna. Tempeſtatum etiam mutationem perfectè cognoſcas, ut ſi perfectus iis in rebus fueris tutus & ſecurus ab omnibus maris tempeſtatibus conſerveris. De illo tamen multa utilia & ſingularia tradit Ranzov. in Comment. Bellico l.5. per totum.*

Perrò notum omnibus eſt, bellum navale magis periculoſum & damnoſum, quàm terreſtre eſſe, quoniam omnium Elementorum vi & injuriæ ſubjectum eſt, aquæ ſcilicet, igni, aeri ſive tempeſtatibus, & terræ ſive ſcopulis, pulvinis, brevibus & ſyrtibus, inde navium interitus integrarum, combuſtiones & fractiones ſive naufragia: *Ex quibus omnes quidem* damnis & periculis ſummis obnoxii modi, *attamen combuſtionibus tolerabiliores*, *utpotè* quod incendium ſimplex ſemel ortum nullo reſtingui poſſit modo, quia aqua marina flammæ non multa infuſa, magnopere eam exſuſcitat. *Dio lib. 50. f. m. 441. ex pulvere verò pyrio proveniens*, uno momento omnia divellat, & in aërem disjiciat.

(3.) *Inter Claſſes*, uti *cum Cæſare l.3. de B.G. in pr. ac alibi Cicerone l.10. ad Attic. Ep.8. 5. in Verrem c. 17. & 19. ter ac ſeqq. & paſſim & aliis Scriptoribus communiter* vocant, navales, (*quas nonnulli ex veteribus & inprimis Cæſar l.5. p.m.109. bis Hirtius de Bello Afric. poſt pr. & Apuleius l.11. Metamorph.* in verbis, Ecce literæ de novi commeatus proſperâ navigatione, *à commeando vel ſimul meando commeatus, quomodo etiam Liv. l.37. c.13 intelligendus eſſe videtur: alii verò Cataplus nominarunt*, ut patet ex illo *Auſonii in Urbibus, carm.12.*

— — — *Tote tibi navigat orbe cataplus*

Ex Martial. lib.12. Ep.75.

Cum tibi Niliacus portet Cryſtalla Cataplus.

Quæ vox & magis propriè etiam portum ac appulſum claſſis vel navium ſignificat, ut patet ex L.4. §.5. ff. de Offic. Pro Conſul, quod poſterius etiam etymo convenit, nam καταπλεῖν dicuntur, quæ importantur, de quo legi poteſt Petav. in Not. ad Sidon. l.6. Epiſt. 8. & Voſſ. in Lexico Etymol. ſub verbo Cataſta. Et ex recentioribus flottas à fluendo & inde Hollandi & alii maritimæ gentes Flottas vel Flotas, vocarunt.

A. *Prima cenſetur fuiſſe apud Græcos Corinthiorum adverſus Corcyreos educta: illos namque primos triremes inſtruxiſſe creditum eſt. Poſteà Jones claſſem adverſus Cyrum primam inſtruxerunt, referente Thucydide lib.1. p. m. 7. quamvis, ſecundum Homerum in Iliade β. Dictyn Cretenſem de Bello Trojano l. 1. p. m. 16. & ſeqq. & Daretem Phrygium de Excid. Trojæ poſt pr. Agamemnon & belli ſocios ante illa tempora magnam claſſem, & quidem mille ducentarum & duarum navium ad Trojam deduxiſſe dicatur, ut refert Iliad. B. & ex illo tradit Thucydid. d. l.1. p.m. 6. ubi tamen id in dubium vocat. de quo plura apud Meriſotum in Orbe Maritimo l.1. c.1.2. & 31. ac Bochart. in Geogr. Sacrâ Tomo 2. l.1. c.36. & ſeq. multis.*

Romanos ſerè ad bellum navale animum applicuiſſe certum eſt: Illud enim tempore belli Punici primi primùm
B. *factum, & ſequenti ex occaſione tectam navim ædificatam, navalesque ad remigandum inſtitutos fuiſſe refert Polybius lib.1. c.20. & 21. Quum Carthaginenſes cum Romanis* (qui tunc ne longam quidem unam navim aut lembum ſaltim unum habuerunt, verum actuariis quinquaginta remorum & triremibus, quas à Tarantinis, Locris, Eleatis item ac Neapolitanis commodato acceperant) *navali prælio concertarent, & una illorum navis cupiditate pugnandi propiùs accedens littori ita impingeretur, ut inde in poteſtatem Romanorum veniret, pro exemplo hæc illis fuit, ad cujus inſtar claſſem ædificarunt univerſam. Dum verò illi, quibus inſtruendarum navium cura incumbebat, in parandâ claſſe occupabantur, alii remiges cogebant, & ad remigandum eos hoc modo in terrâ exercebant. Remiges ad remigia in littore ſedere juſſos eodem ſervare ordine, ut ſi in navium tranſtris conſiderent, hortatore in medio locato omnes ſimul reclinare ſeſe manus adducendo & rursùs incum-*
C. *bere easdem propellendo, principio & fine motus ad pauſaris juſſionem facto, aſſuefaciebant. Hæc verò quamvis diſertis verbis referat d. l. Polybius probatus auctor: Contrarium tamen*, quod ſcilicet jam anteà naves tectæ Romanis fuerint notæ, *ſtatuit Savilius de militiâ Romanâ p.m.445. & ſeq. idque probat tùm ex Livii Epitome lib.12. tùm ex Appiani fragmentis, ex quibus conſtat*, Romanis antiquum fœdus cum Tarentinis fuiſſe, ne illi ultra Promontorium Lacinium navigarent, & quod Romanus Duumvir cum decem navibus tectis exploraſſet magnæ Græciæ littus, ex illis quatuor merſæ, una capta, & Duumvir cæſus. *Interim tamen verum eſt, bellum navale publicum vel perfectum Romanis primùm cum Carthaginenſibus interceſſiſſe. Sed non diu intra hoc principium exile ſtetit illorum navalis militia: primo enim ſtatim belli illius anno Romani jam eduxerunt* 100. *quinqueremes, &* 20. *triremes, juxta Polyb. lib.1. c.20. quorum tamen numerum ad* 160. *na-*
D. *ves perducit, easque tantâ celeritate eſſe confectas, ut intra* 60. *diem, quam ſylva cæſa fuerat, in anchoris ſtetiſſe refert Flor. lib.2. c.2. De aliâ à Scipione in exſtruendis navibus celeritate lege Liv. l.28. c.45. Tertio verò anno Romanorum claſſis trecentarum triginta navium longarum & tectarum, & militum ad centum millia & quadraginta numerum implevit, referente eod. Polyb. d. lib.1. c.25. & 26. Et quarto anno trecentarum & quinquaginta navium claſſem ſub M. Æmilio & Servio Fulvio in Africam miſerunt, recenſente Eodem d. l. c.36. quæ deinde in Siciliâ aucta numerum confecit navium* 364. *ſed in medio mari tempeſtate fœdâ ita fuit afflicta, ut ſolummodò* 80. *ſuperſtites manerent. Nihilominùs tamen novam claſſem tantâ feſtinatione compararunt, ut intra trimeſtre ſpatium iterùm* 220. *naves novas exſtruxerint, teſte eod. c.38.*

Poſteà in bello piratico, Pompejus 500. *naves inſtruxit, Legionariorum* 120000. *equitum* 5000. *cæpit, utro-*

fert Plut. in ejus vitâ c. 42. & in bello Civili contra Cæſarem eduxit, militares totidem præter innumeras alias naves, ſecundum eundem c. 105. ac ſub Auguſto in famoſo illo bello Civili Romanorum inter ſe diſſidentium totam navalem vim & univerſam claſſem in ſexcentis navibus, præter innumeras onerarias, quarum Lepidus ſolùm mille habuit, conſtitiſſe annotavit Appianus de bello Civili lib. 1. & 5. p. m. 1170. & d. p. 1175. Majorem numerum nemo Hiſtoricorum refert, & ſi referat, onerarias & actuarias ſimul comprehendi certiſſimum eſt. Sicuti etiam mille illas naves, quas Germanicus ad debellandos Germanos requiſivit, non bellicas ſolùm, ſed onerarias & actuarias, immò minutas etiam ſimul fuiſſe ex ipſo Tacito lib. 2. Ann. 6. apparet.

Devictis verò bello navali Carthaginenſibus, & Civili bello ſopito, cum hoſtis mari potens non ſupereſſet, claſſis Romanorum diviſa ad maris dominium ubique tutandum & amplıandum, & ideò una in Italiâ ipſâ, altera in mari infero & in Galliis, tertia in Ponto Euxino, & quarta tandem ad Rhenum & mare Britannicum conſtituta fuit, ut ex Cæſare l. 4. de Bello Gallico paſſim Tacito & aliis antiquioribus hiſtoriis patet. Sed multi, & inter illos *Sueton. in Aug. c. 49. & Veget. l. 4. c. 31. ſaltem duarum Italicarum nempe Miſenatium & Ravennatium mentionem reſpectu ſcilicet ad ſua tempora habito faciunt.*

Memorabilis verò inter Barbaros fuit Darii in expeditione contra Scythas ſuſcepta, in quâ habuit 600. naves. Herod. lib. 4. p. m. 274. Quam tamen longè ſuperavit illa Xerxis adverſus Europæos inſtituta expeditio, in quâ habuit claſſem triremium mille ducentarum & ſeptem, & præterea biremes & actuaria navigia ad trium millium, (Cornelius Nepos in Themiſtocle c. 2. refert 1200. longas naves & 2000. onerarias) fuitque claſſis illa Aſiatica in univerſum 517610. virorum, & computatis in illum numerum copiis Europæis navalibus 34000. viros conficientibus, fuit ſumma totius navalis militia 551610. virorum. Herodot. lib. 7. p. m. 479. & ſeq.

Cui claſſi navium numero æquiparari poteſt illa, quam Carthaginenſes contra Siciliam & Italiam inſtruxerunt navium 2000. & ultra, & onerariarum ultra 3000. complectens. Diod. Sicul. lib. 11. c. 20. Plutarchus tamen in Timoleonte c. 37. numerat ſaltem triremes 200. milleque onerarias. Nec omittenda eſt claſſis Antonii & Cleopatræ conſtans 800. navibus cum onerariis juxta Eund. in Anton. c. 73.

Sed has omnes ſuperavit claſſis Ptolemæi Philadelphi conſtans navibus plusquam 3000. inter quas fuêre nonnulla immenſæ magnitudinis cum remis plumbeo manubrio præditis referente Athenæo l. 5. Deipn. c. 5.

De veterum claſſibus plura apud Ricciol. in Geogr. & Hydograph. Reform. l. 3. c. 20. & l. 10. c. 11. & Majolum Tomo 1. Dier. Canic. collat. 23. p. m. 538. conſignata ſunt.

A Chriſtianis quoque inſtructa claſſes jam olim fuerunt: Siquidem conſtat, jam anno Chriſti 449. Anglos, hoc eſt, Saxones maritimos Britanniam navibus petiiſſe & occupaſſe, ut illud inter alios Henr. Huntindon. lib. 2. Hiſtor. in præfatur. Poſtea verò Danos & Norvegos magnis copiis trajicientes Regnum illud Anglorum occupaſſe, ex Hiſtoricis conſtat, & quidem circa annum 900. 33. navibus, & paulò poſt 250. ibi appuliſſe refert *Idem lib. 5. in pr.*

Deinde variæ paſſim inſtructæ ſunt claſſes: *Inter maximè verò memorabiles numeranda ſunt claſſis illa, quæ ſub auſpiciis & ductu Friderici I. Imperatoris* in

A. terram ſanctam directa fuit, quæ primò ex 55. Teutonicis & quinque aliis conſtitit, ſecundum *Arnold. in Chron. Slavon. l. 3. c. 36. ſed illa mox* per ſubſidia Regum Galliæ & Angliæ item Comitum Flandriæ & Hollandiæ ita aucta fuit, *ut poſt Friderici mortem trecentis navibus conſtiterit, ut poſt alios narrat Thyſius in Hiſt. nav. p. 10.*

Nec non una atque altera à Venetis, Genuenſibus & Piſanis Rebuspublicis & Populis Italiæ olim ſimul potentiſſimis exſtructa. Illos enim expeditionem Syriacam primam anno 1097. inſigniter promoviſſe, ex hiſtoriis & inprimis *Bizaro in Illius deſcriptione ante med. conſtat* ita ſcribente. *Veneti, Piſani, & Genuenſes rerum navalium apparatu inter ſe mutua æmulatione certantes, illuſtriſſimam claſſem ad hujus belli expeditionem adornaverant, quæ certè in unum coeuntes longè* B. *omnium, quæ ullo unquam tempore Chriſtiana potentiâ armata fuit, præclariſſima exſtitit.* Ubi pluribus legi poteſt. *Laudat illo nomine tres has Reſpubl. etiam Æmilius l. 6. Hiſtor. f. m. 186.*

In ſpecie verò Venetã claſſẽ 200. circiter naves confeciſſe Bizarus ibid. Sabellic. Dec. 2. Hiſt. Veneta l. 5. p. m. 81. & Juſtinianus Ejusdem Hiſt. l. 1. ante fin. memorat. *Plures Venetorum claſſes dicti Auctores paſſim referunt.*

Quod Piſanos attinet, cum illorum navalis potentia Venetæ & Genuenſi par nunquam fuerit, & ſucceſſive planè fracta fuerit, de illâ hic nihil notare voluimus.

Genuenſes verò quod concernit, Illos jam olim militaris navalis diſciplina & experientia laude omnes cæteras nationes ſuperaſſe refert Æmilius lib. 10. f. m. 331. Jovius Hiſt. lib. 13. & 14. De quo videri etiam poteſt C. *Bizarus de dictâ prima Syriaca Exped.* Scribit hinc *Sabellicus Dec. 2. Hiſt. Ven. l. 1. in pr. illos diu cum Venetis de imperio maris decertaſſe, tandem tamen ad cedendum adactos fuiſſe*, de quo etiam legi poteſt *Juſtinian. de Rebus Venet. l. 6. poſt pr. ubi comparationem inter utriusque Reſpubl. vires & Virtutem inſtituit.*

Turcarum quædam præterito & noſtro ſeculo exſtructa. Licet enim illos in iſto demùm tempore adſcito in conſortium Chariadeno Archiparatâ juſtâ diſciplina introductâ creviſſe maritimâ potentiâ verè tradat. *Maurocenus lib. 4. Hiſt. Ven. circa pr. Illa tamen* paulò poſt ad 300. circiter in prælio ad Echines commiſſo navibus, ut jam dictum, aucta fuit, hâcque à Chriſtianâ claſſe planè deletâ, ſequentibus annis ab illis nova & terribilis claſſis ſumma celeritate conſtructa eſt, & quidem immenſo numero, *ita ut anno 1574. paulò minus 400. navibus diverſi generis conſtaret, ut narrat* D. *Idem Juſtinianus l. 16. in f.*

Quibus omnibus tamen prævaluerunt ex parte Chriſtianorum illa, quam Italiæ Magnates & Rex Hiſpaniæ anno 1571. contra Turcas armaverunt & eduxerunt continens in ſe 210. longas naves, quarum ſingulæ 150. milites præter ſocios navales vexerunt, ſex Galeatias & 28. onerarias naves etiam militibus refertas, (*Maurocenus lib. 11. ad ann. 1571. in pr. habet* 120. *triremes, 6. Galeatias, naves 25. minora navigia complura*) *atque ita exercitum 36600. vexerunt* ——— *de quâ vide Grattian. de Bello Cyprio lib. 4. p. m. 326. qui p. 371. & ſeq. ſcribit, ex Turcicâ claſſe* (quæ tunc ſecundum Mauroc. d. l. p. 436. triremibus 230. & biremibus 60. conſtitit) *in prælio habito à Chriſtianâ claſſe cæſa fuiſſe ad 30000. Turcarum, quod etiã Mauroc. d. l. p. 440. refert, & liberata Chriſtianorum mancipiorum ex diverſis gentibus ad 20000.* ex quibus numerus univerſi Exer-

citû

citûs & copiarum æſtimari poteſt: *Triremes* 117. *ac* 5000. *captivos ab hoſte obtentos Maurocenus d. f.* 440. *& Juſtinianus d. l.* 16. *f.* 342. *illarum* 220. *paulo minus capta* 70. *circiter demerſas & incendio abſumtas &* 25000. *Turcarum cæſa eſſe memorat.*

Et dua illa Hiſpanica, quarum prior 130. *navibus* 19295. *milites (Schoockius de Imperio maritimo c.* 9. *tam milites, quàm ſocios nauticos* 120000. *numerat,* de quo numero & apparatu etiam legi poteſt *Majolus Tomo* 3. *Dier. Canicul. Coll.* 2. *p. m.* 218. *Thyſius d. l. & Strada D.* 2. *l.* 9. *p. m.* 651.) *vehentibus, & tormenta majora bellica* 2600. *vel ſecundum alios* 2744. *ta ſe continentibus, conſtans, ut legi poteſt in Catalogo ex Hiſpanico libro ab Eizingero in Germanicam linguam translato apud Orlers.* in dem Naſſauiſchen Lorber-Crantz *f.* 31. *& ſeqq. & Meteranum l.* 15. *f.* 774. *& ſeq. qui tamen inter ſequandoque diſſentiunt, & invincibilis nomine tumens, anno* 1588. *ab Anglica claſſe adjuvante fœdâ tempeſtate profligata: poſterior navibus* 67. *in univerſum conſtans, anno* 1639. *ab Hollandiæ Admirali Trompio diſſipata fuit. Schookius d. l. c.* 20.

Thyſius in Hiſt. Nav. c. 21. *in priori claſſe* 145. *naves magnas* 20000. *militum, nautarum* 12000. *multosque proprio ære militantes Nobiles: in poſteriori etiam* 67. *magnas naves* 25000. *milites tormenta circiter* 1700. *fuiſſe c.* 69. *narrat.*

Annotandum etiam eſt, Turcarum Imperatorem Anno Chriſti 1645. *ſub ſpecie invadendæ ob gravem ab Equitibus per captivitatem navis Turcicæ ac Sultanæ & alia damna illatam injuriam, Melitæ, ſubdolè autem ad alias Chriſtianorum Provincias, ſi quà poſſet, ac tandem ad Regnum Candiæ ſub illo prætextu, quod Venetæ triremis Turcicæ illi navi ſuppetias non tulerit,* uti memorat *Priolus de Reb. Gall. lib.* 2. *c.* 37. *occupandum ingentem claſſem ex* 6. *Galeris,* 8. *Galleazzis, &* 10. *Galeonibus, nec non* 600. *Carmeſellis,* navibus rotundis ita dictis, 1000. *Fregatis ac* 35. *navibus grandioribus Barbaricis conſtantem, &* 300000. *milites, Spajos ac Voluntarios in ſe continentem expediiſſe, teſte Gottfrid. Schulz. in Chron. ad prædict. annum.*

Apparatus tamen prædicti æquandi non ſunt cum iis, quos Anglorum & confœderatorum Belgarum apparatibus tam quo ad numerum claſſiariorum militum & tormentorum quam ad ſubitam claſſium reparationem & adverſus hoſtes eductionem.

Cum enim anno 1665. *inter utroſque hoſtilitas & bellum oriretur, illi in primâ claſſe recenſente Auctore Diarii Europæi parte* 12. *p.* 357. *& ſeqq.* 132. *majores bellicas & ſeptem minores naves, in illiſque* 3821. *tormenta bellica ac* 20904. *claſſiarios & contra hi, ſcilicet Belgæ,* 111. *naves unà cum neceſſario tormentorum & claſſiariorum inſtructu habuerunt ſecundum eundem p.* 555. *Et licet hi navali* $\frac{1}{1}$ *& ſeq. Junii* prope Angliam commiſſo prælio amiſſis multis navibus cedere coacti verſus patriam curſum inſtituerint, *attamen in ſequenti menſe Novembris validâ iterum cum claſſe* ad Anglica littora appulerunt, Anglis vero ob peſtem ingentem Londini jam per aliquot menſes graſſantem ſe oſtendere non auſis domum reverſi ſunt. *Sequenti verò anno menſe Majo Angli iterum claſſem validiſſimam* 81. *navibus, & claſſiariis* 21085. *vel potius* 23907. *ac* 4460. *vel potius* 4486. *tormentis inſtructam, ut ſimiliter in d. Diario parte* 15. *p.* 348. *& ſeqq. refertur, & contra Belgæ unitis claſſem æquè potentiſſimam* 91. *navium* 22462. *claſſiariis ac* 4716. *tormentis munitam confecêre, ac hæc iterum verſus Angliam iter ſuum direxit, & cum Anglicâ* 1. *Junii uſque ad* 4. *iterum acerrimè conflixit, eo eventu,* ut utraque quidem victoriam ſibi aſſereret, & claſſem ad novum conflictum repararet, ſed illa revera Belgis ceſſerit, ſicuti etiam illud *Gallicus quidam Poeta his verſibus expreſſit.*

> *Pugnatum eſt Batavos inter fortéſque Britannos*
> *et vix poſt quartam pugna peracta diem.*
> *Littora nota tenent Batavi, fundum maris Angli*
> *Hos meritò Dominos dixeris eſſe maris.*

Anglica quidem claſſis jam ſequenti 16. *Ejuſdem rurſus* 50. *naves paratas habuit,* & nihil niſi claſſiarios deſideravit, *Belgica vero ſequenti* $\frac{14}{24}$. Eidem cum 80. navibus vela dedit & $\frac{19}{25}$. prope Angliam apparuit, quo facto *Anglica ſe* 19. *Julii cum* 90. *bellicis navibus &* 19. *incendiariis contra illam movit, ac cum illa* 25. *ejuſdem conflixit, ſed poſt atrociſſimum prælium illa, nempe Belgica in portum Weilingenſem ſe recepit, Anglica verò* ante littus Hollandicum & Selandicum prope Domburgum ſubſtitit ſeque auxit ac reparavit, & paulò poſt littus Hollandicum prope Hagam infeſtavit, naveſque mercatorias ad inſulam *Flevolandiam Belgis Vlieland.* numero 140. ſubſiſtentes incendio delevit, ac patriam repetiit, *ſecundum Diar. Europ. parte* 16. *p.* 45. *& ſeqq. Paulo poſt, nempe* 24. *Auguſti Claſſis Hollandica* 90. *navibus conſtans è portu Fliſſingenſi iterum ſolvit* & 30. ejuſdem Anglicam paris numeri reperit, poſtquam verò illæ ventorum injuriâ ſe fruſtra tentaſſent. Anglica tandem in Octobri portus ſuos intravit, ejuſque pars quædam Londinum ſe contulit, ut legi poteſt *in d. Diarii Europæi parte* 16. *p.* 58. *& ſeq. multis. p.* 162. *& ſeqq. item p.* 243. *&* 264. *ac ſeq.*

Ac paulò poſt pax inter hos validiſſimos hoſtes compoſita fuit.

Verùm cùm illa ex inſtinctu Regis Galliæ anno 1672. *levibus de cauſis rumperetur, inter utraſque partes Regem ſcilicet Angliæ & ejus confœderatum Galliæ Regem ex unâ & Confœderatos Belgii ordines ex alterâ parte ingentes claſſes paratæ ac inſtructæ fuerunt, ſiquidem Gallica* ex 30. capitalibus & 18. aliis *& Anglica* ex 116. navibus diverſi generis, utraque verò conjunctim ex 164. navibus bellicis conſtans, ut refert *Valckenierus* in dem verwirrten *Europâ Parte* 3. *f.* 233. *in ſubjectis in fine Copiis ſub n.* 15. *&* 16. illorum nomina & claſſes cum apparatu ingenti, qui ex parte Gallorum 10966. homines ac 1926. tormenta bellica, Anglorum verò 23530. homines & 4092. tormenta bellica conficit, recenſens. *Et contra confœderatorum Belgii Statuum claſſis* ex 111. navibus diverſi generis bellicis conſtans 4418. tormenta bellica & hominum 18786. vexit *ſecundum conſignationem ab illo in dictis copiis ſeq. n.* 20. *relatam. Duæ hæ hoſtiles claſſes* 7. Junii illius anni in confiniis Angliæ atrociſſimè congreſſæ ſunt eo eventu, ut Gallica in principio in fugam pulſa fuerit, Anglica verò poſt totius diei pugnam cum non exiguâ jacturâ etiam in portus ſuos, & Hollandica ob pulveris pyrii inopiam etiam verſus Selandiam ſe receperit, ut *apud Eundem. d. f.* 233. legi poteſt.

Sed poſt hunc conflictum inter illas claſſes hoc anno nihil ulterius peractum fuit, ut Idem d. P. 3. *& P.* 4. *tradit.*

Sequenti vero anno 1673. *Belgæ confœderati claſſem ex* 109. *navibus* diverſi generis conſtantem adverſus dictos duos Reges præparaverunt & 23. Maji Schönefeldam miſerunt, ut *Mullerus* in der *Continuation* gedachtes Verwirrten *Europæ Parte V. f.* 16. cum catalogo iſtarum navium refert, ac *ab illis Regibus claſſis* 160. *vel* 140. *navium* diverſi generis congregata & educta fuit, ut *Idem f.* 62. *&* 64. narrat, *ſed* in tribus congreſſibus nihil caput rei tangens peractũ eſt. Claſ-

ſis tamen Anglo Gallica, ut *Idem diverſis in locis nempe f.61.93.& 96.& ſeqq.* refert majora damna ſuſtinuit, & ideo ſemper primùm retroceſſit, licet id ab illis ſemper negatum fuerit.

Referenda huc eſt maxima illa claſſis Eduardi III. Angliæ Regis adverſus Francos anno 1359. educta conſtans 1100. navibus, ut refert *Walſingh. in Hiſt. Angl. ſub illo Rege f.174. & in Hypodigm. Neuſtria ad d. ann. f.688.*

Occaſione navalium horum bellorum, apparatuum & præliorum, ad illorum hiſtoriam & antiquitatem ſimul eo meliùs cognoſcendam, quædam de navibus ejus ſpeciebus & partibus non ubique occurrentia hic annotare volumus.

1. *Navium fabricandarum formam à piſcibus deſumptam eſſe, ſiquidem ab illorum dorſo carina, à capite prora, à cauda temo, à branchiis remi formati Lyl. Gyrald. de navig. c.3. de quo tamen legi poteſt Ricciol. in Geograph. & Hydrogr. Reform. l.10.c.34. Sect.4. ubi is ſequentibus prima navium rudimenta, earumque materias recenſet.*

2. *Naves olim diſtinctas eſſe (1.) in apertas & tectas. Illæ* ceu antiquiſſimæ, tabulata non habuerunt, parvæque formæ fuerunt: *Hæ verò* poſteriori tempore inventæ, majores & tabulatis ornatæ *ac conſtrata*, ut inter alios *apud Hirtium de Bello Alex. p.m.360. & paſſim* atque alios ſcriptores Romanos legi poteſt *dicta* fuerunt, de iis videri poteſt *Bayſ. de Re navali p.m.28. & ſeqq.*

Mercatorias & bellicas, ac harum quidem ſpecies fuiſſe, Moneres, Biremes, triremes, quadriremes, quinqueremes, quibus poſteà quandoque addita Hexeres, Hepteres, Octores à multiplicatâ ſerie & numero remorum ita dicta & diſtincta, de quibus ſimiliter videri poteſt *poſt Plin. lib.7. c.56. Bayſ. p.m. 11. & ſeqq.*

Namque à Philippo III. Macedonum Rege Perſei Patre & Demetrio ultra hanc remorum ſeriem & quidem ſedecim illorum verſus habens exſtructa legitur, inhabilis propè magnitudinis Romanis habita ac inuſurpabilis fuit juxta Livium lib.33. c.16. & Plut. in Demetrio c.58.

Et quæ à Ptolomæo Philopatore ſecundum eund. d. l. c.59. & Athenæum lib.5. Dipnoſoph. c.8. tantâ magnitudine exſtructa fuit, ut 280. cubitos longa, lata 38. alta 48. eſſet, ac quadraginta remorum ſeriem contineret, adeoque 4000. remigum & alios nautas 400. uti & 2950. militum vehere poſſet, magis palatium, quàm navis, adeòque planè ad navigandum inutilis fuit, ut prædicti auctores tradunt. *Et hæc citra ullum dubium illa fuit, quam ita graphicè deſcribit Tyrius diſſert.31.*

Aliam adhuc deſcribit Lucian. Dial. de Navigio p.m. 275. & rurſus aliam à Seſoſtre in honorem Dei fabrefactam ex cedro 280. etiam cubitos longam, extrinſecus auro, intrinſecus argento obductam refert Diod. Sicul. lib.1. c.57. Aliam iterum immenſam & miro modo munitam ac formatam ab Hierone Syracuſano confectam ex Moſchione Athenæus d.l.5. c.9. & ſeqq. plura de his navibus vide apud Ricciol. d.l.10. c.39.

Ad hæc referenda aliqua naves Gallica & alia miranda magnitudinis, utpote Franciſci I. Regis ſeptem velis ornata, de quâ *Bayſius in dedicatoria libelli de Re Navali & Ludovici XIII. anno 1636. & ſeqq. contra Hiſpanos uſurpata, item illa, quam Carolus I. Britanniæ Rex paulò poſt exſtrui curavit, & quam Guſtavus Sveciæ Rex circa medium præteriti ſeculi ædificari curavit tantæ magnitudinis, ut mille milites nauclerosque trecentos*

A. *recipere poſſet, ut refert Olaus Magnus de Gentibus Septentr. l.10. c.3.*

Memoratur etiam à Nicetâ Choniate in Annal. ſub Imperio Alexii Comneni l.3. f.m. 61. magna Venetorum navis Mundus ob vaſtitatem dicta.

Biremium ſpecies fuerunt Liburnicæ, eæque maximè celeres, quia longæ & anguſtæ à Liburnis Illyriorum Populo ceu inventoribus dictæ ſecundum *Appian. in Illyric. in pr. a c.2. de Bello Civ. p.m.743. Veget. l.4. c.33. & Bayſ. d. tr. p.m.18. & 19. ubi illarum formam ære expreſſam refert.*

Fuêre verò hæ biremes vel triremes iterùm duplices, roſtratæ vel turritæ, quarum illæ à roſtris in prorâ exſtructis, *hæ* à turribus ad eò meliorem defenſionem in prorâ & puppi impoſitis ita dictæ ſunt, ſecundum *Plin. lib.32. c.1. & Appian. lib.5. Civil. de quibus plura*
B. *apud Bangert. in Not. ad Helmold. & Arnoldi Chron. Slavor. l.6. c.20. p.m.493.*

Ubi notandum, roſtra ex ære facta & naves ejuſmodi indè æratas dictas fuiſſe, ſecundum Plin. d. c.1. Cæſar. lib. 2. de Bello Civili in pr. & Plutarchum paſſim. Hinc quoque Virgil. lib.10. Æneid. v.223.

Quot prius æratæ ſteterant ad littora proræ.

Fuit autem roſtrorum is uſus, ut iis hoſtium navis in medio curſu transverſaliter peteretur, ac ita vel diſrumperetur, vel tridente æreo annecteretur, quò ita faciliùs capi poſſet, cujus *exempla* occurrunt *in Diod. Sic. lib.13. c.10. & 67. ac paſſim, ac in frag. Polyb. lib.16. c.2. & 3. & apud Hirt. de Bello Alexand. p.381.* nec non *Liv. l.30. c.25. Ejus icones vide apud Bayſ. p.28. 37. & 164. Stevvech. ad lib.4. Veget. c.43. Schefer. lib.2. de militia navali c.5. ubi oſtendit illa triquetra & infra in navis prorâ ſub aqua fuiſſe, quod etiam cum Polybio d.l.16. c.2. & 3. ac aliis auctoribus congruit.*

C. *Triremes & ſimilis generis naves hodie adhuc apud Turcas, Italos, Hiſpanos & Gallos in uſu ſunt, & ſecundum magnitudinem in Galeras, Galeottas, Galeazzas & Galeones dividuntur.*

Ex quibus prima jam à Græcis Imperatoribus uſurpata & ita dictæ fuerunt, ut patet ex *Imperatore Leone in Tact. c.19. num.71.* ubi tradit *naves unius remorum ordinis Galeas vocari, eaſque ad omnem belli eventum armis inſtructas in promtu habendas eſſe*, de quo etiam legatur *Scheffer. d. tr. l.3. c.1. at ideo vocabulum illud cum Martin. in Lexico potius pro Græco, quam cum Voſſio de Vitiis Lat. Serm. l.1. c.1. pro Latinobarbaro habendum ſit, utitur illo verbo etiam Cedren. in Compend. Hiſtor. f.m. Editionis Regiæ 581.* ubi illas aliâs Saracenis Cumparia dici ſcribit, *& Martin. d. l. à κέλης, celox derivat, alias derivationes vide apud Forcat. de Gall. Imper. & Philoſ. l.4. p.599. ſed non probandas, quia illarum inventionem recentiorem facere videtur. Illa-*
D. *rum deſcriptionem, ſecundum hodiernum ſcilicet uſum, vide apud Ricciolum, in Geogr. & Hydogr. Reform. l.10. c. 35.* referentem illas inter triremes propriè numerandas non eſſe, quia ſimul duobus malis veliſque inſtructæ ſunt, ubi legi poteſt.

Secunda ab Eodem ibidem media in Faſtas & Galeras eſſe dicuntur, & habere 16. uſque ad 25. remos ab uno latere, unumque malum.

Tertia Eidem d.l. dicuntur eſſe naves tribus malis, ac velis, ſimulque remis inſtructa.

Quarta verò Eidem ſunt maxima naves in mari mediterraneo & Oceano, ac ſimul fortiſſima & capaciſſima, quatuor vel quinque malis & multis velis prædita, remis verò non utentes, niſi fortè in malaciâ vel portus ingreſſu ope remulci: *addens Luſitanis vocari Caraquas, & unum Venetorum Galeorum poſſe 40. circiter Galeris reſiſtere.*

A Ga-

A Gamurino de Bello Belgico l.6. p.160. corbita vocantur.

Vide etiam de his Galeazzis & Galeonibus Stradam Dec.2. de Bello Belg. l.9. p.m.650. & de Galeris, Galeotis & Galeonibus Maurocenum l. 4. Hiſtor. Venet. f. 149.

Pertinent huc Fuſta, quæ Ricciol. d. l. ſunt naves longæ remos 12. aut 15. ab unoquoque latere habentes.

Actuaria ab agendo per remos dicta ſunt naves ad trajiciendos milites & exercitus aptæ & deſtinatæ vide *Marcel. de Propr. Serm. c.13. num. 9. Meminit illarum Caſ. l.5. de B.G. in pr. Liv. l.21. c.28. & l.38. c.39. & Cic. l.5. Epiſt. ad Attic. 9. ac actuariolas l.10. Ep.11. vocat illas Marcel. d. l. celeres.*

In illarum claſſem pertinent Pontones ad milites transfretandos & portandos uſurpati & à *Caſ. l. 3. de B. C. p. m. 309. memoratæ. Item Hippagogi & Hippagoga* ad equos transportandos inventi, ac uſurpati ut legi poteſt apud *Herodot. l. 6. num.153. & l.7. num.* 180. *Liv. l.44. c.28. & Iſidor. l.19. c.1.* quo verbo etiam utitur *Thucyd. l.2. p.m.85. ac l.4. p.m.177. ſed cum adjecto ſubſtantivo, nempe navis Feſtus illas hippagines naves vocat.*

Onerariæ ad vectionem annonæ & inſtrumentorum bellicorum, ac nonnunquam etiam militum deſtinatæ ac uſurpatæ, ut conſtat *ex Caſ. l.40. de B. G. p. m.90. Liv. l.30. c.24. & c.36. l.32. c.18. & l.36. c.7.* vocantur ideo etiam *frumentariæ*, ut demonſtrat *Bayfius. in d. tr. p.89. Marcel. d. c.13. num.15. ob iſta onera illas tardas vocat.*

Phaſeli media inter onerarias & longas naves Appian. de Bell. Civil. l.5. p.m.1151. vide etiam Marcel. d. c. 13. n. 7.

Meminit illorum Cicero l.1. ad Attic. Epiſt. 13. & l. 14. Epiſt. 16. & illi procul dubio à Phaſeli urbe Piratarum receptaculo apud Eund. 4. in Verr. c. 10. ita dicti ſunt.

Celoces Piraticæ naves & Lembi à Livio l. 37. c.27. & Nonio d. c.13. num.1. & 5. memorati.

Myoparones, à duabus navibus Myone anguſtâ & oblongâ navi, *& Parone ab inſulâ Paro*, ubi primum uſurpata hæc navis ita *dictus Feſt.* ſub illo verbo, de quo vide *judicium Biſciola T.1. l.6. c.19.*

Fuerunt verò naves celeres, bellicæ & piraticæ ſecundum Cicer. l.1. in Verr. c.34. l.3. in Verr. c.80. l.4. in Verr. c.52. & l.5. in Verr. c.28. & 38. Flor. l.3. c.6. in pr. ubi illos Leves & fugaces vocat. & Hirt. de Bello Alex. p. m. 381. Quibus junge Nonium d. c. 13. num. 6.

Hodie illos curſorias dici & hinc Piratarum naves Corſares nominari putat Kipping Diſſert. de Expedit. Maritimâ in f.

Quo ſpectant exploratoria ſive ſpeculatoria naves apud Caſar. l.5. de B.G. p.m.93. & Livio l.36. c.41. & ſeq. quæ maximè celeres & ſecundum *Bayf. p. 104. & ſeq.* celoces à Græco dictæ ſunt, *à Cicerone verò d. l.14. Ep. 16. Phaſeli Epiſcopi vocantur. Meminit illarum etiam Veget. l.4. c.37. addens, illas ne candore prodantur, colore Veneto* (qui marinis eſt fluctibus ſimilis) *vela tincta habere & funes: Nautas quoque & milites talis coloris veſtes induere, ut non ſolum per noctem ſed etiam per diem faciliùs lateant explorantes.*

Meminit quoque agrarii ceu navigii Conſtantin. Porphyr. de Adminiſtr. Imper. c.51. & Anna Comnena l. 7. Alexiad. f. m.105.

Plures & fortè omnium navium ſpecies congeſſit Ric-
A. *ciol. in d. Geogr. & Hydrograph. d. l.10. c.25. & Scheffer. l. 2. De Militiâ Navali c.1.* quibus junge *Non. d. c. 13. Iſidor. d. l.19. c.1. & Hendreich. in Carthag. l.2. Sect. 2. memb.2. c.2. Tit. Genera navigiorum.*

Quo ad bellicas naves addendum, primariam eſſe Prætoriam das Amiralſchiff. Eique proximam *Subprætoriam* das Vice Amiralſchiff / illisquè addi *tertiam*, quæ *Hollandis* Schuetz *vel* Schut by Nacht dicitur, & excubiarum gubernatrix eſt, de quâ *ſeq. n.4.* plura diximus.

Præſidiarias eſſe, quia vel onerarias & Mercatorias comitantur & tuentur, *vel* certo in loco præſidii causâ ſemper ſubſiſtunt, quales Hollandorum Orlogs Schiffe quaſi Orthläger / *licet alii illas ab* antiquo verbo Orlog / quod bellum denotat, derivent.

B. *Incendiarias eſſe* quæ neque milite neque tormentis armatæ ad hoſtiles naves incendendas ſolummodò præparatæ ſunt, *Uſi jam ſunt illis Tyrii adverſus Alexandrum M. apud Curt. l.4. c.3. in pr. & Caſſius Pompejanam claſſem illis incendens apud Caſar. l.3. de B.C. p. m.347. ubi hic refert.* De ingenti illâ Machinâ incenſoriâ ad pontem à Farneſio factum incendendum & disrumpendum ab Antvverpianis anno 1585. inventore Friderico Junibellio ſecundum *Thuan. l. 83. f. m.* 46. vel Juntbellio ſecundum *Meteran. l.12. f. m. 628.* ſed ſecundum *Reidan. l. 4. Ann. f. m. 70.* Ferdinando Genebellâ exſtructâ ſed absque ſperato effectu adhibitâ legi poteſt præter dictos auctores *Nicol. Orlandinus in Annal. Societ. Jeſu. ad d. annum ſub dicta obſidione.*

Annonarias verò, quæ annonam vel commeatum vehunt.

3. *Præfectum claſſis* ſecundum Liv. l.26. c.48. *Latinè*
C. *vocari etiam à Græcis mutuato verbo Thalaſſiarchum & Archithalaſſum*, communiter verò *Europæis Ammiralem: Hujus etymon Turneb. l.28. c.2. Junius ad Codin. de Offic. Conſtant. p.309. & Voſſ. de Vitiis Serm. Lat. l.2. c.2. ab Arabico Emir vel Amira*, quod Dominum, & *Græco* ἁλιος, quod marinum, ut notum eſt, ſignificat, ita ut ſignificet Dominum maris, derivat, quod tamen poſtea *in Lexico Etymolog. ſub verbo Muraatica* mutare voluit.

Jacobus Goar. in Not. & Obſervat. ad Codinum de Offic. Conſtantin. c.2. num.43. ex Leunclavio in Onomaſtico altero Hiſtor. Muſelm. ſubjuncto ab Arabico Emir Halem ita deducit, ut quemadmodum vox illa dominum flammeolorum & vexillorum *apud Turcas*, ſive ſupremum Sultani vexilliferum ſignificat, *ita et apud Græcos* etiam magnum flammeolarem vel flammularium denotet, *quia* etiam maris præfectus regio vexillo pro Imperio donatus fuit, ut ex *Imper. Leone in Tac-*
D. *tic. c.19.* conſtat.

De ejus variâ ſignificatione vide Gretſer. de Cruce Tomo 3. c.12.

Sed ſi Auctores, qui Hiſtorias Orientales & Itineraria ante aliquot ſecula ſcripſerunt, & ipſimet partim in illis terris fuerunt, accuratè inſpiciamus, *vox illa ab Arabicâ Lingua omnino deſcendẽs non Præfectũ maris, ſed Præfectum, Gubernatorem, & Principem alicujus regionis à Rege conſtitutum, denotat*, ut videri poteſt apud *Auctorem Chronici Hieroſolym.* qui in principio duodecimi Seculi illud ſcripſit, & à Reinec. editus ſimul eſt *l.3. c.36. & c.66. l.7. c.13. & 17. l.9. c.28. & 50. & l.10. c. 35. & 45. Tyrium in Hiſtor. Orient. l.21. c.23. & Haython. in Hiſtor. Ead. c.50. nec non Imper. Conſtantinum Porphyr. de Adminiſtr. Imper. c.25. ubi ſimul Amiradas tales Præfecturas vocat:* ſicuti etiam *Cedrenus in Compend. Hiſtor. ſub Imperatore Heraclio f. m.350 ad imperii nomen eſſe ſcribit. Vel officialem bellicum* ſub certo ſti-

pendio copias quasdam ducentem, *ut ex Haytono d.l. &* *Johanne de Mandeville Equite Anglico*, qui per 33. años in Oriente peregrinatus, & ſub Sultano miles fuit, annoque demum 1354. in Germaniam rediit, ut ipſe *in Itiner. ſuo parte 1. c.7. & in fine illius* refert, patet, ille enim *d c.7.* expreſſis verbis narrat, *Rectorem vel Præfectum ſuper 400. vel 500. ſtipendiarios milites, quorum quilibet cum tribus equis & camelo ſervit, Admirabilem*, (quod cum Admirali idem eſt) *vocari*.

Quibus hic addendum à Tacito quidem d. l.2. Hiſt. c. 16. navium præfectum etiam Trierarcham dici, ſed hunc propriè, unius triremis præfectum eſſe, ut ex etymo & Græcis ſcriptoribus notum eſt; de quo vide *Polluc. in Onomaſt. l.1. c.9. num.25. & Suidam ſub verbo Trierarchia, & Thucyd. l.6. ante med. & Xenoph. l.6. Hiſtor. Græc. poſt pr.* ex quibus tamen partim patet, illos apud Græcos ſimul dominos triremium fuiſſe. *Apud Latinos vero utpote Tacit. d.c.16. & præc. c.9. l.3. Hiſt. 12. ac 14. Ann. 8. Cicer. 2. in Verr. c.20. & alios illi pro nudis navium vel triremium præfectis ſumuntur. Sicuti etiam illis Navarchi ſaltem ſingularum navium rectores ſunt, ut ex Cicer. 5. in Verr. c.24.31.39. & 40. ac paſſim conſtat. Contrarium tamen Heſych. & Suidas ſub illo verbo tradunt*, ſicuti etiam *Demoſthenes Navarchum ſemper pro Claſſis Præfecto ſumit, in primis vero in Orat. de Coronâ f.m.30. ubi Leodamantem* ducentarum navium præfectum hoc nomine exprimit, & *præc. f.14. ubi Eundem* tanquam navarchum cum 20. navigiis in Helleſpontum ad portandum frumentum miſſum eſſe narrat.

Differt autem hic à Nauclero, quoniam ille navis dominus eſt, ut tradit *Plut. in Præc. Polit. c.27.* his verbis: *Nautas eligit Gubernator & Gubernatorem Nauclerus*, & *Iſidor. d. l.19. c.1.* vi etymi demonſtrat. *Et à G bernatore navis, quoniam hic ſaltem ad clavum ſedet*, & navis curſum ſive per ſe, ſive ad Navarchi præceptum dirigit, ut ex *Cic. de Senectute c.6. l.8. Epiſt. ad Attic. 11. & paſſim, & Cæſare de B.G. l.5. p.m.103. & l.1. de B.C. p.m.253. ac paſſim conſtat* ac per ſe notum eſt: *& porro quivis horum à Naviculario, quia hic* dominus privatæ & quidem negociatoriæ navis fuit, ut *ex Cicer. Pro L. Manil. c.10. & aliis in locis ac Tacito 2. Ann. 55. apparet.*

4. *Navium Prætoriarum ſignum olim fuiſſe ignem, eum in finem, ut reliquæ naves eo certiùs illas pernoſcere & inſequi poſſent. Dio l.49. f.m.402. Diod. Sicul. l.20. c. 77. & alii à Scheffero d. l. allegati*, vide etiam *Florum l.4. c.8.*

Cum Scipio in Africam magna cum claſſe trajiceret, referente Liv. 29. c.25. imperatum fuit, ut roſtrata ſingula & oneraria bina lumina haberent, prætoria vero inſigne trium luminum eſſet.

Unde procul dubio adhuc hodie navis illa, quæ à vice prætoria proxima eſt, & ab Hollandis Schulz by Nacht *vel* Schut by Nacht *vocatur, & cui excubia primaria competunt, à lucernâ ardente noctiluca dicatur, ut apud Thyſ. in Hiſtor. Nav. c.47. legi poteſt.*

De hodiernis illarum ſignis vel vexillis præc. c.3. th. 15. expl.3. num.2. in pr. egimus.

5. *Apud Hiſtoricos*, ut obſervavimus, *reperiri*, quod unâ atque alterâ vice naves ex uno mari interno in aliud per terram & montes ſingulari inventione tractæ fuerint.

Sicuti Dio l.50. f. m. 426. ſed dubiâ fide memorat, quod Antonius triremes ex mari exteriori per murum in ſinum Ambracium tranſtuliſſe dicatur loco ſulco-

A. rum, per quos eæ ducerentur, tergoribus animalium recens direptis, oleoque inunctis uſus.

Sic Normanni Pariſiorum urbem obſidentes civibus omni inſtantiâ aſcenſum Sequanæ prohibentibus naves per ſiccum plusquàm duobus paſſuum millibus traxerunt, & poſtea flumini iterum immerſerunt, *referente Reginone l.2. Chron. ad ann.*888.

Et Veneti in bello cum Mediolanenſi Duce & confœderatis geſto biremes ſuper aſperrimum montem ad octo millia paſſuum junctis curribus machiniſque ſubditis vexerunt, narrante *Platinâ in Hiſtor. Mantuanâ l.5. p.352.*

Sic quòque Turci in obſidione Conſtantinopolitanâ ultimâ anno 1453. quinquaginta galeras ſuper montes circa Peram ſitos ad duo uſque milliaria Ger-
B. manica expanſis velis inaudito & incredibili ferè modo egerunt, ac ita in Boſphori ſinum intra duas civitates immiſerunt, ac tandem per eas urbem devicerunt, ut refert conciſè *Chalcocond. de Reb. Turcic. l.8. poſt initium & latè Fugger. ac Bircken. in Hiſtor. Auſtriacâ l.5. c.9. p.605. Quod etiam paucis narrat Leuncl. l.15. Hiſtor. Muſulm. in pr.*

Quo pertinet quodammodo, quod Semiramis naves ſolutiles confici curavit, easque ſolutas per camelos ſuper terram tranſportari juſſit, ut legitur apud *Diodor. Sicul. l.2. c.17. quod etiam Curt. l.8. c.10. à Perdiccâ & Hephæſtione factum eſſe memorat.*

Nec non, quod Galliæ Rex in poſtremo cum Imperio noſtro & confœderatis geſto bello naviculas ex cupro confici curarit, easque plauſtris vectas ad trajiciendum uſurpaverit.

C. 5. *Naves plurimis partibus & acceſſoriis uti etiam Inſtrumentis conſtare, quarum & quorum nomenclaturam refert Iſidor. l.19. c.2. Bayf. d. tr. in f. & Junius in Nomenclaturâ Tomo Priori ſub Tit. de Re Navali p.m. 206. & ſeqq.*

Quibus addendum armamenta navium omnem illorum apparatum & inſtructionem denotare, illoque verbo uti Cæſar. l.3. de B.G. p.m.72. & l.4. p.m.94. ac l.1. de B.C. p.m 353. & Liv. l.36. c.44. Et ſimul ad illa ſpectare dolones, qui in hâc materiâ ſunt certa vela ad proram defixa curſum promoventia apud *Eundem d.c.44. & ſeq. Iſid. d. l.19. c.3.* Plura ad naves pertinentia *ſeq. c.13. th 3. expl.13.* conſignavimus.

III. Ordinarium prælium eſt, quod hoſtilium exercituum Ducibus dirigentibus ſtudio & ſigno ad id ab utraque parte dato mediantibus acierum ſtructuris committitur, de quo in *theſi 6. & ſequentibus* ex pro-
D. feſſo actum eſt.

Ubi notandum talia prælia quandoque ex utriusque partis condicto olim commiſſa eſſe & adhuc committi, *dum* alterutra pars alteri diem & locum prælii per fecialem vel æneatorem aut tympaniſtam indicat, & hæc fortitudinis declarandæ causâ in illud conſentit, ut *ſeq. th.6. explic.3.* demonſtravimus.

Tumultuarium verò, (quod etiam accidentale vel occaſionale nominari poteſt) *quod* vel citra alterius vel utriusque partis ac Ducum intentionem & ex accidenti quodam vel occaſionaliter, adeoque per partes fortuitò occurrentes inchoatur, & ſucceſſivè per integros exercitus opem ſuis ferentes committitur. *Quale inter Romanos & Annibalem* occaſione prohibendorum prædatorum commiſſum eſſe refert *Livius*

vius l.22. c.41. qui ſimile inter utroſque ortum *præc.c.* 5. *& 6. narrat. Simile inter Annibalem & Saguntinos* obſeſſos ferè evenit, ut narrat *Idem l.21.c.8. Aliud inter Romanos &* Syphacem *Idem. l.30.c.11.* & inter illos ac *Macedones* occaſione jumenti cujuſdam illis ab his ſuis in aquatione erepti ita acriter initum ac continuatum fuit, ut Macedonum 20000. fuerint cæſa, & 11000. capta: Romanorum verò ſaltem centum peremti, memorante *Eod. lib. 44. c.40. Similiter* inter Tarquinium Priſcum et Latinos in caſtris oppoſitis ſtantes ex rixâ & paucorum congreſſu tandem integri exercitus ad pugnam deducti ſunt, ut refert *Halic. lib.3. c.76. vel quando alterutra pars ex inſidiis vel caſu in itinere impetitur*, adeoque citra cogitationem tumultuariè ſui defenſionem ſuſcipere cogitur, qualium multa apud Hiſtoricos occurrunt exempla, ex quibus ſaltem id, quod *inter Thraces ac Romanos* ita initum fuit, ex *Livio lib.38. c.40.* hic memorare voluimus. *Alia Idem l.29. c.36. ac l.27. c.2. & 44. memorat.* vel quando non juſtâ acie, ſed disjunctim vel ſaltem per agmina pugnatur, cujus exemplum habet Idem l. 30. c.36.

TH. III.

Antecedentia ordinarii prælii ſunt (1.) Obſervationes quædam de prælii eventu futuro. (2.) De illo Conſultatio. (3.) præparatio ad illud. (4.) pugnæ ſignum & claſſicum. (5.) Duellum & Velitationes, quibus cantus & laudes veterum Heroum ac Barritus accenſeri ſolent.

TH. IV.

Obſervationes â Ducibus de prælii eventu futuro deſumi ſolent, *vel* â prodigiis & oſtentis, *vel* ab ominibus *vel* ab auguriis, *vel* à tempore & loco quodam certo, vel à præmonitione per ſpectra, ignotos homines & ſomnia, *vel* per ſigna in cælo facta, *vel* denique ex præſagio ipſorummet.

Explic.

I. V*Eteres, & inter illos Romanos in ſpecie admodum ſuperſtitioni obnoxios & deditos fuiſſe ex omni hiſtoriâ conſtat, ita ut ex re minimâ quandoque ingens prodigium, portentum vel omen deprehenſerint. Quapropter etiam à Patribus paſſim ideo culpantur, inter quos Chryſoſtomus Homil.21. ad populum Antiochenum ita loquitur: Et quid tandem ſunt omina? ſæpè quis domum ſuam egreſſus hominem videt monoculum vel claudicantem, & ominatus eſt, ubi plura habet. Et Auguſtin. lib.2. Doctr. Chriſtian. c.20. ſcribit, Mille in his inanisſimas obſervationes eſſe, ſi membrum aliquod ſalierit, ſi junctim ambulantibus amicis lapis, aut canis, aut puer medius intervenerit: & paulò poſt: Hinc etiam ſunt illa, limen ſuum calcare, cum ante domum ſuam tranſit, redire ad lectum, ſi cum quis ſe calceat, ſternutaverit, redire domum, ſi procedens offenderit: cum veſtis à ſoricibus roditur plus timere ſuſpicionem futuri mali, quàm præſens damnum dolere: Quod ultimum etiam falsè eluſit M. Cato, eundem illud pro oſtento habenti ita reſpondens, ſi caligas arroſiſſent ipſos mures, id demùm oſtenti loco habendum eſſe, narrante Auguſtino d.c.20.*

Cui ſimile eſt illud Ciceronis 2. de Divin. c.27. portento illi, quod ante Marſicum bellum mures Lanuvii A. *clypeos roſiſſent, repoſitum, quaſi verò quicquam interſit, mures diem noctem aliquid rodentes, ſcuta vel cribra corroſerint, ut plura ſimilia habet, nec non cujuſdam divinatoris reſponſum ei, qui pro oſtento habuit, quod anguis domi vectem circumjectus fuiſſet, ita datum: ſum tale fuiſſe, ſi anguem vectis circumplicavisſet; ut refert Idem ſeq. c.28. Similiter Annibal, teſte Eodem præc. c.24. Pruſia Regi Bithyniæ ob infauſta exta pugnam detrectanti acute reſpondit: An tu caruncula vitulina mavis, quàm Imperatori veteri credere? Quod tamen Antiocho Syriæ Regi factum eſſe refert Plut. de Exſulio c.22.*

Julius Cæſar cum in Africâ è navi exſcendens, in terram prorueret, ad adimendum ſuis mali ominis præſagium, & illius eluſionem, *in bonum id omen vertit, terramque exoſculatus, teneo*, inquit, *te* B. *Africa. Sueton. in ejus vitâ c.59. & Dio lib.42. in ſ. imitatus procul dubio Scipionem, qui etiam in Africam trajiciens*, cum in exſcendendo cecidiſſet, *Plaudite milites*, inquit, *Africam oppreſſi.* Front. lib. 1. Stragem. c.12. num.1. *L. Lucullus contra Tigranem* magno exercitu validum exiguis pugnaturus copiis, *noluit monitoribus pridiè Non. Octobr. pro infauſto die habentibus morem gerere, ſed reſpondit, pugnandum ergò fortiter, ut nefaſtis illa dies eximatur, ac pugnando vicit Plutarch. in ejus vitâ c.59. & in Apophth. Rom. c.33. Appius Claud. pullos* infauſto vulgò omine eſcam recuſantes, *in aquam mergi juſſit, addito falſo ſcommate, ut biberent, quoniam eſſe nollent: Cic.2. de Deor. Nat. 3. quamvis hic* illum ideò clade magnâ affectum ibidem addat. & *Sueton. in Tiberio c.2. ubi illum Claudium Pulchrum vocat.*

C. *Quo etiam pertinet; pullariôs ſæpe bona auſpicia mentitos eſſe, ut ejus exemplum proſpero tamen eventu refert Liv. l.10. c.40. & ſeq.*

Similiter cum ſub auſpiciis Flaminii Conſulis ſignum nullo modo evelli poſſet, juſſit, ut effodiant, referente Livio l.22. c.3.

Agnoverunt has ſtultas ſuperſtitiones ipſi Ethnici: Sic enim inter illos *Liv. lib.21. c.62. ſcribit, quod minimis etiam rebus prava religio inſerat, Deos, & multa prodigia temerè nunciata & credita ſint:* Et *Cicero. 2. de Div. 22. Cauſarum ignoratio in re novâ mirationem facit:* ubi multa de vanitate horum habet. *ac ſeq. c.27. multa in metu & periculo creduntur faciliùs, ac finguntur impuniùs.*

D. *Nec non Curt. de Alex. Magno lib.7. c.7. ita ſcribens: Qui poſt Darium victum ariolos & vates conſulere deſierat, rurſùs ad ſuperſtitionem humanarum mentium revolutus, Ariſtandrum, cui credulitatem ſuam addixerat, explorare eventum rerum ſacrificiis jubet. Ubi duo contraria exterum omina refert.*

Quanquam verò, ut dictum, *circa prodigia, oſtenta, omina & ſimilia multa vana* ob ſuperſtitionem Ethnicorum immenſam per Diaboli faſcinationem & ludibria auctam & corroboratam paſſim conſignata occurrant, *certum tamen eſt, quædam ex iis à Deo ita ordinata & directa fuiſſe, ut pro certis eventuum ſignis omninò habenda fuerint*, de quo legendus *Neubuſius d.l.2.c.30. & Rupert. ad Val. Max. lib. 1.c.4. & 5. in diſſ. Polit.*

Qua-

Quapropter etiam nos de illis ſigillatim quædam annotabimus, præmonendo, nos, quoad hiſtoriam prophanam ſaltem fidem auctorum ſequi. *Et* 1. *quidem circa prodigia, oſtenta & portenta* (de monſtris enim hic ſtudio tacemus) *ſciendum, per illa genericè ſumta intelligi omnia, quæ in elementis, uti & aliis rebus animatis ac inanimatis præter naturam & uſitatum agendi modum eveniunt, atque ita hominibus ob præſignificationem alicujus mali terrorem injiciunt.* *Hinc in ſpecie prodigium à prædicendo*, quaſi prædicium, *oſtentum ab oſtendendo, & portentum à portendendo* tanquam effectibus ſuis dicuntur. *Innuit hoc Cicero* 2. *de Nat. Deor. c.* 3. *ita ſcribens: Prædictiones & præſenſiones rerum futurarum quid aliud declarant hominibus, niſi ea, quæ fiunt, oſtendi, (monſtrari) portendi, prædici? ex quo illa oſtenta, (monſtra) portenta & prodigia dicuntur.*

Specialiſſimè verò prodigium dici ſolet, quod in elementis verò præter naturam & propriam vim accidit, exempli gr. quando aqua ſtans vel profluens revera in ſanguinem mutatur, *vel rivus* aut flumen curſum intermittit aut retrorſum agit, *item*, quando ferro, ſulphure, igne, frumento, lapidibus, ſanguine, lacte & aliis pluit, vel in nive, arborum foliis & aliis rebus guttæ ſanguinis vel ejus effluvia reperiuntur.

Oſtentum, quando in aëre variæ formæ & ſpecies vel animalium ſimpliciter vel concertantium, item exercituum terreſtrium & navalium inter ſe congredientium ſpectantur.

Portentum verò plerumque fieri dicitur in rebus, viſionibus vel ſpectris terribilibus & horribilibus, item in canum vel aliorum animalium inſolito latratu & mugitu, ac pugnâ vel hoſtili congreſſu.

Nos hic ſolum ea, quæ ad militiæ eventum demonſtrandum pertinere videntur, ſumus notaturi.

2. *Ad prodigium in ſpecie referenda ſunt ſequentia* ex hiſtoriis probatis deſumta exempla.

Pluvia vel emanatio ſanguinis, cujus plurima ubique occurrunt exempla, ex quibus ſequentia ſaltem excerpemus.

Apud Liv. l. 24. *c.* 10. *l.* 39. *c.* 46. *&* 56. *l.* 40. *c.* 19. *l.* 42. *c.* 20. *l.* 43. *c.* 13. *& l.* 45. *c.* 16. *uti etiam l.* 22. *c.* 1. *ac l.* 28. *c.* 11. *ubi in ſpicis cruorem apparuiſſe narrat.*

Antequam Attila cum Hunnorum copiis in Galliam ingrueret, ſanguine pluit, *Bonfin. Dec.* 1. *lib.* 3. *Hiſtor. in fine.*

Anno 874. in Italia Brixiæ tribus diebus tribusque noctibus ſanguine pluit. *Sigon. de Regno Ital. l.* 5. *ad illum annum.*

Cum anno 1147. *Conradus Imperator* cum Ludovico Galliæ Rege expeditionem ſanctam ſuſcepiſſet, in Græciâque caſtra prima metatus eſſet, veſpero quodam denſiſſima nebula exſtitit, eaque recedente univerſa papilionum tegmina adeò ſanguine reſperſa comparuerunt, ac ſi nimbus ille ſanguinem compluerit, ut iisdem verbis refert *Helmold. l.* 1. *Chron. Slavor. c.* 60. *al.* 61.

Ante Huſſiticum bellum in multis Bohemiæ locis *ſanguineâ nive* tellus digitum alte cooperta eſt *Theobaldus de Bello Huſſit. c.* 9. *in f.*

Cum Mauritius Saxoniæ Dux & Elector cum Alberto Marchione Brandenburgico cruentam illam ad Siverſhuſium pugnam 1553. iniret, in Thuringiâ & Miſniâ paſſim *ſanguinis guttæ in foliis arborum* viſæ. *Sleid. Comm. lib.* 25. *p.* 740. *& Cruſius p.* 3. *Ann. Suev. l.* 11. *c.* 27.

Idem anno 1545. in Epiſcopatu Monaſterienſi accidit, cum Philippus Landgr. Haſſiæ in Henricum Brunovicenſem arma ſuſciperet, ut nonnulli narrant.

A. *Anno* 1569. *idem in Norico* juxta Donaverdam accidit *Thuan. l.* 47. *in pr.*

Sed illa exempla à multis ad naturalia referuntur, ut narrat Becmanus in Diſſert. de Prodigiis Sanguin. t. 1. *Johan. Marcus Marci in Epiſtolâ de cauſis Natur. Pluvia purpureæ Bruxellenſis ac Gaſſendus in vitâ Peireſcii l.* 2. *p.* 154. *& ſeq.*

Fluentis in rivis & è fontibus ſanguinis ſequentia ſunt exempla.

Aquam Albanam cruentam fluxiſſe Liv. l. 27. *c.* 23. *Et apud Minturnenſes in portâ ſanguinis rivum fluxiſſe Idem ſeq. c.* 39. *refert. Sicut etiam illius prodigii in genere meminit Cicero* 1. *de Divinat. c.* 43.

In Tyro ante obſidionem ab Alexandro M. peractam in fornacibus ſanguinis rivos ſub flammis exſtitiſſe, & in caſtris ex pane fracto manantis ſanguinis guttas cecidiſſe Curt. l. 4. *c.* 2. *memorat.*

B. *Anno* 935. *Genuæ fons ſanguinis uberrimè effluxit*, & paulo poſt urbs ab Africanis claſſe illuc venientibus capta, & omnes cives aut occiſi, aut abducti fuerunt. *Sigeb. in Chron. ad illum annum. Sed Sigon. de Regno Italiæ l.* 6. *illud anno* 931. *accidiſſe ſcribit.*

Ante prælium ad Lipſiam anno 1642. inter Imperatorios & Sueticos commiſſum, in paludibus quibusdam aqua in ſanguinem mutata fuit, *ut nobis oculati teſtes retulerunt.*

Anno 1623. *fons in Bohemiâ in ſanguinem mutatus fuit, & aliquot in locis Germaniæ ſanguine pluit, ut recenſet Abelinus in Theatro Europæo* p. 1. f. 784.

Anno 1629. *Magdeburgi in foſſâ aqua in ſanguinem verſa fuit*, non ſine præſagio futuræ devaſtationis, *ut ipſimet in pueritiâ vidimus*, & *Jerem. Hickman narrat* in der Merſzburgiſchen Blut-Predigt / *Martispurgi* 1631. 3. *Auguſt. uti & Halæ Saxonum etiam*

C. *aqua in ſanguinem verſa fuit, ut idem Hickman ibid. narrat, cui adde Chemnit. In bello Sueco-German. vol.* 1. *l.* 3. *n.* 21. *Simile eodem anno prope Lipſiam in piſcinâ evenit ſecundum Theatr. Europ. T.* 2. *f.* 491.

Referenda huc ſunt ſequentia in ſimulacris, picturis & vexillis quandoque evenientia prodigia.

Deorum ſimulacra ſudaſſe & ex iis ſanguinem fluxiſſe Cicero d. l. 1. *de Divin. c.* 44. *refert.*

Et Lotich. Parte 5. *Theat. Europ. f.* 898. *memorat, Lipſiæ anno* 1645. *Electoris Johannis Georgii ſtatuam equeſtrem in tabulâ depictam & in Prytanæo ſuſpenſam quo ad equum & dextrum brachium per aliquot horas ſanguinem ſudaſſe, quod etiam nobis poſtea quidam Senatores ibi aſſeruerunt.*

In Exercitu Romano in agro Capenate ad Lucum Feroniæ quatuor ſigna militaria multo ſanguine diem & noctem ſudaſſe Liv. l. 27. *c.* 4. *narrat.*

D. *Et cum anno* 1639. *Cæſarianis aliquot ſigna à Suecis in Miſniâ adempta & Halberſtadium in Hoſpitium Generalis vigilum Præfecti Pfiugii deducta eſſent, ex pedeſtris ſigni ornatu pendulo*, den Quaſten / *multus cruor cum admiratione præſentium in & ſuper ſcamnum effluxit, ut poſt alios & ex Theatro Europæo Abelini Tomo IV. f.* 98. *Zeiller. Epiſt.* 332. *narrat.*

Plura exempla legi poſſunt apud Mengering. in Informat. Conſcienc. Evangel. p. 982. *Schottum in Phyſicâ Curioſâ l.* 11. *c.* 27. *& Berneg. in obſer. Miſc.* 22. *Et quoad recentiora tempora apud Neubarth. in Calend. anni* 1674.

Pertinet huc etiam fluviorum ad fontes recurſus, ut à de Vulturno & Glane refert Halic. l. 7. *c.* 2. *& ſimile exemplum in genere tempore belli Punici* II. *obventum Cicero l.* 1. *de Divin. c.* 35. *ac de Rhodano anno* 1540. *&* 1600. *& Tameſi Neubus. l.* 2. *Fatid. c.* 23. *p.* 401. *& ſeq. narrat.*

3. *Ad*

3. Ad Oſtenta pertinent ſequentia exempla.

In bello inter Antiochum & Judæos geſto in urbe Hieroſolymitanâ in aere viſi ſunt duo infeſti exercitus appa ruerunt & haſtis ac gladiis conſpicuè concertarunt ut legitur in l. 2. Maccab. c. 5. in pr.

Ante excidium Hieroſolymitanum ſupra Civitatem ſtetit ſidus ſimile gladio: Ante Solis occaſum viſi ſunt per inane ferri currus totis regionibus & armata acies tranantes nubila, & Civitatibus circumfuſa. Joſephus lib. 7. Bell. Jud. cap. 12. & Egeſipp. lib. 5. de Ejus Excidio cap. 44.

Similes & adhuc alia ſpecies in aëre viſa ſunt, cum Antiochus adverſus Judæos bello flagraret. 2. Maccab. 5. v. 2. & ſeq. Talia ferè exempla refert etiam Plin. lib. 2. cap. 57. & Jul. Obſeq. de Prodig. lib. 1. cap. 8. ac Dio l. 43. f. m. 231. Claſſis in cælo viſa. Liv. lib. 42. cap. 2. Antequam dicta Alboini Longobardi Italiam invaderent, in cælo haſtæ atque acies igneæ aſſiduè à Septentrionis partibus apparuerunt ut poſt alios refert Sigon. l. 1. de Regno Italiæ f. m. 6. & Tritbem. L. 1. Annal. Francic. f. 46.

Antequam Ladislaus Hung. Rex cum Solimanno de illius Regni ſalute concertans, occumberet, viſi ſunt in Cælo duo Principes ſtrictis gladiis in ſe pugnantes hoc eventu, ut ſtaturâ major minorem humi proſtratum occideret, & ejus coronam disjiciendo in multas partes frangeret. Neubuſ. lib. 2. Fatid. cap. 6. p. 136.

Non diſſimile in aëre nocte ante prælium inter Uladislaum Poloniæ Regem & Crugeros commiſſum viſum eſſe monacho aliquo cum Rege pugnante ac ab hoc victore de cœlo deturbato refert Crom. lib. 16. de Reb. Polon. circa fin.

Notatu valdè dignum eſt, quod Neubuſius. d. lib. 2. cap. 7. p. m. 137. narrat, anno 1536. in Hiſpaniâ in aëre duos viros infeſtis armis concurriſſe, utroque lævâ ſcutum tenente, in quo horum uno aquila fuiſſe inſigne, cum inſcriptione, Regnabo, in altero verè Stella, ſuper quâ gladii capulus eminet, cum inſcriptione, Regnavi, cum hoc eventu, ut prior hoſtem vinceret: Ubi ſimul figuras illas & effectum explicat, ac alia eximia exempla refert. Et illud quod l. 3. Hiſtor. f. m. 106. refert Buleagerus anno ſcilicet 1565. Bruxellis armatas acies in aëre concurriſſe, tormenta diſploſa, brachia, capita, crura cæſa per vacuum volitaſſe.

Viſum gigantem utraſque acies repentino impetu fudiſſe, & hæc oſtenta terribilem procellam cum tanto fragore tonitruum ſubſequutam eſſe, ut cælum terrâ marique miſceri diceres.

Refert quoq; Winſem. lib. 2. Rer. Friſic. f. m. 102. anno 1568. prælium juſtum in aëre viſum fuiſſe.

Valdè memorabile quoque eſt, quod apud Thuan. in Contin. lib. 1. f. m. 23. refertur, anno 1608. in agro Engoliſmenſi clarâ die ingentem nubecularum numerum in aëre apparuiſſe, & in terram delapſas exercitum decem vel duodecim hominum millium benè ornatum & inſtructum edidiſſe, ubi legi poteſt.

Nec omittendum anno 1630. in aëre duos exercitus atrociter confligentes prænuncios veri inter Cæſarem & Suecum poſteà orti viſos fuiſſe, ut refert Chemn. in bello Sueco-Germ. Vol. 1. lib. 1. n. 15.

Eodem anno in Ducatu Wirtembergico ſingulare oſtentum tandem etiam in prælium inter duos exercitus deſinens per aliquot horas à multis hominibus cum magno tremore ſpectatum & à Schickardo in ſingulari
A. de illo edito libello deſcriptum eſt, cujus contenta referuntur in Tomo 2. Theatri Europæi. f. 97. & ſeq.

Simile anno 1631. binâ vicè unâ Sonnenwaldæ in Luſatiâ, alterâ Aſcherslebii in Saxonia ſpectatum fuiſſe refert idem lib. 3. n. 21. & Marian. d. Tomo 2. f. 406. Anno 1666. in Auguſto non procul à Fliſſingâ Selandiæ claſſes navales in aëre adverſus ſe pugnantes paulò ante ultimum inter Anglos & Hollandos commiſſum navale prælium viſæ ſunt. Diar. Europ. parte 16. p. m. 59. in quo paſſim talia exempla conſignata ſunt: in cujus parte 12. diverſis in locis oſtenta horrenda bellum illud prænunciantia reperiuntur.

Sic Idem parte 14. p. m. 184. memorat. Cum Rex Galliæ Eodem anno 1666. in Martio exercitum ſuum ad caſtellum Mouchi luſtraret, non procul à Puicerda
B. duos igneos globos in aëre inter ſe certaſſe & majorem fragorem ediḋiſſe, quam centum tormenta bellica exploſa excitare poſſent, & parte 22. p. m. 86. in Gallia prope Coupus in Ducatu Touraine ex meteoro ingenti duos exercitus prodiiſſe & inter ſe pugnaſſe uno fugato.

Similiter anno 1673. 3. Octobr. matutino tempore in Polonia Poſonii & in circumſitis locis in aëre duo exercitus hoſtiles viſi, & magnus fragor è tormentis bellicis quaſi exploſis proveniens auditus fuit, tandemque illud quod verſus orientem ſolem ſtetit, retroceſſit ac evanuit, ut nobis ex illo loco relatum fuit, de quo etiam legi poteſt Mullerus In der Continuation des verwirrten Europa Parte 5. f. 146.

Et circa principium hujus anni 1681. prope Ulmam Sueviæ inter tonitrua & fulgura exercitus integri in aëre cum omnibus armis ita conſpicuè & ordinatè viſi ſunt, ut nihil in campo ipſo perfectius ordinari potue-
C. rit, ſimulque ſarcophagi & nigræ cruces apparuerunt. Et primâ Januarii die V. St. adeoque ferè eodem tempore, meridie tamen in aere prope Creucenachium in Palatinatu inferiori cælo ſudo tantus ſtrepitus auditus fuit, ac ſi duo exercitus tormentis & bombardis ſe invicem invaderent, tympanaque quàm plurima ſonuerunt, idque per quatuor horas duravit.

Referri huc ſolent Cometæ, inſolita ſidera & Palelia, de quibus omnibus egregia annotavit Neubuſ. d. l. ſed de primis & ultimis Nos ſeq. l. 3. c. 4. th. 7. in expl. & quidem de illis ex profeſſo egimus. Nec non horrenda & inſolita tonitrua, fulmina & brontia ſive brontes, (lapides de cœlo lapſi) quorum exempla habet Plin. l. 2. c. 58. Plutarch. in Lyſand. c. 20. Glycas in Annal. parte 4. Wittich. l. 3. Rer. Saxon. poſt pr. Herman. Contract. in Chron. ad an. 1057. & Dlugoſ. in Hiſt. Polon. Tomo I. l. 3. f. 226. ad Eundem. Hagecius in Chron. Bo-
D. hem. p. 1. f. 234. anno 1135. Cuſpinianus ſub Ottone I. ubi ſimul refert ſub Imperatore Maximiliano I. anno 1492. ingentem lapidem ſpecie Græcæ literæ Δ in Enſheym Alſatiæ oppido decidiſſe, ibique in Sede ſacrâ aſſervatum eſſe. Illum pondus habere 250. librarum, Vechnerus in Breviario Germaniæ p. m. 71. refert. Sed illius pondus ſaltem 2. centenariorum & 18. librarum facit Bircken. in Hiſtor. Auſtr. lib. 5. cap. 40. f. 1070. Idem Vechner. ſeq. p. 310. narrat, anno 1636. 6. Martii non procul à Pribuſio in Ducatu Saganenſi ſito & ad latus Pagi Dubrou cælo ſudo magno cum fragore ex aëre illapſum fuiſſe lapidem plusquam διτάλαντον (ſive duo talenta vel 50. libras ponderantem) figuram capitis ſini aut allonis præſentantem, varii generis metallorum grumis ſcatentem, friatuque facilem. Neubuſ. in Fatid. ſacr. l. 2. c. 8. p. 151. refert an. 1510. in agrū Mediolanenſi illorū coortâ tēpeſtate de cœlo cecidiſſe 120. ex quibus

unus

unus 120. alius 60. pondo pependit. *Tales etiam monſtrantur Dreſdæ in Cimiliarchiâ.*

Nec tacendum hic ſequens oſtentum à Zonara Tom. 3. Ann. ſub Juliano f. m. 119. relatum his verbis: *Ferunt Antiochiæ quendam paganum ejusdemq́, cum deſertore religionis ex ordine Judicum illius loci, cum juxta Prætorium excubaret, congeriem ſtellarum in Cœlo vidiſſe, quæ literas informaret in hanc ſententiam: Hodie Julianus in Perſiâ occiditur.* Et compertum poſteà fuiſſe, iſto die illum interiiſſe, judicem verò illum poſteà occaſione hujus viſionis religionem veram iterùm amplexum eſſe. Plura vide apud *Wolffium in Memorabil. in Indice, verbo Prodigia, & Paganorum Gaudentium de Prodigiorum ſignificatione.*

4. *Ad portenta pertinent ſequentia exempla.*

Bruto ex Aſiâ in Europam iter meditanti, nocte in tentorio vigilanti occurrit terribilis & monſtroſa inuſitatæ ſtaturæ corporis atque metuendæ imago, quærenti, quisnam hominum Deorumvè eſſet, reſpondens: *Tuus ſum, ô Brute, malus genius, apud Philippos me videbis. Plut. in ejus vita c. 52. Appian. l. 4. p. m.* 1067.

Anno 1629. in mari Balthico diverſa horribilia ſpectra viſa fuere, ſicut *Latomus in Contin. Relat illius anni* narrat.

Anno 1529. *magno numero Dracones* alicubi quadringenti ſimul volarunt, omnes regiis inſignes apicibus, capitibus grunnientium porcorum habitu viſendis W*olff. in Memor. Cent. 16. p. m.* 396.

Plura exempla vide apud Eund. in Indice iſtorum Memor. ſub verbo Prodigia.

Pertinent huc immanes venti, turres & alia alta ædificia evertentes, *ut* ante bellum illud civile inter Cæſarem & adverſarios geſtum accidit, *referente Dione lib. 37. in f. ubi addit*: His itaque ſignis, quæ Romanis terrâ marique eſſent eventura, quodammodo repræſentatum eſt. *Ita quoque Liv. lib. 40. cap. 2.* ventum atrocem pro prodigio habitum Romæ fuiſſe narrat.

Ante bellum, quod Engelbertus Iſtriæ Marchio cum Henrico Carnorum Duce anno 1112. geſſit, immanes venti cum tonitru fuére, ut memorat *Megiſ. in Annal. Carinth. l. 7. c. 44. poſt init.*

Item ante prælium à Ludovico Hungariæ Rege cum Solimanno Turcarum Imperatore ad Mohazam anno 1526. infeliciter commiſſum, tunc enim vehementes Caurorum flatus cælo ſereno orti ſigna, quæ in terram defixa ſtabant, abripuerunt & disjecerunt triſti omine *Revvâ de Monarch. Hungar. Centur. 6. f. m* 66. teſte. *Ita quoque cum Mauricius Imperator* copias ex oriente in occidentem reduceret, venti validiſſimi & pene mare ex ſedibus imis evertentes ejus infortunia portenderunt *Simoc. lib. 5. Hiſtor. cap. 16. & lib. 6. cap. 1. & 2. Simile portentum Caroli V.* mortem & bellum civile Belgicum præceſſiſſe annotavit *Winſemius in Hiſtor. lib. 1. f. m. 25. Et bellum Huſſiticum* prænotaſſe refert *Theobald. in Ejus deſcript. cap. 9. circa finem.* & *Magdeburgi* ante illius excidium evenerunt. *Cluver. in Epitome in Appendice ad ann.* 1630. *& Eucharius Eleutherius in face Magdeburgenſi nec non Chemnit. Belli Sueco Germ. vol. 1. l. 3. num. 15. Inſoliti illi venti qui Sileſiam noſtram, & Moraviam cum adjacentibus Provinciis anno* 1661. *tot damnis affecere*, procul dubio paulò poſt ortum Turcicum bellum denunciarunt.

Memorabilis inter alias eſt hiſtoria ſequens.

Ante funeſtum illud inter Chriſtianos & Turcas ad Varram 1444. *commiſſum prælium ventus ſubitus & vehemens Chriſtianorum vexilla laceravit & fregit, cladem illam prænuncians*, ut poſt *Mechov. lib. 4. Chron. Polon. cap. 55. in f.* refert

A. *Fuggerus & Birckenius in Hiſt. Auſtr. lib. 5. cap. 4. f. m.* 547.

Et illa, quam refert *Lycoſthenes de Prodigiis.* Ante prælium inter Albertum Brandenb. ac Mauritium Saxoniæ Electorem anno 1551. prope Sivershuſum commiſſum hujus duo tentoria à vento disjecta fuiſſe.

Nec non illa, quam habet *Bembus lib. 4. hiſt. Veneta p. 161. Illâ die, quâ fœdus cum Ludovico Galliæ Rege ictum pro ſuggeſtu Venetiis in foro in vulgus pronunciandum fuit, ventum coortum vexillum Reip. templi turriculis implicuiſſe, vexilli parte abſciſſa, & id poſtea ex eventu rerum portenti loco habitum fuiſſe.*

Nec omittendi hic ingentes terræ motus qui plerumq; futurorum malorum & in ſpecie bellorum prænun-
B. cii ſunt, *ut de terræ motu in Rhetia & Valle Telina anno 1618. facto*, in quo Plurium oppidum & vicus Schilanus cum 900. hominibus oppreſſus eſt, teſtatur *Sprecherus in Hiſtor. Motuum Rhetic. p. m.* 63. de quibus *& aliis exemplis Bernegg. in obſerv. Miſcell. 37. legi poteſt & à nobis. ſeq. lib. 3. cap. 4. th. 3. expl. 2. latè actum eſt. Item inſolita tonitrua & fulgura, quorum exemplum refert Sigon. lib. 10. de Regno Italiæ f. m. 252. & de quibus nos paulò ante quædam annotavimus.*

Referendum etiam huc eſt portentum illud, quo in Conſtantinopolitano Palatio nullis equis præſentibus hinnitus bis magnus auditus, & obſervatum fuit, illum à picto in quadam ejus parte S. Georgii equo editum eſſe. Quod Imperator Andronicus Senior, ſub quo id contigit, ita explicavit. Ut patres noſtri nobis tradiderunt, equus ille aliás etiam ad eundem modum hinnuit, cum Balduinus Latinorum Princeps à patre noſtro
C. *pulſus, urbem amiſſurus eſſet. Quo monſtro, cum & ille diu, ut ominoſo terreretur, tandem, nec multò poſt, eventum ipſe expertus eſt, cum urbem à Romanis vaſtari cerneret: adeòque inde hoſtium adventum & Reipubl. confuſionem conjecit*, ut pluribus refert *Gregoras l. 8. Hiſt. cap. 6. cui Titulus de Conſtant. Despotá.*

Referenda etiam huc ſunt exempla animalium & infantium locutorum, & clades indicantium.

Ita Romæ bos locutus, Roma cave tibi. Liv. lib. 35. cap. 21. Aliud de eo exemplum refert Id. lib. 3. c. 10. lib. 24. cap. 10. lib. 27. cap. 13. lib. 28. cap. 11. & lib. 41. cap. 13. & 21. Tacit. 1. Hiſtor. 86. Val. Max. lib. 1. cap. 6. n. 5.

Ita infans Romæ in utero matris apud Liv. d. l. 24. cap. 10. & in Sicilia ſemeſtris apud Eund. lib. 21. c. 62. & Val. Max. d. n. 5. locutus, quod etiam de Craſſi filio
D. *Plin. lib. 11. cap. 51. & de Dagoberti filio Sigeberto quadrageſimo ætatis die Regino lib. 1. Chr. ad ann. 605. f. 15. & Sigebert. in Chronol. ad ann. 634. narrat.*

Huc etiam pertinent, quæ ſub ſequenti numero f. 259. b. & ſeq. de ominibus circa inanimata retulimus.

5. *De ominibus verò notandum* (1) *Illa quaſi orimina vel oſmina dici, quia* primùm ex ore vel verbis loquentium deſumta fuerunt, ſecundum *Feſtum de Verbor. Sign. lit. O. & Varron. de L. L. lib. 5. n. 7. unde etiam Cic. 1. de Divinat. 45. hominum voces omina dici ſcribit.*

Ubi monendum, omina olim non ex quibusvis & cujuscunque loquentis verbis deſumta, *ſed in illis tùm* verba ſaltem quædam, *tùm* certum loquendi modum vel ritum, *tùm* perſonam loquentis, *tùm* tempus & locum talium verborum prolatorum obſervatum fuiſſe.

Quo

Quæ reſpicit Valer. Max. lib. 1. c. 5. in pr. ſcribens: A.
Omnium obſervationem contactu aliquo religionis innexa eſſe: quoniam non fortuito motu ſed divinâ Providentiâ conſtare creditur. Et Cic. 1. de Divin. c. 45. dicens: *Non ſolùm Deorum voces Pythagoras obſervarunt ſed etiam hominum, quæ vocant omina.*

Definimus autem omen in ſtricto vel proprio ſignificatu conjecturam vel judicium quoddam de bono vel malo in negotio ſuſcepto eventu ex rei alicujus naturalis proximo anteceſſu vel interventu ſecundum obſervationem veterum vel noſtram imaginationem plerumq; ſuperſtitiosè deſumtum.

In latiſſimo verò vel improprio ſenſu, pro unoquoque ſigno vel indicio indagandi eventus causâ ex inſtituto explorationis actu verè vel opinativè ut plerumq; artibus Diaboli fit, depromto de quo in ſeq. quædam exempla in medium produximus.

Depromi illud 2. ſolet vel ex verbis, vel ex factis tàm propriis, quàm alienis. B.

Ex verbis deſumtorum exempla occurrunt ſequentia.

Paulus Æmilius è foro domum reverſus cum ex filia Tertia quare lachrymaretur, quæreret, & illa reſpoderet *Perſeum*, qui erat Melitæus illius, mortuum eſſe, illud in bonum omen devictum iri à ſe Perſæum Macedonum Regem & Romanorum hoſtem accepit, ac mox contra illum expeditionem ſuſcipiens, de eo egregiam victoriam obtinuit ac triumphatus eſt. *Cicero 1. de Divin. 46. Plut. in Apophth. Roman. c. 14. & Val. Max. lib. 1. cap. 5. n. 3. Ita cum Scipio Africa littora de navi prætoriâ conſpiciens, quomodo proximum promontorium nominaretur, quæreret nomen illius Pulchri pro bono omine accepit Liv. lib 29. cap. 27.* contra verò Annibal in Africam cum claſſe trajiciens & terræ proximus, cum intelligeret ex nautis, in loco deſtinatæ deſcenſionis ſepulchrum dirutum ſpectari, abominatus locum ad Leptim appulit claſſem, referente *Eodem lib. 30. cap. 25.* C.

Similiter cum Hiero Romano Senatui in ſignum benevoli affectus auream victoriam pondo trecentum viginti mitteret, ille Legatis reſpondit, ſe Victoriam omenque recipere. Id. l. 22. c. 37.

Similiter cum Commodi equus, nomine Pertinax, in curſu Romæ viciſſet, & conclamatum eſſet, Pertinax vicit eſt, multi id de Pertinace tunc in Britannia exercitum ducente intellexerunt, & cum idem equus paulò pòſt iterùm in circum deductus, ac conclamatum eſſet, *Pertinax adeſt*, ab hoc omen futuri Imperii ſumtum & occaſio deſereodi ei illud arrepta fuit. *Dio l. 73. f. m. 831. & ſeq.*

Pari modo Auguſtus Cæſar urbem recens exſtructam ex bono omine ideò *Nicopolin vocavit, quia* ſibi eâ nocte, quæ Actiacam pugnam præceſſit, agaſo nomine Eutyches, quod vocabulum ſelix ſignificat, aſinum agens nomine Nicon, quod victorem denotat, obviam factus eſt, certam ſpem victoriæ ideò ingerens, ut teſert *Glycas Annal. parte 3 cui jungatur Suetonius Aug. c. 18 & 96.* D.

Sed omiſſis pluribus à Neubuſio d. lib. 2. c. 31. congeſtis ex recenti hiſtoriâ illud ſaltem afferemus, *Philippum Landgravium Haſſiæ* cum in bello contra Ferdin. I. Imperatorem pro reſtitutione Ulrici Ducis Würtenbergici ſuſcepto per emiſſarios milites cognoſceret *hoſtes in oppido* Loſſen *Germanis* Lauffen / *ſubſiſtere, bonum à vocabulo illo* quod Latinè currere ſignificat, *omen victoriæ accepiſſe*, illud ſuis militibus indicaſſe, & in conflictu illam proſpero prælio obtento reportaſſe, ut refert *Jovius lib. 32. Hiſtor. p. m. 522.*

Circa facta diſtinguendum inter humana & aliorum animalium, uti etiam rerum inanimatarum impropriè ſic dicta.

Primo caſu quo ad facta propria ſequentes regulæ ab Ethnicis & in ſpecie Romanis obſervatæ fuerunt.

Infauſtum eſſe, (1) ſi negociorum causâ exiens domô ad limen pedem offenderet. Sic M. Craſſo in expeditione adverſus Parthos cum filio à templo Hieropolitano exitiale habitum fuit, quod ad limen offendens ſuper filium corruerit, *hoc eventu*, ut in conflictu filius primùm, ac poſteà pater à Parthis interſectus fuerit, ut narrat *Plut. in ejus vita c. 32. & ſeqq.*

Sic etiam Tiberius Gracchus eo die, quo nefariè interfectus eſt, domo egrediens ita pedem offendit, ut magni digiti unguis rumperet, & ſanguis infra per calceum efflueret, Et licet ideo ab amicis admonitus fuerit, illud tamen non curavit & ſic miſerè periit *narrante Eodem in Ejus vita cap. 24. & ſeqq. ac Valer. Max. l. 1. c. 4. n. 2.*

(2.) Si quis abſque offenſione in terram prolapſus ſit ſive pedes ille fuerit ſive eques.

Exemplum prioris occurrit in Antigono Macedoniæ Rege, poſterioris in Flaminio Conſule, quorum ille in infelici cum hoſtibus conflictu, in cujus primordio in faciem corruit; poſtea interiit, ſecundum *Plut. in Demetr. c. 37. Hic verò* ante prælium ad lacum Thraſymenum equo lapſo ſuper caput ejus humi proſtratus ominis incurioſus cum vita univerſum exercitum amiſit. *Liv. l. 22. c. 3. & Valer. Max. d. l. 1. c. 6. n. 6. Ita quoq; cum Manlius Conſul* Hetruriam vix ingreſſus equo in circumactione rapidâ effuſus & poſt tertium diem mortuus eſſet Hetruſci id pro bono omine divinæ aſſiſtentiæ habuerunt, ſecundum *Liv. lib. 10. cap. 11.*

Similiter cum Camillus Vejis expugnatis prolapſus eſſet malum contra eum id omen habitum fuit, *Idem lib. 5. cap. 31.*

Sic cum Alexius Angelus Comnenus dictus in Imperii Conſtantinopolitani occupatione ab equo ſuo nimium ſerociente dilapsâ primùm coronâ planè dejectus eſſet, omen infelicis ſucceſſus & ruinæ illud fuit ſecundum *Nicetam de Illius Imperio lib. 1. f. 52.* Simile ferè de Seniore Andronico in coronatione Junioris refert *Niceph. Gregor. l. 8. c. 31.*

Ex recentioribus porrò hiſtoriis notandum Alenzonium Ducem Antwerpiam dolo ſubacturum ab equo ordinario non admiſſum, ab altero verò ferè dejectum eo ominis mali eventu, ut ſuorum magnâ ſtrage ſpe ſuâ exciderit, ut latè refert *Reidanus l. 3. Annal. f. 50. & præced. aliquot.*

Idem malum omen & quidem amiſſæ poſt victoriæ ac vitæ fuit Ludovico Hungariæ & Bohemiæ Regi, quod cum Budâ ad prælium exiret, ante portam equus Phriſius ſub eo ingenua procubuerit, inſeſſorem, ſi non ſuccurſum fuiſſet, devoluturus, ut refert *Dubravius l. 33. Hiſtor. Bohem. ante fin.*

Idque tàm ominoſum eſt Turcis, ut quandoque ad evitandum vel præcavendum aliquod infortunium publicum Baſſas equo lapſos ab officiis removerint, teſte Busbeq. Epiſt. Legat. Turc. 1. p. m. 100.

De Equis & infauſtis illorum factis in ſequentibus plura diximus.

(3.) *Si quis loco ordinarii veſtimenti* aliud, cujus color ominoſus eſt, ſtudio vel caſu, vel culpâ aliorum induat.

Sic M. Craſſo in prælium ituro loco albi vel purpurei nigrum paludamentum caſu ſumenti omen infelicis progreſſus à militibus nec vanum habitum fuit. *Val. Max. d. l. 1. c. 6. n. 11.*

A. Idem Pompejo evenit ante infelix prælium Pharſalicum, dum mane pullo amiculo apud principia conſpectus eſt Flor. l. 4. c. 2.

(4.) Si in exercitu proprio panicus terror ſubito exortus ſit.

Qualis in caſtris Pompeji ante dictum infelix prælium Pharſalicum fuit ſecundum Plut. in ejus Vita c. 113. & in Cæſare c. 64. Ante interceptum à Samnitibus exercitum Romanum Romæ exſtitit apud Liv. lib. 8. cap. 37. & lib. 9. cap. 2. & ſeq. Et in exercitu Niciæ & Demoſthenis in expeditione contra Syracuſanos evenit, referente Thucyd. lib. 7. p. m. 346. & ſeqq.

Dictus eſt autem Panicus terror inde, quia Pan paſtorum Deus irritatus ſubitos & inpenetrabiles timores paſtoribus & aliis immittere creditus eſt, ut Hyginus lib. 2. Signor. Cœleſt. vel Poeticôn Aſtronomicôn cap. 28. vel in Capricorno de Ægipano narrat: B.

Aliam rationem vide apud Polyæn. lib. 1. Strateg. in pr. & aliam apud Æneam in Poliorcet. c. 27.

Exempla talis terroris in recentioribus hiſtoriis occurrunt ſequentia.

Cum Ludovicus Germaniæ Rex contra fratrem Carolum Galliæ Regem anno 876. bellum gereret, & cum illo confligeret, hujus exercitum tantus timor inceſſit, ut ante pugnam ſe jam victos eſſe putarent, & illorum equi calcaribus licet ad ſanguinem puncti immobiles manerent, ut legitur in Annalibus Franc. Fuldens. apud Freher. Tomo I. Script. German. f. 41.

Ità Caroli Burgundi exercitus tali terrore percuſſus & absque ullâ difficultate propè Granſonium in fugam converſus futuri infortunii omen ſatis præſignificavit apud Comin. lib. 5. cap. 1. & ſeqq. Similiter exercitus Germanici adverſus Bohemos miſſi, Regnum illorum vix ingreſſi cum hoſtium adventum C. pernoſcerent, in tantum terrorem conjecti ſunt, ut impedimenta omnia relinquerent, & divulſis vexillis fugam caperent, ut refert Theobald. in bello Huſſit. cap. 76. & ipſe Dux Bavariæ Henricus ſimul aufugiens in Epiſtola ſua ad Albertum Preiſingium ab Aventino lib. 7. Annal. p. m. 501. relatâ conquerendo fatetur. Simile quid de exercitu Sigismundi Imper. in Bohemiâ ad conſpectum hoſtium fugiente vide apud Sylv. in hiſt. Bohem. cap. 48.

(5.) Si cui Regi in actu inaugurationis vel alio ſolenni corona & Regni ornamenta decidant, aut caſu frangantur.

Pertinet huc exemplum Alexii Angeli n. (2.) allatum. Item Galba cui ſacrificanti corona de capite decidens ſimiliter exitium prædixit Suet. in ejus vitâ c. 19. Nec non Caroli Neapoleos Regis, cui in inauguratione in Regem Hungariæ vexilli D. Stephani prælati fractio ac laceratio valdè exitioſa fuit. Bonfin. Dec. 3. D. lib. 1. f. m. 390.

Plura circa facta propria obſervata volentes prætermittimus.

Quoad facta aliorum tertio infauſta ſequentia notanda.

(1.) Occurſum in viâ & quidem mane Æthiopis, pumili, Eunuchi aut aniculæ deformis, aliis factum pro omine infelici habitum fuiſſe, ut indicat Juven. Satyrâ 6. ante fin.

— — — — — eſſet
Æthiopis fortaſſe pater, mox decolor hæres
Impleret tabulas, nunquam tibi mane videndus.

Ita Bruto & Caſſio adverſus hoſtem præliatum euntibus obvius factus Æthiope pro fatali indicio habitus & à militibus ideò gladiis conciſus fuit teſtante Appiano lib. 4. civil. bellor. p. m. 1067. Plutar. in Bruto cap. 70. Floro lib. 4. cap. 7. ad quem locum obſervat Rupert. omen illud infauſtum à nigro & funebri illo colore oriri. Quod tamen alii deformitati faciei attribuunt, ſicuti etiam ideò aniculas deformes pro malo auſpicio habuerunt ſuperſtitioſi Ethnici. quod etiam indicat Claud. l. 1. in Eutropium Eunuch. verſ. 121. & ſeqq. ubi legi poteſt Barthius.

Æthiopis occurſum pro mortis omine Imperatori Severo fuiſſe refert Spart. in Ejus Vita cap. 22. Ad quem locum notat Caſaubonus, illos ominis avertendi causâ vel ab oculis remotos vel ad malum illud omen in eorum caput retorquendum è medio planè ſublatos fuiſſe.

Pumilos, diſtortos & ſimiles, ut ludibria naturæ malique ominis Auguſtum quoque abhorruiſſe narrat Suet. in ejus vita cap. 83. de quibus etiam legi meretur Heraldus in Animadv. ad Mart. lib. 7. Epigr. 86. Simile de Monachis quidam narrant, de quo legi poteſt Urſin. in Analect. Sacris Vol. 1. lib. 1. n. 17.

(2.) Ludicra certaminum inter pueros & ab ipſis inſtituta plerumque eventu vera prælia præcurriſſe.

De illis apud Hiſtoricos occurrunt ſequentia exempla. Cum in bello Civili Cæſar Roma diſcederet, pueri Urbani nemine id jubente in duas partes ſe diſtribuerunt, alteriq; Pompejanorum, alteri Cæſarianorum nomen ſibi ſumſere: tùm abſque armis commiſſo in ſpeciem prælio, qui ſe Cæſarianos vocabant, ſuperiores diſceſſerunt. Dio lib. 41. f. m. 171. Idem ſimile certamen inter quoſdam pueros, quorum pars una Octaviani, altera Antonii nomen aſſumſit, hæcque victa eſt l. 50. f. 423. refert. Quod [illegible] ntus probavit.

Similiter pueri Samnites Româ à Vitige obſeſſâ per duorum arietum, quorum alter Beliſarii, alter Vitigis perſonam ſuſtinuit, commiſſionem peregerunt, Beliſario Victore, & id per eventum ita probato, ut à Procopio in Hiſt. Goth. lib. 1. p. m. 196. latiùs recenſetur.

Refert quoque Chemnit. d. vol. 1. lib. 3. n. 36. Clerum Pontificium Hildeshemii ante prælium Lipſienſe primum in Comœdiâ inter alia produxiſſe Tillium & Regem Succiæ perſonatos inter ſe pugnaturos, ſed contra intentionem hunc illum ſclopeto in ejus faciem exploſo accedente terrore de equo dejeciſſe, eventu poſteà ludicro huic etiam reſpondente. Non abſimile exemplum experiundæ inter eoſdem victoriæ à Clero & primoribus Catholicis Chami in Palatinatu inter duos pueros ludicri certaminis duces refert idem lib. 4. n. 10.

Duo etiam talia præludia circa exitum belli Hiſpano Belgici noſcendum unum ab Albano, alterum ab Archiepiſcopo Colonienſi inſtitutum vide apud Reid. in Annal. Belg. lib. 1. f. m. 7. & 8.

Quo pertinet, quod M. Adamus Bremens. in Hiſtor. Eccleſ. lib. 1. cap. 6. refert. Saxones adhuc infideles morem habuiſſe, ut gentis illius, cum quâ bellandum fuit, captivum quoquo modo interceptum cum electo popularium ſuorum patriis quemque armis committerent, & victoriam hujus vel illius pro judicio haberent. Nec non immane facinus Pruſſorum adhuc paganorum, qui adverſus hoſtem ituri, ex hujus exercitu hominem ante capiebant, & ejus pectus per Pontificem ſeceſpitâ diſſecabant, & inde, ſi ſanguis è veſtigio copioſus erumperet, proſperum, ſi verò quaſi guttatim ſaltem deſtillaret, infauſtum omen capiebant, ut ex Henneberg. in veteri Pruſſia f. 20. & Grunovio in Chron. Pruſſiæ Hartknoch. in Diſſert. ad Chronic. Diisburg. n. 18. ch. 8. refert.

De ſternutatione Ducis vel militum, & inde, ſi ad dextram partem facta ſit, fauſto, ſi verò ad ſiniſtram infauſto omine deſumto vide exemplum in Themiſtocle apud Plut. in ejus vita cap. 25. & alia apud Neuhuſ. d. parte 2. cap. 33. & ejus rationem ex Ægyptiorum doctrinâ apud Niphum de Augur. lib. 1. c. 8.

Circa

Circa facta animantium monendum, quædam illorum credi eſſe fauſta, quædam infauſta.

Inter infauſta animantia per ſe & reſpectu quorundam factorum, referri ſolent.

Lepus in viâ occurrens, quia timidiſſimum animal eſt, & ideò præter-vel antecurrens fugam ominari dicitur. *Memorat Sigebertus in Chron. ad ann.* 900. *Arnulphum Regem Romam invitatum* à Papa Formoſo, ſed non admiſſum eam obſediſſe. Cum verò *lepuſculus* fortè verſus urbem fugeret, & exercitus eum cum clamore nimio ſequeretur, *Romanos* timentes ſe de muro projeciſſe, & hoſtibus per factos acervos murum adſcendenti locum feciſſe. *quod etiam recenſet Sigon. de Reg: Italia lib.6. ad ann.*896. *Similiter refert Cranz. in Saxon. lib* 8. *cap.*33. *Pontan. in Hiſtor. Dan. l.7. f. m.*376. *& Peterſon. in Chron. Holſat. In expeditione Henrici Stormariæ & Johannis Wagriæ Comitum contra Dithmarſos ſuſceptâ Leporem* primum agmen procurrentem, & clamore venatico perſecutum, anſam *poſteriori* hoſtis irruptionem indè conjicienti ad fugam capeſſendam dediſſe, & ita totum exercitum in turpem fugam delapſum citra ullam defenſionem *à Dithmarſis profligatam fuiſſe.*

Similiter pueri Samnites Româ à Vitige obſeſſâ per duorum arietum, quorum alter Beliſarii, alter Vitigis perſonam ſuſtinuit, commiſſionem exitum illius belli exploraverunt, Beliſario victore & id per eventum probato, ut à Procopio in Hiſtoriâ Gothicâ lib.1. cap.16. latius recenſetur.

Refert quoque Chemnit d.vol.1.l.3.n.36. Clerum Pontificium Hildesheimii ante prælium Lipſienſe primum in Comœdia inter alia *produxiſſe Tillium & Regem Sueciæ perſonatos* inter ſe pugnaturos, ſed contra intentionem *hunc illum ſclopeto* in ejus faciem exploſo accedente terrore de equo dejeciſſe, *eventu poſtea ludicro huic etiam reſpondente.*

Non abſimile exemplum experiundæ inter eoſdem victoriæ à Clero & Primoribus catholicis *Chami in Palatinatu ſuperiore* inter duos pueros ludrici certaminis Duces refert *Idem l.4. num.*10.

Duo etiam talia exempla circa exitum belli Hiſpano Belgici indagandum unum ab Albano, alterum ab Archiepiſcopo Colonienſi inſtitutum vide Apud Reidanum in Annal. Belgic. l.1. f. m.7. & 8.

Quo pertinet, quod M. Adamus Bremenſis in Hiſtor. Eccleſ. l.1. c.6. narrat, Saxones adhuc infideles morem habuiſſe, ut gentis illius, cum quâ bellandum fuit, captivum quoquo modo interceptum cum electo popularium ſuorum patriis quemque armis committerent, & victoriam hujus vel illius pro judicio eventus haberent.

Nec non quodam modo immane facinus Pruſſorum adhuc paganorum, quo adverſus hoſtem in bellum ituri ex hujus exercitu hominem ante capiebant, & ejus pectus per Pontificem ſecespitâ diſſecabant, & inde, ſi ſanguis è veſtigio copioſus erumpebat, proſperum, ſi verò quaſi guttatim ſaltem deſtillaret, infauſtum omen capiebant, ſicut ex *Henneberg. in Veteri Pruſſiâ f.* 20. *& Grunovio in Chron. Pruſſia Hartknoch in Diſſert. ad Dusburgi Chronic.* 18. *th.* 8. recenſet.

Notandus hic eſt etiam alius explorandi dicti eventus à Romanis uſurpatus modus per pugnas gallorum, cornicum & coturnicum. ex quibus alter unus, alter alterius partis perſonas repræſentavit, cujusmodi quo ad gallos & cornices ſæpè ab Antonianis inſtitutæ ſunt eo exitu, ut ſemper penes Cæſarianos victoria fuerit, referente *Plut. in Antonio cap.* 43. *Quo ad gallos verò & coturnices in Imperatoris Severi filiis Baſſiano atq; Getâ* ob diſſenſum inter ſe ad experiendum, uter prævaliturus eſſet, dictas aves in certamen committentibus, ut apud *Herodian. lib.3. cap.*33. legitur.

Simile quid præterito tempore à Jeſuitis Brabantinis per commiſſionem duorum gallorum ad experiendam Imperatoris Ferdinandi II. & Friderici V. Electoris & Comitis Palatini fortunam peractum eſſe *Neuhuſ. lib.3. Fatid. Sacr. cap.*19. ante fin. memorat. *Et à Ludovico XIII. Gallorum Rege ad prælii Pragenſis eventum indagandum anno* 1620. *inſtitutum eſſe Zeiller. Cent.2. Epiſt.77. f. m.* 494. *narrat.*

De Sternutatione Ducis vel Officialium & inde, ſi ad dextram partem illa facta ſit, fauſto, ſi verò ad ſiniſtram infauſto omine deſumto vide exemplum in Themiſtocle apud Plutar. in Ejus vitâ cap.25. & alia apud Neuhuſ. Parte 2. dictor. Fatidic. cap.33. ac ejus rationem ex Ægyptiorum doctrinâ apud Niphum de Augur. l.1. c.8.

Circa facta animantium monendum, quædam illorum credi eſſe fauſta, quædam infauſta.

Inter infauſta animantia per ſe & reſpectu quorundam factorum referri ſolent ſeq.

Lepus in viâ occurrens, quia timidiſſimum animal eſt, & ideò præter-vel antecurrens fugam ominari dicitur.

Memorat ſiquidem Sigbert. in Chronogr. ad ann. 900. *Arnolphum Regem* à Pontifice Formoſo Romam invitatum, ſed ibi non admiſſum, illam obſediſſe. Cùm verò lepuſculus forte verſus urbem fugeret, & exercitus ejus illum cum clamore nimio ſequeretur, Romanos timentes ſe de muro projeciſſe & hoſtibus per factos acervos murum adſcendentibus locum feciſſe, quod etiam *Sigon. de Regno Italiæ l.6. ad annum* 896. refert.

Similiter narrat Cranz. in Saxon. l.8. c.33. Pontan. in Hiſtor. Dan. l.7. f. m.376. Peterſonius in Chron. Alſat. ad an. 1289. *In expeditione* Henrici Stormariæ & Johannis Wagriæ Comitis contra Dithmarſos *d. anno* ſusceptâ leporem primum agmen procurrentem & clamore venatico perſecutum anſam poſtremo agmini irruptionem hoſtis inde conjicienti ad fugam capeſſendam dediſſe, & ita totum exercitum citra ullam defenſionem à Dithmarſis profligatum fuiſſe.

Sic cum in numeroſiſſimi Xerxiani exercitus itinere *equa leporem enixa eſſet,* pro omine futuræ fugæ eventu etiam probatæ habitum fuit, referente *Herod. lib.7. p. m.* 436.

Similiter cum Archidamus in obſidione Corinthi è loco muris vicino prodire lepores cerneret, commilitonibus dixit: *Facilè hoſtes in noſtram venient poteſtatem Plut. in Apophth. Lacon. c.* 43.

Plura exempla vide apud Stephan. Joh. Stephan. in Not. ad Saxon. Gramm. Hiſtor. Dan. l.10. n. n.22. Piccart. Obſerv. Dec.3. Obſ.4. & Camerar. Medit. Hiſtor. Cent.2. c. ult.

Lupus apud Romanos in urbibus & caſtris occurrens & ſalvus evadens, cujus exempla occurrunt apud Liv. lib.21. cap.46. & 63. lib.74. cap.12. lib.27. cap.39. lib.32. cap.29. lib.33. cap.11. & lib.41. cap.9. Dion. l.41. f. m.159. l.43. in pr. l.53. in f. & l.69. f. m.294.

Capitol. in Maxim. Juniore c.5. & Appian. l.4. Bellor. A. *Civil. p. m.* 955.

*Canum inſoliti concurſus, latratusque ac diſceſſus ad hoſtium caſtra: Prioris exemplum refert Appian. d. l. poſterioris exempla habet Pauſan. l.4. f. m.*153. ubi Meſſeniorum canes ad Lacedæmoniorum caſtra aufugerunt, *Dio l.* 45. *f. m.* 278. *Capitol. in d. Maximino c.*5. *Auctor Annal. Franc. Fuldens. ad ann.*878. *apud Freher. Tomo* 1. *Script. German. f.*42. *Jovius l.* 11. *Hiſtor. p. m.* 372. *& Juſtinian. in Hiſtor. Venet. l.*12. *in pr. ubi* Gallici canes ad Helvetiorum caſtra ante prælium ſe contulerunt, & illorum, tanquam futurorum victorum ac dominorum pedes lamberunt. *Aliud habet Auctor Chron. Brunov. f. m.* 327. *& ſeq. ubi* paulò ante prælium inter Mauritium Saxoniæ Electorem & Albertum Brandenburgicum anno 1553. commiſſum in illo loco canes ex omnibus locis concurrerunt, & ſe invicem dilaniaverunt, *quod etiam anno* 1519. *factum* B. *eſt*, cum exercitus Cæſarius obſidionem Valentianarum in Hannoniâ tolleret, ut refertur *in Hiſtoriâ de Geſtis Georgii & Caſparis de Frundsberg. l.*1. *f. m.* 28. *Et aliud Aventin l.*4. *Ann. f. m.*267. *ubi* narrat in Bavariâ omnes canes villaticos cadavera laniatum conveniſſe, deinde unâ die & unâ cohorte, nullo veſtigio relicto, quonàm gentium relicto, ex his finibus migraſſe, & nec vivos nec mortuos poſteà inventos eſſe, idque circa annum 879. contigiſſe, & paulò poſt Ugrorum irruptionem factam eſſe.

Equorum aliâs mitium ſingularis & inuſitata ferocia in ſeſſore domino vel dejiciendo vel illum ad inſeſſionem non admittendo, nec non illorum ſubita mors.

De priori caſu paulo ante ſub omnibus ex facto hominum orientibus n. (2) diximus.

De poſteriori obſervanda ſunt ſequentia exempla. Attila equus, multùm amatus ipſo illius natali die & paucis ante ejus mortem diebus ſubitò corruit & interiit C. *Olaus in ejus Vitâ.*

Ludovico Ungariæ Regi in infelici illâ ad Mohazium cum Solymanno Turcorum Imperatore an. 1526. initâ pugnâ idem accidit narrante *Iſtuanffio l.* 8. *Hiſtor. Ungar. f. m.* 118. *& Baquizio Magiſtro Equitum Ungaricorum apud Eund. l.* 17.

Uti etiam Guſtavo Adolpho Regi Sueciæ tàm in caſtris ad Norimbergam, quàm in itinere ad ultimum & fatale illud prope Luzam anno 1632. confectum prælium, ut fusè & cum omnibus circumſtantiis refertur *in Theatro Europæo parte* 2. *f.* 670.

*Cum itaque Vladislao Poloniæ Regi paulò ante inſtitutum cum Crucigeris prælium idem eveniret, in aciem ſe non contulit, ut refert Cromerus l.*17. *Rerum Polon. f. m.*270.

Pertinet huc caſus equi cum Duce ante prælium vel in expeditione ad illud factâ eveniens, cujus exemplum *Cicero l.*1. *de Divin. c.*35. *& Livius in Flaminio l.* 22. D. *c.*3. *& in Manlio Idem. l.*10. *c.* 11. refert.

Ità cum Caroli M. equus paulò ante ejus mortem cum illo ſubitò decideret, *omen* illud magni periculi habitum & mortis eventu demonſtratum fuit ſecundum *Eginh. in Ejus Vitâ circa fin. De tribus Baronis equis paulò ante ejus accuſationem in rabiem & eaben lapſis vide judicium Petri Matth. Tom.* 2. *hiſt. parte* 2. *l.*5. *narr.* 3. *n.* 4.

De quo plura in præcedentibus ſub factis hominum propriis n. (2) *diximus.*

Corvi infeſto modo obvolantes & truciter crocitantes, item res aliquas corrumpentes, cujus exemplum habet *Valer. Maximus l.*1. *c.* 4. *n.* 4. *&* 5. *Dio l.*45. *f. m.* 278. *& Plin. l.*10. *c.*12. *& Saxo Gramm. l.* 14. *Hiſt. Dan. f. m.*279. vel cum aliis volucribus infeſtè concertantes, cujus exemplum refert *Nicet. Choniat. ſub Imper. Balduini Flandr. f. m.* 71. *Plura apud Maſe-* A. *nium in Speculo Imaginum veritatis occultæ l.*1. *c.* 9. *p.*38. *& ſeqq. legi poſſunt.*

Vulturii & aliæ aves carnivoræ circa exercitus gregatim volantes. Niphus de Augur. l. 1. *c.* 10. cujus exemplum vide apud *Dion. l.* 47. *f. m.*351. *l.*50. *f. m.* 423. *& l.*65. *f. m.* 740. *Plut. in Bruto c.*56. & apud *Saxon. Gramm. l.*14. *Hiſt. Danica f. m.* 279.

Bubones in civitatibus & locis frequentatis apparentes & ululantes apud *Dion. l.*50. *f. m.* 423. *l.*66. *f. m.* 589. *&* 599. *ac l.*72. *in f. Lamprid. in Commodo c.*16. *Zonar. Tomo* 1. *f. m.*47. *Claudian. l.* 2. *in Eutrop. ante fin. Ovid. l.*5. *Metamorph. F.*8. *v.*549. *& ſeq. ibi.*

Fœdaq́; fit volucris, venturi nuncia luctus.
Ignavus bubo, dirum mortalibus omen.

*ac l.*10. *Metam. Fab.*9. *v.* 452. *& ſeq. ibi*

— — — — tor omen
funereus bubo letali carmine fecit. B.

Et Silius l. 8. *ad fin. ubi de prodigiis prælii Cannenſis.*

Obſeditq́; frequens caſtrorum limina bubo.

*De quo plura vide apud Obſequent. de Prodig. l.*1. *c.*85. *& ſeqq. Rationem reddit Plin. d. l.*10. *c.*12. *quia* tanquam avis ſolitaria & funebris ſine omine malo rarò in civitates ſe refert, ubi plura de illo legi poſſunt. *Idem l.*29. *c.* 4. *illum vidiſſe prodigium eſſe ſcribit. De illis etiam lege Baſilium Homilia* 8. *in Hexameron.*

Ubi tamen notandum, Tartaros illam avem ideo, quia primus illorum Imperator Changius Can ab hoſtibus victus ſub arbuſtulâ quâdam fugiendo ſe abſcondens beneficio illius avis caſu poſtea in illam concedens, & hoſtibus ob illius præſentiam neminem ibi latitare opinionem ingerens ſervatus fuit, tanti facere, ut quicunque de plumâ illius avis habeat, pro felici reputetur, & ideò pluma talis ab illis ſuper capitibus portetur, ut refert *Hayton. in Hiſtor. Orient. c.*16. C.

Noctua ex eâdem ratione infauſta eſt, ſecundum Plin. ibid.

Illam Pyrrho, cum in expeditione adverſus Argivos infelici ejus haſtæ inſediſſet, fatalem denunciaſſe diem, refert *Ælianus l.*10. *Hiſtor. Animal. c.*37.

De eâdem Pompejo cladem ſignificante vide Dion. l. 41. *f. m.*159.

*Hirundines infauſtas eſſe conſtat ex Plut. in Antonio c.*78. *& Dione l.*50. *f. m.*428. *vide tamen hiſtoriam de hirundine Alexandri M. dormientis caput inſidente apud Arrian. de Ejus Expedit. l.*1. *p. m.* 72.

Ciconias tunc infauſta omina reddere, quando pullos ſuos è nidis aliò deferunt, infelix *Aquileja* teſtatur: Cum enim in ejus obſidione Attila animadvertiſſet, D. illas pullos ſuos urbe relictâ in arbores novis nidis formatis adſportaſſe, omen inde potiundæ urbis, aliâs illam deſerturus, proſpero eventu deduxit, ut refert *Jornandes in Hiſtor. Geticâ. c.*68. *Juvencus Cælius Calanus in Hiſtoriâ Attilæ & Olaus. in Eâd. c.*14.

Cuculum quoq́; haſtæ inſidentem infauſtum eſſe exemplo Hildeprandi probat *Paulus Diac. l.*6. *de Geſtis Longob. c.*55. *& Sigon. de Regno Italiæ l.*3. *f.*65. *&* 72. Ille enim ſaltem ſeptem menſes regnum tenuit.

Avem Sanqualem vel Sangualem in urbibus & locis publicis ſe oſtendentem etiam inter omina infauſta à Romanis numeratam fuiſſe ex Scriptoribus conſtat, vide *Liv. l.*41. *c.*13. *Jul. obſequent. de Prodig. l.* 1. *c.*63. *Plin. l.*10. *c.*7. *Feſtum de V. S. ſub voce Sanqualis ubi illam ita dictam eſſe ſcribit, quia in Sangi Dei tutela eſt, quod etiam Voſſ. in Lexico Etymol. approbat.*

Apes

Apes, infauſtæ eſſe creditæ ſunt, ſi ſigno militari vel locis publicis inſederint. *Liv. l.21. c.46. l.24. c.10. & l. 27. c. 25. Flor. l.2. c.6. & l.4. c.2. Tacit.12. Ann.64. Dio l.42.f.m.182. l.47.f.m.351. l.56.f.m.586. & l.74.f.m.842. Plut. in Dione c.30. & in M. Bruto c.56. Val. Max.l.1.c.6.n.12 Marcell.l.18 p.m.117. & Lindenbr. ibid. Rationem ibi reddit Marcell. quod hæ* volucres poſt compoſitas ſedes, opesque congeſtas fumo pellantur, & turbulento ſonitu cymbalorum. *& aliam quo ad inſomnia quidem ſed quo ad hanc materiam etiam non incongruam, Artemid. l.2. Oneirocr. c.25.* propter bombum & ſonum, quem edunt, & aculeum, quo feriunt, & volatum ante alvearia turbulentum.

Sed contrarium ſtatuit poſt Plin. lib.11. N. H. c.17. Freinsh. ad Flor. d.l.4.c.2. ſed illi ſe opponit Berneg. in obſerv. Miſcell.5.p.25. ubi, ut poſtea reperimus, multa noſtris obſervationibus planè congrua, habet.

De Araneis ſigna militaria inſidentibus idem obſervatum eſt referente *Dione l.41.f.m.159.*

De Examine veſparum idem apud Livium lib.35. cap.9.

Locuſtas magnis exercitibus advolantes etiam infauſtas eſſe creditur. Ita enim *Anna Comnena l.10. Alexiad. f.285.* refert, *Locuſtarum ingentia agmina exercitus Francorum in expeditione ſacrâ anteceſſiſſe, & transmare antevolaſſe, indeq́ exercitus illius præcurſores dictas fuiſſe.*

De illis multa exempla ſeq. lib.3. cap.4. th.4. expl. 1. adtulimus.

Pertinent huc volucrum concertationes & pugnæ, quarum exempla refert Neuhus. lib.2. Fatidic. Sacr. cap.19. p.352. & ſeqq. & Fulgos. lib.1. Memorabil. ſub Titulo de Prodigiis. ac Nos paulò ante adduximus.

Inter fauſta à Romanis & aliis Gentilibus habita ſequentia.

Aquila, ſi vel à dextris veniat, *vel* galeæ inſideat, *vel* tentorio, *vel* etiam ſignis militaribus, *vel* quocunque modo hilaritatem lento volatu præ ſe ferat, de quo legendus *Niphus de Augur. lib.1. cap.10. Peuc. de Divin. Titulo de Auguriis. & Neuhuſ. lib.3. cap.13.*

Ita Aquila ſuper Alexandri M. caput ante prælium cum Dario commiſſum diu hærens victoriam ei denunciaſſe credita. Curt. lib.4. cap.15. Plut. in Ejus Vita. cap.61.

Simile augurium ex lento aquilarum prætervolatu cepit Germanicus Cæſar apud Tacit.2. Annal.17. & Fabius Valens exercitusque, 1. Hiſt. 62. Omen Aquilarum infauſtum vide apud Appian. l.4. p.1037.

Columba alba etiam à Chriſtianis fauſta habita:

Ita, omiſſis antiquis, *cum Fridericus I. Imperator cum Mediolanenſibus prælio decertaturus eſſet, tres columbæ in horum carrocii malo conſedêre, & his omen futuræ victoriæ fuerunt, ut refert Sigon. lib.14. de Regno Italiæ f. m.331. Sic cum pax inter Ludovicum XI. Galliarum Regem, & Eduardum, Angliæ Regem tractaretur, columba talis in poſterioris tabernaculo conſedit, nec ullo ſtrepitu dimoveri potuit. Comin. lib. 4. cap. 10.*

Ita in primordio primi ad Lipſiam anno 1631. inter Cæſareos & Sueco-Saxones commiſſi prælii talis vexillum quoddam Saxonicum inſedit, & mox avolans remigio ſuo univerſam aciem circumvecta eſt, ut refert Chemnit. Vol.1. Belli Sueco-Germ. lib.3. n.36. f. m.178. & Cluv. in Appendice.

Similiter cum ſeculo undecimo Bavarici milites in novi oppidi Hunnoburgi munitione ab Ugris citra opinionem ſubitò advolantibus obſiderentur, turtur obſeſſos circumvolitavit, iisque tanquam cœleſte ſignum

A. *ita animum addidit, ut eruptione facta hoſtem profligaverint. Avent. l.5. Hiſt. f. m.327.*

Contra nigra columba infauſta habetur, cujus exemplum legi poteſt apud Zonar. Tom.3. Annal. ſub Diogene p. m. 175. & Glycam Annal. parte 4. p. m. 461. & ſeq.

Corvi clarâ voce Duci occinentes, ut id exemplo probat Liv. lib.10. c.40. & aliud lib.6. c.26. refert.

Muſtella alba, qualem Ladislao Hungariæ Regi in gremium cadentem victoriam prædixiſſe refert, Bonfin. Dec.2.l.3.f.m.244. de quâ vide Caſaub. ad Theophr. Charact. c.17.

Formicæ, quæ etiam victoriam indicant, ut narrat Æneas Sylvius in Europ. c.53.

Circa inanimata hic notandum: Infauſta portendi, quando illa contra vim & naturam ſuam aguut, ex. gr. quando apud Romanos aquila ſive Legionum ſigna de B. *loco moveri non potuerunt ut ejus exempla occurrunt apud Cicer. l.1. De Divinat. c.35. Liv. lib.22. c.3. Val. Max. lib.1. c.6. n.6. & 11. ac Dionem lib.40. p.128. de quo legi etiam poteſt Serv. ad Virgil. l.11. verſu 19. & Zimmerm. in Analect. Miſcell. Menſe XII. n.7. vel illa ſponte ſuâ ſe retrò averterunt, ut Craſſo factum fuiſſe refert Plut. in Ejus Vitâ c.36. Val. Max. d. n.11. aliud de illis refert Dio l.43.f.m.231. Tacit.1. Hiſtor.86. Item quando ſimulacra ſe ſponte ſuâ converterunt, ut de ſimulacro victoriæ refert Cæſar l.3. de Bello Civili. p. m.350. Videtur hoc auſpicii genus eſſe, quod Cicero ex acuminibus & totum militare vocat. l.1. de Divinat. c.3. & de Naturâ Deor. c.36. ac Arnobius l.2. adverſus* Gentes, p.m.91. in verbis. *Aut Martium diſcrimen obeuntes ſpem prælii ſumitis, aut ex acuminibus auſpicatis.*

Haſtæ, ſpicula & ſcipiones ſponte ſuâ ſive verè ſive imaginariè arſerunt, ut refert Liv. d. l.22. c.1. l.33. C. *c.41. & l.43. c.13.* ac *Halicarn. lib.5. cap.45.* ſcribens, illas totis caſtris tanquam faculas fulgorem edidiſſe.

Simile quid tempore diſſidii inter Marium & Syllam orti accidiſſe in coutis, quibus ſigna militaria feruntur, ita, ut ignis vix exſtingui potuerit, refert *Plut. in Syllâ cap.13. ac in Bello Africano* Legionis quintæ pilis accidiſſe memorat *Hirt. de illo Bello p. m. 422.*

Sic quoque Plin. lib.2. Hiſt. Nat. c.37. refert, ſe vidiſſe nocturnis militum vigiliis inhærere pilis pro vallo fulgorem effigie eâ (ſcilicet Stellarum Caſtoris.)

Quod etiam in Bello Germanico Suevico anno 1641. eveniſſe ex Theatro Europæo T.4. f. 645. refert Zeiller. Epiſt. 332. & ibi legi meretur, quia rariſſima hiſtoria eſt.

Sicuti etiam anno 1620. prope Pragam cuſpis vexilli prætoriani Gulielmi de Verdugo arſit, ut refert Brachel. D. *l.1. Hiſtor. p. m.34. & Waſſenberg. in Floro German. ſub Bello Bohemico p. m. 18.*

De quo vide Philoſophiam Senecæ l.1. Natur. Quæſt. c.1. circa fin.

Pertinent huc quodammodo ignes in antennis, malis & aliis navium partibus tempeſtate præteritâ vel futurâ inſidentes, de quibus ita Plin. d. l. Ignes vel fulgores antennis navigantium & aliis navium partibus ceu vocali quodam ſono inſiſtunt, ut volucres ſedem ex ſede mutantes: graves, cum ſolitarii venêre, mergentesq́ navigia, & ſi in carinæ ima deciderint, exurentes: gemini autem ſalutares & proſperi curſus prænuncii: quarum adventu fugari diram illam ac minacem appellatamq́ Helenam, ferunt. Et ob id Polluci & Caſtori id numen aſſignant, eoſq́ (aliis eosq́) in mari Deos invocant. Hominum quoq́ capita veſpertinis horis magno præſagio circumfulgent. Omnia incertâ ratione & in naturæ majeſtate abdita.

Licet vero hæc fortè ſuperſtitioni Ethnicæ adſcribi poſſint, veritas tamen ejus rei ex recentioribus ſcriptoribus apparet. Siquidem referente Ricciol. in Geograph. & Hydrograph. l.10. c.13. ſimiles eventus Hiſpanis (quibus ignis talis Fuego di S. Elmo, qui fuit Epiſcopus in Sicilia,) *Gallis* (quibus le Feu de S. Telme, qui poſt mortem nautarum patronus fuit) *Luſitanis* (quibus Corpo Santo) & *Belgis* (quibus Vrede-Vyer) dicitur, *noti ſunt, ut exemplis probat Idem d. c.13. Sect.4.*

Item quando ſtatua multum ſanguinis effuderunt, ut refert Dio l.50. f.m.423. Plut. in Anton. c.78. & nos paulo ante ſub Prodigiis ante fin. de vexillo quodam retulimus. Vel ſe ſponte retroverterunt, cujus exemplum Dio l.54. f. m.515. & l.56. f. m.586. & l.78. ex Xiphil. f. m.911. refert & mentionem facit *Cicero l.2. de Divinat. c.31. Quæ tamen magis ad prodigia referri poſſunt.*

Item quando ſtatuæ vel totæ vel pro parte, ſponte deciderunt, vel per ingentes ventos dejectæ ſunt: Uti ſtatua Mauritii Electoris Berolini in arce poſitæ paulò ante ejus internecionem in prælio Sivershuſano accidiſſe narratur in *Chron. Brunov. p.1. ubi additur*, etiam ejus loricam ferream Walckenreithii pendentem à pariete decidiſſe. Legi de illo etiam poteſt *Camer. in ejus Oratione funebri.*

De memorabili ruinâ imagines Theodorici Gothorum Regis, & inde ſecutâ Regni Gothorum everſione legatur Procop. l.1. Hiſtor. Gothica p.m.207. Plura ſtudiò præterimus.

II. *Circa tempora ab unâ atque alterâ gente pro fauſtis & infauſtis habita notandum eſt.*

Apud Romanos infauſtos dies atros dictos eſſe, ac illos fuiſſe primos dies poſt Calendas, Nonas & Jdus, ut clarè demonſtrat *Gell. l.5. c.17.*

Similiter funeſtum vel atrum diem illis fuiſſe diem Allienſis pugnæ ac ideo Faſtis damnatum *Flor. l.1. c.13. Cic. l.9 Epiſt. ad Attic.5. Illum tamen* in XIV. XV. vel XVI. Calendarum Sextilis vel Auguſti contigiſſe refert *Livius l.6. c.2. Tacit. 2. Hiſtor. 91. & Victor de Vir. Illuſtr. c.23.* quibus junge *Plut. in Camillo. c.30.* ubi ſimul refert eodem die Fabiorum cladem eveniſſe. *De quo curioſus lector legere poteſt Lipſ. ad l.15. Annal. Tacit. c.41. & Scalig. l.5. de Emendatione Temporum Cap. de Pugnâ Allienſi.*

Porro Conſulibus ante ferias Latinas urbe profectis periculum ſemper imminuiſſe, ut narrat *Dio l.48 f.m. 313.*

Athenienſibus & aliis Græcis ſextam diem Februarii fauſtam fuiſſe Ælian. l.2. c.25. refert. Lacedæmoniis in uſu fuiſſe, ut ante plenilunium exercitum non educerent, ut refert Pauſan. l.1. f.m.33. & Lucianus de Aſtrologiâ tradens illud ex Legibus Lycurgi proveniſſe.

Germanos antiquos ante Lunam novam infeliciter pugnaſſe, ut ex ipſorummet teſtimonio refert *Cæſar. l.1. de Bello Gallico p.m 47.*

Judæis decimum diem menſis Jomæ ſive Auguſti pro funeſto habitum fuiſſe Egeſippus d. l.5. c.42. refert.

De Græcorum & Perſarum diebus fauſtis & infauſtis vide Plutarch. in Camillo d. c.30. & 31. & in quæſt. Roman. cap.52.

Plura de ſimilibus diebus ominoſis legi poſſunt apud *Neuhuſ. lib.2. Fatid. Sacr. c.32. & Zeill. Epiſt.23.*

Cæterùm ex hiſtoriis & obſervatione conſtat, Turcis menſem Auguſtum, circa finem & ſubſequentem Septembrem (ut etiam narrat *Jovius in Vitâ Selymi*) &

A. *l.40. hiſtor. in pr. Belgis Aprilem, Majum, Junium pro fauſtis haberi: contra Suecis menſes æſtivos non ita fauſtos, quam hybernos & hyemi proximos fuiſſe, in Germanico & Danico bello. Venetis Calendas Julias fauſtas, & ideo feſtas eſſe refert Egnatius lib.2. c.3.*

Reperti etiam fuerunt nonnulli Principes & belli Duces, quibus certi quidem dies ſemper felices, certi verò ſemper luctuoſi extitére, inter quos numerandus *Timoleon*, qui natali ſuo maxima confecit prælia, ut refert *Corn. Nepos in ejus vitâ poſt med. Pompejus M.* qui natali ſuo de Oriente, Mithridate & judæis triumphavit. *Plin. lib.7. c.27. Auguſtus Imperator* qui in menſe cognomine, in quo etiam natus eſt, multas victorias obtinuit. *Dio lib.55. f.552. Rudolphus I. Imper. die Veneris* plerumque fauſta prælia commiſit, ut refert *Roo l.1. Hiſt. Auſtr. f.29. ac Fuggerus & Birckenius in Eâdem Hiſt. Auſtr. lib.1. c.12. f.102. Carolum V. Imper.*

B. *natali die* Franciſcum Galliæ Regem obtentâ victoriâ cepiſſe, Imperialem Coronam â Pontifice Clemente Bononiæ ſumſiſſe, ac Imperium per Legatos in fratrem Ferdinandum tranſtuliſſe, recenſet poſt *Guicciard. l.20. hiſt. ad ann.1530. ubi tamen Carolum eâdem die etiam Cæſarea inſignia & ornamenta in Germaniâ accepiſſe memorat.*

Neuhuſ. lib.2. Fatid. Sacror. c.32. ubi multa ſingularia refert, & legi poteſt. Cui junge *Majol. Tom. I. Dier. Canic. coll.4. p.114. & Wurffbain. Relat. hiſtor.1. p.8. & ſeqq.* Nec non *Merulam parte 1. Coſmogr. lib.2. c.16. ubi* tales obſervationes rectè ſuperſtitionibus adſcribit.

Addendum hic aliquid de locis uni atque alteri genti ac Duci infauſtis eſſe, *ſed quia prælaud. Neuhuſ.* pleraque illa congeſſit, *d. l.* ad illum Lectorem remittimus, ſolummodo narrantes, quod *Muhlberga nomeris* viris Principibus ex obſervatione nonnullorum curioſorum malè ominoſa ſemper fuerit, ut refert *Thuan.*

C. *l.4. f.m.73.*

III. Præmonitiones illæ ſingulares vel à ſpectris, geniis aut iis ſimilibus, vel à voce quâdam humanâ, non viſo tamen aliquo corpore, *vel in ſomniis viſionibusvè* Duci vel alii viro inſigni factæ leguntur.

Ad primum referri debet vox illa ingens, cum Romanus exercitus Vejenti & Tarquinienſi ex oppoſito ſtaret, noctu ex ſylvâ Arſia edita his verbis: *Uno plus Etruſcorum cecidiſſe in acie: vincere bello Romanum apud Liv. l.2. c.7. Genius malus Bruto apparens*, ut ſuprà *expl.1. ſub portentis* narratum eſt.

Spectrum illud, quod Julio Cæſari cunctanti ad Rubiconem obvenit, & ita *à Sueton. in ejus vitâ c.32.* deſcribitur. *Illi oſtentum tale factum eſt. Quidam eximiâ magnitudine & formâ in proximo ſedens repentè apparuit, arundine canens: ad quem audiendum, cum præter paſtores plurimi etiam ex ſtationibus milites concurriſſent, interque eos & æneatores, raptâ ab uno tubâ*

D. *proſiluit in flumen, & ingenti ſpiritu claſſicum canens pertendit ad alteram ripam. Tunc Cæſar, eatur, inquit, quo Deorum oſtenſa & inimicorum iniquitas vocat.*

Mulier illa, humanâ amplior formâ quæ *Druſo* Albim transgreſſuro obviam facta, dixit: *Quo tandem, nullum cupiditatis tuæ modum ſtatuens, contendis? non tibi fatis conceſſum, hæc omnia videre, quin tu abi: jam enim & operum tuorum, & vitæ tibi inſtat terminus, ut etiam factum, recenſente Dione lib.50. in pr.*

Item ſequens hiſtoria, quam Buchan. lib.13. Rerum Scotic. p.461. refert his verbis: Cum Rex Scotiæ Jacobus IV. ad exercitum proficiſcens, Lymnuchi veſpertinas in æde ſacrâ conciones audit, ſenex quidam ingreſſus capillo in rufum flaveſcente, ac in humeros promiſſo, fronte in calvitiem glabro, capite nudo, veſte longiuſculâ cyanei coloris amictus ac lin-

liteo cinctus, cætero adſpectu venerabilis. Is Regem quærens per turbam adſtantium penetrat: ubi ad eum A. *acceſſit, ruſticâ quâdam ſimplicitate ſuper ſolium, in quo Rex ſedebat innixus, Rex inquit, ad te ſum miſſus, ut te admoneam, ne, quo inſtituiſti, (puta ad bellum Anglo inferendum) progrediaris, quam admonitionem ſi neglexeris, non erit è re tuâ, nec eorum, qui te comitabuntur &c. Hæc locutus turbâ ſe immiſcuit, nec, cum precibus finitis, Rex eum requireret, uſquam comparuit, quod eo magis mirum iſt viſum, quod eorum, qui propiùs adſtiterant, atque eum obſervabant, avidi multa ex illo ſciſcitandi nemo ejus diſceſſum ſenſerat.*

Addit autem prælaudatus Auctor, ſe hiſtoriam illam à Davide Lindeſio, homine ſpectatæ fidei & probitatis tunc præſente, & ſenem illum ita ſimul obſervante percepiſſe: Et expeditionis eventum Regi ac ſuis, ut ſenex ille prædixerat, funeſtum fuiſſe.

B. *Ita quoque Carolo VI. Galliarum Regi* cum bellum in Britones ſuſcepiſſet, in ſylvâ, quæ Cænomanniæ proxima eſt, obviam habuit hominem pannoſum, mendico ſimilem, illi dicentem, *Cave ultra pergas, proditus es, & in poteſtatem hoſtis te tradituri ſunt domeſtici tui.* Eo eventu, ut Rex ex terrore quodam aliunde illato retroceſſerit & in gravem morbum inciderit, ut apud *Gaguinum l. 9. Hiſtor. Franc. f. m. 184. & Serreum in Invent. Franc. ſub Illius Vitâ f. m. 206.*

Ad medium pertinent ſequentes hiſtoriæ.

Marcus Cadicius homo non magni nominis, neq; Senatorii Ordinis, probus tamen ac vir bonus habitus, antequam in exilium abiret Camillus, rem Tribunis militum dignum curâ renunciavit. *Præteritâ noctè ſe tranſeuntem viâ novâ vocatum ab aliquo: cùm ſe convertiſſet, vidiſſe neminem, vocem verò humanâ majorem* C. *audiviſſe, ita dicentem: Age Marce Cedici, judica Magiſtratibus, ut brevi Gallos exſpectent. Hæc audita Tribuni riſum jocumque putaverunt, pauloque poſt Camillus patriâ excidit. Plut. in Cam. cap. 22. Liv. lib. 5. cap. 32.*

Ita ante excidium Hieroſolymæ in templo ſubita vox audita iſt, quæ diceret, Migremus hinc, ut refert Joſeph. l. 7. de Bello Judaico c. 12.

C. Hoſtilius Mancinus ab Herculis portâ veniens, & navim adſcenſurus *talem vocem* ſine ullo auctore audivit, *Mancine mane. Val. Max. lib. 1. c. 6. n. 7. addens.* ſubſecutam fuiſſe infelicem pugnam, turpe fœdus deditionem funeſtam. quod etiam refert *Livius in Epit. l. 55. Plura vide apud Cicer. 1. de Divinat. c. 45. & Italic. lib. 7. c. 63.*

Ad poſtremum ſpectat illud, quod Tito Latino civi Romano obtigit, qui *in ſomno viſus eſt audire Jovem Capitol. dixiſſe duabus vicibus*, ob contemtum monitorum divinorum magnam impendere Deûm pœnam, juſſu addito, ut illud concivibus ſuis indicaret *Halic. d. l. ubi legendus*, & Annibali obvenit: *Inquiete viſus ab illo juvenis divinâ ſpecie, qui ſe ab Jove diceret Ducem in Italia ſibi Annibali miſſum, proinde ſequeretur, neque uſquam a ſe deflecteret oculos: Pavidus primo nuſquam circumſpiciens aut reſpiciens ſecutus, deinde curâ humani ingenii, cum quidnam id eſſet, agitaret animo, temperare oculis nequivit. tùm vidit poſt ſe ſerpentem mirâ magnitudine cum ingenti arborum ac virgultorum ſtrage ferri, ac poſt inſequi cum fragore cœli nymbum: tùm quæ moles ea, quidvè prodigii eſſet, quærentem audiſſe: Vaſtitatem Italiæ eſſe, pergeret porrò ire, nec ultrà inquireret, fineretque eſſata in occulto eſſe. Liv. l. 21. c. 22. Aliam viſionem Conſulum Romanorum in caſtris adverſus Samnites metatis refert Id. l. 8. c. 6.*

A. *Sic Juſtinianus dormiens monitus eſt*, ut in Vandalos vindicandæ Chriſtianorum libertatis causâ bellum moveret, illeque firmatus per Beliſarium in Africâ cum exercitu ablegatum illorum dominationem evertit. *Procopius l. 1. Hiſt. Vandal. p. m. 35.*

Ranimirus Aſturum Rex à D. Jacobo admoneri ſe viſus, ut in Saracenos aciem converteret, poſtridie collatis ſignis uno prælio. 70000. illorum occidit. *Roder. Tolet. de Reb. Hiſp. lib. 4. c. 13. & Fulgoſ. lib. 1. Rer. Memorab. c. 6.*

Idem dicitur Carolo M. apparuiſſe, illumque admonitum eſſe. ad Saracenos ex Galliciâ vi expellendos, uti etiam factum *Turpin. de Geſtis Ejus c. 2.*

Leſcus Niger Polonorum Rex, cui adverſus Lithua-
B. nos exercitum ducenti *Archangelus Michael* in ſomno apparuiſſe, & promiſſionem de vincendis hoſtibus feciſſe, ſcribitur. *Crom. lib. 10. de Reb. Polon. f. m. 169.*

In veteri hiſtoriâ occurrit ſomnium non Cyri, ut communiter traditur, *ſed ejus bellici Ducis Xenophontis, qui* in expeditione contra Armenios ob intercidentes difficultates progreſſum tardans *in ſomno viſus eſt* ſibi compedibus, quibus diſtentus erat, deciſis, quâcunque vellet progredi, & inde expergefactus, animum recolligens, progreſſus illam feliciter abſolvit. *Ut ipſe Xenoph. de Exped. Cyri l. 4. n. 323. & ſeq. narrat.*

Xerxis, qui Græciæ bellum illaturus in ſomno virum heroicâ ſpecie clarum vidit ſibi tarditatem in tranſeundo Helleſponto objicientem.

Et Artabani, qui juſſu Xerxis regiis indutus veſti-
C. bus eundem virum admonitorem habuit, ſomnum in regio ſolo capiens, referente latiùs *Herodoto lib. 7. p. m. 420. & ſeqq.*

Cyri, qui in ſomno viſus eſt quempiam humana ſpecie auguſtiorem, dicentem, *para te, Cyre, nam ad Deos nunc iturus es, Xenoph. lib. 8. de Inſt. Cyri n. 233.*

Pertinet huc ſomnium Scipionis Junioris in quo oblatus ſibi Scipio Africanus Senior occupationem & deſtructionem Carthaginis cum aliis belli eventibus prædixit, & ad tutandam patriam animavit, ſicuti illud latè refert *Macrobius ex Ciceronis 6. de Republ. & exponit in noto ſuo libro, de illo ſcripto.*

Nec non ſomnium Nebucadnezaris notum apud Daniel. c. 4. v. 7. & ſeqq. uſque ad fin. *uti etiam Danielis proprium* paulò poſt *cap. 7.* relatum.

D. *Ad viſiones & ſigna in cœlo facta eventum prælii & deſignantia pertinet Crux illa*, quam Conſtantinus M. contra Maxentium Tyrannum in prælium educens exercitum declinante in veſperam die in aëre vidit, appoſitis hiſce verbis: *In hoc vinces*, ut *Euſebius in ejus Vita l. 1. c. 22. & ſeq.* ex relatione Imperatoris ipſius juratâ conſignavit. *De quâ hiſtoriâ latè agit Gelen. de Magnit. Colon. l. 1. Synt. 4. p. 15. & ſeq.*

Quod & Hungo Pictorum Regi viſâ D. Andreæ cruce ante prælium cum Athelſtano Angliæ Rege commiſſo obveniſſe refert Boethius in Hiſtor. Angl. l. 10. Et de Alphonſo Luſitaniæ Rege in aëre Chriſtum crucifixum cum quinque vulneribus ante prælium cum Sarracenis initum vidente poſt alios narrat Oſorius l. 8. Rerum ab Emanuele geſtarum, ac Olaus Wormius in Monum. Danic. l. 5. f. 436 de Alphõſo IX. Caſtellæ Rege Tarapha de

Regibus Hiſpaniæ Ejus vitâ ad ann. 1177. ac de Richardo I. Angliæ Rege paulò tamen aliter refert Vergil. l. 18. p. m. 318. A.

Quale in cœlo apparens ſignum Juliani mortem prædixerit, ex *Zonarâ Tom 3. Ann. ſub illius Imperio* in præcedentibus ſub Portentis retulimus.

Ad præſagia Ducibus ipſiſmet obtingentia, pertinet illorum ominoſa locutio & triſtitia ante prælium ſe exerens. qualis *quo ad priùs de Ludovico II. Ungariæ Rege* ante prælium Mohazianum his verbis ab illo prolatis ſecundum *Dubrav. l. 13. Hiſt. Bohem. ante fin. Deus novit, ubi hodie cœnabimus*, & *quoad poſterius de Guſtavo Adolpho Rege Sueciæ* ante prælium Luzenenſe in Miſnia refertur, ut legi poteſt apud *Chemnit. Volum. I. Belli Sueco-German. l. 4. §. 51. & Brachel. l. 4. Hiſtor. & Landsberg. in Bello Germanico Guſtavi Magni c. 3. circa fin. p. m. 489.*

B. *Plura exempla peti poſſunt ex Neuhuſ. lib. 2. Fatidic. Sacror. c. 2.*

TH. V.

Conſultatio fieri ſolet inter Ducem & primarios militiæ Officiarios & Conſiliarios. (1) De causâ impulſivâ prælii comittendi. (2) De modo aciei inſtruendæ. (3) De loco refugii, ſi res malè ceſſerit.

Explic.

I. PRudenter *prudentiſſimus Romanorum Imper. P. Scipio Africanus dixit: Non aliter cum hoſte confligi debere, quam ſi aut occaſio obveniſſet, aut neceſſitas incidiſſet. Val. Max. l. 7. c. 2. n. 2. quod ideò etiam Veget. lib. 3. c. 26. inculcat, & Cæſar Auguſtus obſervavit Suet. in ejus vitâ c. 25. Occaſio autem hic intelligenda illa, quæ* ob certos caſus exiſtentes commoda nobis & incommoda hoſtibus, *quæque* ſpem victoriæ ſi non planè certam, ſaltem non dubiam facit, *id. d. l.* præviâ ſcilicet dijudicatiõe ejus ex qualitate tùm loci, tùm copiarum, tùm hoſtis feſſi vel inopiâ preſſi & ſimilibus circumſtantiis factâ. C.

Prudens ſiquidem Dux occaſionem non ſemper ex ſua ipſius conditione judicet, ſed etiam & vel maximè ad hoſtem reſpiciat, ut ſi moram hoſti, exempli gratia ob annonæ & aquæ penuriam, morborum ingraveſcentiam & ſimilium moleſtam & damnoſam eſſe, vel hoſtium alacritatem & impetum primum morâ infirmari noverit, juxta Tacit. 2. Hiſtor. 32. monitum, *eam ſtudioſè nectat: Semper verò Dux* dictum Auguſti Imperatoris obſervet præceptum: *Prælium nunquam ſuſcipiendum eſſe, niſi cum major emolumenti ſpes, quam damni metus oſtendatur. Sueton. in ejus Vita cap. 25. & Veget. d. l. 3. c. 26. Ideòque in dubiò compoſitius cuncta, quàm feſtinatiùs agat. Tacit. 3. Hiſt. 20. Nam teſte Ennio l. 8.* D.

Multa dies in bello conficit unus.

Quodſi verò perſpiciat, hoſtibus ex. gr. ex itinere Glaſſis & ad pugnam ineptis, vel exſpectatis auxiliis per moram vires creſcere, occaſione in tempore utatur, moramq́; omnem ſeponat. Quod benè obſervarunt Tartari, qui Polovvzos & Ruthenos magnis itineribus obviam factos adeòque planè fatigatos nullo reſpirandi ſpacio dato aggreſſi ſunt, & fuderunt ut refert *Mechovius l. 3. Chron. Polon. c. 31.*

Culpatur ideò Hannibal, quod Romano exercitui planè defatigato tempus ad reſpirandum conceſſerit maximo cum ſuo damno: De quo ex *Livio lib. 22. c. 51. ita ingenioſè canit Ovvenus lib. 2. n. 119.*

Heu! Quantum Hannibali nocuit differe parato?
Servata eſt minimâ maxima ROMA MORA.

Contrà verò ſi deprehendat hoſtem ita comparatum eſſe, ut trahendo tempus ſecundum ante dicta Exercitus illius vel ob contagioſos morbos, vel ob annonæ caritatem, vel ob ſtipendiorum defectum, vel ob prima ejus tyrocinia neceſſariò imminuatur, *ſe omninò prælio abſtineat, hoſtemque magis* proprio infortunio, quàm provocatione ullâ premat, *aut illi* ad prælium provocanti ſe offerat, *cum* belli eventus imprimis apud deſperatum hoſtem ſit dubius.

B. *Neceſſitatem præliandi quod attinet, quamvis* prudentis Ducis non ſit, in eas ſe pati anguſtias conjici, ut invitus cum hoſte decernere cogatur, *cum tamen* etiam prudentiſſimus quandoque per adverſarii inſidias & aſtutiam errori & anguſtiis illaqueari poſſit, *optimum illo in caſu eſt*, ut quanto ocyùs ac ante res planè deſperatas fortunam ſuam experiatur, neque animum deſpondeat, cum ſæpè *neceſſitas in loco, ſpes in virtute, ſalus in victoriâ animos addat. Tacit. 2. Ann. 20.* & non rarò *miles deſperatione magis ad iram, quàm in formidinem ſtimuletur. Id. 2. Hiſtor. 47. præſertim* ſi Dux prudenti & invicto animo iis robur addat. *Juvit ſanè Antonium locus*, arctiori illic viâ & fracto interfluentis rivi ponte, qui incerto alveo ex præcipitibus ripis fugam impediebat, ea neceſſitas ſeu fortuna lapſas jam partes reſtituit, *apud Tacit. l. 3. Hiſtor. 17.*

C. II. *Quod modum inſtruendæ aciei attinet*, ille totus in eo conſiſtit, ut Dux belli hoſtis ſui vires & conſilia, ac hoſtilis exercitus qualitatem, an ille nimirum veteranus & exercitatus, & animoſus ac ad prælium committendum promtus & paratus ſit, nec ne: uti etiam ſuorum robur, deinde loci ad prælium deſtinati qualitatem & quantitatem probè examinet, & ſecundum illa aciem inſtruat, actionesque ſuas dirigat, de quo *in ſeq. th. 6. expl. 3. plenè* dicetur.

III. *Animoſi quidem & fortis belli Ducis eſt, ſemper Victoriæ ſpem fovere, militibusque ſuis illam omnibus modis imprimere, ad exemplum Julii Cæſaris, qui in ancipiti prælio equos dimittebat, & imprimis ſuum, quò major permanendi neceſſitas imponeretur, auxilio fugæ erepto Sueton. in ejus vita c. 60. & ipſemet l. II. De Bello Gallico p. m. 30.*

D. *De quo plura videri poſſunt apud Machiav. Diſcurſ. ad Liv. lib. 3. c. 12. Providum verò* & fortunæ novercantis uſus expertum etiam decet *in tempore de ſecuro refugii loco, ſi caſus id ſecum ferat, cogitare & cum primoribus ſuis de illo in ſecreto deliberare*, ne victoriâ hoſtibus conceſsâ per diverſa imprimis in hoſtili ſuo elabantur copiarum reliquiæ, ac ita in manus hoſtium improvisò, ac citra ullam reſiſtentiam dilabantur: *imprimis verò refugii locus eligendus vel deſtinandus eſt ampla aliqua ac munita Urbs, vel fluvius aliquis* ægrè ſuperabilis ponte munito junctus, quo fuſus exercitus vel ſe recolligere, viresque reficere, vel in tutum recipere locum poſſit. *Non enim ſemper tutum & conducibile eſt, exercitui omnem refugii ſpem eum in finem adimere*, ut illo ardor ad pugnandum & animus ad victoriam obtinendam ex deſperatione illâ ſalutis & fugæ creſcat, *quia etiam robuſtiſſimus & victoria adſuetus exercitus fortunæ caſibus ſubjacet & ludibrio, ut ſupra cap. 3. th. 4. expl. 1. n. 4. & ſicut parva cauſa intervenire poteſt rem ingentem moliendi, Liv. lib. 6. cap. 14.*

cap. 34. ita etiam eadem inverſo ordine rem ingentem ſubvertere poteſt, quâ de causâ in bello etiam minima tanquam nociva & profutura, prout caſus fert, à prudenti Duce obſervanda ſtudioſè ſunt, *ut ſeq. c. 8. th. 2. expl. 2. n. 1. annotatum eſt.*

Exempla infelicis talis exitus apud Hiſtoricos ſunt obvia, ex quibus ſeqens ſaltem hîc recenſere voluimus. *In exercitu Veneto ob pontem ſtudiò & ad alacritatem pugandi generandam abſciſſum miſerè in flumine pereunto. Bembus. 1. Hiſter. Veneta p. 16.*

Places hic L. Papyrii Curſoris Dictatoris Romani, caſtra Samnitibus oppoſita præviâ ad militem ejus cauſæ gratiâ habitâ oratione & ad fortiter pugnandum dempto receptaculo animatione in ſpeciem accendentis *conſilium: ita enim & militi irritamentum ad fortiter præliandum dedit, & nihilominùs inſcius receptaculum in adversâ fortunâ reliquit. Liv. lib. 9. c. 24.*

TH. VI.

Præparatio ad prælium hodiè fit (1) per recenſitionem exercitus. (2) per indictionem prælii ipſius & diſtributionem pulveris pyrii & funiculorum incendiariorum, ac teſſeræ militaris. (3) electionem loci idonei (4) inſtructionem aciei & adhortationem à Duce & Officialibus factam. (5) preces ad Deum publicè fuſas.

Explic.

I. S*Icuti olim moris erat, ut Imperatores Romani* ante prælium quandoque exercitum recenſerent, illique ſtipendium darent, eoque an imminutæ eſſent copiæ, nec ne, indagarent, nec non militibus animum ad fortiter pugnandum adderent; *ita quoq́ hodiè à prudentibus Ducibus* magno emolumento id fieri ſolet. *Pertinet huc à Romanis & aliis Gentibus uſurpata exercitus luſtratio vel expiatio per victimas facta, & ab Onoſand. Strategic. c. 5. ſedulò inculcata. Exemplum illius habemus apud Plutarch. in Cæſare c. 63. ubi Cæſar* ante pugnam Pharſalicam ita exercitum expiavit.

De more luſtrandarum claſſium legi poteſt Appian. l. 5. Bellor. Civil. p. m. 1151.

Plura vide expl. 5. ſeq. & præc. c. 3. th. 11. expl. 1. & de recenſitione exercitus poſt prælium ſeq. th. 14. expl. 1.

II. *Concluſo in conſilio habite prælio militibus per Subofficiales illud indicitur in eum finem*, ut corpora ſua curent, ſclopeta & ſclopos explodant, & denuò præparent, atque ut pulvere pyrio inſtructi ſint, ille D. cum funiculis incendiariis illis ad neceſſitatem diſtribuitur, *teſſeraq́ militaris ſignificatur, addito quandoq́ ſingulari ſigno*, quo ab hoſtibus ſemetipſos commiſſo prælio diſcernere queant, *quod quandoq́* in ligamine ſingularis coloris, *quandoq́* in viridi fronte *quandoq́* in ſtramine pileis & brachiis inflexo conſiſtit, *quandoq́ etiam, ſi hoſtis eodem in fraudem utatur, in ipſo conflictu mutatur. Narrat ita Choniat. in Ann. ſub Emman. Comneno l. 3. Imperatorem illum* in nocturna Turcorum invaſione ſuis *teſſeram dediſſe ferrum*, quo illâ voce illi ſe cognoſcerent ac ab inimicis diſtinguere poſſent. *& primò* quidem teſſeram illam feliciter uſurpatam *poſtea verò illam intellectam* etiam à Turcis adhibitam fuiſſe.

Simile exemplum de prælio inter Gallos & confœderatos ad Mediolanum anno. 1522. habite refert Guicciard. l. 14. hiſt. p. m. 399.

A. *Teſſera militaris velia uno verbo, vel duobus, ex. gr.* ut eam habuit *Brutus* in prælio adverſus Cæſarem, *Libertas, Dio lib. 47. p. 352. Julius Cæſar, Venus armata Idem lib. 43. p. m. 234. Cæſaris in pugnâ adverſus Pompejum juniorem Venus ſimpliciter huic pietas, & App. l. 2. de B. C. p. m. 804. Cyrus in prælio contra Aſſyrios Jupiter auxiliarus & Dux. Xenoph. lib. 3. Cyroped. n. 85. Gallorum prioribus ſeculis meum gaudium referente Orderico Vitali Hiſter. Eccleſ. l. 12. f. 849. Exercitus Catholicorum ſæpiùs Jeſus Maria, quandoq́ in integrâ formulâ*, puta *Adjuva Jeſu, protege tuos, & ſimilibus* conſiſtit. *Rex Sueciæ Guſtavus Adolphus in prælio Lipſienſi & Luzenenſi Deus nobiſcum, Tillius verò in priore & Dux Fridlandiæ in poſteriori dictis verbis Jeſus Maria pro* teſſerâ uſi, ut refert *Chemnit. in Bello Sueco-Germ. vol. 1. l. 3. n. 33. & ſeq. ac l. 4. n. 57.*

B. *Vide plura præc. c. 6. th. 12. expl. 1. notata.*

Ubi ſciendum, teſſeram hanc differre à clamore vel cantu bellico, Germanicè, Feld-Geſchrey / *ut mox th. ſeq. 12. in expl. 1. dicetur.*

Curatio corporum conſiſtit non in nimiâ, ſed in modicâ & neceſſariâ cibi ſumtione, ut Veget. lib. 3. c. 11. docet, cum miles jejunus viribus non polleat tàm diuturnis & vehementibus, idque *experientia ſæpè teſtata ſit*, exercitum impranſum aliàs invictum, victum fuiſſe, ut *de Romanorum refert Polyb. lib. 3. c. 71.* & nos *infrà th. 10. expl. 9. n. 2.* demonſtravimus. *Tradunt hinc eruditi, prandium vocatum fuiſſe* omnem militum cibum ante prælium ſumtum, & *à parare dictum, quaſi parandium*, quod eo miles ſe parat ad prælium. Vide *Iſidor. l. 20. c. 2. & Treboll. Pollion. in Gallieno c. 2.*

C. III. *Quantum in loco opportuno ſitum ſit, indicat Veget. lib. 3. c. 26.* his verbis: *Plus interdum prodeſt locus, quam virtus in bello: & Julius Ferretus de Re & diſcipl. Milit. ſub maiori â de Prælio: Locorum natura ſæpiùs plus prodeſt, quàm mortalium virtus. Simile quid Onoſander c. 31.* inculcat.

Æſtimatur verò locus eò commodior, quò ſuperior: hinc Tacit. 12. Annal. 33. conſilium dat, ut Dux ad prælium eligat locum, ubi aditus, abſceſſus, cuncta hoſti importuna, & ſuis in melius ſint, cujus rationem reddit Veget. d. lib. 3. c. 13. quia in ſubjectos meliùs tela deſcendunt, & majori impetu obnitentes pars altera pellit. Qui adverſo nititur clivo duplex ſubit & cum loco & cum hoſte certamen. Obſervavit id Popilius Romanus Conſul in prælio cum Gallis inito apud Liv. l. 7. c. 23. Dorimachus Ætolorum præfectus adverſus Aratum Achæorum præterem proſpero eventu Polyb. l. 4. c. 12. & Annibal feliciter & magnâ cum Romanorum clade in prælio Cannenſi Liv. lib. 22. c. 46. Cn. Pompejus in Cappadociâ cum Mithridato: C. Cæſar cum Pharnace: Lucullus cum Mithridate & Tigrane in Armenia majore prælium committens. Fronten. lib. 2. c. 2. n. 2. & ſeqq. Sic in celebri illo ad Nordlingam prælio Cæſarianos locus admodùm juvit, & in caſtrorum ad Noribergam in locum editiorem locatione Wallenſteinii prudentia exercitum ſalvum præſtitit. *Hinc conſueta Livio l. 7. c. 23. & l. 10. c. 26. ac paſſim, & aliis locutio, loco* (ſcilicet editiori) *adjuvare paucitatem.*

Memorabilis eſt iſte locus, quem Severus Imperator Romanorum ad prælium cum Nigro (itidem Romanorum Imperatore & eundem locum ſibi caſu deſtinante) conflicturus ſibi elegit, *ita deſcriptus ab Herodiano lib. 3. c. 12. Ita concurrerunt Iſſicum, quem appellant, ſinum, longè latèque ſpacioſiſſimâ in planitie,*

qua

A. *qua perpetuis ſubjecta collibus in theatri ſpeciem littus habet à mari longiſſimè excurrens, quaſi quoddam belli ſtadium fabricata natura. ubi c. ſeq. addit, vulgus ingens hominum ex urbibus vicinis agriſque eò confluxiſſe, supernè quaſi ex tuto loco prælium ſpectaturum.*

Præterea obſervandæ ſunt tempeſtates, ne ea nobis adverſa ſint: Itaque omnem belli Dux moveat lapidem, *ne Sol ventusque* ſibi adverſetur, *cum ille oculos* & aſpectum hebetet, *hic* proſpectum tàm per objectum pulverem, quàm fumum ex exploſione tormentorum ac bombardarum exſurgentem planè deneget, & ortâ pluviâ admodùm iniquus ſit. *Vide Veget. lib. 3. de re milit. cap. 14.*

Elegit talem locum ſibi Annibal in Cannenſi pugnâ non ſine magno fructu & Romanorum incommodo. *Liv. lib. 22. cap. 44. & 46. Seneca 5. Natur. 16. Val.* B. *Max. lib. 7. cap. 4. in ext. n. 2. ac Flor. lib. 2. cap. 6.*

Simili modo Æmilius Paulus Romanus Cons. cum Perſeo Macedoniæ Rege conflicturus tàm diu prælium diſtulit, donec Sol inclinaret, ne ſui milites illum adverſum haberent. *Plut. in ejus Vita cap. 29.*

Egregium exemplum fuſi ob ſolas adverſas tempeſtates Nigriani exercitus vide apud *Xiphil. in Dione l. 74. f. m. 843.*

Ita Schvveppermannus ab Imperatore Ludovico Bavarò Dux belli in prælio cum Friderico Auſtriaco Anticæſare conſtitutus, ſolem & ventum exercitui ſuo adverſum & nocuum per inverſionem aciei declinavit & in hoſtem convertit, ac ita victoriam ab illo jam victore reportavit, ut tradit *Bircken. in Hiſtor. Auſtr. l. 3. c. 3. n. 16. f. 289.*

C *Ita quoque Angli* adverſus Gallos ad Creſciacum pugnantes Solem objiciendo eos magnâ clade affecerunt. *Æmyl l. 9. f. m. 281. Refer exempla ex Ruperto ad Flor. l. 2. c. 6. §. 15.*

Idem Rex Sueciæ Guſtavus Adolphus in prælio ad Lipſiam cum Cæſareano exercitu inito obſervavit, huic commoditatem hanc præoccupatam per converſionem aciei magno labore adimendo, ut refert *Chemnit. in Bello Sueco Germ. vol. 1. l. 3. f. 176.*

Caveat quoque belli Dux, ne nimis anguſtum eligat locum, præſertim ſi equitatu præſtet, quoniam ita aciem ſuam rectè explicare, & milite ſuo uti non poteſt, *quod accidit Alexandro M. in prælio cum Lacedæmoniis commiſſo, ubi plures ſpectarunt, quam prælium inierunt, teſte Curt. l. 6. c. 1. & Dario, qui* locum amplitudine ſuâ multitudini Perſarum percommodum ſuaſu adulatorum relinquens iniquitate anguſti loci poſteà magis, D. quàm ab hoſte ipſo victus eſt, ut *ex verbis Alexandri M. ipſius demonſtrat Arrianus de Expedit. ejus lib. 2. p. m. 93. & 95.* *Et contra* ille belli Dux, qui peditatu prævalet ex eâdem ratione eligat campum anguſtum & hoſti equitatu valentiori ideò incommodum, ut jam *præc. c. 4. th. 2. expl. 4. quæſt. 1. monuimus & ſeq. n. 1. reperiuntur.*

Memorandum quoq; hic nonnunquam hoſtem alteri electionem loci & diei, ubi ſcilicet & quando confligere velit, ad teſtificandam animi magnitudinem, liberam relinquere, ſicut fecit Cato Celtiberis apud Liv. l. 34. c. 19. Henricus VII. Angliæ Rex Jacobo III. Scotiæ Regi id per fecialem denunciavit, ſecundum *Buchanan. lib. 13. Rer. Scotic. p. m. 462. & Bojorix Cimbrorum Rex* ante prælium cum Mario initum, ubi certus locus & dies ab utrâq; parte prælio deſtinatus fuit, referente *Plut. in Mario c. 40.* Vide etiam *Dion. l. 27. Hiſt. f. m. 352.*

A. *Ita quoque* ſub Imperio Imperatoris Mauricii ductu Philippici Varamus Perſarum Dux ad hunc nuncium miſit, conflictus copiam nominato in loco petens, quod etiam illi placuit & perfectum fuit referente *Simocatta l. 3. c. 7.* qui etiam *ſeq. l. 8. c. 3. ſimile* inter Romanos & Abares placiti & commiſſi prælii exemplum narrat. *Quod etiam* inter Eduardum III. Angliæ Regem & Philippum Valeſium Galliæ Regem placitum fuiſſe *Buſſier. l. 10. Hiſt. Franc. ſect. 5. refert. quò etiam reſpexit Dio l. 47. f. m. 352. ſcribens*, inter Brutum Caſſiumque & Cæſarem ac Antonium diem quidem prælii certam dictam non fuiſſe, nihilominus tamen quaſi ex compoſito omnes ſub auroram ſuos armatos in aciem eduxiſſe.

Licet vero tale quid ab adverſa parte neceſſariò accipiendum non ſit, *cum nihil levius vel turpius ſit, quàm auctore hoſte de ſummis rebus capere conſilium, ut Cæſar* B. *l. 5. de B. G. p. m. 112.* loquitur, & *incongruum ſit, de faciendo prælio hoſtem in conſilium adhibere, ut Marius d. c. 40. de ſuis Romanis judicat. vel ad illius arbitrium aliquid facere aut diſſimulare. ut Veget. l. 3. c. 26. in præ judicat, quod etiam Vitigis Legatis reſpondit Beliſarius apud Procop. l. 1. Hiſtor. Goth. p. m. 197. his verbis: Pugnandi tempus à vobis non petemus, neq; enim mos eſt bellum gerere ex hoſtis ſententiâ ſed ſua quiſq; diſponere ſolet quemadmodum ſuo ex uſu exiſtimat. a multis tamen* ut ex parte modò dictum, id in ſignum magnanimitatis vel potiùs ambitionis approbatum fuit, ſicuti etiam multi prudentiſſimi Duces ſine opprobrio illud recuſarunt, cujus exemplum *Liv. l. 8. c. 23.* refert.

Quibus addimus, forte ex electo utrinq; tali loco Germanos illum die Wahl-Stadt vocaſſe.

Hodie ſolet hoſtis in propinquo ſtanti propoſitum & ardor pugnandi ab unâ parte per exploſionem aliquot tormentorum indicari, & ſimile ſtudium per contra- C riam exploſionem reddi, ut notum eſt.

Notanda hic quædam de eligendo loco regula.

1. *Si exercitus* noſter peditatu, hoſtilis verò equitatu prævaleat, eligendus eſt ſecundum prædicta locus pugnæ ſylvoſus, aſper, montanus, anguſtus, & inæqualis, quò equitatui ſit inacceſſus & inutilis, peditatui verò ad defenſionem & repulſionem hoſtium aptior: *Sicuti contra* equitatu prævalente eligendus eſt locus planus, æqualis & longè patens, quo hic ſeſe melius explicare & hoſtili peditatui undique infeſtus eſſe queat. *Priorem* ideò elegit *Scipio in prælio cum Annibale ad Trebiam commiſſo apud Liv. l. 21. c. 48. poſteriorem* verò *Annibal* in primo cum illo initio *Ibid. c. 47. & ſeq. & in prælio ad Cannas Ibid. l. 22. c. 44.* de quo etiam legi poteſt *Mauric. in Strateg. l. 8. c. 2. Imperatorem Leonem in Tacticis c. 20. §. 183. & Ranzovius Comm. Bellico l. 3. c. 2. th. 2.*

2. *Parvo exercitui cum magno* ob eandem cauſam D. in anguſtiis locorum, non in patenti loco nec in æquâ planitie, ne minor exercitus à majori circumveniri queat confligendum eſt, uti fecêre *Græci* contra Xerxem pugnaturi apud *Herod. l. 7. n. 197. & ne* omnes copiæ pugnare queant *Curt. d. l. 6. c. 1. & Arrian. d. l. Simile exemplum* in prælio inter Scipionem & Mandonium ac Indibilem inito refert *Liv. l. 28. c. 33.*

3. *Locus excelſior eligendus* ſecundū paulò ante dicta.

IV. *In peritâ aciei ſtructione maximum eſſe momentum inter omnes conſtat.*

Ut igitur illa ritè ordinetur, monent rei militaris periti (1) ne prius quàm hoſtis ſuam inſtruat, illa formetur, *Veget. l. 3. c. 11. & 18. & Imper Leo in Tactic. c. 20. §. 99. & ſeq quia* ita Dux pro arbitrio ſuo locum aptum eligere atque hoſti adimere & præterea facere poteſt, quod ſibi utile videtur. *quantum autem* in aptitudine loci ad victoriam obtinendam ſitum ſit, in præcedentibus per rationes & exempla demonſtravimus.

deinde

deinde *quia ſuis magis auget diffidentiam & adverſarius fiduciam minuit, dum fortiores videntur, qui provocare non dubitant: Inimici autem incipiunt formidare, qui vident contra ſe acies ordinari. Veget. d. c.*18. ubi plura habet, *& Leo d. l. tandem quia* ita acies eum prudenti circumſpectione & cunctatione pro libitu inſtrui & militi quædam quies procurari poteſt, melius enim ita vires & animum recolligere poteſt.

(2.) *ut acies ita conjungatur*, ut ægre rumpi poſſit, quia graviſſimum ſemper ab hoſtibus audacibus & prudentibus diviſus & inordinatus periculum ſuſtinet exercitus: contra ita condenſatus exercitus & conſtans ex gravi armaturâ *muro inſolubili comparatur a Marcell. lib.16. p.78. & muro ferreo a Veget. lib.2. cap. 17. & lib. 3. cap.14. Hinc Romanorum maximum artificium in firmâ acie conſtituendâ conſtitit.*

Fuêre autem apud ipſos diverſi modi milites in firmum modum & nexum componendi, inter quos præcipuè *teſtudo, quando* milites ſcutis vel potius clypeis ſuper capita condenſatis in genua procumbunt, & poſt ſe poſitis quaſi murum ad cò melius & tutius ſe defendendos præbent, *item quando* ſtantes per ſcutorum compagem corpora ſua protegunt, & ita irruptionem vel perruptionem hoſti impediunt, *de priore exſtat locus apud Livium lib.44.cap.9.* ubi eam eleganter deſcribit. *Item apud Dion. lib.49.f.m.409. & Flor. lib. 4. cap. 10.* ubi ita ſcribit:

Deleta reliqua copia forent, niſi urgentibus telis in modum grandinis, quâdam ſorte docti procubuiſſent in genua milites, & elatis ſuper capita ſcutis ceſorum ſpeciem præbuiſſent. Tùm Parthus arcus inhibuit. Deinde Romani, quum ſe rurſùs extuliſſent, adeò res miraculo fuit, ut unus ex Barbaris emiſerit vocem: Ite & benè valete Romani, meritò vos victores fama Gentium loquitur, qui Parthorum tela fertis. De poſteriori idem Livius d. l. & lib.10. c. 42. item Marcell. lib.14. p. m.5. & lib. 16. p. m. 84.

Formam teſtudinis in oppugnatione Urbium uſitata refert Lips. in Poliorcet. lib.5. Dial.2. & lib.1. Dial.5. ubi adhuc aliam ponit. item *Stevvechius ad lib.2. Veget. cap.16.*

Nec non cuneus, globus & ſimiles, de quibus paulò pòſt n. (3.) dicetur.

(3.) *Ut in loco aliquo eminentiori formetur, ac tormenta bellica ita diſponantur, quo ex alto in hoſtes eò melius vibrari queant. Veget. d. lib.3. cap.13. de quo præc. expl. 3. plura dicta ſunt.*

(4.) *Ut duæ formentur plenæ acies prima & ſecunda vel ſubſidiaria, ac in hac robuſti locentur milites, qui hoſti perrupturo fortiter obviam ire & ſe opponere, Veget. lib.3. cap.14. in f. &* cap.17. *atque ita collapſa reſtituere poſſint: quod ad victoriam plurimum referre ſcribit Modeſtus de Vocab. Rei milit.* de quo & legi poteſt *Mauricius in Strategico*, ubi utilitates ex binis hiſce aciebus provenientes enarrat, & inter alias illas, quod prima acies ob tutum tergum non ita facile fugiat, & ſi quâ retrocedere cogatur, à ſecundâ recipi ac defendi queat.

Obſervavit hoc Guſtavus Adolphus Sueciæ Rex in primo juxta Lipſiam habito prælio, in quo robuſtiſſimas cohortes in ſubſidium poſuit, & illis primâ acie fugatâ prælium reſtauravit: Nam qui *ſuperveniunt, terribiliores ſunt hoſti iis, qui in manibus ſunt & pugnant. Thucyd lib. 5. p. m 220. & ſubita magis conterrent hoſtes, Veget. l.3. c.26. Eodem modo Romani Etruſcos ſuperarunt. Liv. lib. 9. c. 32.*

A. *Contrarium tamen* fortiſſimos nempe in primâ collocandos eſſe acie, *ſtatuit Conr. lib.10. Polit. c.37. quod certo modo etiam docet Veget. d. l. lib.3. c.14.*

Obſervandum porro hic de acie navali rectè inſtituenda præcepta ægre præſcribi poſſe, ob varias tam quo ad hoſtium potentiam ac aciem & maris ſitum, ſcopulos, profunditatem ac fluctus, *quam* ob ventorum incertitudinem ac inconſtantiam, & receptionis difficultates, *interim certum eſt Lunatam aciem ſicuti ſolim ita hodie à Turcis & illis nationibus, qui triremibus & multitudine navium pollent, ad concludendos hoſtes & naves omnes ſimul uſurpandas maximopere uſurpabilem fuiſſe*, ut etiam tradit *Leo Imperator in Tacticis cap. 19. §. 44. & 67.*

Hollandi contra, Angli, Hiſpani & Galli triplicem ferè aciem ad modum terreſtris inſtruere ſolent, ut ex B. *hiſtoriis notum eſt, quamquam etiam* in plures ordines quandoque diviſæ fuerint acies, *ſicuti* in prælio illo famoſo ab Hollandis cum Hiſpanicâ claſſe anno 1639. inito *illorum claſſis in ſex acies diſpertita fuit*, ut refert *Thyſ. in Hiſtor. Navali cap.69. p.285.*

De Aciebus ab Hollandis & Anglis in præliis inter ſeſe anno 1665. & ſeq. commiſſis ordinatis Diar. Europ. parte 16. legi poteſt.

De Acie confœderatæ Chriſtianæ claſſis in prælio contra Turcas ad Echines anno 1571. commiſſo vide Gratian. de Bello Cyprio l.4. p.m.324. & ſeq. & Juſtinian. l.16. Hiſtor. Veneta f. m.340. & ſeq.

Cæterum de acie notandum, quod

1. *Meneſtheus Rex Athenienſium, illam primus ordinaſſe feratur referente poſt Homerum in Iliade β. p.* C. *m. 85. Ælian. de Inſtruend. Aciebus in pr.* ubi plura legi poſſunt. quod *Rupert. in Hiſtor. Univ. c.4. p.105.* narrat.

2. *Illa more antiquo tribus conſtiterit partibus, peditatu*, qui corpus repræſentans in medio conſtitutus, & *ſtrictè loquendo acies ipſa* vocatur.

Ita enim Veget. l.2. c.1. Equitum ala ab eo dicuntur, quod ad ſimilitudinem alarum in avium corpore ab utraque parte protegant aciem: & *Modeſtus antiquus Scriptor de Vocab. res milit. in pr.* quo cum conſentit *Cincius lib.6. de Re milit. apud Gellium lib.16. cap. 4.* de quo etiam *præc. cap.5. th.4. expl.1.* dictum, *ubi ſimul* de aliis particularibus alis cum cohortibus iiſdem egimus. *Equitatu in duabus alis vel duobus cornibus*, de quibus modo diximus, conſiſtente, *& acie ſubſidiariâ*, quæ hodie **die Reſerve** dicitur.

D. *Hodie verò* accidente nimirum prædictis tribus, *corpore Rei Tormentariæ*, **der Artiglerie** de quo *præc. cap. 4. th.6. expl. 2. poſt princ.* egimus, *quatuor conſtet.*

Ubi tamen monendum præcedentes tres partes etiam abuſivè acies primam, mediam & ultimam ab antiquis dictas eſſe.

Cæterum typum aciei Romanæ refert Lipſius lib. 4. De Militiâ Romanâ. Dial. 8. deſcriptionem verò Dial. 16. & typum aciei, quâ uſus eſt Darius vide apud Curtium l. 3. c.3. circa fin.

3. *Aciem denotare non ſemper totius exercitus, ſed etiã partium illius diſpoſitionem ordinariam* ſive inæqualia membra vel juga factam, & ideo *a Veget. l.3. c.15.* in uno exercitu plures & quidem novem ac amplius acies ordinari poſſe referri: *Eãq; directã ideò dici ab eodẽ ſeq. c.17*

quæ

A. *quæ ordinariè obſervatur. Indirectas verò vel extraordinarias eſſe ſequentes ejus ſpecies*, quia illæ ex occaſione & neceſſitate vel caſu ſuperveniente demum formantur, ut *Idem d. c.12.* tradit. *Licet* à nonnullis etiam pro ordinariis apud alias gentes habeantur.

4. *Species vel formas antiquarum acierum & præliorum fuiſſe ferè ſequentes:*

Cuneum qui repræſentavit formam triangularem, cujus frons vel initium fuit anguſtum paulatim, in latiorem formam, nempe ab uno milite incipientem & ſingulis jugis duos addentem, ita, ut in primo jugo unus, in altero tres, in tertio quinque, in quarto ſeptem & ſic deinceps collocati ſint milites, deſcendens, ad hoſtium aciem eo facilius rumpendam inventum *Metaphorâ à vero cuneo deſumtâ: Veget. lib. 3. cap. 19. Vocatur ſecundum Eundem etiam os porcinum, ſed militari ſimplicitate, ut ſcribit Marcell. lib. 17. p. m. 108.* B. *ab Agathia verò lib. 2. ejus forma accuratè deſcribitur, ac Græcæ literæ Δ aſſimilatur.*

De illo etiam tractat Ælianus de Inſtr. aciebus, ubi formam illius refert, & ſpeciem illam equitibus, cum tamen *Veget. d. l.* illam peditibus adſcribat, tribuit.

Forcipem qui præ ſe tulit exercitum in duo incurva latera exteoſum, ita, ut eorum initia vel frontes verſus hoſtem eſſent diducta, & tandem conjungerentur ad *modum extenſi forcipis, unde ita dictus*, quod quaſi forceps hoſtem incluſum ſcinderet, vel comprimeret: Circa quem *Veget. lib. 3. cap. 17. monet*, ad illum utiliter uſurpandum ſuperfluos neceſſe eſſe milites. *Gellius tamen lib. 10. cap. 9. & Modeſtus de Vocab. Rei Milit. habet forfex, & quidem noſtro judicio rectius, ſiquidem ipſe Veget. d. l. 3. c. 19.* ita habet, & ejus formam per Græcam literam V demonſtrat, illamque opponit cuneo C. vel literæ Δ, *quia* ille hunc excipit, & ex utraque parte includit.

Globum, qui cum vocabulo propriè multitudinem militum ab acie verâ ſeparatam & in rotunditatem coactam denotat. *Veget. d. c. 19.* ſcribit, illam etiam dici grumum, ſed *Stevvech. ibid.* pro illo reſtituit Drungum.

Turrim, quæ eſt formâ longâ quadrangularis juxta laterculum diſpoſita, ut *Euſtath. ad Homeri Iliad. M. demonſtrat, & Lipſ. de Militia Rom. l. 4. Dial. 7. tradit*, ubi turris formam ▯ laterculi verò ▭ exprimit, & utrumque jungit.

Serram, quæ à Veget. d. l. deſcribitur ſed obſcurè, quæ à ſtrenuis directa ante frontem opponitur hoſtibus, ut turbata acies reparetur.

Sed Feſtus in fragm. ſcribit, *ſerrâ præliari* dici, cum in prælio ad hoſtem ſemper acceditur & iterum receditur neque ullo ſubſiſtitur tempore. D. *Ex quo intelligi poteſt* per ſerram militarem à propriâ ſerræ tractione dictam hoſtem acceſſu & receſſu continuato laceſſi & turbari.

De illâ alia quædam annotavit Valtrinus l. 5. de Re Militari Roman. c. 2. p. m. 309. ubi legi poteſt.

Et has ſpecies ex Catone de Re Milit. apud Feſtum in d. Fragmentis deſumſimus.

Quibus ex Gellio d. l. 10. c. 9. Frontem, quæ eſt pars aciei hoſti proprior, *& ſubſidia.*

Nam quod orbem addit, id alii ad globum referunt, quod etiam proprietas verbi ſuadet:

Illum tamen ſaltem in rebus deſperatis factum nec ordinariam vel veram aciei ſpeciem fuiſſe Cæſar l. 4. de A. *B. G. p. m. 97. & l. 5. p. m. 114. Saluſt. in Jugur. c. 97. & Liv. l. 4. c. 28. & 39. l. 21. c. 56. l. 22. c. 29. l. 23. c. 27. & l. 42. c. 65.* indicant.

Ac ex Æliano d. tr. poſt pr. Phalangem, Cornua & Rhombum addimus, ubi legi poſſunt.

De Phalangis Macedonibus, Græcis & Dardanis ſaltem vel præcipuè uſitatæ vi & ſtructurâ vide præter *Ælian. d. l. Polyb. l. 17. c. 25. & ſeqq.* ubi comparationem inter illas & Legiones inſtituit, ac Romanorum aciem meritò præfert.

Cornua vel alæ ſunt pars non ſpecies aciei, ut jam diximus.

Rhombus duplicatus cuneus ita fuit, ut in omnibus quatuor lateribus ab uno milite ad duos juga multiplicentur.

Quibus addimus à Veget. d. l. 3. c. 20. Septem depugnationum genera vel modos referri, ubi legi poſſunt.

B. *Ac tandem teſtudinem præc. c. 6. th. 17. expl. 7. in duplici ſignificatu relatam adjungimus.*

Cæterùm Romanos ſub Imperatoribus aliter quàm ſub Republicâ aciem ordinaſſe latè demonſtrat *Salmas. de Re Milit. Roman. c. 5. 6. & 7.*

Recentiorum acierum formas quod attinet, not andum illas ut jam ſub præced. n. 2. diximus, ex corpore peditum, duobus cornibus, & ſubſidiis ac tandem tormentis bellicis, quæ ſecundum ſitum loci variè diſponi ſolent & debent, conſtare. Illas verò non uno inſtrui modo, ſed pro loci ſitu variè ordinari, ut ex illarum typis expreſſis conſpici poteſt.

(4.) *Apud Romanos triarios*, qui in acie locum poſteriorem capiebant, *ordinariè genu dextro innixos*, ut ita integrarum virium eſſent, immobiles ſubſtitiſſe, atque juſſum Ducis exſpectaſſe, ut inde fortè natum ſit Romanorum proverbium, Sedendo vincere, ac ju- C. bente demùm illo ſurrexiſſe ad pugnam capeſſendam, ut hoc clare indicat *Liv. lib. 8. c. 8. 9. & 10.*

Quibus hic ſingulariter addendum, antiquos Gallos referente Cæſare lib. 8. de B. G. p. m. 205. in acie ſedere ſolitos.

De Ducis alloquio & adhortatione hîc annotandum primò Orationibus talibus undique hiſtorias eſſe refertas, *argumento* ad milites animandos, *modò* à periculo præſente, *modò* ab amore adverſus patriam & penates, *modò* à virtute avitâ, *modò* à virtute militum propriâ & laude præteritorum factorum, *modò* à certitudine victoriæ, *modò* à præmiis, *modò* à præda hoſtium divite deſumto. *Sic Civilis* ſuos egregiè ad fortitudinem adhortatus eſt, Orationem ſuam ita claudens:

Hic dies aut glorioſiſſimus inter Majores, aut ignominioſus apud poſteros erit. Tacit. 5. Hiſtor. 17. Egregiam Orationem Scipionis ad ſuos & Annibalis contrariam D. *refert Liv. lib. 21. c. 40. & ſeqq.* Nec minùs egregiam *Camilli* eventu proſperam *Idem lib. 6. cap. 7.* Qui etiam ſimiles multas paſſim recenſet. *Juſtiniani Ducis Romanorum apud Simocatt. lib. 3. Hiſt. Mauric. cap. 13. relatam lectu digniſſimam. Germanici & Arminii contrarias vide apud Tacit. 3. Annal. 14. & 15. Ubi* auctor de Germanici Oratione annectit *orationem Ducis ſecutus militum ardor.* Teſtatur hoc Veget. lib. 3. cap. 12. ſcribens: Monitis & oratione Ducis exercitui virtus creſcit & animus.

Hinc Quinctilianus lib. 2. c. 16. *Nonnè perterritos militum animos frequenter à metu revocat Orator & tot pugnandi pericula ineuntibus laudem vitâ potiorem perſuadet. Et Oneſand. in Strategico cap. 1. non ita auribus percepti tubarum clangores animos ad pugnam acuunt aut irritant, ut hortatrix ad virtutem & gloriam oratio, intrepidas expedita aciei mentes ad oppoſita peric*

perea

pericula erigit ſtabilitque: immò metu & conterrit et penè jacentes ſæpè conſtanti roborat allocutione

Notant verò eruditi, tale alloquium plerumque ex tribunali è ceſpitibus vel ſaxis erecto ad milites per claſſicum convocatos & ordine decente per ſigna circumfuſos factum eſſe, moti autoritate Hiſtoricorum antiquorum, uti etiam Oratorum ac Poëtarum, inter quos *Tacit. 1. Annal. c.* 18. ita loquitur, congerunt ceſpitea, exſtruunt tribunal. *Marcellin. lib.* 23. *p.* 246. ubi refert Imperatorem Julianum aggere glebali adſtitiſſe, & coronâ celſarum poteſtatum circumdatum diſſeruiſſe. Item *lib.* 21. *p. m.* 183. ubi de ſaxeo idem ab eodem factum narrat. *Plinius in Panegyr. Trajani c.* 56. *Multa poſt ſecula tribunal viridi ceſpite exſtructum, nec faſcium tantum, ſed pilorum ſignorumque honore circumdatum.* Et omnium clariſſimè *Claudianus de Bello Gildon. v.* 509. *& ſeqq.*

Dictis ante tamen Princeps confirmat ituros
Aggere conſpicuus, ſtat circumfuſa juventus
Nixa haſtis, pronaque ferox accommodat aures.

Addunt huic, Ducem militum aſſenſum vel approbationem propoſitæ actionis per certa ſigna, exempli gratiâ clamorem militarem & lenem armorum ſtrepitum, quo ita illorum alacritatis & promtitudinis ſecuri eſſent, exquiſiviſſe, cujus exempla habet *Livius lib.* 3. *c.* 62. *ubi ita introducit Conſulem Heratium loquentem: Si jam ſatis animi eſt, decernique placet, agite dum, clamorem, qualem in acie ſublaturi eſtis, hic tollite, indicem voluntatis virtutisque veſtræ,* & quædam ſigna expertam. *Simile quid Tempanius decurio Equitum & Volumnius Conſul à ſuis petiit apud eund. l.* 4. *c.* 38. *& l.* 10. *c.* 19. *Et apud Halic. l.* 6. *c.* 9. aliud exemplum occurrit. *Similiter ad Cæſaris Orationem omnes milites conclamarunt, imperaret, quid vellet, quodcunque imperaviſſet, ſe æquo animo eſſe facturos, ut ipſe refert l.* 3. *de B. C. p. m.* 296. Et lenem ſtrepitum armorum de quo *Cæſar lib.* 7. *de Bello Gall. p. m.* 160. *de Gallis: Conclamat omnis multitudo, & ſuo more armis concrepat, quod facere in eo conſueverunt, cujus orationem approbant.* Vide etiam *Tacit. lib.* 5. *Hiſt.* 17. *& in Germ. c.* 11. ubi illum morem Germanis etiam adſcribit.

Quandoque tamen etiam ſponte in Oratione ipſa vel finita eâ alacritatem ſuam pugnandi clamore ſublato oſtenderunt, ut illius exemplum refert Liv. lib. 9. *c.* 13. *&* 41. *Idem illidendo haſtis ſcuta monſtrarunt,* ut ejus exemplum occurrit apud *Marcell. l.* 16. *p. m.* 77. *l.* 15. *p. m.* 49. *& l.* 20. *p. m.* 162.

Vice verſa malum omen ſilentium & otium militis poſt alloquium, Liv. lib. 2. *c.* 45. *ubi illud novum ſeditionis genus nominat. Peſſimum verò & defectionis, ubi ſigna vel planè convulſa,* cujus exemplum refert *Liv. l.* 7. *c.* 39. *vel ita inverſa & ſubverſa,* ut ſuperior illorũ pars ad terram demitteretur, ut inter alios ex *Spartiano in Severo c.* 7. *& Oroſio l.* 7. *c.* 36. ante finem, *& Marcell. l.* 26. *p. m.* 324. *&* 328. *ex quo poſtremo loco notandum ſcuta perverſa ſimile defectionis ſignum fuiſſe,* quod etiam *de ſcutis in capita ſublatis Appian. l.* 2. *Bell. Civil. p. m.* 746. *& de iiſdem ſub brachia reconditis Themiſt. Orat.* 4. *p. m.* 168. *indicare videtur. Decius tamen certa de cauſa militarem aſſenſum per clamorem militibus prohibuit, & ſuffragia illorum illius loco popoſcit. Liv. lib.* 7. *c.* 35.

Secundo: tale alloquium militi veterano & forti factum, magnum quidem robur habere, & apud illos paucis verbis opus eſſe, ut *Hippocrates* Athenienſium Dux ad ſuos loquitur apud *Thucyd. lib.* 4. *p. m.* 199. *militi verò timido, novitio* & inter ſe quoad exercitatam in prælio virtutem nondum ſatis noto parùm animi addere, quod benè cognovit *Catilina*

A. *in Orat. ſua poſtrema apud Saluſt. in ejus bello c.* 58. *circa fin.* ita ſuos affatus: *Compertum ego habeo, milites, verba viris virtutem non addere, neque ex ignavo ſtrenuum, neque fortem ex timido exercitum oratione Imperatoris fieri. Quanta cujusque animo audatia naturâ & moribus ineſt, tanta in bello patere ſolet. Quam neque gloria, neque periculum excitent, nequicquam hortére: timor animi auribus officit.*

Quod etiam egregiè & prudenter demonſtrat *Cyrus apud Xenoph. in ejus inſtit. l.* 3. *n.* 84 inter alia his verbis: *Admonitio nulla tam præclara futura eſt, quæ homines minimè fortes eodem, quo auditur die fortes ſic effictura: ubi plura non vulgaria reperiuntur.*

Et tangit *Sidon. in Panegyr. ad Majorian. v.* 415.

B. *- - - - virtusque repente*
Ignavis vel parva furit.

Ac Statius l. 4. *Thebaid. in pr.*

- - - - hortamina fortes
Præveniunt: timidis etiam brevis addita virtus.

Tertiò novo Duci alloquium illud neceſſarium eſſe, ut indicat Scipio apud Livium l. 21. *c.* 46.

Solitum quoque Romanis & aliis ante prælium ad animandum militem ſimul *præmia* benè merituris ac rem ſtrenuè geſturis proponere, ut conſtat ex *Scipionis alloquio apud Silium lib.* 16. *v.* 301. *& ſeq.* quod ita concludit:

Præmia digna dabo, è Tyria ſpolia inclyta præda;
Nec quisquam noſtri diſcedet muneris expers.

Similiter Annibal ante primum cum Romanis congreſſum ſuis certa præmia promiſit ſub juramento,
C. *Livius d. lib.* 21. *c.* 45. *Idem in oppugnatione alicujus Urbis factum fuiſſe ex hiſtoriis conſtat:* Cujus *exemplum* occurrit apud *Liv. l.* 23. *c.* 19. *Item prædam omnem militibus edicere, de quo Liv. l.* 8. *c.* 30. *& l.* 21. *c.* 11. *De alloquii hujus effectu etiam legi poteſt Ramus de C. Jul. Militia parte* 3. *titulo Cohortatio.*

Pertinet huc, quòd Dux belli & milites olim, ille præeundo, hi ſequendo, ſive vi, ſive voluntariò devotorio vel ſimplici *juramento ſe obſtrinxerint, ad hoſtem vel fundendum, vel vitam honeſtè amittendam,* cujus *exemplum* exſtat apud *Liv. lib.* 22. *c.* 53. *ubi* P. Scipio milites ad tale juramentum adegit: *& aliud licet horrendum apud eund. lib.* 10. *c.* 28. *ubi* Samnites prævio ſacrificio ſtrictis gladiis coacti leguntur *in execrationem capitis, familiæ & ſtirpis,* niſi iſſent in prælium, quo Imperatores duxiſſent, aut ſi ex acie fugiſſent, aut ſi quem fugientem vidiſſent, non
D. extemplo occidiſſent. *Aliquantò mitius refert Marcell. lib.* 21. *p. m.* 184. *De communi exercitus juramento, ſe nonniſi devictis hoſtibus in urbem vel ex prælio reverſurum, exemplum occurrit apud Halic. lib.* 9. *c.* 10. *& Appian. l.* 2. *de Bellis Civilibus p. m.* 766. *De alio* quamvis ex metu vel coactione Scipioni præeunti à militibus Romanis præſtito legi poteſt *Livius lib.* 22. *c.* 53. *Adde quæ ſeq. ib.* 12. *expl.* 3. *adducta ſunt.*

Gothos quoque ante prælium ex more, juraſſe refert Marcell. l. 31. *p. m.* 449.

Quomodo Romani hoſtes ſuos devoverint, vide apud Liv. lib. 8. *c.* 10.

V. *Cùm omnis victoria à Deo ſit, teſte Davide in Pſalm.* 33. *v.* 16. *& ſecundum ea, quæ ſeq. c.* 11. *ib.*

2. *expl.* 1. *dicta ſunt, omninò quilibet belli Dux prælium initurus ſolus vel cum exercitu, publicas ad Deum pro impetrandâ victoriâ fundat preces, Moſen & Joſuam imitando, Exod.* 17. *v.* 11. *Libro Joſuæ c.* 7. *v.* 7. *& ſeq. & c.* 10. *v.* 12. *& alios. Ut etiam illud inculcat Imperator Leo in Tacticis, c.* 20. §. 75. *Inprimis cum etiam Ethnicis id fuerit obſervatum & penſitatum. Sic enim de Romanis Plut. in Marcello c.* 8. *initio pugnæ Superos adorare Romanorum mos eſt: Ita* bello adverſus Carthagioenſes *decreto adorati Dii,* ut benè ac feliciter illud eveniret. *Liv. lib.* 21. *c.* 17. *Idem Romani* in bello contra Etruſcos obſervarunt. *Halic. l.* 9. *c.* 10. Ita quoque *Decius apud Livium lib.* 8. *c.* 9. pro victoriâ obtinendâ ita ſua Numina precatus eſt: *Jane, Jupiter, Marſpiter,* Quirine, *Bellona, Lares, Dii Novenſiles, Divique indigetes, Divi, quorum eſt poteſtas noſtrorum, hoſtiumque, Diique manes, vos precor, veneror, veniam peto, oroque, uti Populo Romano Quiritibus vim victoriamque proſperetis, hoſteique Populi Romani Quiritium terrore, formidine, morteque afficiatis. &c.*

Sic Scipio Haſdrubalem noctu aggreſſurus, prius Audaciæ & Pavori ſacra peregit. *Appianus in Libycis poſt princ. Lacedæmonios* eundem obſervaſſe morem, Muſis ante prælium ſacra faciendo ex *Plutarcho in Lycurgo c.* 39. *ac Inſtit. Lacon. c.* 4. *&* 60. conſtat. *Sicuti etiam ante prælium cum Mardonio Perſarum Duce juſto ſacrificaverunt referente Herodoto l.* 9. *p. m.* 577.

Notum eſt etiam Romanos certo cuidam Deo Deævè templum voviſſe, ſi Victoriam conceſſeris, ut de Appio refert *Liv. l.* 10. *c.* 19. *de Fabio idem ſeq. c.* 29. *& de Atilio id. ſeq. c.* 36. *Id. de Cyro Xenoph. l.* 3. *Cyropæd. n.* 83. *&* alibi refert. *Hinc pro regula inculcat Dion. Halicar. l.* 8. *c.* 2. *Nec prælium, nec aliud quippiam momenti gravioris aut periculi in bello vel pace ante invocatum Dei Numen tentandum eſſe.*

Similiter Alexander M. ante prælium cum Dario ineundum multis collucentibus facibus patrio more ſacrificium Diis fecit. *Curt. lib.* 3. *cap.* 8.

Obſervarunt hoc feliciter Theodoſius Magnus teſte Auguſt. l. 5. *de Civ. Dei c.* 26. *Ruffino lib.* 2. *c.* 33. ubi preces ſimul recitat; *& Sozom. lib.* 7. *c.* 34. *Theodoſius junior teſte eod. lib.* 9. *c.* 1. *Socrat. lib.* 7. *c.* 43. *Conſtantinus M. juxta Euſeb. lib.* 10. *Hiſt. Eccleſ. c.* 9. *& lib.* 4. *in ejus vitâ c.* 14. *& ſeqq. ubi c.* 20. *formulam* precum publicarum toti exercitui præſcriptarum refert. *Georg. Caſtriota Scanderbegius dictus Barlet. lib.* 11. *de ejus rebus geſtis. Turcarum Imperatores & Duces. Alis Baſſa apud* Leunclav. *lib.* 5. *p. m.* 297. *Murates II. apud eund. lib.* 14. *p. m.* 566. *Murathes III. apud Bonfin. Dec.* 3. *lib.* 6. *p. m.* 489. *& alii. Ita quoque Helvetii ante prælium in acie in genua procumbere, ac Deum in auxilium advocare ſolent. Quod Carolo Burgundo incognitum occaſionem dedit putandi, illos tunc in aciem adverſus illum procedentes ſupplices veniam petere, & ideò illos contemnendi, ob illam temeritatem prælio victo, referente Pirckheimero lib.* 1. *belli Helvet. Simile ferè de prælio inter Holachium & Schenkium commiſſo refert Strada de Bello Belg. Dec.* 2. *l.* 4. *p. m.* 197. *Rudolphus quoq; I. & Maximilianus I. Imper.* ſolitus eſt ante prælium ſeorſim ſe conferre, & preces ad Deum pro victoriæ obtentione fundere, ut refert *Fugger & Birck. in hiſt. Auſtr. l.* 1. *c.* 12. *f.* 104. *& lib.* 6. *c.* 16. *f.* 1299.

Apud Polonos ante prælium totus exercitus certum aliquot canticum ad Deum pro felici exitu fundit, quod à S. Adelberto Archiepiſcopo Gneſnenſi compoſitum eſt, ut refert Hartknoch de Republ. Polon. l. 2. *c.* 8. *th.* 8.

Ita cum Guſtavus Adolphus Sueciæ Rex primùm navibus in Germania appulit & terram attigit in genua provolutus, ſalutarem ſibi expeditionem precatus traditur. Palam deinde circumſtantibus teſtatus memorabili planè & dignâ Rege ſententiâ, non armis magis quàm precibus pro victoriâ pugnari, & quo plus pietatis, eò plus felicitatis in bello fore, referente poſt *Chemnit. de Bello Sueco-German. Vol.* 1. *l.* 2. *f. m.* 44. *Brachel. in Hiſtor. ſui temporis l.* 4. *ad an.* 1630. *p. m.* 323.

Nervòſè hinc S. Ambroſius Serm. 1. *de Eliſæo Propheta in pr. Oratio longius vulnerat, quàm ſagitta: Sagitta enim nonniſi proximè conſpectum percutit adverſarium: oratio autem etiam longius poſitum vulnerat inimicum. Et Origenes Homil.* 25. *in lib. Num. c.* 31. *in pr. multò plus valet unus ſanctus orando, quàm peccatores innumeri præliando. Plura vide præc. c.* 2. *th.* 2. *expl.* 1.

TH. VII.

Signum ad pugnandum duplex eſſe ſolet, apud quaſdam gentes inſigne aliquod in altum erectum, & claſſicum cantum.

Expl.

I. *APud Romanos pugnæ ſignum toga punicea vel coccina ſuſpenſa fuit. Plut. in Fabio c.* 26. *in Pompejo c.* 114. *in Bruto c.* 58. *& in Marcello c.* 45. *Marcellin. lib.* 19. *p. m.* 13. *Cæſar tamen* 2. *de bell. Gall. p. m.* 58. *& l.* 3. *de B. C. p. m.* 342. *& Hirtius de bello Hiſpanico p. m.* 465. *vexillum propoſitum pugnæ ſignum vel indicium fuiſſe indicat, quod etiam refert Marcell. l.* 27. *p. m.* 350. *& ſeq.*

De hoc ſigno vide Ludov. d' Orleans ad lib. 1. *Ann. Tacit.* §. *cœpta luce n.* 5.

Apud Perſas aquila aurea in haſta ſublimi extenſa, quæ etiam apud illos pro vexillo Imperatorio fuit, Xenoph. l. 7. *Cyrop. in pr. Ita quoq; in bello ab Antigono Rege adverſus Græcos conſœderatos geſto illi pugnæ ſignum etiam puniceum paludamentum, bis linteum ſublatum fuit Polyb. l.* 2. *Hiſt. c.* 66. *Quo facto milites apud Romanos inſignia accommodarunt, galeas induerunt, ſcutiq; tegmina detraxerunt, ut ex Cæſare l.* 2. *de B. G. p. m.* 59.

Quæ verò inſignia illa, quorum mentio etiam apud eund. l. 7. *p. m.* 173. (ubi illa à ſignis militaribus diſtinguit) *ſit, fuerint, nemo tradit, putamus tamen, ſalvo aliorum judicio, fuiſſe illa ſigna, quæ militibus à Duce, ut ab hoſtibus internoſci poſſent, data fuerunt vel mandata.*

Præteritis ſeculis non unum ſignum pugnæ vel provocationis ad prælium ab hoſtibus datum, ſed in eo pro lubitu variatum: Sæpè tamen chirotheca cruenta vel ferrea ab alterutro hoſte pro provocatione ad pugnam miſſa eſt, uti poſtremum Renatus Andegavienſium Dux adverſus Alphonſum Arrag. R. uſurpatum. Panorm. lib. 3. *de ejus dict. & fact. n.* 35.

Hodiernis moribus tormentorum aliquot dupli-

cata vel triplicata explosione ſignum provocationis & pugnæ dari, & à provocato ſimili reſpondere modo ſolet, ſi illi prælii inire viſū fuerit. Notum enim eſt, illud in arbitrio hoſtis eſſe poſitum, ut etiam præc. expl. 3. ante finem demonſtravimus, quandoque tamen pro re nata urgente inprimis hoſte etiam neceſſario committendum eſt.

Sic cum Romani Æquos ad certamen provocarent, hi illis ſequentem diem ad prælium obtulerunt, uti etiam factum eſt, *referente Livio l. 3. c. 2.* de quo plura *poſt principium hujus explicationis* annotavimus.

II. *Claſſicum à calando quaſi Calaſſicum teſte Iſidoro lib. 17. Orig. c. 4. dictum, in genere quaſi convocatorium, & ſimul ad accendendos militum animos uſurpatum, ut ex Virgil. paulò poſt citato loco conſtat. olim ſolaram buccinarum certa modulatio primò ab uno buccinatore inchoata, & per reliquos poſteà repetita, in illum finem, ut milites in ordine ſtarent, & arma expedirent ea ſpecie perfecta, ut ex Dione l. 47. f. m. 352. conſtat, & poſteà etiam cornuum ſecundum Veget. lib. 2. c. 22. hodie* tubarum vel buccinarum, tympanorum, vel aliorum etiam uſitatorum inſtrumentorum Muſicorum concentus eſt ad convocandos & animandos milites uſitatus, *qui tamen* pro gentis unius atque alterius more diverſus fuit & adhuc eſt.

Ubi obiter notandum, Iſidorq dicto loco & aliis claſſicum pro cornu, tubâ vel buccinâ ipſâ ſumi, de quo videri poteſt *Stevvechius ad Veget. lib. 2. c. 23.* ubi multa de eo habet. *Sed vereor*, ut ſubſiſtere hoc poſſit, quia ex nullo idoneo auctore, ſi accuratè inſpiciatur, id probatur, Iſidoro verò tanta fides attribuenda non eſt. *Id tamen certum & præc. c. 6. th. 12. expl. 2. in pr. demonſtratum eſt, ſigna pro tubâ & buccinâ ſumi.*

Olim pugnæ ſignum cantu dabatur, & apud Græcos certa perſona utrinque aciem inſtructam circuibant lampades ac faces, fortè ut illo ſigno analogico animos accenderent, geſtantes, in hoſtilem exercitum eas projicientes, & ita prælium inchoantes, adeò Græcis πυρφόροι & λαμπαδηφόροι dicti; de quibus videatur *Cælius Rodig. l. 8. antiq. Lect. c. 2. ubi notandum πυρφόρες illos ſacerdotes adeoq; inviolabiles fuiſſe, ut refert Suidas & Heſychius ſub illo verbo, nec non pluribus probat Delrio in Adagiis vet. Teſtam. 984. Turcas quoq; biduo ejus diei, in quem pugnam deſtinant, plurimos ignes parare, ex Chalcocondyla lib. 1. conſtat.*

Ex *Virgilio* quoque notum eſt, olim *conchis multiplicatis* & abſque dubio manibus concuſſis ſimul ſignum ad pugnam editum fuiſſe. Ita enim *ille 6. Æneid. v. 164. & ſeqq. & v. 171. & ſeq.*

- - Quo non præſtantior alter
Ære ciére viros, Martemq; accendere cantu,
Et qui fortè cavâ dum perſonat æquora conchâ
Demens & cantu vocat in certamina Divos.

De quibus modis vide Lal. Biſciolam Tom. 2. Horar. Subciſ. l. 2. c. 18.

Poſteà verò tuba, buccina & cornua inventa fuerunt, de quarum forma vide Veget. lib. 3. c. 5.

De primo inventore vide Plin. l. 7. Nat. hiſt. c. 56.

Illam verò ita deſcribit D. Hieronymus tomo IV. Operum Epiſt. vel ſermone de Reſurr. Dom. 28. f. 881.

A. *Illa tribus fiſtulis æreis in capite anguſto inſpiratur, in capite per quatuor voceductus æreos, qui per æreum fundamentum quaternas voces producunt, mugitum nimium vehementiſſimumque profert. Lacedæmonios, primùm tibias loco cornuum & tubarum introduxiſſe, habet Pauſan. in l. 3. p. m. 124. Polybius l. 4. c. 20. (ubi etiam Cretenſes & Arcades illis uſos memorat) & ex Thucydide (l. 5. p. m. 248.) refert Gellius lib. 1. c. 11. illum in finem, ut milites* illorum ſonis mitioribus permulcti non immodicè ferocirent, ſed præcentione tranquilla delectabili & venerabili ad quandam quaſi militaris Muſicæ diſciplinam vis & impetus militum, ne ſparſi diſpalatique prorūerent, cohiberetur, ut idem ait; *Et addit ex Ariſtot. Problematum libris hanc rationem, morem illum* ingrediendi ad tibicinum modulos apud Lacedæmonios inde ortum, quo manifeſtior fieret exploratiorque militum ſecuritas & alacritas, nam diffidentiæ, inquit, &

B. timori cum ingreſſione hujusmodi minimè convenit &c. quod etiam refert *Plutarch. in Lycurgo c. 41. & in Inſtit. Lacon. c. 4. uti etiam de Muſic. c. 24.* Et Lacedæmonios quidem non ante ad dimicandum deſcendere ſolitos fuiſſe, quàm tibiæ concentu & anapæſti pedis modulo calorem animo traxiſſent, refert *Val. Max. lib. 2. c. 6. n. 2. & Cic. l. 2. Tuſc. c. 16. Cretenſes etiam ad Cytharam prælium iniiſſe & greſſus direxiſſe Heracl. de Polit. & Gellius d. c. 11. refert. Halyattem Lydorum Regem ad cantum fiſtularum & fidium in prælium proceſſiſſe refert Herodot. lib. 1. n. 3. Plura vide apud Alex. ab Alex. lib. 4. Genial. dier. c. 2. ubi omnia genera prælii ſignorum apud diverſas gentes uſitatorum refert, cui jungo Mart. Capellam l. 9. de Nupt. Merc. & Biſciol. d. c. 18.*

C. *Tympana Romanis ignota, Parthis verò uſitata, & ad modum tympanorum noſtrorum equeſtris militia confecta fuerunt; refert hinc Plutarch. in vit. Craſſi c. 44. Romanos terrifico & novo illo ſonitu admodùm perturbatos fuiſſe.*

Ubi notandum, Imperatoribus Græcis equitantibus tympana ἀνάκαρα *dicta*, pulſata & tubas inflatas fuiſſe, *ut refert Codin. de offic. Conſtantin. c. 5. n. 15.* illaque ut *Meurſius in Lexico Latino Barbaro* notat inferiori parte rotunda fuiſſe, *quare nos aliquando putavimus* equeſtria noſtra tympana **die Heerpaucken** ob ſimilem uſum & formam illa voce exprimi poſſe, cum alia non occurrat, *& poſtea cùm idem à Junio in notis p. 297. & ſeq. ac Gretſero in Obſervat. ad illum l. 2. c. 6. etiam traditum eſſe reperiremus, eò magis in illa opinione confirmati ſumus, ubi legi poſſunt. Quibus addendum, anacara illa pulſantes Codino anacariſtas & ab aliis chalcotypos, ab aliis iterùm*

D. *aneatores ſed erroneè dici, quoniam hi tubicines ſunt.*

Tubicines quidem, *cornicines & buccinatores ita diſtinguit ſuo tempore Modeſtus* (qui tempore Taciti Imperatoris vixit) *de Vocab. rei militaris, ut primi* ad prælium vocarent milites, & rursùs receptui canerent. *Medii* cornu ſuo canentes non militibus, ſed ſignis ſignum darent, ut aut ſe moverent, aut ſiſterent. *Poſtremi* verò Claſſiarii ſimul dicti, ſignum darent exercitui ad ſe movendum: *Et hoc* videri eſſe inſigne Imperii, quia claſſicum canit Imperatore præſente, vel cum in militem capitaliter animadvertitur. *Quod etiam iiſdem ferè verbis refert Veget. lib. 2. c. 22. Sed apud alios Romanos Hiſtoricos & Scriptores modò tuba modò cornibus claſſicum cantum fuiſſe legitur: de priori* inſuper teſtatur *Halicarn. l. 6. c. 9. & l. 9. c. 11. & Sueton. in Julio Cæſare c. 32. de utroque Livius l. 30. c. 33. & Vegetius ipſe d. l. ſcribens:*

A. *Quoties pugnatur, & tubicines & cornicines pariter canunt.*

Ubi non prætereundum eſt, Helvetios ex antiquo more tria cornua bellica quaſi publ.ca totius exercitus ſui ex cornibus boum in binis extremitatibus & medio argento ornatis in expeditionibus publicis uſurpare, eaque tribus viris militaribus & fidis concredere, & primarium Taurum Uriinſem, medium Vaccam Suizenſem & poſtremum Vitulum Undervvaldenſem dici, hisque ſignum dari invaſionis hoſtis & receptus, nec non ſubſiſtentis exercitus: ut refert *Fuggerus & Birken in Hiſtor. Auſtr. lib. 6. c. 18. & aliquatenus Auctor Hiſt. Georgii à Frundsberg l. 2. f. 33. Simlerus l. 2. de Republ. Helvet. ſub tit. belli & pacis ſtudia, & Joh. Bapt. Plantinus in Helvetiâ antiquâ & novâ c. 23.*

B. *Tubas quoq; potentiorum civitatum bellicas magni æſtimatas fuiſſe, inde patet, quod Imperator Fridericus I. rebellibus Mediolanenſibus pœna loco ſimul impoſuerit, ut tubas civitatis per 94. cives cum carrocio à militibus pedibus adducto traderent, ſicut refert Sigon. l. 13. de Regno Italiæ f. m. 313.*

Poſteà verò his Æneatores, cùm inſtrumenta hæc ex ære fierent, ita dicti, *ſubſtitute,* de quibus *Ammian. Marcell. lib. 16. p. m. 80. Dato Æneatorum occentu ſolenniter ſigno, ad pugnandum, utrinque magnis concurſum eſt viribus:* idem tradit *lib. 19. p. m. 135. & lib. 24. p. m. 274.* meminit etiam *Suetonius Æneatorum d. l.*

Notandum etiam hic: Nonnunquam à Romanis Ducibus etiam facto & voce vel verbis pugnæ ſignum datum fuiſſe: Sic Camillus apud Livium lib. 6. c. 8. ita militibus ſignum illud dedit, C. *Signiferum manu arreptum ſecum in hoſtem rapit clamando: Infer, miles, ſignum. Cui omnes milites reſponderunt: Sequere Imperatorem.*

Haſtam quoque ſanguine infectam per fecialem adverſus hoſtem jactam ſignum prælii, vel ſaltem invadendi loci obſeſſi fuiſſe ex *Marcell. lib. 19. p. 135.* conſtat.

TH. VIII.

Duellum olim prælio præmittebatur, vel ad explorandum prælii eventum, ſiquidem victoria credebatur ei promitti parti, cui in duello victoria ceſſerat; *vel* ad totam bello decertaturorum controverſiam per illud finiendam & decidendam. *Duellis prioribus quodammodo congruunt velitationes ante prælia uſitatæ: Et tandem huc pertinent Cantus* D. *de veteribus Heroibus, eorumque laudes ante prælium celebrari ſolita, ac Barritus.*

Expl.

I. *DE priori notandum illud in ſpecie ſingulare certamen ab* Hiſtoricis vocari, & ejus exempla paſſim in hiſtoriis eſſe obvia, eventum belli præ ſe ferentia. *Tale certamen Titus Manlius cum Gallo quodam procero* fortiſſimum Romanorum provocante juſſu Dictatoris in conſpectu exercituum iniit, & Gallo interfecto torquem aureum detraxit, ideò Torquati nomen adeptus. *Livius lib. 7. c. 10. & 11.* hoc eventu, ut Galli ex trepidatione recederent ibid. *Similiter M. Valerius* cum Gallo quodam immenſæ magnitudinis ipſum provocante juſſu & permiſſu Conſulis ſingulari certamine in conſpectu exercitus utriusque congreſſus ope corvi ſos & oculos hoſtis roſtro & unguibus petentis illum interemit, & inde *Corvini* nomine poſteà clarus extitit. *Idem lib. 7. c. 26. Flor. lib. 1. c. 13.* eodem quoque eventu.

Aliud exemplum Galli ſimiliter interempti vide apud *Appian. l. 1. de Bell. Civil. p. m. 642.*

Sic de Germanis ſcriptum reliquit Tacit. in German. c. 10. illos illius gentis, cum qua bellum eſt, captivum quoquo modo interceptum, cum electo popularium ſuorum patriis quemque armis committere, victoriâ hujus vel illius pro præjudicio acceptâ.

Pertinet huc, quod de fictitio acri tamen certamine inter Alexandri M. miniſtros & Duces eventum belli Perſici ſciſcitandi cauſâ geſto refert *Plut. in vitâ Alex. M. c. 54. & ſeq.*

Refert quoq; Zeiller. Cent. 2. Epiſt. 77. p. m. 494. Regem Galliæ Ludovicum XIII. ex pugna gallorum inſtituta eventum prælii Pragenſis anno 1620. indagare voluiſſe, de quo plura *prae. th. 4. expl. 1. inter ominia* retulimus.

De poſteriori, quod Florus lib. 1. c. 13. & alii compendium belli vocant, notum eſt exemplum in ſacris literis in Davidis cum Goliatho commiſſo duello 1. Sam. 17. v. 40. & ſeqq. In hiſtoria profana Horatiorum & Curiatiorum tergeminorum utring; fratrum, quorum congreſſu bellum inter Romanos & Albanos ortum diremtum eſt, victoriâ à Romanorum parte, quòd Horatius cæſis duobus fratribus ſuis Curiatios tres interemiſſet ſolus, ſtante, teſte *Livio lib. 1. c. 24. Flora d. l. 1. c. 3.*

Aliquantò diffuſius belli compendium refertur ab Herodoto lib. 1. n. 14. quo controverſia inter Argivos & Lacedæmonios de agro Thyreatico orta *per bellum trecentorum ab utraque parte electorum virorum*, ſed accedente dolo finitum eſt, hiſtoriam integram vide ſis apud *eund. d. l.* eamque tangit *Plutarch. in Parallelis Hiſtoriarum n. 3. & Val. Maxim. lib. 3. c. 2. in extern. n. 4. Cui non abſimile eſt illud à Buchan. lib. 10. hiſt. Scot. in princ. relatum,* in quo inter familiam Stuartam & Ogiluianam internecino & nullo modo componendo odio & inde multâ utrinq; ſtrage editâ jubente & præſente Roberto III. Scotorum Rege treceni ex utraque factione enſibus modò armati hoc modo congreſſi ſunt, ut victis impunitas præteritorum, victoribus verò decus, auctoritas Regis & Procerum gratia acquireretur, ubi eventum ſimul truculentum recenſet.

Plura exempla vide apud Bernegg. quæſt. ex Tacit. 51. ubi ſimul benè monet, quòd belli Dux ad ſingulare certamen provocatus comparere non debeat, ne, ſi occubuerit, exercitus animum deſpondeat. *& Ruprrt. ad Val. Max. lib. 3. c. 2. diſſert. 1.*

Sic Carolus Siciliæ & Petrus Arragoniæ Reges Martini Pontificis auctoritate *de Regni Siciliæ jure* lectis utrinque centenis Equitibus ad Burdegalam Galliæ oppidum certa die duellum, judice Angliæ Rege, qui tamen ipſe non præſens fuit, ſed Vicarium ſuum Johannem Agriliacum eò miſit, juxta *Fazell. de Reb. Sicul. Decad. 2. lib. 9. c. 1. & Collenut. lib. 5. Hiſt.* inſtituerunt, *& Petrus* non comparens Papæ judicio jure ſuo cecidit, referente *Antonio Florentino p. 3. tit. 20. c. 4. § 8. & Michaele Ritta lib. 3. de Regibus*

Siciliæ

Sicilia poſt pr. *Illum tamen* tectè priùs & abſente jam adverſario apertè in loco fuiſſe, & illius conſilii variaa, nec contemnendas rationes habuiſſe, referunt ſecundùm quosdam prædictus *Fazellus & Collenut. dd. ll. & Marineus de Rebus Hiſpan. l. 21. ſub tit. de Caroli adventu in Hiſpaniam.*

Eodém modo Edmundus Anglorum & Canutus Danorum Rex de Regno concertârunt, & dubiâ adhuc victoria transactione litem finierunt, referente *Huntindonienſi Hiſt. Angl. lib. 6. poſt princ. Polydor. Vergilio lib7. Hiſt. Anglica, p. m. 172. & Pontano lib. 5. Hiſt. Danica f. m. 151.*

Nec omittendum duellum quamvis non præmeditatum & indictum, ſed ex occaſione prælii initi inter Adolphum Naſſovienum depoſitum, & Albertum Auſtriacum per electionem ei ſuffectum Imperatorem, in quo prior, nempe Adolphus, certamen hoc pro imperio conſervando deſiderans & inchoans *occubuit, ut refert poſt alios Lehman. in Chron. Spirenſi lib. 5. c. 118.*

Obſervanda hîc etiam duo noviſſima magnorum Principum exempla ad duella ſemet provocantium, quorum prius concernit Carolum V. Imperatorem & Franciſcum I. Galliæ Regem, poſterius Chriſtianum IV. Daniæ & Carolum Sueciæ Regem. De poſteriori vide poſt alios Loccen. in Hiſtor. Suecana lib. 8. p. 501. ac de priori Limn. ad Capit. Caroli V. ad Proœm. verba, **durch die Wahl.**

Circa quod ſimul notandum, Bernegg. d. l. Franciſco I. ex Sleid. lib. 6. Comm. imputare, quod juſta de cauſa comparere noluerit: *Contrà Rupert. d. l.* Carolo V. illud adſeribere; & Berneggerum erroris redarguere. *Sed ſi hiſtoriam totam & res geſtas integras rectè inſpicimus, ita illas ſe habere reperiemus, quod quidem Franciſcus I.* cùm à Carolo V. per proprium ſuum Legatum & Heroldum ob non ſervatam fidem tanquam flagitioſus homo incuſatus fuiſſet, additis minis, ſe hoc, ſi negaret, duello contra illum defenſurum eſſe, id admodùm irato animo perceperit, & literas per Heroldum ad illum miſerit, hujus tenoris, Carolum, ſi ſe pro perfido haberet, id mentiri, & ſi id pati nollet, debere ſaltem locum ad duellum denominare, ſe arma daturum eſſe, uti ex literis ejus à *Limn. d. l. n. 58.* relatis clarè apparet. *Et Carolus V.* duellum illud miſſis per Heroldum literis reſponſoriis mentem ſuam explicantibus approbaverit, *& Franciſco locum aptum* inter Fontarabiam & Andayam cum promiſſione omnis ſecuritatis indicaverit. *Franciſcus verò* Heroldum ad recitanda mandata admittere, nec literas obſignatas recipere voluerit, ab illo tamen poſtularit, ut literas retinendo, & nihil ſi quid acerbi haberet, proponendo, ſaltem literas patentes ſalvi conductus exhiberet. *Cùm igitur Heroldus* juſſum Domini exequi non potuerit, negocium iſtud ita absque effectu permanſit, ut ex iis, quæ *Limn. d. l. n. 59. & ſeqq* bonâ fide refert, apparet.

Monendam hic, detrectationem duelli non ſemper ignominioſam eſſe exemplo Antigoni, qui Pyrrho in duellum provocanti reſpondit: Suas non armis magis, quàm occaſione conſtare militiæ rationes: Pyrrho ſi non vacaret vivere multas mortis patere vias Plut. in Pyrrho c. 67. & Marii, qui Teutono provocanti eum & poſtulanti, ut prodiret, reſpondit, ſi cupidus mortis eſſet, laqueo enim vitam poſſe finire. Fron-

A. *tin. l. 4. Strat. c. 7. n. 5. & Philippi Valeſii Galliæ Regis, qui Eduardo III. Angliæ Regi controverſiam de Galliæ Regno in duellum expoſitam ludibrio habuit, & reſpondit. Si Eduardus Angliæ Regnum in præmium vincenti proponeret, certamen placere, ſin minus, haut quaquam par eſſe, rem certam & poſſeſſam in diſcrimen vocari, ut refert Froiſſard. Vol. 1. Hiſt. Gallica Edit. c. 43. & Buſſier l. 10. Hiſt. Franc. Sect. 7. p. m. 269.*

Cæterum multa lectu digna de duellis congeſſit Bangert. ad Notas ad Chron. Slav. Arnoldi Abb. l. 2. c. 24. al. 29. p. m. 277. & ſeqq.

Ex hiſtoriis porrò conſtat, nonnullos in duellis ſemper Victores fuiſſe, ut de Marco Servilio vicies & ter ita congreſſo Plut. in Æmylio Paulo c. 51. & de Marcello id. in ejus vita c. 2. ac de Galeatio Bar-
B. *daſſino Siculo vel Mantuano Platina l. 3. Hiſt. Mantuana p. 206. Pontanus in Hiſtor. Neapol. l. 3. p. m. 618. Fazellus de Rebus Siculis Decad. 1. l. 3. c. 1. & Fulgoſius lib. 3. Memorab. c. 2. circa fin. & Sordello Vice-Comite Mantuano idem d. l. Egnat. lib. 3. Memor. c. 2. ac Platina in d. Hiſtor. l. 1. p. 44. & ſeqq. uti etiam Volateran. Comm. Urban. l. 4.* memorant.

Narranda quoq; hoc loco lepida hiſtoria, quam Platina in memorata Hiſtor. l. 5. p. 357. refert his verbis: Provocare ex his unus, qui in præſidio Veronenſi erant, ad ſingulare certamen Picennini militem eſt auſus, cui indignabundus mulierem armatam in equo ſedentem magnanimus Dux obviam miſit, contemnens temerarii ac dicacis hoſtis jactantiam. Concurrere ſimul collatis haſtis, inſpectante & ridente toto exercitu; Quibus diffractis, cùm deprehendiſſet miles
C. *Venetus ſe cum muliere decertaſſe, ægrè retentus eſt, quin ſibi manum injiceret.*

Plura de de duellis legi poſſunt apud Banckium & Rachel. in Tractatibus de iis editis.

II. *Velitationes ſive levia prælia tanquam præludia* & præjudicia verorum præliorum & incitamenta ad Virtutem ac Fortitudinem quoque omni tempore in uſu fuerunt & adhuc ſunt.

Sic enim Alexander & Porus ideò talia præludia inſtituebant, ut uterque parvæ rei diſcrimine ſummæ experiretur eventum. *Curt. lib. 8. c. 13.*

Sic Valerius. Conſul etiam levibus præliis hoſtes tentabat. *Liv. lib. 7. c. 32. Et Julius Cæſar* cum Belgis ad explorandas ſuorum & horum vires, quotidie
D. velitatus eſt, & ſuos ſuperiores conſpiciens, prælio cum iis concertare non dubitavit, *ut ipſe l. 2. de B. G. p. m. 52. refert.*

Ita quoque orbis flagellum Attila per Velitationes tenuia futuri conflictus edidit per ſuos præludia, juſtæ pugnæ committendæ tempus & occaſionem per ea quærens, *teſte Olaho in ejus vita.*

Sed ob eventus ſæpe noxios velitationes tales permittendas non eſſe Machiavell. l. 3. Diſc. ad Liv. 37. cenſet.

Notandum hic obiter nonnunquam ante irruptiones & congreſſus cum hoſte atq; ipſa prælia equites creatos eſſe aliquos, in eum finem, ut etiam novo honoris intuitu eò animoſiores cum hoſte congrederentur, & eo glorio-

glorioſiſſimo accumberent, quam in rem multa apud Gallos exſtant exempla, ita ut Comin. l. 3. Hiſtor. Neapol. ante fiaem illud conſuetudini adſcribat, ut ideò ex illis unicum hoc & ridiculum ex Froſſardo in Gallica editione d. Volum. 1. Hiſtor c. 43. recenſere ſufficiat, quod in caſtris Philippi Valeſii contra Eduardum III. Angliæ Regem poſitis contigit tali modò.

Cùm ante caſtra Gallorum lepus procurrens tantum militum clamorem excitaret, ut poſtremi illum audientes pugnæ initium adeſſe rati ſeſe ad arma præparent, quidam optime animati equeſtrem ordinem ad alacritatem ſuam pugnandi oſtendendam poſtularunt, cum verò Angli prælio infecto diſcederent, illi ſemper ex hoc tempore equites leporis ſunt appellati.

Neque apud Germanos recentiores deſunt exempla talia, ſiquidem Radolphus I. Imperator ante prælium cum Ottocaro Bohemiæ Rege commiſſum, quàm plurimos & inter illos *centum Tigurinos* Virtute bellica notos Equites coram toto exercitu cum commonefactione & adhortatione cæterorum ad Virtutem *creavit*, *referente Fuggero & Bircken in Hiſtor. Auſtriaca lib. 1. c. 12. f. m. 103. Eumq; imitatus eſt Fridericus Auſtriacus Imper.* ante prælium cum Anti-Cæſare Ludovico Bavaro ineundum *nonaginta* tres ex exercitu ſuo equites creando, *recenſentibus iisdem lib. 3. c. 3. f. 287.*

III. *Quod cantus ac laudes majorum ante prælia & in illis decantatos & barritum vel clamorem attinet: Sciendum quoad primum, Cantus tales* fortia majorum facta in ſe continentes antiquitus jam ante prælia vel durantibus iis cani ſolitos fuiſſe, ad recordationem & animum generoſum militibus imprimendum, eosque ad imitationem majorum incitandos: *Quod inprimis de Germanis notavit Tacitus 2. Hiſtor. 18. de Germ. c. 3.* ubi diſertis verbis ſcribit:

C. *Primum omnium virorum fortium ituri in prælia (laudes) canunt: Sunt illis hæc quoq; carmina, quorum relatu, quem Barditum vocant, accendunt animos &c. Ita etiam idem præc. c. 2. recenſet: Celebraſſe Germanos antiquis carminibus Heroes: Et lib. 2. Annal. in f. Arminii facta adhuc cani apud barbaras gentes. Quod etiam de Gallis memorat Manlius apud Liv. l. 38. c. 17. & Marcell. l. 15. p. m. 51. addens Poëtas illos Bardos dictos fuiſſe.*

At de Celtis narrat Athenæus l. 6. c. 12. ex Poſidonio, illos bella gerentes ſecum ducere victus ſocios, *Paraſitos dictos*, qui laudes ipſorum prædicarent, nec non de Gothis Thracibus idem Marcell. l. 31. p m 449.

D. Cæterùm de dictis Bardis præc. c. 5. th. 7. expl. 2. egimus.

Ex quo conjiciunt multi eruditi, morem invaluiſſe illum apud Germanos, canendi ſtatis diebus & horis *cantilenas Magiſtrales vulgo* die Meiſtergeſänge/ de quo vide *Bernegg. quaſt. in Tacit. 6.* quod etiam tangit *Brandes de vera & ſim. Philoſ. c. 5. p. m. 97. & Kirchmajer. in Tacit. German. c. 2. p. m. 35. & ſeqq.*

Porrò Wilhelmus Malmesburienſis lib. 3. Hiſt. Angl. poſt pr. ſcribit, veteres Anglos cantilenam Rolandi ante prælium inchoaſſe, ut Martium viri exemplum pugnaturos accenderet. Marcell. quoque lib. 19. poſt pr. refert: Ante prælium Romanos Conſtantii Cæſaris, ut Domini rerum & mundi virtutibus extitiſſe: contrà Perſas Saporem & Achemenem appellaſſe & Artaxerxen, quòd Regem Regibus imperantem ſignificet & bellorum victorem. Vide eundem lib. 24. p. m. 274.

Quoad ſecundum, barritum, à Germanico Baëren clamare, juxta Lipſium ad Tacit. d. c. 3. dictum, ſive rectius barditum, à Bardis dictis Celtarum Poëtis qui cum illis in bellum profecti talia carmina canebant, ut modò demonſtravimus. Illum nihil aliud apud Germanos fuiſſe, quàm prædicta carmina, annotante *Tacito citato c. 3. In genere verò eſſe clamores truces & inconditos totius exercitus prælium ineuntis, & ideò antiquis Græci pugnam βοὴν, hoc eſt, vocem & clamorem vocarunt, ſecundum Athenæum lib. 4. c. 21.*

Notandum autem hîc: (1.) *Veteres Ethnicos inprimis Romanos ex clamoris illius conſonantiâ, paritate & continuo progreſſu victoriæ obtinendæ & ex ejus imparitate, variatione, diſſonantia & remiſſione aut intermiſſione ſucceſſivâ vel intervallari ejus amittendæ judicium inde ſumſiſſe, quod clamor talis par & continuus animoſitatem* & confidentiam armorum ac juſtæ cauſæ: *contrarius verò* puſillanimitatem, remiſſionem alacritatis vel virtutis & diffidentiam præ ſe ferat, uti *Livius lib. 4. c. 37.* expreſſè innuit. *Videatur id. præced. l. 3. c. 62. Ubi Heratius Conſul* milites ante prælium ita alloquitur: *Agite dum clamorem qualem in aciem ſublaturi eſtis, tollite hîc indicem voluntatis virtutisq; veſtræ, & l. 4 c. 37. l. 30. c. 34. Quod etiam Tacitus innuit de moribus Germ. c. 3. ſcribens, clamorem illum non tam vocis quam virtutis concentum videri.*

C. (2.) *Clamorem illam apud Romanos à tenui ſuſurro exortum, paulatim adoleviſſe, & tandem ſublatum fuiſſe, ut refert Ammian. lib. 16. p m. 81. & l. 31. p. m 449.*

Monet autem Veget. lib. 3. c. 18. Clamorem illum non prius tolli debere, quàm acies utraque ſe junxerit: Imperitorum enim vel ignavorum eſt vociferari de longe, cum hoſtes magis terreantur, ſi cum telorum ictu clamoris horror acceſſerit.

Quæritur hîc: An talis clamor exercitui proficuus ſit, nec ne?

Pro affirmativa pugnant ſequentia argumenta: Quia

D. (1.) *Ille non tam vocis quàm virtutis concentus eſt, Tacit. d. c. 3. & juxta Cæſarem l. 3. de Bello Civ. p. m. 343. non fruſtra antiquitùs inſtitutum eſt, ut in adeundo hoſte ſigna undique concinerent, clamoremque univerſi tollerent: quibus rebus & hoſtes terreri & ſuos incitari exiſtimaverunt. Quod etiam Hirt. de bello Hiſpanico p. m. 467. refert.*

(2.) *Plurima bellicoſa & potentes gentes eo uſa ſunt & adhuc utuntur*, uti de *Germanis Tacit. d. c. 3. Hetruſcis & Umbris Dion. Halic. lib. 7. c. 3. De Volſcis Livius lib. 2. c. 30. & l. 4. c. 37. de Gallis Cæſar l. 7. de bello Gallico p. m. 160. & 193. Livius lib. 5. c. 39. & lib. 38. c. 17. de Macedonibus & Perſis Curt. lib. 3. c. 10. & l. 4. c. 14. & Arrianus de expedition. Alexand. de Pœnis Livius lib. 21. c. 46. & lib. 30. c. 34. de Græcis*

Græcis Diod. Sic. l. 13. c. 16. 17. & paſſim. Thucydides l. 7. p. m. 329. & ſeq. de Parthis Plutarch. in Craſſo c. 44. De Britannis Dio lib. 62. f. m. 706. de Iſraelitis Codex Sacer Exod. 32. v. 17. Judic. 7. v. 21. 23. & 24. Joſua c. 6. v. 23. & 1 Sam. 17. v. 20. & 52. de Turcis Leunclav. lib. 5. f. m. 299. & l. 17. f. m. 737. de Moſchis, Tartaris, Ungaris, Polonis experientia teſtatur.

(3.) *Experientia teſtatur*, per illum hoſti non rarò ingentem terrorem injectum & victoriam ereptam fuiſſe, uti *Hirtius de bello Hiſpan. p. m.* 467 *ſcribit*, & inter alia de prælio *inter Volſcos & Romanos* habito *Livius d. lib. 4. c. 37.* & de prælio *inter M. Craſſum & Parthos* inito *Plut. in illius vita d. c. 44.* & *de Latinis* à Romanis profligatis idem *Livius lib. 8. c. 20.* teſtatur. De quo plura lege apud *Neuhuſ. in Fatid. ſacr. l. 7. c. 33.*

Negativa fundat ſe

(1.) *In contraria multarum bellicoſarum*, puta Romanorum poſteriorum, Germanorum hodiernorum, Suecorum, Helvetiorum, Belgarum, Danorum, Anglorum, Hiſpanorum, Gallorum, Italorum & ſimilium Nationum *obſervantia.*

(2.) *Teſtimoniis magnorum virorum.* Ita enim *Otto Imperator apud* Tacit. 1. *Hiſtor.* 84. *ait: Fortiſſimus in ipſo diſcrimine exercitus eſt, qui ante diſcrimen quietiſſimus.* Et *Tacit. ipſe* de Galbæ militibus *lib. eod. c. 35. Ignaviſſimus quisque*, inquit, *& ut res docuit, in periculo non auſurus, nimii verbis, linguâ feroces. Et lib. 4. c. 20. ignavos ante prælium procaces fuiſſe ſcribit.* Nec non *Cobares apud Curt. lib. 7. c. 4.* ait, *canem timidum vehementius latrare, quàm mordere.* C.

Hinc Narſes Romanorum Dux unà cum Perſis adverſus Varamum Regni Perſici invaſorem conflicturus *ſuos quietè & abſq; ſtrepitu, ut par erat, duxit. Perſarum verò ducibus ſuccenſuit, quod copias ſuas compeſcere & ad placidam quietem adigere non poſſent. Simocatta l. 5. Hiſt. Mauric. c. 9. quibus conſentit Ariſtot. 4. Eth. 10. ita ſcribens: Temerarii quidem prompti ſunt, & volentes ante pericula periclitari, ſed in ipſis deficiunt; at fortes in rebus & factis acres ante quietiſſimi. Spectat huc illud Virgil. XI. Æn. de Drance: v. 338. & ſeqq.*

Largus opum & linguâ melior, ſed frigida bello
Dextra ent. - - -

Quod etiam tradit *Mauricius in Strategice l. 2. c. 17.* D.

(3.) *Experientiâ, ſiquidem* hoſtis tranquillus magno clamore & auſu accurrentem ſæpiùs fugavit, teſte *Livio lib. 2. c. 30.* ubi ſcribit, *Romanos in prælio cum Volſcis nec promoviſſe aciem, nec clamorem reddidiſſe, ſed defixis pilis ſtetiſſe, Volſcos verò curſu & clamore feſſos, cum ſe velut ſtupentibus metu intuliſſent Romanis, poſtquam impreſſionem ſenſêre ex adverſo factam, & ante oculos micare gladios, haud ſecus, quàm ſi in inſidias incidiſſent, turbatos vertiſſe terga, & iis ne ad fugam quidem ſatis virium fuiſſe, quia curſu in prælium ierant &c.*

A. *Simile de prælio cum Volſcis à Cornelio Coſſo Dictatore inito idem refert lib. 6. c. 13.*

4. *In ratione hîc*, quod juxta prædicta Livii verba clamore & accurſu laſſetur miles, ineptusque reddatur tam ad præliandum ſecundum *eund. d. lib. 2. c. 30.* quàm ad ſe poſteà defendendum: *Vigor enim animi primo impetu effuſus remittit tandem ac cum corpore poſteà fatigatur.*

Contraria hæ opiniones ſolent ſequenti diſtinctione conciliari, ita nempe, ut ſi contra tyrones & inaſſuetos milites decertandum ſit, clamor talis inconditus & continuus cum aſſultu truci conjunctus in illorum animis frangendis multum valeat, *ut Sidicinis obtigit* referente *Livio lib. 8. c. 16. & Romanis* ſub inexperto Duce Fulvio adverſus Hannibalem pugnantibus, ſecundum eund. *lib. 25. c. 21. aliud exemplum habet* B. *idem lib. 40. c. 28. Sed contra Veteranos*, aſſuetos & tale quid nihil timentes, nihil faciat, quin eos magis animet, gnaros non clamore & jactantia, ſed ferro & fortitudine vinci, ut *præd. l. 2. c. 30. Livius* narrat.

De altero clamore bellico das Feld-Geſchrey *dicto vide ſeq. th. 12. expl. 1. notata.*

TH. IX.

Hactenus antecedentia prælii: Sequitur actus ipſe, in quo conſiderandum munus (1.) Ducis. (2.) Officialium. (3.) Militum. C.

TH. X.

Munus Ducis conſiſtit in eo, ut (1.) militibus ſuis corpore, adhortatione & operâ ſuâ ubivis præſto ſit, omnia neceſſaria ordinet. (2.) inclinantibus & vi hoſtium preſſis in tempore ſuppetias ferat. (3.) Iis parce & prudenter utatur, ne illorum ſanguis prodigè, & ad oſtentationem profundatur. (4.) Hoſti commoditates prælii omnibus viribus adimat. (5.) Retrocedentem & fugientem hoſtem prudenter & ordinatis copiis inſequatur. (6.) Ab intempeſtiva deprædatione ſuos prohibeat. D.

Expl.

I. Q*Vod Tacitus lib. 15. Annal. 36.* ſcribit, *aſſuetos cives eſſe adverſum fortuita aſpectu Principis refoveri, id optimo jure de militibus aſſeri poteſt*, uti probè animadvertit *Antigonus II. apud Plutarch. in Apopth. Reg. c. 48. Gubernatori navium hoſtiles Ptolomæi naves longè plures eſſe, dicenti, reſpondens: me verò ipſum præſentem, quam multis comparas? & ideò Romani plus in Duce, quam in exercitu repoſuerunt, Tacitus in German. c. 30. Hinc idem 4. Annal. 25. refert, dilatum fuiſſe per*

A. *Romanorum manipulos Tancſarinatem omnes, notum tot prœliis conſectentur: nonniſi Duce interfecto requiem belli fore.*

Et jam ante Labienus præcepit, omnes unum peterent Indutiomarum, nec quis quemquam prius vulneraret, quàm illum interfectum videret. *Cæſar 5. de Bell. Gall. inf.* *Et Lacedæmonii*, animadvertentes, quòd in hoſtis ſui *Epaminondæ* pernicie ſalus patriæ ſita eſſet, in habito cum Thebanis prælio univerſi in eum impetum fecerunt, neque prius abſceſſerunt, quàm magnâ cæde factâ multisque occiſis fortiſſimè ipſum pugnantem ſparo eminus percuſſum concidere viderunt. *Corn. Nepos in Epaminonda circa f.*

Idque eò magis obtinet, quando Dux belli ſocius laborum & periculi exiſtit. Oppoſuit hoc B. *Demades Orator Philippo Macedonum Regi* Athenienſibus cladem perpeſſam objicienti his verbis: *Cognoſceres, Rex, Civitatis vim, ſi Philippus Athenienſibus, Chares verò Macedonibus imperaret. Stobæus Serm. 52.*

Hinc *de Scipione* Carthaginem oppugnante præclarè ſcribit *Livius lib. 26. c. 44. Hortatur, imperat, quæ in rem, quodque plurimum ad accendendos militum animos intereſt, teſtis ſpectatorque virtutis atq; ignaviæ cujusq; adeſt. Laudatur quoq; Tacito 3. Hiſt. 17. Antonius, quod nullum aut conſtantis Ducis aut fortiſſimi militis officium omiſerit, occurſando paventibus, retinendo cedentes, ubi plurimus labor, unde aliqua ſpes, conſilio, manu, voce inſignis hoſti, conſpicuus ſuis fuerit. Saluſtio Marius in Jugurtha p. 98. quod in illo bello & nocturna hoſtium invaſione* C. *modo laborantibus ſuis ſuccurrerit, modò hoſtem, ubi confertiſſimi obſtiterint, invaſerit, manu conſuluerit militibus, quoniam imperitare conturbatis omnibus non potuit: & paulò poſt c. 100. Quod vigilias ipſe circuiverit, non tam diffidentiâ futuri, quæ imperaviſſet, quàm uti militibus exæquatus cum Imperatore labos volentibus eſſet.*

Sic quoque Darius emiſſis Ducum officiis ipſe omnia circuivit, ſingulos hortatus eſt, veteris gloriæ Perſarum, imperiique perpetua à Diis immortalibus data poſſeſſionis admonuit: poſt quæ prælium ingentibus animis commiſſum eſt, teſte Juſtin. lib. 11. c. 9. Sic *ib. Braſidas* ſuos milites ita hortatur & animat: *Cùm de ſanctis rebus certamen propoſitum videatis, ſtrenuos vos & impigros Viros præſtate: Ego me vobis talem oſtendam, qui non audiendus duntaxat magnificus adhortator ſim, operum militarium expers: ſed ipſe quoq; rem aggredi, verſari in media mole pugnæ ſciam. Hinc* D. *Julius Cæſar ſæpè ſolus inclinatam aciem reſtituit. Svetonius in illius vita c. 62.*

Sic C. Sulpitius Dictator Romanus, quantum præſentia & adhortatio Ducis valeat, demonſtravit, referente *Livio l. 7. c. 15. Sic Macedones olim ob Regis ſui Europi infantis abſentiam victos ſe fuiſſe* ab Illyriis prælio pulſi putantes, *illo in cunis prolato*, & pone aciem poſito acriùs certamen repetivére, *& Illyrios magnâ cæde fudére, oſtenderuntq; hoſtibus ſuis priori bello Regem Macedonibus, non virtutem defuiſſe. Juſtin. lib. 7. c. 2. Id quod etiam Brabantini imitati ſunt Godofredo III. Principe in cunis prælato ac ante aciem poſito, Grymbergios rebelles ſubjugantes, teſte Marchantio lib. 2. deſcript. Flandr. ſub Balduino IV. ac Barlando in Chron. Ducum Brabant. c. 32.*

Et Eumenis exercitus illo ægrotante & abſente, tam diu pugnam detrectavit, donec *in lectica* vectus iterùm ad illos rediret, quo facto ſcuta reſumſerunt, ſariſſisque ea pulſantes, hoſtem præſentiâ Imperatoris freti ad pugnam provocarunt: *Antigonus verò* illius hoſtis anteà ob ejus abſentiam fiduciâ victoriæ plenus, & ideò ad prælium properans viſâ & cognitâ ejus lecticâ ſtatim copias retrò abduxit & caſtra metatus eſt. *Plut. in ejus vita c. 26. & 27.*

Similiter Urſandus cùm à Paſquitano æmulo ſuo & Britannorum ſimul Duce ſecundâ vice bello peteretur, milites verò ejus ob illius gravem morbum deſperabundi fugam ſuaderent, *ſe lecto ferri in aciem juſſit*, moxque primo in ordine hoſti oppoſitus, amotisque lecti ſipariis, ut pugnantibus ſpectaculum foret, victis fuſisque hoſtibus lauream retulit. *Buſſieres in Hiſt. Franc. l. 6. ſect. 5. p. 416.*

Nec tacendum eſt, quod Gaita hîc Roberti Normanni conjux ſuâ ad fugientes milites habitâ increpatione & adhortatione aciem reſtaurarit & victoriam obtinuerit, ut refert *Anna Comnena l. 4. Alexiad. f. m. 116.*

Quantum animi & virium exercitui Cæſareo-Hiſpanico ad Nordlingam pugnanti addiderit præſentia Ferdinandi III. tunc Ungariæ Regis, & Ferdinandi Infantis Hiſpaniæ, effectus cruentæ victoriæ teſtatus eſt. *De quo plura legi poſſunt apud Luſing. de Increm. Imper. l. 1. c. 12.*

Hæc quamvis optimis rationibus ſuffulta ſint, attamen pro contraria ſententia in medium afferri ſolet, Ducem periculis non eſſe objectandum, ſed dubiis præliorum eximendum ſummæque rerum & Imperii reſervandum, juxta *Tacit. 2. Hiſt. c. 33.*

(1.) *Quia in milite unius ſors eſt, in Imperatore univerſorum periculum, teſte Egeſippo lib. 5. c. 30. Sic milites Davidem Regem* ad prælium cum Abſolone ineundum ſecum egredi nolebant, illius perſonam & conſervationem numero 10000. æquiparantium. *2. Sam. 18. v. 3.* Et *Imperatore mortuo turba militaris eſt corpus ſine ſpiritu, teſte Curtio lib. 10. c. 6. & Demades Alexandri Magni exercitum poſt illius obitum Cyclopi excæcato optime adæquavit, apud Plutarch. in Apophth. c. 42. Imò ſæpè exercitus ex terrore interfecti Ducis ſolo fuſi ſunt, cujus exemplum refert Liv. lib. 4. c. 19.* in Rege Vejentium ab A. Corn. Coſſo in ſingulari dimicatione interfecto.

Et ideò apud Perſas Rex nunquam certaminibus adeſſe cogitur, referente Marcell. lib. 19. p. m. 143. & milites Davidis Regis Iſraelis, cum ille è vitæ periculo ab Abiſai vix ſervatus eſſet, dixerunt: Nunquam poſthac egredieris nobiſcum in pugnam, ne exſtinguas lucernam Iſraelis. 2. *Sam. 21. v. 5. Vide etiam c. 18. v. 3.*

(2.) *Quia prudentes hoſtes id unicè agunt*, ut Ducem adverſarium è medio tollant, & ita exercitum ac provincias in periculum adducant, *quod probatur exemplo Jiſcbbi* Philiſthæorum gigantis in necem Davidis Regis Iſraelitarum unicè intenti, *d. 2. Sam. 21. v. 16. Ageſilai* in necem adverſarii ſui Epaminondæ Lacedæmonios ſuos armantis *apud Plutarch. ibid. c. 21. & Cornelium Nepotem ante allegato loco: Labieni*

Labieni Romani Legati, qui milites ſuos ad Indutiomarum Gallorum Ducem interimendum inſtruxit, eoque perfecto ab obſidione liberatus fuit, ut refert *Cæſar. l. c. de B. G. in fine. Romanorum* in Tejam Gothorum Regem magnâ virtutis & virium contentione, ut illum occiderent, ſicuti etiam factum, irruentium, narrante *Procop. l. 3. Belli Goth. c. ult*, & alior. *Hinc Imperator Leo in Tacticis c. 20. §. 156. monet*, ut in Imperatorem talem omnia tela dirigantur, illum cum capite viperæ ita comparans, ut quemadmodum capite ejus ſemel comminuto, reliquum corpus inane & inutile eſt, ita etiam exercitus Duce privatus nihil valeat. *Sic etiam Turcæ* conſilium ceperunt, omni vi in *Johannem Corvinum* irruendi, & illum ad victoriam obtinendam trucidandi, quod etiam obtinuiſſet, niſi *veſte mutatâ* periculum illud evaſiſſet, ac ita victoriam vivens reportaſſet: teſte *Bonfin. lib. 5. Dec. 3. f. m. 458. de quo plura expl. ſeq. 7. afferentur.*

Aliud exemplum quo Cunipertus XIV. Longobardorum Rex conceſſis ad petitionem Zenoni Diacono ſuâ loricâ, galeâ & ocreis in prælio cum Alahi inito vitam ſuam conſervavit, legi poteſt apud Sigon. de Regno Italiæ l. 2. ad ann. 685. *Item aliud, quo Imperator Ludovicus Bavarus* cum Auſtriaco Friderico Auſtriaco conflicturus, thoracem ferreum vulgarem ne agnoſceretur & interficeretur, induit, regalem verò Sigfrido Sweppermanno induendum tradidit, ut poſt alios narrat *Bucelinus Hiſt. Auſtr. l. 3 c. 3. f. 286.*

(3.) *Quia talis* ſi capiatur, in maximam incurrit calamitatem, & irreparabili ſe & ditiones, uti etiam ſucceſſores involvit damno: Sic enim *Johannes Galliæ Rex* à Principe Walliæ captus in prælio Pictavienſi pro liberatione ſua *trecies centena millia Francorum ſolvit, totâ Aquitaniâ deceſſit*, certo co ejus. (ita obſcurè vertit Barthius) quæ poſſidebat, cum non paucis aliis urbibus, præſidiis, pagis, tertia ipſa Regni parte, tantaque reliquum paupertate involvit, ut longo tempore ærea fuerit, parvo argenti claviculo ſignante moneta procudenda, uti ſcriptum reliquit *Comin. l. 5. c. 18. p. m. 359. Gaguinus lib. 9. hiſt. c. 1. & alii. Ita quoque Franciſcus I. Galliarum Rex* à Carolo V. Imperatore in prælio Papienſi captus pro liberatione ſua multa maximè ſibi damnoſa promittere coactus fuit, de quo videri poteſt *Sleidanus lib. 6. p. m. 135. & ſeq. De Bajazethis Turcarum Imperatoris miſera captivitate & morte videri poteſt Leoncl. hiſt. Muſelm. lib. 7. p. m. 339. & ſeq. & Bœclerus in Hiſt. Timuri poſt med. De Zenobiæ miſerabili captivitate* & in triumphum deductione legi poteſt *Vopiſcus in Aureliani vita c. 28. & 33. cum ſeq. De Cræſi* lamentabili cum inſtanti & infami vitæ periculo conjuncta captivitate tractat *Herodotus lib. 1. n. 14. & ſeqq.*

Notandum quoque hic: Friderici II. Imperatoris filium Henricum, Italis Hencium dictum Sardiniæ & Corſicæ Regem etiam hujus rei exemplum inſigne præbere. Nam in bello inter Bononienſes & Imperatori fidas civitates geſto ad ſuppetias ferendas miſſus incautè cum ſuis incedens, *à Bononienſibus captus*, in triumpho ignominiosè ductus, & facto Senatus conſulto perpetuæ captivitati addictus fuit, *& licet pater tantum auri, quantum ad cingenda circulo ipſa urbis mœnia ſatis eſſet, pro ejus redemptione civitati ſponderet, attamen illum liberare non potuit, atque*

A. *ita ille poſtquam viginti duos annos in cuſtodia fuit, mortuus & à Bononienſibus regio apparatu ex ærario illorum ſepultus fuit*, ut inter alios recenſet *Sigon. l. 18. de Regno Italiæ f. m. 72. & ſeq. & l. 20. f. m. 109.* de quo etiam legi poteſt *Schradeus in Monument. Italiæ ſub Bononia f. m. 61. ubi inſcriptionem in tabula anea ideo in S. Dominico memoriæ cauſa inſculptam refert.*

Quibus deniq; incidenter addimus, Richardum Angliæ Regem ex Paleſtina per Pannoniam clanculum reducem ob injurias illatas à Leopoldo Auſtriaco captum Viennæ anno 1193. in cuſtodiam datum, & jubente Cæſare Henrico VI. Wormatiam miſſum, ac tandem *lytro ingenti* 140000. *vel* 130000. *vel etiam* 100000. *marcarum, ſive librarum argenti* liberatum fuiſſe, ut tradit ex hiſtoricis Anglicis *Hovedonius in ejus vita f. m. 717. 721. & 728. ac Neubrig. de* B. *Rebus Angl. l. 4. c. 37.* cum aliis, Germanicis verò *Otto de S. Blaſio in Append. c 38. Rob. de Monte in Append. ad dict. annum & Urſperg. ſub annis d. Imperatoris Henrici VI.*

In hac opinionum diverſitate negandum quidem non eſt, Ducis præſentiam dimidium quaſi victoriæ eſſe, ſed contrà verum etiam eſt, illo interempto exercitum quoque jam quaſi ſemivictum eſſe: & quia victoria non ſemper à præſentia Ducis, ab ejusdem verò interitu totius rei ſumma ut plurimum dependet, ut ardua illa quæſtio rectè reſolvatur, diſtinguendum (1.) *eſt inter bellum, in quo* duo Principes vel de ſumma rei. hoc eſt, de ſtatu ſaluteque Imperii unius certant, vel aliàs ſtatus & ſalus Imperii diſcrimini exponitur: *Et inter illud*, quo de minoribus negociis armorū fit concertatio. *In priori* ſecundum prudens Muciani effatum *à Tacit. 5. Hiſt. 85.* relatum, *Dux vel Princeps* C *ipſe in acie ſtare debet: in poſteriori verò negocium minoribus Ducibus eſt delegandum.*

Illud ſanè ex hiſtoriis conſtat, omnia grandia bella, & quibus Imperia quæſita ſunt magna, ab ipſis magnatibus geſta eſſe, uti ex exemplis Nini, Cyri, Alexandri, Julii Cæſaris & aliorum patet. Sic etiam *Carolus M.* Panoonicam expeditionem utpotè maximi momenti ipſe ſuſcepit, *cæteras* per Pipinum filium variosque Legatos in Ungariâ gerens, ut poſt alios *Bonfin. decad. 1. lib. 9. f. m. 168.* refert. *Sic Otonis partes primum afflixit*, quòd ille ab Exercitu in bello tam arduo contra Vitellium ſuſcepto, & ubi de ſumma Imperii agebatur, Brixellum ſe contulerit, & è longinquo prælium Ducibus mandaverit, eoque culpam contraxerit fuſi exercitus, propriæ cædis & amiſſi nonaginta quinque dierum Imperii. D. *Tacit. 2. Hiſt. 33 39. & ſeqq. Sueton. in ejus vita c. 11.*

(2.) *Inter bellum defenſivum, & quidem tale, in quo* invaſus ob ſui honoris & ſalutis publicæ defenſionem, ne illa in ſummum periculum deducatur, neceſſitate quaſi inducitur, ut bello ipſe interſit, & præſentiâ ſua labefactatâ reſtituat: *Et inter bellū offenſivum*, ubi tale periculum honoris & ſalutis publicæ deficit: *In illo* ejus præſentiam omnimodò neceſſariam & utilem: *In hoc verò* Legatis fidis ſummam rerum committendam eſſe, *ad imitationem Imperatoris Antonini*, qui in urbis palatio reſidens bellorum auſpicia mandavit, ac velut longæ navis gubernaculis præſidens totius velificationis & curſûs gloriam meruit, ſecundum *Eumenem Rhetor. in Conſtant. Cæſ. Panegyr. c. 14.*

(3.) *Inter*

A. (3.) *Inter Principem, qui* certum & jam maturum Principatus ſui ſucceſſorem babet: *Et qui* illo planè deſtitutus eſt, aut adhuc impuberem. *Priori in caſu* Principem poſſe, immò etiam debere prælüs pro lubitu & re nata intereſſe: *poſteriori verò* nonniſi extremâ neceſſitate, & publica ſalute id exigente.

(4.) *Inter præſentiam talem*, qua ſaltem alloquio animando & conſilio adjuvando ſuis aſſiſtit: *Et inter præſentiam*, qua etiam militis gregarii in modum nulla periculi & laborum ratione babitâ ſe ubique offert & periculis exponit: *Priori modo* adeſſe quidem ſuis debet belli Dux & Princeps, *non verò poſteriori. Imperatoria enim & militares artes non ſunt eadem. Liv. l. 25. c. 19. Militibus ſiquidem cupido pugnandi convenit, Duces providendo, conſultando, cunctando ſæpiùs, quam temeritate proſunt. Anto-nius apud Tacit. 3. Hiſt. 20. Hinc Scipio Africanus cuidam,* ei, quòd in prælio non pugnaſſet, objicienti *reſpondit: Imperatorem me, non bellatorem mater peperit. Front. lib. 4. c. 7. expl. 4. & Metellus* militi objicienti, quòd prælio non interfuiſſet, *reſpondit, iſt militum, non Imperatorum in acie mori.* B.

Ideò cùm Titus in obſidione Hieroſolyma & civium excurſu periculo ſe objiceret, à ſuis admonitus fuit, quòd non militis officio fungeretur, verùm & belli & orbis terra Dominus eſſet apud Joſeph. l. 6. de Bello Jud. c. 3.

Et quòd Imperator bellicus maximoperè debeat pericula evitare, egregiè demonſtrat Polyb. lib. 10. hiſt. c. 30. ubi ita concludit: *Nam etiamſi univerſus fuerit caſus exercitus, incolumis modò ſit ſalvusque Imperator, multas ſæpè fortuna occaſiones largitur, damna ejusmodi caſibus accepta reſarciendi ac vires reparandi: ubi verò erit de medio ſublatus veluti in navi Gubernator, quamvis fortuna beneficio victoriam exercitus de victis hoſtibus reportarit, nihil tamen ea res juvat eò, quòd ſinguli ſpes ſuas omnes in Ducibus habent repoſitas. Plura de hâc quæſtione vide apud Magir. in Polymnemone ſub titulo Dux Belli n. 9. & multis ſeq.* C.

Quæritur hic: Utrum in prælio vel conflictu magis conducat primum hoſtium impetum ſuſtinere, an illum in iſtoa facere? vel utrum bombardarum exploſio in hoſtes ſit facienda, an ab illis ſuſtinenda vel exſpectanda? **Ob die erſte ſalve zu thun oder außzuſtehen ſey?**

R. Diſtinguendum eſt, inter exercitum veteranum & novitium: Quo ad priorem magia conducit primum impetum ſuſtinere, & deinde illum maxima vi in hoſtem retundere, *uti quondam Saracenis ſecundum Imperatorem Leonem in Tacticis c. 19. §. 15. & nuper Suecis in Bello Germanico uſitatum fuit. Licet enim* primi iſtius impetus ſuſtentio cum multorum internecione ac vulneratione conjuncta ſit, *iſtius tamen* fortis retuſio cum graviori hoſtium ſtrage peragitur, & damnum ſuſtentum largiter reſarcitur, dum hoſtis ita facilius repellitur, diſſipatur & in fugam conjicitur. *Quo ad poſteriorem vero* contrarium ſuadendum eſſe videtur, *niſi* uterque exercitus novitius ſit, *talem enim exercitum* per ſtrenuam primam impreſſionem facilè conſterni, diſſipari & in fugam conjici ratione & exemplia conſtat. *Ita enim* in prælio primo ad Lipſiam anno 1631. inter Cæſarianos & Sueco-Saxones commiſſo poſtremi ſtatim diſſipati & fugati fuerunt, medii verò nempe Sueci, poſt ſtrenuam impreſſionis eluctationem victoriam obtinuerunt.

A. *Refer huc, quæ ſeq. expl 9. n. 2. conſignavimus.*

II. *Inclinantibus copiis* in tempore ſuppetiæ ferendæ, antequam planè turbentur, & aciem omnem ſimul turbent, qua de cauſa *belli periti ſuadent, ut robuſtiſſimæ copiæ* in ſubſidiaria acie, **die Reſerve** locentur, quò etiam inclinantibus validæ ſuppetiæ ferri poſſint, & hoſtes ita improviſo aggreſſu terreantur, de quo ſuprà *th. 4. expl. 3. dictum. Vide etiam paulò poſt expl. 9. n. 5. notata.*

III. *Parcè & prudenter militibus utendum*, nec illorum ſanguinem prodigè & ad oſtentationem profundendam eſſe, *multæ rationes præter remipſam evincunt*, inter quas præcipuæ ex Jure Naturali depromtæ ſunt:

(1.) *Quia naturalis cognatio inter homines conſtituta eſt. L. 3. ff. de Juſt. & Jure.*

B. (2.) *Quia ideò Romanorum prudentes melius judicarunt unum civem ſervare, quàm mille hoſtes perdere, interque eos Scipio apud Plut. in ejus vita c. 16. & Lucullus apud eund. in ejus vita c. 15.* quod etiam obſervavit *Carolus V.* qui cùm cerneret bellum Africanum non ex animi ſententia ſucceſſurum dixit, *ſe malle unum Chriſtianum ſervare, quàm mille gentiles occidere Zenoc. l. 3. de ejus vita, ut præc. c. 3. th. 4. expl. 1. n. 4* pluribua deductum, *quibus jungantur, quæ ſeq. c. 9. th. 15. expl.* 1. ſub corona civica adducta ſunt. *Quo reſpiciens Alexander Severus apud Lamprid. in ejus vita c. 47.* dixit, *milites ſe magis ſervare, quàm ſe ipſum, quòd ſalus publica in iis eſſet.* Et. *Q. Fabius* hortante filio, ut locum idoneum paucorum jactura caperet, *visne, inquit, tu ex illis paucis eſſe Front. l. 4. Strat. c. 6. n. 1. qua de cauſa etiam Imperatores pro parentibus habiti, Liv. lib. 4. c. 42.*

C. (3.) *Quia tot cura, tot anni præter laborantur, antequam homo ad Reip. utilitatem educari queat. Indicat hoc Sen. l. 3. Natur. Quæſt. c. 27.* his verbis. *Quam longo tempore opus eſt, ut conceptus ad puerperium perducatur infans? quantis laboribus tener educatur, quam diligenti nutrimento obnoxium noviſſimò corpus adoleſcit? & quam nullo negocio ſolvitur? Et Varro in Myſteriis. Naſcimur ſpiſſius quàm morimur. Vix duo homines decem menſibus edolatum unum reddunt puerum: contra una peſtilentia, hoſtica acies puncto temporis immanes acervos facit.*

(4.) *Quia nulla inter vanam ac inutilem oſtentationis gloriam & hominis precium intervenit comparatio ob hominis vitam inæſtimabilem, argumento l. 1. §. 5. ff. de his, qui dejec. & effud. & l. 2. §. 3. ff. ad L. Rhod. de jactu.*

D. (5.) *Quia Philoſophi hominis ſanguine parcè utendum eſſe, piè docuerunt,* inter quoa *Seneca epiſt. 88.* ita ſcribit: *alieno ſanguine tanquam ſuo, neq; prodigè utendum: quad Epiſt. 95.* paucis repetit: *Quem in finem etiam Pericles dicere ſolitus ad ſuos cives: quantum in ſe poſitum eſſet, ipſos nunquam moriturus. Plut. in ejus vita c. 37.* quod & agnovit *Otto Wittelsbachius præc. c. 1. th. 7. relatus, quo etiam faciunt ſeq. n. (6.) adducta.*

(6.) *Quia denique quoad Jus Divinum & humanum* homo ad imaginem Dei creatus, & nullo precio æquiparandus eſt. *Geneſ. 1. v. 26.* Quod etiam *inter Ethnicos* agnovit *Epictetus apud Arrian. lib. 2. c. 8.* his verbis: *Omnia quidem animantium genera Dei ſunt opera, ſed unicus homo illius opus eſt præcipuum, & cujus gratia catera ſunt creata: illa Deum intra ſe non habent, homo Divina natura particula eſt.*

Quare

Quare *Anaſtaſius Aſiatico* per literas ſignificavit, *ut à ſanguine humano ſe abſtineret, ſe enim nullum facinus velle aggredi quantumvis magnum & memorabile, ſivel gutta ſanguinis pro eo fundenda eſſet Evagr. l. Hiſt. Eccl. c. 34. & Attendolus Italus*, ſtrenuus miles dixit, *Capitanei officium eſſe, in bello juſtam cauſam ſequi, à ſacris locis & perſonis vim abſtinere, ſuorum militum ſanguini parcere, nec hoſtium clade delectari. Caſp. Ens Epidorp. lib. 1.*

Plura de hominis excellentia legi poſſunt apud Queccium de Nobil. & præſt. hominis paſſim, & imprimis c. 4. & ſeqq.

Sed pia & prudens hæc conſideratio hodie non attenditur, dum Belli Duces miſeros milites tormentorum rabici ceu paleas objiciunt, rationem Deo reddendam parvi æſtimantes, ut illi, qui milites ipſi fuerunt, optimè ſciunt.

IV. *Cum in commoditatibus loci, temporis & tempeſtatum prælii maximum momentum conſiſtat*, ut *d. th. 4. expl.* 2. dictum, *omni modo* prudens belli Dux omnem navet operam, ut hoſtibus illas adimat commoditates *Veget. l. 3. c. 14. Exemplo Hannibalis*, qui teſte *Senecâ 5. Natur. 16. & contra Solem Orientem exercitum Romanorum & contra ventum conſtituit*, cùm venti adjutorio ac fulguris præſtringentis oculos hoſtium vicit, de quo præc. *th. 6. expl. 3. plura.*

Duplici verò modo id obtineri poteſt. (1.) *Si illa omnia belli Dux præventione ſuâ vindicet ſibi: Quod ſi enim* aciem ſuam priùs inſtruat, ex arbitratu ſuo, quid ſibi utile judicaverit, diſponere poteſt. *Veget. d. lib. 3. c. 18. & præterea* id efficit, ut militi ſuo confidentiam augeat, quia *fortiores videntur, qui provocare non dubitant. Veget. d. l. & plus animi ineſt inferenti periculum, quàm propulſanti Liv. lib. 28. c. 44.* ut jam *præc. th. 6. expl. 4. in pr. tradidimus.* (2.) *Si per aciei inverſionem vel per vim hoſti commoditates illas adimat, vel illo non obtinendo à prælio planè abſtineat*, & ſe in caſtra recipiat, uti ſæpiùs factum fuiſſe ex hiſtoriis liquet. *Quoad poſterius, referri huc debent, quæ d. th. 6. expl. 3. ex parte congeſſimus.*

V. *Licet victoria à victore ſtrenuè ſit proſequenda hoſtique fracto nullum ſpacium vires recolligendi ſit permittendum*, ut Romani Conſules apud *Livium l. 10. c. 44.* benè judicant & *ſeq. c. 11. th. 8. expl. 1.* latè deductum.

Attamen hic ſummâ prudentiâ opus eſt, ne victus ob victoria imprudentiam vel deſperationem animum recolligat, & hunc, ut ſæpè factum in mediâ victoria iterum ſuperet: *quod ut evitetur, benè ſuadent Prudentes.*

Non eſſe conſultum nimis pertinaciter & longè perſequi hoſtem fugientem, inprimis verò ſi modica ſaltem exercitus pars in acie interempta ſit, cum frequenter jam fuſa acies diſperſos & paſſim ſequentes vel reparatis viribus, vel ex inſidiis interemerit. *Mauric. l. 8. Strateg. c. 2. & Veget. 3. c. 25. cujus exemplum ratione prioris in Tillio* Bavarici tunc exercitus Duce alias peritiſſimo occurrit, cùm enim hic Manſfeldium Palatini partes ſequentem anno 1622. improvisò cum ſuo exercitu adoriretur, illius exercitum nihil tale cogitantem ſtatim in fugam vertit, & per duas horas ita indeſinenter & ferociter perſecutus eſt, ut Mansfeldius hic anguſtia loci ulteriorem

A. fugam prohibente ſuos ſiſtere & in hoſtem animare coactus, illos forti alloquio ſubito in illum verterit, atque ita inopinata illâ re Tillianos victores in fugam verſos profligarit, non ſine Ducis ſui vitæ periculo, & ignominia inſigni, ut refert *Brachel. l. 2. Hiſtor. p. m. 70. ratione poſterioris verò in prælio à Conradino* Suevo, cum Carolo Andegavino ob Siciliæ utriusque Regnum commiſſo, ubi hic cum tertia acie in inſidiis poſitus & latitans illius exercitum jam victorem & ideò citra periculi metum palabundum ac deprædanum improviſo adortus, ſuperavit & planè fudit, uti refert inter alios *Collenut. lib. 4. hiſtor. Neapol. p. m. 214. & ſeq. hoſti ſiquidem moris eſt, ſæpè aſtu magis, quam formidine cedere. Tacit. 1. Annal. 56. & Liv. lib. 2. c. 50. Sicuti exemplum nobis præbet Cyrus Perſarum Rex*, qui & inſidioſâ fugâ Tamyris filium & exercitum decepit ac interemit, & ipſe eodem modo cum exercitu ducentorum millium ab

B. eadem circumventus & trucidatus fuit, ut inter alios refert *Juſtin. l. 1. c. 8. quamvis de hac ejus morte alii ſubdubitent, ut ſeq. c. 12. th. 1. in expl. annotatum eſt.*

Sic quoque inſidioſâ fugâ victi Athenienſes ab Ætolis. Thucyd. l. 3. p. m. 151. Romani à Carthaginenſib9. Polyb. 1. c. 19. Fabii Romanorum gens à Vejentibus Liv. d. lib. 2. c. 50. Perſæ à Theſſalis. Curt. lib. 3. c. 11. Franci à Narſete Agath. lib. 1. c. 15. & alii. *Inprimis verò* harum inſidiarum barbari admodum ſtudioſi fuére, uti *de Parthis in bello cum Craſſo geſto narrat Flor. l. 4. c. 10. & de illis in genere conſignavit Mauritius in Strateg. l. 4. c. 4. c. 2. ac Agathias d. c. 15. ubi fugam talem barbaram quoddam ſtratagema, & ab Hunnis ſed erroneè inventum vocat. Bernegg. ad Juſtin. lib. 41. c. 2. Valeſ. ad Amm. Marcellin. lib. 31. p. 536.* & alii. *De hoc Scytharum dolo vide etiam*

C. *Nicet Choniatem ſub Imper. Iſaaci Angel. l. 2. poſt pr. Nec deſunt apud Europeos talia exempla: Ita enim Adelſtanus* Anglici exercitus Dux ſimulata fuga Scotis victoriæ ſpem, & deprædandi occaſionem præbens eos improviſo ex inſidiis aggreſſus eſt & planè fudit. *Buchan. lib. 2. Hiſt. Scot. ſub Rege 75. p. m. 175.*

Quin etiam quandoq; hoſtibus arctè perſecutis & periculo incluſis ex deſperatione creſcit audacia. & cum ſpes nihil ſupereſt, ſumit arma cupido Veget. d. lib. 3. c. 21. & Liv. lib. 42. c. 66. Hinc Scipio dixit, hoſti fugienti viam ſternandam eſſe, ibid. Alphonſus Arragonia Rex occaſionem ſumſit dicendi, referente *Panorm. de ejus dict. lib. 4. n. 9. Hoſti fugienti pontem aureum ſternendum eſſe. Quod etiam per exempla demonſtrat Frontin. lib. 2. c. 6. Sed de hoc infra c. 10. th. 8. expl. 1. latius dicetur.*

D. Si *qua igitur è re videatur hoſtem extremè perſequi, ordinatis & ſubordinatis hoc fiat copiis, quo neceſſitate & caſu id exigente, acies abſq; difficultate & periculo reſtaurari ſubitò queat.*

VI. *Non tantum durante acie & prælio, ſed etiam victoriâ jam affulgente milites à præda avertendi ſunt, quia ſæpè obſtitit vincentibus inſtans inter ipſos certamen, omiſſo hoſte ſpolia conſectandi. Tacit. 4. hiſt. 78. & ſæpè obſtitit victoria dum omiſſis telis prædâ manus impediunt. Id. 5. Hiſtor. 17. Quod probè obſervavit Conſul Romanus C. Helvius*, qui expugnatis Gallo-Græcorum caſtris exercitum ſuum & ſupervenientem Manlii à direptione illorum inhibuit hoſtem fugientem proſecutus, & illum debellatum ratus, ſi in illo pavore quàm plurimi cæſi forent aut capti. *Liv. l. 38. c. 23.*

Elegantèr

Eleganter ſane ac graviter immaturum prædam diſſvadet vel potius prohibet in perſona Frothon. I. Saxo Gramm. l. 2. Hiſt. Dan. f. m. 26. his verbis: Ne fatigetis milites opum onere manus prælio deſtinatas, ac ſcitote, triumphum ante carpendum quàm cenſum. Proinde auro ſpreto auri dominos inſequamini, nec æris ſed victoriæ fulgorem miremini: meminiſſe vos decet ſatius trophæum penſare, quàm quæſtum, potioremque eſſe metallo victoriam.

Contra Samnitium Equites prælio intermiſſo prædam ſectantes Romanis ad victoriam aditum fecerunt. *Liv. lib. 8. c. 38. Et Etruſci* ſi contemtâ caſtrenſi prædâ iuſtitiſſent veſtigiis ſugientium Romanorum, totus illorum Exercitus deletus fuiſſet. *Halicarn. lib. 9. c. 30. Et Romanos prælio victos juvit Germanorum aviditas, omiſſâ cæde prædas ſectantium, Tacit. 1. Annal. 65. Sic Galli* Antigono fugâ ſalutem ſibi quærente, naves ejus incautiùs diripientes, à remigibus & exercitus parte, quæ eò cum conjugibus & liberis confugerant, nihil tale metuentes trucidati ſunt. *Juſtinus l. 25. c. 3. Sic Conradinum* Sveviæ ultimum Principem in prælio cum Carolo Andegavienſi commiſſo jam victorem ob intempeſtivam ſuorum deprædationem à Carolo rurſùs victum fuiſſe, poſt alios refert *Cruſ. Ann. parte 3. lib. 2. c. 18.*

Optimè hoc in effectum deduxit Attalus Rex, qui in prælio navali cum Philippo Macedonico inito periculi gravitatem conſiderans precioſiſſima quæque de ſuppellectile regia ſuper tabulatum navis exponi curavit, quo ita Macedones prædæ inhiantes à perſecutione averteret, ut etiam factum, referente *Polyb. l. 16. c. 5. & Johannes Trivultius* Carolum IIX. Gallorum Regem conſilio ſuo adducens, ut in conflictu cum Italiæ conſœderatis apud Tarum impedimenta hoſti diripienda relinqueret, quo ita ex ipſorum manibus honeſtè & tutò elabi poſſit, ut etiam factum, referente *Guicciard. lib. 2. Hiſt. Ital. p. m. 197.*

Moneant ergò Duces ſuos milites, ſtragem cædemque continuare, prædæ immemores, partâ victoriâ cuncta ipſis ceſſura eſſe. *Tacit. 14. Annal. 36.* Plura legi poſſunt apud *Piccart. Dec. 10. Obſerv. 8. & Mauritium in Strategico l. 7. c. 15.*

VII. *Quæritur hîc* (1.) An Dux belli tempore prælii veſte auro gemmisque conſpicuâ ornatus eſſe debeat?

Affirmativa hoc nititur fundamento, ut ita captus vel interfectus eò citiùs dignoſci poſſit, & vel eò ſplendidiùs moreretur aut victor exiſteret, ut de Xenophonte refert *Ælian. lib. 3. var. Hiſt. Et ideò quoque Alcibiades* omnem curam in pulchra ſcuta & arma impendit. *Athenæus lib. 12. c. 18.*

Illum morem Gothorum Reges etiam obſervaſſe poſt alios refert Curio in Hiſtor. Sarrac. lib. 1. ad ann. 714. ubi de Roderico Rege agit.

Sed quia illud fragile eſt, & commodum in incommodo ſolùm parit & quærit, ſiquidem *auri & argenti fulgor neq; tegit neq; vulnerat ſecundum Galgacum apud* Tacit, *in Agric. c. 32. illudq; præda magis quam arma ſunt,* ſecundum Romanorum Duces apud *Liv. l. 9. c. 40. omninò illa rejicienda.*

Et ideò negativa verior eſt, quia in tali modo

A. ornatum omnium animi, oculi, arma impetusque catervatim diriguntur: *quocirca prudentes conſilium magis dant, ut* Dux prælii dic ignotâ vel vulgari veſte ad periculum evitandum incedat, *uti veteru exempla non memorando Joh. Corvinus Ungariæ Rex fecit, qui* per exploratorê edoctos, Turcas ſibi propoſuiſſe, ipſum in prælio circumvenire, atque communi manu interimere, quo ita exercitum absque Duce conſtitutum eò meliùs conficere poſſent, *ipſo prælii die veſtes cum Simeone Kemimenio Nobili Ungaro commutavit, atque ita omnibus in Simeonem irruentibus & ipſum necantibus periculum illud non ſolùm evaſit, ſed inſignem quoque à Turcis ob illum putativè interfectum gloriantibus ac jam ſecuris reportavit victoriam, teſte Bonfinio Dec. 3. lib. 5. circa pr.*

Expertus idem Pyrrhus Epirotarum Rex, ob

B. armorum geſtatorum pulchritudinem & ornamentorum eximium ſplendorem in magnum vitæ periculum incurrens, & ideò elapſus eo Megacli illa tradens, ac clam illius induens, & ita denuò in Romanos aciem movens. Et hæc armorum quidem mutatio ipſi ſaluti fuit, parum verò abſuit, quin res ejus everteret. Nam cùm Megacles in iſtis armis proſtratus à Dexoo eſſet, & hic detractis illis ad ſuos Romanos cum illorum monſtratione contenderet, clamitans, ſe Pyrrhum interfeciſſe, apud hos magnum gaudium & exultatio ingens, apud Græcos verò ſummus mœror ortus eſt, donec Pyrrhus ſe oſtenderet, & pugnâ redintegratâ victoriam reportaret. *Plutarch. in ejus vita c. 36. & ſeq. Simile quid de Roberto II. Scotiæ Rege refert Buchan. lib. 10. p. m. 330. addens;* à ſolo Duglaſſio tres amictu regio ornatos pro ipſo Rege trucidatos, & ſic ipſum Regem ſervatum fuiſſe, ubi legi poteſt. *Ideò Craſſus* periculum

C. ſibi ab Artabazo & barbaris imminere ratus non puniceam, quæ Romanorum Imperatorum propria fuit, ſed nigram induit, eamque, cùm ſenſiſſet, ſtatim mutavit. *Plut. in ejus vita c. 42.*

Uſus hoc ſtratagemate quoque prudentiſſimus Ludovicus XI. Galliarum Rex, dum teſte *Comin. lib. 4. c. 10. à longo tempore conſueverit, ſingulis diebus eligere quempiam ex ſuis, qui eodem veſtitus eſſet modo, quo ipſe inceſſit,* & quidem procul dubio ideò, ut opportunitate datâ vel ſecuros opprimere poſſet, vel inſidiantes ſallere. *Ita quoq; Ludovicus IV. Imperator* prælium cum Friderico Auſtriaco Anticæſare initurus, chlamydem ſimplicem periculi evitandi cauſâ induit, & regalem campiductori ſuo *Godofredo Svveppermanno* induendam dedit, ut refert *Fuggerus & Bircken in Hiſt. Auſtriac. lib. 3. c. 3. f. m. 286. Plura exempla legi poſſunt apud Rupert. ad Vellej. lib. 1. c. 2. §. 2. & prac. expl. 1. ſub ratione (2.) contra Ducis*

D. *præſentiam in prælio adductâ.*

Quæritur (2.) An Dux belli deſperatis rebus ſe fugâ periculis ſubducere ſalvâ exiſtimatione & honore poſſit?

R. Quod ſic: Quamvis enim multi Ducum metu ignominiæ in acie potiùs occumbere, quàm ad ſuos redire voluerint, inter quos numerandus eſt *Fulcaris, ſecundum Agathiam lib. 1. c. 11.* præclariùs ſe facturum ratus, ſi glorioſâ morte occumberet, quàm parùm generosè ſuperviveret. *Et Paulus Æmilius* potiùs mori in prælio volens, quàm alicujus reatûs accuſari, ſecundùm *Liv. lib. 22. c. 49.*

Attamen exempla illa tantum non valent, ut fugam utilem, nec ignominioſam vituperio ſubjicere queant.

queant. *Quod enim Fulcarem hunc & Paulum attinet, magis pravâ & falſâ opinione, quàm vero judicio illecti hoc fecerunt, & Fulcaris quidem* ab ſuis turpiter derelictus, atque à ſatellitibus ſuis, ut ſemet quoque periculo per fugam eriperet, admonitus, ſi id feciſſet, extra ignominiæ periculum omninò fuiſſet: *Paulus verò* vel ideò à reatu immunis fuiſſet, quia prælii commiſſi & amiſſi auctor & cauſator non fuit, *ſed Varro, & hic tamen* à Populo ob fugam, quòd de Republ. non deſperaſſet, gratias obtinuit, teſte *Livio lib. 22. in fine.*

Illis itaque non attentis, quæſtionem, prout formata eſt, affirmativè decidimus, moti his rationibus, quia patriæ morte hoc modo infructuoſâ viri ad meliora illius tempora ſe reſervare valentis nihil honoris & utilitatis adcreſcit. (2.) *Quia* nec ita mortem quærenti honor acquiritur, *cum illa demùm mors*, quæ patriæ profutura, pro illa laudabiliter oppetenda eſt. *Cicero 2. de Legibus c. 2. & pro Sextio c. 21. nec ignominia inuritur*, cùm rebus planè deſperatis ſe periculo ſubducens Imperator ob ſpem melioris fortunæ, & ulteriorum officiorum præſtandorum, ob prudentiam & fidem laudibus & gratiis ſit afficiendus, uti etiam *Paulo teſte Livio d. l. obvenit, & Lipſ. 1. de Conſtant. 22. præclarè judicat.* Plura vide apud Rupert, ad Paterc. lib. 1. c. 9. §. 3.

VIII. *Quæritur hîc*: An præſtantius ſit Urbem aliquam maximè munitam & potentem expugnare, quàm collatis ſignis ex hoſte fuſo inſignem aliquam reportare victoriam?

Prò obſidionis difficultate & gravibus incommodis ac momentis pugnat:

(1.) *Incertitudo eventus*, ſiquidem multæ urbes incaſſum ſtrenuis licet obſidionibus tentatæ, multæ, nonniſi tædioſo & in multos annos tracto obſidio domitæ, uti *præced. cap. 6. th. 18. expl. n. 4.* conſignatum. Veriſſimè hinc prudentiſſimus *Priolus de Reb. Gall. lib. 2. ſect. 35.* ſcribit: *Id fatum obſidionum, ut nulla certa ſit. Sic Alexander M. ad Tyrum famam ſuam in diſcrimen miſit. Sic Carolus V. ad Metas motam gloriæ invenit. Sic Solimannus Viennæ obſidionem non ſine nominis & gloriæ noxâ ſolvit*, ut etiam inter alios refert *Thom. Hubertus Leodius in vita Friderici II. Electoris Palatini lib. 7. p. 119. & ſeqq.* Quantum detrimentum rebus Turcicis & illorum famæ intulerit viceennalis illa ultra quatuor centenis militum millibus, & quinquaginta auri, ut loqui ſolent, tonnis hucusque conſtans Urbis Candiæ in Inſula cognomine obſeſſio per totum terrarum orbem conſtat.

(2.) *Innumerabiles verò expenſæ & hominum ſtrages*, uti ex præfata Candienſi & Oſtendana aliiſque obſidionibus, de quibus ex parte *d. c. 6. th. 17. expl. 1.* aliquid notatum, patet.

(3.) *Immenſi labores* & inventorum bellicorum, conſiliorum, ſtratagematum acervi ad feliciter & prudenter loci alicujus munimentis & defenſoribus clari inchoandam, continuandam & perficiendam obſidionem neceſſarii, uti ex prædictis Candienſi & Oſtendanâ, item Rupellanâ, Bredanâ utraque & ex antiquis Trojanâ Obſidionibus & illarum deſcriptoribus pateſcit. Quocirca *Silhon. in Miniſtro Status part. 1. 3. diſc. 5.* audacter ſentit, *quod induſtria in iis plus operetur, quàm fortitudo, & fortuna in iis agat minus, quàm virtus. Quod non obvenit in prælio, ubi ſolùm in plana terra & contra homines pugnatur, ubi actiones ex utraque parte ſunt æquales, ubi nemo ſe conſumit in languore & defatigatione, ubi*

A. *quatuor horæ inferunt deciſionem actionis & ſimilia.*

(4.) *Gravia pericula & damna* ex iis improſperè ſuſceptis redundantia, ſiquidem ex hiſtoriis conſtat, non rarò victorem exercitum unius hujusmodi loci infelici aggreſſu ſemet ipſum conſumſiſſe, & ex Victore ac triumphatore victum redditum fuiſſe atque exinanitum. Quæ omnia *Quinctius* in deliberatione de obſidenda Lacedæmone *apud Livium l. 34. c. 34.* prudenter adduxit.

Pro prælii præſtantiâ & præ expugnatione loci alicujus validi præcellentiâ facit:

(1.) *Quod ſæpè* ex uno prælio feliciter vel improſperè inſtituto & peracto totius alicujus Regni, Principatus, Reipubl. acquiſitio & perditio dependeat, *adeoque* majori in illo, quàm in obſidione, prudentiâ, fortitudine & felicitate opus ſit. *Exemplum
B. illius* eſt in Mulejo Mahumeto, & Sebaſtiano illo Africæ, hoc Portugalliæ Rege ex unâ & Mulejo Moluco per victoriam Rege Africæ, expulſo Mahumeto, facto, ex altera parte, quorum de Regno Africæ contentio & belligeratio uno prælio, in quo omnes hi Reges raro exemplo perierunt, diremta fuit, ita tamen, ut Moluci, vel Abdelmeleci victoris filius Mulejus Hametus illud poſtea absque ulla ulteriore contentione tranquillè obtinuerit, de quo legi poteſt *Conneſtagius de Conjunct. Portugall. lib. 2. circa f. & Joh. Thom. Freigius de Bello Africano c. 12. & 13.*

Pro deciſione hujus quæſtionis annotare voluimus (1.) quæ prudentiſſimus Gallorum *Silhonius in ſuo Miniſtro Status d. part. 1. lib. 3. diſc. 5.* ſequentibus Latinè redditis verbis conſignavit: *Ego dico, quòd
C. illa media ſunt magis nobilia & æſtimabilia, quæ producunt in effectum finem propoſitum, quàm illa, quæ in medio itineris relinquunt, utut ſplendorem quendam præ ſe ferant. Et ideò ſi lucrum prælii ſit acquiſitio alicujus provinciæ, ſicut quandoque fit, & occupatio unius urbis in illius loci ſolâ acquiſitione conſiſtat, quomodo ſæpiùs evenit, dubium non eſt, quin hæc poſterior actio minoris ſit pretii & meriti, quàm prior. Verùm quando poſt victoriam in prælio obtentam hoſtis adhuc manet potens, & quando adhuc plures habet exercitus ad confligendum & plura munita loca ad attinendum victorem, & ad frenum victoriæ imponendum valida, nemo dubitat, quin talis victoria ſit minùs conſiderabilis, quàm occupatio unius Civitatis, quæ eſt caput illius Provinciæ vel loci, & reliquas omnes ad obedientiam victoris duces, & poſt quam nulla absque temeritate ſe opponere poteſt. Quis dubitat, quod Scipio non plus peregerit in ſubjugatione Carthaginis, & dum
D. æmulam ſubjectam fecerit Romæ, quàm Hannibal in tribus præliis, ubi Romanos vicit, quia Roma integra permanſit & ſcaturigo belli viva.*

Ubi illud demonſtrat in occupatione Rupellæ, quæ hactenus fuit partium adverſariarum aſylum & ſuſtentaculum, quod ita lapſum eſt.

(2.) *Noſtram opinionem ſubjicere, juxta quam neceſſarium eſſe putamus ad illius quæſtionis dilucidationem ponendos eſſe habiles, & quidem ſequentes terminos:*

1. *Æquales*, qui in eo conſiſtunt, ut fingamus, Regem vel Principem aliquem cum diverſis vicinis eodem tempore per diverſos Duces bella gerere, & vel per unum eorum hoſtis exercitum ita fundere, ut ille planè debellatus cogatur victori Provinciam illam in prædam concedere: Per alterum verò alte-

riua hoſtis exercitu nou inſtructi Metropolin omni- A.
bus ad deſenſionem neceſſariis prævisſam poſt longam obſidionem occupare, atque ita ſimiliter totam illam provinciam Domino ſubjicere: Vel unum horum exercitum hoſtis quidem ſundere, & alterum munitum oppidum gravi obſidio occupare, neutrum tamen hoc modo hoſtem planè debellare.

2. *Inæquales, & hujus quidem qualitatis, ut unus* per prælium tale hoſtem quidem planè ſuperet, alter verò per occupationem difficilem bello finem non imponat, vel hic finem ita imponat, alteri verò cum hoſte ob integras adhuc alias copias ſæpiùs adhuc præliandum ſit.

Priori caſu dubitandum non eſt, quin ille Dux, qui obſidionem feliciter peregit, ob adducta multa & gravia incommoda & ingenii commenta majori laude dignus ſit, quàm alter ob victoriam ita ad- B.
ptam, quia illa ſæpè ob levem caſum ab adverſario commiſſum vel neglectum obtinetur.

Poſteriori, verò caſu contrà dubio caret, quod ille, qui hoſtem alterutro modo planè debellavit, majorem operam Domino præſtiterit, adeoque laudem meritus ſit, quàm alter hoſtem ita non debellans ob ancipitem belli aleam. *Et hæc quidem ſalve alterum judicio.*

IX. *Subnectenda hìc ſunt alia quædam ad prælium pertinentia axiomata & ſtratagemata:*

1. *Antequam hoſtis aciem inſtruat, exercitus in locum conflictus educendus eſt, quia* ita ille pro libitu diſponi, locusque commodus eligi poteſt. Hoſti verò commoditas & tempus ſe præparandi adimitur. C.
Inſuper prior iſta occupatio alacritatem pugnandi oſtendit, & hoſti formidinem quandam injicit, ut *præced. th. 6. expl. 4.* docuimus. Nec non hoſtis fatigatus ad conflictum ſe accingere cogitur magno ſuo damno, ut *ſeq. axiomate 3. & à Mauric. l. 8. Strateg. c. 2.* traditur.

2. *Primus hoſtium furor & impetus potiùs ſuſtinendus, quàm in illos faciendus eſt.*

Ratio eſt, quia ita hoſtium fervor quaſi deſæcat & minuitur.

Imprimis verò hìc ad naturam hoſtium reſpiciendum eſt: Sic de Barbaris Tac. 12. Annal. 12. barbarorum impetus acres cunctatione langueſcunt, aut in perfidiam mutantur. *De iisdem Florus lib. 3. c. 3. Marius non auſus cum barbaris congredi, militem tam diu tenuit in caſtris, donec invicta illa rabies & impetus, quem pro virtute barbari habent, conſeneſceret:* ad D.
quem locum meretur legi *Rupert. in ſuis Obſerv.* §. 5.

De Germanis Tacitus de Germ. c. 4. corpora magna tantùm ad impetum valida. De Gallis Livius lib. 10. c. 20. prima prælia plus quàm virorum, poſtrema minùs quàm fœminarum, cui conſentit *Flor. lib. 2. c. 4.* ita ſcribens: *experimento deprehenſum eſt, quod ſicut primus impetus eis major, quàm virorum eſt, ita ſequens minor quàm fæminarum. Nec non Polyb. l. 2. c. 33.* ubi legi poteſt. *Plura de hoc themate præc. expl. 1. in f. conſignavimus.*

3. *Miles impranſus & quiete non refocillatus multò minus ex itinere adverſus hoſtem non educendus eſt, contrà verò in id ſummâ curâ incumbendum, ut hoſtilis exercitus impranſus in aciem & prælium alliciatur aut provocetur.*

Ratio per ſe plana eſt, quia viribus deficientibus & fatigatis, & audacia & perſeverantia in robore iis deeſt: hinc *Oneſander c. 12.* notavit, non rarenter profligatos fuiſſe exercitus deficientibus nimiâ eſurie viribus, quando ſcilicet, non momento inſtructæ aciei, ſed ſero diuturnoque conflictu certamen dirimitur. *Exemplum egregium* notavit in Scipione Aſdrubalis exercitum ita feſſum vincendo, *Livius lib. 28. c. 15.* & aliud *Polybius lib 3. c. 71. & 72. Ita quoque Marcellus* cum Hannibale conflictutus cibo corpora firmare juſſit, ut ſi longior eſſet pugna, viribus ſufficerent, *Livius lib. 27. c. 15. Feliciter uſus eſt hac arte Hannibal in nobili illa cum Romanis ad Trebiam & quidem primâ pugnâ, in quâ* per ſuum antè probè curatum militem Romanos impranſos eliciens viribus tandem deſtitutos, & ex gelu ferè imbelles vicit, ut tradit *Livius lib. 21. c. 54. & 55. Vide Orationem Pauli Conſulis apud eundem lib. 44. c. 38. & Polyb. l. 3. c. 72.*

Hinc Æmilius Paulus Scipioni Naſicæ, ut Romanus exercitus ex itinere ſtatim cum Perſei exercitu confligeret, ſuadenti apud *Plut. in ejus vita c. 27. reſpondit: Facerem, ſi tuâ eſſem ætate, me verò multæ victoriæ docuerunt, quânam in re victi peccaſſent: ideoque ex itinere pugnam inire cum phalange jam ordinibus inſtructis paratâ prohibent.*

Monent hinc belli periti, hoſti ſummo manè ad pugnam egreſſo non ſtatim copias opponendas, ſed in caſtris detinendas eſſe, tàm diu, donec hoſtis armorum pondere, æſtu, eſurie & ſiti fatiſcat, & tunc demum feſſum omni vi aggrediendum eſſe, quod felici ſucceſſu adverſus Haſdrubalem uſurpavit *P. Scipio in Hiſpaniâ, referente Livio d. l. 28. c. 15. Polyæne Stratag. lib. 8. & Frontino lib. 2. c. 1.*

4. *Milites alacritate Ducis, lætis nunciis de alibi fuſo hoſtili exercitu, ſuppetiis & auxiliis adventantibus, ominibus, fictâ adverſarii Ducis morte, ſubornatis, qui illud in hoſtili exercitu propalent, & talibus ſimulacris animandi, & hoſtes turbandi ſunt. Sic fama occiſi Orodis falſa credita exterruit* Parthos, *victoriamque conceſſêre. Tacit. 6. Annal. 35. Sic Q. Fabius* in prælio cum Samnitibus inito Scipionem Legatum cum nonnullis copiis clam emiſit, cum mandato, ut montes proximos à tergo hoſtis ſitos occuparet, in illisque ſe hoſti oſtenderet: *quo facto* Fabius Decium Collegam ſuum cum altero exercitu adventare exclamavit, ac ita terrorem & fugam hoſti, ſuis alacritatem injecit. *Livius lib. 10. c. 15. Simile exemplum* quamvis prudentiâ majori conſtans de L. Papyrio refert *idem eod. lib. c. 41.* ubi videri poteſt *Sic cùm Albani* Romanorum Socii in primordio prælii adverſus Fidenates & Vejentes ineundi proditorio animo ad mõtes ſeorſim receſſiſſent, ut ſcil. quo fortuna daret, eò inclinarent vires, Tullus Romanorum Dux trepidantibus ideò equitibus clarâ edixit voce, ut hoſtes exaudirent, ſuo juſſu circumduci Albanum exercitum, ut Fidenatium nuda terga invadat. Et per hanc artem ſuos firmavit, hoſtes verò terrore perculſos fudit & fugavit. *Livius lib. 1. c. 28. Sic quoq. Martinus* Juſtiniani in urbe Phaſi Præfectus à Perſis graviter obſeſſus, ſuos milites confirmaturus, & hoſtes, Perſas, perculſurus, ſubornavit quenquam, qui tanquam tabellarius pulvere obſitus & è longinquo veniens illo ipſo tempore, quo exercitus congregatus eſſet, in medium ſe conferret

ferret, Byzantio ſe venire aſſereret, & literas ſibi traderet: Qoo facto bic illas fictitias tanquam à Juſtiniano miſſas Imperarore, magno exercitûs gaudio altâ voce, ut ab omnibus audiri poſſent, perlegit ejus rei nuncias, illum novum mittere exercitum, non minorem eo, quem jam haberet: Statimque ex illo nuncio, ubinam eſſet exercitus, quæſivit, hocque, illum quatuor ſaltem Perſicis paraſangis abeſſe, & circa Neognum fluvium relictos aſſerente, quaſi indignabundus: Redeant, inquir, neque enim id unquam admiſerim, ur nobis ſeſe adjungant, & ſpoliis fruantur, quæ ſolis militibus meis pro tot laboribus debentur. Et eooverſus ad milites, nonnè, idem, inquir, vobis videtur, mei Commilitones? At illi clamoribus Præfecti lententiam approbantes, juſta eſſe vociferabantur, quæ ipſe in præſentia eooſuluiſſet, uti fuſiùs recenſet *Agathias lib. 3. de Bello Goth. c. 11. ubi c. 12. & 13.* effectum bujus ſtratagematis felicem ſubjungit.

Sic Carolus Burgundus in bello contra Ludovicum XI. Gall. Regem, eopiia ſuis per pugnas admodùm debilitatis, ſubornatum à ſe queodam Monachum produxit, qui nunciaret exercitui, velut inde veniens, Britanniæ Ducis copias ram propinquas adeſſe, ut illâ die puraverir jungendas Ducis copiis: quo artificio erevére animi militares, ut refert *Comin. lib. 1. c. 4. p. m. 36.*

5. *Milites vacillantes & jam retrocedentes quâcunq, arte & prudentiâ iterum incitandi ac in hoſtem impellendi ſunt: Fitque boc quo ad prius quandoq, fictâ* boſtium repreſſione ab altera exercitus parte factâ, ut feeit *Parmenio apud Curt. lib. 4. c. 16. vel fictâ* ſuppetiarum aut novi exercirus appropinquatione, de quo *prec. n. 4. & ſeq. c. 8. th. 5. expl. 8.* latè egimus: Et *quo ad poſterius Ducis ipſius* in hoſtilem aciem irruptione, uti in prælio cum Samnitibus inito *Valerius Conſul, apud Livium lib. 7. c. 33. Camillus* in prælio cum Volſcis commiſſo, *ibidem lib. 6. c. 8.* fecir, in quibus utrique Duces ex equo deſilierunt, & in mediam aciem irruentes victoriæ initium dedére. *Idem Guſtavum Adolphum Sueciæ Regem*, cùm aliquando outaret exercitus, præſtitiſſe, ac deſcenſo equo, raptâque è gregarii eujusdam manu haſtâ, fortiſſimo præſentique prælium reſtituiſſe exemplo, refert *Auctor Bellat. prud. & polit. c. 50.* Vide *Rupert. ad Flor. lib. 3. c. 10. § 4. vel ſignorum* ſive vexillorum à Duee in hoſtiles copias cum exprobratione ignaviæ, & adhortatione ad ſtrenuam illorum receptionem facta illatione vel jaculatione, uti fecit *Poſthumius Dictator apud Flor. lib. 1. c. 11. Agrippa* Conſul Romanus in prælio cum Volſcis & Æquis inito, referente *Livio lib. 3. c. 70. Salius Pelignorum Dux* in prælio ab Æmylio Paulo cum Perſeo inito apud *Plutarch. in Pauli vita c. 33. Camillus* in prælio cum Volſcis habiro ſecundum *Livium d. lib. 6. c. 8. Nævius* in pugna cum Annibale, juxta *eund. lib. 26. c. 6. T. Pedanius* in oppugnatione Caſtrorum Hannonis, tradente *eodem lib. 25. c. 14. Sylla* in prælio adverſus Archelaum apud *Marcell. l. 16. p. m. 81. & alii apud Livium l. 4. c. 29. & l. 34. c. 45.* Ac aquilifer X. Legioois è navi proſiliens & aquilâ in hoſtes Britannos illatâ ſuos ad repellendos illos animans apud *Cæſar. de Bello Gallico lib. 4. p. m. 92.*

Simile fecit Robertus Normannorum Dux apud *Æmilium lib. 4. f. m. 115. Illo enim facto* milites ad vexillum & honorem recuperandum atque igno-

A. miniam declinandam io hoſtes irruendo ſæpè præclaram aſportarunt victoriam, ue narrat *Livius quoque d. c. 70.* Vide *Bernegg. ad Juſtin. lib. 23. c. 2. & lib. 44. c. 2. & Grut. diſc. XV. ad Tacitum.*

Soliti etiam fuére quidam Imperatores ſuis equitibus equos adimere, proprium removere, ut æquato prælio ſpem fugæ tollerenr, cujus exemplum oceurrit in *Julio Cæſare*, ur ipſe refert *l. 1. Belli Gallici p. m. 30. ac pontes ideò reſcindere, ut præced. th. 5. explic.* 3. demonſtratum.

6. *Quandoque etiam ſimulatâ fugâ hoſtis ad inſiſtendum incitandus*, & ita inordinatè inſequens hoſtis ex inſidiis adoriendus & necandus eſt, de quo io *prec. expl. 5.* cautela adducta.

B. 7. *Miles quandoq, prælium flagitans detinendus eſt ad majorem fervorem ei conciliandum, cujus exemplum eſt apud Liv. lib. 2. c. 45.* Ubi Conſules Romanis militibus pugnam petentibus ſtudioſè eos retrahendo ingentem ardorem ingeſſerunt. *Simile quid refert idem lib. 7. c. 12. & ſeq.*

TH. XI.

Officialium munus conſiſtit in obſervatione (1.) mandatorum Ducis. (2.) Stationis demandatæ. (3.) Militum adactione ad officium militare præſtandum.

Expl.

C. S*Icuti in Duce belli* & ejus fortitudine ac Virtute bellica oon minima, ſed ferè tota exercitus ſalus conſiſtit, ut in *praeced. th. 10. explic. 1.* dictum, & demonſtratum eſt, *ita quoque* oon parvum, ſed magnum momentum in Officialibus fortibus, prudentibus & expertis poſitum eſt. *Cùm enim* Imperator ubivis præſens eſſe non poſſit, per Officiales ſuos vices ſuas ſupplere debet: *Et ideò* his incumbit omnem navare operam, ut Ducis mandato & ordinationi ex aſſe ſatisfiat, ne omnis culpa à militibus commiſſa in ipſos redundet, uti ſæpiſſimè factum, dom magis illi, quàm gregarii puniendi ſint, ſicuti Cæſariano Tribuno Madlovio, ejus Turmarum ductoribus, horum vicariis, ſigniferis ac aliis Officialibus cum decimo quoque ex tota Legiooe capire punitis, poſt prælium anno 1642. juxta Lipſiam commiſſum, in Bohemia Rockezanæ contigit, ut refert *Brachel. hiſt. lib. 6. p. m. 404. & ſeq.*

D. *Laudatur* propter ſummum obſequium à Cyro *Chryſantes* cohortia præfectus apud *Xenoph. lib. 4. de illius Inſtit. in pr.* his verbis: *Cùm ego pedem referre juſſi compellato nominatim ipſo tametſi gladium ſuſtulerat, ut percuſſurus hoſtem, ſtatim tamen mihi paruit eoque omiſſo, quod facturus erat, id fecit, quod imperabatur, quod etiam refert Plutarch. Quæſt. Roman. 39.*

Nec tacenda hic Suecorum prudentia, dum obſervarunt paucos Officiales in præliis facilè perimi & ſic magnas eopias ac turmas militum ductoribus privari poſſe, & ideò potius illas minutiores conſtituere, quo, exempli gratia, inter centum vel mille milites duplo vel triplo plures eſſent Officiarii, quam io numeroſis copiis, exempli gratiâ ſi 500. vel 300.

pedites ſub uno vexillo, & 150. vel 50. equites ſub uno ſigno aliàs conſtituerentur, idque eò magis, quod minutiores faciliùs regi, & in ordines redigi poſſent, ut etiam eventus probavit. Quod etiam *Galli* in poſteriori bello obſervarunt.

TH. XII.

Hactenus munus Ducis & Officialium in prælio: Sequitur munus militum imprimis gregariorum, quod conſiſtit (1.) in obſervantia ſtricta mandatorum & ordinum. (2.) alacritate & ſtrenuâ hoſtis invaſione, & propugnatione. (3.) firmo propoſito mortem decoram præ ignominioſâ fugâ eligendi, & vexilla non deſerendi. (4.) Sanguinis ſui non prodigâ, ſed providâ pro ſalute publicâ effuſione, & mutuâ inter ſe fiduciâ.

Expl.

I. EGregiè *Otto* Imperator Romanorum apud *Tacit. 1. Hiſtor.* 84. ita ad milites diſſeruit: *Parendo potiùs, Commilitones, quàm Imperia Ducum ſciſcitando res militares continentur, & fortiſſimus in ipſo diſcrimine exercitus eſt, qui ante diſcrimen quietiſſimus. Vobis arma & animus ſit, mihi conſilium & virtutis veſtræ regimen relinquite. Et Antonius apud eund. 3. Hiſtor. 20. militibus*, inquit, *cupidinem pugnandi convenire, Duces providendo, conſultando, cunctatione ſæpius, quàm temeritate prodeſſe*: quod etiam innuit *Æmilius Paulus apud Livium lib. 44. c. 34.* his verbis: *militem tria curare debere, corpus, ut quàm validiſſimum & pernіciſſimum habeat, arma apta, animum paratum ad ſubita imperia, cætera ſcire de ſe Diis immortalibus & Imperatori ſuo curæ eſſe.*

Quo intuitu Marcell. l. 25. p. m. 293. ait, *corporis munus à milite, ab Imperatore verò animi requiri. Et Æmilius Paulus militibus præcepit, ut unusquisque manum promtam & acutum gladium præſtaret, ſibi reliqua curæ fore, ut Plutarchus in Galbâ c. 1. & in Apophth. Romanis c. 14.* refert. *Ita quoq; Hannibal apud Polyb. l. 3. c. 44.* ſuis præcepit, ut *de ſingulis, quæ agenda eſſent, ſoliciti ne eſſent, quari, illa ſibi eſſe curæ; ſed juſſis ſuis obedientes viros fortes & gloriâ rerum antea geſtarum dignos ſe præberent.*

Egregium obſequii talis exemplum refertur à Plutarcho Quæſt. Roman. c. 39 & procul dubio ex Xenophonte in Cyropæd. l. 4. in pr. depromtum, ac à nobis præced. th. 11. in expl. memoratum.

De quo plura præc. c. 3. th. 9. expl. 5. & à Fabro l. 1. Semeſtr. c. 19. relata ſunt.

II. Notandus hîc ardor Romanorum in prælio cum Annibale ad lacum Thraſymenum tantus, ut cum terræ motum, qui multarum urbium Italiæ magnas partes proſtravit, avertitque curſu rapido amnes, mare fluminibus invexit, montes lapſu ingenti proruit, nemo pugnantium ſenſerit, referente *Livio lib. 22. c. 5. in f.*

A. *Pertinet hûc Barritus*, ex cujus qualitate & pari conclamatione alacritas militum & victoriæ ſpes conjecta quondam fuit, uti *præc. th. 1. explic. 3.* deduximus.

Item Clamor bellicus in ſpecie ita dictus, Germanicè das Feldgeſchrey/ *qui* in vocis vel formulæ alicujus uſitatæ publicâ & univerſali exclamatione vel vociferatione conſiſtit, *& à teſſerâ militari ita*, quod hæc ſaltem ad cognoſcendos hoſtes ſignum ſit, *differt.*

Exempli gratiâ apud veteres Scotos pro tali clamore bellico uſurpatum fuit geminatum vocabulum Albani, Albani, referente Huntindon. lib. 8. Hiſtor. Angl. poſt pr.

Apud Græcos uſitata fuit vox ἀλαλὰ *vel* ἀλαλὰ *ut inde patet,* B. *quia ab illa voce* ὁ ἀλάλατος *vel* ἀλάλητος, *quæ clamorem militarem denotat, deſcendit*, ut ex *Pindaro in Pythianicis Ode 1. probat Schmid. in Comm. ad illum locum. p. 54.* addens ſimul locum ex *Homero in Iliade δ ante fin. & Herodoto in Clione, Sicut & illa vox in Homero in d. Iliade π & Heſiodo in Theogoniâ occurrit, & de illâ Scapula in Lexico legi quoque poteſt.*

Apud Romanos in Oriente vocabulum Nobiſcum, & quandoque *Nobiſcum Deus, quod referente Imperatore Mauritio in Strategico lib. 2. c. 17. ter à ſingulis meris inclamatum fuit, & inde fortè eſt, quod apud Ungaros vox Uram Jeſus ter inclametur.*

Apud Limigantes Sarmatas Marrha, Marrha apud Marcell. lib. 19. p. m. 149 Apud Turcas Alla, Alla, Allahu, idque Alla tegbir vel Egber vocant C *ſecundum Leuncl. lib. 1. Hiſtor. Muſulm. f. m. 50. & Hotting. in Theatro Orient. part. 3. c. 1. Apud Græcos olim Elelеu ſecundum Suidam ſub illo verbo. Apud Hibernos olim* Farah, *Farah apud Waræum in Antiquit. Hibernicis c. 12. Apud Polonos cantio quædam ſacra ante prælium à toto exercitu peragitur, ut legi poteſt apud Hartknoch. de Republ. Polon. l. 2. c. 8. th. 8. & jam præc. th. 6. expl. 5. tradidimus.*

III. *Morte honeſtâ ſe captivitatis & fugæ contumeliis, ſi neceſſitas id ferat, omninò eximere debet ſecundùm illud Cicer. Phil. 3. c. 14. faciendum eſt, ne cum dignitate potiùs cadamus, quàm cum ignominiâ ſerviamus. Et Catilina in Orat. ad ſuos milites apud Saluſt. in ejus bello c. 58. Si virtuti veſtræ fortuna inviderit, cavete, ne inulti animam amittatis; neu capti potiùs, ſicuti pecora, trucidemini. quàm viro-* D. *rum more pugnantes, cruentam atq; luctuoſam victoriam hoſtibus relinquatis; cogitando, quod illi, qui pro Republ. vel patriâ ceciderint, in perpetuum per gloriam vivere credantur ſecundum Imperatorem in pr. Inſt. de Excuſ. Tutor. & Diod. Sic. l. 12. c. 20.*

Sanè Turci in bello vitam ſuam quàm lubenter perdunt, credentes nullorum animas majori compendio in cælum evolare, quàm virorum fortium, qui in bello ceciderunt, ut refert Busbeq. Epiſt. Turc. 3. p. m. 295.

Quò pertinet illud militum Romanorum juramentum apud Liv. lib. 2. c. 40. ſe niſi victores ex pugna redituros. Simile quid refert Julius Cæſar lib. 3. de Bell. Civ. p. m. 300. & Plut. in Pompejo c. 103. Et in bello illo acri, quod Stephanus Angliæ Rex cum Da-

vide

vide Scotiæ Rege geſſit, factum fuiſſe narrat *Alfredus Abbas Rievallenſis in Hiſtoriâ de Bello Standardi.*

Quibus adde, quæ præc. th. 6. expl. 4. poſt num. 4. de alloquio Ducis diximus.

Et quoad fieri poteſt Ducem & ſigna tueri. Laudat hinc Tacitus Germanos de Moribus illorum c. 14. Quod infame in omnem vitam ac probroſum iis ſit, ſuperſtitem Principi ſuo ex acie receſſiſſe. Illum defendere, tueri, ſua quoque fortia facta gloriæ ejus aſſignare præcipuum ſacramentum ſit. Idem Curt. lib. 4. c. 15. ante f. de Darii & Alexandri Prætorianis refert, addens, *eos amiſſo Rege nec voluiſſe ſalvos eſſe, nec potuiſſe. Et Marcell. lib. 16. circa fin. de Chenodomarii Regis comitibus, eos flagitium arbitratos fuiſſe poſt Regem vivere, vel pro Rege non mori* Hocque aliquo modo veteri Sacramento conveniebat, de quo *præc. c. 3. th. 13. expl. 1. inf.*

Recenſendus hîc eſt laudabilis Lacedæmoniacarum mulierum mos, quæ poſt pugnam auditâ filiorum ſuorum morte in locum prælii abierunt, & horum vulnera inſpexerunt, quæ ſi in illis in adverſa parte repererunt, pro ſignis fortium patriæ defenſorum illa habuerunt, & filios magno animo præ ſe ferentes in majorum ſepelierunt monumentis. ſi verò vulnera in averſâ corporis parte invenerunt, pudore, quòd in fugâ illata eſſent, ductæ ſe clanculum domum receperunt, & cadaver in loco prælii reliquerunt, vel ſaltem clandeſtinè ſepeliverunt, referente *Æliano lib. 12. V. H. c. 21.*

IV. Quodſi verò ulteriori ſtationis ſuæ occupatione ſaluti publicæ jam deploratæ uſui ampliùs non eſſe, fugâ verò neceſſariâ & decorâ ſe & corpus ſuum hoſtium vi & internecioni ad majora & plura poſtcà officia præſtanda ſe ſubſtrahere poſſit, *tantùm abeſt*, ut ignominiam ideò incurrat, ut potiùs laude & præmio dignus ſit. Si enim *ubicunque ſanguine tanquam ſuo parcendum, nec prodigè utendum eſt, teſte Senecâ epiſt.* 88. utique etiam cuilibet incumbit, ſanguinem ſuum providè & utiliter, non verò prodigè & ferarum inſtar effundere. Hinc *Ariſtoteles 3. Eth. 7. & 8.* in generoſo milite requirit, ut providus in adeundis periculis, cautus in excipiendis, & circumſpectus in declinandis ſit. Prudenter ideò *Florus lib. 2. c. 6. Ducum alter confugit, alter occiſus eſt: Dubium uter majore animo: Paulum puduit, Varro non deſperavit*: de quo vide ad *præc. th. 8. expl. 7. quæſt. 2. notata.*

Culpatur ideò Æneſidemus Præfectus præſidii ab Achæis Elatiæ impoſiti, qui pacto pro hoc impuni diſceſſu ipſe ſtultè remanſit, & in concredita illa urbe ſe moriturum dixit, ac ita citra ullum Achæorum commodum vitam vanè amiſit. *Liv. lib. 32. c. 25.*

Mutuam deniq; milites inter ſeſe alere debent fiduciam, quia eâ maximè ad vincendos hoſtes opus eſt, ut eleganter demonſtrat *Poſthumius Dictator apud Halic. lib. 6. c. 6.* & benè conſideravit *Minutius Conſul apud Livium lib. 35. c. 3. Pertinet huc antiquus ille mos*, quo vir virum ſibi amicum & confidentem legit: De quo ita *Livius lib. 9. c. 39.* de Papirii exercitu: *Cùm vir virum legiſſet, quantus nunquam aliàs ante ſimul copiis, ſimul animis dimicarunt.* Contrà novum & inter ſeſe ignotum militem trepidum eſſe ex Hiſtoricis & imprimis *Livio lib 35. c. 3.* notum, ubi refert, *Minucium Conſulem in aciem exire non auſum, novo milite & ex multis*

A. *generibus hominum nec dum note ſatis inter ſe, ut fidere alius poſſent.* Qua de cauſa etiam Legiones auxiliis præfert *Veget. l. 2. c. 2.*

TH. XIII.

Hactenus ea, quæ circa actum prælii obſervanda ſunt: Sequuntur conſequentia, quæ conſiſtunt in eo, quomodo Dux ſe (1.) erga ſuos. (2.) contra hoſtes gerere debeat.

Expl.

DEbet quoque & quidem ante omnia Victor erga Deum eſſe gratus pro tali beneficio ei laudes canendo, & humilis illi ſoli victoriam adſcribendo: ſed quia hîc obiter ſaltem de moderatione Ducis agitur, plenam illius tractationem *ſeq. c. 11. th. 4. & ſeqq. & ſubjunctis explicat.* ſuſcipiemus. B.

TH. XIV.

Ratione ſuorum militum incumbit ei (1.) Recenſitio exercitûs, Vulneratorum cura, & illorum, qui ſtrenue rem geſſêre, laudatio ac remuneratio, & qui aufugerunt, vel turpiter ſigna deſeruerunt, aut alio modo circa prælium deliquerunt, juſta punitio, ac qui per vulnera inhabiles ad bellum redditi ſunt, honeſta ſuſtentatio. (2.) Cæſorum ſepultura. (3.) Militum poſt C. victoriam in ſtationibus & ab intempeſtivâ prædâ cohibitio. (4.) Hoſtium non nimis pertinax & longa inſecutio, & militum ab eâ per conſveta ſigna revocatio. (5.) Militum neceſſaria quies & nova armatio. (6.) Captivorum redemtio.

Expl.

I. B*Enè obſervavit Valeſ. ad Marcell. lib. 24. p. m.* 274. olim ſtante Republ. exercitûs recenſitionem & fortium militum pro concione laudationem frequentem: Sicuti etiam ejus exempla apud *Liv. lib. 2. c. 60. lib. 5. c. 47. lib. 7. c. 36. & ſeq. lib. 10. c. 36. & c. 44. & lib. 38. c. 23. ac Halicarn. lib. 6. c. 14.* nec non *Saluſt. in Bello Jugurthino c. 54. ſub geſtis Metelli & Appiano l. 5. de Bellis Civil. p. m.* D. 1078. occurrunt: Sub Imperatoribus verò raram fuiſſe. *Ex priſtinis exemplis* unum laudatorum ſtrenuorum militum *de Carolo Magno Imperatore* meretur referri; ita verò ille apud *Agrippam de Vanit. Scient. c. 81.* ejus ſermonem refert;

Vos Heroës vocabimini, ſocii Regum, Judices Criminum: Vivite poſthac laboris expertes, conſulite Regibus publico nomine, turpia corripite, favete fœminis, juvate pupillos, conſilio circumdate Principes: ab his victum, veſtitum, ſtipendium petite: Si quis neguverit inglorius infamisque eſto, ſi quis injuriam vobis intulerit, reum ſe Majeſtatis agnoſcat &c. Quem etiam ſub titulo conſtitutionis recenſet Goldaſt. Tom. 3. Conſtitut. Imper. ad annum 777.

Quomodo Cyrus ſuos poſt victoriam laudaverit, legi poteſt apud *Xenoph. in ejus vita lib. 4. pr.* *Quem verò laudatio talis habeat effectum optime indicat Theod. Rex apud Caſſiod. 1. Var. 13. in f.* his verbis: *Si equorum curſus hominum clamoribus incitatur & ſonantium manibus agitur, ut à mutis animalibus velocitas appetatur, quantum inde homines ſtimulari poſſe credimus, quos ad laudis aviditatem natos ſingulariter invenimus.*

Quia verò de præmiis militum *ſeq. c. 9. th. 15. & ſeqq.* tractaturi ſumus, eò lectorem remittimus.

Quod curationem militum & ſanationem vulnerum concernit, Polyb. lib. 3. c. 60. & 87. & 88. de Hannibale ſcribit: *illi curam de valetudine exercitus, de vulneratis, de laſſis reficiendis, ſummam fuiſſe:* quod etiam præcipit *Mauricius in Strateg. l. 7. capite poſteriori 6. & l. 8. c. 2. p. m. 189.* ac pluribus demonſtrat *Schelius ad Hyginum de Caſtrametatione Romanorum p. 32. & ſeq.* & ideò in *L. 12. §. 2. ff. de Re Militari*, ad officium Tribuni ſimul refertur, valetudinarios inſpicere. B. *Ita Alexander M.* poſt prælium cum Perſis primâ vice & poſtea cum ipſo Dario commiſſum poſtero ſtatim die, quamvis æger adhuc à vulnere, quod in femore exceperat, ſaucios tamen obivit, & cæſorum corporibus conquiſitis univerſo exercitu in acie ſtante & bellicas uniuscujusque laudes verbis ornavit, & pecuniarum largitione ſingulos pro ſuo merito dignitateque honeſtavit, juxta *Arrianum de expedit. ejus l. 1. p. m. 48. & lib. 2. p. 113.*

Idem Metellus poſt prælium cum Jugurthâ commiſſum peregit apud *Saluſt. in illo Bello c. 54.* *Idem Cæſar* poſt prælium cum Gallis & Helvetiis initum C. *lib. 1. de B. G. p. m. 31.*

Laudatur quoque Trajanus, quod vulneratorum curam exquiſitam habuerit, & in defectu ligamentorum, ne veſti quidem ſuæ pepercerit, ſed ad vulnera obliganda diſciderit, ut refert *Xiphil. apud Dion. l. 68. f. m. 773.* Ita quoque *Philippicus* Imperatoris Mauricii Dux bellicus poſt victoriam à Perſis obtentam, ſaucios in oppida & caſtella miſit, ut lenibus quibusdam medicamentis eorum vulnera ſanarentur *Simocatta l. 2. Hiſtor. Mauric. c. 7.* Cui non abſimilis fuit *Alphonſus Aragoniæ Rex*, qui militem in prælio lethaliter gulâ transfixum circa ſe locari juſſit, ſuoque ſudario vulnus obdurari. *Panorm. de dict. & fact. ejus lib. 3. n. 32.* Magnam quoque laudem meritus eſt *Johannes de Auſtriâ Gubernator Belgii*, quod milites ægrotos & vulneratos amicè D. tractaverit, & quandoque in rhedam ſuam ſuſceperit, ut refert *Petr. Cornelius in Hiſtor. Belg. lib. 10.* *Laudat hoc nomine Senenſes*, quod non ſolùm militibus Germanis à Manfredo Siciliæ Rege auxilio miſſis donativum præbuerint 500. libras denariorum Senenſium, ſed etiam ſumtus in curam vulneratorum ex publico præſtiterint, *Forſtn. ad Lib. 2. Annal. Tac. c. 26.* *Meminit quoque Tacitus 4. Annal. 63.* Romanos ex veterum inſtituto magna poſt prælia ſaucios largitione & curâ ſuſtentaſſe. *Sic Alexius Imperator* Conſtantinopolitanus Domum publicam pro curandis vulneratis militibus & mutilis exſtrui curavit. *Anna Comnena in Rebus ab illo geſtis. l. 15. f. m. 484.* *Et hodie adhuc* nonnullis in locis, ut in *Gallia ab Henrico III.* Rege inſtitutum, & ab *Henrico IV.* denuò factum, teſte *Bulengero lib. 12. Hiſtor. ſua p. m. 370.* *Mercurio Gallico ad ann. 1606. & Serreo in Invent. Franc. ſub illo f. m. 850.* nec non à *Ludo-*

A. *vico XIII.* continuatum, & apud *Hollandos ac Confœderatos Belgas* introductum, ut manci & apud militiam inhabiles per vulnera facti, in Xenodochiis ideò exſtructis honeſte ſuſtententur. Videri poteſt de his *Caſius in Amſtelodamo lib. 4. p. 326. ubi refert, Eliſabetham Reginam Angliæ primum ibidem fundaſſe, anno 1587. tempore illo, quo protectionem provinciarum ſuſcepiſſet.* *Cujus laudabilis facti auctor eſt Piſiſtratus:* *Hic enim* referente *Plut. in Solone c. 55.* inter alias Leges ſanxit, ut illi, qui in bello membrum aliquod amiſiſſent, publicè alerentur.

De pœnâ illorum, qui in præliis ſe turpiter geſſerunt aufugiendo & ſigna derelinquendo, duo exempla caſtigata occurrunt in militia Cæſareâ, unum quo poſt prælium ad Lutzenam anno 1632. commiſſum ob tale dictum ſequenti anno Pragæ multi officiales ſuperiores & inferiores capitis & ſuſpendii pœnam B. ſuſtinuerunt, ut refertur *in Theatro Europæo Tomo III. f. 19 alterum*, quo poſt ſecundum ad Lipſiam 1642. initum prælium eodem anno tota Madloviana Legio ita punita fuit, ut omnes officiales & ex gregariis decimus quisque mortis pœnam tulerint, ſequenti verò anno iſtius Tribunus, cum Tribuno de Four, decollati fuerint, ſicuti in *Theatro Europæo Tomo IV. f. 949. ac ſeqq. & Tomo V. f. 95. & Brachel l. 6. Hiſtor. p. m. 404. & ſeq. refertur.*

II. Sepulturam cæſorum commendat egregie Onoſander c. 36. hisce verbis: Dux ſive victor, ſive victus militum occiſorum funeribus & exequiis proſpiciat; neque incuriam aut occaſionis aut temporis, aut loci, aut metus nomine prætexat: Sancta enim hæc & religioſa circa eos, qui ſic obierunt, pietas, ejusque neceſſaria inter ſuperſtites demonſtratio. *Vide etiam Leo-* C. *nem Imperatorem in Tactic. c. 20. §. 70.*

Romani ſanè quotquot in conflictu perierunt, eos honeſtiſſimè ſepelivere, laudatâ eorum ſtrenuitate, quippe qui ut viri fortiter rem geſſiſſent, ut ex hiſtoriis patet. Vide *Halic. l. 9. c. 13. Cæſar de B. G. l. 1. p. m. 31. Liv. l. 27. c. 2. & 44.* *Sueton. in Aug. c. 12. & Calig. c. 23. & Tacit. 1. Ann. 62.* *Hinc* militibus hoc ſingulare jus in Legibus conceſſum, ut qui in bello occubuiſſent, licet corpora illorum non comparuiſſent, tamen lugerentur *l. f. §. fin. ff. de his, qui notant. infam.*

De publicâ benè meritorum ſepulturâ ſeq. c. 9. th. 17. in expl. diximus.

Ita quoque Alexander M. in conflictu cum Perſis acri, ubi recedere cogebatur, erubeſcebat dimit-D. tere milites inſepultos. *Curt. l. 5. c. 4.* *Dionyſius* impetratis ab hoſte cadaveribus honorificè, id eſt aureis coronis redimitos & purpureis veſtibus eleganter amictos ſepulturæ mandavit: Hoc enim erga defunctos ſtudio alios ſe ineſcaturum ſperavit, ut pro tyrannide ſuâ diſcrimina promtius adirent. *Similiter Philippus Macedo* ad charitatem erga ſuos demonſtrandam & reliquis animum ad promtius pericula ſubeunda addendum milites ſuos in pugna interemtos in caſtris ſepeliri juſſit quamquam contrario eventu ſecundum *Liv. l. 31. c. 34.* *Et Annibal* poſt pugnam ad Thraſymenum lacum ex ſuis nobiliſſimos ſepeliri juſſit *Polyb. l. 3. c. 85.*

Plura ejusmodi exempla refert Bonbra in Arte Belli & Pacis l. 1. De c. 25. n. 16. & ſeqq.

De ſepultura hoſtium ſeq. th. 15. expl. 2. egimus.

Quod III. & IV. attinet, de eo jam præc. th. 10. expl. 5. & 6. diximus.

V I. Rei

V. Licet verè dicat Juſtin. l.1.c.1. proximam quamque victoriam inſtrumentum ſequentis eſſe : ,& Dropanus in Panegyr. Theodoſii c. 39. oratorio modo referat, *doctè profectò germana illa pictorum pöetarumque commenta victoriam pennatam finxiſſe, quod hominum cum fortuna euntium non curſus ſed volatus ſit:* & ideò *Annibal apud Flor. lib. 2. c. 6. Liv.lib. 22.c.51. & Plutarch.in Fabio c.30.* arguatur, *quòd vincere quidem potuerit, ſed victoriâ uti neſcierit: Attamen non ſemper in poteſtate & ex utilitate Ducis eſt, victoriam pro libitu proſequi. Si enim* milites illius licet victores poſt prælium commiſſum defatigati, vulnerati, & armis quodammodo privati atque ſortiſſimi, ut ſæpè in cruento prælio evenit, amiſſi fuerint, *præſtat* militibus neceſſariam quietem concedere, & arma prius reſtituere, ac illos ſaucios reficere, nec non diſperſos colligere, quàm talem exercitum magno iterum objicere periculo, & fortunam citra neceſſitatem denuò experiri, uti pluribus in *ſequenti c. 11. th.8. expl.1. ſub modo proſequendi victoriam* dictum eſt.

VI. Ut citra culpam ſuam & ob adverſam fortunam in expeditione bellica capti, ab Exercitus Domino vel Duce redimantur vel permutentur, juris & æquitatis ſuadet ratio. Hinc Cicero 2. de Offic. 18. Hac benignitas etiam Reipublicæ utilis eſt, redimi è ſervitute captos.

Et Romani Pyrrhum Epirotarum Regem hoſtem ſuum per Legatos rogarunt, ut captivos vel certo pretio liberaret, vel corporum permutatione dimitteret, ſed horum neutrum obtinuerunt, ut refert *Halic. in Excerpt. Legat. c. 5.*

Sicuti etiam redemptionis talis exempla non tamen adeò frequentia apud Romanos exſtant, quale apud Liv. l.10. c. 30. ubi ſinguli Peruſinorum captivi æris trecentis decem redemti ſunt. Plutarch. in Fabio c.14. ubi hic ſecundum pacta à Senatu improbata de propriâ pecuniâ ab Annibale 240. captivos & ſingulos quidem argenti quinque ſelibris redemit, quod etiam *Livius l. 22.c. 23. refert. Quod etiam quoad permutationem factum eſt, ſiquidem* in Romana hiſtoria ejus quoque pauciſſima occurrunt exempla, & quidem apud *eund. in Epit.l.19. & d.l. 22.c.23. ac Plut. d.l.. utriuſque ratio eſt, quia* apud illos admodum turpe fuit in armis vel fugâ capi, vel ſe ultrò dedere hoſtibus:

Et ut verum fateamur in tali captivitate plerumque ſi non timiditas & vitæ conſervandæ ſtudium, ignavia ſaltem quadam intervenit, cum ſtrenui & fortes viri vitæ jacturam minoris æſtimare ſoleant, quam turpem captivitatem & ſervitutem, ſicuti jam *præc. th. 12. expl. 3.* adduximus.

In tales milites & illorum redemtiones acerbè ſuum ſtringit calamum Boiguterus in Vegetio Chriſtiano l.1. p.120. his verbis; *Illis belli cauponationibus & quaſi nundinationibus captivorum militum alitur avaritia militaris & prædandi magis quàm debellandi cupiditas, nec tam bella finiuntur quàm nutriuntur.*

Quibus Nos addimus, in præterito diuturno inter Imperatorios & Suecos geſto bello obſervatum eſſe multos milites hinc inde in præliis, conflictibus & excurſionibus captos ſtatim militiæ hoſtili nomen dediſſe, & poſteà receptos veteribus ſuis legionibus redditos, idque porrò in ſecunda & tertia receptione ita obſervatum, *atque ita illos* quaſi communes adverſarum partium milites effectos eſſe,

A. *Ut itaque Romani ſuos cives & milites* à tàm turpi deditione abſtraherent, illos ab hoſte oblatos redimere noluerunt, indignos æſtimantes, qui in civitatem & militiam reciperentur. *Quod ex Valer. Max. l. 2.c.7.n.15. & Livio d. l.22.c.58. & oratione Legatorum,* qui à captivis miſſi fuerant, & reſponſione à Dictatore illis ignominiosè datâ conſtat. *Ubi legi poteſt & captivorum illorum* 8000. *fuiſſe refert: quem numerum etiam Polyb. l. 6.inf. & Cicero l 3. de Offic. c.32. ſed Valer. Maxim. d.l. ſaltem* 6000. *habet.*

Cauſam tantæ ſeveritatis exprimit Polyb. d. l. & quidem duplex callidum Annibalis conſilium, eo pacto & pecuniarum copiam ſibi parandi & ſimulatcem illam in dimicando pervicaciam hoſtibus ſuis adimendi, oſtenſa ipſis, ſi vinci contingeret, ſalutis ſpe. *Huic itaque conſilio* vel intentioni fraudulenB. tæ contraire voluerunt Romani, oſtendendo, ſe adhuc viribus pollere & ſuis nullam aliam patere ad honorem & famam viam, quàm aut pugnando vincere, aut gloriosè pro patria mori, quod etiam *Cicer. d.c. 32.* tradit. *Et optimâ quidem ratione, ſiquidem* ut jam diximus, & ſana ratio & experientia teſtatur, militem, ubi vitam ſuam deditione conſervari & à periculo eximi poſſe, ſeque citra ignominiæ notam redemtum iri, vel ſemet ipſum redimere, ac ad ſuos redire poſſe ſcit, non ita alacriter & piè pro patria ac Duce ſuo pugnare; *imprimis verò* ubi novit, ſe à Duce priori benigno animo receptum iri, & omnia ſua recuperaturum eſſe, ſicut in præterito bello ſecundum prædicta evenit, ideoque factum eſt, ut prælia plerumque brevia fuerint, quolibet in tempore ſe dedente, & ad ſuum priorem dominum redeunte peſſimo ſanè exemplo & eventu.

C. *Sanè eundem in finem Romani* in dicto bello Punico maluerunt ex ſervitiis octo millia juvenum validorum empta publicè armare, quàm minori precio captivos redimere, quod etiam *Seneca Rhetor l. 5. controv. in Excerpt. Controv. 7.* refert ratione hâc additâ: *Populus Romanus Cannenſi prælio in ſummas redactus anguſtias cum ſervorum deſideraret auxilia, captivorum contemſit, ac credidit eos libertatem magis tueri poſſe, quam nunquam habuiſſent, quàm qui perdidiſſent.*

Notandum hic nonnunquam inter hoſtes per ſpeciale pactum redimendorum captivorum certum precium ſtatui, quale inter Romanos Duces & Annibalem peractum, vigore cujus illa pars, quæ plus captivorum reciperet, quàm daret argenti pondo bina & D. ſelibras in militem præſtaret, ſecundum *Liv. d. l.22. c. 23. & Plut. in Fabio d. c. 14. & in præterito Germano Suecico bello* poſteriori tempore factum eſt, in quo per certos Deputatos utrinque miſſos à Duce bellico ad gregarios usque in ſingula capita certum redemtionis precium conſtanter obſervandum poſitum fuit, ita tamen, ut permutatio utrinque fieret, & compenſatione inſtituta pro reliquis prædicta ſumma ſecundum captivorum qualitatem ſolveretur, ut *ſeq. c. 10. th. 8. expl. 2.* pluribus narravimus & per alia exempla demonſtravimus.

TH. XV.

Officium Ducis in victos quod concernit, in eo conſiſtit, ut ille ſit (1.) modeſtus (2.)

 miſericors

gloriosiſſimo cumberent, quam in rem multa apud Galles exſtant exempla, ita ut Comin. l. 3. Hiſtor. Neapol. ante finem illud conſuetudini adſcribat, ut adeò ex illis unicum hoc & ridiculum ex Froſſardo in Gallica editione d. Volum. 1. Hiſtor c. 43. recenſere ſufficiat, quod in caſtris Philippi Valeſii contra Eduardum III. Angliæ Regem poſitis contigit tali modò.

Cùm ante caſtra Gallorum lepus procurreat tantum militum clamorem excitaret, ut poſtremi illum audientes pugnæ initium adeſſe rati ſeſe ad arma præpararent, quidam optime animati equeſtrem ordinem ad alacritatem ſuam pugnandi oſtendendam poſtulavunt, cùm verò Angli prælio infecto diſcederent, illi ſemper ex hoc tempore equites leporis ſunt appellati.

Neque apud Germanos recentiores deſunt exempla talia, ſiquidem Rudolphus I. Imperator ante prælium cum Ottocaro Bohemiæ Rege commiſſum, quàm plurimos & inter illos *centum Tigurinos* Virtute bellica notos Equites coram toto exercitu cum commonefactione & adhortatione cæterorum ad Virtutem *creavit*, *referente Fuggero & Birckea in Hiſtor. Auſtriaca lib. 1. c. 12. f. m. 103. Eumq; imitatus eſt Fridericus Auſtriacus Imper.* ante prælium cum Anti-Cæſare Ludovico Bavaro ineundum *nonaginta tres* ex exercitu ſuo equites creando, *recenſentibus iisdem lib. 3. c. 3. f. 287.*

III. *Quod cantus ac laudes majorum ante prælia & in illis decantatos & barritum vel clamores attinet: Sciendum quoad primum, Cantus tales* fortia majorum facta in ſe continentes antiquitus jam ante prælia vel durantibus iis cani ſolitos fuiſſe, ad recordationem & animum generoſum militibus imprimendum, eosque ad imitationem majorum incitandos: *Quod imprimis de Germanis notavit Tacitus 2. Hiſtor. 18. de Germ. c. 3.* ubi diſertis verbis ſcribit:

C.

Primum omnium virorum fortium ituri in prælia (laudes) canunt: Sane illis hæc quoq; carmina, quorum relatu, quem Barditum vocant, accendunt animos &c. Ita etiam idem præc. c. 2. recenſet: Celebraſſe Germanos antiquis carminibus Heroes: Et lib. 2. Annal. in f. Arminius facta adhuc cani apud barbaras gentes. Quod etiam de Gallis memorat Manlius apud Liv. l. 38. c. 17. & Marcell. l. 15. p. m. 51. addens Poetas illos Bardos dictos fuiſſe.

At de Celtis narrat Athenæus l. 6. c. 12. ex Poſidonio, illos bella gerentes ſecum ducere victus ſocios, *Paraſitos dictos*, qui laudes ipſorum prædicarent, nec non de Gothis Thracibus idem Marcell. l. 31. p. m. 449.

D.

Cæterùm de dictis Bardis præc. c. 5. th. 7. expl. 2. egimus.

Ex quo conficiunt multi eruditi, morem invaluiſſe illum apud Germanos, canendi ſtatis diebus & horis *cantilenas Magiſtrales vulgo* **die Meiſtergeſänge**/ de quo vide *Beraegg. quæſt. in Tacit. 6.* quod etiam tangit *Brandes de vera & ſim. Philoſ. c. 5. p. m. 97. & Kirchmajer. in Tacit. German. c. 2. p. m. 35. & ſeqq.*

Porrò Wilhelmus Malmesburienſis lib. 3. Hiſt. Angl. poſt pr. ſcribit, veteres Anglos cantilenam Rolandi ante prælium inchoaſſe, ut Martium viri exemplum pugnaturos accenderet. Marcell. quoque lib. 19. poſt pr. refert: Ante prælium Romanos Conſtantii Cæſaris, ut Domini rerum & mundi virtutes extuliſſe: contrà Perſas Saporem & Achemenem appellaſſe & Artaxerxen, quòd Regem Regibus imperantem ſignificet & bellorum victorem. Vide eundem lib. 24. p. m. 274.

A.

Quoad ſecundum, barritum, à Germanico Bären clamare, juxta Lipſium ad Tacit. d. c. 3. dictum, ſive rectius barditum, à Bardis dictis Celtarum Poëtis qui cum illis in bellum profecti talia carmina canebant, ut modò demonſtravimus. Illum nihil aliud apud Germanos fuiſſe, quàm prædicta carmina, annotante *Tacito citato c. 3. In genere verò eſſe clamores truces & concitatos totius exercitus prælium ineuntis, & idcò antiqui Græci pugnam βοὴν, hoc eſt, vocem & clamorem vocarunt, ſecundum Athenæum lib. 4. c. 21.*

Notandum autem hic: (1.) *Veteres Ethnicos inprimis Romanos ex clamoris illius conſonantiâ, paritate & continuo progreſſu victoria obtinenda & ex ejus imparitate, variatione, diſſonantia & remiſſione aut intermiſſione ſucceſſivâ vel intervallari ejus amittendæ judicium inde ſumſiſſe, quod clamor talis par & continuus animoſitatem* & confidentiam armorum ac juſtæ cauſæ: *contrarius verò* puſillanimitatem, remiſſionem alacritatis vel virtutis & diffidentiam præ ſe ferat, uti *Livius lib. 4. c. 37.* expreſſè innuit. *Videatur id. præced. l. 3. c. 62. Ubi Horatius Conſul* milites ante prælium ita alloquitur: *Agite dum clamorem qualem in aciem ſublaturi eſtis, tollite hîc indicem voluntatis virtutisq; veſtra, & l. 4. c. 37. l. 30. c. 34. Quod etiam Tacitus innuit de moribus Germ. c. 3. ſcribens, clamorem illum non tam vocis quam virtutis concentum videri.*

C.

(2.) *Clamorem illum apud Romanos à tenui ſuſurro exortum, paulatim adoleviſſe, & tandem ſublatum fuiſſe, ut refert Ammian. lib. 16. p. m. 81. & l. 31. p. m. 449.*

Monet autem Veget. lib. 3. c. 18. Clamorem illum non prius tolli debere, quàm acies utraque ſe junxerit: Imperitorum enim vel ignavorum eſt vociferari de longe, cum hoſtes magis terreantur, ſi cum telorum ictu clamoris horror acceſſerit.

Quæritur hîc: An talis clamor exercitui proficuus ſit, nec ne?

Pro affirmativa pugnant ſequentia argumenta: Quia

D.

(1.) *Ille non tam vocis quàm virtutis concentus eſt, Tacit. d. c. 3. & juxta Cæſarem l. 3. de Bello Civ. p. m. 343. non fruſtra antiquitùs inſtitutum eſt, ut in adoriendo hoſte ſigna undique concinerent, clamoremque univerſi tollerent: quibus rebus & hoſtes terreri & ſuos incitari exiſtimaverunt. Quod etiam Hirt. de bello Hiſpanico p. m. 467. refert.*

(2.) *Plurimæ bellicoſæ & potentes gentes eo uſæ ſunt & adhuc utuntur*, uti de *Germanis Tacit. d. c. 3. Hetruſcis & Umbris Dion. Halic. lib. 7. c. 3. De Volſcis Livius lib. 2. c. 30. & l. 4. c. 37. de Gallis Cæſar l. 7. de bello Gallico p. m. 160. & 193. Livius lib. 5. c. 39. & lib. 38. c. 17. de Macedonibus & Perſis Curt. lib. 3. c. 10. & l. 4. c. 14. & Arrianus de expedition. Alexand. de Pœnis Livius lib. 21. c. 46. & lib. 30. c. 34. de*

Græcis

A. *Græcis Diod. Sic. l. 13. c. 16. 17. & paſſim. Thucydides l. 7. p. m. 329. & ſeq. de Parthis Plutarch. in Craſſo c. 44. De Britannis Dio lib. 62. f. m. 706. de Iſraelitis Codex Sacer Exod. 32. v. 17. Judic. 7. v. 21. 23. & 24. Joſua c. 6. v. 23. & 1 Sam. 17. v. 20. & 52. de Turcis Leunclav. lib. 5. f. m. 299. & l. 17. f. m. 737. de Moſchis, Tartaris, Ungaris, Polonis experientia teſtatur.*

(3.) *Experientia teſtatur*, per illum hoſti non rarò ingentem terrorem injectum & victoriam ereptam fuiſſe, uti *Hirtius de bello Hiſpan. p. m.* 467 *ſcribit*, & inter alia de prælio *inter Volſcos & Romanos* habito *Livius d. lib. 4. c. 37.* & de prælio *inter M. Craſſum & Parthos* inito *Plut. in illius vita d. c. 44.* & *de Latinis* à Romanis profligatis idem *Livius lib. 8. c. 20.* teſtatur. De quo plura lege apud *Neubuſ. in Fasid. ſacr. l. 7. c. 33.*

B. *Negativa fundat ſe*

(1.) *In contraria multarum bellicoſarum*, puta Romanorum poſteriorum, Germanorum hodiernorum, Suecorum, Helvetiorum, Belgarum, Danorum, Anglorum, Hiſpanorum, Gallorum, Italorum & ſimilium Nationum *obſervantia.*

(2.) *Teſtimoniis magnorum virorum.* Ita enim *Otto Imperator apud* Tacit. 1. *Hiſtor.* 84. *ait: Fortiſſimus in ipſo diſcrimine exercitus eſt, qui ante diſcrimen quietiſſimus.* Et *Tacit. ipſe* de Galbæ militibus *lib. eod. c. 35. Ignaviſſimus quisque*, inquit, *& ut res docuit, in periculo non auſurus, nimii verbis, linguâ feroces. Et lib. 4. c. 20. ignavos ante prælium procaces fuiſſe ſcribit.* Nec non *Cobares apud Curt. lib. 7. c. 4.* ait, *canem timidum vehementius latrare, quàm mordere.* C.

Hinc Narſes Romanorum Dux unà cum Perſis adverſus Varamum Regni Perſici invaſorem conflicturus *ſuos quietè & absq; ſtrepitu, ut par erat, duxit. Perſarum verò ducibus ſuccenſuit, quod copias ſuas compeſcere & ad placidam quietem adigere non poſſent. Simocatta l. 5. Hiſt. Mauric. c. 9. quibus conſentit Ariſtot. 4. Eth. 10. ita ſcribens: Temerarii quidem promti ſunt, & volentes ante pericula periclitari, ſed in ipſis deficiunt: at fortes in rebus & factis acres ante quietiſſimi. Spectat huc illud Virgil. XI. Æn. de Drance: v. 338. & ſeqq.*

> *Largus opum & linguâ melior, ſed frigida bello*
> *Dextra cui.* - - -

Quod etiam tradit *Mauricius in Strategico l. 2. c. 17.* D.

(3.) *Experientiâ, ſiquidem* hoſtis tranquillus magno clamore & auſu accurrentem ſæpiùs fugavit, teſte *Livio lib. 2. c. 30.* ubi ſcribit, *Romanos in prælio cum Volſcis nec promoviſſe aciem, nec clamorem reddidiſſe, ſed defixis pilis ſtetiſſe, Volſcos verò curſu & clamore feſſos, cum ſe velut ſtupentibus metu intuliſſent Romanis, poſtquam impreſſionem ſenſêre ex adverſo factam, & ante oculos micare gladios, haut ſecus, quàm ſi in inſidias incidiſſent, turbatos vertiſſe terga, & iis ne ad fugam quidem ſatis virium fuiſſe, quia curſu in prælium ierant &c.*

A. *Simile de prælio cum Volſcis à Cornelio Coſſo Dictatore inito idem refert lib. 6. c. 13.*

4. *In ratione hâc*, quod juxta prædicta Livii verba clamore & accurſu laſſetur miles, ineptusque reddatur tam ad præliandum ſecundum *eund. d. lib. 2. c. 30.* quàm ad ſe poſteà defendendum: *Vigor enim animi primo impetu effuſus remittit tandem ac cum corpore poſtea fatigatur.*

Contraria hæ opiniones ſolent ſequenti diſtinctione conciliari, ita nempe, ut ſi contra tyrones & inaſſuetos milites decertandum ſit, clamor talis inconditus & continuus cum aſſultu truci conjunctus in illorum animis frangendis multum valeat, *ut Sidicinis obtigit* referente *Livio lib. 8. c. 16. & Romanis* ſub inexperto Duce Fulvio adverſus Hannibalem pugnantibus, ſecundum eund. *lib. 25. c. 21. aliud exemplum habet idem lib. 40. c. 28. Sed contra Veteranos*, aſſuetos & tale quid nihil timentes, nihil faciat, quin eos magis animet, gnaros non clamore & jactantia, ſed ferro & fortitudine vinci, ut *præd. l. 2. c. 30. Livius* narrat. B.

De altero clamore bellico das Feld-Geſchrey *dicto vide ſeq. th. 12. expl. 1. notata.*

TH. IX.

Hactenus antecedentia prælii: Sequitur actus ipſe, in quo conſiderandum munus (1.) Ducis. (2.) Officialium. (3.) Militum.

C.

TH. X.

Munus Ducis conſiſtit in eo, ut (1.) militibus ſuis corpore, adhortatione & operâ ſuâ ubivis præſto ſit, omnia neceſſaria ordinet. (2.) inclinantibus & vi hoſtium preſſis in tempore ſuppetias ferat. (3.) Iis parce & prudenter utatur, ne illorum ſanguis prodigè, & ad oſtentationem profundatur. (4.) Hoſti commoditates prælii omnibus viribus adimat. (5.) Retrocedentem & fugientem hoſtem prudenter & ordinatis copiis inſequatur. (6.) Ab intempeſtiva deprædatione ſuos prohibeat. D.

Expl.

I. QUod *Tacitus lib. 15. Annal. 36.* ſcribit, *affectos cives eſſe adverſum fortuita aſpectu Principis refoveri, id optimo jure de militibus aſſeri poteſt*, uti probè animadvertit *Antigonus II. apud Plutarch. in Apopth. Reg. c. 48. Gubernatori navium hoſtiles Ptolomæi naves longè plures eſſe, dicenti, reſpondens; me verò ipſum præſentem, quam multis comparas? & ideò Romani plus in Duce, quam in exercitu repoſuerunt, Tacitus in German. c. 30. Hinc idem 4. Annal. 25. refert, dilatum fuiſſe per*

A. Romanorum manipulos Tancſarinatem omnes, actum tot prælis conſectentur: aonniſi Duce interfecto requiem belli fore.

Et jam ante Labienus præcepit, omnes unum peterent Indutiomarum, nec quis quemquam prius vulneraret, quàm illum interfectum videret. Cæſar 5. de Bell. Gall. inſ. Et Lacedæmonii, animadvertentes, quòd in hoſtis ſui Epaminondæ pernicie ſalus patriæ ſita eſſet, in habito cum Thebanis prælio univerſi in eum impetum fecerunt, neque prius abſceſſerunt, quàm magnâ cæde factâ multisque occiſis fortiſſimè ipſum pugnantem ſparo eminus percuſſum concidere viderunt. Corn. Nepos in Epaminonda circa f.

Idque eò magis obtinet, quando Dux belli ſocius laborum & periculi exiſtit. Oppoſuit hoc
B. Demades Orator Philippo Macedonum Regi Athenienſibus cladem perpeſſam objicienti his verbis: Cognoſceres, Rex, Civitatis vim, ſi Philippus Athenienſibus, Chares verè Macedonibus imperaret. Stobæus Serm. 52.

Hinc de Scipione Carthaginem oppugnante præclarè ſcribit Livius lib. 26. c. 44. Hortatur, imperat, quæ in rem, quodque plurimum ad accendendos militum animos intereſt, teſtis ſpectatorque virtutis atq; ignaviæ cujusq; adeſt. Laudatur quoq; Tacito 3. Hiſt. 17. Antonius, quod nullum aut conſtantis Ducis aut fortiſſimi militis officium omiſerit, occurſando paventibus, retinendo cedentes, ubi plurimus labor, unde aliqua ſpes, conſilio, manu, voce inſignis hoſti, conſpicuus ſuis fuerit. Saluſtio Marius in Jugurtha p. 98. quod in illo bello & nocturna hoſtium invaſione modo laborantibus ſuis ſuccurrerit, modò hoſtem, ubi
C. confertiſſimi obſtiterint, invaſerit, manu conſuluerit militibus, quoniam imperitare conturbatis omnibus non potuit: & paulò poſt c. 100. Quod vigilias ipſe circuiverit, non tam diffidentiâ futuri, quæ imperaviſſet, quàm uti militibus exæquatus cum Imperatore labos volentibus eſſet.

Sic quoque Darius omiſſis Ducum officiis ipſe omnia circuivit, ſingulos hortatus eſt, veteris gloriæ Perſarum, imperiique perpetuæ à Diis immortalibus datæ poſſeſſionis admonuit: poſt quæ prælium ingentibus animis commiſſum eſt, teſte Juſtin. lib. 11. c. 9. Sic ib. Braſides ſuos milites ita hortatur & animat: Cùm de tantis rebus certamen propoſitum videatis, ſtrenuos vos & impigros Viros præſtate: Ego me vobis talem oſtendam, qui non audiendus duntaxat magnificus adhortator ſim, operum militarium expers: ſed ipſe quoq; rem aggredi, verſari in media mole pugnæ ſciam. Hinc
D. Julius Cæſar ſæpè ſolus inclinatam aciem reſtituit. Suetonius in illius vita c. 62.

Sic C. Sulpitius Dictator Romanus, quantum præſentia & adhortatio Ducis valeat, demonſtravit, referente Livio l. 7. c. 15. Sic Macedones olim ob Regis ſui Europi infantis abſentiam victos ſe fuiſſe ab Illyriis prælio pulſi putantes, illo in cunis prolato, & pone aciem poſito acriùs certamen repetivére, & Illyrios magnâ cæde fudére, oſtenderuntq; hoſtibus ſuis priori bello Regem Macedonibus, non virtutem defuiſſe. Juſtin. lib. 7. c. 2. Id quod etiam Brabantinis imitati ſunt Godofredo III. Principe in cunis prælato ac ante aciem poſito, Grymbergios rebelles ſubjugantes, teſte Marchantio lib. 2. deſcript. Flandr. ſub Balduino IV. ac Barlando in Chron. Ducum Brabant. c. 32.

Et Eumenis exercitus illo ægrotante & abſente, tam diu pugnam detrectavit, donec in lectica vectus iterùm ad illos rediret, quo facto ſcuta reſumſerunt, ſariſſisque ea pulſantes, hoſtem præſentiâ Imperatoris freti ad pugnam provocarunt: Antigonus verò illius hoſtis anteà ob ejus abſentiam fiduciâ victoriæ plenus, & ideò ad prælium properans viſâ & cognitâ ejus lecticâ ſtatim copias retrò abduxit & caſtra metatus eſt. Plut. in ejus vita c. 26. & 27.

Similiter Urſandus cùm à Paſquitano æmulo ſuo & Britannorum ſimul Duce ſecundâ vice bello peteretur, milites verò ejus ob illius gravem morbum deſperabundi fugam ſuaderent, ſe lecto ferri in aciem juſſit, moxque primo in ordine hoſti oppoſitus, amotisque lecti ſipariis, ut pugnantibus ſpectaculum foret, victis fuſisque hoſtibus lauream retulit. Buſſieres in Hiſt. Franc. l. 6. ſect. 5. p. 416.

Nec tacendum eſt, quod Gaita hîc Roberti Normanni conjux ſuâ ad fugientes milites habitâ increpatione & adhortatione aciem reſtaurarit & victoriam obtinuerit, ut refert Anna Comnena l. 4. Alexiad. f. m. 116.

Quantum animi & virium exercitui Cæſareo-Hiſpanico ad Nordlingam pugnanti addiderit præſentia Ferdinandi III. tunc Ungariæ Regis, & Ferdinandi Infantis Hiſpaniæ, effectus cruentæ victoriæ teſtatus eſt. De quo plura legi poſſunt apud Luſing. de Increm. Imper. l. 1. c. 12.

Hæc quamvis optimis rationibus ſuffulta ſiat, attamen pro contraria ſententia in medium afferri ſolet, Ducem periculis non eſſe objectandum, ſed dubiis præliorum eximendum ſummæque rerum & Imperii reſervandum, juxta Tacit. 2. Hiſt. c. 33.

(1.) Quia in milite unius ſors eſt, in Imperatore univerſorum periculum, teſte Egeſippo lib. 5. c. 30. Sic milites Davidem Regem ad prælium cum Abſolone ineundum ſecum egredi nolebant, illius perſonam & conſervationem numero 10000. æquiparantium. 2. Sam. 18. v. 3. Et Imperatore mortuo turba militaris eſt corpus ſine ſpiritu, teſte Curtio lib. 10. c. 6. & Demades Alexandri Magni exercitum poſt illius obitum Cyclopi excæcato optime adæquavit, apud Plutarch. in Apophth. c. 42. Imò ſæpè exercitus ex terrore interfecti Ducis ſolo fuſi ſunt, cujus exemplum refert Liv. lib. 4. c. 19. in Rege Vejentium ab A. Corn. Coſſo in ſingulari dimicatione interfecto.

Et ideò apud Perſas Rex nunquam certaminibus adeſſe cogitur, referente Marcell. lib. 19. p. m. 143. & milites Davidis Regis Iſraelis, cum ille è vitæ periculo ab Abiſai vix ſervatus eſſet, dixerunt: Nunquam poſthac egredieris nobiſcum in pugnam, ne exſtinguas lucernam Iſraelis. 2. Sam. 21. v. 5. Vide etiam c. 18. v. 3.

(2.) Quia prudentes hoſtes id unicè agunt, ut Ducem adverſarium è medio tollant, & ita exercitum ac provincias in periculum adducant, quod probatur exemplo Jiſchbi Philiſthæorum gigantis in necem Davidis Regis Iſraelitarum unicè intenti, d. 2. Sam. 21. v. 16. Ageſilai in necem adverſarii ſui Epaminondæ Lacedæmonios ſuos armantis apud Plutarch. ibid. c. 21. & Cornelium Nepotem ante allegato loco: Labiem

Labieni Romani Legati, qui milites ſuos ad Indutiomarum Gallorum Ducem interimendum inſtruxit, eoque perfecto ab obſidione liberatus fuit, ut refert *Cæſar. l. c. de B. G. in fine. Romanorum* in Tejam Gothorum Regem magnâ virtutis & virium contentione, ut illum occiderent, ſicuti etiam factum, irruentium, narrante *Procop. l. 3. Belli Goth. c. ult*, & alior. *Hinc Imperator Leo in Tacticis c. 20. §. 156. monet*, ut in Imperatorem talem omnia tela dirigantur, illum cum capite viperæ ita comparans, ut quemadmodum capite ejus ſemel comminuto, reliquum corpus inane & inutile eſt, ita etiam exercitus Duce privatus nihil valeat. *Sic etiam Turca* conſilium ceperunt, omni vi in *Johannem Corvinum* irruendi, & illum ad victoriam obtinendam trucidandi, quod etiam obtinuiſſet, niſi *veſte mutatâ* periculum illud evaſiſſet, ac ita victoriam vivens reportaſſet: teſte *Bonfin. lib. 5. Dec. 3. f. m. 458. de quo plura exempl. ſeq. 7. afferentur.*

* *Aliud exemplum quo Cunipertus XIV. Longebardorum Rex* conceſſis ad petitionem Zenoni Diacono ſuâ loricâ, galeâ & ocreis in prælio cum Alahi inito vitam ſuam conſervavit, legi poteſt apud Sigon. de Regno Italiæ l. 2. ad ann. 685. *Item aliud, quo Imperator Ludovicus Bavarus* cum Antecæſare Friderico Auſtriaco conflicturus, thoracem ferreum vulgarem ne agnoſceretur & interficeretur, induit, regalem verò Sigfrido Sweppermanno induendum tradidit, ut poſt alios narrat *Brockenius Hiſt. Auſtr. l. 3 c. 3. f. 286.*

(3.) *Quia talis* ſi capiatur, in maximam incurrit calamitatem, & irreparabili ſe & ditiones, uti etiam ſucceſſores involvit damno: Sic enim *Johannes Galliæ Rex* à Principe Walliæ captus in prælio Pictavienſi pro liberatione ſua *trecies centena millia Francorum ſolvit, tetâ Aquitaniâ deceſſit*, certo eo ejus, (Ita obſcurè vertit Barthius) quæ poſſidebat, cum non paucis aliis urbibus, præſidiis, pagis, tertia ipſa Regni parte, tantaque reliquum paupertate involvit, ut longo tempore ærea fuerit, parvo argenti claviculo ſignante moneta procudenda, uti ſcriptum reliquit *Comin. l. 5. c. 18. p. m. 359. Gaguinus lib. 9. hiſt. c. 1. & alii. Ita quoque Franciſcus I. Galliarum Rex* à Carolo V. Imperatore in prælio Papienſi captus pro liberatione ſua multa maximè ſibi damnoſa promittere coactus fuit, de quo videri poteſt *Sleidanus lib. 6. p. m. 135. & ſeq. De Bajazethis Turcarum Imperatoris miſera captivitate & morte videri poteſt Leoncl. hiſt. Muſelm. lib. 7. p. m. 339. & ſeq. & Boeclerus in Hiſt. Timuri poſt med. De Zenobia miſerabili captivitate* & in triumphum deductione legi poteſt *Vopiſcus in Aureliani vita c. 28. & 33. cum ſeq. De Crœſi* lamentabili cum inſtanti & infami vitæ periculo conjuncta captivitate tractat *Herodotus lib. 1. n. 14. & ſeqq.*

Notandum quoque hic: Friderici II. Imperatoris filium Henricum, Italis Hencium dictum Sardiniæ & Corſicæ Regem etiam hujus rei exemplum inſigne præbere. Nam in bello inter Bononienſes & Imperatori fidas civitates geſto ad ſuppetias ferendas miſſus Incautè cum ſuis incedens, *à Bononienſibus captus*, in triumpho ignominioſè ductus, & facto Senatus conſulto perpetuæ captivitati addictus fuit, *& licet pater tantum auri, quantum ad cingenda circulo ipſa urbis mœnia ſatis eſſet, pro ejus redemptione civitati ſponderet, attamen illum liberare non potuit, atque ita ille poſtquam viginti duos annos in cuſtodia fuit, mortuus & à Bononienſibus regio apparatu ex ærario illorum ſepultus fuit*, ut inter alios recenſet *Sigon. l. 18. de Regno Italiæ f. m. 72. & ſeq. & l. 20. f. m. 109.* de quo etiam legi poteſt *Schradeus in Monument. Italiæ ſub Bononia f. m. 61. ubi inſcriptionem in tabula ænea ibi in S. Dominico memoriæ cauſa inſculptam refert.*

Quibus denique incidenter addimus, Richardum Angliæ Regem ex Paleſtina per Pannoniam clanculum reducem ob injurias illatas à Leopoldo Auſtriaco captum Viennæ anno 1193. in cuſtodiam datum, & jubente Cæſare Henrico VI. Wormatiam miſſum, ac tandem *lytro ingenti* 140000. *vel* 130000. *vel etiam* 110000. *marcarum, ſive librarum argenti* liberatum fuiſſe, ut tradit ex hiſtoricis Anglicis *Hovedenus in ejus vita f. m. 717. 721. & 728. ac Neubrig. de Rebus Angl. l. 4. c. 37.* cum aliis, Germanicis verò *Otto de S. Blaſio in Append. c. 38. Rob. de Monte in Append. ad dict. annum & Urſperg. ſub annis d. Imperatoris Henrici VI.*

In hac opinionum diverſitate negandum quidem non eſt, Ducis præſentiam dimidium quaſi victoriæ eſſe, ſed contrà verum etiam eſt, illo intereunte exercitum quoque jam quaſi ſemivictum eſſe: & quia victoria non ſemper à præſentia Ducis, ab ejusdem verò interitu totius rei ſumma ut plurimum dependet, ut ardua illa quæſtio rectè reſolvatur, diſtinguendum (1.) *eſt inter bellum, in quo* duo Principes vel de ſumma rei, hoc eſt, de ſtatu ſaluteque Imperii unius certant, vel aliàs ſtatus & ſalus Imperii diſcrimini exponitur: *Et inter illud*, quo de minoribus negociis armorum fit concertatio. *In priori* ſecundum prudens Muciani effatum à *Tacit. 5. Hiſt. 85.* relatum, *Dux vel Princeps ipſe in acie ſtare debet: in poſteriori verò negocium minoribus Ducibus eſt delegandum.*

Illud ſanè ex hiſtoriis conſtat, omnia grandia bella, & quibus Imperia quæſita ſunt magna, ab ipſis magnatibus geſta eſſe, uti ex exemplis Nini, Cyri, Alexandri, Julii Cæſaris & aliorum patet. Sic etiam *Carolus M.* Pannonicam expeditionem utpotè maximi momenti ipſe ſuſcepit, *cæteras* per Pipinum filium variosque Legatos in Ungariâ gerens, ut poſt alios *Bonfin. decad. 1. lib. 9. f. m. 168.* refert. *Sic Othonis partes primum afflixit*, quòd ille ab Exercitu in bello tam arduo contra Vitellium ſuſcepto, & ubi de ſumma Imperii agebatur, Brixellum ſe contulerit, & è longinquo prælium Ducibus mandaverit, eoque culpam contraxerit fuſi exercitus, propriæ cædis & amiſſi nonaginta quinque dierum Imperii. *Tacit. 2. Hiſt. 33 39. & ſeqq. Sueton. in ejus vita c. 11.*

(2.) *Inter bellum defenſivum, & quidem tale, in quo* invaſus ob ſui honoris & ſalutis publicæ defenſionem, ne illa in ſummum periculum deducatur, neceſſitate quaſi inducitur, ut bello ipſe interſit, & præſentiâ ſua labefactatâ reſtituat: *Et inter bellũ offenſivum*, ubi tale periculum honoris & ſalutis publicæ deficit: *In illo* ejus præſentiam omnimodò neceſſariam & utilem: *In hoc verò* Legatis fidis ſummam rerum committendam eſſe, *ad imitationem Imperatoris Antonini*, qui in urbis palatio reſidens bellorum auſpicia mandavit, ac velut longæ navis gubernaculis præſidens totius velificationis & curſûs gloriam meruit, ſecundum *Eumenem Rhetor. in Conſtant. Cæſ. Panegyr. c. 14.*

(3.) *Inter*

(3.) *Inter Principem, qui certum & jam maturum* Principatus ſui ſucceſſorem habet: *Et qui* illo planè deſtitutus eſt, aut adhuc impuberem. *Priori caeaſu* Principem poſſe, immò etiam debere præliis pro lubitu & re nata intereſſe: *poſteriori verò* nonniſi extremâ neceſſitate, & publica ſalute id exigente. A.

(4.) *Inter præſentiam talem*, qua ſaltem alloquio animando & conſilio adjuvando ſuis aſſiſtit: *Et inter præſentiam*, qua etiam militis gregarii in modum nulla periculi & laborum ratione habitâ ſe ubique offert & periculis exponit: *Priori modo* adeſſe quidem ſuis debet belli Dux & Princeps, *non verò poſteriori. Imperatoria enim & militares artes non ſunt eadem. Liv. l. 25. c. 19. Militibus ſiquidem cupido pugnandi convenit, Duces providendo, conſultande, cunctando ſapiùs, quam temeritate proſunt. Antonius apud Tacit. 3. Hiſt. 20. Hinc Scipio Africanus cuidam*, ei, quòd in prælio non pugnaſſet, objicienti *reſpondit: Imperatorem me, non bellatorem mater peperit. Front. lib. 4. c. 7. expl. 4. & Metellus* militi objicienti, quòd prælio non interfuiſſet, *reſpondit, eſt militum, non Imperatorum in acie mori.* B.

Ideò etiam Titus in obſidione Hieroſolymæ & civium excurſu periculo ſe objiceret, à ſuis admonitus fuit, quòd non militis officio fungeretur, verum & belli & orbis terræ Dominus eſſet apud Joſeph. l. 6. de Bello Jud. c. 3.

Et quòd Imperator bellicus maximoperè debeat pericula evitare, egregiè demonſtrat Polyb. lib. 10. hiſt. c. 30. ubi ita concludit: *Nam etiamſi univerſus fuerit caſus exercitus, incolumis modò ſit ſalvusque Imperator, multas ſæpè fortuna occaſiones largitur, damna ejusmodi caſibus accepta reſarciendi ac vires reparandi: ubi verò erit de medio ſublatus veluti in navi Gubernator, quamvis fortunæ beneficio victoriam exercitus de victis hoſtibus reportarit, nihil tamen ea res juvat eò, quòd ſinguli ſpes ſuas omnes in Ducibus habent repoſitas. Plura de hâc quæſtione vide apud Magir. in Polymnemone ſub titulo Dux Belli n. 9. & multis ſeq.* C.

Quæritur hic: Utrum in prælio vel conflictu magis conducat primum hoſtium impetum ſuſtinere, an illum in iſtos facere? vel utrum bombardarum exploſio in hoſtes ſit facienda, an ab illis ſuſtinenda vel exſpectanda? **Ob die erſte ſalve zu thun oder außzuſtehen ſey?**

R. Diſtinguendum eſt, inter exercitum veteranum & novitium: Quo ad priorem magis conducit primum impetum ſuſtinere, & deinde illum maxima vi in hoſtem retundere, *uti quondam Saracenis ſecundum Imperatorem Leonem in Tacticis c. 19. §. 15. & nuper Suecis in Bello Germanico uſitatum fuit. Licet enim* primi iſtius impetus ſuſtentio cum multorum internecione ac vulneratione conjuncta ſit, *iſtius tamen* fortis retuſio cum graviori hoſtium ſtrage peragitur, & damnum ſuſtentum largiter reſarcitur, dum hoſtis ita facilius repellitur, diſſipatur & in fugam conjicitur. *Quo ad poſteriorem vero* contrarium ſuadendum eſſe videtur, *niſi* uterque exercitus novitius ſit, *talem enim exercitum* per ſtrenuam primam impreſſionem facilè conſterni, diſſipari & in fugam conjici ratione & exemplis conſtat. *Ita enim* in prælio primo ad Lipſiam anno 1631. inter Cæſarianos & Sueco-Saxones commiſſo poſtremi ſtatim diſſipati & fugati fuerunt, medii verò nempe Sueci, poſt ſtrenuam impreſſionis eluctationem victoriam obtinuerunt.

A. *Refer huc, quæ ſeq. expl 9. n. 2. conſignavimus.*

II. *Inclinantibus copiis* in tempore ſuppetiæ ferendæ, antequam planè turbentur, & aciem omnem ſimul turbent, qua de cauſa *belli periti ſuadent, ut robuſtiſſimæ copiæ* in ſubſidiaria acie, **die Reſerve** locentur, quò etiam inclinantibus validæ ſuppetiæ ferri poſſint, & hoſtes ita improviſo aggreſſu terreantur, de quo ſuprà *th. 4. expl. 3. dictum. Vide etiam paulò poſt expl. 9. n. 5. notata.*

III. *Parcè & prudenter militibus utendum*, nec illorum ſanguinem prodigè & ad oſtentationem profundendam eſſe, *multæ rationes præter rem ipſam evincunt*, inter quas præcipuæ ex Jure Naturali depromtæ ſunt:

(1.) *Quia naturalis cognatio inter homines conſtituta eſt. L. 3. ff. de Inſt. & Jure.*

B. (2.) *Quia ideò Romanorum prudentes melius judicarunt unum civem ſervare, quam mille hoſtes perdere, interque eos Scipio apud Plut. in ejus vita c. 16. & Lucullus apud eund. in ejus vita c. 15.* quod etiam obſervavit *Carolus V.* qui cùm cerneret bellum Africanum non ex animi ſententia ſucceſſurum dixit, *ſe malle unum Chriſtianum ſervare, quàm mille gentiles occidere Zenoc. l. 3. de ejus vita, ut præc. c. 3. th. 4. expl. 1. n. 4.* pluribus deductum, *quibus junguntur, quæ ſeq. c. 9. th. 15. expl. 1.* ſub corona civica adducta ſunt. *Quo reſpiciens Alexander Severus apud Lamprid. in ejus vita c. 47.* dixit, *milites ſe magis ſervare, quàm ſe ipſum, quòd ſalus publica in iis eſſet.* Et *Q. Fabius* hortante filio, ut locum idoneum paucorum jactura caperet, *vis ne, inquit, tu ex illis paucis eſſe Front. l. 4. Strat. c. 6. n. 1. qua de cauſa etiam Imperatores pro parentibus habiti, Liv. lib. 4. c. 42.*

C. (3.) *Quia tot curæ, tot anni prætérlabuntur, antequam homo ad Reip. utilitatem educari queat. Indicat hoc Sen. l. 3. Natur. Quæſt. c. 27.* his verbis. *Quam longo tempore opus eſt, ut conceptus ad puerperium perducatur infans? quantis laboribus tener educatur, quam diligenti nutrimento obnoxium noviſſimè corpus adoleſcit? & quam nullo negocio ſolvitur? Et Varro in Myſteriis. Naſcimur ſpiſſius quàm morimur. Vix duo homines decem menſibus edolatum unum reddunt puerum: contra una peſtilentia, hoſtica acies puncto temporis immanes acervos facit.*

(4.) *Quia nulla inter vanam ac inutilem oſtentationis gloriam & hominis precium intervenit comparatio ob hominis vitam inæſtimabilem, argumento l. 1. §. 5. ff. de his, qui dejec. & effud. & l. 2. §. 3. ff. ad L. Rhod. de jactu.*

D. (5.) *Quia Philoſophi hominis ſanguine parcè utendum eſſe, piè docuerunt*, inter quos *Seneca epiſt. 88.* ita ſcribit: *alieno ſanguine tanquam ſuo, neq; prodigè utendum: quod Epiſt. 95.* paucis repetit: *Quem in finem etiam Pericles dicere ſolitus ad ſuos cives: quantum in ſe poſitum eſſet, ipſos nunquam morituros. Plut. in ejus vita c. 37.* quod & agnovit *Otto Wittelsbachius præc. c. 1. th. 7. relatus, quo etiam faciunt ſeq. n.* (6.) *adducta.*

(6.) *Quia denique quoad Jus Divinum & humanum* homo ad imaginem Dei creatus, & nullo precio æquiparandus eſt. *Geneſ. 1. v. 26.* Quod etiam *inter Ethnicos* agnovit *Epictetus apud Arrian. lib. 2. c. 8.* his verbis: *Omnia quidem animantium genera Dei ſunt opera, ſed unicus homo illius opus eſt præcipuum, & cujus gratia cætera ſunt creata: illa Deum intra ſe non habent, homo Divinæ naturæ particula eſt.*

Quare

Quare *Anaſtaſius Aſiatico* per literas ſignificavit, *ut à ſanguine humano ſe abſtineret, ſe enim nullum facinus velle aggredi quantumvis magnum & memorabile, ſi vel gutta ſanguinis pro eo ſundenda eſſet Evagr. l. Hiſt. Eccl. c. 34. & Attendolus Italus*, ſtrenuus miles dixit, *Capitanei officium eſſe, in bello juſtam cauſam ſequi, à ſacris locis & perſonis vim abſtinere, ſuorum militum ſanguini parcere, nec hoſtium clade delectar. Caſp. Ens Epidorp. lib.* 1.

Plura de hominis excellentia legi poſſunt apud Quaccium de Nobil. & præſt. hominis paſſim, & imprimis c. 4. & ſeqq.

Sed pia & prudens hæc conſideratio hodie non attenditur, dum Belli Duces miſeros milites tormentorum rabiei ceu paleas objiciunt, rationem Deo reddendam parvi æſtimantes, ut illi, qui milites ipſi fuerunt, optimè ſciunt.

IV. *Cum in commoditatibus loci, temporis & tempeſtatum prælii maximum momentum conſiſtat*, ut *d. th. 4. expl. 2.* dictum, *omni modo* prudens belli Dux omnem navet operam, ut hoſtibus illas adimat commoditates *Veget. l. 3. c. 14. Exemplo Hannibalis*, qui teſte *Senecâ 5. Natur. 16. & contra Solem Orientem exercitum Romanorum & contra ventum conſtituit*, cùm venti adjutorio ac fulguris præſtringentis oculos hoſtium vicit, de quo præc. *th. 6. expl. 3. plura.*

Duplici verò modo id obtineri poteſt. (1.) *Si illa omnia belli Dux præventione ſuâ vindicet ſibi: Quod ſi enim* aciem ſuam priùs inſtruat, ex arbitratu ſuo, quid ſibi utile judicaverit, diſponere poteſt. *Veget. d. lib. 3. c. 18. & præterea* id effecit, ut militi ſuo confidentiam augeat, quia *fortiores videntur, qui provocare non dubitant. Veget. d. l. & plus animi ineſt inferenti periculum, quàm propulſanti Liv. lib.* 28. *c.* 44. ut jam *præc. th. 6. expl. 4. in pr. tradidimus.* (2.) *Si per aciei inverſionem vel per vim hoſti commoditates illas adimat, vel illo non obtinendo à prælio planè abſtineat*, & ſe in caſtra recipiat, uti ſæpiùs factum fuiſſe ex hiſtoriis liquet. *Quoad poſterius, referri huc debent, quæ d. th. 6. expl. 3. ex parte congeſſimus.*

V. *Licet victoria à victore ſtrenuè ſit proſequenda hoſtique fracto nullum ſpacium vires recolligendi ſit permittendum*, ut Romani Conſules apud *Livium l. 10. c. 44.* benè judicant & *ſeq. c. 11. th. 8. expl.* 1. latè deductum.

Attamen hic ſummâ prudentiâ opus eſt, ne victus ob victoris imprudentiam vel deſperationem animum recolligat, & hunc, ut ſæpè factum in mediâ victoria iterum ſuperet: *quod ut evitetur, benè ſuadent Prudentes.*

Non eſſe conſultum nimis pertinaciter & longè perſequi hoſtem fugientem, inprimis verò ſi modica ſaltem exercitus pars in acie interempta ſit, cum frequenter jam fuſa acies diſperſos & paſſim ſequentes vel reparatis viribus, vel ex inſidiis interemerit. *Mauric. l. 8. Strateg. c. 2. & Veget. 3. c. 25. cujus exemplum ratione prioris in Tillio* Bavarici tunc exercitus Duce alias peritiſſimo occurrit, cùm enim hic Mansfeldium Palatini partes ſequentem anno 1622. improvisò cum ſuo exercitu adoriretur, illius exercitum nihil tale cogitantem ſtatim in fugam vertit, & per duas horas ita indeſinenter & ferociter perſecutus eſt, ut Mansfeldius hic anguſtia loci ulteriorem

A. fugam prohibente ſuos ſiſtere & in hoſtem animare coactus, illos forti alloquio ſubito in illum verterit, atque ita inopinata illâ re Tillianos victores in fugam verſos profligarit, non ſine Ducis ſui vitæ periculo, & ignominia inſigni, ut refert *Brachel. l. 2. Hiſtor. p. m. 70. ratione poſterioris verò in prælio à Conradino* Suevo, cum Carolo Andegavino ob Siciliæ utriusque Regnum commiſſo, ubi hic cum tertia acie in inſidiis poſitus & latitans illius exercitum jam victorem & ideò citra periculi metum palabundum ac deprædanum improviſo adortus, ſuperavit & planè fudit, uti refert inter alios *Collenut. lib. 4. hiſtor. Neapol. p. m. 214. & ſeq. hoſti ſiquidem moris eſt, ſæpè aſtu magis, quam formidine cedere. Tacit. 1. Annal. 56. & Liv. lib. 2. c. 50. Sicuti exemplum nobis præbet Cyrus Perſarum Rex*, qui & inſidioſâ fugâ Tamyris filium & exercitum decepit ac interemit, & ipſe eo-

B. dem modo cum exercitu ducentorum millium ab eadem circumventus & trucidatus fuit, ut inter alios refert *Juſtin. l. 1. c. 8. quamvis de hac ejus morte alii ſubdubitent, ut ſeq. c. 11. th. 1. in expl. annotatum eſt.*

Sic quoque inſidioſâ fugâ victi Athenienſes ab Ætolis. Thucyd. l. 3. p. m. 151. Romani à Carthaginenſib9. Polyb. 1. c. 19. Fabia Romanorum gens à Vejentibus Liv. d. lib. 2. c. 50. Perſa à Theſſalis. Curt. lib. 3. c. 11. Franci à Narſete Agath. lib. 1. c. 15. & alii. *Inprimis verò* harum inſidiarum barbari admodum ſtudioſi fuére, uti *de Parthis in bello cum Craſſo geſto narrat Flor. l. 4. c. 10. & de illis in genere conſignavit Mauricius in Strateg. l. 4. c. 4. c. 2. ac Agathias d. c. 15. ubi fugam talem barbarum quoddam ſtratagema, & ab Hunnis ſed erroneè inventum vocat. Bernegg. ad Juſtin. lib. 41. c. 2. Valeſ. ad Amm. Marcellin. lib. 31. p. 536.* & alii. *De hoc Scytharum dolo vide etiam*

C. *Nicet Choniatem ſub Imper. Iſaaci Angel. l. 2. poſt pr. Nec deſunt apud Europæos talia exempla: Ita enim Adelſtanus* Anglici exercitus Dux ſimulata fuga Scotis victoriæ ſpem, & deprædandi occaſionem præbens eos improviſo ex inſidiis aggreſſus eſt & planè fudit. *Buchan. lib. 2. Hiſt. Scot. ſub Rege 75. p. m. 175.*

Quin etiam quandoq; hoſtibus arctè perſecutis & periculo incluſis ex deſperatione creſcit audacia, & cum ſpei nihil supereſt, ſumit arma cupido Veget. d. lib. 3. c. 21. & Liv. lib. 42. c. 66. Hinc Scipio dixit, hoſti fugienti viam ſternandam eſſe, ibid. Alphonſus Arragoniæ Rex occaſionem ſumſit dicendi, referente *Panorm. de ejus dict. lib. 4. n. 9. Hoſti fugienti pontem aureum ſternendum eſſe. Quod etiam per exempla demonſtrat Frontin. lib. 2. c. 6. Sed de hoc infra c. 10. th. 8. expl. 1. latius dicetur.*

D. *Si qua igitur è re videatur hoſtem extremè perſequi, ordinatis & ſubordinatis hoc fiat copiis, quo neceſſitate & caſu id exigente, acies abſq; difficultate & periculo reſtaurari ſubitò queat.*

VI. *Non tantum durante acie & prælio, ſed etiam victoriâ jam affulgente milites à præda avertendi ſunt, quia ſæpè obſtitit vincentibus inſtans inter ipſos certamen, omiſſo hoſte ſpolia conſectandi. Tacit. 4. hiſt. 78. & ſæpè obſtitit victoria, dum omiſſis telis prædâ manus impediunt. Id. 5. Hiſtor. 17. Quod probè obſervavit Conſul Romanus C. Helvius, qui* expugnatis Gallo-Græcorum caſtris exercitum ſuum & ſupervenientem Manlii à direptione illorum inhibuit hoſtem fugientem proſecutus, & illum debellatum ratus, ſi in illo pavore quàm plurimi cæſi forent aut capti. *Liv. l. 38. c. 23.*

Eleganter ſane ac graviter immaturam prædam diſſvadet vel potius prohibet in perſona Frothon. I. Saxo Gramm.l. 2. Hiſt. Dan. f. m. 26. his verbis: Ne fatigetis milites opum onere manus prælio deſtinatas, ac ſcitote, triumphum ante carpendum quàm cenſum. Proinde auro ſpreto auri dominos inſequamini, nec æris ſed victoriæ fulgorem miremini: meminiſſe vos decet ſatius trophæum penſare, quàm quæſtum, potioremque eſſe metallo victoriam.

Contra Samnitium Equites prælio intermiſſo prædam ſectantes Romanis ad victoriam aditum fecerunt. *Liv. lib. 8. c. 38.* *Et Etruſci* ſi contemtâ caſtrenſi prædâ iuſtitiſſent veſtigiis fugientium Romanorum, totus illorum Exercitus deletus fuiſſet. *Halicarn. lib. 9. c. 30.* *Et Romanos prælio victos juvit Germanorum aviditas, omiſſâ cæde prædas ſectantium, Tacit. 1. Annal. 65.* *Sic Galli* Antigono fugâ ſalutem ſibi quærente, naves ejus incautiùs diripientes, à remigibus & exercitus parte, quæ eò cum conjugibus & liberis confugerant, nihil tale metuentes trucidati ſunt. *Juſtinus l. 25. c. 3.* *Sic Conradinum* Sveviæ ultimum Principem in prælio cum Carolo Andegavienſi commiſſo jam victorem ob intempeſtivam ſuorum deprædationem à Carolo rurſus victum fuiſſe, poſt alios refert *Cruſ. Ann. parte 3. lib. 2. c. 18.*

Optimè hoc in effectum deduxit Attalus Rex, qui in prælio navali cum Philippo Macedonico inito periculi gravitatem conſiderans precioſiſſima quæque de ſuppellectile regia ſuper tabulatum navis exponi curavit, quo ita Macedones prædæ inhiantes à perſecutione averteret, ut etiam factum, referente *Polyb. l. 16. c. 5. & Johannes Trivultius* Carolum IIX. Gallorum Regem conſilio ſuo adducens, ut in conflictu cum Italiæ confœderatis apud Tarum impedimenta hoſti diripienda relinqueret, quo ita ex ipſorum manibus honeſtè & tutò elabi poſſit, ut etiam factum, referente *Guicciard. lib. 2. Hiſt. Ital. p. m. 197.*

Moneant ergò Duces ſuos milites, ſtragem cædemque continuare, prædæ immemores, partâ victoriâ cuncta ipſis ceſſura eſſe. *Tacit. 14. Annal. 36.* Plura legi poſſunt apud *Piccarc. Dec. 10. Obſerv. 8. & Mauritium in Strategico l. 7. c. 15.*

VII. *Quæritur hic* (1.) An Dux belli tempore prælii veſte auro gemmisque conſpicuâ ornatus eſſe debeat?

Affirmativa hoc nititur fundamento, ut ita captus vel interfectus eò citiùs dignoſci poſſit, & vel eò ſplendidiùs moreretur aut victor exiſteret, ut de Xenophonte refert *Ælian. lib. 3. var. Hiſt. Et ideò quoque Alcibiades* omnem curam in pulchra ſcuta & arma impendit. *Athenæus lib. 12. c. 18.*

Illum morem Gothorum Reges etiam obſervaſſe poſt alios refert Curio in Hiſtor. Sarrac. lib. 1. ad ann. 714. ubi de Roderico Rege agit.

Sed quia illud fragile eſt, & commodum in incommodo ſolùm parit & quærit, ſiquidem *auri & argenti fulgor neq; tegit neq; vulnerat ſecundum Galgacum apud* Tacit. *in Agric. c. 32. illudq; præda magis quam arma ſunt*, ſecundum Romanorum Duces apud *Liv. l. 9. c. 40. omninò illa rejicienda.*

Et ideò negativa verior eſt, quia in tali modo

A. ornatum omnium animi, oculi, arma impetusque catervatim diriguntur: *quocirca prudentes conſilium magis dant, ut* Dux prælii die ignotâ vel vulgari veſte ad periculum evitandum incedat, *uti vetera exempla non memorando Joh. Corvinus Ungariæ Rex fecit, qui* per exploratorê edoctus, Turcas ſibi propoſuiſſe, ipſum in prælio circumvenire, atque communi manu interimere, quo ita exercitum absque Duce conſtitutum eò meliùs conficere poſſent, *ipſo prælii die veſtes cum Simeone Kemimenio Nobili Ungaro commutavit, atque ita omnibus in Simeonem irruentibus & ipſum necantibus periculum illud non ſolùm evaſit, ſed inſignem quoque à Turcis ob illum putativè interfectum gloriantibus ac jam ſecuris reportavit victoriam, teſte Bonfinio Dec. 3. lib. 5. circa pr.*

Expertus idem Pyrrhus Epirotarum Rex, ob
B. armorum geſtatorum pulchritudinem & ornamentorum eximium ſplendorem in magnum vitæ periculum incurrens, & ideò elapſus eo Megacli illa tradens, ac elam illius induens, & ita denuò in Romanos aciem movens. Et hæc armorum quidem mutatio ipſi ſaluti fuit, parum verò abſuit, quin res ejus everteret. Nam cùm Megacles in iſtis armis proſtratus à Dexoo eſſet, & hic detractis illis ad ſuos Romanos cum illorum monſtratione contenderet, clamitans, ſe Pyrrhum interfeciſſe, apud hos magnum gaudium & exultatio ingens, apud Græcos verò ſummus mœror ortus eſt, donec Pyrrhus ſe oſtenderet, & pugnâ redintegratâ victoriam reportaret. *Plutarch. in ejus vita c. 36. & ſeq.* *Simile quid de Roberto II. Scotiæ Rege refert Buchan. lib. 10. p. m. 330. addens*, à ſolo Duglaſſio tres amictu regio ornatos pro ipſo Rege trucidatos, & ſic ipſum Regem ſervatum fuiſſe, ubi legi poteſt. *Ideò Craſſus* periculum
C. ſibi ab Artabazo & barbaris imminere ratus non puniceam, quæ Romanorum Imperatorum propria fuit, ſed nigram induit, eamque, cùm ſenſiſſet, ſtatim mutavit. *Plut. in ejus vita c. 42.*

Uſus hoc ſtratagemate quoque prudentiſſimus Ludovicus XI. Galliarum Rex, dum teſte *Comin. lib. 4. c. 10. à longo tempore conſuevit, ſingulis diebus eligere quempiam ex ſuis, qui eodem veſtitus eſſet modo, quo ipſe inceſſit*, & quidem procul dubio ideò, ut opportunitate datâ vel ſecuros opprimere poſſet, vel inſidiantes fallere. *Ita quoq; Ludovicus IV. Imperator* prælium cum Friderico Auſtriaco Anticæſare initurus, chlamydem ſimplicem periculi evitandi cauſâ induit, & regalem campiductori ſuo *Godofredo Svveppermanno* induendam dedit, ut refert *Fuggerus & Bircken in Hiſt. Auſtriac. lib. 3. c. 3. f. m. 286. Plura exempla legi poſſunt apud Rupert. ad Vellej. lib. 1. c. 2. §. 2. & prac. expl. 1. ſub ratione (2.) contra Ducis*
D. *præſentiam in prælio adductâ.*

Quæritur (2.) An Dux belli deſperatis rebus ſe fugâ periculis ſubducere ſalvâ exiſtimatione & honore poſſit?

R. Quod ſic: Quamvis enim multi Ducum metu ignominiæ in acie potiùs occumbere, quàm ad ſuos redire voluerint, inter quos numerandus eſt *Fulcaris, ſecundum Agathiam lib. 1. c. 11.* præclariùs ſe facturum ratus, ſi glorioſâ morte occumberet, quàm parùm generosè ſuperviveret. *Et Paulus Æmilius* potiùs mori in prælio volens, quàm alicujus reatûs accuſari, ſecundùm *Liv. lib. 22. c. 49.*

Attamen exempla illa tantum non valent, ut fugam utilem nec ignominioſam vituperio ſubjicere queant.

queant. *Quod enim Fulcarem hunc & Paulum attinet, magis pravâ & falſâ opinione, quàm vero judicio illecti hoc fecerunt, & Fulcaris quidem* ab ſuis turpiter derelictus, atque à ſatellitibus ſuis, ut ſemet quoque periculo per fugam eriperet, admonitus, ſi id feciſſet, extra ignominiæ periculum omninò fuisſet: *Paulus verò* vel ideò à reatu immunis fuiſſet, quia prælii commiſſi & amiſſi auctor & cauſator non fuit, *ſed Varro, & hic tamen* à Populo ob fugam, quòd de Republ. non deſperaſſet, gratias obtinuit, teſte *Livio lib. 22. in fine.*

Illis itaque non attentis, quæſtionem, prout formata eſt, affirmativè decidimus, moti his rationibus, quia patriæ morte hoc modo infructuoſâ viri ad meliora illius tempora ſe reſervare valentis nihil honoris & utilitatis adcreſcit. (2.) *Quia* nec ita mortem quærenti honor acquiritur, *cum illa demùm mors*, quæ patriæ profutura, pro illa laudabiliter oppetenda eſt. *Cicero 2. de Legibus c. 2. & pro Sextio c. 21. nec ignominia inuritur*, cùm rebus planè deſperatis ſe periculo ſubducens Imperator ob ſpem melioris fortunæ, & ulteriorum officiorum præſtandorum, ob prudentiam & fidem laudibus & gratiis ſit afficiendus, uti etiam *Paulo teſte Livio d. l. obvenit, & Lipſ. 1. de Conſtant. 22. præclarè judicat.* Plura vide apud Rupert. ad Paterc. lib. 1. c. 9. §. 3.

VIII. *Quæritur hic*: An præſtantius ſit Urbem aliquam maximè munitam & potentem expugnare, quàm collatis ſignis ex hoſte fuſo inſignem aliquam reportare victoriam?

Pro obſidionis difficultate & gravibus incommodis ac momentis pugnat:

(1.) *Incertitudo eventus*, ſiquidem multæ urbes incaſſum ſtrenuis licet obſidionibus tentatæ, multæ, nonniſi tædioſo & in multos annos tracto obſidio domitæ, uti *præced. cap. 6. th. 18. expl. n. 4.* conſignatum. Veriſſimè hinc prudentiſſimus *Prioleus de Reb. Gall. lib. 2. ſect. 35.* ſcribit: *Id fatum obſidionum, ut nulla certa ſit. Sic Alexander M. ad Tyrum famam ſuam in diſcrimen miſit. Sic Carolus V. ad Metas motam gloriæ invenit. Sic Solimannus Viennæ obſidionem non ſine nominis & gloriæ noxâ ſolvit*, ut etiam inter alios refert *Thom. Hubertus Leodius in vita Friderici II. Electoris Palatini lib. 7. p. 119. & ſeqq.* Quantum detrimentum rebus Turcicis & illorum famæ intulerit viennalis illa ultra quatuor centenis militum millibus, & quinquaginta auri, ut loqui ſolent, tonnis hucusque conſtans Urbis Candiæ in Inſula cognomine obſeſſio per totum terrarum orbem conſtat.

(2.) *Innumerabiles ferè expenſæ & hominum ſtrages*, uti ex præfata Candienſi & Oſtendana aliisque obſidionibus, de quibus ex parte *d. c. 6. th. 17. expl. 1.* aliquid notatum, patet.

(3.) *Immenſi labores* & inventorum bellicorum, conſiliorum, ſtratagematum acervi ad feliciter & prudenter loci alicujus munimentis & defenſoribus clari inchoandam, continuandam & perficiendam obſidionem neceſſarii, uti ex prædictis Candienſi & Oſtendanâ, item Rupellanâ, Bredanâ utraque & ex antiquis Trojanâ Obſidionibus & illarum deſcriptoribus pateſcit. Quocirca *Silhon. in Miniſtro Status part. l. 3. diſc. 5.* audacter ſentit, *quod induſtria in iis plus operetur, quàm fortitudo, & fortuna in iis agat minus, quàm virtus. Quod non obvenit in prælio, ubi ſolùm in plana terra & contra homines pugnatur, ubi actiones ex utraque parte ſunt æquales, ubi nemo ſe conſumit in languore & defatigatione, ubi*

A. *quatuor horæ inferunt deciſionem actionis & ſimilia.*

(4.) *Gravia pericula & damna* ex iis improſperè ſuſceptis redundantia, ſiquidem ex hiſtoriis conſtat, non rarò victorem exercitum unius hujusmodi loci infelici aggreſſu ſemet ipſum conſumſisſe, & ex Victore ac triumphatore victum redditum fuiſſe atque exinanitum. Quæ omnia *Quinctius* in deliberatione de obſidenda Lacedæmone *apud Livium l. 34. c. 34.* prudenter adduxit.

Pro prælii præſtantiâ & præ expugnatione loci alicujus validi præcellentiâ facit:

(1.) *Quod ſæpè* ex uno prælio feliciter vel improſperè inſtituto & peracto totius alicujus Regni, Principatus, Reipubl. acquiſitio & perditio dependeat, *adeoque* majori in illo, quàm in obſidione, prudentiâ, fortitudine & felicitate opus ſit. *Exemplum illius* eſt in Mulejo Mahumeto, & Sebaſtiano illo Africæ, hoc Portugalliæ Rege ex unâ & Mulejo Molueo per victoriam Rege Africæ, expulſo Mahumeto, facto, ex altera parte, quorum de Regno Africæ contentio & belligeratio uno prælio, in quo omnes hi Reges raro exemplo perierunt, diremta fuit, ita tamen, ut Moluci, vel Abdelmelcei victoris filius Mulejus Hametus illud poſtea abſque ulla ulteriore contentione tranquillè obtinuerit, de quo legi poteſt *Conneſtagius de Conjunct. Portugall. lib. 2. circa f. & Joh. Thom. Freigius de Bello Africano c. 12. & 13.*

Pro deciſione hujus quæſtionis annotare voluimus (1.) quæ prudentiſſimus Gallorum *Silhonius in ſuo Miniſtro Status d. part. 1. lib. 3. diſc. 5.* ſequentibus Latinè redditis verbis conſignavit: *Ego dico, quòd*
C. *illa media ſunt magis nobilia & æſtimabilia, quæ producunt in effectum finem propoſitum, quàm illa, quæ in medio itineris relinquunt, utut ſplendorem quendam præ ſe ferant. Et ideò ſi lucrum prælii ſit acquiſitio alicujus provinciæ, ſicut quandoque fit, & occupatio unius urbis in illius loci ſolâ acquiſitione conſiſtat, quomodo ſæpiùs evenit, dubium non eſt, quin hæc poſterior actio minoris ſit pretii & meriti, quàm prior. Verùm quando poſt victoriam in prælio obtentam hoſtis adhuc manet potens, & quando adhuc plures habet exercitus ad confligendum & plura munita loca ad attinendum victorem, & ad frenum victoriæ imponendum valida, nemo dubitat, quin talis victoria ſit minùs conſiderabilis, quàm occupatio unius Civitatis, quæ eſt caput illius Provinciæ vel loci, & reliquas omnes ad obedientiam victoris ducet, & poſt quam nulla abſque temeritate ſe opponere poteſt. Quis dubitat, quod Scipio non plus peregerit in ſubjugatione Carthaginis, & dum*
D. *æmulam ſubjectam fecerit Romæ, quàm Hannibal in tribus præliis, ubi Romanos vicit, quia Roma integra permanſit & ſcaturigo belli viva.*

Ubi illud demonſtrat in occupatione Rupellæ, quæ hactenus fuit partium adverſariarum aſylum & ſuſtentaculum, quod ita lapſum eſt.

(2.) *Noſtram opinionem ſubjicere, juxta quam neceſſarium eſſe putamus ad illius quæſtionis dilucidationem ponendos eſſe habiles, & quoſdam ſequentes terminos:*

1. *Æquales*, qui in eo conſiſtunt, ut fingamus, Regem vel Principem aliquem cum diverſis vicinis eodem tempore per diverſos Duces bella gerere, & vel per unum eorum hoſtis exercitum ita fundere, ut ille planè debellatus cogatur victori Provinciam illam in prædam concedere: Per alterum verò alte-

rius hoſtis exercitu non inſtructi Metropolin omnibus ad defenſionem neceſſaritis præviſam poſt longam obſidionem occupare, atque ita ſimiliter totam illam provinciam Domino ſubjicere: Vel unum horum exercitum hoſtis quidem fundere, & alterum munitum oppidum gravi obſidio occupare, neutrum tamen hoc modo hoſtem planè debellare.

2. *Inæquales, & hujus quidem qualitatis, ut unus* per prælium tale hoſtem quidem planè ſuperet, alter verò per occupationem difficilem bello finem non imponat, vel hic finem ita imponat, alteri verò cum hoſte ob integras adhuc alias copias ſæpiùs adhuc præliandum ſit.

Priori caſu dubitandum non eſt, quin ille Dux, qui obſidionem feliciter peregit, ob adducta multa & gravia incommoda & ingenii commenta majori laude dignus ſit, quàm alter ob victoriam ita adeptam, quia illa ſæpè ob levem caſum ab adverſario commiſſum vel neglectum obtinetur.

Poſteriori, verò caſu contrà dubio caret, quod ille, qui hoſtem alterutro modo planè debellavit, majorem operam Domino præſtiterit, adeoque laudem meritus ſit, quàm alter hoſtem ita non debellans ob ancipitem belli aleam. *Et hæc quidem ſalvo alitorum judicio.*

IX. *Subnectenda hîc ſunt alia quædam ad prælium pertinentia axiomata & ſtratagemata:*

1. *Antequam hoſtis aciem inſtruat, exercitus in locum conflictus educendus eſt, quia* ita ille pro libitu diſponi, locusque commodus eligi poteſt. Hoſti verò commoditas & tempus ſe præparandi adimitur. Inſuper prior iſta occupatio alacritatem pugnandi oſtendit, & hoſti formidinem quandam injicit, ut *præced. th. 6. expl. 4.* docuimus. Nec non hoſtis fatigatus ad conflictum ſe accingere cogitur magno ſuo damno, ut *ſeq. axiomate 3. & à Mauric. l. 8. Strateg. c. 2.* traditur.

2. *Primus hoſtium furor & impetus potiùs ſuſtinendus, quàm in illos faciendus eſt.*

Ratio eſt, quia ita hoſtium fervor quaſi defæcat & minuitur.

Imprimis verò hîc ad naturam hoſtium reſpiciendum eſt: Sic de Barbaris Tac. 12. Annal. 12. barbarorum impetus acres cunctatione langueſcunt, aut in perfidiam mutantur. *De iiſdem Florus lib. 3. c. 3. Marius non auſus cum barbaris congredi, militem tam diu tenuit in caſtris, donec invicta illa rabies & impetus, quem pro virtute barbari habent, conſeneſceret:* ad quem locum meretur legi *Rupert. in ſuis Obſerv. §. 5.*

De Germanis Tacitus de Germ. c. 4. corpora magna tantùm ad impetum valida. De Gallis Livius lib. 10. c. 20. prima prælia plus quàm virorum, poſtrema minùs quam fœminarum, cui conſentit *Flor. lib. 2. c. 4.* ita ſcribens: *experimento deprehenſum eſt, quod ſicut primus impetus eis major, quàm virorum eſt, ita ſequens minor quàm fœminarum. Nec non Polyb. l. 2. c. 33.* ubi legi poteſt. *Plura de hoc themate præc. expl. 1. in f. conſignavimus.*

3. *Miles impranſus & quiete non refocillatus multò minus ex itinere adverſus hoſtem non educendus eſt, contrà verò in id ſummâ curâ incumbendum, ut*

A. *hoſtilis exercitus impranſus in aciem & prælium alliciatur aut provocetur.*

Ratio per ſe plana eſt, quia viribus deficientibus & fatigatis, & audacia & perſeverantia in robore iis deeſt: hinc *Onoſander c. 12.* notavit, non rarenter profligatos fuiſſe exercitus deficientibus nimiâ eſurie viribus, quando ſcilicet, non momento inſtructæ aciei, ſed ſero diuturnoque conflictu certamen dirimitur. *Exemplum egregium* notavit in Scipione Asdrubalis exercitum ita feſſum vincendo, *Livius lib. 28. c. 15.* & aliud *Polybius lib. 3. c. 71. & 72. Ita quoque Marcellus* cum Hannibale conflicturus cibo corpora firmare juſſit, ut ſi longior eſſet pugna, viribus ſufficerent, *Livius lib. 27. c. 15. Feliciter uſus eſt hac arte Hannibal in nobili illa cum Romanis ad Trebiam & quidem primâ pugnâ, in quâ* per ſuum antè probè curatum militem Romanos impranſos eliciens viribus tandem deſtitutos, & ex gelu ferè imbelles vicit, ut tradit *Livius lib. 21. c. 54. & 55. Vide Orationem Pauli Conſulis apud eundem lib. 44. c. 38. & Polyb. l. 3. c. 72.*

B. *Hinc Æmilius Paulus Scipioni Naſicæ*, ut Romanus exercitus ex itinere ſtatim cum Perſei exercitu confligeret, ſuadenti apud *Plut. in ejus vita c. 27. reſpondit: Facerem, ſi tua eſſem ætate, me verò multæ victoriæ docuerunt, quænam in re victi peccaſſent: ideoque ex itinere pugnam inire cum phalange jam ordinibus inſtructis paratâ prohibent.*

Monent hinc belli periti, hoſti ſummo manè ad pugnam egreſſo non ſtatim copias opponendas, ſed in caſtris detinendas eſſe, tàm diu, donec hoſtis armorum pondere, æſtu, eſurie & ſite fatiſcat, & tunc demum feſſum omni vi aggrediendum eſſe, quod

C. felici ſucceſſu adverſus Hasdrubalem uſurpavit *P. Scipio in Hiſpaniâ, referente Livio d. l. 28. c. 15. Polyæno Stratag. lib. 8. & Frontino lib. 2. c. 1.*

4. *Milites alacritate Ducis, lætis nunciis de alibi fuſo hoſtili exercitu, ſuppetiis & auxiliis adventantibus, ominibus, fictâ adverſarii Ducis morte, ſubornatis, qui illud in hoſtili exercitu propalent, & talibus ſimulacris animandi, & hoſtes turbandi ſunt. Sic fama occiſi Orodis falſa credita exterruit* Parthos, *verſoſque terga & cum non ſine exitu evaſere* – *Tacit. 6. Annal. 35. Sic Q. Fabius* in prælio cum Samnitibus inito Scipionem Legatum cum nonnullis copiis clam emiſit, cum mandato, ut montes proximos à tergo hoſtis ſitos occuparet, in illisque ſe hoſti oſtenderet: *quo facto* Fabius Decium Collegam ſuum cum altero exercitu adventare exclamavit, ac ita terrorem & fugam hoſti, ſuis alacritatem injecit. *Livius lib. 10. c. 15. Simile exemplum* quamvis prudentiâ majori conſtans

D. de L. Papyrio refert *idem eod. lib. c. 41.* ubi videri poteſt. *Sic cùm Albani* Romanorum Socii in primordio prælii adverſus Fidenates & Vejentes incundi proditorio animo ad mõtes ſeorſim receſſiſſent, ut ſcil. quo fortuna daret, eò inclinarent vires, Tullus Romanorum Dux trepidantibus ideò equitibus clarâ edixit voce, ut hoſtes exaudirent, ſuo juſſu circumduci Albanum exercitum, ut Fidenatium nuda terga invadat. Et per hanc artem ſuos firmavit, hoſtes verò terrore perculſos fudit & fugavit. *Livius lib. 1. c. 28. Sic quoq. Martinus* Juſtiniani in urbe Phaſi Præfectus à Perſis graviter obſeſſus, ſuos milites confirmaturus, & hoſtes, Perſas, perculſurus, ſubornavit quenquam, qui tanquam tabellarius pulvere obſitus & è longinquo veniens illo ipſo tempore, quo exercitus congregatus eſſet, in medium ſe conferret

ferret, Byzantio ſe venire aſſereret, & literas ſibi traderet: Quo facto hic illas fictitias tanquam à Juſtiniano miſſas Imperatore, magno exercitûs gaudio altâ voce, ut ab omnibus audiri poſſent, perlegit ejus rei nuncias, illum novum mittere exercitum, non minorem eo, quem jam haberet: Statimque ex illo nuncio, ubinam eſſet exercitus, quæſivit, hocque, illum quatuor ſaltem Perſicis paraſangis abeſſe, & circa Neognum fluvium relictos aſſerente, quaſi indignabundus: Redeant, inquit, neque enim id unquam admiſerim, ut nobis ſeſe adjungant, & ſpoliis fruantur, quæ ſolis militibus meis pro tot laboribus debentur. Et converſus ad milites, nonnè, idem, inquit, vobis videtur, mei Commilitones? At illi clamoribus Præfecti ſententiam approbantes, juſta eſſe vociferabantur, quæ ipſe in præſentia conſuluiſſet, uti fuſiùs recenſet *Agathias lib. 3. de Bello Goth. c. 11. ubi c. 12. & 13.* effectum hujus ſtratagematis felicem ſubjungit.

Sic Carolus Burgundus in bello contra Ludovicum XI. Gall. Regem, copiis ſuis per pugnas admodùm debilitatis, ſubornatum à ſe quendam Monachum produxit, qui nunciaret exercitui, velut inde veniens, Britanniæ Ducis copias tam propinquas adeſſe, ut illâ die putaverit jungendas Ducis copiis: quo artificio crevêre animi militares, ut refert *Comin. lib. 1. c. 4. p. m. 36.*

5. *Milites vacillantes & jam retrocedentes quâcunq; arte & prudentiâ iterum incitandi ac in hoſtem impellendi ſunt: Fitque hoc quo ad prius quandoq; fictâ* hoſtium repreſſione ab altera exercitus parte factâ, ut fecit *Parmenio apud Curt. lib. 4. c. 16. vel fictâ* ſuppetiarum aut novi exercitus appropinquatione, de quo *præc. n. 4. & ſeq. c. 8. th. 5. expl. 8.* latè egimus: Et *quo ad poſterius Ducis ipſius* in hoſtilem aciem irruptione, uti in prælio cum Samnitibus inito *Valerius Conſul, apud Livium lib. 7. c. 33. Camillus* in prælio cum Volſcis commiſſo, *ibidem lib. 6. c. 8.* fecit, in quibus utrique Duces ex equo deſilierunt, & in mediam aciem irruentes victoriæ initium dedêre. *Idem Guſtavum Adelphum Sueciæ Regem*, cùm aliquando nutaret exercitus, præſtitiſſe, ac deſcenſo equo, raptâque è gregarii cujusdam manu haſtâ, fortiſſimo præſentique prælium reſtituiſſe exemplo, refert *Auctor Bellat. prud. & polit. c. 50.* Vide *Rupert. ad Flor. lib. 3. c. 10. § 4. vel ſignorum* ſive vexillorum à Duce in hoſtiles copias cum exprobratione ignaviæ, & adhortatione ad ſtrenuam illorum receptionem facta illatione vel jaculatione, uti fecit *Poſthumius Dictator apud Flor. lib. 1. c. 11. Agrippa* Conſul Romanus in prælio cum Volſcis & Æquis inito, referente *Livio lib. 3. c. 70. Salius Pelignorum Dux* in prælio ab Æmylio Paulo cum Perſeo inito apud *Plutarch. in Pauli vita c. 33. Camillus* in prælio cum Volſcis habito ſecundum *Livium d. lib. 6. c. 8. Nævius* in pugna cum Annibale, juxta *eund. lib. 26. c. 6. T. Pedanius* in oppugnatione Caſtrorum Hannonis, tradente *eodem lib. 25. c. 14. Sylla* in prælio adverſus Archelaum apud *Marcell. l. 16. p. m. 81. & alii apud Livium l. 4. c. 29. & l. 34. c. 45.* Ac aquilifer X. Legionis è navi proſiliens & aquilâ in hoſtes Britannos illatâ ſuos ad repellendos illos animans apud *Cæſar. de Bello Gallico lib. 4. p. m. 92.*

Simile fecit Robertus Normannorum Dux apud *Æmilium lib. 4. f. m. 115. Illo enim facto* milites ad vexillum & honorem recuperandum atque ignominiam declinandam in hoſtes irruendo ſæpè præclaram aſportarunt victoriam, ut narrat *Livius quoque d. c. 70.* Vide *Bernegg. ad Juſtin. lib. 13. c. 2. & lib. 44. c. 2. & Grut. diſc. XV. ad Tacitum.*

Soliti etiam fuêre quidam Imperatores ſuis equitibus equos adimere, proprium removere, ut æquato prælio ſpem fugæ tollerent, cujus exemplum occurrit in *Julio Cæſare*, ut ipſe refert *l. 1. Belli Gallici p. m. 30. ac pontes ideò reſcindere, ut præced. th. 5. explic.* 3. demonſtratum.

6. *Quandoque etiam ſimulatâ fugâ hoſtis ad inſiſtendum incitandus*, & ita inordinatè inſequens hoſtis ex inſidiis adoriendus & necandus eſt, de quo in *præc. expl. 5.* cautela adducta.

B. 7. *Miles quandoq; prælium flagitans detinendus eſt ad majorem fervorem ei conciliandum, cujus exemplum eſt apud Liv. lib. 2. c. 45.* Ubi Conſules Romanis militibus pugnam petentibus ſtudioſè eos retrahendo ingentem ardorem ingeſſerunt. *Simile quid refert idem lib. 7. c. 12. & ſeq.*

TH. XI.

Officialium munus conſiſtit in obſervatione (1.) mandatorum Ducis. (2.) Stationis demandatæ. (3.) Militum adactione ad officium militare præſtandum.

Expl.

C. *Sicuti in Duce belli* & ejus fortitudine ac Virtute bellica non minima, ſed ferè tota exercitus ſalus conſiſtit, ut in *praced. th. 10. explic. 1.* dictum, & demonſtratum eſt, *ita quoque* non parvum, ſed magnum momentum in Officialibus fortibus, prudentibus & expertis poſitum eſt. *Cùm enim* Imperator ubivis præſens eſſe non poſſit, per Officiales ſuos vices ſuas ſupplere debet: *Et ideò* his incumbit omnem navare operam, ut Ducis mandato & ordinationi ex aſſe ſatisfiat, ne omnis culpa à militibus commiſſa in ipſos redundet, uti ſæpiſſimè factum, dum magis illi, quàm gregarii puniendi ſint, ſicuti Cæſariano Tribuno Madlovio, ejus Turmarum ductoribus, horum vicariis, ſigniferis ac aliis Officialibus cum decimo quoque ex tota Legione capite punitis, poſt prælium anno 1642. juxta Lipſiam commiſſum, in Bohemia Rockezanæ contigit, ut refert *Brachel. hiſt. lib. 6. p. m. 404. & ſeq.*

D. *Laudatur* propter ſummum obſequium à Cyro *Chryſantes* cohortis præfectus apud *Xenoph. lib. 4. de illius Inſtit. in pr.* his verbis: *Cùm ego pedem referre juſſi compellato nominatim ipſo tametſi gladium ſuſtulerat, ut percuſſurus hoſtem, ſtatim tamen mihi paruit eoque omiſſo, quod facturus erat, id fecit, quod imperabatur, quod etiam refert Plutarch. Quæſt. Roman. 39.*

Nec tacenda hic Suecorum prudentia, dum obſervarunt paucos Officiales in præliis facilè perimi & ſic magnas copias ac turmas militum ductoribus privari poſſe, & ideò potius illas minutiores conſtituere, quo, exempli gratia, inter centum vel mille milites duplo vel triplo plures eſſent Officiarii, quam in numeroſis copiis, exempli gratiâ ſi 500. vel 300.

pedites ſub uno vexillo, & 150. vel 50. equites ſub uno ſigno aliàs conſtituerentur, idque eò magis, quod minutiores faciliùs regi, & in ordines redigi poſſent, ut etiam eventus probavit. Quod etiam *Galli* in poſteriori bello obſervarunt.

TH. XII.

Hactenus munus Ducis & Officialium in prælio: Sequitur munus militum imprimis gregariorum, quod conſiſtit (1.) in obſervantia ſtricta mandatorum & ordinum. (2.) alacritate & ſtrenuâ hoſtis invaſione, & propugnatione. (3.) firmo propoſito mortem decoram præ ignominiosâ fugâ eligendi, & vexilla non deſerendi. (4.) Sanguinis ſui non prodigâ, ſed providâ pro ſalute publicâ effuſione, & mutuâ inter ſe fiduciâ.

Expl.

I. EGregiè *Otto* Imperator Romanorum apud *Tacit. 1. Hiſtor.* 84. ita ad milites diſſeruit: *Parendo potiùs, Commilitones, quàm Imperia Ducum ſciſcitando res militares continentur, & fortiſſimus in ipſo diſcrimine exercitus eſt, qui ante diſcrimen quietiſſimus. Vobis arma & animus ſit, mihi conſilium & virtutis veſtræ regimen relinquite.* Et *Antonius apud eund. 3. Hiſtor. 20. militibus*, inquit, *cupidinem pugnandi convenire, Duces providendo, conſultando, cunctatione ſæpius, quàm temeritate prodeſſe*: quod etiam innuit *Æmilius Paulus apud Livium lib. 44. c. 34.* his verbis: *militem tria curare debere, corpus, ut quàm validiſſimum & perniciſſimum habeat, arma apta, animum paratum ad ſubita imperia, cætera ſcire de ſe Diis immortalibus & Imperatori ſuo curæ eſſe.*

C *Quo intuitu Marcell. l. 25. p. m. 293.* ait, *corporis munus à milite, ab Imperatore verò animi requiri. Et Æmilius Paulus militibus præcepit, ut unusquisque manum promtam & acutum gladium præſtaret, ſibi reliqua curæ fore, ut Plutarchus in Galbâ c. 1. & in Apophth. Romanis c. 14.* refert, *Ita quoq; Hannibal apud Polyb. l. 3. c. 44.* ſuis præcepit, ut *de ſingulis, quæ agenda eſſent, ſolliciti ne eſſent, gnari, illa ſibi eſſe curæ; ſed juſſis ſuis obedientes viros fortes & gloriâ rerum antea geſtarum dignos ſe præberent.*

D. *Egregium obſequii talis exemplum refertur à Plutarcho Quæſt. Roman. c. 39 & procul dubiâ ex Xenophonte in Cyropæd. l. 4. in pr. depromtum, ac à nobis præced. th. 11. in expl. memoratum.*

De quo plura præc. c. 3. th. 9. expl. 5. & à Fabro l. 1. Semeſtr. c. 19. relata ſunt.

II. Notandus hic ardor Romanorum in prælio cum Annibale ad lacum Thraſymenum tantus, ut cum terræ motum, qui multarum urbium Italiæ magnas partes proſtravit, avertitque curſu rapido amnes, mare fluminibus invexit, montes lapſu ingenti proruit, nemo pugnantium ſenſerit, referente *Livio lib. 22. c. 5. in f.*

A. *Pertinet huc Barritus*, ex cujus qualitate & pari conclamatione alacritas militum & victoriæ ſpes conjecta quondam fuit, uti *præc. th. 1. explic. 3.* deduximus.

Item Clamor bellicus in ſpecie ita dictus, Germanicè das Feldgeſchrey/ *qui* in vocis vel formulæ alicujus uſitatæ publicâ & univerſali exclamatione vel vociferatione conſiſtit, *& à teſſerâ militari ita*, quod hæc ſaltem ad cognoſcendos hoſtes ſignum ſit, *differt*.

Exempli gratiâ apud veteres Scotos pro tali clamore bellico uſurpatum fuit geminatum vocabulum Albani, Albani, referente Huntindon. lib. 8. Hiſtor. Angl. poſt pr.

Apud Græcos uſitata fuit vox ἀλαλὰ *vel* ἀλαλαί B. *ut inde patet, quia ab illa voce* ὁ ἀλάλατος *vel* ἀλάλητος, *quæ clamorem militarem denotat, deſcendit*, ut ex *Pindaro in Pythianicis Ode 1. probat Schmid. in Comm. ad illum locum. p. 54.* addens ſimul locum ex *Homero in Iliade* δ *ante fin. & Herodoto in Clione. Sicut & illa vox in Homero in d. Iliade* π *& Heſiodo in Theogoniâ occurrit, & de illâ Scapula in Lexica legi quoque poteſt.*

Apud Romanos in Oriente vocabulum Nobiscum, & quandoque *Nobiscum Deus, quod referente Imperatore Mauricio in Strategico lib. 2. c. 17. ter à ſingulis meris inclamatum fuit, & inde fortè eſt, quod apud Ungaros vox Uram Jeſus ter inclametur.*

Apud Limigantos Sarmatas Marrha, Marrha apud Marcell. lib. 19. p. m. 149 Apud Turcas Alla, Alla, Allahu, idque Alla tegbir vel Egbir vocant ſecundum Leuncl. lib. 1. Hiſtor. Muſulm. f. m. 50. & Hötting. in Theatro Orient. part. 3. c. 1. Apud Græcos olim Elelen ſecundum Suidam ſub illo verbo. Apud Hibernos olim Farah, *Farah apud Waræum in Antiquit. Hibernicis c. 12. Apud Polonos cantio quædam ſacra ante prælium à toto exercitu peragitur, ut legi poteſt apud Hartknoch. de Republ. Polon. l. 2. c. 8. th. 8. & jam præc. th. 6. expl. 5. tradidimus.*

III. *Morte honeſtâ ſe captivitatis & fugæ contumeliis, ſi neceſſitas id ferat, omninò eximere debet ſecundùm illud Cicer. Phil. 3. c. 14. faciendum eſt, ne cum dignitate potiùs cadamus, quàm cum ignominiâ ſerviamus. Et Catilina in Orat. ad ſuos milites apud Saluſt. in ejus bello c. 58. Si virtuti veſtræ fortuna inviderit, cavete, ne inulti animam amittatis; neu capti potiùs, ſicuti pecora, trucidemini, quàm virorum more pugnantes, cruentam atq; luctuoſam victoriam hoſtibus relinquatis; cogitando, quod illi, qui pro Republ. vel patriâ ceciderint, in perpetuum per gloriam vivere credantur ſecundum Imperatorem in pr. Juſt. de Excuſ. Tutor. & Diod. Sic. l. 12. c. 20.*

Sanè Turci in bello vitam ſuam quàm libenter perdunt, credentes nullorum animas majori compendio in cælum evolare, quàm virorum fortium, qui in bello ceciderunt, ut refert Busbeq. Epiſt. Turc. 3. p. m. 295.

Quò pertinet illud militum Romanorum juramentum apud Liv. lib. 2. c. 40. ſe niſi victores ex pugna redituros. Simile quod refert Julius Cæſar lib. 3. de Bell. Civ. p. m. 3 0. & Plut. in Pompejo c. 103. Et in bello illo acri, quod Stephanus Angliæ Rex cum Davide

vide Scotiæ Rege geſſit, factum fuiſſe narrat *Alfredus Abbas Rievallenſis in Hiſtoriâ de Bello Standardi.* A.

Quibus adde, quæ præc. th. 6. expl. 4. poſt num. 4. de alloquio Ducis diximus.

Et quoad fieri poteſt Ducem & ſigna tueri. Laudat hinc Tacitus Germanos de Moribus illorum c. 14. Quod infame in omnem vitam ac probroſum iis ſit, ſuperſtitem Principi ſuo ex acie receſſiſſe. Illum defendere, tueri, ſua quoque fortia facta gloriæ ejus aſſignare præcipuum ſacramentum ſit. Idem Curt. lib. 4. c. 15. ante f. de Darii & Alexandri Prætorianis refert, addens, *eos amiſſo Rege nec voluiſſe ſalvos eſſe, nec potuiſſe. Et Marcell. lib. 16. circa fin. de Chonodomarii Regis comitibus, eos flagitium arbitratos fuiſſe poſt Regem vivere, vel pro Rege non mori* Hocque aliquo modo veteri Sacramento conveniebat, de quo *præc. c. 3. th. 13. expl. 1. inf.* B.

Recenſendus hic eſt laudabilis Lacedæmonicarum mulierum mos, quæ poſt pugnam auditâ filiorum ſuorum morte in locum prælii abierunt, & horum vulnera inſpexerunt, quæ ſi in illis in adverſa parte repererunt, pro ſignis fortium patriæ defenſorum illa habuerunt, & filios magno animo præ ſe ferentes in majorum ſepelierunt monumentis, ſi verò vulnera in averſâ corporis parte invenerunt, pudore, quòd in fugâ illata eſſent, ductæ ſe clanculum domum receperunt, & cadaver in loco prælii reliquerunt, vel ſaltem clandeſtinè ſepeliverunt, referente *Æliano lib. 12. V. H. c. 21.*

IV. Quodſi verò ulteriori ſtationis ſuæ occupatione ſaluti publicæ jam deploratæ uſui ampliùs non eſſe, fugâ verò neceſſariâ & decorâ ſe & corpus ſuum hoſtium vi & internecioni ad majora & plura poſteà officia præſtanda ſe ſubſtrahere poſſit, C. *tantùm abeſt*, ut ignominiam ideò incurrat, ut potiùs laude & præmio dignus ſit. Si enim *alieno ſanguine tanquam ſuo parcendum, nec prodigè utendum eſt, teſte Senecâ epiſt.* 88. utique etiam cuilibet incumbit, ſanguinem ſuum providè & utiliter, non verò prodigè & ferarum inſtar effundere. Hinc *Ariſtoteles 3. Eth. 7. & 8.* in generoſo milite requirit, ut providus in adeundis periculis, cautus in excipiendis, & circumſpectus in declinandis ſit. Prudenter ideò *Florus lib. 2. c. 6. Ducum alter confugit, alter occiſus eſt: Dubium uter majore animo: Paulum pudnit, Varro non deſperavit*: de quo vide ad *præc. th. 8. expl. 7. quæſt. 2. notata.*

Culpatur ideò Æneſidemus Præfectus præſidii ab Achæis Elatiæ impoſiti, qui pacto pro hoc impuni diſceſſo ipſe ſtultè remanſit, & in concredita illa urbe ſe moriturum dixit, ac ita citra ullum Achæorum commodum vitam vanè amiſit. *Liv. lib. 32. c. 25.* D.

Mutuam denique milites inter ſeſe alere debent fiduciam, quia eâ maximè ad vincendos hoſtes opus eſt, ut eleganter demonſtrat *Poſthumius Dictator apud Halic. lib. 6. c. 6.* & benè conſideravit *Minutius Conſul apud Livium lib. 35. c. 3. Pertinet huc antiquus ille mos*, quo vir virum ſibi amicum & confidentem legit: De quo ita *Livius lib. 9. c. 39.* de Papirii exercitu: *Cùm vir virum legiſſet, quantus nunquam aliàs ante ſimul copiis, ſimul animis dimicarunt.* Contrà novum & inter ſeſe ignotum militem trepidum eſſe ex Hiſtoricis & imprimis *Livio lib. 35. c. 3.* notum, ubi refert, *Minucium Conſulem in aciem exire non auſum, novo milite & ex multis generibus hominum nec dum noto ſatis inter ſe, ut fidere aliis poſſent.* Qua de cauſa etiam Legiones auxiliis præfert *Veget. l. 2. c. 2.*

TH. XIII.

Hactenus ea, quæ circa actum prælii obſervanda ſunt: Sequuntur conſequentia, quæ conſiſtunt in eo, quomodo Dux ſe (1.) erga ſuos. (2.) contra hoſtes gerere debeat.

Expl.

DEbet quoque & quidem ante omnia Victor erga Deum eſſe gratus pro tali beneficio ei laudes canendo, & humilis illi ſoli victoriam adſcribendo: ſed quia hic obiter ſaltem de moderatione Ducis agitur, plenam illius tractationem *ſeq. c. 11. th. 4. & ſeqq. & ſubjunctis explicat.* ſuſcipiemus.

TH. XIV.

Ratione ſuorum militum incumbit ei (1.) Recenſitio exercitûs, Vulneratorum cura, & illorum, qui ſtrenue rem geſſere, laudatio ac remuneratio, & qui aufugerunt, vel turpiter ſigna deſeruerunt, aut alio modo circa prælium deliquerunt, juſta punitio, ac qui per vulnera inhabiles ad bellum redditi ſunt, honeſta ſuſtentatio. (2.) Cæſorum ſepultura. (3.) Militum poſt victoriam in ſtationibus & ab intempeſtivâ prædâ cohibitio. (4.) Hoſtium non nimis pertinax & longa inſecutio, & militum ab eâ per conſueta ſigna revocatio. (5.) Militum neceſſaria quies & nova armatio. (6.) Captivorum redemtio.

Expl.

I. B*Enè obſervavit Valeſ. ad Marcell. lib. 24. p. m.* 274. olim ſtante Republ. exercitûs recenſitionem & fortium militum pro concione laudationem frequentem: Sicuti etiam ejus exempla apud *Liv. lib. 2. c. 60. lib. 5. c. 47. lib. 7. c. 36. & ſeq. lib. 10. c. 36. & c. 44. & lib. 38. c. 25. ac Halicarn. lib. 6. c. 14.* nec non *Saluſt. in Bello Jugurthino c. 54. ſub geſtis Metelli & Appiano l. 5. de Bellis Civil. p. m.* 1078. occurrunt: Sub Imperatoribus verò raram fuiſſe. *Ex priſtinis exemplis* unum laudatorum ſtrenuorum militum *de Carolo Magno Imperatore* meretur referri; ita verò ille apud *Agrippam de Vanit. Scient. c. 81.* ejus ſermonem refert:

Vos Heroës vocabimini, ſocii Regum, Judices Criminum: Vivite poſthac laboris expertes, conſulite Regibus publico nomine, turpia corripite, favete fœminis, juvate puſillos, conſilio circumdate Principes: ab his victum, veſtitum, ſtipendium petite: Si quis negaverit inglorius infamisque eſto, ſi quis injuriam vobis intulerit, reum ſe Majeſtatis agnoſcat &c. Quem etiam ſub titulo conſtitutionis recenſet Goldaſt. Tom. 3. Conſtitut. Imper. ad annum 777.

V. Licet verè dicat Juſtin. l. 1. c. 1. proximam quamque victoriam inſtrumentum ſequentis eſſe: . & Drepanius in Panegyr. Theodoſii c. 39. oratorio modo referat, *doctè profectò germana illa pictorum poëtarumque commenta victoriam pennatam finxiſſe, quod hominum cum fortuna euntium non curſus ſed volatus ſit:* & ideò *Annibal apud Flor. lib. 2. c. 6. Liv. lib. 22. c. 51. & Plutarch. in Fabio c. 30.* arguatur, *quòd vincere quidem potuerit, ſed victoriâ uti neſciverit: Attamen non ſemper in poteſtate & ex utilitate Ducis eſt, victoriam pro libitu proſequi. Si enim* milites illins licet victores poſt prælium commiſſum defatigati, vulnerati, & armis quodammodo privati atque fortiſſimi, ut ſæpè in cruento prælio evenit, amiſſi fuerint, *præſtat* militibus neceſſariam quietem concedere, & arma prius reſtituere, ac illos ſaucios reficere, nec non diſperſos colligere, quàm talem exercitum magno iterum objicere periculo, & fortunam citra neceſſitatem denuò experiri, uti pluribus in *ſequenti c. 11. th. 8. expl. 1. ſub modo proſequendi victoriam* dictum eſt.

VI. Ut citra culpam ſuam & ob adverſam fortunam in expeditione bellica capti, ab Exercitus Domino vel Duce redimantur vel permutentur, juris & æquitatis ſuadet ratio. Hinc Cicero 2. de Offic. 18. Hæc benignitas etiam Reipublicæ utilis eſt, redimi è ſervitute captos.

Et Romani Pyrrhum Epirotarum Regem hoſtem ſuum per Legatos rogarunt, ut captivos vel certo pretio liberaret, vel corporum permutatione dimitteret, ſed horum neutrum obtinuerunt, ut refert *Halic. in Excerpt. Legat. c. 5.*

Sicuti etiam redemptionis talis exempla non tamen adeò frequentia apud Romanos exſtant, quale apud Liv. l. 10. c. 30. ubi ſinguli Peruſinorum captivi æris trecentis decem redemti ſunt. Plutarch. in Fabio c. 14. ubi hic ſecundum pacta à Senatu improbata de propriâ pecuniâ ab Annibale 240. captivos & ſingulos quidem argenti quinque ſelibris redemit, quod etiam *Livius l. 22. c. 23. refert. Quod etiam quoad permutationem factum eſt, ſiquidem* in Romana hiſtoria ejus quoque pauciſſima occurrunt exempla, & quidem apud *eund. in Epit. l. 19. & d. l. 22. c. 23. ac Plut. d. l.. utriusque ratio eſt, quia* apud illos admodum turpe fuit in armis vel fugâ capi, vel ſe ultrò dedere hoſtibus:

Et ut verum fateamur in tali captivitate plerumque ſi non timiditas & vitæ conſervandæ ſtudium, ignavia ſaltem quædam intervenit, cum ſtrenui & fortes viri vitæ jacturam minoris æſtimare ſoleant, quam turpem captivitatem & ſervitutem, ſicuti jam *præc. th. 12. expl. 3.* adduximus.

In tales milites & illorum redemtiones acerbè ſuum ſtringit calamum Besquierus in Vegetio Chriſtiano l. 1. p. 120. his verbis: *Illis belli cauponationibus & quaſi nundinationibus captivorum militum alitur avaritia militaris & prædandi magis quàm debellandi cupiditas, nec tam bella finiuntur quàm nutriuntur.*

Quibus Nos addimus, in præterito diuturno inter Imperatorios & Suecos geſto bello obſervatum eſſe multos milites hinc inde in præliis, conflictibus & excurſionibus captos ſtatim militiæ hoſtili nomen dediſſe, & poſteà receptos veteribus ſuis legionibus redditos, idque porrò in ſecunda & tertia receptione ita obſervatum, *atque ita illos* quaſi communes adverſarum partium milites effectos eſſe,

A. *Ut itaque Romani ſuos cives & milites* à tàm turpi deditione abſtraherent, illos ab hoſte oblatos redimere noluerunt, indignos æſtimantes, qui in civitatem & militiam reciperentur. *Quod ex Valer. Max. l. 2. c. 7. n. 15. & Livio d. l. 22. c. 58. & oratione Legatorum,* qui à captivis miſſi fuerant, & reſponſione à Dictatore illis ignominiosè datâ conſtat. *Ubi legi poteſt & captivorum illorum* 8000. *juſſi refert: quem numerum etiam Polyb. l. 6. inf. & Cicero l. 3. de Offic. c. 32. ſed Valer. Maxim. d. l. ſaltem* 6000. *habet.*

Cauſam tantæ ſeveritatis exprimit Polyb. d. l. & quidem duplex callidum Annibalis conſilium, eo pacto & pecuniarum copiam ſibi parandi & ſimulacrem illam in dimicando pervicaciam hoſtibus ſuis adimendi, oſtenſa ipſis, ſi vinci contingeret, ſalutis ſpe. *Huic itaque conſilio* vel intentioni fraudulentæ B. contraire voluerunt Romani, oſtendendo, ſe adhuc viribus pollere & ſuis nullam aliam patere ad honorem & famam viam, quàm aut pugnando vincere, aut gloriosè pro patria mori, quod etiam *Cicer. d. c. 32.* tradit. *Et optimâ quidem ratione, ſiquidem* ut jam diximus, & ſana ratio & experientia teſtatur, militem, ubi vitam ſuam deditione conſervari & à periculo eximi poſſe. ſeque citra ignominiæ notam redemtum iri, vel ſemet ipſum redimere. ac ad ſuos redire poſſe ſcit, non ita alacriter & piè pro patria ac Duce ſuo pugnare, *imprimis verò* ubi novit, ſe à Duce priori benigno animo receptum iri, & omnia ſua recuperaturum eſſe, ſicut in præterito bello ſecundum prædicta evenit, ideoque factum eſt, ut prælia plerumque brevia fuerint, quolibet in tempore ſe dedente, & ad ſuum priorem dominum redeunte peſſimo ſanè exemplo & eventu.

C. *Sanè eundem in finem Romani* in dicto bello Punico maluerunt ex ſervitiis octo millia juvenum validorum empta publicè armare, quàm minori precio captivos redimere, quod etiam *Seneca Rhetor l. 5. controv. in Excerpt. Controv. 7.* refert ratione hâc additâ: *Populus Romanus Cannenſi prælio in ſummas redactus anguſtias cum ſervorum deſideraret auxilia, captivorum contemſit, ac credidit eos libertatem magis tueri poſſe, quam nunquam habuiſſent, quàm qui perdidiſſent.*

Notandum hîc nonnunquam inter hoſtes per ſpeciale pactum redimendorum captivorum certum precium ſtatui, quale inter Romanos Duces & Annibalem peractum, vigore cujus illa pars, quæ plus captivorum reciperet, quàm daret argenti pondo bina & D. ſelibras in militem præſtaret, ſecundum *Liv. d. l. 22. c. 23. & Plut. in Fabio d. c. 14. & in præterito Germano Suecico bello* poſteriori tempore factum eſt, in quo per certos Deputatos utrinque miſſos à Duce bellico ad gregarios usque in ſingula capita certum redemtionis precium conſtanter obſervandum poſitum fuit, ita tamen, ut permutatio utrinque fieret, & compenſatione inſtituta pro reliquis prædicta ſumma ſecundum captivorum qualitatem ſolveretur, ut *ſeq. c. 10. th. 8. expl. 2.* pluribus narravimus & per alia exempla demonſtravimus.

TH. XV.

Officium Ducis in victos quod concernit, in eo conſiſtit, ut ille ſit (1.) modeſtus (2.)

miſericors & clemens. (3.) Ad veniam & pacem proclivis (4.) in pace concedendâ non avarus.

Expl.

I. P*Robè monent omnes Politici, ne Dux fortunâ proſperâ ad ſuperbiam prolabatur.* Tacit. 11. *Annal.* 17. *cum vulgare aliàs ſit Ducibus, rebus proſperis inſoleſcere, Id.* 2. *Hiſt.* 7. *talis ſiquidem inſolentia hoſtes per iram, odium, ultionis cupiditatem ad virtutem accendit. Id.* 2. *Hiſt.* 77. *& contra deſperatos res eſt periculoſa*, ut dicit *Abner ad Joabum* 2. *Reg.* 2. *verſ.* 26. imprimis verò Romanos imitando *hoſtibus Dux victoriam non exprobret. Flor. lib* 3. *c* 2. §. 6. *Hinc Seneca Epiſt.* 87. prudenter ſcribit *nimis periculosè oſtentari victoriae & gentium ſpolia: quod unus populus eripuerit omnibus, faciliùs uni ab omnibus eripi poſſe*, de quo vide *ſeq. c.* 11. *th.* 7. *ex. l.* 2. *notata &* eruditè congeſta à *Ruperto ad d. Flori locum. Arguit porrò* talis inſolentia Ducem impotentis animi, famamque ejus minuit, ſocordem illum facit. *Tacit.* 3. *Hiſtor.* 2. *Livius lib.* 21. *c.* 61. Egregia ſunt, quæ in laudem Agricolæ refert *Tacit. in ejus geſtis c.* 18. *Nec Agricola poſteritate rerum in vanitatem uſus expeditionem aut victoriam vocabat, victos continuiſſe, ne laureatis quidem geſta proſecutus eſt, ſed ipſâ diſſimulatâ famâ famam auxit, æſtimantibus, quantâ futuri ſpe tam magna tacuiſſet.*

Simili ferè modo Carolus V. Imperator accepto obtentæ à Franciſco I. Galliæ Rege ſimul capto victoriæ nuncio nullum lætitiæ neq; privatæ, neque publicæ aliàs uſitatæ ſignum edidit, Deo ſimul gratias reddens & victoriam adſcribens, ut narrat *Maurocenus in Hiſtor. Venetâ ad ann.* 1525. *& lib.* 2. *f. m.* 55. *& Jovius in Ferdin. Davali vitâ.*

Laudabile quoque eſt conſilium, quod ex propria experientia Theodoricus Oſtrogothorum Rex affini ſuo Ludovico vel Clodovæo Francorum Regi dedit hiſce à *Caſſiodoro* 2. *Var.* 41. relatis verbis: *Illa mihi feliciter bella provenerunt, quæ moderato fine peracta. Is enim vincit aſſiduè, qui novit omnia temperare: dum jucunda proſperitas illis potius blanditur, qui auſteritate nimiâ non rigeſcunt.* Vide plura *præc. c.* 3. *th.* 4. *expl.* 4. *& ſeq. c.* 11. *th.* 6. *in expl.*

II. *Miſericordiam & clementiam* ideò exercere debet belli Dux, *ne* id, quod de inſolenti victore in *præced. expl.* diximus, experiatur, & apud Deum ac homines eò minus invidiæ haberet. *Val. Maxim. lib.* 5. *c.* 1. *n.* 2. idque eò magis, quia *fortuna vitrea eſt, & cùm ſplendet, frangitur. Publius. Et amica varietatis conſtantiam reſpuit Cicero l.* 2. *De Naturâ Deorum. c.* 16. *ac ejus rota volucris eſt, adverſa proſperis ſemper alternans Marcell. l.* 31. *in pr.* Miſericordiâ enim & clementiâ jam victos iterum vincit, & quos aliàs denuò hoſtes habiturus eſt, amicos & ſocios ſibi comparat. Quod egregiè demonſtrat apud *Dion. Caſſium lib.* 55. *Livia* marito ſuo Auguſto, *f. m.* 559. ubi videatur.

Sic Alexander M. captivam Darii Regis matrem, conjugem, liberos ſummo honore & amore complexus eſt. *Curt. lib.* 3. *c.* 12. *& ideircò à Dario* non ſolum ingentes gratias obtinuit, ſed etiam ab eodem moribundo cum adprecatione eam ob cauſam Deorum benedictionis & victoriæ in totum mundum dignus ſucceſſione habitus fuit, juxta *eund. lib.* 5. *c.* 11. *& ult.*

A.

Sic Scipio Carthagine novâ captâ cives omnes jam ut captivos congregatos domum dimittens, tàm inopinatæ ſalutis potitos præ gaudio lacrymantes ſibi ad omnia alacres & obedientes effecit. *Polyb. lib.* 10. *c.* 17.

Sic Timoleon cùm incredibili felicitate Dionyſium totâ depulſum Siciliâ interficere poſſet, noluit, tutoque ut Corinthum perveniret, effecit, tanque præclaram Victoriam eſſe duxit, in quâ plus eſſet clementiæ, quàm crudelitatis. *Cornelius Nepos in ejus vitâ.*

B. *Omni etiam laude dignum eſt factum Aurelianï Imperatoris*, qui licet Tyanâ ſibi occluſâ repertâ iratus dixiſſet: Canem in hoc oppido non relinquam, noluit tamen urbem illam proditione adeptam militibus prædæ & internecioni dare, ſed militibus illud poſtulantibus ad mendacium avertendum, agite, dixit, *canem negavi me relicturum, canes omnes occidite. Vopiſc. in ejus vitâ c.* 23.

Ita quoque Rex Ageſilaus ſæpè numero ſuis denunciabat, ut captivos non tanquam reos injuriarum plecterent, ſed velut homines ſervarent. *Xenoph. in ejus vita poſt pr.*

Ita etiam Albertus Auſtriacus Imperator contra Anti Cæſarem Adolphum Naſſovicum acie conC. certans, quamprimùm illum interemit, vel interemtum audivit, ſuis imperavit, uti ferro civibusque parcant, nec quenquam occidant, ſed ut vivos, ſi fieri poſſit, capiant, aut effugere permittant. *Avent. Ann. Bojor. lib.* 7. *f.* 452. *Cruſ. part.* 3. *lib.* 3. *c.* 14. *Lehm. in Chron. Spir. lib.* 5. *c.* 118.

De Carolo M. egregiè Puteanus lib. 4. *Hiſtor. Inſubr. c.* 1. *in pr. Caroli recentem victoriam pietas & clementia auxére; nemo religioſiùs invaſit Italiam, nemo mitius perdomuit: Regem tantùm Longobardi mutaverant, Dominum Inſubres: Sedes & fortuna cuique integra. Nulla poſt bellum calamitas.*

Præclara etiam ſunt verba, quæ Joachimus II. Elector Brandenburgicus Carolo V. Imperatori in occupatione Wittebergæ ingeſſit:

D. *Parum eſt, quod hoſtes tuos bello ſuperaveris, niſi te ipſum vincas, quâ re nihil fortius, nihil præclarius, aut Majeſtate imperii dignius. Alterius victoria laus bonâ ex parte ad milites, quorum operâ in bello uſus es, pertinet: hujus verò ſumma gloria, iram vincere, hoſtemq; clementiâ ſuperare, propriè tua eſt, uti ex Henrico Merckelio in Obſid. Magdeburg. refert Camer. in Medit. Hiſtor. Centur.* 3. *c.* 26. *de quo plura ſeq. c.* 11. *th.* 7. *expl.* 1. *dicta ſunt.*

Eſt verò miſericordiæ erga victos non minima pars, ſi ex illis ſaucii ſanentur, ut fecit *Cyrus*, de quo *Xenoph. lib.* 3. *de ejus inſtit. n.* 72. *Quo ipſo tempore captivi ad ipſum vincti deducuntur, nonnullis inter ipſos vulneratis. Eos ut vidit, mox vinctos ſolvi, vulneratos accerſitis Medicis curari præcepit.*

E

Et mortui ſepeliantur, in quo Romani humanitatem ſuam erga Syphacem demonſtrarunt: cùm enim hic captivus in cuſtodiâ Tiburi mortuus eſſet, Senatus eum cenſuit publico funere efferendum, ut vitæ dono honorem ſepulturæ adjiceret. *Val. Max. lib. 5. c. 1. n. 1. poſt pr.*

Sic Philippus Macedoniæ Rex Athenienſes in prælio ad Cheronæum occiſos cremari per Antipatrum curavit. *Polyb. lib. 5. c. 10.* *Ab ejus filio* in ſepeliendis Perſis idem factum fuiſſe refert *Curt. lib. 3. c. 12.* *Sic Annibal* Flaminii Conſulis Romani in acie occiſi corpus funeris cauſâ magnâ cum curâ quæſivit, ſed non invenit, referente *Livio l. 22. c. 7.* Et L. Marcellum Romanum Conſulem in prælio occumbentem ob robur & formam contemplatus, ejus corpus digno habitu ornatum veſtibusque decentibus amictum cremavit, & reliquias in urnam argenteam lectas, aureâ ſuperadditâ coronâ ad filium ejus miſit. *Plut. in Marcello c. 53.* Similiter *Antonius* Bruti corpus inventum mox coccina pulcherrima veſte involvit, crematoque reliquias matri ejus Serviliæ miſit. *App. l. 4. p. 1068.* de quo multa congeſſit *Kirchm. de funer. in Append. 5. & Gerdeſſen in Tac. politicè reſoluto. Diſc. 5. th. 115.* Quibus junge *Quenſtedtium de Sepult. Veter. c. 2. ſect. 2.*

III. Sicut juſtiſſimum eſt, arma opponere iis, quorum ſuperbiam fruſtra per obſequium & modeſtiam effugeris. Tacit. in Agric. c. 30. ita contra quantâ illâ pervicaciâ in hoſtem, tantâ beneficentiâ adverſus ſupplices utendum. id. 12. Annal. 20. & pax omnibus hominibus appetenda ac colenda eſt, ſecundum illud *Virgilii Æneid. XI. v. 362.*

Nulla ſalus bello, pacem te poſcimus omnes.

Vide de his omnibus plura *ſeq. c. 12. th. 1. in explic.* annotata.

IV. Avaritia in pacis conditionibus prælucens uti cauſam belli injuſtam, & ex ambitione acilla ipſa avaritiâ provenientem ſatis clarè producit, ita omnibus belli Ducibus fugienda eſt. *Refer huc, quæ praced. c. 1. in fine & ſeq. c. 12. th. 3. expl. 1. tradita ſunt.*

CAPUT IIX.

DE INVENTIONE BELLICA.

Ubi de Conſiliis & Stratagematibus, uti etiam Inventionibus bellicis in ſpecie.

Summaria.

Th. I. Ad inventionem bellicam quid pertineat.

Th. II. Directa Conſilia bellica quæ.

Expl. I. Conſiliorum utilitas, neceſſitas & vis in bello demonſtratur.

Illa occultanda ſunt.

Expl. II. Referuntur ſequentia axiomata ad directa conſilia ſpectantia:

Occaſio in bellis benè obſervanda, nec prætermittenda.

A. *Ingenium Ducis adverſarii probè dignoſcendum.*

Fama modò ſerviendum, modò non.

Exempla famæ quandoque è longinquo quaſi momento, & quandoque ante factum advolatæ.

Hoſtis ante contractum robur, & dum adhuc in metu eſt, adoriri debet.

Ubi exemplum id omittentium maximo ſuo cum damno.

Nonnunquam bellum ſtudio trahendum eſt, ad fervorem hoſtis frangendum.

Securitas fugienda remiſſivè.

Hoſtis ad deſperationem non adigendus.

Hoſtis eò deducendus, ut nolit nec poſſit nocere.

Quomodo hoſtes in amicitiam & ſocietatem recipiendi.

B. *Hoſtis à tergo non relinquendus.*

Ex hoſtium erratis noſtra corrigenda.

In omnia hoſtium diligenter inquirenda eſſe.

Ubi de exploratoribus quædam.

Locus prælio aptus eligendus.

Peritè acies inſtruenda.

Hoſtis vis & prudentia prudenter diſtrahenda.

Celeritas in bello uſurpanda.

Clades alibi perpeſſa ſolerti conſilio tegenda.

Ubi tamen cautela adjecta.

Hoſti quocunque modo terror incutiendus, & quotupliciter illud fieri poſſit.

Multa a magnis Ducibus perfici ſolent aliis impoſſibilia.

Th. III. Obliqua conſilia quæ & quotuplicia.

C. Th. IV. Acutiora circa ſtratagemata occupata ſunt, & quid ſtratagema ſit.

Expl. I. Stratagematibus dolo bono vel hoſti directò nocemus, vel nobis directò proſumus.

Expl. II. An ſtratagematibus uti licitum & honeſtum ſit?

Aff. ſub limite.

Victoria ex ſola virtute obtenta plus gloriæ in ſe continet.

Expl. III. Stratagemata quædam illuſtriora referuntur.

An dolus & fraus verborum in pactionibus & actionibus bellicis ſit licita.

Th. V. Minùs acuta conſilia quæ:

Expl. I. Diſcordiam inter hoſtes ſerere quàm fructuoſum.

D. *Quomodo procuratur.*

Quomodo adverſarius in iis ſe gerere debeat.

Expl. II. Exploratorum utilitas & neceſſitas.

Quales homines adhiberi debeant.

Notabilia quædam de aſtu exploratorum demonſtrato, & de Urinatoribus.

Exploratio per privatos fieri quidem poteſt, non verò per Principes & Duces ipſos ob pericula.

Ubi ejus exempla.

Quid per proditores hîc intelligamus.

Ubi de cauſis eorum impulſivis, & de iis judicium.

Prodi-

Proditionem amore, proditorum odio plerumq; dignum æſtimari: Nonnunquam etiam pœnâ ab illo, in cujus gratiam fit, affici, ut per exempla probatur.

Ejus ſpecies eſt perfidia.

Hiſtorea de columbis epiſtolarum latoribus, & de aliis modis ellas ſecretò in obſeſſas urbes perferendis.

Expl. III. Adducere Duces hoſtes in ſuſpicionem ad ſuos utile.

Ubi ejus tres modi referuntur, & Principes ſuſpicaces eſſe demonſtratur.

Expl. IV. Interceptio commeatus & militum hoſti admodùm nocet.

Expl. V. Inſidiarum ſtructio, ſi perfidia ac violatio promiſſorum abſit, ſimul ſtratagemata in genere licita ſunt.

Expl. VI. Hoſtis in loco iniquo detentio dimidium victoria eſt.

Expl. VII. De nocturnis præliis & invaſionibus quid ſit ſtatuendum.

Expl. VIII. Rumor de adventantibus novis auxiliis & fugiente hoſte utilis.

Expl. IX. Ad corrumpendos utiliter hoſtium Duces aurum plurimùm poſſe.

Et an talis corruptio uti utilis, ita etiam honeſta ſit.

Th. VI. De Machinis & ioventionibus bellicis in ſpecie ſic dictis.

Expl. I. Quædam de Machinis & inventionibus licitis.

Expl. II. De inventionibus & mediis illicitis.

TH. I.

Fuit prælium: Sequitur inventio bellica, ad quam (1.) Conſilia, quæ ſunt directa & obliqua ſive occulta. (2.) Machinæ & inventiones bellicæ, pertinent.

TH. II.

Directa Conſilia bellica appellantur, quæ peritiſſimis quibusque ac probatæ fidei Ducibus ac Conſiliariis ad deliberationem adhibitis vel de totius belli gerendi ratione, vel de particularibus ejus actibus rectè & feliciter perficiendis ordinariè & ſecundum artem bellicam agitantur.

Expl.

1. *PLanè neceſſaria uti in Civilibus, ita vel maximè in bellicis rebus & negociis ſunt conſilia, quia ſine iis judicio Lipſii lib. 5. Polit. c. 16. omnes bellorum apparatus ſunt fumus, omnes vires fumus. Rectè ſiquidem Cicero 1. de Offic. c. 22.* ſcribit: *Parva ſunt arma foris, niſi ſit conſilium domi: Et Tacit. 2. Annal. c. 26. Plura conſilio, quàm vi perficiuntur. Timet enim, atque eum deficere omnia videntur, qui in ipſo negocio conſilium capere cogitur. Cæſar de Bello Gallico lib. 5, pag. m. 124. Idem Cicero in Catone Majore c. 6. Non viribus aut velocitatibus aut alacritate corporum res magna geruntur, ſed conſilio, auctoritate, ſententiâ.* Cui conſentit *Agath. lib. 2. cap. 12. & Annibal apud Liv. lib. 25. c. 11. & Plut. in ejus vita c. 7.* dicens: *Multa, quæ naturâ impedita ſunt, conſilio expediuntur.* Expreſſit hoc eleganter juxta & prudenter *Polyb. lib. 1. c.* A. 35. de prælio inter Carthaginenſes & Romanos commiſſo, ita ſcribens: *Quod rectè olim dixit Euripides,*

Mens una ſapiens plurium vincit manus,

ex ipſis rebus manifeſtam tunc fidem invenit: Unus quippe vir (intelligit Xantippum Carthaginenſium novum Ducem) *& Conſilium unum Legiones, quæ propter ſolertiam ac præſtantiam in re militari vinci non poſſe credebantur, delevit: Civitatem verò illam, quam penitùs concidiſſe palàm erat, militumque animos, qui ex deſperatione ipſum quoque animi ſenſum amiſerant, recreavit & erexit.* Ita veriſſimè *Fabius apud Liv. lib. 22. c. 25.* dixit: *Imperatore bono haut magni momenti fortunam eſſe, mentem rationemque dominari.* Quibus conſentit ſapientiſſimi Regum *Salomonis effatū in Eccleſ. c. 9 v. 16. & 18. Melior eſt ſapientia, qi àm vires, & vir prudens, quàm fortis. Et Tac. 13. Ann. 6.* ita ſcribens: *in ſumma fortuna pleraq; auſpiciis & conſiliis,*
B. *quàm telis & manibus geruntur.* Nec non *Saluſtius de Bello Catil. c. 2. Periculo atque negociis compertum eſt, ingenium in bello plurimum poſſe.* Jactavit hinc de ſe *Amurathes Turcarum Imperator*, ſe Conſtantinopoli ſedentem (hoc eſt conſilia agitantem) plures res geſſiſſe, quàm ullus ex majoribus ſuis in ipſa acie perfecerit. *Vide Bornm. de Scient. Perf. Polit.* §. 40. Laudatur etiam eo nomine Henricus III. Hiſpan. Rex à Santio P. 3. Hiſt. Hiſp. c. 24.

Monendum autem hic conſiliis adjunctas debere eſſe vires militares, ut benè indicat *Euripid. in Phœniſſ. poſt medium ibi. Spectasne manuum robur an vim conſilii? utrumque conjunge, ſeorſim nil valent, & Onoſand. Stratag. c. 1.* his verbis: *Qui verò aut corporis vires abſq; ingenii conſilio aut conſilium abſq; viribus probant, falluntur nec bilum proficiunt. Nimirum omiſſà prudentiâ nihil ſapienti calliditate*
C. *conſulitur, viribus deficientibus nihil rectè conſultum perficitur.* De quo pluribus agit *Rupert. ad Saluſt. in Bello Catilin. c. §. 4.*

Vide quæ prae. part. 2. Sect. 1. c. 4. th. 4. expl. 1. notata ſunt.

Objectum varium conſilii bellici vide apud Kircher. in Archetypo Politico l. 1. c. 9. Documento 4.

Sunt autem conſilia bellica maximè occultanda, quia nulla meliora ſunt, quàm illa, quæ ignoraverit adverſarius, antequam facias. Veget. l. 3. c. 26. unde enim paucioribus & fidelioribus communicanda, ſecundum *eundem dicto loco & Imper. Leonem c. 20. §. 8. & c. 4. §. 10. ubi uterq; hanc regulam tradit, quid fieri debeat, cum multis, quid verò facturus ſit, cum pau-*
D. *ciſſimis ac fidiſſimis, vel potius ipſo ſecum tractato quod etiam Modeſtus de vocab. Rei milit. in f. iisdem verbis inculcat. Ad imitationem quæ ad ultimum Metelli ajentis, ſe interiorem ſuam tunicam crematurum, ſi conſilii ſui eam eſſe conſciam ſentiret. Valer. Max. lib. 7. c. 4. n. 5. & Frontin. l. 1. c. 1. n. 12. quod dictum poſtea* quoque à multis & inter eos Petro Arragonio, Mauritio Saxoniæ Electore, Guſtapho Adolpho Sueciæ Rege fuit uſurpatum vide *Marſel. de Legat. l. 1. c. 45. & Zincgr. in Apophth. Germ. p. m. 105.*

Laudatur quoq; hoc nomine Julianus Imperator à Libanio in Orat. Funebri his verbis: *Cum maximum momentum in ſilentio eſſe cerneret, neque profectionis (adverſus Perſas) tempus, neque quâ viâ irrupturus eſſet, neq; machinarum ſpeciem, neq; quicquam eorum, quæ volvebat animo, patefecit, gnarus, ſimulatque quid evulgatum eſſet, ad exploratorum aures permanare.*

manare, & Albanus à Zevecot. in Obſerv. ad Suecon. c. 65. p. m. 155. A. *Optimè hinc Alexander Farneſius apud Strad. Dec. 2. l. 1. p. m. 18.* dixit, *Conſilia omnia & præcipuè bellica tam diu eſſe tuta quàm diu tecta.*

De Perſarum laudabili ſilentio legi poteſt Curt. l. 4. c. 6. De quo plura præc. parte 2. Sect. 1. c. 1. th. 18. expl. 1. conſignavimus.

Cur autem in bello, inprimis jam inchoato, conſilia magis quàm in pace occultanda ſint, rationes ſequentes urgent.

Quia (1.) objectum bellicorum conſiliorum, quòd magnâ ex parte in occaſione ex hoſtium propoſito, actionibus & erratis capiendâ conſiſtit, in propinquo verſatur, adeoque, ne illa innoteſcant, ac ita occaſio evaneſcat vel in noſtrum damnum in- B. vertatur, ſummoperè cavendum eſt.

(2.) In bellico ſtatu illa majoris momenti & periculi ſunt, quam in civili, quoniam illa potiſſimum & principaliter in hoſtis internecionem & deletionem directa ſunt, & integrarum Provinciarum jacturam ac familiarum ſuppreſſionem in dorſo ſecum ferunt, adeoque propalata maximè nocent, cùm præſertim in bello bis peccare non liceat.

(3.) Illorum proditio & evulgatio quandoque totum belli ſtatum cum jacturâ immenſorum ſumtuum, & belli inchoati infauſto exitu invertere poteſt, quæ omnia in pacato ſtatu ſe aliter habent, utpote in quo ſimul conſilia prodita facilè corrigi & in integrum reſtitui vel alium meliorem ſtatum transformari poſſunt. C.

II. *Conſilia hæc directa ad hos ſcopos tendunt.*

1. *Occaſio in bellis obſervanda.*

Solet enim hæc amplius juvare quàm virtus, Veget. l. 3. c. 26. cui conſentit Sophocles in Electra v. 75. & ſeq. 161.

Nam tempus adeſt, quod inter homines
Omnibus in rebus dominatur maximè

Et in Philoct. v. 851. & ſeq. ibi

Occaſio, quæ omnium conſilia ſuperat,
Vim magnam in promtu ſuppeditat.

Et plura negotia opportunitate occaſionum, quàm viribus fuiſſe confecta tradit Cicero apud Dion. l. 45. f. m. 293. Optimè Polyb. l. 10. c. 39. Ad perficienda ea, quæ animo deſtinaveris, plurimùm valere occaſionem, tum in omnibus rebus, tum in bellicis maximè, id verò nemo eſt quin ſciat. Puncto enim temporis maximarum rerum momenta vertuntur. Liv. l. 3. c. 27. & nihil in bello tam leve eſt, quod non magnæ interdum rei momentum faciat. Id. lib. 25. c. 17. Ac, ut Cicero 5. Phil. c. 10. dicit Minimis momentis maximæ inclinationes temporum fiunt, cum in omni caſu reſp. tùm in bello & maximè civili, quod opinione plerumq; & famâ gubernatur, nec non Cæſar l. 1. de B. C. p. m. 235. ſæpè in bello parvis momentis magni caſus intercedunt. Niceph. Gregor. l. 1. Hiſtor. Rom. de Imper. Alexio. Exiguum interdum malum neglectum ingens periculum peperit, & parva copia celeritate & feſtinatione ſæpè magnos exercitus ob ſocordiam officiiq; neglectum ſuperarunt. D. Indicat hoc etiam *Scipio apud Liv. l. 28 c. 44.* his verbis: *Viri & Ducis eſt non deeſſe fortunæ præbenti ſe & oblata caſu flectere ad conſilium. Et Valens apud Tac. 1. Hiſt. c. 52.* Vitellium adverſus Galbam ita inſtigans, *Pande modo ſinum & venienti fortunæ occurre.*

Hinc optimè Olgerdus Magnus Lithuaniæ Dux apud Kojalovicz. P. 1. Hiſt. Lituana p. m. 293 Non ille Imperator eſt, qui bellandi momenta in amiet differendo occaſionibus quærendis indormit, ſed is, qui ipſam occaſionum egeſtatem in belligerandi commoditates vertit.

Occaſio verò oblata ideò non prætermitti debet, quoniam illa ſe habet quaſi organum quoddam rei benè gerendæ à fortuna vel caſu nobis oblatum in momento prætervolans, & rarò vel nunquam ſe iterum offerens. *Mauritius in Strateg. l. 8. c. 3. p. m. 187.* Quod etiam indicat *Marcius ad milites apud Livium l. 25. c. 38.* his verbis: *Si in occaſionis momento, cujus prætervolat opportunitas, cunctatus paulum fueris, nequicquam mox omiſſam quæraris. Nicephorus Caliſtus l. 16. Hiſt. Ecclеſ. c. 27.* de Bello inter Martianum & Zenonem geſto ita judicans. *Occaſio eſt aquila ad pedes advolans, & facile capi ſe ſinens: Negligis? tu altum aufugit, vis ſequi? ridet illa tam citò non reditura:* addens *ideo occaſionem fronte capillatam, occipitio autem calvam à veteribus pictam eſſe.* Quod etiam iudicat *verſus Catonis* notus.

Fronte capillata eſt, poſt hæc occaſio calva.

de qua etiam legi poteſt *Auſonii elegans Epigramma n. 12. & Alciat. l. 1 Embl. 16 & ibi Comm. Claudii Minois, ubi figuram illam à Lyſippo inventam eſſe tradit.* Hinc eleganter *Maugenbertus in Practica Prudentiæ Politica & militaris Axiomate 31. Ipſa fortuna cum mortalium res turbat domina, occaſionis ancillam ſe fatetur, ceditque. Oriturq; illa ex noſtris & hoſtium factis ſecundum circumſtantias prudenter beneque comparatis. Sic ex. gr.* ſi hoſtis nobis furtivo impetu nociturus à nobis idem tentantibus citra illius ſcientiam vel opinionem in loco apto offendatur, penſuatâ noſtra & illius potentiâ improvisò potiùs aggrediendus quàm ſalvus dimittendus eſt, cum *ſubita improviſò maximè terreant*, uti in *ſeq. n. 17.* demonſtravimus. *Plura præc. c. 4. th. 6. expl. 1. n. 3. ubi de mandatis liberis actum eſt, & præc. c. 7. th. 5. expl. 1.* conſignavimus, & apud *Le Bleuum in Carologiâ* nec non *Luſing. de Increm. Imper. l. 1. c. 11.* legi poſſunt.

2. *Ingenium Ducis hoſtilis ante omnia probè dignoſcendum eſt.*

Optimè hoc cognovit Polyb. l. 3. c. 81. ita ſcribens: Errat & cocâ mentis caligine laborat, ſi quis inter Imperatorias virtutes ullam potiorem ducit, curâ explorandi ingenium & naturam Ducis adverſariorum. Quemadmodum ubi vir cum viro aut ordo cum ordine decertant, eum, qui victoriam reportare cogitet, diligenter attendere opus eſt, quâ ratione voti compos fieri poterit, ſive quid nudum, ſive quid intectum ab armis in adverſario deprehendi queat: Sic eos oportet, qui ſummæ belli profunt, obſervare non quidem quid in corpore pateat, ſed quâ parte animi Dux hoſtiū facilius capi queat. Et paulo poſt recenſitis vitiis hoſtium, in quibus capi poſſint, ſubjiciens: *Quamobrem ſi quis aliorum peccata poſſet cognoſcere, & eà hoſtes aggredi, quà & per quæ facillimè Dux illorum eſt expugnabilis: hic breviſſimo tempore omnium dominaretur.*

Laudatur eo nomine ab illo præc. c. 80. & Liv. l. 22. c. 3. & 41. Hannibal & à Tac. 2. Annal 20. Tiberius his verbis: *Nihil ex iis Cæſari incognitum, conſilia, locus, prompta, occulta noverat, aſtuque hoſtium in perniciem ipſis vertebat.*

Addo

Adde his, quæ ſeq. n. 11. adducta ſunt.

3. Fama modò ſerviendum, modo non ſerviendum eſt. Plura ſiquidem famâ quam pugnâ exterrentur Tacit. 13. Annal. 37. illa bella profligat, Id. in Germ. c. 13. & Liv. lib. 27. c. 47. fama bellum conficit & parva momenta in ſpem metumque animos impellunt: nec non Curt. l. 5. c. 13. fama maximum in bello momentum eſt, ac l. 8. c. 8. Fama conſtant, & ſæpè etiam, quod falsò creditum eſt, veri vicem obtinet. Immo cuncta per illam in majus creduntur Tac. 3. Annal. 44. Sic fama occiſi Orodis falsò credita exterruit Parthos, Victoriamque conceſſêre. Idem 6. Annal. 35. Plura præced. cap. th. 8. expl. 9. n. 4. annotata ſunt. Contra monente Quinctio Fabio apud eundem Livium lib. 22. c. 39. ſæpe adverſus famam rumoreſque hominum firmiter ſtandum: uti Fabius fecit, & Ennio ita canendi occaſionem dedit:

Unus homo nobis cunctando reſtituit rem:
Non ponebat enim rumores ante ſalutem.

B. Apud Cicer. 1. de Offic. 24. Plerumque enim ſuſpicionibus laboramus, & illudit nobis illa, quæ conſicere bellum ſolet, fama. Seneca epiſt. 13. Et nunquam ad liquidum fama perducitur, omnia illâ tradente, majora ſunt vero. Curt. lib. 9. c. 2.

Notandum hîc incidenter, famam alicujus victoriæ, mortis, vel aliarum rerum in longinquo loco geſtarum ipſo quaſi momento advolaſſe, & quandoque etiam factum ipſum præoccupaſſe.

Sic eodem die, quo victus eſt Perſes Macedonum Rex, duo juvenes candidis equis apud Juturnæ lacum pulverem & cruorem abluentes, victoriam nunciavêre, referente Floro lib. 2. c. 12. & Ciceron. 2. de Nat. Deor. c. 2. Quod tamen incerto rumore & quidem quarto demùm à prælio die eveniſſe, magis veriſimiliter narrat Livius lib. 45. in pr. & Plutarch. C. in Æmylio Probo c. 40. Idem Florus lib. 3. c. 3. circa tempus victoriæ à Cimbris obtentæ obtigiſſe refert. Sic illo ipſo die, quo Auguſtus Pompejum in Sicilia devicit, victoriam illam miles quidam Romæ ſubſiſtens, furore Deûm alicujus correptus annunciavit, referente Dion. lib. 49. f. m. 400. & ſeqq. Simile quid poſt prælium inter Romanos Conſules Nerone & Livio & Pœnos duce Asdrubale commiſſum factum fuiſſe refert Liv. lib. 27. c. 52. Et in prælio inter Locrenſes ac Crotonienſes in Italia commiſſo victoria Corintho, Athenis & Lacedæmone nunciata fuit Juſtin. l. 20. c. 3.

Similiter antequam Sylvanus tyrannus occiſus eſſet in Gallia, Romæ in circo maximo Populus incertum ratione quadam percitus, an præſagio, Sylvanus devictus eſt, magnis vocibus exclamavit, teſte D. Marcell. 15. Hiſtor. p. m. 44. Plura exempla veterum vide apud Plut. d. l. c. 41. & ſeq.

Ita quoq; cùm Gallicus exercitus ductu Enguiani Principis Auſtriacos & Bavaros propè Nordlingam anno 1646. in Aug. prælio ſuperaret, Lutetiæ ante pugnam victoria publicata fuit, referente Priolo de Reb. Gall. lib. 2. c. 14.

Mirabile eſt, quod Johannes Calderinus in Diſcurſibus ad Boteri Regulas Status, Diſcurſu 21. & ex Apoll. Calder. Rupert. ad Val. Max. l. 1. c. 4. & 5. p. 82. latiùs his verbis refert, Anno 1375. (alii 1378. rectius, tunc enim Papa ille mortuus eſt) cum Papa Gregor. XI. & Florentinorum Procuratores, uti & aliorũ Italiæ Principũ Legati belli triennalis ſopiendi cauſâ Serezanam ſe contuliſſent, Florentiæ (6. Cal. April.) circa ſecundam noctis horam portam Civitatis im-

A. manibus pulſibus concurriſſe, & vigilibus, quis? unde? & quare hoc tempore? adeſſet, quærentibus, reſponſum datum fuiſſe, ab eo, quiſque ille oleæ ramum prætendens fuerit: Serezanâ ſe venire proſpera res nuncium. Apertâ igitur portâ nuncius quidem nullus, cæterùm oliva ibi appenſa videbatur. Conſtitit poſteà ipſa hora, quâ Florentia iſthac imagine turbata eſt, Pontificem Serezanæ mortuum, & ſublato è rebus humanis hoſte pax tantoperè deſiderata Populo Florentino contigit.

Simile ferè in nuncio victoriæ contra Aretinos obtentæ apud eoſdem obtigiſſe narrat Fulgoſius in factis dictiſque memorab. l. 1. c. 6. ſub recentior. p. m. 98.

4. Hoſtis ante contractum robur & dum adhuc metu conſternatus eſt, invadendus:

Ratio per ſe eſt, quia ita hoſtis faciliori viâ opprimi poteſt. Exſpectare ergo dum hoſtium copiæ augeantur, ſumma dementia eſt, Cæſar l. 4. de Bello Gall. p. m. 85.

Obſervarunt illud omni tempore prudentes Duces. Sic Cn. Scipio in Hiſpaniam cum exercitu miſſus, cum Hannone copiam prælii faciente prudenter conflixit: ſciebat enim, ſibi cum duobus Ducibus & exercitibus dimicandum eſſe, idcoque malebat adverſus ſingulos ſeparatim, quàm adverſus duos ſimul rem gerere. Liv. lib. 21. c. 60. Idem L. Marcius apud Livium lib. 25. c. 37. & Scipio Junior apud Plutarch. in ejus vita c. 17. adverſus Hiſpanos feliciter uſurpavit.

Sic etiam Antonius primus animadvertens Vitellium ex Germania, Britanniâ, Galliâ & Hiſpaniâ auxilia adſciſcere, feſtinato prælio victoriam præcepit, Tacit. 3. Hiſt. c. 15. Aliud exemplum in Julio C Cæſare refert Dio l. 43. poſt pr.

Pertinet huc monitum illud ex prudentia militari, hoſtem dum flumen aliquod magnum & non vadabile vel loca paluſtria, per pontem tranſit, ex improviſo invadendum eſſe, quia ita ſeparatus & auxilia prioribus trajectis ſubmittere impeditus facilè fundi, & clade aliqua affici poteſt.

Ita Timoleon in tali tranſitione ſuper pontem fluvio Cremeſo inſtratum, exercitum diſſipatum Carthaginenſium 70000. militum conſtantem, inauditâ fortitudine cum bis mille militibus ex improviſo aggreſſus, illum fudit, hoſtium decem millia interfecit, quinque millia cepit, & immenſam prædam omnis generis obtinuit, ut latè recenſet Plutarch. in ejus vita c. 30. & ſeqq.

Et Annibal Carpentanorum 100000. fudit apud Liv. l. 21. c. 5. quod etiam Artabaces unus ex Romanis Ducibus ante prælium cum Totila ineundum apud Procop. l. 3. Hiſt. Goth. f. m. 313. ſuaſit.

Culpat ideò Thuanus Fœderatos Germaniæ, Proteſtantes dictos, quòd in bello contra Carolum V. Imperatorem geſto, cum ipſum, antequam copias univerſas contraxiſſet, opprimere potuiſſent, magno ſuo cum malo moras nexuerint. lib. 2. hiſtor. f. m. 35. & ſeq. ac f. 42.

De illo, hoſtem, dum adhuc metu conſternatus eſt, adoriendum eſſe, res per ſe clara eſt, conſuli tamen poteſt Dion. Halic. lib. 8. c. 72.

5. Nonnunquam ex. gr. ſi hoſtis magis ex primo impetu, quàm vera belli ſcientia formidabilis ſit, aut ſpes plena effulgeat illum absque

prælio

prælio ſemetipſum, puta fame, contagione & ſimilibus A. conſumturum eſſe, *apertâ pugnâ abſtinendum, & ille ſolummodo arctè claudendus, & ita bellum ſtudiò trahendum eſt.* *Ratio hæc eſt*, quod ita primo fervore evaneſcente, animus & vires tali hoſti poſtmodùm deſint, uti *n.1.* paulò antè dictum eſt, & ille minori damno & nullo periculo vincatur, cùm quandoque óccaſione ad pugnam datâ ex deſperatione creſcat animus, & victoriam ſibi pollicitus ſæpè vincatur, ut *ſeq. c. 11. th. 8. explic. 1.* dicetur, & ejus rei exemplum Livius recenſet *lib. 7. c. 12. & ſeq.* *Plura præc. c. 5. th. 8. expl. 1. n. 9. annotata reperies.*

6. *Securitas fugienda, & hoſtis non contemnendus. Ratio, quia* nemo faciliùs opprimitur, quàm qui nihil timet, & ſecuritas frequentiſſimum calamitatis initium eſt. *Paterc. lib. 2. c. 118.* *Plura vide d. c. 5. th. 8. expl. 1. n. 1. notata,* & apud *Lipſium 5. Polit. 16.* *Et ideò etiam hoſtem victum formidandum eſſe, benè tradit Rupert. ad* B. *Paterc. lib. 1. c. 12. §. 1.*

7. *Hoſtis ideò ad deſperationem non eſt adigendus*: de quo *ſeq. c. 11. th. 8. expl. 1.* dicetur.

8. *Hoſtis eò deducendus eſt, ut nolit nocere, vel non auſit, licet poſſit, & nequeat, licet velit, ut Mæcenas apud Dion. l. 52. f. m. 491 Auguſto ſuadet.* *Primus ſit*, ſi ille per beneficium & clementiam firmam in amicitiam recipiatur, & nobis concilietur, ut benè ſentit *Herennius Pontius* Pater apud *Liv. lib. 9. c. 3.* *Extat hoc notabilis ſermo, à Franciſco I. Galliarum Rege in Hiſpania captivo habitus: Trium ſe optionem Carolo Cæſari facere, aut ſe æterno carcere vinctum teneret, aut inſigni liberalitate priſtinâ libertate donaret, ſe tanti beneficii memorem ant gratum in omni vita futurum: aut, ſi tanta Burgundiæ potiundæ animum Cæſaris cupiditas invaſeret, ut è vinculis ſe eximat, conceſſurum: amicitiam nullâ ratione miturum, ſed omnia hoſtilitatis ſigna editurum.* Sicut ver- C. botenus refert *Maurocenus lib. 2. Hiſtor. Veneta fol. m. 56.*

Laudatur inde Hiſtoricis & Politicis Romulus, quod pleroſque victos in ſuam Civitatem receperit. Agnoſcit hoc *Seneca 2. de ira, cap. 34.* ita ſcribens: *Quid hodiè eſſet imperium, niſi ſalubris providentia victos permiſcuiſſet victoribus?* Quod inter alios imitatus eſt *Carolus M. in devictis Saxonibus, teſte Eginhardo in ejus vita.*

Ubi tamen Politici monent, cautè receptionem talem inſtituendam eſſe, ne ſerpens in gremio juxta proverbium alatur: *Cùm* multæ gentes ejus ſint ferocitatis, ut nullis beneficiis devinciri poſſint. *Et ergò* ingenium & numerum recipiendorum probè perpendat victor. Vide *Xenoph. in Cyropæd. cap. 81. & junge, quæ ſeq. c. 12. th. 7. expl. 3. de infidelitate quarun-* D. *dam nationum conſignavimus.*

Poſterius verò obtinetur, quando vel Dux & Princeps adverſariorum perpetuo mancipatur carceri, vel hoſtes totaliter funduntur, iiſque omnes vires ſe recolligendi adimuntur., ſicut de *Julio Cæſare* prodidit *Sueton. in ejus vita c. 60.* *Illum nempè nullum hoſtem fudiſſe, quem non caſtris quoque exuerit, & ita nullum perterritis ſpatium dediſſe.* *Utrumque egregiè annotavit Livius d. lib. 9. c. 3.* de Herennico Pontio Samnite referens: *Illum ubi accepit ad Furculas Caudinas inter duos ſaltus clauſos Romanorum hoſtiles exercitus ad filii Samnitum Imperatoris conſultationem reſpondiſſe hoſtes omnes quamprimum inde inviolatos dimittendos, ac ita, ut ſuprà dictum, per ingens hoc beneficium perpetuam firmandam eſſe pacem amicitiamque, aut omnes ad unum interficiendos, ut nocere non poſſent, quum ea ſit Romana gens, quæ etiam victa quieſcere nequeat: Mediam verò ſententiam neque amicos parare, neque inimicos tollere.* Videatur ibi ejus conſilium integrum lectu dignum: *Eventus* medii conſilii arrepti Samnitibus magno damno ſtetit, ut idem in ſequentibus refert.

Uti verò prior modus multò ſecurior poſteriore, ita etiam magis eligendus eſt: Quò facit diſcurſus ille, quo Socrates Crœſo interroganti, quid eſſet maximum & precioſiſſimum ex Regno conſecutus, & reſpondenti, ut hoſtes ulciſceretur, & amicos beneficio afficeret, regeſſit illum multò melius feciſſe, ſi & illos ſibi amicos aſciviſſet, referente *Maximo ſerm. 6.*

9. *Hoſtis à tergo non relinquendus.* *Ratio eſt*, ut evitetur bellum, & inſidiæ à tergo removeantur. *Sic Romani* priusquam moverentur, tolli à tergo Samnitem hoſtem volebant. *Liv. lib. 8. c. 3.* *Sic Antiochus* filium ſuum cognominem in Syriam ad cuſtodiam ultimarum partium Regni miſit, ne quid abſente ſe à tergo moveretur. *Liv. lib. 35. c. 14.*

10. *Ex hoſtium erratis noſtra corrigenda.* *Ratio, quia* ita ſine noſtro damno prudentiores facti, mala & infortunia à nobis divertimus. *Egregiè hanc in rem eſt Polybii lib. 1. c. 35. doctrina: Cùm duæ univerſis mortalibus propoſitæ ſint ad proficiendum rationes, per proprios caſus, aut per alienos: evidentior quidem illa eſt, quæ per propria ducit infortunia: at tutior illa, quæ per aliena. Itaque viam priorem ſponte ſuâ nemo unquam debet ingredi: magnis enim ejuſmodi correctio laboribus conſtat & periculis: Poſterior ſemper nobis captanda, per quam ſine ulla noxa id, quod melius eſt, cernere unicuique licet.* Pertinet huc vulgaris verſus:

Felix, quem faciunt aliena pericula cautum.

Ita Cæcina & Valens, quando hoſtis imprudentia rueret, quod loco ſapientiæ eſt, alienam ſtultitiam opperiebantur. *Tacit. 2. hiſtor. 34.*

Prudenter tamen monet Archidamus apud Thucyd. lib. 6. p. m. 271. *Errata hoſtium quidem omninò animadvertenda eſſe, ſed ita, ne ex illis magis, quàm ex propria virtute ac diligentiâ ſpes noſtra dependeat.*

11. *In omnia hoſtium, illorum nempè actiones, regionem, loca & itinera, uti etiam tranſitus in hoſtico obvios diligenter inquirendum.* *Ratio eſt, tùm quia* ex cognitione actionum hoſtilium ſuas actiones inſtituere, & prudenter ad effectum deducere, *tùm quia* ita multa pericula evitare poteſt, cùm aliàs ignotus in hoſtico facilè unà cum exercitu ſuo, ſi non in extremum diſcrimen, pericula tamen multa improvisò incidere queat, *ut demonſtrat Veget. lib. 3. c. 6.* ac *Haythonus in Hiſt. Orient. c. 49. & obſervavit adverſus Annibalem Scipio apud Liv. l. 21. c. 29.* Bellè complectitur hæc omnia *Silius lib. 8. in medio*:

— — Tu, proh Superi! tu protinùs arma,
Tu campum noſcas antè, exploretque trahendo,
Quantum hoſtis ritus valeat, quæ copia rerum,
Quæ natura loci, quod ſit vimabere ſolers
Armorum genus, & ſtantem ſuper omnia tela
Fortunam aſpicias.

Ita Romanorum exercitus, cùm ejus Dux *L. Manlius* in itinere verſus Mutinam per ſylvam inexploratò inſtituto ab inſidiis ſibi non caviſſet, multa cum cæde ægrè in apertos campos emerſit, *Liv. l. 21. c. 25.* *Similiter cùm L. Poſthumius* viam non probè exploraſſet, in Sylva Litana, quam Galli ab utraque viæ parte ita inciderant, ut arbores immotæ ſtarent, & momento levi impulſæ occiderent, impulſu & ſtratione illarum, cùm in ea perduceretur, totus obrutus & interfectus eſt, ut ſaltem decem homines evaſerint. *Id. lib. 23. cap. 25.*

Idem Stratagema adverſus Caſimirum II. Polon. Regem Petrus Valachorum Princeps uſurpavit. *Cromerus Hiſt. Polon. lib. 12. fol. m. 213. & Mechov. in Chron. Polon. l. 4. c. 20. in pr.* *Imprimis verò ſylva* per exploratores benè perſcrutandæ, quia illæ inſidiis tegendis maximè aptæ ſunt. *Curt. lib. 7. c. 7.* *Similiter Romani*, cùm ſine exploratoribus exercitus adverſus Samnites per furculas Caudinas ducerent, ab hoſtibus improvisò intercepti, nec retrogredi, nec progredi valentes, in ſummum periculum inciderunt, ita, ut turpi pace ſe tandem liberare coacti fuerint, ut recenſet *Livius lib. 9. cap. 2. 3. & ſeqq.*

Et illud non obſervans Fulcaris ſibi & exercitui ſuo exitium paravit. *Agathias lib. 1. c. 11.*

Laudatur Annibal, quod omnia hoſtium non ſecus ac ſua nota habuerit. Livius lib. 21. c. 3. & 41. *De Philopœmene refert Idem lib. 35. c. 28.* illum omnia hoſtium loca accuratè cognoviſſe, & omnes caſus fortè obventuros animo agitaſſe, & de illis deliberaſſe, ubi videatur. *De Julio Cæſare idem refert Sveton. in ejus vita cap. 57. & de Germanico Tacit. 2. Annal. 20.* *Conſideravit hoc optimè prudentiſſimus belli Dux Alexander Farneſius*, qui apud *Strad. Dec. 1. pag. m. 594.* conſilium ſuum Johanni Auſtriaco detegens inter alia inquit: *Sapientis eſt Ducis non ſua tantum vota viresque, ſed etiam hoſtis expendere: ſecumque ſedulò & quaſi ſubductis rationibus reputare, quem ſibi, quem hoſti fructum afferre poſſit ſecunda aut improſpera belli ſors.* *Pertinet huc monitum Q. Fabii apud Livium l. 27. c. 42. M. Livio datum: Ne priusquam genus hoſtium cognoſſet, temerè manum conſereret. Plura vide apud Rupert. ad Flor. lib. 2. c. 12. n. 5. & præc. n. 2. annotata.*

Referri huc debet miniſterium & uſus exploratorum, de quo ſeq. th. 5. expl. 2. actum.

Quibus addendum, Attilam ad quatuor Imperii ſui limites tales collocaſſe, quo cuncta hoſtium ſubitò comperire poſſit, ut refert Bonfin. Decad. 1. lib. 5.

12. *Locus prælio aptus eligendus, & pro ejus qualitate acies inſtruenda.*

De quo *præced. cap. 7. th. 6. expl. 2. num. 1. & 2.* actum eſt.

13. *Peritè acies inſtruenda pro ratione loci & hoſtium ingenio.*

Quantum in peritâ aciei ſtructurâ ſitum ſit, quoque d. th. 6. expl. 3. dictum.

Ita ſolâ aciei inſtructæ ratione Romanorum infractum exercitum vicit Xanthippus, teſte *Polyb. lib. 1. c. 32. & ſeqq.*

14. *Hoſtis vis & potentia prudenter diſtrahenda, & imminuenda.*

Ratio: Quia, ſicut unitæ vires fortiores, ita diſſipatæ minùs validæ ſunt: *Obtinetur verò diſſipatio virium*, *vel* ſi quis hoſtem in diverſis ſimul locis adoriatur, eumque cogat exercitum in multas dividere partes: *vel hoſtem* in tranſitu fluminis adoriatur, de quo ſub *præterito n.* (4.) quædam annotata, vel eundem in hoſtico populantem, aut oppida obſidentem, per contrariam in ejus provincias invaſionem, depopulationem aut obſidionem locorum fortium à propoſito & cœpto, ſi non totaliter, ſaltem per partes diſtrahat, adeòque invalidum ad ardua quædam peragenda reddat.

Modus hic jam olim notiſſimus fuit. *Sic enim* Agathocles Syracuſanorum Rex Carthaginenſium viribus impar, ut obſidionem Syracuſarum aſtu tolleret, in Africam cum copiis ſuis trajecit, ut metum metu, vim vi diſcuteret, neque ſine effectu: Nam repentino ejus adventu perculſi Pœni libenter incolumitatem ſuam hoſtium ſalute redemerunt, pactique ſunt, ut eodem tempore & Africa Siculis, & Sicilia Punicis armis liberaretur. *Val. Max. l. 7. c. 4. in extern. num. 1.* ad quem locum vide *Oliverium in Notis.*

Sic Conſules Romani Lucretius & Veturius contra Æquos & Volſcos exercitum ducentes optimum conſultando eſſe duxerunt, per oppida hoſtium circumferre bellum, cogitantes conjunctas illorum copias facilè diſſipatum iri, ſi ſua quisque oppida in ſummum diſcrimen adducta cognoſcerent, *ſatiusque putaturos, ſua defendere, quàm res hoſtium peſſumdare, Halicarn. lib. 9. c. 86.* *Sic quoque Hannibal Romam contendit ad divertendos hoſtes à Capua non ad Romam obſidendam. Liv. lib. 26. c. 7.* *Ac Scipio Junior* in concilio Patrum oſtendit, bello à Romanis in Africam tranſlato Annibalem ſolum ex Italia deduci poſſe, apud *Plut. in ejus vita c. 20. & Liv. l. 28. c. 43. & ſeq. ut etiam factum teſte illo c. 35. hoc. lib. 30. c. 20.* *Et Hadingus Danorum Rex infeſtis armis* Gothiam & Sveciam premens, ab Uſſone Rege claſſe in Daniam trajiciente ad ſua defendenda revocatus, & ſic patria à bello liberata eſt. *Joh. Magnus lib. 2. Hiſt. cap. 11:* *Laudatque hanc divertendi hoſtis rationem ita, ut eâ ipsâ bella vinci ſtatuat Alphonſus Rex apud Gvicc. lib. 1. Hiſtor. p. m. 63.* *Similiter Albertus Brandenburgicus*, cùm hoſtes ejus Mauritius Saxo & ſocii ad illum in Franconia debellandum copias ducerent, celeriter in Saxoniam exercitu movit, & ita hoſtes ad inſequendum, ac à propoſito deſiſtendum coëgit. *Sleid. lib. 25. in pr.*

Eſt verò ſpecies diſtractionis talis, quando

(1.) *hoſti noſtro novi hoſtes excitantur*, *ita enim* ad illorum impetus ſuſtinendos vel avertendos copias ſuas dividere tenetur, quod ſemper *Galli* obſervarunt, *modò* Turcam, *modò* Venetos, *modò* Pontifices, *modò* Anglos, *modò* Principes Imperii in Imperatores Auſtriacos incitando & armando, pecuniisque & auxiliis juvando, *ut ex hiſtoriis notiſſimum eſt.*

(2.) *Quando hoſtis noſtri ſocii*, vel vi, vel beneficio, vel præmiis, alioque bono dolo ab ipſo avelluntur.

Ita Rhodii, cùm animadverterent Byzantinorum maximam ſpem in auxiliis Achæi poſitam eſſe, patrem ejus Andromachum à Ptolomæo Alexandriæ captivum detentum miſſa legatione liberarunt, & Achæo reſtituerunt, adeòque hoc beneficio illum à Byzantinis averterunt. *Polyb. lib. 4. cap. 50.*

(3.) *Quando hoſtis* per continuas vel ſaltem frequentiores caſtrorum mutationes & invaſiones, uti etiam locorum munitorum, hyberno inprimis tempore, obſeſſiones *ita defatigatur*, ut exercitui ſuo neceſſaria quies & in hybernis recollectio adimatur, adeòque vires valdè frangantur, *quod Gallis in poſtremo hoc bello novâ quâdam bellandi ratione admodum frequens & ſolenne eſt, ac per copioſiſſima præſidia munitis & intra breve à finibus hoſtium ſpacium ſitis locis* facilè obtinetur, dum hoſte in remotis locis hybernante ex talibus præſidiis facili negotio juſtus exercitus in campum deduci, invaſio in hoſticum fieri, & loca vicina occupari poſſunt, hoſte ita ad ſuppetias ferendas coacto, & in requie ſemper turbato.

15. *Co-*

15. *Celeritas in bello uſurpanda.* *Illam ipſam in* bello utramque facere paginam, omnium Prudentum conſtans aſſertio eſt. *Eandem tamen* prudentiâ eſſe temperandam, res ipſa monet, ne in præcipitantiam degeneret. *Laudatur eo nomine ante omnes Julius Cæſar*, qui interrogatus, quomodo res tantas ita feliciter peregerit, reſpondit, *μηδὲν ἀναβαλλόμενος*, ut vulgo refertur. *Et illa de cauſa in Pontico triumpho* non acta belli ſignificantem, ut cæteri, ſed celeriter confecti notam, *prætulit titulum Veni, Vidi, Vici. Sueton. in ejus vita cap. 31. & Florus lib. 4. cap. 2. Atque ideò Appianus de Bellis Civil. lib. 2. pag. m. 739. illum ſolitum fuiſſe celeritate ac terrore audaciſſimè magis uti quàm apparatibus, & Dio Caſſ. lib. 42. circa fin. illum in omnibus negotiis celeritate atque improviſis expeditionibus plurimum conſecutum fuiſſe, & ob illam ſolam cauſam omnes ea tempeſtate Duces rei bellicæ gloriâ præcelluiſſe memorat. Cujus exemplum ipſe lib. 5. de Bello Gallico p. m. 121. ponit, addendo, unum communis ſalutis auxilium in celeritate tunc poſitum fuiſſe.*

Similiter Alexander M. à Juſtino lib. 11. cap. 2. §. 9. his verbis: *Tanta celeritate inſtructo paratoque exercitu Græciam oppreſſit, ut quem venire non ſenſerant, videre ſe vix crederent. Refert hunc Imperator Leo in Tacticis cap. 20. §. 86. illum aliquando interrogatum, quomodo paucis annis tot tantaſque res adminiſtraſſet, reſpondiſſe, quia nihil, quod hodie faciendum fuit, in proximum diem diſtuli.*

Ita quoque M. Cato Hiſpaniam ſubitò opprimens, cauſam ſuis inquirentibus reſpondit illos tum victoriam adeptos, cùm quatriduo iter biduo arripuerint. Front. de Strateg. l. 3. c. 1. n. 2.

Ita à celeritate & alacritate laudatus *Ptolomeus Lyſandra frater*, & ideò *Fulmen appellatus eſt*, ut refert *Pauſan. lib. 1. fol. m. 19.* & *BajaZethes I.* Turcarum tyrannus ob celeritatem ſæpiùs uſurpatam ſimiliter *Hildrin*, *id eſt*, *Cæli fulgur*, cognominatus eſt, teſte *Jovio Parte 2. Vir. Illuſtr. ſub Illo.*

Appius Claudius Hieronem tanta celetitate vincens, ut ille ipſe ſe priùs victum, quàm hoſtem videret. *Flor. lib. 2. c. 2.*

Maximianus à ſuo *Mamertino in Paneg. c. 6.* adulatoriis ferè hiſce verbis: *Bonâ veniâ Deûm dixerim, ne Jupiter quidem ipſe tantâ celeritate faciem Cœli ſui variat, quàm facilè tu, Imperator, togam prætextam ſumto thorace mutaſti, haſtam poſito ſcipione rapuiſti, à Tribunali temet in campum, à Curuli in equum tranſiluiſti, & rurſus ex acie cum triumpho rediiſti &c.*

Alexander Parmenſis Dux Belgii gubernator à Strada Dec. 2. Belli Belgici l. 5. paſſim & Florent. van der Haer de Initiis Tumult. Belgic. in præf. ubi ſingula ejus facta recenſet.

Guſtavus Adolphus Sueciæ Rex, qui continuis victoriis brevi tempore à mari Baltico uſque ad Alpes progrediendo cum Chriſtiano Cæſare dicere ſolitus, Veni, Vidi, Deus vicit, ut refert Chemnit. Belli Sueco-Germanici Vol. 1. l. 4. in f.

Ludovicus XIII. Gall. Rex à Gramondo l. 18. p. m. 791. hoc modo: *Quanta celeritas! neſcio, an creditura ſit poſteritas, appetente hieme Rupellam captam, finiente Caſalam liberatam, illic de Anglo Rege & rebellibus conjuratis, hîc de Auſtriaca gente triumphatum: illic Oceanum fræno cohibitum, hic perculcatum hoſtem, ſuperatas Alpes nive & gelu horridas: quadrimeſtris expeditio fuit, quæ hominis juſtam ætatem exigat.*

A. *Referri huc poteſt* celerrima illa claſſis navalis à Duellio Imperatore facta comparatio, in bello Punico primo, *ſiquidem* die ſexageſimo ab exciſa arbore navigaſſe à *Plinio* ſcribitur *lib. 16 c. 39. ubi ſimul refert* in bello Punico ſecundo Scipionis claſſem 40. die à ſecuri navigaſſe.

Item *Turcica claſſis*, quæ licet anno 1571. ad Echinades Inſulas funditùs deleta eſſet, ita, ut Uluzzalius ſaltem 30. navigiis fugæ ſe dederit, tamen ſequenti anno in Majo iterùm 200. triremibus referta eſſet, ut refert *Mauroc. Hiſtor. Venet. lib. 11. pag. 439. & ſeq. &* 450.

Pertinet & huc, quando hoſtilis quidam locus ex improviſo & per ſtratagema celeritate uſurpatum invaditur & occupatur. *Quale* fuit, cùm Angli Pontiſaram à Gallis defenſam ſævâ hieme & multâ nive opertâ ter-
B. râ candidis lintheis amicti, & in nive per aliquot temporis ſpatium decumbentes ex improviſo ſe in foſſas dimiſerunt, & ita oppidum non ſentientibus Gallis invaſerunt atque occuparunt, ut refert *Gaguinus lib. 10. Hiſtor. cap. 3. Plura exempla legi poſſunt apud Luſing. de Increm. Imper. lib. 1. cap. 12. num.* 90.

16. *Clades alibi perpeſſa & inprimis mors Ducis ſolerti conſilio tegenda, Mauricius Imper. in Strateg. lib. 8. c. 1. cum hac tamen diſtinctione*, ſi abſque periculo fieri poſſit, & per illam ſuppreſſionem vel reticentiam majus commodum, quàm damnum nobis obveniat.

Ratio eſt, *quia* tali comperto milites animum ſuum deſpondent, & hoſtis ſpes vel fiducia augetur. De quo etiam agit *Seneca in Conſol. ad Polyb. c.*
C. 24.

Laudatur ideò Alexander M. à Curtio l. 7. c. 7. in f. quod cladem à Spitamene perpeſſam non ſolùm ſolerti conſilio texerit, ſed etiam mortem denunciaverit illis, qui ex prælio venerant, ſi acta vulgaſſent. *Idem ſimile fecit*, cæſo à Scythis cum exercitu Sopyrione apud *Juſtin. l. 12. c. 2.*

Prudenter hinc Julius Cæſar dixit, ut corporis vulnera, ſic exercitus incommoda eſſe tegenda, ne ſpem adverſariis augeamus, lib. 2. de B. C. pag. m. 285.

Quam prudenter Sigismundus Imperator cladem ab Huſſitis Pragenſibus illatam celaverit, præced. c. 3. ib. 4. in expl. n. 5. retulimus.

Et hæc quidem ſecundum prædicta tunc obtinent, ubi
D. *clades illa ſummam rei non attingit*, adeòque rebus præſentibus non adeò periculoſa eſt, & ſi Dux cladem talem perpeſſus de reparatione & vindicta occupatus ſit: *Alias*, & ſi ſtultâ ſomnolentiâ vel incuriâ omnia remedia negligat, ſolummodò ſuppreſſioni nudæ ſtudens *judicio Taciti ſtandum* eſt, de Vitellio cladem ingentem ſupprimente ita 3. *Hiſtor. cap.* 54. illud interponentis.

At Vitellius fractis apud Cremonem rebus nuncios cladis occultans ſtultâ diſſimulatione remedia potiùs malorum quàm mala differebat: Quippe confitenti conſultantique ſupererant ſpes viresque, cùm è contrario læta omnia fingeret, falſis ingraveſcebat.

Ante omnia verò Ducis naturalis vel violenta mors ſtudioſè celanda eſt, quoniam illa inter milites patefacta eorum animos mirum in modum, ſi inprimis eum amore debito proſecuti ſint, deprimit & minuit.

Obſervavit illud prudentiſſimè juxta & aſtutiſſimè Mechmetes Solimanni Imperatoris Turcici primarius miniſter. Cùm enim hic in obſidione Sigethi ex mœrore rei malè ſuccedentis mortuus eſſet, & Mechmetes ille metueret, ne exercitus illius morte comperta ab illa deſiſteret, iſtam ſublatis Medico & reliquis conſciis callidiſſimè celavit, & interim indignationem Imperatoris ſui ex tàm diuturna obſidione conceptam magis magisque exercitui oſtendit, illumque ad virtutem animavit.

Cùm verò Purpurati ob tàm diu non viſum Dominum ſuum mortis ſuſpicionem concepiſſent, & ferè ſeditioſi illum videre cuperent, ille protinus ejus cadaver ſolito habitu ornatum & ſublimi ſellæ impoſitum eminùs oſtendit, & obſervatâ in omnibus aulæ ſolemnitate ita omnibus perſvaſit, ut ſuperſtitem putarent, & ingenti auſu obſidionem continuarent, arcemque tandem vi & flammis ſubigerent, ut Revva in Monarchia Hungar. Cent. 6. f. m. 92. & Budina in Obſidione Sigethi ante f. refert.

Eadem calliditate, cùm Moleius Moluccus Mauritanorum in Africa Rex ex diuturno morbo in prælio cum Sebaſtiano Portugalliæ Rege præterito ſæculo commiſſo inter dimicandum mortuus eſſet, Renegati, qui circa illum fuerunt, mortem illius ſummo ſtudio hocque modo celaverunt, illum in opertam Lecticam, in qua vehi ſolebat, incluſerunt, & ad ejus oſtium puerum ſolertem, & quid ſibi faciendum eſſet, probè edoctum, poſuerunt, qui ſingula, de quibus interrogabatur, ad Moluccum ſe referre, & ab eo reſponſum accipere fingens, reſpondit, illum jubere, exercitum progredi, ut refert Coneſtagius de Portugalliæ & Caſtellæ conjunctione l. 2. p. 90.

Quomodo mortem Jacobi II. Scotiæ Regis ejus vidua in obſidione arcis Rosburgicæ celaverit, Buchan. l. 11. Hiſtor. Scot. inf. narrat.

17. *Hoſti quocunque modo terror incutiendus eſt. Fit verò hoc* (1.) *ſi* illum ex improviſo aggrediamur, & quidem magno ac inſolito impetu. *Subita enim & improviſa magis terrent, quàm prævisa, Xenoph. lib. 3. Cyropæd. n. 80. Maurit. Imper in Strateg. l. 8. c. 2. & Veget. l. 3. c. 26. Ita Julius Cæſar ſcribit l. 5. de Bello Gall. p. m. 106.* exercitum ſuum perterrefactum fuiſſe Britannorum ſubitâ ex ſylvis eruptione.

Similiter Helvetii ex Novaria contra Gallorum opinionem ſubitò licet minoribus viribus erumpentes, illorum magnum exercitum fudêre, referente *Gvicciard. l. 11. hiſt. p. m. 79.*

De quo videatur Gruter. in Diſcurſ. ad Tacit. cap. 8. §. 3.

(2.) *Inſolito & incognito armorum & pugnæ genere,* ut *Livius lib. 5. cap. 35. & lib. 10. cap. 28.* de Gallis tradit. Sic *Tacit. 2. Annal. 21.* ſcribit: *Germanos victos fuiſſe à Germanico non virtute bellica, ſed genere pugnæ & armorum ſuperatos.*

Ita Romanos maximè perturbatos fuiſſe, cùm Pyrrhus primùm Elephantos iis in Lucania oppoſuiſſet ſecundum *Victor. de Viris Illuſtr. p. m. 112. Juſtin. l. 18. c. 1. Florum lib. 1. cap. 18. Livium in Epit. lib. 13. & alios à Stevvech. ad Veget. lib. 3. c. 24. allegatos.* Et ideò *Julianus Imperator* contra Severum ab exercitu Illyrico contra ſe electum elephantos ad pugnam aſſvefacere jubebat, ratus Illyrios eorumque equos perterritum iri facie magnitudineque belluarum, quales anteà nullas aſpexiſſent. *Herodian. lib. 2. c. 39.*

Sic, cùm Romani primum inveniſſent eum modum, ut pedites corpore leves ab equitibus in equis vecti datâ occaſione ex equo deſilirent, & equitibus mixti pugnarent, pavor Pœnis non parvus ex inopinata & nova iſta re injectus eſt. *Liv. lib. 26. c. 4.*

Quomodo Indiæ Populi viſo anteà incognito Hiſpanorum Equitatu & andito tormentorum fragore conturbati fuerint, ex illo liquet, dum pu-

A. tarunt illos cœleſtes viros eſſe & copias, volare ſic, & currere nova ætherea animalia; denique fulgurare illos homines & tonare, ut refert *Lipſ. lib. 2. Poliorcet. Dial. 4.* equosque pro animalibus carnivoris habuerunt, ut videri poteſt apud *Benzon. in Hiſt. Novi Orbis lib. 1. cap. 24.* referentem, Equitem quendam Ferdinando Corteſio Indorum meticuloſitatem objeciſſe, dicendo, decem equites fundendis viginti millibus Indorum ſuffeciſſe.

Quomodo etiam machinæ vel tormenta militaria, ut noviter reperta, primo tempore terrori fuerint, paſſim in hiſtoriis occurrit, de quo vide ſuprà *cap. 2. th. 5. explic. 4. num. 1. notata, ac Schvvendium* in dem *Diſcurs* von Beſtellung deß gantzen Kriegs-Weſens / *pag. 10. & ſeqq.*

B. (3.) *Nocturno tempore: id enim pavorem augere & ad memorabilem rem gerendam aptum eſſe* Nicander Prætor Ætolorum benè judicat apud *Liv. lib. 38. cap. 5. & omnia ex incerto majora territis oſtentat. Idem lib. 9. cap. 24. Vide Eundem lib. 5. cap. 39. & Appian. in Punic. pag. m. 18. & 20.* Hinc *Nazarius in Panegyr. Conſtantini dicto cap. 26. Noctem juſtiſſimam bellantibus timoris cauſam vocat.* De quo plura ſuprà *cap. 6. th. 17. explic. 4. & th. 18. num. 2. diſt.* (3.) notata ſunt.

(4.) *Inſolito & truci habitûs militaris formatione. Sic Fidenates* à Romanis obſeſſi angvibus & ignibus amicti ac collucentes eruptionem facientes, obſidentibus magnum incuſſére terrorem, uti *d. cap. 6. th. 18. in expl. num. 2. ex Livii lib. 4. cap. 33.* demonſtravimus. *Quibus hîc jungendi Arii Germaniæ antiqui populi, nigra ſcuta, tincta corpora, atras ad prælia noctes le-*

C. *gentes: ipſáque formidine atque umbrâ feralis exercitus terrorem inferentes, nullo hoſtium ſuſtinente novum & velut infernum aſpectum, Tacit. in Germ. cap. 43.*

Ita cùm Carolus M. cum Saracenis in Hiſpania conflicturus eſſet, illi larvis barbatis, cornutisque ad effigiem diabolorum confectis operti atque tympanis utentes Caroli milites ita exterruerunt, ut quaſi amentes ex acie retrofugerent, ut refert *Turpinus de ejus geſtis, c. 18.*

Ita quoque in bello à Vice-Comitibus cum Turrianis & Gvelphis geſto, Galli fœderati hoſtium vehementer commoti ſunt, cùm viderent Marcum Galeatii fratrem cum ala ſua, in qua Equites ſinguli in cono caſſidis & in lacinia Phrygiis operis ſquammoſam viperam, cruenti pueri crura dentato ore devorantem Vice-Comitum familiæ vetus inſigne geſtabant, impe-

D. tum in ſe facere teſte *Jovio in vitis Illuſtr. Viror. Parte 1. l. 3. f. m. 44.*

18. *Multa magnis Ducibus ſicut pro re nata non aggredienda, ita ſemel aggreſſa non dimittenda ſunt, quia magna famæ momenta in utramque partem fiunt. Livius lib. 24. c. 19.*

Ratio prioris conſiſtit in eo, quod ob circumſtantias quandoque rei minimæ expeditio maximam difficultatem in ſe contineat, *in bello verò nihil temerè aggrediendum ſit, quoniam in aliis rebus, ſi quid erratum eſt, poteſt corrigi, præliorum delicta emendationem non recipiunt. Veget. lib. 1. c. 13. & bis peccare non liceat, ut apud Plut. in Apophth. Reg. c. 63. Lamachus dicit.*

Poſterioris, quod rei cœptæ derelictio animum Ducis prodat, vel imprudentem & variabilem, vel puſillanimem & ſibi ipſi non conſtantem aut fidentem.

Plura Axiomata bellica vide præced. cap. 3. th. 4. in expl. cap. 5. th. 8. in explic. 1. & cap. 7. th. 10. expl. 9. adducta.

TH. III.

TH. III.

Obliqua conſilia ſunt, quæ occultè & ad fallendos hoſtes inſtituuntur, *illaque acutiora vel minùs acuta.*

TH. IV.

Acutiora ſunt de hoſte Stratagematis circumveniendo & compendioſè vincendo. *Sunt enim Stratagemata* facta callida, quibus hoſti vel incogitatum damnum inferendo, vel conſilia ejus fruſtrando, vel nos inſtantibus periculis ſubducendo quaſi aliud vel nihil agentes per dolum bonum imponimus.

Explic.

I. U*Surpantur igitur Stratagemata legitimo & honeſto modo vel* hoſti nocendi, *vel* primariò nobis emolumentum comparandi causâ. *Priori modo ipſi nocemus vel* conſilia ejus aſtu fruſtrando, *vel* ipſum talia ne cogitantem quidem damno aliquo illativo afficiendo.

Poſteriori modo nobis primariò proſumus callido facto à nobis & noſtratibus periculum imminens avertendo, quod fit vel obſeſſum in locum callidè annonam aut novum præſidium inferendo, *vel* præſidium ab hoſte ad incitas redactum aſtu educendo, *vel* noſmet hoſtili invaſione & periculo dolo bono ſubducendo.

II. *Ex his facilis reſponſio eſt ad quæſtionem illam: An Stratagematis uti licitum & honeſtum ſit?*

Affirmativa ſiquidem præter communem Politicorum conſenſum evidentibus & ſeqq. nititur rationibus:

(1.) *Quia ipſe juſtiſſimus Deus* ſanctis ea Ducibus, Joſuæ & Davidi mandavit. *Joſ.* 8. *v.* 29. 2. *Sam.* 5, *v.* 23. & abſque dubio inſtinctu Dei inſigni illo Stratagemate uſus eſt *Gideon Judic.* 7. *v.* 16. *& ſeqq.* Simile exemplum refertur *de Abrahamo Gen.* 14. *v.* 15.

(2.) *Quia ſancti Patres illa approbarunt.* *Ita* enim ſanctus *Auguſtinus ſuper Joſ. lib.* 6. *quæſt.* 10. *Cùm bellum juſtum ſuſcipitur, ut apertè pugnet quis, aut ex inſidiis, nihil ad juſtitiam intereſt:* quod etiam in *c. Dominus* 23. *q.* 2. refertur.

(3.) *Quia prudentiſſimis viris ea uſurpata & laudata ſunt.* *Sic Mæcenas apud Dion. l.* 52. *f. m.* 474. *Auguſto ſvadet, ut bella occultè & per occaſiones hoſtibus inferat, & Veget. lib.* 3. *c.* 9. *Boni Duces non aperto Marte, in quo eſt commune periculum, ſed ex occulto ſemper attentant, ut integris ſuis, quantum poſſint, viribus hoſtes interimant, vel certè terreant.* Et *Xenoph. de Magiſtr. Equit. Nihil reverâ adeò fructuoſum in bello, atque fallacia.* Quo pertinet quoque illud *Virgilii* 2. *Æneid. v.* 390.

— — *Dolus an virtus quis in hoſte requirat.*

Et *Ovidii l.* 3. *de Arte amandi v.* 491. *& ſeq.*

Judice me fraus eſt conceſſa, repellere fraudem,
armaque in armatos ſumere, jura ſinunt.

Et Romanorum dicterium, nullo diſcrimine virtutis ac doli proſperos omnes laudari debere bellorum eventus, quod *Marcell. lib.* 17. *pag. m.* 95. in Saporis Epiſtola ad Conſtantinum Imperat. refert.

Ideò Ageſilaus: Fœderatum fallere impium: at hoſtes non ſolùm juſtum, ſed etiam ſvave & fructuoſum. Plutarch. in Lacon. Apophth. cap. 4. *Et Periclis effatum fuit: Tutius eſt, immò præclarius, ingenio hoſtem & ratio-*
A. *ne, quàm ferro vincere.* *Quod quoque Imperator Leo in Tactic. c.* 20. §. 12. *tradit.*

Qua etiam de cauſa *Lacedæmonii*, ſi quando Stratagemate hoſtem ſuperaſſent, Marti bovem immolabant, ſin aperto prælio, Gallum. *Plut. in Marc. c.* 36. *& Lacon. Apophth. c.* 8. *Cragius lib.* 3. *de Republ. Lacon. cap.* 15. Hinc bene *Schafshauſen* ex Phil. Horſt. in diſc. de belli placitis. 6. *Hoſce dolos maximam prudentiæ militaris partem à Duce ſi tollas, quid niſi incautam habebis ſimplicitatem, robore corporis ſtolidè ferocem.*

(4.) *Quia non minor gloria, hoſtem prudentiâ, quàm fortitudine ſuperaſſe, immò major eſt*, ut jam diximus, *Prudentia enim* Stratagematica ſemper fortitudinem ita annexam & quaſi ancillantem habet, *ut ſi bonus dolus* effectu ſuo deſtituatur, *fortitudo* illius vices ſubeat. *Rarò enim Stratagema abſque periculo ſuſcipitur.* Sapien-
B. ter enim *Sapiens in Eccleſiaſte cap.* 9. *v.* 16. *&* 18. *Melior eſt Sapientia, quàm vires, & vir prudens, quàm fortis.* *Quibus junge, quæ præc. cap.* 6. *th.* 23. *expl.* 3. *adducta ſunt.*

Hiſce itaque rationibus muniti, Stratagemata, ſi dolus malus, ſcelus & perfidia abſit, uti incidendo dolum bonum indigitamus, omni juri & rationi honeſtæ congruere ſtatuimus, & eò laudabiliora eſſe cenſemus, ſi juxta monitum *Bernegg. quæſt.* 200. *ex Tacit. iis etiam vires accedant, atque ita hoſtes & prudentia & fortitudine ſimul coërceantur.* *Cujus elegantem rationem reddit Rupert. ad Paterc. lib.* 2. *c.* 1. *Quoniam imbecillitatis ſuſpicionem facilè concitat, qui ſolis fraudibus utitur, & hoſti ſuo de meliori ſucceſſu ſemper novam ſpem facit, uti de Pannonicis Legionibus Tacit* 3. *Hiſt.* 2. *refert.*

Quæ enim pro negativa de bonæ fidei obſervatione, de fortitudinis exercitio, de doli & techna-
C. rum evitatione, & quod ideò *Alexander M.* occultas technas & inſidias latrunculorum & furum eſſe dixit apud *Curt, lib.* 4. *cap.* 13. *vel apud Plutarch. in ejus vita cap.* 53. *reſpondit, ſe non ſolere furari victorias.* Ac *Achæi* victoriam nullam neque ſatis illuſtrem, neque ſtabilem duxerunt, niſi quis propalàm hoſtes aggreſſus, animos ipſos ſua virtute fregiſſet, ſecundùm *Polyb. lib.* 13. *cap.* 1. & ea, quæ à Senatu Romano de præliis majorum dicta ſignavit *Livius lib.* 42. *cap.* 47. Sicuti etiam Darius apud *Juſtin. lib.* 11. *cap.* 6. memorat, ſe nihil aſtu agere velle, affirmans, *occulta conſilia victoriæ furtiva convenire: & Thucyd. lib.* 5. *ſtratagemata κλέμματα*; & *Virgil. lib.* 11. *Æneid. v.* 515. *& Saluſt. apud Serv. ad Virg. d. l. inſidias furta belli* vocat, afferri ſolent, nonobſtant.

Partim enim Stratagematis in ſano ſenſu & noſtro
D. ſumtis, cùm dolum malum & perfidiam expreſsè excipiamus, & fortitudinem conjunctam eſſe velimus, non adverſantur, *partim etiam* ſingularem Alexandri, Darii & Romanorum faſtum, quod in primis hi omnia ſuis armis ſubjecta eſſe, ſæpè gloriati ſunt, loquuntur, *& partim* non tàm de honeſtate Stratagematum, quàm de effectu illorum, quod nempè minor ſit illorum efficacia, quàm aperti prælii, *quod etiam nos, ſi armorum vis ſimul non adhibeatur, fatemur, intelligenda ſunt.*

Dum ergò ſcelera excluſimus, etiam veneni in hoſtis necem uſurpationem & ſimilia nefaria à Stratagematis excluſa eſſe volumus, de quibus quodammodò videndus *Rupert. d. l. & Piccart. Dec.* 10. *c.* 2. *Illud tamen non negantes*, victoriam ex ſola virtute bellica obtentam plus gloriæ, laudis, terroris & reverentiæ apud hoſtem victum mereri, *illumque* ad amicitiam magis allicere, quod etiam Romanorum Seniores apud *Livium d. l.* innuunt, *& de Prætorianis militibus conſignavit Tacit. l.* 2. *Hiſtor. c.* 44.

Contrà verè ſtatnentes, majorem prudentiam in Stratagematibus neceſſariam, & majorem ex iis utilitatem ſperandam eſſe, ut modò dictum: De hac quæſtione etiam benè diſſerit *Lentulus de Jure Belli & Pac. lib. 2. c. 2. Heſenth. in Athl. Polit. claſſe 6. quæſt. 4. & König in Theatro Politico Parte 3. c. 17.*

III. *Hîc ſequentia inſigniora ſtratagemata referre voluimus.*

Cùm Romanus exercitus Duce L. Poſthumio per ſylvam Litanam iter facturus eſſet, Galli id animadvertentes illam ab utraq; viæ parte ita inciderunt, ut arbores data occaſione levi momento impulſæ proſternerentur, & paulò pòſt exercitus abſq; exploratione perductus, facta impulſione & proſtratione harum totus obrutus & interfectus ſit, & ſaltem decem homines evaſerint, ſicut præc. *ib. 2. expl. 2. n. 11. ex Livii lib. 23. c. 25.* recenſuimus. *Ubi ſimul ſimile à Petro Valachorum Principe factum eſſe retulimus.*

Cùm Græcorum Proceres vi armisque Trojam capere non poſſent, equum ligneum (ab eventu poſteà Trojanum dictum) ejus capacitatis, ut intra ventrem multi milites ſe recipere atque in eo ſubſiſtere abſq; animadverſione poſſent, ſtruxerunt, & fugam ſimulando, tanquam donum reliquerunt: Cùm itaque Trojani illum pro ſingulari Minervæ dono haberent, præ magnitudine autem portis introducere nequirent, fregerunt muri partem, & ita per ruinam illum introduxére in arcem, ubi noctu ex equo deſcenderunt occluſi milites, & ita aſtu urbs intromiſſis ſociis capta fuit, ut latè canit *Virgil. lib. 2. Æneid. in pr. & ſeqq.* & ante illum *Homerus in Odyſſ. lib. 8.*

Cùm Sybaritæ in tantum luxum inciderent, ut equus ſuos inter epulandum ad tibias ſaltare conſvefacerent, *Crotoniatæ* ipſorum hoſtes id comperti in prælium contra ipſos euntes tibicines ſecum duxerunt, & in medio pugnæ ardore eos canere juſſerunt; quo audito equi illorum non tantùm ſaltaverunt, ſed unà cum ſaltatoribus in hoſtem tranſierunt perindè ac transfugæ; ſicut *ex Ariſtot. in libro de ipſorum publico Statu refert Athenæus lib. 12. c. 3. f. m. 520.* ubi ſimile Biſaltarum adverſus Cardianos uſurpatum ſtratagema ſubjicit.

Cùm Scythæ è bello octenni reduces à ſervis uxorum ſuarum maritis interim factis ſæpiùs profligarentur, *aſtu* rem aggreſſi contra illos tanquam rebelles ſervos non ampliùs armis, ſed flagellis uſi ſunt, & ſic eos ita veterem ſubjectionem in mentem ſibi revocantes fugarunt ac devicerunt. *Juſtin. lib. 2. c. 50.*

Simili modo cùm Philippus Macedonum Rex adverſus Phocenſes Templi Apollonii occupatores belli Dux electus eſſet, ille quaſi ſacrilegii, non Thebanorum ultor eſſet, omnes milites coronas laureas ſumere juſſit; *atque ita veluti Deo duce* in prælium perrexit, illo facto Phocenſes inſignibus Dei conſpectis conſcientiâ delictorum territi, abjectis armis fugam capeſſiverunt, pœnasque violatæ religionis ſangvine & cædibus ſuis pependerunt, ut recenſet *idem lib. 8. c. 2.*

Cùm Fabius Annibalem in anguſtiis per inſidias adoriri vellet, hicque id conjiceret, ſed neceſſariò per iſtas anguſtias reverti deberet, Asdrubali negotium dedit, ut boum cornibus faſciculos ſtramentorum alligari curaret, & illos ſtato tempore acceuſis iſtis faſciculis ſuper monſtratos colles ageret, & ita perfecit, ut Romani flammas has conſpicientes inſidias veriti fauces illas relinquerent, & ita hoſtis exercitui tranſitum permiſerunt, uti fuſiùs narrat *Polyb. 3. Hiſt. cap. 93. & 4. & Liv. lib. 22. c. 16.*

Quomodo Cyrus Tamyris Reginæ Scytharum filium ſimulato ob metum receſſu, ut ipſum inſequeretur, pellexerit, & hic deinde vino per ſtratagema in caſtris relicto cum toto exercitu inebriatus, ab illo occiſus fuerit, legi poteſt apud eundem *Juſtin. lib. 1. c. 8.*

Simili ſtratagemate Grimoaldus Rex Longobardorum adverſus Francorum Regis Clodovæi II. in Italiam contra ſe miſſum exercitum uſus eſt, uti legi poteſt apud *Sigon. de Regno Ital. l. 2. ad ann. 662.*

Pertinet huc aliud factum callidum ejusdem Grimoaldi, quo Legatis Cacani, Avarum Regis, magnitudinem exercitus ſui, qui tamen reverâ exiguus fuit, tali perſvaſit modo:

Eosdem milites diverſo habitu & armatu ante illorum oculos per dies aliquot, quaſi novus jugiter exercitus adventaret, frequenter tranſire fecit. Avarum verò Legati dum eundem ipſum exercitum aliis & aliis modis præterire conſpexerunt, immenſam Longobardorum multitudinem eſſe crediderunt. Quibus ille ita dixit: Cum omni, quem vidiſtis, exercitus multitudine ſtatim ſuper Cacanum irruam, & Avarum exercitus disperdam, niſi de Foro-Julianorum finibus velociter exierint. His viſis & auditis, Legati Avarum cùm hæc ſuo Regi nunciaſſent, mox cum omni ſuo exercitu ad proprium reverſus eſt Regnum, ut *idem poſt Paul. Diac. de geſt. Longob. lib. 4. c. 21. ibidem ad ann. 664.* memorat.

Referri huc etiam debent, quæ præced. c. 6. th. 18. expl. n. 1. de ſuperfluitate annonæ ab obſeſſis aſtu & in ſpeciem obſidentibus oſtenſâ, & *ſeq. expl. 8.* de rumoribus fictitiis conſignata ſunt.

Plura ſtudiò prætermimus, id ſaltem hic monentes, exemplum Zopyri perfidè & dolo malo Dario Babylonem prodentis apud *Herod. lib. 3. n. 97. & ſeq.* hunc in locum à plerisque impertinenter recenſeri: de quo tamen conſuli poteſt *Alb. Gent. lib. 2. de I. B. c. 9.*

Plura de Stratagematibus legi poſſunt apud Lacknerum in Galea Martis Claſſe 6.

Referri huc quidem à nonnullis ſolent ſtratagemata verborum ſive circumductiones in verbis uſurpatas, & ideò ex. gr. putant Romanos jure potuiſſe poſt deditam Carthaginem cives in alium locum transferre, & Urbem delere, ut legi poteſt apud *Appian. de Bellis Punic. pag. m. 70. & ſeqq. quia* promiſſa Civitati libertas non de ædificiis & mœnibus, ſed hominibus & incolis explicari omninò potuit & propriè debuit.

Simili dolo Thraces initis cum Bœotiis induciis noctu incurſationes egerunt, ac hos propulſarunt, ac violatarum induciarum accuſati, reſponderunt, die ſaltem pepigiſſe, noctu autem incurriſſe, ut ex *Ephoro* refert *Strabo l. 9. p. m. 731. & ſeq.*

Sed malè, tum propter illa, quæ præc. l. 1. cap. 6. th. 9. expl. 2. inf. adducta, tum quia illud factum invitâ militari arte: in qua 1. verba in pactis non ſecundum apices & Criticorum vel Legulejorum ſubtilitates aut ſophiſmata, ſed in ſimplici ac communi ſuo ſenſu accipiuntur. *Non enim* congruunt illis exceptiones de apicibus juris, qui volunt æſtimari magnæ fidei, *Alciat. lib. 8. Conſ. 28.* de quo benè aſſerit *Schafshauſ. de Pace Sect. 8. lit. a.*

2. *Quia* pacta cum Superiore inita in genere, in ſpecie verò deditionis ſtricti juris & ſimul bonæ fidei ſunt ſecundum communem Politicorum doctrinam, ut *præced. cap. 6. th. 26. expl. 6.* demonſtravimus, *atque ita* cùm pactum ſit placitum duorum vel plurium in eandem rem, contra mentem alterius, & imprimis reæ partis, qualis eſt ſe dedentium, cavillatoriè non explicandum eſt. *cùm etiam aliàs* in obſcuris benignior & odioſis favorabilior interpretatio prævaleat, ac pro reis ſemper pronunciandum ſit, pervulgata.

3. *Quia à ſtratagematibus* realibus & veris in bello certo & dicto modo licitis *ad circumductiones & fraudes verborum in pactis contentorum non valet conſequentia: nam illa* in mera concipientis vel perficientis voluntate ſunt poſita; *hæ verò* à pactis inter duos vel plures bona fide conventis dependent, adeòque contra alterius mentem & bonam fidem non ſunt interpretan-

tanda: *quamvis etiam in illo inter ſe conveniant, ut neutra contra honeſtatem, bonam fidem & promiſſa data ſuſcipi ac conſummari debeant: Referri huc debent, quæ præced. cap. 3. th. 4. explic. 1. n. 11.* de fide & juſtitia in bello ſervandâ, dicta ſunt.

Et quia de hac materia fusè Alber. Gentil. de I. B. lib. 2. c. 4. egit, eò Lectorem remittimus.

Exempla talium ſiniſtrarum & fraudulentarum explicationum vide apud Schafshauſ. de Pace d. Sect. 8. *lit. A.*

TH. V.

Minùs acuta conſilia & inventiones ignobiliores ſunt, quæ *tùm* ſingularem prudentiam non requirunt, *tùm* admodùm vulgares ſunt, inter quas referri ſolent (1.) diſſidiorum & ſeditionum in hoſtili exercitu procuratio. (2.) Explorariu & proditio vel per proprios homines, vel per captivos, vel per transfugas, vel per occultas epiſtolas. (3.) Adductio Ducum in ſuſpicionem apud ſuos. (4.) Militum vel commeatus interceprio. (5.) Inſidiarum ſtructio. (6.) Hoſtis in loco iniquu detentio, ut ibi & nihil egregii præſtare puſſit, & ſe fame conſumat. (7.) Ejusdem per nocturnas & diurnas excurſiones & irruptiones fatigatio. (8.) Sparſio rumorum de adventantibus novis auxiliis. (9.) Corruptio Ducum & militum per largitiones & dona.

Explic.

I. EGregiè de hoſtium diſcordia *Tacit. de Morib. German. c. 33.* ſcribit: *Nihil præſtare magis fortuna poteſt, quàm hoſtium diſcordiam:* Ubi refert LX. millia hoſtium non armis telisque Romanis, ſed quod munificentius eſt, oblectationibus oculisque (id eſt ſecundum nonnullos per mutuam diſcordiam) ceciderunt. *Obſervavit hoc Druſus non leve decus quærens inliciendo Germanos ad diſcordiam. Id. 2. Annal. 62. Et Philippus Macedoniæ Rex Græciæ Civitatibus inter ſe diſcordibus veluti ex ſpecula quadam libertati omnium inſidiatus, Juſtin. lib* 8. *c.* 1. Hinc *Veget. l. 3. c.* 10. *Sapientis eſſe Ducis ait, inter hoſtes diſcordiarum ſerere cauſas. Juſtinianum hujus calliditatis artificem maximè laudat Agathias l. 5. c. 12.*

Procuratur autem illa potiſſimùm ſuſpicionibus inter hoſtes callidè ſatis, de quo *n. 3.* mox dicetur: *& factionibus per varia media,* imprimis verò *largitionibus & corruptionibus excitatis, de quibus ſeq. expl. 3. & 9.*

Quomodo illis exortis adverſarius ſe gerere debeat, partim præc. c. 5. th. 8. expl. 1. n. (11.) dictum, partim ſeq. explic. 3. traditum eſt, ex qua etiam nonnulla huc referri poſſunt.

II. *Exploratorum utilitas per ſe patet, neceſſitatem verò res ipſa, negocium ipſum docet. Niſi enim* omnia hoſtium cognita habemus, actiones noſtras adverſus illos tutè inſtituere, & in hoſticum progredi ſecurè non poſſumus.

Sunt verò nobis exploratores ſtricto & proprio in ſignificatu ii, quos nos è noſtratibus ſive propriis, ſive captivis in hoſticum ad conſilia & actiones, item caſtra & itinera hoſtium & ad illos tendentia perſcrutanda emittimus, *è quibus patet* aſtutos & ad talia negocia gerenda aptos ac fidos emittendos eſſe, *quia* alias per illos intentio noſtra interverti, & id, quod nos de illis cognitu neceſſarium habemus, per illos ipſosmet de nobis illis patefieri poteſt. *Et ideò proprii homines*

A. *plurimùm propter fidem & minus periculum negocio huic adhibentur: Sicuti Fabius Maximus* in bello Hetruſco fratrem paſtorio habitu ad cognoſcendum hoſtium iter emiſit, & quidem feliciter, ut refert *Flor. l. 1. c. 17.* ad quem locum *Rupertus* quædam exempla annotavit.

Notabile & ſingulare exemplum de tali exploratore refert Biſſelius Ruinarum Illuſtr. Decad. 2. ruinâ 17. *pag. m.* 253. *& ſeqq.* hunc in modum: *Exploratorem quendam in obſidione Smolentziana operam ſuam locantem mirâ induſtriâ illam præſtitiſſe: totum enim ſe frondibus arborum ad inſtar veræ arboris veſtiſſe, interdiu ut arborem certo loco ſubſtitiſſe, noctu verò ut arborem ambulatoriam ſe moviſſe, & ita per longum tempus hominibus obviis impoſuiſſe, idque factum fuiſſe refert* 1634. ubi legi meretur. *Ubi notandum, Romanos exploratores etiam noctu ſaltem ambulaſſe, interdiu verò ſomnum cepiſſe, ut*

B. *refert Simocatta l. 7. Hiſt. Mauric. c. 4.*

Huc referri poſſunt exploratores illi, qui per aquas tutò & clàm tranſire, ac omnia occulta experiri, literasque, quò volunt, tutò ferè perferre & referre poſſunt, urinatores dicti, cujus exemplum admodùm memorabile refert de Nicolao quodam Siculo, ob crebrum aquæ & maris uſum piſcicola, Italis Peſcecola dicto, qui ex Sicilia in Calabriam per fluctus maris literas tutò portavit, & primis temporibus per quatuor aut quinque dies in mari ſe continuò conſumere potuit. *Kircherus in Mundo ſubterraneo Tomo* 1. *lib.* 2. *cap.* 15. quod etiam recenſet *Fazellus Rer. Sicul. Decade priore, lib.* 2. *f.* 45.

Aliud ſtratagema ab illis editum refert Dio lib. 74. *f.* 846.

Ex noſtratibus ſub colore transfugarum quandoque aliqui in caſtra & munimenta hoſtium ad explorandum

C. *& prodendum mitti ſolent.*

Cujus exemplum admodùm notabile refert *Leunclav. lib. 5. Hiſt. Muſelm. f.* 225. *& ſeqq.* de Chazi Ilbego Hadrianopolin ſub transfugæ nomine aſtu miro explorante & prodente, ubi videatur.

Et talis quidem exploratio per privatos facta ratione ſua non caret, ſed ſi Dux belli ipſe exploratòris perſonam induere velit, periculo id & vitio non caret, quia, ſi capiatur, publicam rem in magnum conjicit periculum atque damnum, & auctoritatem ac dignitatem ſuam ita graviter lædit. *Culpandus igitur magis, quàm laudandus eſt Matthias Corvinus Ungariæ Rex,* qui propè Turcas caſtra metatus ſic vires hoſtium ipſe exploravit: Pagano ſubornatus amictu cum uno tantùm comite ſe cum jumento inter eos, qui commeatus in hoſtilia caſtra conferrent, inſinuavit, cùm eò perveniſſet, toto die pro tabernaculo Turci hordeum

D. vendidit. Ingruente nocte ſe incolumen in ſua caſtra recepit; ſcripſitque ad hoſtem, ſe pridiè ejus caſtra penitùs exploraſſe, vendidiſſe ruſtici ſub perſona hordeum ad tabernaculum ejus, & quo majorem dictis fidem haberet, ferculorum numerum & epularum cuncta genera retulit. Quæ cùm hoſtis accepiſſet, timore perculſus poſtero die caſtra ſolvit, veritus Corvinum Regem non modò ad vallum ſibi occurſurum, ſed in medio Tabernaculo invaſurum, ut refert *Bonfinius Dec. 4. lib. 8 circa fin.*

Referri huc poſſunt, quæ annotavit *Rupert. ad Florum d. lib 1. hiſt. c. 17. § 4. & Zevecot. ad Svetor. Jul. Cæſarem in Obſervat. Polit. c. 58. nec non Fulgoſ. l. 9. Memor. c.* 8.

De Zopyri ſimulato transfugio & per eum Babylonis proditione vide *Herodot. lib. 3. n. 97. & ſeq. & de illo noſtrum judicium præc. th. 4. explic. 3.* Plura exempla paſſim ſunt obvia. *Ubi ex Mauricio in Strategico l. 8. c. 7. & Leone in Tact. c. 20. §. 85. monemus Speculatorem captum. ſiquidem* firmæ validæque fuerint res

 noſtræ,

noſtræ, incolumem dimittere oportere, quo id hoſtibus annunciet, atque ita animos eorum impleat formidine. *Sin vero* fuerint infirmæ, ſupplicio eò compellendum eſſe, ut ſecreta hoſtium aperiat, tandemque vel tollendum penitus vel alioſum in locum tutum mittendum vel in aliorum terrorem puniendum. *Prioris exemplum occurrit* apud *Frontin. lib. 4. cap. 7. n. 7. in Valer. Levino Conſule*, hoſtium ſpeculatori omnia in caſtris monſtrante & poſtea liberum abitum permittente, & *apud Livium lib. 30. cap. 29. & Appian de Bell. Punic. p. m. 33. in Scipione* Carthaginenſium exploratores poſt omnia iis in caſtris oſtenſa Annibali remittente *& illum imitante Friderico Pulchro Imperatore*, hoſtis ſui Ludovici IV. Imperatoris exploratores ſimiliter cum magna fiducia remittente, ut narrat *Fugger in Hiſt. Auſtr. l. 3. c. 3. f. 248.* *Poſterioris exempla* ubivis ſunt obvia: *ſicut etiam Liv. lib. 22. c. 33.* meminit cujusdam Speculatoris Carthaginenſis, qui cùm per biennium fallens Romæ deprehenſus eſſet, præciſis manibus dimiſſus fuit.

Quo ad Proditores porro notandum eſt, *nobis hîc eſſe eos*, *qui vel* ab hoſtibus & Dominis ſuis, quibus obſtricti, *vel* aliunde ad nos pervenientes ſponte ſua in perſcrutandis vel prodendis hoſtium actionibus, viribus, conſiliis, caſtris & ſimilibus operam nobis præſtant vel offerunt. *Faciunt verò hoc vel* ſolius in nos & noſtros concepti amoris, *vel* remunerationis obtinendæ, *vel* evitandæ ob maleficium quoddam apud ſuos commiſſum pœnæ causâ. *Sicuti autem primum factum* amore, gratitudine & remuneratione dignum eſt, & ejusmodi exempla paſſim exſtant: *Et medium* remunerationem quidem, maximè ſi promiſſa ſit, meretur, odio tamen auctor non injuſtè afficitur, juxta vulgare, *proditionem amo*, *proditorem odi*, *de quo mox pluribus dicetur*: *Ita tertium* nec amore, nec remuneratione, ſed pro enormitate delicti cum inſigni perfidiâ conjunctâ pœnâ inſuper dignum eſt. *Ex gr.* Si miles Dominum & belli Ducem ſuum (ut Beſſus & Nabarzanes adverſus Darium commiſerunt apud *Curt. lib. 5. cap. 13.*) interfecerit, quia tale delictum etiam ab hoſtibus ad ſecuritatem Principibus procurandam & Majeſtatem eorum ſartam tectam conſervandam puniri non ſolùm poteſt, ſed etiam debet, ut mox dicetur, & *ſubſeq. lib. 3. cap. 2. ib. 27. expl. in Axiomate ſubjecto*, deducetur.

Sicuti etiam proditores per ſe Domini & Ducis ſui actiones perfidè prodentes licitè puniri quidem poſſunt, ut etiam in ſubſeq. factum fuiſſe patebit, *ſed prudentes belli Duces illos impunitos dimittere ſolent, ne viam ad arcana hoſtium perſcrutanda & dignoſcenda ſibi præcludant.*

Notandum hîc, Magnatibus ſolenne eſſe Proditores maximis pollicitationibus & honoribus ad proditiones conducere & allicere, effectu verò obtento eos turpiter & viliter habere, quin etiam quandoque non ſervato vel tandem ſoluto pretio aulâ ejicere, uti & non rarò ad conteſtandum adverſus facinus odium vitâ privare. Sicuti Philippus Macedo dixit: Proditures quidem amo, eos verò, qui jam prodiderunt, odi maximè. Stobæus ſerm. 52. Unde dictum ortum proverbium: *Proditionem amo, proditorem odi. Nemo enim ſecundum Demoſth. de Corona fol. m. 10. propter proditoris utilitatem ſumtus facit, neque potitus iis, quæ concupiverat, proditoris conſiliis de eo, quod ſupereſt, amplius utitur. Alioquin nihil felicius eſſet proditore. Sic Brennus* Gallorum Rex cùm Epheſo obſeſsâ in plebejæ virginis amorem incidiſſet, & illa pretium & pudicitiæ & prodendæ Urbis armillas aureas po-

A. ſuiſſet, vili iſto poſtulato ita offenſus eſt, ut milites juſſerit illam vivam ingeſto omni, quod haberent, in ſinum ejus auro obruere. *Plutarchus in Parall. Hiſtor. Græc. cum Roman. conjunctarum c. 18.*

Ætoli quoque illos, qui patriam & civitatem Cynætham ipſis prodiderunt, urbe vi potiti primos occiderunt, & illorum bona diripuerunt. *Polyb. lib. 4. c. 18.*

Quomodo Sabini Tarpejam urbis Romæ proditricem morte mulctarunt, vide apud *Flor. lib. 1. cap. 1. & Plutarch. d. l.*

Eodem modo etiam Aurelianus referente Vopiſco in ejus vita, cap. 23. Heraclammonem patria ſua proditorem occidi juſſit ſcribendo Mallio Chiloni: Ego verò proditorem amare non potui, & libenter tuli, quod milites eum occiderunt: neque enim mi-

B. *hi fidem ſervare potuiſſet, qui patriæ non pepercit*, Et *Camillus* Pædagogum illum, qui concreditos ſibi Faleriorum Principum liberos proditoriè in ejus caſtra abduxerat, denudatum, manibusque poſt tergum illigatis Falerios reducendum pueris tradidit, virgasque iis, quibus proditorem agerent in urbem verberantes dedit, ut refert *Livius lib. 5. c. 27.*

Ita Dragutes Archipirata proditione Abrahami Embarcæ patriam Aphrodiſium vi occupans, ut illius perfidiam erga patriam inſigniori perfidiâ penſaret, Turcico præſidio ibi relicto negocium dat, ut eum de medio tolleret, quod jure metuere ſe diceret, ne quâ nuper in patriam, cui plurimùm debebat, uſus fuerat perfidiâ, eâdem erga ſe, cui minus debebat, uteretur. *Thuan. lib. 7. fol. m. 140.*

C. *Ita quoque Amurathes* Turcarum Imperator captæ Conſtantinopolis proditorem Jannenſem quendam juxta promiſſum Regem quidem, ſed ſaltem per triduum conſtituiſſe, ſed quarto die ad gladium condemnaſſe ſcribitur. *VVolff. in Memorab. in Centen. decimo ſexto fol. m. 172. Aliter etiam eandem hiſtoriam idem VVolffius d. l. fol. 477. ex Johanne Bocatio refert: Quendam Conſtantinopolitanum Civem opibus ac divitiis clarum ac inſignem (ſed qui proditione voluerit clarior & inſignior fieri) & ſuo Imperatori Conſtantino infeſtum, veniſſe clàm ad Mahometem, qui ordinatum tùm habebat exercitum animumque urbis obſidendæ: ac ſecum pactum, ſi ex filiabus ſuis (plures enim habent Turci & uxores & pellices, ac proinde multos liberos) unam ſibi uxorem deſponderet cum ampla dote, portam urbis unam in ejus fore poteſtate, quam illi poſ-*

D. *ſet, quâ vellet, horâ aperire: aſſenſiſſe tyrannum, ac proditorem id præſtitiſſe. Cum itaque triduum ſævitiâ omni crudelius præteriiſſet, à tyranno uxorem & proditionis præmium poſtulaſſe: Cui tyrannus, meruiſti, inquit, qui rem promiſſam integrè præſtitiſti, dignam te & facinore tuo mercedem: juſſitque magnum auri afferri pondus, quod illi daret: Sed quia, inquit, filiam meam tibi uxorem cum dote (quæ præſens eſt) poſcis, cum Chriſtianus ſis, vitam hanc exuas oportet: moxque juſſit carnificem cutem totius corporis illi detrahere, inſeruitque illi cineres cum ſale calidos, moxque lecto cooperiri juſſit, ut nova illi cutis ſuccreſceret, quo aptior fieret ad novam nova ſecta ſponſam accipiendam: quaſi indignum judicaret proditorem ſuæ patriæ vel exoleto ſcorto.*

Pertinet huc hiſtoria, quam de proditoria nece Edmundi Angliæ Regis, & ejus vindictâ ab hoſte exercitâ Henricus Huntindonienſis in Hiſtor. Angl. lib. 6. poſt principium refert hisce verbis: *Cum*

Rex

Rex ille hoſtibus ſuis terribilis & timendiſſimus in Regno floreret, ivit nocte quadam in domum evacuationis ad requiſita naturæ, ubi filius Edrici Ducis in fovea ſecretaria deliteſcens conſilio patris Regem inter celanda cultello bis acuto percuſſit, & inter viſcera ferrum figens fugiensque reliquit. Edricus igitur ad Regem Cnut veniens, ſalutavit eum dicens: Ave Rex ſolus. Cui cùm rem geſtam denudaſſet, reſpondit Rex: Ego te ob tanti obſequii meritum cunctis Anglorum Proceribus reddam celſiorem. Juſſit ergò eum excapitari, & caput in ſtipite ſuper celſiorem Londoniæ turrim figi.

Plura exempla videri poſſunt apud Dinothum de reb. & fact. memorabil. lib. 3. tit. de Prodit.

Proditionis ſpecies eſt perfidia, etiam ab hoſtibus non rarò acriter vindicata: Sic cùm Germani milites Arcis Budenſis præſidiarii ideò in Thomam Nadaſtum Præfectum inſurrexiſſent ſuum, quod arcem Turcis tradere nollet, & captivo illo detento cum Turcis de tradenda illa ſub conditione liberi diſceſſus pacti eſſent, *Solymannus* Imperator auditâ hâc perfidiâ illos omnes per Janizaros trucidari juſſit. *Jovius lib. 28. Hiſt. ad ann. 1529.*

Cæterùm pium Magiſtratum exploratoribus & proditoribus in bello uti poſſe, docet Martyr in Locis communibus de Bello. Danæus Polit. Chriſt. lib. 7. cap. 6. Heider. in Syſt. Polit. cap. 5. pag. m. 756. & ſeq. Keckerm. lib. 1. Syſt. Polit. cap. 30. Althuſ. in Polit. c. 29. Et inter exploratores olim Dei juſſu electi ex Populo Iſraelitico quoque fuêre viri primarii relati Num. 13. v. 1. & ſeqq.

An verò quis patriam ſuam juſto bello oppreſſam prodere licitè poſſit? Diſquirit König *in Theatr. Polit. Parte 3. cap. 18. num. 10. & ſeq. ubi videatur,*

Literarum tutè perferendarum olim varii modi ſunt excogitati.

Andronicus tabellariorum veſtibus illas inſuit. *Niceph. Gregoras lib. 9. Siculi* bacillis uſi, *Nic. Olaus in Attila cap. 18. Romani columbis. Front. lib. 3. cap. 13. num. 8. & ibid. Keuchen. ubi de paſſeribus annotatis*, ſe illos vidiſſe obſequentiores & paratiores ad juſſa herilia, quàm ullus canis venaticus inſtitui poſſit.

De columbis his ita ſcribit Plin. lib. 10. Hiſtor. 37. Quin & internuncia in rebus magnis fuêre, epiſtolas annexas earum pedibus obſidione Mutinenſi in caſtra Conſulum Decimo Bruto mittente. Quid vallum & vigil obſidio atque etiam retia amne prætenta profuêre Antonio, per Cœlum eunte nuncio. Cæcinam ſimiles hirundines habuiſſe, refert id. ibid.

De columbis talibus ſequens hiſtoria occurrit notatu digna: Cùm Chriſtianus exercitus in Syria ageret, & juxta Cæſaream ſubſiſteret, columba quædam ſuper exercitum volans per accipitrem vulnerata ac in terram dejecta eſt. Illa tulit literas ab exercitus illius Ducibus receptas ejus tenoris: Rex Accaron Duci Cæſareæ ſalutem. Huc natio canina venit, gens contentioſa, contra quas per te & per alios Legem tuam defendas, idemque annunciabis aliis civitatibus, ut ex Baldrico refert auctor Magni Chronici Belgici ad annum 1098. f. m. 131. & Bromtonius in Chron. Anglico ſub VVilhelmo II.

Alia de talibus hiſtoria recenſetur in Chronico Hieroſolymitano à Reineccio edito lib. 5. cap. 9. ubi videri poteſt. *Illas quoque in obſeſſam Lasdam cum literis miſſas fuiſſe refert Meter. ad ann. 1574. Idem de Harlemo memorat Strada Dec. 1. lib. 7. ad ann. 1573. pag. m. 447. Plura videri poſſunt apud Bangert. ad Arnoldi Chron. Slavorum lib. 5. cap. 3. & Outvicum in Itiner. Hieroſolym. & Syriaco lib. 3.*

A. *cap. 24. in fin. ubi mira de Orientalium populorum induſtria circa hanc rem refert*; de quo etiam teſtatur *Philipp. de Sanctiſſima Trinitate in ſuo Itinerario Orientali lib. 1. cap. 4. ſect. 6. Gallicæ editionis*, uti etiam apud *Franciſci* in dem Oſt- und Weſt-Indiſchen / wie auch Sineſiſchen Luſt-Garten *p. 1. fol. 283. & Petr. de la Valle in Itinerario Orient. Germ. Edit. p. 1. Epiſt. 12. fol.* 128. Vide etiam Petr. Bedick in ſuo Cehil Sutun artic. 22. pag. 283. ubi tradit, quod Perſæ columbas ita edoceant, ut literas etiam ultra unius menſis iter hominis deportent, & illas à collo pendentes ad alterius amici, quam cui deſtinatæ ſunt, manus non deferant, & tales maximè Babylone haberi. Rem ipſam verò incantationi non diſſimilem eſſe.

Sic etiam Mahumet. columbæ miniſterio in decipiendis miſellis uſus eſt. *Harpagus* exenterato lepore,
B. *Herod. lib. 1. num. 23. Polyæn. lib. 7. Hiſtiæus capite ſervi raſo, Herod. lib. 5. num. 132. Martes Ægypti Rex cornice, Ælianus de Animal. Nat. l. 6. c. 7.* alii aliis modis.

Ubi ſimul notandus eſt mos ille Lacedæmoniorum, quo ſchedam puram tereti ligno circumvolverunt, & literis voluntatem ipſorum continentibus repletam ligno illi detraxerunt, ac ita nudam ad exercitus ſui Ducem miſerunt, qui deinde ligno ſuo ad eandem menſuram formato illa iterùm applicavit, & ita omnia legere potuit; vocata verò fuit ſcheda illa à Ligno illo cognomine *Scytala*, ut refert *Plutarch. in Lyſandro cap. 36. Alios modos refert Hugo de prima ſcribendi origine cap. 15. & Caſaubon. in Not. in Æneæ Poliorcet. Polybio ſubnexis p. 1772. & ſeqq.*

Hodiè frequentes ſunt ignoti characteres vel etiam
C. *noti, ſed vel* tranſpoſiti, *vel* inter ſe permutati, *vel* ad nova & ignota vocabula adhibiti. *De occulta ſcribendi ratione multa & mira invenit Johannes Trithemius in ſua Steganographia & Polygraphia*, quibus multa addit *Guſtavus Selenus in Steganographia ſua*, quæ omnia noviter congeſſit *Schottus in Schola Steganographica.*

III. *Adductio Ducum in ſuſpicionem apud ſuos tanti uſus & momenti eſt, ut Tacitus illam notam Ducum artem vocaverit, 4. Hiſtor.* 23. & ideò *Politicis* anſam dederit conficiendi axiomatis: *Quem deſtruere cupis, ejus fidiſſimos primùm ſuſpectos ei redde.*

Obſervarunt autem ex hiſtoriis Prudentes tres ferè modos ad talem ſuſpicionem excitandam ab aſtutis hoſtibus uſurpatos fuiſſe:

(1.) *Crebra cum iis*, quos apud hoſtes tuos ſu-
D. ſpicione involvere tentas, habita collocutio & frequens literarum commercium. *Ita Legati Romanorum* aſſiduo colloquio Annibalem Antiocho ſuſpectum reddiderunt, ut teſtatur *Polyb. lib. 3. cap. 11. Appian. de Bell. Syriac. pag. m. 148. Liv. lib. 35. cap. 14. & 19. Juſtinus lib. 31. cap. 4.* Sic *Hiſtiæus* literas Sardes ad Perſas quosdam primarios, quaſi de rebellione ſecum collocutos, miſit: quæ ubi datâ operâ in manus Artaphernis perveniſſent, ex eo Perſæ iſti in ſuſpicionem ſunt adducti, & illicò Artaphernes per eundem nuncium Hiſtiæi literas illis tradi juſſit, & ſi quæ reſponderentur, ſibi afferri, quo magis de illorum conſiliis conſtaret. Ita factum, ut de Perſis, qui cum Hiſtiæo reſpondiſſent, ſupplicium ſumeretur. *Herod. lib. 6. in princ.* Simili aſtutia *Themiſtocles* Jones petiit. *Plut. in ejus vita cap. 11. & 15. Et Alexius Imperator* Conſtantinopolitanus præcipuos Gallorum Duces apud Baimundum in ſuſpicionem adduxit referen-

ferente *Anna Comnena de Rebus ab illo geſtis lib.* 13. *f.m.*317.

(2.) *Munerum magnorum crebra transmiſſio & exhibitio honorumque collatio.*

Ratio, *quia hoſtis* absque ſingulari cauſa & corruptionis intentione dare, & miniſter hoſtis absque ſuſpicionis nota talia munera accipere vix creditur.

Quod ut evitarent Romanorum Legati, Laureolos aureos à Ptolomæo datos tandem quidem acceptarunt, ſed poſtridiè regiis ſtatuis, quas in Jovis Sacrario ſpectaverant, ſuspenderunt, ut *præced. Parte* 2. *Sect.* 1. *cap.* 2. *th.* 18. *explic.* 1. jam notatum eſt, ubi plura huc facientia reperies. *Hac fraude* ſæpiùs uſus eſt Ludovicus XI. Galliæ Rex, ut ſuprà *d.p.2.Sect.1.cap.1.th.17.expl.1.* ex Cominæo demonſtravimus.

(3.) *In devaſtatione hoſtili agrorum illorum, qui magnis Ducibus & miniſtris proprii ſunt, conſervatio. Imperator Mauric. in Strategico l.8.c.1.* & *Leo in Tactic.* §.22. & 157.

Ita teſte Juſtino lib. 3. *cap.* 7. *Spartani* Periclis agros in populatione cæterorum intactos reliquerunt, ſperantes, acquirere ſe illi poſſe, aut periculum ex invidia, aut ex ſuſpicione proditionis infamiam, *quod ipſum antea à Pericle prævisum, & Athenienſibus indicatum fuiſſe, cum petitione, ne inde ſuſpicionem contraherent, Thucyd.l.2.p.m.68. & Juſtin. d.l. refert.*

Ita Coriolanus in bello contra patriam Romam geſto, cùm omnia alia depopularetur & vaſtaret, à patriciorum agris eandem ob cauſam omnia maleficia, omnemque rapinam ſummâ curâ prohibuit, ut refert *Plut. in ejus vita c.* 41.

Ita quoque *Hannibal* ab agro Fabii M. Dictatoris ad ſuſpicionem contra ipſum excitandam, reliquis circa ſolo æquatis, ferrum ignemque & vim omnem hoſtium abſtineri juſſit, ut occulti alicujus pacti ea merces videri poſſet. *Livius lib.22.c.23. & Dio apud Imperatorem Conſtantinum in Excerpt. p.* 596.

Idem *Cerealis* fecit inſulam Batavorum hoſtiliter populatus & agros villasque Civilis intactos relinquens. *Tacit.d.lib.5.Hiſtor.c.23.*

Ut hanc ſuſpicionem evitaret Pericles Athenienſium Dux, ob præſumtionem hoſtem illorum Archidamum Laconum Regem ob veterem amicitiam ejus agris parſurum, eos ſtatim Athenienſibus donavit. *Polyænus lib.* 1. *pag. m.* 17. Idem fecit *Q. Fabius M. Dictator. Valer. Max. lib.* 7. *cap.* 3. *Frontin. lib.* 1. *cap.* 8. *Ita quoque Germanus* Theodoſii filii Mauricii ſocer, cùm rebellis exercitus omnes equos ex paſcuis abigens, illius equis pepercifſet, in gravem ſuſpicionem collusionis & ambiti imperii, adeòque vitæ periculum incurrit, ut refert *Simocatta l.8.hiſt.c.8.*

Et quia Viris Principibus & magnis cognata quaſi eſt ſuſpicio, facili modo per tales fraudes etiam innocens in ſuſpicionem incurrere poteſt: *Benè hinc annotavit Meurſ. lib.* 1. *Hiſtor. Dan. Hoc ferè Regum factum eſſe, ut fortunâ eminente, cùm periculis non exiguis pluremuque ſint expoſiti, omnia etiam tuta metnentes facilè, quod timent, credant, & præcipites crimina nec cogitata ulciſcantur.*

IV. *De militum & commeatus interceptione*, tanquam re hoſtibus per ſe admodùm damnosâ, & quam *Veget. lib.* 3. *cap.* 3. his verbis inculcat, *Hoc unum & maximum ſit conſilium, ut ſibi ſufficiat virtus, hoſtes frangat inopia*, non opus eſt aliquid

A. annotare, *hoc tamen hic monendum*, illam, facto per exploratores indicio, ſæpè per vim & plerumque per inſidias ſtructas feliciter fuiſſe peractam, maximèque prodeſſe, ſi milites & commeatus hi ad caſtra vel loca munita providenda deſtinati ſint: *ita enim* illa eò faciliùs poſteà obſideri, & tandem occupari poſſunt, ut exemplis multis conſtat, ex quibus unicum *Briſacum* ſufficiat adduxiſſe; id enim munitiſſimum ad Rhenum propugnaculum ſolâ commeatûs interceptione, & inde ingenti fame ſubſecutâ in poteſtatem hoſtium venit, ut *Brachel. lib. 6. Hiſt. ad ann.* 1638. refert.

V. *Per inſidias hîc intelligimus craſſiora ſtratagemata, in quibus plus virium, quam ingenii conſiſtit*: *Ex. Gr. Si hoſtis* per opacam ſylvam iter faciens ab hoſte ex improviſo adoriatur ac profligetur, uti Romanus exercitus Tit. Veturio & Sp. B. Poſthumio Ducibus per Furculas Caudinas iter faciens à Samnitibus incluſus & ad deditionem faciendam adactus fuit, ſicut ſuprà *th.2.expl.2.n.11* ex Livio demonſtravimus.

Item ſi hoſtis in caſtris vel alio loco obſeſſus in eruptionibus ex inſidiis invadatur: *vel aliàs* ſubdolè in loca inſidiis apta trahatur, & ex iis impetatur. *Quemadmodum Annibal* adverſus Romanos magnâ horum clade apud *Liv. lib.* 21. *cap.* 53. *& ſeqq. & Scipio* cum Maſaniſſa adverſus Hannonem feliciter apud *eundem lib.* 29. *cap.* 34. peregit. *Ab Abrahamo idem factum legimus Gen.* 14. *v.* 15. *vel ſimulatâ fugâ* inſequens hoſtis circumveniatur, *quod Barbarorum inventum vocat Agath. lib.* 1. *num.* 15.

VI. *Hoſtem*, ſi iniquo in loco detineri & fame C. coërceri poſſit, facilè debellari, immò non rarò ad deditionem cogi, vel unico Exercitus Romani in Furculis caudinis à Samnitibus detenti exemplo præced. *th.2. expl.11. ex Livio lib.9 c.2. & ſeqq.* adducto demonſtrari poteſt.

Negandum tamen non eſt occurrere exempla, in contrarium demonſtrantia quosdam prudentes Duces aſtu ſe ex iis ſubduxiſſe. Quale eſt illud *Hannibalis* ex inſidiis Fabii ſe mirè extricantis, ut *præced. th.4. explic.* 3. notatum eſt.

VII. *Licet nocturnæ invaſiones* ab omnibus belli Ducibus approbatæ non ſint, ſicut *Alexander M.* Parmenioni ſvadenti, ut Darii caſtra noctu aggrederetur, reſpondit: *Non ſoleo furari victoriam. Plut. in Alexandro M. cap.* 57. *Ac ideò prælia talia furtis comparari ſolent*, ſicuti *Tacitus in Agric. cap.* 34. ſcribit: *Unam Legionem furto noctis ag-* D. *greſſus*: Et *Ovidius* 13. *Metamorph. Fab.* 1. *v.* 104.

— — — *Furtis incautum decipit hoſtem.*

*Et præc. v.*100.

Luce nihil geſtum eſt. — — — —

Et addant has rationes, quod nox omnem pudorem ad Ducum reverentiam adimat, Tacit. 4. *Hiſtor.* 36. *quod dubia ac ancipitis eventus, Liv. lib.* 4. *cap.* 27. *& plena periculi ſint nocturna prælia*, ſecundum eundem *Tacit.* 3. *Hiſtor.* 22. ubi de Vitellianis ſcribit: *Prælium tota nocte varium, anceps, atrox, nihil animus, aut manus, ne oculi quidem pro viſu juvabant.* Et *Thucyd. lib.7. pag m.*329. ubi refert *Demoſthenem* Athenienſium Ducem noctu Epipolas aggreſſum magnam cladem ſuſtinuiſſe, & ſimul ejus incommoda narrat. Quod etiam *Dilimneis* in oppugnatione caſtrorum Sybarorum evenit, referente *Agathia lib.3.c.8.*

Illa tamen in totum non ſunt improbanda, cùm & uſus,

uſus & approbatio ac exempla multa felicis eventûs in promtu ſint. *Sic* enim pauca ſaltem afferendo *Marcii ductu* duo Carthaginenſium caſtra unâ nocte maximâ illorum clade capta fuiſſe, refert Livius *lib. 25. c. 39. Idem* à Romanis Æquorum caſtra noctu feliciter invaſa eſſe *lib. 3. c. 28.* ſcribit. *Similiter Scipio* Syphacis & Aſdrubalis caſtra noctu adortus duos in iis exercitus hoſtium delevit, *Idem. l. 30. c. 5. & 6.*

Aliud prælium noctu & ad lunam inter Veſpaſianos & Vitellianos commiſſum legi poteſt apud *Dionem l. 65. ex Xiphil. & Theodoſ. p. m. 738. & ſeqq.*

Sic etiam Abraham cum 318. viris quinque Reges, Lothum fratrem captivum tenentes, noctu feliciter profligavit, *dicto Gen. 14. v. 15.* Et *Pompejus Mithridatis exercitum feliciter aggreſſus eſt, Dio l. 37. f. 24* & uno prælio nocturno confecit. *Flor. l. 3. c. 5.*

Et ideò prudentem Bernegg. ſententiam approbamus, nocturna prælia (1.) *ſi certa* quædam opportunitas & aggrediendi commoditas ſe offerat, non improbanda, & ideò omnia antè perfectè exploranda, atque loca omnia nota debere eſſe, ſi verò hæc deſint, improbanda & intermittenda illa eſſe. *Quo referri debet* mandatum à Scipione in dictorum caſtrorum invaſione Lælio & Maſſaniſſæ apud *Liv. d. cap. 5.* datum his verbis: *Ut, quantum nox providentiæ adimat, tantum diligentiâ expleant.* (2.) *Defenſori diurnum & inſidiatori nocturnum tempus magis eſſe opportunum. Quæſt. ad Tacit. 149. & 199.* ubi videatur. *Plura de hac materia pro & contra ingenioſè refert Moretus in obſidione Fontirabiæ l. 3. p. 387. & ſeqq. ubi conſultationem Ducum & Tribunorum Hiſpanici Exercitus de illa re recenſet.*

IIX. *Rumori* de novis auxiliis appropinquantibus conjungendus eſt rumor fugæ hoſtium, interfecti illorum Ducis, victoriæ alibi ab hoſtibus obtentæ, & ſimilium. *Veriſſimum enim eſt illud Alexandri M. apud Curt. lib. 8. c. 7. ſæpè, quod falsò creditum eſt, veri vicem obtinuiſſe.*

Ita Papirius referente *Livio lib. 10. cap. 41. falsò clamavit inter prima ſigna, ita, ut & vox ad hoſtes accederet, captum Cominium, Victorem Collegam adeſſe, anniterentur vincere priùs, quam gloria alterius exercitus fieret. Aliud* inſigne exemplum ficti ſubſidii refert *Idem lib. 7. c. 14.* Plura vide *præced. c. 7. th. 10. expl. 9. n. 4.* allata. *Quibus addatur notabile illud Stratagema, quod recenſet Buchan. lib. 5. rer. Scotic. p. m. 150.* his verbis: *Cùm jam utrinque exercitus (puta Arcturi & Modredi) in procinctu ſtarent, concurſum eſt ingentibus utrinque animis, ſed Modredo & Confœderatis duo fuére potiſſimùm auxilio, locus in medio paluſter, Brittonibus tranſitu difficilis, & in ipſo pugnæ ardore ſubornatus, qui Brittones moneret, ut Arcturo cæſo rebus perditis, ſuæ quiſque ſaluti conſuleret.*

Pertinet huc inſigne ſtratagema alterum, quod ex Turcorum hiſtoriis refert Leunclav. lib. 5. Hiſt. Muſulm. p. m. 232. hoc tenore: *Hazin Ilbegum prodiviſſe quandoque cum quatuor comitibus ad negocium Chriſtianis Zirfis faciendum, & in itinere cognoviſſe noctu magnum illorum exercitum adventare, & hinc communicato cum ſociis conſilio ita concluſiſſe, ut quilibet illorum cum tympano ſuo caſtrenſi, ſeorſum in montis, cui inſiſtebant, diverſas partes ſe conferret, & audito, quod ille, Hazin, tympana ſua pulſaret, ac tegbir vel teſſeram militarem Alla, Alla, Allahu, inclamaret, ipſi tympano & clamore ſuo reſponderet. Cùm ergò Chriſtiani jam à tergo eſſent, illum cum ſociis prædicto modo tympana pulſaſſe & inclamaſſe, eoque Chriſtianos in tenebris iter facientes, hoſtemque cum validiſſimo exercitu adeſſe, ex pulſu & clamore illo diverſis in locis audito in tantum metum injeciſſe, ut priùs in ſe ipſos* A. *mutuò impetum facerent, ac tandem pluribus inter ſeipſos interemtis fugâ ſaluti ſuæ conſuluerint, Turcisque ampliſſimam prædam & victoriam ſine cæde reliquerint.*

IX. *De corruptione Ducum & militum hoſtilium per largitiones & dona, in genere notandum eſt, contra Romanos illâ ſæpiùs feliciter uſos fuiſſe exteros, ut* inde Rex *Jugurtha apud Florum lib. 3. c. 1.* dixerit: *Fortiùs adverſus Romanos aurum eſſe, quàm ferrum:* Hocque probat *Mithridatis* elogium: *Ut conditores Romæ lupæ uberibus altos, ſic omnem illi populum luporum animos inexplebiles ſanguinis & imperii, divitiarumque avidos ac jejunos eſſe, apud Juſtin. l. 38. c. 6. Hujus corruptelæ architectus fuit Philippus Macedo, uti canit Horat. l. 3. Ode 16.*

— — — Diffidit urbium
Portas, vir Macedo & ſubruit æmulos
B. *Reges muneribus, munera navium*
Sævos illaqueant Duces.

Et Ludovicus XI. Galliarum Rex, de quo Comminæus lib. 1. c. 10. ſcribit: *Certè affirmare licet, omnes viros, qui inſigniori paulò eſſent auctoritate & pondere in Aulis Angliæ, Hiſpaniæ, Luſitaniæ, Italiæ, regionibus Burgundicæ familiæ, Britanniæque Principibus ſubditis (puta muneribus corruptos) notos habuiſſe, non ſecùs quàm familiarium ſuorum aliquos. His artibus, quibus aſſuetum diximus, hiſque moribus regnum ſibi ſervavit. Omnibus verò his majore uſui ipſi fuit liberalitas largitionum. Ejus exemplum refert in Leſcutio & Souplenvillio ita munerato lib. 3. c. 11. & in miniſtris Angliæ Regis ita corruptis lib. 6. c. 2.*

Quod ſi unquam ita ſe habuit, certè in hodierno Galliarum Rege Ludovico XIV. ſe exerit, ut hiſto- C. rici, & inprimis *Valckenierus* in dem verwirrten *Europa lib. 1.* paſſim oſtendit, non ſolùm enim Magnatum Chriſtianorum, ſed etiam Barbarorum primarios miniſtros & Belli præfectos corrupiſſe dicitur.

Vim hujus artis optimè notam habuit Philippus Macedoniæ Rex, utpote cujus Apophthegma fuit memorante Cicer. l. 1. Epiſt. ad Attic. 11. & Plut. in Apophth. Regum c. 31. Omnia caſtella expugnari poſſe, in quæ modò aſellus auro onuſtus poſſit aſcendere.

Hinc ille à Demoſthene ob has corruptiones paſſim vapulat, utpote *Orat. in illum 3. poſt pr.* his verbis: *Illud autem eſt, quod omnibus ſuis largitionibus Philippus mercatur, ut, cùm ipſe bellum vobiſcum gerat, à vobis bello non petatur. in Epiſt. de Reditu ſuo 2. Philippus inter eos, qui ab omni ævo memorantur, ſolertiſſimus eſt ad hominum voluntates* D. *comitate & affabilitate ſic ſibi devinciendos, ut ad nutum paratos haberet, & largitionibus omnes, quorum aliqua eſt in Græcis urbibus auctoritas, corrumpendos. in Orat. de Corona poſt pr. Quæ cùm videret Philippus, largitionibus faciendis in ſingularum urbium proditores, omnes commiſit, & inter ſe concitavit. Ibid. f. m. 10. Poſtquam tum vos decepti eratis à Philippo per iſtos homines, qui ſe in Legationibus mercede ei locaverant, nihilque veri nobis nunciarant. & paulò poſt: Cùm & Magiſtratus, rebusque gerendis præfecti, munera à Philippo captarent, & largitionibus corrumperentur. & f. 39. Quod ſi quis quemcunque rogitet, quibus rebus Philippus maximam eorum, quæ confecit, partem expedierit, omnes reſpondebunt, exercitu & largiendo & corrumpendis iis, qui in gerendis rebus verſantur. & tandem in Orat. de Falſa Legatione f. m. 72. Ut autem nec illud ignoretis, Philippus nos periclitatus eſt omnes ad ſingulos privatim miſſitans, & multum ſanè auri offerens.*

Ubi

Ubi notari meretur, primam talem corruptionem à Pauſania lib. 8. *fol. m.* 291. *Lacedamonius attribus* in Ariſtocrate Arcadum Rege ita à Meſſeniis veteribus amicis & belli ſociis averſo. *Et in ſpecie monendum eſt*, illum, qui hoſtes ad internecionem ſui Ducis pecuniâ ſolicitat, & corrumpit, ex Alexandri M. à *Curtio l.4.c.11.* relata ſententia non pro juſto hoſte, ſed percuſſore venefico habendum eſſe.

TH. VI.

Hactenus conſilia: Sequuntur Machina & catera inventiones bellica in ſpecie ſic dicta, ad occupanda hoſtilia loca, & hoſtibus honeſto modo iis nocendum excogitata: *Qualia ſunt* omnia Machinarum & tormentorum bellicorum, uti etiam turrium & ſcalarum genera, nec non cuniculi, modi ignes in hoſtilia eminus injiciendi & ſimilia.

Explic.

DE *omnis generis hisce machinis & inventionibus praced. cap.* 2. *th.* 5. *explic.* 7. *& ſeq. cap.* 13. *th.* 3. *explic.* 2. *&* 3. abundè diximus, ubi ſimul *de igne Graco* quædam notabilia conſignavimus, quibus hîc addimus, *Archimedem ſpeculum uſtorium ex are confeciſſe, quo naves hoſtium eminùs incendit, ut ex Dione refert Zonaras Tom.*3. *Annal. ſub Imperio Anaſtaſii Dicori.*

Simile ſpeculum ſub dicto Imperatore à Proclo inſigni Philoſopho & Mechanico confectum & ad comburendas Sarracenorum naves è muro Conſtantinopolitano feliciter uſurpatum fuiſſe *refert Idem d.l.*

Memorant etiam Hiſtorici ſimile in Pharo Alexandrina olim repoſitum fuiſſe, quo incolæ hoſtium naves è longinquo incendere potuerunt, ut poſt alios apud *Curionem in Hiſt. Sarrac l.2.f.m.*70. legi poteſt.

Sed hoc inventum deperditum cum dicto igne Graco eſt, quamvis nuper Gallus quidam Villettus nomine illud reſtituere annixus ſit, ſed hucusque hoc in caſu, fruſtra, quanquam in aliis rebus ſummum effectum produxerit, ut in *Ephemeridibus Erudítor. Tomo* 1. *Ephemer. X. pag. m.* 111. *& ſeq.* legi poteſt.

De Cuniculis praced. cap. 6. *th.* 17. *explic.* 8. etiam multa ſcitu digna & memorabilia annotavimus.

Hoc loco etiam illud addimus, inventiones tales, quia maxima ex parte ex ingenii acumine profluxerunt, poſterioribus temporibus *barbarè Ingenia dicta eſſe. Uſurpat verò illud vocabulum* Fulcherius Carnotenſis *cap.* 4. *Hiſt.* de Nicea Urbe memorans, illam ipsâ vi & ingeniis coërcitam fuiſſe. *Albert. Aquenſis lib.* 2. *Hiſtor. cap.* 35. ſcribens: Magiſtrum artis ingenia ſua aptaſſe. *Marinus Sanutus lib.* 2. *Hiſtor. parte* 5. *cap.* 8. Turcas referens feciſſe ingenia ingeniis Chriſtianorum oppoſita. *Et inde facit verbum Ingeniator* pro architecto *lib.* 2. *parte* 4. *cap.* 22. *qui hodiè Ingenieur Gallis dicitur. Tangit hoc quoque Lipſ. lib.* 1. *Poliorc. Dial.* 1. *Plura legi poſſunt apud Marcil. ad Epigr. Martialis in Caſaris Amphitheatr. & Venat. Epigr.*10. *p.m.* 34.

II. *Sicuti verò* Stratagematibus ac dolis bonis, ut jam dictum, uti licitum eſt: *Ita vice verſa in*

A. bello non ſolùm ab armis venenatis, ut etiam *praced. cap.* 5. *th.* 8. *explic.* 1. *num.* 2. notatum, *ſed etiam* ab artibus magicis & incantatoriis omninò abſtinendum eſt: *De illis exempla ſequentia memorare volumus: Sub Anaſtaſio Imperatore Bulgari gens priùs ignota* in Illyrium & Thraciam incurſiones fecêre: Contra quos cùm aliquot Romani Duces cum exercitu profecti eſſent, illi incantationibus & artibus magicis uſi, turpiſſimè Romanos omnes, præter paucos, interemerunt. *Zonar. Tom.*3. *Ann. ſub Anaſtaſ. f.m.*127.

Haquinus Norvegia Princeps contra Danos pugnaturus imbris maleficio hoſtes attrivit, ut proſpiciendi facultate defecti graviorem ab elementis pugnam quàm ab hoſte ſenſerint. *Saxo Grammat. lib.*10. *Hiſt. Dan. f.m.*183.

Ita quoque Biarmenſes contra Regem Regnerum

B. pugnaturi carminibus horrendam tempeſtatem Danis immiſerunt, eosque mox ferventiſſimo calore torruerunt, ut *Idem lib.* 1. *fol. m.* 17. *& Olaus Magnus in Hiſtor. Septentr. lib.*3.*c.*18. ubi in toto illo libro multa de Septentrionalium incantationibus habet, recenſet.

Similiter refert Gvagninus Rerum Polonic. Tomo 2. *ſub Tartar. Regno Cazanenſi & Zarolhenſ. Hordà* Tartaros Thumenskenſes, Schibanskenſes & Kozaczkenſes per incantationem inducere ſolere tempeſtates & caliginem, eoque medio hoſtes ſuos profligare.

Sicuti etiam illi in famoſo illo ad Lignizium Sileſiæ noſtræ celeberrimam Civitatem, cum Henrico Duce beatiſſimæ memoriæ, & unitis Polonis commiſſo prælio, cùm ſe ferè victos cernerent, monſtrarunt: Dum illorum vexillifer (ut

C. Matthiæ de *Mechovia* verbis *in Chron. Reg. Polon. lib.* 3. *fol. m.* 133. relatis utar) valdè magnum vexillum ferens, in quo chi litera Græca depicta erat, talis X. & in ſummitate haſtilis imago deterrimi & nigerrimi coloris cum barba prolixa: cœpit incantando ſortiter caput imaginis quatere. Ex quo illicò fumus & nebula horrendi & intolerabilis fœtoris in Polonos diffuſa eſt, ut penè exanimati & invalidi ad bellandum redderentur. Clamore itaque horrendo elevato in Polonos Tartaricus exercitus converſus acies eorum, quæ interim integræ erant, dirupit, & eas magnâ ſtrage affecit. De illo prælio & incantationis modo etiam legi poteſt *Cromer. de Reb. Polon. lib.* 8. *fol. m.* 143. *Neugeb. de iisd. lib.* 3. *pag. m.* 142. *& Oratio M. Valentini Alberti Lipſia anno* 1664. *habita.*

D. *Nec tacendum hic nefarium Fidenatium facinus, quo* in eruptione nocturna facibus ardentibus in Romanos factâ pulverem (venenoſum procul dubio) facibus immixtum & per fumum elatum ex oculis virorum & equorum lucem abſtulerunt, ut refert *Liv. lib.*4.*c.*34.

Plura vide apud Alber. Gentil. de Jure belli lib. 2. *cap.* 6. *De animalibus vel inſectis venenoſis contra hoſtes uſurpatis ſeq. cap.* 6. *th.* 18. *explic. num.* 5. Et his addi poſſunt, quæ *ibid. praced. th.*17. *expl.*5. relata ſunt.

CAPUT

CAPUT IX.

DE JURISDICTIONE ET DISCIPLINA MILITARI: UBI SIMUL DE LEGIBUS, POENIS, PRÆMIIS ET STIPENDIIS MILITARIBUS.

SUMMARIA.

Th. I. Ratio connexionis, & quæ circa Juriſdictionem ac diſciplinam militarem obſervanda.

Th. II. Efficiens principalis & minùs principalis qui.

Explic. Ordinariam Juriſdictionem à nemine, qui eam proprio jure, & ut Magiſtratus habet, alii concedi poſſe.

Th. III. Forma Juriſdictionis militaris in quibus conſiſtat.

Explic. I. Modus conceſſæ Juriſdictionis quomodo ſe habeat.

Ubi, an miles à Civili Magiſtratu condemnari ac puniri poſſit.

Expl. II. Modus, juxta quem judicium militare exerceri & judicatum perfici debeat.

Referuntur ſpecies judiciorum militarium.

Et quidam Officiales ac Miniſtri illorum.

Th. IV. Objectum Juriſdictionis & diſciplinæ militaris circa quæ verſetur.

Expl. I. Encomium, utilitas & neceſſitas diſciplinæ bellicæ recenſetur.

An Officiales ipſimet milites peccantes in flagranti crimine armis ſuis coërcere queant.

Expl. II. Ad diſciplinam obſervandam requiritur juſta ſtipendiorum ſolutio.

Th. V. Leges militares quid, & quomodo diſcernendæ.

Expl. Recenſentur quædam Conſtitutiones Juris militaris.

Th. VI. Communes Leges quæ.

Expl. Leges hæ etiam pœnas communes retinuerunt.

Th. VII. Singulares vel propriæ quæ.

Explic. Sicut milites ſingulariter peccant, ita etiam iis ſingulares Leges ſunt præſcriptæ.

In quibus illæ conſiſtant.

Tyronibus cur primâ vice in his delictis parcatur.

Th. IIX. Cuſtodia morum in quibus conſiſtat.

Explic. I. Cur continentia & modeſtia in bello obſervanda: ubi damnum ex luxu oriundum demonſtratur.

Invectiva in mores militum depravatos.

Expl. II. Qualis modeſtia in militia requiratur.

Ubi de veſtibus & armis, ac ornatu militum.

Expl. III. De abſtinentia militibus injuncta.

Th. IX. Circa pœnas quæ conſideranda.

Th. X. A ſingulis exactæ pœnæ ſunt capitales vel non capitales.

Th. XI. Recenſentur variæ militares capitales pœnæ.

Expl. Referuntur delicta militaria capitis pœnâ olim & nunc plecti ſoluta.

De illorum pœnis remiſſivè.

Th. XII. Non capitalium ſpecies recenſentur.

Expl. I. Pœna fuſtis à pœna vitis diſtinguitur.

Hæc militaris ſolùm fuit & honoratior.

An vitis illa fuit vera, vel analogicè ſic dicta.

Fuſtigationis quis modus.

Ubi de flagris & virgis incidenter.

A. *Quid hodie loco fuſtigationis uſurpetur.*

Expl. II. Miſſio ſanguinis quid fuerit.

Expl. III. Miſſio ignominioſa in ſpecie quid.

Quomodo exauctoratio perfecta.

Alia ſpecies miſſionis ignominioſæ per nominationem Quiritum.

Ubi de miſſione honeſta.

Expl. IV. Degradatio quomodo facta.

Expl. V. Recenſentur etiam aliæ quædam animadverſiones in milites ignominioſæ.

Expl. VI. Quomodo fures & fugitivi in bello quandoque apud Romanos, & Spartanos verò ſemper puniti fuerint.

Explic. VII. Quædam de noſtris pœnis, & in ſpecie fractione ac ademtione armorum, Strappichordio, cæſione cum virgis à commilitonibus facta.

B. Th. XIII. Pœnæ militares per decimationem & ſimilem ſelectum impoſitæ quæ.

Expl. I. Quando illa locum habeat, & de modo ac cauſa eam inſtituendi.

Ubi multa ejus exempla.

Fuit etiam apud Græcos uſitata.

Ubi de pœna per centeſimationem.

Expl. II. Demonſtratur etiam totas Legiones punitas eſſe.

Ubi de Legione ob Regium punita.

Expl. III. Quaſdam Legiones non punitas, ſed pœnam in proximam pugnam, ut ignominiam fortibus factis delerent, ſuſpenſam fuiſſe.

Th. XIV. Præmia ſunt duplicia, propriè & impropriè ſic dicta.

Expl. Præmiorum neceſſitas & utilitas.

Ubi de Siccii fortibus factis.

C. Th. XV. Præmia propriè ſic dicta iterùm duplicia.

Th. XVI. Remunerationes veterum in quibus conſiſtant.

Expl. I. Laudatio & remuneratio ab Imperatoribus ex ſuggeſtu facta.

Præmia vel ornamenta illa, qualia fuerint.

Ubi de ſingulis ſpeciebus aliquid notatur.

Corona quot, & qualis quæque.

Ubi de Laureto, ex quo decerpti lauri rami.

Qualis & quanta aurea fuerit.

A Provincialibus data etiam ex auro, & ideò aurum Coronarium dicta fuit.

Ovalis quomodo à triumphali diſcreta.

Obſidionalis ex qua materia, & à quibus confecta, & quare data.

Civica ex qua materia confecta, & quare data.

D. *Muralis ex qua materia confecta, & quare data.*

Caſtrenſis item.

Navalis item.

Ubi ſimul de alia corona ob virtutem data, & exploratoriâ dictâ agitur, item de Oleaginea.

Demonſtratur etiam alias gentes Coronas militibus dediſſe.

Corona aurea ſaltem militibus inquilinis data, reliqua ornamenta etiam auxiliis.

Quæſtiones aliquot de primo Coronarum uſu.

Expl. II. Quædam de collatione munerum.

Expl. III. De donationibus ex præda quibuſdam benè merentibus factâ.

Expl. IV. Largitiones ſive Donativa in quibus rebus conſtiterint.

Expl. V. Alimenta & dotes benè meritis & illorum liberis, & ſimilia conceſſa.

Th. XVII. Honores in quibus conſtiterunt.

Expl. De publica benè meritorum militum ſepulturâ & ſtatuarum erectione.

Th. XIIX. Privilegia militum in quibus conſiſtant.

Expl. I. Quæ circa privilegia illa obſervanda ſint.

Quæ illis circa perſonas, quæ circa res, & quæ circa actiones competant.

Explic. II. An Privilegia Romanis militibus conceſſa etiam noſtris competant.

Th. XIX. Stipendia quid & in quibus conſiſtant.

Expl. I. Olim apud Romanos miles de proprio vixit.

Quando ſtipendia primùm largita.

Quantum in annum largitum.

Quid Suetonius per quartum ſtipendium intelligat.

De ſenſu verbi Stipendium, & phraſis ſtipendia merere.

De Equitum ſtipendio.

Quis Stipendia ſolverit.

Ubi de turbis ex detentione Stipendiorum ortis.

Explic. II. Quid circa veſtes, frumentum & arma obſervatum fuerit.

Th. XX. Finis diſciplinæ bellicæ in quibus conſiſtat.

TH. I.

Hactenus inventio bellica: Sequitur Jurisdictio & diſciplina militaris, cujus conſideranda (1.) Efficiens. (2.) Forma. (3.) Objectum. (4.) Finis.

TH. II.

Efficiens principalis eſt ſummus belli Dux, cujus auſpiciis bellum geritur, Officialibus ſuis certam de militum delictis & negociis judicandi poteſtatem cum mero imperio juxta præſcriptam formam uſurpandam concedens:

Minùs principalis vel inſtrumentales ſunt tales Officiales à ſummo illo belli Duce Jurisdictione tali militari in ſibi ſubjectos milites præditi.

Explic.

QUia nemo Jurisdictionem ordinariam aliis concedere poteſt, niſi qui illâ proprio jure & vi Magiſtratus pollet, *ideò* efficientem hujus Jurisdictionis & diſciplinæ ſolum illum Supremum Ducem, cujus auſpiciis, juſſu & auctoritate bellum geritur, conſtituimus. *Quâ etiam de cauſa* in der Reuter-Beſtallung Käyſers *Maximilian. II.* und deß Römiſchen Reiches *de anno* 1570. *tit.* von Beſtellung deß Feld- und Reuter-Rechtens / *conſtitutum eſt*, daß der Feld-Obriſter das Schwerdt / ſo ihme (als ein Zeichen ſeiner Gewalt und Jurisdiction) von einem Käyſerl. und Reichs-Herolden vorgeführt werden ſol / nach verrichteter Beſchwerung der Kriegs-Articulen von demſelben annehmen / und dem Feld-Marſchallen zu gleichmäſſiger Bezeugung der übergabe / und Handhabung der Juſtitz übergeben ſol.

Quemadmodum verò apud Romanos ſolis Conſulibus, & poſteà Prætoribus, Ducibus & Imperatoribus in caſtris conceſſa fuit in milites ſumma Jurisdictio, *ut quo ad Conſules ex Polyb. lib. 6. cap. 35. Liv. lib. 2. c. 59.*

A. *& lib. 4. cap. 10. Val. Max. lib. 2. cap. 7.* ferè per totum, *Appiano de Bellis Punic. pag. m.* 117. & *Saluſt. in Jugurtha cap* 69. *ubi* Metellus Conſul Turpilio pœnam capitis poſt examinatam cauſam indixit. Et *Halicarn. lib. 11. cap. 47. ubi* expreſsè ſcribit, *militare juramentum milites ſequi jubet, quocunque Imperatores duxerint; lexque Ducibus poteſtatem dat indictâ cauſâ interficiendi, ſi qui non obtemperent, aut ſigna deſerant.* Et *Cicero 3. de Legibus cap. 3.* inter Leges veteres refert: *Militiæ ab eo, qui imperabit, provocatio ne eſto; quod is, qui bellum gerat, imperaſſit, jus ratumque eſto:* & paulò pòſt: *Conſules militiæ ſummum jus habento, nemini parento.*

Exempla exercitii talis Imperii ubique occurrunt, & in ſpecie apud *Appian. de Bellis Hiſpanicis pag. m. 461. Halic. lib. 9. cap. 60. Liv. lib. 2. cap. 59. & lib. 28. cap. 29. Et ideò* Conſuli in bellum profecto lictores eum prægredientes additi *idem l. 10. c. 25.*

B. *Et quoad Imperatores* claris indicat verbis *Tacit. 1. Annal.* 26. ubi Clemens Centurio in Oratione dicit: *Novum id planè, quod Imperator ſola militis commoda ad Senatum rejiciat. Eundem ergò Senatum conſulendum, quoties ſupplicia aut prælia indicantur, an præmia ſub Dominis, pœnas ſine arbitrio eſſe.* Quibus addi poſſunt, quæ infrà *th. 9. in explic.* de nimis aſperis pœnis relata ſunt.

Poſterioribus tamen temporibus proprius Judex factus eſt Præfectus Legionis abſente Legato omnem Jurisdictionem habens. Vide *Veget. lib. 2. cap. 9.* Tribunis verò aliisque inferioribus Officialibus apud illos levem ſaltem coërcitionem competiiſſe, ex iisdem hiſtoriis, uti etiam *L. Officium. 12. in f. ff. de re milit.* ubi JCtus ſcribit, *Tribuni Officium eſſe delicta ſecundum ſuæ auctoritatis modum caſtigare.*

C. *Poſteà Imperatorem Conſtantinum* diſciplinam militarem *in magiſtros militum* à Præfectis Prætorio tranſtuliſſe narrat *Zoſimus, quod etiam Imperatores Honor. & Theodoſ. illorum dignitati conceſſerunt in l. 6. C. de Jurisd. omn. judic.*

Benè hinc obſervavit *Ayala de Jure & Offic. Bellic. lib. 3. cap. 8. num. 8.* Cùm Mennius Præfectus Caſtrorum abſente Duce Germanico cœptam ſeditionem duorum militum ſupplicio ſedaſſet, *Tacitum 1. Annal.* 38. judicaſſe, bono magis exemplo, quàm jure conceſſo id factum fuiſſe.

A quibus verò pœna dictata inflicta fuerint, apud Stewech. ad Veget. l. 1. c. 23. ad verba: Per quam delinquentes &c. legi poteſt.

Ita etiam primò in noſtro Imperio ſoli Magiſtro equitum, dem Feld-Marſchall, ut patet ex dicta *Ordin. militari tit.* wie das Reuter-Recht ſol gehalten werden,

D. *artic. 2. ſub certis ſolennibus in eodem titulo contentis, ſed jam exoletis, conceſſa fuit Jurisdictio hæc, poſteà verò ab Imperatore Ferdinando II. anno nobis ignoto cuique Legioni peculiaris ſua tàm Criminalis, quàm Civilis conceſſa fuit Jurisdictio: Sicuti etiam* Legionibus Germanicis ſub auſpiciis Regis Hiſpaniæ in Belgio militantibus eadem peculiaris Jurisdictio omnimoda competit, ut conſtat ex iis, quæ in ſuo *Magiſterio militari parte 2. cap. 3. tradit Carolus à Mannsfeld.* Et refert *Chriſtinæus tom. 5. Deciſ. 221. num. 16. Conſtitutionem Ducis Albani anno 1570. latam, ejus tenoris, ut Legati militumque Tribuni* conſilium militare conſtituentes de omnibus *militaribus* criminibus ſoli cognoſcerent; *non autem de communibus niſi* in caſtris vel expeditione, vel hibernis, vel inter commilitones eſſent perpetrata; extra hos caſus propter delictum commune milites à Civilibus Judicibus condemnari poſſent.

Th. III.

TH. III.

Forma juriſdictionis militaris conſiſtit in modo (1.) Conceſſionis factæ. (2.) illam exercendi & exequendi.

Explic.

I. M*Odus conceſſæ Juriſdictionis principaliter in eo conſiſtit*, quod militaris Magiſtratus vel Judex conſtitutus poſſit in Criminalibus & Civilibus, ubi milites rei ſunt & conveniuntur, judicare & judicatum exſequi, *ut in ſpecie ex Jure militari Imperii Maximiliani II. Imperatoris, tit.* wie das Ritter-Recht ſol gehalten werden/ *artic.* 5. *& Guſtavi Adolphi Regis Sveciæ à Carolo Guſtavo reviſo & aucto in appendice*, von der Gerichts-Ordnung/ *tit.* 1. *art.* 6. *& ſeqq. conſtat.* *Nam & Jure Civili* conſtitutum eſt, ut miles coram ſuo judice conveniatur, *L.* 9. *ff. de Cuſt. & exhibit. reor. L.* 3. *in pr. ff. de Re Milit. & L. Magiſteria* 6. *C. de Juriſd. omn. Judic.* *Idem Juven. Satyra* 16. *v.* 15. *& ſeqq. indicat.*

Notandum tamen, regulam illam exceptionem pati, ſi crimen enorme & commune, adeòque belli ſtatum vel jus propriè non concernens, quod ſcilicet nomine publicorum delictorum in Jure Civili expreſſorum venit, *& quidem* extra caſtra vel præſidium ſuum commiſerit, ut probatur ex *L. ult. ff. de Accuſat.* ibi : *Alterius provinciæ reus apud eos accuſatur & damnatur, apud quos crimen contractum oſtenditur, quod etiam in militibus* eſſe obſervandum generaliter reſcriptum eſt, junctâ *d. l.* 3. *ff. de Re Milit.* ibi : *Præterquam ſi quis gravius admiſerit, tunc ibi plecti convenit, ubi facinus admiſſum eſt.* *Cujus rationem benè reddit Voëtius de Jure Milit. c.* 4. *n.* 4. *Et ne privilegium fori quis hic objicere poſſit, obſtat. L.* 1. *C. ubi Senatores vel Clariſſ. quæ* expreſsè ſtatuit, præſcriptione tali illum uti non poſſe, quia omnem hujusmodi honorem reatus excludit : quo facit *R. I. de dato* Regenſp. 1641. §. Wir haben auch. 47. *ubi expreſsè ſancitum*, quod miles, ſi ultra tria milliaria à ſuo præſidio vel metatis abſens deliquerit, & à Magiſtratu loci captus fuerit, ab eodem liberè & debito modo puniri poſſit. *Cum qua ferè congruit Conſtitutio Ducis Albani, præced. th. in expl. relata.* *Negat tamen Voëtius d. tr. c.* 7. *n.* 8. *jure Romano milites unquam ad forum Civile pertinuiſſe.* *Vide etiam ſeq. th.* 18. *explic.* 1. *n.* (3.) *notata.*

II. *Modum exercendi & exequendi quod concernit, notandum*

(1.) *Sicut in Civili Statu, ita quoque in bello duplices eſſe Judices, Superiores & inferiores, adeòque* non omnia delicta coram & à quovis accuſari ac decidi vel puniri poſſe : *quare* Sereniſſimus Sveciæ *Rex Carolus Guſtavus*, Laudatiſſimæ recordationis, *in dicta Appendice in Prologo, Judicium ſuperius ab inferiori accuratè diſtinguit, & Tit.* 1. *art.* 2. utriusque juramenta, ac *art.* 6. *cum ſeqq.* cauſas in utroque ventilandas exactè refert, *addens*, in quibus cauſis appellationes admitti debeant. *Quemadmodum etiam Jus militare Imperii, Tit.* wie das Reuter-Recht ſol gehalten werden/ *artic.* 5. *quodammodo recenſet, in quibus cauſis ipſe Magiſter Equitum, & in quibus ejus vicarius judicio præſidere debeat.*

(2.) *Judicium militare certis ſolennitatibus conſtare*, & ſententiam ferre debere. *Siquidem ſecundum Jus militare Imperii Magiſter Equitum*, der Feld-Marſchalck/ judicium pro copia militum in rebus arduis 12. vel 24. perſonis nominatis juxta *præd. tit.* §. 2. *&* 3. conſtituere, & certâ ſolennitate id adornare debet, ſecundum *art.* 4. *& ſeqq.* ubi legi meretur : *Et Jus Svecicum*

A. perſonas, quæ ad ſuperius & quæ ad inferius conſtituendum neceſſariæ ſunt, & quis accuſator in Criminalibus eſſe, ac quomodo ſententia lata exequi debeat, accuratè *d. tit.* 1. per totum præſcribit, ubi ſimiliter legi poteſt.

Ubi (3.) *notandum, in militia Germanica tres ferè ſpecies judiciorum militarium publicorum occurrere, primamque* vocari criminale in genere, das Maleſitz-Recht/ *idque dupliciter inſtitui*, vel coram judicibus Legionis ordinariis, ideò ordinarium dictum, vel extraordinariis, quando ſcilicet ex diverſis Legionibus diverſi judices deliguntur, ut in rebus gravioribus vel dubiis fit, *vocarique quandoq; ſolet* ein unpartheyiſch Kriegs-Recht/ *quandoque General-* oder Ober-Kriegs-Recht. *Secundam à modo puniendi*, das Spies-Recht/ quando ſcilicet à commilitonibus haſtatis pœna mortis infertur, de quo *ſeq. th.* 11. *in explic. in f.* egimus, & in his duo-

B. bus ordinarius juris militaris proceſſus ac triduana cognitio obſervatur. *Et tertium in cauſis notoriis* ac reo in flagranti crimine deprehenſo uſitatam, *quando ſcilicet* ſine ulla mora vel dilatione aut ordinario juris proceſſu executio ſtatim peragitur, & ideò vocari ſolet das Stand-Recht. De quibus legi poteſt Obrecht *de Adminiſtr. belli Tit. de Judiciis militaribus th.* 1155. *& ſeqq.* Reuter in ſeiner Kriegs-Ordnung *&* Junckhauſen in ſeiner Kriegs-Ordnung zu Waſſer und zu Lande *apud Beſoldum de arte jureque belli in fine, uti etiam* Fronſperger in ſeinem Kriegs-Buch *Parte* 1. *l.* 1.

Et 4. *addendum, Officiales & miniſtros juriſdictionis & judicii militaris eſſe ſequentes* : Præfectum juſtitiæ tàm generalem quàm particularem, General- und Regiments-Auditeur : Executorem juſtitiæ tàm generalem quàm particularem, uti eti-

C. am commentarienſes vulgares, General-Gewaltiger / auch Regiments- und gemeine Profoſe : Accenſum & Scribam, Gerichts-Webel und Schreiber : Carnificem & Lictores, Hencker und Stecken-Knechte.

TH. IV.

Objectum juriſdictionis & diſciplinæ militaris verſatur (1.) circa cuſtodiam Legum: & (2.) morum bonorum, mandatorum, ordinis & armorum. (3.) juſtam pœnarum irrogationem & præmiorum diſtributionem. (4.) debitam Stipendii ſolutionem.

Explic.

D. I. N*On immeritò Valer. Max. lib.* 2. *cap.* 7. *diſciplinam militarem vocat præcipuum decus & ſtabilimentum Imperii Romani, in cujus ſinu ac tutela ſerenus tranquilliusque beatæ Pacis ſtatus acquieſcit.* *Et Veget. lib.* 1. *cap.* 8. *ita eandem evehit, ut ſcribat, per eam Populum Romanum ex parviſſimis finibus Imperium ſuum penè Solis regionibus & mundi ipſius fine diſtendiſſe : cui congruit id, quod iterum Val. Max. d. l. cap.* 8. *in princ.* de eadem prædicat : Et hinc *Quinctil. Declam.* 3. *poſt medium* ait : *Si verè æſtimemus, Imperium Populi Romani ad hanc diem diſciplinâ militari ſtetit.* Atque *Alexander Severus Imper. apud Lamprid. cap.* 53. ait : *Diſciplinâ majorum Rempubl. teneri, & illâ dilapsâ & nomen Romanum & Imperium amiſſum iri.* *Quod etiam* longâ & vehementi Oratione demonſtrat *Papirius Dictator apud Livium lib.* 8. *cap.* 32. *& ſeq.* ubi videatur. *Eam ideò Romani tanti fecêre, ut*

Romanis Parentibus antiquior fuerit charitate liberorum, L.19.§.7.ff de captiv.& poſtlimin.reverſ.

Ut autem illa cuſtodiri poſſit, neceſſe eſt, ut miles ſemper in negociis & exercitationibus militaribus occupatus, ne otio torpeſcat & inſoleſcat, quoniam illud diſciplinæ inimiciſſimum eſt, ut *ex mente Julii Cæſaris* prudenter refert *Paterculus lib.2.Hiſtor.c.78.* & *de Tiberio narrat ſeq.c.*109.

Laudatur ob diſciplinam militarem ſanctè & ſtrenuè obſervatam Scipio Africanus à Plut. in Apophth. Rom. c. 24. & Livio in Epit. lib. 57. Æmilius Paulus illâ cunctis terribilis, Plut. in ejus vita c. 4. Pertinax ab Herodiano lib. 2. c. 13. & 17. Alexander Severus Imp. à Lamprid. in ejus vita c. 25. & 50. Aurelianus Imper. à Vopiſco in ejus vita cap. 6. & ſeqq. Adrianus Imper. Spart. in ejus vita c. 10. & Dio lib. 69. f. m. 790. & Trajanus apud Plin. in ejus Panegyr. c. 18. Totilam quoque diſciplinæ hujus exactam rationem habuiſſe, patet ex Oratione ad ſuos primores de puniendo ob ſtuprum armigero habitâ apud *Procop.lib.3.de Bello Goth.p.m.*324. ubi ita ſtatuit: *Delinquere & in delinquentes inferenda ſupplicia intercipere, æquè ſe habere.*

Dependet autem diſciplina hæc à juramento militari, utpotè juxta quod miles parere tenetur imperio Ducis, & quicquid ab eo fuerit juſſus, pro viribus: Dux verò per illud Jus vitæ & necis, omniſque animadverſionis poteſtatem nanciſcitur, de quo ſuprà *c.3.th.13.expl.*1. actum eſt.

Ubi monendum, Ducem belli ſicut Civilem Magiſtratum in animadvertendo non debere ſignum lætitiæ vel complacentiæ oſtendere, per ea, quæ ſuprà hoc libr. *parte* 1. *cap.* 13. *th.* 15. *explic.* 11. dicta ſunt.

Sed ejus neglectum jam ſuo accuſavit tempore Tacit. 3. Annal. 76. de Juliano & Apollinari ita ſcribens: *Non vigilias agere, non intuta mœnium firmare, noctu dieque fluxi &c. de quo in th. 8. expl. plura dicentur. Et licet dictus Adrianus Imperator* poſt Cæſarem Octavianum primus labantem diſciplinam incuriâ Superiorum Principum retinuerit, referente *Spartiano in ejus vita d. c.* 10. *Ejusque inſtituta* adhuc tempore Dionis Caſſii, ut ipſe *lib. 69. fol. m.* 792. teſtatur, vim Legis obtinuerint. *Attamen poſteà* diſciplina illa iterùm lapſa eſt, *ſiquidem de Severo Imperatore* narrat *Herodianus lib.* 3. *c.* 25. illum primum duritiem atque aſperitatem victus, tolerantiamque laborum diſciplinamque omnem, & Ducum reverentiam ſubvertiſſe, inhiare pecuniis & mundicias colere militibus inſuefactis.

Admodùm ob exactam diſciplinam hanc laudantur Turcæ, à Georgevvizio de moribus Turcarum, Seidlizio in hiſtoria peregr. ſua & aliis, ita, ut *Hippolytus à Collibus in Principe ſuo c.* 16. *cum Renato Luſingano* ſcribat, illos hoc tempore hac in re omnes antecellere nationes.

Contra verò in Chriſtianorum caſtris omnis penè exulat diſciplina, ut inde *Platina in Hiſtor. Mantuana l.* 2. *p.* 106. de militibus ſui temporis ita calamum ſtringat: *Nunc nemo fortis, nemo ſtrenuus ac gnavus habetur, niſi qui furta, qui rapinas, qui incendia, qui latrocinia cum perfidia, dolo & fraude à tenera uſque ætate exercuerit.* De quo plura *præc.c.3.th.9.explic.6.* conſignavimus.

Quæritur hic: An Officiales ipſimet milites peccantes gladiis & armis ſuis ferire ac coërcere vel punire queant?

Et reſpondere ſolet: Officiales milites in graviore flagranti crimine, præſertim ubi coërcitio vel punitio moram non fert, ad exemplum & terrorem

A. aliorum, gladiis, bipennibus & ſimilibus armis ſuos coërcere, & ſi occaſio ferat, planè interimere poſſe. *E. G.* Quia in aperto tumultu & ſeditione ad illam ſedandam intereſt, ut auctores & complices ab Officialibus ſuis quàm primùm è medio tollantur, dubio caret, quin ab eo illi ſtatim interfici poſſint. *Porrò id etiam licet,* ſi milites in actione belli publica, puta prælio, conflictu, vel invaſione hoſtilis loci officio ſuo fungi nolint, ſed vel fugam turpem capeſſant, vel retrocedant, vel planè reſiſtant, vel ad hoſtem tendant. *Idem ex obſervantia licitum eſt*, ſi miles in vigilia dormiat, vel officio ſuo cum magno periculo malè fungatur, ut *præced.c.6.th.11.expl.3.* etiam dictum.

In cæteris verò minoribus delictis, & ubi pœna citra periculum moram patitur, ordinaria coërcitio adhibenda eſt.

B. *De quibus caſibus conſuli poteſt Tullius Criſpolius in ſuis caſibus militaribus, caſ.*29.

II. *Ut verò diſciplina militaris obſervari & exerceri queat, oportet, ut etiam militibus ſtipendia ſua debito tempore exhibeantur*, & annona diſtribuatur: *Miles enim* in officio contineri non poteſt, cui neceſſaria non ſubminiſtrantur, *quin potiùs* à Ducibus animorum fit alienatio, contumacia oritur, magnaque clades ipſis Ducibus & Reipubl. infertur. *Thucyd. lib.* 5. *Hinc in c. militare.* 23. *qu.* 1. militibus ſtipendia conſtituta eſſe dicuntur, ne, dum ſumtus quæritur, latro graſſetur, ut pluribus in *theſi finali in expl.* dicetur.

De cuſtodiâ morum & legum th.8.tractabitur.

III. & IV. *De pœnarum irrogatione th.* 9 *& ſeq. de præmiorum diſtributione th.*14. *& ſeq. agetur.*

C.

TH. V.

Circa cuſtodiam Legum militarium notandum, illas nihil aliud eſſe, quàm militibus præſcriptam normam, ſecundum quam durante militari Sacramento vitam & actiones ſuas ſub certa immorigeris & violatoribus poſitâ pœnâ dirigere debent: *Sunt verò illæ vel jure reliquo communes, vel ab eo diſcreta, adeòque ſingulares.*

Explic.

CUſtodiam Legum militarium quod attinet, in illâ potiſſimam diſciplinæ militaris vim conſiſtere, per ſe conſtat, adeòque demonſtratione non in-

D. diget.

De Legibus verò hicce in genere notandum, quoslibet ſummos Principes, uti & Reſpubl. abſolutas *ſingulare* ſibi jus bellicum conſtituiſſe, & inter illud præeminere, & maximè nota eſſe, *Jus bellicum Imperii à Maximiliano II. Imperatore* cum conſenſu Statuum anno 1570. Spiræ in Comitiis Imperii conſtitutum: *Jus bellicum Svecicum* à Carolo Guſtavo Rege noviter & auctim publicatum: *Jus bellicum Danicum* à Chriſtiano IV. Rege conſtitutum: *Jus bellicum Hollandicum* à Confœderatis Belgii Provinciis confectum: Et *Jus bellicum Civitatis Tigurienſis* ab Helvetiis confœderatis approbatum. Quæ omnia præter *Gallicum* (diverſorum Regum Conſtitutiones militares hodie complectens) ſub titulo Corporis Juris militaris à *Petro Pappo* JCto in unum volumen congeſta, & notis illuſtrata ſunt.

TH. VI.

TH. VI.

Communes ſunt, quæ fundamentum & objectum habent cum jure reliquo communi, concernuntque obſervationem Juris Divini, Naturæ, Gentium, & aliquâ ex parte Civilis.

Explic.

S*Icuti Jus bellicum* hoc cum Jure communi congruit, *ita etiam* pœnam in eodem transgreſſoribus, *ex. gr.* blaſphemiæ, adulterio, parricidio, infanticidio, veneficio, ſtupro violento, raptui, furto & ſimilibus ſtatutam imponit.

TH. VII.

Singulares vel propria ſunt, quæ militibus ſolùm & ſingulariter ſpeciali de cauſa ſunt latæ, aliosque nullo vel non eodem modo obligant.

Explic.

Q*Uemadmodum militum propriè ſic dicta delicta ea demùm ſunt, quæ milites ut milites & ratione militiæ ſolùm admittunt, L. 2. & L. 6. in pr. ff. de Re Milit. & quæ Pagano aut nullam, aut leviorem, militi vero graviorem adeóque ſingularem pœnam irrogant, L. 14 ff. de pœn. Ita etiam illis tales Leges per promulgationem indicari & inculcari debent.*

Conſiſtunt verò illa potiſſimùm vel in inobedientia, puta mandatorum violatione, *vel in reſiſtentia*, puta manus vel armorum in Officiales præpoſitos injectione, *vel in deſidia vel negligentia*, puta armorum amiſſione, ordinis, ſigni & ſtationis derelictione, vigiliarum neglectu, *vel officii debiti omiſſione*, puta fugâ in acie & oppugnatione, deſertione Officialis ſui in periculo conſtituti, vexilli & excubiarum, & harum non obſervatione: *de quibus videatur tit. digeſtorum de Re Militari, & Petr. Fab. lib. 1. Sem. cap. 17.* Quoad articulos verò juris militaris Germanici *Stalburger in Diſſert. de Illo Parte 2. Sect. 6.*

Ubi tamen notandum, tyronibus in his delictis primâ vice parci vel ignoſci propter ignorantiam diſciplinæ militaris. L. 3. §. 9. & L. 4. in f. ff. de Re Milit.

Refer huc, quæ præc. c. 5. th. 4. in expl. de obedientia militum notata.

TH. IIX.

Cuſtodiam Legum & bonorum morum quod attinet, de illis jam in præcedentibus dictum: *De his verò* notandum, illos potiſſimùm conſiſtere (1.) in continentia. (2.) modeſtia. (3.) abſtinentia.

Explic.

I. C*Ontinentiam & modeſtiam maximi belli Duces ſemper magni fecére:* Hinc *Jul. Cæſar lib. 7. de bello Gallico p. m. 176.* aſſerit, *ſe in milite non minùs modeſtiam & continentiam hanc deſiderare, quàm virtutem & animi magnitudinem. Siquidem* continentia gulam, luxum & libidinem frænat, &

A. milites requirit ſobrios & caſtos: quia *à robore & virtute miles degenerat aſſvetudine voluptatum. Tacit. 2. Hiſtor. 62. ejus corpus ocio, animus libidinibus imminuitur, Id. ſeq. c. 93. & corrumpunt blandæ voluptates omne robur animi indolemque virtutis, ingenium labefactant, conſilium eripiunt. Plut. in Hannibale c. 45. Benè hoc obſervans Valerius Conſul Campanos* judicat magis nimio luxu, fluentibus rebus, mollitieque ſuâ, quàm virtute hoſtium victos eſſe, apud *Livium lib. 7. cap. 32.* Et *Seneca Epiſt.* 51. ad eundem modum ſcribit: *Una Hannibalem hiberna ſolverunt, & indomitum illum nivibus atque Alpibus virum enervarunt fomenta Campaniæ, armis victi, vitiis victus eſt.* De quo videatur etiam *Plutarch. d. l. & Livius lib. 23. c. 18. & lib. 23. c. 45.*

Syllam Dictatorem quoque temperantiam iterum B. *introduxiſſe poſt alios refert Marcell. l. 16. p. m. 62.* his verbis: *Reputans ex prodictis Democriti, quod ambitioſam menſam fortuna, parcam virtus apponit. Id enim etiam Tuſculanus Cato prudenter definiens, magna, inquit, cura cibi, magna virtutis incuria.*

Quàm parcè autem Romani veteres militem habuerint, inter alia inde patet, quod *Metellus cibum coctum in caſtris venalem exponere prohibuerit. Val. Max. lib. 2. c. 7. n. 2. & poſteà lardum, poſca, caſeus, bucella & acetum ipſis fuerit conceſſum. Gallic. in Avid. Caſſio c. 5.* Vide etiam *L. 1. C. de Erogatione Milit. Egregiè ſanè Peſcennius Niger militibus limitaneis apud Spartian. in ejus vita c. 7. in Ægypto vinum poſcentibus reſpondit: Nilum habetis, & vinum quæritis. Et illis*, qui à Saracenis victi fuerant, tumultuantibus & dicentibus: Vi-
C. num non accepimus, pugnare non poſſumus, *reſpondit: Erubeſcite, illi, qui vos vincunt, aquam bibunt.*

Egregiè de Scipione Africano refert Plut. in Apophth. Rom. c. 24. Illum ad Numantiam ad exercitum cùm appuliſſet, omnia militum vaſa, demtis ollâ, veru & ſiglino poculo, removiſſe, ac juſſiſſe militem prandere obſonium nullo igni coctum, in cœna accumbentes edere panem & pultem ſimplicem & carnem elixam: Ipſum ſago amictum nigro obambulaſſe, inquiendo: Se lugere turpitudinem exercitûs. Idem etiam introduxit *Julianus Cæſar, temperantiam ſibi ipſi indicens, Marcell. lib. 16. p. m. 61.*

Pertinent huc antiquorum Imperatorum vel belli Ducum lecti viles & ſtragula, ſiquidem *de Juliano* lethaliter vulnerato memorat *Libanius in Orat. ejus funebri:* Illum ad tabernaculum & mollem lectum,
D. pellem ſcilicet Leoninam & ſtoream, quod ſtratum illius fuit, delatum fuiſſe. Videri poteſt *Julianus ipſe in Antiochico.* Vocatum autem fuit militum ſtragulum *Siſurna Græcis, Marcell. d. lib. 16. p. m. 62. Latinis Segeſtria juxta Varron. lib. 4 de L. L. n. 35.* ubi plura de Stragulis & tegumentis militum habet. Vide etiam *Plin. lib. 8. c. 48. & Appianum in Hiſpanienſi Bello pag. m. 517.* ubi à Scipione militibus lectos interdictos fuiſſe & ipſummet in toris requieviſſe refert.

Sed quantum jam Juliani Imp. tempore luxus militum valuerit, ex Marcell. lib. 22. p. m. 208. apparet, ubi inter alia ita ſcribit: *Non ſaxum erat, ut anteà, armato cubile, ſed pluma & flexiles lectuli, & graviora gladiis pocula. Teſta enim bibere jam pudebat, & quærebantur ædes marmoreæ, cùm ſcriptum ſit in antiquitatibus: Spartanum militem coercitum acriter, quod procinctus tempore auſus ſit videri ſub tecto:* Et quæ plura ibi habet.

Quantum verò hodierni milites à veteribus in continentia, etiam in patrio & amico ſolo diſtent, graphicè deſcribit Nicol. de Clemangis Epiſt. 58. inter alia hiſce verbis: *Luporum ſane illi morem ſervant. Sicut enim lupi, ſi fortè caulas introierint, omnia, niſi impediantur, ſtrangulant: ita hi, non ſolùm mactant, quod ſua ſit voracitati ſuffecturum, ſed quod cohortis poſſet ſufficere, quatuor viliſſimi enecant furciferi, non pullum, non gallinam, non gallum gallinaceum, quem oculis aſſequi poſſunt, in totâ, cui inſederint, relinquunt villâ. Quantam verò ſtragem faciant hædorum, vitulorum atque agnellorum, aliorumque tenerorum ac ſaginatorum pecorum, horribile eſt intueri: Laniſtas ac macellarios iſtuc adveniſſe crederes, tanta illic carnificina conſpicitur. Bene autem & feliciter cum miſeris ageretur agrorum cultoribus, ſi his ſaltem contenti eſſent, quæ penes eos inveniunt, ſed illos ad piſces ex Urbe deportandos, ad aromaticas ſpecies atque ad vina peregrina, ad caligas inſuper atque ocreas minis & verberibus urgent, qui non ſatis habent, unde calceos ſibi liberiſque comparent &c. Ubi* poſt longam nequitiæ recenſitionem ita claudit: *Vidimus & ſæpè vidimus, quaſi in patria victa prædaque poſt victoriam expoſitâ, pleroſque ad prædam venire cum curribus, qui uſque adeò omnia corradebant, ut ne lucernam quidem vel ſalinum in villa aut domo aliqua relinquerent.*

Cauſam deperditæ militaris diſciplinæ communiter defectus ſtipendiorum adſcribunt, de quo vide paulò pòſt th. fin. in expl. notata.

II. *Modeſtia requirit militem* (1.) *in verbis moderatum, tùm* ne adverſus hoſtem jactabuodus ſit, quoniam *ignaviſſimus quiſque, & ut res docuit, in periculo non auſus, nimius verbis & lingua ferox, Tacit. 1. Hiſtor. 35. ac in ocio tumultuoſus, in bello ſegnis eſt, Liv. lib. 4. c. 28. & in caſtris ferox, in acie pavidus, Sulpitius apud Eund. l. 7. c.* 15. & ſecundum *Sidon. l. 5. Ep. 7. laudat in pace prædas, inter arma fugas, inter vina victorias. In Prætoriis leo, in caſtris lepus.* Sic *Dubr. l. 33. Hiſt. Bohem. circa f.* narrat in exercitu Ludovici Hungariæ Regis illos, qui ante prælium cum Turcis ad Mohaxum commiſſum linguâ pugnaciſſimi eſſe voluerunt, ante viſum hoſtem pedibus fugaciſſimis fugam arripuiſſe.

Contrà fortiſſimus in ipſo diſcrimine eſt exercitus, qui ante diſcrimen quietiſſimus: idem Tacitus 1. Hiſtor. 48. tùm ne jurgiis & rixis diſciplinam confundat. Id. 2. Hiſt. 27. Tales fuêre Beſſus & ejus amici & Duces, de quibus Curt. lib. 7. c. 4. in conſultatione de bello contra Alexandr. M. gerendo:

Graves mero ſuas vires extollere, hoſtium nunc temeritatem, nunc paucitatem ſpernere: Præcipuè Beſſus ferox verbis, & parto per ſcelus Regno ſuperbus, ac vix compos mentis. Et paulò pòſt:

Beſſus circumferri merum largius jubet, debellaturus ſupra menſam Alexandrum.

(2.) *In veſtibus modicum, non diſcolori veſte, ſed ære & ferro fulgentem, Idem lib. 3. c. 3. non cælatum auro argentoque, ſed ferro & animis fretum. Quippè illa præda veriùs, quàm arma ſunt, nitentia anterem, deformia inter ſanguinem & vulnera: Et ditis hoſtis quamvis pauperis victoris præmium. Liv. lib. 9. c. 40. Quod etiam Aurelianus Imp.* in epiſtola ad vicarium ſuum ſcriptâ *apud Vopiſcum in ejus vita c. 7.* inter alia inculcat his verbis:

Arma (militis) *terſa ſint, calceamenta fortia: veſtis nova veſtem veterem excludat. Stipendium in baltheo, non in popinâ habeat. Vide tamen Rupert. ad Flor. lib. 1. c. 16. §. 7. Et refert Alex. ab Alex. lib. 2. Gen. Dier. c. 29. quod Antiochus Rex* exercitum omnem auro & argento ornaverit, & talibus armis inſtruxerit. *Item, quod Aurelianus* Imperator gregariis militibus privi-

A. legium aurearum fibularum geſtandarum conceſſerit. *Nec non Joſeph. lib. 6. belli Judaici c. 11.* Titum Imperatorem Judæos Hieroſolymis obſeſſos militum ſuorum armis aureis & argenteis in ſummas anguſtias & metum conjeciſſe.

In Xerxis quoque exercitu 10000. *Perſarum immenſo auro etiam conſpicui fuerunt. Herod. lib. 7. num.* 179.

III. *Abſtinentia ab alieno* maximè in milite requiritur, ne abjectâ honeſtâ militis perſonâ turpem ac infamem furis, raptoris vel latronis induat perſonam. *Ideò enim ſtipendia* & annonas ſuas ex publico accipit, ut iis ſe ſuſtentaret: Et *Aurelianus Imper. apud Vopiſc. modò dicto loco,* ad vicarium ſuum ita ſcripſit: *Si vis Tribunus eſſe, immò ſi vis vivere, manus militum contine. Nemo pullum alienum rapiat, ovem nemo contingat. Uvam nullus auferat, ſegetem nemo deterat, oleum, ſal, lignum*
B. *nemo exigat, annonâ ſuâ contentus ſit: De præda hoſtis, non de lacrymis provincialium habeat. Videri poſſunt, quæ th. ſeq. explic. de pœnis furtorum relata ſunt.*

De militum perditis moribus in præcedentibus duabus explicationibus actum eſt.

TH. IX.

Hactenus Obſervatio Legum, morum, mandatorum & reliquorum, *ſequitur pœnorum irrogatio, quæ* contra violatores horum omnium eſt exercenda: *Circa quas obſervandum eſt* (1.) illas ratione commiſſorum delictorum vel proportione ad delicta habitâ imponendas eſſe. (2.) exigi vel à ſingulis, vel à pluri-
C. bus.

Explic.

P*Œnæ militares hîc nobis ſunt, quæ* militibus vel ex Jure communi vel militari ſecundum delictorum qualitatem ordinariè imponuntur, *ac ideò ab iis ſeparamus eas pœnas,* quæ ab Imperatoribus tyrannorum modo & vi militibus quandoque contra menſurationem delicti impoſitæ ſunt, *inter quas etiam illa,* quam Macrinus in milites ſtupratores & adulteros ultra delicti modum exercuit, & nos *præc. P. 1. c. 13. th. 15. expl. 4.* annotavimus: *& quâ Niger Peſcennius* ob unius galli gallinacei furtum decem Commanipulones, qui eum ab uno illorum raptum comederant, ſecuri percuti juſſit, & feciſſet, niſi ab omni exercitu propè uſque ad metum ſeditionis fuiſſet rogatus, *Spart. in ejus vita cap. 10.*
D. *item illa, quâ* militi adultero ſectione corporis per duarum conflexarum arborum ſolutionem ſubitam ſupplicium illatum *ab Aureliano Imperatore* eſt, teſte *Vopiſco in ejus vita c. 7.*

Licet enim ſecundum Val. Maxim. lib. 2. cap. 7. n. 14. aſpero & abſciſſo caſtigationis genere militaris diſciplina indigeat, quia vires armis conſtant, quæ ubi recto tenore deſciverunt, oppreſſura ſint, niſi opprimantur. Et Tacit. 13. Annal. 35. delicta militum multâ veniâ non proſequi uſu ſalubre & miſericordiâ utilius: ac juxta proverbium, *in bello bis peccare non liceat.*

Attamen illa ſeveritas tantùm de recto uſu, non verò abuſu & pœnis ſecundum proportionem delictorum, non verò ultra illam infligendis intelligenda eſt: *Non negamus autem*, quandoque extraordinario coërcendi genere agendum eſſe, ſi utilitas publica & neceſſitas ſvadeat, ut indicat *Val. Max. l. c. 7. n. 14.*

TH. X.

TH. X.

A ſingulis exacta pœna ſunt Capitales vel non Capitales.

TH. XI.

Capitales pœnæ olim variis modis inſligebantur: Vel enim delinquentes in gladios ſtrictos vel haſtas obverſas præcipites agebantur: *vel* lapidibus obtuebantur, *vel* ſecuri percutiebantur, *vel* virgis aut fuſtibus ad necem cædebantur: *præteritis ſeculis etiam apud Germanos in uſu erat* confoſſio per longas haſtas: *hodie* illi ſuſpendio, decollatione & globorum trajectione (quod archibuſiren vocant) plerumque plecti ſolent.

Explic.

Apud Romanos per metum arma in acie abjeciſſe, arma amiſiſſe, vel alienaſſe, ſtationem & præfectum in periculo conſtitutum dereliquiſſe, aufugiſſe in acie, ſe vendidiſſe, atrocem ſeditionem moviſſe, manus violentas præpoſito intuliſſe, capitale plerumque fuit, l.3.§.19.l.5.§.1.l.6.§.1.2.3.& 8.l.14. §.1.ff.& L.10.C.de Re Milit.& Mauritius in Strategico, l.1.c.8.

Pœna à Spartanis delictis his poſita refertur à Plutarcho in vita Ageſilai cap. 51. ubi videri poteſt.

Ubi incidenter notandum, illum, qui ad hoſtes fugit, transfugam & perfugam dici, ita tamen, ut ille propriè ſit, qui hoſtili ac proditorio animo ad illos tranſcurrit, *quocirca* in illum eadem, quæ in proditorem pœna ſtatuta eſt, *l. 7. ff. de Re Milit. & l. 19. §. 4. ff. de Captivis. De variis illorum pœnis conſuli poteſt Faber 1. Semeſtr.* 18. *Hic verò*, qui ſaltem ob ſpem commodorum ad quempiam profugiat, ſecundum *Gallum Ælium apud Feſtum de V. S. plerumque tamen pro iisdem ſumuntur. Ab illis autem fugitivus ita diſtinguitur*, ut hic ſit non miles, ſed ſervus à Domino ſuo aufugiens, de quo conſuli poteſt *Calvinus in Lexico Juris. Hinc Livius lib. 30. cap. 42. illos à ſe invicem diſtinguit, addens illos graviùs quàm hos punitos fuiſſe.*

Hodie omnia delicta Jure communi capitalia, & præterea quædam ex Jure antiquo bellico prohibita, ut ſeditionem excitaſſe, vel anſam ei dediſſe, vel non indicaſſe, *Jus milit. Imperii art.* 24. *& 27. Codex Henrici II. Regis Galliæ l. 20. tit. 38. l. 14. Jus Bellicum Holland. art. 7. 10. 11. & 35. ubi Pappus* multa annotavit, *Jus Bellicum Svecic. art.* 65. Vigilias & excubias demandatas vel competentes planè vel per ſomnum neglexiſſe vel deſeruiſſe, *l. 10. in princ. ff. de R. M. Jus Bellicum Holland. artic. 26. & ſeqq.* (quamvis *Jus Bellicum Imperii artic.* 36. arbitrariam ſtatuat pœnam) Præfecto ſe armis oppoſuiſſe, aut arma ſolùm adverſus illum contrectaſſe. *Jus Bellicum Holland. art.* 77. Deſeruiſſe vexillum aut turmam ſuam, *Jus Bellicum Imperii art.11.Codex Henrici d.tit.38.l.3. Jus Holland.artic.16.in militia capitaliter etiam puniuntur.*

A. *Singulariter verò novo jure* à vexillo vel præſidio pabulatum vel aliâ de cauſâ absque conſenſu Præfecti vel à corpore vigiliarum, corp de garde dicto, absque conſenſu Officialis ultra certum ſpacium & tempore obſidionis & ex caſtris ſimpliciter diſceſſiſſe, *Jus Bellicum Imperii artic. 21. & 37. Hollandicum artic.* 22. 30. *&* 40. absque conſenſu Præfecti loci aliquem provocaſſe, *Jus Bellicum Imperii artic. 29. Cod. Henrici d. tit. 38. l. 26. Jus Holland. artic.* 42. tumultum in caſtris vel præſidio nocturno tempore & vigiliis diſpoſitis excitaſſe, *Jus Svecicum artic.* 40. *etiam capitalia delicta ſunt.*

Cæterum notandum, apud Romanos præter relatas alias pœnas capitales in milites uſurpatas fuiſſe, quas *Stewech. ad Veget. lib.3. cap.4.* recenſet, ubi legi poſ-
B. ſunt.

De hodiernis pœnis nihil annotare volumus: De abolito verò modo per longas haſtas interimendi reum, illum jam antiquis notum, ut patet ex Curt. lib. 7. cap. 1. & videri originem traxiſſe à more Romanorum, quo miles reus è ſuggeſtu præcipitatus & à commilitonibus in plano diſtrictis gladiis ſtantibus trucidatus fuit, ut refert *Tacit. 1. Ann. 44. & Germanis vocatum eſſe* durch die Spieſſe jagen / *hoc verò modo peractum: Reus* inter haſtatos ſuæ legionis vel etiam centuriæ absque vinculis in medio poſitus à fronte & tergo haſtis petitus, & ſic interfectus fuit, ut totum actum latè deſcribit *Schottelius in antiquis German. Juribus cap. 27.* von dem Spieß-Recht. Cui adde *Obrecht. in Disputat. Milit. 2. §. 1143. & ſeqq.*

C. *Sed Fronsperg P. 1.* deß Kriegs-Buchs/*lib. 1. fol. 13. & P. 3. fol. 69. ſcribit*, reum per duo latera haſtatorum verſus ſigniferum ex oppoſito ſtantem ſalutis ergo cucurriſſe, atque ita haſtis confoſſum eſſe.

Hujus pœnæ mentio etiam in d. Codice Henrici II. d. tit.38.l.14.& paſſim fit.

TH. XII.

Non capitales olim præcipuæ erant (1.) fuſtigatio per ſe, (2.) miſſio ſangvinis, (3.) miſſio ignominioſa, (4.) degradatio ſive militiæ mutatio, (5.) pedum aut manuum amputatio & inciſio, ac ſimiles.

D. *Hodie verò in uſu ſunt* fractio gladii, item ademtio armorum & equi cum infamia, loco diſcinctionis introducta, porrò inuſtio Stigmatum & absciſſio naſorum ac aurium, pœna Strappachordii, cæſionis cum virgis à contubernalibus facta, equitationis in aſino ligneo & portationis armorum.

Explic.

I. D*iſtingvenda pœna fuſtis à pœna vitis, illa* communis paganorum & militum fuit, juxta *L.10. ff.de pœn. hæc verò* apud Romanos non ſolùm pœna militaria & caſtrenſis tantùm, ſed etiam illâ honorabilior fuit, ſecundum *Plin.lib.14.c.1.ad fin.* & ideò *Scipio*, cùm eſſet ad Numantiam, militem extra ordinem de-

prehenſum, ſi Romanus eſſet, vitibus, ſi extraneus, fuſtibus percuſſit. *Liv. in Epitome lib. 57. procul dubio ex illa ratione, quia vitis* fuit ſignum Centurionis vel aliùs Officialis, *fuſtis* verò lignum commune, adeòque illa hoc multò honoratior, ut paulò pòſt dicetur, *vel etiam, quia vite* Centurio, vel alius Officialis ſolùm, *fuſte vero*, poſtquam illo Tribunus condemnatum quaſi attigit ſolùm, omnes Legionarii, quà fuſtibus, quà ſaxis cædebant. *Polyb. lib. 6. c. 35.* De hac multa vide apud *Fabr. lib. 1. Semeſtr. c. 17.*

Ubi ſimul notandum, ſicuti ſoli milites *vite*, milites & pagani *fuſte* promiſcuè percuſſi ſunt, *ita virgis* liberos ac ſervos, *flagris vero & loris* ſervos ſolùm cæſos eſſe, de quo videri poteſt *Briſſonius lib. 3. Select. c. 10.*

Ubi tamen monendum, à L. Porciâ poſteà prohibitum fuiſſe, ne cives virgis ampliùs cæderentur, ut innuit *Cicero pro Rabirio c. 4. Et quoque liberos* à parentibus flagris coërcitos fuiſſe, ut ex *Sueton. in vita Otton. c. 2.* patet.

Notandum hic, quod nonnulli Philologi ſtatuant, vitem illam tanquam inſigne militare, Centurionibus ac Tribunis à lictoribus, uti faſces Conſulibus in ſignum Jurisdictionis militaris prælatam, *& illam quidem* baculum ex ſarmento vitis viniferæ, atque ideò per Synecdochen partis pro toto dictam fuiſſe: *Sicuti idcircò Plinius* talem vitem Centurialem *lib. 14. Hiſtor. Nat. c. 1. in fin. & Tacit. 1. Annal. 23.* vocat, de quo etiam *Petr. Fabr. d. 1. Semeſtr. 17. & Val. Max. lib. 3. c. 2.* videatur: *Et Juvenalis Satyrâ 14. circa med.* illam tanquam ſignum pro ipſo Centurionis officio vel ſignato accipit in his verbis: — — — *Apud vitem poſce libello.*

Et Lucanus lib. 6. v. 146. & ſeq. canit:

— — — — *Ibi ſanguine multo*
Promotus, Latiam longo gerit ordine vitem.

Hoc eſt, longo promotionis ordine & intervallo Centurionatum nanciſcitur. Nec non *Spart. in Adriano Cæſare c. 10.* ſcribit: Illum nulli vitem (tanquam ſignum adepti Centurionatus) niſi robuſto & bonæ famæ dediſſe, nec Tribunum niſi plenâ barbâ feciſſe, ad quem locum vide *Salmaſ.*

Licet verò id quoad mater[illegible]m, an vera vitis aut ſarmentum tale, vel potiùs bac[illegible]us aut aliùd aliquid baculo vel fuſti ſimile formam aliquam vitis repræſentans, adeòque analogicum quid fuerit, *à multis viris doctiſſimis in dubium vocetur:*

Et poſterius quidem ſequentibus fundamentis probari ſoleat:

(1.) *Quia non infrequens eſt* in arte militari, ut per analogiam & Metaphoram res aliqua denominetur. *Sic vocabulum vinea* illo modo pro tecto Camerato, ſub quo milites murum aggreſſuri tutò hinc inde meare potuerunt, translatione à veris vineis Cameratis vel pergulatis ſive canteriis deſumtâ, uſurpatum reperitur.

(2.) *Quia vera vites* tunc temporis non ubique, ſed raris in locis apud Romanos multò minùs alibi & apud Barbaros reperiebantur, neque illas ubique ſerere vel plantare permiſſum erat, uti apparet ex *Sueton. in Domit. cap. 7.* & *Vopiſco in Probo cap. 18. adeòque* copia vitium talium pro Centurionibus & Tribunis non adfuit.

(3.) *Quia arbores frugiferas* (inter quas vitis pertinet, *L. 1. §. 3. ff. de Arbor. cæd.*) excidere, apud omnes cultos Populos prohibitum fuit, *ſicut illud etiam* Populo Iſraëlitico fuit interdictum, cui planè adverſa fuiſſet licita vitium viniferarum exſciſſio & ad uſum tàm multotum & ſæpiùs in anno conficiendorum fuſtium conceſſa uſurpatio.

Nos tamen prius verius eſſe putamus, moti inter alia auctoritate graviſſimi Scriptoris Plutarchi, qui in Paral-

A. *lel. Tom. 3. ſub Galba c. 33.* expreſſis verbis ſcribit: *Denſum Centurionem arrepto palmite vitis, quo meritos verberibus plectunt Centuriones, Galbam à percuſſoribus tutari conatum fuiſſe. Nec non Juvenalis, qui Satyrâ 8. ante finem* de vite hac ſcribens, ita canit:

Nodoſam poſt hæc frangebat vertice vitem.

Atque ita Epitheto proprio veram deſignat vitem, *quod etiam Biſciolam Tomo 1. Horar. ſubceſ. l. 3. c. 15. ſentire poſtea repervimus. Sic quoque Cicero de Petitione Conſulatus c. 3.* ſcribit, quod Catilina M. Marium inſpectante Populo Romano vitibus per totam urbem ceciderit.

Fuſtigationis verò vel fuſtuarii modus hic fuit: Ille, qui causâ cognitâ fuſtibus vel vitibus cædendus erat, primò in genua procumbebat, deinde in terram proſtratus jacebat. *Sueton. in Tiberio c. 60. Præco verò* cauſam pœnæ indicabat. *L. fuſtibus. ff. Ex quib. cauſ.*
B. *infam. irrog.* Vide *Spart. in Severo c. 2. Integrum vero modum ita deſcribit Polyb. d. lib. 6. c. 35. Fuſtuarium pœna eſt hujus modi: Tribunus fuſtem capit, eoque condemnatum quaſi attingit ſolum, quo facto omnes Legionarii quà fuſtibus, quà ſaxis intra caſtra ut plurimum quidem ſontem necant: ſed & qui evaſerint, non tamen ſalvi propterea ſunt: Nam qua illis ſalus, quibus in patriam quidem redire non licet, & quos neceſſariorum nemo auſit tecto recipere? Quamobrem, qui ſemel in eam calamitatem inciderunt, planiſſimè pereunt. Vide ibidem, quibus fuſtuarium delictis impoſitum fuerit.*

Ex quibus patet, fuſtuarium, ſi non ſemper plerumque capitis pœnam, ſemper verò relegationem perpetuam vel deportationem in ſe continuiſſe. Et ideò etiam in theſi fuſtigationem per ſe & in ſe conſideratam capitalem pœnam non fecimus, *licet*, ut dictum, ea illam, ſi non ſemper, *attamen*
C. plerumque comitem habere ſoleat, vel potiùs pediſſequam, plerunque enim antiquitus ſontea poſt virgicidium ſecuri percuſſi fuêre, ut exempla demonſtrant apud *Appian. de Bellis Hiſpan. p. m. 461. Halicarn. l. 3. c. 82. l. 5. c. 7. & l. 9. c. 60. nec non Liv. lib. 2. c. 5. & c. 59. l. 7. c. 19. l. 10. c. 1. & 9. Jul. Cæſar. de Bello Gall. l. 8. p. m. 216. Saluſt. in Jugurth. c. 69. Quanquam* etiam ideò inter pœnas mortis directò referatur in *L. 8. §. 1. ff. de pœn. idque exemplo confirmet Tacit. lib. 3. c. 21. ac Marcell. lib. 29. p. m. 396. nec non Livius lib. 28. c. 29. & Halicarn. lib. 3. c. 82.*

Hodiè ejus vicem ſupplet cæſio cum virgis, quæ ita perficitur, ſecundum ſententiam latam ex rei Legione vel Centuriâ aut turmâ certi aliquot milites in duos ordines diſtribuuntur datâ cuilibet virgâ betuleâ, eo facto reus hic usque ad umbilicum de-
D. nudatur, & ipſi injungitur, ut per ordinea illos ſecundum ſententiam, ſemel, bis vel ter currat, & à quovis cæſionem cum virga ſuſtineat. *Illo peracto*, niſi relegatio ſimul impoſita ſit, ſermone ab Officiali vel Auditore habito delictum ejus purgatur, & ille iterùm in numerum militum recipitur, pœnâ illi indictâ, qui ei punitionem illam objecerit. *Vocari aliàs ſolet pœna armorum, Germanicè,* durch die Spieß-Ruthen lauffen.

II. *Miſſio ſanguinis hujusmodi erat:* Vena ſecabatur militi fugaci ignominiæ causâ, ut cum ignominia ſangvinem amitteret, quem gloriosè pro patria profundere noluerat, ut contra *Gellium lib. 10. cap. 8.* autumat *Muretus lib. 13. var. Lect. c. 20. idque nonnulli inde probant, quod* in furto deprehenſis inter Commilitones dextræ fuerint amputatæ, aut ſi lentius animadvertere voluiſſent, Principi ſangvis ſit miſſus, ſecundum *Frontin. lib. 4. c. 1. n. 15.*

Sed

Sed dubitamus, an hæc ratio firma ſit, niſi dicamus, pœnam illam tanquam antiquiorem poſteà ad hoc delictum, puta fugæ, etiam fuiſſe extenſam. *Ubi notandum, Gellium ipſum d. l. fateri,* ſe pœnæ illius rationem in litteris veteribus invenire non potuiſſe, *ſed opinari factum hoc primitus* in militibus ſtupentis animi atque à naturali habitu declinantis: ut non tam pœna quàm medicina videretur: deinde verò ob alia delicta idem factitatum eſſe per conſvetudinem, quaſi minus ſani viderentur omnes, qui delinquerent.

Monendum verò hic, Sanguinis miſſionem etiam de interemtione uſurpatam à Caligula apud Suet. in ejus vita, cap. 29. Senecâ lib. 1. de Clem. cap. 5. & cap. 12. & aliis.

Vide Philipp. Caroli ad Gell. d. l. ubi tamen ſimul judicium ſuum ſuſpendit. *Tangit etiam illud pœnægenus Barcl. in Argen. l. 4. p. m. 446.*

III. *Miſſio ignominioſa in ſpecie eſt*, quoties is, qui è militia mittit vel dimittit, nominatim addit, ſe ignominiæ causâ mittere. Semper enim debet addere, cur miles mittatur: Sed etiamſi eum exauctoraverit, hoc eſt, inſignia militaria ei detraxerit, inter infames efficit, licet non addidiſſet, ignominiæ causâ ſe eum exauctoraſſe. *L. 2. §. 2. ff. de his, qui infam. not. notatusque tali infamiâ, nec in Urbe, nec alibi, ubi Imperator eſt, morari poteſt. L. 1. & 2. §. 4. ff. eod.*

Exauctorationis vero hujus actus ita ferè peragebatur: Arma, cingulum, ſagum & omne veſtimentum militare ipſi adimebatur, *ſecundum Xiphil. in Severo apud Dion. l. 74. in princ. Deinde* ſolvebatur juramento *d. L. 2. §. 3.* militiâ removebatur, & *caſtris ejiciebatur, L. 29. ff. de liber. cauſa.* Cujus exemplum refert *Herodianus lib. 2. c. 43. & 44.* & habetur apud *Hirtium de bello Afric. pag. m. 426.* ubi Cæſar C. Avienum convocatis Tribunis & Centurionibus publicè cum ignominia ab exercitu removit.

Notandum etiam, ſpeciem ignominioſæ miſſionis fuiſſe, ſi Imperator milites ſuos Quirites nominarit quaſi paganos & plebejos, nec militum nomine ampliùs dignos. Vide *Sueton. in Jul. Cæſare cap. 70. Lamprid. in Alex. Severo c. 53. & 54. & Budæum ad d. L. 2.* uti & *Tacit. 3. Hiſtor. 24. & lib. 1. Annal. c. 42.* ubi Germanicus ait, D. Julium ſeditionem exercitus uno verbo compeſcuiſſe Quirites vocando, qui ſacramentum illius detrectabant.

Uſurparunt itaque Imperatores hoc verbum, utpote militibus grave & ignominioſum in ſeditionibus compeſcendis, uti ſimul patet ex *Sueton. in Auguſto c. 25.* & in *Julio Cæſare d. c. 70. Appiano l. 2. de Bell. Civil. lib. p. m. 795. & Lucan. l. 5. v. 357. & ſeq.*

Non verò omnem miſſionem, niſi ſimul miſſis inſignia detracta fuerint, ignominioſam fuiſſe inde patet, quod etiam miſſio fuerit honeſta, cauſaria dicta, l. 2. §. 2. ff. de his, qui not. infam. l. 13. §. 3. ff. de Re Milit. & l. 1. C. de Excuſ. Veteran. de qua vide Stevvech. ad Veget. l. 2. c. 3. ubi de omnibus miſſionum ſpeciebus agit. *Hinc etiam milites* ex honeſta & legitima cauſa dimiſſi, *cauſarii appellati fuerunt, ut ex Liv. l. 6. c. 6. & aliis auctoribus conſtat.*

IV. *Degradatio quoque fiebat in pœnam, puta, ſi quis* eques in peditem, & pedes in funditorum numerum translatus ſit, ut legi poteſt apud *Front. l. 4. c. 1. num. 17. Marcell. lib. 29. pag. m. 402. ac l. 15. pag. m. 35. nec non lib. 24. pag. m. 277. & Valer. Max. lib. 2. cap. 7. num. 9. & 15. Vel officialis* iterum gregarius miles efficiatur, quod à *Modeſtino in l. 3. §. 5. ff. de Re Milit. gradu militia ejici dicitur, vel* im-

A. pedimentis ſarcinis aut captivis immiſceatur, cujus exemplum refertur à *Marcell. lib. 25. poſt princ.* & hæc militiæ mutatio apud Turcas gravior morte habetur narrante *Busbeq. Epiſt. Turc. 3. p. m. 301.*

V. *Apud Romanos furibus quandoque dextras eſſe præciſas refert Front. lib. 4. cap. 1. num. 15. fugitivis verò & deſertoribus quandoque inciſa crura, manus & poplites fuiſſe apud Gallican. in Caſſio c. 4.* legimus. *Sicuti etiam ejus pœna Julianus in Orat. apud Marcellin. l. 23. p. m. 247. meminit.*

De amputatione manuum locus eſt apud Eund. lib. 29. pag. m. 402. & in ſpecie dexterarum ſeq. pag. 407.

Ubi incidenter notandum, apud Spartanos deſertores omni Magiſtratu fuiſſe depulſos, ad matrimonia honeſta non admiſſos, obvios à quocun-
B. que id perficere volente, impunè cæſos, adeòque illos ſqualidos abjectosque circumiviſſe, iſta ſuſtinentes, barbamque partim radentes, partim nutrientes, & pallia conſutis diverſo colore pannis ferentes. *Plut. in Ageſil. c. 41.*

Hodie fugitivis & militia deſertoribus per carnificem ſtigmata in frontibus in nonnullis locis inuruntur, & quandoque naſi & aures abſcinduntur, ac ſic illi cum maxima infamia à militia expelluntur, ut notum eſt.

VI. *Fuerunt tamen etiam aliæ nonnullæ militares ignominiæ, utpote, ſi quis* ſtipendio & gladio ſuo privabatur, ut inter alios refert *Front. d. lib. 4. cap. 1. in f.*

Ubi notandum, ſtipendio ita publico privatos *ære dirutos* dictos fuiſſe ſecundum *Varron. l. 2. de Vita Populi Rom.*

C. *Si cui* hordeum pro tritico dabatur, cujus exemplum refert *Plut. in Marcell. c. 44. & in Anton. c. 53. Polyb. lib. 6. c. 36.* item *Front. d. l. 4. c. 1. n. 27.* & *Dion. l. 49. f. 408. & 414.*

Si quis extra caſtra & illorum munitionem tendere jubebatur, de quo *Front. d. l. num. 17.* & *Valer. Max. l. 2. c. 2. Sueton. in Aug. c. 24. Liv. l. 37. Polyb. d. c. 36. & Tacit. 13. Annal.* 36. legi poteſt: *aut* amictus veſte muliebri erat, ut *Charondas* ſtatuit apud *Diod. Sicul. l. 12. c. 16.*

Quâ etiam pœnâ Varamum exercitus Ducem *Hormudas* Perſarum Rex ob rem turpiter adminiſtratam veſtes ei muliebres in precium contracti ob fugam exercitus dedecoris mittendo affecit apud *Simocatt. l. 3. Hiſtor. Mauric. c. 8. Aut* veſte denudatus incedebat, ut fecit *Ageſilaus ſecundum Plut. in ejus vita d. cap. 51.*

D. *Si pugnam* detrectantes ſtantes cibum potumque capere adigebantur *Liv. l. 24. c. 16. & l. 27. c. 15. & Zoſimus lib. 3. circa fin. aut ſtare* jubebantur per totum diem ante Prætorium, ut *Auguſtus ordinavit apud Sueton. in ejus vita d. c. 14. Item* nudis pedibus in principiis ſtare cogebatur, ut refert *Front. d. l. 4. c. 2. n. 26.*

De quibus omnibus & aliis pœnis legi poteſt Sueton. d. l. & ibi Schild. Faber lib. 1. Semeſtr. cap. 17. p. m. 84. & Stevvech. ad Veget. l. 3. c. 4.

De pœnis militibus navalibus ob delicta illatis vide Scheffer. de Milit. Nav. l. 4. c. 4.

VII. *De noſtris tanquam notis pœnis nihil annotandum eſt, quàm quod fractio gladii ac ademtio armorum & equi infamiam adhuc importet*, & Germanicè dicatur, einen mit dem Schelm wegjagen/ cujusmodi pœna poſt cladem Lipſienſem anno 1642. nonnullis Imperatoriis militibus irrogata fuit, ut jam *præc. c. 7. th. 14 expl.* retulimus.

Illa-

Itaque frangendorum armorum pœna jam apud Romanos nota fuerit, ut ex Marcell. lib. 25. poſt princ. patet.

Et pœna Strappacherdii à Longobardis credatur provenire, ut etiam *Pappus ad Jus militare Holland. artic. 3 p. m. 62.* refert.

Eſt verò illius ſtructura ad formam dimidii patibuli confecta, in cujus ſummitate transverſali trochlea eſt, per quam funis deductus usque ad ima dependet, & maleficus manibus poſt tergum devinctis annectitur, ac ad ſummitatem illam attrahitur, moxque fune infra ſoluto uno impetu ita dimittitur, ut in aëre hæreat, ac brachia à tergo, ut dictum, colligata ſupra caput magno cruciatu ferè trahantur. *Ejus formam refert Magius de Equuleo c. 3.*

Sed illa fortè rectiùs ad antiquas Martyrum pœnas referenda eſt, de qua legi poteſt Anton. Gallonius de Martyrum Cruciatibus c. 3.

Sicuti etiam pœna impoſitionis in aſinum vel equum ligneum ex antiquitate eſt, & veteri equulei quodammodò comparanda, de qua legi poteſt prælaud. *Magius de Equuleo in f.*

De pœna virgæ militaris expl. 2. in fine dictum eſt.

TH. XIII.

Fuerunt pœnæ à ſingulis exactæ: à pluribus ſimul delinquentibus capitales exigebantur ſorte inſtituta *plerumque per decimationem vel vigeſimationem, quandoque etiam per centeſimationem, ab univerſis vero* legionatim, ut ita dicam, vel cohortatim.

Explic.

I. D*E modo ex pluribus aliquos per ſortem puniendi, illud notandum, quod tunc demùm juſtius habeatur, quando* omnes puniendi in ſimili reatu ſint, & inter illos nullum in gradu delinquendi diſcrimen ſit, *quia aliàs* iniquitatem ſaperet, diſſimile in delinquendi modo ſimiliter punire, & ſic lubricæ ſorti ſimul innoxios ſubjicere, *ſiquidem obſervatum eſt*, plerumque maximè innocentes in aleæ jactu ſuccumbere: quod tamen nihilominùs quandoque factum eſſe memorat *Marc. lib. 27. p. m. 348.*

De decimationis modo ita Polyb. d. cap. 36. loquitur:

Si quando autem delicta eadem à pluribus contingat admitti, & manipuli univerſi hoſte urgente loco ceſſerint, ut omnes fuſte percutiant aut necent, non eſt moris illorum: ſed remedium ei malo invenerunt utile juxta & terribile. Tribunus enim advocatâ concione deſertores in medium producit, eosque atroci Oratione increpat, quâ demum finitâ modò quinque ſortitur, modò octo, modò viginti: atque, ut verbo omnem obſervationem complectar, id ſemper agit, ut pro numero noxiorum decimus quisque ſemper eorum capiatur, hos, inquam, ex omnibus, qui ignavè ſe geſſerunt, arbitrio ſortis ſeligit, & inexorabiliter ſorte damnatos fuſtuarii ſupplicio, quod antè deſcripſimus, afficit, reliquis hordeum pro tritico admetiens, extra caſtra & munitionem caſtrorum tendere eos jubet.

Cui quoad ſortitionem conſentit *Cic. pro Cluento c. 45. & 46.*

Sic L. Apronius decimum quemque ignominioſæ cohortis ſorte ductos fuſte necavit. *Tacit. 3. Annal 21.*

Similiter Appius Conſul eo puniendi modo uſus

A. eſt apud *Livium lib. 2. cap. 59.* *Julius Cæſar apud Dion. lib. 41. pag. m. 170. ubi tamen* ita moderatus ſe fuiſſe legitur, ut audaciſſimum quemque vitâ multârit, reliquos dimiſerit *Auguſt. Cæſar apud eund. lib. 49. p. 408. & 414.*

Ubi obſervandum, Craſſum hanc decimationis pœnam multo tempore omiſſam apud Romanos rurſus introduxiſſe, ut teſtatur Plut. in ejus vita c. 18. De ejus antiquitate vide Lipſ. de Milit. Romana lib. 5. Dial. 18. pag. 224.

Nec ſolùm apud Romanos, ſed etiam Græcos uſurpatus fuit hic puniendi modus. *Ita enim Pauſanias in rebus Atticis f. m. 23.* ſcribit: *Syllam* captis Athenis decimum quemque Civem, ut ſors tulit, trucidaſſe. Meminit etiam decimationis apud hos uſitatæ *Herodotus lib. 7. p. m. 457. referens illos inter ſe fœdus juratum iniiſſe, ut, quicunque ſe dediſſent Perſæ non adacti neceſſitate, eorum*
B. *decimum quemque rebus benè conſtitutis ſe Deo Delphico devoturos.*

Et quanquam ita quandoque inſontes puniuntur, id tamen publicæ utilitatis causâ ita introductum fuit, ut Polyb. ibid. att. & Marcell. d. lib. 27. indicat: Et ejus ſpecialem rationem reddit *Tacit. 14. Annal. 44. habet aliquid ex iniquo omne magnum exemplum, quod contra ſingulos utilitate publica rependitur: Aliam verò Cicero in Orat. pro Cluento d. c. 45.* reddit, dum ita ſcribit: *Statuerunt majores noſtri, ſi eſſet à multis flagitium rei militaris commiſſum, ſortitione in quosdam animadverti, ut metus videlicet ad omnes, pœna ad paucos perveniret. Quod etiam annotavit Plutarch. in Scipione cap. 15. & in libro de ſera Numinis vindicta cap. 9. & Veget. lib. 3. c. 4.*

Per viceſimationem & centeſimationem verò viceſimo vel centeſimo cuique eodem modo pœna impone-
C. batur: *& poſterior quidem rarò* nec niſi in caſu clementiæ obteſtandæ uſurpata eſt: Vide *Capitol. in Macrino c. 12.* *Hunc puniendi modum* etiam Chriſtiani & quidem ſancti Patres approbarunt. Videatur inter alios *D. Auguſt. quæſt. 8. in Joſuam, & Cotoranus de Jure Militum lib. 3. c. 8.*

II. *Quanquam prædicta hæc puniendi ratio optimâ ratione ita introducta fuerit, legimus tamen etiam totas cohortes & legiones nullo excepto punitas eſſe. Sic Sertorius* totas quasdam cohortes quatuor millium, ob nefaria ſcelera, interfici juſſit. *Plutarch. in ejus vita c. 8.* *Sic* Legionem integram ſeditioſam *C. Curio* diſcinxit, ſtramina ſecare coëgit, foſſam facere juſſit, ſignis privavit, & milites in ſupplementum cæterarum Legionum diſtribuit. *Front. lib. 4. c. 1. n. 43.* *Similiter Julius Cæſar & Octavius Auguſtus* integram Legionem cum ignominia dimiſit: *Sueton. in Julio c. 69.*
D. *& in Auguſto c. 24.* *Idem de Alex. Severo refert Lampridius in ejus vita c. 52.*

Illud aliquid ſingulare in ſe continet, quod Galba tumultuantium Prætorianorum 7000. interfecerit, & reliquos decimaverit. *Dio lib. 64. circa princ.* *Romæ quandoque* tota delinquentium ſuperſtes Legio millia hominum quatuor ob Rhegium, in quo præſidii causâ relicta erat, direptum, interfectos Principes Civitatis & urbem per 10. annos detentam, adeòque criminis atrocitatem fuſtium & capitis damnata fuerit citra unius exceptionem. Scipio apud *Liv. lib. 28. c. 28. & lib. 15. in Epitome.* *Frontinus d. lib. 4. c. 1. n. 38. addens Senatus Conſulto ſimul cautum fuiſſe, ne quem ex iis ſepelire vel lugere fas eſſet.* *Quod etiam habet Val. Max. lib. 2. c. 7. n. 15.* *Polybius verò lib. 1. c. 7.* ex Legione illa 4000. militum à Romanis plurimos in occupatione iſtius loci interemtos, adeòque ex iis tantùm 300. vivos in poteſtatem illorum venientes Romam deductos, & ſecuri percuſſos eſſe narrat. A cujus parte etiam ſtat *Freinsh.*

in

in Supplem. Livianis lib.5.c.4. ubi hiſtoriam latè contexit, & (fortè ex *Val. Max. d. l.*) ſingulis diebus tantùm 30. ita punitos eſſe refert. *Cui etiam nos* quodammodò adhæremus, quia, ut ipſe Scipio apud Livium dicit, Legio iſta Rhegium per 10. annos tenuit, adeòque in tanto tempore abſque dubio multi ſimul mortui ſunt; *niſi* contra Polybium ſtatuamus, integram ſeu plenam Legionem, nimirùm 6000. & plurium Rhegium occupaſſe.

III. *Nonnunquam etiam Romani eâ uſi ſunt arte*, ut Legionibus vel cohortibus quibuſdam contra juramentum militare vel diſciplinam bellicam ſe gerentibus *ad preces eorum pœnas differrent usque ad prælium proximum, cum hac conditione*, ut, ſi fortiter ſe geſſerint, veniam ſint impetraturi, ſi verò rurſus ignominiam commiſerint, ſeveriorem ſuſtenturi ſint pœnam, cujus exemplum refert *Livius lib.27.c.15.*

TH. XIV.

Hactenus pœna: Sequuntur præmia, quæ duplicia ſunt, propriè vel impropriè ſic dicta.

Explic.

UT *nihil magis homines in officio continet*, quàm ſevera delictorum punitio, *ita vice verſa* nihil magis virtutem accendit, quàm ejus æſtimatio per laudes & præmia, *Saxo Gramm. 2. Hiſt Dan. f. m. 30. Et Tribuni Plebis Romana apud Livium 4. Hiſtor. 35. eò*, inquiunt, *impendi laborem & periculum, unde emolumentum & honos ſperetur: nihil non aggreſſuros homines, ſi magna conatis magna præmia proponantur.* Hinc benè *Craterus apud Curt. lib.9.c.6. Ubi paria ſunt periculum & præmium, & ſecundis rebus amplior fructus & adverſis ſolatium majus eſt.*

Utramque verò tam neceſſariam eſſe putarunt veteres, ut inter alios Cicero 3. de Natur. Deor. cap. 35. ſcriptum reliquerit, *neque domum, neque Rempubl. ratione quadam & diſciplina deſignatam videri, ſi in ea rectè factis præmia exſtent ulla, ne ſupplicia peccatis.*

Id probè perpendentes Romani omni forti & egregio facto certum pretium & præmium poſuerunt, ut in *th. ſeq.* dicetur, *eoque milites ſuos* ferè ſupra fidem & gloriam incitarunt. *Inter omnia* autem exempla virorum fortiter ſe in prælis gerentium & ideò remuneratorum, *memorabile eſt, quod teſte Halicarn. lib. 11. A. R. c.28. Sicinius ille Romanus plebeji Ordinis in prælis centum & viginti dimicaverit, atque ex omnibus fortitudinis præmia reportaverit.*

TH. XV.

Propriè ſic dicta ſunt triplicia, (1.) remunerationes ſingulares quibuſdam militibus ob fortia & egregia facta obvenientes. (2.) Honores & favores iiſdem tùm vivis, tùm mortuis exhibiti. (3.) Privilegia certa omnibus & ſingulis competentia.

TH. XVI.

Remunerationes illæ ſingulares apud Romanos fuêre, (1.) Ornamenta quædam ob virtutem benè meritis data. (2.) Collationes dignitatum & munerum. (3.) Conceſſio prædæ. (4) Largitiones ſive donativa. (5.) Largitio alimentorum dotiumque benè

A. meritis & illorum liberis facta. (6.) Recentiori tempore apud Europæos Stipendium menſtruum cuique militum poſt victoriam præmii loco ſolutum.

Explic.

I. M*Oris apud Romanos fuit, ut Imperatores* partâ victoriâ tribunal militare vel ſuggeſtum conſcenderent, & exercitu per claſſicum convocato omnes milites, & in ſpecie, qui fortiter rem geſſiſſent, *laudarent*, gratiisque actis eos ornamentis ac *præmiis afficerent*, & ad virtutem in poſterum exercendam animarent, ut ex *Livio lib. 10. c. 44 & 45.* & aliis auctoribus conſtat.

B. *Fuére verò ornamenta & præmia talia virtutis ergò data Corona, torques, armillæ, phaleræ, haſta, tunica, corniculi, boves, vexilla*; ſicuti *Auguſtus* M. Agrippam in Sicilia poſt navalem victoriam cæruleo donavit. *Sueton. in ejus vita cap. 25. & alia, ut patet ex Liv. d. cap. 44. & 45. & lib. 7. cap. 37.* item *Polyb. lib. 6. cap. 37. Gellio lib. 5. cap. 6.* & *Sigonio de antiquo Jure Civium Roman.* nec non *Roſin. lib. 10. Antiq. Rom. cap. 26. & aliis.*

Primas verò tenuerunt Coronæ, (de cujus etymo vide Meurſ. de Coronis c.2.) quarum potiſſimùm & communiter *ſex recenſentur ſpecies:*

1. *Triumphalis, quæ* data fuit belli Duci Romam triumphandi causâ ingreſſuro, *eaque vel à militibus, vel à Provincialibus, nec non ſociis & amicis Regibus ac civitatibus oblata.*

C. *Quæ à militibus fuit oblata, duplicem conſtituit ſpeciem, Unam Lauream*, è duobus Lauri plexam ramis, & à triumphatore in capite geſtatam, ex Lauro *ideò* factam, *quia* ille victoriæ ſignum erat, ut inter alia conſtat ex *Tibullo lib. 1. Eleg. 7.* ita canente:

At te victrices lauros Meſſala parentem
Portabat nitidis curribus eburnus equis.

Hinc *Ovidius 2. Amor. Eleg. 12.*

Ite triumphales circum mea tempora Lauri.

De quo legi poteſt *Cardan. lib. 14. de Rer. var. c. 73. Plin. lib. 15. c. 30*

Ubi tamen ex antiquitate notandum (1.) *à Romulo primò* apud Romanos inſtitutum fuiſſe triumphum, cumque ſimplicioris qualitatis & formæ, ut tradit *Halic. lib. 2. c. 35.*

(2.) *Nec promiſcuam laurum* aptam fuiſſe ad coro-
D. nam inde conficiendam, ſed certum *Lauretum* fuiſſe, ex quo decerpti fuére triumphales illi rami, *illudque duplex, antiquum & novum, de illo* loquitur idem *Halicarn. lib. 3. c. 56. & Plin. lib. 15. c. 30. fuitque in Aventino ſitum*, juxta eundem *Halic. d. l.* ac *dictum Lauretum Numæ*, ut indicat *Sulpitia in Satyra de Statu Domit. De hoc Plinius d. l.* ita ſcribit: *Liviæ Druſillæ, quæ poſteà Auguſta matrimonii nomen accepit, cùm pacta illa eſſet Cæſari, gallinam conſpicui candoris ſedenti aquila ex alto abjecit in gremium illæſam, intrepidèque miranti acceſſit miraculum, quoniam teneret roſtro laureum ramum onuſtum ſuis baccis. Conſervari autem & ſobolem juſſére aruſpices, ramumque eum ſeri, ac ritè cuſtodiri. Quod factum eſt in villa Cæſarum fluvio Tiberi impoſitâ juxta nonum lapidem Flaminiâ viâ, quæ ob id vocatur ad gallinas, mirèque ſylva provenit. Ex ea triumphans poſteà Cæſar lauream in manu tenuit, coronamque capite geſſit: ac deinde Imperatores Cæſares cuncti. Idem tradit Sueton. in Galba c.1.*

(3.) *I*-

(3.) *Illam* poſt triumphum in ſinum vel gremium Jovis Capitolini à triumphante poſitam fuiſſe, ut refert *Senec. de Conſol. ad Marc. cap.* 10. *Plin. d. l. Julius Obſeq. de Prodig. cap.* 62. *Latinus Pacatus in Panegyr. cap.* 9. *Silius de Bello Punico, lib.* 15. *v.* 118. *& ſeq. ibi:*

— — — Laurumque ſuperbam
in gremio Jovis exciſis deponere Pœnis.

& alii.

An autem Corona altera, aurea ſcilicet & inſignis dicta, ut mox dicetur, *in ejusdem ſinum etiam fuerit depoſita, non meminimus* à Scriptoribus expreſsè conſignatum fuiſſe, *ſiquidem* illi auctores, quos *Paſchalius de Coron. lib.* 8. *cap.* 3. pro aſſertione illius rei affert, ſolum de geſtatione hujus Coronæ in Capitolium loquuntur. *Quanquam veriſimile illud eſſe libenter fateamur.*

Alteram auream ad modum Laureæ effigiatam: de qua notandum,

1. *illam ob materiæ præſtantiam in ſpecie inſignem appellatam fuiſſe, ut ex Livio lib.* 7. *cap.* 13 *& lib.* 38. *cap.* 47. *tradit Paſch. lib.* 8. *de Coronis cap.* 1. *ſed cum prior locus* expreſſè de Laurea loquatur, *poſterior* verò dicat, coronam capiti detrahi, *veremur, ut ſubſiſtat; aurea enim propter magnitudinem*, ut mox dicetur, *capiti impoſita non fuit.*

2. *magnam & gravem, ac ideò à ſervo publico*, qui eodem curru vehebatur, ſuper caput triumphantis *geſtatam fuiſſe*, ut conſtat ex *Zonara Tom.* 2. *ſub Tarquinio f. m.* 61. de Camillo referente, quod Corona ab illo in curru ſublimi ſedente & triumphante geſtata fuerit contexta è ramulis lauri, & ſupra caput ejus alia fuerit, quam ſervus publicus tenuerit, gemmis inſignem & enormis magnitudinis, ut *ſeq. c.* 11. *lib.* 12. *expl.* 2. *ſub concomitantibus n.* 2. *demonſtratum eſt.*

3. *Communiter ſtatui, illam ſumtu Urbis publico confectam fuiſſe, vide Paſchal. d. lib.* 8. *c.* 3.

Quæ à Provincialibus, uti etiam ſociis & amicis data fuit Imperatori exercitus, ex auro etiam fuit, & ideò aurum Coronarium dicta, ut expreſſe Gellius l. 5. *c.* 6. *tradit*, de qua *Cicero in Piſone c.* 37. *Mitto aurum Coronarium, quod Lex & decerni & accipi vetat, niſi decreto triumpho.* Vide *L. un. C. de Auro Coronar. & L.* 1. *Eod. in Codice Theodoſ. Et hæc Imperatori triumphanti cum reliquis donis Provincialium præferebatur, ut ſeq. cap.* 11. *lib.* 12. *d. explic.* 2. *ſub concomitantibus triumphi n.* 2. *latius eſt deductum*, de quo etiam legatur *Caſalius de Urbis Romanique olim Imperii ſplendore parte* 1. *c.* 3. *p.* 15.

Aurum tamen illud Coronarium etiam alias ob cauſas datum fuiſſe, demonſtrat Demſt. ad lib. 10. *Antiq. Rom. Roſini c.* 29.

Diverſa à triumphali fuit Ovalis, illi conceſſa, qui rem bellicam leviter & ſine cruore geſſiſſet, ovansque Urbem ingrederetur: *Fuit autem ex Myrto* Veneri victrici ſacra facta, ut *Plin. d. lib.* 15. *c.* 29. annotavit. *Siquidem* Coronam hanc fortitudinis ſignum fuiſſe, *ex Scriptoribus, & iis, quæ Paſchalius lib.* 7. *c.* 20 *habet, patet, ubi ſimul refutat Gellium d. c.* 5. *myrtum Veneris ſolùm propriam, non Martis communem fuiſſe, ſentit.*

2. *Obſidionalis ſive graminea è viridi gramine*, & quod juxta *Vulſonium in Scientia Heroica cap.* 37. *dens caninus*, appellabatur, ac Saturno ſacrum erat, illo in loco, intra quem obſeſſi clauſi erant, generato, *facta*, *data illi*, qui eos obſidione liberabat, quod *inde ortum* dicitur traxiſſe, *vel quod*

A. *Mars*, belli & victoriæ Deus, è gramine credatur ortus, juxta *Feſtum in verbo Gradivus*, *vel quod herbam* victos porrigere, id eſt, terrâ & altrice ipsâ humo & humatione etiam cedere ſummum victoriæ eſſet indicium. *Plin. lib.* 22. *cap.* 4. *ubi tradit: Illam à milite obſeſſo & liberato Imperatori liberanti dari: quod ita intelligendum eſt, ut militum obſeſſorum Dux vel Præfectus non excludatur: Conſtat enim ex eodem vel potius Victore de Viris Illuſtr. cap.* 17. quod Minutius Conſul cum ſuo exercitu L. Quintium Cincinnatum, à quo ipſe & exercitus obſidione liberati fuerant, hâc coronâ donaverit. *Sicuti etiam quandoque duæ, una ab exercitu, altera ab ejus Duce datæ fuerunt, ut de Decio refert Feſtus in verbo Obſidionalis. Eidem tamen tres datas fuiſſe à Conſule, Auream, à Legionibus gramineam, & rurſus à ſuo præſidio gramineam,*

B. *refert Liv. lib.* 7. *cap.* 37. *& Plin. d. cap.* 5. *Sed eandem tamen etiam à Senatu Populoque Romano obſeſſo Q. Fabio Maximo liberatori datam fuiſſe idem Plinius eod. lib. cap.* 5. *tradit. Junge his Stewechium ad lib.* 2. *Veget. cap.* 7. *ubi ejus formam exhibet.*

(3.) *Civica ex foliis quernis, glandinibus intermixtis & præeminentibus ſecundum eundem d. l. poſtremò ideò, quia cibus & potus antiquiſſimus quernus fuit, juxta Gell. d. c.* 6. *confecta, cum ante iligneа*, quod genus priori proximum, *deinde ex æſculo Jovi ſacra facta eſſet. Plin. lib.* 16. *c.* 4. *Plut. in M. Coriolano c.* 3. *& latè Paſchal. de Coron. lib.* 7. *c.* 12. *Civi Romano à ſervato Cive Romano in teſtimonium vitæ ſalutisque perceptæ data, teſte Gellio d. c.* 6. *& Halic. lib.* 8. *c.* 31. *& lib.* 10. *c.* 43. *ac Polyb. lib.* 6. *c.* 37. *Quamvis Maſſurius Sabinus lib.* 11. *Memorabil. requirat*, ut Civis alterum ſervans etiam hoſtem occidat, nec

C. locum pugnæ illius reliquerit, *teſte eod. ibid. & idem refert Plutarch. de M. Coriolano in ejus vita c.* 3. *ac Halicarn. d. cap.* 31. *Adjungit verò Cicero in Orat. pro Cn. Plancio c.* 30. *Gregarios milites agre facere, ut coronam dent Civicam, & ſe ab aliquo ſervatos eſſe fateantur, quia onus beneficii reformidant, quod permagnum eſt alieno debere idem, quod parenti. Nam ſecundum Polyb. d. l. ille, qui hoc ſervatus eſt modo, ſervatorem per omnem vitam pro parente colit, omniaque ei tenetur præſtare, quæ filius patri. Et refert Plinius d. l. majorem gloriam apud Romanos adeptum eſſe, qui Civem, quàm qui Imperatorem ſervaſſet, ob hanc rationem, quoniam Conditores in quocunque Cive decus ſummum eſſe voluêre: Addit que cum præconio cauſam, cur tam vilibus foliis illa conficeretur, quia nefas eſſe profeſſi ſunt, hominem lucri causâ ſervare.* Videri etiam poteſt *Paſchalius de Coronis d. lib.* 7. *c.* 9. 10. *&* 11. ubi multa utilia habet. *Oſtendunt*

D. *tamen quædam apud Hiſtoricos loca, etiam ab Imperatoribus vel belli Ducibus quandoque coronas has merentibus donatas fuiſſe, ut conſtat ex Halic. l.* 8. *c.* 31. *Sueton. in Jul. Cæſ. c.* 2. *ac Marcell. l.* 24. *p. m.* 280.

Non tantùm verò privatis Civibusque data, ſed & poſteà clementia Imperatorum, poſtquam Civilium bellorum profanatione meritum cœpit videri Civem non occidiſſe. Plin. ibid. & Senecа lib. 1. *de Clement. c. ult.* Quò reſpexit *Ovid. lib.* 3. *Triſt. Eleg.* 1. *poſt princ.*

— — Video fulgentibus armis
Conſpicuos poſtes tectaque digna Deo:
Et Jovis hæc, dixi, domus eſt: quod ut eſſe putarem,
Augurium menti querna corona dabit.

Cujus rei originem ita refert Dio lib. 53. *p. m.* 750. *Cæſari* cum Orationem de ejurando Regno ac dividendis Provinciis habuiſſet, multi erant honores delati, nempè, ut ante ipſius domum in Palatio Lauri ponerentur, ac ſuper eas corona quernæ ſuſpenderentur, nimirùm, quod

quod perpetuus hoſtinm victor ac civium eſſet ſervator. *Quem tamen honorem Tiberius recuſavit. Sueton. in ejus Vita c. 26. Quâ etiam de cauſâ illam omnibus aliis præfert Seneca 1. de Clem. d. cap. ule.* hisce elegantibus verbis : *Nullum ornamentum Principis faſtigio dignius pulchrimque eſt , quàm illa corona ob Cives ſervatos. Non hoſtilia arma detracta victis , non currus barbarorum ſanguine cruenti , non parta belli ſpolia. Hæc divina potentia eſt , gregatim & publicè ſervare : multos autem occidere & indiſcretos , incendii & ruina potentia eſt.* Quod etiam iudicat *Plinius modò allegato loco* , ubi in fine addit : *O mores æternos , qui tanta operâ honore ſolo donaverint , & cum reliquas coronas auro commendarent , ſalutem civis in pretio civis eſſe noluerint , clarâ profeſſione ſervari quidem hominem nefas eſſe lucri cauſâ. Ejus formam typo expreſſam refert Stevvechius ad d. lib. 2. c. 7.*

(4) *Muralis ex auro in forma pinnarum muri facta , & ei ab Imperatore data , qui primus hoſtium oppidum per vim conſcendit : Polybius lib. 6. cap. 37. & Livius lib. 26. cap. 49. ubi hic refert* , in expugnatione novæ Carthaginis *inter Trebellium & Digitium* de primâ muri occupatione, & ideò meritâ murali coronâ acrem litem & quæ ferè ſeditionem ſpectaret , motam adeoque à *Scipione ambos illâ donatos fuiſſe. Ejus formam etiam refert Stevvech. d. l. Ubi addendum* , jam à Cyro præmium promiſſum fuiſſe ei , qui muros Sardis primus conſcendiſſet, *Herod. l. 1. n. marg. 15.*

(5.) *Caſtrenſis ſive vallenſis etiam ex auro , ſed ad formam vel inſigne valli vel palorum facta , eique ab Imperatore data , qui primus hoſtium caſtra pugnans introivit. Cujus formam etiam exhibet Stevvech. d. l.*

Ubi monendum, muralem & caſtrenſem honore præcelluiſſe , adeoque ab Auguſto Imperatore parciſſimè datam fuiſſe , ut refert Sueton. in ejus Vita cap. 25.

(6.) *Navalis ſive roſtrata juxta Plinium d. lib. 16. cap. 4. iisdem ex auro facta , & roſtris ac puppi , nec non velis navium inſignita , eique data , qui primus in hoſtium navem armatus tranſilivit, Gellius lib. 5. cap. 6. ejus figuram vide apud eundem Stevvech. d. l. Refert tamen Dio lib. 49. f. m.* 400. *Auguſtum Cæſarem navali prælio victoribus coronam ex olea , Agryppa vero auream roſtratam dediſſe* , idque ante & poſt eum obtigiſſe nulli. *Quod etiam ratione aurea illius corona tradit Paterc. lib. 2. cap. 81. Sen. 3. de Benef. 33. Livius Epit. lib. 129. Quâ de cauſâ nonnulli putant* , illum ſingularis formæ coronâ ornatum ideò fuiſſe , quod etiam ex duobus nummis expreſſis evincere vult *Schefferus de Milit. Nav. lib. 4. cap 3. Sed nil obſtat* , ſi dicamus illum primum & unicum reſpectu ſcilicet temporis, quo ſcripſerunt, fuiſſe tali coronâ aureâ ornatum.

Ubi notandum , Agrippam illum in navali prælio victorem ab Auguſto etiam vexillo cæruleo ornatum in ejus teſtimonium fuiſſe, ut refert Dio l. 51. f. m. 458. & Sueton. in Auguſto c. 25.

His aliam adhuc addidit Caligula Solis , Lunæ & Siderum ſpecie diſtinctam & exploratoriam appellatam juxta Sueton. in ejus Vita c. 45 iis conceſſam , qui explorando hoſtium conſilia & actiones ſingularem in uſum detexerunt. De his coronis omnibus poſt alios jam ex parte relatos legi poteſt

A. *Guichardus de Antiq. Triumph. c. 18. & Meurſ. de Coronis c. 15.*

Eximiè merentibus conceſſa etiam tandem fuerunt haſta pura , vexilla bicoloria , & multa alia , quæ referuntur à Pollione in D. Claudio , & Vopiſco in Aureliano cap. 12.

Tandem annotata etiam fuit à Zonara in Cam. Equeſtris ei data , qui equo merens inſigne & Reipublicæ proficuum edidiſſet in bello facinus.

Memoratur etiam à Gellio d. lib. 5. cap. 6. in pr. oleaginea , ex foliis ejus arboris confecta , *quâ utebantur illi* , qui in prælio non fuerant , ſed triumphum procuraſſent, & ornabantur victores in Ludis Olympiacis.

Neque verò Romani ſolùm , ſed etiam alii Populi virtutis cauſâ militibus ſuis certas attribuerunt
B. coronas : Sic *Syracuſani* 600. viris , quorum potiſſimùm virtute victoriam adverſus defectores obtinuêre , coronas donarunt , ut refert *Diod. Sicul. lib. 11. Hiſtor. cap. 76. vide etiam Platonem 12. de Legibus poſt pr. Denique notandum ex Plinio lib. 33. c. 2. coronas militares aureas ſolùm militibus inquilinis ſive civibus* à Romanis datas fuiſſe : *Auxilia verò & externos milites contrà accepiſſe torques aureos , & inquilinos argenteos , & externis ſimul armillas denegatas fuiſſe.*

Quærunt autem eruditi circa coronas

1. *Cur eas capitibus* , non verò aliis corporis partibus, puta brachiis aut collo imponi conſuetudine ſit receptum?

Et reſpondent , quia caput in homine eſt, quod culmen in ædificio , & quod cœlum in mundo , juxta *Artemidorum lib. 1. Oriniocriticorum cap. 37. & lib. 2. cap. 3. adeoque digniſſima hominis pars* , in qua ceu cel-
C. ſa arce dominator illius , nempe ſenſus & intellectus domicilium ſibi elegerunt , juxta *Clement. Alexandr. lib. 2. Pædag. c. 8. & alios.* Hinc *Plato in Timæo f. m. 481. caput dicit eſſe membrum corporis diviniſſimum , reliquorumque membrorum Princeps , cui totum corpus connexum Dii ſubeſſe & parere juſſerunt. Ubi plura videri poſſunt. Interim tamen negandum non eſt , quandoque coronas manibus dextris geſtatas fuiſſe , ut refert Apulejus lib. 11. Metamorph. poſt pr.*

2. *Cur illis tantus honos habitus fuerit , ut ad* excellentiſſima & maxima quæque facta demonſtranda ac celebranda capitibus imponantur ? Cum tamen pleræque ab initio ex floribus , ramis & aliis vulgaribus rebus extra pretium conſtitutis confectæ fuerint.

Et reſpondent breviter , illud à Diis , & qui ipſis ſacrificarunt, procul dubio mutuatum eſſe: Ita enim
D. apud *Plinium lib. 16. cap. 4.* legitur , antiquitùs nullam niſi Deo datam fuiſſe coronam : ac *lib. 21. c. 2.* Vocabulum ipſum tarde communicatum eſt, inter ſacra tantùm & bellicos honores coronis ſuum nomen vindicantibus. *Et creditum eſſe* primum omnium Liberum Patrem coronam ex hedera capiti ſuo impoſuiſſe : illum enim florum amatorem eſſe antiquitas tradidit juxta illud *Ovidii 5. Faſtor. ante medium :*

Bacchus amat flores , Baccho placuiſſe coronam
Ex Ariadnæo ſydere noſſe potes.

Ita etiam *Tertull. de Corona militis* ſcribit , Saturnum Pherecydes ante omnes refert coronatum , Jovem Diodorus poſt devictos Titanos hoc munere à cæteris honoratum. *Idem Plinius d. lib. 16. c. 34. Alexandrum M.* ad imitationem Bacchi cum exercitu

hederâ coronato ex Indiâ rediiſſe: & *lib.21.c.25.* Deos coronatos fuiſſe Heliochryſo narrat. *Ælianus lib.3. c.1.* ſcribit, Apollinem Pythium primùm lauro Tempicâ coronatum eſſe. *De ſacrificantibus verò referunt*, eos ideò coronatos fuiſſe, ut Diis eò gratiores eſſent, ac læto vultu debitum exhiberent cultum, ut innuit *Ovidius lib. 2. de Ponto Eleg. 1. in pr.* ita canens:

Dii quoque nè à cunctis hilari pietate colantur,
Triſtitiam poni per ſua feſta jubent.

Et legitur apud Suet. in Galbâ c.18. quod ipſi ſacrificanti corona de capite exciderit: & *in Tito c.5.* quod ille in conſecrando Bove Api diadema geſtaverit: More ſcilicet rituque priſcæ religionis.

Ita quoque Cyrus coronatus rem ſacram faciebat. *Xenoph. in ejus Inſtit. lib.3. c.81.* *Recenſet quoque Livius lib.23. c.11.* Q. Fabium Dictatorem Delphis juſſu antiſtitis coronatum Laureâ coronâ, & Oraculum adiiſſe, & rem divinam feciſſe. Et *Ælian. d.l.3. c.3.* Xenophontem rem Divinam obeuntem accepto de filii Grylli morte nuncio coronam depoſuiſſe, ac in ſacrificando perſtitiſſe, comperto verò filium victorem mortuum, coronam iterùm impoſuiſſe. *Sic Alexandrum M.* coronâ capiti impoſitâ ſacrificaſſe recenſet *Arrianus in ejus expedit. lib.2. circa fin.*

Plura deſiderantem ad Paſchal. de coronis lib.4. c.1. 2. 3. & 4. Biſciol. Tom. 2. cap.10. & Meurſ. de Coron. c.8. Buleng. de Spol. bellic. cap. 13. & ſeqq. remittimus, ubi primus progreſſum in formandis & honorandis coronis exactâ diligentiâ congeſſit.

Referendum tamen huic eſſe duximus, quod retinſet Athen. lib.5. c.8. In pompa Ptolomæi Regis præter coronas 3200. tranſvectam fuiſſe aliam auream Diis dicatam, aut Sacris certè deſtinatam, nobiliſſimis gemmis fulgentem, ambitum, quod nunc quidem eſt incredibile, cubitorum octoginta.

De reliquis ornamentis & præmiis militum parum notatu dignum occurrit, niſi quod Plinius, ut paulò ante jam adductum *lib. 33. cap. 2.* tradat auxiliis vel externis militibus aureos torques non verò armillas datas, has verò tam ex auro teſte Feſto ſub illo verbo, quàm argento, ut iudicat Liv. *lib. 10. c. 44. & Capitolino in Maximinis c. 2.* factas & alio vucabulo *Calbeos vel Galbeos* teſte eodem Feſto ſub illo verbo, (de quo etiam conſuli poteſt *Philipp. Rubenius lib.1. Elector. c.38.*) nec non antiquis *viriliæ* referente *Iſidor. lib.19. c.31.* *vel* ut corrigit Rubenius ibidem *viriolas* dictas fuiſſe *Illas per rotundos circulos deſcribit Idem & Iſidorus d.d. ll.*

Et quod haſta pura militibus illis, qui extra ordinem & ſponte ſuâ in ſingulari pugnâ hoſtem percuſſerunt, ut ex *Polybio lib.6. cap.37.* refert *Lipſius de Mil. Rom. lib.4. Dial.17.* cujus meminit *Vergil. Æneid. l.6. v.760.*

Ille, vides purâ juvenis qui nititur haſtâ.

ubi Servius annotat, illas inter militaria præmia non poſtrema, & ideo in monumentis conſignatum fuiſſe, quot tales haſtas quis meruiſſet, teſte *Urſato in Not. Roman. p.203. data fuerint.* *Quid autem per puras illas haſtas intelligendum ſit, dubium eſt, conſuli tamen poteſt Taubm. ad Vergil. d.l.*

II. *Collatio munerum conſtitit in conceſſione Centurionatus, Præfecturâ, Decurionatus, Optionatus, ut hoc clarè innuit Cato in Orat. ad Equites.*

III. *Ex prædâ (: ut puto publicâ :) militibus ob rem bene geſtam plerumque aliquid donatum fuit*, & quidem Centurioni duplum, equiti verò triplum ejus, quod gregarii acceperunt, ut inter alios memorat *Livius lib.34. cap.51. lib.39. cap.5. lib. 40. cap.43. & lib. 41. cap. 7.* *Centuriones tamen* quandoque etiam triplum accepiſſe, ex *Eod. lib.33. cap.23.* conſtat, *& vice verſâ* equites ac Centuriones alterum tantum obtinuiſſe, refert *Idem lib.10. c.46.* refert.

IV. *Largitiones ſive donativa* militibus dari conſueta etiam proprio vocabulo *commoda* appellata, ut *ex Ovidio lib. 1. De Arte Amandi v. 132. & ſeq.* ibi:

Romulo militibus ſciſti dare commoda ſolus
Hæc mihi ſi dederis commoda, miles ero.

& aliis auctoribus (: quibus *Sueton. in Auguſto cap.24. & in Calig. cap.44. & Tacit. lib.1. Ann. cap.26. inf.* addi poteſt:) demonſtrat *Heraldus in Animadv. in Salmaſii Obſerv. ad Jus Atticum lib.1. cap.5. n.8. & ante* ipſum obſervavit *Turnebus lib.5. Adverſar. cap. 5. Savaro ad Sidonii lib. 6. Ep. 8.* — & *Meurſius in Gloſſario*, uti etiam *Alciat. lib.8. Parergon. cap.5. meminit etiam commodorum Primipilatus lib.1. C. de Primopilo, ſed illa pro ſtipendio vel annonâ ibi ſumuntur*, quoniam ſcribunt ibi Imperatores, illa ſtatim poſt adminiſtrationem deberi & ab hæredibus exigi poſſe, quod in dictis donativis non obtinet.

Tradit tamen Godofredus in Gloſſario Codici Theodoſiano ſubjuncto verbum illud propriè de annonariâ intelligendum eſſe, ubi etiam alias ſignificationes affert. ſicuti etiam illud aliàs *pro ſalariis & mercedibus aquariorum ſumuntur à Frontino l. 2. de Aquæduct. Romanor. ante finem.*

Conſtiterunt verò largitiones illæ in agrorum hoſtilium inter Veteranos factâ diviſione *lib.11. ff. de Evict. lib.15. ff. de Rei Vindic.* & *L. in agris 16. ff. de acquir. rer. Dom. & quidem cum certa immunitate L. agros 3. C. de fund. Limitotroph. & ſub certa lege*, ita ut iis permanerent, ſi hæredes ipſorum militarent, nec unquam ad privatos pertinerent, ut conſtituit *Alex. Severus apud Lamprid. in ejus vita cap.58.* *Additque Dio lib. 36. f. m. 18.* præter hos agros etiam à Pompejo adjectas fuiſſe deſertas Urbes ad habitandum.

Donati quoque fuêre bene meritis certi boves, ut inter alios innuit Liv. lib.7. c.33. cap.26. & c.37. & lib. 26. c.48. *Item certa annua annona, veſtimenta & ſimilia*, ut fecit Imper. Valerianus Claudio adhuc Tribuno, referente *Pollione in hujus vitâ c.14. & ſeqq. D. Aurelius juxta Vopiſcum in ejus vitâ c. 9. & alii.* Plura vide apud *Buleng. de Spol. bellicis c.12.*

Donativa verò illa militibus ſingulis citatis diſtributa fuiſſe *Sulpit. in Vitâ Martini c.3.* refert.

Pertinet huc etiam pecunia militibus ab Imperatoribus in initio Imperii vel etiam poſtmodum dari ſolita, *illam enim in ſpecie donativum, ſicuti quod plebi datur, congiarium vocatur, appellari Tacitus l.12. Annal. cap.41. expreſſè tradit*, quod etiam *Idem lib.14. Annal. cap. 11. & Plinius in Panegyrico Trajani c. 41. facit, & utrumque diſtinctè ponit, quanquam Cicero lib. 16. Epiſt. ad Attic. 8. utrumque confundat.*

Ubi incidenter de congiario notandum, illud à concha menſuræ ſpecie dictum propriè menſuram vel rem ſub menſuram cadentem ſignificare, ſicuti etiam id ex nummis Imperatorum veterum, in quorum uno latere modius ſpicis & papaverum capitibus repletus cum inſcriptione Plebei urbanæ frumento conſtituto, in altero verò latere tribunal vel ſuggeſtum, in

que

Digitized by Google

quo Imperator in curuli ſedens adſtantibus largitoribus cum inſcriptione congiarium &c. repsritur, apparet, ut legi poteſt apud Spanhem de Præſtantia Numiſmatum diſſert. 9. editionis poſterioris. & Zimmermann. In Analect. Miſcell: Menſe III. cap. 10. Tranſlativè verò etiam liberalitatem in genere ab Imperatoribus plebi diſtribui ſolitam denotare, ut utrumque conſignavit Quinctilian. lib. 6. Inſtit. Orator. c. 3. & 4. adeoque etiam pecuniam, ut ex Sueton. in Auguſto c:41. apparet.

V. Eſt quoque ſpecies remunerationis, quando milites vulneribus, morbo aut ætate inhabiles redditi, vel in Xenodochia, quæ à Loccenio lib. 9. Hiſtor. Suecanâ p.m. 704. Strategotrophia vocantur, ideo fundata præſtitâ liberali ſuſtentatione recipiuntur, ut in Gallia à Ladovico XIII. Chriſtinâ reginâ Sueciæ teſte Loccen. d. l. ab Hollandis aliisq; conſtitutum, & ſuprà lib. 2. c. 7. th. 7. expl. 4. & hac Parte 4. c. 7. th. 14. expl. 1. relatum eſt. Vel ſingulis annis aut menſibus certam pecuniæ ſummam ad ſui ſuſtentationem accipiunt, ut d. th. 14. expl. 1. etiam annotavimus. Item quando militum bene meritorum parentibus & filiis eadem præmia, quæ interemptis, ſi vixiſſent, danda fuiſſent, præſtantur.

Cujus exemplum refert Dio lib. 46. f.m. 316. vel filiis alimenta uſque ad pubertatem dantur, ut Ariſtot. in Rhetor. ad Alexandr. M. c. 3. ſuadet, & de Athenienſibus refert Id. 2. Polit. 6. ſimul tradens, Hippodamum primùm talem legem condidiſſe, & Thucyd. lib. 2. p.m. 81. De quibus etiam lege Bodin. lib. 5. de Rep. cap. 4. Et certa annua penſiones illis, ac filiabus certa dotes ex ærario publico conſtituuntur, ut Senatus Romanus Scipionis filia largitus eſt ſecundum Val. Max. l. 4. c. 4. n. 10. & Alexander M. Macedonum defunctorum pupillis decrevit apud Plut. in Ejus Vita cap. 122. quod etiam à Statu Veneto ſæpe factum eſt, ut ejus exemplum refert Guicciard. lib. 2. Hiſt. Ital. p.m. 217. Bembus lib. 1. Hiſt. Venet. p.m. 33. & l. 5. p. 201. & paſſim, ac Mauroc. l. 8. Ejusdem Hiſt. f.m. 325. in Chriſtophori Canalis filiis & filiabus, ex quibus his duabus 4000. aureorum dos data fuit.

De Romanorum hac in re liberalitate quædam præc. l. 1. c. 2. th. 9. expl. 2. conſignavimus.

VI. Exempla menſtruorum ſtipendiorum militibus poſt obtentam victoriam in compenſationem ſolutorum ubivis ſunt obvia.

TH. XVII.

Honores & favores publici bene meritis ob egregia facta exhibiti conſiſtunt in publica ſepultura & ſtatuarum erectione, nec non quodammodo in triumphis decernendis.

Explic.

Publicam ſepulturam hîc vocamus illam, quæ & Romæ publicè inſtituta & ære publico adornata fuit: Hanc verò ſummi honoris conteſtandi ergo peractam fuiſſe, dubio caret. Meminit hujus honoris Dio l. 43. f.m. 219. in Catone Uticenſi ita ſepulto: Et in alio exemplo l. 46. f.m. 316. ac in Juventio ſeq. f. 324. Liv. lib. 2. cap. 16. in P. Valerio. & Val. Maxim. lib. 5. c. 2. n. 3. in Fabio Maximo. vide etiam de ſimili ſepultura Menenii Liv. l. 2. c. 33. Apud Spartanos quoque tales honorificè ſepultos eſſe ex Æliano lib. 6. c. 6. notum eſt, quod etiam de Athenienſibus Demoſthenes in Orat. adv. Leptinem tanquam primis inventoribus laudat, & in genere memorat Thucyd. lib. 2. p.m. 26. vide et-

A. iam Ariſt. in Rhet. ad Alex. d. c. 2. ac de Syracuſanis Diod. Sicul. l. 13. c. 18. & 29. & quæ nos præc. P. 2. ſect. 2. c. 3. th. 1. in expl. n. 2. conſignavimus.

Statuas quoque in honorem ob egregia facta & virtutes primùm à Græcis poſitas, adeoque illorum inventum eſſe communiter traditur, quod etiam approbat Plin. l. 34. c. 4. & ſeqq. de quo etiam lege Thucyd. lib. 6. p.m. 284. & ſeqq. & Figrel. de Stat. Roman. cap. 7. A Græcis deinde ad Romanos honor hic derivatus eſt, ſiquidem hi tales Imperatoribus & aliis bene meritis publicis impenſis poſuerunt, quia communiter receptum ſuit, ut homines excellentes viros beneficiis in cœlum famâ & voluntate tollerent Cicero 2. de Nat. Deor. c. 24. ac inter Divos haberent, ut Idem in Conſolat. ante fin. narrat; qui liber tamen tanquam ſpurius à pleriſque rejicitur. vide Lipſii de illo judicium in fine Electorum adjectum. Refert hinc Idem Phi-
B. lip. 9. c. 2. Quatuor Legatis Populi Romani Fidenis à Larte Tolumnio Rege Vejentum interemtis ſtatuas in roſtris ſuo tempore adhuc exſtantes poſitas fuiſſe, quod etiam Livius lib. 4. c. 17. memorat. ubi prior hanc rationem reddit, quia majores illorum illis, qui ob Rempublicam mortem ita obierant, pro brevi vita diuturnam memoriam reddere, & opus monumentum exſtare voluerunt, at in bellis periculoſis obirent homines Legationis munus audaciùs. & ut ita pro patria mortui & æternam virtutis ſuæ gloriam relinquentes in perpetuum quaſi vivant & omnibus publicè noti reddantur, ut indicat Imperator in pr. Inſtit. de Excuſat. hiſtor. & apud Diod. Sic. lib. 13. c. 20. Nicolaus quidam civis Syracuſanus. Addit quoque exemplum Octavii Laodiceæ à privato quodam Leptino dicto interemti. De quo etiam videatur Plinius d. lib. 34. c. 6.

Exempla ſtatuarum Imperatoribus & Ducibus apud Romanos poſitarum paſſim obvia ſunt.

C. Sic Regibus Romanis ſeptem ſtatuæ in Capitolio poſitæ fuerunt, quibus adjecta eſt Bruti illius, qui Tarquinios evertit & libertatem reſtituit: ac longo pòſt tempore acceſſit Julii Cæſaris juxta hanc poſita ſtatua, quæ M. Brutum ob nominis cum prædicto Bruto ſimilitudinem ad inſidias Cæſari faciendas & libertatem ſimiliter Populo reddendam incitavit, annotante Dione lib. 43. f.m. 236. Ita quoque Syllæ & Pompeji Statuæ pro roſtris conſtitutæ, & à Cæſarianis dejectæ, à Cæſare ipſo reſtitutæ fuerunt, teſte eodem lib. 42. f.m. 193. & d. l. 43. f.m. 238. Similiter Aquilam in pugna interemtum ſtatuâ honoratum idem refert lib. 46. f. 317. M. Anton. Philoſophum quoque multis nobilibus, qui in bello Germanico ſive Marcomannico interierunt ſtatuas in foro Ulpio collocaſſe refert Capitol. in Ejus Vita c. 22.

Ex antiquioribus etiam refertur à Plinio d. l. c. 5.
D. C. Mem; qui devicerat priſcos Latinos: & Horatio Coclitis, qui hoſtes à ponte ſublicio ſolus arcuit.

Sed ut plura exempla à Rycquio de Capitol. Romano c. 26. & Figrel. in d. Tr. c. 12. partim notata omittamus, ex Plinio d. c. 6. hîc adjicere volumus 1. Etiam fœminis, & quidem Clœliæ & Valeriæ ceu obſidibus pro patria (de quo tamen videatur Plutarchus in Poplicolâ c. 29.) & Corneliæ Gracchorum matri tam propter egregios liberos, quàm parentis causâ, ut refert Idem in Graccho c. 6. & Clœliæ quidem equeſtrem locatas, uti etiam recenſet Livius lib. 2. c. 13. de qua etiam legi poteſt Halic. l. 5. c. 31. & ſeqq. & Val. Max. l. 3. c. 3. n. 2. 2. Statuas duplices pedeſtres & equeſtres. 3. Phalereo Demetrio Athenis 360. ſtatuas formatas. 4. Etiam Annibali hoſti tribus in locis in urbe ideò, quia ſolus hoſtium haſtam intra muros illius emiſit, ſtatuas erectas ſecundum Plin. d. lib. 34. c. 6.

& Cleopatra, in Veneris tamen templo, auream imaginem ab Auguſto poſitam fuiſſe, referente *Dione lib. 51. f.m.459.* Quibus addendum 5. *Primo tempore Romæ rem raram fuiſſe*, ſi cui equeſtris ſtatua in foro poneretur, ut innuit *Livius lib.8. c.13. poſteà verò* rem illam ferè vulgarem factam, & luxum inſuper adjectum. *Et quidem D.Claudio* Imperatori ob ſingularem virtutem & amorem meritum à Populo ſumtu publico in Capitolio ante Jovis Optimi Maximi templum *ſtatuam auream* (quod nulli anteà) decem pedum collocatam fuiſſe, referente *Trebellio Pollione in ejus Vita cap.3. ad quem locum ex antiquitate annotavit Caſaubonus, quod 6. adjiciendum putavimus, Quò plurium eſſent pedum ſtatuæ, eò fuiſſe magis honorificas, omnium verò honoratiſſimas coloſſeas, & Deorum quidem ſtatuas* legitimam ſtaturam hominis ferè ter continuiſſe, Heroum bis, Regum & Imperatorum verò iſtis fuiſſe breviores. *Ubi ex Scriptoribus antiquis obſervavit Rader. ad Martial. ad libr. ſingularem de Spectaculis Epigramm. 2. ſtatuas, quæ* intra humani habitus ſtaturam factæ, vocatas *ſigna & ſigilla*, (quod tamen aliis diſplicet, ut legi poteſt apud *Figrel. in d. Tr. c.1. p.3. & 5. & Rycquium d. c.26. & 27. ubi per ſigna* hic intelligit figuras alias præter Deorum & hominum, *ſed neque hoc antiquitati & auctoritati conforme, ſiquidem Livius lib.27. c.18. & Cicero 4. in Verr. c.2. c. 58. & 60. illa etiam de Diis & Idem ſeq. c.3. etiam de hominibus prædicat*, ſicuti etiam *Id. præc. 2. in Verr. c.35 ſignum Himeræ & capellæ* memorat, *ut ita clarum ſit vocem ſignum latius patere quàm ſtatuam, & ſimul hanc includere, quod etiam jam ante Auſ. Popma lib. 4. de Different. Verbor. ſub verbo ſignum obſervavit, ubi legi poteſt. item cubitales palmaresq;: Alias, quæ* juſtum ejus, cui factæ, expreſsère modum, quæque decretæ bene merentibus ſapientibusque viris, *pariles: Alias*, quæ infra ſeſquialteram partem ſtatuæ contentæ, hoc eſt, quæ hominis integram, & dimidiati inſuper magnitudinem æquarunt, magnas, illasque Regibus & Imperatoribus dicari ſolitas: Alias, quæ duplo altiores homine majores, easque ſolis Heroibus conſecratas: Alias denique, quæ triplo vel majori adhuc proportione ſtaturam hominis exceſſerunt, maximas, easque primulum ſolis Diis ædificatas, coloſſosque dictas, poſteà verò à barbaris Regibus & Romanis Imperatoribus ſibi vindicatas fuiſſe. *Addendum his apud alias quoque gentes fortibus viris virtutis ergo quosdam honores delatos fuiſſe, ſicuti apud Scythas*, his qui hoſtem unum ſuperaſſent ſingulis annis ex cratere Principum, qui verò plures occidiſſet ex duobus calicibus potus exhibebatur, referente *Herodoto lib. 4. p.m.265.*

Finis hujus honoris eſt, ut paulò ante dictum, quò mortem eo liberius pro patria effunderent cives; dum pro brevi vita diuturnam memoriam & pro morte perpetuam vitam obtinere à Romanis habiti ſunt, ut *Cicero in Conſolat. circa f. & Imper. in pr. Inſt. de Excuſ. tutor.* docet. *Eundem in finem, ut Cæſ. de B.G. p.m.135. & Mela de ſita orbis lib.3. c.2. tradit, Galli docuerunt*, non interire animas, ſed ab aliis tranſire ad alios: ſive æternas eſſe animas vitamque alteram ad manes. *Quo arcano etiam Turcæ hodiernum in diem utuntur.*

De triumphi maximo apud Romanos honore ſeq. c.11. th.12. expl.2. dictum eſt.

TH. XVIII.

Privilegia militibus data nihil ſunt aliud, quàm certæ quædam immunitates & exemtiones

A. à Jure communi in compenſationem laborum, vulnerum & periculorum iis à ſummo Magiſtratu circa illorum perſonas, res & actiones conceſſæ.

Explic.

I. *Circa Privilegia hæc militibus conceſſa obſervandum eſt (1.) diſtinguendum eſſe primùm inter milites perfectos, qui* ſcilicet in numeros jam ſunt relati, *L.42. ff. de Teſtam. Milit. & L.38. §.1. ff. Eod. ac L.4. C. de Offic. Magiſtr. Milit. & probatorias adepti: & imperfectos, qui* ſe militiæ quidem dederunt, ſed nondum in numeros relati ſunt: *Et prioribus quidem privilegia militaria, non tamen omnia competere, quia* veteranis quædam ſolùm conceſſa ſunt, ut mox dicetur: *poſterioribus verò non L.17. C. de re milit. deinde inter milites ſimplices & veteranos, de quo paulò poſt*
B. *n. (2.) dictum eſt. (2.) Privilegia illa concernere vel perſonas, vel res, vel actiones militum.*

Perſonas concernentia conſiſtunt (1.) in impunè permiſsâ Juris Poſitivi ignorantiâ, eique annexâ innoxiâ ſolennitatum juris illius omiſſione. *Ratio eſt, quia arma magis, quàm jura ſcire præſumuntur l. ult. in pr. C. de Jure Deliber. L.9. §.1. ff. de jur. & facti ignor. L.3. C. de Teſtam. milit. L.1. C. de jur. & fact. ignor. vide plura apud Burgerum in ſingul. Obſerv. Cent.1. Obſerv.41. Hinc Tacit. in Agric. c.9. plerique credunt, militaribus ingeniis ſubtilitatem deeſſe, quia caſtrenſis juriſdictio ſecura & obtuſior, ac plura manu agens, calliditatem fori non exerceat. Hinc ex. gr. temerè aditâ hæreditate* contra regulas juris, ultra vires hæreditatis non tenentur, *d. L. fin. in expeditione adverſus hoſtem*, ſive in conflictu ipſo, ſive procinctu ad illum ſint, exiſtentes, Teſtamentum quocunque modo, modò de illorum vo-
C. luntate conſtet, facere poſſunt. *L.1. ff. de Teſtam. milit. in pr. & §.1. Inſt. Eod. L. 3. & 15. C. eod.* **R. A. zu Cölln** *de anno 1512. tit.* **von Teſtament. §. Und ſollen die** *Notarien. Quod ſi verò non in expeditione adverſus hoſtem tales, in caſtris tamen ſint, coram duobus teſtibus validè teſtari poſſe illos cum Hahn. ad Paratit. l. Weſenb. de Teſt. milit. ſtatuimus.*

(2.) *in immunitate ab oneribus & muneribus perſonalibus, ubi notandum, jure Cæſareo illam non omnibus militibus, ſed ſaltem veteranis competere. L. 9. C. quando provocare non eſt neceſſe. L. 1. C. de Veter. L.2. C. de his, qui non implet. Stipendiis. Illam tamen diſtinctionem hodie non obſervari Perez. ad tit. C. de Veter. n.10. teſtatur. Pertinet huc jus aureorum annulorum ab Imperatore Severo illis conceſſum, referente Herodiano lib.3. c.25.*

(3.) *In proprio Judice, qui eſt hodie vel primarius*, nempe belli Dux, *& ſecundarius Prætor*, nempe mi-
D. litaris, vel totius exercitus, vel cujusque Legionis, tam in civilibus, quàm criminalibus. *Vide L. 6. C. de juriſdict. omn. judic. L. fin. in pr. C. de Re milit. L. 12.* ubi ſimul ratio hæc adducitur, ne fortiſſimi milites alieno ſubmiſſi judicio læſionem aliquam vel diſpendium patiantur, præſertim quia in illo judicio & inſtructio ſufficiens, & nota teſtimonia & veriſſima poſſunt documenta præſtari. *L. 1. C. ubi de ratiocin. Quà tamen* ad contractus & delicta in caſtris vel præſidiis initos ac commiſſa ex jam datâ ratione, quod nimirùm illo in caſu, ibi inſtructio ſufficiens, teſtimonia nota ſint, & veriſſima documenta præſtari poſſint, *reſtringenda eſt: ut etiam circa debita diſtingait Gloſſa in L. 6. ff. de re judicata argumento §.1. & §. item hoc privilegium. Inſt. de Teſtam. milit. plura præced. th.3. expl.2. notata ſunt.*

Res

Res concernentia conſiſtunt in acquiſitione & alienatione plenâ peculii caſtrenſis ſive rerum occaſione belli à milite filiofamilias acquiſitarum *L.6. in f. C. de bon. qua liber.* A.

Actiones qua concernunt, conſiſtunt (1.) contractibus, & (2.) delictis à militibus celebratis ac commiſſis. *Ratione prioris notandum eſt*, illis in multis contra juris civilis diſpoſitionem ſuccurri, *ex. gr.* contra regulam, quod res meâ pecuniâ emta non fiat mea, nec à me vindicari poſſit *L. 8. ff. de rei vindic.* militi conceditur talis vindicatio *juxta L. eandem. C. Eod.* porrò contra regulam, quod qui indebitam pecuniam ſolviſſe ſe dicat, probare id teneatur, miles ab illo probandi onere relevatur, & illud in reum transfertur *L.25. §. 1. ff. de Probat. Item*, militiæ causâ abſentes quomodocunque læſi beneficio reſtitutionis in integrum gaudent, *L. ult. C. de tempor. reſtit. & L. 2. ac 6. C. de reſtit. milit.* B. *Sic etiam* contra regulam in *L. 1. ff. qui bon. ced. poſſ.* in debitis ſolvendis ultra id, quod facere poſſunt, non tenentur, ſed ex privilegio competentiæ tantum, quantum ad neceſſaria alimenta opus iis eſt, à Judice relinquendum eſt *L. 6. in pr. L. 18. ff. de Re Judic. L. 7. C. de Caſtr. pecul. junctâ L. 173. in pr. ff. de R. I. & L. 19. in f. ff. de re judic. Quod privilegium* licet ob textuum generalitatem ad omnia omninò debita extendi debeat; *attamen* ultra militiæ tempus non durat. *Excipi tamen ſolet caſus*, quo creditor ſolidum non recipiens debitum, ipſe ad inopiam redigatur, de quo vide *Coler. de Proceſſ. execut. p. 2. c. 3. n. 126. Et in ſolutione moroſi* in carcerem conjici non poſſunt. *Menoch. de arbitr. Judic. quaſt. lib. 2. quaſt. 88. Plura vide apud Burgerum d. cent. 2. Obſerv. 40.*

Ratione poſterioris nempe delictorum, excepto Majeſtatis laſa crimine, milites eorumque liberi nec quaſtioni, nec aliis plebejorum pœnis ſubjici poſſunt. L. 8. C. de Quaſt. L. 3. §. 1. ff. de re milit. L. 5. C. de pœn. L. 4. C. ad L. Jul. Majeſt. quod tamen hodie de ſolis Officialibus, non verò gregariis militibus Dd. intelligunt Clar. lib. 5. ſentent. quaſt. 64. n. 18. Boſſius de judiciis n. 108. C.

Item contra jus commune ob omiſſas profeſſiones in pœnam commiſſi non incidunt, ſed ſoluto portorio à pœna illa liberantur *L. 3. C. de Vectigal.*

Plura de militum privilegiis vide apud Lacknerum in Galeâ Martis claſſe 7. Bocer de Bello & Duello c. 16. & ſeqq. & Bombram de Arte Belli & Pac. lib. 1. c. 27.

II. *Movetur hoc loco quaſtio* (1.) An Privilegia hæc Romanis conceſſa militibus etiam noſtris competant?

Reſp. Affirm. amplectimur, quia eadem impulſiva cauſa pro iiſdem militant, favor nempe militiæ, D *L. 1. ff. de Teſt. milit. L. 19. C. de pact. eadem periculorum* & laborum ſuſtinentia, *idem finis*, nempe defenſio patriæ & excubatio pro illius ſalute, uti & hoſtis depulſio. Videatur *Exenckel. de Privileg. militis. lib. 1. c. 3. n. 1. Merenda 6. Controv. Jur. 8. Criſpoltus in caſibus militaribus paſſim. Burgeri in Singular. Obſerv. Cent. 1. obſerv. 41. Coterius de Jure & Privil. Milit. Mantiſ. 1. in f. adjecta, Bocerus de Bello & Duello c. 26. n. 8. & ſeqq.*

Excipimus tamen meritò illos, qui ſub vano militum nomine vagabundi provincias pererrant, & ruſticis ac incolis prædatione ac graſſatione moleſti ſunt, *de quibus vide R. I.* zu Augſpurg *anno 1555. §.* Und damit. & Policey-Ordnung zu Franckfurt *anno 1577. tit. 7.*

TH. XIX.

Hactenus quoque pramia propria: Impropria ſunt ſtipendia militibus ad ſuſtentationem vitæ & pro laborum mercede debita, ſtatoq; tempore exſolvenda, itemque annona & veſtis poſteà quoque ex publico data.

Explic.

I. O*Lim apud Romanos milites privato ſive ſuo ſumtu ſe alebant, ut ex Liv. lib. 4. c. 60. & Halicarn. lib. 4. c. 23 prac. c. 2. th. 5. expl. 1. docuimus. poſtmodùm verò à Senatu pedites ultro ſtipendia* (à ſtipe appellata, quod per ſtipes ſive modica æra colligitur *L. 27. ff. de V. S. utrumque enim idem eſſe ex Livio l. 5. c. 2. 10. & 12. & Varrone l. 4. de L. L. ante fin. probat Puteanus de Stipend. c. 2. in pr.*) paulò antequam Romana civitas à Gallis capta eſt, quod etiam ordo hiſtoriæ apud *Livium lib. 4. & 5.* ſecum fert, imprimis verò *lib. hujus 5. c. 4. Appius Claudius indicat*, acceperunt, quod tantâ lætitiâ agnitum, ut manus Senatorum prenſarent, eos verè Patres eſſe dicerent, & ſanguinem omnem nomine Reipubl. profuſuros teſtarentur. *Liv. d. lib. 4. c. 60.*

Accepit verò tùm primùm miles pedeſtris in diem binos obulos, ordinum ductor duplum, eques drachmam.

Ubi notandum, duos illos obulos ferè quinque aſſes confeciſſe, ut bene docet Puteanus de Stipend. cap. 6. ſex verò obulos ſive ſedecim aſſes conſtituiſſe drachmam ſeu denarium, cum quo conſentit Marianus de Ponder. & Menſur. c. 8. & ita denarium fuiſſe tridui ſtipendium, ut prius bene demonſtrat Caſp. Contarenus de Stipend. cui jungi poteſt Savil. de Milit. Rom. in fin. Ergò, ut idem rectè calculum ponit, diurni hi quinque aſſes fecerunt denarios menſtruos novem, aſſesque ſex, annuos verò centum & duodecim cum octo aſſibus ſive quatuor Romanos aureos cum dimidio: Idq; ſtipendium ideò tam exiguum apud Romanos fuiſſe idem putat, quia tunc iis anguſta res fuit, cui nos addimus, quod ſtipendium illud magis ex gratia ac liberalitate, quàm debito & laborum precio datum fuerit, ut plebs ipſa loquitur apud Livium d. l. & quod pedites ex inferioribus civium Ordinibus, ut ex Livio lib. 1. c. 43. Halic. lib. 4. c. 20. & ſeqq. imprimis verò 22. & Gell. lib. 16. c. 10. conſtat, conſtituti fuerint, uc ita abſque gravi diſpendio, uti Appius Claudius apud Livium lib. 5. c. 4. loquitur, paulò diutiùs etiam abeſſe potuerint, ut plebs eadem apud Livium d. cap. 60. fatur: item, quod aureus ille duos noſtros aureos Ungaricos confecerit, ut obſervavit Mariana d. l.

Praſuppoſitis hisce notandum, poſteà ſtipendium illud à C. Julio Caſare Legionibus ſive peditibus in perpetuum duplicatum fuiſſe, ut Suet. in ejus vita c. 26. clarè tradit.

Dum verò Idem Domitianum illis etiam quartum ſtipendium, aureos tres, addidiſſe, in ejus vita c. 8. tradit, inter eruditos non leves orta ſunt diſſenſiones de illo. quid (1.) per ſtipendium ſingulum intelligendum. (2.) quis tertium addiderit. & (3.) quantum ſtipendium diurnum, menſtruum & annuum fuerit?

Circa 1. putamus cum Puteano ſingulum ſtipendium hic (1.) de are pro militia dato, non verò de annis militia. (2.) de annuo, non menſtruo, ut quidem

Digitized by Google

putat & tuetur Salmaſ.ad Sueten.in Domit.c.8.ſalario intelligendum eſſe.

Nec obſtat quoad prius verbum ſtipendium de annis militiæ apud probatos auctores ſolùm intelligi: *hoc enim petitionem principii olet, dum illud propriè pecuniam ipſam* pro opera militari præſtitam, ſecundùm *Livium d. lib. 4. cap. 60. & lib. 5. cap. 12.* *impropriè verò* annos militiæ ſuſceptæ, quia quot ſtipendia quis accepit annua, tot annos etiam militavit, denotavit, *interim non negantes, phraſin*, ſtipendia dena vel vicena meritum quem eſſe, de annis militiæ, uti etiam *Corn. Nepos in Vita M. Portii Catonis cap. 1.* uſurpat, plerumque intelligendam eſſe, *quia Tacitus 1. Annal. 17. etiam merere denarios dixit. Malè verò infertur inde, phraſin alteram*, ſtipendium dare, duplicare, augere, addere, de ære militari intelligendam non eſſe.

Circa 2. putat quidem Lipſius de Milit. Rom. lib. 5. Dial. 16. & 1. Elect. cap. 2. Neronem ſive Claudium, vel potiùs Ottonem aut Vitellium id auxiſſe, ut jam Domitiani ævo ſtipendium menſtruum aureorum ternorum fuerit, adeoque Domitianus quartum illum aureum addiderit, *ſed abſque auctoritate & ratione, immò* contra verum illa computandi modum, ut mox cum Puteano deducemus.

Quoad 3. cum prælaudato Puteano cap. 9. & ſeqq. dicimus, diurnum ſtipendium à Julio Cæſare duplicatum fuiſſe, adeoque decem ad aſſes extenſum, ſicque permanſiſſe, nec Auguſtum, ut ex Sueton. in ejus Vita cap. 49. Lipſius probare conatur, id auxiſſe, ut ex Peſcennii ſeditioſâ Oratione apud Tacitum 1. Annal. 17. ubi pro querimoniâ adducit, denis in diem aſſibus animam & corpus æſtimari, nec aliud levamentum eſſe, quàm ut certis ſub Legibus militia iniretur & ſingulos denarios (puta, ſicut ex textu & *ſeq. cap. 26.* liquet, diurnos) *milites mererent. Ab Auguſto præterea nihil adjectum fuiſſe ex eodem Tacito præced. c. 16. conſtat, ubi dicit*, milites quænam poſt Auguſtum militiæ conditio eſſet, ambegiſſe, denis verò illis aſſibus non contentos fuiſſe modò probavimus, ac augmentum petiiſſe Blæſus *ſeq. cap. 19.* negat, ſed miſſionem à ſedecim annis poſtulaſſe, ex ipſorum verbis ibidem memorat Tacitus, nihil tamen impetraſſe *paulò poſt cap. 25. & 26.* recenſet, *adjiciens* in ſubjecta Clementis Centurionis oratione, illum nomine militum miſſionem à ſexdecim annis, de præmiis finitæ militiæ, ut diurnum denarius ſtipendium foret inſtanter adhuc petiiſſe, ſed fruſtrà.

Et ergò ſingulis menſibus pedes duplicatum hoc ſtipendium habuit trecentorum aſſium, ſive denariorum octodecim & duodecim aſſium, ut bene contra Lipſ. demonſtrat *Puteanus d. cap. 10. hos ſi integrum annum computaveris, habebis 225. denarios, & 25. horum in aureum ponendo annuos aureos novem, ſive Ducatos octodecim, ſecundum dictam Mariana computationem.*

Nunc quomodo Domitianus quartum ſtipendium ſive tres aureos adjecerit, & quare auctio hæc quartum ſtipendium Suetonio d. c. 8. dicatur, demonſtrandum eſt:

Faciemus verò id ductu Puteani, qui cap. 11. ſtipendiorum illorum pecuniariorum numerum ita rectè iniens, ſcribens, primùm milites accepiſſe ſtipendium unum per totum annum, idque probat ex Diod. Sic. lib. 14. cap. 17. per hæc verba: *tunc primùm decrevit Senatus Romanus militibus annua ſtipendia dare, & ex Livio lib. 5. cap. 4. ubi Appius Claudius* plebem ita alloquitur: *Annua æra habes, annuam operam ede, quod etiam ſolidum ibid. appellat*, di-

A. cens: *An tu æquum cenſes, militiâ ſemeſtri ſolidum te ſtipendium accipere?*

Cum ergò ſimplex antè datum C. Jul. Cæſar dicto modo duplicaſſet, ſingulis ſemeſtribus ſpatiis unum integrum 112. denarios cum dimidio conficiens, adeoque ſingulis annis binum 225. denariorum ſive novem aureorum illis datum fuit, quod diſertis verbis etiam innuit *Varro lib. 5. de Lat. Ling.* his verbis: *Stipendium dicitur æs, quod militi ſemeſtre vel annuum dabatur.*

Deinde ſemeſtre hoc ſtipendium non auctum, ſed ratione terminorum ſolutionis (ut JCti loquuntur) *in quadrimeſtre ideo, quia* ſingulo hoc temporis ſpatio adeoque per annum ter tributa pendebantur, *diſtributum fuit*, quò eò meliùs milites illo neceſſitatis tempore in ſuos uſus illud vertere poſſent, *ita, ut cum antè pedes* ſingulis ſemeſtribus ſpatiis

B. 112. denarios cum dimidio, ſive 4. aureos cum dimidio, & per totum annum novem aureos Romanos accepiſſet, *poſteà ſingulis quadrimeſtribus ſpatiis receperit tres aureos. Tandem verò Domitianus* (reſpectu ad ſolidum vel totius anni ſtipendium habito) *addidit quartum ſtipendium ſive aureos tres, ut Sueton. d. loc. ſcribit, qui tamen potius quartam partem additam fuiſſe, referre debuiſſet. Docet hoc Zonaras Tom. 2. Ann. ſub Domitiani imperio* his claris verbis: *Militum ſtipendium ob victoriam auxit: nam cum iis ſeptuagena quina drachma* (puta in ſingulum quadrimeſtre ſpacium) *ſolverentur, centenas dari juſſit.*

Sicuti ergò ſingulis quatuor menſibus quarta parte, id eſt, aureo uno auctum eſt ſtipendium, ita quoque reſpectu ad totum annum habito quartâ parte, ſive, ut abuſivè Sueton. d. l. loquitur, *quarto ſtipendio,*

C. *id eſt, tribus aureis eſt auctum, ut ita ſingulis menſibus in ſtipendium unus datus fuerit aureus. Et ſicuti*, calculum à primordio repetendo, *deni in diem aſſes perficiunt in uno menſe 18. denarios cum 12. aſſibus, ita quartâ parte ex liberalitate Domitianâ nummorum centum aſſibus, ſive 6. denariis & 4. aſſibus adjectâ conficiuntur 25. denarii ſive unus aureus. Poſtquam hæc jam ante aliquot annos ita elaboraſſemus incidimus in Schelii notas ad Polybii caſtra, & gratulati nobis ſumus, quod ille cap. 3. in omnibus ferè nobiſcum ſentiat.*

Ex quibus patet in aucto hoc ſtipendio annuo computando admodùm errare Lipſium de Mil. Rom. lib. 5. Dial. 16. & 1. Elect. 2. & ipſum ſequentem Salmaſium ad d. c. 8. Suetonii ſingulis menſibus quatuor aureos, & ſic in toto anno 48. aureos ſive noſtros 96. Ducatos peditis pro ſtipendio, & quidem gratuito ponentes.

D. *Sed quantum as conficeret hoc ſtipendium in una Legione, ut taceamus tam multas, quas Romani aluerunt.*

Milites porrò Romanos totum annuum ſtipendium, licet per annum non militaverint, accepiſſe, latè demonſtrat Schelius d. c. 3.

Quod Equites concernit, notandum illos, circa ann. ab U. C. 413. triplex ſtipendium obtinuiſſe, ut annotavit Livius lib. 7. cap. 41. cum paulò ante conſtitutum peditibus ſtipendium certus æris numerus illis conſtitutus eſſet, ſecundum *eund. lib. 5. cap. 7. Illud verò triplex ſcilicet, rectè exprimit Polybius lib. 6.* cap. 37. ſcribens, *drachmam unam diurnam fuiſſe: congruit enim cum triplici peditum ſtipendio.*

Illud poſteà auctum fuiſſe apud Hiſtoricos non memora-

moratur. (*De hoc ſtipendio etiam late agit Schele in d. Not. c.4. ubi multa ſingularia habet.*

Tandem etiam memorandum eſt, quæſtorem militarem ſtipendia militibus ſolviſſe, quod ex Polyb. d. cap.37. conjiciendum: Scribit enim ibi ab illo, militi, ſi frumentum vel veſtes accipiat, aut etiam ſi armis opus habeat, certa precia de ſtipendio deducta fuiſſe, *quæ omnino* ſolutionem ab illo factam fuiſſe præſupponunt, *quia & alias* adminiſtrationem ærarii militaris habuit, ut indicat *Aſcon. Comment. in lib.2. in Verrem de Præturâ Urbanâ p.m.79. ſcribens: Pecunia attributa quæ in ſtipendium militum de ærario à tribunis ærariis annumerari quæſtori ſolet.*

Qui enim id à Tribunis militum factam fuiſſe ex Livio lib.28. cap.29. conjiciunt, errant: nihil enim ibi de ſtipendiorum ſolutione à Tribunis factâ expreſſè memoratur.

Stipendia quoque à Sacerdotibus exacta fuiſſe, Liv. lib.33. c.28. refert.

Quintas verò turbas ſtipendiorum horum detentio, vel non juſto tempore facta ſolutio apud milites ſemper excitarit, in hiſtoriis antiquis & novis paſſim occurrit, & exempla quidem ejus videri poſſunt apud Liv. d.l. & lib.28. cap.25. Zonarâ T.3. ſub Imper. Mauritio f.m. 132. Strad. de Bello Belgico Dec. 2. lib. 2. ad ann. 1599. & 1600. Reidan. lib.2. Ann. f.m.32. lib. 7. f.m.163. aſque ad f. & Piaſec. in Chron. ad ann. eundem. Plurima verò in Chron. Turcicis. Verum eſt enim illud *Lampridii in Alexandro Sev. cap.52. Mendicitas militaris ad omnem deſperationem vocat armatum.*

Ubi denique notandum, ſtipendia vel ſalaria hæc etiam annonas dictas ab annuo tempore, ut illud ex Veget. l.2. c.7. & aliis locis probat Meurſ. in Auctar. Philol. ad tr. de Gloriâ c.29. de quo etiam legi poteſt *Guther. de offic. domus Auguſtæ l.2. c.12.*

Fuêre verò annona vel ſtipendia duplicis generis ſimpla & dupla: hinc qui illas accipiebant *milites ſimplares, qui has duplares ſecundum Veget. lib.2. c.7. vel duplicarii, ſecundum Livium l.2. c.59.* vocati ſunt, de quibus plura apud *Guther. d.l. legi poſſunt:*

Quibus addendum ab Hygino de Caſtrametatione præter duplicarios etiam ſeſquiplarios memorari, ubi in notis Schelius p.72. & ſeq. legi poteſt. De duplici illo ſtipendio, frumento, veſte, donis & reliquis militaribus donis exſtat locus clarus apud Cæſarem l.3. de Bello civili p.m 322.

Tandem addendum, Ductoribus ordinum duplex, Tribunis quadruplex ſtipendium numeratum fuiſſe, uti prius Polyb. d.l.6. c.37. & Livius lib.45. c.40. & paſſim. utrumque vero Appianus, & quidem poſterius quantum ſcimus, ſolus lib. 2. Bell. Civil. p. m. 803. *conſignavit. Quæ proportio etiam in militia navali circa navium gubernatores & magiſtros obſervata fuit, ut memorat Livius d. lib. 45. cap.* 42.

Ubi ſimul notandum ex Vegetii relatione lib. 2. cap.20. ab antiquo apud Romanos inſtitutum fuiſſe, ut milites dimidiam partem donativi (an etiam ſtipendii dubitamus, quia hoc ad ſuſtentationem vitæ neceſſarium fuit) *apud ſigna deponerent, ne per luxum conſumerent, & ut ſimul in acie pro ſuis bonis fortius dimicarent, & apud ſigna libentius manerent.*

Origo hujus inſtituti quidem ignoratur, Iphicratem tamen Athenienſium Ducem in diſtributione ſtipendiorum ſingulis menſibus quartam partem quaſi uniuſcujuſque arrhabonem retinuiſſe ex Polyæno l.3. conſtat; ſicut etiam de L. Antonio refert Sueton. in Domitiano c.7. quod res novas moliens fiduciam cepiſſe ex depoſitorum ſummâ viſus fuerit, & quod Domitianus à quovis milite plus quàm mille nummos ad ſigna deponi prohibuerit.

II. *Quod ſtipendiorum annexa, veſtes, frumentum & arma attinet, ſciendum eſt, primùm ex L. Cornelii Gracchi veſtimenta militi abſque detractione de ſtipendio data fuiſſe*, ut diſertis refert verbis *Plut. in ejus Vita cap.7. Sed illud poſteà mutatum ex Polyb. d. lib.6. cap.37. & Tacit. 1. Annal. cap. 17. ac iterùm ad priorem modum redactum eſſe ex Lampridio in Alex. Severo cap. 40. Vegetio lib. 2. cap.19. & Amm. Marcell. lib. 21. p. m. 186. ac quæ ibi notat Valeſius, conſtat. Hinc conſtituerunt Imperatores Valentin. & Valens in L. 1. & 2. C. de Milit. Veſt. ut hiemis & veris tertio adeoque bis in anno darentur, ac canon veſtium militarium illo tempore largitionibus Imperatoris traderetur. & in L. 3. Eod. ut militibus per Illyricum non bini tremiſſes pro ſingulis chlamydibus, ſed ſinguli ſolidi darentur, quibus addatur L.4. Eod. & tot. Tit. Eod. Theod. de Militari Veſte ac L.33. C.Theod. de Curſu Publico.*

Fuêre verò veſtes militares ruſſi vel rufi coloris, ut indicat *Trebellius in Claudio c.14.* ibi, *Tunicas ruſſas militares, & Martialis l.14. Epigr.129.*

Roma magis fuſcis veſtitur, Gallia rubris,
Et placet hic pueris militibusque
color.

Cujus coloris rationem reddit vetus *Horatii Scholiaſtes* his verbis: *Romani milites in bellum euntes coccineis* (meliùs ruſſis, quoniam ille color nimis precioſus & Imperatorum ferè proprius fuit) *ſagis utebantur, ut ne quis vulneratus terrorem incuteret ſociis.*

Quod etiam ideò inſtitutum fuiſſe à Carthaginenſibus Silius l.3. ante medium.

—— rubra velamine veſtis
ars erat in pugna viſum occuluiſſe cruorem.

& Lacedæmoniis Suidas ex Ariſtotele ſub verbo *φοινικίδ* tradit his verbis: *Ariſtoteles* ait, *Lacedæmonios puniceâ veſte ad bella uti, tum quia color ille virilis, tum quia* ſanguineum illud in tinctura ſanguinis ipſius fluxum aſſuefacit contemnere. *de quo etiam lege Turneb.2. Adverſar.16.* Quod etiam *Val. Max. lib.2. c.6. n.2.* tradit. De quo tamen legi poteſt *Ferrarius de Re Veſtiaria parte 2. lib.3 c.14. ubi tradit* milites Romanos ſub conſulibus veſte communi, id eſt, albâ uſos fuiſſe.

Et illarum ſpecies, ſagum & tunica jam ab antiquo apud Romanos milites in uſu, ut indicat *Livius lib.10. cap.30.* & poſtea Gallicanum ſagum *ex inſtituto Scipionis apud Polyænum lib. 8. Strateg. p.m.* 169. ibi *juſſit* (Scipio) *eos uti ſago Gallicano & ipſe primus nigrum ſagum fibulâ ſibi induit & adſtrinxit. Cujus etiam meminit Livius lib. 29. cap.3. & Lampr. in Alexandro cap. 54.* ibi *Depoſitis armis, depoſitis etiam ſagulis militaribus omnes non ad caſtra, ſed ad diverſoria iverunt.*

Penula, de qua *Seneca 3. de Benef. 27. Quò te penulatiſſimum in militum & quidem non vulgarem cultum ſubornati? & Lacernâ, Iſidor. l.19. c.24. & Martin. in Lex. Philolog.* de qua *Propertius l.4. Eleg.3.*

Texitur hæc caſtris quarta lacerna tuis.

de quibus plura vide apud Rubenium 2. Elect. 12. ubi bene obſervat, & ex *Capitol. in M. Antonino c.27.*

A. *demonſtrat* ſub illo ita jubente milites Romanos ſaltem in caſtris & Provinciis, non verò in Italia, multò minùs urbe ipsâ feroci hoc habitu uſos, ubi legi poteſt. *Meminit etiam Livius d.c.3. & ſeq.c.36. lib. 37.c.9 & lib.44.c.16. togarum & tunicarum.*

Plura lege apud Valerin. de Re Milit.lib.3.c.130. & in ſpecie de paludamento ſeq. c.13. th.3. expl.11. notata. Ubi obiter notandum: Nonnullas gentes in bellis nudas apparuiſſe, & corpora ſua coloribus tinxiſſe, ut eò formidabiliores hoſti eſſent, ſicuti *de Britannis*, illos corpora vitro cærulei coloris infeciſſe narrat *Cæſar. lib.5. de B. G. p.m.105. ac Herodian. lib. 3. c. 47. & nos d. c.13. th. 3. expl. 11.* latius deduximus.

Frumentum verò ita ſub Republ. fuit diſtributum, ut pedites in menſem tritici partes circiter duas medimni Attici, *equites verò* tritici medimnos duos,
B. & pro equis hordei ſeptem medimnos acceperint, *ita tamen*, ut pro illo frumento Quæſtor de Stipendio juſtum precium detraheret, ſicut *in præced.expl.* dictum. *De quo videri quoque poteſt Puteanus d.tr.c.8.* ubi menſuram illam ad Romanam reducit, *& ſimul tradit*, quod milites ipſi frumentum pinſaverint, & ex farina panes vel pultes coxerint. *Plura de annonis expeditionalibus legi poſſunt apud Guther. de offic. Domus Auguſtæ lib.1.c.11. & Schelium in d. Not. ad Polybii Caſtra c.7. Quomodo v. ſtato tempore ſingulis militibus diſtributum & ab illis in itinere humeris portatum fuerit,& quandoque etiam menſtruus quantitatem explens,apud Cæſar.l.1.p.m.25 & Liv. l.44.c.2. legi poteſt.*

Cui addendum, militi in expeditionibus gravioribus ac ad provincias minùs cultas directis *panem bis coctum, quem bucellatum nominarunt*, ad dimenſum tempus & ſuſtentaculum diſtributum fuiſſe, ut narrat
C. *Procopius lib. 1.Vandal.p.m.38. & ſeq.* de quo etiam legi poteſt *Ramus in C.Julii Cæſar. militiâ Parte 2. p.40.* *Fuit verò hujusmodi panis duplex commoditas, ut diutius duraret, & militem in portatione onere non ita premeret, quoniam quarta pars ponderis decedit, ut refert Procop.d.l.*

TH. XX.

Fuit ita Objectum diſciplinæ bellicæ: Sequitur finis in eo conſiſtens, ut miles Legibus præſcriptis ſub metu pœnarum obtemperet, ab omni turpitudine & crimine ſe abſtineret, & ad operam militarem præſtandam laboremque ſuſtinendum eò promtior ac aptior eſſet, nec non ad fortia facta impelleretur.

D. *Explic.*

D*E fine illo in hoc capite paſſim, imprimis verè th.4. & ſeqq. uſque ad finem dictum eſt.*

CAPUT X.
DE
ADJUNCTIS ET EFFECTIS BELLI:
Ubi de Stragibus hominum, Urbium & Provinciarum, & deprædationibus ac in ſpecie captivitatibus.

S U M M A R I A.

A. TH. I. Ratio connexionis.

TH. II. Adjuncta belli quæ.

TH. III. Strages & cædes neceſſariò bella ſequuntur.

Expl. Referuntur exempla immanium ſtragium.

TH. IV. Prædatio vel acquiſitio bellica jure licita, & quæ circa illam conſideranda.

Expl. Quæ ad legitimam acquiſitionem bellicam neceſſaria.

Comparatio belli cum Judiciis.

Amicabilem compoſitionem ſeriò petens bello peti non debet.

TH. V. Objectum prædæ ſunt homines, res & Jura.

B. *Expl. I. Vocabulum Prædæ hic latè ſumitur & quare.*

Homines bello capti in ſervitutem quare redigantur.

Expl. II. Circa res, quæ obſervanda & intelligenda.

Expl. III. Per Jura quæ hic intelligenda.

An Alexander M. potuerit Theſſalis Thebanorum devictorum mutuum cum effectu Juris donare, & illius tabulas reddere.

TH. VI. Singularia circa prædam obſervanda concernunt acquiſitionem dominii & recuperationem priſtinæ libertatis.

TH. VII. Dominium illud circa quæ verſetur.

TH. IIX. Quibus captivi acquirantur veteri & novo Jure.

Expl. I. Captivos Jure Romano à privatis capientibus non acquiſitos fuiſſe oſtenditur.

C. *Expl. II. Demonſtratur hodie captivos, exceptis belli Ducibus & ſummis Officialibus ac Principibus, privatis capientibus acquiri.*

TH. IX. Quid circa rerum mobilium acquiſitionem obſervetur de Jure Romano docetur per certas poſitiones.

Expl. Deducuntur illa multis auctoritatibus & rationibus.

TH. X. De Jure poſtliminii aliquot Regulæ traduntur.

Expl. I. Traditur etymon poſtliminii.

Quomodo illud in captivis locum habet.

Expl. II. Adducuntur Jura de poſtliminio in rebus incorporalibus uſitato cum annexis.

Expl. III. Quibus in caſibus poſtliminium in rebus mobilibus & ſe moventibus locum habeat, oſtenditur.

D. *Oſtenditur res ab hoſtibus in fuga recuperatas prioribus dominis reſtituendas.*

Expl. IV. Quantum temporis hodie requiratur, ut miles ab hoſte mobilia recuperata reddere priori Domino non debeat.

TH. XI. Agitur de annonæ caritate & peſte bella plerumque concomitante.

Expl. De illis remiſſivè quædam afferuntur.

TH. I.

Hactenus actus belli: Sequuntur ejus (1.) adjuncta, (2.) effecta ſive conſequentia.

TH. II.

TH. II.

Adjuncta belli ſunt (1.) Strages hominum, Urbium & Provinciarum, (2.) prædationes bellicæ, & in ſpecie captivitates, (3.) annonæ caritas & peſtis.

TH. III.

Strages hominum, locorum & Provinciarum bellum jam actu & per aliquod tempus geſtum neceſſariò inſequuntur ob *actus bellicos* maximâ ex parte cruentos, *quales* irruptiones in hoſticum, prælia cum hoſte committenda, & obſidiones ac occupationes locorum violenter inſtituendas.

Expl.

UT *umbra corpus, ita* cædes & ſtrages hominum, locorum & provinciarum bella neceſſariò inſequuntur, uti ferè ſcribit *Appianus lib. 1. de Bellis civil. p. m. 605.* jam actu & aliquo tempore geſta, *cum rariſſimè* bella re ipsâ inchoata, & ita geſta, abſque talibus invaſionibus, obſidionibus, & occupationibus, nec non prælio vel conflictibus quibusdam finiantur, *pleraque* verò immanibus demùm ſtragibus editis conficiantur.

Tale bellum fuit Caroli M. contra Saracenos in Aquitania ſuſceptum, in quo ſecundum calculum *Warnefride lib. 6. de Geſt. Longob. c. 46. ceciderunt hoſtium* 375000.

Cyri cum Tomyri Scytharum Reginâ geſtum, in quo uno prælio commiſſo totus illius exercitus 200000. *hominum* conſtans ita periit, ut ne nuncius quidem cladis ſuperfuerit, teſte *Juſtin. lib. 1. c. 8. Punicum II.* quod ſecundum calculum eruditorum intra 17. annos 1500000. *hominum* conſumſit, & intra biennium ſolùm *ſub hoſte Annibale ex Romanis & ſociis* 200000. ut refert *Appian. de Bell. Annibal. p. m. 568. Inteſtinum Cæſaris & Pompeji*, quod innumerabilem ferè conſumſit hominum numerum: *Solus enim Pompejus teſte Plinio lib. 7. c. 26.* immenſas hoſtium ſtrages edidit, fuſis, fugatis, occiſis, *in deditionem acceptis* 2183000. *& Cæſar* diverſis ductibus 1192000. *hoſtium* cecidit, referente *Solin. c. 6. circa fin.*

Theodoſii cum Perſis & Saracenis geſtum, in quo uno prælio immenſus hominum numerus interiit, in Euphrate ſolùm *ſubmerſis* 100000. *hominum*, teſte *Socrate lib. 7. Hiſtor. Eccleſ. c. 18. & Niceph. lib. 14. c. 21.*

A Rhadagiſe Gothorum Rege in Italia geſtum, in quo hujus exercitus 500000. conſtans brevi interiit tempore, & uno quidem prælio, ita, ut propè nullus incolumis evaderet, exceptis pauciſſimis quos ipſe Romanis auxiliis adſcripſit, teſte *Zoſimo lib. 5. circa med.*

Quàm immenſum hominum numerum intra paucos annos confecerit *bellum Tartaricum cum Sinis geſtum*, videre licet apud *Mart. Martin. in illius deſcript.* paſſim.

Quibus hic addendum duximus Anno 701. inter Sarracenorum Reges ingens prælium tanto fervore commiſſum eſſe, ut illud intra 100. *dies octogies & ſemel iteratum fuerit referente Elmaceno in Hiſtor. Sarracenicâ ex verſione Herpenii lib. 1. c. 12. p. m. 78. qui etiam ſeq. lib. 3. c. 5. pugna per* 50. *dies continuata meminit.*

Plura videri poſſunt apud Lipſ. de Conſtant. lib. 2. c. 21. Dinoth. de reb. & fact. memorab. lib. 3. c. 5. 7. & 8. & ſeq. l. 3. c. 4. th. 4. expl. 2. ubi etiam de ſtragibus locorum ac provinciarum actum eſt.

A.

TH. IV.

Secundum belli adjunctum eſt prædatio vel acquiſitio bellica in omnia hoſtium jure licita: Circa quam conſideranda (1.) Objectum, (2.) Singularia ejus Jura.

Explic.

UT *acquiſitio hæc bellica legitima ſit & juſta requiritur (1.) belli juſtitia*, de qua *præc. c. 1. th. 8. expl. 11.* dictum; eâ enim ceſſante, nec acquiſitio hæc juſto nititur titulo. (2.) *Legitima ejus indictio*, ſine quâ non bellum, ſed latrocinium geritur, ut *præc. c. 2. th. 8. expl. 3.* etiam dictum. (3.) *ut bellum actu & hoſtiliter geratur*, ſive ne deprædatio tempore induciarum

B. vel armiſtitii fiat, *ut ſeq. c. 12. th. 4. in explicat.* demonſtratum eſt.

Quare verò in tali bello capta capientium fiant, hæc vera ratio eſt, quia bella ob defectum Judiciorum competentium introducta fuerunt, & hæc ideò quodammodo imitantur, *Sicut ergò ille*, qui in Judicio civili vel legitimo ſive actor, ſive reus in cauſa obtinet, ex re judicatâ juſtum Juris & poſſeſſionis nanciſcitur titulum: *ita etiam ille*, qui in legitimo bello aliquid ſibi acquirit, tutò & juſto id poſſidet titulo, *imprimis*, *quia* per indictionem belli & defenſionem inſtitutam lis in Judicium bellicum quaſi ducitur, illamque reus quaſi conteſtatur, adeoque tam actor, quàm reus obtenta ſibi legitimè acquirit.

Quod ſi igitur adverſarius vel reus ad defenſionem ſe non præparet, & in armatam litis conteſtationem, ut ſic loquamur, non conſentit, *ſed miſſis fecialibus vel interventione amicorum* bellum deprecetur, ac amicabilem compoſitionem ſeriò expetendo ad ſatisfactio-

C. nem ſe offerat, *invaſionem & prædationem bellicam juſtè fieri non putamus*, *quia* bellum ipſum hoc in caſu injuſtè infertur, per ea, quæ ſuprà *d. c. 1. th. 7. expl. 1.* adducta ſunt: *Uti enim Judicium Civile* per citationem & litis conteſtationem inchoatur, *ita etiam bellum* per apprehenſionem armorum, clarigationem & defenſionis præparationem, ſeu litis conteſtationem armatam inducitur. *Quare etiam apud Romanos hoſti à tempore indicti belli ſpacium 33. dierum vel ad ſatisfaciendum, vel ad bellum præparandum concedebatur, teſte Livio lib. 1. c. 36. & lib. 38. c. 42. uti etiam d. c. 2. th. 8. expl. 5. pluribus demonſtratum eſt.*

TH. V.

Species prædæ ſunt (1.) homines, (2.) res, (3.) Jura.

D.

Explic.

I. M*Onendum hoc loco, prædam à nobis hic in lata ſignificatione ſumi, ideò ut* omnia capturæ obnoxia ſimul in eandem conſiderationem poneremus, *cum alias in ſtrictâ ſignificatione*, neque homines, neque res immobiles, neque res omnes ſe moventes, neq; incorporales, *ſed ſolum* mobiles ſub ſe comprehendat, *quoniam* reliqua omnia, & ex ſe moventibus equus freni patiens poſtliminio ad ſuos dominos redeunt *L. 20. §. 1. ff. de Capt. & poſtlim. L. 28. & L. 2. §. 1. ff. Eod.*

Circa homines ergò notandum, eos Jure Gentium per captivitatem ex libertate naturali in ſervitutem redigi, *& quidem ob hanc non improbandam rationem, quod cum* in libera victoris poteſtate poſitum ſit, hoſtem captivum vel occidere vel vivum conſervare in compenſationem conceſſæ vitæ tanquam immenſi beneficii, *introductus ſit modus* hic ſubjectionis plenariæ

nariæ vel ſervitutis, de quo ſuprà *lib.1.c.3.th.6.expl.1.* A. latiùs dictum eſt.

II. *Circa res obſervandum eſt, illas eſſe duplices, mobiles & immobiles: Illæ* ſunt, quæ per ſe & ſalvâ ſuâ ſubſtantiâ loco moveri & auferri poſſunt, quibus etiam annumerandæ ſunt res ſe moventes, puta animalia quæcunque *L.93. & ibi Gæddæus ff. de V.S. Eaq; iterum ſubdiſtingui in prædam in ſpecie, manubias & ſpolia, ut patet ex Livio l.23.c.11. & Cic.l.3. in Verr. c.80. ac 1. contra Rullum c.22. & 23. Quia manubiæ* in ſpecie ſunt pecunia vel ab hoſte capta, vel ex præda vendita redacta *Caroli in Anim. ad Gell. lib.13.c.23.* vide *Liv.lib.10. c.46. & lib.33.c.12.* & *ſpolia* ſunt vivo hoſti, dum ſe dedit, abſtracta, ſecundùm *Veter.Gramm. Hæ ſunt*, quæ loco moveri non poſſunt, *ſuntq; vel* res ſoli, ut agri, fundi, prædia, *vel* ſolo adhærentes, ut domus, arces, urbes, & talia.

III. *Per Jura intelligimus res incorporales, quales* B. hæreditas, uſusfructus, Obligatio §.2. *Inſt. de Reb. corpor. & incorpor. item* ſervitutes, onera & privilegia fundo vel ædificio inhærentia: *Hæc enim* ceu accidens ſuum ſubjectum, puta, univerſitatem, perſonam & rem captam neceſſariò ſequuntur. *Neque verò tantùm* cum hominibus ſingulis ſingula Jura, *ſed etiam* cum Univerſitatibus, puta Urbibus, Collegiis & ſimilibus captis illorum Jura regulariter in victorum, non tamen privatorum militum, poteſtatem & dominium ipſo belli Jure tranſeunt, cum ad illos in devictos tranſeat Jus quoddam Univerſale. *De hac materia vide exactè diſtinguentem Pufendorf. de Jure Naturæ & Gent.l.8.c.6. §.22.*

Patet hinc, quid ſentiendum ſit de celebri illâ apud Quinctil.lib.5.c.10.circa fin.tractatâ quæſtione: An Alexander M. jure potuerit Theſſalis obligationem illam, quam hi Thebanis ob mutuo data centum talenta antè tradiderant, Thebis captis in compenſationem Com- C. militii pleno jure & cum effectu veri dominii per donationem tabularum reddere, illosque ita ab obligationis nexu liberare? *Eam nimirùm affirmativè decidendam eſſe, tum propter* prædicta, *tum* quia tabulæ hæ in Theſſalos titulo oneroſo, puta recompenſationis ſive precii pro præſtito officio militari translatæ fuerunt, *tum quia* in iis Jus poſtliminii per reſtitutionem à Caſſandro factam locum non habuit: *Alexander enim illas* non ut rem alienam, ſed jure victoriæ ſuam factam & propriam Theſſalis ſolutionis loco jam reddidit, adeoque iis debitum brevi manu ſolvit: *tum denique*, quia bonis alicujus captis vel confiſcatis confiſcanti vel fiſco debitor rectè & ad liberationem obtinendam ſolvit, juxta *Guazzin. de confiſc. bonor. concl.24. per tot. & alios Dd.*

Cæterùm de hac quæſtione vide latè Ayalam de Jure belli lib.1.c.5.n.41. & ſeq. Brandlacht in Conſuls.9. §.11. Burger. Cent.1. Sing. Obſerv.25. Hottom. quæſt. Illuſtr.5. D. *Pufend. d.l. §.23.* & alios.

Aliter tamen ſe res habet in militibus Chirographa privata in direptione vel prædatione reperientibus, quia illi etiam ſecundùm communem opinionem, de cujus tamen veritate *ſeq. th.9. in explicat.* diſceptatur, ex mobilibus nonniſi illud, quod manu capiunt, auferunt, & ſtatim in ſuam poteſtatem & utilitatem redigere & convertere poſſunt, *adeoque ſolummodò in prædam propriè ſic dictam venientia, ſibi acquirunt; Quamvis enim Chirographum ipſum* tanquam rem mobilem apprehendere queant, *attamen* Jus debitum in illo contentum cum effectu exigendi ſimul non adipiſcuntur, *adeoque* propter ſpecialis tituli in Jure conſtituti, utpote ceſſionis, donationis, venditionis legitimæ, permutationisque defectum debitorem ad ſolutionem adigere nequeunt, *quod ſi verò* hunc demonſtrare etiam ac probare queant, *ex. gr.* ſi Chirographum tale lytri loco ſit datum & ceſſum, vel à Domino belli donatum, tunc omninò exigendi & debitorem ad ſolvendum adigendi pollent facultate, & quidem quoad poſtremum ob Jus belli Duci vel Domino pleno jure per milites ſuos acquiſitum.

TH. VI.

Hactenus prædæ Objectum: Sequuntur ejus ſingularia Iura, quæ conſiſtunt (1.) in acquiſitione dominii, (2.) in recuperatione priſtinæ libertatis & qualitatis.

TH. VII.

Dominium illud concernit homines, res & Iura ab hoſtibus obtenta.

TH. IIX.

Captivos quod attinet: Sciendum *olim* apud Romanos omnes in legitimo bello & ejus *actibus generalibus vel publicis*, puta prælio, occupatione violentâ ac direptione Urbium ac caſtrorum, item populationibus publicis agri hoſtilis, captos, exceptis iis, qui Jure poſtliminii gauderent, (de quo *ſeq. th.10. & explicat.* dicetur) *ad belli Dominum vel Ducem* citra ullam capientibus faciendam munerationem pertinuiſſe, ab eoque *aut* in ſervitutem redactos, & ſub corona venditos, pecuniamque inde obtentam vel totam in ærarium congeſtam, vel ejus partem militibus conceſſam, vel etiam integram pro ærarii qualitate iis diſtributam; *aut* pro lytro dimiſſos, *aut* pro propriis militibus captis permutatos fuiſſe: *at in excurſionibus particularibus* & quaſi privatis permiſſu Ducis factis, & ſimilibus actibus captos capientium factos eſſe: *Hodierno verò jure omnes captivi*, exceptis belli Ducibus, & ſupremis Officialibus, capientium ſingulorum ita fiunt, ut lytrum quidem ab iis exigere, *non tamen illos* abſque conſenſu belli *Ducis dimittere* queant.

Explit.

I. *Mirè ſe torquent Politici juxta & Juris Conſulti, an, quomodo & quando præda bellica militibus ſingulis acquiratur?*

Aliis omnia capta indefinitè illorum fieri contendentibus per text. *in §. item ea.17. Inſt. de Rer. Diviſ. & ſimilibus.*

Aliis contra auctoritate aliorum textuum, utpote in *L. Divus.31. ff. de Jure Fiſci. L.4. §.2. ff. de Statu Hom. & §.3. Inſt. de Jure Perſ. nec non L.20. §.1. ff. de capt. & poſtl. reverſ. uti etiam* magnorum Hiſtoricorum tam res mobiles & immobiles, quàm ſervos belli Duci vel Domino adjudicantibus.

Aliis rurſus, quibus & nos calculum noſtrum adjicimus, inter actus belli particulares, quales excurſiones in hoſticum privatæ latè ſic dictæ ſive ſpeciales, id eſt, paucorum militum, permiſſu tamen Imperatorum factæ, velitationes & duella ante prælium inita, *& generales*, quales excurſiones publicæ, multarum nempe copiarum vel majoris exercitus partis, imò etiam quandoque exercitus totius, item prælia, conflictus, occupationes violentæ ac direptiones Urbium ac caſtrorum hoſtilium ita *diſtinguentibus, ut in prioribus* occupata ſingulis capientibus,

Google

tibos, (ut & indicat *exemplum Coſſi*, qui in ſingulari prælio Regem Vejentium interficiens, ei detracta opima ſpolia ſibi quidem vindicavit, ſed Jovi Feretrio donavit, *Livius lib. 4. cap. 20. & T. Manlii*, qui in ſingulari cum Gallo prælio victor detractum ei aureum torquem collo circumdedit ſuo, & ita ſibi acquiſivit, ut *idem lib. 7. cap. 10.* refert) *in poſterioribus verò* obtenta belli Duci vel Domino acquiri, & in ejus arbitrio poſitum eſſe ſtatuant, utrum militibus ex iis aliquid vel nihil largiri aut diſtribuere velit, de qua diſtinctione videndus *Grot. lib. 3. de Jure Pac. & Belli cap. 6. n. 10. Vinnius ad §. 17. n. 2. & Tulden ibid. n. 29. Inſt. de Rer. Diviſ.*

Aliis porrò inter prædam durante conflictu hoſtibus non devictis detractam, *& illo per devictionem hoſtis ceſſante, ita diſcernentibus, ut priori modo* ſingulis acquirentibus, *poſteriori vero* belli Duci omnem acquiſitam prædam attribuant. *Aliis denique ſimpliciter* arbitrio belli Ducis, utrum aliquid vel nihil de præda quomodocunque obtentâ militibus concedere velit, relinquentibus, ut quoque ſentit *Merenda l. 2. Controv. c. 22. & Voetius de Jure Milit. c. 5 n. 14.*

Nos prius in theſi formatum membrum ſequentibus firmamus fundamentis:

(1.) *auctoritate Juris*, & imprimis *d. L. 4. §. 2. ff. de Stat. hom. junctâ* §. 3. *ff. de Jur. Perſ. in quibus ſcriptum eſt*, Servos ex eo appellari, quod Imperatores captivos vendere & per hoc ſervare, ac non occidere ſoleant: *quod etiam D. Auguſtinus lib. 19. de C. D. cap. 15.* narrat. Quo referri etiam poteſt, quæ habet *Halic. lib. 4. c. 28.* his verbis: *Parabantur ergò Servi modis juſtiſſimis, aut ſub haſta emti è præda publica, aut ab ipſis dominis bello capti & Imperatoris permiſſu detenti cum cæteris militiæ commodis.*

(2.) *Hiſtoricorum fide*, qui de obſervantiâ tali id unanimiter ſtatuunt.

Sic enim Vejentorum Urbe captâ Camillus libera corpora poſtero die ſub corona vendidit, *Liv. lib. 5. c. 22. Attilius* Samnitum captivorum ſeptem millia & trecentos ſub jugum miſit, *Idem lib. 10. c. 36. Fabius* eorundem 7000. ſub corona vendidit, *Idem lib. 9. c. 42. Numicius* omnia libera corpora, quæ cladi Antiaticæ ſuperfuerunt, ſub corona vendidit, *Dion. Halic. lib 9. c. 69. Alexander M.* captis & excifis Thebis captivorum 30000. ſub corona vendidit, teſte *Arriano lib 4. Corbulo* volando expugnato omnes puberes trucidavit, & imbelle vulgus ſub corona vendidit, *Tac 13. Ann. 39. Sic etiam Cæſar*, ut ipſe lib. 7. *de Bello Gallico in f.* refert, captos ex Gallis, non capientibus reliquit, ſed toto in exercitu ſingula capita prædæ nomine diſtribuit, ex Æduis verò & Avernis ad 20000. millia reddidit.

(3.) *Conformitate Græcorum*, apud quos etiam captivi à privatis militibus non acquiſiti, ut inter alios indicat *Plutarchus in Timol. c. 43.* & in *Ariſtide c. 9. Juſtin. l. 2. c. 14.* & *Curt. l. 6. c. 2. & Arrianus d. l.* de quo etiam legi poteſt *Grot. l. 3. c. 6. n. 14.*

Ubi incidenter notandum 1. duplici modo & reſpectu captivos ſub corona vendi ſolitos fuiſſe, uno, quo mancipia jure belli capta in ſignum vænalitatis, ita loquendo, coronis induta vænibant, *altero*, quo cuſtodiæ cauſa, ne quis elaberetur, coronâ militum cingebantur, *ut utrumque indicat Gellius lib. 7. c. 4.*

De tali ære ex captivis ita venditis vel pro lytro dimiſſis obtento, ac in ærarium condito inſignis locus eſt apud *Livium d. lib. 10. cap. 46. & 31. & Halic. lib. 7. c. 94.*

2. *Captivos plerumque*, ſi non omnes, ex iis tamen robuſtiſſimos, in triumphum Romam ſimul de-

A. ductos, ibique exceptis Regibus & belli Ducibus, qui necati ſunt, publicè venditos eſſe, ut *ſeq. c. 11. th. 12. expl. 2. n. 3. ſub concomitantibus* demonſtrabitur. *Captivos tamen tales quandoque* militibus capientibus à belli Duce ad ſavorem ſibi conciliandum & eorum operam ac virtutem compenſandam conceſſos fuiſſe ex *Halicarn. l. 4. c. 28. & 57. & l. 10. c. 24.* uti etiam *Dione l. 51. circa f. & aliis* Hiſtoricis ſatis conſtat.

Quanquam verò illa in theſi tradita diſtinctio expreſſo aliquo Juris Civilis textu munita non ſit, quoniam tamen nonnulli textus ejusdem, utpote §. 17. *Inſt. de R. D. L. 12. pr. & L. 28. ff. de Captiv. & poſtlim. reverſ.* juncta *L. 12. C. Eod. clarè indicant, certis in caſibus captivos capientium militum fieri, placuit potius illâ cum prædictis auctoribus uti, quàm contrarietatem aliquam* ex fundamentis ſuprà allatis aliàs orientem admittere, *inprimis, quoniam illa*

B. etiam hâc ratione nititur, *quod in prioribus*, nempe generalibus *adeoque* merè publicis actibus milites in miniſterio publico verſentur, *ideoque* meritò etiam omnia acquiſita rei publicæ *ad exemplum* reliquarum perſonarum, quæ in aliena poteſtate exiſtentes, etiam ſibi non acquirunt, de quibus legendus *Tit. Inſtit. per quas Perſonas cuique acq.* debeant, ac in commune conferant: *in poſterioribus* verò ab illo reſpectu immunes ſunt, *dum* proprio inſtinctu & nomine, ſive citra juſſum Ducis, accedente tamen ejus conſenſu, adeoque extra miniſterium publicum actus tales perficiunt, *& ita primò* ex æquitate ipſa pro vita ſua proprio motu periculis expoſitâ prædam obtentam in vim compenſationis & excitandæ alacritatis ſoli literantur, *ſecundò* verò cæteri commilitones ob ſimul non navatam operam & aditum periculum in illa aliquid Juris prætendere nequeunt, *& tandem Dux belli* ob con-

C. ſenſum impertitum etiam in acquiſitæ ita prædæ retentionem tacitè ſimul conſenſiſſe videtur: *quæ omnia* in actibus verè publicis & generalibus ceſſant.

II. *Quod autem Jure hodierno memorato modo captivi ſingulorum capientium fiant, probatur ex Ordin. Imperii* **der Reuterbeſtallung zu Speyr 1570. auffgerichtet** *art. 94. & ſeq.* **und in den Articuln der Teutſchen Knechte** *Art. 62. juxta quos primò* belli Duces & primarii Officiales capti à capientibus ſuo Duci vel illi, cui illorum cura demandata, pro muneratione decenti exhibendi, *& ſecundò* reliqui captivi capientium ita quidem fiunt, *ut* de convenienti lytro cum iis paciſci queant, *ſed illos* citra belli Ducis conceſſionem ſub pœna capitis dimittère non debeant. *In Jure bellico Suecico tit. 19. art. 87. & ſeq. conſtitutum, quod captivi intra 36. horas* ſupremo Juſtitiæ executori in cuſtodiam publicam ſub certa pœna exhiberi debeant, de quo etiam

D. legi poteſt *Jus bellicum Helvetiorum tit. 17. art. 72. Juxta Jus bellicum Danicum art. 124. omnes Nobiles & Officiales* capti Regi vel ejus belli Vicario pro convenienti compenſatione exhibendi ſunt, *ita tamen*, ut illorum ſupellex capientibus permaneat. *Cives verò* (milites quoque gregarii) & ruſtici capientium fiunt, *ita tamen, ut* illos ſimiliter abſque conſenſu Ducis bellici dimittere nequeant.

Ubi ſimul notandum, nonnullis in locis, (ſicuti etiam in nupero Germano-Suecico circa annum hujus ſeculi quadrageſimum ſecundum factum) *conſenſu belligerantium Ducum certa pacta abuſivè cartel dicta ſuper lytra captivorum iniri, juxta quæ quilibet tam Officiales, quàm gregarii illud exſolvere debeant.*

Simile pactum publicū inter Hiſpanos & Confœderatos Belgas anno 1602. & 1622. confectū & tunc *Quartier* appel-

appellatum fuiſſe *Feltman in Decade Reſponſor. Militar. Reſp. 9. n. 76. & 77.* & ſimul pacta illa refert. *& aliud inter Exercitus Colonienſis & Monaſterienſis Duces cum Principe Naſſoviæ Henrico Caſimiro Gubernatore Friſiæ anno 1672. & aliud inter Ducem Lucemburgicum Gallicum Belli Ducem & Comitem Hornanum nomine Regis & Statuum Confœderatorum anno 1673. confectum ſeq. n. 80. & 82.* recenſet. *Quod etiam Mullerus in Continuatione* deß verwirrten *Europæ P. 5. f. 31. recenſet. Vide etiam Holterm. de Acquæſtu bellico c. 8 ib. 14. & ſeq.*

TH. IX.

Circa res mobiles obſervandum eſt 1. Apud Romanos prædam in excurſionibus voluntariis à Duce tamen bellico quibusdam militibus conceſſis, duellis & velitationibus antepræliaribus ex hoſtico & ab hoſte reportatam *cujuslibet capientis factam fuiſſe, exceptâ illâ, quæ Iure poſtliminii comprehenſa fuit. 2. Ex oppoſito, apud eosdem* omnem reliquam prædam in quocunque belli actu publico ſive ſolemni, puta excurſione exercitus vel totius vel magnæ ejus partis, deprædatione publicâ Urbium, caſtrorum & Provinciarum, nec non in congreſſibus cum hoſte publicis, puta, pugnis & præliis in hoſtico, & ab hoſte obtentam *non capientium ſingulorum, ſed Reipubl. factam fuiſſe, ita tamen, ut Duci bellico pro ærarii ſtatu & conditione integrum fuerit, illam omnem* in eam per Quæſtorem publicum conferre, *vel* militibus pro illorum fortunâ ejus aliquam partem *vel* etiam dimidium concedere, reliquo ærario reſervato, *vel tandem* ejus ratione planè non habitâ, totam egenti & malè affecto exercitui in ſolatium & compoſitionem largiri.

Hodie autem omnem prædam quocunque in bellico, licito tamen, actu acquiſitam ſingulorum capientium fieri, exceptis machinis & vexillis bellicis, nec non omnibus ad armamentarium & annonam pertinentibus rebus. vide Kãyſer *Maximilian II.* Articulsbrieff *art. 62. & Fronſperg. P. 1.* deß Kriegsbuchs. *l. 1. f. 17. & 40.*

Explic.

P*Oſitionis illius prima fundamenta eadem ſunt, quæ in præced. th. expl. 1. pro defenſione diſtinctionis* inter actus peculiares, & q. privatos & actus publicos adducta ſunt, adeoque hic repeti poſſunt.

Sed poſitionis ſecundæ fundamenta conſiſtunt

(1.) *in auctoritate Juris Civilis, nempe L. 31. ff. de Jure Fiſci, ubi* ſtatuitur, bona captivorum in Fiſcum cogi debere, & *L. pen. ff. ad L. Jul. Pecul.* ubi dicitur, illum, qui bona capta ſurripit, lege peculatus teneri, cum qua conſentit *Cicero 4. in Verr. c. 41. ac ſimilibus Locis.*

Et Canonici, nempe in c. dicat aliquis. 23. q. 5. ubi ſtatuitur, prædam in poteſtate victoris eſſe.

(2.) *auctoritate optimorum & fide digniſſimorum Hiſtoricorum*, prædam ad publicum Populi ærarium pertinere, ex Judicio & Sermonibus ipſorummet belli Ducum id aſſerentium, *ita tamen, ut Duci bellico* (qui ſimul primarium Senatus membrum, & juſſus fuit providere, ne quid Reipubl. damni afferatur)

A. propter ſummam in Republ. auctoritatem diſpoſitio illius ratione ad Status publici neceſſitatem & utilitatem habitâ permiſſa eſſet.

Ita enim, quoad prius Decius in Oratione ſuâ apud Halicarn. l. 7. c. 58. Scitis omnes prædam ex hoſtibus noſtrâ virtute partam legibus addici Populo, & ne Ducem quidem exercitus in eam Jus habere (ſcilicet, ut ipſe ſubjungit ſibi ipſimet vel amicis ſuis eam attribuendo) nedum privatum aliquem, ſed Quæſtori eam tradi, vendiq; & pecuniam referri in ærarium. Hanc Legem nullus ab Urbe conditâ ne dicam violavit, ſed ne reprehendit quidem.

Similiter Scipio Africanus apud Liv. l. 30. c. 14. ita diſſerit: *Itaque Syphax, conjunx, Regnum, ager, oppida, homines qui incolunt, & quidquid denique Syphacis fuit, præda Populi Romani eſt.*

Quoad poſterius verò, id confirmat Æmilius apud B. *Eundem ſeq. l. 37. c. 32.* dicens, *prædam etiam capta Urbis in arbitrio eſſe Imperatoris*, & *Cicero in Orat. ad L. Agrar. 2. c. 22. & ſeq.* ubi *Jus Imperatorum vocat de prædâ diſponere & referre*, nec non *Liv. l. 5. c. 22. ubi Plebs Romana expreſſè dicit, in Ducis arbitrio conceſſionem prædæ poſitam fuiſſe.*

(3.) *in praxi Romanorum Ducum: Ita enim* refert *Liv. l. 3. c.* 10. Lucretium Conſulem ingentem illam à Volſcis Æquisque obtentam prædam omnem in Campo Martio expoſuiſſe, ut ſuum quiſque per triduum cognitum abduceret; reliquâ venditâ quibus domini non exſtitere. & *ſeq. c. 31.* Æquis fuſis prædam ingentem partam propter inopiam Ærarii venditam fuiſſe. *l. 4. c. 49.* prædam militi promiſſam, ſed non ſervatam fuiſſe *l. eod. c. 53.* prædam acquiſitam ex populationibus in locum tutum congeſtam, venditam, & pecuniam in ærarium redactam fuiſſe. *l. 5. c. 20. conſultum & acriter inter Patres diſceptatum fuiſſe, an præda Vejis ca-* C. *ptis obventura in ærarium ſit congerenda, vel militi concedenda ibid. c. 26.* caſtris Faliſcorum captis prædam ad Quæſtores redactam. & *l. 10. c. 46.* militi ex Samnitum prædâ nihil datum fuiſſe.

Similiter refert Halic. l. 8. c. 94. Conſulem Fabium profligatis Volſcis totam prædam cum ſpoliis & captivis per Quæſtorem vendidiſſe, & pecuniam in Urbem deferri juſſiſſe. *& lib. 10. c. 25.* Conſulem Cornelium Antibus captis, quidquid ibi auri, argenti, æris pecuniarumque inventum eſt, in ærarium referri, & captivos cum reliquâ prædâ ſub haſta à Quæſtoribus vendi juſſiſſe.

Ita quoque Appianus in Punic. p. m. 41. refert, Scipionem victo Annibale ex præda minùs utilia cremaſſe, & pretioſam prædam in Urbem miſiſſe, & ex his decem auri talenta, argenti verò duo millia & quingenta, ebur arte laboratum & captivos Nobiles navibus eſſe impoſitos, reliqua vendidiſſe, & inter milites, ut cu- D. jusque virtus mereri viſa eſt, diſtribuiſſe.

Vice verſâ legitur apud Liv. l. 6. c. 2. Prædam omnem in occupatis Volſcorum caſtris repertam à Camillo Dictatore militi datam eſſe. *Idem* ſimile de occupatis Gallorum caſtris *l. 7. c. 24.* de Samnitum caſtris *l. 9. c. 23.* de Urbe Murgantiâ *l. 10. c. 17. & 21.* de præda à Samnitibus captâ *ibid. c. 45.* de præda ab exercitu Hannonis obtentâ exceptis captivis *l. 24. c. 16.* narrat. Immo refert *Id. l. 7. c. 16.* Dictatorem Sulpitium ex munificentia militi omnem prædam conceſſiſſe & nihil in ærarium intuliſſe. & *Appian. de Bellis Hiſpan. p. m. 475.* narrat Claud. Marcellum omnem prædam ex agris Nergobrigum contractam inter milites diviſiſſe. Ita quoque refert *Halic. lib. 4. c. 57.* Tarquinium Sueſſâ expugnatâ mancipiorum ingentem numerum in prædam permiſiſſe militi: cætera quoque bona, quantum cuique obtingeret, vel ex Urbe vel ex agris ferre & agere: argentum verò & aurum

quod

quod inveniri potuit, unum in locum collocaſum, decimis in Templi fabricam ſepoſitis, reliquum diviſiſſe victoribus, *lib. 6. cap. 25.* Servilium profligatis Volſcis & eorum caſtris occupatis omnem prædam pecuniarum, auri & argenti militibus conceſſiſſe, ut pro ſe quisque lucrarentur, nec quidquam in publicum conferrent. *lib. 9. cap. 67.* conſulem Valerium omnem ab Æquis acquiſitam prædam conceſſiſſe. & *ſeq. c. 69.* Numicium Conſulem occupato Antium quodam oppidulo maritimo militi omnem prædam in mancipiis, pecuniis, pecoribus, mercibus permiſiſſe; ac tandem *lib. 10. cap. 24.* Fabium Volſcorum & Æquorum exercitu in caſtris oppreſſo prædam militi univerſam, exceptis Tuſculanis captivis conceſſiſſe, & ſimiliter cum præda in agro Ecetrano repertâ egiſſe. *Similiter Marcellus* omnem ex vaſtatis agris contractam prædam inter milites diviſit. *Appian. de Bellis Hiſpan. p. m. 475.* B. *Similiter Julius Cæſar* omnem in Genabo obtentam prædam militi donavit *lib. 6. de B. G. p. m. 155.* & *Q. Cornificius Cæſaris Proprætor* omnem in caſtellis perceptam prædam militibus donavit apud *Hirt. de Bello Alexandr. poſt med.* ac *Idem Cæſar* poſt victoriam à Pharnace reportatam idem fecit *Ibid. in fine.*

Ita, ut ad recentiora exempla tranſeamus, Imperator quoque *Severus* militi omnem prædam Oppidi Parthici reliquit, ut memorat *Spart. in ejus Vita c. 16.* & *Beliſarius* ipſiusmet Juſtiniani noſtri Strategus Johanni Duci præcepit, ut captam in Piceno prædam cuſtodiret omnem, ut ex æquo proque meritis exercitui divideretur, referente *Procop. l. 2. Hiſt. Goth. p. m. 243.*

Rursùs narrat Livius lib. 5. c. 19. Faliſcis & Capenatibus victis *parvam prædæ partem militi datam fuiſſe. lib. 10. c. 30. de præda* à Samnitibus captâ, unicuique militi *certam partem* datam. *lib. 38. c. 23. Manlium* prædam ex direptis Gallo-Græcorum caſtris obtentam C. *partim* vendidiſſe, illamque pecuniam in publicum redegiſſe, *partim* inter milites ex æquo ſummâ cum curâ diſtribuiſſe. *Idem refert lib. 10. c. 30.* militibus ex divenditâ Samnitum prædâ data æris octogenos binos, ſagumque & tunicam, & *ſeq. c. 46.* Carvilium ex Hetruſcorum prædâ militibus centenas binos aſſes, & alterum tantum centurionibus ac equitibus diviſiſſe. *ac lib. 40. c. 43.* Flaccum de præda Hiſpanorum militibus quinquagenos denarios, duplum centurionibus, triplex equiti, tantundem ſociis Latini nominis & ſtipendium omnibus duplex dediſſe *ac l. 45. c. 35.* Paullum ex præda regia militi parcius, quàm ſperaverat, dediſſe, nihil relicturum, ſi aviditati indulgeretur, quod in ærarium deferret. Sicuti etiam *Sueton. in Cæſare c. 38.* narrat, illum prædæ loco Veteranis Legionibus in pedes ſingulos ſuper bina ſeſtertia, quæ initio civilis tumultus numeraverat, vicena, in equites quadragena millia nummûm dediſſe. D. Similiter memorat *Halic. l. 10. c. 30.* Quintium Dictatorem è præda Æquorum, quod lectiſſimum fuit, Romam deferri juſſiſſe, reliqua verò omnia per Centurias dividenda reliquiſſe.

(4.) *in praxi aliarum Gentium:*

Ita enim, ut jam *præc. th. 9. expl. 1.* dictum, apud Græcos præda capientium non facta, ſed in publicum collata eſt, teſte *Plut. in Ariſtide c. 10.* Quod etiam de Carthaginenſibus narrat *Appian. de bello Hiſpan. poſt princ.* Sic quoque refert *Diod. Sic. lib. 13. cap. 34.* Apud Syracuſanos prædam acquiſitam iis militibus, qui præclarum virtutis ſpecimen ediderunt, diſtributam fuiſſe. Et *Ælianus lib. 6. V. H. cap. 6.* Non licebat viro Lacedæmonio ne ſpolia quidem hoſtis legere, vel, ex interpretatione Juſti Ulteji manubias hoſti detrahere.

Quo facit, quod *Livius lib. 10. c. 20.* de Samnitibus A. refert, eos *cuſtodes prædæ* conſtitutos habuiſſe. & *Imperator Leo in Tacticis cap. 20. §. 102. tradit Decanis ſpolia vel prædam tradi debere, & ab his procurandum eſſe, ut illa æquabiliter diſtribuantur.* De quo etiam legi poteſt *Morla in Emporio Juris tit. ult. quæſt. 6.*

(5.) *in Juramento*, quod milites Romani in caſtris præſtare coacti ſunt, referente *Polybio lib. 10. c. 16.* hujus tenoris, *ſe ex præda nihil eſſe averſuros, ſed*, ut ex *præc. lib. 6. cap. 29.* patet, *ad locum illum in caſtris ad congerendam prædam deſtinatum, relaturos eſſe.*

(6.) *in more in direptione Urbium vi captarum ſingulariter circa partiendam prædam uſurpato:* De quo ita *Id. Polyb. d. c. 16.* *Romani quoties Urbs aliqua ab ipſis capitur, id negocium ſic adminiſtrant. Solent diebus ſingulis ad rem gerendam viros idoneos pro* B. *loci magnitudine interdum ex univerſis Legionibus ſeligere, interdum per ſigna & manipulos partitionem inſtituere. Nunquam autem plures dimidiâ parte eam ad rem aſſignant, cæteri in ſuis ordinibus manentes in ſubſidiis ſtant, aliàs extra aliàs intra muros, prout indicati periculi ratio poſtulaverit. Jam quum univerſa copia utplurimùm ſint eis diviſa in Legiones duas Romanas, & paria Sociorum auxilia, interdum quatuor Legiones (& ſi id fit rarius) ſimul habeant; omnes qui ad diripiendam Urbem ſunt selecti, prædam univerſam ad ſuas quiſque Legiones referunt. Quâ venditâ Tribuni deinde æquis portionibus inter omnes pecuniam dividunt. Et habetur ratio non tantùm eorum, qui in ſubſidiis manſerunt, ſed etiam illorum, qui tentoria cuſtodierunt; item ægrotorum, & ſi qui ad muneris alicujus curationem fuerint alio miſſi.* Idque etiam in populo Dei obſervatum fuiſſe ex *lib. 1. Samuel. c. 30. v. 24.* conſtat. C. *Quo reſpectu etiam Fabius abſentes milites prædæ participes fecit, ut refert Livius l. 4. c. 59.* *vide etiam Imperatorem Leonem in Tacticis d. c. 20. §. 186.*

Ubi ſimul notandum, in captis per deditionem urbibus, imò etiam in vi captis, ſi præda promiſſa militibus non fuerit, *arbitrium prædæ apud Ducem eſſe, uti indicat Æmyl. Regillus apud Livium lib. 37. c. 32.* de quo tamen vide *Tacit. lib. 3. Hiſtor. c. 19.* ubi procul dubio milites ex licentia tune graſſante diverſum in urbe expugnatâ Jus prætenderunt.

Licet verò hic mos planè ſingularis, adeoque ad alios actus in exemplum trahendus non ſit, *attamen* hoc ſaltem firmat, prædam non ad ſingulos capientes, ſed univerſitatem vel exercitum totum pertinere.

(7.) *in liberalitate à belli Ducibus de præda obtenta licitè peracta*, ut probat apud *Livium lib. 5. c. 21.* exemplum Camilli, *lib. 10. c. 29.* Fabii, *ſeq. c. 46.* Carvilii: D qualia plura apud alias gentes refert *Faber l. 2. Semeſtr. c. 3.*

Quâ etiam de causâ Imperator Juſtinianus tales à Magiſtris militiæ bene meritis ex hoſtium prædâ factas donationes inſinuatione opus non habere ſtatuit in L. 36. §. 1. C. de Donat.

(8.) *in ratione æquitatis. Dum enim milites* à Republicâ ſtipendia ſua juſta obtinuerunt, & bella, juſſu, nomine ac ſumtibus illius geſta fuerunt, æquum etiam fuit, ut illa pro talibus ſumtibus à militibus tanquam ſuis miniſtris, prædam poſcerent ac reciperent, ut jam *præc. th. 8. anſ. expl. 1.* deductum, de quo etiam legi poteſt *Puſend. de Jure naturæ & gent. l. 8. c. 6. §. 21.*

Ubi notandum, prædam illam viliorum rerum militibus à Ducibus conceſſam *commoda* propriè Latinis & Græcis *ὠφελείας* dicta, obſervante inter

alios *Heraldo l.1.Obſerv. ad Jus Atticum & Romanum c.5.n.8.* ubi id probat ex *Ovidio l.1.de arte amandi:*

Romule militibus ſciſti dare commoda ſolus.
Hæc mihi ſi dederis commoda, miles ero:

vide tamen Sueton. in Auguſto c.24. in Calig.c.44. & Nerone c.32. ubi de præmiis emeritorum & veteranorum verbum illud accipitur. & *Barth.l.1. Adverſ.c.10. & l.42.c.16.* ibi illud intelligit de præbitione victus in vitæ dies, *de quo præc.c.9.th.15.expl.4. pluribus egimus.*

TH. X.

Hactenus de præda acquiſitione: Sequitur Jus de illius reſtitutione in priſtinam libertatem diſpoſitum, quod in ſpecie vocatur *Jus poſtliminii*, & inventum fuit à Romanis ex ſumma æquitate *illum in finem & effectum, ut* (1.) *Cives & milites Romani* ab hoſtibus capti, ſi vel fugiendo reverſi, vel ab illorum militibus recuperati fuerint, priſtinam libertatem tanquam nunquam amiſſam pleno Jure reciperent. *Servi verò* Romanorum ab hoſtibus recepti prioribus Dominis ſuis ſine lytro reſtituendi ſint. (2.) *Res immobiles* ab hoſtibus recuperatæ priori Domino etiam abſque lytro vel compenſatione reſtituendæ ſint. (3.) *Ex mobilibus verò & ſe moventibus, illa*, quæ in fuga ab hoſtibus receptæ, nec non navis longa & oneraria, & equus, ac equa freni patiens reddenda ſit.

Explic.

I. D*ictum eſt poſtliminium*, ut notum, *à limino & poſt, eâ analogiâ, ut ſicut in domo, ita etiam in Imperio ſint limina* vel limites & fioes *§.5. Inſt. Quib. mod. Jus patr.pot.ſolv. Qui igitur in fines* Romanorum ex captivitate reverſi ſunt, poſtliminio rediiſſe dicti ſunt, *L.19.§.3.ff.de capt. & poſtlim.reverſ. idem obtinuit, ſi captivus* in præſidia Romanorum vel ad illorum amicos vel ſocios, id eſt, illorum partes in bello ſequeutes pervenerit *L.5.§.1.ff.Eod. de quo latè agit Heraldus d.l.*

De prima regula legi poſſunt d.§.5.Inſt.Quib.mod. Jus patr.pot.L.5.§.1.L.12.§.1.L.16.L.26.& L.28.ff. de Captiv.& poſtlim.reverſ. ac L.12.C.eod. Si verò illi redemti fuerint, à privatis militibus vel civibus precium reſtituere tenentur *L.2.& d.L.12.C.Eod.*

Excipiuntur tamen, qui armis victi hoſtibus ſe dederunt L.17.ff.Eod. & ſi quis, eum in pace cautum eſſet, ut redirent, ſuâ voluotate apud boſtes *manſerunt L.20.in pr.ff.Eod. ac qui fide pro lytro ſolvendo â hoſtibus obligati ſunt, nam illi* oon niſi iſto ſoluto ab hoſtibus diſcedere poſſunt, *vel* ſine eo aufugentes aut ſe ſubducentes hoſtibus reſtitui debent & permaoent, donec fidem ſuam liberaverint *argumento eorum, quæ præc.c.3.th.4.expl.11.adducta ſunt.*

II. *De ſecunda regula legi poteſt L.20.§.1.ff.Eod. & L.26.ff.Quib.mod.uſufr.amitt. quibus addendum* etiam Jus ſolo adhærens poſtliminium habere *L.6.ff. de R.D. poſſeſſionem tamen* ab illis denuò eſſe apprehendendam *L.23.§.1.ff.de acquir.poſſeſſ.*

III. *De tertia verò regula notandum, res mobiles tunc demùm poſtliminio redire, ſi ab hoſtibus in fuga recepta fuére: Ita cum Romanus Exercitus ſub Lucretio* Volſcos in direptione Romani agri aggreſſus eſſet, & ab illis deletis ingentem prædam

A. reportaret, illa omnis in Campo Martio expoſita fuit, ut ſuum quisque *per triduum* cognitum abduceret, ut narrat *Livius lib.3.c.10. Et cum Poſthumius* & Julius Tarquioienſes à populationibus redeuntes oppreſſiſſent, receptis agrorum ſuorum ſpoliis Romam reverſi ſunt, *ubi biduum* ad recognoſcendas res datum dominis: *tertio* incognita ſub haſtâ veniêre.

Similiter cum Gracchus poſt devictum Hannonem multam prædam adduxiſſet, *excepit omne pecus, quod intra 30. dies domini cognoviſſent. Id. lib.24. c.16.*

Cur verò equus & equa frenis patiens ſimul in poſtliminii Jus caderent, hac ratio in L.2.§.1.ff. de capt. & poſtlim. reverſ. datur, quia ſine equitis culpa proripere ſe & ad hoſtes tendere poſſunt.

B. IV. *Hodie in militia noſtra contra obſervantiam Romanorum præc. explic. memoratam uſu introductum ferè paſſim eſt, ut res mobiles ab hoſtibus recuperatas & ſpatio 24. horarum decurſo abſque vindicatione privata vel publica denunciatione per tympana & tubas factâ poſſeſſas, milites præſcribant, & poſteà prioribus dominis reſtituere non teneantur. Grot. lib.3.c.6.§.3. Gentil.in Advoc. Hiſpan.lib.1.c.3. vide Thuanum l.113. ad an.1594. & Zigler. in Not, ad Grot.d.l.*

TH. XI.

Hactenus de præda & captivitate: Sequitur caritas annonæ & peſtis, frequentia etiam bellorum adjuncta & concomitantia.

Expl.

C. A*Nnonæ caritatem & peſtem bella ſæpe concomitari ſolere, ex Sacris & profanis hiſtoriis ita notum eſt, ut probatione non indigeat.*

De priori tamen id ſaltem adjicere voluimus, illam ex bellicis tumultibus duplici modo oriri, & 1. quidem ex vaſtationibus, ubi noo ſolùm agricolæ & incolæ fugantur ac interimuntur, ſed etiam armenta & pecora abigi ſolent, atque ita agri inculti relinquuntur. 2. *Ex obſidionibus* magnarum & populoſarum urbium, dum enim non ſolùm incolæ, ſed ſæpe etiam fugitivi agreſtes io iis includuntur, atque ita diu inprimis durante obſidione annona decreſcit, invectio verò illius impeditur, fieri aliter nequit, quàm ut fames immenſa ſubſequatur, uti conſtat *exemplo Hieroſolymarum*, in cujus ultima obſidione à Veſpaſiano & Tito perfectâ ultra 700000. Judæorum fame deleta ſunt, ut *ſeq. lib.3. cap.4. th.4. expl.1.* de qua pluribus *præc.c.2.th.5.*
D. *expl.2.& c.6.th.17.expl.2.& 5.* actum eſt.

CAPUT XI.
DE
VICTORIA,

Ubi de Ejus
Cauſa efficiente, Moderatione, Perſecutione & Declaratione per trophæa, Triumphos & ſimilia, uti etiam devictorum hoſtium
Subjectione.

SUM-

S V M M A R I A.

TH. I. Quæ circa victoriam conſideranda.
TH. II. Quæ ejus cauſa efficiens primaria & ſecundaria.
Expl. 1. Deum eſſe victoriæ efficientem oſtenditur.
Victoriam apud Romanos pro Dea cultam.
Expl. 2. Victoriam etiam prudentiâ & induſtriâ ſecundariò impetrari docetur.
Illam quandoque a Deo citra factum hominum conceſſam demonſtratur.
Referuntur victoriæ miraculoſæ.
TH. III. Illius uſus in quibus conſiſtat.
TH. IV. Victor Deum auctorem victoriæ agnoſcere eique gratias agere debet.
Expl. Demonſtratur id per exempla.
Romani poſterioribus temporibus ſupplicationes rarò inſtituerunt.
B. TH. V. Victor ſe moderari debet quo ad ſeipſum, & quoad devictos hoſtes.
TH. VI. Quæ moderatio quo ad ſe ipſum obſervanda.
Expl. Victoria elatos facit victores, cavendum ergò a ſuperbia & inſolentia.
TH. VII. Victor erga devictos clemens eſſe debet.
Expl. 1. Cur talis eſſe debeat oſtenditur.
Probatur id exemplis.
Non tamen ſemper clementiæ locum eſſe demonſtratur.
Referuntur illorum, qui victoriâ atrociter uſi ſunt.
Expl. 2. Prudens victor victis inſultare non debet.
Ubi de ſubjugatione & ejus modo.
Et quomodo illam Godfridus Daniæ Rex in Friſios exercuerit.
Quomodo Gunarus Sueciæ Rex Nerveges contumelioſè ſibi ſubjecerit.
Arma devictis non facilè adimenda.
C. *Nec illis in poſterum eorum uſus prohibendus.*
TH. IIX. Quomodo victoria fortiter proſequenda ſit.
Expl. I. Hoſtis fractus & diſſipatus planè enervandus eſt.
Vincere & victoriâ rectè uti diverſa ſunt.
Hoſtis ad deſperationem non eſt adigendus.
Expl. II. Quomodo victi ſe gerere debeant.
Quomodo ſpei inſiſtendum.
Romanorum invictus animus demonſtratur.
Victis pro ſolatio a magno Imperatore vinci, & pro dedecore ab ignobili ſuperari.
TH. IX. Victoriæ declaratio quot modis fiat.
TH. X. Subſiſtentia victoris in loco prælii victoriam probare ſolet.
Expl. Modum illum antiquum eſſe demonſtratur.
Limitatio tamen refertur.
Interfectorum in prælio ſepulturam ab adverſa petens parte victum ſe fatetur.
D. *Caſtra ſua in ancipiti prælio deſerens etiam pro victo habetur.*
TH. XI. Per trophæa & ſpoliorum dedicationes, uti etiam ſubjugationem, victoria declaratur.
Expl. 1. Trophæa unde dicta.
Olim abſque aſpiratione ſcripta iſta vox.
In quibus conſtiterunt.
Fornices & arcus triumphales.
Trophæa ubi erecta.
Diis dicata: Sancta fuêre: Non omnibus in uſu.
In bello civili non uſurpanda.
Expl. 2. Spolia à Judæis Deo, & ab Ethnicis illorum Diis conſecrata fuerunt.
Diis etiam certa donaria ex ſpoliis dicata.
Expl. 3. Quandoq; in acie occiſis certum quid ademtum, & ad victoriæ magnitudinem oſtentandam in patriam miſſum eſt.

A. *Expl. 4. De ſubjugatione iterum remiſſivè.*
TH. XII. Declaratio victoriæ per gratiarum actiones & triumphos quomodo facta.
Expl. 1. De ſupplicationibus remiſſivè.
Expl. 2. Quæ circa triumphos obſervanda.
Efficiens quæ.
In civili bello triumphare non licuit.
Cauſa Meritoria quæ.
Forma qualis.
Antecedentia quæ.
Concomitantia quæ.
Pompa qualis. De Captivis. De curru triumphali.
De Epulis triumphalibus.
De recentioribus triumphis remiſſivè.
Iterum quædam de triumphis antiquis.
Luxus progreſſus in iis oſtenditur.
B. *Muri quandoq; ad introitum & triumphū diruti.*
Poſteriorum Imperatorum temporibus rarò triumphatum & quare.
De ornamentorum triumphalium origine diſquiritur.
De triumphis in monte Albano.
Aliquoties à Romanis falsò triumphatum fuiſſe oſtenditur.
Refertur numerus Triumphorum Romanorum.
Quis ultimum triumphum habuerit.
Finis triumphi quis & quotuplex.
Quomodo dividi ſoleat.
Ejus adjuncta: Ubi de arcubus triumphalibus.
Expl. 3. Ovatio quid.
Unde dicta, & quomodo à triumpho differat.
TH. XIII. De gratiarum actione per ſupplicationes, ſacrificia, ſpoliorum Dedicationes, vexillorum captorum in templis ſuſpenſiones, tormentorum bel-
C. licorum exploſiones & ſimilia.
Expl. 1. Diſtinguitur Ethnicorum hic mos à Chriſtianorum inſtituto.
TH. XIV. De conſequenti victoriæ.

TH. I.

Hactenus adjuncta belli: Sequitur ejus effectus Victoria, cujus conſideranda (1) Efficiens. (2) Uſus. (3) Declaratio. (4) Conſequens.

TH. II.

Cauſa Efficiens victoriæ principalis eſt DEUS, *ſecundaria* eſt prudens aciei diſpoſitio & directio cum virtute Imperatoris ac militum conjuncta.

Explic.

I. D*Eum ter Opt. Max. primariam victoriarum*
D. *cauſam eſſe*, patet non ſolùm ex Sacra Scriptura, utpote *Joſua c.14. v.12. 1. Sam. 7. v.11. & 12. & cap. 19. v.5. Pſalm. 44. v.3. & ſeq. & 118. v.15. & ſeq.* & aliis locis, ſicuti hoc pluribus rationibus demonſtrat *Ravanellus in Bibliothec. ſacrâ ſub verbo Victoria*, ſed *etiam ex Ethnicorum dictis & ſcriptis:*

Ita enim *Archilochus:*

Νίκης ἀνθρώποισι Θεῶν ἐν πείρατα κεῖται.
Omnis in arbitrio victoria poſta Deorum eſt.

Et:

Νίκης δ' ἐν Θεοῖσι πείρατα.
Victoria aſtſita eſt Deûm in arbitriis.

Ac Achæorum Prætor Lycortas apud Liv. l.39. c.36.

Inde etiam Victoriam pro Dea habuerunt & coluerunt, & quidem juxta *Porphyrium apud Turneb. 27. Adverſ. 5.* inter Deos pennatos numeraverunt, quo alludit *Prudent. lib. 2. in pr. contra Symm.* ita canens:

Marmoreo in templo rutilas Victoria pennas
Explicet, & multis ſurgat formata talentis.

Nec ſolùm in templis, ut patet ex *prædicto loco, Dione l.51.f.m 459. & Claud. de ſexto Honor. Conſulatu circa f.* ubi ita canit:

Adfuit ipſa ſuis ales Victoria templis
Romanæ tutela togæ: quæ divite pennâ
Patricii reverenda fovet ſacraria cœtus,
Caſtrorumque eadem comes indefeſſa tuorum.

Et *quale Ædem Concordia & Jovis Capitolini* fuiſſe indicat *Livius lib 26. cap. 23.* item *aliud ſingulare à L. Poſthumio Conſule dicatum*, ut *Idem lib. 10. c. 33.* innuit, *ſed etiam in Curia*, referente *Sueton. in Auguſt. c. 100. Lampr. in Alex. Severo c. 14. & Herod. lib. 5. c. 12. & atriis vel porticibus juxta Apul. 2. Mileſiar. in pr. Imò etiam in caſtris Romani veneratî ſunt*, ut innuit *Claud. d. l.*

Ex quo loco ſimul patet, illam pro tutela Romanorum habitam fuiſſe, quod idem etiam *lib. 3. de Laud. Stilic.*
B. *poſt med:* illam ibi virginem cuſtodem imperii nominans, tradit.

Quod procul dubio occaſionem inde nactum eſt, quia Hiero Rex Syracuſanorum Simulacrum Victoriæ aureum pondo trecentûm viginti boni ominis cauſâ, ut ſcilicet propriam & perpetuam haberent, Romanis per Legatos miſit, & hi in id omen accipientes illi Divæ in templo Jovis Capitolini ſedem fixerunt, ut narrat *Livius d. l. 22. c. 37.* *Ita etiam meminit Victoria aureæ Appian. l. 4. de bell. civil. p. m. 1067. Juſtin. l. 39. c. 2. Athenæus l. 6. c. 4. bis Valer. Max. l. 1. c. 1. in Ext. n. 3.* & *Marcellin. l. 28. p. m. 378.* à Tripolitanis Imperatori Valentiniano miſſæ *eburneæ Cicero 4. Verrin. 46.* de quo plura *ſeq. th. 11. expl. 2. in f.* ubi etiam de *Victoriola*, pro parvâ victoriâ Deâ ex auro factâ & cultâ, ut apparet ex *Val. Max. d. l.*

Placet hic ſubjungere piam & prudentem Cominæi dijudicationem, quam *lib. 1. Hiſt. c. 3.* ponit his verbis:
C. *Clarè demonſtravit Deus in hac* [: puta inter Regem Galliæ Ludovic. XI. & Carolum Brabantinum :] *commiſſâ pugnâ ſucceſſus præliorum ſe in ſuâ manu habere, victoriamq; cui libuerit, conferre. Neq; quisquam mihi perſuaſerit humani unius ingenii opem eſſe, moderari ordine tantam multitudinem, aut utè eos adminiſtrentur in campo, veluti conſtituta ſunt in tentorio*, ubi plura habet.

Nec non piam illam informationem, quam Alphonſus Arragoniæ Rex filio ſuo Ferdinando dedit, hoc modo: *Ne ſuæ aut Commilitonum audaciæ tantum tribuas, ut putes, abſque Numinis auxilio victoriam ullam haberi poſſe: Illam enim non hominum diſciplinis, aut induſtriâ comparari, ſed Dei Opt. Max. benignitate ac arbitrio. Panorm. lib. 3. de Ejus dict. & fact. n. 51.*

II. *Licet ſecundaria cauſa rectè ponatur in prudenti aciei diſpoſitione & directione, nec non virtute Imperatoris & militum*, quem in finem etiam *Poſthumius apud Halic arn. lib 6. c 5.* ait,
D. *Eos opem à diis impetrare, qui fortiter dimicant, ſuâq; promtitudine, quicquid poſſunt, conferunt ad victoriam, non eos, qui pericula defugiunt, nec labores pro ſe exantlare ſuſtinent. Quod etiam innuunt Cato apud Saluſt. in Catilin. c. 52.* his verbis: *Non votis neque ſuppliciis muliebribus auxilia Deorum parantur, vigilando, agendo, bene conſulendo, proſperè omnia cedunt. Milites Romani apud Liv. l. 7. c. 12. ignaviam Dictatori objicientes* his verbis: *Illum nihil agenti ſibi de cœlo devolaturam in ſinum victoriam cenſere.*

Et Prudent. lib. 2. contra Symm. utramque cauſam conjungendo ita canens:

Vincendi quæris Dominam? ſua dextera cuique
Et Deus omnipotens.

Attamen nonnullæ victoriæ abſque cauſa hujus ſecundariæ acceſſione à ſolo Deo procuratæ ſunt & largitæ.

Ita Deus per Angelum ſuum fudit exercitum Aſſy-
A. riorum, unâ nocte interimentem illorum 185000. *2. Reg. 19. v. 35. & Eſai. 37. v. 36. & ſeq.*

Hinc etiam in Epiſt. ad Hebr. c. 11. v. 32. & ſeq. continetur, quòd ſancti Dei per fidem debellarint regna, validi effecti fuerint in bello, & exercitus exterorum in fugam verterint. *Et Chryſoſt. in Tr. Quod nemo læditur, niſi à ſe ipſo*, ſcribit: *Iſraëlitæ hoſtes ſuos tubâ canendo pſallendoq; vicerunt, resq; illa potius chorea, quàm bellum, initiatio, quàm pugna fuit.*

Pertinent huc exempla, quæ demonſtrant Dei ope paucâ manu ingentem hoſtium vim miraculosè profligatam fuiſſe. *Sic Schamgar* filius Hanathi percuſſit ſtimulo bovis ſexcentos Philiſtæos, *Judic. 3. v. 31. Simſon* maxillâ aſini mille eorundem, *ibid. c. 15. v. 16. Gedeon* 300. militibus innumerabiles Medianitarum copias, *ibid. c. 7. v. 16. & ſeq. Amaſias* exiguis copiis 10000. Idumæorum: *2. Reg. 14. v. 7.*

B. *Talis quoq; fuit victoria illa Conſtantini Imper.* quam prænuncio Crucis ſigno in cœlo ſereno & meridiano tempore cum hac inſciptione, *In hoc ſigno vinces*, viſo, exiguis copiis à validiſſimo ſuo hoſte Maxentio obtinuit, ut refert *Euſeb. in illius Vita l. 1. c. 22. & 31. ac ſeq.*

Item exempla, quando Deus per fulgura, grandines, immenſos nimbos & ventos hoſtem aliquem terruit, diſſipavit, & in fugam impulit, uti in prælio Joſua cum Rege Hieroſolymitano obtigiſſe, Joſeph. lib. 5. Antiquit. c. 1. narrat. Sic Baſtarnarum exercitus tempeſtate deletus fuit, ut refert Liv. l. 40. c. 58. Et in prælio Gordiani Junioris vel medii auſpiciis patris cum Capeliano commiſſi eveniſſe recenſet *Capitolin. in Ejus Vita, ſub fin. Simile quid de Theodoſio Magno refert Sozomenus hiſt. Eccleſ. lib. 7. c. 24.* quod ſcilicet in prælio ab ipſo cum Arbogaſto & Eugenio inito magnus & ineffabilis turbo in hoſtium ora ruerit, & tela illorum retrorſum jecerit.

Quod & memorat *Claud. de III. Honorii conſulatu*
C. ita in medio canens:

Te propter gelidis Aquilo de monte procellis
Obruit adverſas acies, revolutaque tela
Vertit in auctores, & turbine reppulit haſtas.
O nimium dilecte Deo, cui fundit ab antris
Æolus armatas hyemes, cui militat æther,
Et conjurati veniunt ad Claſſica venti.

TH. III.

Uſus victoriæ conſiſtit (1) in agnitione & prædicatione Divini auxilii. (2) in moderatione victoris. (3) in forti & prudenti victoriæ perſecutione.

TH. IV.

Ante omnia victorem decet ſe erga Deum humiliare; Ejus potentiæ ac gratiæ victoriam adſcribere; Eique hoc nomine ſolemnes gratias perſolvere.

Explic.

D. QUia ut ex prædictis certum eſt, *Victoria à Deo provenit, meritò quoque ad eum gloria & prædicatio illius causâ redire debet. Agnoverunt hoc non ſolum Chriſtiani*, inter quos *Theodoſius Imper.* cum ei victoria de Johanne Tyranno obtenta ludis Circenſibus nunciaretur, ad Populum vociferans, *agite*, inquit, *ludicro hoc omiſſo, in ædem precatoriam eamus, & carmina gratiarum auctori victoriæ Deo concinamus, ut refert Niceph. lib. 14. c. 1.*

Conſtantinus Imperator, qui poſt devictum & in Tyberi ſuffocatum Maxentium hoſtem, Deo preces cum gratiarum actione impertiit, referente *Euſebio in ejus Vita lib. 1. c. 32. & 33.*

Ita quoque præteritis ſeculis Stephanus Moldaviæ Palatinus, qui ingenti victoriâ à Turcis reportata per univerſam ſuam terram *edixit*: *ne quis auderet ſibi*

ſed

ſed ſoli Deo victoriam illam appropriare, juxta Mechovium in Chron. Polon. lib. 4. c. 70.

Henricus VII. Angliæ Rex ſtatim à victoria contra Richardum III. obtentâ toto exercitu præſente per canticum Te Deum laudamus, Deo gratias referens ſecundùm *Baconum in ejus Hiſtor. in pr. &* alterâ à rebellibus reportatâ *ib. p. 68 & 71.*

Sed etiam Ethnici, interque eos *Æneas,* qui devicto & occiſo Mezentio, juxta *Virgil. lib. 11. in pr.*

Vota Deûm primo Victor ſolvebat Eoo.

Romani, qui obtentâ ab hoſtibus victoriâ ſolennes epulas & ſupplicationes ad altaria & pulpita Deorum, nec non in compitis celebrarunt, ut patet *ex Livio lib. 10. c. 21. lib. 27. c. ult. lib. 30. c. 17. lib. 33. c. 9. lib. 45. c. 2. & 16. Joſepho lib. 7. de bell. jud. c. 16. circa fin. Quod etiam confeſſus eſt Hannibal apud Livium lib. 30. c. 30.* dicens: *Victoriam in Deorum manu eſſe.* Et obſervavit *Ageſilaus* partâ victoriâ ſemper diis gratias agens apud *Xenoph. in Ejus Vita n. 673. Imitarique hîc debent* pii & moderati victores *illud Timoleontis,* qui in gravibus rebus geſtis dixit: *Deum illas egiſſe ſe ſuâ manu uſum fuiſſe. Plut. in precept. Reip. Germ. c. 52.*

Ubi monendum

1. *Apud Romanos poſteriori tempore ſupplicationes illas paulatim elanguiſſe, ſiquidem* quantum nos ſcimus, *in toto Dione præter illas, quæ ob res à Cæſare feliciter geſtas inſtitutæ fuerunt, & lib. 39. f. m. 94. lib. 40. f. m. 144. & lib. 43. f. m. 220. narrantur, illarum nulla fit mentio. Similiter Suetonius ſaltem* harum meminit *in Cæſaris Vita. c. 24. Et in toto Tacito tantùm illa,* quæ ſub Neronis imperio celebratæ *lib. 13. Ann. 41.* memorantur: *nec non in hiſtoria Auguſta tantùm illa,* quæ ſub Adriano Cæſare facta apud *Spart. in Ejus Vitâ* occurrit, *c. 12. Apud Herodianum verò & Marcellinum nulla illarum exſtant veſtigia.*

2. *Supplicationes illas primùm in Deorum honorem inſtitutas, poſtea in honorem victorum & triumphatorum degeneraſſe, ac ideò numerum quoque dierum enormiter auctum fuiſſe,* ut inter alios Romanos ipſos conqueritur *Cic. in Orat. de prov. Conſul. c. 11.* his verbis: *Ergo in illa ſupplicatione, quam ego decrevi, res ipſa decreta eſt Diis immortalibus & Majorum inſtitutis, & utilitati Reipubl. ſed dignitas verborum, honos & novitas, & numerus dierum Cæſaris ipſius laudi gloriæq; conceſſus eſt;* Et ideò *Dio dict. lib. 39. fol. m. 94.* narrat, *ob res a Cæſare præclarè geſtas 15. dierum ſupplicationem decretam eſſe, quod ante id tempus acciderat nunquam. Et d. l. 40. f. m. 144. ob honores Ejus ſupplicationes in 60. dies indictas fuiſſe: Similiter d. l. 43. f. m. 220. ſupplicatio & ſacrificatio 40. dierum memoratur.*

Moribus Chriſtianis hodiernis ſingularia feſta ob partam victoriam in laudē Dei indies & celebrari ſolent, ut notiſſimū eſt, & ſeq. th. 13. & in ejus Explic. memorabitur.

Fluit quoq; ex hac agnitione & debitâ gratiarū actione mos ille Diis & vero Deo ex præda donaria & ſpolia offerendi, de quo etiam ſeq. th. 11. expl. 2. tractabitur.

TH. V.

Moderatio Victoris concernit vel ipſum Victorem, *vel* devictos hoſtes.

TH. VI.

Moderatio ipſum Victorem concernens conſiſtit in eo, ut ille felicitate & gloriâ ſuâ non efferatur & inſoleſcat, cogitetq; etiam ſibi tanquam homini idem quod hoſtibus devictis accidit, evenire poſſe.

Expl.

Quia Victoria naturâ inſolens & ſuperba eſt; Et re fortiter geſtâ animos in præterita firmitate conſtantiâque conſervare neſcit, Simocatta l. 2. Hiſtor. Mau-

A. *ric. c. 8. & ea etiam egregii Duces inſoleſcunt, Tacit. 2. Hiſt. c. 7. Sapientum animi fatigantur. Pollio in Claud. c. 11.* ac ideò *adverſus fortunæ obſequia non ſatis cauta eſt mortalitas. Curt. l. 8. c. 4. paucisque ita mortalium ea conceſſa eſt felicitas, ut fortunam proſperam moderatè poſſint ferre, ut quidem accidit Æmilio Paulo,* qui apud *Plutarch. in Ejus Vita c. 61.* ſe ipſo teſte, *in divinis fortunam ut infidiſſimam & inconſtantiſſimam rem ſemper ſuſpectam habuit, & eum eâ tanquam ventus ſecundus rebus gerendis proſpera eò adeſſet, nunquam non mutationem aliquam exſpectavit.* Vel ut idem apud *Livium l. 45. c. 8. monet, In rebus ſecundis nihil in quemquam ſuperbè ac violenter conſulere decet, nec præſenti credere fortunæ, cum quid veſper ferat, incertum ſit. Et is demùm vir ſit, cujus animum nec proſpera flatu ſuo efferat, nec adverſa infringat.* De quo plura *præc. c. 3. th. 4. n. 4. & c. 7. th. 15. expl. 1. & infra lib. 3.*
B. *c. 1. th. 9. expl. 4.* notata.

Omnino Victores prudentes ab inſolentia & ſuperbia in victoria ſibi caveant, perpendentes illud prudens *monitum Iſocratis ad Demonicum: p. m. 19. Nihil rerum humanarum firmum eſſe exiſtima:* Sic *fiet, ut nec in rebus ſecundis lætitiâ exultes, nec in adverſis conſterneris. Et egregium dictum Sultani Agarenorum à Franciis capti,* qui cum ad illorum Regem Ludovicum deductus ac Capuam delatus, intra biennium ſemel riſiſſet, & hoc Regi ad ejus mandatum denunciatum, ille verò accerſitus ac cauſam riſûs rogatus fuiſſet: *Rotas,* inquit, *currus vidi, quarum cum altera terræ incumberet, altera ſurſum tolleretur, mox ea quæ ſublimis fuerat, depreſſa, quæ humilis in altum elata eſt. Unde conjecturâ captâ res humanas etiam eodem modo moveri & transferri, in riſum erupi: poſſe fieri cogitans, ut & mearum rerum idem ſtatus eſſet, ac me quemadmodum è ſublimi ſum humi depreſſus, ſic ex humili loco in altum elatum*
C. *ſublimem fore,* ut refert *Imperator Conſtant. Porphyrog. de Adminiſtr. Imperio. c. 29. p. 79. Zonaras Tom. 3. Ann. ſub Imper. Baſilii Macedonis, & Glycas Annal parte 4. p. m. 414. Cui non diſſimile ex Simocatta l. 6. Hiſt. Mauritian. c. 11. præc. p. 1. c. 9. th. 2. expl. 1. retulimus, ubi plura de fortunæ inconſtantiâ legi poſſunt.*

TH. VII.

Moderatio devictos hoſtes concernens uno nomine Clementia appellatur, quâ uti Victorem erga victos decet, cui ſi juſtitia accedat, conſummatam efficiet victoris gloriam.

Explic.

I. E*A, inquit Timoleon apud Æmilium Probum in ejus Vita, ducenda eſt præclara victoria, in qua plus eſt Clementiæ, quàm crudelitatis.* Et juxta *Polyb. lib. 5. c. 12. factis honeſtis atque juſtitiâ hoſtes vincere, conducibilior res eſt, quàm armis parta victoria, hic*
D. *enim neceſſitate compulſi, illic ſponte cedunt victi.* Hinc *Eunones Imper. Claudio* ſcripſit, *Bellorum egregios eſſe fines, quoties ignoſcendo tranſigitur & hic reſpondit: Quanta pervicaciâ in hoſtem, tantâ beneficentiâ in ſupplices utendum eſſe, ut recenſet Tac. 12. Annal. c. 19. & 20.* cui congruit *Cæſar. l. 2. de Bello Gal. p. m. 62.* dictum: *In miſeros ac ſupplices miſericordia utendum, & Auguſtini pium effatum relatum in c. 3. cauſ. 23. quæſt. 1.* his verbis: *Hoſtem pugnantem neceſſitas perimat, non voluntas. Sicut rebellanti & reſiſtenti violentia redditur, ita victo & capto miſericordia jam debetur.*

Egregiè Serreus in Hiſtor. Franc. ſub Clodoveo f. m. 17. Tanto major eſt victoria principis, qui benignitate & ſe ipſum & hoſtes ſuperat, quantò utilior eſt prudentia, cum corda eorum ratione vincit.

Victorem ergò decet ſimilem eſſe Leoni, cui uni ex feris in ſupplices eſt clementia: proſtratis enim parcit, & ubi ſævit, in viros magis, quàm in fœminas fremit, juxta *Plin. l. 8. c. 16.*

" *Vide etiam egregiam Titi Largii Orationem apud* A. *Halic.lib.6.c.16.*

Admodum celebris eſt Alexandri M. in Darium & Gynaceum ejus, nec non in Porum Indorum Regem clementia apud Curt.lib.3.c.12. & lib.4.c.10.& 11. nec non lib.8.in fin. Et apud *Plutarch.in Ejus Vita. c.35.& 36.*

Laudat hinc ſeipſum apud Eundem d.l.8. c.8. his verbis: *Apud me quidem moderationis meæ certiſſimum indicium eſt, quod ne victis quidem ſuperbè impero. Veni enim in Aſiam, non ut funditus everterem gentes, nec ut dimidiam partem terrarum ſolitudinem facerem: Sed & illos quoque quos bello ſubegiſſem, victoriæ meæ non pœniteret. Itaq; militant nobiſcum, pro imperio veſtro ſanguinem fundunt, qui ſuperbè habiti rebellaſſent. Non eſt diuturna poſſeſſio, in quam gladio inducimur, beneficiorum gratia ſempiterna eſt.* *Laudatur quoque à Plut.in ejus Vita c.67. & ſeq. nec non Plin. lib.7.* B. *c.25. Julius Cæſar,* & quidem ab hoc his verbis: *Illi proprium & peculiare fuit clementiæ inſigne, quâ uſque ad pœnitudinem omnes ſuperavit.* *A Livio lib.45.c.4. & 7. Æmilius Paulus*, quod ob Regis Perſei devicti infortunium illacrimaverit ſorti humanæ, & captivo adducto illi dextram porrexerit, ac illum ſe ad pedes ſubmittentem ſuſtulerit.

Nec non Scipio à Plut. in ejus Vita c.10. & ſeq. Et *Demetrius Poliorcetes ab Eodem in ejus Vita c.19.* Laude quoque dignus *Eduardus III. Angliæ Rex*, qui Regem Galliæ Johannem captivum multâ charitate complexus juſſit ſalvere, bonumque animum habere atque ſibi perſuadere, ſe jure belli captivum ad eos venire homines, à quibus, ut rerum humanarum viciſſitudinem non ignorantes, humaniter atq; liberaliter tractaretur. *Vergil. lib.19. Hiſt. Angl. p.m.489.*

Pertinet huc egregia Saluſtii Gnoma in Orat.2. de Republ.Ordin. Qui benignitate & clementiâ imperium temperavére, his læta & candida omnia viſa, & hoſtes æquiores, quàm alii cives. C. Et hinc *Idem in Fragment.Hiſtor.l.1.in Orat.Philip. Ignoſcendo*, inquit, *gentem Æmyliam populi Romani magnitudinem auxiſſe.* *Sanè clementiâ ſuâ* maximo Romæ ſuæ bono & incremento uſus fuit Victor *Romulus* erga Sabinos dum non ſolùm pacem, ſed etiam fœdus cum iis, licet victis, iniit *quia* ſubſecuta, juxta *Flor.l.1.c.1.* res mira dictu, ut relictis ſedibus ſuis hoſtes in Urbem demigrarent, & cum generis ſuis avitas opes pro dote ſociarent.

c *Elegantiſſimè quoque hoc ipſum Legati Lacedæmonii Athenienſibus victoribus demonſtrarunt apud Thucyd l.4.p.m.167.* ubi oratio illorum legi meretur, quæ ita finitur: *Ea eſt natura mortalium, ut iis qui ſponte ſuâ aliquid remittunt, jucundè & ſine dolore ſuccumbant: adverſus elatos autem ſuperboſque etiam opinione majora pericula ingrediuntur.* Plura poſſunt legi *ſeq.c.12. th.3.in explic.n.3.* & ſimul reperiri apud *Grut. diſc.25. in Tacit. ac Diodor.Sic.l.13.c.20 & ſeqq.* D.

Quibus addimus dignum laude conſilium, quo Aurelianenſis occupatâ Gravelinâ cepit: Illam enim intrans dixit: *Teneamus hoc modo, ſi poſſumus omnium voluntates recuperare, & diuturnâ victoriâ uti. Hæc Gallorum per me nova ſit ratio vincendi, ut miſericordiâ & liberalitate nos muniamus*, ut refert *Priolus.lib.2.de reb.Gall.c.11.* De quo plura *præc.c.7.th.15.expl.2.* dicta ſunt.

Sicut verò clementia hæc immortalem meretur laudem, ita contra immanitas & tyrannis in hoſtes & potiſſimùm mortuos exercita infamiâ ingenti non caret.

Qualis fuit illa Seſoſtris Regis Ægyptiorum, qui loco jumentorum Reges & Duces quaternos captivos quadrigis ſuis aptare ſolitus eſt, referente *Diod. Sic.l.1. c.58. Germanici, qui* in bello contra Germanos geſto non ſexus, non ætatis miſerationem habuit. *Tac. 1. Ann.51.* & in prælio cum iis habito milites ſuos *oravit inſiſterent cædibus: nihil opus captivis, ſolam internecionem gentis finem bello fore. Id.2. Ann.21.* *Baſilii Imper. Conſtantin. qui* devictis Bulgaris circiter 15000. illorum captis oculos effodit, ſingulisque Centuriis uno monoculo Duce viæ relicto, illos ſic ad ſuum Regem Samuelem abire juſſit. *Cedren. in Compend. Hiſtor. ſub illo Imperat.f.m.583. Zonar. tom.3. Annal. ſub imperio Baſilii Porphyrog. f.m.164.& Glycas in Annal. parte 4.p.m.436.*

Dagoberti Francorum Regis, qui Saxonibus devictis cunctos ejus gentis maſculos, qui gladii ſui, quem tunc fortè gerebat, menſuram excederent, necaſſe traditur *Otto Friſing.lib.5 c.9.*

Sobieslai Bohemiæ Principis, qui in bello cum Friderico Rege ſuo geſto Tribunum quendam militum virum procerum captum equo inſidentem terrâ obrui juſſit, ut refert *Dubrav. Hiſt. Bohem. l.13. f.m.106.*

Tamerlanis, qui Bajazethem Turcarum Regem captivum ferreæ vel æneæ caveæ incluſit, cibum capiens tanquam feram emiſit, & inter canes verſantem fruſtis ciborum de menſa objectis pavit, ac denique equum conſcenſurus pro ſcabello uſurpavit, ut legi poteſt apud *Dubrav. lib.25. Hiſtor. f.m.208. Æmilium lib.10. f.m.319. Fulgoſ. in Memor. lib.9. cap.5. in Recentior. & alios. Quanquam id* à ſcriptoribus nonnullis novioribus ex illa ratione *excuſetur, quod Bajazethes* ipſe faſtuoſo ſuo reſponſo Tamerlani dato anſam duriori huic ſervituti ſeu captivitati dederit, *ut legi poteſt apud Bœcler. in Hiſtor. Timuri ante finem.* *Et illa Turcarum*, quâ devictis & interfectis ad Segedinum Chriſtianis 5000. naſos abſcidêre, ut narrat *Iſtuanffius lib.17. Hiſtor.f.319.*

Et altera illa, quâ Solymannus Turcarum Imperator cæſis captiſque ad Budam Chriſtianis è conſpectu abductos captivorum 800. duobus exceptis, tyronibus trucidandos dedit: Inter quos eminebat excelſæ proceritatis Noricus ſive Bavaricus miles, hunc in contemtum Germanicæ gentis pumilioni, qui erat in deliciis filiorum, capite præalta captivi genua vix adæquanti occidendum tradidit, ut ita indignæ necis injuriam crudeli contumeliâ cumularet, ſicut narrat *Jovius lib.40. Hiſtor. in pr.*

Nec tacendum eſt immane factum, quo Muleius Hametes novus Africæ Rex poſt famoſum illud prælium in quo ejus Pater, Muleius, Muhametes ejus Patruus & Sebaſtianus Portugallus, adeoque tres Reges, juxta communem Hiſtoricorum relationem, interierunt, prædicti patrui reperto cadaveri cutem detrahi, eamque ſalitam ſtramentis impleri ac ad deterrendum alios per omnes regni ſui provincias circumferri juſſit, ut narrant *Freigius de bello illo African.c.13.& Coneſtag. de conjunct. Portugall.l.2.p.m.98.*

Monendum tamen eſt, non ſemper in Victoris voluntate & propoſito exiſtere eſſe Clementem; cum hoſtes pertinaciâ ſuâ quandoque ſeveritatem, non dicam ſævitiam, victori extorqueant, ut *de Pharſalicâ Cæſaris Victoriâ recenſet Paterc. lib.2.c.52.* his verbis: *Sed nimium miſericordia corrupit pertinacia [: hoſtium :] cum libentius vitam victor jam daret, quàm victi acciperent. Idem cap.86.* Simile de pugnâ inter eundem Cæſarem & Antonium commiſſâ refert, ubi legi poteſt.

II. *Pru-*

XI. *Prudenter hic monent Politici, ne victor victis inſultet trophæa erigendo, vel aliis modis devictionem exprobrando, quia illa & ſimilia* victis plus doloris & iræ afferunt, quàm ipſa adverſus eos obtenta victoria, ut *Tacit.* 2. *Annal.* 19. de Germanis narrat. *Sicuti etiam Sarmatæ, referente Marcell. lib.*17. *Hiſtor. p.m.* 109. *prælio cadentes non tam mortem dolore quàm Romani militis lætitiam horrendo ſtridere monſtrarunt.*

*Hinc Flor. lib.*3. *cap.*2. *in laudem quidem Romanorum ſcribit, illos nunquam hoſtibus domitis victoriam exprobraſſe, ſed id veritati non adeo conforme eſſe, demonſtrat. Rupert. ad illum locum* §. 6.

*Graviter ſanè Epaminondas aliàs ſolitus videri uncto corpore vultuque ſereno poſt pugnam ad Leuctra poſtridie proceſſit ſqualidus atque humilis, & interrogantibus amicis, ecquid adverſum obtigiſſet, non ſane, inquit, ſed heri ſenſi me animo altius, quàm rectum eſt, elatum fuiſſe, itaque hodie immoderatum illud gaudium caſtigo. Plutarch. in Apoph. Reg. cap.*97.

*Plura legi poſſunt apud Grut. in diſcur. ad Tac.*22. *Et Forſtn. ad Eund. lib.*2. *Ann.c.*18. *&* 19. *qui poſterior locus in omiſſis pertractatus eſt: nec non Pucart. in Obſerv. dec.*4.*c.*8.

Fuit verè etiam ſpecies talis exprobrationis ac contumeliæ, quando hoſtes devicti, & in ſpecie ſe turpiter ac ad nutum victoris dedentes, ab Imperatore vel belli Duce coram toto exercitu vel populo victore in confeſſionem ſubactionis *ſub jugum miſſi vel ſubjugati fuerunt.*

*Quod ita factum fuiſſe ex Hiſtoricis, imprimis verò Halic. lib.*3. *cap.*28. *& Livio lib.*3. *cap.*28. *conſtat: Tribus tignis (vel, ut Livius d. l. ſcribit, poſteà haſtis) jugum confectum eſt, ſuper duobus humi fixis, tranſverſum tertium deligatum eſt, & per id omnes captivi incurvi tranſmiſſi ſunt. Addit Idem d.l.*3. *cap.*23. *& l.*9. *cap.*5. *ac* 6. *& lib.*10. *c.*36. *tales captivos inermes & nudos vel potius ſeminudes per jugum tale traductos fuiſſe, initio à ſummo ad gregarium uſque militem juxta gradum facto. Ex ejuſdem lib.*9. *c.*15. *conjicere licet, militum horum veſtimenta & arma ſimul per jugum traducta fuiſſe: quod etiam confirmatur ex Appiano de bellis Punicis p.m.*66. *ubi refert Panes à Maſaniſſa cum ſingulis tunicis ſub jugum miſſos eſſe.*

*Sicut etiam ex eodem Livio d.l.*10. *c.*36. *conſtat* moribus Romanis pactionem quandam [: procul dubio ſe Romanis ſubjectos & fidos manſuros eſſe :] à parte militum intervenire debuiſſe.

Notatu quoque digna eſt illa ſubjugatio, quâ Godofredus Daniæ Rex Friſios devictos Anno 809. *hoc modo ut Pontanus lib.* 4. *hiſt. Danic. f.m.*94. *ex ipſorummet Friſiorum Annalibus recenſet, exercuit: Illos nimirum omnibus fortunis exutos, & auri, argentique uſu in cultu corporis penitùs prohibito ad torques vimineos ſimiliaque virtutis extrema inſignia Lege latâ redactos, addito Præfecto, qui vilibus miniſteriis dum plebem detinet, oſtium in ædibus Septentrionem ſpectans haberet humilius, quàm pro ſtatura corporum, quo & jugum turpiter quotidie ſubire & exituri, inflexo toto corpore Regem Danorum quaſi venerari viderentur. Refert ibi etiam aliam illis illatam pœnam,* ubi videri eique *Emmius l.*5. *Rerum Friſicar. in pr. addi poteſt.*

Eſt & illa contumelioſa ſubactio, quâ Gunnarus Sueciæ Rex Norvegis devictis canem pro Rege conſtituit, & ne quid contumeliæ deeſſet, ſatrapas illi ex ea gente attribuit, qui ſub ejus nomine & titulo regia miniſteria exequerentur, mandavitq́; ſub capitis pœnâ illi cani non

A. *aliter atque Regi honorem exhiberi, ut ex Saxone Grammatico ſuprà hoc libro p.*1. *c.*2. *th.*3. *expl.*3. *demonſtravimus,* ubi plura videri poſſunt.

Eſt & alia contumelia, quando victis arma adimuntur, *ſicuti P. Manlius* omnibus Hiſpanis cis Iberum fecit, quam rem adeò ægrè paſſi ſunt, ut multi ſibimet ipſis mortem conſciſcerent, *ferox gens, nullam vitam ſine armis eſſe rati, ut loquitur Livius lib.*34. *cap.*17. *Sic quoque a Romanis Macedonum devictorum arma edito ludicro in acervum ingentem cumulata & concremata fuerunt,* ut refert *Idem lib.*45. *cap.*33. *Cujus exemplum in Bibliis* 1 *Samuel.*13. *v.*19. *& ſeqq. etiam occurrit.*

Animadvertens hoc pro prudentia ſua Scipio dedentibus ſe poſt pugnam & Legatos pro pace mittentibus Hiſpanis reſpondit ſe arma iis non ademturum [: quippe ea pignora timentium rebellionem eſſe :]
B. *ſed libera relinquere, ſolutosq́; metu animos apud Eund. Liv. l.*38. *c.*34.

Tandem etiam magna ignominia eſt, quando devictis armorum uſus in poſterum quoq; prohibetur, & artium ludicrarum ac mollium ſtudium imponitur, quod obſervatum fuit à multis, & ideò *pro regula poſitum,* ſubactam gentem feram ita effœminandi, & in obſequio retinendi.

Ita cum Cyrus Lydos ſubjugaſſet, & Crœſum Regem illorum, quo modo iis frenum injiceret, percontaretur, hic reſpondit, ut ſepoſito & inhibito armorum ſtudio parentibus imperet, ut liberos Cytharam pulſare, pſallere, cauponari doceant, & mox comperies, inquit, ò Rex, viros in mulieres degeneraſſe, nihilque metuendum, ne rebelles unquam à te deſciſcant, ut refert *Herodot. lib.*1. *p.m.*72. & *Juſtin. lib.*1. *c.*7.

Eodem quoque artificio uſus eſt Ariſtodemus in Cumanis Civibus ſubjugandis, ut videri poteſt ap. *Halicarn.*
C. *l.*7. *Antiq. Rom. c.*8.

TH. IIX.

Sic de Victoris Moderatione: Perſequi etiam Victoriam fortiter & prudenter decet, hoc eſt, fuſum & diſſipatum hoſtem, ſi abſque periculo fieri poſſit, inſequi & reliquis præſidiis ejicere, nec non ſocios aut amicos conatibus illius adhuc faventes, curſuique victoriæ obſtantes metu jam perculſos aggredi, & ab illo avertere.

Explic.

I. I*N victoriæ perſecutione maximè fortitudine & prudentiâ opus eſt: Et illâ quidem, ut* fractus, timidus & diſſipatus hoſtis, ſi citra periculum fieri poſſit,
D. penitùs deleatur, ne in poſterum nocere queat, de quo latè agit *Mauricius in Strategico l.*7. *capite reliquo* 12. *Hinc* pictores & poetæ Victoriam pennatam finxere, quod hominum eum Fortuna euntium non curſus eſt ſed volatus, *Pacatus in Panegyr. Theodoſii c.*29.

Quod ut maximè obſervavit Julius Cæſar, qui nunquam hoſtem fudit, quin caſtris quoque exueret, ita nullum ſpatium perterritis dedit, ut refert *Sueton. in Illius Vita, c.* 60. *quod etiam in Corbulone laudat Tac.* 14. *Annal.*23. *Sic contrà illud omiſit Hannibal, dum* in pugna Cannenſi hoſtem fuſum & timidum juxta ſalubre Maharbalis [: vel Adherbalis juxta *Flor. lib.*2. *c.* 6. vel Barcæ, ut *Plutarchus in Fabio cap.*30. illum nominat:] conſilium apud *Livium lib.*22. *cap.* 51. his verbis datum: *Die quinto Victor in capitolio epulaberis: Sequere cum equite, ut prius te veniſſe, quàm venturum ſciant, perſequi noluit, illo reſpondendo, procedant nuncii: & ſcomma hoc illius*

lius potiùs tolerare voluit: Vincere ſcis Hannibal, Victoriâ uti neſcis, ut patet ex Livio, Floro & Plutarch. dd. ll.

Diverſa autem hæc duo omninò eſſe egregiè demonſtrat Themiſtius Orat. 4. his verbis: *Cum duo ſint diverſa, Vincere & Victoriâ rectè uti; cumque illud commune ſit cum armis, ſine quibus nemo hoſtem profligaverit, hoc verò ſolùm Imperatoris adſcribendum officio; tantò honorificentius eſt id, quod tuum eſt.*

Legimus tamen apud Livium lib. 27. c. 51. quod Conſul Livius cæſo Haſdrubalis exercitu ſanguine ſatur noluerit reliquias ductore carentes & facilè ſuperabiles inſequi, ſed dixerit, ſuperſint aliqui nuncii, & hoſtium cladis & noſtræ virtutis.

Prudentia verò *hæc adhibenda eſt, ne* per inconſideratam perſecutionem victor *vel* in inſidias & anguſtias incautus incidat, ut ſupra *cap.* 7. *th.* 10. *explic.* 5. notatum, *vel* hoſtes planè nondum fuſos & diſſipatos immaturâ & nimiâ perſecutione in deſperationem & extortam quaſi defenſionem conjiciat, *ſiquidem* frequenter jam fuſa acies, diſperſos ac paſſim ſequentes reparatis viribus interemit. *Veget. lib. 3. de arte milit. c. 21.* *Sicuti Pyrrho evenit*, *qui* Ita à victo Valerio Lacuino Romanorum Imperatore victus, proverbio locum dedit, *Oſculana pugna*, ut memorat *Feſtus in Verbo Oſculana.* *Nam ignaviam neceſſitas acuit, & ſæpe deſperatio ſpei cauſa eſt, magnumque ad honeſtè moriendum incitamentum, Curt. lib. 5. c. 4. & lib. 9. c. 5.* *Et ſæpe neceſſitate aucta virtus, cauſa victoriæ fuit. Flor. lib. 3. cap. 3.* *Nam acerrima virtus eſt, quam neceſſitas extrudit Senec. lib. 1. de clement. cap.* 12. & *neceſſitudo etiam timidos fortes facit, Catilina apud Saluſt. in Catil. c. 58. atque Seneca l. 2. Nat. Quæſt. c. 59. nullus periculoſior hoſtis eſt, quam quem audacem anguſtia faciunt.* *Hinc Locrenſes* cum in acie adverſus Crotonienſes ſtantes paucitatem ſuam circumſpicerent, omiſsâ ſpe victoriæ, in deſtinatam mortem conſpirarunt: *tantusq; ardor ex deſperatione ſingulos cepit, ut Victores ſe putarent, ſi non inulti morerentur. Sed dum honeſtè mori quæſiverunt, feliciter vicerunt, ut memorat Juſtin. lib. 20. c. 4.* Obſervantes illud Æneæ *apud Maronem 2. Æneid. v. 354.*

Una ſalus victis nullam ſperare ſalutem.

Referri huc poſſunt, quæ de deſperatione & ſummo auſu Phocenſium [: unde proverbium, *Phocica deſperatio* ortum traxit :] refert *Pauſanias libro 10. f. m. 384.* *Eodem modo Alexander M.* in pugna ad Granicum cum Græcis hominibus bellicoſis & ſalute deſperatâ feris commiſsâ grave periculum & damnum paſſus eſt, de quo legendus, *Plut. in Ejus Vita. c. 25.* *Similiter cum Ungari* ſecundâ vice in Italiam anno 902. magno cum exercitu irrumpentes à Berengario in tantas anguſtias redacti eſſent, ut eum oblatione omnium prædarum ſaltem liberum abitum peterent, *ab illo verò ſuperbum reſponſum* illum denegando reciperint, ex juſta indignatione per fortem hoſtis aggreſſionem viam ad ſalutem ſibi aperuerunt, illos fugando ac tandem ingens lytrum pro benigno receſſu obtinendo, ut refert *Sigon. l. 6. de Regno Italiæ ad d. annum f. m. 151.* *De Bulgaris* à Nicephoro Imperatore bello petitis & ob denegatam pacem ex deſperatione irruptionem noctu in ejus caſtra facientibus, ipſumq; cum exercitu delentibus legi poteſt *Zonar. Tomo 3. Annal. ſub ejus Imperio plura vide apud Puteanum in Comment. ad Hiſtor. Inſubr. l. 1. c. 18. n. 4. & l. 5. c. 5. n. 4. jungendo ea, quæ præc. c. 5. th. 8. expl. 1. n. 1. notata ſunt.*

Maximè verò id Dux belli cavere debet, ne milites ante planè fugatum hoſtem prædam agant, *quia* multis exemplis conſtat, victorem exercitum circa prædam

A. occupatum à victis iterùm ſuperatos fuiſſe, ut *d. c. 7. th. 10. expl. 5.* demonſtratum eſt.

II. *Et hæc quidem Victorem decent:*

Victi meminerint, cladem fortiter & prudenter ferendam eſſe. Fortis enim eſt, unius aut alterius prælii eventu non paveſcere. Tacit. in Agric. c. 15. ſed contra fortunam inſiſtere ſpes Id. 2. Hiſt. 46. & vires juxta ac procul ſitas circumſpicere, neq; ſummæ rei diffidere, novos delectus inſtituere, nova auxilia quærere: *Omnia experiri more anguium, qui obtrito capite poſtremùm caudâ minantur: Siquidem compertum eſt, ad victos ſæpe redire victoriam & calamitoſos plerumque à fortuna juvari Pharazes apud Agathiam lib. 3. Hiſtor. c. 6. ubi etiam præc. expl. demonſtravimus.*

Ubi tamen ex Athenienſium Legatorum prudenti monito apud Thucyd. lib. 5. hiſt. p. m. 256. notandum eſt, ne in ſola ſpe animus ponatur: qui enim ſe ita gerunt, ii ſe

B. falſos eſſe non antè agnoſcunt, quàm ſpes fefellit, *qualem nobis deſcripſit: Florus lib. 4. c. 8. Sextum Pompejum, cum hac tamen excuſatione, quod magnæ indolis ſignum ſit, ſperare ſemper.*

Quod ſi verò præterea ſpes mediis quibuſdam fulcita ſit, non contemnendis, omninò fortem decet ei inſiſtere juxta *Tacit. d. 2. Hiſtor. 46. cum infirmi ingenii ſit, lapſu aliquo ſummæ rei diffidere: nam exiguis momentis ſubitò inclinantur omnia, quæ in bello geruntur. Egeſippus lib. 4. c. 2.* Quod etiam inten duo modò memorati Athenienſium Legati apud *Thucydid. d. l.* his verbis: *Spes equidem, quia in periculis ſolatium præbet, ſi cæteris bonis adjungatur, etiamſi fallit, non tamen evertit.*

Exemplum ſanè ſine exemplo præbent Romani, qui nunquam de Republicâ deſperarunt, & ideò Legatis Syracuſanis occaſionem dederunt expreſſè profiteri, Magnitudinem Populi Romani admirabiliorem propè

C. *adverſis rebus, quàm ſecundis eſſe,* ut refert *Livius in illorum Oratione lib. 22. c. 37.* quod etiam de iis prædicat *Polyb. lib. 3. Hiſt. 75.* his verbis: *Romani quà publicè, quà privatim, tum maximè ſunt terribiles, quando præſentis alicujus periculi metu acri terrentur.*

Et agnovit Pyrrhus poſt alterum cum illis habitum prælium cernens, eorum fiduciam adverſo prælio non imminui, ſed & vires & cupiditatem belli augeri, annotante *Plut. in Ejus vita. c. 47.*

Et quamvis poſt infelix ad Alliam prælium res Romana propè ad deſperationem venerit, dum Senatus cum juventute militari, atque Conjugibus & liberis Capitolium conſcendens urbem cum turba Seniorum Gallis diripiendam & devaſtandam conceſſit, *Capitolium tamen* ſtrenuè fuit defenſum: *ac poſtea Urbe* virtute Camilli ex ſingulari Dei providentiâ ab hoſtibus fuit liberata, & Con-

D. ſilium plurium, Urbem planè derelinquendam, & ſedem Romanæ Rei Vejos transferendam eſſe, per ejusdem ſuaſum mutatum fuit, ut latè narrat *Livius lib. 5. à capite 37. uſque ad fin.*

Ob fortem animum laudatur quoque à Dione l. 37. f. 34. Mithridates. à Curtio l. 8. in fin. Themiſt. Orat. 4. & Plutarch. de Fortun. Alex. Orat. 1. c. 17. Porus, Indorum Rex: de quo *præc. c. 3. th. 4. expl. 5.* etiam dictum.

Neque laude ſuâ quoad has virtutes privandus Gelimer ultimus Vandalorum Princeps in Africâ, qui à Beliſario victus & in abrupto monte Papuâ, quo confugerat, per tres menſes obſeſſus, non ſolùm omnem miſeriam & famem forti tulit animo, ſed etiam *à Phara*, qui illum poſteà nomine Beliſario obſidebat, per literas inter alia *citharam, panem unum & ſpongiam petiit.*

petiit, cum hâc per literarum latorem factâ *explicatione, ut panem*, quem intra tres menſes non vidiſſet, ſpectare ac guſtare, *ſpongiâ* alterum oculorum longâ illuvie tumeſcentem abſtergere, *& carmen* ad deflendam fortunam præſentem compoſitum lugubribus Citharæ modis aptare poſſet: *Atque poſtea* ad Beliſarium dedito monte delatus in riſum prorupit fortem ac ſonorum, & ſic, ut plurimi explicant, indicare voluit, res humanas non alio, quàm riſu digniores eſſe, ſicut refert *Procop. lib. 2. p. m. 80. & ſeq.*

Culpatur inde Pompejus, quod perditis rebus aufugerit, Africam velis petierit, venturus ibi in manus hoſtium & catenas, & quod miſerrimum eſt fortibus viris, ad hoſtium arbitrium ſub percuſſore moriturus. *Florus d. l. 4. c. 8.*

Notandum hîc ſimul eſt, quod victis pro ſolatio imò glorioſum fuerit, à magno Imperatore vel bellicoſa natione vinci. Indicat hoc Virgilius Æn. 10. circ. fin. ubi Æneas ipſe victor ita Lauſo victo occlamat:

Hoc tamen infelix miſeram ſolabere mortem,
Æneæ magni dextrâ cadis.

Quod etiam Diocletianus Apro occiſo ſolatii & honoris ergò dixit, ut refert *Vopiſcus in Num. c. 13.* Ita quoque apud *Ovid. 9. Fab. 1. Metam. v. 7. Achelous* ſe ita ſolatur:

Magnaque dat nobis tantus ſolatia Victor.

Ita quoque triginta Sogdianis captivis ad ſupplicium deductis pro ſolatio & gaudio fuit, ſe ab Alexandro M. captos & occiſioni traditos fuiſſe, *dum cauſam lætitiæ reddere juſſi reſponderunt: Si ab alio occiderentur, triſtes morituros: Nunc à tanto Rege victore omnium gentium majoribus ſuis redditos, honeſtam mortem, quàm fortes viri voto quoque expeterent, carminibus ſui moris lætitiaque celebrare*, ut recenſet *Curtius lib. 7. c. 10.*

C. *Eodem modo Darius apud Juſtin. lib. 11. cap. 12. Gratum ſibi eſſe*, inquit, *ſi vincere nequeat, quod a tali* [: Alexandro M. :] *potiſſimùm vinceretur.*

Similiter Mithridates à Cn. Pompejo victus ſe illi placidâ mente ſummiſit, addens, *non eſſe turpe, vinci ab eo, quem vincere eſſet nefas: neque ei inhoneſtè aliquem ſummitti, quem fortuna ſuper omnes extuliſſet. Paterc. lib. 2. c. 37.*

Quâ etiam de causâ *Titus Imper.* apud *Egeſippum lib. 5. c. 7.* Milites ſuos inter alia ita alloquitur: *A paribus aut fortioribus vinci opprobrio caret. Et Iſid. Peluſiota lib. 4. Epiſt. 27. illud victis aliquid ambitionis & honoris afferre ſcribit.*

Ita vice verſâ multi ab ignobilibus victi id ægerrimè tulerunt, quà etiam de causâ cum Romanis adverſus ſervos bellum obveniſſet, *Florus lib. 3. c. 19.* deſcriptionem illius ita orditur: *Utcunque eeſi cum ſociis nefas, cum liberis tamen & ingenuis dimicatum eſt. Quis æquo animo ferat in Principe Gentium Populo bella ſervorum.*

D. *Sic in bello inter Venetos cum Hiſpanis Anno 1529. geſto, Hiſpanus miles à procera ſtatura fœminâ, quæ virum ementita inter milites Calatiæ Comitis ſtipendia merebat, & Margarito vocabatur, captus fuit. Quo cum ei quadam die militari tamen veſte monſtraretur, Comite quid de victore ſentiret, ludificando quærente: Tum ille in ſua calamitate id ſibi ſolatii eſſe, inquit, quod in manus viri fortis & ſtrenui perveniſſet. Verùm cum fœminam illum eſſe intellexiſſet, mœrore ac pudore confectus, indignabundus vitâ exceſſit*, ſicut recenſet *Mauroc. in Hiſt. Venet. lib. 3. f. 124.*

A.

TH. IX.

Hactenus Victoriæ uſus: Reſtat ejus Declaratio, quæ ab antiquo perfecta (1) per ſubſiſtentiam Victoris exercitus in loco commiſſi prælii: (2) per trophæa & ſpoliorum oblationes ac dedicationes & ſubjugationem devictorum: (3) Per triumphos & ovationes: (4) Per ſupplicationes, & ſacrificia, nec non gratias Deo actas, quibus nunc addi ſolent tormentorum & bombardarum per univerſum exercitum & in locis munitioribus exploſionem, ac alia ſolennitas publica.

B.

TH. X.

Subſiſtentia Exercitus Victoris in loco prælii commiſſi olim & adhuc præterito tempore per bidui vel tridui, hodie verò per ſubſequentis noctis tempus peragi ſolita eſt.

Explic.

Jam olim hunc morem invaluiſſe patet ex Athenienſium facto, qui in pugna adverſus Mileſios ſuperiores facti duos in loco prælii dies commorati, tertiâ demùm diſceſſerunt & trophæum poſuerunt. *Thucyd. lib. 8. p. m. 360.*

Ita Rudolphus I. Imperator poſt victoriam ab Ottocaro Bohemiæ Rege obtentam *toto triduo* in loco prælii ſubſtitit, ut refert *Roo in Hiſtoria Auſtriaca lib. 1. f. 31.* Et *in prælio illo* ad Siverſhuſium Anno 1553. inter ſocios Mauritium Saxoniæ Electorem & Henricum Brunovicenſem ac eorum hoſtem Albertum Marchionem Brandenburgicum commiſſo *Henricus* [: amiſſo licet Mauritio :] *victor per triduum cum exercitu* locum illum tenuit, ut refertur in *Chron. Brunovicenſ. p. 1. f. 328.*

Similiter in prælio inter Franciſcum Galliæ Regem & Helvetios non procul à Mediolano anno 1515. commiſſo *Rex in victoriæ ſignum in loco prælii per tres dies ſolemnia ſacra peragi curavit, & ædem ſacram erigi mandavit, ut legi poteſt apud Guicciard. l. 12. Hiſtor. p. m. 182.*

Illudq; Helvetios ſemper obſervaſſe refert Stumpf. in illorum Chron. l. 10. c. ult.

Sunt tamen quidam, qui ſubſiſtentiam talem ſimpliciter pro vera victoriæ declaratione non habent, ſed hoc ita reſtringunt, niſi à loco diſcedens vel pro victo habitus alterâ vel tertiâ die revertatur, & denuò ad prælium ſe ſiſtat, illudque ab adverſario declinetur, de quo legi poteſt *Aubignius in Hiſt. Univ. tom. 1. lib. 4. c. 10. in pr. Quo facit, quod his verbis refert Polyb. lib. 16. Hiſt. cap. 7. Philippus Macedoniæ Rex duplici prætextu victoriam adverſus Attalum ſibi vindicavit. Unus erat, quod Attalo in terram expulſo navem ipſius ceperat; alter, quod naves cum ejeciſſet circa Argennum promontorium videbatur ſtationem occupaſſe, quæ naufragiis immineret. Convenienter his & ſequenti die ſeſe idem geſſit, tabulas naufragii colligens, & mortuos, qui poterant agnoſci, ad ſepulturam tollens, ut eam opinionem, quam dixi, in animis hominum confirmaret. Nam alioqui ne ipſi quidem Philippo eſſe perſuaſum ſe viciſſe Rhodii & Dionyſodorus paulò poſt evicerunt. Nam die poſtero, cum in ea re Philippus eſſet adhuc occupatus, per nuncios conſilio communicato adver-*

adverſus eum ſunt profecti, collatiſque in frontem navibus nemine contra ipſos prodeunte Chium ſunt reverſi.

Et negandum quidem non eſt, ſubſiſtentiam talem non ſemper certum victoriæ ſignum, ſed ſaltem declarationem vel præſumtionem aliqualem eſſe, *cum ſæpe prælii eventus* ita dubius exiſtat, ut neutri parti tutò illa attribui poſſit, *& qualibet* illam adductis certis rationibus ſibi aſſerat, *uti in pugna illa navali inter Athenienſes & Corinthios initâ factum*, ubi utraque pars ceu victrix trophæum erexit, referente *Thucyd. lib. 17. p. 324.*

Simile quid de prælio inter Mantineos & Tegeatos habito Id. lib. 4. in fin. de Corinthiis ac Corcyrais: Id. lib. 1. p. 23. & *de Athenienſibus & Peloponneſiis lib. 2. p. 105. refert:* *Sic quoque in prælio, quod Caſar & Antonius* cum Caſſio & Bruto inivit, anceps victoria fuit, pulſo utrinque hoſte, & fugâ utrinque cum inſecutione factâ, ac utrorumque caſtris captis, ut hoc latè & prudenter demonſtrat *Dio lib. 47. p. 353. & ſeq.*

Ita etiam in prælio inter Tarquinium Priſcum & Sabinos commiſſo, tam incerta fuit accedente nocte victoria, ut per aliquot dies neutra pars è caſtris ſuos eduxerit, ſed utraque motis retrò caſtris intacto hoſtico domum reverſa ſit. *Halic. lib. 3. cap. 79.* *Similiter in congreſſu Exercitus Sertoriani ac Pompejani* victoria ita incerta fuit, ut poſterâ die victoriæ diſceptandæ causâ ambo Imperatores iterum confligere voluerint, ut refert *Plutarch. in Pompej. cap. 29. & 30.* *Nec non in prælio* illo Græcorum ad Mantinæam utraque pars pro victore ſe geſſit, trophæa abſque impedimento erigendo, & captivos per inducias ut victa reddendo, ac ut victa recipiendo, ut memorat *Xenoph. in Hiſt. Græc. lib. 7. in fin.* *Ita quoque in prælio inter Chriſtianos auſpiciis & ductu Maximiliani Auſtriaci electi Poloniæ Regis & Turcarum Imper. Mahometem in Ungaria Anno 1596. commiſſo*, utraque pars ſe victam fuiſſe fugâ declaravit, *Ortel. in Chron. Ungar. ad illum annum.*

Pertinet huc alius probandi victoriam modus, quando vel alterutra pars ab altera poſt prælium cadaverum ſepeliendorum poteſtatem poſcit: *Apud Græcos enim, ut jam ex parte diximus, ſeu lege ſeu conſuetudine receptum fuit, ut, qui reddi ſibi cadavera ſuorum poſcerent, ii victoriam diffiteri viderentur, & eos trophæum ſtatuere nefas haberetur*, ut refert *Plutarch. in Nicia c. 13. Idem ferè de Ageſilao in Ejus vita c. 30.* memorat.

Sic quoque Xenophon modo allegato lib. 7. Hiſt. Græc. redditionem mortuorum pro victoriæ & receptionem illorum pro devictionis ſigno haberi cenſet. *Evidenter verò id probat Diod. Sicul. lib. 17. c. 68.* ubi ſcribit, *Alexandrum M. in pugnâ cum Ariobarzane infauſtâ turpe ſibi duxiſſe, ſi militum cadavera inſepulta linqueret, eaque ad ſepulturam expetere ignominioſum ſibi, ac manifeſtam victoriæ conceſſionem fore, animadvertiſſe.* *Quod etiam expreſſè memorat Juſtin. lib. 6. cap. 6.* *Simile exemplum refert Idem Diod. Sic. lib. 15. c. 87.* *Vel alterutra pars* præveniens ſuorum ſepulturam perficeret: *ita enim de Eumene Idem ſeq. lib. 19. cap. 31.* ſcribit, *ille ad caſos regredi propoſuerat, tollere eos maturans, ut ancipitem hactenus victoriam certò ſibi aſſereret.* *Sed militum ſuorum contradictione impeditus fuit.* *Quod tamen Antigonus peregit, adeoque controverſam hoc modo victoriam reddidit, potiri mortuis præſtabilius in pugnis eſſe confirmans.*

Quod etiam Romanos obſervaſſe ex Halic. lib. 9. c. 13. conſtat. *Sicuti etiam pro victoriæ probandæ ſigno habitum fuit, ſi* in prælio ancipiti alteruter

A. exercitus prior caſtra deſereret, quod de Romanis teſtatur *Halic. d. l.* ita ſcribens: *Victoria tamen penes Romanos fuiſſe videtur, non ob aliud, quàm quod ſequenti [: puta à pugna :] nocte Etruſci deſertis caſtris abierunt.* *Simile exemplum de Etruſcis iisdem narrat Livius l. 10. c. 12.*

Ubi notandum quandoq; etiam illum exercitum hoſtilem, qui alteri hoſtili appoſitus noctu clam & domum receſſit, pro victo habitum fuiſſe, ut ejus exemplum occurrit apud *Eund. l. 2. c. 7.*

TH. XI.

Per trophæa quoque & ſpoliorum dedicationes ac oblationes victoriæ obtentionem declarari & ſubjugationem victorum notum

B. eſt.

Explic.

I. TRophæa, *vel* juxta Etymologiam rectius, ut demonſtrant *Martinius & Voſſius in ſuis Lexicis Etymologicis*, & Alii *Tropæa*, *nihil aliud ſunt*, quàm corpora hoſtium trunca, fictitia & adumbratilia, cum laceris armis ad demonſtrandam victoriam obtentam in locis publicis aut conſpicuis à victore erecta: *Hinc & Juvenali Satyr. 10. circa med.* Et *Ovidio lib. 3. de Ponto Eleg. 4. ipſa trophæa trunca vocantur.*

Ubi in gratiam Philologiæ Studioſorum monendum, juxta *Quinctil. lib. 1. c. 5. p. m. 26. parciſſimè apud Veteres aſpirationem H. in vocalibus uſitatam fuiſſe.* *Deinde diu ſervatum, ne conſonantibus adjiceretur, ut in Graccis & triumpis, poſteà verò brevi tempore nimium ejus uſum invaluiſſe, ita ut chorona, chenturiones,*

C. *præchones in quibusdam inſcriptionibus manſerint*, quod etiam acutè notavit *Catullus in Epigramm. de Arrio:*

Chommoda dicebat, ſi quando commoda vellet
Dicere, & hinſidias Arius inſidias.
Et tum mirificè ſperabat ſe eſſe locutum,
Cum quantum poterat, dixerat hinſidias.

Quamvis juxta uſum & euphoniam melius trophæum & triumphus ſcribatur, *judicio Ciceronis in Oratore ad Brutum. c. 48.* juxta quem ſcientia docto reſervanda, uſus loquendi populo concedendus eſt.

Conſiſtebant autem illa inſuper, & præter talia corpora (1) in inſcriptione ejus, qui victor & victus fuiſſet, qualis fuit illa Græcorum apud *Plutarchum de Herodoti malignitate c. 31.*

Cecropia hoc quondam in pelago cum claſſe juventus
Devicit populos omnigenos Aſia,

D. *Medorum perüt que exercitus: iſta trophæa*
Protinus erexit, virgo Diana, tibi.

Ita Germanis ad Viſurgim à Tiberio cæſis, ejus miles in loco prælii aggerem ſtruxit, & in modum trophæorum arma ſubſcriptis victarum Gentium nominibus impoſuit. *Tac. 2. Ann. 18.*

Ubi ſingulare hoc notandum, quod trophæis ex ſpoliis hoſtium confectis quandoque ſanguine ex vulneribus manante loco atramenti inſcriptio [: exempli gratiâ, his verbis: Lacedæmonii victores contra Argivos :] *facta fuerit, ſicut de Othryade Stobæus Serm. 7. de fortitudine circa med. & Valer. Maxim. lib. 3. c. 2. n. 4.*

Plura reperiri poſſunt apud Gruter. in abſoluto Inſcriptionum antiquarum opere eis: Operum publicorum Cæſarum Imperatorumq;.

(2) *In monumentis lapideis, æreis, ligneis & ceſpititiis, ubi notandum, quod prima conſtiterint* in marmoreis vel æreis ſtatuis, quarum mentio-

mentionem facit *Tacit.13. Ann.41. & Plin. lib.34.c.5. & 6.* de quo plura apud *Buleng. de Triumph. cap. 2.* tabulis, columnis & turribus, quales C. Menio victis Latinis & C. Duillio victis Pœnis poſitæ fuerunt: *Plin. lib.34.c.5.* nec non Domitius Ænobarbus & Fabius Maximus exſtruxit, narrante *Floro lib 3. cap.2.* & Caligula apud *Sueton. in ejus Vita c.46.* *Media* verò iotruncatis arboribus, qualibus uſus *Caligula d.l. & Æneas Victor apud Virgil. lib.11. Æneid. in pr.* quod Poeta ita exprimit:

Ingentem quercum deciſis undique ramis
Conſtituit tumulo, fulgentiaque induit arma
Mezenti Ducis exuvias, tibi magne tropæum
Bellipotens:

Et paulo poſt:

Indutosque jubet truncos hoſtilibus a mis
Ipſos ferre Duces, inimicaque nomina
figi.

Nec non *Juven. Satyr.10. circa med.* ubi legi poteſt, cauſam finalem ſimul referens.

Ita quoque Romulus Acrone devicto quercum prægrandem incidit, ac in formam trophæi dolavit, Acronis arma ſuo ſingula ordine appendit & adaptavit. *Plutar. in ejus Vita c.26.*

Poſtrema tandem ex ceſpitibus aggere conſtructo, ut patet ex *Tacit. d.2 Ann.18.*

Fuère quoque ſpecies talium monumentorum fornices vel arcus triumphales, Græcis tropæophori dicti, ut patet ex *Dione lib.53. f.m.515.* Horum mentiooem facit *Tacit. 2. Ann.41. 64. & 83. & 13. Annal.41. & 15. Ann. 18. nec* non *Dio l.60. p.m.679:* ubi deſcribit illos arcus trophæa ferentes, *Typos illorum videre poteſt curioſus Lector apud Auson. Auguſtin. in Numism. tab. 10. n.23. & tab. 11. n.11. & 12. it. tab.32. n.9. & alios*, quos recenſet *Roſin. in antiq. Roman. lib.10. c. 29. & Kypping. in Antiq. Rom. in annexâ ad finem diſſert.2. §. 6.* *Et illorum contenta ex ſequentibus Prudentii lib.2. in Symm. verſibus:*

Fruſtra igitur currus ſummo miramur in arcu
Quadrijugos, ſtantesque Duces in curribus
altis,
Sub pedibusque Ducum captivos poplite flexo
Ad juga depreſſos, manibusque in terga retortis
Et ſuſpenſa gravi telorum fragmina trunco.

Cæterùm formam arcuum ante lunatam poſtea quadratam factam fuiſſe, *docet Buleng. de ſpoliis bellic. Trophæis &c. c. 2. ubi multa egregia videri poſſunt.*

(3.) *In materia in monumentis iſtis ſuſpenſâ vel ex illis pendenti, qualis fuit*, ut diximus, corpus humanum, ſed adumbratum & truncum cum primariis Ducis & principalium militum *exuviis, puta* clypeis, gladiis, loricis, ſive thoracibus, gladiis, clavis & ſimilibus, *unde etiam trophæum propriè ſic dictum, Tacit.2. Hiſt.70. armorum agger vocatur.*

Ubi notandum ſingulare hoc, in arcu Titi marmoreo ob devictos Judæos & occupatam Hieroſolymam erecto *in uno latere* exſculptum fuiſſe Imperatorem in curru ſedentem & ab alata Victoria coronatum: Et *ante currum prælatam arcam fœderis*, præcedentibus duobus faſcibus Conſulum: *in altero latere tabulas Moſis, menſam auream, candelabrum aureum, cum ſeptem lucernis, & varia Templi Judaici vaſa.* *In medio arcu* Titum ſedentem aquilam alis expanſis utraque manu ſub genibus tenentem, in froote Judæos vinctis poſt tergum manibus, ut refert *Buleng. d. Triumph. c. 2.* *Meminit etiam hujus triumphi Procopius lib.2. Hiſt. Vandal. p.85. Et Joſeph. de bell. Judaic. lib.7 c.24. Plura in præced. num.2. notata & legi poſſunt apud Buleng. d.c.2.*

A. (4.) *In certo, publico attamen, vel alio conſpicuo loco, ubi erecta: fuit autem ille vel ipſe pugnæ & victoriæ locus*, ut ex ante allegatis *Plutarchi, Flori & Taciti locis, Dione lib. 42. fol. 207. aliisque Hiſtoricis patet*; Sicuti etiam *Lotharius Saxoniæ Dux* poſt prælium Anno 1115. cum Imp. Henrico ioitum in loco ipſo ad ſylvam Welphonis columnam erexit, cui impoſitus fuit vir loricatus, manu clavam tenens, & ſuum inſigne ab ea ſuſpendi curavit, ut refert *Bünting. in Chron. Brunov. ad illum annum.*

Vel alius publicus in urbibus primariis victricis gentis. *Sic Roma* ob Germanici victoriam propter ædem Saturni, juxta *Tacit. d.c.41.* Ob res præclarè à Germanico & Druſo geſtas *circa latera Templi Martis, Ibid.c.64.* Et ob bellum coutra Parthos feliciter geſtum *in medio Capitolio trophæa erecta fuère, juxta* B. *Eund. lib.15. Ann.18.*

Ita quoque ſecundùm Fabric. de Urbe Roma inter templa S. Euſebii & S. Juliani bioa Mario trophæa erecta fuère.

Addendum his, quandoque etiam in montibus trophæa fuiſſe conſtituta, ut in honorem Germanici in monte Syriæ Amano factum fuiſſe refert. *Tacit.2. Ann. 83.* Et narrat aliàs *Flor. lib.2.c.16.* Nec non *in fragmentis* Saluſtios ſcribit: Pompejum M. devictis Hiſpanis in Pyrenæis montibus trophæa conſtituiſſe, *quod etiam refert Dio l.41. p.165.*

Sic Sylla ob devictos hoſtes trophæum in Thurii vertice [: qui aſper, & in montis formam erectus erat:] poſuit. *Plut. in Ejus Vita. c.36. & 40.*

Item, quod trophæa talia apud Ethnicos plerumque Diis & Deabus certis fuerint dedicata, ut Æneas ap. Virgil. lib.11. in pr. Bellipotenti ſeu Marti, *Cecropes* Dianæ juxta *Plutarch. d.c.31.* *Romulus* Jo- C. vi Feretrio, juxta *Plut. in illius Vita c.27.* alii aliis fecêre. Ita *Livius lib.45. c.33.* refert: Paulum precatum eſſe Martem, Minervam, Lunamque matrem & cæteros Deos, quibus ſpolia hoſtium dicare jus faſque eſt.

Denique notanda Trophæorum religio vel ſanctitas. Nefas enim apud Ethnicos fuit, illa removere, quia bello Diis ea conſecrata ſunt, ut traditur à Dione lib.42. p. 207. & Vitruvio lib.2. c.8.

Quibus addendum, non omnibus Gentibus in uſu fuiſſe, trophæa erigere, ſicuti *de Macedonibus* expreſsè teſtatur *Pauſan. in Bœotic. circa fin.*

Porrò, ſicut in bello Civili à prudentibus victoribus triumphi non ſunt habiti, quemadmodum *ib. ſeq. expl. 1. n.2.* demonſtratum: *ita nec trophæa* ob victoriam reportatam erecta eſſe: *Quod etiam Cæſar*, obſervando Pompejum hac in re peccaſſe, *bene ponderavit*, ut refert *Dio lib.41. f.m.165. & f.177.* *Plura de tro-* D. *phæis legi poſſunt apud Alex. ab Alex.1. Genial. Dier.22. & Bulenger. d.c.2.*

II. *Quod ſpoliorum Dedicationes & oblationes attinet, ſciendum eſt, non ſolùm in populo Dei, ſed apud Gentiles* etiam ab antiquo moris fuiſſe, ut Deo ac Diis & Deabus partem ſpoliorum & prædæ ex hoſtibus captæ dedicarent. *Sic David* Deo pharetras aureas & reliqua Adadi arma conſecravit, ut refert *Joſeph.7. Antiq. cap.6.* *Sic Johova ipſe* præcepit, ut portio captæ à Midianitis prædæ cujuscunque generis ſibi aſſervetur. *Numer. c.31. verſ. 28. ſeq.* *Et gladium Goliathi* apud Abimelech Sacerdotem juxta ſacras veſtes repoſitum, nec non *Saulis arma* in æde Haſchtharotharum depoſita fuiſſe, ex *Samuele lib.1. c.21. v.9. & c.31. v.9. & 10.* patet.

Ita Philiſtæi arcam Dei vel fœderis in prælio ab

ab Iſraëlitis captam in æde Idoli ſui Dagonis collòcarunt & aſſervarunt 1. *Sam. 5. v. 2.* A. *Sic quoque Agamemnon* ex Troja Argos redux ſpolia plurima barbarorum ſuſpendit in excelſis templis, ut refert *Euripides in Electra.*

Sic apud Romanos Romulus opima [: hoc eſt, quæ ipſe Dux victo Duci detraxit:] de Cæninenſium Rege obtenta ſpolia & arma Jovi Feretrio dicavit. *Dionyſ. Halicar. lib. 2. c. 36.* De quo legi poteſt *Plutarch. in Marcell. c. 9. & 11.*

Servilius ſpolia votis redditis in Capitolio Diis obtulit; *Idem lib 6 c. 27.* *Horatius* ex ſpoliis à Sabinis perceptis quædam exemit, & ſimiliter Diis ſacravit, *Id lib. 11. c. 53.* *Idem Coſſus* Dictator devicto Vejentium Rege fecit juxta *Livium lib. 4. c. 20.* *aliud exemplum in clypeo* cum imagine devicti Asdrubalis refert *Id. lib. 25. c. 39.*

Talia verò ſpolia in foribus ſacris & liminibus templorum aſſervata fuiſſe clarè Silius lib. 1. Bell. Pun. ante fin. ibi narrat. B.

In foribus ſacris, primoque in limine templi
Captivi currus, belli decus, armaque rapta
Pugnantum Ducibus, ſævaque in Marte ſecures,
Perfoſſi clypei, & ſervantia tela cruorem
Clauſtraque portarum pendent ————

Hinc & apud Hiſtoricos & Eundem Livium l. 22. c. 57 legitur, quod quandoque ingruente neceſſitate vetera hoſtium ſpolia & arma templis porticibusque detracta, & in belli uſum adhibita fuerint. Quod etiam in bello Punico ſecundo factum fuiſſe memorat *Flor. lib. 2. c. 6.* *Item quod ſpolia hoſtium* Diis ſacrata cremata fuerint, ut exempla refert *Id. Liv. lib. 10. c. 29. lib. 23. c. 46. lib. 45. c. 33.*

Porrò quod ante prælium ac devictam Urbem Diis certam prædæ partem voverint, ut illius exemplum unum atque alterum, imprimis verò *lib. 5. c. 21. à Livio* recenſetur. C. *Plura videri poſſunt apud Rupert. ad Flor. lib. 2. c. 4. § 4.*

Et quod Victores ex præda certa donaria aurea confecerint, Diisque & Deabus ſuis dicarint, cujus exemplum occurrit in *aureo tropheo Jovi* à Flaminio erecto *apud Flor. d. l. aureâ coronâ 200. pondo* ex præda Asdrubalis Delphos miſſâ *apud Liv. lib. 28. c. 45.* *Aureo cratere* ex ornamentis muliebribus Vejorum in Urbe captâ obtentis Junoni à Camillo dicato apud *Zonar. 2. Annal. ſub Tarquinio.*

Refertur etiam a Cicerone 3. de Nat. Deor. c. 34. Quod inter donaria, *victoriola aurea patera & corona repeliantur: Ubi per victoriolas victorias parvas Deas ex auro factas* ſignificat, ut apparet ex *Val. Max. l. 1. c. 1. in Ext. n. 3.* *Victoriam enim pro Dea cultam fuiſſe ſupra th. 2. expl. 1. demonſtravimus.*

Sic quoque Pruſſios & Lithuanos adhuc gentiles certa ſpolia Diis dedicaſſe, ex Hiſtoricis refert *Hartknochius in Diſſert. Chronico Pruſſia Dusburgi ſubjecto XIIX. th. 9.* D. *& primarium occiſum hoſtem armis inditum & equo impoſitum in illorum honorem cremaſſe ex Dusburgo parte 3. c. 321. & Jeroſchinus Chronico Germ. probat, idem etiam cum captivis ſorte electis paratum eſſe ex Eodem Dusburgo præc. c. 86. conſtat.*

III. *Notandum hic unum atque alterum ſingulare factum, quo per transmiſſionem ſpoliorum magnitudinem victoriæ & numerum occiſorum domi nunciare voluerunt belli Duces.*

Tale fuit, cum Hannibale quitibus in prælio Cannenſi occiſis Romanis annulos aureos detrahi, eosque Carthaginem per fratrem Magonem transferri juſſit: horum verò tantus in veſtibulo curiæ ibidem effuſorum acervus fuit, ut metientibus dimidium ſuper tres modios expleſſe ſint quidam autores, referente Livio l. 23. c. 12. quamvis eorum ſaltem duos modios fuiſſe, Flor. lib. 2. c. 6. narret.

Tale etiam fuit, cum Tartari poſt prælium in Sileſia prope Lignicium Anno 1242. commiſſum, in quo Henricus Dux Sileſiæ peremtus etiam fuit, ad demonſtrandam victoriæ magnitudinem *unicuique hoſtium occiſorum unam auriculam præciderunt, & iis novem ingentes ſaccos impleverunt*, ut ex Hiſtoricis Polonicis, & inter eos *Mechovio l. 3. c. 38. Crom. l. 8. f. m. 144. & Neugebauero de Reb. Polon. lib. 3. ſub Boleslao IV. p. m. 142.* ac Sileſiacis *Schickfuſio in Chron. l. 1. c. 23.* conſtat.

Sic jam olim in Vet. Teſtamento talium ſpoliorum factum licet alio fine juſſum *in Davide* extat, *qui mandato Saulis* ſubdolo Philiſtæis occiſis numero ducentis in teſtimonium victoriæ præputia abſcidit, & Regi obtulit, ut narratur *Sam. 1. c. 18. v. 26.*

Et ſimile quid de Indis narrant rerum Indicarum Scriptores nonnulli.

IV. *Per ſubjugationem quoque victoriam certam declarari notiſſimum eſt, quoniam verò de illa præc. th. 7. expl. 2. egimus, lectorem eò remittimus.*

TH. XII.

Hactenus Declaratio Victoriæ per trophæa & ſpolia hoſtium erecta, dedicata atque oblata. Sequitur nunc declaratio ejusdem per publicas gratiarum actiones & *triumphum, qui duplex apud Romanos fuit major, κατ᾽ ἐξοχὴν* ita dictus & quidem maximè ſolennis Magiſtratum gerentis victoris curru triumphali vecti à Senatu Victoriæ inſignis & abſque multo civium ſanguine obtentæ demonſtrandæ causâ decreta in Urbem introductio, *ac ovatio*, quæ pedeſtris vel equeſtris etiam adeoque minus ſolennis ob Victoriam parvam nec incruentam vel alias res minores geſtas, à Senatu, ei, qui Magiſtratus dignitate præditus non erat, in Urbem decretus introitus fuit.

Explic.

I. D*E publicis gratiarum actionibus non attinet aliquid notare, quoniam notiſſima & ubique in uſu ſunt. Interim tamen præc. th. expl. de illis quædam adduximus.*

II. *Circa triumphum verò præmittendum hic, Illum non Imperatoris ſolùm vel militum ſimul, ſed etiam univerſi populi decus eſſe*, ut verè innuit *Servil. apud Livium lib. 45. c. 38. addens* militum propriam eſſe cauſam, qui & ipſi laureati & ſquisque donis, quibus donati ſunt, inſignes, triumphum nomine cient, ſuasque & Imperatoris laudes canentes per urbem incedunt. Et ſi quando non deportati ex provincia ad triumphum ſint, fremuiſſe, & tamen tum quoque ſe abſentes, quod ſuis manibus parta victoria ſit, triumphatos crediddiſſe: *Et poſtea notanda veniunt* (1) Cauſa efficiens, & etymon: (2) Cauſa meritoria ſeu materia circa quam: (3) Forma: (4) Finis: (5) Diviſio: (6) Adjuncta.

1. *Efficiens ſeu inventor apud Græcos* fertur fuiſſe Bacchus, juxta *Plin. lib. 7. c. 56. in pr. Diod. Sicul. lib. 4. c. 3. & Varron. lib. 5. de Lat. Ling. quia hic primus* omnium ob Indos ſubjugatos Elephanto triumphum egit, & quoq; [illegible], unde triumphus, [illegible] & pau-

ut paulò poſt dicetur, deſcendit, nominatur Varro d.l. 5. c. 7.

Apud Romanos verò Romulus, ut expreſsè teſtatur Halicarn. lib.2. c.35. Liv. lib.1. c.11. & Plutarch. in Ejus Vitâ. c.26. & ſeq.

Etymon quod attinet, doctiores noſtro cenſu rectè ſententiæ, triumphum ut dictum, à Baccho primo Inventore Plin. lib.7. c.56. & Θρίαμβος dicto derivari, ut inter alios etiam putat Varro d.l. Arrianus de Expedit. Alex. M. lib.6. p.m.432. Et Zonaras tom.2. Annal. ſub Diocletiano, ſicuti etiam Plutarch. in Marcel. c.36. Triumphum Græcis Thriambum dici concedit, quod confirmatur inſuper per Veterem acclamationem triumphantibus factam Jo triumphe, id eſt, vive Victor Bacchi imitator.

Meminit illius acclamationis Horat. 4. Carm. 2.

Teq́;, dum procedis, Jo triumphe
Non ſemel dicemus Jo triumphe
Civitas omnis. Et lib. Epod. Carm. 9.
Jo triumphe, tu moraris aureos
Currus, & intactos boves
Jo triumphe.

Nec non Ovid. lib. 4. Triſt. Eleg. 2.

Tempora Phœbeâ lauru cingentur Ioq́;
Miles Jö magnâ voce, triumphe, canet.

Plures locos videri poſſunt apud Briſſon. de formul. lib. 4. p. 352. Quâ etiam de causâ olim à quibusdam Romanis & quidem Cicerone ipſo ſine aſpiratione triumphus ſcriptus fuit, ut refert ipſe in Oratore ad Brut. c. 48.

Alias nec incongruas notationes recenſet Salm. ad Pancirol. lib.1. Rer. memor. tit.57. Martinius ac Voſſius in Lexic. Etymologicis. Guichardus de Triumph. c.1. ac Biſciola Tomo 2. Horar. Subciſiv. l.14. c.7. n.5.

2. Cauſa meritoria ſeu materia circa quam, reſpectu cujus triumphus decernebatur, concernit perſonas triumphaturas & res ab aliis geſtas.

Quod prius attinet, ſciendum eſt, non quemlibet Ducem bellicum, puta, cujus ductu ſolò in Victoria reportata fuit, ad triumphum obtinendum habilem fuiſſe, ſed ſaltem Magiſtratus majores bella nomine Senatus & Populi Romani propriis auſpiciis & in propriis provinciis gerentes, quales Dictatores, Conſules, Prætores.

Indicat hoc diſertis verbis Livius lib. 31. cap. 20. ſcribens: L. Corn. Lentulo Proconſuli triumphum denegatum fuiſſe, non ideò, quod res triumpho non dignas geſſiſſet, ſed quod Romani à Majoribus exemplum non accepiſſent, ut qui neq́; Dictator, neq́; Conſul, neq́; Prætor res geſſiſſet, triumpharet: Quod etiam idem memorat lib. 45. c. 35. Zonoras tom.2. Annal. atq́; refert Plutarch. in Pompej. c.22. ac Scipione c.19. & tangit Val. Max. d. lib.2. c.8. n.5. Et id Livius l.34. c.10. his verbis: Cauſa triumphi negati Senatus fuit, quod alieno auſpicio & in aliena provincia pugnaſſet.

Quod tamen à Pompejo adhuc juvene & nondum Magiſtratu obſtinatè neglectum, dum contradicente licet acriter Sullâ, nihilominus triumphare auſus eſt, ut refert Plut. in Ejus Vitâ. c.22. & ſeq.

Quoad poſterius verò notandum, triumphum ei ſoli conceſſum fuiſſe, qui (1) magnam Victoriam ab hoſte reportaſſet, id eſt, ad minimum quinque millia hoſtium unâ acie cecidiſſet, ut tradit Valer. Max. d. c.8. n.1. ubi ſimul cautelam, quâ numerus ille probandus fuit, refert, & aliquo modo vel implicitè Dio lib.37. p.47. & ſeq. Ipſo verò decimo die adventus id perfici debuiſſe Cicero teſtatur lib.3. Epiſt. ad Q. Fratr. 2. (2) pauco ſuorum ſanguine viciſſet, nec ante victus fuiſſet. Ita enim ob funeſtam victoriam Virginius & Servilius Conſules ſecundum Halic. l.9. c.33. & Appius Claudius à Gallis Salaſſis ante victus cùm reparatâ pugnâ ab iis victoriam reportaſſet, à petito triumpho rejectus eſt, ut recenſet Oroſius lib.5. Hiſt. c.4. (3) Hoſtem ex-

A. ternum fudiſſet; Nam in bello Civili haut triumphabat Victores, ut patet ex Appiano l.2. Bell. Civ. p.m 802. Val. Max. d. l. n.7. & Tacit. 3. Annal. 18. nec non Spartiano in Severo c.9. neq́; trophæa erigebant, uti de Julio Cæſare notavit Dio lib.41. f.m.165. quâ etiam de causâ Pompejus, cum Cæſarem Dyrrachium obſidentem aliquâ exercitus parte privaſſet, ne faſces quidem Lauro involvit, de Civibus victis hoc ferre indignum judicans, juxta Eund. d. lib. f m. 177.

Julium tamen Cæſarem ob talem Victoriam triumphaſſe refert Dio lib.42. p.223. & lib.43. p.234. ſed illum ſimul ideò Romanorum indignationem, quod iis rebus ſe jactaret, quas unica neceſſitas apud Deum hominesq́; excuſare poſſet, incurriſſe narrat Plut. in ejus vitâ c.29. & 80.

Nec non Sullam, qui tamen nullum Civium Romanorum Oppidum inter ſimulacra devictarum Urbium vexit, refert Val. Max. d.l. in fin.

B. Et Muciano ob ſimilem Victoriam triumphalia permiſſa, ſed expeditionem in Sarmatas fictam fuiſſe Tacit. lib.4. Hiſt.4. narrat.

Qui (4) provinciam novam ab hoſte acquiſiviſſet, ex illâ exercitum deportaſſet, & illam pacatam ſucceſſori reliquiſſet provinciam. Liv. lib.39. c 29. & Val. Max. d.l. n.4. Et ideò ob recuperatas Hiſpanias Scipioni negatum fuiſſe triumphum Id. n.5. ſcribit.

(5) proprio exercitu, ductu & auſpicio victoriam obtinuiſſet, ut clarè innoit Liv. lib.31 c.48. de quibus omnibus legi poteſt Alex. ab Alex. Genial. dier. 22.

3. Forma ſive ſolennitas triumphi conſiſtebat in Antecedentibus, Concomitantibus & ſubſequentibus.

Antecedentia ſub ſe continebant Victoriæ denunciationem ſolennem & petitionem triumphi quandoq́; annexam, à belli Duce per literas vel Legatos aut nuncios Senatus Rom. regulariter factam.

Quandoq́; enim ipſos Victores pro re natâ Romam
C. profectos iſſe, ſed Urbem ante decretum triumphum non intraſſe, verùm in campo Martio ubi is cum exercitu interim caſtra metabatur, referente Halicar. lib. 11. c. 54. Intra ædem Bellonæ congregato Senatui res geſtas oretenus recitaſſe, refert Cic. lib.7. ad Attic. Ep.4. Liv. lib.26. c.21. lib.31. c.47. l.36. c.39. & 42. c.21. Plut. in Scip. c.19. & aliis. Interdum tamen Senatum illum etiã extra Urbem in æde Apollinis habitum fuiſſe, Id. Liv. lib.37. c.58. narrat, Magiſtratus tamen obtinendi causâ illum potuiſſe Urbem ante triumphum intrare ex Plut. d.l. patet, ſed illum nihilominùs in campum Martium poſt & ante triumphum rediiſſe dubio caret: Sicuti etiam ſi poſterioribus temporibus Dux Urbem eſſet ingreſſus, decreto triumpho illâ egredi ad auſpicia repetenda oportuit, ut exemplo Druſi probat Tacit. lib.3. Ann. c.19. & Auguſti firmat Dio lib.54. in f.

Exemplum de nuncio vel legato ideò miſſo habet Liv. lib.36. c.21. Quod verò literas attinet, notandum eſt,
D. illas lauro involutas vel iis lauri ramum annexum fuiſſe in Victoriæ ſignum, ut memorat Plin. lib.15. c. ult. in med. Eò reſpiciens Martial. lib.2. Epigr.5. canit:

Publica Victrices teſtantur gaudia charta,
Martia laurigerâ cuſpide tela virent.

Quâ etiam de causâ illa Laureata à Liv. lib.5. c.28. & Capitolin. in Maxim. Seniore c.24. Tacito brevitatis cultore Laureata ſimpliciter in Agric. c.18. & Laurea ſubſtantivè 3. Hiſt.77. Tabella Laureata à Liv. lib.45. c.1. vocantur.

Deinde conſultationem in Senatu ſuper eo negocio habitam, cujus exempla exſtant in Liv. d.l.26. c.21. lib.3. c.29. & 63. & l.37. c.46. ac alibi paſſim. Poſt decretum Senatus accedente per Tribunum Plebis populi conſenſu de illo, puta triumpho, ſtato tempore habendo (quamvis etiam exempla exſtent triumphorum à ſolo populo, invito & contradicente Senatu decretorũ apud

[Xx] Liv.

Liv. d. lib.3. c.63. Halicarn. lib.6. cap.27. & lib.11. c.55. de quo legi poteſt *Buleng. de ſpoliis bellicis c.7.*) *Et tandem Imperatoris vel belli Ducis cum exercitu, captivis, ſpoliisq; ad Urbem adventum* (præſentem enim eum eſſe debuiſſe ex triumphi legibus & hiſtoriis conſtat, *quamvis Cicero etiam Lepido abſenti*, quod prius factum non erat, ex ſingulari ratione triumphum decretum fuiſſe 13. *Philipp. c.4.* referat) præfixo à Senatu tempore factum, & ſubſiſtentiam illius extra Urbem. Nam, ut dictum, illi tanquam triumphaturo ante triumphum extra Urbem manendum, nec eam intrare licitum fuit, ut præter alios *Plut in Pompejo. c.11.* memorat.

Concomitantia complectebantur ſub ſe actum ipſum ſolennis iſtius deductionis, qui abſolvebatur (1) *Congregatione Populi & Senatus obviatione ad Portam triumphalem factâ.* (2) *Pompâ deductioni per Urbem mediam in Capitolium*, ac ubi in forum deventum eſt, captivorum in carcerem deductione & interfectione: de quo tamen conſule *Alexand. Donatum S. J. in deſcript. Romæ Veteris ac recentis.* (3) *Sacrificio in Templo Capitolino peracto.*

Quod primum concernit ipſâ ad pompam hanc deſtinatâ die Populus Romanus candidis vel puris amictus veſtibus omnia fora, circos, compita & alia loca, per quæ triumphus duci ſolet, defixis ad eò melius ſpectandum tabulatis occupabat, templa viasq; ſertis ac floribus ornabat, & epula privata ante fores proprias inſtituebat.

Dum hæc fiebant, Senatus triumphaturo usque ad portam, ut dictum, triumphalem (de quâ conſulendus *Joſeph. lib.7. c.24. & Godelevaus ad Liv. lib.2. p.40. ac Aringhus in Româ ſubter. l.2. c.3. n.2. & ſeq.*) obviam ibat, ibique illum cum annexis præſtolabatur.

Quoad ſecundum adventante triumphali cœtu *Senatus* juxta ordinem, exceptis tamen ſic dictis Magiſtratibus, qui triumphalem currum, ut mox dicetur, immediatè ſequebantur, ſe movebat verſus Capitolium per ſolita publica loca conferebat, quem turba miniſtrorum publicorum ad tranſitum commodum præparandum præcedebat.

Hunc ſequebatur multitudo tibicinum & buccinatorum ſertis ornatorum militares clangores & mixtim claſſicum edentium.

His porrò inhærebant currus plurimi partim ſpoliis & prædiis hoſtium diverſis onerati, *partim* devictarum gentium inſcriptiones ac imagines, & captarum urbium ſimulacra cum deſcriptionibus rerum geſtarum, nec non magnorum fluminum ſuperatorum typos & ſimilia in devictis gentibus notabilia omnia tabulis expreſſa vehentes, *partim* aurum & argentum à victis acquiſitum cum theſauris portantes, *quorum agmen* iterum turba buccinatorum & tibicinum claudebat.

Poſt hos ducebatur pro victoriæ magnitudine prægrandium candidorum ex Umbriâ vel Menania (ubi ob Clitumni fluvii fœcunditatem ſingularem tales teſte *Virgil. 2. Æneid. v.146. ſeq. ac Claudiano de VI. Honorii Conſulatu v.505. & ſeq. ibiq; Barthio*, præcipuè reperiuntur) *allatorum boum quadam & quandoq; centum tranſcendens* (ut ejus exemplum *Plut. in Æmil. Paul c.54.* refert) *quantitas*, qui variè imprimis verò cornibus inauratis & ſertis decorati à Popis & ſacrificulis ſuccinctis trahebantur ac circumdabantur, quibus adjuncti erant horum miniſtri, antiquis *Camilli & Camillæ* (vel Caſmilli, ut inter alios demonſtrat *Saubert. de Sacrif. c.6. p.141.*) juxta *Macrob. lib.3. Saturn. c.8.* dicti aurea ac argentea vaſa ad ſacrificium perficiendum deſtinata portantes.

His in ordine proximi erant captivi Reges, Duces & illorum conjuges ac liberi, ſi tales ſimul capti eſſent, *item* Tribuni, Centuriones, vel reliqui hoſtium robuſtiſſimi *pro dignitate cujusq;*, ſi placet Diis, *catenis aureis*, uti refert *de Zenobia Pollio in Ejus vitâ circa fin. & Vopiſcus in D. Aureliano c.34. & de Siphace Silius l.17. ante fin. & in genere Ovid. 4. Triſt. 2. ac Plinius in Panegyr. Trajani c.17. argenteis & ferreis, uti de his canit Claudianus 2. de Laudibus Stilic. v.373. & ſeq. nec non nervis pro delicti qualitate onerati*, de quo etiam legi poteſt *Catanæus & Lipſius ad d. Plin. c.17. reliqui viliores publicè venditi fuerunt, ut ex hiſtoriis conſtat.*

Ubi notandum in Ægyptiaco Auguſti triumpho Cleopatra jam mortuæ effigiem ad vivum effectam inter captivos ſimul deductam fuiſſe, referente Dione lib. 51. f. m. 459. & Zonarâ lib.2. Annal. ſub C. Octavio.

Excipiebant illos multi egregii & ſertis ornati juvenes provincialium, ſociorum & amicorum, uti etiam exercitus ipſius dona ac coronas aureas, quæ coronarium aurum, *ut præc. c.9. th.15. expl.1. n.1.* deductum, vocabantur, & ſimilia longâ ſerie geſtantes. *Ita Cn. Manlius in triumpho tulit* tales coronas 200. duodecim pondo, referente *Livio l.39. c.6. in Julii Cæſaris triumpho prælata 2822.* narrante *Appiano l.2. Bell. Civil. p.m. 802. Ita in Scipionis triumpho prælata* quoque fuerunt multæ coronæ Imperatori ob virtutem datæ à civitatibus aut ſociis aut ab ipſo exercitu, memorante *Eodem de Bellis Punic. p. m. 58. Et eandem lictores cum faſcibus & ſecuribus Laureatis purpureis amicti veſtibus.*

Ubi notandum in his & aliis ſimilibus locis per pondus adjectum non pondus auri ipſum, ſed valorem ſecundum proportionem auri & argenti ex judicio quorundam doctiſſimorum virorum intelligi debere, ex. gr. cùm in loco primo latas 200. coronas aureas duodecim pondo refertur, intelligendum eſſe unamquamque 12. libras argenti valuiſſe, adeoque ſaltem 10. auri uncias ſecundum proportionem duodenariam, quæ inter aurum & argentum apud illos uſitata fuit, (nam aurum tunc apud illos rarum adeoque ſecundum illud pondus æſtimatum non fuit) æſtimatione confeciſſe, de quo vide *Capellum de Ponder. Nummis & Menſur. l.2. c.19. Atque ita ille Plinium l.33. c.3.* ubi hic ſcribit ſe mirari, quod populus Romanus devictis gentibus in tributo ſemper argentum nō aurum imperitaſſet, *explicat*, quod quidem argentum ſemper fuerit imperitatum ut uſitatum, exſolutio verò etiam in auro ſecundum dictam proportionem duodenariam fieri potuerit.

His præmiſſis ſuccedebat Imperator ſive triumphator curru aureo (ut Eutrop. l.4. de Paulo Æmilio, Philoſtratus in Dione Chryſoſtomo de Trajano & Marcell. lib.16. p.m.70. de Conſtantino illum perſtringendo narrat) vel potiùs (ut *Ovid.1. Amor.2. v.42. & Procop.2. El.16. canit*, de quo legi poteſt *Buleng. de Spol. bell. c.20*) *inaurato*, quem *Juven. Sat. 2. poſt med.* aheneum vocat, *quoniam* aureus currus pondus immenſum & vix tractioni conveniens confeciſſet, *nonnunquam etiam gemmato*, ut de Pompejo refert *Appianus de Bellis Mithridaticis p.m 418. & eburneo, ut Tibullus l.1. Eleg.7. indicat. & præalto ac inſtar turris rotundo*, ut tradit *Zonar. tom.2. Annal. ſub Camilli geſtis f.m. 61. & ex arcu triumphali Titi probat Panvinius de Triumph. p. m. 8.* (quem ideò *Juven: Satyr.10. poſt pr. & Prudent.*

dent. l.2. adverſ. Symm. currum altum, & *Tertull. in Apolog. c.32. ſublimiſſimum vocat*, quod etiam *Plinius in Paneg. Traj. c.17. & 22. ac Liv. lib. 28. c.9. indicat dicens, Conſul ſublimis curru, ordinariè*, (nam poſteà etiam alia jumenta, ut *in ſequentibus n.1.* dicetur) *à quatuor candidis equis* (quorum habenas ipſe juxta *Val Max. l.4. c.4. n.5.* tenebat) ut meminit *Liv. l.5. c.28. & alii à Buleng. de Spol. bell. c.21. adducti* gemmiſque & coronis ornatis æquâ fronte junctis vectus & togâ purpureâ auro intexto, (quam *palmatam* nominarunt, & *Imperatores ex Capitolio vel de Palatio acceperunt*, ut expreſsè ſcribit *Capitolin. in Gordiano Seniore c.4.* & de qua latè & eruditè agit *Buleng. d. Tr. de ſpol. bell. c.18.*) amictus, & quandoque minio in facie tinctus, ut de Camillo ex Verrio refert *Plin. l.33. c.7. in pr.* capite coronam lauream (quæ poſtea in Jovis Capitolini gremium repoſita fuit, ut inter alios indicat *Sen. de Conſol. ad Helviam c.10. Plin. in Panegyr. Traj. c.8. Sueton. in Domit. c.6. Plinius alter l.15. c.ult. & Pacatus in Panegyr. Theodoſii c.9. de qua plura præced. c.9. th.15. explic.1. n.1. notata*) dextrâ lauri ramum & ſiniſtrâ ſcipionem eburneum geſtans, *à tergo* in eodem curru adſtantem habens *miniſtrum publicum* vel lictorem (de quo legi poteſt *Buleng. de Spol. bell. c.17. in fin.*) *coronam auream latam & magni ponderis ſuper ejus caput & ſimul tintinnabulum ac flagellum*, ultimi ſupplicii ſigna cum aureâ bullâ cum in finem, ut triumphator ſe hominem eſſe recordetur, adeoque à ſuperbiâ & faſtu alienus ſit, (quâ etiam de causâ ille annulum ferreum ſicuti ſervus iſte in digito geſtavit, ut illius & ſervi fortuna par eſſet referente *Plin. l.33. c.1.*) ſecum ferentem: ut refert *Zonar. d. tom.2. Annal. d.l.* & indicat *Tertull. in Apologet. d.c.32. ac Juven. d. Satyr.10. in pr.* ita canens:

- - - magnaq; coronæ
Tantum orbem, quanto cervix non ſufficit ulla?
Quippe tenet ſudans hanc publicus & ſibi Conſul
Ne placeat, curru ſervus portatur eodem.

Illam verò ex auro coronario confectam fuiſſe tradit A. Thyleſius in Comm. de Coron. & Hetruſcam à prima origine vocat Plin. d. l. 33. c.1.

Vehebantur etiam in ejuſdem curruus anticâ parte vel equis triumphantium honoris causâ ex illius liberis nonnulli prætextati, ut docet *Cic. pro Murenâ. cap.5. cæteris unà cum cognatis è in equis ipſum comitantibus. Quos omnes circumdabant* pſallentes, tibicines, & buccinatores corollis & floribus ornati, in medio ſui habentes quendam talari veſte, fimbriis atque armillis auro ſplendenti amictum, geſtus ac riſus varios edentem, & iiſdem captivis inſultantem. *Imperatorem inſequebantur Magiſtratus*, puta Dictator, Conſules, Prætores, juxta *Dionem d. lib.51. f.459. Item Senatores*, Victoriæ ſocii, quales & quidem equites militares & Legati & Tribuni, poſt hos Centuriones cum reliquis Officialibus & totus præſens Exercitus, in turmas, Legiones, ac acies diſtinctus, coronis laureis & alio ornatu decori, *Imperatorem & Tribunos partim* laudibus evehens, *partim* contumeliis laceſſens, cujus exemplum refert *Idem Dio lib.42. f.223. Quibus plebs comeſſabunda inhærebat juxta Liv. l.3. c.29. & ſic totam pompam claudebat.*

Triumpho hoc in forum perveniente, Triumphator ex captivis primarios tàm ratione dignitatis, quàm exercitæ hoſtilitatis in carcerem detrudi, & in eo *ſtrangulari juſſit* (ſicut poſt alios etiam refert *Appian. de Bellis Mithridat. p.m.418. ac Eumenes in Paneg. Conſtant. Aug. c.10.* (*reliquis* vitâ donatis & vel venditis, vel carceri mancipatis, de quo etiam *paulò ante ſub hoc numero* egimus, *ipſe verò cum pompâ in Capitolium perrexit*, in eo Jovi Feretrio ſpolia dedicaturus & ſacrificaturus, *& quidem ideo*, *quia* in illo Diis vota nuncupavit, adeoque etiam victor ad eoſdem merita dona populi Romani traduxit, ut loquitur *Servil. apud Livium l.45. c.39.*

Hic ſingulariter notandum, Claudium Imperatorem genibus levantibus eum utrinq; generis per ſcalas adſcendiſſe, ut refert Dio lib.60. pag.680. Et Alexandrum Severum pedibus in Capitolium ſe contuliſſe curru triumphali à tergo ſequente, omnibus tamen illum manibus levantibus, ut memorat *Lamprid. in Ejus Vitâ c.57.*

Quoad tertium verò, puta ſacrificium, obſervandum eſt, illud tùm demùm, quando ſtrangulatio captivorum perfecta & triumphatori nunciata eſt, mactatis præfatis bobus peractum, & tunc ſimul ſpolia & coronam ab illo Diis vel Deabus dedicata fuiſſe, de quo legi poteſt *Joſeph. l.7. belli Judaici c.24. circ. fin. & Demſt. ad Roſin. l.10. c.29. circ. fin.*

De corona triumphali in ſinum vel gremium Jovis Capitolini à Triumphatore repoſita vide *præc. cap.9. th.16. expl.1. n.1. conſignata.*

Et ſic quoque de Concomitantibus egimus.

Sequuntur nunc Conſequentia nempe Epulum publicum in Capitolio teſte Liv. l.45. c.39. datum, cui non ſolùm Senatus, ſed & totus populus interfuit, & ſuperſtites Captivi ſubminiſtrarunt, & quod congiario populo elargito finitum eſt, ut patet ex Joſeph. & Zonarâ dd. ll.

Ex Valer. Max. d. lib.2. c.8. n.6. tamen ſimul conſtat, Conſules quidem invitatos, ſed ne venirent, ſimul rogatos fuiſſe, ne quis eo die, quo illi triumpharet, majoris in eo eſſet imperii.

De epulo illo refert Sueton. in Tiberio c.20. Quod Triumphator illud mille menſis dederit. Quod etiam Statius aſſerit lib.4. Sylv. 2.

Cùm jam Romuleos proceres, trabeataq; Cæſar
Agmina mille ſimul juſſit diſcumbere menſis.

Julium Cæſarem illud in 22000. triclinus exhibuiſſe refert Plut. in Ejus Vitâ c.28.

Ubi obiter notandum, Craſſum quandoq; populo in exhibito Herculi ſacriſicio 10000. menſarum epulum præbuiſſe, ut refert *Plut. in Ejus Vitâ c.23.*

De loco autem, ubi propriè illud habitum fuerit, non conſentiunt Auctores, nobis magis probabile videtur, quod illud in porticibus Capitolii juxta narrationem Zonaræ tom.2. Annal. ſub Camilli geſtis peractum fuerit, quia templum Jovis Capitolini ipſum juxta recenſitionem *Poſſidonii lib.2. Hiſtor.* tantæ capacitatis non fuit, ut tot menſæ vel triclinia in illo ſternerentur, de quo tamen etiam legi poteſt *Rycquius de Capitolio Romano c.12. & 34. ubi de ejus magnitudine & porticibus latè agit. Quanquam ad autoritatem utriq; ſalvandam dici poſſet, & in Capitolino templo & in ejus porticibus illud exhibitum ſimul fuiſſe.*

Quibus addendum ſumtus ad hanc pompam neceſſarios ex ærario publico erogatos fuiſſe juxta Liv. lib.33. c.8.

Hæc omnia ex diverſis fide dignis Hiſtoricis, puta Liv. lib.3. c.29. & aliis allegatis ſupra locis & Dione paſſim Val. Max. d. c.8. Appiano in Libycis, Zonarâ tom 2. Ann. ſub Camillo, Joſepho lib.7. de bell. Judaic. c.24. Vopiſco in Aurel. c.33. & 34. & aliis fide dignis Auctoribus, prout connectenda illa eſſe invenimus, congeſſimus, *curioſum lectorē inſuper ad Onuphr. Panvinium de triumph. Lipſium ad Tacit. Annales, Modium in Pandect. triumph. tom.1. l.1. Valtur. l.12. de Re Militari. Demſt. in Paral. ad Roſ. antiq. lib.10. c.29. Pancir. Memor. lib.1. tit.57. & ibi Salmuth. Buleng. de ſpol. bellico cap.24. ſeq. Caſſanaeum in Catal. Glor. Mundi P.1. conſid.36. Martinum di Guichardo in Noſti-*

Noctibus Granzovinus de Antiquis Triumphis, & Kipping. in Antiq. Rom. diſſert. ſecundâ annexâ remittentes.

De noviori triumpho Friderici I. Imperatoris Paphiæ habito videri poteſt *Gunth. in Ligurino lib.10.* & *de triumpho Alphonſi Arrag. Reg. Panorm. de dict. & fact. Ejus in fine.* Et de pluribus *Modium d. t. 1. l. 2.*

Et his ex antiquitatibus adhuc quo ad formam addimus ſequentia:

1. *Triumphalem pompam* ex inſtituto Romuli primò fuiſſe exiguam, ut patet ejus ex deſcriptione apud *Halic. lib. 2. c. 35. & Liv. lib. 1. c. 11.* (quamvis *Plut. in Romulo c. 27.* quoad quadrigas uſurpatas ei adverſetur, & has poſteà demùm inventas aſſerat) *Poſteà verò*, ut ex ſequenti patebit, in immenſum faſtum & luxum excreviſſe, ita ut inde *Cicer. in Orat. in Piſon. c. 25.* illum exprobrandi anſa data fuerit his verbis: *Quid tandem habet ille currus? Quid vincti ante currum Duces? Quid ſimulacra oppidorum? Quid aurum? Quid argentum? Quid Legati in equis & [illegible]bini? Quid clamor militum? Quid tota illa pompa? inania ſunt iſta, mihi crede, delectamenta puerorum, captare plauſus, vehi per Orbem, conſpici velle.*

2. *Poſteà Camillum* primo in triumpho albis equis quaternatim junctis uſum fuiſſe, ut ſequentibus clarè exprimit verbis *Liv. lib. 5. c. 23. & c. 28. Triumphus illius omnem conſuetum illius diei modum aliquantum exceſſit. Maximè conſpicuus eſt ipſe currus equis albis juncto Urbem invectus: parumq́; id non civile modò, ſed etiam humanum viſum. Jovis Soliſq́; equis æquiparatum Dictatorem in religionem etiam trahebant. Triumphus ob eam unam maximè rem clarior quàm gratior fuit.* Cui ferè conſentanea ſeribit *Plut. in Camill. c. 11. Addit verò Agrippa in Orat. ſuâ apud Dion. lib. 52. f. 472. illum ideò in exilium actum eſſe.* De quo legi poteſt *Rupert. ad Flor. lib. 1. c. 5. in fin.* ubi nonnullos Hiſtoricos & Poëtas aliter ſentientes refutat.

Equis albis interim poſt alios etiam triumphavit Nero Sueton. in Ejus Vitâ c. 25.

Sequentibus tamen temporibus neq́; hi equi ad pompæ celebritatem exprimendam ſufficientes æſtimati, dum pro iis uſurpati *Elephanti*, quibus primò quidem ut voluit *Pompejus M.* ſed ab incepto ob portarum anguſtiam prohibitus fuit, ut refert *Plut. in Ejus Vitâ. c. 23. illum tamen iis uſum* fuiſſe contra Procilium tradit *Plin. lib. 8. c. 2. Alexander Severus ſecundum Lamprid. c. 57. & Gordianus tertius*, cui illud à Senatu, ut quadrigis Elephantorum in triumpho uteretur, ſpecialiter ideò permiſſum, quia Perſas viciſſet, ut tradit *Capitolin. in Ejus Vitâ c. 27. Ex quo latitudo portæ triumphalis conjici poteſt, & præſumendum, illam poſteà extenſam fuiſſe.* Similiter *Heraclius teſte Nicephoro Patriarchâ in Breviario Hiſtor. ad ann. 631. quatuor Elephantis Byzantium triumphabundus ingreſſus eſt.*

Legitur etiam ante illum Cn. Domitius, ſed extra Urbem in Provinciâ uno elephanto vectus quaſi triumphaſſe ap. *Sueton. in Neron. c. 2.*

Leones, quales pro curru habuit *M. Antonius teſte Plinio d. l. 8. c. 16*

Cervi quaternatim juncti, qui *in triumpho Aurelianus* currum captivum Regis Gothorum traxerunt, ut refert *Vopiſcus in Ejus Vitâ. c. 33.*

3. *Quandoq; etiam murorum quandam partem dejectum fuiſſe, ut triumphator per ruinam illam intraret, ut à Joâ Iſraelitarum Rege* occuptâ Hieroſolymâ & *Nerone Claudio Imperatore* Neapoli factum fuiſſe *Joſeph. lib. 9. Antiq. Roman. c. 10. & Suet. in Ejus Vitâ*

A. c. 25. narrat. *Quod ideo factum fuiſſe quidam conjiciunt, quia portæ non ſatis patulæ fuerunt. Sed Plutarch. in Sympoſiaco 2. quæſt. 5. proprium cauſam affert, quia Urbi murorum non eſſet magnus uſus, viris prædita pugnandi vincendiq́; gnaris.*

Obſervavit idem Alphonſus Arrag. Rex, cum triumphabundus captam Neapolim Anno 1443. intraret, ut deſcripto triumphi illiq à Panorm. in dict. & fact. c. 19 in fin. adjecti indicant. Sed illud proculdubio ob devictionem Urbis & in ejus contumeliam factum eſt.

4. *Poſterioribus, Imperatorum ſcilicet, temporibus rarò triumphatum eſſe, ob illam potiſſimùm rationem, quod Imperatores multi per Duces ſuos bella gererent, ut etiam annotavit Rupert. ad Val. Max. d. lib. 2. c. 8. in fin. his verò triumphus non concederetur, quoniam* Imperatores tanquam Auctores omnem Victoriam ſibi adſcriberent. *Hinc Procopius lib. 2. Hiſt. Vandalic. p. 85. aſſerit, ab eo tempore, quo Beliſarius triumphum*

B. *Bizantii permiſſu Imperatoris duxit, ſexcentos elapſos fuiſſe annos, quibus nemini præter Titum, Trajanum, aliosq́; in ſummâ potentiâ barbarorum Victores id contigerit.*

Nec tamen tales Duces omni honore Victoribus ob virtutem debito privarentur, ornamenta triumphalia iis attributa ſunt, quod quidem in Tiberio nondum Imperatore ortum traxiſſe ſecundùm nonnullorum opinionem refere Sueton. in Ejus vitâ. c. 9. & illa etiam ſub Tiberio memorat Paterc. l. 2. c. 112. 115. & 116. ubi addit Paſſienum & Coſſum ante paucos annos eadem etiam meruiſſe, meminit illorum etiam Plin in Panegyr. c. 89. *Sed Dio honoris hujus primordia ad Agrippam rectiùs refert: Hic enim* ob victoriam obtentam decretum ſub Auguſto triumphum modeſtiæ causâ recuſavit, & hinc in poſterum talibus Ducibus ſoli triumphales honores conceſſi, *ut ille tradit lib. 54. p. 538. Quem juvat, quod etiam Suet. in Auguſt. c. 38. memo-*

C. *rat, Auguſtum aliquot, & quidem multis Ducibus, inter quos à Paterculo lib. 2. c. 104. M. Vinicius, c. 112. Meſſala Corvinus c. 115. Lepidus c. 116. L. Julius Poſthumus memoratur, ſaltem ornamenta triumphalia decreviſſe, item, quod dicti etiam Paſſienus & Coſſus* non ſub Tiberio ſed Auguſto anno V. C. 750. & 753. ut ex Faſtis Conſularibus conſtat, adhuc conſules fuerint. *Quin etiam videtur jamdiu antè inuſitatum fuiſſe*, iis Ducibus, qui alienis auſpiciis Victoriam reportaſſent, triumphum decernere, ut apparet ex *Dione lib. 44. p. 234. Et Paterc. d. c. 15. Qui quoq́; de causâ in populari adhuc ſtatu M. Helvio ille à Senatu Romano negatus fuit, juxta Liv. lib. 34. c. 10. Tradit tamen Dio lib. 48. p. 382. honores triumphorum etiam Legatis tributos* ex ſententiâ eorum, qui ſummam imperii tenerent, quod etiam exemplo Domitii Calvini probat.

Fuêre verò ornamenta hæc, ut ex Liv. lib. 30. cap. 15. conſtat, Aurea corona, aurea patera, ſella curulis, ſcipio

D. *eburneus, toga picta & palmata tunica. Plura tamen ornamenta refert Panuinius de triumph. p. m. 29.* De iis quoque legi poteſt *Buleng. de Spol. bell. c. 19.*

5. *Quandoq; etiam Conſules Romanos Victores denegato juſtis de cauſis ſolenni triumpho in monte Albano extra Urbem proprio auſu triumphaſſe*, ut de *Marcello in Ejus Vitâ c. 35. refert Plut. idq́; ex antiquo more*, ut indicat Q. Minucius Conſul his verbis apud *Liv. lib. 33. c. 8. Q. Minucius tentatâ tantum relatione, cum adverſum omnem Senatum videret, in monte Albano ſe triumphaturum & jure imperii Conſularis & multorum Clarorum Virorum exemplo dixit.* Quod etiam, ut ex ſubſequentibus ibi patet, perfecit, ubi auctoritas de eo judicat. *Sed is triumphus & loca & fama rerum geſtarum & quod ſumtum non erogatum ex ærario omnes ſciebant, inhonoratior fuit. Primùm verò in illo triumphaſſe legitur de Corſis C. Papyrius Maſo anno*

V. C.

U.C.522. ut ex tabulis in Capitolio exſtante refert Panvinius de Triumph. cit. de triumph. extra Urbem, quod etiam Plin. lib.15.c.29. inf. refert.

Poſtea ſimile exemplum refert Livius de Marcello l.26.c.21. de dicto Minucio l.33.c.8. & de Cajo Cicerejo l.42.c.21.

6. Nonnunquam quoq; Romanorum Imperatores ambitioſos de gentibus nunquam devictis triumphaſſe, ut indicat Flor. l.1. c.11. §.6. hia verbis: De Verulis & Bovillis pudet, ſed triumphavimus, Tacit. in German. c.37. referens, Proximis temporibus Catti magis triumphati, quàm victi fuêre. Quâ de cauſâ Plinius falsè in Panegyr. Trajani c.11. Hoſtis non pulſi fugatiq; præcipuum fuiſſe indicium refert, ſi triumpharetur. & cap.16. ſcribit. Accipiet ergo aliquando Capitolium non inanes currus, nec falſa ſimulacra victoriæ. Multis id exemplis probat Rupert. ad Flor. d.l. ubi legi meretur.

7. Triumphos apud Romanos tam frequentes fuiſſe, ut à Romulo uſq; ad Tiberium intra annos 764. à Modio in Pand. triumph. tom.1. l.1. c.26. ducenti nonaginta unus, & ab eodem Romulo uſq; ad Imperatorem Juſtinianum incluſivè quadringenti ſeptuaginta ſeptem omnis generis à Panvinio de faſtis & triumphis Romanorum, numerentur: quos tamen ſaltem 350. circiter fuiſſe memorat poſt Pancıroll. Rer. Memor. p.1. c.57. Guicchardus de Antiq. Triumph. c. fin. n.5. Sed 320. uſq; ad illum quem ambo Veſpaſiani de Judæis habuerunt numerat Oroſius l.7.c.9. & ab Alexandro M. uſq; ad Dictaturam Julii Cæſaris à Ruperto in Hiſt. Univ. c.14.p.m. 270. centum octoginta quatuor computantur.

8. Ultimum triumphum ſub Juſtiniano Imperatore, Beliſario Duci decretum fuiſſe, cujus cauſam præc. n.(4) retulimus.

Probum verò Imperatorem ultimum fuiſſe, qui ipſe triumphavit, ex Antonio Trallian l.12. p.676. refert Guicchardus d.l.

Poſtea etiam a Manuele Comneno triumphus celebratus fuit, ut refert Nicet. Chomat. ſub ejus Imper. l.2. & l.5. qui idem de Johanne Comneno in princ. Annalium narrat.

4. Finis triumphi fuit varius: principalis tamen, Ut Cives Romani tanto triumphantium honore viſo ad gloriam ſimilem comparandam virtuti & præclaris factis eò magis ſtuderent, & Diis illorum pro conceſsâ victoriâ ſupplicationes & gratiæ haberentur, ac in gratitudinem hoſtiæ mactarentur. Secundarius autem, ut apud exteros, necnon hoſtes illorum magnitudo & majeſtas eluceſceret, illique in venerationem, hi metum conjicerentur, cum perciperent ſuos Reges & Duces ita contumelioſè in ſpectaculum deduci ac ignominioſè necari, de quo in præcedentibus jam actum eſt. Quâ etiam de cauſâ Romani pro ignominiâ & religionis ſpretione habuerunt, ſi quis triumphum decretum aſpernaretur, ideoque Cn. Fulv. Flaccum exilio multarunt, ut teſtatur Valer. Max. l.2. c.8. n.3. Vide quæ in pr. hujus explicat. dicta ſunt.

5. Dividi ſolet triumphus (1) in majorem, qui triumphus in ſpecie :|& minorem, qui Ovatio ſingulari vocabulo nominari ſolet. De priori in præced. dictum: De poſteriori ſeq. expl.2. tractabitur: (2) in Terreſtrem & Navalem, & prior quidem iterum in Urbicum, qui ſcilicet in ipsâ Urbe, & Caſtrenſem, qui in caſtris peractus fuit. Nam quod quidam tertium Albanum, qui ſcilicet in monte Albano celebratus fuit, addunt, impertinens eſt, quia talis magis de facto, quàm jure peractus eſt, ut præc. n.3. in ſubjecto n.5. demonſtratum eſt, adeoque inter legitimos vel ſolennes numerari non poteſt.

De Urbico in præcedentibus actum. De caſtrenſi verò obſervandum, illum Urbico in ſolennitate ceſſiſſe, ut patet ex deſcriptione ejus, quem P. Decius apud Liv. l.7. c.36. recenſet.

De Navali id notandum, illum ob victoriam navalem obtentam & primum quidem à C. Duillio Conſule ob pugnam adverſus claſſem Pœnorum proſperam A. U. C. 490. celebratum fuiſſe refert Liv. in Epitome lib.17. & Freinsh. in Supplem. l.7. ac Plin. l.34. c.4.

Et addendum modum procurandi illum eundem ferè fuiſſe, qui in terreſtri obſervatus & in præcedentibus notatus fuit, hoc ſaltem ſingulari occurrente, quod victoriâ navali obtentâ a victore ad Romanum Senatum pro impetrando triumpho navis laureâ coronata cum literis nunciatoriis mittenda fuit, ut recenſet Appianus de bell. Punic. p.m. 137. illamq; demùm poſt paucos dies cum reliquis navibus, ſpoliis onuſtis victor ſecutus eſt, ut exemplo Æmilii Pauli docet Liv. l.45. c.35. Et in triumphi ipſius pompâ loco Urbium & Provinciarum pictarum & fictitiarum imagines marium & fluminum, in quibus pugnatum fuit, portatæ ac roſtra navium captarum plauſtris vecta fuerunt, ut ex Propert. 2. Eleg. v.31. & ſeq. ac Appiano in bell. Mithrid. circa fin. conſtat & id latius demonſtrat Schefferus de Milit. naval. l.4. c.2. ubi totum proceſſum refert.

6. Adjuncta erant arcus, columna, ſtatuæ triumphales, & reliqua ornamenta triumphalia. De triumphalibus arcubus vel fornicibus præc. th.11. expl.1. n.2. dictum, quibus addendum Lucium Stertinium ex Hiſpaniâ redeuntem de manubiis duos fornices feciſſe, iisque ſigna aurata impoſuiſſe Liv. l.33. c.12. Cùm itaq; ex Plinii auctoritate l.34. c.6. poſt pr. ferò arcus triumphales introductos nonnulli aſſerant, Titique arcum primum eſſe ſtatuunt, Marlian. in Topograph. Rom. l.4. c.17. & Modius in Pand. Triumph. d.t.1. l.1. c.27. id non de arcubus ipſis, ſed luxu per Titum in exſtruendo illo (de quo d.th.11. expl.1. n.2. diximus) adhibito rectè intelligit Buleng. d. tr. cap 2. ſiquidem arcus triumphales ante fuiſſe ex hiſtoriis notum eſt, & oſtenditur à Demet. ad Roſin. l.1. c.13. ſicuti etiam Cæſaris Octavii in Numiſm. Ant. Auguſtin. Tab. 10. n.23. & Tab.11. n.21. & ſeq. refert. Illos primò formâ lunatâ fuiſſe, poſtea verò quadratos factos, ita ut in medio ampla eſſet porta fornicata ex Claudiano demonſtrat Buleng. d.l. ubi legi poteſt. Maximè memorabiles arcus vide apud Modium d. c. 27. & Palladium de Antiq. Urb. Roma.

Duilio columnam in honorem victoriæ poſitam fuiſſe cum hac inſcriptione Septeremem, Biremosque, Triremosque Naueisto. cœpit, refert Schefferus de Milit. Naval. lib.4. c.2.

De ſtatuis triumphalibus exemplum occurrit in Q. Marcio Tremulo, cui poſt triumphum ſtatua equeſtris decreta & ante templum Caſtoris poſita eſt, Liv. lib. 9. c.43. & in M. Aponio apud Tac. 1. Hiſtor. 79. de reliquis ornamentis præc. n.4. actum.

III. Ovatio tanquam minus ſolennis Victoris in Urbem introitus, ut in præc. th. dictum, ab aliquibus ab Ove, quia in eâ non Taurus, ut in majori triumpho, ſed ſaltim Ovis ſacrificata fuit, ita ſentiente Plut. in Marcell. c.36. Ab aliis à geminâ literâ O. ab exultantibus vel exclamantibus per illam Vocalem in triumpho militibus interpoſita litera V. ut tradidit Feſtus ſub verbo Ovantes. Ab aliis iterùm à Græco more, quo in Olympionicis acclamatum ſimul fuit referente ex Xiphilino, Voſſio in Lex. Etymol. ὖα: Aliis Auctore Halicar. lib.5. c.46. à Græco vocabulo ὤάσμ, ubi legi poteſt, derivatur: ſed primum eruditis magis placet, licet Perottus in Cornucop. f.74. id confidenter neget: de quo etiam lege Guicchard. d. tr. c.3.

De illâ ſaltem adnotandum, quod iis, qui minoris fama militaris & virtutis actiones per-gerint, fuerit conceſſa; Ejus vero cauſa ex veris meritoriis juſti & legitimi triumphi in prae. explic. 2. num 2. relatis dignoſci negativè vel privativè poſſint. Quibus addendum (1) ſacrificium, ut ex prædictis patet, ejus fuiſſe vilius triumphi ſacrificio. A.

(2) Coronam talis Victoris fuiſſe non Martialem i. e. Lauream, ſed Veneream ſive Myrteam, ut Plut. d. l. indicat, quia absque cruore multo vel nullo victoria obtenta fuit, *addens*, ideò ſaltem tibiam pacis ſignum in eâ auditam fuiſſe. De quo etiam conſuli poteſt *Halicarn. d. l. 5. c. 46. & Alex. ab Alex. lit. 6. cap. 17.*

TH. XIII.

Declaratur tandem Victoria per gratiarum actiones mediantibus ſupplicationibus, ſacrificiis, ſpoliorum Dedicationibus, & Vexillorum captorum in templis Erectionibus, templorum Exſtructionibus, tormentorum bellicorum Exploſionibus, & feſtorum Inſtitutionibus adornatas. B.

Explic.

De Supplicationibus, Sacrificiis & ſpoliorum Dedicationibus apud Ethnicos obſervatis prac. th. 4. expl. Et th. 11. explic. 2. dictum.

De ritu apud nos Chriſtianos uſitato brevibus notandum, quod regulariter poſt victoriam obtentam in caſtris tormenta bellica ac bombardæ legionatim explodi & poſtea feſta certa in aulis & primariis Urbibus Victoris inſtitui ac ſacris finitis à præſidiariis & Civibus bombardæ ac ſimul tormenta bellica iterum explodi, nec non vexilla & ſigna ab hoſte obtenta in templis primariis ſuſpendi, ac nonnunquam in loco prælii ædiculæ quædam tàm in Dei honorem, quàm perpetuam memoriam exſtrui; Apud Catholicos verò varia dona ad templa miraculis celebria, quale Lauretanum in Italiâ transmitti, Sanctisque dicari ſoleant. C.

Ita ut quædam ſaltem exempla adducamus, Vexilla & ſigna hoſti erepta *Viennæ Auſtriæ,* in multis templis, in Galliâ maximâ ex parte *Pariſiis* in templo Cathedrali ad D. Virginem (Gallis A noſtre Dame dictæ) ut peregrinantibus notum & inter alios in ſuo *Itinerario c. 62. refert Hieronymus* Welſch. *Actum ſolemnem talis publicè in Templo dicto anno 1635. facta ſuſpenſionis vide in Theatro Europæo p. 3. f. 494.* D.

Apud Belgas conſœderatos capta ab hoſtibus vexilla & ſigna in atrio magno *Hagæ* ſuſpendi ſolent: ut refert *Voſſius in Reidani Ann. lib. 14. f. m. 369. Apud Polonos* illa plerumque *Cracoviæ* in Baſilicâ ſuſpendi ſolent, cujus exemplum refert *Herburtus l. 13. Hiſt. Polon. c. 9. & Cromer. de Rebus Polon. l. 17. ante finem* ſuſpenſa ſunt.

Quibus addendum, modum illum antiquiſſimum & olim etiam Germanis uſitatum eſſe, ut ex *Tacito 1. Annal. 59.* conſtat. Ibi enim Arminius ait, *cerni adhuc Germanorum in lucis ſigna Romana, quæ Diis patriis ſuſpenderit. Refer huc quæ prae. th. 11. expl. 2. adduximus.*

TH. XIV.

Hactenus etiam declaratio victoriæ: Sequitur ejus conſequens, quod potiſſimum conſiſtit, vel in devictarum provinciarum totali aut partiali ſubjectione & acquiſitione vel pro reſtitutione illarum & pacis redemtione certæ pecuniæ ſummâ mediante pacificatione ſolvendâ.

Explic.

De conſequenti hoc, ut re notiſſimâ, non neceſſe eſt quædam conſignare, inprimis quia praxis noviſſimi belli adhuc, proh dolor, ob oculos verſetur. *De mulctis* & tributis à Romanis ac aliis inimicis ſuis devictis pro pacis redemtione & in tractatibus illius impoſitis *ſeq. c. 12. th 15. expl. 3.* quædam conſignavimus, *ubi ſimul diſquiſivimus, an omnia pro tali pacis impetratione ſoluta vel ſolvenda nomine tributorum inſignienda ſint.*

CAPUT XII.

DE PACIFICATIONE, PACE ipſa, & Exercitus ex hoſtico deductione ac dimiſſione.

SUMMARIA.

Th. I. Pax quid.
- *Expl. Bellum ſequitur pax: hujus ſtudium inculcatur, eaq; commendatur.*
  - *Referuntur exempla Pacis amantium.*
  - *Taxantur belli Auctores & Fautores.*
  - *De Cyri mortis genere per occaſionem diſquiritur.*
  - *De Caroli Burgundi cupiditate bellandi & ſecuto infortunio.*
  - *Ejus Epitaphium.*

Th. II. Quæ in pacificatione conſideranda.

Th. III. Occaſio ad pacem tractandam quando captari debeat.
- *Expl. Pacis tractatio non negligenda eſt.*
  - *Eam rejicientes puniuntur à Deo: Ubi exemplum in Manuele Comneno.*
  - *Inconſtantia fortunæ bellicæ oſtenditur.*
  - *Triplex tempus Pacis conficiendæ aptum.*
  - *In quo unum quodq; conſiſtat.*
  - *Pax optima, quæ à Victoris clementiâ provenit.*
  - *Romanorum faſtus in non petendâ (ubi tamen exceptiones) & dandâ aliis pace.*
  - *Fœdera Romanorum inæqualia unde orta.*

Th. IV. Pacificationis primordium induciæ, & quid illæ ſint.
- *Expl. Induciarum varia etyma referuntur.*
  - *Armiſtitium ab induciis differt.*
  - *Induciæ in longum, breve & breviſſimum tempus conſtituuntur, quod per exempla probatur, illud verò ſemper determinari debet.*
  - *Induciæ ad longiora tempora non conſtituendæ & quare.*
  - *Cur Romani maluerint diuturnas inducias, quàm pacem concedere diſquiritur.*
  - *An belli Dux inducias concedere poſſit, indagatur.*

Cante-

Cautela circa inducias.
Quæritur: à quo induciarum tempore arma quieſcere debeant?
Induciis elapſis bellum abſq; indictione iterum inferri poteſt.
Induciæ quo reſpectu magis ad bellum accedant.
An induciæ ad unam cauſam datæ ad aliam extendi poſſint?
Induciæ tacitæ quid.

Th. V. Quæ circa tractationem pacis conſideranda.

Th. VI. Efficiens ejus eſt duplex.

Th. VII. Principalis qui.
Expl. I. Ut bellum nonniſi à ſummo Magiſtratu geri, ita etiam nonniſi ab eodem pax conſtitui poteſt: quod exemplis Romanorum probatur.
B. *An Conſules Romani propriâ auctoritate pacem patrare potuerint, ac conſequenter an Ducibus belli ſupremis illa competat.*
An Imperator noſter propria auctoritate pacem inire queat?
An minor vel captivus Princeps idem facere queat?
An quis confœderatorum aliis inſciis & invitis?
Expl. II. In Pacificatione ad naturam & indolem hoſtilis Ducis & gentis reſpiciendum eſt.

Th. IIX. Inſtrumentales, qui & eorum diſtinctio.
Expl. Principum congreſſus plerumq; habere infelicem exitum.
Quando Legati mittantur, & qualis locus ad tractandum eligi ſoleat, ubi partes æqualis ſtatus. Et ubi imparis dignitatis.
Caduceatores tales Legati dicti, & unde.
Caduceum quid & ejus explicatio.
C. *Legati pacis causâ à Græcis barbarisq; uti & devictis miſſi fuêre cum ramo olivæ & velamentis.*

Th. IX. A partibus ipſis miſſi ſunt duplices.

Th. X. Quæ circa utroſque conſideranda.

Th. XI. Requiſita quæ.
Expl. I. Agitur de quibusdam requiſitis remiſſivè.
Taciturnitas quomodo hîc maximè neceſſaria & Magnanimitas.
Moderati debent eſſe Legati, & ideò bellicoſi non mittendi, ac quare.
Conſilium mittendos eſſe & bellicoſos & moderatos vel manſuetos conjunctim.
Expl. II. An fœmina ad pacis negotia tractanda mittenda ac admittenda.
An Clerici adhibendi?

Th. XII. Mandata ſunt duplicia, & quæ circa illa attendenda. D.
Expl. Triplex diſcrimen mandatorum oſtenditur.
Illa ab adverſariis probè ponderanda ante tractatus.
Hodiè nullus Legatus admittitur, niſi plenam poteſtatem habeat.

Th. XIII. Arbitri duplicis conditionis.
Expl. I. Demonſtratur illa diſtinctio.
Exempla arbitrorum ex compromiſſo.
Singularis modus Regis Angliæ hodierni & Statuum Hollandiæ, Regem Hiſpaniæ & Galliæ ad pacem adigendi.
Olim à Rhodiis quodammodo uſurpatum.
Expl. II. Quales arbitri eligendi ſint.

A. Th. XIV. Materialis in quibus conſiſtat.
Expl. Negotii pacis difficultas oſtenditur.
Pacificatio Oſnabruggenſis & Monaſterienſis omnes ſuperat præſtantiâ & gravitate negotiorum.

Th. XV. Formalis in quibus conſiſtat, & quomodo articuli pacis debeant confici.
Expl. I. In quâ linguâ articuli debeant confici, ubi exceptio.
Expl. II. Illi claris & propriis verbis debent confici.
Expl. III. Conditiones illæ debent eſſe æquæ, & quare.
In quibus illæ conſiſtant.
An victus teneatur expenſas refundere, licet illud non ita pactum ſit.
Mulcta vel Tributum quandoq; victis impoſitum.
B. *Captivi vel abſq; vel mediante aliquo lytro dimittendi.*
Confœderati pace includendi. Quod tamen à Turcis non obſervatur, & quâ de causâ.
Quare contra illos à Chriſtianis firmum & efficax fœdus neq; huc uſque non fuerit remiſſivè.
Expl. IV. De ſubſcriptione & corroboratione pacis articulorum.
Expl. V. De explicatione illorum.

Th. XVI. Effectus pacis duplex primarius & ſecundarius.
Expl. I. Exſecrationes Dei in violatores pacis & fœderum.
Pœna & vindicta humana.
An pax confecta Succeſſores in Regno vel Principatu obliget.
C. *An tacitus conſenſus Procerum ex illorum ſcientiâ & non ſecutâ contradictione præſumendus ſit?*
An ſalvâ pace ejus articuli nonnulli à Succeſſoribus impugnari & rejici poſſint, diſquiritur.
An Princeps pacis causâ damna & injurias ſubditis ſuis ab hoſtibus illatas remittere poſſit?
Expl. II. Effectus Pacis ſecundarii recenſentur.

Th. XVII. Requiſita & adjuncta pacis in quibus conſiſtant.
Expl. I. De tempeſtivâ pace remiſſivè.
Honeſta cur debeat eſſe pax, & qualis.
Sincera cur illa eſſe debeat.
Expl. II. Pax debet eſſe æterna, & quomodo.
Utrum in temporali pace diuturnior vel brevior pax magis conducat?
Expl. III. Aſſecuratio de ſervandâ pace quot modis fieri ſoleat. D.
De Obſidibus exempla.
Fœminæ Obſides.
Illas dari periculo non caret.
Illos ferè tripliciter conſtitui.
Cur inviti dari poſſint.
Quomodo hic procedendum ſit.
An Obſidum perſona ſaltem quoad libertatis interceptionem, an verò etiam quoad vitam ipſam oppignorata ſint?
An Obſides aufugientes hoſti reſtituendi ſint?
Obſides hodiè teſtamenta facere poſſunt.
Obſides ad unam cauſam dati ad aliam obligati non ſunt.
An Obſes morte dantis liberetur.
Differentia pactorum in rem & in perſonam quomodo dignoſcenda.

An obſes pro alterius redemtione vel dimiſſione datus ejus morte liberetur? remiſſivè.

De aſſecuratione per Jusjurandum & matrimonium, nec non traditionem locorum munitorum.

Expl. IV. De ſcriptione & inſtrumentis pacis.

Th. XIIX. Pacis conſervatio quibus modis fiat.

Expl. Agitur de illis remiſſivè.

Th. XIX. Contraria pacis quæ.

Expl. Quomodo pax directè & indirectè propriè violetur.

Magis peccatur hic in committendo, quàm omittendo.

Turcæ pacem rarò ſervant.

Referuntur exempla pacificationum inter Burgundo-Hiſpanos & Gallos ob ruptam ex æmulatione & invidiâ pacem factarum.

Th. XX. Declaratio Pacificationis & ejus executio in quibus conſiſtat.

Expl. I. Quomodo Pax declarari ſoleat.

Expl. II. Quomodo eadem exequi ſoleat.

Axiomata circa pacificationem obſervanda.

TH. I.

Hactenus victoria cum ſuis annexis: Sequitur Belli finis, nempe tractatio & confectio pacis: eſt verò hæc publica de deponendis utrinq; cum hoſtilitate armis, & colendâ in poſterum firmâ ac inviolabili amicitiâ inter belligerantes ſolenniter peracta pactio.

Explic.

S*Icutè in humanarum rerum ſtatu conſtanti inconſtantiâ nihil conſtantius eſt*, ſed omnia per viciſſitudines perpetuo revolvuntur, quemadmodum *ſeq. th.3. in explic.* & infrà *lib.3. c.1. th.4. explic.1.* deductum: *Ita etiam* duræ belli tempeſtates, ſuo tempore in ſuavem pacis iterùm tranſeunt ſerenitatem. *Belli igitur rabie* quâcunque de causâ ſæviente, quilibet Dei & hominum amans, quantum in ſe eſt, imprimis verò victoriâ læti & elati Duces belli vel mediocriter obtento ſuo fine enixè laborare debent, quò illud, *quod belli calamitas vaſtavit & conſumſit, per pacis lenitudinem & tranquillitatem reſtauretur & reſarciatur*, ut ferè Imperator *Juſtinianus in L. unica. in pr. C. de Cad. Tollend.* *Idq; eo magis, quia ſecundum Saluſt. in Ord. Republ. ſapientes pacis cauſâ bellum gerunt, & laborem ſpe otii ſuſtentant*, & *Ciceronis judicium 1. de Offic.23. bellum ita ſuſcipi debet, ut nihil aliud, quàm pax quæſita videatur*, cui conſentit *Ariſtot. l.7. Polit. c.15. in pr. & l.1. Ethic. Nicom c.7. & Auguſtin. Epiſt.207.* *Eſt enim illa ſecundum Hermocratem apud Thucyd. lib.4. p.184. & Sil. lib.11 v.594. & ſeqq. vel ante finem.*

— — — — Optima rerum,
Quas homini novisse datum eſt: Pax una triumphis
Innumeris potior, — — — —

& tantum bonum, ut etiam in rebus terrenis atq; mortalibus nihil gratius ſoleat audiri, nihil deſiderabilius concupiſci, nihil poſtremò melius poſſit inveniri, teſte *Auguſtin. 19. de C.D. 11.* *Cui geminum illud Prudentii in Pſychomachia v.770. & ſeqq.*

A. *Pax plenum virtutis opus, pax ſumma laborum*
Pax belli exacti pretium eſt, pretiumq; pericli:
Sidera pace vigent, conſiſtunt terrea pace.

Simocatta l.3. Hiſt. Mauric. c.12. nihil eſt pace honorabilius apud homines quidem prudentes & conditionis humanæ, breviſſimorumq; ſpaciorum hujus vitæ non immemores ac *Caroli V. Imper. in proœmio Ordinat. Crimin. Pace mortalium generi ab immortali Deo nihil majus, nihil melius, nihil præſtantius, nihil optabilius dari in hâc quidē vitâ poteſt.* Eſt enim *ejus nomen dulce, res verò ipſa & jucunda & ſalutaris. Cic. Phil.13. c.1.*

Perſpiciens hoc Crœſus apud Herod. lib.1. n.16. ita ait: *Nemo tàm amens eſt, ut bellum quàm pacem præoptet, nam in pace filii patres, in bello patres filios ſepeliunt. & Philiſcus apud Ælianum lib.14. cap 11. Nihil magis Regium eſſe, quàm conſulere omnium*

B. *ſaluti, quæ pace continetur. Mebodus Perſarum Legatus apud Simocattam l.1. Hiſtor. c.15. Regia res eſt pacis ſtudium; contra res tyrannica certamen & diſcordia.* Nec non *Ennones apud Tacit.12. Ann.19. Bellorum egregios eſſe fines, quoties ignoſcendo tranſigitur. Lætior hinc fuit Tiberius, quod pacem ſapientiâ firmaverat, quàm ſi bellum per acies confeciſſet, apud eund. 2. Ann. 64.* Quod etiam *Eliſabetha Angliæ Regina* ſæpiùs dicere ſolita fuit, teſte *Camd. p.1. Hiſt. ad ann.1559. p.16.*

Hinc etiam in Sacrâ Scripturâ pax Dei beneficium vocatur Levit.26. v.6. 2. Sam.7.11. 1. Reg.8. v.56. Pſal. 147. v.14. Eſaia 45. v.7. & ſimilibus. Inprimis quia belli alea anceps eſt, ut præc. c.11. th.6. in explic. & th. ſeq.3. in explic. dictum, & Hanno apud Liv. l.23. c.12. benè demonſtrat.

C. *Cauſas, cur Princeps paci deditus eſſe debeat, indicat Cicero Phil.2. c.44. & Phil.13. c.1.* his verbis. *Nomen pacis dulce eſt, & res ipſa Reipubl. ſalutaris; Pax eſt tranquilla libertas, nam nec privatos focos neq; publicas leges, neque libertatis jura cara habere poteſt princeps, quem diſcordia, quem civium cædes, quem bellum civile delectat.*

In omni ideò hiſtoriâ varia occurrunt pacificorum Imperatorum & Principum exempla, inter quos *Marcus Antoninus referente Dion. lib.71. f.811.* ad ſuos milites dixit: *Quàm grave eſt, & moleſtum bella nobis ex bellis exiſtere, quàm calamitoſum Civili bello nos implicari.* Et paulò pòſt: *Ego Caſſio nullo prælio facto imperium libenter cederem, ſi ita utilitati publicæ conducere videretur. Similem fe-*

D. *rè modeſtiam & boni publici amorem conteſtatus eſt Ferdinandus Neapoleos Rex*, Gallis urbem & regnum ſalutis publicæ causâ cedere paratus, ut ex ejus Oratione apud *Guiccard. l.1. Hiſtor. p.m.230. & ſeq.* cognoſcitur, *Nicocles apud Iſocratem Orat. 3. p.m.65.* qui dixit, *ſe à rerum alienarum cupiditate tàm eſſe alienum, ut velit cum juſtitiâ ſuum tenere ſolum, quàm per injuriam ſua longè lateq; majus acquirere.*

Notabile eſt, quod Cromerus Rer. Polon. lib.16. f.262. de Uladiſlao Poloniæ Rege memorat, illum, còm coactus contra Crucigeros bellum ſuſciperet, oratione ad Deum publicè habitâ lachrymabundum innocentiam ſuam teſtatum eſſe, & illi cauſam ſuam commiſiſſe.

Nec

Digitized by Google

Nec emittenda hic rara T. Manlii Conſulis & Octaviani Auguſti felicitas, totum orbem ſuo tempore pacatum habentium & reddentium, quapropter etiam *Jani templum* Romæ illorum tempore poſt Numam *bis clauſum fuit*, ut refert *Liv. lib.1. c.19. & Patere. l.2. c.38.*

Quamvis verè hæc ita rectè ſe habeant, & inſuper compertum ſit, pacis oſores funeſtum plerumque ſortiri exitum, *reperiuntur tamen non ſine admiratione talia Martis monſtra*, quibus pax malum nomen & minimè bellum bellum ſuaviſſimum ſævitiæ atque ambitionis ſuæ explendæ inſtromentum eſt. *Qualis inter veteres fuit Ageſilaus, qui* ob nimium belli ſtudium & pacis odium Spartanos ſuos per ſexcentos annos hoſtem in ſolo ſuo noo expertos in eas anguſtias deduxit, ut jam periculum amittendæ Urbis ſuſtinuerint. *Plut. in ejus vitâ c.47. & ſeqq. ab illo saeè c.64. violentus, rigedus, & belli inexpletus nominatus.*

Alexander M. qui Darii Legatis pacem petentibus reſpondit: Ite, nunciate Regi veſtro, & quæ amiſit, & quæ adhuc habet, belli præmia eſſe, apud *Curt. lib.4. c.11.*

Pyrrhus, de quo poſt memoratam ejus inexplebilem ambitioocm *ita ſenſit Plutarch. in ejus vitâ c.29. Ille niſi alios fatigaret, vel ab aliis ipſe fatigaretur, non habiturum ſe, quo traduceret tempus, putavit.*

Annibal, de quo Senec. Natur. Quæſt. lib.3. in præf. Non deſiit Senex omnibus angulis bellum quærere, adeò ſine patriâ eſſe pati potuit, ſine hoſte non.

Cyrus omnia bello miſcens, & ideò miſerè periens, referente Herod. lib.1. in f. Juſtin. lib.1. c.8. Amm. Marcell. lib.23. p.249. & Diodor. Sicul. lib.2. cap.44. qui tamen à prioribus in eo differt, quod illum in acie captum cruci affixum fuiſſe narret. *A quibus tamen alii æquè fide digni Hiſtorici & Scriptores diſſentiunt*, nam ut omittamus *Xenoph. lib.8. de ejus Inſtit. num.238.* qui illum placidâ morte in lecto mortuum eſſe, & filio Cambyſi præclaris monitis inſtructo Regnum detuliſſe, memorat: *ad id enim reſpondere ſolet*, illum hæc non ex fide Hiſtoricâ ſcribere, cùm hic liber ſaltem Moralia contineat. *Arrianus in exped. Alex. M. lib.6. p.438. Plut. in Alex. cap.118. Curtius lib.10. c.1. unanimiter* ſepulcrum Cyri ab Alexandro M. fuiſſe apertum, & corpus ejus viſum, prius verò hoc ab illius ſpoliatoribus ejectum & laceratum, ac ideò juſſu Alexandri ejus partes reliquas iterùm in ſolio ſive areulâ aureâ (uti id benè explicat Blancardus in Caſtigationibus ad illum) reconditum fuiſſe diſertis verbis memorat, *addens* inſcriptionem fuiſſe ejusmodi: *O mortalis, Cyrus ego ſum, Cambyſis f. qui Perſis Regnum conſtitui, Aſiaq; imperavi: itaq; ne meo monumento invideas.* Quam etiam *Plut.* mutatis verbis refert. *Ut ita non immeritò dubitent eruditi, quibus major ſit fides habenda.*

M. Attilius Regulus, qui à Carthaginenſibus, ut pacem concederet vel impetraret, rogatus, denegatâ eâ poſteà à Xantippo Carthaginenſium ſociorum Duce captus, apud illos poſt nefandos cruciatus diro ſupplicio affectus eſt, ut tradit *Polyb. l.1. cap.35. Flor. l.2. c.2.* & omnium latiſſimè *Freinshem. in Suppl. ad Liv. l.18. c.20. 33. & 64.*

Præteritis temporibus inquietudinis talis maculam ſibi inuſſit *Carolus Audax Burgundiæ Dux* ultimus.

A. De quo placet referre unum atque alterum *à Comineo* familiari conſignatum argumentum *lib.4. Comm. c.1.* relatum his verbis: *Galli de eo judicant, ejus id ingenium eſſe, ut ſi unum præſidium expugnaret, aut optatum in finem unam diſceptationem deduceret, illicò arrepturus ſit aliam, nec poſſe quieſcere, quin ex turbis turbas proſereret inſatiabili bellorum deſiderio. Idem lib.5. c.1.* recenſitis offenſionis & iræ in Helvetios cauſis ſtudium illius bellicum indicat, dum ſcribit, *Regem Galliæ colloquium vehementer urſiſſe, ut egenas has gentes miſſas faceret: Helvetios verò tam propinquum eum cernentes Legatione miſſâ obtuliſſe reſtitutionem omnium eorum, quæ Romontano ademiſſent. Legatos illorum paulò poſt rediiſſe ad Carolum offerentes prioribus etiam ampliora, ultra reſtitutionem dictam deſerturos omnes Confœderationes ipſi adverſas aut diſplicentes, præcipuè Regis Galliarum, ipſi verò ſeſe juncturos & adfuturos ſex armatorum millibus facili pretiùs ſtipendio contra eundem Regem,*
B. *quoties poſceret. Nihil tamen horum admiſiſſe Carolum, quia fortuna ei multum jam obverterat. Itaq; primâ vice ab Helvetiis ad Granſonium profligatus, majoribus copiis bellum redintegrans ſecundâ vice ad Meratum Civitatem victus, multis millibus interemtis, & tertiâ vice ad Nanceum iterum fuſus, fugatus, & ipſe vitâ privatus eſt*, ut idem hiſtoriam integram *d. lib.5. c.3. & 8. refert. Factum hinc eſt illi inter cætera ſequens Epitaphium*, ut refert *Heuterus l.5. Rerum Burgund. in f.*

Te pacis piguit, te taduit atq; quietis,
Carole ſicq; jaces, jamq; quieſce tibi.

Uiq; adeo verum eſt illud Beliſarii apud Procopium lib.1. de Bello Perſico c.10. quod ſi quis ipſam pacem turbare ſit inventus, malorum cauſa ſibi & proximis fuerit. Referri etiam huc poſſunt, quæ præced. cap.1. th.11. expl.1. adducta.

C.

TH. II.

Sunt autem in pacificatione vel pace conſtituendâ conſideranda ejus (1) occaſio. (2) primordium. (3) tractatio ipſa.

TH. III.

Occaſio vel tempus pacis tractandæ, captari debet, dum bellum gerentes utrinq; firmis adhuc ſtant viribus, belliq; & victoriæ alea adhuc anceps, neutroq; pars vel ferè victa, vel planè ſuppreſſa eſt.

Explic.

D. D*ubiam & ancipitem eſſe belli aleam*, & ad victos ſæpè redire victoriam ac calamitoſos plerumque à fortunâ juvari, *præced. cap.11. th.6. in explic.* ſatis demonſtratum eſt. *Caveant ergò bella gerentes*, ne viribus ſuis nimis fidentes adverſarium ſuum vilipendant, oblationem pacis ſive ab adverſario ipſo ſive à mediatoribus factam vel ex faſtu planè rejiciendo, vel ex dolo differendo, *ſiquidem Deus ter Opt. Maximus* tanquam pacis fundator ſicut ſuperbos ejus oſores ſummo perſequitur odio, gravique vindictâ punit, *ita pacem* injungit, commendat & promittit ſuis *1. Chron.22. v.11. & 12. Matth.5. v.9. ad Rom.12. v.18.*

Cujus

Cujus exemplum præter jam in præcedentibus adducta ocurrit in Manuele Comueno apud Nicet. Choniat. in ejus vitâ lib. 6. *ubi* latè recenſet, quomodo Imperator ille Sultano Perſico pacem ſub iis conditionibus, quas ille ipſe præſcripturus eſſet, faſtu rejiciens in ſummum periculum ſe & exercitum præcipitaverit, adeòque graves temeritatis ſuæ pœnas luerit.

Ob oculos ſibi tales pacis oſores & ambitioſi ponant ſequens prudens Annibalis effatum ad Scipionem apud Liv. lib. 30. cap. 30. Inter pauca felicitatis virtutisq́ exempla M. Attilius Regulus quondam in hâc eâdem terrâ fuiſſet, ſi victor pacem petentibus dediſſet patribus noſtris, ſed non ſtatuendo eundem felicitati modum, nec cohibendo efferentem ſe fortunam, quantò altius elatus fuit, eò fœdiùs ruit: Et illud Senecæ Epiſt. 2. Fortuna neminem eo provehit, ut non tantum illi minaretur, quantum promiſeras: Quibus addantur, quæ præced. c. 2. th. expl. 1. & 2. & c. 3. th. 4. expl. 1. n. (4.) ac præc. th. 1. in explic. dicta ſunt.

His præmiſſis triplex facimus pacis aptè conciliandæ & ineundæ momentum,

1. *Optimum, quando ſcilicet adverſæ partes immotis adhuc ſtant exercitibus* quâlibet in actiones adverſarii intentâ, & neutrâ primum aggreſſum auſâ, *pares enim tunc ſunt, quoniam nondum inter ſe virium fecerunt periculum Curt. lib. 7. cap. 8.* & animorum exacerbatio nondum exorta eſt. *Quale tempus Albani & Romani* exorto inter ſe bello obſervarunt, referente *Halic. lib. 3. c. 8. de quo etiam legi poſſunt præc. d. c. 2. th. 2. expl. 3. notata.*

2. *Medium, cùm leviter arma inter ſe contulêre, & quaſi prœludia belli fecêre,* neutrâ ob æqualitatem Martis vel fortunæ, ita cum Scriptoribus Ethnicis loquendo, tumidâ vel elatâ, quanquam utrâque aliquantum exaſperatâ, *tunc enim adhuc* facilis ad pacem patet aditus, ut *ejus exemplum refert Halic. lib. 2. c. 48.* Quod etiam innuit *Cæſar. 3. de Bello Civili p. 299.* his verbis: *Hoc unum eſt tempus de pace agendi, dum ſibi uterq́ confidit, & pares ambo videntur.*

Quâ etiam de causâ Lacedæmonii per Legatos ſuos ab Athenienſibus pacem poſtulantes inter alia ita diſſerunt apud *Thucyd. lib. 4. p. 168. dum adhuc in ambiguo eſt eventus, dum vobis & gloria & noſtra amicitia comparatur; dum nos, priusquam ignominiam accipiamus, calamitatem hanc mediocriter deponere poſſumus, in gratiam redeamus.*

3. *Cùm alterutra partium aliquantum quidem ſuccubuit, ſed viribus tamen ad reſiſtendum adhuc ſatis pollet. Cæſar. d. l.*

Et quidem omnia hæc tria momenta quanquam impari gradu ad pacificationem tractandam & obtinendam apta ſunt, ſi ſcilicet in moderata Ducum ingenia cadant. Imò optima & maximè durabilis ea pax eſt, quæ bellicoſis nationibus ferè devictis vel in ſummas anguſtias redactis à prævalente viribus ultrò vel ad preces æquis conditionibus datur, de quo legi poteſt *Liv. lib. 8. cap. 3. & 21.* & Hanno apud *eund. l. 23. c. 12. & ſeq. & Thucyd. d. lib. 4. p. 167.* in Orat. Lacedæmoniorum, ubi egregiè illud demonſtratum eſt. *Quibus addantur, quæ* Romani Legatis ſuis Marcio nuncianda in mandatis dederunt apud *Halic. lib. 8. c. 28.*

Ubi notandum eſſe duximus Romanorum ſub A. *Republ. faſtum, qui etiam in ſummis anguſtiis ad Majeſtatem & famam ſuam conſervandam, à nullo hoſtium inducias, multò minus pacem petierunt, ſicut ex Liv. l. 22. in f. & l. 23. c. 12. & 13.* ubi Mago Carthaginenſis Nobilis ipſe id fatetur, *apparet. Excepiſt caſibus ſequentibus, uno,* cum à Gallis in Capitolio obſiderentur, propter pactum pro pace 1000. auri pondo vel 112000. Coronatorum circiter precium, *tunc enim illam tacitè petiiſſe,* atque Majeſtatem quodammodò minuiſſe videntur, de quo legendus *Liv. lib. 5. cap. 48.* & *Plut. in Cam. cap. 46. ubi tamen hic* mentionem de pactione primò inter excubitores factam ſcribit, *ille verò à* Gallis occaſionem ad pacem faciendam oblatam fuiſſe his verbis; *Gallis non obſcurè jactantibus haut magnâ mercede ſe deduci poſſe, ut obſidionem relinquant, indicat. Altero ubi* ad Volſcorum Imperatorem Marcium expreſſè Legatos quinque Seniores, pacem & amicitiam petituros, ſi-
B. mulque pro plebe deprecaturos miſerunt, & his ad deſiderium non perficientibus negocium, alios Conſulares decem, *& his* quoque fruſtra reverſis, *Pontifices, Augures, & reliquos Sacrorum miniſtros præferentes Deorum inſignia,* ac cum etiam hi nihil obtinuiſſent, *tandem Marcii matrem ac uxorem cum liberis, aliis matronis & eorum liberis* comitatam id petentes deliberatione habitâ emiſerunt ex Urbe ad illum cum Volſcorum exercitu propè caſtra habentem, an hæc miſerabilis turba pacem lacrymis & ſupplicationibus extorquere poſſit. *Quod etiam tandem & poſt operoſas preces obtentum fuit, ut latè recenſet Halic. lib. 5. c. 23. & ſeqq. aliquot.*

Et cum nullo armato hoſte ejus tractationem ſuſceperunt, ne ſcilicet viderentur ipſi pacem petiiſſe, vel metu hoſtium imperata feciſſe, vel illis occaſionem gloriandi de hâc re ſuppeditaſſe:

C. *Sic Largius Conſul Romanus Fidenatibus inducias petentibus reſpondit: Deponenda eſſe arma, portas aperiendas, atq́ tùm demùm impetraturos colloquium, alioquin nec pacē, nec inducias, nec aliud quippiam humanum moderatumvè ſperandum iis à Populo Romano eſſe. Id. Halicarn. lib. 5. c. 71. Simile quid M. Fulvius Conſul Ætolis* pacem petentibus repoſuit apud *Liv. lib. 38. cap. 8. & Sabinis à Romanis reſponſum fuiſſe, refert Halic. d. lib. 5. c. 44.*

Et quod maximum & miratu dignum eſt, cùm Pyrrhus magnâ victoriâ obtentâ illorum caſtra etiam cepiſſet, urbes Italiæ in ſocietatem traxiſſet, trecentis tantùm Stadiis ab Urbe abeſſet, & amicitiâ concilianda ergò Cineam Legatum ultrò Romam pacis & fœderis causâ cum multis muneribus miſiſſet, illi nihilominùs Majeſtatis ſuæ memores ſuaſu Appii Cæci Le-
D. *gatum illum re infectâ cum illis muneribus remiſêre, juſſum Pyrrho nunciare, ut ex Italiâ diſcederet, atque tùm, ſi videretur, de amicitiâ cum illis ageret, quamdiu verò in armis eſſet futurus, ſe totis viribus bellum contra illum eſſe geſturos, etiamſi plures adhuc Lævinos pugnâ vinceret. Et licet Pyrrhus denuò Legatum iſtum ad eos mitteret, captivosq́ ſimul gratis redderet, attamen illi nec captivos hos gratis recipere, ſed totidem de Samnitibus & Tarentinis loco illorum commutandos mittere, ac nonniſi armis & militibus in Epirum amotis cum illo pacem & amicitiam inire voluerunt,* ut refert *Halic. in ejus vitâ cap. 39. & ſeqq. Simile quid à Cicerone & obſeſſo quidem Nerviis & illorum ſociis reſponſum eſſe, refert Jul. Cæſ. lib. 5. de Bello Gall. c. 41. p. m. 118.*

Unde

ed by Google

Unde etiam orta illa fœdera inaqualia, quibus Romani præcipuam auctoritatem &, comem obſervantiam & conſervationem ſibi à ſœderatis plerumque & ferè ſemper, *ſi Parthorum Reges, de quibus inter alios legendus Flor. lib.4. c.10. in pr. & Rupert. ibid.* (ubi tamen id deinde etiam introductum fuiſſe contendit) *excipiamus*, pacti ſunt, de quo etiam legi poteſt *Grotius de Jure Pac. & Belli lib.2. cap.3. n.21.*

TH. IV.

Primordium Pacificationis ponimus inducias, in excellentiori gradu ſumtas, *eaſq́; ſtatuimus eſſe* hoſtilium armorumper mutuum placitum ad certum tempus publicè indictam ceſſationem.

Explic.

E*Tymon induciarum à variis varium traditur: Gellius enim l.1.c.25. duplex ex antiquis Scriptoribus affert, unum*, quo illæ ex tribus vocubis *inde, uti, jam*, quaſi dicas elapſis armorum feriis inde, uti jam, id eſt, ante inchoatas illas fuit, omnia jure bellli agantur: *alterum*, quo iis conſtitutis hoſtes utrinque ſine pugnâ & impunè ad alterum ineunt. *Et inde ab eo quaſi initiâ*, hoc eſt, initus atque introitus dicatur. *Sed præterquam quod* ultimum valdè obſcurum ſit, otramque falsè deridet *Phil. Carolus Animadv. ad illum d.l.* ubi videatur.

Alii ab inducendo, quia iis temporaria pax vel belli ocium inducitur, *derivant*, inter quos *Puteanus in diſſert. de Induc. Belg. circa f.*

Alii, ut Voſſius & Marun. in Lexicis Etymol. ab in & ocium, inſerendo literam d. vel potiùs ab antiquo *indu & ocium*, quemadmodum in ſimili ab *indu & ſtruo*, induſtrius derivatus, deducunt: *à quibus non longè abeſt Grot. d.l.3. cap. 21. num.2.* illas ab inde & ocium, derivans, quia olim ſcripta fuêre *indotia*, & poſteà ex eo factum eſt induciæ. *Tandem Iſidorus lib.18.c.1. & Donat. in Terentii Evaucho, illas quaſi in dies ocia dies putat.*

Ubi monendum plerumq́; armiſtitium (quod novum eſt vocabulum & Romanis incognitum) *cum induciis confundi, cum tamen illud* propriè non pacis tractandæ, *ſed aliorum* particularium negociorum causâ, *puta* ad colloquium de certâ aliquâ re habendum, ad ſepeliendos occiſos, ad captivos utrinque exhibendos vel permutandos, & quidem bello jam per actus hoſtiles inchoato, ad breve ſpatium, & inter præſentes hoſtiles exercitus aut copias caſtria ſcilicet oppoſitis vel loco aliquo obſeſſo; *ha verò propriè ad pacem verè vel in ſpeciem tractandam plerumque* (uam quandoque ad eosdem actus eum armiſtitio quoque inſtitutæ ſunt) *& ad longius tempus, quo reſpectu Gell. d.l. dubitat*, an induciæ paucorum tantòm dierum dicendæ, ac inter abſentes quoque exercitus, nec non bello nondum inchoato utrinque iniri ſoleant, *quod etiam agnoſcit Leblen in Libeta p.269. & ſeq. & certo modo approbat Boxhorn. 1. Inſt. Polit. 23. §. 7. & ſeq. ubi tamen differentiam in eo ponit, quod armiſtitia ſint*, poſt quæ ſtatim ad bella reditur, in quibus potiùs bellum non geritur, quàm ſublatum eſt: *Induciæ verò*, in quibus bellum reverâ differtur. *Sed id inde refutari poteſt*, quod etiam induciæ quandoque ſaltem armiſtitio ſimiles fiant, ut ex gr. in iis, qui ſepeliendorum occiſorum causâ paciſcuntur, quarum exemplum refert *Liv. lib.23. c.46.*

A. *Conſtituuntur verò*, ut jam dictum, *induciæ etiam in longius tempus*, quod pro beneplacito tractantium extendi quidem poteſt, determinari tamen debet, *aliàs* ſi perpetuum continerent, non induciæ, ſed pax eſſent: *Leguntur autem induciæ inter Romanos & Volſinienſes in 20. annos, Liv. lib.5. c.32. inter eosdem & Etruriæ Populos in 30. annos. Id. lib.9. c.37. inter Eosdem & Vejentes in 40. annos, Id. lib.2. c.54. & inter Eosdem ac Faliſcos & Tarquinienſes in pares annos, Id. lib.7 cap.22. ac 100. annos, Id. l.1. cap.15. ac ſimiles ab Iisdem cum Ceritibus, Id. l.7. c.20. conſtituta, quæ certè vera pacis ideam in ſe continuere, ſolo nomine inter ſe diſtincta, ut Liv. poſtremo loco ipſe indicat. Cùm abſurdû* ſit & naturæ humanæ ad ſocietatem & mutuam affectionem inclinanti planè adverſum in tàm longum tempus injuriarum reaſſumtionem rejicere, ita, ut illo elapſo paciſcentibus integrum ſit illatum causâ denuò bellum ſuſcipere, cum

B. & tanti temporis lapſu & perſonæ injuriis affectæ ſint mortuæ, & res cauſam præterito bello dantes in diſpari tunc conditione, vel planè non exiſtere poſſint, *magis verò abſurdum immò planè beſtiale ſit*, rem vel controverſiam transactione pacis ſemel finitam poſt tantùm tempus iterum reſcindere velle, & poſſe, quâ de causâ etiam pacem ad certum & quidem tàm longum tempus concluſam magis perpetuam quam temporariam ex naturâ ſuâ æſtimandam ac habendam eſſe putamus, de quo *ſeq. thes7. expl.2. pluribus egimus.*

Contra easdem in brevisſimum tempus conceſſas ex Hiſtoricis conſtat, ita mentionem *induciarum ſex horarum Gellius d.l.1. c.25. duarum dierum Thucyd. lib.4. p.231. decem dierum Halic. lib.3. c.18. & l.9.c 22. 30. dieram Liv. l.9. c.43. breviùs unius anni Liv. l.10. c.46. biennii ibid. c.5. trienni l.4. c.35.*

C. *Ubi monendum inducias, ad tàm longa tempora non facilè ineundas eſſe*, ut poſt alios benè docet *Boxhorn. lib.2. Inſt. Polit. cap.3. §. 9. & jam dicta ſuadent, non quidem ob illam rationem, quia* poſt finem illarum induciarum novo bello orto antiquus exercitus non amplius exiſtit, & novus magnis ſumtibus conſcribendus eſt, quia idem parti adverſæ (*niſi* magnis ſumtibus illum retinere & adverſario ſuo ob diffidentiam inde ortam ad idem faciendum auctor eſſe velit, *quo tamen in caſu* ratio illa etiam ceſſat) tunc neceſſarium eſt: *Sed quia* per tàm longas inducias, ſi alia bella ceſſant, planè enervatur virtus bellica, ita ut alterutra pars alio bello interim non exorto planè impar ſit ad ſe tunc adverſus antiquum hoſtem defendendum, *Quam etiam ob cauſam confœderatis Belgis* vitio datum à nonnullis eſt, quod anno bujus ſeculi nono in duodecim an-

D. nos cum Hiſpanis inducias pacti ſint, cum certum ſit, hos non alio, quàm prædictâ de causâ illas tàm diuturnas obtuliſſe, quod etiam *non obſcurè indicat Puteanus in d. diſſert.* dum inter alia ita ſcribit: *Acerrimos ſæpè populos, quia vinci non potuerunt, victos eſſe, poſtquam ad ocium & quietis ſtudia converſi:* & paulò pòſt: *Induciæ igitur facta, conditiones ſcriptæ & promulgata, quibus hoc potiſſimùm actum, ne hoſtes eſſent, qui ſubditi recuſabant: ut quamdiu otium, etiam libertatem haberent: Hanc autem vindicare auſi; at fruendo, quàm à libertate abſint, experiantur; ſervitutem inveaturi, cum viſi evaſiſſe:* ubi plura. De quo etiam legi poteſt *Epiſtola Lipſii* de his induciis ſcripta & à perſonato *Juſto Bonafidio* per ſtricturas Politicas refutata §.37. *& ſeq.* & *Baudius diſſert. de iisdem ſcriptâ.*

Putant

A. *Putant verò nonnulli & cum iis Bodin. l.5. de Republ. num. margin. 616. & ſeq. Romanos ideò cum perfidis quibusdam Gentibus non pacem, ſed inducias longiſſimas etiam iniiſſe, quod induciæ ſacratiores pace ipsâ, adeòq; magis ſervandæ eſſent.*

Sed nos miſſo illo paradoxo potiùs ideò illud factum fuiſſe cenſemus, quia paci cum magno populo inita plerumq; fœdus, ut ex hiſtoriis conſtat, & ſeq. th. 17. expl. 2. traditur, adeòq; amicitia pactio adjuncta fuit, ideòq; Romani talibus, ut fœderibus & amicitiâ indignis pacem etiam concedere noluerunt.

Quoad cauſam efficientem induciarum notandum etiam hîc à Romanis Conſulibus illas ad pacem Romæ conficiendam quandoq; hoſtibus ad breve tamen tempus conceſſas eſſe, ut conſtat inter alios ex Liv. l.8. c.2. l.9. c.41.43. bis & alibi paſſim.

Hodie verò induciæ quidem vel potiùs armiſtitia ad alia negotia, ſi fraudis ſuſpicio abſit, *quam liberrimè, ad pacem verò conficiendam rarò & maximâ cum cautelâ à Duce belli hoſtibus concedi ſolent propter magna ex inſidiis & aliis rebus orientia ex iis pericula, & ideo negocium illud ad principales remittuntur,* de quo etiam legi poteſt *Gentil. lib 2. de Jure Belli* c.10.

B. *Pertinet huc illud Frottonis, hoſtium Legatis datum reſponſum, non oportere hoſtem induciis armari, Crantz. in Vand. l.1.* c.9. de quo plura quoque refert *Beſold. de Pace c.3. Aliam cautelam vide apud Schaffshauſen de Pace Sect.8. lit. a.*

Licet verò Romani probitati & fidei ſemper dediti fuerint, tandem tamen etiam dolis operam dedêre, ut exemplo Scipionis Syphacis caſtra ſub ſpecie induciarum & pacis tractandæ per Legatos ſpeculatores explôrantis & cum omnia, quæ ad intentionem incendendorum caſtrorum conducerent, per eos ſibi nota reddidiſſet, *pacem ſubdolè abrumpentis, ut narrat Liv. l.30. c.4.*

Circa effectum quæritur: A quo tempore conventio illarum ceſſantium armorum vires nanciſcatur?

C. *Reſp. Politici quidam ita diſtinguunt: Tempus illud aut* in genere incluſum, *aut* certus terminus à quo ad terminum ad quem præfixus eſt: *Priori caſu, ſi ex. gr.* induciis ſervandis decem deſtinati ſint anni, *ſtatim* à tempore publicationis tempus illud usque ad ultimum terminum vel momentum currere ſtatuunt, *poſteriori* verò, *ſi ex. gr.* à primâ Maji usque ad ult. Septembr. termini ſtatuti ſint, *non idem omnes ſentiunt.*

Grotius enim lib.3. de J. P. & B. c.21. §.4. contra alios tradit, terminum à quo non eſſe ipſam diem denominatam, ſed ſequentem, quia is dies intra menſuram non eſt, & ejus propoſitionis vis conſiſtit in diſcernendo non conjungendo, *terminum verò ad quem* ad favorem humani ſanguinis temerè non profundendi usque ad ultimum momentum currere.

Verùm pace illius magni Viri ac ſalvis aliorum opinionibus in hâc quæſtione ſtatuendum eſſe putamus, Conventionem hanc ipſos paciſcentes ſtatim & ab ipſo

D. ſubſcriptionis aut confirmationis momento, *niſi* aliud in iis expreſſum ſit, *ita obligare, ut non ſolùm ipſimet* nec directè, nec indirectè cōtra illam quicquam agere & ordinare, vel aliis faciendum permittere queant, *ſed etiam* in illo loco, ubi conventio perfecta eſt, ex conſcientiæ ductu & ad ſanguini parcendum militibus & ſubditis ſuis *omnem hoſtilitatem ſeriò & ſeverè inhibere, adeòq;, quantum quidem in ipſis eſt, omnem armorum ceſſationem procurare debeant; Quinimò ſubditos & milites ipſos* vi conſcientiæ & bonæ fidei ab induciarum ſimpliciter perceptarum tempore ad quietem armorum obligari, ut ex *Baudio lib.3. Induc. Belgic. art. 5. benè demonſtrat Brunnem. de Pace Politicâ Diſp.5. th.6. quibus adde, quæ habet Puſendorf. de Jure Naturæ & Gent. l.8. c.7. §.8.*

A. *Quod verò abſentem integrum exercitum vel diverſas ejus partes diſſitas concernit, illis pro diſtantiæ menſurâ certi demùm hoſtilitatis deponendæ termini poni, & per publicationem ſolennem in notitiam produci, poſt horum autem effluxum omnem demum hoſtilitatem ceſſare, & quod poſtea ablatum, expugnatum vel captum bonâ fide & cum animadverſione in transgreſſores vel violatores induciarum, ſi nocentes deprehendantur, reſtitui debere.*

Et quoad hos ſimiliter ipſum denominatum diem terminum quietis eſſe incluſivum putamus ob eandem à Grotio d. l. redditam rationem, ut ſcilicet ſanguini humano parcatur.

Quod verò prælaudatus Grot. d. §.5. addit, contrahentes adſtringi, ut damna à ſuis militibus & ſubditis ſtatim à perfectione & ante publicationem illata reſarciant, *id, niſi ita fortè expreſſè conventum ſit, quoad abſentes & ignorantes omni ratione caret, ac inſuper experientia refutatur, quia contrahentes* ultra culpam &

B. dolum intervenientem ad reſtitutionem evenientis fortè damni non obligantur, *immò* nec putamus quidem caſum obringere poſſe, quo contrahentes tali in caſu ſe obligent, de quo etiam legi poteſt *Zigler. in Not. ad Grot. d. §.5.*

Pertinet quoq; ad hunc effectum, quod finito tempore ſtatim & ipſo jure hoſtilia arma iterùm uſurpari poſſint, nec neceſſe ſit, ut una belligerantium pars alteri poſt elapſum terminum vel circa ejus finem hoſtilitatem denunciet, non obſtante exemplo, quod Grot. d. c.21. §.3. ex Liv. l.4. c.30. & 58. affert, ibi enim Feciales ad Vejentes non ideò, quod elapſum induciarum tempus eſſet, *ſed quod illi* contra inducias & Jus Gentium excurſiones in Romanum agrum feciſſent, ad repetendas res miſſi ſunt, *ut Auctor claris recenſet verbis,* addens controverſiam de modo indicendi belli ortam ideò fuiſſe. *Putat tamen Pufend. d. l. §.6. in longioribus induciis,*

C. *in quibus apparatus bellicus planè fuit ſolutus, indictionem belli ſi non neceſſariam, decoram tamen ſaltem eſſe.*

Monendum etiam inducias ratione effectus, quia ſcilicet arma quieſcunt, vel certè quieſcere debent, *propius ad pacis quàm belli naturâ accedere, & ideò omnia durantibus iſtis ablata reſtituenda eſſe, ut benè obſervat Corſetus de privileg. pacis ac Mantica de tacit. & ambig. Convent. lib.27. tit.2. n.19. ratione verò cauſâ bello comparari, quia hoſtilis animus non eſt ſublatus. Idem ſeq. n.21.*

Quæritur hîc: An induciæ ad unam cauſam, ex. gr. ſepeliendos interfectos impetratæ, poſſint ad aliam, ex. gr. ad Commeatum invehendum, bonâ fide & de Jure bellico licitè uſurpari?

Reſp. Negat hoc Feſchius de fœder. th.21. lit. f.

D. *Affirm. verò Beſold. de Pace cap.3. th.5. & id exemplis demonſtrat.*

Nos verò mediâ viâ incedendo, ita diſtinguimus, ut (1) *induciæ ad majorem cauſam conceſſæ, poſſint etiam ad minorem vel ſimilem tandem non verò vice verſâ ad minorem cauſam datæ ad majorem vel diſſimilem uſurpari: Ratio eſt, quia cui plus licet, eidem & minus licet, L.21. ff. de R. J. & L.110. in pr. ff. Eod. & utroq; in loco Phil. Matth. non verò vice verſâ, & quia ſimilium eadem ratio, idem jus, Richt. Reg.24. cum illâ tamen exceptione, niſi in pactione induciarum expreſſè conſtitutum* ſit, *quod illæ ad nihil aliud, quàm de quo conventum in ſpecie eſt, uſurpari debeant, quia pacta dant Legem Contractui L.7. §.5. verſ. idem ff. de Pact.*

(2) *Præ-*

(2.) *Præfectus belli inducias tales petens & impetrans tempore illarum etiam alia majora ſibi utilia ſine pœnâ quidem, ſed tamen ſuo periculo perficere poſſit, ex. gr.* ſi inducias ad ſepeliendos interfectos, vel ad dedendam ſub certo tempore urbem paciſcens clanculum præſidium abducat, & in locum ſecurum transferat, ut fecit *Philippus Maced. Rex apud Livium l. 31. c. 38. puniri quidem non poteſt, vel eò adigi, ut præſidium iterum* in locum priorem obſeſſum reportet, *vel noxa dedatur, periculo tamen ſuo id facit, quia* ab hoſte id animadvertente licitè adoriri & ſuperari vi poteſt. *Simili modo Hollandi ſub prætextu* dedendæ Oſtendæ clanculum ſubſidium quinque cohortium recipientes, ſicut memorat *Botoreus lib. 8. p. 292. extra pœnam quidem, non tamen citra criminationem Alberti id fecerunt, ſed* ſi in tempore illud Alberto notum factum fuiſſet, *ſubſidium illud citra violationem induciarum intercipere potuiſſet: Stratagemata enim ſicuti ab uſurpante libere perfici: ita ab adverſa parte datâ occaſione contrario dolo vel vi liberè impediri poſſunt.* Et *quodammodo hoc in caſu hoſti negligentia ſua imputari poteſt, quod non melius ſibi proſpexerit.*

Porrò benè opinatur Pufendorf. d. l. §. 10. in quivis induciarum ſpecie actus merè defenſivos licitè exerceri poſſe, ubi legi poteſt.

Tandem notandum à Liv. l. 2. c. 18. & 64. item l. 23. c. 46. & Juſtin. l. 6. c. 7. mentionem induciarum tacitarum fieri, eas verò nihil eſſe aliud, quam hoſtium propinquorum citra induciarum pactum voluntarium & non violentum diſceſſum, tacitum quaſi in inducias vel quietem armorum conſenſum arguentem: *talis diſceſſus exemplum etiam in Romanis & Sabinis refert Halic. lib. 3. c. 79. Pufend. tamen d. l. §. 7. tacitas inducias illas vocat,* quando hoſtes magis ex bona fide quam conventione quieſcuut. Sed fortè meliùs dicendum ex nudo beneplacito illas quaſi ſervari, cum alteruter hoſtium pro lubitu ab illa quiete recedere poteſt, quod ſi bona fides interveniſſet, illicitum eſſet.

TH. V.

Circa tractationem pacis ipſam conſideranda veniunt (1.) Cauſa efficiens. (2.) Materialis. (3.) Formalis. (4.) Finalis. (5.) Effectus. (6.) Requiſita & adjuncta. (7.) Conſervatio. (8.) Contraria. (9.) Declaratio.

TH. VI.

Cauſa Efficiens eſt duplex Principalis & Inſtrumentalis.

TH. VII.

Principalis ſunt partes primariæ bella inter ſe gerentes, ad quorum naturam & ingenium in hoc negocio probè reſpiciendum eſt.

Expl.

I. *QVoniam jus & poteſtas pacis ſanciendæ ejusdem cum jure & poteſtate belli inferendi & gerendi qualitatis & momenti eſt, atque ideò utriusque cognitio ac perfectio apud Romanos antiquitus Collegio Fecialium concredita fuit, ut ex Halic. lib. 2. c. 63. & Liv. lib. 9. c. 5. conſtat, palam eſt, nonniſi eum, qui proprio ductu, auſpicio & nomine bellum gerit, regulariter pacem conficere poſſe, de quo legi poteſt Caboetius lib. 2. Diſp. c. 15 & Gudel. de pace c. 2. & Schwendius* im *Diſcurs* von Beſtellung des gantzen Kriegsweſens. *p. 25. & ſeq. & Ayala de Jure belli c. 7. n. 6. quâ etiam de cauſa Scipio* Romanorum Imperator *negavit, inconſulto Senatu quicquam de pace agi poſſe, ut refert Plut. in ejus vita c. 14. ac Livius l. 28. c. 18. & S. P. Q. R.* pacem ſe inconſultis à T. Veturio & Sp. Poſthumio Conſulibus, cum ipſorum exercitus in Furculis Caudinis interceptus fuit, cum Samnitibus perfici potuiſſe ſimiliter negarunt, *ſponſionem ſaltem pacis* factam fuiſſe dixerunt, *ac propterea* Poſthumium & reliquos pacis ſponſores *Samnitibus in pœnam per Feciales dederunt,* ut latè recenſet *Liv. d. l. à c. 5. uſq. ad* 10. & id *Cic. l. 3. de Offic. c. 30.* annotavit. *Quod etiam Poſthumius ipſe apud Livium ib. c. 8. & 9. bis fatetur. Ita Senatus Romanus* pacem ſive fœdus conjunctum ab Aulo Imperatore & Jugurthâ *abſque ſuo & Populi juſſu perfici potuiſſe negat apud Saluſt. in Jugurthâ c. 39. Et ideo Carthaginenſes Legatis Romanorum apud Liv. l. 21. c. 18.* objiciunt: *Vos, cum Lutatius Conſul primò nobiscum fœdus icit, quia nec ex auctoritate Patrum, neque Populi juſſu ictum erat, negaſtis vos teneri. Ita quoq. Marcus Volſcorum Imperator* Legatis Romanorum pacem & amicitiam à ſe petentibus *reſpondit*, non penes ſe ſed copias ſuas (id eſt, Senatum Populumque Volſcorum, maximâ ex parte ſimul in bellum profectos) eſſe belli & pacis arbitrium, ut memorat *Halic. lib. 8. c. 36.*

Paſſim hinc apud Hiſtoricos Romanos legimus, quod Imperatores ipſorum ſub Republ. Legatos ad ſe pacis causâ miſſos ad S. P. Q. R. remiſerunt, ut inter alios indicat *Liv. l. 8. c. 1. & 36. lib. 9. c. 43 l. 10. c. 37. l. 29. c. 8. & 12. l. 32. c. 23. l. 33. c. 9. 16. & 17. & l. 38. c. 10. Appian. de Bellis Punicis p. m. 27.* De quo etiam conſuli poteſt *Ærod. Rer. Judicat. l. 3. t. 5. c. 11.*

Pompejum tamen à Senatu jus ſive poteſtatem belli & pacis obtinuiſſe refert Appian. in Mithridat. p. m. 395. & Scipioni eandem in bello cum Carthaginenſibus geſto ex commiſſione tamen datam I. d. in Punicis p. m. 28. quod etiam memorat Liv. l. 30. c. 43.

De Conſulibus Romanis tanquam belli Imperatoribus quæri ſolet? An non ii pacis ineundæ poteſtatem habuerint? & conſequenter, an Ducibus belli ſupremis illa competat?

Et pro affirmativa quidem afferri ſolet:

(1.) *Quia caput Senatus fuerunt, & ideò* in bellum ituri generale ſaltem mandatum acceperunt providendi, ne quid damni Reſp. patiatur.

(2.) *Quia inducias pacis causâ* cum hoſtibus facere liberè potuerunt, ut *Livius paſſim* & in ſpecie in locis præced. explic. allegatis, narrat.

(3.) *Quia Scipio Africanus* Carthaginenſibus pacis conditiones ex arbitrio dediſſe legitur, *Plut. in ejus vitâ c. 37. & Liv. l. 30. c. 37.*

Sed Negativa verior eſt, quia nullus belli Dux niſi ſimul exercitus Dominus *abſque mandato ſpeciali* pacem cum hoſtibus inire poteſt, *mandatum enim generale* ad omne illud, quod ad bellum gerendum neceſſarium perficiendum, poteſtatem pacis conficiendæ in ſe non continet, *ad exemplum Procuratoris cum ejusmodi mandato ad lites conſtituti,* cui poteſtas transigendi vigore illius mandati etiam non competit *L. 60. ff. de Procurat.* Sicuti etiam *Saluſt. in Bello Jug. c. 39.* expreſſè ſcribit, *Senatum, cum Conſul Albinus eum de fœdere cum Jugurtha ineundo rogaſſet, ut par fuit, decreviſſe, ſuo atque populi injuſſu nullum fœdus fieri poſſe.*

Diſtinguendum ergò (1.) *inter inducias & pacem ipſam, illa* à Conſulibus dari potuerunt, *non tamen* ad longum tempus propter majus periculum, ut ex d. locis & aliis Hiſtoricis conſtat; *ſimulq. pacis conditiones præſcribi non tanquam concluſum, ſed tanquam idea,* juxta quam Romæ, ſi ita S. P. Q. placeret, pax confici poſſet, cùm enim ibi ſtatus belli non ita notus eſſet, Imperatoribus licitum fuit per tales conditiones ſtatum illum delineare, & quid ſibi videretur, exprimere: Imò *Cicero Philip. 12. c. 4.* id planè neceſſarium eſſe ducit, ſcribens, quid autem hoc injuſtius, quàm

nos, inſcientibus iis, qui bellum gerunt, de pace decernere.

Hinc ſemper legimus Legatos tales cum conditionibus illis vel ſimpliciter ad S. P. Q. R. pacis conficiendæ causâ remiſſos fuiſſe, uti etiam *Scipio* hoc in caſu fecit, memorante *Liv. d. l.* (2.) *inter poteſtatem horum Imperatorum per ſe, & delegatam ſive particularem à S. P. Q. R. iis & ſimul miſſis more majorum decem Legatis ex Senatus Conſulto ſingulari factam conceſſionem, cujus exempla Liv. d. l. 30. c. 43. l. 9. c. 43. lib. 32. c. 37 & l. 33. c. 9. 16 & 17. recenſet: quo caſu nihilominus a S. P. Q. R. confirmatio peti debuit, ut ex priori loco & aliis conſtat.*

(3.) *Inter paſſificationem perfectam & ſponſionem pacis ſive pacem ſub ſpe & conditione rati confectam. Plura vide apud Gent. l. 2. de Jure Belli c. 10. & Hunn. de Pact. c. 2. q. 2. Sicuti nec aliæ Gentes Ducibus ſuis id permiſerunt, ut de Athenienſibus Thucyd. l. 2. p. 93. quoad Potidæas refert.*

Illud tamen tacendum non eſt, quoſdam Populos & Magnates Ducibus ſuis quandoq; in ſpecie belli pacisq; arbitrium conceſſiſſe, ut de *Latinis* in bello adverſus Romanos factum fuiſſe conſignavit *Halic. lib. 3. c. 47. & de Romanis ipſis* Quintio Conſuli illud permittentibus *Liv. lib. 32. c. 37.*

Diſſ. Duar. in L. Conventionum ff. de Pact. quoad belli Ducem, cui libera omnium rerum poteſtas eſt commiſſa, à Beſoldo de Pace c. 4 § 2. ſatis refutatus.

Ubi notandum, pacem ab Imperatore & exercitu in caſu neceſſitatis contra ſcitum & conſenſum S. P. Q. R. extortam à Romanis non pacem, ſed ſponſionem pacis, quia illi ob defectum mandati ſaltem ſpondere potuerunt, ſe Romæ confirmationem perfecturos, ut ex *Liv. d. l. 9. c. 8. 9. & 10.* conſtat, *quod hodie ſub ſpe & clauſulâ rati fieri ſolet. Beſold. de Pace c. 4 § 3.*

Quod verò Imperatorem noſtrum concernit, illum ſicuti nec bellum abſq; Statuum conſenſu nomine Imperii gerere, ita nec pacem ſine illorum voluntate & quidem in publicis comitiis ante habitâ deliberatione ex Inſtrum. Pac. art. 8 § gaudeant &c. notum eſt, idque exemplo Pacis cum Gallarum Rege nunc initæ probatur.

II. *Quæritur hîc*: An pacem cum hoſtibus efficaciter inire poſſit (1) Minor Rex vel Princeps?

R. Negando quoad proprium factum. Juris Gentium enim eſt, quod à perſonis in pupillari ætate conſtitutis ob defectum judicii nihil ſolidi nedum tanti momenti res perfici poſſit, ut notum.

Sed quo minus illa per tutores & agnatos ejus nomine conciliari poſſit, dubio omni caret, & exemplis maximè illuſtribus probari poteſt.

Ita enim, ut antiquiora omittamus, *pax Bremenſis* nomine Regis Sueciæ impuberis per matrem Reginam tutricem & Status Regni anno 1666. perfecta eſt, ut ex *Diar. Europ. Parte 15. App. 2.* conſtat.

Itaquoq; nomine Regis Hiſpaniæ impuberis per matrem Reginam & Conſiliarios Status pax cum Infante & Regente Portugalliæ Petro *anno* 1668. *& cum Rege Galliæ confecta eſt.*

(2.) An Rex vel Princeps captivus?

R. Diſtinguendo (1.) *inter Regnum patrimoniale & uſufructuarium.* (2.) *Inter pacem, quæ* Regni bona per alienationem valdè imminuit, adeoque enormiter illud lædit, *& quæ* modicam ſaltem vel nullam in ſe continet Regni vel Principatus imminutionem.

Statuimus itaq; captivum Regem vel Principem patrimonialem, ut ita loquantur, *pacem etiam cum aliquâ Provinciæ ſuæ jacturâ facere poſſe, ita tamen ut ſubditorum alienandorum conſenſum requirat: uſufructuarium verò* ſine Procerum conſenſu nihil pacis & libertatis causâ alienare, *quoad perſonam tamen* ſuam liberè paciſci poſſe, per ea, quæ *præcedenti parte 2. c. 4. th. 6. exp. 1. annotavimus*, *cujus exemplum* occurrit in

A. *Franciſco I. Gallarum Rege, qui cùm à Carolo V. Imp. captus, ſub illa ſimul conditione*, ut Burgundiam illi Imperatori, tanquam hæreditario jure debitam reſtituat, *liberandus erat, reſpondit: ſe prius in captivitate moriturum, quàm pro liberatione Regnum imminuturum*, cujus proprio jure ne minimam particulam alienare poſſet. *Serr. in ejus vitâ pag. 493. demum receptis illis conditionibus dimiſſus, Caroli Legatis* unà miſſis, claris verbis *reſpondit, ſe non poſſe alienare Burgundos ſine illorum conſenſu*, convocaturum tamen eſſe brevi Status ejus Regionis. *Et paulò pòſt altìs ejus Legatis reſpondit*, ſe promiſſis de Burgundiæ alienatione tanquam nimis detrimentosâ Coronæ ſtare non poſſe, reliqua impleturum, & pro liberorum ſuorum redemtione duas Coronatorum myriades ſoluturum, ut *id. p. 495.* recenſet. *Quare poſt novum bellum ann. 1529. aliæ pacis conditiones, quæ Burgundiam exemerunt, confectæ ſunt, quæ legi poſſunt apud Mauroc. lib. 3. Hiſtor. Venet. p. 125. & Serran. d. l. p. 506.*

B. (3.) An quis Confœderatorum aliis inſciis & invitis pacem cum hoſtibus inire poſſit?

In arduâ hâc quæſtione, quæ inter Magnates ſæpè acriter & cum magnis injuriis tractata & agitata fuit, *Diſtinguendum putamus* (1.) *inter formalia hujus articuli, an nimirum ille ita ſit confectus, ut nullus confœderatorum abſq; cæterorum ſcientiâ & conſenſu, vel ſolùm abſq; illorum ſcientiâ pacem inire debeat?* (2.) *inter cauſam & qualitatem diſſenſus à Confœderatis interpoſiti juſtam neceſſariamq;, & injuſtam, temerariam & frivolam.* (3.) *Inter Confœderates promiſſa auxilia & ſubſidia bellica fideliter præſtantes, & conditiones fœderum exactè obſervantes, & eadem vel planè non, vel debito tempore non conferentes, adeoq; conditiones illas non implentes.*

His præmiſſis reſpondemus, ſi in fœderum tabulis conventum ſit, ut ad pacem cum hoſte communi conficiendam confœderatorum *omnium Conſenſus* impetrari debeat, ab eo, qui pacem initurus eſt, *omninò illum*
C. *requirendum eſſe, quia verò* ob diverſa partium ſtudia & diſſimiles ſociorum bellandi cauſas & fines, *rariſſimè circa pacem conficiendam omnes conſentiunt*, ut ex Hiſtoricis conſtat, *remedium hoc in negotio optimum eſt, ut pacem amplexurus vel quæſiturus non ſingulos ſeorſim, ſed omnes ſimul & conjunctim in locum aliquem convocet, & communi conſilio vel concilio habito illius articulos vel ex ſuâ parte vel communis conficiat.*

Licet enim tunc unus vel alter inquietus ſocius in illam conſentire nequeat, attamen quod majori parte placet, etiam invitis reliquis tuto ſineq; perfidiæ labe perfici poteſt, maximè, ſi quo ad ſecundam diſtinctionem illi juſtam diſſentiendi cauſam non habeant, quod inde æſtimandum eſt, ſi ob levia aliqua, & nullius momenti ab uno atq; altero obſtinatè adhuc deſiderata, reliqua magni momenti & emolumenti capita obtinenda vel jam obtenta rejiciant, quia nunquam ferè obtingit, ut ab ho-
D. ſte, niſi planè ſuperatus & enervatus ſit, omnia poſtulata obtineantur. *Acutè hoc obſervat Bodin. l. 6. c. 5. circ. f.* ita ſcribens: *quid ſi unus ex ſociis perpetuis & capitalibus odiis cum hoſtibus certare, ſociis diſſentientibus velit? cæteros quoq; implacabili & ſempiterno implicari oportet.*

Prudenter id ſæpè obſervarunt Græci, ut inter alia ex *Thucyd. l. 5. p. 224. & ſeqq.* in pace inter Lacedæmonios & Athenienſes factâ cognoſci poteſt.

Idem obtinet inter duos ſaltem ſocios, ſi enim alter pacem honeſtam & æquam acceptare vel conficere velit, alter verò ſine juſta cauſa renuat, prior abſque perfidiâ pacem invito altero inire poteſt, *quia ſemper potior juſto & æqua pacis ratio habenda eſt, quàm belli ſtudis ex ambitione vel ſtultâ ſuperbiâ profecti. Licentia enim vel poteſtas illa efficaciter poſſe juxta pacta diſſentire*

mo: alter-

moraliter intelligenda ſive ad juſtas & æquas cauſas ſaltem reſtringenda eſt, quia non perpetuò conſligendum & in armis verſandum, ſed pacis æquæ obtinendæ cauſâ bellum geritur & ſuſcipitur, ut præced. th. 1. in expl. dictum.

Idq; eò magis obtinet, ſi ſecundum tertium diſtinctionis membrum Socius unus atq; alter militem, commeatum, pecuniamve publicè ad belli uſum conferenda contra pacta vel non in tempore, vel planè non exhibeat, *pacem verò appetens*, nervis talibus pedetentim minuatur, hoſtique magis & periculo, quàm alii vicini objectus ſit. *Ita ex. gr. cum inter Pontificem, Hiſpaniarum Regem & Rempubl. Venetam anno* 1571. *fœdus adverſus Turcam egregium, & in ejus art.* 16. ut videri poteſt apud *Mauroc. lib. 10. Hiſtor. Venet. f. 399. ſancitum eſſet, ne quis illorum* cum hoſte invitis atque inſciis aliis de pace ageret: *Veneti nihilominus videntes* Confœderatos ſuos ſemper inter ſe diſſentire, & moras nectere, ſibi contra maximum onus belli ferè ſolis incumbere, impenſas in immenſum creſcere, periculum magis, quàm aliis imminere, pecuniam in ſumtus bellicos neceſſariam deficere, *clam Confœderatis pacem cum Turcis inière, & Pontifici re compertâ ideò irâ æſtuanti, cauſas pacificationis occulta indicarunt & ſe excuſarunt, ut idem p. 470. refert.*

Similiter præterito anno 1648. *Belgii Confœderati Ordines inſciis Sociis Gallis pacem cum Hiſpanis patrarunt*, Gallis ideò frementibus & Belgis perfidiam objicientibus, ut ex Scriptis hinc inde editis conſtat. *Et licet Galli præterito ſeculo* Mauritio Electori Saxoniæ idem in fœdere cum Henrico II. eorum Rege contra Carolum V. Imper. *anno illius ſeculi* 52. icto objecerint, ut legi poteſt apud *Bodin. l. 6. de R p. c. 5. circa f. & Arum. ad A. B. Diſcurſ. 6. th. 7. hic tamen ibid. & Joh. Frideric. Brand in vindiciis Mauritianis Mauritium illum ſtrenuè defenderunt.*

Quicquid ſit, Politici prudentiores ſerio inculcant, ne fœderibus inſeratur, quòd neuter ſine alterius conſenſu pacem inire debeat: quia inconſultum eſt & improvidum ad alterius voluntatem & quandoque impietatem atque injuſtitiam non rarò hîc incidentem ſe juramento vel fide datâ adſtringere, ac ſe aliorum cauſâ in exitium vel periculum præcipitare.

II. *Ad naturam & indolem hoſtium hîc ideò probè reſpiciendum eſt, quia tam integræ nationes, quàm certæ familiæ & perſonæ dantur, quæ planè infidæ, fallaces & rerum novarum avidæ ſunt, cum quibus* ideò magnâ prudentiâ & cautione in hoc negocio procedendum eſt. *Quod præclarè indicat Polyb. l. 3. c. 12.* ſcribens: *Oportere eos, qui Rebusp. præſunt, nihil magis curare, quàm ut perſpectum habeant, quo animo ſint qui aut bella finire, aut amicitias conſtituere ſatagunt & l. 8. c. 2. Magnâ digni ſunt reprehenſione, qui temerè hoſtium fidei ſe permittunt, illi verò non ſunt culpandi, qui maturè prout poſſunt ſibi cavent. Nam credere quidem prorſus nemini, amittere eſt facultatem rerum gerendarum.* Et paulò poſt *inter fidei pignora ſimul ponit vitam ante actam.*

Inter hos reperiuntur apud Scriptores & Hiſtoricos Romanos ac alios *Pœni Liv. l. 22. c. 6. Afri id. l. 29. c. 3. Hiſpani id. l. 22. c. 21. Syri id. l. 36. c. 17. & Vopiſc. in Aureliano c. 31. Gallo-Græci Liv. l. 38. c. 25. Lucani Liv. l. 8. c. 24. Ligures id. l. 40. c. 35. Celtiberi Id. ſeq. c. 39. Galli Pollio in 30. Tyran. c. 3. Ægyptii Id. c. 22. Græci Cic. pro L. Flacco c. 4. Theſſali Ulpian. Rhet. in Menium. Spartiati Euripid. in Andrem. & Ariſtoph. in Acharn. Cretenſes, Cilicienſes & Cappadoces, de quibus antiqui dixêre, tria cappa ſunt peſſima. Suid. in Hiſtor. ſub vocabulo Cappa, de quo tamen conſuli poteſt quoad Cappadoces Calius l. 18. A.*

A. *L. c. 30. Et in genere omnes Barbari Liv. l. 22. c. 22. & l. 28. c. 17. Turcas quoq; in pacis negotio fraudulentos eſſe & rarò bonâ fide illam conficere certum eſt, illudq; illis licere ex Leunclav. lib. 1. Hiſtor. Muſulm. p. 29 conſtat,* ſcribit enim ibi: *Otmanidæ Lege ſuâ Muhametanâ, quam Coranum appellant, permitti ſibi volunt, ut in rebus ad incrementa Regni ſpectantibus ex commodo ſuo metiantur, an hoſti data fides ſervari debeat, & ut promiſſorum Gauris factorum nullam pro ſua libidine rationem habere poſſint:* de quo etiam *Soranz. in Ottom. parte 3. c. 68. & Tarduccius in Turca Vincibili parte 1. c. 1. legi poteſt.*

TH. VIII.

Inſtrumentales ſunt perſonæ ad negocium pacis conficiendum à partibus belligerantibus adhibitæ, *eæque vel* ab illis ipſis è ſuis ad id B. deſtinatæ, *vel* ab extraneis rogatu vel ſponte ad negocii illius perfectionem tranſmiſſæ & receptæ.

Expl.

P*Rincipum ipſorum congreſſus rarò felicem exitum nanciſci, ſupra p. 2. Sect. 1. c. 2. th. 6. expl. 2.* monuimus, & hoc inſuper benè demonſtrat *Schaffsh. de Pace Sect. 8. lit. A. quæſt. 1. p. 302 & ſeq. & idcirco Legatorum uſum utiliter introductum eſſe adjecimus. Quod magis* in negociis pacis ob exacerbatos controvertentium animos & inde orientia multa pericula ita ſe habet, ut multis oſtendit *Marſalaer de Legat. l. 2. diſſ. 24. in quibus ideò per Legatos utrinq; miſſos Controverſia illa finiri ſolent.*

Ubi tamen diſtinctio hæc obſervanda, quod illo demùm in caſu, ubi partes dignitate & viribus pares ſunt, Legati ita utrinque mittantur ad locum ab utraque parte electum eumque vel in territorio extraneo, C. *vel in confinio, vel in territorio tandem alterius utrius ſitum, ſicuti poſtremum in pacificatione Oſnabrugenſi & Monaſterienſi, anno 1648. Suedico Polon. à in Monaſterio Olivâ propè Dantiſcum anno 1660. Suedico Danicâ Hafniæ eodem anno, Anglo-Hollandicâ Bredæ anno* 1667. peractâ.

Medium in Pacificatione inter Carolum V. Imper. & Henricum II. Galliæ Regem electo ab Angliæ Regina Maria tanquam mediatrice inter Caletum, Ardeam & Granvallinum Anglicæ, Gallicæ & Burgundicæ ditionis oppida velut in triangulo poſita loco idoneo & ſicco, in mediâ planitie ſito, poſitiſque ibi quatuor domiciliis temporaneis quidem, ſed expolitis & accommodatis, ut fuſiùs refert *Sleidan. l. 26. p. m. 776. & ſeq.* nec non hoc ſeculo *in Pacificatione Hiſpano-Gallica prima anno 1659. in Inſula Phaſianorum in confinio utriuſque Territorii* propè montes Pyrenæos ſingularibus Solennibus *in Diario Europ. Cont.* D. *2. p. 369. & ſeqq.* & apud *Gualdum in illius Hiſtoria ab Axemo Latinè verſa, ubi p. 28. & ſeq. refert*, illam inſulam quidem ab Hiſpanis quondam prætenſam, ſed nunc & tunc pro utroque regno communem habitam eſſe, legendis.

Et prius in poſteriori Pacificatione inter Gallos & Hiſpanos ob Belgii Provincias Aquiſgrani 1668. concluſâ obſervatum fuit, de qua legi poteſt *Diar. Eur. Cont. 16. in appendice.*

Pertinent huc Pacificationes in caſtris inter exercitus hoſtiles initæ.

Ubi verò partes impares ſunt, plerumque minorum Legati ad aulam potentioris, vel alium locum ab ipſo determinatum mitti ſolent.

Notandum verò hîc, Legatos tales olim apud Romanos Caduceatores à Caduceo virgâ Mercurii candidâ complexu duorum anguium capita in ſummitate ſibi opponentium, vel ut exactè *Pierius l. 15. Hieroglyph.*

 c. 41.

c. 41. ſcribit: *Caduceus ſpecie tota prorſus Ægyptiaca, quam Mercurio præcipuè veteres conſecrarunt, Draconibus duobus, mare ſcilicet & fœminâ parte mediâ voluminis ſui invicem in nodum, quem Herculis vocant, obligatis: quorum primæ partes reflexæ in circulum preſſis oſculis ambitum circuli jungunt, caudæ verò ad Caducei capulum revocantur, ornanturque alis ex eâdem capuli parte naſcentibus: quæ procul dubio ex Macrob. l. 1. Saturn. c. 19. hauſit. Significant verò hi angues concordiam, & ideo in Pacis argumentum Caduceum hoc ab exteris Gentibus miſſum eſt, Plin. lib. 29. c. 3. circa f.* ad quem locum vide *Dalechamp. Quibus jungi poſſunt, quæ habet Rhodig. l. 21. c. 16.*

Annectendum quoque Legatos tales à Barbaris Græcis & aliis victis miſſos infulas & velamenta, nec non ramos oleæ quandoque geſtaſſe, ut de Barbaris tradit Polyb. l. 3. c. 52. & de aliis conſtat ex Liv. l. 24. c. 30. l. 25. c. 25. l. 29. c. 16. l. 3?. c. 36. l. 36. c. 20. l. 37. c. 28. & l. 45. c. 25. Virgil. lib. 7. Æneid. v. 153. & ſeq.

Centum Oratores auguſta ad mœnia Regis
Ire jubet, ramis velatos Palladis omnes.

Et l. 11. Æneid. v. 101.

Velati ramis oleæ veniamque rogantes.

Quod etiam ex parte Romanorum fecerunt Sacerdotes ad Coriolanum Legati miſſi. Id Liv. l. 2. c. 39. Appian. meminit præterea Verbena de Bell. Punic. p. 134.

TH. IX.

A partibus ipſis deſtinatæ ſunt duplices iterùm, vel enim ex ipſorum miniſtris ſolùm, *vel ex* Vaſallis & ſubditis ſimul ſunt deſumti.

TH. X.

Circa utroſq; conſiderari debent illorum (1.) requiſita. (2.) mandata & inſtructiones.

TH. XI.

Inter requiſita præcipua ſunt, ut mittantur (1.) grati. (2.) fidi & taciturni. (3.) prudentes & eloquentes (4.) magnanimi (5.) continentes (6.) moderati & pacis amantes.

Expl.

I. *GRati, fidi, prudentes, eloquentes, magnanimique cur in omni Legatione adhibenda præc. parte 2. ſect. 1. c. 15. th. 9. in explicati. notavimus, quod maximè in hoc* multis difficultatibus, dolis & periculis ſubjecto *negocio, imprimis, quia* hic cum iis, qui multis modis læſi adeoque vindictæ cupidi ac irarum pleni ſunt, *locum obtinet. Taciturnitatem hîc præcipuè circa ſecretas inſtructiones requirimus, quia hoſtis iis compertis* conſilia adverſarii accuratè cognoſcere, adeoque adverſarium circa conditiones pacis pro lubitu premere poteſt: *Uti Venetis 1540. evenit*, cum enim ſecreta Aloyſii Baduarii Legati inſtructio per proditores Regi Galliæ, & ab hoc, ut poſteà compertum fuit, Solimanno ante illius Legati adventum aperta fuiſſet, ejus tenoris, ut neceſſitate id poſtulante Nauplio & Epidauro cederet, Solimannus ad tradenda illa Legatum compulit, ut latè refert *Mauroc. l. 6. Hiſt. Venet. ad d. annum 1540. & 1542. ubi circa fin. Proditores illos nominat,* de quo etiam legi poteſt *Juſtinianus l. 13. Hiſt. Veneta f. 279. & Lindenſpur. in Proœm. de arcan. Imper. Monarch.*

Magnanimitate verò pro re natâ hîc ideò vel maximè opus eſt, quia contra obſtinatos, læſos, & quandoque ſuperbos agendum eſt, *cujus egregium exemplum præbet unus* ille Legatorum Privernatium, qui à quodam Patrum Romanorum maximè offenſo interrogatus, quam pacem meritos Privernates (defectores & ſeſe jam dedentes) cenſeret? *eam, inquit, quam merentur, qui ſe libertate dignos cenſent: Dicenti verò Conſuli: Quodſi pacem remittimus vobis, qualem nos pacem vobiſcum habituros ſperemus? reſpondit, ſi bonam*

A. *dederitis, & fidam & perpetuam, ſi malam, haut diuturnam.* Et illa magnanimitate effecit, ut Conſul in Concilio diceret, *eos demùm, qui nihil præterquam de libertate cogitant, dignos eſſe, qui Romani fiant, ut refert Liv. l. 8. c. 21.*

Moderatos & pacis amantes ad hoc negocium conficiendum mittendos eſſe, ipſius finis oſtendit, *quapropter planè à ſcopo aberrare putamus illos, qui viros bellicoſos imò planè belli illius Duces ad id adhibent, id enim imprudenter fieri inde patet,*

quia tales (1.) *ob* damna illata minus accepti & perpeſſa nimium vindictæ cupidi & obſtinati ſint.

(2.) *nihil niſi bella* & minas crepant, ac animos etiam pacificorum ad nova odia componunt,

(3.) *bellicis laudibus innutriti rariſſimè pacem amant* teſte *Plinio in Paneg. c. 16. ingrata quippe iis quies eſt, & facilius inter ancipitia clareſcunt Tacit. in Germ. c. 14.* ideoque *pacis conſiliis obſtant, quia bello florent, gloriamque &* B. *honorem capiunt, ut de Braſida ſcribit Thucyd. l. 5. p. 223. Talis quoque fuit Menedorus, qui* Pompejo omnibus pacem cum Auguſto & Antonio ineundam eſſe ſuadentibus ſolus reſtitit, *Appian. l. 5. de B. C. p. 1130 addens pag. ſeq.* illum ideò à reliquis criminatum fuiſſe quaſi gaudentem claſſis imperio nec tam domino ſtudentem, quam ſibi uſurpantem provinciam cum exercitu. *Et T. Quintius Rom. Conſul, qui licet* ſibi à Senatu Romano arbitrium pacis & belli cum Philippo Macedone conficiendi permiſſum eſſet, *tamen* quia victoriæ, quàm pacis avidior eſſet, neque colloquium poſteà illi dedit, neque Legationem aliam, quàm quæ omni Græciâ decedi nunciaret, admiſſurum dixit. *Liv. l. 32. c. 37. Talis quoque à Cominæo l. 3. Hiſt. c. 1. deſcribitur Comes Sanct Paulinus additâ ratione,* cur magis bellum quàm pacem amaverit, quod timeret, ne magna auctoritas & potentia diuturna C. pacis continuatione flacceſceret. *In hos ſcriptum eſt illud Tacit. 2. Hiſt. 37. qui pacem belli amore turbant, bellum pacis caritate non deponunt.*

Putant tamen nonnulli ad hoc negocium belli Duces cum aliis Civilium artium gnaris & moderatis optimè mitti poſſe, quia ita illi ab his ad moderata conſilia flecti, *hi* nimis lenes ab illis ad juſtum fervorem incitari poſſunt, de qua mixturâ vide, quæ *præc. part. 2. ſect. 3. c. 1. th. 7. expl* 8. conſignavimus. *Qua etiam de cauſa abſque dubio Rex Hiſpaniæ & Albertus Auſtriacus* ad inducias an. 1609. pangendas Ducem ſuum Belgicum *Ambroſium Spinolam cum aliis quatuor Civilium rerum peritis adhibuit,* de quo legi poteſt *Meteranus l. 28. f. 509. & Baudius de Induc. Belg. l. 2. referens,* Ordines Confœderatos Spinolam, tanquam extraneum ægrè admiſiſſe, quia contra præmiſſos articulos id factum erat, tandem verò poſtquam adductum fuiſſet, illud honoris cauſâ factum, in id conſenſiſſe.

II. *Quæritur hic:* (1.) An fœminæ ad negocia pa-
D. cis procuranda mitti & admitti debeant?

R. (1.) *Diſtinguendo (1.) inter belligerantes, an inter ſe & cum tali fœmina cognatione vel affinitate conjuncti ſint, necne? (2.) inter præludia ſeu generalia pacis & ſpecialem ejuſdem tractationem ac abſolutionem.*

Statuimus itaque quod fœminæ ad partes cognatione vel affinitate imprimis ratione illarum fœminarum inter ſe conjunctas quoad præludia iſta perficienda, ſive animos controvertentium odiis expulſis reconciliandos tutò & utiliter adhiberi poſſint, quia (1.) natura hunc ſexum quoad prædictum effectum ſingularibus blanditiis & commovendi artibus inſtruxit, *imprimis* ſi negocium tale inter conjunctos & ſanguinis vinculo nexos tractandum ſit.

(2.) *amori & honori illarum* inter cognatos, ſi præſertim ætate venerabiles ſint ac modum in flagitando adhibere poſſint, plurimum tribui ſolet.

(3.) *Quia*

(3.) *Quia exempla* ita feliciter ſopitorum odiorum inſignia exſtant. *Ita Veturia & Volumnia Marci Coriolani mater & uxor cum reliquis Romanis Matronis* poſt longas preces illius animum ita flexerunt, ut remiſſâ ad ſuum populum pacis tractatione cum exercitu pacificè in ſuos fines receſſerit, ut latè recenſet *Halic. lib. 8. c. 45. usque 54. & Liv. l. 2. c. 39. & ſeqq.* *Ita quoque Pompeji mater Murcia & uxor Julia Auguſta Cæſari & Antonio* inſtigatores fuêre ad pacem inter ſe cum Pompejo ineundam, negotio autem non interfuerunt, quia illi inter ſe ſoli ab omnibus remoti conveniendo eam ſtabiliverunt, ut tradit *Appian. d. l. 5. p. 1132. vide etiam eund. p. m. 1149. & Plut. in Anton. c. 46. ubi idem ab Octaviâ inter maritum Anton. & fratrē Octaviū peractum eſſe memorant.*

Similiter Eleonora Franciſci I. Galliarum Regis uxor & ejus ſoror Maria Ungaria Regina inter fratrem Carolum V. Cæſarem & reſpectivè maritum ac affinem prædictum octo menſium inducias conciliarunt. *Joh. Bapt. Hadrianus lib. 2. Hiſtor.* quod etiam brevibus memorat *Strada de B. B. 1. p. 26. & Mauroc. lib. 3. Hiſt. Venet. f. 125. ſed per Margaretam Auſtriacam* Cæſaris Amitam & Ludovicam Franciſci matrem illam confectam tradentes: quod etiam ita refert *Serran. in Franciſco I. f. 506. Et Chriſtierna Lothar. Ducisſa* ob conſanguinitatis & affinitatis vinculum inter Henricum II. Galliæ & Philippum II. Hiſpaniæ Reges conciliationem pacis auſa eam feliciter perfecit, ſecundum *Stradam ibid. & Vander Haer de Init. Belgic. Tumult. p. m. 37. & ſeq.*

Reliquæ rationes, quæ adduci ſolent, quod nimirum per Legationes fœminarum diſputationes de præcedentiâ, magni ſumtus & temporum inanes jacturæ præcaveri poſſint, *ad noſtrum ſcopum nihil conferunt, adeoque à nobis ſtudiò omiſſa, firmiter ſtatuentibus* fœminas verorum Legatorum officium tanquam publicum verè ſuſtinere non poſſe, *ac ad exteros, tanquam Legatos miſſas, nihil aliud efficere, quàm ut ſe & ſuam pudicitiam proſtituant, & ineptitudinem publico ludibrio exponant.*

Quæritur (2.) An Clericis negocia pacis committi debeant?

Pro Affirmativâ adduci ſolent ſeq. fundamenta, quia illi

(1.) *apud omnes magni æſtimantur & reverenter habentur,* ac ideò eò melius pacis ſtudium per demonſtrationem pœnarum in Dei verbo illius Oſoribus minatarum, & peccatorum in bello evenientium inculcare, adque illius promotionem adverſarios incitare queant.

(2.) *Minoribus ſumtibus ac impedimentis* ex honorum prærogativâ & aliis de cauſis aliàs evenientibus & apud illos ceſſantibus & ſic breviori tempore negocia talia conficere poſſunt.

(3.) *profeſſionis ſuæ vi* bellis & rapinis inimici ſunt adeoque eò majori ſtudio ad pacis promotionem intenti ſunt,

(4.) *prudentiâ & aliis requiſitis illi*, qui ut digni ad tale officium eligi ſolent, plerumque præditi ſunt.

(5.) *exempla quoque exſtant*, bellorum per illos feliciter finitorum & compoſitorum. *Sic* ut antiquiora omittamus, *P. Johannes Nayus vel Noyen* Commiſſarius Generalis Franciſcanorum in Belgio pro pace ac tandem induciis inter Hiſpanum ac Ordines Confœderatos Belgii conciliandis multum operæ & quidem ſummo cum fructu impendit, ut legi poteſt apud *Meter. lib. 27. f. 404. & ſeq. multis,* uti & *l. 28. paſſim. nec non Gamurrinus de Bello Belgico l. 6. p. m. 159. & ſeq.* *Ita bellum a Stephano Poloniæ Rege* cum Johanne Baſilide anno 1579. & ſequenti geſtum *Pontificius Legatus Antonius Poſſevinus* S. J. feliciter com-

A. poſuit, ut apud *Oderborn. in vitâ Johannis Baſilidis l. 3.* legi poteſt. *Sic Cardinalis Mazarinus* anno 1659. nomine Regis ſui Ludovici XIV. pacem cum Hiſpanico Legato Ludovico de Haro feliciter perfecit, ut ex *Diar. Europ. Contin. 2. p. 369. & ſeqq.* ac in fine, *nec non Gualdo in Hiſtoriâ illius,* ubi articuli ejus adjecti ſunt, apparet. *Plura exempla videri poſſunt apud Petr. Matth. in Hiſtor. Henr. IV. Gall. Reg. l. 1. narrat. 1. n. 4. & quoad Pontifices ipſos apud Stapleton. inter. de Magnit. Eccleſ. Romanæ l. 2. c. 2.*

Pro negativâ verò pugnant ſequentia, quia (1.) *ſecretorum commiſſorum non ſunt fidi cuſtodes, dum voto* ſuo tenentur omnia arcana, nullo excepto, ſuperioribus ſuis, id eſt, generali & Provincialibus revelare, adeoque cum iis in talibus negotiis tutò agi non poteſt: ut prudenter monet *Savedra Emblem.* 30.

(2.) *Captioſè etiam in juramentis,* præſertim quidam illorum *verſari dicuntur, qui per reſervationem*
B. *mentalem* omnia dicta & promiſſa eludere poſſunt & ſolent, quem effectum hujus reſervationis licet multi Catholici impugnent, illam tamen certis in caſibus licitam eſſe, nonnulli tradunt, ut legi poteſt apud *Malderum de Reſtrictionum harum abuſu c. 5. & ſeqq.*

(3.) *principalem ſuum culpâ vel dolo in negotiis ſuis lædentes* animadverſioni ac pœnæ non ſubjici poſſunt, adeoque ita contra illos fraudulenter agentes vel negocium perdentes nullum remedium datur, cùm Ordini ſuo ſolùm ſubſint.

(4.) *Senſu ſuo abundant,* & potiùs Principalis ſui negociis damnum inferunt, quam ab opinione & auctoritate ſua recedunt, ac nimis ſcrupuloſi atque curioſi præ nimiâ imaginatione ſunt, *ut id exemplo Patris Berulli* ad Pontificem à Ludovico XIII. Galliæ Rege Legati ex *Miniſterio Card. Richel. lib. 1. p. 16. probat Forſtr.* mox citando loco.

Placet hâc in quæſtione limatum Forſtn. judicium,
C. *quod in Notis ad Corn. Tacit. lib. 14. Ann. c. 56. ad verba Stoicorum arrogantia &c. interponit ſequentibus verbis: Crederem tamen conjugiis tractandis, captivorum redemtioni, rebellibus conciliandis, paci, ſimilibusque negociis, quibus privata publicaque tranquillitati operantur, ſi non tractandis, introducendis ſaltem neque indecorè, neque inutiliter Clericos* (*Monachos*) *adhiberi.* Confer *quæ præc. p. 2. Sect. 1. c. 2. th. 9. expl. 6. in utramque partem etiam adducta ſunt.*

TH. XII.

Circa mandata, quæ duplicia ſunt, publica, quibus perſonam ſuam legitimant, *& privata,* quæ pro informatione ſaltem ſuâ obtinent, *obſervandum* (1.) illa religioſè & ſanctè obſervanda. (2.) Secretam inſtructionem, ſi quam habent, nullo modo, alteram verò
D. cùm neceſſitas & rei momentum exigit, demùm exhibendam eſſe.

Expl.

C*Irca mandata hic notandum, ea ferè triplici modo Legatis hisce dari poſſe, primò ſtrictè, quando ſaltem* jubentur, quaſdam conditiones pro obtinenda pace offerre, totum verò negocium non perficere, *qui nec admitti ſolent nec debent, ſecundò latius, quando* præſcripto ſaltem modo pacis negocium perficere jubentur, *qui rarò admittuntur,* cum adverſæ parti ignominioſum ſit, ex alterius præſcripto rem ſuam perficere, atque ideò ad illius juſſum quaſi ſe componere, *tertiò verò, quando totum negocium* illorum fidei, dexteritati, arbitrio per abſolutū & mandatum exhibitum committitur, *cujus exemplum jam*

Digitized by Google

apud Romanos occurrit in Liv. l. 31. c. 11. & hi quidem ſemper admitti, mandata verò hac illorum accuratè ante congreſſum examinari ab adverſariis ſolent & debent, cujus exemplum illuſtre occurrit circa inducias ab Hiſpaniæ Rege cum Ordinibus Belgii Confœderatis ineundas apud *Meter. lib. 27. & 28.*

Ubi notandum, hodiè tales Legatos poſtremis hisce mandatis instructos eſſe debere, quia aliàs ut diximus admitti vix ſolent, ne grave hoc negocium inutiliter ſuſcipiatur, vel nimis diu novo ſemper mandato in novis cauſis intercidentibus neceſſariò trahatur, & *eò ille Plenipotentiarii dici ſolent, exempla illius ubique ſunt obvia, in ſpecie verò in præteritis pacis comitiis Oſnabruggi & Monaſterii habitis, ut conſtat ex mandatis & ſubſcriptionibus, inſtrumentis Pacis ſimul ſubnexis, nec non ex articulis pacis & confœderationis inter Protectorem Angliæ & Status Belgii confœderati anno 1654. confectis; item ex Pacificatione Gallo-Hiſpanicâ 7. Nov. anno 1659. perfectâ.*

Quæ religioſam & ſanctam mandatorum Obſervationem & inſtructiones duplices concernunt, de iis jam suprà d. p. 2 ſect. 1. c. 2. th. 11. expl. n. 4. diximus.

TH. XIII.

Hactenus ii, qui à partibus ipſis ad componendum bellum mittuntur: Qui ab extraneis ad id deputantur, ſunt vel arbitri vel mediatores: Illi nobis hic ſunt, quibus ex compromiſſo totius negocii deciſio cum obligatione parendi concredita eſt. *Hi verò*, quibus, ut ſpontaneis interventoribus absque tali neceſſitate compoſitio permittitur.

Expl.

I. N*Otum eſt ex Jure, Proculum JCtum in L. 76. ff. pro Socio. duplicis arbitri mentionem facere, unius, cujus ſententia*, ſive æqua, ſive iniqua ſit, ex compromiſſo, ſive mutuâ utriusque partis promiſſione parendi judicato ſtandum eſt, quod etiam *in L. 27. §. 2. ff. de Recept. arbitr.* ita continetur: *alterius, cujus arbitrio*, ſi nolimus, & ejus rationes prægnantes habeamus, non parendum nobis eſt.

Ubi monendum ſecundum Grot. quidem l. 3. c. 20. n. 46. quoad priorem eo magis obligationem ſtandi judicato locum habere, *quia* hic nulla ſuperior poteſtas eſt, quæ promiſſi vinculum aut impediat, aut ſolvat: *Veruntamen etiam opponi poſſe nullam talem eſſe, quæ ad id cogere poſſit retractantem, directò ſcilicet*, per indirectum enim id quandoque fit, quando talis arbiter præpotens injuriam illam rejecti arbitrii bello cruento vindicat. *Licet etiam contingere poſſit, ut pacis arbitrium ſuſcipiens illum*, qui omnem æquitatem vel juſtitiam recuſat, armis ad illam ineundam cogat, ut in ſequentibus demonſtratum eſt, quâ in re neceſſe eſt, ut talis potentiâ congrua polleat ex judicio *Paterc. l. 2. c. 50. ne ipſe eluſus vel ſpretus temeritatis ſuæ pœnas luat, ut ibidem Maſſiliæ evenit.*

Quia vero poſteriorum arbitrorum uſus in hoc negocio non adeò vulgatus eſt, placuit magis vulgatum pro iis, nempè mediationem hic ponere.

Ratione priorum, ut vetera omittamus, de quibus ex parte prac. c. 2. th. 2. expl. 3. egimus & conſuli poteſt Grot. l. 2. c. 23. n. 8. quibus addimus Mitylenæos & Athenienſes diu inter ſe bellantes per Periandrum Cypſeli filium arbitrum delectum feliciter conciliatos apud Herod. l. 5. n. 143. inter recentiora ſequentia occurrunt maximè notabilia. Anno 1410. Vladislaus Poloniæ Rex ad compoſitionem belli cum Crucigeris Wenceslaum *Regem Bohemiæ & Imperatorem* tanquam arbitrum oblatum adſcivit, ſed cum ille malè pronunciaſſet illo mortuo Concilium Conſtantienſe pro arbitro electum fuit, *poſt Papæ Legatus*, pro Crucigeris pronunciavit, cum & hic rejectus eſſet, Rex Bohemiæ & Ungariæ Sigiſmun-

A. dus arbiter factus eſt, eo tamen eventu, ut Crucigeri arbitrio non ſtantes poſteà bello denuò petiti fuerint, ut latè tradit *Crom. lib. 16. rer. Pol. f. 259. l. 18. f. 279 & ſeqq. Anno 1458. Controverſia eadem electis utriusque partis arbitris* decidendæ commiſſæ fuerunt *Id. l. 24. f. 357. & ſeqq. tandem an. 1466. per arbitros confecta illa pax fuit id. l. 26. f. 387. & ſeq.*

Egregium occurrit, & quidem recentiſſimum exemplum in arbitrio à Rege Galliæ & Sueciæ per Plenipotentiarios Legatos inter Archiepiſcopos & Electores Moguntinum, Trevirenſem, & Colonienſis, nec non Carolum Lotharingiæ Ducem & reliquos Confœderatos ex unâ, *& Carolum Ludovicum Comitem Palatinum* & Electorem Rhêni ex alterâ parte *anno 1667. 7. 17. Febr. pronunciato, & tractatus de Juſtitiâ cauſæ Palatinæ in folio impreſſo annexo.*

Singulare autem hic illud annotandum eſt. In bello inter Romanos & Samnites geſto à Tarentinis Legatos miſ-

B. *ſos, denunciantes ut ambæ partes bellum omitterent, additis minis, illam, quæ ab armis deſiſtere nollet, pro hoſte utrinque habitum iri, ſed à Romanis ludibrio habitos, ac Samnites in illorum conſpectu armis impetitos fuiſſe, ut refert Livius l. 9. c. 14.*

Similiter Bello inter Romanos & Carthaginenſes ferunt Syphacem Numidarum Regulum tanquam arbitrum voluntarium iis certas pacis conditiones præſcripſiſſe, additis minis, uter populus eas conditiones aſpernatus fuerit, adverſus eum arma ſe conſociaturum cum altero, ut refert Appian. de Bell. Punic. p. m. 16. Idque anno 1668. in Januario, Carolum Angliæ Regem & Confœderatos Belgii Status imitatos eſſe: poſtquam enim Rex Galliarum prædicto Regi ſuam mentem de eo, quod ſatisfactionis loco à Rege Hiſpaniæ exigeret, explicaſſet, fœdus tale inter ſe inierunt, quod vellent præmemoratum Galliarum Regem per certa conventa eò adigere, ut promittat, ſe velle pacem ſine præ-

C. textu inire, ſi Rex Hiſpaniæ ſatisfactionis loco occupata in Belgio loca, uti petita eſſent, vel in vicem illorum æquivalens daret, ſicuti etiam Regem Hiſpaniæ ad illa præſtanda adſtringere, & certum militum numerum conſcribere, ad illum, qui reſiſteret, vel pacem hanc rumpere conaretur, bello petendum, uti legi pleniùs poteſt in *Diar. Europ. parte 19. dicto anno & menſe. Sed infauſto ex parte Belgarum confœderatorum eventu, dum Galliarum Rex hâc & aliis de cauſis illis grave & vix dum ſopitum bellum intulit, uti inter omnes conſtat. Simile quid ſed certo reſpectu diſſimile apud Liv. l. 45. c. 14. occurrit, ubi Rhodii* Legatos ſuos Romam miſerunt, Patribus proponentes, à ſuis Legatos ad Perſea miſſos eſſe denunciandum, Rhodiis placere pacem cum Romanis componere, ſe Romam eadem nunciatum miſſos, per quos ſtetiſſet,

D. quo minùs belli finis fieret, adverſus eos, quid ſibi faciendum eſſet, Rhodios conſideraturos eſſe. *Sed id à Romanis ægrè auditum, & poſteà vindicatum etiam fuit, ut Idem in ſeqq. refert.*

Poſteriorum exempla paſſim ſunt obvia, & ſimul antiquiora à Grot. d. l. recenſentur. Ex recentioribus inſigniora ſunt Pax Sueco-Danica per Legatos Regis Galliarum Ludov. XIV. & Angliæ Protectoris Cromwellii tanquam mediatores 26. Febr. anno 1658. primum Roſchildiæ deinde per eosdem & Confœderatorum Belgii Statuum Legatos tanquam acceſſorios mediatores 27. Maji anno 1660. confecta, ut in *Diar. Europ. parte 1. 2. 3. & 4.* legi poteſt. *Et inter Regem Sueciæ ac Poloniæ anno 1660 3. Maji per mediationem Regis Galliæ iisdem inita, ut apud eundem d. p. 4. reperitur. Recentiora tanquam odioſa ſtudio prætermittimus.*

II. *Monendum hic arbitros vel mediatores tales eligendos vel recipiendos eſſe illos, qui fœdere,* antiquâ amicitiâ, conſanguinitate & eadem Religione nobis

addicti

addicti, atque anteà in rebus gravioribus fide nobis probati, vel aliàs bonæ in componendis talibus & aliis negociis famæ ſunt, & quorum ob vicinitatem vel alias cauſas pacem honeſtam conciliari intereſt: *ſi enim negocia talia infidis vel malevolentibus & quidem ex compromiſſo componenda dentur, facilè ingens damnum alterutri parti accidere poteſt: ejus exemplum refert Cromer. d. l. 16. f. 261. & d. l. 18. f. 282.*

TH. XIV.

Hactenus efficiens: Materialis conſiſtit in ipſis controverſiarum capitibus, quæ quo gravioris momenti ſunt, eò cautiùs tractari debent, & difficilius componi ſolent. *Expl.*

OPtimè JCtus Ulpianus in L. 1 §. 5. C. de Carbon. Edict. innuit: *Ubi majus eſt periculum, ibi majori opus eſſe cautela, quod vel maximè in ee actatibus pacificatoriis locum habet, utpote quæ* circa graviſſima negocia pacemque vel diu duraturam, vel brevi pro qualitate negocii perfecti exſpiraturam, vel infeliciter ceſſuram verſantur: *hinc Canonherius in introduct. ad Polit. l. 3. c. 12. majorem prudentiam ad pacem conſtituendam, quam bellum gerendum requirit. Quare pio & juſto Pacificatori vel Mediatori & arbitro ſemper incumbere debet,* ut pacem utrique parti æquam & tolerabilem conciliet, *quia* pax iniqua rarò diu ſervari vel durare ſolet, ut *pr. th. 3. in expl. n.* (3.) demonſtravimus.

Notandum hic eſt, materiam pacificationis graviorem vix unquam, quam in illâ an. 1648. per Dei gratiam infinitam Oſnabrugi & Monaſterii feliciter peractâ pacificatione obveniſſe: non solùm enim totum Imperium noſtrum, ſed etiam multi Europæ Reges Respublicæque bello illo diuturno adeoque huic Pacificationi implicati fuerunt, ut partim ex inſtrumentis illius pacis partim ex hiſtoriis noſtri temporis conſtat.

TH. XV.

Formalis conſiſtit in ipſis pactis conventis, quorum articuli debent confici (1.) Linguâ utriq; parti notâ. (2.) claris & propriis verbis concipi (3.) eſſe æqui ac honeſti. (4.) à parte contrahentium utrâque ſubſignari ac corroborari. (5.) juxta communem & proprium verborum ſenſum ac intentionem contrahentium diſceptatione ſuper illis ortâ explicari. *Expl.*

I. ARticuli vel inſtrumenta pacis regulariter debent illâ linguâ, cujus uſus vulgaris vel contrahentibus utrinque cognitus eſt confici, *quia* aliàs illa pars, quæ linguæ adhibitæ cognitionem exactam non habet, facilè decipi & circumveniri poteſt. *talis hodiè in Europâ noſtra eſt Latina,* quâ omnes ejus Chriſtiani Principes & Magiſtratus, ac Reſp. in publicis actis, imprimis verò pacis & fœderum uti ſolent: *uti demonſtrant* nupera Inſtrumenta pacis Hiſpano-Belgicæ, Germanico-Gallicæ & Germanico-Suecicæ, item Anglo-Belgicæ, & ſimilium.

Quandoque tamen id aliter ſe habet: ſiquidem nonnulli potentiores Populi & Monarchæ, quales olim Romani, hodiè Turca & Hiſpani Majeſtatis ſuæ causâ Linguâ nativâ conficere ſoliti ſunt, & adhuc ſolent fœdera & pacem, ut de *Romanis ſatis demonſtrat Marſelaer* de Legat. l. 2. diſſert. 35. *Et de Turcis Id. l. 1. diſſ. 30. ſub Conſtantinopoli refert hinc de illis Id. ibid. Bembus l. 4. p154. & Juſtinian. l. 10. Hiſt. Venet. f. 205.* Illos pacem, quam ſervare nolunt, Latinâ Linguâ conſcribere ſolere, *idque exemplo Venetorum,* quibus id ita evenit, uterque probat: de quo legi poteſt *Bruning. de rer. univerſ. Specieb. concl. 7.*

II. Claris & propriis verbis concipi debere talia pacta per ſe liquet, quia aliàs doloſè ageretur, cum nihil magis, quam bona fides in tali publico negocio obſervari debeat, ut *præc. c. 8. th. 4. expl. 3. circa fin.* dictum: *Imprimis verò inferiores ſtatu vel viribus ſibi probè proſpicere ſolent, ne ambigua & in malam partem interpretabilia verba inſerantur, quia potentiores plerumq; ejus ſunt indolis, ut* contra inferiores & vel maximè ſubditos omnia in pejorem partem interpretentur, *cujus exemplum in* pacificatione Regis Gall. Caroli IX. cum proteſtantibus facta refert *Thuan. l. 35. poſt pr.* de quo conſuli poteſt *Hereſbach. de Reſp. Chriſtiana adminiſtr. c. 5.*

Non poſſumus non referre hic prudentiſſimam cautionem, quam Sereniſſ. Princeps Anhaltinus Johannes Georgius, Dominus meus clementiſſimus: in caſu tamen quodammodo diverſo adhibuit. Cum enim Sereniſſ. ſua Celſitudo ſub Rege Sueciæ Carolo Guſtavo Laudatiſſimæ recordationis Tribunum ſive Colonellum Equitum adhuc agens à Poloniæ Rege Joh. Caſimiro an. 1657. Conitii, oppidulo Pomerelliæ, gravi obſidioni premeretur, & illud per pacta quædam tandem tradendum eſſet, illa verò juſſu ſuæ Serenitatis à me, tunc temporis ejuſdem Conſiliario Aulico Prætoreq; militari confecta & oblata eſſent, à Regiis verò Secretariis tanquam Clericis & rerum ac Verborum militarium non ſatis gnaris verba quædam noſtram intentionem vel non plenè, vel obſcurè exprimentia per feſtinationem inſerta, & tamen pacta jam à R. S. M. ſubſcriptione & ſigillo ex illa opinione, ſecundum tenorem petitionis & approbationis confecta ea fuiſſe, corroborata eſſent, ad inſtantiam tandem Suæ Serenitatis à Regia Majeſtate declaratio etiam ſubſcriptione & ſigillo munita exhibita fuit, quod omnia in articulis illis fortè contenta dubia, obſcura, rem tranſactam minus exprimentia ac aliter interpretabilia verba pro ſuâ Serenitate in optimam partem, ſi dubium aliquod eveniret, explicari debeant, adeoq; ex nullo tali verbo ullum damnum aut periculum metuendum ſit.

III. Conditiones æquas & honeſtas concedi & poni debere, ut pax eo firmior ſit, jam præc. th. 3. in expl. n. (3.) annotavimus, & indicat hoc Epaminondas apud Plut. in ejus vita c. 47. his verbis: *Ita demum ſtabilis erit pax, ſi æqualitas ubiquo conſtituatur.*

Æqua verò & honeſta potiſſimum conſiſtere ſolent.

Ex parte ejus, qui injuſtè intulit bellum. (1.) *in refuſione damni & expenſarum in bellum factarum, quomodo Romani* Antiocho 15000. talentûm Euboicorum ideò impoſuerunt, *Liv. l. 37. c. 45. cujus ſummam Grut. ad illum locum æſtimat* 6000000. *Coronator., quæ ſumma poſteà ad* 12000. *talent. Attic. argenti redacta eſt, ſecundum eund. l. 38. c. 38. Carolus II. Gall. Rex Henrico VII. Angliæ R. gi pro belli expenſis promiſit ſe ſoluturum 745000. ducatorum, ut refert Baco in hujus hiſt. p. m. 184. Sueciæ Rex Ericus Frid. II. Daniæ Regi pro belli ſumtibus 200000 Joachimicos refundere vigore pacificationis obligatus fuit, Thuan l. 47. f. 885. Johannes Fridericus Saxoniæ Dux Auguſto Electori ſumtus in bellum Gothanum factos id. ib. f. 883. de quorum ſumma & quomodo exacti nomine Imperatoris & imperii fuerint, in R. I. de dato Erfurt 1567. §. 3. & ſeq. legi poteſt. Plura ſtud. oprætebimus*

Pertinent huc Stipendia pro exercitu ab hoſte poſtulata, de quibus mox dicetur.

Notandum tamen hic, refuſionem expenſarum belli non ſemper in ſolvente injuſtitiam cauſa præſupponere, ſiquidem illa quandoq; etiam aliis de cauſis, puta ob debilitatas vires & hoſtium magna incrementa, nec non ſtudio pacis & amore patriæ, ut exercitus hoſtilis intra viſcera hoſtis hærens, abſq; rebellione & vaſtatione terræ abduci & exauctorari queat, *præſtari poteſt & ſolet. Sicut in Pacificatione Germanico-Suedica art.* 16. nomine Imperii pro tali militiæ abductione & exauctoratione, atque munimentorum ceſſione promiſſæ fuêre quinque myriades Imperialium à ſeptem circulis Electorali Rhenano, ſuperioris Saxoniæ, Franconico, Suevico, Rhenano ſuperiori, Weſtphalico & inferioris Saxoniæ tribus terminis ſolvendæ. (2.) *In cautione de non amplius offendendo, quæ plerumque apud Romanos & alias gentes datis obſidibus perfecta fuit, ut ex illorum Hiſtoricis paſſim conſtat.*

Illud hic quæri ſolet: An ſumtus belli à victa parte inter-

te interveniente pacificatione reſtituendi ſint, etiamſi id in illa non ſit comprehenſum?

R. Illud quidam affirmant argumento à diſceptatione forenſi, ubi victus in expenſas de Jure condemnatur, deſumto, Schaffshauſ. de Pace d. Sect. 8. lit. A. qu. 4. Sed erroneè, prætcrquam enim, quod à diſceptatione forenſi ad bellum ob multas cauſas, imprimis, quod in hoc, non Judex, ſed victoria jus dicat, *in genere non valeat conſequentia, in ſpecie quoque hac inter utrumque eſt diverſitatis ratio, quod in illâ* quis ideò in expenſas expreſſis verbis condemnetur, quia ob injuſtum & temerarium litigium ex judicis ſententia ſuccumbit, *l. 13. §. 6. C. de Judiciis, hoc verò* ſæpè ille ſuccumbat & armis ſuperetur, qui juſtiorem adverſario cauſam habet: *Si ergò ab illâ ad bellum efficax conſequentia deſumi deberet, quæſtio ita formanda eſſet: An ille, qui injuſtè intulit bellum, vel ob denegatam juſtitiam publicam, neceſſario bello invadendus fuit, ad refuſionem expenſarum, ſi vincatur, ipſo jure abſque expreſſa in pacificatione illarum factâ mentione teneatur? Quod quidem ex æquitate in genere affirmandum videtur, ſed quoniam in judicio civili* expenſæ, niſi ab actore expreſſè fuerint poſtulatæ & à judice addictæ, ab illo remiſſæ creduntur, *& præterea* belli jura à privato jure non dependent, *ac inſuper à victore* vel non poſtulatæ vel à mediatoribus certis de cauſis prætcritæ, & poſt compoſitionem perfectam demum requiſitæ attendi non ſolent, adeoque nonniſi novo bello ille, qui ita victus fuit, cum jactura pacis ex poſtfacto, ſi nempe refuſionem recuſaret, adigi poſſet: *negativa potius æquitatis ſpecialis & tranquillitatis publicæ cauſa ſubſcribendum eſt, & ſibi victor imputare debet, quod ſibi in pacificatione non melius proſpexerit, argumento l. 23. & 203. ff. de Reg. Jur.*

Ex parte verò ejus, cui illatum illud fuit (1.) inter pares ſtatu in moderata æſtimatione illius damni & impenſarum, vel ſi illa mediocria ſint, & hoſti refuſio difficilis, ac ita pacificatio in periculum exponatur, plenâ remiſſione. (2.) Inter impares in modicâ multâ victis impoſitâ, quod in ſpecie Romanis uſitatum fuit. Sic Sabini in ſingulo capite certo argento multati, *Halic. l. 5. c. 48. Sic Volſinii, Peruſia, Aretium* pro obtenta pace quælibet mulctam quingentûm millium æris, ſive 5000. Coronatorum dedit. *Livius l. 10. c. 37. Faliſci* centum millia gravis æris *ſeq. c. 46.* Sic quoque *Ætoli* mulctam impoſuerunt mille talentorum argenti *Id. l. 38. c. 8. Ambracenſibus* quingentorum Euboicorum talentûm. *Id. c. ſeq. Moageti* tyranno Cibyræ centum talentorum *c. 14. Termeſſo Urbi* 50. talentûm *c. 15. Oroandenſibus* 200 talent. *c. 18. Ariarathi* Cappadocum Regi ſimiliter ducentorum talentorum *c. 37. Carthaginenſibus* decem millium talentorum argenti, *Id. l. 30. c. 37. Bœotis* 30. talentorum *Id. l. 33. c. 15. Philippo Macedonico* mille talentûm *c. 16. Nabidi* tyranno Lacedæmoniorum in præſens centum talentûm argenti, & per octo annos in ſingulos annos quinquaginta *Id. lib. 34. c. 34. Celtiberis* 60000. Coronatorum. *l. 40. c. 47. Carthaginenſes à Romanis* 1600. argenti talentis multati *Appian. de B. Pun. p. m. 28.*

Quâ in re planè iniqui fuêre Thebani, ex quorum arbitrio in Concilio Græciæ Phocenſes tantâ pecuniâ damnati ſunt, quanta exſolvi non poſſet, & ad quam pendendam agris, liberis & conjugibus privati ſunt, ut refert *Juſtin. l. 8. c. 1.*

Quibus addendum, quod Romani talibus devictis tempore induciarum etiam quædam ſtipendia quandoque imperaverint, ut ſeq. exemplis conſtat apud Liv. de Volſinienſibus illa in annum exercitui dantibus, *l. 5. c. 32.* ſimiliter *de Faliſcis d. l. 10. c. 46.* de *Samnitibus l. 8. c. 2. de Hernicis* in bimeſtre ſpacium *l. 9. c. 43.* quod etiam *Perſeo Maced. Regi* à quibusdam ſuis Proceribus ſuadetur apud *Liv. l. 42. c. 50.* his verbis: *Romanis Stipendium pendendum, ſi injungeretur; vel agri parte*

A. *cedendum, ſi mulctaretur: quicquid tandem aliud pacis cauſâ patiendum eſſet, non recuſandum.*

Et hoc ſicuti in multis aliis, ſtrenuè imitantur Turcæ: Sic enim Veneti in pacificatione cum Solimanno *anno* 1540. initâ ad trecenta aureorum millia in tres annos pendenda, adacti fuêre, *Mauroc. l. 6. p. 228.* in pacificatione *anno* 1573. inter eosdem peractâ Venetis centum aureorum millia per triennium ſolvenda impoſita fuerunt. *Id. l. 11. p. 471. Plura de Tributis*, quæ Chriſtiani Principes pro pacis uſurâ Turcis & Tartaris ſolvunt, vide apud *Seranz. in Ottom. parte 1. c. 48.*

Ubi tamen monendum, Reges Hungariæ pacem cum Turcis ineuntes non tributum quoddam pendere, ſed ſaltem munera ſummam 200000. florenorum Rhenenſium conficientia tranſmittere ſolere, quæ etiam Turcarum Imperatores reciprocè dare debent, ſed rarò tanti pretii, vide articulos pacis inter illos anno 1606. initos apud Ortel. in Chron. Ungariæ ad illum annum. & articulos inter Imperatorem noſtrum invictiſſimum & Turcam anno 1664. initos, apud Majerum in Contin. Ortelii f. 357. & ſeq. ubi notandum, in poſteriore ſecundum eund. inf. munera illa poſteà à Turcis remiſſa fuiſſe. Tributum ergò hic à munere probè diſtinguendum eſt, quoniam illud ſubditum, hoc amicum demonſtrat, ut latè deducit Becmannus in Polit. Parallelis *Diſſert. 20. th. 3.*

Ex parte tandem utraque (1.) in oblivione injuriarum & damnorum illatorum perpetuâ, de qua lib. 3. c. 2. th. 20. expl. 1. diximus. (2.) Reſtitutione per vim & injuriam utrinque ablatorum locorum & terrarum, ſi prius pro damnis & expenſis, uudictum, *moderatè ſatisfactum ſit, vel omnium vel ad minimum maximæ partis, qualia* in tabulis pacificationum imprimis verò in Hiſpano-Belgicâ utraque, Gallico-Germanica, & Germano-Suedica hinc inde occurrunt, quod tamen Tur-

C. cæ planè non faciunt, ut notum, & *Seranz. in Ottom. parte 3. c. 69.* demonſtrat, ubi tamen etiam contrarium habet, quod etiam nupera experientia docuit. (3.) *In liberatione captivorum tam Principum & Ducũ, quàm cæterorum Officialium & gregariorum, vel gratis vel pro tolerabili lytro factâ, quemodo Romulus Vejentibus omnes reddidit. Halic. l. 2. c. 56. ita quoque præteritis temporibus in pacificatione inter Carolum V. Imperat. & Franciſc. I. Gall. Regem anno 1526. initâ art. 21. in pacificatione inter Phil. II. & Henricum IV. Hiſp. & Gall. Reges anno 1598. patratâ art. 19. & in pacificatione inter Henricum IV. modò dictum ac Carolum Emmanuelem Sabaudiæ Ducem an. 1601. confectâ. art. 15. & 16.* necnon *in Pacificatione inter Imp. Matthiam & Achmetem I. Turcar. Imper. anno 1615. initâ art. 4. & inter glorioſiſſimum noſtrum Imperator. Leopoldum ac Achmetum II. Turcarum Imperatorem an. 1664. confectâ,*

D. *art. 2. omnibus utrinque captivis libertas pacta fuit, de quo ſeq. th. 16. expl. 2. etiam actum.*

Culpatur ideò à Gallis Carolus V. Imper. quòd pro liberatione Franciſci I. Galliæ Regis & obtinendâ pace poſtularet reſtitutionem Ducatus Burgundiæ & alia gravia, quæ à Mauroc. l. 2. Hiſt. Ven. f. 62. memorantur. Quâ etiam de re Franciſcus ipſe publicè coram Legato Veneto & Proregis Neapolitani nuncio Burdigalæ conqueſtus eſt, profitendo, ſe illas conditiones minimè ſervaturum, nec juramento confirmaturum, ut id. f. 64. recenſet. Sicuti etiam poſteà an. 1529. aliæ Cameraci confectæ & confirmatæ ſunt, quas id. f. 128. refert. Similiter à Gallis traducitur Eduardus III. Angliæ Rex, quod Johannem Gall. Regem captivum non aliter quàm duriſſimis conditionibus è cuſtodiâ liberare voluerit, de quo ita Comin. l. 5. Comm. c. 18. Johannes Gall. Rex in prælio Pictavienſi à Principe Walliæ captus tricies centena millia Francorum pro libertate ſolvit, totâ Aquitaniâ deceſſit, certoque, ejus quæ poſſidebat, cum non paucis aliis urbibus, præſidiis, pagis, tertiâ ipſa Regni parte, tamque reliquũ paupertate invaluit, ut longa tẽpora area fuerit, parvo argẽto [illegible] *claviculo.*

clavieulo ſignante, moneta procuranda. Ubi plura habet. Cui junge *Serran. in Invent. Hiſter. Franc. ſub Johanno hoc f. m.* 179. Sed hæc firmiter ſervata exempla. *Plura prac. c. 7. th. 10. expl. 1. ſub ratione* (3.) cur Dux vel Dominus belli prælio ipſe intereſſe non debeat, attulimus.

Ad abſolutam hanc captivos pro lubitu æſtimandi facultatem evitandam ſolent inter nonnullas partes belligerantes certa pro captivorum Ducum & Officialium ac gregariorum libertate obtinendâ confici taxa, ut in prætérito bello inter Cæſareos & Svecicos factum, & *prac. c. 10. th. 8. expl. 2. in fine* dictum.

(4.) *in incluſione in pacem omnium fœderatorum & amicorum*, ſicut *inter Romanos & Philippum Macedonem illis* Ilienſes, Attalum Regem, Pleiratum, Nabin, Eleos, Meſſenios, Athenienſes: *Hoc* Pruſiam Regem, Achæos, Bæotos, Theſſalos, Acarnanes, Epirotas includentibus actum, ut refert *Livius l. 29. c. 13. Et in præfatâ pacificatione Hiſpano-Gallicâ anno* 1529. nec non *in pacificatione inter Pontificem, Cæſarem, Ferdinandum Regem & Remp. Venetam* eodem anno initâ, factum fuiſſe memorat *Mauroc. d. f. 128. & ſeq. ac f.* 137. *idem in pace inter Cæſarem & Gallum anno* 1544. peracta factum. *teſte eodem l.* 6. *f.* 240. idem ſimile *in pacificatione Hiſpanico-Gallicâ anno* 1559. *facta l.* 8. *p.* 304. *narrat, quod etiam in pacificatione inter Philippum II. & Henricum IV. Hiſpan. & Galliæ Reges anno* 1598. *celebratâ obſervatum fuit, ut narrat Reidan. Annal. l. 15. f. 409. Idque ſemper inter Chriſtianos Principes obſervatum, ut inter alia ex tabulis pacificationum imprimis Oſnabrugenſium & Monaſterienſium conſtat.*

Ubi notandum, Imperatores Turcarum hic iterum à vulgari Europæorum Principum more abſcedere, & in pacificationibus ſuis neminem, niſi illum ipſum, cum quo illo tempore bellum geſſerunt, & pacem fecerunt, includere, adeoque omnes Confœderatos & amicos adverſæ partis (Licet enim in pace anno 1606. confectâ Imperatoris Rudolphi fratres, conſanguinei, deſcendentes & ſucceſſores per tempus illud 20. annorum, ut ex articulo illius 12. apud *Ortel. in Chron. Ungar. ad illum annum conſtat*, incluſi fuerint, illi tamen pro unâ ſaltem belligerante parte habiti ſunt) *excludere, adeoque unâ vice cum uno ſolo hoſte pacem inire, eum in finem, ut interim cum alio adverſæ illius partis Confœderato, amico & vicino ſecurè & citra auxilia ab aliis, cum quibus pax eſt, metuenda bellum inire, & obtento fine ſuo pacem etiam inire, ac alteri rurſus hoſti eodem modo bellum inferre, adeoque per circularem quaſi belligerationem omnium ſuorum etiam validiſſimorum hoſtium vires pedetentim frangere, ac illos tandem facilè negotia ſuperare queant.* Ita ex. gr. *Achmet II. Turcarum Imperator* per Magnum ſuum Vezirum *cum noſtro inviſtiſſimo Imperatore anno* 1664. *pacem excluſis omnibus fœderatis & amicis ad* 20. *annos & cum Venetis præterito anno* 1669. *pacem excluſis omnibus iterum fœderatis & amicis in* 30. *annos patravit, ut* ſi intereà temporis, quod avertat Deus, Maltham, vel Siciliam, vel aliqua loca in Regno Neapolitano, vel pace Ungariæ in 20. annos firmatâ finitâ in Iſtriâ, Carniolâ, Carinthiâ vel Styriâ occupare poſſet, Venetis effluxâ illorum pace eò gravior armis ſuis eſſe, & ſi his iterum quædam loca decerpſerit, Italiæ eò fortius inhiare poſſit.

Quocirca niſi per Dei gratiam omnium vel plerorumque Europæorum Principum, quorum maximè intereſt, arma conſociabuntur, & ita ei pax univerſalis extorquebitur, actum erit cum illis, quod tamen Deus concordiam & fauſta conſilia iis ingerendo benigniſſimè averruncet.

A. *Cur verò tale ſociale fœdus cum effectu nunquam factum fuerit, indicat Marſalaer de Legat. l. 2. diſſ. 27.*

IV. De ſubſignatione & corroboratione Articulorum talium per principales belligerantes, perficiendâ, utpote ſine quâ pax hodie nullum habet ferè firmamentum, tanquàm re omnibus notâ, *non attinet quædam annotare, referri tamen huc poſſunt, quæ præced. th. 7. in expl. 1. conſignata ſunt.*

V. Quod explicatio articulorum pacis ſecundum mentem paciſcentium & proprium verborum ſenſum ſepoſitâ omni cavillatione & ſophiſmatum implicatione jam præced. c. 8. th. 4. expl. 3. dictum eſt.

Solet verò explicatio talis præcipuè deſumi ex actis vel protocollis præcedentium tractatuum, ex quibus poſtea articuli ipſi depromti ſunt, quia talia intentionem agentium optimè declarare poſſunt: ſicuti enim nuperè quidam inſignis Politicus ex actis pacis Hiſpano-Gallicæ Aquiſgrani anno 1668. confectæ *demonſtravit*,
B. *Gallos*, ſub verbis cum pertinentiis nominatorum locorum ſaltem fortalitia & loca per vim in poteſtatem redacta & occupata, non verò illa, quæ nunquam ſubjecta fuerunt, intellexiſſe. *Adde his Brunnem. de Pace Diſp. 10. th. 14. & 15.*

Cæterùm de interpretatione præmiſſorum in genere vide Grot. l. 2. c. 16.

TH. XVI.

Effectus pacis primarius conſiſtit in ſanctâ & inviolabili obſervatione articulorum conventorum à contrahentibus ſub gravi Dei & partis læſæ vindictâ præſtandâ: *adeoque* in firmâ & irrevocabili retentione ejus, quod per pacificationem attributum eſt. *Secundarius verò* in abolitione malorum per belli calamitates introductorum vel illapſorum.

C.

Expl.

I. *Pacis ruptores & violatores tanquam ſanguinolentos Deo exoſos eſſe ex Sacra Scriptura conſtat, & indicat hoc David in Pſalm 55. v. 24.* dicens, quod viri ſanguinum & doloſi non dimidiabunt dies ſuos Et *Ezechiel. c. 17. v. 15. 19. ſeqq.* prædicens Jehovam Regem Iſraelis fœderis & juramenti violatorem captivitate puniturum, & perjurium ſeverè ulturum. *Quò referri poſſunt, quæ præced. th. 1. in expl. de belli ſectatoribus, & quæ parte 2. Sect. 2. c. c. 10. th. 9. expl. 2. de fœderum ruptoribus à Deo punitis annotata ſunt.*

Apud Hiſtoricos Romanos paſſim occurrunt exempla illorum, qui ab iis ob violatam pacem graviter increpati & puniti ſunt. Ex quibus adducere voluimus Perſeum ultimum Macedoniæ Regem unà cum liberis captum, in triumphum deductum, carceri mancipa-
D. tum, & Regno privatum, *cujus filius Alexander Romæ in literis eruditus*, Magiſtratibus ſe ſcriptorem ſolertem & gratioſum præbuit. *Plutarch. in Æmilio Paulo c. 55. & ſeqq. uſque 63. Gentium Illyriorum Regem* unà cum liberis, conjuge & fratre captum, in triumphum deductum, carceri mancipatum *Liv. l. 45. c. 44. Carthaginem* primum certis conditionibus deditam, ſed cùm ideò, quod Romani Urbem ab incolis deſerendam eſſe, ſtatuerent, Carthaginenſes verò illud ſe facturos negarent, denuoque arma ſuſciperent, tandem vi occupatam ac à Civibus ipſis planè exuſtam, ut legi poteſt apud *Flor. l. 2. c. 15. & Liv. 10. Epit. l. 51. ejuſque Supplectorem Freinſhem. lib. 16. Supplementi in locum d. libri. Ac tandem Leodium* à Carolo Audace Burgundiæ Duce vi capta & ſimiliter flammis juſſu ejus deleta, ut legi poteſt apud *Comin. l. 1. c. 14. l. 2. c. 1. 2. 4. 5. 13. 14.*

Quæritur

Quæritur hic; an pax confecta Succeſſores in Regno vel Principatû obliget?

Præmiſſo, quæſtionem hanc de eo caſu, quo Princeps quidam ab alio bello impetitus ad conditiones pacis non acceptabiles quaſi coactus eſt, intelligendam propriè eſſe,

R. Diſtinguendo (1.) *inter Regnum vel Principatum hæreditarium, & electivum.* (2.) *Inter pacta ipſa, an ea ſimul pro ſucceſſoribus facta & tempus certum adjectum ſit, nec ne?*

Itaque in Regnis vel Principatibus hæreditariis pax indefinitè ſive abſq; ulla temporis & perſonarum reſtrictione facta, nihilominus ab omnibus Succeſſoribus in infinitum ſecundum omnia jura obſervanda ſit, idq; verò magis, ſi ſucceſſorum fiat ſimul mentio, quia ſemper pro pace perpetua firma ſtat præſumtio:

Quæ verò determinationem temporis vel perſonarum ex. gr. decem annorum vel certæ alicujus in familiâ Regia vel Principali Lineæ in ſe continet, *usque ad illum durationem ſaltem valeat.*

In Regnis verò & Principatibus merè electivis iterum diſtingui debet, an pax illa (1.) *cum conſenſu Procerum facta ſit nec ne?* (2.) *An damnum magnum in ſe contineat, nec ne?*

Si enim conſenſu Statuum vel Procerum perpetrata, & nullo tempori adſtricta ſit, ſimiliter etiam Succeſſores electitios obligat, quia illi ita factum defuncti conſentientibus Statibus patratum præſtare tenentur.

Si verò abſque conſenſu eorundem Statuum pax quidem inita, ſed non adeo damnoſa ſit, ob tranquillitatem publicam etiam potius ſervanda, quam deſtruenda eſt: quemadmodum & ideo Cicero acta Cæſaris à Senatu confirmata eſſe refert Phil. 2. c. 39. quo ſpectat illud mala propter connexionem boni toleranda eſſe, ne bonum ſimul evertatur, arg. c. 10. cauſ. 23. quæſt. 4.

Diſſentit Ayala de Jure Belli l. 1. c. 7. n. 10. ad quæſtionem abſque diſtinctione Succeſſorum ſimpliciter affirmativè reſpondens, & eum ſequens Gudel. de Pace c. 12. ac Beſold. de Pace c. 4. p. 4. ob hanc rationem, quod pax & fœdera nomine P. c. p. non proprio Principis nomine contrahantur: quibus junge *Vult. vol. 3. Conſ. Marp. 35. n. 116. Verum illud non ſemper fieri ex præmiſſis & Obſervantiâ conſtat.*

Diſſentit aliter Cabotius Diſp. Jur. Civil. l. 2. c. 13. ad illam ſimpliciter negativè reſpondens, ubi legi poteſt. Suadet tamen Ayala d. l. ut pax cum Regibus & utroque populo ſimul ineatur: & Gudel. d. l. pacem, in qua Succeſſores expreſſe obligentur, tutiſſimam & optimam eſſe ait. Cui adde quæ th. 1. in expl. adducta ſunt.

Sed an tacitus Procerum conſenſus ex illorum ſcientia & non ſecuta contradictione præſumendus ſit? *quæritur.*

R. Per diſtinctionem: Si Rex vel Princeps illis pacis tractationem indicet, & poſteà articulos ſimul, ad illorum mentem explorandam exhibeat, illique non contradicant, pro conſentientibus omnino habendi ſunt, quia tacens pro conſentiente habetur, quando actum, quem impedire potuiſſet, non impedivit, neque etiam illi contradixit, ut ex L. ſi filius fam. 16. ff. de SCt. Maced. L. pen. ff. de Re Judic. & L. quo etiam 12. ff. rem ratam haberi, & aliis locis benè oſtendit Phil. Matth. ad L. 142. n. 3. & ſeq. ff. de R. J.

Quodſi verò ex famâ ſaltem tractationem pacis notam habeant, & quid propriè agatur, ignorent, potius pro diſſentientibus, quàm conſentientibus habendi ſunt.

Quod verò nonnulli tradunt, à Succeſſoribus pacem quidem tanquam perpetuum quid ſervandam eſſe, pacis conditiones verò, ſi iniquæ ſint, ab iisdem rejice poſſe, quia illæ temporales eſſe poſſunt, id non capimus, cum pax legitimè confecta totum integrale ſit, & in uno articulo rejecta vel violata, in toto rejecta vel violata credatur.

A. *Et quid dicendum, ſi omnes conditiones ſucceſſori ſint iniquæ? anne tunc etiam rejectis illis omnibus, pax per ſe ſubſiſtet?*

Fortè igitur illud ita limitandum eſt, pacem ſubſiſtere poſſe, licet Succeſſor unam atque alteram conditionem implere nolit, ſed ut corrigatur vel molliatur petat, ſi ſcilicet actus hoſtiles ceſſent, & res ad compoſitionem amicabilem rurſus deveniat, de quo legi poteſt Grot. l. 3. c. 20. n. 35.

Quærunt hic Dd. & Politici: An Princeps Pacis cauſâ damna & injurias ſubditis ſuis ab hoſtibus belli tempore illatas remittere poſſit, & annon iis ex publico refuſio facienda ſit?

R. Quoad prius, pacis & utilitatis publicæ causâ, ſi illa aliter obtineri non poſſit, illa omninò remittenda eſſe, quoniam utilitas publica privatæ ſemper præferenda eſt. *Quo ad poſterius verè* tunc refuſionem illam à belligeratore Principe vel Magiſtratu præſtandam eſſe, B. ſi ipſi ſatisfactio pro damnis & expenſis bellicis obtingat, vel ille belli iſtius & inde acceptorum damnorum culpam ſuſtineat, quæ ſi ceſſent, etiam refuſio illa ab iſto poſtulanda, vel præſtanda non eſt, ob ſupra dictũ utilitatis & neceſſitatis publicæ reſpectum.

Ad primarium effectum conſequenter pertinet, quod omnia per pacificationem obvenientia firmiter & irrevocabiliter poſſeſſoribus maneant, cum aliàs hoſti in bona per occupationem bellicam amiſſa ſemper jus recuperandi integrum ſit, niſi præſcriptio immemorialis intervenerit, ut *præc. p. 3. c. 2. th. 12. expl. 1. & 2.* deduximus.

II. *Secundarium hunc effectum eleganter indicat Imperator in L. unica. in pr. c. de Caduc. tollend.* per hæc verba: *Quod belli calamitas introduxit, pacis lenitas ſopiat: cui ferè convenit textus in c. 1. cauſ. 34. qu. 1.*

C. *Conſiſtunt verò iſta mala per bellum obvenientia & introducta potiſſimum* (1.) in tributorum, collectarum, acciſarum, ut vocant, & vectigalium antiquorum auctione, vel novorum introductione. (2.) annonæ caritate. (3.) conſuetudinibus & moribus pravis tempore belli irreptis, & bonarum Legum ſuppreſſione. (4.) neglectu cultus Divini & juſtitiæ (5.) captivitate militum & ſubditorum.

Primum pace impetratâ vel planè tolli, vel Statu publico id ad tempus exigente ad æquitatem moderari, & poſteà pro re nata aboleri. Secundum per bonam Oeconomiam prudentemque ordinationem agriculturæ reſtabilitionem corrigi, & *tertium & quartum* omnibus explodi modis debet, *ad imitationem Auguſti, qui teſte Sueton. in ejus vitâ c.* 32. pleraque peſſimi exempli correxit, quæ in perniciem publicam aut ex D. conſuetudine licentiaque bellorum civilium duraverant, aut per pacem etiam exſtiterant. *Quoad quintum* verò omnium captivorum liberatio vel gratis, vel modico & ſtatuto precio, vel transmutatione utrinque præſtandâ ſimul paciſci debet æquitate & charitate in ſuos ſubditos & milites id exigente, *niſi* unum vel aliud individuum ex ſingulari cauſa excipiendum ſit. *Ita ut vetera omittamus, in pacificatione inter Rudolphum II. Romanorum & Achmetem Turcarum Imperatores anno 1606. initâ art. 7.* expreſſum eſt, daß die Gefangene beyderſeits auff freyen Fuß geſtellet und loß gegeben / und nach Gleichheit der Perſonen verwechſelt und *ranzioniret* werden ſollen / dergeſtalt und alſo / daß ihre Herren zu beyden Theilen damit können zu frieden ſeyn: welche aber allbereit zuvor mit ihren Herren umb eine gewiſſe *ranzion* geſchloſſen hätten / ſolches erlegen ſollen. Die jenigen aber / ſo bey Einſtellung der

Waffen

Waffen gefangen worden ſey/ ohne einig Entgeld loß und ledig gelaſſen werden ſöllen. *Apud Ortel. in Chron. Ungar. add. ann. p. 426.*

Idem in pacificatione inter Matthiam Romanorum & prædictum Achmetem Turcarum Imperatores anno 1615. perpetratâ art. 4. comprehenſum ſecundum Meierum in continuatione Ortelii ad d. annum f. 54. In pacificatione verò inter hodiernum invictiſſimum noſtrum & Achmetem Turcarum Imperatores celebrata, art. 2. continetur, quod omnes noti captivi permutari debeant. *Sic quoq; in Pacificatione Oſnabruggenſi art. 17. & Monaſterienſi circa fin. de captivis ita proviſum fuit: Omnes & ſinguli utriusque partis captivi ſine diſcrimine ſagi vel toga eo modo, quo inter exercituum Duces cum S. C. M. approbatione conventum eſt vel adhuc convenietur, liberi dimittantur. In Pacificatione Hiſpano-Belgicâ anno 1648. §. 63. ita conventum. Omnes captivi jure belli utrinq; relaxabuntur absq; alicujus lytri perſolutione ſine diſtinctione & reſervatione captivorum, qui extra Belgium ſtipendia meruerunt, ſubque aliis ſignis & vexillis quàm dictorum Dominorum Ordinum militarunt.*

His annectendum captivos per nudam pacem, niſi id ita pactum ſit, reſtituendos non eſſe, L. 28. ff. de Capt. & poſtlim. reverſ. & ibid. Godofr. de quo etiam legi poteſt Gudelin. de Pace c. 4. & Beſold. de Pace c. 3.

Cæterùm utilitates ex pace provenientes poſt Bald. ad librum de Pace Conſtantia ſub fin. refert Warem. ab Ehrenb. in Meditam. pro fœder. lib. 1. c. 2. n. 93. & ſeqq.

TH. XVII.

Requiſita pacis conſiſtunt in ſequentibus, ut ſit (1.) tempeſtiva, (2.) honeſta & juſta, (3.) ſincera & conſtans. *Adjuncta verò ejus ſunt* (1.) perpetuitas, & ideò ei plerunque adjecta amneſtia. (2.) aſſecuratio per obſides & jusjurandum, nec non matrimonium filiæ, ſororis vel aliûs conſanguineæ reconciliati hoſtis, & quandoq; per traditionem vel relictionem aliquot munitionum. (3.) redactio in ſcripturam ſubſignatione & ſigillo munitam.

Expl.

I. *Quare tempeſtiva debeat eſſe pax & quæ illa ſit, præc. th. 3. & in expl. demonſtratum.*

Honeſtam debere eſſe pacem ipſa ſana ratio dictitat. Eſt verò illa, quâ æquis & tolerabilibus conditionibus, (de quibus præc. *th. 15. expl.* 3. egimus) *bellum finitur, & quæ adeo vera pax, non ſervitutis pactio eſt: Cicero Phil. 12. c. 6. Ut enim pace juſtâ & honeſtâ nihil pulchrius, nihil utilius: Sic ea, quam vel ignavia vel ſervitus infamant, nihil neq; turpius, neq; magis noxium. Polyb. lib. 4. c. 31.* Patres *Romani apud Liv. l. 4. c. 1. infelix bellum ignominioſæ paci prætulerunt & Tacit. 15. Annal. 25. paci inhoneſtæ bellum anceps præferendum eſſe Neroni* Primores Civitatis *ſuaſiſſe refert: hinc Cic. Philip. 7. c. 3.* poſtquam ſtudium ſuum pacis demonſtraſſet, infert, *ego pacis laudator, ſemper auctor, pacem cum Antonio eſſe nolo, quia turpis, quia periculoſa. Et Phil. 12. c. 6. talem,* ut dictum, *non pacem, ſed pactionem ſervitutis vocat. adeoq; Phil. 3. c. 14. cum dignitate potius cadendum, quàm cum ignominiâ ſerviendum eſſe ſcribit.*

Quod verò idem Cicero lib. 6. Epiſt. ad famil. 6. ſcribit, ſe ſuaſiſſe, iniquiſſimam pacem juſtiſſimo bello anteferendam eſſe, & l. 7. ad Attic. Epiſt. 14. repetit his verbis: *pax vel iniuſta utilior eſt, quàm juſtiſſimum bellum. Id vel* ejus mollitiei ex deſperatione de ſalute publica in atroci illo bello Civili omnia huma
A. na & divina jura naſcente ortæ *vel potius* ejus prudentiæ & amori in patriam ad concives adſcribendum, quo reſpectu etiam *Phil. 2. c. 15.* dicit, *mihi omnis pax cum civibus bello civili utilior videbatur, & quia ita magis utile exiſtimavit*, totum Reipubl. corpus cum aliquâ partium jactura aliqualiter conſervare, *quam* ad conſervandam partium ſalutem totum perdere, *& ſimul perſpexit*, damnum ita privatis quibusdam vel etiam toti Reip. illatum morte Ducum & ambitioſorum illorum Civium ac cum tempore reparari ac reſtitui poſſe, *quia in bellis civilibus* plerumque cum morte hoſtium Reipublicæ & adverſarum ſibi partium odia & bella ipſa extinguuntur.

Sinceram quoq; & candidam eandem eſſe debere ipſe finis tractationis inculcat, melius enim eſt, bellum continuare, quam pacem ſuſpectam inire, ſicuti è Vitellianis protogi Piſoni inculcarunt apud *Tacit. 4. Hiſt. 49. & miſeram pacem bello mutare*, ut Tiberio
B. apud *eund. Ann. 3. c. 44.* ſuadetur. *quò absq; dubio reſpexit Orator Corinthiorum ad Lacedæmonios inter alia apud Thucyd. l. 1. p. m. 51. ita locutus. Bello pax magis ſtabilitur: in pace autem non perinde à bello tutus es. Ex qua ipſa ratione Cic. modò d. l. pacem cum Antonio perpetrari diſſuaſit: & contra 1. de Offic. 11. illi paci, quæ nihil habitura ſit inſidiarum, ſemper conſulendum eſſe ſcribit.*

Exſtant vero multa exempla fraudibus talis pacis valdè læſorum: Sic enim Pompejum ab Auguſto imagine pacis deceptum ſcribit Tacit. 1. Ann. 10. ad quem locum videatur *Forſtn.* *Pertinet huc illud* pro regulâ, ſecundum quam inſidiæ tales animadverti poſſunt a *Polyb. d. l. 3. c. 4.* traditum: *ab iis, qui tempori cedunt & victis animis pacis conditiones amplectuntur, tanquam temporum ſuorum inſidiatoribus ſemper ſibi cavendum eſſe.* Illud *Ciceron. 12. Phil. 7. ſub pace cum Antonio ſecundum ejus utilitatem ineundâ bellum la-*
C. *tere. Et Obſervatio illa Matthiæ Corvini Ungariæ Regis de Turcarum pace: illam ad gravius bellum præparationem eſſe, Traduccius in Turca vincibili parte 1. c. 1. in fin. de qua præc. th. 7. expl. 2. pluribus egimus.* Nec non illud *Platon. 1. de Legib. in pr. generaliter dictum. Quam hominum pleriq; pacem nominant, nudum & inane nomen eſt, re ipſa verò bellum irreconciliabile vel à natura.*

II. *A prudentiſſimis meritò inculcatur, pacem debere eſſe æternam, quia ejus cauſa & favor perpetuus eſt, ſed illo modo quò nuptiæ dicuntur individua conſuetudo §. 1. Inſt. de Patr. pot. & juſtitia conſtans & perpetua voluntas, pr. Inſt. de J. & J. nimirum ratione intentionis & propoſiti, quoniam multa* contra intentionem primam intercidere poſſunt, quæ & pacem ac nuptias dirimant, & propoſitum juſtitiæ perpetuò colendæ
D. interrumpant, ut exemplum talis pacis exſtat *apud Virgil. lib. 12. Æneid.* in Turno & Æneâ, ubi Poëta illos *v. 201. & ſeq.* ita introducit:

Tango aras, medioſq; ignes, & Numina teſtor,
Nulla dies pacem hanc Italis nec fœdera rumpet.

apud Halic. l. 6 c. 87. ubi inter Romanos & Latinos conventum fuiſſe refertur, *ut ſit pax, dum cælum & terra eandem ſtationem obtineret. Procop. lib. 1. Perſic. c. 17.* ubi inter Imperatorem Juſtinianum & Perſarum Regem Coſroën *pax ἀπέραντος ſive ſine termino facta* legitur. *Similiter Xerxes cum Græcis perpetuam pacem fecit. Iſocrat. in* Panathen. *p. 519. & Cæſar Carolus V. cum Franciſco I. Gall. Rege* ſimilem iniit, ſecundum tenorem articulorum à *Brandl. Hiſtor.* Pacificat. *Auſtro Hiſpano Gallic. c. 9.* relatorum, *art. 2. quodetiam deinde* in Pacificatione Vervinianа anno 1598. inter Phil. II. & Henricum IV. Hiſpan. & Galliæ Reges initâ *art. 2. renovatum fuit, ut id. Auct.*

c. 10.

Digitized by Google

c. 10. docet, nec non anno 1648. Hiſpaniæ Rex cum fœderatis Belgii Ordinibus, ſecundum Artic. 1. illius Pacificationis. Sicuti etiam pax Germano-Suedica & Germano-Gallica in perpetuum ſancita fuit, ſecundum Articulos illorum in pr.

Quia verò hodiè ra ò ob innatam hominum ambitionem & bellandi pruritum tales, ſed plerumque ad paucos annos & ne hominis quidem ætatem confici ſolent *adeoq; multi ſtatuunt, pacem talem temporalem potius inducias, quàm Pacem nominandam eſſe. Beſold. de Pace c. 3. in pr. Gudel. d. tr. c. fin.*

Cùm omnis pax verè & propriè ſic dicta ex natura pro æternâ habenda, & lites publicas per eam ſemel finitas reſcindere, novaque bella inde ciere non hominum naturæ ſed brutalitati magis conveniens ſit, ſicut *prec. th. 4. in expl.* diximus *& Puſend. de Jure Naturæ ac Gent. l. 8. c. 7 § 4. benè tradit.*

Diſquirendum hic eſt, utrùm diuturnior, quàm brevior pax magis conducat?

Breviorem præfert Veget. l. 1. c. 7. ob hanc rationem, quia longa pax militem negligentius incurioſiusque legit, & ſecuritatem ac ſocordiam, neglectumque inde armorum & munimentorum inducit, cujus vivum exemplum nuper *confœderati Belgæ* exhibuerunt, ob hunc diuturnæ pacis cauſâ commiſſum neglectum *irrumpente cum validiſſimis exercitibus anno 1672. in Hollandiam & confinia Gallorum Rege* intra breve temporis ſpacium validiſſimas urbes & arces amittentes, & in periculum amittendæ totius provinciæ incidentes, ut latè recenſet *Valckenier* in dem verwirrten *Europâ parte 3. f. 189. & multis ſeqq. quamvis à prudentioribus creditum fuerit, magis per proditorum patriæ dolum, quàm iſtam Statuum inertiam neglectum illum eveniſſe. Cui adde, quæ not prec. th. 4. expl.* de induciis ad breve temporis ſpacium ineundis *& in fine hujus cap. Axiom. IV.* adduximus.

Longiorem alii præponendam eſſe aſſerunt, quo ita interim omnia perdita reſtitui & reparari poſſint, quia brevi ſpacio belli mala tolli nequeunt.

Nos iterum mediâ viâ incedentes, cum probatæ fidei hoſtibus diuturnam & ſi obtineri poteſt, æternam, cum doloſis & perfidis vero vel nullam, vel brevem pacem ineundam eſſe ob præmemoratas rationes putamus.

De amneſtiâ pacificationi plerumque adjungi ſolitâ ſeq. l. 3. c. 2. th. 20. expl. 1. latè egimus.

III. Aſſecuratio de pace fideliter ſervandâ tripliciter fieri ſolet 1. per obſides nobilioris conditionis vel invicem vel à parte ſaltem devictâ aut inferiori in pignus pacis datos, uti ſuadet Polyb. l. 8. c. 2. Quomodo etiam dederunt Romani Porſenæ Liv. d. l. 2. c. 13. Volſci Romanis trecentos Principum à Corâ atque Pometiâ liberos, *idem Liv. d. l. ſeq. c. 22. Hiſpani Annibali Id. d. l. 22. c. 22. Romanis Sabini* 600. equites *Id. l. 9. c. 5. Tarentini Romanis Id. l. 25 c. 7. Philippus iisdem & inter illos filium Demetrium, Id. l. 33. c. 16. Carthaginenſes Romanis* 300. nobiliſſimos pueros, *Appianus de bello Punico p. 70. & Polyb. in excerpt. Legat. c. 142. Nabis Lacedæmoniorum Tyrannus Romanis* quinque, & in his *ſuum filium, Liv. l. 34. c. 34. Ætoli iisdem* quadraginta *Id. l. 38. c. 11. Antiochus iisdem 20. Id. l. 38 c 38. Cotys Thracum Rex Perſeo* Macedonum Regi *Id. l. 45. c. 42. Quemadmodum etiam* Romani à Praeneſtinis Urbibus, qui in amicitia cum fide permanſerunt, obſides exegerunt, *Id. l. 43. c. 21. Artoces Pompejo filios* ſuos obſides miſit *Dio l. 37 p. 29. Alexander Macedoniæ Rex Pelopidæ* arbitro fratrem ſuum Philippum alioſque 30. pueros illuſtriſſimos obſides fidei dedit. *Plut. in Pelop. c. 47. Phrahates Parthorum Rex Romanis filium ſuum Vononem* obſidem Auguſto miſit. *Tacit. 2. Annal. 1. ac alios quatuor cum totidem nepotibus Tito tunc Syriæ Præſidi tradidit teſte Strabone l. 16. p. m. 516. & ſeq. & Jul. Cæſar* Germanis obſides imperavit. *Suet. in ejus vitâ. c. 25. Inter recentiora exempla inſigniora ſunt ſequentia: Johannes Galliæ* Rex ab Eduardi III. Angliæ Regis filio *captus obſides dans ſuos filios Ludovicum & Johannem, & fratrem Philippum* cum aliis illuſtribus viris *Serranus in Hiſt. Franc. ſub ejus vitâ f. 179. & Franciſcus I. Galliæ Rex filios ſuos impuberes Franciſcum & Henricum Carolo V. obſides dans. Sleid. lib. 6. p. 136. & Mauroc. lib. 2. Hiſt. Venetæ p. 62. Plura vide apud Schilterum de Jure & Statu Obſidum c. 3.*

A.

Porrò, ut dictum, *quandoque obſides invicem dati & recepti, ut à Romanis & Perſis factum fuiſſe memorat Marcell. l. 25. p. 300.*

Non ſolùm verò mares ſed etiam fœminæ obſides datæ, ut ex Liv. d. l. 2. c. 13. Polyb. in excerpt. de virtut. & vit. ex lib. 9. Athen. l. 13. Deipnoſ. c. 8. f. 605. & Plut. in Cleomene c. 30. nec non Tacit. 4. Hiſt. 78. Sueton. in Aug. c. 21. (ubi tamen ideò erroneè novum genus obſidum hæ vocantur) *notum eſt.*

B.

Rationem dat Athen. d. l. ex mente Cleomyni Spartani, ſed indignam, quod hoc ſecundum naturam fiat, *ſpecialem verò Bernegg. ad Sueton. d. l. § 4. hanc, efficacius obligari animos eorum, quibus obſides imperatæ fuerunt fœminæ: cum infirmum charumque ſexum hoſtili ſævitiæ & ludibrio nemo facilè credatur expoſiturus. Quod quidem à parte hoſtium* ita ratione non caret, *ſed à parte obſidum* ipſarum & illarum maritorum ac parentum omninò magno periculo non deſtituitur, *cùm facilè evenire poſſit,* ut uxor & filiæ inter hoſtilem violentiam & perſuaſionem remotis cuſtodibus & protectoribus degentes pudicitiæ naufragium patiantur: *ſicuti etiam Eteocles* Antipatro pueros 50. obſides petenti illos recuſavit, ne licenter viventes indociles patriæ diſciplinæ fierent. *Plut. in Lacon. c. 8. de quo eleganter diſſerit Schaffhauſ. d. Sect. 8. lit. c.*

C.

Notandum verò hîc: (1.) Obſides vel invitos vel ſpontaneos dari, & utroque quidem modo vel à bello victis, vel à victore ipſo eligi, ſicut quoad *poſterius* Romani in pacificatione Carthaginenſium cum Nabido & Ætolis fecerunt, apud *Liv. l. 30. c. 37. l. 34. c. 34. & l. 38. c. 11. quandoq; etiam quoſdam ſeipſos offerre, ut fecit Themiſtocles apud Corn. Nepot. in ejus vitâ c. 7.*

Cur verò etiam inviti obſides dari poſſint, ratio afferri ſolet, quod omnes Cives & ſubditi patriæ corpus, libertatem & facultates ſuas debeant, quod tamen non placet Brandlachtio Conſult. 2. §. 2.

D.

Ubi ita cum Puſendorffio de Oblig. adverſus patriam §. 26. diſtinguendum eſt: ut ſi hoſtis victor quoſdam in individuo vel juxta arbitratum ſuum poſtulet obſides, quomodo à Romanis proximè dictis in locis factum, *idq; deprecari nequeat, illi, quos poſtulat vel eligit, omninò pacis publicæ obtinendæ cauſâ exhibendi ſint: ſi verò certum ſaltem numerum abiq; reſervatâ electione exigat, tunc forte illi à Principe vel alio ſuperiore victo eligendi ſint, ubi tamen iterum diſtinguendum, ut in eo caſu, quo ex illuſtribus vel nobilibus perſonis,* & quidem adjecto ætatis termino, ſicut Romani ſæpè fecerunt, ſecundum *Liv. dd. ll.* quidam dandi ſint, *ex illorum genere ſolùm ſortitio perficienda ſit. Tandem, ut, ſi longo tempore obſidatus,* (ut cum *Marcell. l. 25. p. 300. & Eutrop. l. 2.* loquamur) *durare debeat, novis ſubſtitutis priores liberentur: ſicut Romani* cum Antiocho pacti ſunt, ut obſides ejus ſingulo triennio mutarentur, ob cauſam ibi allatam apud *Livium lib. 38. c. 38.*

(2.) *Quarò*

A. (2.) *Quær. à Politicis & JCtis:* An borum Obſidum perſonæ ſaltem quoad libertatis interceptionem, ſive nudum pignus ita loquendo vel aſſecurationis causâ detentionem, an verò etiam quoad vitam ipſam, vel pœnam corporis, ſi caſus, ex. gr. fractæ à ſuis pacis, id ferat ſuſtinendam, oppignoratæ ſint?

R. Plerique utrumque affirmant, ob illam rationem, quia per conventionem illam obſides dandi id ſimul tacitè intenditur, ut non ſervatâ fide in ejus pignora, itaque dum principales puniri quoque poſſint, pro lubitu, vindicta injuriæ & damni exerceatur, *ideoque obſides tacitè* in id conſenſiſſe putantur: *quidquid ergò* juris eſt in toto Populo pacem violante & fidem frangente, id quoque in parte ejus, nempe obſidibus obtinet: de quo legi poteſt *Bœcler. ad Grot. l. 1. c. 1 in diſquiſ. de Eminente Dominio p. 102. Gentil. de J. B. l. 2. c. 19. Grotius ipſe l. 3 c. 20 §. 53. Schaffsh. d. ſect. 8. lit. c. & Schilter. de Jure Obſid. c. 6. n. 9.*

B. *Quod quidem nos locum habere poſſe concedimus, quando pax juramento vel à Primoribus Populi vel ab ipſorum Legatis confirmata & ſimul pœna fractæ pacis obſidibus infligenda adjecta eſt: ſicuti Romanis* à Samnitibus victoribus impoſita fuit apud *Liv. l. 9. c. 5. in reliquis verò caſibus potius putamus obſides licentiæ ſaltem bellicæ ſubjectos, adeoque eorum ſalutem ac vitam poteſtati læſi victoris expoſitam ita eſſe, ut ſi in illos miſericordes ſint, laudem, ſin ſeveritatem exerceant, vituperium quidem, non tamen pœnam vel vindictam à pacifragis ex Jure Gentium mereantur,* de quo plura legi poſſunt apud *Puſendorff. d. §. 26. cui jungatur Horn. de Civit. l. 2. c. 2. th. 17. Brandlacht. Conſult. 2. §. 20. & ſeqq. & diſſentientem Hering. de Fidejuſſ. c. 20. §. 9. n. 59. & ſeqq. ubi* multa exempla obſidum licentiâ vel furore hoſtili occiſorum refert,

(3.) *Quær. porrò:* An Obſides aufugientes à parte dante reſtitui debeant?

C. *R. Si citra ſcientiam & conſenſum dantium ad alios, in quos dantes hi imperium non habent, aufugerint, & ab his neq; indagari, neq; indagati recipi poſſunt, æquitas poſtulat, ut alii in illorum locum pignoris & fidei ſervandæ causâ ſubſtituantur, ſi verò ad dantes ipſos eodem modo reverſi fuerint, reſtituendi ſunt exemplo Clœliæ à Romanis reſtitutæ Liv. d. l. 2. c. 13. Quodſi autem hi illos reſtituere nolint, vel id facere quidem velint ſed cauſam aufugio dederint, tanquam pacis & fidei ruptores à læſa parte ad ſatisfactionem adhortari, & ſi nolint, bello peti poſſunt. De quo vide Schilter. de Obſid. c. 5. n. 7. & 8.*

D. (4.) *Obſides hodiè* (non ut olim ſecundum L. 31. ff. de Jure Fiſci) *teſtamentifactionem habere, quia ceſſante causâ ceſſat effectus, hodie enim omnes peregrini* (quorum nomine obſides olim Romæ habiti) *vigore Auth. omnes peregrini. C. Comm. de Succeſſ. liberam & plenam teſtamentifactionem habent, exceptâ Galliâ, ubi Jus illud antiquum, quo peregrinis facultas teſtandi adimitur, adhuc viget, & Jus Albinagii vocatur, de quo legi poteſt Manzius de Val. & invalido teſtam. tit. 2. n. 192. & ſeqq. & Friſchius de Albinagio.*

(5.) *Obſidem ad unam cauſam datam, illâ perfectâ ob aliam pro obſide retineri non poſſe: ob rationem, quia fidejuſſor* ſolutâ à principali ſorte & uſuris liberatur, quod etiam in pignore obtinet per *L. 11. §. 3. ff. de Pignor. act. & obſes* ob factum à tertio ſpecialiter præſtandum in pignus ſive expreſſo, ſive tacito conſenſu datus, perfecto illo ad aliud contra voluntatem porrò obligari non poteſt, *quia odia reſtringenda potius, quàm amplianda ſunt. Schaffsh. d. lit. c. Brandlacht. d. Conſ. 2. n. 13. & Schilter. d. tr. c. 6. n. 5. & ſeqq.*

(6.) *Quær. tandem:* An obſes à Rege vel Principe, qui pacem cum hoſte fecit, datus, tam illius quàm hujus, ſive alterutrius morte liberetur?

A. *R. Diſtinguendum hic, (1.) inter cauſam obſidis dati, an ſit* continua, ſive in certâ re perficienda fundata, *an* verò ſaltem ad perſonam dantis vel accipientis reſtricta. *Priori modo* obligatio dantium & dati tàm diu durat, donec per præſtationem promiſſi vel debiti tollatur; *quare* ſicuti hic morte obſidis dati per ſe non exſpirat obligatio principalis vel dantis: *ita nec* per mortem dantis vel accipientis per ſe illa tollitur, *ſed caſu utroque* continuatur pignoratio, adeoque mortuo obſide alius in ejus locum ſubſtituendus, *& ita porrò* progrediendum, donec ſatisfactum ſit pacto vel promiſſioni. *Poſteriori verò* modo omninò cum perſonâ dantis vel accipientis tollitur obligatio & obſidis pignus.

B. *Quo loco referre volumus Romanum Senatum Demetrium, qui à parente Seleuco Syriæ Rege pro liberando obſide fratre Antiocho rurſus obſes datus fuerat, etiam poſt utriusque patris ſcilicet & patrui mortem dimittere noluiſſe, ut refert Appian. de Bell. Syriac. p. m. 187. & ſeq.*

Quomodo verò differentia hæc Obligationis vel pacti in rem vel in perſonam dignoſci poſſit, iterum inter Politicos & JCtos diſceptatur.

Et dubitatione quidem caret, non tam ex verbis quàm mente vel intentione illam deſumendam eſſe, arg. L. 3 §. 11. ff. de adim. Legat. l. 34 ff. de R. J. & L. 11. ff. de Action. empt. quibus junge Eichel. in Comment. ad R. J. r. 2. ferè per totum & avum noſtrum maternum Abel. Straſburg. in Comm. ad L. 7. ff. de Pact. §. pactorum autem.

C. *Sicuti etiam tali in caſu* ad acta antecedentia & hodie ad protocolla, ut vocant, recurrendum eſt. *Sed ſi ab utraque parte indicia vel conjectura pari firmitate militent, tunc favorabilia odioſis præferenda ſunt L. 19. ff. de Lib. & poſth.* de quo conſuli poteſt *Grot. l. 2. c. 16 § 16. Vide tamen Duar. ad d. L. 7. ff. de Pactis. ubi tradit, in dubio* pacta magis in rem, quàm in perſonam præſumenda eſſe, *arg. L. 9. ff. de Probat. quia* plerumque tam hæredibus noſtris, quàm nobiſmet ipſis cavemus, cui junge *Richter ad tit. eund. L. 2. C. de Pact. n. 58. & ſeqq.*

De alterâ ex hâc quaſi pullulante quæſtione: An obſes morte ejus, pro quo vel redimendo, ſi captivus, vel dimittendo, ſi quoque obſes, datus fuit, liberetur? Vide *Schilt. d. l. n. 9. & ſeqq.*

D. (2.) *per Jusjurandum: de quo notandum illum aſſecurationis modum perantiquum eſſe, & à fœderibus originem trahere. ſicuti Abraham* jam ſuo tempore Abimelecho & Picolo juramentum benignitatis & benevolentiæ ac ſimul fidei ejus filio & nepoti præſtandæ præſtitit *Geneſ. 21. v. 23. & ſeqq.* de qua materia ſuprà *Parte 2. ſect. 2. c. 10 th. 5. expl. 1.* dictum. *Sicuti etiam apud Græcos id in uſu fuit, ut inter alia exemplo Athenienſium & Lacedæmoniorum conſtat apud Thucyd. l. 5. p. 222. & ſociorum ibid. p. m. 227. quod etiam ab illis id in fœderibus iciendis obſervatum ut exempla apud eund. ſeq. p. 234. & 329. docent.*

Apud Romanos exempla pacis jurejurando corroboratæ occurrunt varia, pleraque tamen & pacis & fœderis ſimul initi cauſâ præſtita. Ita Romani & Albani mactatis victimis ſuper ardentes focos in pacem & fœdus jurarunt. *Dion. Halic. l. 3. c. 21.* quod etiam fecit *Tarquinius Id. l. 4. c. 65 Ita quoq;* pace perpetratâ & fœdere cum Antiocho Syriæ Rege à Romanis icto *Conſul Manlius primum poſteà Rex jusjurandum fidelis obſervantiæ præſtitit Liv. l. 38 c. 39. Id in pacificatione Romanorum & Carthaginenſium factum teſtatur Appian. de Bell. Punic. p. m. 28. & inter Romanos & Perſas* factum fuiſſe memorat *Marcell. l. 25. p. 301.*

Meminit ſimilis juramenti Virgil. Æneid. l. 12. v. 201. & ſeq. in perſonis Turni & Æneæ his verbis:

Tango aras medioſq́; ignes & Numina teſtor,
Nulla dies pacem hanc Italis, nec fœdera rumpet.

Sic quoque Auguſtus barbarorum quorundam Principes in æde Martis ultoris (religionis cauſa) jurare coegit, manſuros ſe in fide & pace, quam peterent, *Sueton. in ejus vita c. 21.*

Inter recentiora ponenda pax univerſalis à Ludovico Bavaro in Imperio noſtro facta, & juramento corroborata, ut ex Henrico Monacho in Chron. ad ann. 1345. refert parens noſter Andr. Knichen p. m. de Saxon. non provoc. Jure, verbo Elector. c. 2 n. 83. Similiter ab Henrico IV. Imper. talis pax compoſita ſecundum Auct. vita ejus pag. 386. Uti etiam inter Ludovicum XI. Galliarum & Eduardum Angliæ Regem apud Comin. l. 4. c. 10. Sic quoque pax inter Bajazethem Turcarum Imperatorem & Rempubl. Venetam præterito ſeculo facta, juramento utrinque confirmata eſt. *Bembus lib. 4. Hiſt. Venet. p. 243. inter Carolum V. & Franciſcum I. Galliæ Reg.* apud Crepium anno 1544. confecta per Legatos utriusque partis juramento firmata fuit. *Jov. l. 45. Hiſt.*

Sed omiſſis pluribus exemplum ſingulare illud annotandum eſſe duximus, Henricum V. Imperatorem & Paſchalem Pontificem pacem inter ſe factam uſurpatione Sacra Cœna confirmaſſe (novo & planè culpabili modo, quia illud Sacramentum talem in finem à Domino noſtro inſtitutum non fuit) *ut tradit Sigeb. Gemblac. in Chron. ad ann.* 1111. his verbis: *Confirmatio pacis inter Apoſtolicum & Imperatorem, dum in celebratione Miſſæ traderet ei corpus & Sanguinem Domini noſtri Jeſu Chriſti, Domine Imperator, hoc corpus Domini natum ex Mariâ Virgine, paſſum in cruce pro nobis, damus tibi in confirmationem veræ pacis inter me & te.*

(3.) *Per matrimonia cum reconciliati hoſtis filiâ, ſorore & aliis cognatis firmæ pacis & amicitiæ cauſa contracta.*

Circa quæ notandum, modum illum ab antiquo tempore quidē introductum & obſervatum, *negandumq́; non eſſe* ſæpè per illam firmam amicitiam & pacem conſtitutam fuiſſe, *ſiquidem etiam* raptus Virginum Sabinarum à Romanis ob amicitiam finitimarum Urbium captandam factus dicitur, quod etiam eventus probavit, *Halic. l. 2. c. 32. c. 47. &* 48. & quod magis ad propoſitum noſtrum facit, *Agas Cyrenarum Rex* ante mortem filiâm unicam Beronicen ad finienda cum Ptolomæo fratre certamina filio ejus deſponderat, *Juſtin. l. 26. c. 3. Similiter Auguſtus* Antonio privignam ejus Claudiam uxorem ducendo reconciliatus fuit. *Suet. in ejus vita c. 62. Tarquinius quoque* ad Latinorum amicitiam comparandam Octavio Manilio Latino Principi filiam ſuam nuptum dedit *Liv. l. 1. c. 50.*

Idque, ut vetera omittamus, *præteritis temporibus inter Hiſpanos & Gallos ſæpè peractum fuit*, ut ex hiſtoriis conſtat: *Verùm ſæpè ex talibus nuptiis novæ & tenaciores inimicitiæ ortæ ſunt*, ut in iisdem familiis exemplis conſtat: *quare rectè Strada Dec. 1. l. 1. p. 26. firmamenta, inquit, talia tam diu manent, quamdiu annuerit dominandi cupido, cui plerumque tenacius nubunt Reges. Et Buſſieres in Hiſt. Franc. parte 4. l. 24. poſt pr. ſcribit, affinitas ſacra inter Reges* (puta Ludovicum Gallum, qui Annam Hiſpanicam, & Philippum Hiſpanum, qui Eliſabetham Gallicam matrimonio ſibi junxerant) *contrahitur, in multam ſpem concordia tam diu perſtitura, quamdiu utilitas ſinet; ea nempe Regum norma & ratio. Refer huc, quæ l. 1. c. 1. cuſ. axiom. 1. adducta ſunt.*

Quod (4.) *retentionem vel traditionem munitionum hoſtilium ad tempus, donec pax coaleſcat, faciendam*

A. *de Pace Diſp. 11. th. 8. ſed prudenti Guicciard. l. 1. Hiſt. attinet, non exemplis*, quorum quædam refert *Brunnem. relato monito id firmabimus*: ita verò ille: *Victor ad tempus reſervet loca munita aliquot, uſque dum pax vel plenior fiat, vel ſuſpicio pacis violandæ ceſſet.*

IV. Quod redactionem in ſcripturam attinet, licet ea non ſit de eſſentia pacificationis, attamen ad benè eſſe ejuſdem pertinet, quia verba abſque ſcripturâ facilè oblivioni tradi, L. 4. ff. & L. 17. C. de fide inſtrum. ad poſteros non ita transferri, ut Cic. pro Sullâ c. 16. indicat, ſcribens: *literas poſteritatis cauſa repertas eſſe, quæ ſubſidio oblivioni eſſe poſſent: & poſteà inſuper* ex illorum falsâ interpretatione multa incommoda & litigia oriri poſſunt, quapropter etiam *præc. th. 15. & expl. 2.* pacificationem claris & propriis verbis conficiendam eſſe diximus. *Quâ etiam de cauſa olim fœdera Columnis vel tabulis æreis vel lapideis, ut illorum tenor omni poſteritati innoteſceret & duraret, inſculpta fuêre, ut ex Halic. l. 2. c. 57. conſtat, & præc. parte 2.*
B. *Sect. 2. c. 10. th. 5. expl. 2. demonſtratum*, & per multa ſecula articuli pacis in ſcripturam redacti fuêre, ut omnibus notum eſt: de quo etiam conſuli poteſt *Bernit. de Inſtrum. l. 1. c. 8.*

TH. XVIII.

Hactenus pacis requiſita & adjuncta: Sequitur ejus declaratio & executio, quarum illa conſiſtit in ſolemni ejus publicatione ſecundum conſuetudinem cujusque imperii, regni, liberi Principatus, liberarumque Rerumpublicarum & ſimilium Statuum peractâ: *Hæc verò* in deductione hoſtilis exercitus amicâ, & locorum occupatorum reſtitutione ſecundum normam & præſcriptum tabularum pacificatoriarum ſincerè & citra
C. tergiverſationem perfectâ, nec non quandoque promiſſæ in ſatisfactionem pecuniæ ſolutione decenti.

Expl.

I. Q*Vod pax* inter Magnates concluſa certis ſolemnitatibus publicari ac in omnium ſubditorum & incolarum notitiam ita deduci ſoleat, ſimulque ſolemni feſto indicto pro illâ obtentâ Deo triuno gratiæ agi & poſtea tormenta bellica & bombardæ in locis celebrioribus munitis & præſidio firmatis explodi ac ſimul epulæ ſolemnes celebrari, aliaque lætitiæ publicæ ſigna edi ſoleant, *omnibus notum eſt. Quoniam verò* ceremoniæ illæ non ubiq; ſimili modo obſervantur, unas atque alteras extra imperium uſurpatas ex hujusmodi recentioribus actibus hîc recenſere voluimus.

Cùm pax inter Italiæ Magnates præterito anno 1644. perfecta eſſet, *Venetiis 6. Maji* hymnus Te
D. Deum laudamus, in templis cantatus, proceſſiones ſolemnes habitæ & machinæ pyrotechnicæ incenſæ fuerunt. *Eodem die etiam Romæ* pax illa conſuetis ceremoniis publicata, feſtum Euchariſticum celebratum & lætitia publica per exploſionem omnium tormentorum in Caſtro S. Angeli, nec non à *Magno Hetruriæ Duce* per dotationem centum pauperum virginum, quarum quælibet 100. thaleros reales accepit, teſtificata fuit, referente *Mariano in Theatro Europæo parte 5. f. 597. Cum pax inter Galliarum & Hiſpaniarum Regem* præcedenti anno 1679. perfecta eſſet, eodem in Menſe Januario Pariſiis ſequenti ceremonia publicata fuit. Rex Armorum equo egregiè ornato vectus præceſſit, ſeptem Heraldis cum inſignibus ſuis ſubſequentibus & duobus militum prætorianorum vel ſatellitum corporibus comitantibus

tibus ac in locis publicis conſuetis poſt tres tubarum cantua inclamavit *juſſu vel nomine Regis* & uni ex Heraldis clarâ voce mandavit, ut pacem publicaret: quo facto dictus armorum Rex capitia tegumentum detraxit & trina viee iuclamavit *Vivat Rex*, eique univerſus popolus eodem modo reſpondit, iterum tubis cantatum & publicatio porrò in areâ aulæ Regiæ ac reliquis uſitatis locis continuata fuit.

Poſt aliquot dies reliquæ lætitiæ publicæ ceremoniæ ſequenti modo peractæ fuerunt. Tormenta bellica manè ſunt eaploſa, hymnus Te Deum laudamus cantatus & veſperi ignes lætitiales ante curiam eivitatis & in omnibua urbis plateis incenſi ſunt, & machina pyrotechnica confecta incenſa ac emiſſa fuit, ut pluribua *Auctor libelli Gallici Mercure Galant inſcripti, ſub Actu Januarii ejuſdem anni in pr.* refert.

Solemnitates circa pacis inter Regem Angliæ & Status Confœderati Belgii anno 1674. concluſæ publicationem Hagæ Comitum obſervatas refert *Mullerus* in der *Continuation* des verwirrten *Europa parte 5. f. 249. & ſeq.*

Pertinent huc ſolemnitates, quæ exhibitas pacis Monaſteriensis & Osnabruggenſis ratificationes an. 1649. Monaſterii inſequuta ſunt & in Theatro Europæo Tomo 6. f. 658. referuntur.

II. Non ſemper poſt ſubſcriptam & confirmatam pacem omnes copias ex hoſtico & præſidia ex occupatia locis deduci ex hiſtoriis & pacificationum articulis notiſſimum eſt, ſiquidem ut ex *Pacificatione Germano-Suecicâ & Germano-Gallicâ anni* 1648. & *Inſtrumento Executionis* conſtat, tres evacuationum reciprocarum termini conſtituti fuerunt, & interea Suecis promiſſa ſatisfactoria pecunia ſoluta fuit; *Et in nupera Gallico-Suecico-Brandenburgica pacificatione* occupata & præſidio firmata Pomeraniæ loca Sereniſſimo Domino Electori tam diu, donec ſatisfactionis loco promiſſa pecunia ſoluta eſſet, hypothecæ loco permanſerunt. Quod etiam in *Pacificatione à Rege Galliarum & Sueciæ cum Rege Daniæ & Ducibus Lunaburgicis* initâ obſervatum fuit.

TH. XIX.

Pacem ita confectam & declaratam ac executam, ſequitur ejus conſervatio, quæ *ordinariè* fieri ſolet & poteſt (1.) Vitâ Principis vel Magiſtratus & ſubditorum piâ, devotâ, virtuosâ & ſobriâ. (2.) perpetuâ & ad inhibendos hoſtium conatus ſatis validâ militiâ (3.) novâ fœderum cum vicinis benevolis & fidis initione ac antiquorum firmatione.

Extraordinariè verò & quo ad internam pacem, ſi ſubditi ſeditionibus & factionibus dediti ſint, bellorum externorum geſtione.

Expl.

I. PEr *piam*, devotam, virtuoſam & ſobriam vitam Deum placabilem & gratioſum reddi. *præc. parte* 1. c. 6 *th.* 6. & 8. *& in explicationibus* annotatum, eaque pœnaa divinas averti poſſe *ſeq. l. 3. & in explic.* dictum eſt.

II. *De perpetua* & validæ militiæ ac ſubditorum in armia exercitatorum utilitate & neceſſitate, etiam *præc. 2. th. 4. expl.* 1. latis egimus, ut legi inſuper poteſt quo ad boc uegocium *Brunem. de Pace Diſp.* 11. *th.* 7. *& Schaffihauſ. de Pace Sect.* 9. *lit.* C.

A. III. *De fœderum* cum benevolis ac fidis vicinis ictorum utilitate ac neceſſitate etiam *præc. parte* 2. *Sect.* 2. *c.* 10. *th.* 3. *expl.* 2. *& ſeqq.* diaimus.

IV. *De extraordinario hoc remedio ſeq. l.* 3. *c.* 2. *th.* 20. *in explic.* quoque egimus.

TH. XX.

Contraria paci ſunt ejus ruptio tam directa ſive manifeſtè quàm indirectè facta, & contraventio quævis doloſè ſuſcepta.

Expl.

QVa d *præc. Parte* 2. *ſect.* 2. *c.* 10. *th.* 9. *expl.* 2. *de fœderum ruptione dicta ſunt, huc etiam quadrant & referri debent:*

Directè verò ſive manifeſte violatur paa per hoſti-
B. litatem in illum & ejus ſubditos, cum quo illa inita eſt, absque ullâ novâ injuriâ à tali reconciliato hoſte datâ, publicè caercitam, *indirectè vero* per clandeſtinas machinationes paci adverſas, *quales*, ſi cum hoſtibus illius colluſio fiat, & illis ſuppetiæ ac ſubſidia quocunque modo ferantur, ſi illi, cum quo pax perpetrata, innoaius tranſitus & reliqua jure Gentium aliiâ debita denegentur, ſi novi hoſtes clanculum eacitentur, & ſimilia.

Ut enim propriè pax directò vel indirectò violata ſit, requiritur, ut doloſo animo aliquid contra illam ſive omittendo contra promiſſa, ſive committendo contra prohibita fiat. *Exempli gratiâ*: Si aliquis nullâ datâ cauſâ ex nudo bellandi pruritu, adeoque pacem rumpendi ſtudio hoſtilitatem immediatè rurſum eaerceat, vel hoſti ejus, eum quo pax
C. inita eſt, contra articulos pacis auailia mittat, vel ſociis pacificationi incluſis bellum inferat, & ſimiles dolos committat.

Aliud igitur obtinet, ſi ob novam eauſam ab hoſte reconciliato datam amicabili ſatisfactione non ſecutâ illi iterum vindicatoria inferantur arma, *tunc enim* bellum illud ob lujurias novas per pacifragium illatas legitimè infertur, quoniam paa ab alio violata impunè non ſervatur, de quo conſuli poteſt *Brunn. Diſp.* 12. *th.* 1. *& ſeqq.*

Illud tamen negandum non eſt, differre nonnihil illa, quæ in omittendo contra pacem facta ab iis, quæ committendo peracta ſunt: Illa enim quodammodo ea. gr. per vim majorem, impoſſibilitatem, errorem, falſum intellectum & ſimilia excuſari ac purgari ſolent & poſſuot, *Hæc verò* non æquè ita, quia talia maximâ ex
D. parte in apertâ hoſtilitate conſiſtont.

Notandum tandem cum quibusdam populis & Magnatibus ita comparatum eſſe, ut ob innatam ſuperbiam, perfidiam vel levitatem nullam ferè pacem ſervent, ut de Turcis compertum eſt, *vel ob æmulationem & invidiam* certo cuidam populo vicino pacem ægrè ſervent, ſed ad illam rumpendam omni occaſioni inhient.

Refert ita Brandtlacht d. Tr. de Pacific. per totum, inter Burgundos & nunc Hiſpan. ac Gallos hâc de cauſa pacem rarò coaluiſſe & adhuc coaleſcere, *& c.* 11. recenſet inter hos & illos ab anno 1391. usque ad annum 1630. incluſive ob pacem ſæpius fractam novemdecim pacificationes initas fuiſſe, ex quibus tamen Nos primam non agnoſcimus.

Similiter inter Anglos & Gallos per quædam ſecula eandem ob cauſam crebræ pacificationes evenerunt, ut hiſtoriæ docent.

A. *Pertinent huc* crebræ inter Galliæ Reges & Proteſtantes illius regni factæ pacificationes, quoniam illæ ſuaſu Clericorum ob odium in religionem ſemper ruptæ fuerunt, ſicuti illarum usque ad annum 1629. duodecim apud Hiſtoricos occurrunt.

Axiomata.

I. S*I plures ſimul hoſtes obveniant, cum uno ſaltem bellum gerendum, cum reliquis vero pax, ſi commodè obtineri poſſit, ex abrupto ineunda eſt per ea, quæ præc. c. 5. th. 8. expl. 1. n. 8.* adducta ſunt.

II. *Bellum etiam anceps & infelix paci turpi præferendum ſecundum præc. th. 12. expl. 1. dicta.*

III. *Hoſtis potens & exercitatus longis induciis frangendus & enervandus eſt per ea, quæ præc. th. 4. in expl. de Induciis ab Hiſpaniæ Rege cum confœde-*
B. *ratis Belgis initis adducta ſunt.*

IV. *Cum omnibus hoſtibus uno tempore citra graviſſimam cauſam pax conficienda non eſt, quia* ita ſubditi longâ quiete etiam enervantur: quo intuitu *Ephori Lacedæmoniorum apud Plutarch. in Apophth. Spartan. & Lacon. in genere c. 4. captâ quadam urbe periiſſe palæſtram juvenum, & hoſtem juventutis cotem dixerunt. Et Cleomenes in Apophth. Eorundem Special. c. 76. idem ſuaſit. Vide etiam de Carthagine ideò non delendâ prudens judicium Scipionis Naſicæ apud Eundem de capiendâ ex hoſtibus utilitate c. 6. & Flor. l. 2. c. 15. quod etiam tangit Appianus de Bellis Punicis. p. m. 57.*

Et junge quæ ſeq. l. 3. c. 1. th. 9. expl. 4. & c. 2. th. 7. expl. 1. de damnis ex nimiâ felicitate & otio provenientibus adducta ſunt.

C.

CAPUT XIII.

DE NOMENCLATURA MILITARI.

SUMMARIA.

Th. I. Ratio connexionis: Nomenclatura militaris quid, & ejus diviſio.

Th. II. Definitio veteris & recentis.

Expl. Demonſtratur ejus neceſſitas & utilitas ac ſimul difficultas.

Th. III. Objectum illius quotuplex.

Expl. I. Arma propriè ſic dicta quæ, unde dicta, illorum ſynonyma, prima rudia & quæ, diſtinctio.

Læſoria quæ, & illorum ſpecies.

Ubi de omnis generis gladiis, haſtis, miſſilibus, arcubus, ſagittis, fundis & bombardis.

Protectoria quæ, & eorum ſpecies.

Ubi de galeis, caſſidibus, loricis, thoracibus, clypeis, ſcutis, parmis, peltis, cetris, cataphractis, & ſimilibus remiſſivè, item de ocreis ferratis.

Expl. II. Machina in veteri intellectu quæ, & quæ in noſtro ſenſu.

Ubi poſteriorum ſpecies, & de turribus obſidionalibus.

Inſtrumenta bellica in ſpecie quæ: ubi illorum ſpecies.

Expl. III. Machina in ſtricte ſignificatu quæ: ubi de ejus ſpeciebus, Ariete, Helepoli, Teſtudine, Muſculo, Cancro, Falce, Terebra, Balliſta. Scorpione, Onagro, Catapulta Petraria, Lithobolo, Mangana, & aliis recentioribus ac barbarè vocatis machinis, nec non Blida & Funda majori.

Tormenta bellica nobis quæ & quotuplicia: Ubi ſimul de Tormentis coriaceis, ligneis, de pulvere pyrio, globis diverſis cæteriſque annexis agitur & phraſes aliquot huc ſpectantes referuntur.

Expl. IV. Referuntur munimenta eorumque ſpecies & partes ſingulæ, uti etiam inſtrumenta ad ea perficienda neceſſaria.

Expl. V. Referuntur motiones, & ductus Exercitus, nec non ejusdem ſtationes: Item acies, prælia, pugnæ, conflictus, duella, velitationes, obſidiones & reliqui actus bellici.

Nec non phraſes ad actus bellicos quoscunque ſpectantes, ubi de verbo Materiare.

Expl. VI. Memorantur corpora & membra militaria, ubi de Phalangis integræ numero, & ejus diviſione, myriade, mero, mærarchia, drungo, agemate & aliis minoribus partibus, item de verſibus & jugis.

Expl. VII. Referuntur officia militaria apud Romanos & hodiernos Europæos uſitata relativè: Græcorum vero primaria expreſſim. Item diſtinctiones & nomina militum gregariorum, ubi quædam de Legione Romanâ Alaudarum.

Expl. IIX. Narrantur exercitia militum tam pedeſtrium quàm equeſtrium.

Expl. IX. Traditur diſtinctio inter ſigna & vexilla remiſſivè.

Expl. X., Agitur de pœnis & præmiis militaribus remiſſivè.

Expl. XI. Tractatur de Caſtris & illorum à metatis, manſionibus & ſtationibus differentiâ: Item de habitaculis & receptaculis militum tàm æſtivis, quàm hybernis, & de corpore ac ſpeculis vigilum.

Nec non de antiquis Imperatorum bellicorum & militum gregariorum veſtimentis.

Expl. XII. Recenſentur militia connexa cum nominibus artificum & opificum militarium.

Expl. XIII. Agitur de re militia navali, ubi de Ammirali, Trierarchis, Navarchis, Gubernatoribus navium, Naucleris & Navicularius, & horum omnium inter ſe differentiis.

Item demonſtratur, qui ſocii navales propriè fuerint, & recenſentur arma navalia ac Navalia.

TH. I.

Hactenus etiam Pacificatio, ejus executio & belli fi-
D. *nis: Sequitur ejus annexa Nomenclatura*, quæ nobis eſt genuina ac apta omnium ad militiam pertinentium rerum denominatio: Dividiturque in antiquam & recentem.

TH. II.

Antiqua nobis eſt veterum ad militiam illorum ſpectantium rerum genuina ex claſſicis auctoribus deſumta denominatio: *Recens verò* apta novarum bellicarum rerum ſecundum optimos recentiorum temporum auctores, & quoad fieri poteſt, ad veteris illius nomenclaturæ analogiam accommodata expreſſio.

Expl.

Expl.

Sicuti in omni arte & diſciplina termini recepti neceſſario ſciendi, iique in occurrentis rei expreſſione probè obſervandi ſunt: *Ita* etiam in re militari eandem ob cauſam terminorum ei propriorum accurata notitia & apta, occaſione datâ, expreſſio valde quidem neceſſaria & utilis, *ſed quia* Romanorum veteres ſcriptores in quibusdam tum diſcrepant, tum obſcuri fuerunt, tum ex peregrina militia multa obſcura, & ferè non ſcrutabilia, cum nominibus ipſis, ut indicat *Arrianus in Tacticis c.* 47. deſumſerunt, militiæque ſtatum cum verbis ſæpè mutarunt, ut *Salmaſ. de Re milit. Rom. c.* 1. exactè demonſtrat, & inſuper verba illa non ita facilè occurrunt, ac ſemper res novæ prodeunt, quæ tum per ſe tum ob inopiam Latinæ linguæ, de qua *Cicero pro Cæcina, c.* 18. *& Seneca l.* 2. *de Benef. c.* 34. expreſsè queritur, aliter quam per translationem aliqualem exprimi nequeunt, admodum difficilis eſt: *Conabimur igitur* illius nomenclaturam, *primum* ex optimis antiquioribus & recentioribus Latinis ſcriptoribus exhibere, & Phraſeologiam, occaſione ita ferente, quandoque addere, *deinde* peregrinarum in Europa nationum propriam nomenclaturam cum etymo ſubjungere, *ſperantes* errores forte in difficili hac materia occurrentes facilè condonatum iri, *ad Boxhornii in Obſidione Bredana f.* 50. *idem petentis exemplum.*

TH. III.

Objectum verò hujus Nomenclaturæ erunt Militaria (1.) arma in ſpecie ſic dicta (2.) machinæ latè ſic dictæ & inſtrumenta (3.) machinæ ſtrictè ſic dictæ & tormenta (4.) munimenta & opera (5.) Motio & ductus nec non ſtationes exercitus, item acies, prælia, pugnæ, conflictus, duella, velitationes, obſidiones & aggreſſiones locorum hoſtilium, excurſiones, frumentationes, pabulationes, & cæteri actus bellici, qui potius operæ dicendæ. (6.) Corpora & membra (7.) officia & militum gregariorum nomina ac diſtinctiones. (8.) Exercitia, (9.) ſigna & vexilla (10.) præmia & pœnæ cum judicialibus verbis (11.) caſtra, habitacula, & receptacula, item veſtimenta, (12.) connexa cum artificibus, opificibus & operariis ad militarem rem neceſſariis, item impedimenta, (13.) Navalia, ſive res ad bellum navale pertinentes.

Expl.

I. Arma propriè ſic dicta (impropriè enim illa ſumta omnia, quibus damnum aliquod ab homine vel alio animali inferri poteſt, ſub ſe complectuntur, ut inter alios indicat *Sidon. l.* 7. *Epiſt.* 14. ibi *cornu, dens, unguis, arma genuina ſunt. Et Marius Victorinus l.* 1. *Geneſ.* ibi

Unumquodque ſuo donavit munere largus,
Armavitque manu, cornu, pede, dente, veneno.

& id pluribus demonſtrat *Naudæus de Studio militari l.* 2. *Sect.* 8. *n.* 2. *ac Tabor. in Armamentario Juſtinia-*

A. *ni Imperatoris Exerc.* 1. *in Protheoria n.* 2. *p.* 3. *& ſeq.* ubi ex *Tacito* 4. *Hiſtor.* 73. benè obſervat, arma etiam pro ipſo milite quandoque uſurpari) *ab armis vel humeris*, quibus potiſſimum portantur ac diriguntur & inſuper tegumento ſunt, ſecundum ea, quæ *praeced. c.* 2. *th.* 5. *expl.* 3. adducta ſunt, *ita dicta.*

Vocantur etiam late tela l. 233. *§* 2. *ff. de V. S. & ibi Godd. ac §.* 5. *Inſt. de Publ. Iudic. cum alias* in ſtricta ſignificatione ab illis diſcernantur, ut patet ex *Livio l.* 6. *c.* 6. *& lib.* 22. *c.* 57. *ac Saluſt. in Jugurth. c.* 43.

Ante verò, quàm ad diſtinctionem & ſpecies armorum tranſeamus, præmonendum, primis temporibus illa fuiſſe ſimpliciſſima, & quidem ſaltem *clavas, fuſtes, lapides, ut* inter alios *de Hercule* indicat *Diod. Siculus l.* 1. *Biblioth. c.* 24. *de Afris id. l.* 3. *c.* 49. *& Plinius l.* 7. *c.* 56. *de Tirynthiis Statius l.* 4. *Thebaid. v.* 156. *& ſeq.* ibi

B. *- - pinetis armat*
Stipes.

De Thebanis idem *l.* 2. *antè med.* ibi

Tela rudes trunci.

De Lucanis & Campanis Silius l. 8. *ante fin. De Æthiopibus Megalaris Strabo l.* 16. *p. m.* 561. *& de Aſſyriis Herod. l.* 7. *p. m.* 177. uti etiam *Sillos* Æthiopiæ gentem pro armis *Oryguni cornibus uti Strabo d. l. p.* 555. *narrat.*

Plura de fuſtibus & ſudibus vide ſeq. n. 2. *in pr. & apud Loccen. in Antiquit. Sueco-Gothic. l.* 3. *c.* 2. *in pr.*

Sunt autem arma duplicia.

Læſoria, quibus ſcilicet hoſti tam cominus quam eminus nocemus, qualia

C. 1. *Gladii diverſi & in ſpecie percuſſorii*, quibus cæſim utimur, eorumque diverſæ ſpecies, nempe *Machæra* inter alios apud *Apulej. l.* 4. *Metamorph. p. m.* 421. & ibi *Beroaldus*. Græci etymi, & quidem gladii breves utraque parte acuti, qua de cauſâ etiam nonnullis ſicæ & cultri, referente *Theſauro utriusque linguæ Philoxeni*, & aliorum à Vulcatio edito, *Heſychio in Lexico*, ſub illo verbo, *Cedreno in compend. Hiſt.* exiguæ machæræ, quæ occultè geſtantur, ut clanculum obvii transfodiantur. *Scapula & Martinus* in Lexicis, *ubi prior* illam etiam tonſoribus tribui & apud *Pollut. in Onomaſt. l.* 2. *c.* 3. *ante fin. & Plutarcho in Dione* (*c.* 10.) *pro novacula uſurpari ſcribit.*

Illis Getas & Thraces nec non Hiſpanos uſos fuiſſe teſtatur Thucyd. l. 2 *ante fin. Seneca l.* 5. *de Benef. c.* 24. *& Polyb. l.* 6. *c.* 21. Hinc *Ciceroni l.* 2. *ad Q. Fratrem Epiſt.* 9. *Macharophori*, qui ab interpretibus pro

D. ſicariis accipiuntur. *Sed Plutarch. in Mario c.* 43. *Cimbrorum & Strabo l.* 4. *p. m.* 357. *Gallorum gladios* machæras vocat, *easq;* permagnas, ponderoſas & longas fuiſſe tradit: quod etiam indicat *Polyb. l.* 3. *c.* 114. his verbis. *Gallorum gladii ad caeſim ſaltem feriendum utiles, quam ad rem opus intervallo.* Sicuti etiam *Iſidor. illas l.* 17. *c.* 6. pro longis gladiis utrinque acutis habet.

Laudantur etiam & deſcribuntur Gladii Hiſpanici Liv. l. 22. *c.* 46. *l.* 31. *c.* 34. *& l.* 7. *c.* 10. *ac l.* 38. *c.* 21. illosque deſcribit *Polybius d. c.* 114. *& l.* 6. *c.* 21. *& Brodæus l.* 1. *Miſcell. c. ult.*

Copides vel Copida Curt. l. 8. *c.* 14. *ſunt* gladii leviter curvati, falcibus ſimiles, ſicuti etiam *Plutarchi interpres Xilander illam in Camillo c.* 44. gladium vertit, plura de illis vide in *Indice Freinshemii. ad dictum Curtii locum*, ubi etiam alias ſignificationes habet.

Google

Falces memoratæ Ciceroni pro Milone c. 33 & pro Sulla c. 5. pro curvo gladio: hinc eid. in 1. contra Catilin. c. 4 falcarii ad eundem modum, quo à ſica ſicarii. *Illas Silius l. 8. ante fin. falcatos enſes vocat.*

Sica itidem breves gladii & ſub veſtibus tegibiles. *Appian. l. 1. De Bello Civili p. m 647. & 654. Prudent. in Pſychom. v. 689. unde Sicarii* ob doloſum & occultum illarum uſum nuncupati *Cicero in 3. Catil. c. 3. & 5. & tit. Digeſtorum ad L. Corn de Sicar. Etiam Perſis* uſitati teſte *Strabone l. 15. p. m. 492.*

De illarum forma agit Briſſon. in Selelt. ex Jure Civili l. 2. c. 11.

Dolones, qui etiam fuêre gladii breves, ad inimicos per inſidias iis impetendos & tollendos apti, & ideò etiam *à dolis ejuſmodi ita vocati*, ut ex *Sueton. in Claudio c. 13. & Plut. in Tiberio Graccho c. 15.* apparet, *in quorum loco priori* dolon cum cultro venatorio conjunctus, *poſteriori verò* à Xylandro in Latinum rectè per ſicam verſus, & *additum eſt, illum à Graccho palam geſtatum eſſe*, ex quo patet; illum alias occultè portari ſolitum eſſe. De quo etiam lege *Servium ad l. 8. Æneid. v. 664. Iſidor. d. l. 18. c. 9. Alex. ab Alex l. 4. Genial. Dier. c. 15. in pr.* illos paulo aliter explicantes. *Nonnulli tamen illos inter haſtas medias referunt, ut ſeq. n. 2. indicavimus.*

Lingula gladii oblongi in ſpeciem linguæ facti. *Gellius l. 10. c. 25.*

Pugiones referente *Nonio Marcello de Propr. Serm. c. 18. Ubi notandum* ſecundum quoſdam & inter illos *Turneb. l. 12. Adverſ. c. 6. illos parazonia dictos Tribunis, ſicut gladios majoribus magiſtratibus in ſignum poteſtatis traditos fuiſſe, cujus exemplum ex Dione refert Xiphil. l. 68. f. m. 778.* Sicuti etiam ſibi *Plautianus* in ſignum ſupremæ dignitatis inter alia gladium præferri juſſit apud *Herodian. l. 3. c. 34.* vide etiam *Dionem l. 53. f. 505.*

Sed id forte locum non habet, quia etiam Imperatores pugiones, tanquam jus necis & vitæ civium à latere pendentes habuere, ut indicat *Tacit. 3. Hiſtor. 68. & Sueton. in Vitellio c. 15. ac in Galba c. 11. & Dio l. 59. f. m. 660. ubi utrumque conjungit.*

Spathæ Græcæ originis Pollux l. 10. Onomaſt. c. 31. & jam ab Euripide, Philemone, ac Menandro ſecundum eundem ibid. uſurpatæ. Oblongi quondam Gallorum & Celtarum gladii *Diod. Sic. l. 5. c. 30.* quo verbo etiam utitur *Apuleius l. 1. Metam. poſt pr. Spartian. in Adriano c. 10. & Capitol. in Maxim. Juniore c. 3.* nec non *Modeſt. de Vocab. Rei milit.* Sicuti etiam illas inter arma auxiliorum refert *Tacit. 10. Annal. 35. Poſterioribus verò temporibus* è Romanis in Oriente etiam uſurpatæ & in *ſpathas ſive longas ac ſemiſpathas* vel dimidiatas aut breves diſtinctæ, ut inter alios teſtatur *Modeſtus de Vocab. Rei Milit. circa med. & Veget. l. 2. de Re Milit. c. 15. & 16.* Vocantur hinc ab illarum uſu vel armatura Imperatorum illorum *ſatellites Spatharii* & horum Duces vel *Præfecti Protoſpatharii* apud *Cedren. in Compend. Hiſtor. f. m. 139. Codin. de Offic. Conſtantin. c. 2. n. 34. & ibi Goarum.* Sicuti etiam *Imperatorum ipſorum gladii Spatha apud eund. c. 5 n. 14.* nominantur. Legatur etiam de his vocabulis *Voſſius de Vitiis* Lat. *Serm. l. 3. c. 38. & 50.*

De illorum Etymo vide Iſidor. l. 18. Orig. c. 6.

Acinaces à multis etiam Græcæ originis & *pro Perſicis gladiis* habentur, ex auctoritate *Herodoti l. 7. n. 176. Curtii l. 3. c. 3. Valer. Flacci l. 6. Argonaut. v. 701.* ibi

Inſignis manicis, inſignis acinace dextrâ.

A. *Pollucis in Onomaſtico l. 1. c. 10. n. 7. & Heſychii ſub illo verbo.*

Sed hic & alii interque eos Suidas ſub eodem verbo illos pro jaculis Perſicis etiam habent.

Sagares Perſarum etiam gladii Straboni d. l. 15. ante fin. Sed Herodot. l. 1. inf. Maſſagetharum & Pollux d. n. 7. Scytharum telum vocat. *Aliis Amazonum telum apud Martin. in Lexico Philolog.*

Denique Ziphomachera, magni gladii *Heſychio* Germanicè Schlachtſchwerdter.

Et illoris Stoßdegen oder Stockaden *nonnullis paraxonia. Illi primum in Germania* in bello inter Adolphum Naſſovicum ac Albertum Auſtriacum *anno* 1298. de Imperio geſto ab Auſtriacis, narB. rante *Sterone in Annal. ad illum annum apud Freher. Tomo I. Script. Germ. f. 401. ſunt uſurpati, ac rurſus præterito ſeculo ab Anglis in Bello Belgico introducta referente Strada.*

Hodie potiſſimum ab Hiſpanis & Gallis & his quidem tam in pedeſtri quam equeſtri militia uſurpantur: *Sicuti etiam olim Romani atque Hiſpani magis punctim quam caſim, Galli verò contra magis caſim quàm punctim olim ferierunt teſte Polybio l. 2. c. 30. & 33. & Livio lib. 22. c. 46* uti etiam *Vegetio l. 1 c. 12. quod etiam de Britannis narrat Tacitus in Agric. c. 36.*

Quibus obiter addimus, punctim quàm caſim ferire in præliis multo utilius eſſe, ut illud poſt Veget. d. l. ex recentioribus Ægydius Columna vel Columnius l. 5. de Regimine Princ. c. 13. multis rationibus probat ac experientia & ratione conſtat.

Monendum hic quoq; 1. Ornamenta pro gladiis & C. *armis à probatis auctoribus uſurpari, ut patet ex Sueton. in Tito c. 9. Seneca Epiſt. 14. ante f. & Præf. in l. 4. Nat. Quæſt. quo intuitu Tacitus 5. Hiſtor. 22. arma per ornatum militarem exprimit. Et exercitum Flavianum ad prælium ornatum, pro benè armato 3. Hiſt. 63. dixit.* Ac clarius *Cicero pro Cæcina c. 21. armatos*, inquit. *ſi Latinè loqui volumus, quos appellare verè poſſumus? opinor eos, qui ſcutis telisque parati ornatique ſunt.*

Plura & quidem de ſingularibus gladiis vide præf. c. 2. ib. 5. expl. 4. n. 3.

2. Ferramenta etiam pro armis percuſſoriis in genere ſumi, apud Ciceron. Orat. 3. in Catilin. c. 5.

*Quibus hic addere voluimus, Gladium apud Romanos non uno modo geſtatum fuiſſe, dum illi modo il*lo ſe cinxere, docente *Quadrigario apud Gellium l. 9. c. 13. ac Seneca l. de Clement. c. 8. ibi, nullus ad la*D. *tus gladius* & demonſtrante id typo militis apud *Stevvech. ad l. 1. Veget. c. 20. p. m. 63. Unde etiam phraſis illa cingere & diſcingere militem: quod etiam à Campanis obſervatum fuiſſe ex Livio l. 23. c. 8. conſtat, modo* illum ab humeris pendulum habuere, ut deducit *Lipſ. in Analect. ad l. 3. Dial. 6.* & indicat *Feſtus in voce Arma vel Armilla.* & in typo apud Stevech. p. 62. refertur, ac in *ſpecie in equitibus Romanis Arrian. in Tact. c. 7.*

Eoſdem à dextro latere pendentes habuiſſe gladios ex *Polybio l. 6. c. 21. & Horat. in Epod. 7.* conſtat, *ſicuti etiam id de Germanis Diod. Sicul. l. 5. c. 30. ac de Gallis idem ibidem ac Strabo l. 4. p. m. 352. & Varro de vita Populi Romani l. 3.* narrat.

Contra Gallos à ſiniſtro latere pendentes habuiſſe eoſdem ex *Sidonii Carm. 2. v. 394.* liquet.

Ubi tamen ſimul ex Joſepho l. 3. de Bello Judaico c. 3. notandum Romanos pedites ab utroque latere gladiis accinctos fuiſſe & lævum quidem fuiſſe multò longiorem, dextrum

dextrum verò palma menſuram non exceſſiſſe. Ac equitibus ad dexteram fuiſſe gladium longiorem.

Et Græcis ab humero etiam pendulos fuiſſe ex *Homero Iliad. β. & Odyſſ. β.* ubi id priori Telemacho tribuit, conſtat. Sicuti etiam *de Evandro ſcribit Virg. l. 8. Æneid. v. 495.*

2. *Haſta latè ita dicta diverſarum ſunt ſpecierum, ac originem debent primis ac rudibus temporibus,* quibus fuſtibus & ſudibus aut ligno tereti averſa parte acuto ac igne durato (quorum etiam tanquam agreſtium armorum meminit *Virg. l. 7. Æneid. v. 524.*) pro armis uſi ſunt mortales, ſecundum illud *Propertii l. 4. Eleg. 1.*

Non rudis infeſtis miles radiabat in armis
Miſcebant uſtâ prælia nuda ſude.

Sicuti etiam adhuc poſterioribus ſeculis nonnulli populi & mortales in defectu meliorum & rectorum armorum iis uſi ſunt, ut refert *de Derbicibus Curt. l. 3. c. 2. Catilinariis Saluſt. in Catilina c. 56. & Cæſaris exercitu in Africa. Hirtius de ille bello p. m. 407. ac de hibernantibus in Gallia Romanis Cæſ. l. 5. de B. G. p. 117.* uti & *de ſedem à Gallis in munitionibus campeſtribus impetitis ſeq. l. 7. p. m. 192.*

Plinius tales fuſtes ex uſu Ægyptiorum Phalangas l. 7. c. 56. vocat.

Annumerantur his à viris quibusdam doctis miſſilia præpilata, à Marcell. l. 24. p. m. 180. memorata interpretantes illa miſſilia ſine ferro & pili inſtar rotunda atque acuminata, ut legi poteſt apud *Plinium l. 9. c. 30.* ubi cornua locuſtarum præpilata eſſe ſcribit, & *Lipſ. l. 4. Poliorc. Dial. 4. & hujusmodi forte fuere ſudes à Livio l. 23. c. 37. inter miſſilia memorata, & à Tacito 4. hiſtor. c. 23. pilis adjecta, ac 4. Ann. 51. præuſta vocata.*

Ex his itaque poſtea, ut dictum, diverſa haſtarum ſpecies ſunt ortæ, quas in tres claſſes diſtinguimus, nempe

Longiores, inter quas referuntur à Liv. l. 37. c. 42. Curt. l. 9. c. 7. Modeſto d. l. Saluſt. d. c. 56. Veget. l. 3. c. 24. Tacito 1. Hiſt 79. 2. Hiſtor. 29. 3. Hiſt. 27. & de M. G. c. 6. Valturio de Re Milit. l. 10. c. 4. & aliis recentioribus Lancea & Sariſſa, quarum prior Iſidoro l. 18. c. 7. dicitur a lance, quia quaſi amento, (de quo ſub brevioribus haſtis in fine egimus (quod in medio ejus eſt, libratur, quod etiam *Silius lib. 4. poſt pr.* narrat, *illaque Germanis & Gallis Diodor. Siculus d. l. 5. c. 30. & Curt. l. 9. c. 7. etiam Macedonibus attribuit. Sed Varroni apud Gellium l. 15. c. 30. verbum Hiſpanicum eſt,* de quo plura refert *Cluver. l. 1. de Germ. antiq. c. 44. f. 295. & ſeq.* utitur illo verbo etiam *Plin. l. 15. c. 30. & Tacitus 1. hiſt. 79. 2. hiſt. 29. & 3. h. 27.* in quorum duobus primis locis illos pilos in poſtremo verò contos jungit ac *de M. Germ. c. 6.* ubi majorum meminit, eoque indicat, duplices fuiſſe.

Poſterior à Curtio d. c. 2. etiam Macedonibus attribuitur & ab Æliano de Inſtr. Acie poſt pr. Polluce l. 1. c. 10. n. 7. Veget. d. l. 3. c. 24. & Feſto de V. S. ſub illo verbo *Macedonica haſta* dicitur, quibus conſentit *Ovid. l. 12. Metam. Fab. 5. & 6. v. 566. & Statius l. 7. Thebaid. v. 269. nec non Liv. l. 9. c. 19. l. 37. c. 42. & l. 36. c. 18.* in quorum medio loco illæ Macedonicæ prælongæ haſtæ *poſtremo* verò, ut etiam à *Curt. l. 4. c. 15. Macedones Sariſophori* vocantur. *Illarum longitudinem Ælianus d. l. & Arrianus in Tact. c. 19. uti*

A. *etiam Leo Imper. in Tact. c. 8. n. 39.* 14. cubitorum vel 16. pedum facit & ideò *Modeſtus de Vocabul. Rei militt. illas longiſſimos contos vocat.* De quo etiam legi poteſt *Scheffer. in Notis ad hunc Arriani locum.*

Lanceas tamen breviores & planè miſſilia tela fuiſſe nonnulli opinantur moti auctoritate Lucani l. 7 circa med. ibi

Cujus torta manu commiſit lancea bellum.

& Curt. l. 9. c. 7. ubi ſcribit Macedonem haſtam, quam ſariſſam vocant, leva tenuiſſe, dextra verò Lanceam, hancque emiſiſſe, *adeoque* hanc ab haſta diverſam fuiſſe oſtendit.

Romphæa longa etiam haſta à Thracibus uſurpata Liv. l. 31. c. 39. Meminit illarum quoque *Valer. Flacc. 6. Argonautic. & Gellius l. 10. c. 25. illas rumpias vocando,* nec non *Codinus de Offic. Conſtant. c. 17. in f.* addens, illas geſtantes *Romphæocratores* dictos, *Verum Iſidor. d. l. 18. c. 6. illas pro gladiis utrinque acutis,* adeoque frameis accipit. *Breves ta-*

B. *men illas fuiſſe, conjici poteſt ex Plut. in Æmilio c. 29.* dum illas ferro gravi præfixas, & à dextro humero pendulas Thracibus fuiſſe narrat.

Loncha idem, quod Lancea Feſto ſub hoc verbo: Utitur illo verbo etiam *Imperator Leo de Apparatu Bellico c. 6. n. 32.* & inter antiquiores *Ariſtot. de Re Poetica c. 16. in pr. tanquam Græco. Et Strabo quoq; l. 4. & l. 17.* illud tanquam Græcum verbum etiam exprimit, in hoc loco Mauris & aliis Africanis πλατυλόγχας μονεὰς attribuens. *Lege de illis etiam Caſaub. ad l. 4. Varronis.*

Conti quaſi coniti ab acuta rotunditate Iſidor. l. 18. c. 7. dicti occurrunt apud Virgil. l. 5. Æneid. v. 208. & ſeq. ibi

Ferrataſq; ſudes & acuta cuſpide contos
Expediunt. - - -

Et l. 8. v. 510. ibi

C. - - *ac duris detrudere contis.*

Nonius c. 18. Lamprid. in Commodo c. 13. Marcell. l. 25. p. m. 286. Dion. l. 40. f. m. 127. (ubi *Parthi Contophori* dicuntur) *Tacit. l. 6. Annal. c. 35.* (ubi illos *Sarmatis* tribuit) ac *l. 1. Hiſtor. c. 39.* (ubi illos prælongos vocat.) *& Val. Flacc. 6. Argonaut. v. 22.* ubi illos *celſos* vocat, *& v. 162.* ubi illos *ingentes* nominat & ſimiliter *Sarmatis* attribuit.

Huc nonnulli pertinere putant Dolones, qui Varrone referente Servio ad l. 8. *Æneid. v. 664.* ibi

Pila manu, ſævosque gerunt in bella Dolones.

Ingentes ſunt conti cum ferro breviſſimo, dicti à fallendo, quod decipiant ferro, cum ſpeciem præferant ligni: quos juvat *Silius l. 3. ante med.* ita canens:

D. *Nec teretes dextras in pugnam armata dolone*
Deſtituit Barce. - -

Sed nos eos præc. n. 1. ob auctoritates ibi allegatas ſub gladiis retulimus.

Utitur illo verbo etiam Liv. bis l. 36 c. 44. Heſychius in Lexico ſub illo verbo, & Pollux in Onomaſt. l. 1. c. 9. n. 3. ſed in alia ſignificatione.

Medias, inter quas referri debent

Samium vel Sannium & Saunium, quod etiam eſt haſta, qua uſi Samnites referente Paulo Diacono l. 2. de Geſt. Longob. c. 20. & Feſto in verbo Samnites. Ac ex Menandro & aliis Pollux in Onomaſtico l. 10. c. 31. ubi Saunium vocat. De quo etiam legi poteſt *Voſſius in Lexico Etymol. ſub verbo Veru & Scapula in Lexico Græco ſub verbo* σείω quatio, concutio, ubi refert poſteriori Halicarnaſſæum & Plutarchum uti.

Eſt verò illud Diod. Siculo l.5.c.26. telum, quo Gallici equites utuntur, quo etiam ſeq. c. 30. ſcribit, Germanorum & Gallorum gladios non majores eſſe caterorum ſaunis; Saunorum verò acies majores quàm gladiorum. Plura vide apud Cluver. d. c.44. f.298. ubi tradit, ſaunum generale eſſe vocabulum, & omne breve telum denotare.

Bipennes, quæ à binis pinnis, id eſt acuminibus, ut tradit Quintil. l.1.c.4.ita dicta, ſecures ſunt longiuſculis contis affixi, ex utraque parte aciem habentes, ut tradit Marcell. de Propriet. Serm. c.1. n. 82. & Quintil. d.l. à quibus tamen diſſentit poſt alios Iſidor. l.19.c. 19. à pennis derivant, de quo Quintil. ibid. legi poteſt, utitur illa voce etiam Valer. Flacc. l.1. Argonaut. v. 192. & l. 4. v.337.

Hac vox quandoque adjectivè ſumitur & ſecuri additur, ut legi poteſt apud Lourenb. in Antiquar. ſub illo verbo, ubi ex Varrone in Parmenone adfert: ferens ferream bipennem ſecurim: addens dari etiam adjectiva tripennis, quadripennis: ſicuti etiam Virgil.l. 11. v.135 illam adjectivè uſurpat ita canens:

Erravêre jugis: ferro ſonat alta bipennis.

Germanis vocantur Hellepart/ quaſi Helmparte vel Alabarde/ referente Jovio l.2. Hiſt.p.m.89. ubi ſcribit, illas Helvetica vel Germanica lingua ita vocari, quamvis alii poſterius verbum rectius Italieum faciant. Priorem derivationem approbat Scheffer. ad Maurit. Strateg. l.12.c.8.p. 508. & ſeq. primam ſyllabam vel compoſitionis partem pro Germanico Helm id eſt manubrio longo & poſtremam Barth pro ſecuri & jaculo ſumens. Sed Cluver. d. l.1. Germ. Antiq. c. 44.f.301. Hallebardam vocat & a veteri Germanorum vel Celtarum voce Halle/ quod atrium palatii ſignificat, & adhuc in Angliâ ita uſurpatur, ac Barde derivans, ita explicat, quod ſit ſecuris Palatina, quoniam Regum & Principum ſatellites illa armati ſunt, quod etiam ſequitur Loccen. in Antiquit. Sueo-Goth. d.l.3.c 2. inde etiam vocem Bartiſan derivans. De prioris etymo diverſo a prioribus vide etiam Naudaum d. l.2. ſect. 8. n.8.

Illas paulò ante bellum Smalcaldicum in bello uſurpatas & inventas fuiſſe erroneè refert Boregk. in Chron. Bohem. f.m. 405. Utitur illa voce inter alios etiam Curt. l.3.c.2. Silius l.4. in pr.

Secures, quæ breviora haſtilia habent, & à Tacito l. 3. hiſt. c. 20. & 29. pro inſtrumento ad expugnandas urbes uſurpabili ſumuntur, ac l. 2. hiſt. c. 42. inter arma referuntur. Meminit illarum etiam Livius lib. 28, c. 45.

Quires haſta Sabinorum ſecundum Ovid. 2. Faſtor. verſu 478. ex quarum uſu Romulus Quirinus Iſidoro l. 9. Orig. c. 2. dicitur. Quod tamen meritò diſplicet Voſſio in Lex. Etym. ſub verbo Quiritare. ubi legi meretur.

Framea Germanorum haſta ad comminus & eminus & quidem ex equis pugnandum apta Tacito de M. G. c.6. addendo c. 18. Germanos & haſtis & frameis in bello uſos fuiſſe. Utitur illa voce etiam Juven. Sat. 13. v. 79. ibi

Per Martis frameam & Cyrrhai ſpicula vatis.

Putant inde nonnulli verbum illud à Germanico Pfrim vel potius hoc ab illo deſcendere, ut legi poteſt apud Cluver. d.c.44.f. 297. & Kirchmaj. in Not. ad Tac. Germ. c.6. p.102.

Pro gladiis tamen illas nonnulli habent, ut refert Iſidor. l.17. c.6. & Cluver. d.l.

Matera vel Materes Gallica haſta, ut ex Siſenna apud Nonium c. 18. n. 26. & Auctore ad Herennium (qui vulgo Cicero eſſe creditur) c. 32. apparet,

A. Meminit illarum Liv. l.7.c.24. Marcell. l.21.p.m.198. & l.31.p.m.462. ubi illis utentes Mattiarios vocat, & cum Lancearis comparat, & Cæſar de B. Gall. l.1. p.m. 31. ubi illas cum tragulis conjungit, nec non Strabo l. 4. p. m. ubi illas Perſica jaculi quandam ſpeciem eſſe tradit, quo intuitu inter jacula referenda eſſent.

Sibuna tela haſta conſimilia Heſych. meminit illarum Polyb. l. 6. c. 21. Feſtus ſub verbo Sibina, & Gellius l. 10. c. 25. ſibynas vocantes Feſtus ibidem telum venabuli Illyrici ſimile eſſe refert.

Tragula, quas Non. d. l. n. 8. haſtas eſſe ſcribit, & id ex Saluſtio ac Meleagro probat, ſed alii illas pro miſſilibus rectius habent, ut mox dicetur.

Cataja Gellio l.10. c.25. cateja, quoque & clavas Iſidor. d.l.18.c.7. inter haſtas refert, & meminit harum Virgil. d. l.7. v. 741. ibi

B. Teutonico ritu ſoliti torquere Catajas,

Ubi Donatus & Taubm. legi poſſunt, quibus addatur Demſt. ad Roſin. l.10.c. 10. ac Valer. Flacc. l. 6. Argonaut. v.83. ibi

Et puer è primo torquens temone Catejas.

Meſancula Gellio d. l. rectius meſancyla Gracis ita dicta, quod in medio haſtili amentum habeant, ut obſervat Turnebus l. 19. c. 31. addens illa apud Feſtum per mendum Meſancula legi.

Angones vel Ancones quoque huc referri debent, Francis uſitata haſta quadam neque admodum parvæ neque nimis magnæ, de quibus legi poteſt Agathias l. 2. c. 3. ubi illas latè deſcribit, de ejus etymo vide Becanum in Francic. f. 84.

Conti ſtellati novum armorum vel haſtarum genus novo vocabulo donatum Germanicè Morgenſtern vide Boxhorn. de Obſid. Bredana f. 100.

C. Et Breviores, ad quas referimus diverſas Miſſilium ſpecies, quales Miſſilia in ſpecie ſic dicta, Veget. l.2.c. 15. ſecundum Eundem ibid. olim Verricula vel Verata dicta, cui aſſenſum præbet Marcell. l.16.p.m.82. (ubi illa ſpiculis adjungit) & l.31.p.m.449. Meminit illorum quoque Cæſar l.5. de B.G.p.m.120. Liv. 10.c. 29. l. 21. c. 55. ac l. 41. c. 18. Sed Modeſtus de Vocab. Rei Milit. circa med. Miſſilia hac ſpecialia in majora, qua ante pila, nunc ſpicula, & minora, qua tunc verricula, nunc veruta dicta, diſpeſcit. Gracis Ceſtra ſecundum Heſychium in Lexico & ceſtri apud Suidam ſub hoc verbo, ubi illos deſcribit & cum ceſtro ſphendona confundit, ſed citra rationem, ut ſeq. n. 3. demonſtravimus.

Veruta (illa Gracis etiam acontia & birittas dicta fuiſſe Scheffer. de Arriani Tactic. c. 4. & Mauritii Strateg. l.12.c.8. §. 5. tradit. & abſque dubio ſunt Imper.

D. Leonis Birutta in Tactic. c. 6. n. 22. c. 20.) Liv. l.38.c. 22. etiam miſſilia tela habet.

Haſta veliaris memorata Livio l.31.c.35. & l.38. c. 20. Plinio l.7. c.56. ac Polybio l. 6. c. 20. γρόσφος dicta & deſcripta. Ciceroni in Bruto c. 78. haſta amentata.

Pila poſtea ſpicula dicta teſte Veget. d. l. 2. c. 15. & Modeſt. d. l. & ab Halicarn. l. 5. c. 45. Polyb. d. l. 6. c. 21. ac Appiano l. 5. de B. Civ. p. m. 1191. deſcripta. Illa Livius l. 9. c. 19. haud paulo vehementiora ictu, miſſuqoe quam haſtas, tela vocat.

Plumbata, quorum meminit Veget. d. c. 15. his verbis: plumbatas quinas poſitas in ſcutis, ex quibus colligit Stewech. ibidem illas jacula non glandes fuiſſe ad modum ſagittarum: Et ſeq. c. 23. nec non l. 4. c. 29. ubi illarum figuram idem refert, quam etiam habet Theodoſius in Officiis.

Phalarica

Phalarica à Livio l. 21. c. 8. ad miſſilia longa etiam referuntur, ſed nos ad ſagittas ſub ſeq. n. 3. retulimus.

Martiobarbuli teſte Modeſto d. l. Veget. l. 1. c. 17. & Sipontino in Cornu copia cum plumbatis una res, à Mauritio in Strateg. l. 12. c. 8. Martzobarbula, & Marzobabula ab aliis aliter vocati, ut tradit Scheffer. ad h. l. Leonis in Tactic. c. 5. ſecures ſunt ancipiti acie altera parte inſtar gladiorum, altera verò inſtar haſtæ cuſpidum, quam deſcriptionem etiam *Schefferus d. l. laudat*, ubi legi poteſt.

Gaſa, tela Gallica, Nonio d. c. 18. n. 19. Cæſari l. 3. de Bello Gall. poſt pr. Virgil. l. 8. Æneid. v. 661. & ſeq. de Gallia Romam capientibus.

- - Duo quiſque Alpina coruſcant
Gaſa manu. - -

Claudiano l. 2. de laud. Stilicon. circa med.

Gallia crine ferox, evinctaque torque decoro
Binaque gaſa tenens.

Varroni l. 3. de vita populi Romani, ibi: *qui gladiis cincti, ſine ſcuto, cum binis gaſis eſſent. Et Servio ad l. 7. Æneid. verſ. 664. f. m. 1232.* ibi *Pilum eſt propriè haſta Romana ut Geſa Gallorum, Sariſſa Macedonum. Hinc Polybius l. 2. c. 22. & c. 33. Gallos gaſatos vocat. Et in priori loco à ſtipendio dictos ſcribit, ac Paradinus de antiquo Burg. Statu c. 25. gæſatos ex Polybio d. l. 2. c. 22. à Gallico vel Germanico Geſſet, quod ſignificat ſervum mercenarium,* dictos eſſe ſcribit: *ſicuti etiam Plutarch. in Marcello c. 3. Geſſatos hos apud Gallos milites ſtipendiarios eſſe tradit, & Cluver. l. 1. Germ. antiq. c. 8. poſt pr. famulos conductitios à Britannis inde Gueſſin ac Germanis noſtris* (Geſinde) *omne conductitiorum vel familia corpus dici refert & id ſeq. c. 44. f. 298. repetit. Livius illa etiam Latinis tribuit. l. 8. c. 8. & l. 28. c. 45.* de quo etiam legatur *Demſter. ad Roſin. d. c. 10.*

Sed *Athenæus l. 6. Dipnoſoph. c. ult. Hiſpanica eſſe tradit,* de quo etiam legi poteſt *Martin. in Lex. Philolol. & Voſſ. in Etymol. ſub illo verbo.*

Jacula funda & ſagitta apud *Liv. l. 35. c. 27. l. 36. c. 18. l. 38. c. 21. & l. 44. c. 35. ac Curt. l. 9. c. 5. conjunguntur. Utitur illo verbo etiam Cæſar l. 5. de Bello Gallico p. m. 118. Ubi notandum jacula à Leone in d. libello c. 6. n. 7. rhictaria dici.*

Tragula à trajiciendo Varroni l. 4. de L. L. n. 24. dicta uſurpantur à Livio l. 21. c. 7. Saluſt. in Fragm. Hiſtor. in f. Marcell. l. 19. p. m. 185. Val. Max. l. 7. c. 6. n 5. Cæſare l. 5. de Bell. Gall. p. m. 122. ubi refert, illa ad amentum deligata literas in obſeſſas munitiones miſſas fuiſſe, *ex quo* illaa ad miſſilia omninò pertinere liquet. *& l. 1. de B. C. p. m. 253.*

Pertinent huc ſudes à Livio l. 23. c. 37. inter miſſilia relata, item miſſilia prapilata apud Marcell. l. 24. p. m. 280. de quibus præc. n. 2. poſt pr. egimus.

Spari & Spara Feſto ſub hoc verbo & rumex, parviſſimi generis jacula, & ab eo, quod ſpargantur dicta ſunt. Utitur illo verbo etiam Cicero pro Milone c. 24. Liv. l. 34. c. 15. Saluſt. in Catil. c. 56. Silius l. 3. de Bello Ital. ubi de Rindaco & Vettonibus agit, & *Lucilius apud Feſtum d. l. ibi*

Tum Spara, tum Rumices, portantur tragula porro. Nonius quidem d. l. n. 12. ex auctoritate Saluſt. d. l. illa inter tela bellica non recenſet, quod etiam innuit Virg. l. 11. Æneid. v. 687. ibi

Agreſtiique manus amat ſparus. -

Sed Corn. Nepos in vita Epaminondæ. Gellius l. 10. c. 25. ex veteribus hiſtoriis *& Livius d. l. 34. c. 15. illa inter ordinaria militaria tela referunt, quod etiam Cic. d. l. facit.*

Triſax apud Gellium d. l. & Feſtum, & huic telum longitudinis trium cubitorum, ubi *Ennium* allegat.

Faces, de quibus Lucanus l. 7. Pharſal. poſt med. ita

- - Inde ſagitta
Inde faces & ſaxa volant.

Et Virgil. l. 1. Æneid. v. 154.

Jamq; faces & ſaxa volant, furor arma miniſtrat.

Valer. Flacc. l. 3. Argon. v. 95. & ſeq. ibi

- - Clamore impellere magno
Saxa faceſque atras & torta pondera funda.

Silius l. 1. de Bello Punico in medio: ibi

Nunc piceâ jactat fumantem lampada flammâ
Nunc ſude, nunc jaculo, nunc ſaxis impiger inſtat.

Nec non Propertius l. 2. Eleg. 30. in pr. in diminutivo,

Quorum alii faculas, alii retinere ſagittas.

Et Tacit. de Ottonianis l. 2. Hiſtor. c. 35. refert, eos faces & ſaxa jaculatos eſſe. Lipſius d. l. 4. Dial. 4. illas quidem de haſtulis è pice, tæda & ſimilibus urentibus confectis intelligit, ſed eas, ſicuti ſaxa, ordinaria tela non fuiſſe omninò ſtatuendum eſt, inprimis, quia Virgil. d. l. arma illa à furore miniſtrata, adeoque ordinariè non uſurpata eſſe, docet. De illis legi etiam poteſt Marcell. l. 20. p. m. 163. ac. 165.

Peltum Medicum à Polluce d. l. 1. c. 10. n. 7. etiam inter tela vel jacula refertur, & meminit ejus Strabo l. 10. poſt pr. ſed pelta, ut præc. c. 2. th. 5. expl. 3. ante fin. dictum, ſcutum eſt.

Hyſſus Straboni ibid. etiam jaculi genus eſt, quod etiam habet Appian. in bello Hiſpan. Polyb. l. 6. c. 21. & Plutarch. in Mario & Pompejo.

Secures etiam miſſiles in uſu fuiſſe ex Sidon. *l. 4. Epiſt. 20. notum eſt. Scribit enim* Sigismerum regium Juvenem iis armatum fuiſſe; *eaſdem etiam Gallis vel Francis tribuit Procop. l. 2. Hiſt. Gothica p. m. 287.*

Bebra, quo verbo utitur Veget. l. 1. c. 20. quid propriè ſignificent cum Stevvechio ad illum locum ignoramus. Scribit tamen prior miſſile atque à Barbaris uſitatum fuiſſe, quod verbum etiam barbarum eſſe oſtendit.

Rumices, quibus Lucilius *apud Feſtum d. l. utitur,* & à quo deſcribuntur, quod fuerint *genus teli ſimile Sparo Gallico.*

Rumpia genus teli Thraciæ nationis Gellius d. l. 10. c. 25.

Runa genus teli Feſto. de V. S. de illo verbo.

Aclides Nonio *d. l. n. 10. jacula brevia,* de quibus *Virgil. l. 7. Æneid. v. 730. & ſeq.*

- - Teretes ſunt aclides illis
Tela, ſed hæc lento mos eſt aptare flagello.

Illas Scheffer. *ad Mauric. Strateg. l. 12. c. 8. p. m. 512. ex Servio ad hunc l. & Turnebo l. 30. Adverſar. c. 21. rectè explicat,* quod fuerint tela flagellis aptata, quo tanquam funda lapides, longius emitti poſſint. *Sed Salmaſ. ad Vopiſcum in Claudio c. 14.* (ubi illarum etiam fitmentio) procul dubio ex Servio d. l. *tradit illas Clavas fuiſſe,* quæ amento vel loro ſuffixæ in hoſtes jaciebantur, & ad jacientem ſemper redibant, quo iis ſæpius uti poſſet. *De iis etiam lege Taubm. ad Virgil. d. l. & Lipſ. l 4. Poliorc. Dial. 4. utitur illo verbo etiam Valer.* Flacc. *l. 6. Argonaut. v. 99.*

Meres ſunt jacula Gallorum Strabo *l. 4. p. m. 357.*

Anſata jaculamenta cum anſis, Non. d. l. n. 30.

Corſſci leve miſſile in modum ſagittarum idem ib. Sed *de his lege Lipſ. d. l.*

Pertinent

Pertinent ad jacula nonnulla dicta amenta, quæ ſunt lora, quibus jacula in medio religantur & jaciuntur ut tradit *Servius ad l. 9. Æneid. v. 665. & ib. Taubmannus, quod etiam convenit Livio l. 37. c. 41. & Plinio l. 7. c. 56. in med. vide etiam Turneb. l. 28. adverſ. c. 5.* Hinc *Cicero de claris Orator. c. 78. velitibus haſtas amentatas tribuit.*

3. *Arcus diverſarum ſpecierum interque eos Arcus cornu* ein Handbogen.

Balliſta manuales præteritis temporibus ab Equitibus Europæis, inprimis verò Anglis ideò maximè celebribus, ut *præced. c. 4. th. 2. expl. 4.* adductum eſt, *valde uſurpata, Germanicè* Armbruſte / *ſed illa fortè melius cum Vegetio l. 4. c. 41. arcubaliſta vel manuballiſta dici poſſunt. Videntur illa à Conſtantino Porphyrog. de Adminiſtr. Imperio c. 53. p. 203. & ſeq. & 209. Cherobaliſtræ dici, ſed Gloſſa vetus in Theſauro utriusque linguæ Philoxeni & aliorum à Vulcanio editi f. m. 659. hæc pro phalaricis habet. fortaſſe autem tutius pro militibus cherobaliſtis pugnantibus ibi ſumitur, ut ex d. p. 203. conſpiciendum.*

Ubi notandum, arcus Scytharum apud antiquos maximè celebres & ſingulari curvaturæ confectos fuiſſe, ut indicat *Athenæus l. 10. c. 20. ubi ex Agathone refert ab illiterato quodam nomen* ΘΗΣΕΥΣ per imagines ſecundum ordinem literarum expreſſum traditum tertiam literam ſive ſigma arcui Scythico ſimile eſſe. *De ejus curvitate cum oſtio Tanais in Mæotim illabentis comparata vide Val. Flac. in Argonaut. l. 4. v. 728. ibi*

– *Scythicum ſpecie ſinuatus in arcum.*

Arabum quoq; celebres & valde longos fuiſſe quia illorum ſagittæ hominis longitudinem æquarunt, ut refert *Suidas in verbo Arabes, & Herodot. l. 7. p. m. 439. ubi illos quatuor non minus cubitis longos fuiſſe narrat, quod de Phatemitis Arabica gente in ſpecie refert Conſtantinus Porphyrog. de Adminiſtr. Imperio c. 15. Perſarum, quos ingentes eſſe Xenoph. l. 3. de Exped. Cyri ante fin. refert.*

Et Indorum, quorum unus Alexandrum M. in oppido Oxidracarum ſagittâ duorum cubitorum vulneravit, ut narrat *Curt. l. 9. c. 5. & l. 8. c. 9.* Hinc etiam *Arrianus de rebus Indicis p. m. 541. ſcribit illos arcus habere*, ejusdem cum iis, qui illos geſtant, altitudinis *& ſagittas ultra trium paulo minus cubitorum*, nihilque eſſe, quod non Indici ſagittarii telum penetret. *Idem de Perſis & Parthis memorat Procop. l. 1. de Bello Perſico n. 1. & Marcell. l. 25. p. m. 286. & 289.*

Ad quem locum Valeſius quatuor arcus inflectendi & ſagittas emittendi modos annotat. Illos verò ex cornibus confectos eſſe refert Marcell. idem l. 24. p. m. 267.

Recenſetur quoq; ab Anna Comnena l. 10. Alexiad. f. m. 291. peculiaris arcus validi ſpecies Tzangra dicta.

Et abſque dubio gens Elephantophagorum etiam ingentibus & validiſſimis uſa eſt arcubus, quoniam referente Strab. l. 16. p. m. 555. tres homines ad unum uſum adhibentur.

Pertinent verò ad arcus Corytus vel Corits apud Leonem Imper. de Bellico Apparatu c. 5. n. 3. & c. 6. n. 2. die Bogenköcher *& pharetra* die Pfeilköcher / *apud Virgil. l. 10. Æneid. v. 169. Ovid. l. 5. Triſt. Eleg. 8. Statium l. 9. Thebaid. v. 730. & ſeq. ibique Barthium & Iſidor. l. 18. c. 9. quibus addendum, illos Græcis, ut conſtat ex Mauric. l. 1. Strateg. c. 2. & Leone dd. ll. κούκουρ dici, indeque à nonnullis Germanicum* Köcher *derivari.*

Sagitta, quæ à pluribus Gentibus *ex arundinibus* confectæ fuerunt, ut teſtatur *Marcellinus de Alemannis l. 16. p. m. 82. de Perſis l. 24. p. m. 267. & l. 25 p. m. 286. de Thracibus l. 31. p. m. 250.* ubi illas ideò *arundines ferratas & arundines* ſimpliciter vocat. quod etiam *Virgil. l. 4. Æneid. v. 73. & ſeq. & ſeq. l. 5. v. 525* facit.

Celebres fuêre olim Sagittarii Scythæ, Arabes, Indi, Perſæ, ut in præced. ſub arcu dictum, ubi de ſagittarum longitudine, & apud Romanos Sagittarii Galli & Cretenſes ac alii Græci, ut legi poteſt apud *Cæſar l. 7. de B. G. p. 165. & l. 3. de B. C. in pr. ac Hirtium de Bello Alex. in pr. Ubi notandum Sagittarios equites hippotoxotos dictos eſſe*, ut illud vocabulum apud *Græcos, utpote Thucyd. l. 2. p. m. 69. & 106. Herodotus l. 9. n. 232. & Appian. de Bel. Syriac. p. m. 107. & Latinos Cæſar l. 3. de B. C. p. m. 296. & Hirt. de B. Alex. poſt pr.* occurrit.

Illarum formam vid. apud Lipſ. d. l. 4. Dial. 6.

Quibus addendum tela vulgo vel potius ſecundum etymon pro ſagittis in Jure uſurpari & quidem in l. 233. §. 2. ff. de V. S. & §. 5. Inſt. de Publ. Judic. Quo de etiam legi poteſt Gœddæus ad d. § 2. Similem ſenſum habet etiam Liv. l. 22. c. 56. & Saluſt. in Jugurth. c. 43.

Ad ſagittas pertinent Falarica vel Phalarica, quæ ſagittæ fuerunt majores ex baliſtis emiſſæ, ut indicat *Veget. l. 4. c. 18. Quamvis enim Liv. l. 21. c. 8. illas ad miſſilia longa referat? & Silius l. 1. de Bello Punico in medio illud etiam innuat ita canendo:*

Librare multa conſueta phalarica dextra.

non obſtat tamen, quo minus etiam illa è baliſtis ejaculata fuerint, inprimis quod id etiam teſtetur Lucanus P. 6. v. 298. ibi

Hunc aut tortilibus vibrata phalarica nervis.

Et Virgil. l. 9. v. 705. ibi

Sed magnum ſtridens contorta phalarica venit.

Derivat illud à falis vel phalis loca extructa vel turres ligneas, ex quibus projiciuntur in hoſtes denotantibus *Feſtus ſub illo verbo Nonius c. 18. n. 20. & Serv. ad l. 9. v. 205.* Quo pertinent etiam *ſemiphalarica à Gellio l. 10. c. 25.* obſervata.

C. *Soliferrea falaricis juncta Livio l. 34. c. 14. ac à Gellio d. c. 25. etiam nuncata & quod ex ſolo ferro conſtent ita dicta.* De quibus legi poteſt *Demſter. ad Roſin. l. 10. c. 10.*

Et Ceſtroſphendone, telum in bello Macedonica Perſei primùm inventum & deſcriptum Livio l. 42. c. 65. de quo etiam legi poteſt *Turnebus l. 30. c. 32.* & optimè de illo differens *Lipſ. d. l. 4. Dial. 3.* ubi tamen illud ſimul pro funda habet. *Compoſitum verò eſt illud ex Ceſtro*, quod ſignificat ſpeculam vel verutam, *& ſphendone*, quod fundam denotat, legiturque etiam in *libr. Maccab. 1. c. 6 ante fin.*

4. *Funda* (quæ etiam *fundibali Modeſto de vocab. Rei milit. fuſtibali*, ubi ſimul eos deſcribit) *à fundendis lapidibus, ita nominata, Iſid. d. l. 18. c. 10.* à multis quoque Gentibus olim uſurpatæ, utpote *Iſraelitis*, ſicut

D. exemplo Davidis funda Goliathum interimentis apud *Samuel. l. 1. c. 17. v. 40.* conſtat. Ut de aliis mox probabitur. *Falſum ergo abſque dubio eſt, quod illarum inventio à Floro l. 3. c. 8. & Veget. l. 1. c. 16. adſcribatur Balearibus* (de quorum alias ſingulari in hanc rem ſtudio legi poteſt *Diodor. Siculus l. 5. c. 17. Polyb. l. 3. c. 34. & Strabo l. 3. p. m. 304. Ubi primi duo ſimul ſcribunt, illos nomen à Græco βάλλειν id eſt* jaculando, quia fundis magnos lapides melius, quam univerſi mortales ejaculantur habere.) ac *à Plinio l. 7. c. 56. Phœnicibus.*

Id autem certum eſt priores in eo pugnandi genere admodum valuiſſe, ut Sicul. Veget. & Strabo dd. ll. & Liv. l. 28. c. 37. tradunt, qui tamen ſeq. l. 38. c. 29. funditores Achæos ab Ægio, Patris & Dymis accitos *Balearibus præfert*, & ibi illorum artem ſingularem narrat, quod etiam facit *Suidas ſub verbis* Ἀχαϊκὸν βέλος & ſimul *Carduchos ſub hoc verbo* optimos funditores eſſe ſcribit.

Illarum

Illarum partes ſunt ſcutale das Schleuderle-der *& habena Livio d.c.29.* De quo tamen lege *Veget. l.3.c.14.* ubi fundas ex lino & ſatis optimas fieri refert. *Illis ordinariè lapides effuſos eſſe notum eſt. Livius tamen d.c.29. & Lucret. l.6.v.128.& v.305. ac ſeq. & Lucan. l.7. poſt med. glandes ſcilicet plumbeas memorat & Ovidius 2. Metam. fab.12.v.229.& ſeq.* illas per plumbum exprimit his verbis:

Non ſecus exarſit, quam cum Balearica plumbum
Funda jacit; volat illud & incandeſcit eundo.

Quod etiam *Virgil. l.9. Æneid. 558. & ſeq.* ibi

Et media adverſi liquefacto tempora plumbo
Diffidit. - - -

Quod etiam memorat Xenoph. l.3. de Exped. Cyri ante fin. Sed effectum illum exarſionis vel planè liquefactionis (ut *Lucanus d. l.7. poſt medium & Lucret. d. v.178. etiam canit;*) *meritò veri docti in dubium vocant, imo planè negant, ut eruditè demonſtrat Naudæus l.1. de Stud. Milit. Sect.21.n.4.p.212.*

A.

Qui illis inſtructi ſunt funditores & fundibulatores vocantur Vegetio d.c.14. Modeſto d.l. & Cæſari l.1. de Bello Civili p.m.265. Illis libratores adjungit Tacit. 13. Annal. 39.

5. *Præterito tempore reperta portatiles bombarda à bombo ſive ſono & ardeo,* ut putat *Vallal. 2. Elegant. c.34. vel à ſono & tonitru ſecundum Platin. de Vit. Pontific. ſub Urbano IV. dicta.*

B.

Sunt autem quatuor generum. Maximæ, quæ duple ſunt majores ſclopetis vulgaribus & Germanicè Doppelhacken *dicuntur* Käyſers *Maximiliani II.* Fußknecht Beſtallung in dem angehängten Verzeichniß *art.7.& 8. & Boxhorn. in obſid. Bredana f.103. à furculis, quibus impoſita fuerunt, ſed illas olim repoſitoriis ligneis* auff Böcke *locata & ab iis exploſas fuiſſe Fronſperg.* in dem Kriegsbuch *p.2. l.4. f.60. refert, ubi ſimul addit, illas retinaculum habuiſſe, ne in exploſione retrocedant, ut forte ab hoc retinaculo vel unco & dupla magnitudine ita dicta ſint.*

C.

Quomodo verò illa aptiſſimè in expeditione campeſtri uſurpanda & quando primum uſurpata ſint legi poteſt in obſidione Bredana Boxhornius f.104. & apud Stradam Dec.1. de B.B.l.6.p.m.354.& l.7.p.m.400.

Majores, quæ ſunt in ſpecie dicta ſclopeta à ſclopo vel fragore, quem in exploſione edunt, *Eobano Heſſo in deſcript. Armamentarii Norimbergenſis apud Cruſium in Annal. Dodecade 1. l.1. parte 1.f.1.f.14. Chiroboarda nominata. Germanicè olim* Hacken *&* Hackenbüchſen/ *ut ex R.I. de dato* Speyer 1542. *§.12.& 32. & Hiſtoria Frundsbergiorum f.46. uti & Maximilians* Fußknechts-Beſtallung *art 4. & ſeq.* apparet, nunc dicuntur Mußqueten *Italis Moſchetti ſed etymo incerto, putavimus aliquando an non à N. Moſquetterio, qui fuit Centurio* Hiſpanicus & Inſulæ Bommelianæ cum Grobendonchio anno 1589. circa quod nomen illud innotuit, militaris præfectus ſecundum *Stradam Dec.2. de B.B.l.10. p.m. 734.* illud nomen deſcenderit.

D.

Vocantur etiam iſta tubi, fiſtulæque ferreæ à Boxhorn. Heinſio, Grotio & Hugone in deſcript. Obſidionum dictarum. A Lansbergio verò in Bello Germ. p.12. etiam ferenta à ferendo.

Et hinc ſclopetarii à Proto l.2. de Rebus Gallic. c.2. nonnunquam tubiferi & à Boxhorn. in Obſid. Bredana f.106.115.& 117. fiſtularii vocantur.

Media, quibus à dextro latere pendentibus Equites utuntur, Gallice Carabins, Italicè ſecundum Naudæum d. Sect.21.n.3. Arquebuſes à croc, ex quo verbo quidam Latinum *Arcubuſium,* de quibus etym. legi poteſt *Vergil. de Invent. Rer. l.2.c.11.* formarunt, quod etiam uſurpat *Hugo d.l.f.157.*

A.

Quo referre etiam poſſunt bombarda pyritides pedeſtris militiæ rotulis vel rotatis clauſtro, ut Lansberg. d.l.p.13. loquitur & ſilice ac clavo dem Hahne *ut Martin. in Lexico ſub verbo ſclopus eum vocat, inſtructa, Naudæo l.2. Sect.8.n.7. Canna dicta, ad ſimilitudinem* cannarum verarum, & ideo etiam Germanicè Feuerröhre in bemeldten Verzeichniß *art.5.* nuncupatæ.

Et Minima, ſimilibus clauſtris, ut notum inſtructæ, quarum duas ſinguli equites in thecis ephippiorum anteriori parte annexis habent, *Germanicè* Piſtolen/ *de utrarumque inventione præc. c.2. th.5. expl.3. egimus, de etymo verò nihil cognoſcere potuimus.*

Huc referri debent Granata ut vocant, manuales, quæ ſcilicet manibus in obſidionibus ab oppugnantibus & defenſoribus in propinquum hoſtem ad illum loco pellendum vel remorandum aut lædendum

B.

injiciuntur, *Germanice* Handgranaten/ *& ſolent ex ferreis aut teſtaceis plerumque conſtare globis pulvere & globulis ferreis aut plumbeis refartis, de illarum etymo præc. c.2. th.5. expl.5. n.5. diximus. Quibus quodammodo ſimiles fuerunt ſiphones manuales incendiarii, qui parato igne referti & in hoſtium facies injecti ac Græcis χειροσίφωνα dicti fuerunt, ut refert Imperator Leo in Tacticis c.19.§.57.*

Item pulvis pyrius, glandines vel glandula plumbea, funes incendiarii Lunten/ *lagunculæ, uti præter alios à Lansbergio d.p.12. vocantur, & crumena pulvere referta,* Pulverflaſchen/ Pulvertaſchen/ *tubuli vel cuculli, ſecundum Naudæum d.l.1. Sect.21. n.3.p. 211. lignei & papyracei pulvere ſimiliter referti, quorum illi* ex baltheo Germanicè Pendelier dicto dependentes hodie in uſu amplius non ſunt, *hi verò*

C.

globulum affixum habentes ad eo citius bombardas medias die Carabiner/ & minimas die Piſtolen inſtruendas vel onerandas noviter reperti & adhuc in uſu ſunt, *furculæ infima parte aculeata* ad ſuſtinendas ſclopetas inventæ, nec ubiq; amplius uſitatæ.

Pertinent ad hunc locum phraſes, arma expedire, tergere, ferrum ſtringere, gladiis rem gerere, pila vibrare, librare, torquere jaculum, jacere telum, fundere globos, bombardas inſtruere, onerare, exonerare, explodere.

Vel protectoria quibus ſcilicet corpus militis ab hoſtium armis & telis defenditur, quales ſunt galeo & caſſides, lorica & thoraces. clypeorum & ſcutorum diverſa ſpecies, de quibus omnibus & ſingulis *d.c.2.th. 5.expl.3. late & ſufficienter actum eſt. Item cataphracta equitum & equorum,* de quibus etiam *præc.*

D.

c.4.th.2.expl.4. dictum. *Tandem ocrea ferrata in dextris cruribus ideo, quia olim in conflictu milites dextros pedes antepoſuerunt uſurpata, referente Veget. l.1. de Re Milit. c.20. quorum etiam meminit Arrian. in Tact. c.4. & Leo d.c.6. n.36. ubi illas chalcotuba id eſt ocreas æneas vocat.*

II. *Machina (Livio l.24. c.19. & l.25.c.11. ac Cæſari l.2. de Bello Gallico circa f. & l.2. de Bello Civili p.m. 274. & Hirtio de Bello Alex. p.358. Saluſt. in B. Jugurth. c.92. etiam machinationes, Tacito l.4. hiſt. 30. & l.12. Annal.45. ac l.15. Annal.4. Capitolino in Maximin. duobus c.22. & Marcell. l.23. p.m. 243. machinamenta dicta) propriè ſunt* omnia opera militaria ingenioſa ex pluribus partibus conſtantia, adeoque etiam multorum hominum operam ad ſuum uſum requirentia.

Nobis verò hoc loco in ſpecie ſunt opera & organa illa, quibus tanquam mediis ad occupationem alicujus loci eò magis promovendam utimur, ideoq; illa ad exemplum Livii l.6.c.9. l.29.c.35.& l.38 c.28. à tormentis ſeparavimus:

Qualia

Qualia 1. Sambuca, Exoſtra & Tollenones, ex quibus priores dua ſecundum Vegetii doctrinam l. 4. c. 21. & ibi Stevvechii explicationem magis pontes ex turribus hoſtilibus in muros obſeſſarum civitatum dimiſſi, *quam ſcalæ, ut quidem Panormitanus apud Athen. l. 14. c. 3. & Polybius l. 8. c. 5. ſtatuit, ſunt; Ultimi verò à tollendo dicti, ſcalarum non quidem figuram, uſum tamen vel effectum habent, quia per illos milites aliquot* vaſi impoſiti ſupra hoſtes in muro & propugnaculis ſtantes, *ita attolluntur, ut ex* iis illos valdè oppugnare & loco pellere queant, ſicut ex illorum deſcriptione apud *Veget. d. l. & typo ibid. apud Stevvech. & Lipſ. l. 1. Poliorc. Dial. 6. apparet.*

Sicuti verò Auctores in Sambucâ definiendâ differunt, *ita etiam* diverſam denominationis cauſam afferunt, & quidem *Stevvech. d. l. illam, quia ſicut* in cytharâ chordæ ſunt, *ita in trabe,* quæ juxta turrim, de quâ in hoſtilem murum demittitur, ponitur, funes reperiuntur, qui pontem de ſuperiori parte trochleis laxant, *quam tamen falsè deridet Lipſ. d. l. Polybius verò, qui eam d. l. inter ſcalas referebant, quoniam illa* in altum ſublata, figuræ tam navis quàm ſcalæ, (quæ ambæ conjunctim hic unum corpus conſtituunt, nam in navibus primùm uſurpatæ) inſtrumento illi muſico, quod Sambuca dicitur, ſimilis eſt.

2. *Turres illa lignea tam immobiles* & operibus ſuperinſtructæ, *quam mobiles, quas veteres rotis* (ut inter alios indicat *Curt. l. 4. c. 6. & Hirt. de Bello Alexandr. poſt pr.*) *inædificatas* magnâ militum operâ pedetentim ad obſeſſi loci muros traxêre & moverunt, ac ad depellendos ex illis defenſores adhibuerunt.

Fuêre verò poſteriores ferè triplices, primò ſimplices, ſecundò infra arietibus inſtructa, & helepoles dicta, de quibus *prac. c. 2. ib. 5. expl. 5. n. 2. egimus & tertiò in ſuperiori parte ſimul pontibus verſatilibus,* ſambucis, ut dictum, Vegetio d. l. appellatis, illum in finem, ut his in murorum pinnis demiſſis milites ſtatim impetum in defenſores facere, eosque ex illis deturbare poſſint, *ut ex illarum typis à Stevvech. ad Veget. d. l. 4. c. 17. & ſeq. & Lipſ. l. 2. Poliorc. Dial. 3. & 4. relatis* videri poteſt.

De Turribus poſterioribus exſtant ſequentes apud Hiſtoricos inſignes loci Diod. Sicul. l. 14. c. 49. Livium l. 21. c. 11. & l. 32. c. 17. ac inprimis Cæſar. l. 2. de Bello Gall. d. l. ubi Galli ob talis appropinquationem admirabundi per Legatos de pace obtinendâ ad Cæſarem miſſos ita loquuntur: *Non ſe exiſtimare Romanos ſine Deorum ope bellum gerere, qui tanta altitudinis machinationes tantâ celeritate promovere & ex propinquitate pugnare poſſent. Curt. l. 8. c. 10. ubi Mazogares* mobiles Alexandri M. turres ſimiliter à Deorum numine agi crediderunt. *Hirtium de Bello Alex. d. l. ubi refert,* Alexandrinos à Cæſare obſeſſos intra urbem tales ambulatorias turres denorum tabulatorum confixiſſe, ſubjectiſque eas rotis, funibus jumentiſque directis plateis in quamcunque erat viſum partem moviſſe. *Marcell. l. 19. p. m. 142. ubi narrat,* Perſas in obſidione urbis Amidæ ſectatis uſos fuiſſe turribus.

Plura veterum exempla libenter omittimus, id ſaltem addentes, illarum quandam ſpeciem fuiſſe Helepoles, ut jam dictum, ut ex eodem l. 24. p. m. 268. conſtat. De quibus, ut & turribus per ſe, *d. tit. 5. explic. 5. n. 1. & 2.* pluribus actum eſt, ubi ſimul de illarum inventione quædam conſignavimus.

Neque tamen poſterioribus temporibus neglectus illarum uſus, ſiquidem Imperator Lotharius II. in obſidione Comi in Italiâ anno 1127. quatuor ingentes referente Sigon. l. 11. de Regno Italia f. m. 260. confici atque adhibere juſſit, & Imperator Fridericus I. in obſi-

A. dione Cremæ anno 1160. aliquot uſurpavit teſte *Radev. l. 2. de ejus Geſt. c. 57. ac Sigon. l. 12. de Regno Ital. inf. & l. ſeq. in pr.*

Tres verò illarum Chriſtianus exercitus in obſidione urbis Accon anno 1191. ſecundum Arnold. Abbat. in continuatione Chron. Slavon. l. 3. c. 36. & unam altiſſimam etiam mobilem in obſidione Urbis Hieruſalem anno 1099. ut refertur in Chronico Hieroſolym. à Reineccio edito l. 6. c. 11. & 12. nec non unam quam Henricus Leo Saxonia Dux anno 1163. in obſidione urbis Werla, narrante Helmoldo in d. Chron. l. 1. c. 92. uſurpavit.

3. *Illa, qua ad onus aliquod facilè movendum & attollendum conducunt,* qualia *Geranium,* quod etiam *Grus & Ciconia* dicitur, *Corvus & manus ferrea, de quibus etiam d. tit. 5. expl. 5. n. 7. dictum eſt. Item Tollenones in hoc ſignificatu,* quo eos uſurpat *Livius l. 38. c. 5. & Lupi,* qui ſunt ferrum in modum

B. forficis dentatum, quo funibus alligato aries ſuſpendi & in impetu impediri poteſt, ac ſolet *ſecundum Veget. l. 4. c. 23.* meminit illorum etiam *Livius lib. 28. c. 3. & Harpagones apud Cæſarem l. 1. de Bello Civili p. m. 255. & Livium l. 30. c. 10.* ubi illos aſſeres ferreo unco præfixos eſſe dicit.

Inſtrumenta verò bellica in ſpecie nobis ſunt ea, quibus ad opera militaria perficienda, & hoſtium quoque opera impedienda ac deſtruenda milites ſinguli uti ſolent.

Qualia ſunt omnis generis ferramenta, utpote palæ, marræ, bipalia & ligones (ſive unci) item rutra, falces, alveoli; quæ refert *Livius l. 38. c. 45. quibus ex Veget. l. 2. c. 25. addenda raſtra* (rectius rutra) *pali* (rectius palæ ex *Columella l. 10. de Cult. Hortor. & Plauto in Pænulo Act. 5. Scenâ 2. Varrone l. 4. n. 31. & Iſid. l. 20. c. 14.* quibus omnibus eſt inſtrumentum ruſticum, quo terra vel humus verſatur ac egeritur

C. vel aggeritur) & *alvei,* qui ſunt inſtrumentum, quo aliquid portatur ut legi poteſt apud *Turneb. l. 8. Adverſ. c. 6. Item cophini, dolabra* (de quibus paulò poſt) *ſecures, aſcia, ſerra,* ex quibus *rutra etiam ferramenta in ſpecie* quandoque appellari ſolita ſunt, ut indicat *Idem Livius libro eod. c. 7. & l. 1. c. 40. & Cæſar. lib. 5. de Bello Gallico p. m. 118.* nec non *Veget. l. 2. c. 10. ac l. 3. c. 8.* (quamvis vocabulum illud *Livius l. 1. c. 40.* etiam pro ſecuri & *Cic. 3. in Catilin. c. 5.* pro gladio ac iterum aliter *Vopiſc. in Aureliano c. 7.* ubi Salmaſius legi poteſt, aliterque *Veget. l. 2. c. 25.* latiſſimè nempe pro omnibus armis uſurpet:)

In hunc cenſum etiam referenda dolabra in ſpeciali ſignificatu ex Livio l. 9. c. 37. ubi illæ calonibus dividuntur ad vallum proruendum foſſaſque implendas & l. 21. c. 11. ubi cum muros defenſoribus nudaſſet Annibal, quingentos ferè Afros cum dolabris ad

D. ſubruendum ab imo murum mittit ac *l. 28. c. 3.* ubi narrat portas ſecuribus & dolabris cæſas & refractas fuiſſe. *Cui conſona habet Tacit. 3. hiſtor. 20 & 27. ac 3. Ann. 46. Curt. l. 5. c. 6. & l. 9. c. 5. & Juvenal. Satyr. 8. ante f. illam etiam ad muniendum locum uſurpatam eſſe ſcribit his verbis:*

Si lentus pigrâ muniret caſtra dolabrâ.

Hinc *Freinsh. in Indice ad Curt. ibid.* illas pro ligonibus acutum mucronem habentibus *Germ.* eine Pickel accipit *& Keuchen. ad Front. l. 4. Strateg. c. 7. in pr.* ea ſcribit *fuiſſe inſtrumenta formâ ad inſtar ſecuris, ſed unicâ & ſimplici acie, parte alterâ in mucronem acuminatâ, qua ſerviebat maximè muris diruendis, ut ſecuris vallo & lignis cædendis.*

Et ideo Corbulo apud Front. d. l. dolabram pro operibus ipſis per metonymiam efficientis pro effecto ſumit. Videre tamen poteſt Lecetus in Comment. ad Epei ſecurim c. 11. ubi dolabras, ſecures, ... *& aſcias*

& aſcias in re militari bipennes ſignificare probare conatur, & Veget. d.c.25. ac l.3.c.6. ubi pro ordinariis dolabris uſurpatur.

Falces murales apud Tacit. d. l.3. hiſt. c.27. Cæſar. de Bello Gallico l.3. p.m. 72. & l.7. circa f. Livium l.38.c.5. Appian. de Bell. Pun. p.m.15.

Longurii apud Cæſarem dd. ll. l.3. de B.C. p.m. 319. & l.4. p.m 88. & paſſim longi conti vel longa haſtilia ſunt.

Secures, quoque huc pertinere ex Tacit. d. lib.3. hiſt. c.20. conſtat.

Aſſeres falcatos etiam in hanc claſſem refert Livius d.c.5.

Pertinent huc etiam vehicula truſatilia die Schubkarn / *pabo. Gl. Iſidori in Gloſſar. Philoxeni unirota* ſubſtantivè *Chemnitio de Bello Suecico vol.1.l.2. f.38. aliàs adjectivum, & unirota vehicula, aliis verò utrumq; ut Naudæo d.l.2. ſect.8. n.8. & Lansberg. de Bello Suevico c.2. p.m.156. Sarraca,* ſed nimis latè, dicta. *Item Corbes & Sporta dorſuaria quibus* quandoque humus ad aggerem jaciendum adſportari ſolet *à Veget. d.c. 25. cophini dicti,* quibus ibidem addit *Alveos.*

III. Machinæ in hoc ſignificatu nobis ſaltem ſunt opera & inſtrumenta militaria, quæ directè & immediatè ad muros dejiciendos & aperiendos, & hoſtes feriendos uſurpantur. Recentioribus ingenia ideo, quod ex ingenioſa inventione ortæ ſint, dictæ, utuntur illâ voce *Arnold. Abbas in Continuatione Chron. Slavor. l.6.c. 20. n. 9. lit. n. Gauter. Cancellarius de Bello Antioch. & alii à Bangerto ad d.c.20. lit.n. p.496. allegati.*

Fuêre autem olim in oppugnationibus ad muros dejiciendos & quatiendos, aut divellendos ac lapides, onera, & tela in obſeſſa loca & hoſtes injicienda uſurpata machinæ ſequentes.

Arietes, Helepoles ratione contentorum in iis arietum, Teſtudines, Muſculi, Falces, Terebra, Balliſta (quibus contra reliquos auctores *Veget. l.4. c.22. & Marcell. l.20. p.m.165. ac l.24. p.m. 273. Seneca 2. Nat. Quæſt. 16. ſpicula vel tela emitti tribuit) Catapulta (quibus ſimiliter Vitruvius l.10. c.16. & ſeq. ſagittarum emiſſionem tribuit) Scorpiones (quibus idem d. l. Veget. l.4. c. 22. Cæſar. l.7. de Bello Gallico p.m.162. Seneca d.l. tela, Marcellinus v. dd. ll. uti etiam l.19. p.m.135. & 142. nec non l.23. p.m.242. & l.31. p.m.467. lapides & moles ſaxeas attribuit) Onagri (quos cum Scorpionibus eoſdem facit contra Veget. d. l. & Vitruv. d. l.10. c.1. Marcell. d. l.23. p.m.242.* ubi ſimul nominis rationem reddit, & *d. l.31. p.m.467.)* Græci πετροβόλοι *Joſeph. Antiq. Judaic. l.9.c.11. Polyb. & alii. à Diod. Sic. l.20.c.86. uſurpati, Hovedeno in Ann. Angl. ſub Richardo Rege f.661. & 680. per errorem peraria & f. 693. petraria. quibus* ſaxa, lapides & alia onera ejaculantur, utitur illo verbo *Paulus Diacon. de geſt. Longobard. l.5. c.8. Auctor vitæ Caroli M. à Pithæo editus, uti etiam quivis ex recentioribus,* quos partim citat *Voſſ. de Vitiis Latini Sermon. l.3. c.34.*

Illas Joſephus d.l.9. c.11. & de Bello Jud. l.3.c.3. & l.6.c.7. ac 8. uti etiam *nonnulli ex recentioribus rectè Lithobolos vocant,* de quorum plerisque *d. præc. c.2. th. 5. expl.5. n.4. egimus.*

Mangana vel Manga (item *Mangena in Chronico Hieroſolymitano à Remeccio edito l.6. cap 9.11. & 15. Magnelli ab Abbate Arnolde in Contin. Helmoldi d. c. 20. lit. K. & aliis nominibus à Voſſio de Vit. Lat. Serm. l.2. c.12. & l.3. c.23. relatis,) Græcæ originis fuêre fundæ majores,* quibus ſaxa & alias nocuas res in obſeſſum locum injecere obſidentes, & utitur illâ voce inter alios ſimul *Radevicus de Geſt. Frider. I. Imperatoris l.2. c.47. ac Friſing. de iiſdem lib.2. c.16.* (ubi tamen Margam habet.) *A Suecis Gothicâ linguâ uti etiam Saxonibus, olim Blida vocata,* ut legi poteſt apud *Olaum*

A. *Magnum l.11. Hiſtor. Septentr. c.34.* ubi hiſtoriam lepidam, ſimul tamen tragicam de muliere ſe ipſam in obſeſſam urbem Calmarienſem ex illâ improviſo injicientem recitat. *Meibomius in Bardevico, & Bangert. d.l.* ubi ex aliquot manuſcriptis Chronicis Lubecenſibus uſurpationem bujus verbi & machinæ memorat.

Mentio harum majorum fundarum fit paſſim, refertq; Hagecius in Chronico Bohem. parte 2. f. m.114. Bohemicarum civitatum exercitum in obſidione arcis Carolſteinia eorum quinq; duas nempe civitatis Pragenſis veteris, totidem civitatis novæ Pragenſis & unam civitatis Slanenſis uſurpaſſe, ac iis magnos lapides ſummo cum obſeſſorum damno injeciſſe: *quibus addit Boregk in Chron. Bohem. f.m.377. tunc etiam cadavera hominum & ſtercora in 2000. tonnis immiſſa fuiſſe.*

Pertinent huc etiam Sambucæ, Corvi, Catti vel Gat-
B. *ta, Cancri, Briccolæ, Trabuchi, Bricollæ. Priapi, Tribucci vel Tribuceta d. præc. c.2. th.5. expl.5. n. 2. relata & explicata.*

Tormenta bellica inde dicta Marcellino d. l.23. p.m. 242. quod omnis explicatio (videlicet machinæ) *torquetur, nobis hic ſunt machinæ* illæ recentiores ferreæ vel æneæ per incenſum pulverem pyrium ingeſtos ferreos vel plumbeos etiam globos ejaculantes.

Sunt autem tormenta illa, ut jam dicto præc. 2. th.5. expl.5. n.5. conſignatum eſt,

Vel muros quaſſatoria ſive murifractoria, quorum præterito adhuc ſeculo, ut à *Fronsberg* in dem Kriegsbuch *parte 1. f.59. traditur, ſpecies quatuor fuerunt, nempe maximum, quod Italis Mazzcana nobis Germanis* Scharffmetzen vibrans globum centum pondo, *proximum ab hoc Italis Rana, Germanis Baſiliſcus,* à nocendo ita dictus ejaculans globum 75. pon-
C. do, *tertium in ordine Italis Duplicana, Germanis* Nachtigal oder Singerin recipiens globum 50. pondo, *& ultimum Quartana vel Carthena Italis, nobis Germanis* Viertelbüchſe / *à quarta parte* quam reſpectu maximi & pendet & ratione pulveris ac globorum nempe 25. pondo recipit, dicta. *Hodie verò ut plurimum tres ſaltem ſpecies, quo ad dictum uſum, nimirum dicta duplicana,* nobis hodie *Canon quartana,* (quas Angli Gunnas vocant, ut legi poteſt apud *Walſingh. in Hiſt. Angl. f.323. f.374. f.390. & 398. & ſeq. & in Hypodigm. Neuſtriæ f.565. f.582. & f.589.) nobis* hodie ad Gallicum & Italicum idioma Carthonen *vel* Carthaunen / & *Semiquartana* halbe Carthaunen / in uſu ſunt, quoniam tormenta illa, quæ quartaria, Viertel Carthaunen vocantur, ad murorum quaſſationes rarò amplius uſurpantur.

Vel è longinquo in hoſtes in acie vel obſidione ſubſi-
ſtentes globos ejaculantia, qualia olim referente Frons-
D *berg. d.l. ſimiliter quatuor fuêre ſpecies, nempe maximum Italis Trackana, Germanis nobis* Nothſchlange / globum 16. vel 18. pondo everberans *ſecundum ab illo Italis Schlanckana, nobis* Schlange / *Latinè Columbrina & Serpentina* à gracilitate, globum recipiens 8. pondo, *tertium in ordine Italis Falchana, nobis* halbe Schlange / emittens 4. vel 5. pondo *& ultimum Italis Falcha, nobis* Falconet / *Latinè Falcona* à velocitate globorum excutiens globum 2. ponderis. *Poſtremis his ſimile & pondere globi reſpondens Draconaria referente Boxhorn. in Obſid. Bred. f.117.*

Plures illorum ſpecies vide apud Fronsberg. d. l. Speckle P.3. c.5. de Architect. Dilich. parte 2. de Re Militari, Bœckler. de Architect. Parte 3. & Furttenbach. in der Büchſenmeiſterey-Schule *Parte 3. f.116. & ſeqq.*

A. *Illis verò addendum novum quoddam tormentorum genus, Legionarum* **ein Regimentſtücke** dictum, & *à Suecis* inventum, *quia* ejus generis quædam ſingulæ Legiones in militia illorum duxerunt. *Sunt verò illa brevia & levia, adeoq́; ab uno equo vectibilia: Et absq; dubio ad imitationem Romanorum*, in qualibet Legione, *referente Veget. l.3.c.25. quinquaginta carrobaliſtas habentium.*

Ubi notandum, præteritis temporibus etiam lignea tormenta ferreis annulis circumvincta uſurpata fuiſſe, ut refert *Cruſius parte 3. Ann. Suevic. l.11.c.5.f.611. de tali* 18. *pedum longitudinem habente* & ruſticis in illorum bello adempto ac in honorem Caroli V. Imperatoris Monachium intrantis anno 1533. exploſo.

Et hoc ſeculo à Guſtapho Adolpho Sueciæ Rege tormenta ex corio confecta inventa fuiſſe, atque in Germanico bello ad ejaculandos quàm plurimos ſclopetariosglobos uſurpata, ut inter alios refert *Lansberg. in* B. *Bello German. c.2. p.109. & 327.* ac nos ſæpius vidimus, & inſuper notiſſimum eſt.

Vel globos ignitos, ollas ferreas vel aneas, pice & pulvere repletas (bomben dictas & anno demum 1588. ſecundum Stradam Dec.2. de B.B.l. 10.p.m.711. repertas) & ſulphureos faſciculos vel glomos, ſive malleolos, ſqualos, ut & granatas, nec non ſaxa ingentia & lapidum copiam ac ſimilia onera in hoſtilem exercitum vel obſeſſum locum per circularem jactum injicientia, qualia petraria **die Steinſtücke** / *mortaria à formâ ita dicta pyroboli* **die Feuermörſel und Böller.**

Vel portas, portulasq́; ſubruentia aut proſternentia, Latinè piloclaſtra ſive crepitacula communiter, ut apud Thuanum l.133.f.m.1062. aliquoties, f. ſeq.1063. ac paſſim. Strad. Dec.2.l.10. p.m. 697. & paſſim aliorq; videri poteſt, Voſſio in verſione Reidani l.8. Ann.f.178. & 182. pylorecta. Ab aliis erroneè exoſtra, ut patet ex Veget. l.4.c.21. à Lamberg. verò c.3. p.m.366. barbarè C. *Petari dicta. A Gallis, nobis Germanis, & aliis nationibus Petardes ſalvâ veniâ à Gallico verbo pet, adeoque crepitu vel ſonitu obtuſo, quem edunt, vocata. Suntq́; minuta & portatilia tormenta* ad portas, portulasque, ut dictum, urbium & munimentorum per occultum acceſſum diſrumpendas & proſternendas, atque ita in illa irrumpendum præterito ſeculo inventa, ut *d.c.2. th.5. expl.5.* plenius dictum eſt.

Ubi etiam quàm plurima notatu digna de tormentis in genere conſignavimus.

Pertinent ad illa ſequentia, tanquàm annexa.

Pulvis tormentarius vel pyrius ſeculo decimo quarto, ut communiter traditur, & *d.th.5. expl.5.n.5.* jam annotatum, inventus.

Glandes vel globi, ſphara etiam & pila dicta diverſarum, ſpecierum interque eas *olla ignita, pila ferrea ignita*, quarum maximæ, hodie **Bomben** / ut jam memoravimus, dictæ, *granata ſive malogranata, malleoli, ſive glomi vel faſciculi pice & ſulphure circumliti* **Pech-** D *kräntze* / *Cicer. in 1. Catalin. in f. & pro Milone 1.24 Livio l.38. c.6. & l.42. c.64. Vitruvio de Archit.l.10. in f. Marcellino l.23. p.m.234.* (qui *praced. c.20. p.m.* 165. illis etiam *qualos ardentes* addit) *ubi eos exactè deſcribit Veget.l.4.c.18. Nonio de Propriet. Serm. c.18. Feſto de V.S. ſub illo verbo. Naudæus d.l.2. Sect.8.n.8. illos circulos ex pice & reſinâ confectos vocat. Conciſa ferri particula theca ferrea incluſa* **Kartetzen** & ſimilia, de quibus *d.th.5. expl.5. n.5.* diximus. *Item funes vel funiculi incendiarii à Gamurino in Bello Belgico l.1. p.m.18. corda & l.3. p.m. 71. fomites dicti, furcula vel pertica incendiaria* **Zündruthen** / *theca vel laguncula pulveris, ut etiam vaſa vel tinna pulveris.*

Porrò ſequentes artifices, baliſtarii, qui maganarii Leoni de Appar. Bell. c.6. n.27. ſunt libratores vel jaculatores ſive magiſtri tormentorum **die Büchſen-**A. **meiſter und Conſtabel** / item Pyrotechnici **die Feurwercker:**

Et eandem vocabula & phraſes ſequentes.

Caliber, circumferentia vel ambitus orificii **die gantze Weite deß Mundlochs am Stück.** *Forulum tormenti,* **das Zündloch** / *Fontanus de Bello Rhodio l.2.*

Affuites, ſtatumina, Sambuco de Rebus ad Agriam geſtis poſt pr. & aliis vehicula tormentorum, Boxhornio **die Lavethen oder Schäffte der Stücke.** *Tormenta diſponere Caſar l.1. de Bello Civili p.m.133. & paſſim hodie* **die Stücke pflantzen.** *Onerare, exonerare, ejaculare, explodere* **loßſchieſſen** / *librare* **richten.** *Tormentis muros vel vallum quatere, labefactare, diſcutere, disjicere.*

Totum verò machinarum harum corpus vocatur voce ab Italis inventâ Artillerie, illis verò rectius Artiglaria, illaq́; ab arcu quaſi arcualia dicta creditur: Cùm e- B. *nim tormenta noſtra ac bombarda in locum arcuum antè uſitatorum ſuffecta ſint, verbum ipſum manſit tradente Voſſio de Vitiis Latini Sermonis l.3.c.1. p.m.374. Hinc etiam præterito ſeculo in noſtrâ linguâ* **Arckelley** *dictum eſt, ut apud Fromperg.* **in dem Kriegsbuch** *parte 2. paſſim videri poteſt.*

Fortè tamen non errabis, qui etiam ab arte illud verbum derivabit, quoniam tormenta & inſtrumenta bellica maximâ ex parte artis & ingenii opera ſunt, hinc etiam *linguâ Italicâ Artigheriâ ſicut architectus militaris ab ingenio, quo pollere debet, Gallis & aliis Ingenieur dici ſolet.*

IV. Munimenta (Livio, Caſari & aliis optimis auctoribus etiam munitiones paſſim dicta) & alia opera militaria vel ad defendendum vel ad offendendum, utraq; autem ſimul ad protegendum inventa ſunt ac perficiuntur.

Primi generis ſunt omnes munitiones, quales Urbes C. arceſque munitæ, caſtella, fortilitia & ſimilia. *Illorum verò ſpecies & partes ſunt vel interna ſive intra foſſam confecta, qualia*

Propugnacula **die Bollwercke** / Italis & Gallis *Ballvardi & Boulevarts, quaſi pulchra cuſtodia,* ſecundùm *Maurocen. de Bello Veneto l.8. f.340.* Item **Baſteyen** / *Italis & Gallis Baſtions*, de quorum etymo *Limn. l.4. c.8. n.214.* legi poteſt, dicta.

Ex his unum vocatur propugnaculum recta linea German. **Platbollwerck** / *Freytag. & Schildknecht. in Architectura Militari, Strada Dec.2.l.2.p.m.85. & l.3.p.m.134. propugnaculum planiforme. Idq; in obſidione Bredana antiquitùs primùm inventum fuiſſe à Gamurino de Bello Belgico d.l.1.p.10. dicitur.*

Aggeres vel Valla, Dögenio p.1. Hercotecton. Moderna l.2.c.11.f.256. ſcpta. Gallis Remparts, German. **Wälle.** *Valli Caſari l.3. de B.C.p.m.326. & ſeq.* cum aliàs *vallus ſtipitem denotet, ut notum eſt & apud Serv.* D *ad l.9. Virgil. v.142.* legi poteſt.

Ubi tamen notandum aggerem differre à vallo ſecundum Caſar. d. p.326. ubi hæc verba habet: *Valli agger in altitudinem patebat &c. differentia rationem pleriq; in illo ponunt, quod ille* ſit imperfecta vel rudis terræ aggeſtio, *hoc verè* perfectum & ſudibus firmatum munitionis opus, *quia* à vallorum impoſitione illud dicitur, tradente *Iſid. l.15.c.9. ideoq́;* à Scriptoribus propriè non vallum ſed agger comportari dicitur apud *eundem Caſar. d.l.* & alios auctores, *ubi ille* ſimul refert aggerem in naves & ſcaphas impoſitum & illas aggere ac militibus completas fuiſſe, *quod non niſi de imperfectâ congeſtione intelligi poteſt.*

Chorda vel Cortina, Serreo in Inventar. Francia ſub Franciſco I. f.m. 542. Valla inter media, extenſi inter propugnacula muri. Gallis Courtines, German. **das Theil oder die Linie deß Walles zwiſchen**

zweyen

zweyen Bollwercken Flügel inne ligend/ oder der Mittelwall.

Ubi notandum, ſecuudum *Poſſinum in Gloſſario ad Annæ Comnenæ libros Alexiadum, cortinam Græcum eſſe verbum muri ambitum ſignificans: quo ita ſe habente* vocabulum illud Gallicum ourtine procul dubio indè deductum eſt, quoniam Galli cum Orientalibus olim belli ſocietates crebras inierunt, atque ita ſimul ex illorum linguâ quædam in ſuam transtulerunt.

Muri, turres, nota vocabula, quò pertinent *minæ, corona, ſive pinna Virgil. l.4. Æneid. v.88.*

-- -- *pendent, opera interrupta minæq;*
Murorum ingentes, ibiq; Servius.

Ubi notandum, muros à Virgil. l.10. Æneid. v.17. etiam meros dici, ubi *Servius & Scaliger in Etymologiis conjectaneis ad Varronem ſubjunctus*, legendus.

Minarum illarum meminit etiam Marcell. l.20. p. 163. l.24. p.267. & l.29. p.410.

Item Collet, Gallis Cavalliers, Germanicè Katzen. *Vocantur autem Latinè colles* ab altitudine, quam ideò habent, ut ab illis in omnia circumjacentia in primis verò clives & valles tormenta dirigi & pilæ emitti poſſint; *Et Italis ac Gallis Cavalliere ideo*, quia ſupra reliqua munimenta, ceu equites inter pedites, eminent; *Belgis verò & inde nobis* Katten & Katzen/ *vel* ab antiquâ illâ machinâ Cattus etiam in altum erectâ (ut præc. *c.2. th.5. expl.5. n.2.* dictum) *vel à ſimilitudine* verorum Cattorum, *quoniam, ſicuti hi* in mures ſemper attenti ſunt, *ita etiam illi* ideo exſtruuntur, ut ex iiſdem actiones hoſtium ſemper obſerventur & impediantur.

Suntq; duorum generum, quorum unum in medio propugnaculi locatur, & de quo hic loquimur: *Alterum verò* propugnaculi lateri rectà imponitur, & ideo *Plana figura vel forma, Gallis & Italis Platte forme & Platta forma. German.* eine dem Wall auffgeſetzte Katze *vocatur. Cellar. d. l. Dögen. d. l. 2. c.11. & Architectis militaribus communiter.*

Alæ vel Latera valli & propugnaculi Cæſari paſſim nonnullis projectura Gallicè Flanes, Eſpaulet Heinſ. dd. German. Flancken oder Streichen/ *item* Schulter-Flügel.

Ejus continuatio Gallicè Flane prolongé, die Verlängerung der Streiche.

Complementum Cortinæ deß Walles Hinterſtrich *Dögen in Herceotecton. modernâ l.1. c.3.*

Ala cortinæ, Gallicè le ſecond Flane, Germ. Streichplatz zwiſchen der Streichlinie und Flancke.

Lorica vel thorax valli vel munimenti Cæſar. l.7. de Bello Gall. p.m.187. Gallicè Parapat vel Parapeit Heinſ. d. l. Germ. die Bruſtwehre/ *vocatur etiam Loricula Hirt. l.8. Ejusd. Belli p.m.202. & Veget. d. l. 4. c.28. Gamurino v. de Bello Belg. l.3. p.54. ad imitationem Germanici verbi Antipectorale.*

Lorica vertex Boxhorn. d. l. Gall. le ſommet du Rompart, Germ. das Obertheil oder die oberſte Breite der Bruſtwehre.

Scabella vel ſuppedanea valli vel munimenti, *Gall. Bancqs, Holland. Banequete, Germ.* Banck deß Walles/ *Cellar. d. tr. f.4. Dögen d. c.9. & Scriptores communiter.*

Pes, planta, margo vel baſis valli vel munimenti, Boxh. Dögen. Schildk. Cellar. & communiter. Gallicè la liſtere, baſe, aule pied du Rempart. Germ. der Burm oder Berm/ worauff das Werck ruhet/ oder Vorleib deß Walles.

Front vel facies operis Boxhorn. d. l. Goldm. de Uſu proportionatorii probl. 91. & Voſſio in Verſione Hiſter. Resdani l.14. f.385. Gall. La face, German. die Geſichtlinie.

A. *Angulus centri*, Mittelpuncts-Ecke/ *Gall. Angle du Centre, Dögen d. l. 1. c.3. Cellar. d. l.1. c.1.*

Polygonus eſt angulus uterq; figura Gall. Polygone, Germ. der Figur- oder Seitenwinckel/ *ejusque interior eſt latus fortalitii interius, Germ.* die gerade Linie der innern Veſtung von einer Ecke biß zu der andern nechſt angelegenen/ oder die diſtants der Kehlpuncte/ *Gall. Polygone interieur. Exterior vero eſt* latus illius exterius, *Gall.* Polygone exterieur, *Germ.* die diſtants zweyer nechſten Bollwercker oder Keelpuncten/ oder die euſſerſte Seite der Figur.

Angulus alæ, Gall. Angle de l' Eſpaule, der Schulter- oder Streichwinckel.

Angulus circumferentiæ, Germ. der Keelpunct/ *Dögen. d. c.3.* oder der Winckel/ welcher von zweyen innern Seiten- oder Keellinien der Veſtung geſchloſſen iſt/ *Schildkn. d. l. Gallicè,*
B. *Angle du Polygone.*

Angulus propugnaculi, Gall. Angle Flanequè, der Bollwercks-Winckel oder Punct/ welchen die zwey zuſammenlauffende faces machen.

Angulus faciei, Gall. Angle de la face, der Winckel der Geſichtlinie.

Plures horum angulorum ſpecies vide apud Cellar. d. l.

Linea defenſiva ſtringens vel linea defenſionalis minor, Gall. la ligne de defenſe flanguante, Germ. die Streich- oder defenslinie. *Figens vero vel major, Gall. fiſchante*, die beſtändige Streich- oder die Schutzlinie/ *Cellar. d. l.*

Linea capitalis, Gall. la ligne capitale, die Mittellinie deß Bollwercks/ oder die Länge zwiſchen dem Kehlpunct und Bollwercks-winckel/ *Dogenio Radius caſtri*, der Veſtung halbe Mittel-Linie/ *d. l. 1. c.3.*

C. *Hypothenuſa*, die ſchrade Linie.

Pars Chorda, Gall. la ligne couverte, Germ. das Courtin ſtücke.

Semidiameter minor caſtri, Gall. Demidiametre le petit, der kleine halbe Diameter einer Veſtung.

Semidiameter major eſt diſtantia centri à puncto propugnaculi, Gall. Demidiametre le grand. Germ. der groſſe halbe Diameter, und iſt ſolcher die Linie/ welche auß dem centro einer jeglichen Figur biß in den Bollwercks punct oder Spitze lauffet/ *Cellar. d. l.1. c.1.*

Via interior ad tormenta in vallum trahenda & milites adducendos, Germanicè Wallauff, *Schildkn. d. l. & aliis.*

Ambulacrum vel ſtatio valli, Gall. le Terreplein du Rempart, Germ. der Oberwallgang/ *Cellar. & Dogen dd. ll. f.90.*

Acclivitas vel Eriſma valli exterius, Gall. le Talud
D. *exterieur du Rempart*, Germ. die euſſerliche Böſchung deß Walles/ *Dözen ibid.*

Interior, Entereeur, die innerliche &c.

Altitudo valli, Gall. Hanteur du Rempart, Germ. die Höhe deß Walles/ *Dögen. d. l.1. c.9.*

Acclivitas vel Eriſma loricæ exterius & interius, Gall. le Talud exteriour & interieur du Parapet. Dögen. ibid.

Latitudo valli verticalis, Gall. le ſommet du Rempart, die oberſte Breite deſſelben/ *Dögen. d. l.*

Linea ejus perpendicularis, Gall. perpendiculair, Germ. die Mittel-Linie von dem Wall in das *Centrum.*

Eſtq; duplex major & minor Cellar. d. l.

Collum, Linea colli, Gall. La Gorge, Germ. die Keel-Linie.

Diſſolſtie vel traverſum valli. Gall. Profil, *Germ.* der Durchſchnitt deß Walles in der Quere / worauß man deſſelben gantze Höhe / Dicke und Tieffe ſehen kan. *encile à Fontano de Bello Rhodio l. 2.* A.

Vallum antemuranum Marcellin. l.21. p.m.193. & Fredoardo in Chron. p.225. Græcè προτείχισμα Mauric. in Strateg. l.10. c.3. Promurale Iſid. l.15. c.2.

Recentioribus lorica valli inferioris, ſuccinctum vallum, ſuccinctus ſubſtantivè, Lorica horizontalis. Grot. Heinſio, Hugoni, Cellar. dd.ll. Dögen d. c. 9. f. 17. premuralis lorica, Gall. Fauſſe braye, chemin des Rondes, Germ. der Unterwall / der Unterwall-Gang.

Cui affine, Antemurale, Germ. der Zwinger / die unterſte Mauer / ſo dem Graben von auſſen oder contreſcarpe gegen überſtehet. *Botorens in Comm. Hiſtor. l. 4. p. 152. & ſeq.*

Feneſtra propugnaculi Cæſari de B. C. l. 2. p. m. 273. Germ. die Schießlöcher / Schießzangen. B

Caſa armata, Ital. Caſematte, Latinè à Strada Dec. 2. l. 2. p.m. 70. & l. 3. p.m. 134. propugnaculorum crypta vocatur, Germ. Mordgruben / ſeynd Höhlen oder Keller / welche in der Mitten von einem Bollwerck zu dem andern und gegen einander der Cortin oder Streichlinien zwerchlang gehen / umb dieſelbe oder das darzwiſchen ligende Thor in dem Anlauff der Feinde zu defendiren / aber jetzo nicht mehr gebräuchlich / Cellar. d.l. *Sed hæc in uſu eſſe deſiit.*

Foſſa, quæ etiam poſteriori tempore Foſſatum imò adhuc in corpore Juris l.3. § 4. ff. de Re Militari, à Plinio l.12. c.21. Veget. l.4. c.16. & Capitol. in Gordiano Tertio c.28. vocata, & ideo à Caſaub. ad illum locum & Voſſio in Lex. Etymol. *pro puro Latinè verbo* habetur, *licet nonnulli id pro ipſo loco foſſâ cincto ſumant*, ut videri poteſt apud *Eund. d. l. Turneb. l.2. Adverſar. c. 13. Barth. l. 51. Adverſ. c. 4. & Salmaſ. ad Solin. f. 1202. quod* de ſenſu vel uſurpatione Scriptorum ferreorum acceptum verum eſt, de quo etiam legi poteſt *Goarus in Not. ad Codin. de Offic. Conſtant. c. 15. n. 53.* C.

Alii vero inter quos *Codinus d.l. & paſſim pro exercitu, alii tandem in ſpecie pro caſtris ſumunt*, ut videri poteſt apud *Leonem Imper. de Bellico Apparatu c. 5. n. 6. & ſeq. ac c. 11. in pr. & Salmaſ. d.l. Gallicè foſſe*; Hollandis die Grafft / nobis der Grabe.

Ejus partes ſunt Acclivitas interior & exterior, quæ videtur Cæſari de Bello Gall. l.7. p. m. 186. Liv. l.37. c. 37. & Marcell. l.20. p.m. 164. & Agath. l.3. Hiſt. c. 9. & Polyb. l.10. per vocem labrum (quo etiam utitur Thuanus l.85. f.m 93. & l.133. f. m. 1062.) vel potius in plurali labra & Hirtio l.8. Ejuſdem belli p. m. 202. per latera exprimi. Aliis, ut Boxhorn. d. l. f. 122. ora dicuntur, *Germ.* die beyde Rände oder Futtermauren deß Grabens. D.

Margo rilius Voſſio in verſione Riedani d. l. 14. f. 384. Germ. der Barm oder Abſatz von inwendig.

Loricula die Bruſtwehre / *Veget. l. 4. c. 28. alii denſenſaculum.*

Pertinet etiam ad interiora munimenta cæcum vallum apud Cæſarem l. 1. de B. C. p m. 239. Germanicè der innerliche Abſchnitt oder verborgene Wall / der Breſche heimlich entgegen geſetzt / Gallis & inde nobis *retranchement*, *aliis interius munimentum.* Dœgenio in d. Tr. f. 501. poſt muralia.

Externa, quæ à *Dögen. d. l. 1. c. 14. in pr. prammunitiones vel Prætentura vocantur*, *nobis ſunt*, *quæ ultra foſſam ſunt porrecta vel erecta.*

Eaq; duplicia, *vel enim* munimentis principalibus *annexa, vel ab iis planè ſeparata ſunt.*

Inter priora referuntur opus cornutum à forma vel typo ejus, quem expreſſit *Hugo d. tr. f. 8.* ita communiter dictum *Gallis Ouvrage à corne, Germ.* Hornwerck. *Illius deſcriptionem accuratam vide apud Felden. in Architect. Milit. l. 2. c. 1. n. 3. & c. 2. ac Cellar. d. l. præſtantiam verò apud Dögen d. l. 1. c. 15.*

Et huic plerumq; annexa Forcipula, Gall. Tenaille, Germ. Zangen- oder Scheerenwerck / *eadem à forma quadam ſimilitudine ita dicta. De quâ vide Felden. d. c. 2. Cellar. d. l. & Dögen. d. l. 1. c. 17.*

Opus Coronarium vel Coronatum ſimiliter a formâ ita dictum, quia tria vel etiam plura, interque ea in latere utroque dimidiata propugnacula, ceu radios habet, ſecundum *Freitag. in Archit. Milit. l. 2. c. 6. Gall. Ouvrage Couronée, Germ.* Kronenwerck communiter nuncupatum. *Sed hoc hodie non ita frequenter uſurpatur ob magnum, quod requirit, præſidium*, de quo etiam legi poteſt *Felden. ſeq. c. 5. & Dögen d. l. 1. c. 16. Quocirca etiam Hiſpani cum Bredam anno 1629. ductu Spinolæ occuparent, illud ibi everterunt*, ut *annotat Boxhorn. in d. Hiſtor. Obſid. Bredana ſecunda f. 49.*

Semiluna ſive Dimidiata Luna communiter, Aliis *Semilunium Dögen d. l. 1. cap. 12. Caſſides ſeu Lunula, Thuano l. 133. f. m. 1062. & Gamurini l. 2. p. 28. Hemicyclium. Semilunare Strada Dec. 2. l. 4. p. m. 260. Gallicè Demilune Germ.* Halbermond / *ſimiliter à formâ ita dicta, licet ſemicirculus*, à quo dicitur, *in medio excurrat*, duoque latera recta faciat, ut notat *Felden. d. l. 2. c. 4. & Cellar. d. l. f. 5.*

Meles (*Dögen d. l. c. 12. & l. 2. c. 11. & Goldm. de Uſu Proportionatoris probl. 93. f. 82. parmula*) communiter dicitur ein Ravelin / *de cujus forma & ſtructura vide Felden. d. l. 2. c. 3. & Cellar. f. 4.*

Traverſa Dœgenio d. l. 1. c. 17. vel potius 18. ſunt opera, quibus nondum proprium nomen dari potuit.

Via tooperta cum loricâ, Heinſ. d. l. f. 23. opus acclive & circumducta lorica Boxhorn. d. l. Lorica extrorſum leniter declivis Hugoni d. l. f. 4.

Via inteſtina Grot. d. l. Lorica ſuburbana Dœgen d. l. 1. c. 12. aliis lorica via cooperta, Italis & Gallis, Contreſcarpe, ſed abuſivè, ut mox demonſtrabitur, *Corridor, Eſplanade, Chemin couvert. Germ. etiam* Contreſcarpe. Iſt der bedeckte Weg und deſſen Bruſtwehr auſſerhalb deß Grabens.

Acclivitas foſſa in labio exteriori die niederwarts hengende Abdachung deß Grabens von auſſerwarts gegen die Veſtung zu / *Italis & Gallis* die *Contreſcarpe.*

Acclivitas foſſa interior, die von dem Wall oder der Veſtung herauß gegen dem Felde hengende Abdachung deß Futtergrabens / *Italis & Gallis Scarpe, Freitag. d. l. 1. c. 3. & l. 3. cap. 8. de quibus omnibus etiam legi poteſt Schottus in Curſu Mathemat. l. 22. Parte 1. c. 1. Parte 2. c. 8. & 9. & Parte 5. c. 15. & ſeqq.*

Pertinent ad utraq; Porta, Portula, Portella, die Pförtlein *Dœgen. l. 2. c. 14.*

Cataracta à κατάῤῥάττειν deſluere dicta die Schoßgatter an den Thoren / *Livio l. 27. c. 30. Appiano l. 1. de Bell. Civil. p. m. 680. Veget. l. 4. c. 4. & ibi Stevvech. & Æneas in Poliorc. c. 39. Item clauſtra portarum Livio l. 6. c. 33. Aliis Sarragines fortè à verbo Gallico Serazine. Boxhorn. Tabulata portarum, Gall. Grilles, Sarazines.*

Trabes portarum penſiles Schoßbalcken *Boxhorn. d. l.*

Poſtica Marcell. l. 18. p. m. 124. & 130. l. 19. p. m. 140. & 144. & l. 21. p. m. 193. Eidem etiam l. 24. p. m. 272. Latentes vel arcana porta dicta die Außfälle oder heimliche Thüren der Veſtungen / *Gallicè ſorties.*

Pontes

Pontes verſatiles **Zugbrücken**/*Gall. Ponte Leves.*

Ponticuli **die Kleppen**/*Dœgen. d. c.14.*

Repagula obices verſatiles Groe. d. l. aliis Barricades: ſi ſtipitibus armata, Germ. **Friſiſche Reuter.**

Obices portarum Liv. l.6. c.33. ferrata Marcell. l. 21. p. m.193. Germ. **Thorriegel.**

Vaſa quadrata operis lignea, **Kaſten / die man vor die Thor oder Lücken der umbgeworffenen Mauren ſchiebet.**

Valli, pali, ſtipites, Cæſari d. l. 7. de Bello Gall. p. m. 187. & l.5. p. m. 217. & l.1. de Bello Civili p. m. 239. ibi foſſas transverſis viis praducit, atq; ibi ſudes ſtipitesq; praacutos defigit, ex quibus nonnulli Eidem d. p. 187. etiam cippi dicuntur, quo verbo etiam *Chemnit. de Bello Sueco-Germ. vol.1. l.2. f.38. & 44. utitur. apud Thuan. l.133. f.m.1062. palificatio* reperitur. *Sunt fere triplicis generis, vel enim in foſſa*, ex quibus quidam in certos ordines & modos diſpoſiti, *Cæſari d. p.187. lilia* ex ſimilitudine floris dicuntur, *de utroq; cippis nempe & liliis legi meretur Ramus d. C. Jul. Cæſaris militiâ Parte 3 ſub titulo Propugnatio p. m. 167. & ſeq. Vel in utroq; ejus labro, vel in valli lorica* imponuntur & *vocantur pro illorum poſitu*, **Paliſſaden/Sturmpfähle.**

Cervi & Cervuli Livio l.44. cap. 11. Cæſari d. p.182. Frontino l.1. Strateg. cap.5. n.2. & Tibullo in Panegyr. Meſſal. v.84. & ſeq. ad ſimilitudinem cornuum cervi ſecundum Varronem l.4. n.24. Et ſunt duplicis generis grandes vel cervi ſecundum Cæſar. d. l. & de quibus proprie hic loquimur: *& parvi à Frontino d. l. & Hygino de Caſtrametat. cervuli vel cervoli dicti: ubi ita ſcribit. Cervoli trunci ramoſi, ad hos decurritur; ſi ſoli natura, nimia tenacitate ceſpes frangitur, neq; lapidoſo mobili, niſi copioſo vallum extrui poteſt, nec foſſa fieri, ut non ripa decidant.*

Differunt ergo hi ab illis ex dictorum locorum collatione, quod hi, nempe cervoli vel cervuli, ad firmandum ac à caſu præſervandum vallum, *illi verò* ad impetum & progreſſum hoſtium avertendum & ſiſtendum adhibiti fuerint, *ut etiam jam olim Lipſ. l.2. Poliorc. Dial.2. obſervavit.*

Vocantur etiam ſecundum aliquos à Cæſare l. 3. de B. C. p. m.329. ob aculeatam formam Ericii ac à Saluſt. in Fragm. l.3. Ericii militares, quamvis etiam pro munimento ligneo aculeato capi poſſit, quod portis ad avertendũ inſultũ objectum fuerit, ſecundum Cæſar. d. l. ſicuti etiam ex Saluſt. d. l. patet, illos ex trabibus eminentibus ex axibus, adeoq; procul dubio verſatilibus confectos & combinatos fuiſſe, & à novioribus Eſchiaes & ſunt illis lignea illa munimenta; quæ loco ſudium foſſis vel illarum marginibus ac vallis ſupra vertices ad hoſtium acceſſum vel adſcenſum prohibendum aut remorandum imponuntur: *Utitur poſteriori verbo inter recentiores etiam Hugo in obſidione Bredanâ f.30. Germanicè* **Spaniſche Reuter** *ab illorum recentioribus repertoribus.*

Murices ferrei Val. Max. l.3. c.7. a.2. & Curt. l.4. c.13. Aliis hami & ſtimuli ferrei, quorum mentionem facit *Cæſar. d. l.7. p. m. 188.* & *ut quodammodo accendi ex quatuor palis confixi tribuli apud Veget. l.3. c. 24. & Procop. l.3. Hiſtor. Goth. c. 13. ad imitationem tribulorum aquaticorum* **der Waſſernüſſe** / *Gall. chauſſe trappe, Germ.* **Fußeiſen/Fußangeln.** *Pertinent huc tales cum ferreis hamis apud Cæſar. d. p.187. & ſeq.*

Ac tandem arbores vel cylindri ex vaſtiſſimis arboribus facti ac lævigati & lorteis vel vertici bus valloram impoſiti ad aſſaltores per detrnſionem illorum deturbandos quibusdam in locis adhiberi ſoliti, quorum Marcell. l.31. p. m.467. & Vegetius l.4. c.8. meminit; & hic illos

A. *taleas* (de quarum etymo *Stevvechius* ibi legi poteſt) vocat.

Videntur autem cylindri hi ſub horum auctorum ætate primum inventi, quoniam apud antiquiores auctores illorum mentio non occurrit. Dœgen. verò d. l. 2. c.14. f.395. valvalos vocat. Germ. **Sturmbäume.** *Solentq; illi catenis alligari quò à defenſoribus iterum attrahi, & ſæpius uſurpari queant. ac Metella, quæ Veget. l.4. c.6.* ſunt crates lignei lapidibus impleti & inter duo propugnacula in muris conſtituti in eum finem, ut hoſtibus per ſcalas adſcendentibus ſupra capita vergant.

Poſteriora, ſcilicet ab illis ſeparata ſunt ſequentia.

Reductus & receptus, Cæſari l. 7. de Bello Gallico p. m. 193. & l.2. de Bello Civil. p. m. 272. & l.3. p. m. 317. & paſſim caſtellum & receptaculum Dœgen. in Architecton. f.455. & aliis turricula mutuatâ à Cæſare paſſim uſitatâ voce. Gallus & inde nobis Germanis Redoute

B. **und kleine Feldſchantze.** *Cellario d. l. ſunt caſtella terrea minora via obſidionali vel ſepi caſtrorum intermixta ad recipiendos & tuendos contra inſultus hoſtiles foſſores & milites.*

Semireductus **halbe Redoute.**

Munitio ſtellata à forma ita dicta, Gall. Eſtoille; Germ. **Sternſchantze.**

Caſtellum, Cæſari multis in locis propugnaculum, & fortalitium campeſtre ſimplex vel commune Eidem l.7. de B. G. p. m. 192. munitio campeſtris & paſſim turriculis Gall. Fortreſſe, Germanis & Belgis **Schantze und Fort.** *Vide plura in præcedentibus ſub verbo reductus.*

Traverſi limites vel tranſverſa valli lorica Gallicè & Germ. Traverſen. Boxhorn. f. 115. & 141.

Illorum ductus ibidem Tranſverſa ſepimenta Strada Dec.2. l.2. p. m. 70.

Munimenta & opera ad offendendum vel debellandum hoſtem extrui & uſurpari ſolita ſunt ſequentia.

C. *Caſtra urbi vel alii munito loco admota vel hoſti ejusq; caſtris oppoſita: De iis enim, quæ* ſolum ad hoſpitandum & recipiendum militem locata ſunt *præc. c.6. th.4. & in expl. ac hic ſequenti expl.11. dictum eſt.*

Illarum partes ſunt duplices, interna, quæ conſiſtunt in juſta portarum, platearum & portarum, uti etiam Prætorii, ac aliarum publicarum ædium dimenſione & collocatione *& d. c. 6. th.6. ac in explic. conſiderata ſunt.*

Et externa, quæ propriè hujus ſunt loci; & quidem ſequentes.

Sepes caſtrorum, agger continuus & perpetuus, agger caſtrenſis, Tractus via obſidionalis, Voſſio, Heinſio, Boxhornio, Schildkneckio & aliis dd. in locis. Caſtrorum munitio Strada Dec.2. l.1. p. m. 8. Gallicè Trenchée Germ. **Trenſchee/Lagerzaum.**

Ambitus valli **die** *Circumvallation.*

D. *Limes extimus circumvallationis,* **die** *Circumvallations-***Linie** *Boxhorn. f.63.*

Viæ obſidionales, adductus, acceſſus, Gall. Approches, Germ. **Lauffgraben**/*Cell. & prædicti.*

Excurſus obſeſſorum Gall. contrapproches, Germ. **die Gegen-Lauffgraben**/*Cellar. f.5. & Freitag. l.1. c.3. uti etiam alii. Nonnullis acceſſus reciproci vel oppoſiti:*

Linea communis; Germ. **die** *Communications-***Linie.**

Receptus, reductus, receptacula; de quibus in præcedentibus dictum eſt.

Brachia, apud Livium l.4. c.9. & l.38. c.5. Hirtium de Bello Alexandr. p. m. 372. & Bello Hiſpan. p. m.452. 453. 456. & 462. bis. Front. l.3. c.12. n.5. & Lucan. l.3. Pharſal verſ.385. & ſeq. extrarentia:

A. *Qualia vero illa munimenta ſint, non ſatis conſtat. Noſtro quidem judicio videntur eſſe aggeres inſtar brachiorum extenſi ſive incurvi, ſive etiam recti, quibus id, quod ab operibus principalibus ſejunctum eſt, neceſſitate & utilitate ita exigente cum iis conjungitur & quaſi brachiis cingitur.*

Nec multum ab hac opinione abludit Caſaubonus in Comment. ad Polyb. in Apparatu parte 2. memb. 3. n. 31. ſcribens, munitiones, quæ ſeparata caſtra jungunt (de quibus Hirt. de Bello Alexandr. d. l. loquitur) *ad implendum circumvallationem orbem Latinis brachia dici.*

Sed Dögen l. parte 2. f. 449. brachia illa eadem eſſe cum acceſſibus hodiernis vel iis obſidionalibus tradit.

Multum vero à nobis & Caſaub. differt Lipſ. d. l. 2. Poliorc. d. l. 2. vallum & brachium pro ſynonymis habens. Verum pace tanti viri à re ipſa valde deflectit, cum non omne vallum ſit brachium, ſed tantum illud, quod ſejunctum aliquod opus cum reliquis connectit, & quaſi brachiis amplectitur, ut ex dd. ll. clarè paleſcit, B. *unde etiam metaphora hæc deſumta.*

Suggeſtus Marcell. l. 24. p. m. 372. recentioribus etiam ſuggeſta tormentaria, tribunalia, agger tormentarius, ſedes tormentorum, Gallicè Batteries, & inde German. Battereyen/ Schuß-Hügel.

Vineæ Cæſari l. 2. de bello Gall. p. m. 55. l. 2. de Bello Civili in pr. & paſſim Liv. l. 5. c. 7. l. 34. c. 17. & l. 38. c. 7. Marcell. l. 20. p. m. 163. & l. 24. p. m. 268. Veget. l. 4. c. 15. & omnibus antiquis ſcriptoribus (ex quibus quidam poſterioris ævi eas etiam *Cauſias* vocarunt, ut indicat *Veget. d. l.*) *uti etiam recentibus ſunt tecti illi acceſſus* ad hoſtium muros & propugnacula, a forma antiqua & ſimilitudine cum porticibus vineaticis ita dictæ.

Sed noſtra ab antiqua illa forma à Veget. d. l. deſcripta, & Lipſ. l. 1. Poliorc. Dial. 7. in f. typo expreſſa, multum receſſerunt. ut inter alios ex *Boxhorn. d. l. f. 131.* ubi utraſque comparat ac delineat, *legi poteſt, cui junge Heinſ. d. l. f. 102.*

C. *Vocantur etiam à nonnullis ob dictam formam, & inprimis ſi longiores ſint, Porticus, ut patet ex Cæſare l. 2. de bello Civili in pr. item Cattheri ob eandem cauſam, Gallicè & inde Germ.* Gallerien communiter, *à quibusdam etiam* ad uſum antiquum reſpicientibus quamvis nimis latè, ein Schirmdach/ *Freitag. d. l. 1. c. 3. qui etiam ſeq. l. 3. c. 24. hodiernam formationem deſcribit.*

Sunt autem hodiernarum vinearum partes Columella vel Columnellæ deſtinis invicem junctæ, & aſſeres utrinque & ſuperne contabulatæ, *oſtium externum & internum, ac cuniculus,* de quo mox dicemus.

Ad has quodammodo pertinent Romanorum Crates & Plutei ad tegendos contra hoſtium tela ex muris jacta milites etiam inventi, ac inde etiam Germanicè ein Schirmdach dicti, *plerumque etiam apud antiquos hiſtoricos inter ſe & cum vineis conjuncti,* ut legi poteſt apud *Livium l. 21. c. 61. & l. 34. c. 17. Cæſar. l. 1.* D. *de Bello Civ. p. m. 238. & ſeq. l. 2. p. m. 272. Marcell. l. 20. p. m. 163. & l. 21. p. m. 192. Tacit. l. 2. Hiſtor. c. 21. & ſeq. l. 3. c. 20. ac l. 4. c. 28. aliosque a Lipſio d. l. 1. Dial. 7. allegatos, ubi differentias inter utrosque refert.*

Nec non teſtudines utræque, nempe opera illa ſuperne concava milites ſimiliter tegentia, de quibus *Livius l. 5. c. 5. ubi turres, vineas & teſtudines conjungit, Cæſar. d. l. 2. in pr. Hirt. de B. Alex. in pr. Polyb. l. 10. c. 14. ubi illas aggeſtitias vocat, Vitruv. l. 10. c. 20. & ſeq. Tacit. l. 3. Hiſt. 84. Marcell. l. 24. p. m. 268. Agath. l. 3. Hiſt. c. 3. Apollod. in Poliorc. legi poteſt. Et compago clypeorum* à militibus ſupra corpora compoſitorum, *cujus meminit ac originem & formam refert Livius l. 10. c. 29. & 41. l. 31. c. 39. l. 34. c. 38. & l. 44. c. 9. Tacit. d. l. 3. Hiſt. c. 23. 27. & 28. Marcell. d. l. 20. p. m. 164. d. l. 24. p. m. 272. l. 26. p. m. 326. & l. 31. p. m. 449.*

Vei & ſpoliones & ſpoliona ſimiliter protectoria, relata ab Agathia d. l. 3. c. 3. & Suida ſub illo verbo Sed, ut ex deſcriptione ibidem relata conjiciendum, *ſimiles teſtudinibus fuerunt, & ideo ab Agathiæ interprete Chriſtoph. Perſona etiam ita verſa.*

Cuniculi Gall. & Germ. Mines & Minen / *item* Sprengwerck *à ſimilitudine cavernorum, quas cuniculi & lepores faciunt, ita dicti Feſto ſub illo verbo & Veget. l. 4. c. 24. De illa Gallica & Germanica denominatione præc. c. 6. th. 17. expl. 8. actum eſt.*

Cuniculi tranſverſi Livio l. 23. c. 18. item adverſi, oppoſiti, reciproci, qui nempe contra hos ab hoſtibus ducuntur, Germ. *Contreminen.*

Modos illos indagandi antiquos & recentes, ubi etiam exempla talium ac nonnullas de illis obſervationes vide d. th. 17. expl. 8. & th. 18. explicat. n. 5.

Habent verò hodierni cuniculi oſtium ſive introitum, vel caput, deinde clauſtrum, Gall. Mantelettes, Germ. der Anſchluß der Gallerie an deß Feindes Wall/ der geſprengt werden ſol/ *porrò cavernam, cameram, antrum, vel ſpecus ſive furnum vel furnulum,* die Cammer/ cui pulvis pyrius imponitur & includitur: *ac tandem orificium ſive aditum* den Eingang in die Cammer/ qui cuniculo perfecto probè obturari & firmari debet.

Meminit etiam Valer. Maxim. l. 6. c. 8. n. 2. latebrarum cuniculi, pro occultis ex eo exitibus. De quibus omnibus legi poteſt Strada Dec. 2. l. 3. p. m. 78. & ſeq. Boxhorn. d. l. f. m. 131. & ſeq. Moretus in Obſidione Fontarabia l. 3. p. 347. & Schildknecht. & Tractatn nec non Dögen. d. p. 2. f. 459. & 491. ac ſeq.

Pertinent etiam ad hanc claſſem Tranſfoſſiones die Durchſchnitte. *Strues, Vela & Opercula, Velamina viarum, Gamurino l. 3. p. m. 39. Blinda & Candalabra, Gall. Chandeliers, Germ.* Blendungen und blenden/ *de quibus legi poteſt Idem d. l. in illa in Obſidione Bredana, antiquiora ſcilicet, inventa eſſe refert, deſcribit, ac perticas erectas candalabra dictas eſſe narrat. Et Boxhorn. f. 109.*

Corbes loricales arenâ farta, de quibus legatur Idem f. 106. & Heinſ. d. l. f. 102. Gall. Gabions, Germanicè Schantzkörbe/ welche zu Verſicherung der Stücken erfunden worden.

Corbula, Gall. Corbeilles, Germ. die kleine Körbe/ ſo zu Verſicherung der Mußquetirer gebraucht werden.

Calcata apud Hirt. de B H. p. m. 458. exponuntur à Laurenbergio in Antiquario Faſces Virgultorum; quibus verbis utitur Cæſar, l. 8. de Bello Gall. p. m. 205. Liv. l. 6. c. 10. faſces ſarmentorum, Gall. & Germ. Faſcines & Faſchinen.

Illis annumeranda magna iſta compages ex pluribus faſcibus in longitudinem circiter 20. pedum colligata & circulis ligneis inſtar vaſorum coacta, ita, ut volvi in aquas fundamenti loco ad alios faſces ſuperſtruendos poſſint. Italicè Salſiccies ad præſentatam longorum farciminum formam ita dictæ, & *in obſidione Oſtendana primùm inventa, ut refert Gamurinus d. l. p. 5. & 6.*

Affoſſio, Gallis Sappe, eine Untergrabung oder Einſchneidung eines Ganges in den Graben, *Schildkn. d. l.*

Eruta humus ex cuniculis & tali affoſſione, Gallis etiam Sappe Boxhorn. f. 108.

Sectiones operum, Gall. Coupures, Germ. Abſchnitte/ *item opera abſciſſa, fiſſa & inciſa, Boxh. f. 120. & paſſim.*

Traverſi limites vel lorica tranſverſa, quæ in præc. deſcripta.

Per-

Pertinent huc etiam ruina apud Livium l. 21. c. 8. et. c. 10. & 14. l. 23. c. 5. l. 32. c. 17. l. 38. c. 7. & l. 42. c. 63. Item Strages ruina apud Enud. l. 37. c. 33. Recentioribus etiam Hiatus & Diductiones valli Gallicè Breſches & inde German. **Breßen** / item **Wall- oder Mauer-Brüche.**

Concades, quæ ex arboribus cæſis factæ ſtrues vel congeries ſunt vel ad muniendum ſe, ut exemplum ejus habet Tacit. l. 1. Annal. c. 50. vel ad hoſti tranſitum aut fugam remorandam, ut occurrit apud Marcell. lib. 16. p. m. 77. & l. 17. p. m. 102. ac Veget. l. 3. c. 22. ubi tamen pro concædibus nonnulla exemplaria compedibus habent, ad quem locum vide Stewechab. ibid. Vocat poſteriores Liv. l. 9. c. 3. obices viarum.

Nec non à parte obſeſſorum receſſus interni, vel nova valla intra ob imminens ex deſtructis antiquis muris vel vallis periculum exſtructa, ideoque à Cæſare d. lib. de B. C. ſecundum prænotata cæca valla dicta Dögenio haud inconcinne f. 501. poſt muralia nominata.

Spectant huc Ingeniatores, Ingenieurs, qui etiam Architecti militares Marcellino l. 24. p. m. 275. & Machinatores Tac. l. 15. Ann. c. 42. & Seneca Epiſt. 86 ac communiter dicuntur. Structores aggerum apud Marcell. lib. 19. p. m. 140. **die Schantzmeiſter** munitores apud Enud. l. 21. p. m. 193. & l. 24. p. m. 268. ac 274. Livium l. 5. c. 19. & l. 7. c. 23. **die Schäntzer.** Foſſores & cunicularii apud Marcell. d. p. 274. jacere vallum Liv. l. 3. c. 28. comportare aggerem, Cæſar. l. 3. de B. C. p. m. 326. & Hirt. de Bello Alex. p. m. 395. item exaggerare, quod proprio aggerem altiorem reddere denotat.

V. Circa motionem, vel profectionem, ductum, & ſtationes exercitus, ut etiam acies, duella, velitationes, pugnas, prælia, conflictus, excurſiones, munitionem, aggreſſionem, oppugnationem & defenſionem locorum, item deprædationes, frumentationes & ſimiles actus bellicos notanda ſequentia.

1. Motionem vel profectionem ſecundum Cæſar. l. 6. de B. G. p. m. 131. & l. 3. de B. C. p. m. 333. exercitus, vel ex ſedibus ſuis, ut Veget. l. 3. c. 4. Marcell. l. 14. p. m. 6. & l. 17. p. m. 89. & Imperator in l. 2. C. de Præfect. Præt. Africa loquitur ſive hoſpitiis, ut Ulpianus in l. 3. §. 13. ff. de Muneribus & Honoribus ſcribit, vel manſionibus ſecundum Ab ead. Charſium in l. 18. §. 10. ff. Eod. vel metatis, ſecundum Tit. C. de Metat. & Epidemet. & Lipſ. l. 5. ac Milit. Rom. Dial. 22. ſive, ut hodierni ſcriptores interque eos Burgus puro latino ſtylo, ut ipſe refert in bians lib. 2. de Bello Suevico p. m. 850. loqui amant, ſtativis (quod verbum tamen ob locum Ciceron. in Orat. de L. Agrar. 2. c. 15. ubi ſtativa ab urbibus ſejungit Taber. in Comment. ad d. tit. C. de Met. & Epidem. c. 3. th. 11. hac in materia diſplicet.) Germanico, mutuata à Gallis loquendi ratione, **den Quarteiren** / de quo verbo Tabor d. Lib. 12. etiam agit, ſtationes, ut ad certum tempus aut locum omnes copiæ conveniant, & ſe Duci bellico ſiſtant. cujus exemplum inter alia apud Livium l. 41. c. 17. occurrit, quod hodie, mutuata iidem à Gallis loquendi ratione Germanice **auf dem** Rende zvous (quod ſignificat ſiſtite vos) & pure **auff dem Sammel-Platz erſcheine** exprimitur. Vel ex caſtris, ſive ſtativis (hæc enim verba ſynonyma eſſe præc. c. 6. th. 4. in explicatione demonſtravimus) ſimpliciter aut directe contra hoſtilem exercitum aut ad confinia ad hoſtium irruptiones impediendas aut in hoſticum ipſum ad illud in futuram belli ſedem occupandum aut ſaltem per excurſiones deprædandum & hoſti metata ac ſtativa perdenda.

Peragitur autem talis exercitus motio quo ad equites per triplices tubarum cantus, quorum primus Germanice corrupte **Vorcell** Gallice vero recte Bout à ſelle id eſt. ad curandum & ſternendum ſtatim equos, vel porto

A. 1. liez, ſecundus Germanice **zu Pferde** / Gallice Achaval, tertius Germ. **der Marſch / oder Fortzug** Gallice le March. Et quo ad pedites totidem tympanorum pulſus quorum primus vocatur Pigade, ſecundus **die vergaterung oder raſt** / Gallice & tertius ſicuti in buccinarum cantu etiam **der Marche** dicitur, quod etiam apud Romanos obſervatum fuit, ut refert Joſeph. l. 3. de Bello Judaico c. 3. poſt medium per trinos tubarum cantus, vel ſecundum Polyb. l. 6. c. 38. per tria ſigna, ubi legi. illiq. Schelius in not. ad ejus caſtra cap. 11. addi poteſt.

Hic vero quoad phraſeologiam notandum, ſigno primo dato vaſa collecta vel, ut Liv. l. 21. c. 47. & l. 22. c. 30. ac Cæſar l. 1. de Bello Civili p. m. 257. militari verbo cum aliis loquitur, conclamata & tertio ſigno quod propriè claſſicum bonis auctoribus & in ſpecie Livio l. 2. c. 59. dicitur, caſtra mota eſſe ex Joſepho & Polybio dd. ll.

B. Ubi obſervandum, hoc ſigno dato per præconem voce ſonora milites ter interrogatos fuiſſe, an ad bellum prompti eſſent, illosque magna voce promtitudinem ſuam declaraſſe, ut Joſeph. d. c. 3. indicat & inde phraſin notam eſſe, ad arma conclamare, quod etiam quandoque ab Imperatore ipſo per concionem factum eſt, ut ex Cæſare l. 1. de Bello Civili poſt pr. conſtat, ubi ad hujus ſermonem milites Legionis XIII. præſentes conclamarunt, ſe paratos eſſe Imperatoris ſui & Tribunorum plebis injurias defendere & alia loca omittendo ex Lucano. l. 1. poſt med. liquet ibi

- - cuncta ſimul aſſenſêre cohortes
Elataſque alte quæcunq; ad bella vocaret,
Promiſêre manus, it tantus ad æthera clamor.

Quibus obiter addendum, de tubicinibus, & illorum variis denominationibus & tympaniſtis, ejusque ſpeciebus, ut etiam tubarum, tibiarum, cornuumque diverſitate ſeq. expl. 12. actum eſſe.

C. 2. Quoad ductum: Exercitum proficiſcentem optimis Latinis Auctoribus propriè agmen quaſi agimen dici, ut illud ex Servio ad l. 1. Æneid. v. 190. Iſid. l. 9. c. 3. Voſſio in Lex. Etymol. & aliis & ex ſeqq. phraſibus conſtat, ita enim Liv. l. 6. c. 32. carpere extrema agminis, l. 9. 17. agmen trahere & agmine incedere & l. 35. c. 28. in pr. agmen incedit. Id. l. 22. c. 3. pandere agmen c. ſeq. agmen ducere. Tacit. 2. hiſt. 68. agmen cogere. 2. Hiſt. 41. De ordine agminis ſortiri, & 11. Ann. 18. agmine decedere & Cæſar l. 1. de B. C. p. m. incedere in agmen Id. p. m. 263. & 258. agmen carpere, premere, retorquere, Cic. 2. Phil. c. 42. agmen e quadrato cum gladiis ſequuntur milites. & 4. Phil. c. 7. hanc peſtem agmen in matorum ſequebatur. Et certum agminis locum tenebant barbari ſagittarii in Piſon. c. 22. ut à Brunduſio usque Romam agmen perpetuum totius Italiæ viderem.

D. Perfici autem illum per certam agminis diſtributionem, nempe alam Equitum præcedentem Obrechte de Vexillis Imperii pag. 2. barbare Antegardam Germanice **den Vorzug** / Gallice Avant Gardie, dictam, ex qua iterum certæ turmæ vel copiæ vel etiam certi delecti milites tam ad obſervandum à fronte & utrisque lateribus hoſtem, & inſidioſas invaſiones præcavendas, quàm tranſitum tutum reddendum, & loca ante ſita perſcrutanda præmitti, ideoque illi optimis Auctoribus, ut pote Cæſ. l. 5. de B. G. p. m. 121. l. 1. de B. C. p. m. 232. & l. 3. p. m. 313. Antecurſores Sueton. in Vitell. c. 17. anteceſſores. & Liv. l. 42. c. 64. Marcellino l. 23. p. m. 240. aliisque in locis procurſatores, Eidem l. 24. in pr. excurſatores ac l. 27. p. m. 251 proculcatores & Veget. l. 2. c. 15. exculcatores, unde forte Imperator Leo in Tacticis c. 3. n. 24. ſuos εκυλκάτωρας formavit, Germanice **Voitroup-pen** dici ſolent.

Sicuti etiam Livius l. 23. c. 40. inde procurſationes talium copiarum certamina vocat.

Quo pertinent exploratores apud Cæſar. l. 1. de B. G. p. m. 28. & ſeq. & l. 2. p. m. 56. item l. 8. p. m. 215. & ſpeculatores apud Eund. l. 5. p. m. 122. & Livium l. 9. c. 23.

Hos ſequebatur aliqua peditatus & equitatus pars, & poſt eos è ſingulis centuriis decem armaturam ſuam ferentes, menſuraſq́; caſtrorum. Et poſt hos ſtratores viarum, qui aggeris maligna corrigerent, ac aſpera complanarent, ſylvas obſtantes corrigerent, ut narrat Joſeph. l. 3. de Bello Judaico. c. 5. & 7. ac l. 6. c. 2. in pr. ubi metatores caſtrorum addit, & totum agminis ductum ordine refert.

Mediam aciem, quæ ex peditatu & corpore tormentorum **der Artollerey** conſtat, *de quo paulo poſt plura dicta.*

Et poſtremam, quæ ex alterutra alarum conſtat ultimo loco procedit, & ideò etiam tergum exercitus vel agminis Tacito 2. Ann. 25. 4. Ann. 73. & in Agric. c. 33. & 37. Livio extremum agminis corpus l. 6. c. 32. & Marcell. l. 24. in pr. agmen poſtremum vocatur. Ex quo iterum certæ cohortes vel certi milites deliguntur, à tergo ſubſequentes & ad utraq; latera incedentes & accuratè obſervantes, ne qua hoſtis irruendo turbet vel damnum inferat.

3. *Stationes militum in genere vel latè ita dictas, diſtinguo in hoſpitia,* quæ etiam ſedes, manſiones & metata dicuntur ſecundum ea, quæ præc. n. 1. annotata ſunt.

Caſtra ſive ſtativa, quæ duplicia ſunt æſtiva & hiberna: quanquam enim olim apud Romanos ideo, quia ab initio in hieme bella geſta non ſunt, *hiberna* pro hoſpitiis in civitatibus & urbibus uſurpata ſint, *poſtea tamen etiam vera caſtra hiberna conſtituta fuerunt*, ut ex iis quæ *præc. c. 6. th. 9. in expl.* adducta ſunt, clarè patet, *quamvis etiam tunc* plerumque in oppidis hibernatum fuerit; *ſic enim Senatus Romanus* illis militibus, qui in Apulia ad Cannas fœdè fugati fuerunt, per ignominiam injunxit, ne in oppido hibernarent, neque hiberna propius ullam urbem decem millibus paſſuum ædificarent, *Liv. l. 26. c. 1.*

Conſtat autem ex hiſtoriis Romanos poſteriori tempore pro manſionibus vel hoſpitiis ſuarum legionum, alarum & cohortium *certa & fixa hiberna ædificaſſe & quidem in limitibus plerumq́; hoſtium*, ut legi poteſt apud *Cæſar. l. 5. de Bello Gall. p. m. 111.* ibi, omnibus hibernis Cæſaris oppugnandis, *Tacit. l. 3. c. 46 & l. 4. Hiſtor. c. 15. 23. 61. & aliis in locis*, quo dubio procul reſpexit *Cæſ. l. 3. de B. G. p. m. 66.* ſcribens, *neq; opus hibernorum, neq; munitiones plenè fuiſſe perfectas.*

Et ſtationes ac manſiones in ſpecie ſic dictas, quæ poſteriori ævo fuere determinata ad certum intervallum vel ſpacium loca, ubi miles in itinere citra caſtra requiem cepit, ut jam *præced. c. 6. th. 4. in expl. diximus.*

De partibus & ædificiis publicis ac aliis annexis caſtrorum etiam d. c. 6. th. 6. expl. 2. diximus.

4. *Acies ſicut ductus in tres etiam partes paulò aliter tamen diſtribui ſolet, nempe aciem primam, mediam & poſtremam, quarum prima ex duobus equitatus alis, media ex peditatu & adjuncto rei tormentariæ corpore; & tertia ex ſubſidiis è peditum & equitum claſſibus deſumtis conſtat.*

Ubi tamen notandum, primas duas potius exercitus partes quàm plenas vel veras acies eſſe. & ſaltem unam, nempe primam vel primariam conſtituere, ut ibidem etiam diximus.

5. *De prælio, pugna, duellis, velitationibus, obſidionibus & aggreſſionibus locorum hoſtilium præc. c. 7. th. 1. A. ubi ſimul de differentia prælii & pugna noſtram opinionem adduximus, & ſeqq. ac c. 6. th. 17. & 18. egimus.*

Pertinent huc præludia pugnæ & velitans congreſſus apud Saluſt. Gallicè Eſcharmouſche & inde Germanicè **Scharmützel** *dicta. Itē phraſes nota, ad arma conclamare apud Cæſ. l. 1. de B. C. p. 258. & Liv. l. 7. c. 2. l. 8. c. 38. l. 23. c. 27. & l. 41. c. 26. claſſicum canere, ſigna canere. Liv. l. 7. c. 40. & paſſim Cic. 7. Philip. in pr. arma & tela expedire Cæſ. l. 1. d. B. C. p. m. 158. Liv. l. 22. c. 4. l. 38. c. 25. gladios diſtringere Id. Cæſar ſeq. p. 261. & Liv. ibid. arma capere & aptare ib. ſeq. c. 5. inſtruere aciem, pugnam Liv. l. 27. c. 50 & Cæſ. d. l. 1. p. 246. explicare aciem. Liv. l. 4. c. 27. Laxare aciem Id. l. 22. c. 20. raros præliare Cæſ. l. 8. de B. G. p. m. 207. diſpandirt* **fechten.** *Confertim pugnare Id. præc. l. 5. p. m. 106. item conferta cohortes Liv. l. 22. c. 49. denſata agmina Marcel. l. 16. p. m. 60. inferre ſigna Liv. l. 4. c. 38. conferre ſigna, collatis ſignis pugnare Id. l. 2. c. 64. collato pede pugnare. Id. B. cuneatim conſiſtere & pugnare* **Trouppenweiſe ſtehē und fechten.** *Æquo & iniquo loco pugnare* (quæ ubiq; occurrit) *minutatim ſe recipere Hirt. de Bello Afric. p. m. 413. circumagere aciem Liv. l. 42. c. 64. exercitum Id. l. 4. c. 28. & ſigna l. 6. c. 24. ordines turbare ibid. c. 32. terga dare hoſtibus lib. 4. c. 38. & l. 36. c. 38. vertere Cæſ. l. 4. de B. G. p. m. 97. agmen retorquere, carpere, premere, Id. l. 1. de B. C. p. m. 258. & paſſim. circumvenire aciem à tergo Id. ſeq. l. 3. p. m. 340. carpere extrema agminis Liv. l. 6. c. 32. & l. 22. c. 32. premere hoſtem ib. c. 24. veſtigia illius inſequi Id. d. c. 32.* **dem Feinde in den Eiſen liegen.** *illius terga cædere l. 28. c. 27. receptus ſignum dare l. 23. c. 37. canere Cæſ. l. 7. d. B. G. p. m. 174. & Hirt. de Bello Afric. p. m. 382. caſtris exuere hoſtem Liv. l. 5. c. 19. & l. 29. c. 2.*

Item pugna inclinat. Id. d. l. 6. c. 32. & acies fluctuat Id. præc. c. 24.

De reliquis actibus bellicis notare voluimus ſequen- C. *tia: Militum conſcriptionem*, quæ ab Imperatore vel Duce belli ipſo: *& conductionem vel conquiſitionem*, quæ ab officialibus illius auctoritate & nomine peragitur, & vulgò confunditur, *differre, ut præc. c. 3. th. 8. in expl. n.* (3) tradidimus. *Luſtrationem hodie* **die Muſterung**/ *relationem in numeros, auctorationem & armationem, hoſpitationem*, ubi de metatis & epedemeticis, & exercitationem ibid. *th. 11. & ſeqq. ac in explicationibus ſubjunctis* memoratas & deductas, & porrò recenſitionem militum poſt prælium, & tandem deprædationem, ac triumphum, de quibus *præc. c. 7. th. 14. expl. 1. & c. 11. th. 12. & in explic.* latè *& de exercitiis ſeq. expl. 8.* egimus.

Et de operis bellicis ſequentia:

Frumentationes & frumentatores apud Liv. l. 42. c. 65. & Cæſar. l. 7. de B. G. p. m. 157. ac 182. & l. 1. de B. C. p. m. 245 differre à pabulatoribus & pabulationibus à Liv. l. 10. c. 16. & l. 38. c. 25. & Cæſ. d. d. l. l. ac l. 5. D. *de B. G. p. m. 106. & Hirt. l. 8. p. m. 206. ac paſſim memoratis*, dum illi vi vocabulorum ipſorum ad frumentum, hi verò ad pabulum inferendum emittuntur; ſicuti etiam Cæſ. in primis duobus locis & *Hirt. d. l. 8. p. m. 201. ac de Bello Alex. p. m. 389.* utraſque inter ſe diſtinguit, quò pertinet *ſtatio pabulatorum apud Liv. l. 38. c. 35. Lignatorum mentio fit apud Eund. l. 10. c. 25. & d. l. 38. c. 35.*

Aquatorum apud Cæſar. l. 1. de Bello Civili p. m. 260. & Hirt. de Bello Hiſpan. p. m. 461. Occurrit etiam apud Eundem Cæſar. l. 7. de B. G. p. m. 187. verbum materiari, quod diverſas ad muniendum & ædificandum idoneas materias inferre ſignificat.

VI. Corpora & membra militaria quod concernit, Notandum extra profectionem, aciem & prælium maxima in exercitibus apud antiquos fuiſſe *Phalangem gravis armaturæ integram ex 16000. peditibus ſecundum*

dum Liv. l.37. cap 40. & Appian. de Bell. Syriac. p.m. 172. *vel* 16384. *ſecundum accuratiorem Ælian. de Inſtr. Aciebus, & Imper. Leonis in Tactic. c.14. n.94. calculum conſtantem*, ubi uterque illam exactè deſcribit, *Ælianus* verò in *duplarem* vel dimidiatam in 8192. militibus conſiſtentem & *ſimplarem*, phalargiam dictam, ac ex 4096. militibus conflatam, *meron* hujus iterum dimidium nempe 2048. militum, & *merarchiam* hujus iterum dimidium, ſcilicet 1024. & ſic porrò in minutiores partes reſolvit, de quo etiam *Leo d. c.94. & ſeqq. ubi* illam in cornu dextrum ſive caput, & ſiniſtrum ſive caudam, ac interſtitium medium ſive umbilicum vel oſtium, in quo Imperatoris ſtatio eſt, dividit, legi poteſt. *Sed Veget. l.2. c.2. Illi* ſaltem 8000. milites attribuit, adeoque ſecundum *Ælianum d.l.* & *Leon. d. c.* 14. *n.*97. vel de phalange levis armaturæ, vel dimidiâ intelligendus eſt.

Hanc integrè conſideratam *ſequitur Myrias*, quod eſt corpus 10000. militum, ſecundum quas Xerxes numeroſiſſimum ſuum exercitum apud *Herod. l.7 n.*177. & 179. diviſit, ubi talis corporis præfectum *Myriarcham* vocat, vide etiam *Polybium l.1. c.49.*

Huic proxima numero fuit Romana legio diverſa quidem pro temporum ratione militum quantitate, ſed in minima 3000. peditib9 & 300. equitib9, in maxima verò 6100. peditibus & 726. equitibus conſtans, ut *præc. c.5. th.4. expl.*1. demonſtravimus eamque in omnes partes accuratè diviſimus.

Hanc ſequitur dicta Phalangia in integrâ Phalange, ut jam in præcedentibus memoravimus, conficiens 4096. pedites.

Meros ſecundum prædicta corpus 2048. & *Merarchia* 1024. peditum conficiens, tandem *Drungus* ſive cohors millenaria apud Romanos ſecundum Leonem d. tr. c.3. n 43. & paſſim, ac *Agema* apud Macedones & alios Orientales ſimili conſtans numero ſecundum Liv. l.37. c.40. & l.42. c.51. & 58. ac Curt. l.4. c.13.

Ac denique ſecundùm hodiernam militiam *Regimina* Gallicè Regiments, Germanicè **Regimenter**/ à Maximiliano I. Imperatore, ut *præc. c.4. th.9. in explic. inf.* diximus, primùm inſtituta.

Licet enim illa olim numeroſiora fuerint, *hodiè tamen* pro Imperatoris bellici & nationum varietate quo ad pedites in maximo numero bis mille, mille quingentos, mille & infra continent ſaltem milites: *Quo ad equites* autem ad ſummum mille, octingentos, & quandoque etiam vix quingentos milites ſub ſe habent.

Et *ſemiregimina* quo ad pedites Brigades, quo ad equites Eſquadrons nuncupata.

De reliquis utrimq; minoribus corporibus d. th. 4. *expl.*2. diximus, & iis, quæ apud Græcos uſurpata fuerunt, *Ælianum d. l. & Leonem d.c.3.* de iis latè agentem Lector cupidus conſulere poteſt.

In ductu verò exercitus, acie & prælio, adeoque quo ad hujus, tanquam totius, membra & partes ſunt: *Peditatus* primæ & ſecundæ aciei: *Equitatus* & ejus *ala vel cornua, ac copia ſubſidiaria: & corpus rei tormentariæ.*

Pertinent quoq; huc tanquam partes, Frons aciei apud Liv. l.6. c.13. l.22. c.47. & l.36. c.18. Tacit.2. Annal.25. & Gell. l.10. c.9. quæ pars eſt in prælio & acie hoſti proxima, & ſi in anguſtum deſinat, *caput porcinum* ſecundum *Marcell. l.17. p. m.* 108. appellatur, quod tamen *Veget. l.3. cap.19.* cuneo tribuit. *Item Cuneus, Forceps, Globus, Serra, Rhombus præc. c.7. th.6. expl.4. & ab Æliano d. l.* tradita ac explicata, Porrò *orbis militum* ibid. *& Teſtudo duplex præc. c. 6. th.17. expl.7. relata* & expenſa: & tandem *verſus & juga, quorum illi* ſunt membra, ordines vel numeri corpo-

A. tis alicujus militaris reſpectu latitudinis vel frontis: *Hæc* verò iidem reſpectu longitudinis, ſive frontis uſque ad tergum vel caudam, ut *Ælianus d.l.* tradit.

VII. Officia militaria apud Romanos & hodie Europaos uſitata præc. c.4. th.6. 8. & 9. tradita ac in ſubjunctis explicationibus declarata ſunt.

His apud Græcos quondam uſitata ſubjungere voluimus.

Fuêre autem apud illos primaria ſequentia: Strategus ſive Dux vel Prætor militaris, *Princeps* ab illo proximus, *Myriarcha* 10000. præfectus apud *Herod. l.7. n.*179.

Porrò in peditatu Phalangarcha Ductor 4096. *Merarcha* 2048. *Marancha* 1024. peditum, *Drungarius* tribunus ſuper 1000. pedites ſive *Chiliarcha*, apud *Herod. d. n.*179. *Comes, cohortis Præfectus. Bandophorus, ſignifer, Tergidux, Lochagus manipuli præfectus*, & ſimiles partim ab *Æliano d.l.* partim à *Leone Imper. in*

B *Tacticis c.3. n.7. & ſeq.* ac paſſim memorati.

In Equitatu verò potiſſima fuerunt Epitagmarchus, qui 4096 equitibus, *Ephipparcha* qui 2024. *Epilarcha* qui 128. equitibus præfuit & *Protoſtata*, Ductor ordinis, ut apud *Ælianum d. l.* legi poteſt.

Quomodo Spartani exercitus ſuos in certa corpora diviſerint apud Cragium de Illor. Republ. l.4. c. 4. p. m. 236. *& ſeqq.* legi poteſt.

De Navalibus officialibus ſeq. expl.13. egimus.

Militum gregariorum nomina & diſtinctiones quod concernit, ſecundum eſt, apud Romanos occurrere 1. Ordinarios, qui actu militant, & in expeditionales, Limitaneos & prætorianos diſtingui: & ſubſidiarios latè ita dictos, qui ſcilicet in domiciliis ſuis ſubſiſtentes ad futuram neceſſitatem reſervantur, & quia actu non militant, plena quoque hodie ſtipendia non percipiunt, **haben nur Warte-Gelder**/ ut *præc. c.4. th.2. expl.*1. deduximus, ubi etiam de aliis ſubſidiarios,

C. qui *ſupplementa* dicuntur, egimus. 2. Tirones, veteres & veteranos, qui etiam evocati dicuntur, de quibus *d. th.2. expl.2. & præc. c.3. th.9. expl.3.* quoque diximus. 3. ſub Legionibus & in expeditionibus ac conflictibus milites diſtinctos fuiſſe *ratione levis armaturæ* in velites ferentarios ſive jaculatores, rorarios, ſcutarios, funditores, ſagittarios, baliſtarios: de quibus etiam *d. th.2. expl.3. ex parte* egimus, & quo ad reliquum *Veget. l.2. c.23. & paſſim* legi poteſt. *Quibus addendi cetrati apud Cæſar. l.1. de B.C. p.m.* 259. *Liv. l.31. c.36. l.35. c.27. & l.44. c.32. & peltati apud Eund. l.28. c.5 qui tamen d. c.36. illos & hos eoſdem facit.*

Ratione verò gravis armaturæ in antipilanos, haſtatos, principes & triarios, de quibus *præc. c.5. th.4. expl. 1. n.3.* exactè egimus, ubi ſimul demonſtravimus, Romanos nomina hæc ſæpius immutaſſe, & qui anteſignani & *poſtſignani* fuerint, docuimus. *Quibus addendum Sueton. in Julio Cæſare c. 24. Ciceron. 1. Philip. c.8.*

D *5. Philip. c.5. & 13. Philip. c.2. ac l.16. Epiſt. ad Attic.8. & Plin. l.11. Hiſtor. c.37. in pr.* etiam mentionem facere militum, qui *Alaudæ* dicti ſunt: *Et primum quidem* referre, quod à dicto Cæſare Legio ex Transalpinis conſcripta ac *vocabulo* iſto *Gallico Alauda* vocata fuerit, & hoc etiam *Plin. d.l.* memorare: *Ciceronem verò* illud nomen Legioni Antonianæ attribuere, idque ſecundum eruditos ac inter eos *Voſſium in Lexico Etymolog. ſub verbo Galerita* à ſingularibus criſtis in galeis geſtis deſumtum eſſe, eodem modo, quo memorante *Plut. in Artoxerxe c.12. Cares à Perſis galli ideo nominati ſunt, quia galeas criſtis exornarunt:* Sed *Joh. Gorop. Becanus in Hieroglyph. l.8 f.116. vocabulum illud à verbis Gallicis* **Al** & **Aut** *vel* **Aud** *derivat* & tradit denotare veteranos milites vel omnes veteranos; pro quo facit, quod *Cicero d. Orat.13. c.2. illos veteranos fuiſſe tradat.*

4. Equi-

4. Equites diviſos fuiſſe in *ſingulatores*, qui ſaltem uno equo & duplates, qui duobus equis meruerunt, & ſimul deſultores ac Tarentini Græcis verò *διπλάβολοι* & *ἀμφίπποι* dicti fuerunt: Item in Cataphractarios vel Clibanarios, Sagittarios, qui Græcis & inde Latinis etiam Hippotoxotæ dicti, & Lancearios, porrò in alarios & Legionarios, quibus tandem præterito tempore *Arcebuſarii ſive Carabini*, qui ſclopo à latere pendulo utuntur, *ferreoli*, qui à *Strada Dec. 2. l. 8. p. m. 463.* vocantur equites brevibus ſclopetis & aliis ferreis telis armati, & equopedites, de quibus omnibus *d. c. 4. th. 2. explic. 4.* etiam egimus. Quibus addendi *ex Tacito in Agric. c. 35. & ſeq. Covinarii*, qui fuerunt Britannorum milites è vehiculis pugnantes, à *Cæſare l. 4. de Bello Gall. p. m. 92. Eſſedarii dicti.*

IIX. Exercitia militum quod concernit, obſervandum illa potiſſimum conſiſtere quoad pedites in æquali gradu in ſuis jugis & verſibus ad confuſionem evitandam incedendo, currendo, ſaltando, natando, ad palum pugnando & jaciendo, cæſim & punctim gladiis feriendo, lapides & miſſilia jaciendo, tela & haſtas vibrando, pondus portando, ordinatim verſus hoſtes incedendo & ab iis recedendo, ad dextram & ſiniſtram, uti etiam à fronte ad tergum, & ab hoc ad illam ſe vertendo, intra juga & verſus ſe recipiendo, & ſimilibus conſiſtere, ut latè apud *Veget. l. 1. c. 9. & ſeqq. ac l. 2. c. 23. & Ælianum d. l.* legi poteſt. *Quibus ex hodiernâ militiâ addi debet*, ſclopetarum & bombardarum juſta & celeris infarctio vel oneratio, exploſio ad metam, refarctio & ad ſignum datum communis aut ſimultanea exploſio, item conti & haſtæ vibratio.

Quoad equites verò equi ſecundum dimenſa curatio & pabulatio ac aquatio, per ſtrigilem purgatio, ſtratio, in eum ſubitus aſcenſus & deſcenſus, ejus verſio in utrumque latus, in gyrum & flexus, celeris ſtitio, decurſio & ſclopi celeris infarctura ac exoneratio ad palum vel aliud ſignum, & ſimilia, de quibus *Hugo de Milit. Equeſtri l. 3. c. 2. & ſeq.* legi poteſt. *Pertinent huc, quæ præc. c. 3. th. 16. expl. de Campidoctoribus conſignata ſunt.*

IX. De ſignis & vexillis, illorumq́ inter ſe differentiâ, ſpeciebus, individuis apud quaſdam gentibus præc. c. 3. th. 15. in explic. per totum ex profeſſo egimus.

X. De pœnis & præmiis militaribus ſimiliter præc. c. 9. à th. 11. usque ad finem latiſſimè & *de variis judiciis bellicis* eorumque miniſtris *ibid. th. 3. explic. 3.* egimus.

XI. Caſtra, habitacula ac receptacula militum quod concernit, de primis & illorum à metatis, manſionibus & ſtativis differentiâ, ac partibus *præc. c. 6. th. 4. & in explic. & th. 6. expl. 2. & diſtinctione th. 9. & in explic. de partibus externis* verò munitionē attinentibus paulò ante *expl. 4.* ſub munimentis externis (folio 529.) egimus.

Circa Habitacula verò & receptacula militum obſervandum eſt, tabernacula & tentoria inter ſe propriè non differre, ut *d. c. 6. th. 6. expl. 2. n. 4. ubi ſimul* de utriusque etymo dictum, demonſtravimus, illaque ſimul *papiliones & pelles* per metonymiam materiæ pro materiato, ubi ibidem diximus, uti etiam *caſas militares à Veget. l. 2. c. 38. & Ovid. l. 3. Faſtor. v. 525. ac Marcell. c. 17. p. m. 109. atq́ tuguria* ibidem appellata, quæ ſi juxta mœnia vel valla urbium exſtructa ſint, ut nonnullis in locis uſitatum eſt, *Baraquen* vocantur.

Et quoad hiberna tempora hibernacula, ut apud Liv. l. 5. c. 2. l. 22. c. 32. l. 30. c. 3. & l. 45. c. 28. legitur.

Pertinent huc ædes pro corpore vigilum exſtructa & Gallis corps de garda dicta, item ad portas pro vigilibus ædificata, uti etiam *ſponla vel ſpecula* die Schilderhäuſer und Warthen apud *Liv. l. 22. c. 19. l. 23. c. 27. & l. 27. c. 30. Hirt. de Bello Hiſpan. p. m. 454. Cicer. l. 4. Epiſt. ad Famil. 3. & 5. in Verr. cap. 35. ac alios obvia, Seneca Epiſt. 57. Vigilaria & Vegetio Tuguriola vigilum l. 4. c. 26.* dictæ.

Quo ad veſtimenta prænotandum, olim nonnullas gentes, utpote *Germanos, Gallos & Britannos, nudos pugnaſſe*, ut ita expeditiores eſſent, ſicuti id *de primis Tacit. 2. Hiſt. 22. & in Germ. c. 6. ubi tamen* illos quandoque ſagulis & nonnullos loricis, caſſidibus aut galeis uſos eſſe addit & *Jul. Cæſar in Orat. ad ſuos Legatos apud Dion. l. 38. f. m. 89. de mediis, & in ſpecie Gæſatis, Polyb. l. 2. c. 28. & ſeq.* de illorum equitibus *Appian. in Parthic. p. m. 241.* ubi ipſorum corpora ſeminuda eſſe refert, & *Plut. in Craſſo c. 48.* ubi tamen *in verſione Xylandri* perperam Germani poſiti ſunt, in genere verò *Liv. l. 38. c. 21. & l. 22. c. 46. ubi* illos ſuper umbilicum nudos eſſe ſcribit, ac de utraque natione *Diod. Sicul. l. 5. c. 29. Et de poſtremis Cæſar de B. G. p. m. 105. refert, addens,* illos nuda corpora vitro coloris viridis infeciſſe, quod etiam quoad colorem ſuo quidem tempore adhuc obſervatum fuiſſe *Herodian. lib. 3. c. 47.* ſcribit, *ſed adjicit,* illos tunc ventrem & cervicem ferro incinxiſſe *Æthiopes quoq́, cùm in pugnam eunt, dimidiatum corpus gypſo, dimidiatum minio illinere Herod. l. 7. p. m. 440. narrat. Antas etiam & Slavos* ſolummodo feminalibus tectos prælia iniiſſe *Procop. l. 3. Hiſtor. Goth. p. m. 339.* refert. Quod etiam de *Herulis memorat Paulus Diac. l. 1. de Geſtis Longobard. c. 20.* Similiter hibernos milites etiam nudos, verendis exiguo linteo velatis, incedere *Reidan. l. 5. Annal. f. m. 101. & Strada Dec. 2. l. 8. f. m. 512.* tradit.

De veſtibus militum ipſis præc. c. 9. th. 29. expl. 2. diximus, & hic ſolummodo adjicere voluimus, *apud Romanos Conſulem in bellū iturum Paludamento vel Chlamide* ſecundum *Cicer. pro Rabir. Poſth. c. 10.* eâdem veſte, uſum eſſe, ut ex Hiſtoricis & aliis Auctoribus, ac inter illos *Liv. l. 9. c. 5. Floro l. 1. c. 5. Sueton. in Jul. Cæſ. c. 64. & in Aug. c. 10. Tac. 2. hiſt. 59. & 12. Ann. 50.* ac aliis conſtat, *& inde Paludatum dictum eſſe,* ut *Liv. l. 2. c. 49. l. 21. in f. l. 36. c. 3. l. 37. c. 4. & l. 41. c. 10. Tacitus d. l. 2. c. 89. & Varro l. 6. de L. L. n. 3. p. m. 51.* indicat.

Ubi notandum 1. ſecundum Florum d. l. Paludamenta hæc cum cæteris Imperii Romani inſigniis à Tarquinio Priſco poſt victoriam à Tuſcis obtentam introducta eſſe, &

2. *Conſules* ante vota in Capitolio nuncupata paludatos in militiam proficiſci non potuiſſe, ut ex *Cicer. 5. Phil. 9. & alibi ac Liv. l. 21. in f. l. 41. c. 10. & l. 45. c. 39.* apparet.

Unde verò verbum hoc (paludamentum) derivetur in dubio eſt, vide tamen Varr. d. l. & Voſſium in Lex. Etymolog.

XII. Quod militia connexa & artifices, opifices ac operarios ad illam pertinentes attinet, de illis præced. c. 5. th. 6. in explicationibus ſubjectis ac de impedimentis ſubſeq. th. 7. ac in explicationibus ſubjunctis egimus, ideoque quoad nomenclaturam Lectorem eò remittimus, *hic addentes quoad rem tormentariam machinatores tormentorum bellicorum, Liv. l. 24. c. 34. baliſtarios, tormentorum libratores, vel jaculatores* (quos nonnulli craſſo ſtylo magiſtros tormentorum vocant) item *Pyrotechnicos* die Feuerwercker: *Et quoad munimenta perficienda Ingeniatores ſive Machinatores* & architectos militares, quos *Marcellin. l. 24. p. m. 275.* ſimpliciter *architectos* vocat, *ſtructores aggerum, munitores, cuniculari os & foſſores præc. explic. 4. in f.* memoratos.

XIII. Quod

XIII. Quod tandem Navalia ſive res ad bellum navale pertinentes concernit, notandum hic præc. c. 7. th. 2. expl. 1. n. 3. de claſſibus & illorum ſynonymis, expl. 2. n. 2. de navium diſtinctionibus & diverſis generibus ſive ſpeciebus n. 3. de Navium Præfectis, & in ſpecie de Ammirali & ejus etymo ac ſynonymis, de Trierarchis, Navarchis & Naucleris, uti etiam Gubernatoribus & Navicularius: de illarum partibus & acceſſoriis & in ſpecie armamentis, ac dolonibus ſingularibus velis n. 5. actum eſſe.

Quibus hic adjicimus 1. Milites navales apud Romanos claſſiarios, utpote apud *Cæſar. l. 3. de B.C. p. m. 347. Cornel. Nepot. in Miltiade. Tacit. 4. Annal. 27. 12. Annal. 56. 14. Ann. 4. & 15. Ann. 51. & alios, nec non ex quorundam opinione navales ſocios apud Liv. l. 21. c. 50. l. 22. c. 11. l. 26. c. 35. & 48. l. 35. c. 20. l. 36. c. 2. l. 37. c. 2. 10. & 16. & l. 45. c. 2. ter dictos eſſe.*

Sed illud diſplicet Scheffero de Milit. Nav. l. 2. c. 3. ex d. Livii loco l. 21. c. 50. & l. 26. c. 35. ſtatuenti ſocios navales pro remigibus ſumi, pro quo etiam facere videtur Idem d. l. 22. c. 11. & d. l. 45. c. 2. utpote in quibus locis milites à navalibus illis ſociis expreſsè diſtinguuntur.

Poteſt tamen pro priori opinione regeri, in primo loco navales ſocios à militibus diſtingui non militiæ & profeſſionis genere; *ſed ſaltem* exercitatione & armaturâ, *quia* navales illi ſocii in armis non benè exercitati, nec gravibus armis inſtructi fuerunt, ut ex *Veget. l. 2. c. 2.* conſtat, *& in ſecundo* remiges abuſivè pro ſociis navalibus ſumitur, ut ex aliorum locorum & inprimis *d. l. 37. c. 10. ubi remiges à ſociis navalibus expreſsè diſtinguuntur, quod etiam in ſeq. c. 16. fit*, collatione & ſequenti deductione apparet. *In reliquis duobus* verò per milites, cives & milites Romanos, per ſocios verò navales milites navales ex ſociis vel auxiliis delectos intelligi, *quoniam in d. l. 45. c. 2.* etiam hi cum illis ſimul conjurarunt, & ſtipendium annuum acceperunt, quod militum proprium fuit. *Sicuti etiam d. l. 37. c. 10. & 16. ſocii navales à remigibus, ut jam dictum eſt, expreſsè diſtinguuntur, ut ipſe Scheffer. ibidem agnoſcit, addens Eund. d. l. 26. c. 48. ubi ſimiliter pro militibus claſſicis ſumuntur.*

A. *Demonſtratur illud porrò ex d. l. 35. c. 20. ubi* ex conſcriptis ſociis navalibus & additis ex terreſtri exercitu duobus millibus ſociûm & mille peditibus Romanis exercitus navalis adverſus Nabim ducendus confectus ſcribitur, *ex quo clarè pateſcit*, ſocios illos navales etiam milites fuiſſe, *cum aliàs* illis in militiam non computatis exercitus iſte contra inſtitutum Romanorum & loquendi uſum ſaltem ex tribus militum millibus conſtitiſſet, *& clariſſimè ex Eod. d. l. 26. c. 48. in quo refertur, Q. Trebellium Centurionem cum Sexto Digitio ſocio navali de honore muralis coronæ concertaſſe,* & illam contentionem propè ſeditionem veniſſe, ac ideo controverſiâ illâ per recuperatores datos exami-

B. natâ ex ſententiâ C. Lælii *à Scipione utrumq; coronâ illâ donatum fuiſſe. Si enim ſocii navales* ſaltem remiges & non milites fuiſſent 1. arma non habuiſſent, 2. ad oppugnationem non admiſſi fuiſſent, & 3. Digitius ille cum Trebellio de gloria iſta ſumma concertare non auſus ac 4. multò minus in honore iſto illi æquatus fuiſſet. *Quam hiſtoriam etiam Imperator Conſtantinus in Excerptis ex Dione, ubi hic utrumq; militem vocat, p. 602. memorat.*

Quibus addendum Græcis claſſiarios Epibatas apud Polyb. l. 1. c. 49. & l. 16. c. 2. vocari, illudq; nomen etiam ab Hirtio in Bello Afric. p. m. 407. uſurpari, de quo tamen conſule Scheffer. d. l. in pr.

C. 2. *Arma navalia potiſſima eſſe ſequentia*, aſſeres, falces & bipennes ſecundum *Veget. l. 4. c. 46.* ubi illa explicat. *Item* manus ferreas, quæ in hoſtilem navim injectæ eam retinebant, ut in illam inſilire hoſtes poſſent, harpagones, pilas, tragulas, ſecundum *Cæſar. l. 1. de B. C. p. m. 253.*

3. *Navalia Romanis* Scriptoribus, & inter illos *Cæſari l. 2. de B. C. in pr. p. m. 271. & 281. Liv. l. 3. c. 26. l. 8. c. 14. l. 36. c. 2. l. 37. c. 11. l. 4. c. 51. & l. 45. c. 3. eſſe armamentaria* pro navibus collocandis exſtructa, eaque hodie ad imitationem Venetorum Arſenalia, ab arce dici, ut notum eſt.

4. *Navium fabricatores Naupegos dici.*

Finis hujus Partis quartæ.

OPERIS POLITICI
Liber III.
DE
REIPUBL. EVERSIONE
CAPUT I.
DE CAUSA EVERSIONIS EFFICIENTE PRINCIPALI,

&minus principali, ex parte ſolius Magiſtratus,& Magiſtratus & Subditorum ſimul: Ubi de Juſtitia, Concordia, Ambitione, Avaritia, Abdicatione intempeſtiva &c.

S V M M A R I A.

A.

TH. I. Connexio & ratio ordinis, Reipubl. Everſio, quid & quæ circa illam obſervanda.

Expl. Variamutationis ratio & denominatio.

TH. II. Everſionis cauſa efficiens eſt vel formalis.

TH. III. Efficiens quotuplex.

TH. IV. Prima quæ.

Expl. I. Inſtabilitas rerum humanarũ demonſtratur.

Expl. II. Fato, fortuna, numeris, Aſtris & ſimilibus, ab Ethnicis adſcribitur falsò illa mutabilitas: Verè autem uni Deo.

Tres gradus, ſecundum quos Deus circa mutationem rerumpubl. agit, notantur.

Deus in Everſione utitur mediis diverſis.

TH. V. Cauſa ſecunda eſt interna vel externa.

TH. VI. Interna quæ & quomodo procuretur.

Expl. Cauſa hæc diſtingu. in communem & particulares.

TH. VII. Quomodo Magiſtratus everſionẽ maturet. B.

Expl. I. Cur vitia & imprimis injuſtitia à Magiſtratu

Expl. II. Diſcordia quare Resp. evertatur. (vitanda.

Quid ſentiendum ſit de illo. Diſcordias eſſe fulcrum ſecuritatis. Quomodo contentiones virtutũ vovenda.

Expl. III. Ambitio & Avaritia quantum valeat.

Expl. IV. De libidinis malo.

Expl. V. Superbia vitium & effectus.

Expl. VI. Abdicatio intempeſtiva, quàm nociva ſit.

Tempeſtiva verò permiſſa.

An Papa poſſit renunciare? remiſſivè.

Expl. VII. Indulgentia nimia in ſubditos prohibita, & laxa diſciplina quantum noceat.

Expl. VIII. Religionis avita, privilegiorum, legum ac conſuetudinum immutatio quàm damnoſa. Ubi monitum & cautela circa religionis mutationem.

TH. VIII. Magiſtratus & ſubditi quomodo ſimul everſionem procurent.

TH. IX. Magiſtratus & ſubditi ſimul quibus modis Respubl. evertant. C.

Expl. I. De religioſa Tyrannidis malo & incompetenti exercitio. Ubi de inquiſitione Hiſpanica.

Expl. II. Idololatria mala & origo.

Contemtus Dei ſive impietatis & perjuriorũ pœna.

Expl. III. Libidinum pœna.

Expl. IV. Nimia felicitatis mala.

Cur ſecunda res ita noceant.

Expl. V. Luxus incommoda, & quare illa proveniant.

Expl. VI. Superbia Deteſtatio. Ejus conſequens avaritia & pauperum oppreſſio. Ubi ejus quadam ſpecies & effectus.

TH. I.

A. *Hactenus Reipubl. conſervatio & adminiſtratio: Sequitur ejusdem everſio, quæ nihil eſt aliud,* quàm violenta Reip. diſſolutio, vel formalis tranſmutatio: *Cujus conſideranda veniunt (1.) Cauſa (2.) Subjectũ (3.) Adjuncta (4.) Effectus (5.) Contraria.*

Explic.

POlitici hac in materia diverſa uſurpant vocabula, pro diverſa ſcilicet Reipubl. mutatione.

Nonnunquam enim quando respubl. naturaliter ob ſenium, uti dicunt, pedetentim deficit, & perit: interitũ naturalem vocant Cic. 2. de Div. 2. quem in modum Polyb. l. 6. c. 49. Rempubl. cum corpore vivo comparat hisce verbis: Cujusq; corporis & Resp. auxeſis quadam eſt ſecundũ naturam deinde vigor, poſtea rurſus diminutio: ut ſeq. th. 3. expl. 1. & prac. l. 2. part. 3. c. 1. th. 4. in expl. latius demonſtravimus. Vocatur verò tempus hujus ſemi B. *periodus fatalis*, de quo vid. *Arniſ. l. 2. de republ. c. 1. & qua ſeq. c. ult. th. 6. expl. 1. habentur.*

Nonnunquã verò, quando nempe tota respubl. violenter immutatur, everſionem & ſubverſionem vocant, fitq; illa duplici modo (1.) quando cum forma Reipubl. etiã populus exſcinditur, *& quidẽ* aut interfectione, quod fecit *Imperator Severus in expugnatione Byzantinorum Urbis, ſecundum Herodian. l. 3. c. 19. Aut in ſervitutem abductione, uti Judaus fecit Salmanaſſer Aſſyriorum Rex 2. Reg. 17. & Thebanis ab Alexandro factum. Juſt. l. 11. c. 4. (2.) Quando Respubl. per ſubditorum violentiam in anarchiam degenerat*, omni imperantium & parentium ſublato ordine & reſpectu, de qua vid. *Ariſt. 5. Pol. 3.*

Nonnunquam etiam quando ſaltem ſtatus Reip. ſive in deteriorem, ſive in meliorem mutatur, *mutatio in ſpecie*, & ubi in deteriorem transformatur, *deſtructiva*, ubi verò in meliorem tranſit, *perfectiva* ipſis vocatur: de quo vid. *Arniſ. d. l. 2. Pol. 1.* & quæ *ſeq. c. 4. th. 1. expl. 1.* C. adducta ſunt. *Vocatur etiam converſio*, de cujus ſpeciebus vel modis variis *ibid. expl. 2. &* 3. tractabitur.

Everſio itaque, ut dictum, in ſpecie obtingit, quando vel Reip. forma cum populo ipſo extinguitur, *vel* Reip. forma ſolum violenter tranſmutatur aut diſſolvitur.

Eſt igitur ſaltem aliqua mutatio, non tamen everſio, quando Respub. non totaliter diſſolvitur vel tranſmutatur, ſed aliquid ſaltem in illa mutatur: *v. g. quando ii* in quorum poteſtate fuit Respubl. à ſubditis certis de cauſis necantur vel expelluntur, aut prælio vel occupatione violentâ victi trucidantur vel captivi deducuntur,

A. cuntur, *populo alium Magiſtratum, ſalvo manente prio-rs Reſpubl. ſtatu ſibi præficiente, aut victore* ſibi poteſtatem hanc dominii in victos & occupatos, ſalvo itidem manente ſtatu, attribuente, id quod maximè in Regno fit: *Item quando* una Regni ſpecies in aliam tranſit, vel nova Magiſteatus ſpecies dejecto vel mutato veteri introducitur. *De quibus ſeq. c. 4. th. 1. in explic. dictū eſt.*

TH. II.

Everſionis cauſa eſt efficiens vel formalis.

TH. III.

Efficiens eſt prima vel ſecunda.

TH. IV.

B. *Prima Deus eſt, qui ut* Reſpubl. per gratiam ſuam fundat & conſervat, *ita* per iram easdem evertit.

Explic.

1. C*Um nihil ſit ſtabile in toto terrarū orbe, ſed omnis noſter ſtatus in perpetuo conſiſtat motu, ſecundùm Imperat. in Nov. 7. c. 2. in pr. & ne quidquam quidem in rebus humanis ſtabile ſit & firmum, juxta Pauſan. l. 8. f. m. 320. & Spartian. in Severo c. 14.*

Certum inde evadit etiam corporibus myſticis, ut Imperiis, Regnis, Rebuspubl. Principatibus, Civitatibus, & ſimilibus ſuam etiam obtingere mutabilitatem, ætatumq; diverſitatem, puta infantiam, pueritiam, adoleſcentiam & ſenectutem, uti loqui amat *Florus in Proœmio hiſt. Amm. Marcellin. l. 14. f. m. 11.* & id latius à *Fab. 1. Semeſtr. 9. & nobis præc. l. 2. parte 3. c. 1. th. 4. in expl.* deductum eſt. *Ac ita in quavis harum*, ſingulares ſuos effectus, puta incrementa & decrementa, morboſq; qui-
C. bus tandem conſumuntur, & in nihilum non rarò deſinunt, ut indicat *Vellej. l. 2. Hiſt. c. 11. his verbis: Quemadmodum urbium imperiorumq;, ita gentium nunc floret fortuna, nunc ſeneſcit, nunc interit.* Eleganter inde *Puteanus in Hiſt. Ciſalp. l. 2. p. m. 70. Oriuntur omnia ut occidant, incipiunt ut deſinant, rebusque cunctis vices agnata.*

Quemadmodum enim, qui ad verticem montis pervenit, ſi progredi vult, deſcendere debet, *ſic ubi* imperium quoddam ad ſummum faſtigium egreſſum eſt, cum creſcere amplius neſcit, & ſtare per legem naturæ ignorat imminuitur iterum & cadit. *Perpetua ſiquidem* illa in omnibus rebus lex eſt, ut ad ſummum perducta rurſus ad infimum velocius quidem quàm adſcenderunt, relabantur. *Quod objecerunt Romanorum Legati apud Halicarn. lib. 8. c. 26. Marco Coriolano hiſce verbis: Cogita, quàm mutationibus obnoxia ſint omnia, quàm nihil in huma-*
D. *nis rebus ſtabile, & quicquid ad ſummum claritatis faſtigium evectum eminere cœperit indignationem Deorum non effugere, vertique rurſum in nihilum. Et obſervavit Cypr. Tr. 1. contra Demetr. circa pr.* ſic ſcribens: *Hæc ſententia mundo data eſt, hac Dei lex eſt, ut omnia orta occidant, & aucta ſeneſcant, ut infirmentur fortia, & magna minuantur, & cum infirmata ac diminuta fuerint, finiantur. Quod etiam inculcat Thuan. lib. 1. Hiſtor. f. m. 5. Ut homines, ſic imperia naſcuntur, creſcunt, decreſcunt, ac tandem moriuntur, certosque temporum limites à divina providentia præſtitutos habent, qui nullâ vi noſtrâ, nulla prudentiâ tranſiri poſſunt.*

Quo reſpiciens Seneca de Tranquill. animi c. 11. ſcribit: Quod regnum eſt, cui non ſit parata ruina, & proculcatio & Dominus & Carnifex: Nec magnis iſta intervallis diviſa, ſed horæ momentum intereſt, inter ſolium & aliena genua, & Epiſt. 91. Nihil inquit, privatim, nihil publicè ſtabile eſt, tam hominum, quàm urbium fata volvuntur, ubi præmittis ſequentia.

Eſſet aliquod imbecillitatis noſtræ ſolatium rerumque noſtrarum, ſi tam tardè perirent cuncta, quàm fiunt: nunc incrementa lentè exeunt, feſtinatur in damnum.

Obſervatum verò ab Hiſtoricis, ſæpe non niſi horam interfuiſſe inter regale ſolium & aliena genua ſecundùm paulò ante allegatum Senecæ locum, & illud Senecæ Tragici in Thyeſto Actu 3. in Choro circa finem.

Quem dies vidit veniens ſuperbum
Hunc dies vidit abiens jacentem,

& ibid. paulò ante:

Ima permutat brevis hora ſummis.

Ubi etiam omnes Reges & Magnates graviter admonet, hujus fluxitatis hiſce verbis:

Vos quibus Rector maris atque terræ,
Jus dedit magnum necis atque vitæ,
Ponite inflatos tumidosq; vultus:
Quicquid à vobis minor extimeſcit,
Major hoc vobis Dominus minatur.

Licet verò nonnulli Ethnici & inter eos Stoici fato illam mutationem adſcribant, ac quidem tantâ neceſſitate, ut ei nullo modo reſiſti queat. Et hinc *Plutarch. in libell. de fato c. 1.* ex Platone illud deſcribat *divinam orationem quam tranſire ſit nefas, & qua à cauſa pendeat nulli impedimento obnoxiâ: ſive legem naturæ univerſi, ſecundùm quam omnia, quæ fiunt, tranſigantur. Max. Tyrius diſſert. 30. Tyranno id comparat, cum nec ſuperiorem agnoſcat, nec mutari poſſit. Paterculus quoque* expreſsè ita ſentiat. *Ineluctabilis fati vis, cujuscunque fortunam mutare conſtituit, conſilia corrumpit lib. 2. c. 57.* nec non *Marcell. lib. 14. p. m. 28. Manus injectantibus fatis hebetari ſolent ſenſus hominum & obtundi.* Et apertius *Curt. lib. 5. c. 11.* Ubi de Darii fatali interitu agit. *Æternâ conſtitutione crediderim nexuque cauſarum latentium ac multò ante deſtinatarum ſuum quemque ordinem immutabili lege percurrere. De quo plura legi poſſunt apud Tholoſan. lib. 21. de Republ. c. 7. Cæterùm de diverſis fatorum ſpeciebus latè agit Salzedo in Comment. ad D. Thomam de Regim. Princ. lib. 1. c. 3. Diſc. 6. Fliſcus in Decade de Fato Sphærâ 9. & Goclen. in Aſtrolog. Gener. l. 1. c. 5. Epicuræi contra omnia fortunæ attribuant, ut annotavit Scalig. ad Manil. l. 4. Aſtronom. v. 14.*

Platonici porrò numerorum vi, quam etiam Fliſcus d. tr. Sphærâ 1. ante f. defendit.

Alii verò, & inter illos ex recentioribus Morinus in Aſtrologia Gallicâ, & Fliſcus d. Sphærâ 1. aſtrorum efficaciæ, uti etiam Cometis & Eclipſibus.

Primiq;, rejectis cæteris & à Tholoſ. d. lib. 21. c. 9. n. 12. & ſeqq. Loccenio l. 1. de Ordin. Republ. c. 3. Arniſ. lib. 2. Polit. c. 2. Gelſtrup. in Trifolio Politico Tmem. 2. c. 2. ac à Gaſſendo lib. 6. Phyſic. ſect. 2. & nobis ſeq. c. 4. th. 6. expl. 1. & th. 7. in expl. quodammodo refutatis ex parte excuſabiles ſint, dum multi illorum fatum cum divina voluntate & Providentia, quamvis ejus veram notitiam ignoraverint, *in effectu idem faciunt, ut patet ex allegato Plutarchi loco*, ubi divina oratio ab ipſo vocatur. Ex *Apulejo lib. 1. Dogmat. Plat. p. m. 14. ubi* fatum divinam legem nominat, & *Seneca* fato aliâs omnia, inprimis *de Provid. c. 5. tribuente & Epiſt. 107. circa fin. Ubi Deo auctore omnia provenire ſcribit, immò expreſſius lib. 4. de Benefic. c. 8. naturam, fatum, fortunam ejusdem Dei nomina eſſe, variè utentis ſuâ poteſtate, tradit.*

Vide

A. *Vide tamen Thomaſii Exercitat. de Stoicâ mundi exuſtione, ubi in ſubjectâ Diſſert. 13. fati illius malignitatem latè demonſtrat.*

Nos tamen Chriſtiani ſoli Deo, ut rerumpubl. conſtitutionem, *ita* etiam illarum mutationem vel everſionem latè ita dictam *attribuimus, expreſſis ſcripturæ teſtimoniis fulti.* *Ita enim Rex & Propheta David Pſalm.* 44. *verſ.* 3. In manu tuâ gentes expuliſti & plantaſti ipſos: malo affeciſti nationes, & propagaſti ipſos; ac *Pſalm.* 127. *verſ.* 1. niſi Jehova cuſtodiat civitatem, fruſtra ſedulus eſt cuſtos. Et *Daniel in Proph. c.* 2. *verſ.* 21. Ipſe Deus transfert regna, & conſtituit Reges.

Idq́ etiam agnovere nonnulli Ethnicorum, inter quos paulò antè memorati Romanorum Legati, dum neminem indignationem Deorum effugere poſſe, ſtatuerunt. *De quo latè agit Tholoſanus l.* 21. *de Republ. c.* 3. B.

Pertinent huc, quæ ſeq. c. 4. *th.* 11. *expl.* 3. *contra Imperiorum pignora & Deos Tutelares in medium protulimus.*

Notandum verò hic eſt (1.) *Nonnullos tres facere gradus, ſecundùm quos Deus ter Opt. Max. in res humanas, eas ſcilicet ob peccata interverſurus, agat.*

Primò cum Divinæ vindictæ vis ita imminet, ut nullo modo placari queat, *quo caſu* omnia conſilia vana & irrita, imò quaſi interitum accelerantia, ſunt: quod etiam obſervarunt *Hiſtorici.* *Ita enim Livius more ſuo lib.* 1. *c.* 42. *Servium humanis conſiliis fati neceſſitatem rumpere non potuiſſe, ſcribit: & lib.* 8. *c.* 24. *fugiendo ferme in media fata rui judicat.* *Comparatur hinc* hic divinæ iræ gradus torrenti, qui, quò magis obices opponuntur, eò magis omnia ſternit.

Secundò quando divina ira concitata eſt, ut difficultor & lentè averti poſſit, ac placari, & tunc flumini rapaci, omnia quidem ſubvertenti, ſed tandem tamen ægrè C. placabili comparari ſolet.

Tertiò quando eandem mediocris vel facilè placabilis eſt, adhibitione legitimorum, puta Pietatis, Juſtitiæ, Caſtitatis & aliarum virtutum novo exercitio & poſtliminio reſtitutione.

II. *DEUM imperia, regna, principatus, rerpubl. urbes everſurum, uti mediis antecedentibus, illam everſionem tum externis*, utpote hoſtes potentes movendo, *tum internis*, in numeroſo & robuſto populo diſcordias & bella civilia ciendo, peſtem excitando, Rectores ſapientes & Conſiliarios prudentes, fortesque viros è medio tollendo, & talibus, quod etiam agnovit, & Romæ ſuæ vaticinatus eſt, hiſce verbis. *Saluſt. in Orat.* 1. *de republ. ordin. Ego ſic exiſtimo, quoniam omnia orta intereunt, quâ tempeſtate Urbi Romanæ fatum excidii adventaret, cives cum civibus manus conſerturos: ita defeſſos & exſangues Regi aut nationi prædæ futuros.* D. *Aliter non orbis terrarum neque cuncta gentes conglobata movere aut contundere queunt hoc imperium.* *De quibus ſuo loco latius dicetur:* *Bodinus verò in præfat. ad Rempubl. conſulendus eſt.*

Notandi hîc ſunt ex occaſione illi, qui urbibus magnis natalitia themata erigi curarunt, ut Romæ factum à L. Tarutio Firmano, referente & illum, deridente *Cicer.* 2. *de Divinat.* 47. *Et Conſtantinopoli*, cum enim Conſtantinus Magnus illam ædificare vellet, per Valentem Mathematicum natalitium thema confici juſſit, & ab illo edoctus eſt, urbem illam ſexcentos nonaginta ſex annos duraturam, ut refert poſt *Cedren. in Compendio Hiſtor. ſub Imperio Conſtantini illius f. m.* 233. *Zonar. lib.* 3. *Annal. ſub ejusdem Imperio f. m.* 114. *Quod etiam Urbi Venetæ factum eſt, ut refert Juſtinianus lib.* 1. *Hiſtor. Veneta f.* 3. *ubi ſimul thema ipſum & judicium felicium in rebus omnibus incrementorum legi poteſt.* *Vide etiam Goclenium Parte* 2. *Aſtrolog. Gener. c.* 5. *ubi modum, qui in erectione figuræ Metropolis cujusque provinciæ obſervandus eſt, præſcribit.*

Pertinet huc, quod memorante Elmacino l. 2. *Hiſtor. Sarracen. c.* 3. *ex verſione Herpenii Almanſor civitatem Bagdadum eo tempore fundaverit, quod unanimi conſenſu elegerint Aſtrologi.*

Quaſi verò urbis natalis dies ad vim ſtellarum & lunæ pertineret? & poſito in puero referre, ex qua affectione cœli primum ſpiritum duxerit, hoc in latere aut in camento, ex quibus urbs effecta eſt, etiam poſſit valere? ut Cicero d. l. ſalsè ſcribit.

TH. V.

Secunda cauſa eſt vel interna vel externa.

TH. VI.

Interna eſt, quæ in republ. ipſa exiſtit, *eſtque illa vel* Magiſtratus & ſubditi ſimul, *vel* ſubditi ſolùm.

Explic.

C*Auſa hæc diſtingui poteſt in communem & particulares: Illa eſt* quæ omnibus Rebuspubl. convenit, qualis peccata cumulata *Prov.* 18. *v.* 2. nimia felicitas & otium longum cum pace conjunctum, de qua paulo poſt *c. ſeq. th.* 6. *expl.* 2. dicetur. *Hæ*, quæ particulari uni atque alteri ſtatui interitum accelerant, de quibus in ſequentibus tractabitur.

TH. VII.

Magiſtratus tantùm everſionem Reipubl. maturat (1.) Injuſtitiâ (2.) Diſcordiâ (3.) Ambitione & Avaritiâ (4.) Impotenti libidine (5.) Abdicatione intempeſtivâ (6.) Superbiâ (7.) Nimiâ indulgentiâ & laxâ diſciplinâ (8.) Inconſultâ religionis, libertatis vel privilegiorum, legum & inſtitutorum immutatione.

Expl.

I. E*Gregiè Iſocrates in Orat.* 5. *ſive de pace p. m.* 357. de vitiorum fuga & damno diſſerit, hiſce verbis: *Decet autem virtutes exercere & averſari vitia, non privatos homines duntaxat, ſed civitates etiam, ac multo quidem magis.* *Nam homo ſceleratus, atque impius fortaſſis obierit, priusquam dat ſcelerum pœnas, urbes verò, quæ quodammodo immortales ſunt, nec divinam nec humanam animadverſionem effugiunt.* *Licet verò omnia vitia* civitatibus & imprimis earum Rectoribus ob prædictam cauſam ſummo vitanda ſint ſtudio. *nos tamen ſaltem præcipuas* tanquam proprias everſarum Rerumpubl. cauſas hîc conſiderare volumus, *primoque loco ponimus injuſtitiam & imprimis Magiſtratus, quando vel* ſceleribus & flagitiis contra leges datur impunitas *vel* innocentia opprimitur, de qua expreſsè teſtatur *Eccleſiaſticus c.* 10. *verſ.* 8. *Regnum à gente unâ ad alterum traducitur propter injuſtè facta & contumelias pecuniasque dolo partas.* Adverſatur enim juſtiſſimus Deus omnem injuſtitiam: *Unde tot maledictorum fulmina adverſus injuſtos in lege Dei vibrata Deut. c.* 25. *v.* 16. *& c.* 28. *v.* 13. *& ſeqq.* *Quod etiam agnoverunt gentiles; ita enim Seneca in Thyeſte Actu.* 2. *v.* 214. *& ſeqq.*

Ubi non eſt pudor,
Nec cura juris, ſanctitas, pietas, fides,
inſtabile regnum.

Plato Dial. 2. *de Republ. f. m.* 372. *Injuſtus poſt certum temporis intervallum dignas injuſtitiâ pœnas luit, & ſe*

ipſam & familiam ſuam & civitatem funditus evertit. *Sophocl. in Ajace Locro, verſ.* 1103.

Sed ubi licentia omnis eſt injuria
Tunc ſtatim urbis poſtmodo tandem illius
Curſu è ſecundo peſſum iturum exiſtima.

Et Diod. Sic. l.14. c.1. injuriis in ſubditos horumq́; odiis majeſtas principum everſa cadit.

Exempla in Hiſtoriis ſacris & profanis ſunt frequentia.

Exſtirpata ferè Tribus Benjamin, quod Gibeonitas, qui Levitæ conjugem violarant, ſiſtere recuſaverit, *Judic.20.v.46. & ſeqq.* *Labefactata & concuſſa Sparta*, quod injuriam Scedaſi filiabus per ſtuprum illatam in Legatis vel civibus ſuis vindicare noluerit, *Diod. Sic. lib. 15.c.54. & ſeqq. Pauſ.l.9.f.352. & Plutarch. in Pelopidâ c.37. Exciſa Corinthus*, quod impunitos dimiſiſſet cives, qui Legatos Romanos lotio perfuderant. *Florus l.2. c.16.*

Exuſta à Gallis per occaſionem Roma, quod raptorem conjugis Aruntis Hetruſci Lucumonem non puniverint: Hâc enim motus iniquitate Hetruſcus adverſus Italiam Gallos concitavit *Livius lib.5.c.33.*

Animadvertit hoc bene ſuo tempore Alcuinus Anglicanus Monachus, dum apud Wilielmum Malmeſburienſem de geſtis Regum Angl. l.1.c.3. ita loquitur: Legitur in libro Gildæ ſapientiſſimi Britonum, quod idem Britones propter avaritiam & rapinam Principum, propter iniquitatem & injuſtitiam judicum, propter deſidiam Prædicationis Epiſcoporum, propter luxuriam & malos mores populi patriam perdidere.

Pertinet huc injuſtitia circa præmiorum diſtributionem & pœnarum irrogationem exercita, de qua vid. Loccen. de ordin. Republ. lib.1.c.9. & 14

II. *Rebuspublicis & Regnis per Magiſtratuum & Succeſſorum diſcordiam everſionem procurari, luce meridianâ clarius eſt, cum non alius diſcordiarum ſoleat eſſe exitus inter claros & potentes viros, niſi aut univerſus interitus, aut victoris dominatus, aut Regnum. Cic. de Haruſpic. reſpon. c.25. & nulla domus ſit tam ſtabilis, nulla Civitas tam firma, quæ non odiis & diſſidiis funditus poſſit everti, Idem in Lælio c.7. Cenſet ideo Veget. lib.3.c.10. nullam, quamvis minimam nationem ab adverſariis poſſe deleri, niſi propriis ſimultatibus ſe ipſam anteà conſumſerit. Idem de Romana in ſpecie Republ.* ſcribit *Saluſtius in Orat. de Ordin. Republ.1. in med.* quo pertinet illud Maſiniſſæ apud *Eund. in bello Jugurthino. c.10. Concordiâ res parvæ creſcunt, diſcordia maxuma dilabuntur.* Quod etiam ante ipſum *Rex Tullius apud Halic. l.4. c.31.* expreſſit his verbis: *Infirmæ res concordiâ potentes fiunt, cæterum vel potentiſſima peſſumeunt, ubi laboratur invidiâ mutuâ.* & poſt ipſum *Sphendoplocus* magnæ Moraviæ princeps apud *Conſtant. Porphyrog. de Adminiſtr. Imper. c.41.*

Quo pertinet illud Ageſilai Regis auditio, quod in bello Græcorum inteſtino tanta clades hominum facta eſſet, dicentis, ô infelicem Græciam quæ tantum hominum ipſa ſibi interimit, quantum ſatis erat ad univerſos vincendum barbaros. *Plut. in Lacon. c.14.*

Quod obſervans Druſus, non leve decus quæſivit illiciens Germanos ad diſcordias apud *Tacit.2. Ann.62. & Tacitus ipſe de Mor. Germ. c.32. Urgentibus, inquit, imperii fatis nihil jam præſtare fortuna majus poteſt, quàm hoſtium diſcordiam*, & 4. *Ann.49. diſcordiam extremum malum nominat.* Quod etiam *Salvator noſter Jeſus Chriſtus docet Lucæ 11. verſ.17.* dicens: *Omne Regnum diſſidens adverſus ſeſe vaſtatur, & domus adverſus ſeſe diſſidens, cadit.*

Quâ de cauſâ Turci referente Leuncl. lib. 1. Hiſtor. Muſulm. f. 28. concordiâ quâdam rarâ res

A. *ſuas ſtabiliunt & fortunas alienas evertunt, indeque ſemetipſos nominare conſueverunt Iſlamos, hoc eſt, unanimos, & inter ſe pacificos. Deumq́; precari non ceſſant*, ut inter ſe diſcordes perpetuo *Gentes* eſſe velit.

Sic diſcordia & inteſtinum odium inter Græciæ civitates Philippo Macedoniæ Regi anſam & occaſionem dedit eam ante & viribus & dignitate orbis terrarum principem & regum gentiumque ſemper victricem in fœdam ſervitutem trahendi Juſtin. lib. 5. c.4. & ſeqq.

Alexandri M. Monarchiam deſtruxit, & Romanis quaſi ceſſit Succeſſorum diſcordia, *Juſtin. lib.13. c.4.*

Sic Republica Judaica vaſtationem & excidium maturarunt Pontificum ſummorum cædibus & odiis dimicantium diſſidia & factiones. *Hinc enim* in B. Judæam attracti primum reges Syriaci deinde Romani. *Quomodo vero Rex Antiochus urbem Hieroſolymam nullo negocio occupaverit legi poteſt apud Joſeph. l.12. Antiq. Judaic. c.7.*

Orientis Imperium everterunt & in prædam Barbaris dederunt Græcorum Principum diſſidia & æmulationes, ut eleganter hoc demonſtrat *Leunclav. d. lib.1. Hiſtor. Muſulm. p.27. Auguſt. Cal. Curio in lib 2. Sarac. Hiſtor.* Quod ſimul etiam Principum Europæ diſcordiis, qui alias Turcis hoc impedire potuiſſent, adſcribit *Sturmius in Dial.1. de bello Turcico, & Æneas Sylvius in orat. ad Papam Nicolaum V.* de bello contra Turcam gerendo, ſive de Paſſagio, de quo etiam legi poteſt *Boecler. de Paſſag. parte 3.*

Magnæ Moraviæ principes ob diſſidium à Turcis ſuperati, & ejecti *Conſtant. Porphyrog. d.c.41.*

Diſſidium Warvicenſium & Sombreſſiorum, item C. *familiæ regiæ Eboracenſis & Lancaſtrenſis* quot viciſſitudines & intercmtiones procuraverit, refertur à *Comin. lib.1.c.7. & lib.6.c.13. ac ſeq. c.2. th.3. in expl.* diximus.

Cyprum Inſulam & regnum Chriſtianorum Principum diſcordiâ juris Turcici factam demonſtrat. *Gratian. de Bello Cypr. lib.1. p.45. & lib.4. p.406. & ſeqq.*

Idem de amiſſa Aſia, Græcia, & aliis locis, nec non maximâ Pannoniæ parte ſtatuendum eſt, ut etiam tradit *Lackner in Galea Martis claſ.5.n 6. & Revva in Monarch. Hungar. Centur 6.f.m.114.*

Imperium Romanum à temporibus Ottonis Henrici VI. filii uſque ad Rudolphum I. diſcordibus electionibus & interregnis laceratum & graviſſimè afflictum & bello proximo diſſidiis Procerum ferè prædam exteris factum fuiſſe omnibus notum eſt.

D *Ita etiam occaſione diſcordiarum* quibus olim laborarunt Sileſiæ Principes, *Sileſiam* à Polonico regno avulſam, & ex libera Provincia regno Bohemico fiduciariam factam eſſe, teſtantur poſt *Mechovium lib.4. Chron. Polon. c.14. & ſeqq. Annales Cures & Schickfuſii lib.1. c.28. & ſeq. Et ex ſimilibus Præfectorum diſſidiis magnum iſtud Sinicum Imperium diſtractum & viribus minutum tandem in Tartarorum pervenit poteſtatem, ut refert Martin. in Hiſtoria illius belli p.m.48. & ſeqq.*

Quantum detrimenti Italiæ contrariæ Paparum electiones & ex hiſce ſecutæ & reſuſcitatæ *Gibellinorum & Gelphorum factiones* attulerint, refert *Sigon. lib.13. de Regn. Italiæ in pr. & ſeq. c.2. th.3. in expl. dicetur.*

Plura exempla peti poſſunt ex Garzonii Emporio lib.2. diſc.2.

Patet

Patet hinc, quid ſentiendum ſit, de quorundam Politicorum Paradoxo diſcordias inter ſtatus, Proceres, Conſiliarios, Miniſtros & ſubditos a Principe ad ſecuritatem ſtatus ſui diſſenſu & diffidentiâ iſtâ obtinendam fovendas eſſe. Inter quot eſt Machiavell. 1. Diſc. 4. Tholoſ. 23. de Republ. c. 9. n. 3. Imò Hoff in Singul. Polit. part. 1. c. 4. & alii, moti præter rationem jam datam, inde, quod ſeditiones procreent bonas leges, & diverſa partium ſtudia, adeoque firmum ſint Reipubl. vinculum, ſecundum illud in reſponſione Ciceroni adſcriptâ ad orationem, quam Saluſtius ante illum habuiſſe dicitur, *fini operum Ciceronis adjecta c. 2.*

Plerumque Reſpublica privatis creſcit inimicitiis: ubi nemo civis, qualis ſit vir, poteſt latere. Et Senec. Epiſt. 95. Societas noſtra lapidum fornicationi ſimillima eſt, quæ caſura, niſi invicem obſtarent, hoc ipſo continentur.

Sed quod primum de diffidentia & diſcordiâ ad ſecuritatem ſtatus faciente attinet, hoc non niſi in regimine & ſtatu Tyrannico, ubi non virtus Principis, & amor ac benevolentia ſubditorum, ſed vitia principis & odium, metus & contemtus Subditorum primas obtinent, *verum eſt: Cum enim Tyrannus,* in perpetuo ſit metu & periculo, ſubditi verò perpetuo adverſus ipſum odio, ac tollendi ipſum deſiderio flagrent, ne illud communicatis animis & conſiliis in effectum deducere queant, *diffidentia* inter ipſos ſeminata optimum ſecuritatis remedium eſt, uti *præc. lib. 2. p. 1. c. 10. th. 6. expl. 3. & p. 2. ſect. 1. c. 1. th. 17. expl. 2. n. 3.* pluribus oſtenſum eſt. *Quo etiam reſpexit Cato contentiunculas aliquas inter ſervos ob durum ſtatum formidabiles, ſtudioſè alendas eſſe cenſens, teſte Plutarcho in ejus vita c. 42. vide etiam quæ hic habet in Ageſilao c. 7.*

Secundum quod concernit licet cauſa mala per accidens aliquid boni operari poſſit, *nullo tamen modo* ideo adhibenda eſt, ut talem effectum producat, *neque ideò* à bono effectu per accidens exiſtente ad bonam cauſam argumentari licet, *aliàs* maxima ſcelera & peſſimi mores in Republ. tolerandi eſſent ad conſequendas bonas, quas per accidens efficiunt, Leges, de quo vide *Amirat. lib. 2. Diſc. Polit. 11. Gelſtrup. in Trifol. Polit. cap. 4. Tinem. 2. Similiter febris quartana* ideò hominibus optanda eſſet, quia aliquando ad incurabiles morbos evitandos conducit, cum alias & per ſe vitæ & temperiei maximè inimica ſit, ut eleganter diſſerit *Langius Epiſt. Medicin. 48.*

Tertium quod attinet, inimicitiis creſcere plerumque Rempublicam primò teſtimonium hoc auctoris incerti eſt: Ciceroni enim falſo adſcribitur: Deinde poſito illius eſſe, contrario ejusdem & meliori teſtimonio in principio hujus explicationis *in Lælio c. 7.* hiſce verbis relato: *Nulla domus eſt tam ſtabilis, nulla civitas tam firma quæ non odiis & diſſidiis poſſit everti, reprobatur. & in Orat. de Haruſp. Reſponſis c. 25. Neque enim ullus alius diſcordiarum ſolet eſſe exitus inter claros & potentes viros, niſi aut univerſus interitus, aut victoris dominatus, aut regnum.*

Quod etiam Machiavellus contrariæ aliâs, ut dictum, opinionis auctor in ſuâ *Hiſtor. Florent. lib. 3. in pr.* indicat ſcribens, *ex talibus diſſenſionibus omnes calamitates ſcaturire.*

Ut ergò tertiò conciliari poſſit ille locus, cum hoc dicendum eſt, non de continuis, ſed ad momentum vel breve temporis ſpacium intercedentibus inimicitiis intelligendus eſt, quod etiam ex verbo altercatio apparet, quæ hic ſignificat, ad objectas criminatio-

A. nes reſponſionem vel illarum refutationem, quæ omninò magnum civitati damnum inferre nequeunt, præſertim ſi coram Magiſtratu dirimendi litigii causâ fiat diſceptatio talis. *Opponi etiam poteſt huic dicto, Chriſti, oris veritatis, contrarium enunciatum, Luc. cap. 11. verſ. 17. & Matth. 12. v. 25. Conjungi his poſſunt, quæ ſapienter diſſerit Comin. lib. 6. c. 13.*

Quartum & ultimum quod concernit fundamentum, à ſimilitudine deſumtum, planè contra autoris mentem illud ita accipitur, quaſi oppoſitione inimicâ conſervaretur, uti lapidum fornicatio, ita ſecuritas & tranquillitas regnantium: In eo enim tertio ſimilitudinis non ponitur ratio, ſed in illo, quod ſicuti in lapidum fornicatione conjunctio arcta illorum invicem ſibi obſtantium conſervationis à caſu cauſa ſit: *Ita enim* in ſocietate humana, unio illa & B. commune adjutorium hominum conſervationis & durationis cauſa ſit, *uti textum rectè intuenti apparebit, adeoque illud argumentum contra diſcordiarum utilitatem ipſam pugnat.* vide etiam *præc. lib. 2. p. 2. ſect. 1. cap. 1. th. 17. explicat. 2. n. 3. adducta.*

Notanda hic animadverſio egregia Cominæi lib. 6. c. 13. ubi ita ſcribit: Tales factiones perquàm periculoſa ſunt, præcipuè nobilitatis reſpectu, naturâ iis fovendis ducendis prona: Si quis dixerit, hoc verò modo poſſe mentes ſubditorum pateſcere Regibus, & utramque partium in timore attinere, conceſſerim adoleſcenti Regi id facere in Gynæceo, inde enim voluptas ad eum redibit, & muliebrium ſcortorum arcana ridenda propalabuntur, ſed inter viros nutrire diſſidia, ut Principes, nobilesque, & cordatos homines, inter præcipuas periculoſarum rerum arbitror. Hoc eſt grandem in penatibus ſuis ignem accendere &c. Et Forſtn. ad lib. 2. Ann. C. *Tacit. c. 47. verb. Delectus eſt. Diſcordiarum talium diſſeminationem morbum arguere imperii, Principisque debilitatem, qui cum virtute viribusque deſtituatur, ad iſtas ignobiles & probri plenas artes confugere cogatur, ad tempus tamen ſaltem proficuas, & poſteà valde noxias, ubi videatur.*

Manet itaque ſua veritas Sciluri Scythæ & Jugurthæ facto & Apophthegmati, Concordia res parvæ creſcunt, diſcordia maximæ dilabuntur, apud *Plutarch. in Apophthegm. Regum. c. 19. & Saluſt. in Bello Jugurthin. c. 10.*

Vide etiam Savedr. Symb. 75. & 89. & Septal. lib. 8. de Rat. Stat. c. 13. Salzedon. in Comment. ad D. Thomam de Regimine Principum lib. 1. cap. 6. Diſſert. 8. im Hoff. d. l. Schokium de Sedition. lib. 1. c. 2. p. m. 13. ubi æmulationes honeſtas à diſcordiis hoſtilibus diſtinguunt, illasque Principi conducere ſtatuunt, quo etiam videtur D. tendere *Heid. in Syſt. Polit. c. 7. p. m. 1031. ubi inter diſſidia civilia vel honeſta & hoſtilia diſtinguit & Boeclerus in not. ad Paterc. lib. 1. c. 11. n. 6. ubi diſtinguit inter contentionem factionis & invidiæ & contentionem virtutis.*

Sed ad æmulationes tales ſine damno fovendas & alendas magnâ opus eſt prudentiâ & dijudicatione, ut ita nimirum intra limites contineantur, *ne tandem magno* Nutricii damno in apertas erumpant diſcordias, ut bene obſervat. *Savedr. & Septal. d. d. ll. vide etiam Vincent. Sgnald. lib. 2. de Republicâ Lesbiâ. Præſertim cum obſervatum ſit Politicis, factionibus id ingenium eſſe, ut primùm* inter ſe collidantur, Regis aut Reipubl. cauſa utrinque jactantes, *tractu verò temporis* vel utraque vel alterutrâ in ipſum Principem aut Rempubl. hoſtilia induant, *teſte Forſtn. ad Tacit. 11. Ann. c. 16. p. m. 3..* vide etiam *Antimachiavell. lib. 3. p. m. 585.*

Id etiam inde evenire ſolet incommodi, ut in diſcordia tali externus Princeps, vel proprio motu, vel ad alterius partis preces, exercitu ſuo advolet, & utraſque ſibi ſubjuget, *uti exempla* paſſim occurrunt, quamvis non ſemper voto ſuo fruatur, cum ita diſſidentes periculo animadverſo, ad illud depellendum ſe iterum conjungere ſoleant, uti beoe animadvertit *Storion vel Scorylo Dacorum Dux*: *Cum enim hic à popularibus ſuis impelleretur, ut Romanis inter ſe diſſidentibus bellum inferret, id renuit conſtanter, monitoribus ſuis exitum ita præfigurans: Commiſit in conſpectu ipſorum duos canes, iisque acriter inter ſe pugnantibus medium immiſit lupum, quo viſo mox canes ſepoſitâ irâ communem hoſtem invaſerant & confecerunt, Frontin. de Stratagem. lib. 1. cap. 10. n. 4. junge his, quæ præc. lib. 2. p. 2. ſect. 1. cap. 1. d. th. 17. expl. 2. n. 3. congeſſimus. & quæ Veſpaſianus apud Joſeph. l. 5. de Bello Judaico c. 2. in pr. ad ſuos milites diſſeruit.*

III. *Quantum malum ambitio & avaritia ſit, præc. lib. 2. p. 4. c. 1. th. 11. expl. 2. & 3.* dictum eſt, utramque verò efficax mutationis Rerumpubl. medium eſſe præclarè oſtendit *Saluſt. in Catilina cap. 10.* hiſce verbis: *Igitur primò pecuniæ, deinde Imperii cupido crevit, ea materies omnium malorum: Et paulo poſt: ubi contagio hæc quaſi peſtilentia invaſit, civitas immutata, imperium ex juſtiſſimo atque optimo crudele intolerandumque factum. Cicero 2. Verrin. c. 53. Studia cupiditatesque honorum atque ambitiones rei evertendæ Reip. eſſe ſolent: Et Marc. Port. Cato apud Livium lib. 34. c. 4. Hæ peſtes (: avaritia & luxuria :) omnia magna imperia everterunt*, quod de Roma ſuo tempore animadvertens *C. Pontius Samnis, utinam inquit, ad illa tempora me fortuna ſervaſſet, & tunc eſſem natus, quando Romani dona accipere cœpiſſent, non eſſem paſſus diutius eos imperare (: id eſt pecunia omnia apud ipſos invertiſſem :)* ut refert *Cicero lib. 2. de offic. c. 21.* Qui paulo poſt *c. 22.* ſcribit. *Quod ergo Apollo Pythius oraculo edidit, Spartam nullâ aliâ re, niſi avaritiâ, perituram, id videtur* non ſolùm Lacedæmoniis ſed omnibus opulentis populis prædixiſſe. *Vituperium & naturam ejus late & inter alia his deſcribit verbis Poggius in Hiſtor. convival. de luxur. & avaritia poſt pr. Eſt ſcelus omnibus nocens, omnes lædens, omnibus infenſum, cui nihil laudabile, nihil honeſti poteſt eſſe conjunctum, monſtrum ingens, horrendum ad perniciem gentium procreatum, ad delendam inter ſe hominum ſocietatem.*

Ambitio verò hoc loco intelligitur de eâ quâ Magiſtratus inter ſeſe de præeminentia diſputant, & una tandem vi & dolo Rempublicam ad ſe trahit, *uti C. Cæſar fecit, qui omnia divina atque humana pervertit propter eum, quem ipſe ſibi opinionis errore finxerat, Principatum, Cicer. 1. de offic. c. 8.*

Avaritia autem ſumitur pro ea cupiditate alieni, quâ Magiſtratus vel pecuniam publicam communem & concreditam injuſtè invadit, & in ſuum uſum convertit, quod *peculatus* nomine venit, & non rarò maximas turbas excitavit, ut experti ſunt ſuo tempore *Athenienſes*, qui cum pecuniam ab univerſa Græcia in ſtipendium belli Perſici collatam Delo Athenas tranſtuliſſent, cæterorum popularium & præſertim Peloponneſiorum armis acriter petiti ſunt, ſecundùm *Juſtin. lib. 3. c. 6.* quod bellum ferè 27. annos duravit.

Vel fiſcum & ærarium profuſione iniquâ ita exhaurit, ut in privatorum bona neceſſariò ei involandum ſit, de quo ſupra *lib. 2. part. 1. c. 8. expl. 5.* dictum.

A. *quibus adde ſeditionem in Ducatu Wirtembergico ob aulicorum luxum & inde ortam ærarii expilationem motam apud Tething. in Comment. Rer. Wirtemb. l. 1. in pr.*

Vel cupidine opum & divitiarum immodicis tributis & exactionibus plebem & ſubditos premit, de quo etiam *d. l. & d. l. 2. parte 2. ſect. 2. c. 7. th. 18. expl. 3. uti & c. 2. ſeq. th. 6. explic.* dictum: & fusè agit *Schockius de ſodit. lib. 1. c. 25.*

Aut ſub prætextu delictorum commiſſorum proſcriptorum bona invadit, quod Romæ tempore Sullæ accidit, de quo ita *Saluſt. in bell. Catil. c. 11. rapere omnes, trahere: domum alius, alius agros cupere: neque modum, neque modeſtiam victores habere: fœda, crudeliaque in Cives facinora facere.*

Hinc Cicer. præd. c. 22. Nullum deterius vitium quàm avaritia, præſertim in Principibus & Rempubl.
B. *gubernantibus, plura legi poſſunt apud Feſſel. de cauſ. Mutat. Rerumpubl. c. 5.*

IV. *Impotens Libido* non minimum adverſus Magiſtratum eam exercentem illam paſſis vel illorum cognatis movet odium & vindictæ deſiderium. *Nimium enim Magiſtratui turpe, periculoſum, & Diis hominibusq́; exoſum eſt, libidini ac flagitiis ſe dedere Agryppa apud Dion. l. 52. f. m. 472.*

Sic Regiam Romanæ Reipubl. gubernationem ſuſtulit Libido Tarquinii regis, de qua *Flor. lib. 1. c. 7. quamvis* accuratè penſitando, ſtuprum illud magis occaſio quam cauſa ejiciendorum Tarquiniorum fuerit, ut multi bene obſervarunt Politici.

Decem-virorum poteſtatem libido Appii Claudii Liv. lib. 3. c. 54. & ſeq.

Solo æquata Troja ob raptum Helenæ. Diod. Sicul. lib. 2. Oroſ. lib. 1. c. 17. Dictis Cretenſis & Dares Phrygius de illo bello ac alii.

C. *Rhoderici Gothorum Regis ultimi in Cavam vel Jacobam Juliani Spartariorum vel Cepta Comitis filiam exercita per violentiam libido patrem vindictæ causâ ad Mauros tranſtulit, qui in Hiſpaniam ann. Chriſti 714. vel 712. ab illo traducti commiſſo prælio, Regem interemerunt, & Regnum occupatum per 700. tenuerunt annos, à Ferdinando Catholico demùm ann. 1492. iterum ejecti Rodericus Toletanus lib. 3. Rer. Hiſpan. cap. 18. Marian. de reb. Hiſpan. lib. 6. c. 21. Sant. in Hiſtor. Hiſp. part. 2. c. 37. Fulgoſ. lib. 6. c. 1. in Recentioribus, & Curio lib. 1. Hiſtor. Sarac. ad ann. 714. f. 21. & ſeqq.* ubi Regis illius Epitaphium ſimul recenſet.

Eadem in uxorem Johannis Ratha à Manfredo Siciliæ rege commiſſa, per illius ideò factam defectionem Regnum in Carolum Andegavienſem hoſtem tranſtulit. Fulgoſ. d. l.

Eadem Gallos ex Sicilia ejecit, teſte Fazello Dec. 2.
D. *Hiſt. Sicul. lib. 9. c. 1.*

De Florentio V. Hollandiæ Comite ob Libidinem vitâ privato, vide Ubbon. Emm. lib. 12. rerum Friſicar. p. m. 181. & ſeq.

Et de Mendoge ob violatam & in uxorem ductam Doumandi Zanalſceni Ducis conjugem defunctæ uxoris ſororem unà cum duobus filiis Ruclio & Repicâ interemto *Kojalowiczium Hiſtor. Lituanæ parte 1. l. 4. p. m. 108. & ſeqq.*

Quam miſerè Andronicus Comnenus orientis Imperator inter alia flagitia ob luxum & impotentem libidinem, dum uxores Conſtantinopolitanas ſub venationis ſpecie in deſerta ſecum abduxit, & rediens cornua cervorum, quos venatus erat, inſignia & rari aliquid habentia in porticibus fori ſuſpendit, per ſpeciem oſtentandæ magnitudinis ferarum, quas cæpiſſet cum reverà civitatis mores, & uxo-

uxorum, quas ipſe corripuerat laſciviam notavit, à multitudine illius urbis *interemtus fuerit ſeq. c.2. th.4. expl. dictum.*

Sic Johannes Angliæ Rex, cum procerum ſuorum uxores aliquot vitiaſſet, & Euſtachii de Veſci Baronis uxorem ambiret, hæc verò ipſi, pro ſe meretricem, quam ſuis veſtibus ornaverat, mariti ſuaſu ſuppoſuiſſet, & ille Rex hoc percipiens Euſtachio mortem minaretur, Conjuratione factâ bello à multis proceribus ideò læſis petitus, ac tandem, poſtquam Ludovicum Regis Galliæ fratrem ad regnum capeſſendum advocaſſet, & regnum miſerè devaſtaſſet *veneno ſublatus eſt*, uti latè refert *Knighonius de Event. Angliæ lib. 3. cap. 15. ad ann.* 1216.

Plura congeſſit Bodinus lib. 8. de Rep. c. 1. n. 374. Boter. de Polit. Illuſtr. l. 1. c. 4. & Feſſel. de cauſ. Mutat. rerump. c. 1. §. 8. & ſeqq. multis.

Verè hinc canit Horat. Carm. lib. 3. Od 6. de Romanorum pernicie.

Fecunda culpæ ſecula nuptias
Primùm inquinavére & genus & domos,
Hoc fonte derivata clades
in patriam populumque fluxit.

V. *Quantum turbarum & mali excitet Magiſtratus ſuperbia Pacatus Drepanius non* minus verè, quàm eleganter diſſerendo *demonſtrat in Panegyr. c.* 10. his verbis: *Cum indiſcreta felicium pediſſequa ſit ſuperbia, vix cuiquam contigit, & abundare fortunâ, & indigere arrogantiâ. Cujus quidem ita majores noſtros pertæſum eſt, ut graviorem ſemper putaverint ſervitio contemtum, ejusque impatientiâ ſint coacti, poſt bellatores Tullos, Numasque Sacrificos & Romulos conditores Regnum uſque ad nomen odiſſe. Denique ipſum illum Tarquinium execratione, poſtremò hoc damnaverunt maledicto, ut hominem libidine præcipitem, avaritiâ cæcum, immanem crudelitate, furore vecordem, vocaverunt ſuperbum, & putaverunt ſufficere convitium.*

Ita prætereo ſeculi decimi quarti principio Wilhel*mus Tellius Helvetiorum Brutus, maximè offenſus eſt, quod inſolens Præfectus Auſtriacorum Principum* Altorffi in foro, quo maxima hominum totius regionis frequentia convenire ſolet, pileum prælongæ perticæ impoſuiſſet, ac omnes juſſiſſet nudato capite, flexisque genubus honorem illum pileo exhibere, quo ſe præſentem afficere conſueverant *Simler. l. 1. de Rep. Helv. p. m. 58. & ſeqq. Stumpf. l. 4. c. 53. &* Boxhorn. in Hiſtor. Univers. p. m. 111. & ſeqq.

Obſervavit optimè ſuperbiæ hujus vindictam divinam Comin. lib. 1. c. 7. p. m. 49. ita ſcribens: *Cum Principes aut regna in proſperitatem opulentiamque inſignem evehuntur, obliviſcuntur unicum & contemnunt eum, à cujus gratiâ omnia mortalibus bona proveniunt, excitatur ipſis adverſarius, unde nemo ſuſpicatus fuerit.*

Pertinet huc alia ratio, ob quam ſuperbia regna & principatus ac respubl. evertat, quam ſequentibus verbis indicat *Canuleius apud Liv. lib. 4. c. 5. in fin. Nemo eſt nomen daturus, nemo arma capturus, nemo dimicaturus pro ſuperbis dominis.*

VI. *Abdicatio Magiſtratus intempeſtiva exitioſa* quoque rebuspubl. exiſtit, illa verò *tunc contingit*, cum domeſticis vel externis motibus quaſſata reſpubl. ex laborum tædio, periculorum metu & diffidentiâ à rectoribus ſuis deſeritur, & novis vel imperitis etiam hominibus, aut ipſi populo, multorum capitum belluæ, atque ita anarchiæ permittitur.

A. *Quod ſi verò abdicatio Magiſtratus* cum reipubl. periculo conjuncta non ſit, & honeſtâ de cauſa fiat, improbanda non eſt, & hinc in *Jur. Can. c. 1. de Renunc. in 6.* ita conſtitutum legitur: *Si quis vel ætate vel valetudine impediatur, quo minus ſupereſſe negotiis civilibus poſſit, Magiſtratu ſe abdicare poterit.*

Ita Diocletianus apud Nicomediam ſponte imperiales faſces relinquens, in propriis agris conſenuit *Aurel. Victor. in Epitom. ſub Maximino. Eutropius lib. 9.* & alii, de quo eleganter *Eryc. Puteanus in Hiſtor. Inſubr. l. 1. c. 6. & in ſubjecto Comm. n. 14. &* 15. diſſerit.

Attalus omiſsâ regni adminiſtratione hortorum culturæ animum applicuit, *Juſt. lib. 36. c. 4.*

Timoleon depoſito imperio privatim Syracuſis, quod reliquum vitæ fuit, vixit. *Æmilius Probus in*
B. *vit. ejus.*

Lotharius I. Caroli M. nepos ex filio Ludovico Pio imperio relicto in monaſterium ſeceſſit Prumienſe, ut inter alios memorat *Regino l. 2. Chron. ad an.* 855. *plura vide ſupra lib. 2. part. 3. c. 3. th. 18. in expl. & apud Chokier. in Theſ. Polit. cap. 4. in f.*

Inter recentiora illuſtre exemplum eſt, Caroli V. Imperatoris poſt Carolum M. maximi, abdicatio Magiſtratus & in Monaſterium D. Juſti Hieronymianum Valli Soleti exſtructum ſeceſſio, de quo vid. latè *Strad. Dec. 1. bell. Belg. lib. 1. p. 6. & ſeqq. ubi ſimul* pœnitentiam & cauſas iſtius abdicationis *p. 11. & 16. cum ſeqq. refert.* vide etiam *Goldaſt. Tom. 1. Conſt. Imp. p. m. 576. & in Polit. Imper. p. 7. diſc. 1. p. 378. & ſeq.*

De quæſtione: An Papa poſſit renunciare? vid.
C. *Limneus de jur. Publ. Tom. 1. lib. 2. c. 11. n. 3. & ſeq. ubi ridiculam Ludovici Gometis in Reg. Cancell. affert cauſam*, Papam nimirum tunc poſſe renunciare dignitati ſuæ, quando virginum oblectatione afficitur & *Fritſchius in Singul. Diſſert. de Reſignat. Imperat. Regum &c. c. 6. n. 1. & ſeqq.*

VII. *Indulgentiâ nimiâ publicâ & privatâ, ſubditis exhibitâ, uti ex laxa diſciplina mutationem reipubl. procurari inde patet, quia* debitus Magiſtratui honos eâ vileſcit, & ita Magiſtratûs auctoritas ceu munimentum ſecuritatis corruit. *Dum enim* quieſcere Magiſtratus officia plebs videt, nullisque legum ſe coerceri repagulis animadvertit, ſibi ipſe rapere gubernacula & quidvis audere incipit, contemto Magiſtratu, vel ſpe impunitatis contenta, quod bene animadvertit *Strada Dec. 1. bell. Belg. lib. 2. p. m.* 68. ita ſcribens: *Nihil tam regno periculoſum, quàm ſi populus addiſcat in dominum palàm obniti,*
D. *ab eoque non modo impunè, ſed etiam feliciter diſſentire.* Optimè itidem judicavit *Fronto apud Dion. lib. 68. in pr. Malum quidem eſſe, principem habere, ſub quo nihil ulli liceat, pejus verò eum, ſub quo omnia omnibus.*

Hæc Galbæ primum contemtum, deinde odium, poſtremo necem peperit, ut legitur apud Suetan. in Ejus vita. c. 14. & ſeqq.

Quomodo autem diſciplina publica conſervari debeat præc. l. 2. p. 1. c. 12. th. 2. in explic. latè diximus.

Similiter per privatam nimiam indulgentiam parentum & dominorum in liberos & familiam omnia mala & peſſimos habitus irrepere notum eſt, qui ſi per temporum tractum & laxam diſciplinam adoleſcant, ægrè & vix quidem excutiuntur, inde lamenta, conſpirationes, ſeditiones & talia. *Modera-*

tori itaque Reipubl. omnibus viribus in id incumbendum, ut ſubditorum liberi bene & modeſtè educentur, ſæpeque illud Mecænatis ap. Dion. lib. 52. f. m. 482. ruminandum eſt: *Bene educatum inſtitutumque non facile conſilium convellendi ſtatus publici inire*, de quo plura *præc. l. 1. c. 2. th. 7. expl. 1. dicta ſunt.*

VIII. *Inconſulta religionis, libertatis antiquæ ſive privilegiorum, legum antiquarum & inſtitutorum immutatio, quantum detrimenti in repub. afferat, ex omni hiſtoria liquet.*

Singula verò horum conſiderando, de religionis violentâ mutatione, th. ſeq. 9. expl. 1. dicetur. De lentâ verò & placidâ ejus immutatione ſciendum, etiam illam abſque ſeditionibus & tumultibus ab initio exiſtentibus raro ſuſcipi, & non niſi longâ demùm ac prudente tractatione perfici poſſe, in tantum, ut ſi vel ab adiaphoris & nudis ceremoniis, *vel etiam* diſputationibus adverſus veterem religionem initium fiat, ſeditionem nihilominus ſæpe pediſſequam habeat: *Ratio eſt*, quia populus religionis avitæ extremè & ad veſaniam usque ſæpe tenax eſt. *Teſtantur id varii eventus hujus & præteriti ſeculi*, quos ſtudio præterimus, lector autem curioſus aliquatenus congeſtos reperiet, apud *Neumajerum in Tr.* **von Aufſſtand der Untern** *cap. 1. cauſ. 1. Schock. d. Tr. c. 36.*

Quin etiam ob nudam haut rarò ſuſpicionem aliquid in religione mutatum iri, tumultus & ſeditiones graves à plebe excitari ſolent: quod inter alios *expertus Sigismundus III. Poloniæ Rex*, cum enim hic in itinere Suecico Dantiſci ſubſiſteret, & falſus rumor ſpatſus eſſet, regem templum Parochiale Lutheranis ademturum, & Catholicis reſtituturum eſſe, ſuſpicio illa tantum valuit, ut levi aliquo jurgio inter militem regium & navicularium orto, tanta ſeditio fuerit mota, ut plebs cum mercenariis civitatis militibus armata in forum & aream regio Palatio ſubjectam ſe contulerit, & globis ſuperiores illius feneſtras trajecerit, Rex cum Regina & familia in grave periculum inciderit, tumultusque ille non niſi per Conſules vix & longâ morâ ſedari potuerit, ut refert *Lubiensky in oper. hiſt. Politicis f. m. 9.*

Cautè ergò hìc procedat princeps, & ante tentatam mutationem, circa conſenſum vel diſſenſum ſubditorum remonſtratione impulſivæ cauſæ anteà iis factâ, omnia probè & diligenter exploret: *Illud Stradæ Dec. 1. lib. 2. p. m. 78.* monitum, *Non poſſe absque ingenti rerumpubl. motu, cultum religionis antiquari*, ſemper ſecum animo volvendo.

Eadem ferè ratio eſt privilegiorum, inprimis, quæ libertatem & dignitatem populi concernunt, *quibus* non minùs ſtrictè & mordicus, quam religioni ille inhæret, *adeoque* horum mutationem non facilè, & non niſi eum conſenſu vel approbatione ſubditorum ſuſcipiat princeps, *niſi* omnia peſſumdare & per violentiam, tyrannico modo regnare amet.

Ob eam cauſam Viennenſes à Frider. Imp. apud Gerh. Roo. in Ann. Auſt. lib. 7. f. m. 247. & Tranſylvani à Mattia Ungar. rege apud Bonfin. Rerum Ung. Dec. 4. lib. 91. defecerunt.

Plura vide infrà c. ſeq. th. 21.

Quoad leges verò diſtinguendum eſt inter naturales, Divinas, fundamentales & merè poſitivas, è quibus licet poſteriores ſolùm, ſi ratio prægnans ſubſit, immutari poſſint, de quibus vide quæ ſuprà *lib. 2. p. 1. c. 11. th. 13. expl. 1.* notata ſunt: *attamen* novus & electitius princeps etiam has ſartas tectas relinquar, ne apud recentes ſubditos in ſuſpicionem ulterioris mutationis adeoque odium periculumque rebellionis incurrat.

A. *Circa mores & inſtituta vetera quoque diſtinguendum quidem eſt inter illa, quæ* juri naturali, divino, gentium, bonis moribus & publicæ utilitati congrua ſunt, *& quæ* his omnibus vel ſingulis adverſantur, *ita, ut illa* in ſuo vigore & uſu quidem ſint relinquenda, *hæc verò* à principe novo, in principio planè non, à veteri autem immutanda ſint, *ſed maximâ cum cautelâ & ratione* ad vulgus ſubjecti naturam, an ſcilicet talis ad ſeditiones & turbas proclivis ſit, nec ne, *habitâ, imprimis verò* inveterata mala tanquam bene poſita patienter magis toleranda, quam cum detrimento reipubl. tollenda, vel per indirectum ſaltem infringenda ſunt, ut ſup. *d. lib. 2. p. 1. c. 11. in fin.* deductum eſt;

Laudatur hinc meritò à Melanchthone in comm. in Ariſt. Polit. in princ. Fridericus Saxoniæ Elector, quod omnem novitatem odio proſecutus fuerit, adjecto hoc
B. dicto: Seditiones enim movet.

Referendum hic eſt exemplum Sinarum, qui à Tartaris in nupero bello ferè jam devicti & ipſorum Imperium jam agnoſcentes, ob edictum, quo novus à Tartaris ortus Rex ipſis capillorum tonſuram ad morem ſuum ſuſtinendam imperabat, arma arripuerunt, ita pro illis pugnando, ut niſi diſcordiâ duorum Imperatorum, à diverſis exercitibus creatorum, obſtitiſſet Tartaros planè ſuperaſſent, & è regno rurſus ejeciſſent, ut narrat *Martin. de bell. Tart. p. m. 65. & ſeq.*

Item Judæorum, qui tempore Adriani bellum moverunt, quod vetabantur mutilare genitalia. *Spart. in Adrian. c. 14.*

Plura videri poſſunt apud Loccen. lib. 1. de ord. repub. cap. 8. Nec non Auctor. obſ. Polit. ſuper nuperis Galliæ motibus obſ. 4.

C.

TH. VIII.

Magiſtratus & ſubditi ſimul everſionem reipublicæ accelerant, violatione diſciplinæ, vel juriſdictionis ſive imperii.

TH. IX.

Publica diſciplina violatur (1.) Tyrannide religioſâ (2.) Idololatriâ (3.) Libidine (4.) Nimiâ felicitate (5.) Luxu & Superbiâ (6.) Pauperum oppreſſione.

Explic.

I. CUm, uti ſuprà *lib. 2. part. 1. c. 12. th. 2. in explic.* demonſtratum, *in diſciplinæ publicæ cuſtodiâ non minima reipubl. felicitas & tranquillitas ſita ſit, omninò inde ſequitur*, illos qui in nego-
D. tio religionis diſciplinæ illius vinculum, libertatem puta, conſcientiarum, coactione rumpunt, rempubl. fœdè concutere, & ima ſummis miſcere.

Vocatur autem illa conſcientiis per religionis alicujus imperium illata vis Tyrannis religioſa, ideò, quod religio ſuaderi, non vi & armis imperari, afflatu cœleſti hominum cordibus ingenerari, non vi, minis aut ſuppliciis incuti debeat, adeoque illi, qui coactione & violentiâ eam conſcientiis obtrudere volunt, tyrannidem in eas exerceant.

Ubi verò hæc in viſcera reipubl. ſævit, exitium ejus ſecum trahit, cum non acriores & pertinaciores pugnæ ſint, quam quæ pro conſcientia & religionis libertate ſuſcipiuntur, & rarò arma deponantur, niſi alterutrâ parte funditus deletâ, exſtirpatâ, vel multo ſanguine ac ingenti reipubl. damno ſubactâ.

Experta hoc eſt dulciſſima Patria noſtra Germania,

nia, quæ à Carolo V. Imp. hâc de causâ, mota ſedari & tranquillari nequivit, *& denuò* noſtrâ ætate tricennale bellum nuperè per pacificationem Oſnabrugenſem & Monaſterienſem demùm, ſed utinam in diuturnum tempus, finitum, ſuſtinuit.

Cum Hadrianus Imperator Æliam Capitolinam in ſolo Hieroſolimitano & quidem in loco, in quo Deo Opt. Max. Templum conditum erat, ſub nomine Jovis Capitolini extruxiſſet, ortum eſt graviſſimum illud inter Romanos & Judæos bellum, quod aliquot centena Judæorum millia, Romanorum verò infinitum quoque numerum conſumſit, de quo videatur *Euſebius Chron, lib. 4. c. 6. & Dion. Caſſ. in Excerpt. lib. 69. f. m. 793.*

Expertus etiam Philippus II. Hiſpaniarum Rex, qui ſi præcedente ſeculo Belgis religionis permiſiſſet libertatem, pacatas illius & pleno jure ſubjectas nobiliſſimas Provincias omnium judicio adhuc integras ad ſuos poſteros tranſmiſiſſet, cum pars illarum, confœderatum Belgium dicta, ob eandem tyrannidem religioſam diuturnum & atrox bellum cum Rege ſuo tantâ geſſerit pertinaciâ, ut totum ferè regni ſtatum per id afflixerit, omnes ejus Orientis & Occidentis theſauros exhauſerit, ſe in libertatem vindicaverit, & tandem ſucceſſorem ejus Philippum III. Regem eò adegerit, ut illam per ſolemnes Pacificationis, Monaſterienſis ſcilicet, Tabulas anno 1648. ſicuti notum eſt, ab omni ſubjectione liberos declaraverit.

Atque ita *votum patris* profeſſi, *ſe omnium Provinciarum jacturam malle facere, quam committere, ut quicquam, quod ad Catholicæ religionis detrimentum pertineret, indulſiſſe videretur*, ſecundùm *Thuan. lib. 133 f. m. 1065.* aliquâ ex parte in filio conſummatum eſt, de quo etiam legi poteſt *Eremundi iſtius ficletis Tract. de Origin. Belgic. Tumult.*

Quantas turbas & Seditiones in Gallia eadem præterito ſeculo excitarit religioſa Tyrannis, ex hiſtoriis paſſim conſtat, & videri poteſt apud *Dinothum de bello Civil. Gall. per totum, & in Comment. Anonymi de Statu Religion. & Reipubl. in Regno Galliæ ſub Regibus Henrico II. Franc. II. & Carolo IX. paſſim.*

In illo regno præter innumerabilia in aciebus & conflictibus utrinque interempta millia *intra 22. annorum ſpatium 40000. hominum, variis pœnis & ſuppliciis extincta eſſe ſcribit Sim. Steinius in reſp. ad Apolog. Jacob Grets. de vita Ignatii Loyolæ l. 2. c. 6.*

De turbis & atroci inteſtino bello religionis cauſa in Bohemia præterito ſeculo decimo quinto ortis vid. Dubrav. in Hiſtor. Bohem. lib. 13. 14. 16. & 17. Hagec. p. 2. Chron. Bohem. ad ann. 1412. & ſeqq. nec non Theobald. in Bello Huſſit. Latinæ Editionis c. 26. & multis ſequentibus.

Nullibi verò magis illa hactenus exercita fuit, quàm in iis locis, in quibus inquiſitio Hiſpanica viget.

De qua obiter notandum, illam Hiſpanicam à patriâ dici, & ab Hiſpanis pro dono cœleſti venditari ſecundùm Marian. lib. 24. de repub. Hiſpan. c. 17. p. 395. Natam verò credi in principio ſeculi decimi tertii & dein ſecundùm *Genebrard. in Chronogr. Anno 1212. ac à multis peſtem humani generis vocari & incuſari, quod vix 30. annorum ſpacio 150000. Reformatorum diverſis afflictionum & mortis generibus, abſtulerit, teſte Balæo de Act. Pontificum.*

II. *Idololatria* eſt crimen læſæ Majeſtatis divinæ abominabile, quo falſi ac ficticii coluntur Dii, & honor ſoli competens Deo rei tribuitur, quæ Deus non eſt.

Originem hujus atrocis criminis Hebræi Caini nepotibus, Miſraim, videlicet, Chuſio, Phuto & Canaano tribuunt, uti demonſtrat *Kircherus in Oedipo Ægyptiaco Tom. 1. Synt. 3. c. 1. ipſe vero Tom. 2. part. 1. claſſ. 2. §. 5. c. 2. f. 78. poſteris Caini attribuit ex fragm. libr. Henoch & traditionibus Arabum de illo libro. ex quibus deducit*, Gigantes poſteritatem Caini Idololatriæ impenſè operam dediſſe, & confeciſſe opera ex inſtructione Dæmonum quinque Idola ad ſimilitudinem filiorum Cain: *Nomina autem Idolorum fuiſſe, Vad, Schuah, Jaunt, Jaaack & Neſran*: miſiſſeque Deum excelſum ad eos Idrim (ſive Henoch) ut præciperet iis cultum veri Dei glorioſi & benedicti, & congregaſſe eos, & increpaſſe de crimine peſſimo: Cum verò nihil potuiſſet efficere vitaſſe illos. *Regem autem* illis fuiſſe Dubnasbal, filium Anil, Caini perfidi, Et illum cum ſuo populo coluiſſe quinque illa memorata Idola, iisque addidiſſe alia, ita ut numerus illorum ad mille ſeptingenta, omnia ad ſimilitudinem filiorum Cain exſculpta, excurreret. Hunc Dulmasbalem in errorem deduxiſſe univerſam terram, impiâ ſuâ actione, corrumpendo non ſolum ſuæ ditioni ſubjectos, ſed etiam impietatem divulgando alias quoq; regiones abominationibus hujusmodi contaminaſſe, ubi plura videantur.

Ex hoc itaq; Deo tam abominabili crimine à rege Salomone admiſſo divulſio regni Judaici, & defectio X. Tribuum orta eſt 1. *Reg. 11. verſ. 31.* ob idem excidium regni Samariæ per Salmanaſſerem 2. *Reg. 17. v. 6. & ſeqq.* Abductio populi Iſraelitici in Babylonem 2. *Reg. 25. v. 11. & ſeqq.* & Occidentalis Imperii ab Oriente avulſio *Peucerus in Chron. l. 4. ſub Henrico IV. Imperatore. Inſignis eſt locus Jeſa. 60. verſ. 12. Gentes & regnum, quæ non ſervient tibi, peribunt, & hæ gentes penitus deſolabantur*: Et *Pſalm. 73. verſ. 27. Ecce Longinqui à te pereunt, exſcindis, quicunque adulterando deficit à te.*

Cum Idololatria conjungi ſolent blaſphemiæ, quæ Pharaonem, Sennacheribum & Nebucadnezarum peſſum dederunt, *Exodi 14. v. 28.* 2. *Reg. 18. verſ. 30. & 19. verſ. 35. & ſeqq.* 2. *Paralip. 13. & 21. Eſai 36. verſ. 15. & ſeqq. Daniel 4. v. 25. & ſeqq.*

Pertinent huc quoque contemtus Dei, & in ſpecie impietas, ob illam ſiquidem Deus regnis & rebuspubl. everſionem & omnia mala minatur, ac immittit, ut patet ex *Levit. 26. verſ. 14.* 1. *Samuel. 8. v. 7. Jerem. 5. v. 11. & ſeqq. 11. 17. v. 27. Ezech. 20. v. 47. 22. v. 25. & 23. v. 40. Hoſ. 9. v. 7. & aliis locis.*

Item perjuria, quorum vim ſenſit Zedechias, vel potius urbs Hieroſolymitana 2. *Reg. 25. v. 1. & ſeqq. Ladislaus Hungariæ Rex in bello contra Amurathem* ob commiſſum perjurium maximo cum exercitu & Juliano Cardinale perjurii illius ſuaſore trucidatus eſt quo vid. *Bonfin. Rerum Hungar. Dec. 3. lib. 6. f. m.* 488. & ſeqq.

Agnovit delicti hujus atrocitatem & divinam vindictam Cicero lib. 2. de legibus c. 9. ſic ſcribens: *Divina perjurii pœna eſt exitium, humana dedecus.*

Ageſilaus; *Cum enim Tiſſaphernes*, animo elatus ei bellum denunciaſſet, ille vultu perquàm hilari Legatos renunciare Tiſſapherni juſſit, *magnam ſibi gratiam habere, quod pejerando Deos ſibi quidem infeſtos. Græcis vero ſocios & auxiliares reddidiſſet. Xenoph. Tomo 2. in Oratione de Ageſilao poſt pr.*

Plura ſub fœderifragis præc. l. 2. Parte 2. ſect. 2. c. 10. th. 9. expl. 2. conſignata ſunt.

Cæterum de perjurii atrocitate vid. Bodin. lib. 2. de repabl. c. ult. ubi illud Atheiſmo deteſtabilius eſſe demonſtrat.

III. *Libidinibus quoque plurima everſa ſunt respubl. & regna.*

Ob

Ob illas enim univerſale diluvium à Deo generi humano immiſſum Gen. c. 6. & 7. & diluvium in Hibernia exſtitit, ut ex *Ortelio in Theatro Orbis ſub tabul. Hibernia & Giraldo in Topogr. Hibernia Diſt. 2. ſ. 9. refert Camer. Horar. ſubciſiv. Cent. 1. c. 81.* & *Camden. in Hibernia ſub Comitatu Fermanagh memorat. De reliquis diluviis ſeq. c. 4. th. 3. explic. 3. diximus. Sodoma & Gomorra igne deleta, Gen. 19. & 20. In deſerto 24000. hominum interierunt, Num. 25. v. 9. Tota tribus Benjamin deleta, Judic. 20. v. ult. Tarentini fulmine deleti. Athenæus lib. 12. c. 5.* plura exempla vide apud *Rupert. ad Flori lib. 1. c. 7. §. 10.* & infra *c. ſeq. th. 23. in expl.* vide & alia exempla vindictæ ob libidinem in Magiſtratus exercitæ *prac. th. 7. expl. 4.*

IV. *Nimia felicitas tam Magiſtratus quàm ſubditorum* ex humani ingenii vitio ad quævis vitia & interitum deducit: *Noverca ſiquidem virtutis proſperitas beatulis ſuis ſic applaudit, ut noceat, & infelici ſucceſſu ſic in via fortunatis obſequitur, ut in fine perniciem operetur, convivis ſuis ab initio propinans dulcia, & cum inebriati fuerint, lethale virus miſcet, & ſi quid deterius eſt; quò ſpecie ſui clareſcit amplius, eò ſtupentibus oculis denſiorem infundit caliginem. Saresber. l. 1. de Curial. Nugis. in pr.* Et ſecundis in rebus ea mala oriuntur in moribus, quæ ſævientibus pejores ſunt hoſtibus *Auguſtin. lib. 1. de Civ. Dei. c. 30.* Cui geminum illud *Scipion. apud Livium lib. 30. c. 14. Non tantum ab hoſtibus periculi, quantum à circumfuſis undique voluptatibus (hæ verò ex nimia felicitate profluunt) & Seneca Epiſt. 91. ſine hoſte patimur hoſtilia & cladis cauſas, ſi alia deficiunt, nimia ſibi felicitas invenit.* Quibus conſentit *Juven. Satyrâ. 6. v. 291. & ſeq.* ibi:

— - - - *Sævior armis*
Luxuria incubuit.

Nam ſecundùm *Ovid. l. 2. de Arte Amandi v. 438. & ſeq*

Luxuriant animi rebus plerunque ſecundis
Nec facilè eſt æquâ commoda mente pati.

& ſapientium quoque animos fatigant, ſecundùm Saluſt. in Catil. c. 11. & Pollio in Claudio c. 11. Bene quoque id obſervavit *Seneca Rhetor Suaſoria 2.* ita diſſerens: *Nunquam in ſolido ſtetit ſuperba felicitas, & ingentium imperiorum magna faſtigia oblivione fragilitatis humanæ collapſa ſunt:* quod etiam repetit *lib. 2. controv. 9. fragilis & caduca felicitas eſt, & omnis fortuna blandientis cum periculo nitor, & in excerpt. lib. 1. Decl. 1. Omnis inſtabilis & incerta felicitas eſt.* Eique conſentit *Seneca Philoſophus Epiſt. 36.* his verbis; *Res eſt inquieta felicitas, ipſa ſe exagitat. Siquidem nimia felicitas Romæ civiles furores peperit. Florus lib. 3. c. 12. nec non peſſima tres filia, libido* de qua jam dictum, *luxus & ſuperbia*, de quibus mox dicetur. *Egregiè felicitatis illius effectum & proceſſum deſcribit Polyb. lib. 6. c. 55. Schock. de Sedit. lib. 1. c. 12. p. m. 104. videri etiam poteſt Backl. ad lib. 4. Flor. c. 2.* Hinc *Maximus Tyrius Diſſ. 35. prudenter ſentit, quod felicitatem longam, magna malorum excipiat ſeries.*

Quæritur hic: Qui fiat, quod res ſecundæ difficilius plerumque ferantur, adeoque plus noceant quàm adverſæ?

Reſp. Cauſam illius in eo poſitam eſſe: Quod ſicut rebus ſecundis animus inflatur, & à cura Politica, ſuiq; conſervatrice, ac imminentis mali avocatur, nec non à Dei timore & invocatione abſtrahitur, ac ſupervenientibus malis quaſi induratur; *Sic vice verſâ* in rebus adverſis continuò vel maximâ ex parte obvenientibus, animus jam quaſi depreſſus & patientiâ mollitus ad Dei adjutorium ſpem ſuam unicè dirigit, adeoque ſi deſperatio abſit & diffidentia in Deum, non niſi pias & devotas ac à peccatis remotas cogitationes alit, ex quibus ita Dei auxilium ipſi obvenit. *Obſervavit*

A. *hoc Seneca ad Helviam c. 2.* his verb. *Unum habet aſſidua infelicitas boni, quod quos vexat, noviſſimè indurat.*

Principali huic cauſa ſuccenturiari poſſunt, quod ex rebus ſecundis profluunt otiũ & luxus, irritamenta omnium malorum, & quod homines in felicitate conſtanti educati, plerumq; malè ſint educati, & ad vitiorum fugam præparati, *infelicius verò nihil eſt ei, cui nihil unquam adverſi evenit, ſecundùm Demetrium apud Senec. de Providentia. c. 3.*

Pertinet ad nimiam felicitatem diuturnum bellicoſi populi otium, utpote ex illa plerumq; oriens quod prudenter animadvertit & prodidit *Appius Claudius* apud *Val. Maxim. l. 7. c. 2. n. 1.* his verbis. *Negocium populo Romano melius quàm otium committi. Non quod ignoraret, quam jucundus tranquillitatis ſtatus eſſet, ſed quòd animadverteret, præpotentia imperia agitatione rerum ad virtutem capeſſendam excitari, nimia quiete in deſidiam*

B. *reſolvi.* Obſervavit idem *Tacit. in Agric. c. 11. Plus ferociæ Britanni præferunt, ut quos nondum longa pax emollierit, nam Gallos quoq; in bellis floruiſſe accepimus, mox ſegnitia cum otio intravit, amiſſâ virtute pariter & libertate. & Livius lib. 2. c. 52.* his verbis: *Ex copia deinde otioque laſcivire rurſus animi.* Hinc *Ariſtot. 7. Polit. 15. Felicitas & otium contumelioſos reddit. junge ſeq. c. 2. th. 7. expl. 1. adducta.*

V. *Luxum plurima* etiam regna peſſumdediſſe ex hiſtoriis patet, quod præclarè deducit *M. Porcius Cato* in Orat. ſua apud *Liv. lib. 34. c. 4.* hiſce verbis: *Sæpe me querentem de fœminarum, ſæpe de virorum, nec de privatorum modo, ſed etiam Magiſtratuum ſumtibus audiſtis: diverſisq; duobus vitiis avaritiâ & luxuriâ Civitatem laborare, quæ peſtes omnia magna imperia everterunt. Senec. Epiſt. 74.* ſeq. verbis: *Hoc multarum tibi Urbium oſtendit eventus, quarum in ipſo flore luxurioſa imperia ceciderunt, & quicquid virtute erat*

C. *partum, intemperantiâ corruit?* Quod de ſua Roma expreſſit *Livius in præfat. Operis* his verbis: *Nuper divitiæ avaritiam & abundantes voluptates deſiderium per luxum atq; libidinem pereundi perdendiq; omnia invexere:* & clarè teſtatur *Plin. l. 3. N. H. c. 12. Pariterq; luxuria nata eſt, & Carthago ſublata. Flor. l. 3. c. 12. Syria prima nos victa corrupit mox Aſiatica Pergameni Regis hæreditas. Illæ opes atq; divitiæ afflixere ſeculi mores, merſamq; vitiis ſuis quaſi ſentina rempubl. peſſumdedere. Sic imperium Aſiaticum* ab Aſſyriis, qui illud obtinuerunt MLXX. annis, translatum eſt ad Medos, quippe Sardanapalum illorum Regem mollitiis fluentem, Pharnaces Medus imperio vitaque privavit, *Paterc. l. 1. Hiſt. c. 6. Juſtin. l. 1. c. 3.* ubi tamen pro Pharnace Arbactus poſitus eſt.

Plura vide apud Stanislaum Kobierzycki de Luxu Romanorum l. 1. c. 1. & Feſſel. in Theatro. c. 2.

Rationes ejus mali ſunt (1.) quia ex affluentia, luxus

D. & nimia felicitas, ex hiſce verò animorum languor ac neglectus virtutum imprimis fortitudinis, ut præc. *l. 2. p. 1. c. 12. th. 12. expl. 1. & p. 2. ſect. 2. c. 7 th. 2. expl. 2.* demonſtratum, & indicat *Caſ. l. 1. de Bello Gall. p. m. 24.* ibi conſueverunt *Dii immortales, quò gravius homines ex commutatione rerum doleant, quos pro ſcelere illorum ulciſci velint, his ſecundiores interdum res & diuturniorem impunitatem concedere.* ex hoc iterum reipubl. & bonarũ legum vilipendium, & inde contemtus Magiſtratus, proximus ad interitũ reipubl. gradus oritur. (2.) *Quia* ex Magiſtratuum luxu paupertas, ex paupertate illorum malæ artes & oppreſſio pauperum per injuſtitiam, tributorum iniquam & intolerabilem impoſitionem, ſecundùm illud *Tacit. 2. Annal. 38.* Quando à Magiſtratu exhauſtum ærarium per ſcelera ſupplendũ eſt, quomodo etiam *Cic. 2. de Orat. 40.* dixit: *Avaritiã ſi tollere vultis, mater ejus tollenda eſt Luxuries.* Et ex his iterum contemtus & odium in Magiſtratum ac tandem ſeditiones,

tiones,factiones,rebelliones,defectiones, cum reipub. A.
interitu oriuntur. Quæ mala omnia graphicè deſcripſit *Bernhardus* loco præc.*l.2.p.1.c.12.th.11.expl.1.*adducto.

Cum verò ex abundantia proveniat luxus, & cum illo plerumque ſuperbia conjuncta eſſe ſoleat, ſecundùm illud Cicer. in Orat. de L. Agrar.1.c.35. Campani ſemper ſuperbi, bonitate agrorum, & fructuum magnitudine, urbis ſalubritate, deſcriptione, pulchritudine: Ex hac copia atque omnium rerum affluentia, primùm illa nata ſunt: arrogantia, quæ a majoribus noſtris alterum Capuâ Conſulem poſtulavit: deinde ea luxuries, quæ ipſum Hannibalem armis etiam tum invictum, voluptate vicit. & *Comines l.1.c.2. Superbia opulentiam ſequitur. Et ſuperbia hac principium omnis peccati eſt. Eccleſ.*10.*v.*15. à Deo ſemper ſeveriſſimè punita eſt: Quippe qui radices Gentium ſuperbarum evellit, & humiles earum loco in gloriam plantat. apud *Eund. ſeq. v.17. quia ſuperbi Deo exoſi ſunt, Ibid.v.7.* Et inſuper ſuperbos apud *Obad.v.3.& ſeqq.* & *Jer.c.49.v.16.* ac Prophetam *Ezech. c.16.v.49.& ſeq.* extremè deteſtatur, oppidò patet, inde rerumpubl.ruinam non parum promoveri: *ut mox dicetur,& Forſtn.ad Tacit.l.11.Annal.c.18.annotavit.* B.

Cæterum de ruina rerumpubl. per voluptatum artificet accelerata vid. Piccart. Dec.4 obſerv.4.

Plura legi poſſunt ap. Feſſel.in Theatro de cauſ.mutat. regn.d.c.2.

VI. *Ex luxu & ejus pediſſequâ ſuperbiâ prono quaſi alveo fluit avaritia,* ut *Cicero l.2.de Orat.c.40.* bene judicat hisce verbis: *Avaritiam ſi tollere vultis, mater ejus eſt tollenda luxuries, & inde pauperum oppreſſio, quam etiam abominatur Deus: Hinc Amos 5.v.11.& 12. Propterea, eo, quod calcaturam agitis, contra tenuem, & onus frumenti accipitis ab eo, domos ex ſecto lapide ædificaſtis, ſed non habitabitis in eis, vineas deſideratiſſimas conſeviſtis, ſed non bibetis vinum earum: Quia novi multas defectiones veſtras, & ingentia peccata veſtra, affligentium juſtum accipientium redemtionem, & egentes in porta pervertentium.* C.

Unde procul dubio inter cauſas calamitatum Germaniæ hæc poſtrema non eſt:

Neque verò Deus ſolùm oppreſſiones tales vindicat, *ſed etiam ipſi oppreſſi* occaſiones quærunt, ad ſe ab injuriis hisce liberandos: *Innatum* quippe eſt omnibus libertatis deſiderium, & qui coacti ærumnas ſuſtinent, iis quælibet ad res novandas occaſio videtur idonea. *Dionyſ.Halicarn.Antiq.Rom.l.4.c.87.*

Oppreſſionis hujus quædam ſpecies eſt, quando potentiores infirmioribus ſive vi, ſive ſpecie juris avita bona eripiunt: Hinc pulchrè *Cunæus l.1.de republ. Hebr. c.1. Plena hoſtibus ea reſpubl.eſt, in qua Cives plurimi poſſeſſionibus avitis nudati priſcas formas expetunt: Hi odio rerum ſuarum mutare omnia ſtudent, neque in ea conditione, cujus eos pœnitet, diutius quàm neceſſe eſt, manent. Aſſiduus enim & acer, & extrema admovens* (ex oppreſſione ſcilicet proveniens) *in audaciam jacentes excitat animos & omnia experiri ſuadet. Senec.l.1.de Clem. c.12.* D.

Oppreſſio porrò hæc ſubditorum & pauperum eorundem contemtum & neglectum apud Principem ſimul affert, qui à ſubditis ſæpe acerrimis ſeditionibus, ut *c.ſeq.th.6.expl.* dicetur. vindicatus eſt. *Sic Hieronymum Siciliæ Regem* ſubditi trucidarunt, quod ab eo ſe negligi ſperniq; cernerent. *Livius l.24 c.7. Ita Cannlejus* plebem ad arma concitaturus, Ecquid ſentitis ajebat, in quanto contemtu vivatis? *Id l.4.c.3. vide quæ in præc.expl.* de ſuperbia diximus, & quæ in aliis oppreſſionis ſpeciebus *c.ſeq.th.6. in expl.* conſignavimus.

CAPUT II.

DE

VIOLATIONE JURISDICTIONIS VEL IMPERII PER FACTA MANIFESTA:

Ubi de Factionibus, Seditionibus, Bellis Civilibus, defectionibus ac rebellionibus.

S U M M A R I A.

TH.I. Ratio ordinis: Quibus modis circa violationem jurisdictionis reſpubl. evertantur.

TH.II. Manifeſta hominum facta, quæ.

TH.III. Factio quid.

B. *Explic. Illa quomodo definiatur, & quæ circa illam conſideranda.*

Factionis nomen tam bonæ quàm malæ ſignificationis eſt.

Recenſentur aliquot factionum ſpecies.

Remedia varia contra illas adducuntur.

Propria factionum ſedes in quibus reipub. ſpeciebus ſit?

TH.IV. Seditio quid?

Explic. Seditio unde dicta.

Quomodo à Tumultu differat. Ubi de ſeditione Ruſticorum in Germania.

Exempla quædam Seditionum.

TH.V. Cauſæ ſeditionis impulſivæ unde oriantur?

TH.VI. A Magiſtratu quomodo proficiſcantur.

Expl. Demonſtrantur illa cauſa.

TH.VII. A Subditis quomodo oriantur.

Expl.I. Populi quidam naturâ Seditioſi.

C. *De nimia felicitatis & otii malis.*

Expl.II. Famis vis & mala.

Clades publica, fæneratio & adulteratio monetæ quid apud plebem poſſit.

Quid plebis inſtigatores valeant.

TH.VIII. Subjecti nomine qui veniant.

Expl. Seditioſorum indoles deſcribitur.

TH.IX. Progreſſus ſeditionum qualis.

Explic. Seditiones rarò uno impetu erumpunt.

Illarum ſignum quomodo dari ſoleat.

Cur feſtis diebus ſeditiones prodeant.

Duces quales.

Prætextus Seditionum qui.

Seditioſi omnia jura divina & humana turbant.

Seditiones niſi in tempore ſedentur, longius ſerpunt.

TH.X. Remedia contra illam quæ.

Expl. Non ſemper vi procedendum, ſed tempori quandoque inſerviendum eſt.

D. TH.XI. Matura oppreſſio quomodo inſtituenda.

Expl.I. Quomodo ſeditio noſcenda & præcavenda.

Rumores & alia ſigna non negligenda.

Expl.II. Quomodo illa extraordinariè infringenda.

TH.XII. Reconciliatio quid, & quotuplex.

TH.XIII. Vera quæ, & quomodo obtineatur.

Expl.I. Mollis modus prius tentandus, ac ideò removenda offenſionis cauſa.

Illo tamen non ſemper finis obtinetur, adeoque cautè utendum.

Expl.II. Eloquentiæ utilitas & vis, ſi à grato profluat viro.

Neque illâ ſemper populus placatur.

Ubi exempla rigidi & tamen validi alloqui.

Expl.III. Præmia cum amneſtia conjuncta multum valent.

TH.XIV. Simulata reconciliatio quæ.

Expl. Illius effectus periculoſus.

TH.XV.

TH.XV. Animadverſio quomodo inſtituenda.
Expl.I. Quomodo pœna hæc infligenda. Illa ſuos ſaltem tenere debet autores.
Autores populo accepti totius in remoto loco plectuntur. Et ſupplicia diu non ſunt differenda.
Quomodo adverſus multos complices procedendum.
Expl.II. Quales pœnæ in Seditioſos ſtatutæ.
De pœna portationis canum & aliâ atrociſſimâ.
TH.XVI. Bella Civilia quid ſint, & quæ circa illa conſideranda.
Expl. Quam impia ſint Bella Civilia.
TH.XVII. Cauſæ belli Civilis.
TH.XIIX. Progreſſus ejus quis.
Expl. Demonſtratur ille progreſſus.
TH.XIX. Effectus primarii qui uſus.
Expl.I. Demonſtrantur illi Effectus.
Expl.II. Proſcriptionis verbum & uſus à bellis Civilibus originem trahit.
Expl.III. Quomodo ſe in hoc bello vir bonus gerere debeat.
TH.XX. Remedia hujus belli præcipua quæ.
Expl. Amneſtia fundamenta explicantur.
An ejus origo Thraſibulo adſcribenda.
TH.XXI. Defectio & rebellio quid.
Expl. Quomodo utraque inter ſe diſcernatur.
TH.XXII. Cauſæ utriusque.
Expl. Diſtinctio defectionum & rebellionum, ubi ſimul tres felices recenſentur.
TH.XXIII. Internæ cauſæ in quibus conſiſtant.
Expl.I. & II. Illæ deducuntur.
Expl.III. Subditis incumbit, ut principi vel Magiſtratui ſuo gravamina offerant cum precibus, illa abolendi.
Solent etiam quandoque arbitri eligi, qui controverſias inter principem & ſubditos tollant.
TH.XXIV. Aliunde ortæ vel externa quæ.
Expl.I. Vicini principes ſæpe alienos Subditos ad rebellionem inſtigant, ſub prætextu amoris, quandoque etiam vere ex commiſeratione quaſi opem ferunt.
Expl.II. Excommunicatio Paparum quantum valeat.
An Subditis liceat arma adverſus Principem capere.
TH.XXV. Occaſiones defectionum & rebellionum quales obſerventur.
Expl. Deducuntur illæ per exempla.
TH.XXVI. Remedia adverſus defectionem & rebellionem duplicia, & quæ utraque.
Expl.I. De matura earum ſuppreſſione remiſſivè.
Expl.II. De translocatione rebellium, ubi exempla.
Expl.III. Prudens mora quando utilis ſit.
TH.XXVII. Pœnæ quales illis deſtinatæ.
Expl. Referuntur exempla pœnarum mitium & ſeverarum.
Axioma de crimine rebellionis etiam à vicinis Principibus punito & puniendo, ubi ſimul ejus ratio affertur.

TH. I.

Hucusque violatio publicæ diſciplinæ: ſequitur violatio Iurisdictionis ſive imperii, cujus effectus reipubl. everſionem procurantes conſiſtunt in factis manifeſtis vel occultis.

TH. II.

Manifeſta hominum facta ſunt (1.) Factiones (2.) Seditiones (3.) Bella civilia (4.) Defectiones.

A. ### *TH. III.*

Factio eſt paucorum vel plurium inter ſe coitio, & cum aliis concivibus aut collegis diſſenſio, latentis commodi vel certi alicujus reipubl. damnoſi finis cauſa inita.

Explic.

F*Actio à variis variè definitur, in ſpecie verò & planè ſtricto ſignificatu à Schock. de Sedit. lib.1. c.3. Cœtus hominum ratione regiminis & adminiſtrationis reſpubl. à ſe invicem diſſidentium, atq; eo nomine Civiles diſcordias foventium.*

Notanda verò circa factionem (1.) illius Homonymia (2.) Cauſæ (3.) Ejus damnoſi Effectus, & notabilia quædam exempla (4.) Remedia. (5.) Propria Sedes.

B. (1.) *Igitur vocabulum illud varia ſignificat, & propriè quidem facultatem aliquid faciendi, quo ſenſu Juriſconſultus in L.3. ff. qui Teſt. fac. poſſunt dicit: Teſtamenti factionem non privati, ſed publici juris eſſe: deinde translativè vel conſociationem* aliquorum bonam diſcriminis alicujus gratiâ à diverſa parte ita dictam, teſte *Feſto de V.S.*

Sic cum Julius Cæſar tentaret, Provinciam Ægypti ſibi acquirere, adverſante *optimatum factione* repulſam tulit. *Sueton. in ejus vita c.11.*

Sic etiam Romæ quondam factiones quatuor quadrigariorum fuêre *Veneta, Praſina, Alba & Roſea, a coloribus*, quibus uſa quælibet ad diſtinctionem cæterarum ita dictæ, honeſtæ quidem & licitæ, ſed ex his priores duæ admodum nocivæ & turbulentæ, uti poſt. *Nicol. Alemann. in not. ad Procop. p.m.33. 62. & 90.* demonſtrat *Bœcler. in Diſſ. polit. ad Suet. & quidem in Neron. Cæſ. c.14. quas deinde Domitianus duabus reliquis aurati*
C. *purpureique panni auxit*, teſte *Suet. in ejus vita c.7.* de his omnibus videatur latè & eruditè *Dempſt. ad libr.5. Antiq. Roſin. c.5. vel potentiam*, auctoritatem & facultates magni alicujus viri, uti patet *ex Nonio Marc. c.4. n.191. & Plauto in Aulular. Act.2. Sc.1. verſ.45. & 16. item 50.* *Ubi obiter notandum primò Praſinam & Venetam factionem ſaltem inductam fuiſſe occaſione hac quam* ex antiquo Collectaneorum Hiſtoricorum Codice græco recenſet latinis ſequentibus verbis. *Alemannus in hiſtoricis notis ad Arcanam Procopii hiſtoriam p.m.25. Oenomaus primus adinvenit Circenſium colores, quibus terra ac maris quaſi certamen repræſentavit. Mittebantur ſortes, quam verò contigiſſet terræ vicem agere certando, ille veſtem viridem induebat, cæruleam autem, qui vices maris agebat; Hoc certamen vigeſima quarta die Martii Oenomaus conſtituit. Quod ſi color viridis viciſſet, terræ fertilitatem omnes ſperabant, ſi cæruleus tranquillam maris navigationem. Hæc*
D. *illi cui conſentit Caſſiod.3. Var.51. &* ab hoc Oenomao deſumtum hoc inventum à Romulo in raptu Sabinarum ruraliter imitatum ac Italiæ oſtenſum fuiſſe refert, & Hieronymus in vita Hilarionis. Poſteà illi qui colore cæruleo utebantur Veneti ſunt dicti, ad ideò illorum veſtem juxta colorem batrachidem vel ranuncularem *Dion. lib.59. f.m.650.* vocat.

Qui verò viridem uſurpabant *Praſini à πράσον* porrum denotans (: veri enim & terræ ſacra erat factio illa, ut mox dicetur:) nuncupati, hiſce deinde addita factio ruſſa vel roſea, & alba, ad quatuor anni tempora denotanda, Praſina ſiquidem ver & terram, ut dictum, Veneta aquam ac cœlum & autumnum ſimul, Ruſſa vel Roſea flagrantem æſtatem, Alba hyemem retulit, ut *Coripp. lib.1. Juſtinian.* Poeta notus clarè demonſtrat & *Caſſiodorus* conſentit *lib.3. Var.51. Sed duæ poſtrema* tandem exſpirarunt, & Alba quidem Praſinæ, Roſea verò Venetæ acceſſit, ut ex eodem *Co-*

rippo liquet. Legi etiam poteſt *Sidonius & Apollin. Carm.* 23.

Ubi ſimul notandum, quoniam in republ. turbatâ peſſimus quisque factionibus ſe miſcet, ab hiſtoricis & eruditis *plerumque factionem pro conſortio malorum* ſumi: Hinc apud *Saluſt. in bello Jugurth. c. 31. C. Memmius, inter bonos, inquit, amicitia, inter malos factio eſt*; quod & *Nonius Marcellus* innuit, *c. 4. De Propr. Serm. n. 191.* ac *Tertullianus in Apolog. c. 39.* expreſſit, ita ſcribens: *At è contrario illis nomẽ factionis accommodandum eſt, qui in odium bonorum & proborũ conſpirant.*

Itaque molliori modo etiam definiri poteſt conſortium aliquoi hominum conſilium inter ſe commune, à reliquis autem in eadem republ. viventibus ſeparatum, animo adverſo & pertinaci fovens.

Fit enim quandoque, ut duæ tresque partes inter ſe diſſideant non fine, ſed conſiliis ad finem communem directis, *quas improbas ratione intentionis nominare* idipſum improbum eſſet, quanquam *ratione effectus damni* ſcil. exinde in rempubl. redundantis malæ ſint.

Cauſa itaque impulſiva & finalis improba, qualis ambitio, ſtudium contradicendi nudum & novitatum, factiones improbas, bona verò intentio licet non licitas attamen nec injuſtas efficit.

(2.) *Cauſam impulſivam* quod attinet, illa ut dictum, plerumque eſt ambitio, ſtudium contradicendi & novitatum, quibus addenda familiarum potentum mutua odia, otium, magna potentia, ſuperbia, divitiæ, dominatus unius atque alterius Collegarum in Collegas uſurpatus, exaltatio unius, & reliquorum oppreſſio: de quibus ex parte hoc in libro agitur paſſim, & latè tractat *Felvvinger. d. l. c. 4. & 5.*

Quæcunque illa tandem ſit & prætendatur effectus tamen inde exſurgit patriæ damnoſus: Nam præter ea, quæ jam cap. præc. th. 6. explic. 2. relata ſunt, ſtudia iſta diverſa etiam prudentiſſimos excæcant, ita ut in publicum nihil conſulere velint nec poſſint: *Hinc omnium bonarum actionum obex, reipubl. præſentiſſima mors, venenum civitatis ab hiſtoricis & politicis hinc inde vocantur*: Et reverà nihil aliud illæ plerumque ſunt, quam ſcaturigo & fons ſeditionum, rebellionum, & quandoque bellorum civilium: Quod bene obſervavit *Agath. lib. 1. De Bello Gothorum c. 4.* ita ſcribens: *Fit ferè, ut ubi magni ſunt Proceres, æqualis aut dubia inter ſe potentia: ubi etiam animi elatiores inſolentioresq; evadant, & ambitioſæ æmulationes & de primo honoris gradu contentiones aliæque innumeri effectus tumultibus & ſeditionibus gignendis aptiſſimi oriantur.*

Omnia hæc complectitur Livius lib. 4. c. 9. Fuere inquiens, factiones eruntque pluribus populis magis exitio, quàm bella externa, quàm fames, morbiq;, quæq; alia in Deûm iras, velut ultima publicorum malorũ vertunt.

Vocantur etiam factiones partes, ut ex *Cicer. in Epiſt. ad Brut. 14.* ibi: *animi hominum incerti & infeſti partibus.* & in *ſupplemento illarum Epiſt. 7.* ibi: *Bonarum in republ. partium. De Petit. Conſul. c. 2.* ibi: *nullarum partium.* & *Philip. 15. c. 12.* ibi: *partium contentionem. Tacito 15. Annal. 22.* ibi: *ſeceſſionem jam id & partes. de orator. c. 40.* ibi: *donec ſe partibus & diſſenſionibus ac paſſim*: *Et ejusdem factionis homines populares à Saluſtio in Catil. c. 22. & c. 24. uti & Flor. lib. 4. c. 2. & aliis claſſicis authoribus* patet.

Quantum verò (3.) Exitium cuique patriæ attulerint factiones, omnium ætatum hiſtoriæ abunde oſtendunt, quâ de causâ *Livius d. lib. 4. c. 9.* notanter ſcribit, *factiones fuére eruntque pluribus populis magis exitio, quàm bella externa, quàm fames, morbive quæque alia in Deûm iras, velut ultima publicorum malorum, vertunt. Factio Gallorum inter Æduos & Arvernos olim nota fuit, referente Cæſare lib. 1. de Bello Gallico p. m. 33.* ac præteritis ſeculis. *Imprimis verò ideò notiſſima fuit Gibellinorum & Gelphorum per Italiam & Imperium totum Guelphis Papæ, Gibellinis Imperatori addictis originem debens diſſeminata factio. Illam* ſub Friderico I. ſive Barbaroſſam excitatam, neque omnino ſub Henrico filio obliteratam, ſub Friderico demum nepote ſive II. effuſius erumpentem ingentes & multos poſt annos ſtrages in Italia edidiſſe ſcribit *Sigon. de regn. Ital. l. 13. in pr. Sed Cluverius in Epitome Hiſtoriarum p. m. 492. jam ſub Cunrado III. Imperatore* circa annum Chriſti 1138. in obſidione Winsbergii ab illo factâ, ortam & demum poſt fata Ludovici Bavari ſenſim exſpiraſſe curâ Bernhardini Clerici *ſub Friderico III. Imperatore p. m. 622.* aſſerit. & *Cuſpinianus ſub Friderico II. demum*, cum in Hetruria bellum gereret, nomen Gelphorum & Gibellinorum auditum, & ex illa factione multa ſubſecuta in plurima ſecula mala fuiſſe in vita illius Imperatoris refert, *ubi ſimul* originem hujus factionis famigeratiſſimæ examinat: De quo etiam vid. *Naucler. Generat. 42. Machiav. in Hiſt. Florent. l. 2. p. m. 61. Roder. Sanctius in Hiſt. Hiſpan. Parte 3. c. 40. & Limn. Tom. 1. Jur. Publ. l. 1. c. 7. n. 63. ibiq; notas priores.*

Illud ex Cranz. l. 8. Saxon. c. 8. & aliis addendum, tantam inter factiones hasce fuiſſe exacerbationem, ut quælibet non ſolùm diverſa ſua haberet ſigna militaria, ſed etiam quilibet ex utra harum colore, terræ fructu, veſtitu, inceſſu, digitorum concrepitu, & oris hiatu ſuã teſtaretur partium addictionem.

Huic proximè acceſſit familiæ Jorcenſis vel Eboracenſis & Lancaſtrenſis utriusque Regiam Angliæ notiſſima factio, ex quibus illa pro inſignis gerebat roſam albam, hæc rubeam, ſecundùm *Baconum in hiſtor. Henrici VII. p. m. 10. & 15.* & utraque pro regni gubernatione ita concertavit, ut durantibus eâ in causâ bellis, univerſi de familia Warvicenſi & Sombreſſetia capitibus fuerint obtruncati, & *octoginta hominum familiæ regiæ*, diſſidiorum illorum tempore perierint, uti tradit *Comin. l. 1. hiſtor. Gall. c. 7. p. m. 49.* ubi aliquot exempla interemptorum regum recenſet, vide eundem *l. 6. c. 13. p. m. 430. & ſeq.*

Notatu dignum eſt, quod refert *Guilielmus Neubrigenſis* in ſuâ rerum Anglicarum hiſtoriâ: *l. 1. c. 22. ſub Stephano Comite Bleſenſi regni illius invaſore: Durantibus factionibus, caſtella per ſingulas Provincias crebra ſtudio partium ſurrexiſſe fuiſſeq; in Anglia quodammodo tot reges, vel potius tyrannos, quot Domini Caſtellorum, habentes ſinguli percuſſuram numiſmatis & poteſtatem ſubditis regio more dicendi jus.*

Et illa Galliæ inter familiam Aurelianam & Burgundicam ob diſſidium de Tutela Caroli VI. Galliarum regis ſimplicitate mentis laborantis *orta, Galliæ valde funeſta & 72. annos durans, ut* refert *Comin. l. 6. c. 13. factio*, de qua videri poteſt *Marchantius l. 3. deſcript. Flandriæ ſub Johan. Digeonio p. m. 271.* vide etiam *Tillium in Chron. ad annum 1407. & ſeqq. Nota etiam eſt illa in Hollandia circa annum Chriſti 1380. nata factio, vocabulo, Houc* vel Houx, quod Hamum vel Hekers ſignificat, & *Cabeliau* quod piſcem arefactum, Latinis Aſellum vel Bronchorſt ſignificat, inſignita, de qua vid. *Meyerum lib. 13. Annal. Flandr. & magnam Chron. Belgicũ ad ann. 1361. f. m. 304. Eodem anno quoque in Germania triplex factio, una* ex nobilitate Rhenanâ, Francicâ & Wittembergicâ ſub nomine Leonum ſævientium, **der grimmenden Löwen** / *altera* ex Weſtphalicâ ſub nomine Falconum **der Falcken** / *& tertia* in Loganæ tractu circa Haſſiam, ſub nomine Cornutorum **der Hörner** orta eſt, & in Germaniæ viſcera latè ſæviens, gravia tunc paſſim vulnera dedit, ac communibus tandem armis ſuppreſſa fuit, ut refert *Maſen. Tomo 2. Ann. Trevir. l. 18. n. 61. De Alba & Nigra factione Florentiæ multas calamitates inferente videri poteſt Machiav. in Hiſtor. Florent. l. 2. p. m. 76. & ſeq.*

Plura exempla refert Schoock d.l.1.c.4. & de variis veterum ſactionibus *Felwving. de factionibus d.c.3.n.1.* videndus eſt.

De frequentibus in Sicilia regno ſeculo decimo quarto motis factionibus ac crudeliſſimis inde ortis ſeditionibus legi poteſt Fazellus Decad.poſter.lib.9.c.5. & Hugo Falcandus de Sicilia Calamitatibus.

Plurimas quoq; in Italia ſemper fuiſſe factiones narrat, illamq; ideo matrem omnium factionum vocat Cuſpinian.ſub Freder.II.Imper.

Plura exempla ſeq.n.(5) retulimus.

Ubi conſignandum venit, factiones tales ſemper ſibi quadam publica inſignia ad teſtificandas partes, & in illa perſeverantiam effinxiſſe, *ita* ut ex prædictis patet, fuit in factione *Anglicâ* ſignum alba & rubra roſa, in *Belgica* vocabulum, Houc & Cabeliau, in *Pariſiana nupera factioſi ſe funditeres* ideo quod inſtar Davidis Giganteam Mazerini magnitudinem proſternere in animo habuerint, *dixerunt, ut refert Priolus de rebus Gall.l.3.c.6. Iidem poſteà pro inſigni habuerunt paleam in pileo, idem l.7.c.13.* Cives Burdigalenſes factione & rebellione pro diſcrimine habuerunt *vittas albas & rubras, Idem l.9.c.5.*

Notanda hic etiam frequens illa apud Polonos aſurpata ſeceſſio totius Equeſtris ordinis à Statibus regni & reliqui Exercitus regis parte, quam Rokoſi vocant, cujus Etymologiam deducit *Wimber. in Parthenio Litigioſo l.2.c.2.n.23. ab Ungaris,* qui morem Turcarum obſervantes tumultuoſam ſeditionem primam ad villam *Rockoſi* indixerunt (: *quavis* etiam ab illorum verbo **Ragkus**/quod conventum regni denotat, juxta *Receſſ. Imper. de dato* **Speyer 1542. §. wir haben auch** *&c.* derivari poſſit :) *& ab his præterito ſeculo Polonos* morem iſtum cum nomine mutuatos eſſe, cum Sigiſmundus Rex, Exercitum contra Walachos per Ruſſiam duceret, & Leopoldi ab exercitu ſeditio facta eſſet, cum quo conſentit *Lubiensky in operibus Hiſtorico Polit.f.68.& 293. Piaſec.verò in Chron.Polon.ad Ann.1606.dari genuinam non poſſe ſcribit. denotare tamen vocem illam teſſeram, quâ ſtato tempore & loco univerſa nobilitas ad libertatem ſuam contra Regem & proceres defendendam confluere*, & ſeceſſionem à regiis facere debent ſub graviori pœna *ibid.& ad Ann.1587.f.m.58. Et talem ſeceſſionem nunquam niſi* occaſione Comitiorum regni & expeditionis bellicæ extitiſſe refert *ad ann.1606.f.m.134.*

Recenſet vero ille quatuor tales notabiles factiones ſive Rokoſi, quarum prima contigit ann.1380.ſub Rege Ludovico, qui ſimul Hungariæ Rex fuit: *Secunda* ann. 1537.ſub Sigismundo I. *Tertia* ann.1587. tempore interregni; *Quarta* ann.1606. ac anno ſequenti continuata, ſub Sigismundo III. *ubi videatur.*

Omnes tamen hasce ſuperare videtur factio nobilium Lithuaniæ & Poloniæ, & quidem utriusque ſeparatim contra Regem Johan.Caſimirum & Proceres Anno 1662. ſub denegatis ſtipendiis militaris & everſarum legum fundamentalium, quoad electionem Succeſſoris vivente rege, prætextu, inita, quâ de causâ utraque factio ſingularem exercitum ex nobilitate gentili vel patriâ confecit, omnia Regis & Clericorum bona patrimonialia invaſit, proventus in ſuum vertit, & Regem ad certas pacificationis & ſatisfactionis Leges adegit, quibus non ſervatis, vel potius ob regni inopiam non conſummatis denuò arma ſequenti anno adverſus Regem & proceres moverunt, priori modo bonis Regis & Clericorum uſi.

De quibus etiam legi poteſt Hartknoch.de Republ. Polonicâ.l.2.c.9.§.7.

(4.) *Remedia contra factiones & quidem in ſpecie ex ambitione, ſtudio contradicendi & novitatum ortas ſunt, in ipſis incunabulis* principes factionum ſub ſpecie honoris per aliquot tempus magnificis Legationibus in

A. diverſa loca deſtinatis ſejungere, quo facto aſſeclæ demtis capitibus facilè acquieſcent. *Ita P. Clodius* ſub honorifico nomine Catonem in Inſulam Cyprum ad ſpoliandum Regem Ptolomæum miſit, *Dio lib.38. f.m.78.*

Si verò tam altas radices egerint, diſſidia talia, ut nullo modo placidâ ratione tolli poſſint, *nec tamen* ob potentiam facili negocio eradicari poſſint, *alterutram & maximè potentem partem* perſuaſionibus, pollicitationibus & aſtu in ſuam partem trahat princeps, quo ita occaſione ejus fortior & ad evellendam contrariam par fiat.

Si autem hoc quoq; modo factiones tales tolli nequeant, illorum capita clam ſive palam capienda, & in remotis locis carceribus mancipanda ſunt, quo factioſis Duces deſint: *Ac in extremitate tandem* vis armata adhibenda & gladio ultore ſedanda, *ita tamen*, ut paucorum ſup-
B. plicio reliqui terreantur, nec ultra modum pœna irrogetur.

Ubi verò mutua ſaltem familiarum inter ſeſe vertuntur odia, neque contra principem vel ſtatum aliqua machinatio intercedit, partibus diem dicat, ut diſſidia vel amicabiliter affinitates inter ipſas conciliando, vel per ſententiam pœnis ſeveris munitam dirimat, nomenq; factioni inditum utrique ſub iisdem pœnis planè eradicet.

Quod ſi alterutra partium publicum ſimul ſtatum impugnet, parti non implicitæ ſe ducem præbeat, adverſamque armis ſubjuget.

Si autem utraque pars contra Principem & ſtatum publicum ſimul inſurgat, ejusque ſit valoris apud ſuos, ut omnes ſimul factionibus implicet ſuis, *quia tunc* vanæ ſunt ejus ſine viribus iræ, nulli parti fidere, & ſe miſcere debet, ne ipſe inſtrumentum perdituri ſtatus & inſortunii vel miſeriæ ſuæ faber ſit, *ſed amica pacifi-*
C. *catione* & fictâ manſuetudine etiam cum jacturâ aliquâ ſuæ autoritatis omnia componat, cum melius ſit parum quàm omnia amittere, quod in Belgio præterito ſeculo non obſervatum cauſam amittendi ejus præbuit, *ut præc.cap.th.9.expl.1.* dictum.

Ex otio provenientibus factionibus obviam iri poteſt, ſi talium incentoribus officia imponantur laborioſa & oneroſa.

Ex Potentia, Superbia, divitiisq; exorta factiones, ſopiri poſſunt demtâ occaſione, & ſub prætextu delictorum per mulctas, cenſum, mutuationem grandis pecuniæ opibus & ſimilibus mediis, & *eandem ex unius ac alterius nimiâ exaltatione, cæterorumque ſuppreſſione pullulantes factiones aboleri facillimè poſſunt*, ſi æqualitas iterùm introducatur, & perpetuò obſervetur illud *Ariſt.5.Polit.11. Communis cuſtodia principatus neminem unum magnum facere.* vid. *Machiav.1.Diſ.50.*

De damno & periculo, quod Principi ex miniſtri ol-
D. mium evecti ambitione metuendum & obvenire reverâ poteſt, vid.ſupra *lib.2.part.2.ſect.1.c.1.th.17.expl.2. n.3.* notata.

(5.) *Proprias factionum ſedes eſt in rebuspubl. ex Ariſtocratia & Democratia, & Ochlocratia ac Democratia mixtis: In iis enim Optimatibus, Nobilibus Potentioribus & Divitibus cum plebe, & huic cum illis* perpetua & naturalis quaſi intercedit antipathia, *ac inde* pullulans & germinans larga factionum ſedes. *Quod ipſum Romana hiſtoria*, de ipſa Roma imprimis verò *Livius paſſim* demonſtrat, & *Saluſt. in Catil.c.33.* clarè indicat, quando ſcribit: *Sæpe ipſa plebs aut dominandi ſtudio permota aut ſuperbiâ Magiſtratuum armata, à Patribus ſeceſſit. Hinc crebra illa ab hiſtoricis notata Romanorum Patrum & Patriciorum atque plebis ſeceſſiones.*

Quanquam verò plebs ſeceſſiones illas ſive ſemper ſive plerumque faciat, cauſa tamen illi ſolùm non

tribu-

A. *tribuenda eſt*, cum ab Optimatum, Nobilium, Potentiorum ac divitum inſolentiâ ac ſuperbiâ & Libertatis odio hujus ignis ſcintillæ plerumque eliciantur.

Neque ſolum apud Romanos, ſed etiam Græcos factiones tales admodum uſitatæ fuerunt, ſicuti de Atheniensibus teſtatur *Corn. Nepos in Phocione, & Plutarch. in Solone c.15. & in Pericle c.15.* ubi Pericli Thucydidem * Mileſium adverſarium fuiſſe, & optimatium factioni adhæſiſſe dicit. *ut inde Strabo lib.14.* excitatione communi narrat totam ferè Græciam factionibus laborare, quod etiam ante tradidit *Thucyd.lib.3.p.m.144.* his verbis: *Poſteà etiam univerſa propè Græcia mota eſt, ubique factionibus exortis, ac Demoſthenes paſſim, inprimis verò in Orat. in Philip. 4.f.m.61. & in Orat. de Corona poſt pr. quod etiam tangit Herodian. l.3.c.7.*

Plura de his Græcia factionibus vide apud Alex. ab Alex. l.4. Genial. Dier. c.3. & ibi Tiraquell. in f. Schoock. de Sedition. l.1.c.4. & Felvving. de Faction. c.3. th.1. ubi B. ferè omnes narrat. *Quibus ex Plutar. de Fraterno Amore c.28. addi poteſt.* Suâ ætate potentiſſimos Græcorum ſtudiis hiſtrionum & citharædorum diverſis in diſcordias prolapſos, & poſteà de lavacris Ædepſiis, cœnaculis & conclavibus altercantes, ac aquæductus incidentes. ita ad extremum efferatos fuiſſe & deperditos, ut omnibus bonis à Tyranno ſpoliati, ac pauperes & exſules facti, priſtina duntaxat odia invicem retinuerint.

TH. IV.

Hactenus factio: Sequitur ſeditio, quæ eſt partis alicujus ex tota multitudine ſubitus & violentus in Magiſtratum motus, ob iniquam aliquam poſtulationem aut oppreſſionem, ſive veram ſive fictam, ſive apparentem, reprimendæ & abolendæ ejus cauſa ſuſce- C. ptus, *cujus conſideranda* (1.) Cauſæ (2.) Subjectum (3.) Progreſſus (4.) Remedia.

Explic.

S*Editio, teſte Cicerone in Frag. de republ. lib.6. inde,* quod ſeorſim eunt alii ad alios dicta, *ſtrictè ſumta eſt*, quando multitudo in partes diverſas inter ſe tumultuosè diſtrahitur, latè verò & communiter, quando ſecundùm definitionem noſtram pars civitatis in Magiſtratum ob prædictas cauſas vel prætextus, de quibus *ſeq. th.6.* in expl. dicetur, violenter inſurgit.

Rarò autem illa uno erumpit impetu: *Sicuti enim plebs* vel populus aliquis iniquè ſuppreſſus, vel exactionibus gravatus, *regulariter primo* tumultuari, & vociferationibus ac publicis querelis remedium quærere, *& fruſtratus* in ſeditiones erumpere ſolet: *Ita factiones, tumultus & plebis concurſus ordinariè ſunt primordia ſeditionum, non verò ipſæ ſeditiones,* quod bene D notavit *Tacit.14. ann. 42.* ita ſeribendo: *Concurſu plebis, quæ tot innoxios protegebat, uſque ad ſeditionem ventum eſt. Atque ideò tumultus à ſeditionibus inſuper ita diſtinguunt Politici, quod ſeditio* diverſas ſeditioſorum partes faciat, *tumultus verò* non niſi unam tumultuantium turbam, *& quod tumultus illi* per ſe non ſint diuturni, *nec* ordinariè violenti, *neque* ſi tales, in Magiſtratus, ſed privatos, vel miniſtros publicos ſint, *fiant tamen tales.* & in ſeditiones erumpant, ſi ipſorum querelæ & minæ publicæ non exaudiantur, ſed tanquam inanes, & fulgur ex pelvi, ſecundùm proverbium, flocci pendantur.

Quamvis quandoque etiam abſque proximè præcedentibus querelis, præſertim, ſi ante illas non conſideratæ fuerunt, & incentores accedant, improviſò ſe effundant. *Qualis verò fuit inopinatus ille cum* ſeditione conjunctus *tumultus Ruſticorum* & ſubditorum præteriti ſeculi anno vigeſimo quinto, ob prætextam Evangelii defenſionem, & nimiæ ſervitutis profligationem contra Magiſtratus, imprimis verò nobiles ac Eccleſiaſticos excitatus, & jam in Germania ſuperiori in tantas excretus vires, ut pleriq; cordatiſſimi aliâs Principes, Comites, totaq; nobilitas de ſe jam actum eſſe crediderint, idq; revera eveniſſet, niſi Deus, qui hujusmodi contra Magiſtratus ſuſceptos motus nunquam impunitos relinquit, aliquot Principes excitaſſet, qui nobilitatis & bonorum civium eo malo nondum infectorum, convocato auxilio Ruſticos illos ſeditioſos, manu militari aggreſſi ſunt, & diſſipatos, magnâque ſtrage variis in locis affectos, tandem repreſſerunt, uti ſcribit *Hubert. Tom. Leod. lib.6. de vita Friderici II. Palatini p.m.92. & Sleid. l.4.p.m.104. & ſeqq. Eorum ſanè* 50000. unâ iſtâ æſtate occubuiſſe, refert *Alſtedius in Chron. religion.* vide etiam *Gnodalium in ſpeciali de tumultu hoc ſcripto tractatu.* Et *de Eodem Crinitum ac dictum Leodium in ſimilibus Scriptis.*

Sic in quadam ſeditione Conſtantinopoli ſub Imperatore Juſtiniano orta 35000. hominũ circiter interemta, & Imperatorem ipſum parum ab exitio abfuiſſe, refert *Cedrenus ſub Illius Imperio poſt pr. f.m.303. Procop. lib.1. belli Perſici c.20. Zonar. Tom.3. ſub illo Imperatore. Et Theophanes, memorante Alemanno in Not. ad Procopii Hiſtoriam Arcan. f.m.62. & ſeqq.*

Apud veteres quoque notabilis occurrit ſeditio in Argiverum urbe orta, & à cædis ratione ac modo Scytaliſmus dictus, de quo legi poteſt Diod. *Sicul. l.15. c.57. & ſeq. & Plutarch. in Alcib. c.72. & in Lyſandro c.36. ubi rationem nominis reddit.*

Horrendi hujus monſtri exemplum, quo vix ullum horribilius mundo furor civilis dedit, nobis depingitur *in Andronico Orientis Imperatore* parricidâ & immani Tyranno circa ann. Chriſti 1182. *Cujus hiſtoriam ita deſcribit Nicetas Choniates in Annal. de illius Imperio lib.2. circa f. In Anema caſtellum (Andronicus* C. *captus) duabus gravibus catenis cum ferreis ſeris ſuperbo collo injectis & compedibus oneratus, ut captivos tractare mos eſt, conjicitur, eoque habitu, ad Iſaacum, ſucceſſorem, perducto contumelioſis verbis inſultatur, alapæ impinguntur, nates pulſantur, barba vellitur, dentes excutiuntur, capilli evelluntur, publicè omnium ludibriis expoſitus etiam à mulieribus pugnis cæditur, iis præſertim, quarum maritos aut occiderat aut excæcaverat. Deinde præciſâ dextrâ in idem caſtellum reducitur ſine cibo, ſine potu, ſine ullo cujusquam officio. Poſt aliquot dies, altero oculo effoſſo, ſcabioſo Camelo impoſitus, per forũ triumphi ſpecie traducitur, calvâ glabrâ inſtar aridæ quercûs & ovo nudiore & brevi tuniculâ tectus, ſpectaculum miſerabile, quod rivos lacrymarum elicere queat ex oculis non inhumanis; Sed ſtolidiſſimi & petulantiſſimi urbis incolæ, præſertim ſartores, coriarii, opifices & circumforanea ſordidaq; turba, muſcarum inſtar verno tempore* D *ad mulctras & pinguia cymbia convolantium, nulla ratione habitâ, quod is nudius tertius Imperator regio Diademate ornatus, ab omnibus laudatus, celebratus, adoratus eſſet, quodq; ſanctiſſimo Jurejurando fidem & benevolentiam ſuam erga illum teſtati eſſent efferatis animis ſine ulla ratione ruentes, nihil mali prætermiſerunt, quo Andronicum per nefas non afficerent. Alii claves in caput ejus impegerunt, alii ſtercore nares ejus fœdarunt, alii ſpongias excrementis hominum & pecudum fœdatas in faciem ejus expreſſerunt, alii verbis obſcœnis parentes ejus inſectati ſunt. Erant & qui verubus latera ejus pungerent, impudentiores quidam lapidibus conjectis rabidum canem eum appellabant. Scortum quoddam impudens ollam fervente aqua plenam è culina raptam in faciem ejus effudit. Nemo denique erat qui non malefaceret Andronico. Ita ignominiosè in theatrum ridiculo triumpho perductum ac miſero illo camelo detractum, juxta duas columellas, quibus ſuperne lapis incumbit, prope æneam lupam & hyænam, quæ inflexis cervicibus, quaſi altera ad*

ra ad alteram impetum factura, concitata aſtant, pedibus ſuſpendunt fune alligatus. Tot mala perpeſſus, & alia ſexcenta, quæ prætermiſimus, tamen generoſo adhuc animo illata mala tolerabat, ac mente integrâ ad affluentem turbam & jacentem converſus nihil dicebat aliud, niſi, Domine miſerere? *& quid calamum contritum confringitis? Cæterùm dementiſſima populi turba, ne tunc quidem afflictiſſimo pepercit Andronico, poſtquam pedibus ſuſpenſus fuit: ſed dereptâ tunicula virilia ejus vexavit, & quidem homo nefarius longum enſem per fauces ejus uſq; ad inteſtina adegit: Duo verò latini generis, enſes ambabus annixi manibus, in nates ejus adegerunt, ut periculum facerent uter eſſet acutior ictus, dexteritate gloriati. Poſt tot ærumnas & clades ægrè vitam abrupit dextrâ cum dolore ad os admotâ, ut multi putarent, eum calidum ex ea ſanguinem ob recentem plagam adhuc diſtillantem exſugere.* Et paulo poſt:

Poſt dies aliquot ex alto illo miſerabili detractus, & in theatri fornicem quendam, ut beſtia projectus, jacuit, donec quidam humanitate adducti, nec ita nimium indulgentes cadaver ejus inde ſublatum juxta Ephori monaſterium, quod ad Zeuxippum eſt in quodam infimo loco poſuerunt idq; compage nondum penitus diſſolutâ adhuc ſpectare licet. Hactenus Nicetas.

Similem ferè caſum ſuſtinuit Vitellius, ut apud Dion. l.65. in fine legi poteſt. *Quomodo Mauritius Imperator* per ſeditioſos milites juſſu Phocæ interemptus cum liberis ſuis miſerabiliter fuerit, & mortem fortiter his verbis: *Juſtus es domine, & rectum judicium tuum,* tulerit, legi poteſt apud *Simocattam l.8.c.11.*

Recenſet etiã Meurſius l.3. hiſt. Danica à Chriſtiano I. incepta. circa pr. non minus memorabile, licet non æquè miſerabile exemplum Chriſtiani II. Daniæ regis ob regimen injuſtum à ſubditis ſuis primum in exilium depulſi, poſtea in carcerem conjecti, & in eo mortui hiſce verbis: Cum [: Chriſtianus ille:] reget Galliæ, Angliæ, Scotiæ fœderatos ſibi haberet: Fridericum & Johannem Saxones avunculos: tum ſororium Joachimum Brandenburgicũ: Maximilianum quoq; Imperatorem, & per hunc Auſtriacã domum univerſam matrimonio contrahendo devincere animum induxit: Erat huic ex Philippo filio neptis, Iſabella, cujus fratres Carolus & Ferdinandus, avo poſteà in Imperio ſuo, ordine ſucceſſerunt: Eam ſibi cum uxorem petiiſſet, ſine negotio, ut mox dicam, impetravit. Atq; ita, rarò ſanè ſummi Dei beneficio conſecutus illud fuit, ut potentiâ Reges Daniæ univerſos (: quotquot ante ipſum unquam extitiſſent:) ſuperaret. Daniam, Sueciam ac Norvegiam à parente ſuo acceperat: Galliæ, Angliæ, Scotiæ, fœdere: Hiſpaniæ, Hungariæ & Bohemiæ atq; Imperium adeò totum Belgiumq; affinitate obſtringebatur: Tria regna poſſidebat, ſex obnoxia ſibi habebat fœdere, aut matrimonio. Quibus adde cùm Germaniam, tum in ea ſeparatim Marchionatum Brandeburgicum & Saxoniam: Adde Belgii ditiones decem & ſeptem. Tanto tamen de faſtigio deturbatus, nec reſtitui tot potentium amicorum ope quitus, actis miſerè in exilio annis novem, in carcere viginti ſeptem, in quo tandem quoq; obiit, reges, principesq; omnes ſat exemplo ſuo docuit modum, affectibus imperare & cavere, ne præcipites dominandi in tranſverſum rapiantur. Quippe Deus ita regna ordinavit, ut obſequii fideiq; quantum a ſubditis reges poſcant, tantum quoq; æquitatis & amoris illis debeant: nec minorem ſibi quoq; rationem juramenti, quo ſe illis obligârunt, habendam eſſe arbitrentur. Tum oſtendit, ſe perjuria ſemper quidem ſeveriſſimè vindicare, ſed potiſſimum in iis, quos ad ſummum dignitatis gradum evectos, in hac terra quaſi Deos eſſe voluit.

Referri huc debent factiones ſeceſſionesq; ſive potius ſeditiones Nobilitatis Polonicæ, illis Rokoſi dictæ, præc. th.3. expl.3. memoratæ. Nec non ſeditio Ruſticorum in Gallia ſub Johanne II. Rege orta, cujus complices Jaqua dicti fuerunt, referente Gaguino l.9. hiſtor. c.1.

A. *T H. V.*

Cauſæ ſeditionis impulſiva, proficiſcuntur vel à Magiſtratu vel à ſubditis.

T H. VI.

A Magiſtratu proficiſcuntur primariò per violatam religionem, libertatis avitæ ſuppreſſionem, Juſtitiæ denegationem, Injurias graves ſubditis illatas, illorum oppreſſionem per Tributa & ſimilia, nimis mollem gubernationem ac peregrinorum & indignorum ad officia promotionem, & incolarum & dignorum præteritionem, Item pravam bonorum publicorum & ærarii adminiſtrationem.

Explic.

B. P*Ræmonendum hic eſſe duximus, cauſas in theſi poſitas à nobis hiſtoricè conſiderari, quatenus* ſcilicet illæ omnibus temporibus populum ad ſeditiones, bellaq; civilia, nec non defectiones inſtigârunt, *non verò politicè vel Ethicè, quatenus ſcilicet juſtitiam in ſe continent. Quoniam verò de violata religione præc. cap. th.9. expl.1. de libertatis ſuppreſſione th.7. expl.8. & ſeq. th.21. expl.2. de Juſtitiæ denegatione & ſubditorum nimis molli gubernatione th.7. expl.1. & 7.* jam dictum eſt, illa hic repetere ſupervacaneum duximus eſſe.

Circa injurias graves ſubditis illatas notandum illas generoſas mentes admodum in vindictam incitare:

Sic Carolus Comes Carolæorum Philippi Burgundi filius ob verbales injurias ſed atroces, Ludovico XI. Galliarum Regi per ſeditionem inter ſubditos ejus ſuſcitatam grave movit bellum, de quo videri poteſt *Comin. Lib.1. c.1. & ſeq.*

Eandem Boruſſis cauſam defectionis dediſſe ex ipſo-
C. rum literis diffidationis ſubjectionis renunciatoriis *à Waiſel. in Chron. Boruſſ. p.*175. allatis patet, de qua etiam legi poteſt *Neugeb. l 6. hiſtor. Polon. p.m.*334. *& ſeq.*

De ſubditorum verò oppreſſione illud monendum, eam ſeptem modis fieri (1.) quando illi ſub ſervitutis jugum mittuntur, vel ſervitutibus nimiùm premuntur, (2.) quando illis bona propria de facto eripiuntur. (3.) Quando ſub prætextu criminum locupletes proſcribuntur, & ipſorum bona fiſco applicantur (4.) Quando pecunia civitatis & proventus publici à Magiſtratu dilapidantur vel in privatos uſus convertuntur (5.) iis à Magiſtratu negotiationes & commercia adimuntur, & ab illo ſolùm exercentur. (6.) Quando illi immodicis tributis & exactionibus premuntur. (7.) Quando per Magiſtratus iucuriam vel ſtudium, annonæ caritate, fœneratione & adulteratione monetæ vexantur: *Nos ſaltem circa primum modum,* ruſticorum Germanicorum *præc. th 4. in expl.* relatum exem-
D. plum, & *circa quartũ, ſeditionem magnã Pragæ ortam, ac à Theobaldo in bello Huſſit. p.3. c.23.* recenſitã allegare, *quoad tertiũ verò ad præc. c.1. th.7. expl.3.* conſignata lectorem remittere, & *circa duos poſtremos ſequentia pauca & inſigniora exempla adducere volumus. Ubi quoad quintum occurrit* illud factum *Alphonſi II. Neapolitani Regis,* quo omn eoleum & triticum adhuc in campo exſtans, modico precio coemit, ſubditis quoad potuit cariſſimè vendidit, ac negotiationem ademit, *inſuperque* porcos ſubditis alendos & ſaginandos dedit, mortuorumq; verum precium ab iis poſtulavit, ac exegit, & ſimilibus ſubditos preſſit, uti narrat *Comin. l.7. Comment. c.11. hoc eventu,* quod ſubditorum odio perſpecto adveniente Gallorum exercitu, regnum deſeruerit, & in Siciliam aufugerit, *ſecundum eund. ibid.* ubi de ejus miſerabili morte ſimul agit. *Quoad ſextum autem ſe offert exemplum Helveticorum.* Cum enim ii graviſſimis tributorum premerentur oneribus, & intolerandis Præfectorum injuriis laceſſerentur,

Sui-

Suitenſes primum, deinde Urienſes, & Underwaldenſes excuſſo jugo in libertatem ſe vindicare cœperunt, Præfectos & Nobiles, qui in manus illorum inciderunt, trucidarunt, reliquos omnes deſtructis munitionibus & arcibus, expulerunt. *Birkheim. lib. 1. bell. Helv. in pr.*

Gandavenſes eandem ob cauſam periculoſiſſimam ſeditionem ſub Cæſare Carolo V. moventes, de quâ videatur *Pontus Heuterus l. 11. Rer. Belgic. f. 512. & ſeqq.*

D. *Galli Cadurcenſes*, de qua vid. *Gramond. lib. 13. p. m. 600. & ſeq.*

Neapolitani anno 1647. de qua vid. *Nicium in Pinacotheca tertia in fine ſub Thoma Aniello.*

Friſii ob immodica tributa à Gotfrido Daniæ rege planè deficientes: ut latè inter alios refert *Emmius l. 5. Rer. Friſic. f. 70. & ſeq.*

Belgæ etiam ideò deficientes, *de quo th. ſeq. dicitur.*

B. Tributorum talium impoſitio, *Flandricæ plebi* occaſionem præbuit. Anno 1381. magnæ illi ſeditioni & inde orto ſeptennali illi bello, in quo *Albatorum*, ita enim plebs illa ab albis capitiis, ſeditioſorum teſſerâ, dicebatur, *ſupra ducenta millia perierunt*, & Rex Franciæ Comiti Flandriæ opem tulit, ac victoriam comparavit, de quo videri poteſt *Paul. Æmil. l. 9. & Polyd. Virgil. lib. 20. Hiſt. Angl. p. m. 518. ac Gaguinus lib. 9. c. 3 f. 167. & ſeq.*

Rothomagenſes ob Tributa & onera eodem tempore etiam ſeditionem moverunt ingentem, ad mercatoris cujusdam ob obæſum corpus craſſi dicti ædes convolarunt, illum currui impoſitum per urbem deduxerunt, ac Gallorum regem appellaverunt, nec antè ceſſaverunt, quam onera illa tollerentur. apud *Gaguin. d. l. f. 170. & Fulg. lib. 9. Memorab. c. 7.*

De quo plura vide apud Schoock. d. l. 1. c. 25. Im Hoff. ini ſingul. Polit. Rat. Status 8. Forſtn. in Hypomn. Polit. 65. & Spreng. Axiom. Status 4. & th. ſeq. 23. expl. 2.

C. *De ſeditione ob annonam, fœnerationem & adulterinam monetum exortu th. ſeq. expl. 2. dicetur.*

De ingenti ſeditione ob injuſtam ponderum & menſurarum imminutionem ab Ulrico Wirtembergiæ Duce factam præteriti ſeculi initio ortâ & magno labore ac periculo ſedatâ legi poteſt *Tetbingerus in Comment. Rer. VVirtemberg. l. 1. poſt pr. apud Schard. Tomo 2. operis hiſtor. f. m. 916. & ſeqq.*

De Præteritione verò incolarum utq; dignorum, & peregrinorum ac indignorum promotione pauca hic notanda ſunt, illam certiſſimam ſeditionis cauſam, imprimis vero in Statu populari vel mixto ex hoc & Ariſtocratiâ eſſe: Cum per ſe ſtudia cupiditatesque honorum atque ambitiones res evertendæ reipubl. eſſe ſoleant, judicio *Ciceronis in orat. in Verr. 2. c. 53.* & honor ſeditionis cauſâ ſit teſtimonio *Ariſtot. lib. 5. Polit. 3. Ægerrimè quippe homines ferunt, ſe anteiri à ſuis æqualibus ac familiaribus Dion. lib. 41. f. m. 178.* multo magis

D. ab indignis: *hinc inter cauſas* impulſivas ſeditionis præteritionem hanc retulit Catilina apud *Saluſt. in ejus bello c. 35. Et Flor. lib. 1. c. 26.* quartæ Romanorum ſeditioni expreſſe adſcribit honorum cupidinem.

Ut itaque prudentiſſimus Auguſtus indignioribus à Senatu remotis turbas pertimeſcendas evitaret, illum non vi, ſed bonis artibus purgavit, totum Senatum hortatus, ut ſuâ ipſi conſcientiâ teſte, de genere & vitâ ſuâ judicium ferrent, quo id effecit, ut primò 40 deinde 140. Senatores indigni Senatu cederent, teſte *Dion. lib. 52. in f.*

Ita diſſenſionibus, bellis civilibus & defectionibus in Imperio Sinico non minimam cauſam dedit nimia ab Imperatore Thienkio Eunucho Guejo conceſſa potentia & paternus illi habitus reſpectus ut refert *Martin. in bell. Tartar. p. m. 39. Eadem ratio pugnat* in promotione peregrinorum, & incolarum ſpretione, *nihil enim*

A. *minus* inquilini pati poſſunt, *ideo namque Poloni* adverſus regis Miozislai viduam Rixam indignationem moverunt tantam, ut illa cum filio Caſimiro ex regno præ metu aufugerit. recenſente *Crom. de reb. geſt. Polon. lib. 4. in pr. Et Ungari* adverſus regem Petrum anno 1039. teſte *Bonfinio rerum Hungar. Dec. 2. lib. 1.* uti etiam *Auſtriaci & Styrii* adverſus Albertum I. ſuum Ducem, & *Angliæ proceres* adverſus Henricum III. Regem ſuum referente illud *Gerh. de Roo in Hiſtor. Auſtr. l. 1. f. m. 43.* & hoc *Vergilio Hiſtor. Angl. l. 16. p. m. 403. & ſeq.* inſurrexerunt.

Plura exempla videri poſſunt apud Neumeyr. de Sedit. c. 1. puncto 10. Illisq; adde ad d. th. 7. expl. 3. & præc. th. 4. in explic. notata.

TH. VII.

B. *A ſubditis quæ proficiſcuntur ſunt duplices, interna vel externa; Illa ſunt* illorum naturalis quaſi ad ſeditionem proclivitas, item ambitio, nimia felicitas & otium; *Hæ ſunt* calamitates publicæ & plebis inſtigatores.

Explic.

I. E*X experientia pateſcit, nonnullos populos ad ſeditiones*, ſicuti alii ad alia vitia (de quibus videatur perſonatus *Franciſcus Marinus de ſcopo reipubl. Poloniæ in præfatione*) *eſſe naturâ quaſi proclives*, de quo tamen conſule *Hartknoch. in Republ. Polon. l. 2. cap. 9. th. 7. Quod de Siculis narrat Thucyd. lib. 6. & Plutarch. in Vit. Pyrrhi c. 29. De Judæis narrant Hiſtorici, & rei veritas ex Joſepho de Bello Judaico lib. 2. c. 14. & 21. & paſſim. Dion. lib. 68. in fin. Simocatta l. 5. Hiſtor. Mauric. c. 7. & aliis conſtat.* De Gallis *Julius Cæſar lib. 3. de bello Gall. p. m. 69. l. 4. p. m. 82. & l. 5. p. m. 110. & 124. & l. 7. p. m. 150. & ſeq.* Vopiſcus in Saturn. in pr. *Trebellius Pollio in Poſthumo circa fin. & alii.* De

C. *Ægyptiis idem in Æmiliano in pr.* narrat, *quod illis familiare ſit, ut vel furioſi ac dementes de levibus quibusdam ad ſumma reipubl. pericula perducantur*, ubi ſimul exemplum gravis ſeditionis refert, & *Vopiſcus in Saturn. in pr. De Alexandrinis Herodian. lib. 4. c. 15. & 16. Evagr. lib. 2. hiſtor. Eccleſ. & Socrat. lib. 7. hiſtor. Eccleſ. cap. 13. De Neapolitanis & nonnullis Siciliæ urbibus*, quod ad ſeditiones excitandas admodum proclives ſint, hiſtoriæ paſſim tradunt. & inprimis *de Neapolitanis obſervavit Valckenerus* **In dem verwirrten** Europâ *Part. I. fol. 43. quod intra 466. annos 28. graves ſeditiones moverint, inter illas* verò admodum celebres ſint, quæ *anno* 1547. ob introductam à Prorege inquiſitionem orta, & à *Thuano l. 3. f. m. 51. & ſeq.* deſcripta eſt: *& altera*, quæ integrum poſt ſeculum ob impoſitum eſculentis & ſimilibus grave tributum orta ſub *Thomâ Aniello* electo à plebe duce in immenſum aucta, brevi tamen tempo-

D. re per hujus necem ſedata fuit, ut legi poteſt apud *Nicium in Pinacotheca tertia in fine*, de qua etiam breviter agit *Schoock. de Sedit. l. 1. cap. 38. pag. 370. & ſeq. Aliam ob annonæ caritatem ibi acriter exercitam lege apud Thuan. l. 82. f. m. 28. & ſeq.*

De Siculis ad ſeditiones proclivibus in initio hujus explicationis diximus, illarum aliquot crudeliſſimè exercitas refert *Facellus Dec. Poſter. l. 9. c. 5. & Hugo Falcandus de Siciliæ Calamitatibus. Quibus nos addimus* ingentem anno 1672. in Meſſina vel Meſſanâ ob annonæ caritatem cœptam ac ob Vice-Regis tyrannidem reſuſcitatam & per annos aliquot durantem, ac in defectionem ad Gallos deſinentem ſeditionem ortam eſſe, ut omnibus notum eſt, & *in ſingulari libello, quem Gotfred Jonſch ſuo Germanico Chronico ſubjunxit*, de illa conſcripto exactè recenſetur. *De Gandavienſibus ex Thuano & Meterano Auctor Addit. ad Guicciardini Belg. ſub Gandavo. De Eorundem &*

Bruggenſium crebris ſeditionibus legi etiam poteſt *Tur-ckenius in hiſtor. Auſtria lib.5.c.26.f.847. & f.851.c.32. in pr. & fin.c.35. & c.36. ubi notandum* Pariſias, Leodium, & Pictavium cum Gandavo de rebellione ferè concertaſſe, ut in proverbium abierit, *has quatuor urbes eſſe rebelles* ut dictus *Auct. additionum ad Guicciard. Belgium ſub Gandavo narrat*, cui junge *Schoock de ſedition. l.1.c.11.* Confer etiam quæ habet *Bellerment. Diſſer. 52. & Condit. de Fide Polit. l.1.c.4.n.2. & ſeqq.*

De Ambitione in præcedente c.1.th.7. explicatione 3. dictum.

De nimia felicitate & otio ſubditorum notandum ex eis peſſimas generari filias luxum, ſuperbiam & libidinem, de quibus ex parte, in præced. cap.th.9. expl. 5. dictum: De nimia verò felicitate optime judicat *Chryſoſtomus* lib. 1. de Curial. Nugis ita ſcribens: *Noverca virtutis omnis proſperitas bajulis ſuis ſic applaudit, ut noceat;* Et *Auguſt.* 1. *De Civit. Dei c. 30.* ita diſſerens: *Secundis in rebus ea mala oriuntur: in moribus, quæ ſævientibus pejora ſunt hoſtibus.* Cui jungendus *Senec. Epiſt.* 36. in pr. ſic ſcribens: *Res inquieta eſt felicitas, ipſa ſe exagitat, movet cerebrum, non uno genere alios in aliud excitat, ſcilicet ut negotium faciat in otio, & ubi benè negotiandum foret, ibi tepeſcit, qui felix eſt.* Hinc *Florus lib 4.c.2.* Cauſam calamitatis tantæ Romæ tunc exiſtentem nimiæ felicitati adſcribit. *Veriſſimum enim eſt illud notum Ovid. l.2. de Arte amandi v.438. Luxuriant animi rebus plerumque ſecundis. Cauſam refert Polyb. lib.6.c.55.* his verbis: *Palam eſt, ubi mora longi temporis beata fortuna ſuam ſedem in civitate firmavit, ita mores luxum irrepere, in animos virorum ambitionem & pervicaciam, tùm circa Magiſtratus tùm circa alia incepta: quæ ubi ſemel creverint mala mutationis in deterius principium exiſtet ab honoribus per ambitionem petitis aut negatis.*

Cæterùm felicitatis hujus damna & pericula egregiè deſcribit *Flor. lib.3.c.6. in cap. præced. th. ult. expl. 4. annotatis, ubi plura adducta ſunt.*

Otium filiam nimiæ felicitatis peſſimam quod attinet, de eo veriſſime Catullus carm.52.

Otium Reges prius & beatas perdidit urbes.

Obſervavit illud Dionyſius apud Juſtin. l.20.c.1. grave otium regno ſuo periculoſamque deſidiam ratus, & ideo copias in Italiam trajecit, ne militum vires continuo labore acuerentur, & *Demetrius apud. Eund. ſeq. lib. 35. cap.1. Occupato Syriæ regno Novitati ſuæ otium periculoſum ratus.* Optimè hinc *Valer. Max.* judicat de ſua Roma, quando *lib.7. c.2. §.1.* ita ſcribit: *App. Claudium crebro ſolitum dicere accepimus; negotium Populo Romano melius quàm otium committi, non quod ignoraret, quam jucundus tranquillitatis ſtatus, ſed quod animadverteret præpotentia imperia agitatione rerum ad virtutem capeſſendam excitari, nimia quiete in deſidiam reſolvi. Et ſane negotium nomine horridum civitatis noſtræ mores in ſuo ſtatu continuit.* Hinc *Senec. lib.2. Controv.* 10. *Non vides ut immota fax torpeat, & exagitata reddat ignes? Mollit viros otium, ferrum ſitu carpitur & rubiginem ducit, deſidia dedocet. Naſo l.1. Amor. El.2. V.11. & ſeq.*

Vidi ego jactatas mota face creſcere flammas
Et rurſus, nullo concutiente mori.

Suadet hinc Deſiderius Creſcentius in artibus reconditis regendi reſpubl. part.1. c.5. Ut princeps ad conjurationes & turbas cavendas otium plebi auferat, eamque ſemper laboribus fatiget, ne res ſecunda & quieta, exemplo urbanos motus excitent, & ex brevi otio multiplex bellum oriatur. De quo plura lege apud *Gruterum Diſcurſu ad Tacit.* 39.

Multa quoque ſunt aliæ cauſæ quæ ſeditioſa ſubditis conſilia ſuggerunt: cujuſmodi ſunt paupertas potentiorum, potentia nimia illorum, quos parere leges jubent, metus ſuppliciorum etiam juſtorum: impoſtura falſarum Prophetarum: nationum moribus & ingeniis diſſidentium in rempubl. receptio: Collegiorum & ſocietatum licentia nimia.

II. *Præterea impotenti plebi* prava quoque conſilia ſuggerunt calamitates publicæ, præſertim bellum & annonæ caritas, quæ quantum malum ſint jam *præc. l.2. Parte 4.c.2. th.5. expl.2. & c.6.th.17. expl.2.* dictum eſt, ut ex illo *Homeri Odiſſ.12.* apparet.

Dura quidem miſeris mors eſt mortalibus omnis,
At periiſſe fame, res una miſerrima longe eſt.

Perdifficile enim eſt ad carentem auribus ventrem verba facere, quia venter cibi avidus illa non audit, ut locutus quandoque eſt *Cato ad populum* de frumento diſtribuendo tumultuantem referente *Plutarch. in ejus vita c.14.*

Cum quo concordat illud Joſephi lib.7. belli Judaici c.11. Omne genus pereundi fame levius eſt. Latiſſime verè illud demonſtrat Johan. Jouberto in lib. ſingulari de ingenti fame per totum, nec non *Philippus Beſquerius in flagello Academ. peccatorum. Idque Romæ frequentiſſimum fuiſſe refert Amm. Marcellin. lib. 26. p. m. 314.*

Quod verò illa ſeditiones ciere ſoleat, teſtatur Cic. pro domo cap.5. referens ob illam concurſum plebis ad templum Concordiæ factum & ſeditionem ortam fuiſſe & Tacit. 6. Ann. c.13. ſic ſcribens: *Gravitate annonæ juxta ſeditionem ventum eſt:* & paſſim illud ex hiſtoriis conſtat; *Sic Romæ fames ſeditionem excitavit. Liv. lib.2.c.34. & 35. Sub Auguſto eadem ob illam orta eſt, Dio lib.54.f.m.566.* Sic ſub *Honorio 8. & Theodoſio Juniore 3. Coſſ.* apud Conſtantinopolin magna exarſit ſeditio, penuria rei annonariæ ingruente, teſte *Marcellino Comite in Chron. Nec hodie inſolitum eſt Conſtantinopoli* ob ejus penuriam ſeditiones triſtes excitari, ut *hiſtoriæ Turcicæ* teſtantur paſſim. *Exemplum quoque ſeditionis* ideo Neapoli ortæ tragicum refert *Thuanus lib. 82. ſub anno* 1582. ubi videri poteſt. *Et ſimile Mediolani obventum Machiavell. hiſtor. Florent. lib.6. p.m.329. & ſeq.*

Nec intra ſeditionum limites hic ſe ſemper continet populus, ſed & rebellioni ſtudet, ſicuti in Romana hiſtoria multa occurrunt exempla; ſic *Conſulem Q. Metellum* referente *Cicer. d. c. 5. Antoninum Pium teſte Victore in ejus vita in fine; Claudium teſte Suetonio in ejus vita cap.16. & Oroſio lib.7.cap.6. & alios Imperatores populus ob annonæ caritatem fragminibus panis petiit, & mortem inferre voluit.*

Nec tacenda clades magna in bello perpeſſa. *Eâ enim de cauſa ſæpius ſeditiones & rebelliones ortas eſſe ex hiſtoriis abunde conſtat. Sic enim Ægyptii* contra ſuum regem Apries rebellarunt referente *Herod. lib. 2.n.67. & ſeq. Et Burgundii Reges* ritu veteri depoſita poteſtate removerunt, ſi ſub eo fortuna titubaverit belli vel ſegetum copiam negaverit terra, quemadmodum etiam *Ægyptii* ejuſmodi caſus rectoribus ſuis adſignare ſoliti fuerunt, referente *Marcell. lib. 28. p. m.377.*

Referri huc etiam poteſt fœneratorum publicè permiſſa & approbata violentia, ac crudelitas, quæ apud Romanos non rarò graves ſeditiones movit, & ideò à Tacit. 6. An. 16. Vetus urbi malum & ſeditionum diſcordiarumq; creberrima cauſa. Talis fuit ſeditio prima Romæ orta & à Menenio Agrippa ſopita Flor. lib.1. c.23. Manliana apud Livium lib. 6. c.14.15. & 16. & aliæ. Vid. etiam *Saluſt. in bello Catilin. c.33. & Ferſta. ad dictum loc. Taciti.*

Et adulteratio monetæ publicæ ac ſubita ejuſdem mutatio, quæ quantum turbarum in Polonia ſub Sigiſmundo excitarit, refert *Piaſec. ad ann.* 1632.

De excitatis in Germania noſtra ob illam tumultibus

bus & ſeditionibus, res per ſe nota eſt, inprimis verò Francofurtana ad Mœnum maximè celebris eſt, Anno 1614. & Wormatienſis anno ſequenti ideò orta.

Eandem ob cauſam Anno 1307. *plebs Pariſienſis regem ſuum Philippum Pulchrum* in templo obſedit, illique commeatum denegavit, referente *Gagnino in Chron. Gall. lib. 7. c. 5. f. m. 124. & ſeq. Et paulo poſt Ann. 1353. Rege Johanne in Anglia detento*, ob mutationem monetæ nova ſeditio orta eſt, ſecundum *Eundem l. 9. c. 1. f. m. 146.*

Ubi obiter monendum, Aureliano Imperatori à Monetariis ob metum ſecuturæ, de depravata pecunia pœna, bellum motum, & illud tandem magnâ ſanguinis profuſione deletum eſſe, uti videri poteſt apud Vopiſcum in illius vita c. 38. Aur. Victor. de Cæſaribus ſub d. Imperatore & in Epitome ſub eod. & Eutrop. lib. 9. circa med.

Plebis inſtigatores hîc nobis ſunt, qui auctoritate ſua illam ad quævis impellere poſſunt, quales ſunt Tribuni plebis & Demagogi quivis, item paſtores & concionatores turbulenti.

De illis notum eſt ex hiſtoria Romana, quod plebem etiam ſedatiſſimam, ceu tempeſtates mare tranquillum ad quosvis motus impellere potuerint & impulerint. Sic enim *Flor. lib. 3. cap. 13. Seditionum omnium cauſas tribunitia poteſtas excitavit, quæ ſpecie quidem plebis tuendæ, cujus in auxilium comparata eſt, re autem dominationem ſibi acquirens, ſtudium populi ac favorem, agrariis, frumentariis, Judiciariis legibus aucupabantur.*

Quàm artificioſe verò illi ſibi tantum poteſtatis & auctoritatis apud Romanam plebem contra Senatum acquiſiverint, latè demonſtrat Schoock. d. l. 1. c. 16. In tantum verò faſtigium excrevit illa, ut Conſules Romani apud *Liv. lib. 4. c. 2. negaverint, jam ultro ferri poſſe furores tribunitios, ventum jam ad finem eſſe, domi plus belli concitari quam foris.*

Quod Sacerdotes & Concionatores attinet notum eſt illos ob præſumtam ſanctimoniam & in religionis propagationem prælatum ardorem ad concitandam plebem ſeditioſis ſuis concionibus plurimùm valere & conferre ſolere, uti ex hiſtoriis paſſim conſtat. De quibus *Thuanus lib. 44. hiſtor. f. m. 262.* has querelas fundit: *Præcipua concionatorum intemperies fuit, qui omiſſâ verbi divini interpretatione bacchantibus ſimiles conviciorum plauſtra. in regem evomebant, dicenda, tacenda blaterantes, tyrannum, hypocritam, perfidum, crudelem vocitantes ad raucedinem usque clamoſi.* Ubi plura vide, & ejus quædam exempla vide apud *Schook. dict. lib. 1. c. 21. & 22.*

TH. VIII.

Subjectum, hoc eſt, ii, qui ad ſeditiones potiſſimum inclinant, ſunt (1.) inopes (2.) obærati (3.) Prodigi (4.) Ex maleficiorum conſcientiâ pœnas publicas metuentes (5.) Ambitioſi.

Explic.

B*Enè ſeditioſum Cicero in Catilina cap. 33. deſcribit Hominem ſine re, ſine fide, ſine ſede, ſine fortunis. Ore, linguâ, manu, vita omni iniquitatum:* Et de Catilinæ ſociis ita ſcribit 2. *in Catil. c. 4. Quis totâ Italiâ veneficus, quis gladiator, quis latro, quis ſicarius quis parricida, quis teſtamentorum ſubjector, quis ganeo, quis nepos, quis adulter, quæ mulier infamis, quis corruptor juventutis, quis perditus inveniri poteſt, qui ſe cum Catilina non familiariter vixiſſe fateatur.* Cui conſentit *Saluſt. in Catilin. bello c. 14. Catilina omnium flagitiorum & facinorum circum ſe, tanquam ſtipatorum, catervas habebat. Nam quicunq; impudicus, adulter, ganeo, aleâ, manu, ventre, pene bona patria laceraverat, quique alienum æs grande conflaverat, quo flagitium aut facinus redimeret; præterea omnes undique parricidæ, ſacrilegi, convicti judiciis aut pro facto judicium timentes: ad hoc, quos manus atque lingua perjurio & ſanguine civili alebat, poſtremò omnes quos flagitium, egeſtas, conſcius animus exagitabat, hi Catilinæ proximi, familiaresq; erant. Et de Ottone in ſpecie ſcribit Tacit. 1. hiſtor. 21. Et antequam Imperator ſalutaretur, compoſitis rebus nullam ſpem, omne in turbando conſilium, multa ſimul extimulaſſe luxuriam & principi onerosam inopiam vix privato tolerandam. De Catilina vero idem Saluſt. in bell. Catilin. c. 5. Agebatur illius magis magisq; indies ferox animus inopia rei familiaris & conſcientia ſcelerum. Sic apud eundum in fragment. lib. 1. hiſtor. L. Philippus contra Lepidum declamans, dicit, ad eum concurrere homines omnium ordinum corruptiſſimi; flagrantes inopiâ & cupiditatibus ſcelerum, conſcientiâ exagitati: quibus quies in ſeditionibus in pace turba ſunt.* Ita quoque *Halicarn. l. 5. c. 53.* refert, magnam plebis partem & præſertim egenos ac fœnore oppreſſos commotam fuiſſe ac pernicioſas reipubl. cogitationes aluiſſe, & *Tacit. 3. Annal.* 40. refert Galliarum civitates ob magnitudinem æris alieni rebellionem cœpiſſe.

Rationem ſpecialem de inopibus dat Saluſt. in Catil. c. 37. hanc: Quia bonis invident, vetera odêre, nova expetunt, odio ſuarum rerum mutare omnia ſtudent. De obæratis & prodigis Tacit. 2. hiſtor. 88. Quia illis afflictis fides eſt in pace, ſuntque rebus turbatis alacres, & per incerta tutiſſimi: & Livius lib. 42. cap. 30. Æs alienum & deſperatio rerum ſuarum præcipites ad novanda omnia agit. De maleficis vero Ariſt. 5. Polit. 3. quia pœnas metuunt & ignominiam publicam, pervertere eam everſione ſtatus publici laborant, & concitatu facillimi ſunt. De ambitioſis Tacit. 11. Annal. 17. quia privatim degeneres, in publicum exitioſi nihil ſpei niſi per diſcordias habent. & Cicer. 2. in Catilin. cap. 9. honores, quos quietâ republicâ deſperant, perturbatâ ſe conſequi poſſe arbitrantur.

TH. IX.

Progreſſus hujusmodi fere eſt, (1) auctores ſeditionis clam inter ſe coëunt, & de illa conficienda conſultant [2.] per Corycæos ſuos voluntatem & affectionem plebis tacitè indagant. [3.] illa ad propoſitum idoneâ repertâ ſignum ad concurſum plerumque ſub veſperam & dieb. feſtis ac ſabbathi dant. [4.] Ad locum aliquem publicum ſe conferunt [5.] ibi ſub ſpecioſo libertatis, religionis & ſimilis prætextu plebem ad ſeditionem publicè ſollicitant. [6.] poſthac Ducem ſibi eligunt. [7.] Quosvis obvios ſibi ſociant [8.] Magiſtratus ac potentiores ac divites invadunt. [9.] Omnia demum jura & fundamenta reipubl. divellunt, [10.] tandem niſi in tempore ſupprimantur, ſeditiones latiùs ſe extendunt & totas provincias pervagantur.

Explic.

S*icuti ſeditiones uno impetu vix erumpunt, ſed illas plerumq; indicia quædam, qualia ſunt*, clandeſtini conventus, frequentes in Magiſtratum & potentiores calumniæ, querelæ de iniquitate Magiſtratus, accuſatio ſtatus publici, contemtus Magiſtratus, inobedientia, impeditio executionis Legum & ſimilia præcedere ſolent: *ita prudens & vigilans Magiſtratus*, eas facile ſubodorari poteſt, de quo Prognoſtico ex parte agit *Conzen. in polit. lib 9. cap. 14. §. 1.* & ibi vi-

deri poteſt, conjungantur quæ *ſeq. th. 11. explic.* notata ſunt.

Fit verò progreſſus illarum plerumq́, dicto modo : Ita enim Catilina tunc temporis nondum Dux, ſed complicum unus clandeſtina inſtituit conciliabula, & conſultationes occultas, univerſorumque convocatorum animos tentavit, & ſibi conciliavit, apud *Saluſt. in bell. Catilin. c.17.* ſignum pro curiâ dedit: & non modo Conſulibus ſed plerisque Senatoribus perniciem machinatus eſt, *ibid. c.19.*

Ubi notandum, ſignum illud plerumq́, vociferatione & ad arma conclamatione, uti Neapoli in nuperâ illâ Anno 1647. excitatâ periculoſiſſimâ ſeditione factum, de quo videatur *Janus Nicius in ſuâ Pinacothecâ lib.3. ſub Thoma Anielli, quandoq́, etiam campanarum pulſatione, uti* de Leodienſibus & Gandavenſibus refert *Schoock. d. l.1. c.7. dari.*

Sic Romanorum præſidium à Vaccenſibus die per totam Africam feſto deletam Saluſt. in bell. Jugurth. c.66. Sic Gallorum in Sicilia internecio ipſa Dominica reſurrectionis die ingruente veſpere erupit Collenut. l.5. Hiſt. Neapol. p. m. 194. Luc. Marin. de rebus Hiſpan. lib.11. poſt pr. Fazell. de Rebus Sic. l.8. Dec. poſt f. m. 450. & ſeqq. Ideo veſperæ Siculæ dictæ.

Sic quoq́, Rex Angliæ Adelred omnes Danos in feſtivitate S. Britii per totam Angliam miſſis in unamquemque urbem occultis eâ de re literis interimi curavit, referente ad Ann. 1002. *Henrico Huntindonenſi in hiſtor. Anglic. lib.6. in pr. Rudolpho de Diceto in Abbreviationibus Chron. ad Ann. 1000. Bromtono in Chron. add. Ann. 1002. Ratio eſt, tùm quia* tunc quilibet ſacro & genio ſuo indulget, ab omnibus curis liber eſt, nihil timet, adeoque facillimè opprimitur, *tùm quia* illi dies à conſciis melius obſervantur quam vulgares, plura exempla vide *ſeq. cap.3. th.7. explic.2.* notata.

Ducem quod attinet, ſciendum eſt, illam facilè inveniri, cum peſſimus & ſceleratiſſimus quisque audaciſſimus ſit, & vel ſe ipſum offerat, ad exemplum *Catilinæ apud Saluſt. in bell. Catilin. c.20* vel à plebe eligatur: *Plerumq́, tamen factionum inſtigatores & Demagogi in Duces eliguntur : uti apud Romanos paſſim factum*, imprimis verò *exemplo Marii & Sullæ, Pompeji ac Cæſaris* probari poteſt, *quamvis non rarò* ex infimâ plebe Dux eligatur, uti in dictâ *Neapolitanâ* accidit ſeditione, in quâ *Thomam Aniello* piſcatorem plebs ſibi Ducem ſumſit. *Nicius dict. loc.*

Prætextus ſeditionum & ad plebem irritandum uſurpari ſolitus eſt plerumq́, libertatis vindicatio, & jugi abjectio: hoc q́, uſus eſt Catilina in Orat. ad complices habitâ apud Saluſt. d. c.20. hisce verbis: *Cæterùm mihi indies animus magis accenditur, cum conſidero, quæ conditio vitæ futura ſit, niſi nosmet ipſos vindicemus in libertatem.* Et paulò poſt: *Quin igitur expergiſcimini ? en illa, illa, quam ſæpè optaſtis libertas ;*

Impetu jam deſtinato ac cœpto quosdam obvios imprimis verò ſceleratos ſibi ſociant & ſocios habent, ſecundum illud *Taciti 1. hiſtor.56. In ſeditionibus accidit, ut unde plures erant, omnes ſint. Atq́, ita tandem* tectâ Magiſtratus & potiores ac divites invadunt, *& Magiſtratus quidem ac potentiores, ut tàm* illos è medio tollant, reliquis bonis Duces adimant, & *ſemetipſos pro Magiſtratibus gerant*, *quàm* de iis ob prædeceſſas injurias, ſive veras, ſive putativas, ſive fictas vindictam capiant, *divites verò*, ut egeſtatem ſuam aliorum opibus expleant, ita *Catilina dict. loc. ſociis ſuis pollicebatur tabulas novas, proſcriptiones locupletium, Magiſtratus Sacerdotia, rapinas & alia omnia, quæ bellum atq́, libido victorum fert.*

Claudit tandem hanc ſcenam miſerabilem cataſtrophe longè miſerabilior, omnium nempè jurium & fundamentorum reipubl. uti & amicitiæ, neceſſitudinis,

A. *cognationis diſſolutio, quod Dion Caſſius lib. 48. f. m.* 374. indicat his verbis: *In ſeditionibus & bellis civilibus omnia præter rationem eveniunt, ubi non jure ſed utilitate ſuâ ac neceſſitate amicos inimicosq́, ſuos ii, qui rerum potiuntur, æſtimant, ac pro opportunitate temporis eosdem & hoſtes & neceſſarios ſuos judicant. Et Conſules Romani apud Livium lib.4. c.2. inter alia dicentes omnia jura divina & humana per ſeditioſos turbari, Cujus rationem elegantem reddit Cicero Phil. 13. c.1. quia* nec privatos focos, nec publicas leges nec libertatis jura cara habere poteſt, quem diſcordia, quem cædes civium, quem bellum civile delectat.

Plura civilium bellorum mala ſeq. theſ.19. explic.1. notavimus.

Cæterùm omnia ſeditionum mala egregiè congeſſit Thucyd. lib.3. p. m.143. & ſeqq. ubi videatur.

Seditiones in tempore non ſedatas longius progredi &
B. *totas ſæpè provincias pervagare ex hiſtoricis conſtat ; Ita enim Ann. 1381. ſeditio totam ferè Angliam pervaſit, ut refert Walſingham in Richar. II.*

Similiter cum Catalauni contra Johannem Arragoniæ regem inſurgerent, ſtatim etiam Valentiæ incolæ arma arripiebant, Sardi verò & reliqui Inſulani exitum obſervabant *Marineus de reb. Hiſpan. lib.13. ante fin.*

De ruſticorum ſeditione totam ferè Germaniam pervagante jam aliquoties diximus.

Recenſere hic volumus ex Stumpfii Chron. Helvet. lib.11. c.16. in pr. Apud Valleſianos ſeditionis popularis ſignum eſſe clavam ligneam, Mazzam dictam, monſtroſâ facie inſignem quicunq́, enim ſeditione nomen dat, clavum quo equorum ſoleæ ſuffiguntur, in eam adigit, & hoc veluti ſanctiſſimo jurejurando Mazzarorum libidini, ſeſe in omnibus obſervaturum pollicetur. Conjurati hi Mazzaphororum ſecuti inimicorum domos
C. *petunt, Mazzam ante ædes ſtatuunt, eâ poſitâ liberum eſt cuiq́, tanquam proſcriptorum bona rapere, auferre, abſumere ; Hoc genus cenſuræ ruſticæ, quâ improbos & noxios cives patria pellere & in exilium agere ſolent, anni Domini 1414. primùm inventum eſt.*

De ſeditione militum cruce ſignatorum & ruſticorum in Hungariâ præcedentis ſeculi anno decimoquarto ortâ legi poteſt Nicol. Iſtuanfi Hiſtor. Hungar. l. 5. f. m. 66. & 74. & Petr. de Revvâ de Monarch. Hungar. Cent.6. f. m. 62. De pœnâ verò Auctoris & complicum, quædam ſeq. th.15. expl.2. notata ſunt.

TH. X.

Remedia contra ſeditionem adhiberi ſolent ordinaria (1) matura & ante partum vel in partu ipſa facta illarum interverſio (2) reconciliatio (3) Severa animadverſio. *Extraordinarium remedium* quandoque eſt (1) inter-
D. ventus potentis hoſtis (2) incidentes calamitates publicæ, (3) prudens mora. De quo *ſeq. th.20. expl.1. & 4. & th.26. expl.3.* egimus.

Explic.

PRudens reipubl. rector non ſemper ingenio ſuo obſequi, ſed vel maximè tempori cedere debet ; Quemadmodum enim Medicus non ſemper regulæ inhærere, ſed pro qualitate mali variare debet, ſecundum illud *Ovid. de Remed. amor. v.132. & ſeq.*

Temporibus medicina valet, data tempore proſunt,
Et data non apto tempore vina nocent.

Et ſapientis principis eſt adverſus commotum ſeditione populum non è veſtigio ſuâ uti auctoritate, ſed de jure ſuo nonnihil decedere, ut laxatis eorum deſideriis habenis paulatim deinde in rectum perducat tramitem Barcl. in Argen. Parte 2. l.1. c.8. p. m. 64.

Sic

Sic quoque reipubl. curandæ præpoſitus, modò duriora, modò leniora pro re nata remedia adhibere debet. *Certiſſimum namque eſt, quandoque remedia* bono animo & ſano quæſita judicio *in contrarium* ab inconſulta plebe accepta, & fomitem acerbioris fuiſſe ſeditionis, ut in *th. ſeq.* 13. *expl.* 1. demonſtrabitur. *Ita cum Aurelius in ſeditionem nimis ſevere & incivilius animadverteret, in magnum odium apud Romanos incurrit, dicentibus quibusdam* perfodiendum talem principem non optandum, *aliis*, illum quidem bonum medicum eſſe, ſed malâ ratione curantem, ut refert *Vopiſcus in illius vita c.* 21. *Tutior ergo regulariter eſt lenitatis via, quanquam illi etiam ſemper non eſt inſiſtendum.*

TH. XI.

Mitura ſeditionum & ante illarum partium, vel in ipſo partu interverſio perfici poteſt, ſi in omnia plebis facta & dicta accuratè ac tectè inquiratur, ac rumores & indicia ſedulò obſerventur, *& ita* percepta & animadverſa plebis oſtenſio & concitatio per remotionem cauſæ ſtatim extinguatur, aut auctores plebi avellantur, aut per ſuſpiciones motas diſtrahantur. *Extraordinariè verò* ſeditiones urbanæ intervertuntur, quando ſeditioſus populus adverſus externum hoſtem vel verè vel ſimulatè in expeditionem educitur, & quando hoſtis externus potens bellum periculoſum ipſe infert.

Explic.

I. Q*Uia rarò, ut in præcedentibus dictum, ſeditiones uno impetu erumpunt, ſed certa quadam indicia prævia habent* (1.) *in omnia* plebis dicta & facta à prudenti Magiſtratu accuratè & tectè ſemper inquirendum eſt, per clandeſtinos animadverſores & *delatores*, certo precio ad id conſtitutos, *ſolent verò tales* infimâ ex plebe plerumq; eligi, & in omnibus conventibus publicis & privatis ſimul comparere ac minima expiſcari. *Nonnunquam etiam principes ipſimet aſſumto plebejo veſtimento* ſolent ſubditorum conventus adire, ut ita, quid de modo adminiſtrandi & Miniſtris ac Magiſtratibus inferioribus ſentiant percipere, ut omnem iniquitatem illorum è medio tollere queant, *uti Erneſtum Archiepiſc. Salisburgenſem feciſſe refert Lauterbach.* in dem Regentenbuch *l.* 2. *c.* 11. (2.) *Rumores*, querelæ & indicia ſedulò obſervanda ſunt, quia quaſi prognoſticon ſunt à plebe conceptæ inſurrectionis ac ſeditionis, ut bene animadvertit *Leblen in ſuo Lelieto p.m.* 124. ita ſcribens: *Turbati obſequii argumentum eſt, quando injurioſis ſermonibus ſatyricisque ſcriptis regnantiū proſcinduntur punguntúrq; actiones, & quando nullo contumeliæ & effrenis in loquendo licentiæ genere, in regem regiumq; nomen temperatur.*

His igitur perceptis ac animadverſis optimum remedium eſt, non negligere talia, ſed manus injicere in tempore, quia tales in uno corpore offenſæ diſſenſus habent celeres Plutarch. in præcept. reip. regendæ c. 78. *& ſeq. &* incipiens adhuc ac nondum adulta ſeditio melioribus conſiliis flecti poteſt Tac. l. 1. Hiſt. c. 31. *& ideò nonnullis apud Eund. ſeq. c.* 33. *feſtinandum videbatur, antequam creſceret invalida adhuc conjuratio paucorum. De quo plura apud Forſtn. ad l.* 4. *Ann. Tac. c.* 2. *verb. Numeroque & corpore legi poſſunt. Nec non removere aut cauſas aut auctores concitationis, quia plebs nihil audet, remotis Ducibus & Principibus Tac.* 1. *Annal.* 55. *contra verò, ſicut mare, quod naturâ ſuâ tranquillum eſt, ventorum vi agitatur, ita populus ſuâ ſponte placatus, hominum ſeditioſorum vocibus ut violentiſſimis tempeſtatibus attollitur. Cicer. pro Cluento c.* 49. *ut etiam Scipio African.*

A. *apud Liv. lib.* 28. *c.* 27. *ac Polyb. l.* 11. *c.* 28. *eadem utuntur ſimilitudine. Plura de ejus variabilitate vide apud Molineum in Exemplari Morum ſub Tit. Vulgus p.* 146. *& ſeqq. & Choniat. in Annal. ſub Imper. Alexis Comneni Manuel. filio.*

Prudens ergò reipubl. Rector omnem admoveat curam, ut in tempore Seditionum cauſis & principiis obviam eat, quia parva ſcintilla primum contemta, magnum ſæpe excitat incendium, & è leviſſimis vaporibus nubes generantur, quæ deinde tremendas cient tempeſtates, ac *omne malum naſcens facilè opprimitur, inveteratum vero fit plerumq; robuſtius Cicer.* 5. *Philipp. c.* 11. & *modicis remediis primi motus* aliquando *conſident Tacit.* 14. *Ann.* 61.

Optimum v. omnium remedium eſt, ſi ſeditioſi vel à capitibus ſive incentoribus, vel inter ſeſe diſtrahantur, ita enim & robur deficit, & ſuſpiciones inter illos gra-
B ves ſeruntur: quod bene intelligens *Cardinalis Mazarinus* in ſeditione Pariſienſi judicavit, non obnitendum exundationi, ſed in rivulos minuendam domitu ſic facilem referente *Priolo de Reb. Gall. l.* 3. *c.* 6.

II. *Seditiones magnarum civitatum, & inprimis Romæ labes eſſe Principes civitatum Hetruriæ apud Livium l.* 2. *c.* 44. *cenſuerunt, & ejus exempla apud Romanos plurima occurrunt, utpote apud Eund. l. eod. c.* 23. 27. *&* c. 43. ubi ille refert: *Fabio aliquantò plus negocii cum civibus quàm cum hoſtibus fuiſſe, & apud Halicarn. l.* 6. *c.* 19 *& paſſim*, quas ut declinaret *Poſthumius* gravi bello illas declinandas eſſe cenſuit, & ideò *Conſules nihil magis è republica eſſe animadverterunt, quàm ut turbas illas urbanas in bella externa abſtraherent, ut Idem ibi refert. Quibus junge, quæ ſeq. th.* 20. *expl.* 1. *adduximus. Ubi ſimul Expl. II. de illo remedio, quo hoſtis ſuperveniens reconciliationem indirectè procurat, egimus.*

C.

TH. XII.

Reconciliatio, eſt animorum plebis à Magiſtratu averſorum hujus ſtudio facta redintegratio, eaque vel vera, vel ſimulata aut doloſa.

TH. XIII.

Vera eſt, quæ ſeriò & non fucatè perficitur, quod tribus ferè fieri poteſt & ſolet modis: (1.) remotione offenſionis ſive cauſæ ſeditionem procurantis (2.) Alloquio plebi verbis tum blandis tum penetralibus, & tam enormitatem delicti cum periculo conjunctam, quàm commodum ex compoſitione amicabili animorum præſentantibus per gratum ei virum facto (3.) Præmiorum & amneſtiæ ſecurâ promiſſione.

D

Explic.

I. U*Ti in omnibus rebus, ita & in ſeditionibus, niſi illorum frequens iteratio, & jam ſpreta mollis cura aliud ſuadeat, molli viâ procedendum eſt: Quemadmodum enim* ille maximam meretur laudem, qui tempeſtati ſe accommodat, quàm nimiâ eam ſuperat jacturâ; *Ita etiam* in Civilibus tempeſtatibus, maximâ ille laude afficiendus eſt, qui tempora tempore temperando abſque naufragio vel detrimento reipubl. navim fluctibus eripit incolumem. *Deſperatio ergo ſeditioſis non eſt injicienda: nam qui ſperat nihil, & exitus quærit ſolatia, comiteſq; mortis.* Verè hinc quidem dictum eſt ab *Halicarnaſſæo lib.* 6. *c.* 74. *Omnem ſeditionem in quavis civitate curari poſſe, ſi ejus cauſa tollantur.*

Atque ideo primum remedium poſuimus remotionem offenſionis.

Sed illud nihilominus non ſemper effectum producit ſpera-

A. *ſperatum,& aaturaliter quaſi producendum, cum ſæpius contrarium*, *hoc eſt, major populi concitatio, & ſeditionis efferveſcentia ex ſalubri alias hoc remedio proveniat: Ratio eſt, quia* populus diffidens, meticuloſus & ſuſpicax eſt, optimè cogitata, prout demagogi & ſuſurrones, quibus omni credulitate addicti ſunt, ipſi ſuggerunt peſſimè interpretari ſuetus. *Cui illa ex Guicciard. l.1.Hiſtor.p.m.20.addenda, quod ſæpe accidat, ut conſilia timore ſuſcepta, periculo inferiora ei, qui timet, videantur.*

Exemplum evidens ſe offert apud Livium lib.6.c.14. 15 & 16. in Manliana ſeditione: Cum enim Manlius centurionem quendam nobilem militaribus factis judicatum pecuniæ duci videret, cumq; vi eriperet, & de patrum ſuperbiâ & crudelitate fœneratorum ac miſeriis plebis vociferaretur: Nec non Senatui crimen peculatus objiciens coràm eo dictatori ad interrogata reB. ſpondere nollet, ac ideò in carcerem deduceretur, plebs verò id ægerrimè ferret, & haut procul ſeditione res eſſet, *Senatus ejus leniendæ cauſa, poſtulante nullo, Largitor voluntarius repentè factus*, Satricum coloniam duo millia civium Romanorum deduci juſſit, & bina jugera & ſemiſſes agri iis aſſignavit: *Quod cum & parvum & paucis datum & mercedem eſſe prodendi M. Manlii interpretaretur, remedio irritata eſt ſeditio.*

Cautè ideò hoc remedio utendum eſt, & quidem ita, ne Magiſtratus ipſe ſeditionis cauſa exiſtens, plebi cedendo metum quendam oſtendat, eo auctoritatem ſuam amittat, & plebem audaciâ armet, quod optimè tunc fit, quando Magiſtratus per indirectum, & aliud quaſi agendo cauſas offenſionis & concitationis è medio tollit & removet. Felicius & ſecurius igitur hoc remedium adhibetur, ſi cauſâ ſeditionis penes Magiſtratum non ſit.

II. *Eloquentiâ aptâ*, plebs admodum moveri ac flecti ſolet, ſi imprimis illa à viro plebi grato, & fiC. dem merito proferatur, ſecundùm illud *Virgil.1. Æneidos v.152. & ſeqq.*

Ac veluti magno in populo cum ſæpe coorta eſt,
Seditio, ſævitque animis ignobile vulgus,
Jamq; faces & ſaxa volant, furor arma miniſtrat:
Tunc pietate gravem ac meritis ſi forte virũ quem
Conſpexere: ſilent arrectiſque auribus adſtant:
Ille regit dictis animos & pectora mulcet.

Egregium hic eſt Menenii Agryppæ exemplum, qui breviculâ & concinnâ ratione, quâ rempubl. cum corpore humano comparavit, & neceſſitatem mutuarum operarum demonſtravit, ſeditioſam & in montem ſacrum ſeceſſam plebem Romanam ſedavit, ut videre eſt apud *Halicarn.l.6.c.77. Livium lib.2.c.32. & Flor.lib.1. c.23. Similiter P.Valerius* populum Romanum enormiter ſeditioſum blandâ oratione ad meliorem mentem & quietem reduxit *Val. Max. lib.8.c.9.*

Et Furius Camillus populum Romã Vejos migrare D. volentem, molli ratione deflexit. *Liv.lib.6.c.55.* Hinc *Diogenes ſermonem ad gratiam inſtructum melleum eſſe laqueum* dixit *apud Laertium lib.4.* Et *Demetrius* apud *Eundem lib.5. quantum in bello ferrum, tantum in repub. eloquentiam valere dixit.* Atque de *Antiſthene lib.6. retulit, illum ex ſuavitate colloquii, quemlibet cepiſſe, ac quo vellet duxiſſe;*

Plura de hac materia vide ſupra lib.2. part.2. ſect.1. c.5.th.15.expl.4.

Licet vero veriſſimum ſit molli tractatione populum excitatum optimè in ordinem redigi poſſe, uti etiam *Euripides in Oreſte* bene animadvertit de illo ita ſcribens:

Quando enim turget populus incidens in iram,
Perinde non poteſt extingui ut vehemens ignis.
Si aut molliter aliquis ei incenſo
Laxans cedit, obſervans tempus,
Fortaſſis exhalet; tum quando remiſerit Spiritum
Poſſis eo uti, quantum velis.
Eſt in eo miſeratio, eſt & magna iracundia,
Optima res obſervandi tempora.

Attamen negandum quoque non eſt mollibus verbis non ſemper finem tranquillitatis attingi, ſed quandoque etiam acerbas increpationes maximè verò tempore bellico, & ab illo, qui fidem & benevolentiam apud populum meretur, intermiſcendas & illum ad trepidationem, ut in poſterum eò tranquillior ſit, adigendum eſſe: Quod *Tacit.* benè notavit 1.*Annal.28.* ita ſcribens: *Accitur centurio Clemens, & ſi qui alii bonis artibus grati in vulgus, in vigiliis, ſtationibus, cuſtodiis portarum ſe inferunt, ſpem offerunt, metum intendunt. Ita contra Julius Cæſar* unico verbo ſeditionem exercitus compeſcuit, *Quirites appellando*, qui ſacramentum detractabant, *Tacit.1. Annal.42. Sueton. in ejus vita c.12.* quod etiam tangit *Lucan.lib.5.v.352. & ſeq.* ita canens:

diſcedite caſtris,
Tradite noſtra viris ignavi ſigna Quirites.

Fuit enim ſpecies ignominioſa miſſionis talis appellatio, ut ſuprà lib.2. parte 4.c.9.th.12. expl.3. demonſtravimus.

Ita quoque Auguſtus ſolo aſpectu & vultu Actiacas legiones exterruit. Tacit. ibid.

Maximoperè verò talis principis præſentia & allocutio inter & apud ſuos & inquilinos multum valet: *quia* ſubditis innatum quaſi eſt, ut ſuos reges & principes venerentur.

Hinc Artabanus Themiſtocli dixit, apud nos cum multæ ſint & pulchræ leges, ea omnium præſtantiſſima eſt, quæ honorare regem adorareque eum, tanquam Dei omnia conſervantis effigiem jubet apud *Plutarch. in Vita Themiſt.c.46.*

Si autem vulgo infeſti & exoſi adhibeantur, ille magis exarcebatur, ut rectè tradit Boter. de Polit.l.5.c.8. & Marnix Reſol. Polit.l.7.c.3. & exemplo Muſonis Rufi apud Tacit.3. Hiſtor.81. conſtat.

III. *Quod præmia vel remunerationes cum amneſtia conjuncta* plurimum apud delinquentes ſubditos valeant, exemplis abundè conſtat: *Sic enim inter alios Juſtinianus* illo remedio ſeditionem militarem compeſcuit, teſte *Zonarâ in illius Imperio*, nec demonſtratione hic indiget.

Illud verò hic notandum eſt, quod lenitati adeoque & amneſtiæ non ſemper ſit locus, *quia, ut ſeq.th.15.expl. 1. & th.27. in expl.* dicetur, in extremis & iteratis delictis, præſtat ſeveritate, quæ tunc pro medicina eſt, quàm clementia quæ incentivum & promotivum mali illius eſt, uti.

TH. XIV.

Simulata eſt, quæ fraude & dolo modis iiſdem, quæ in vera adhiberi ſolent, ut plurimùm uſurpatis perficitur.

Explic.

Sicuti reconciliatio ſeria effectum producit amicabilem & durabilem, ita ſimulata & in ſpeciem perfecta contrarium: dolo enim & inſidiis compertis, non ſolum ſeditioſorum animi, ſi imprimis potentiâ non ſpernendâ valeant, in majorem iram & furorem concitantur, *ſed etiam* quod majus eſt, diffidentiam concipientes extrema quævis etiam cum totius corporis interitu, *reconciliationis* omni rejectâ ſpe, & curâ tentant, *quapropter* præſtat à tali potius abſiſtere, quàm per eam rempubl. peſſum dare.

Licet enim Magiſtratus talia in animo verſans media compeſcendi & puniendi ſeditioſos tales occultè ſibi comparare & ſpem, illos ſedato tumultu & ſubdolè ad armorum depoſitionem perſuaſos in ordinem redigendi concipere poſſit, *tutius tamen & bonâ fide conveniens magis eſt*, ut amneſtia etiã extorta ſanctè ſervetur,

vetur, ne fide ſemel datâ & violatâ vinculum humanæ ſocietatis diſſolvatur, ut ſuprà *lib. 2. part. 1. c. 8. th. 4. expl. 2. & parte 4. c. 12. th. 17. expl. 1. ac ſeq. in hoc capite th. 20. expl. 1. n.* (6) deductum eſt. *Pertinet huc iniquiſſimum factum Ludovici XI. Galliarum regis*, qui cum ſubditis ſuis ſeditioſis & rebellibus pacem inire neceſſitate adactus, violatâ illâ, omnes poſteà trucidavit, vel alias vitâ privavit, usque adeò ut & fratrem Carolum veneno ſuſtulerit. *Mayerus in hiſt. Flandr. lib. 16. f. m. 377. & l. 17. f. m. 404.*

TH. XV.

Animadverſio fit pro qualitate delinquentium & delicti ipſius per pœnam illatam, *vel corpori, qualis* ut plurimum in hoc delicto eſſe ſolet, decollatio, ſuſpenſio, fuſtigatio, *vel* honori, famæ & libertati impoſitam, *qualis* deportatio & relegatio.

Explic.

I. QUunquam in *ſeditionibus*, ut dictum, molli potius, quàm aſpero remedio utendum eſt, ut etiam Imperatoris Vicarius *Ferdinandus Archidux Auſtriæ in R. J. de dato* Speyer 1526. §. und wiewol & §. es ſol ſich auch *ſtatuit, quia tamen non ſemper* in Magiſtratu eſt, ut ſit lenis & clemens, *ſed quandoque* contra naturam ille cogatur ſeveritate uti, ut ſuprà *l. 2. part. 1. c. 10. th. 5. expl. 2. in quæſtione, qui fiat, principes bonos ſucceſſu temporis deteriores fieri? demonſtratum*, neceſſitate urgente ad pœnas & ſupplicia etiam tranſeundum eſt; *Ita tamen* ut magis ſcelera puniantur, quàm crudelitas exerceatur, & pœna paucos primarioſque auctores premat, juxta illud *Senecæ 1. de Clem. 8. Ut fulmina paucorum periculo cadunt, omnium metu: Magnarum enim poteſtatum animadverſiones terrere latius debent, quàm nocere.* *Sicuti* inter alios in rebellione militari *obſervavit Scipio apud Polyb. l. 11. c. 24. & 28.* *Animadverſio verò tempeſtivè adhibeatur*, ne ignem oleo extinguere conemur, uti *Bleſo* contigit, quo aliquos ſeditioſos milites in carcerem conjiciente flagrantior inde vis plures ſeditioni Duces. *Tacit. 1. Annal. c. 21. & ſeq.* Pertinet huc quod prudenter *Zonaras Tom. 2. in Auguſto* annotavit: *Nunquam gladius cuique ſui amorem perſuadere & extorquere potuit, ſed eum, qui punitur, perdit, cæterorum animos ab eo qui pœnas ſumit, alienat. Neque enim ob aliorum ſupplicia amare incipiunt, ſed oderunt magis, ob metum ſibi quoque impendentem.*

Peculiari verò ratione pœnam ad paucos eſſe reſtringendam, docet *Veget. lib. 3. c. 4.* his verbis: *Nunquam ad contumaciam pars conſenſu multitudo prorumpit, ſed incitantur à paucis, qui vitiorum ſcelerumq́ꝫ impunitatem ſperant, peccare cum reliquis.* Quod ſi fieri medicinam neceſſitas extrema perſuaſerit, rectius eſt, more majorum in auctores criminum vindicari: *ut ad omnes metus, aut paucos pœna perveniat, ut Cicer. in Orat. pro Cluent. c. 45.* quoad diſciplinam militarem tamen loquitur.

Obſervavit hoc Scipio, in punitione ſeditioſi exercitus auctores ſuaſu etiam tribunorum tantùm ſupplicio afficiens, ut unde orta culpa eſſet, ibi pœna conſiſteret, ad multitudinem caſtigationem ſatis eſſe putans *Liv. l. 28. c. 26.*

Notandum hic etiam eſt (1.) *Tutius eſſe auctores tales per aſtum capere, & ad remotiora tuta loca, ſub fida & arcta cuſtodia ſupplicii cauſâ mittere, quàm vi populo ſeditioſo eripere, & in ejus præſentiâ punire. Cujus exemplum aliquo modo reliquit Dux Albanus in Egmontio, Hornano, Johanne Caſembrotio, & Antonio Stralio, puniendis:* de quibus ita *Strada Dec. 1. lib. 7. p. m. 395. Et ſanè ab aliquibus haut dubitandum eſt, quàm conſultius egiſſet Albanus, ſi clam punito Egmontio, non eam ſcenam*

A. *& pompam ingratiſſimam populo tragœdiæ conquiſiſſet; Etenim male admoventur oculi, ſpectando illius ſupplicio cujus cauſam commiſeratio meliorem facere videatur.*

(2.) *Supplicia diu non ſunt differenda*, ut reliquis ſpes adimatur, capita ſua veniam impetratura vel elapſura eſſe, & animus ſive audacia per exempla reliquis adimatur.

(3.) *Si quâ complicum tantus ſit numerus*, ut abſque civium gravi jacturâ, vel enormis crudelitatis ſpecie, aut nota executio in omnes adornari queat, *primarii*, ſi indagari poſſint, *puniendi*, *ſi verò* omnes in pari culpa ſint, *per ſortem* nonnulli ad ſupplicium trahendi, & reliqui vel relegandi, vel aliàs mulctandi, vel ſub vadibus conſtitutis planè dimittendi ſunt.

De quo etiam conſulendus eſt Heſenth. in Athl. Polit. claſſe 2. quæſt. 10.

B. II. *De pœnis verò hisce ſtatuit JCtus Paulus in l. 38. §. 2. ff. de pœn. Auctores ſeditionis & tumultus populo concitato pro qualitate dignitatis aut in furcam tolluntur, aut beſtiis objiciuntur, aut in Inſulam deportantur: quas pœnas Imperator Leo in l. 2. Cod. de Sedit.* ex vetuſtiſſimis decretis ortas eſſe ſcribit.

Ante aliquot ſecula moris fuit in Suevia & Franconia, ut gravem ſeditionem vel rebellionem excitans, primâ vice ſi alicujus dignitatis eſſet, humeris canem, ſi plebejus ſellam ad certum locum geſtaret, quod inter alios innuit *Gunther. Ligur. lib. 5. p. m. 351.*

Quippe vetus mos eſt, uti ſi quis rege remoto
Sanguine vel flammâ vel ſeditionis aperta,
Turbine ſuis crebris regnum vexare rapinis,
Audeat: ante gravem quàm fuſo ſanguine pœnam,
Excipiat, ſi liber erit, de more vetuſto,
Impoſitum ſcapulis ad contigui comitatus
C. *Cogatur per rura canem confinia ferro*
Sin alius, ſellam — — — —

De hac pœna ſingularem tractatum ſub titulo Kynophorie *edidit Cruſius*, ubi varia legi poſſunt.

Admodum autem ſeverè ſeditio illa, quæ in coronatione Ludovici Bohœmiæ regis inter Hungaros & Bohœmos Pragæ anno 1510. orta eſt, punita fuit, dum quibusdam auctoribus novaculis cutis abraſa fuit, ut refert *Nicol. Iſtuanſi hiſtoria Hungar. lib. 4. fol. 58.*

Nec non in auctorem & complices primarios ſeditionis à ruſticis ſacræ militiæ cauſa in Hungaria anno 1514 convolantibus ſuſcepta admodum ſævitum fuit à Johanne Scepuſio: Ille enim Georgium Doſcha Siculum caput illius ſeditionis victum & captum nudum, catenis vinctum, coronâque ferreâ candenti redimitum equuleo impoſuit, & venis ejus diſſectis fratrem ejus Lucam ſanguinem ex illis fluxum potare juſſit. Venis verò iterum D. *clauſis miſſi ſunt in eum viginti ex ſociis triduo inediâ macerati, qui dentibus eum laceratum vorarunt. Tandem extractis viſceribus exenteratus & corpus in fruſta conciſum, ahenis coctum, verubus toſtum, ac comedendum reliquis appoſitum eſt, & demum iſti omnes hoc modo ſatiati tragicum acceperunt exitum*, ut iiſdem verbis refert *Petrus de Revva in Monarch. Hungariæ Centur. ſextâ f. m. 62.* de quo etiam legi poteſt *Nicol. Iſtuanſi l. 5. Hiſtor. Hung. f. m. 66. & 74.*

TH. XVI.

Fuerunt ſeditiones: Sequuntur bella civilia, quæ ſunt nihil aliud, quàm apprehenſio armorum à proceribus ipſis & ſubditis inter ſe, admodum juſti belli ſuſcepta & inſtituta. *Ejus conſideranda* (1.) *Cauſa* (2.) *Progreſſus* (3.) *Effectus* (4.) *Remedia.*

Explic.

Explic.

C*Um maxima pietas conſervatione patriæ continea- tur ſecundùm Cicer. Phil.13.c.20.* & ipſa patria dici vix poſſit, quid charitatis, quid voluptatis habeat, ſecundùm *eundem in orat. Ad Quirites poſt reditum cap.1. Et contrà nihil fœdius aut turpius ſit, aut quod minus deceat, quàm contra Senatum, contra cives, contra patriam exercitum ducere d. Phil.13.c.6. non immeritò idem d. l. c.1. nec privatos focos, nec publicas leges nec libertatis jura chara habere eum poſſe ſentit, quem diſcordia, quem cædes civium, quem bellum Civile delectat, ſed ex numero hominum ejiciendum, vel ex finibus naturæ humanæ exterminandum eſſe putat. Omnia enim ſecundùm eundem lib. 4. Epiſt. fam. 9. in iis bellis ſunt miſera, ſed miſerius nihil, quàm ipſa victoria, quæ etiamſi ad meliores venit, tamen eos ipſos ferociores impotentioresque reddit, ut etiamſi naturâ tales non ſint, neceſſitate eſſe cogantur, & ſeq. l.9. Ep. 6. Extremum malorum omnium eſt civilis belli victoria. Hinc optimus quisque pericula, labores, dolorem etiam, quem pro patria & ſuis ſuſcipit, non ſolum non captat, ſed etiam præterit omnes voluptates, dolores denique quosvis ſuſcipere mavult, quàm deſerere ullam officii partem. Ia lib.1. de Fin. cap.7.*

Agnovit etiam hoc Dionyſius Halic. lib. 6. cap. 70. ita ſcribens: *Nihil autem eſt omnium confeſſione civili bello pejus, in quo victos ſequitur victoria, victores impietas, & alteri à chariſſimis perimuntur, alteri perdunt chariſſimos. Quâ quoque de cauſa* boni viri ſemper à talibus bellis abhorruerunt, inter quos meritò numerandus *Otto Imperator*, qui æmulum ſuum Vitellium ſæpenumerò ad ſocietatem principatus adhortatus eſt, & poſt conflictum dixit, ſufficiunt, quæ facta ſunt, odi enim bellum civile, licet vincam; Adeoque licet bellum illud ſatis redintegrare potuiſſet, ex tædio illius ſibi vitam ademit, ut latè recenſet *Dio l.64. circa fin. Ideoque etiam* in pugna Pharſalicâ Pompejanus exercitus cum Cæſareano ægrè conflixit, initium pugnæ facere, & mutuas cædes edere veriti, juxta *Eund. lib.42. p.m.180.* plura videri poſſunt *in th. ſeq.19. expl.3.*

Auget verò atrocitatem horum bellorum, quod potentius & efficacius medium deſtruendi magnam potentiam illis ipſis non ſit. *Hinc Saluſt. lib.1. de ordin. republ. poſt pr.* ita vaticinatur: *Ego ſic exiſtimo, quoniam omnia orta intereunt, quâ tempeſtate Urbi Romæ fatum excidii adventarit, cives cum civibus manus conſerturos: ita defeſſos & exſangues regi aut nationi prædæ futuros. Aliter non orbis terrarum, neque cuncta gentes conglobata movere aut contundere queunt hoc imperium vid. etiam Flor. lib.4.c.2. §.1.*

Idem fatum experta eſt ſæpiſſimè dulciſſima & invicta aliàs noſtra Germania, ut jam ſuo tempore conqueſtus fuerit *Æneas Sylvius*, & in hæc verba erupeit: *Germania noſtra ita ægrotat, ut magis de ſepulchro quàm Medico nobis ſit cogitandum.*

Ita etiam potiſſima cauſa, quod feliciſſimum & ampliſſimum Sinarum Imperium in Tartarorum poteſtatem pervenit, interna diſſenſio, ſeditio & bellum civile fuit, uti hoc demonſtrat *Martin. in bell. Tartar. p.m.39. & ſeq.*

Plura belli hujus mala vid. th. ſeq.19. expl.1. annotata.

Mirandum itaque eſt, nihilominus reperta fuiſſe talia monſtra, quæ bellis civilibus delectata fuêre, inter quos fuit *C. Curio, qui patriæ diſcordias habuit in cenſu. Plin. lib.36.c.15. circa finem. Antonius qui civium ſanguine ſe inebriavit, idem lib.14.c.22. Mucianus, qui triumphalia ideo ſuſtinuit, ſi non expetiit. Tacit. 4. hiſt. 4.*

A.

TH. XVII.

Cauſæ belli Civilis non tamen juſtificæ coincidunt cum cauſis ſeditionum, ſuntque præcipuæ verè & fictè violata religio, ſubditorum oppreſſio, ambitio, inopia & diſcordia procerum, tributorum ac aliorum publicorum onerum intolerabiles impoſitiones, injuriæ magnæ proceribus illatæ, nimia felicitas, ocium, inſtigatores partium & populi. De quibus omnibus in præced. actum eſt.

TH. XVIII.

Progreſſus ita fit, ut ex factionibus tumultus, ex illis ſeditiones, & ex his porrò niſi in tempore tollantur, aut præcaveantur bella civilia ipſa naſcantur ſucceſſu temporis longè lateque circa ſe progredientia. B.

Expl.

Q*Uomodo* ex factionibus tumultus & ſeditiones ac tandem bella civilia oriantur *ſuprà th.2. expl.* dictum eſt. *Quomodo verò bellum civile* longè lateque ſerpat, & vires acquirat *Flor. lib.3.c.21. de Sylla & Mario bello civili ita annotavit: Primò & levi & modico tumultu magis quam bello inter ipſos armorum Duces ſubſiſtente ſævitiâ, mox atrociùs & cruentius per totius viſcera Senatus graſſante victoriâ, ultimò non civicam modo, ſed hoſtilem quoque rabiem ſupergreſſum eſt, cum armorum furor totius Italiæ viribus niteretur, eo uſque odiis ſævientibus, donec deeſſent, qui occiderentur.*

TH. XIX.

C. *Effectus primarii ſunt* florentiſſimarum provinciarum ruinæ, everſiones, & ſub exterorum Principum jugum miſſiones, familiarum nobiliſſimarum interitus, & ſuppreſſiones, virorum fortium, & virtuoſorum divitum interneciones & proſcriptiones, jurium divinorum & humanorum, item Magiſtratus & omnis cognationis neglectus & prætermiſſio, cædes, rapinæ, ſtupra, & reliqua mala in vulgaribus bellis evenientia.

Explic.

I. P*Er bella Civilia florentiſſima regna & provincias vaſtari, everti, & in exterorum poteſtatem redi in expl. Th.16. jam demonſtratum:* familias nobiliſſimas exuisq; viros fortes, virtuoſos, divites, ad interitum redigi, necari & proſcribi, Jura divina & humana interverti, Magiſtratuum, cognationum & conſanguinitatum nullam rationem haberi, cædes, rapinas, ſtupra & reliqua bellorum vulgarium mala frequentari, *præc. th. 9. in expl. ante fin.* quoq; deductum, & id demonſtrat *Plutar. in Timoleonte c.32. Ubi ſcribit per bella hæc & ſeditiones Syracuſis tantam factam eſſe ſolitudinem, ut magnâ in foro, & denſa enata fuerit ſylva, in qua equi tum paſcebantur, equiſonibus in herbâ decumbentibus. Reliquæ urbes, (: nam plures in iis erant :) paucis admodum exceptis, cervorum erant, & aprorum plenæ in ſuburbanis, & circum muros ſæpe otioſi homines venabantur.* D. Ita quoque *Collenut. refert lib. 1. poſt pr.* per crebras ſeditiones, defectiones & bella civilia regnum Neapolitanum ita devaſtatum fuiſſe. Inter alia verò conſtat *ex Thucyd. lib. 3. p. m. 14[illegible] & ſeq. Ubi de ſeditione Græciæ ſcribit: In illa ni[illegible] ſanctis ipſis, nihil religioſi, nullum Deûm metum fuiſſe & ex illo Saluſtius in bell. Catilin. cap. 21.*

Tum

Tum Catilina polliceri tabulas novas, proſcriptionē locupletium, magiſtratus, ſacerdotia, rapinas, aliaq; omnia quæ bellum atq; libido victorum fert. Et in Orat. 2. ad Cæſarem circa pr. de bello civil. ſub Pompejo de aliis ita diſſerit: *Nunc cum Catone, L. Domitio, cæterisq; ejusdem factionis quadraginta Senatores, multi præterea cum ſpe bonâ adoleſcentes, ſicut hoſtiæ mactati ſunt: cum interea opportuniſſima genera hominum tot miſerorum civium ſanguine ſatiari nequiverunt: non orbi liberi, non parentes exactâ ætate, non gemitus virorum, luctus mulierum immanem eorum animum inflexit: quin acerbius indies male faciendo ac dicendo dignitate alios, alios civitate everſum irent: uti & in Orat. 1. circ. pr. Interfecit (L. Sulla) Domitium, Carbonem, Brutum alios item non armatos, neq; in prælio belli Jure, ſed poſtea ſupplices per ſummum ſcelus interfectos: Plebem Romanam in villa publicâ pecoris modo conſciſſam. Heu, quam illa occulta civium funera, & repentinæ cædes in parentum aut liberorum ſinum, fuga mulierum & puerorum, vaſtatio domorum!*

Et Flor. d. lib. 3. c. 21. ubi præter jam adducta ſubnectit: *Tum Marius Juvenis & Carbo Conſules, quaſi deſperatâ victoriâ, ne multi perirent, ſanguine Senatus ſibi parentabant, obſeſſaque Curia, ſic de Senatu, quaſi de carcere, qui jugularentur, educti: Quid funerum in foro, in circo & patentibus templis? plura vid. in expl. 3. ſeq. ratione primâ pro quiete in bello civili allata. Cùm ergo bella civilia tanta ſint mala, mirandum eſt, Vitellium deteſtabili voce confirmare auſum fuiſſe: Optimè olere occiſum hoſtem, ſed melius civem, ut refert Sueton. in ejus vit. c. 10.*

II. *Obiter hîc notandum, vocabulum proſcriptionis ab ipſis bellis Civilibus originem traxiſſe; In iis enim belligerantium pars victrix nomina adverſariorum vel diverſarum & fugitivarum partium ad morem judicialem Romanorum,* de quo *in L. 11. §. 1. ff. de Inſt. Act. & l. 4. C. de Diſtract. Pignor. in tabulis deſcripta, proponebat conſtitutis percuſſoribus in occiſos præmiis & bonis horum per haſtæ ſubjectionem publicatis. Et hoc per tabulas proſcriptionis modo primus Sylla uſus eſt, uti eruditi ſtatuunt ex Plutarch. in ejus vitâ c. 62 & ſeqq. ubi ille intra triduum Romæ 520 proſcripſit, hâc lege publicatâ, ut qui proſcriptum excepiſſet & ſervaſſet, capitis pœnam lueret, nemine, non fratre, non filio, non parentibus exceptis, præmium occiſori ponendo duo talenta, etiam ſi Dominum ſervus, aut patrem filius jugulaſſet.*

Et hæc quidem quo ad Romanos & verbum illud ita ſe habent, ſed quo ad rem ipſam aliter reperiuntur: ſiquidem diu ante in talibus bellis & diſſidiis obtinuit, ut divitum bona ſub ſpecie hoſtium in catalogum vel tabulas relata & publicata vel direpta fuerint, ut triginta Tyranni Athenis fecerunt, referente *Diod. Sic. l. 14. cap. 5.*

Fuere verò tales perſonæ proſcriptæ, partim ob iram & inimicitias, *partim* propter opes, ædes ſplendidas, hortos, thermas; *Et ideo Quint. Arbelius,* vir otio totus deditus, qui non aliâ ratione ad ſe iſta mala pertinere exiſtimavit, quàm ut aliorum calamitates miſeraretur, in forum progreſſus tabulam proſcriptionis legens, & ſuum quoq; nomen reperiens: *Eheu,* inquit, *me miſerum: prædium in Albano meum me perſequitur! ac paululum inde progreſſus ab inſequente quodam trucidatus, teſte eod. c. 64.*

III. *Quæritur hîc:* Quomodo ſe gerat in bello civili vir bonus? quieſcat, an in partes ſimul abeat?

Reſp. Quietem multi ſuadent ſeqq. rationibus (1.) *Quia viro bono & quieto & bono civi nihil magis convenit, quàm abeſſe à civilibus controverſiis: & neq; tutius neq; honeſtius reperitur quicquam, quam ab omni contentione abeſſe. Cæſar in Epiſt. ad Cicer. in Epiſt. Cic. ad Attic. l. 10. in Editione Hamburgenſi ante Epiſt. 9. poſitâ. Et Cicer. in l. 9. Epiſt. ad Attic. 4. Melioris, inquit,* A. *medius fidius civis & viri eſſe puto, quovis ſupplicio affici, quam illi crudelitati non ſolum præeſſe, verum etiā intereſſe. Hinc Atticus à Sulla rogatus,* ut ſecum in bellum iret, Noli, oro te, inquit, adverſus eos me velle educere, cum quibus, ne contra te arma ferrem, Italiam reliqui. *Corn. Nep. in ejus vita. Et Pollio à Cæſare ad idem invitatus reſpondit,* diſcrimine veſtro me ſubtraham & ero præda victoris. *Paterculus l. 2. c. 86. Ac Solon* ſeditione inter urbanos & maritimos ortâ neutris acceſſit, teſte *Diog. Laert. de vit. Phil. l. 1. Quintus* quoque *Hortenſius gloriatus eſt,* quod nunquam bello civili interfuerit *Cicer. l. 2. Epiſt. famil. 16.* (2) *Quia civilia arma,* neq; parari neq; haberi poſſunt per bonas artes *Tacit. 1. Annal. 9.* (3) *Quia* ſtultus eſt qui ſe immiſcet liti ad ſe non pertinenti *Prov. 20. v. 3. c. 18. v. 6. & c. 26 v. 16. &* 17. (4) *Quia* exempla virorum ſapientiſſimorum id comprobant: Ita enim, ut jam dictum, *Solon* in bello civili medius permanſit, B. & *Atticus* cum Sulla ad bellum civile noluit progredi, teſte Corn. Nep. in ejus vita, ſimiliter ut dictum, *Aſinius Pollio,* cum Cæſare ad bellum Actiacum proficiſci recuſavit, *hac uſus excuſatione: Mea in Antonium majora merita ſunt, illius in me beneficia notiora: itaq; diſcrimini veſtro me ſubtraham, & ero præda victoris. Patercul. d. l. 2. c. 86. Cicero d. Ep. 16. pace deſperata ſe nihil tàm fugiſſe, quam civilia arma: Et ſe hujus conſtantiæ fore, ut nunquàm pœniteat, teſtatur. Et in Orat. ad Quirites poſt reditum c. 1. illum, quem bellum civile delectat, ex numero hominum ejiciendum, vel ex finibus humanæ naturæ exterminandū eſſe putat.*

Contra in partes ſimul abeundum eſſe ſuadet

(1) *Lex Solonis,* ſecundum quam, teſte *Cicerone d. lib. 10. Epiſt. ad Attic. Epiſt. 1.* his verbis: *Qui in ſeditione non alterius utrius partis fuiſſet, capite plexus eſt. Juxta Plut. verò in Solone c. 30. infamia notatus.*

(2) *Quia ſecundum Ariſthenum Achæorum principem* C. *quietis in bello civili electio non media, ſed nulla via eſt. Quieſcens enim fit præda victoris, adeòq; aut ſocios aut hoſtes illum habere neceſſe eſt apud Liv. l. 32. c. 21 in fin. Cui conſentit Quint. apud eundem l. 35. c. 49.* Ad Achæos ita perorans: *Quod optimum dicant, non interponi vos bello: nihil tam vanum, imo tàm alienum rebus veſtris eſt, quippe ſine gratiâ, ſine dignitate præmium victoris eritis. Hinc Tacit. 3. hiſt. 40. inter ancipitia deterrimum eſt, media ſequi, & ideò Cato virtuoſiſſimus non ſolum civilibus armis Comitem, ſed etiam Ducem ſe præbuit.*

(3) *Quia exempla triſtia & damnoſa id probant: Sic modo in expl. 1. memoratus Arbelius,* vir otio deditus, & aliorum mala, ad ſe ſolâ commiſeratione pertinere ratus, *juſſu Sullæ interfectus eſt. Mithridates apud Saluſt. in fragm. hiſtor. lib. 4. ait, illos, quos ignavia aut prava calliditas, ut ſuis laboribus tuti eſſent, armis abſtinuit, acerbiſſimas* (Romanis ſcilicet) *pœnas ſolviſſe. Thucyd. lib. 3. p. m. 145. de ſeditione Græciæ ſcribit: Qui cives me-* D. *dios ſe geſſerant, ii ab utrisq; premebantur: aut quia participes ſeditionis eſſe recuſarunt, aut quod ſoli ſuper eſſent, odio habiti. Apud eundem quoq; Hermocrates* Syracuſanorum Legatus Camarienſibus periculum mediis illis imminens demonſtrat *his verbis: Quod ſi nos ſubegerint Athenienſes, conſiliis illi quidam veſtris ſententiisq; vincent, Honorem enim titulumq; ipſi tenebunt & præmium victoriæ non aliud, quàm eum, qui cauſa fuerit habebunt: Sin nos ſuperiores fuerimus, vos tanquàm cauſa omnium periculorum noſtrorum ultionem pœnamque ſuſtinebitis. Ita S. Servilius* in diſſenſione publicâ medium ſe gerendo nec plebis vitavit odium nec apud patres gratiam iniit. Patres mollem Conſulem & ambitioſum rati, plebs fallacem. *ut apud Livium l. 2. c. 22. legitur.*

Præclare hâc in re Alphonſus Arragoniæ & Siciliæ Rex de Senenſibus in bello Italico primum medios poſtea militum prædia factos dixit, *illis eveniſſe, quod ſolet illis, qui mediam domum incolunt, ut ab inferioribus fumo*

TH.XV. Animadverſio quomodo inſtituenda.

Expl.I. Quomodo pœna hic infligenda. Illa ſuos ſaltem tenere debet autores.

Autores populo accepti tutius in remoto loco plectuntur. Et ſupplicia diu non ſunt differenda.

Quomodo adverſus multos complices procedendum.

Expl. II. Quales pœnæ in Seditioſos ſtatuta.

De pœna portationis canum & aliâ atrociſſima.

TH.XVI. Bella Civilia quid ſint, & quæ circa illa conſideranda.

Expl. Quam impia ſint Bella Civilia.

TH.XVII. Cauſæ belli Civilis.

TH.XIIX. Progreſſus ejus quis.

Expl. Demonſtratur ille progreſſus.

TH.XIX. Effectus primarii qui uſus.

Expl.I. Demonſtrantur illi Effectus.

Expl.II. Proſcriptionis verbum & uſus à bellis Civilibus originem trahit.

Expl. III. Quomodo ſe in hoc bello vir bonus gerere debeat.

TH.XX. Remedia hujus belli præcipua quæ.

Expl. Amneſtiæ fundamenta explicantur.

An ejus origo Thraſibulo adſcribenda.

TH.XXI. Defectio & rebellio quid.

Expl. Quomodo utraque inter ſe diſcernatur.

TH.XXII. Cauſæ utriusque.

Expl. Diſtinctio defectionum & rebellionum, ubi ſimul tres felices recenſentur.

TH.XXIII. Internæ cauſæ in quibus conſiſtant.

Expl.I.& II. Illa deducuntur.

Expl.III. Subditis incumbit, ut principi vel Magiſtratui ſuo gravamina offerant cum precibus, illa abolendi.

Solent etiam quandoque arbitri eligi, qui controverſias inter principem & ſubditos tollant.

TH.XXIV. Aliunde ortæ vel externæ quæ.

Expl.I. Vicini principes ſæpe alienos Subditos ad rebellionem inſtigant, ſub prætextu amoris, quandoque etiam verè ex commiſeratione quaſi opem ferunt.

Expl. II. Excommunicatio Paparum quantum valeat.

An Subditis liceat arma adverſus Principem capere.

TH.XXV. Occaſiones defectionum & rebellionum quales obſerventur.

Expl. Deducuntur illa per exempla.

TH.XXVI. Remedia adverſus defectionem & rebellionem duplicia, & quæ utraque.

Expl.I. De matura earum ſuppreſſione remiſſivè.

Expl.II. De translocatione rebellium, ubi exempla.

Expl. III. Prudens mora quando utilis ſit.

TH.XXVII. Pœnæ quales illis deſtinatæ.

Expl. Referuntur exempla pœnarum mitium & ſeverarum.

Axioma de crimine rebellionis etiam à vicinis Principibus punito & puniendo, ubi ſimul ejus ratio affertur.

TH. I.

Huc usque violatio publicæ diſciplinæ: ſequitur violatio Iurisdictionis ſive imperii, cujus effectus reipubl. everſionem procurantes conſiſtunt in factis manifeſtis vel occultis.

TH. II.

Manifeſta hominum facta ſunt (1.) Factiones (2.) Seditiones (3.) Bella civilia (4.) Defectiones.

A. *TH. III.*

Factio eſt paucorum vel plurium inter ſe coitio, & cum aliis concivibus aut collegis diſſenſio, latentis commodi vel certi alicujus reipubl. damnoſi finis cauſa inita.

Explic.

F*Actio à variis variè definitur, in ſpecie verò & planè ſtricto ſignificatu à Schock. de Sedit. lib.1.c.3. Cœtus hominum ratione regiminis & adminiſtrationis reipubl. à ſe invicem diſſidentium, atq; eo nomine Civiles diſcordias foventium.*

Notanda verò circa factionem (1.) illius Homonymia (2.) Cauſæ (3.) Ejus damnoſi Effectus, & notabilia quædam exempla (4.) Remedia. (5.) Propria Sedes.

B. (1.) *Igitur vocabulum illud varia ſignificat, & propriè quidem facultatem aliquid faciendi, quo ſenſu Iurisconſultus in L.3. ff. qui Teſt. fac. poſſunt dicit: Teſtamenti factionem non privati, ſed publici juris eſſe: deinde tranſlativè vel conſociationem* aliquorum bonam diſcriminis alicujus gratiâ à diverſa parte ita dictam, teſte *Feſto de V.S.*

Sic cum Julius Cæſar tentaret, Provinciam Ægypti ſibi acquirere, adverſante *optimatum factione* repulſam tulit. *Sueton. in ejus vita c.11.*

Sic etiam Romæ quondam factiones quatuor quadrigariorum fuêre *Veneta, Praſina, Alba & Roſea, a coloribus*, quibus uſa quælibet ad diſtinctionem cæterarum ita dictæ, honeſtæ quidem & licitæ, ſed ex his priores duæ admodum nocivæ & turbulentæ, uti poſt. *Nicol. Alemann. in not. ad Procop. p.m.33.62. & 90.* demonſtrat *Boecler. in Diſſ. polit. ad Suet. & quidem in Neron. Cæſ. c.14. quas deinde Domitianus duabus reliquis aurati*
C. *purpureique panni auxit*, teſte *Suet. in ejus vita c.7.* de his omnibus videatur latè & eruditè *Dempſt. ad libr.5. Antiq. Roſin. c.5. vel potentiam*, auctoritatem & facultates magni alicujus viri, uti patet *ex Nonio Marc. c.4. n.191. & Plauto in Aulular. Act.2. Sc.1. verſ.45. & 16. item 50.* *Ubi obiter notandum primò Praſinam & Venetam factionem ſaltem inductam fuiſſe occaſione hac quam* ex antiquo Collectaneorum Hiſtoricorum Codice græco recenſet latinis ſequentibus verbis. *Alemannus in hiſtoricis notis ad Arcanam Procopii hiſtoriam p.m.25. Oenomaus primus adinvenit Circenſium colores, quibus terræ ac maris quaſi certamen repræſentavit. Mittebantur ſortes, quam verò contigiſſet terræ vicem agere certando, ille veſtem viridem induebat, cæruleam autem, qui vices maris agebat; Hoc certamen vigeſima quarta die Martii Oenomaus conſtituit. Quod ſi color viridis viciſſet, terræ fertilitatem omnes ſperabant, ſi cæruleus tranquillam maris navigationem. Hæc*
D. *ille cui conſentit Caſſiod.3.Var.51. &* ab hoc Oenomao deſumtum hoc inventum à Romulo in raptu Sabinarum ruraliter imitatum ac Italiæ oſtenſum fuiſſe refert, & Hieronymus in vita Hilarionis. Poſteà illi qui colore cæruleo utebantur Veneti ſunt dicti, ad ideò illorum veſtem juxta colorem batrachidem vel ranuncularem *Dion. lib.59. f.m.650.* vocat.

Qui verò viridem uſurpabant *Praſini à πράσον* porrum denotans (: veri enim & terræ ſacra erat factio illa, ut mox dicetur:) nuncupati, hiſce deinde addita factio ruſſa vel roſea, & alba, ad quatuor anni tempora denotanda, Praſina ſiquidem ver & terram, ut dictum, Veneta aquam ac cœlum & autumnum ſimul, Ruſſa vel Roſea flagrantem æſtatem, Alba hyemem retulit, ut *Coripp. lib.1. Juſtinian.* Poeta notus clarè demonſtrat & *Caſſiodorus* conſentit *lib.3. Var.51. Sed duæ poſtrema* tandem exſpirarunt, & Alba quidem Praſinæ, Roſea verò Venetæ acceſſit, ut ex eodem *Co-*

rippo

rippo liquet. Legi etiam poteſt *Sidonius & Apollin. Carm.* 23.

Ubi ſimul notandum, quoniam in republ. turbatâ peſſimus quiſque factioníbus ſe miſcet, ab hiſtoricis & eruditis *plerumque factionem pro conſortio malorum* ſumi: Hinc apud *Saluſt. in bello Jugurth. c.* 31. *C. Memmius, inter bonos, inquit, amicitia, inter malos factio eſt*; quod & *Nonius Marcellus* innuit, *c.* 4. *De Propr. Serm. n.* 191. ac *Tertullianus in Apolog. c.* 39. expreſſit, ita ſcribens: *At è contrario illis nomẽ factionis accommodandum eſt, qui in odium bonorum & proborũ conſpirant.*

Itaque molliori modo etiam definiri poteſt conſortium aliquot hominum conſilium inter ſe commune, à reliquis autem in eadem republ. viventibus ſeparatum, animo adverſo & pertinaci fovens.

Fit enim quandoque, ut duæ tresque partes inter ſe diſſideant non fine, ſed conſiliis ad finem communem directis, *quas improbas ratione intentionis nominare* idipſum improbum eſſet, quanquam *ratione effectus damni* ſcil. exinde in rempubl. redundantis malæ ſint.

Cauſa itaque impulſiva & finalis improba, qualis ambitio, ſtudium contradicendi oudum & novitatum, factiones improbas, bona verò intentio licet non licitas attamen nec injuſtas efficit.

(2.) *Cauſam impulſivam* quod attinet, illa ut dictum, plerumque eſt ambitio, ſtudium contradicendi & novitatum. quibus addenda familiarum potentum mutua odia, otium, magna potentia, ſuperbia, divitiæ, dominatus unius atque alterius Collegarum in Collegas uſurpatus, exaltatio unius, & reliquorum oppreſſio: de quibus ex parte hoc in libro agitur paſſim, & latè tractat *Felvvinger. d. l. c.* 4. & 5.

Quæcunque illa tandem ſit & prætendatur effectus tamen inde exſurgit patriæ damnoſus: Nam præter ea, quæ jam cap. præc. th. 6. explic. 2. relata ſunt, ſtudia iſta diverſa etiam prudentiſſimos excæcant, ita ut in publicum nihil conſulere velint nec poſſint: *Hinc omnium bonarum actionum obex, reipubl. præſentiſſima mors, venenum civitatis ab hiſtoricis & politicis hinc inde vocantur*: Et revera nihil aliud illæ plerumque ſunt, quam ſcaturigo & fons ſeditionum, rebellionum, & quandoque bellorum civilium: Quod bene obſervavit *Agath. lib.* 1. *De Bello Gothorum c.* 4. ita ſcribens: *Fit ferè, ut ubi magni ſunt Proceres, æqualis aut dubia inter ſe potentia: ubi etiam animi elatiores inflatioresq; evadant, & ambitioſæ æmulationes & de primo honoris gradu contentiones aliique innumeri effectus tumultibus & ſeditionibus gignendis aptiſſimi oriantur.*

Omnia hæc complectitur Livius lib. 4. *c.* 9. *Fuere inquiens, factiones eruntque pluribus populis magis exitio, quàm bella externa, quam fames, morbiq; quæq; alia in Deûm iras, vel ut ultima publicorum malorũ vertunt.*

Vocantur etiam factiones partes, ut ex *Cicer. in Epiſt. ad Brut.* 14. ibi: *animi hominum incerti & infeſti partibus.* & in *ſupplemento illarum Epiſt.* 7. ibi: *Bonarum in republ. partium. De Petit. Conſul. c.* 2. ibi: *nullarum partium.* & *Philip.* 15. *c.* 12. ibi: *partium contentionem. Tacito* 15. *Annal.* 22. ibi: *ſeceſſionem jam id & partes. de orator. c.* 40. ibi: *donec ſe partibus & diſſenſionibus ac paſſim*: *Et ejusdem factionis homines populares à Saluſtio in Catil. c.* 22. *& c.* 24. *ut & Flor. lib.* 4. *c.* 2. *& aliis claſsicis authoribus* patet.

Quantum verò (3.) Exitium cuique patriæ attulerint factiones, omnium ætatum hiſtoriæ abunde oſtendunt, quâ de cauſâ *Livius d. lib.* 4. *c.* 9. notanter ſcribit, *factiones fuére eruntque pluribus populis magis exitio, quàm bella externa, quàm fames, morbive quæque alia in Deûm iras, velut ultima publicorum malorum, vertant. Factio Gallorum inter Æduos & Arvernos olim nota fuit, referente Cæſare lib.* 1. *de Bello Gallico p. m.* 33. ac præteritis ſeculis. *Imprimis verò ideò notiſſima fuit Gibellinorum & Gelphorum per Italiam & Imperium totum Guelphis Papæ, Gibellinis Imperatori addictis originem debens diſſeminata factio. Illam* ſub Friderico I. ſive Barbaroſſam excitatam, neque omnino ſub Henrico filio obliteratam, ſub Friderico demum nepote ſive II. effuſius erumpentem ingentes & multos poſt annos ſtrages in Italia edidiſſe ſcribit *Sigon. de regn. Ital. l.* 13. *in pr.* *Sed Cluverius in Epitome Hiſtoriarum p. m.* 492. *jam ſub Conrado III. Imperatore* circa annum Chriſti 1138. in obſidione Winsbergii ab illo factâ, ortam & demum poſt fata Ludovici Bavari ſenſim exſpiraſſe curâ Bernhardini Clerici *ſub Friderico III. Imperatore p. m.* 622. aſſerit. & *Cuſpinianus ſub Friderico II. demum*, cum in Hetruria bellum gereret, nomen Gelphorum & Gibellinorum auditum, & ex illa factione multa ſubſecuta in plurima ſecula mala fuiſſe in vita illius Imperatoris refert, *ubi ſimul* originem hu-

B. jus factionis famigeratiſſimæ examinat: De quo etiam vid. *Naucler. Generat.* 42. *Machiav. in Hiſt. Florent. l.* 2. *p. m.* 61. *Roder. Santius in Hiſt. Hiſpan. Parte* 3. *c.* 40. *& Limn. Tom.* 1. *Jur. Publ. l.* 1. *c.* 7. *n.* 63. *ibiq; notas priores.*

Illud ex Cranz. l. 8. *Saxon. c.* 8. *& aliis addendum*, tantam inter factiones haſce fuiſſe exacerbationem, ut quælibet non ſolùm diverſa ſua haberet ſigna militaria, ſed etiam quilibet ex utra harum colore, terræ fructu, veſtitu, inceſſu, digitorum concrepitu, & oris hiatu ſuâ teſtaretur partium addictionem.

Huic proximè acceſſit familia Jorcenſis vel Eboracenſis & Lancaſtrenſis utriusque Regiæ in Anglia notiſſima factio, ex quibus illa pro inſignis gerebat roſam albam, hæc rubeam, ſecundùm *Baconum in hiſtor. Henrici VII. p. m.* 10. & 15. & utraque pro regni gubernatione ita concertavit, ut durantibus eâ in cauſâ bellis, univerſi de familia Warvicenſi & Sombreſſetia capitibus

C. fuerint obtruncati, & *octoginta hominum familia regia*, diſſidiorum illorum tempore perierint, uti tradit *Comin. l.* 1. *hiſtor. Gall. c.* 7. *p. m.* 49. ubi aliquot exempla interemtorum regum recenſet, vide eundem *l.* 6. *c.* 13. *p. m.* 430. *& ſeq.*

Notatu dignum eſt, quod refert *Gulielmus Neubrigenſis* in ſuâ rerum Anglicarum hiſtoriâ: *l.* 1. *c.* 22. *ſub Stephano Comite Bleſenſi regni illius invaſore: Durantibus factionibus, caſtella per ſingulas Provincias crebra ſtudio partium ſurrexiſſe fuiſſeq; in Anglia quodammodo tot reges, vel potius tyrannos, quot Domini Caſtellorum, habentes ſinguli percuſſuram numiſmatis & poteſtatem ſubditis regio more dicendi jus.*

Et illa Galliæ inter familiam Aurelianam & Burgundicam ob diſſidium de Tutela Caroli VI. Galliarum regis ſimplicitate mentis laborantis *orta, Galliæ valde funeſta & 72. annos durans, ut* refert *Comin. l.* 6. *c.* 13. *factio*, de qua videri poteſt *Marchantius l.* 3. *deſcript. Flandriæ*

D. *ſub Johan. Digeonio p. m.* 271. vide etiam *Tilium in Chron. ad annum* 1407. *& ſeqq. Nota etiam eſt illa in Hollandia circa annum Chriſti* 1380. *nata factio, vocabulo, Hoec* vel Houx, quod Hamum vel Hekers ſignificat, & *Cabeliau* quod piſcem arefactum, Latinis Aſellum vel Bronchorſt ſignificat, inſignita, de qua vid. *Meyerum lib.* 13. *Annal. Flandr. & magnam Chron. Belgicũ ad ann.* 1361. *f. m.* 304. *Eodem anno quoque in Germania triplex factio, una* ex nobilitate Rhenanâ, Francicâ & Wirtembergicâ ſub nomine Leonum ſævientium, **der grimmenden Löwen** / *altera* ex Weſtphalicâ ſub nomine Falconum **der Falcken** / *& tertia* in Loganæ tractu circa Haſſiam, ſub nomine Cornutorum **der Hörner** orta eſt, & in Germaniæ viſcera latè ſæviens, gravia tunc paſſim vulnera dedit, ac communibus tandem armis ſuppreſſa fuit, ut refert *Maſen. Tomo* 2. *Ann. Trevir. l.* 18. *n.* 61. *De Alba & Nigra factione Florentiæ multas calamitates inferente videri poteſt Machiav. in Hiſtor. Florent. l.* 2. *p. m.* 76. *& ſeq.*

Plura exempla refert Schoock d.l.1.c.4. & de variis veterum ſactionibus *Felvving. de factionibus d.c.3.n.1.* videndus eſt.

De frequentibus in Sicilia regno ſeculo decimo quarto motis factionibus ac crudeliſſimis inde ortis ſeditionibus legi poteſt Fazellus Decad. poſter. lib. 9. c. 5. & Hugo Falcandus de Sicilia Calamitatibus.

Plurimas quoq; in Italia ſemper fuiſſe factiones narrat, illamq; ideo matrem omnium factionum vocat Cuſpinian. ſub Freder. II. Imper.

Plura exempla ſeq. n. (5) retulimus.

Ubi conſignandum venit, factiones tales ſemper ſibi quædam publica inſignia ad teſtificandas partes, & in illa perſeverantiam effinxiſſe, *ita* ut ex prædictis patet, fuit in factione *Anglicâ* ſignum alba & rubra roſa, in *Belgica* vocabulum, Houe & Cabelian, in *Pariſiana nupera factioſi ſe funditores* ideo quod inſtar Davidis Giganteam Mazerini magnitudinem proſternere in animo habuerint, *dixerunt, ut refert Priolus de rebus Gall. l. 3. c. 6. Iidem poſteà pro inſignis habuerunt paleam in pileo, idem l. 7. c. 13.* Cives Burdigalenſes factione & rebellione pro diſcrimine habuerunt *vittas albas & rubras, Idem l. 9. c. 5.*

Notanda hic etiam frequens illa apud Polonos uſurpata ſeceſſio totius Equeſtris ordinis a Statibus regni & reliqua Exercitus regis parte, quam Rokoſi vocant, cujus Etymologiam deducit *Wincher. in Parthenio Litigioſo l. 2. c. 2. n. 23. ab Ungaris,* qui morem Turcarum obſervantes tumultuoſam ſeditionem primam ad villam *Rockoſi* indixerunt (: *quavis* etiam ab illorum verbo **Ragkus**/quod conventum regni denotat, juxta *Receſſ. Imper. de dato* **Speyer 1542. §. wir haben auch** *&c.* derivari poſſit:) *& ab his præterito ſeculo Polonos* morem iſtum cum nomine mutuatos eſſe, cum Sigismundus Rex, Exercitum contra Walachos per Ruſſiam duceret, & Leopoldi ab exercitu ſeditio facta eſſet, cum quo conſentit *Lubiensky in operibus Hiſtorico Polit. f. 68. & 293. Piaſec. verò in Chron. Polon. ad Ann. 1606. dari genuinam non poſſe ſcribit, denotare tamen vocem illam teſſeram, quâ ſtato tempore & loco univerſa nobilitas ad libertatem ſuam contra Regem & proceres defendendam confluere,* & ſeceſſionem à regiis facere debent ſub graviori pœna *ibid. & ad Ann. 1587. f. m. 58. Et talem ſeceſſionem nunquam niſi* occaſione Comitiorum regni & expeditionis bellicæ extitiſſe refert *ad ann. 1606. f. m. 234.*

Recenſet vero ille quatuor tales notabiles factiones ſive Rokoſi, quarum prima contigit ann. 1380. ſub Rege Ludovico, qui ſimul Hungariæ Rex fuit: *Secunda* ann. 1537. ſub Sigismundo I. *Tertia* ann. 1587. tempore interregni; *Quarta* ann. 1606. ac anno ſequenti continuata, ſub Sigismundo III. *ubi videatur.*

Omnes tamen haſce ſuperare videtur factio nobilium Lithuaniæ & Poloniæ, & quidem utriusque ſeparatim contra Regem Johan. Caſimirum & Proceres Anno 1662. ſub denegati ſtipendii militaris & everſarum legum fundamentalium, quoad electionem Succeſſoris vivente rege, prætextu, initæ, quâ de cauſa utraque factio ſingularem exercitum ex nobilitate gentili vel patriâ confecit, omnia Regis & Clericorum bona patrimonialia invaſit, proventus in ſuum vertit, & Regem ad certas pacificationis & ſatisfactionis Leges adegit, quibus non ſervatis, vel potius ob regni inopiam non conſumatis denuò arma in ſequenti anno adverſus Regem & proceres moverunt, priori modo bonis Regis & Clericorum uſi.

De quibus etiam legi poteſt Hartknoch. de Repabl. Polonicâ. l. 2. c. 9. §. 7.

(4.) *Remedia contra factiones & quidem in ſpecie ex ambitione, ſtudio contradicendi & novitatum ortas ſunt. in ipſis incunabulis* principes factionum ſub ſpecie honoris per aliquot tempus magnificis Legationibus in

A. diverſa loca deſtinatis ſejungere, quo facto affectæ demtis capitibus facilè acquieſcent. *Ita P. Clodius* ſub honorifico nomine Catonem in Inſulam Cyprum ad ſpoliandum Regem Ptolomæum miſit, *Dio lib. 38. f. m. 78.*

Si verò tam altas radices egerint, diſſidia talia, ut nullo modo placidâ ratione tolli poſſint, *nec tamen* ob potentiam facili negocio eradicari poſſint, *alterutram & maximè potentem partem* perſuaſionibus, pollicitationibus & aſtu in ſuam partem trahat princeps, quo ita occaſione ejus fortior & ad evellendam contrariam par fiat.

Si autem hoc quoq; modo factiones tales tolli nequeant, illorum capita clam ſive palam capienda, & in remotis locis carceribus mancipanda ſunt, quo factioſis Duces deſint: *Ac in extremitate tandem* vis armata adhibenda & gladio ultore ſedanda, *ita tamen,* ut paucorum ſup- B. plicio reliqui terreantur, nec ultra modum pœna irrogetur.

Ubi verò mutua ſaltem familiarum inter ſeſe vertuntur odia, neque contra principem vel ſtatum aliqua machinatio intercedit, partibus diem dicat, ut diſſidia vel amicabiliter affinitates inter ipſas conciliando, vel per ſententiam pœnis ſeveris munitam dirimat, nomenq; factioni inditum utrique ſub iisdem pœnis planè eradicet.

Quod ſi alterutra partium publicum ſimul ſtatum impugnet, parti non implicitæ ſe ducem præbeat, adverſamque armis ſubjuget.

Si autem utraque pars contra Principem & ſtatum publicum ſimul inſurgat, ejusque ſit valoris apud ſuos, ut omnes ſimul factionibus implicet ſuis, *quia tunc* vanæ ſunt ejus ſine viribus iræ, nulli parti fidere, & ſe miſcere debet, ne ipſe inſtrumentum perdituri ſtatus & infortunii vel miſeriæ ſuæ faber ſit, *ſed amica pacifi-* C. *catione* & fictâ manſuetudine etiam cum jacturâ aliquâ ſuæ autoritatis omnia componat, cum melius ſit parum quàm omnia amittere, quod in Belgio præterito ſeculo non obſervatum cauſam amittendi ejus præbuit, *ut præc. cap. th. 9. expl. 1.* dictum.

Ex otio provenientibus factionibus obviam iri poteſt, ſi talium incentoribus officia imponantur laborioſa & oneroſa.

Ex Potentia, Superbia, divitiisq; exortæ factiones, ſopiri poſſunt demtâ occaſione, & ſub prætextu delictorum per mulctas, cenſum, mutuationem grandis pecuniæ opibus & ſimilibus mediis, & *tandem ex unius ac ulterius nimiâ exaltatione, cæterorumque ſuppreſſione pullulantes factiones aboleri facillimè poſſunt,* ſi æqualitas iterùm introducatur, & perpetuò obſervetur illud *Ariſt. 5. Polit. 11. Communis cuſtodia principatus neminem unum magnum facere.* vid. *Machiav. 1. Diſſ. 50.*

De damno & periculo, quod Principi ex miniſtri ni- D. mium evecti ambitione metuendum & obvenire teverâ poteſt, vid. ſupra *lib. 2. part. 2. ſect. 1. c. 1. th. 17. expl. 2. n. 3.* notata.

(5.) *Proprias factionum ſedes eſt in rebuspubl. ex Ariſtocratia & Democratia, & Ochlocratia ac Democratia mixtis: In iis enim Optimatibus, Nobilibus Potentioribus & Divitibus cum plebe,* & *hunc cum illis* perpetua & naturalis quaſi intercedit antipathia, *ac inde* pullulans & germinans larga factionum ſedes. *Quod ipſum Romana hiſtoria,* de ipſa Roma imprimis verò *Livius paſſim* demonſtrat, & *Saluſt. in Catil. c. 33.* clarè indicat, quando ſcribit: *Sæpe ipſa plebs aut dominandi ſtudio permota aut ſuperbiâ Magiſtratuum armata, à Patribus ſeceſſit. Hinc crebra illa ab hiſtoricis notata Romanorum Patrum & Patriciorum atque plebis ſeceſſiones.*

Quanquam verò plebs ſeceſſiones illas ſive ſemper ſive plerumque faciat, cauſa tamen illi ſolùm non

tribu-

Digitized by Google

tribuenda eſt, cum ab Optimatum, Nobilium, Potentiorum ac divitum inſolentiâ ac ſuperbiâ & Libertatis odio hujus ignis ſcintillæ plerumque eliciantur.

Neque ſolùm apud Romanos, ſed etiam Græcos factiones tales admodum uſitatæ fuerunt, ſicuti de Athenienſibus teſtatur *Corn. Nepos in Phocione, & Plutarch. in Solone c.15. & in Pericle c.15.* ubi Pericli Thucydidem Mileſium adverſarium fuiſſe, & optimatium factioni adhæſiſſe dicit. *ut inde Strabo lib.14.* ex citatione communi narrat totam ferè Græciam factionibus laborare, quod etiam ante tradidit *Thucyd. lib.3. p.m.144.* his verbis: *Poſteà etiam univerſa propè Græcia mota eſt, ubique factionibus exortis, ac Demoſthenes paſſim, inprimis verò in Orat. in Philip.4. f.m.61. & in Orat. de Corona poſt pr. quod etiam tangit Herodian. l.3.c.7.*

Plura de his Græciæ factionibus vide apud Alex. ab Alex. l.4. Genial. Dier. c.3. & ibi Tiraquell. in f. Schoock. de Sedition. l.1.c.4. & Felvving. de Faction. c.3. th.1. ubi ferè omnes narrat. *Quibus ex Plutar. de Fraterno Amore c.28. addi poteſt.* Suâ ætate potentiſſimos Græcorum ſtudiis hiſtrionum & citharædorum diverſis in diſcordias prolapſos, & poſteà de lavacris Ædepſiis, cœnaculis & conclavibus altercantes, ac aquæductus incidentes, ita ad extremum efferatos fuiſſe & deperditos, ut omnibus bonis à Tyranno ſpoliati, ac pauperes & exſules facti, priſtina duntaxat odia invicem retinuerint.

TH. IV.

Hactenus factio: Sequitur ſeditio, quæ eſt partis alicujus ex tota multitudine ſubitus & violentus in Magiſtratum motus, ob iniquam aliquam poſtulationem aut oppreſſionem, ſive veram ſive fictam, ſive apparentem, reprimendæ & abolendæ ejus cauſa ſuſceptus, *cujus conſiderandæ* (1.) Cauſæ (2.) Subjectum (3.) Progreſſus (4.) Remedia.

Explic.

S*Editio, teſte Cicerone in Frag. de republ. lib.6. inde*, quod ſeorſim eunt alii ad alios dicta, *ſtrictè ſumta eſt*, quando multitudo in partes diverſas inter ſe tumultuosè diſtrahitur, latè verò & communiter, quando ſecundùm definitionem noſtram pars civitatis in Magiſtratum ob prædictas cauſas vel prætextus, de quibus *ſeq. th.6.* in expl. dicetur, violenter inſurgit.

Raro autem illa uno erumpit impetu: *Sicuti enim plebs* vel populus aliquis iniquè ſuppreſſus, vel exactionibus gravatus, *regulariter primo* tumultuari, & vociferationibus ac publicis querelis remedium quærere, *& fruſtratus* in ſeditiones erumpere ſolet; *Ita factiones, tumultus & plebis concurſus ordinariè ſunt primordia ſeditionum, non verò ipſæ ſeditiones*, quod bene notavit *Tacit. l.4. ann. 42.* ita ſcribendo: *Concurſu plebis, quæ tot innoxios protegebat, uſque ad ſeditionem ventum eſt. Atque ideò tumultus à ſeditionibus inſuper ita diſtinguunt Politici, quod ſeditio* diverſas ſeditioſorum partes faciat, *tumultus verò* non niſi unam tumultuantium turbam, *& quod tumultus illi* per ſe non ſint diuturni, *nec* ordinariè violenti, *neque* ſi tales, in Magiſtratus, ſed privatos, vel miniſtros publicos ſint, *fiant tamen tales*, & in ſeditiones erumpant, ſi ipſorum querelæ & minæ publicæ non exaudiantur, ſed tanquam inanes, & fulgur ex pelvi, ſecundùm proverbium, flocci pendantur.

Quamvis quandoque etiam abſque proximè præcedentibus querelis, præſertim, ſi ante illas non conſideratæ fuerunt, & incentores accedant, improvisò ſe effundant. *Qualis verò fuit inopinatus ille cum* ſeditione conjunctus *tumultus Ruſticorum* & ſubditorum præteriti ſeculi anno vigeſimo quinto, ob prætextam Evan-

A. gelii defenſionem, & nimiæ ſervitutis profligationem contra Magiſtratus, imprimis verò nobiles ac Eccleſiaſticos excitatus, & jam in Germania ſuperiori in tantas excretus vires, ut pleriq; cordatiſſimi aliâs Principes, Comites, totaq; nobilitas de ſe jam actum eſſe crediderint, idq; revera eveniſſet, niſi Deus, qui hujusmodi contra Magiſtratus ſuſceptos motus nunquam impunitos relinquit, aliquot Principes exci[illegible]ſſet, qui nobilitatis & bonorum civium eo malo nondum infectorum, convocato auxilio Ruſticos illos ſeditioſos, manu militari aggreſſi ſunt, & diſſipatos, magnâque ſtrage variis in locis affectos, tandem repreſſerunt, uti ſcribit *Hubert. Tom. Leod. lib.6. de vita Friderici II. Palatini p.m.92. & Sleid. l.4. p.m.104. & ſeqq. Eorum ſanè* 50000. [illegible]i iſtâ æſtate occubuiſſe, refert *Aiſtedius in Chron. religion.* vide etiam *Gnodalium in ſpeciali de tumultu hoc ſcripto tractatu.* Et *de Eodem Criniium ac dictum Leo-*

B. *dium in ſimilibus Scriptis.*

Sic in quadam ſeditione Conſtantinopoli ſub Imperatore Juſtiniano orta 35000. hominũ circiter interemta, & Imperatorem ipſum parum ab exitio abfuiſſe, refert *Cedrenus ſub Illius Imperio poſt pr. f.m.303. Procop. lib.1. belli Perſici c.20. Zonar. Tom.3. ſub illo Imperatore. Et Theophanes, memorante Alemanno in Not. ad Procopii Hiſtoriam Arcan. f.m.62. & ſeqq.*

Apud veteres quoque notabilis occurrit ſeditio in Argivorum urbe orta, & à cadis ratione ac modo Scytaliſmus dictus, de quo legi poteſt Diod. *Sicul. l.15. c.57. & ſeq. & Plutarch. in Alcib. c.72. & in Lyſandro c.36. ubi rationem nominis reddit.*

Horrendi hujus monſtri exemplum, quo vix ullum horribilius mundo furor civilis dedit, nobis depingitur *in Andronico Orientis Imperatore* parricidâ & inmani Tyranno circa ann. Chriſti 1182. *Cujus hiſtoriam ita deſcribit Nicetas Choniates in Annal. de illius Impe-*

C. *rio lib.2. circa f. In Anema caſtellum (Andronicus captus) duabus gravibus catenis cum ferreis ſeris ſuperbo collo injectis & compedibus oneratus, ut captivos tractare mos eſt, conjicitur, eoque habitu, ad Iſaacum, ſucceſſorem, perducto contumelioſis verbis inſultatur, alapæ impinguntur, nates pulſantur, barba vellitur, dentes excutiuntur, capilli evelluntur, publicè omnium ludibriis expoſitus etiam à mulieribus pugnis cæditur, iis præſertim, quarum maritos aut occiderat aut excæcaverat. Deinde præciſâ dextrâ in idem caſtellum reducitur ſine cibo, ſine potu, ſine ullo cujusquam officio. Poſt aliquos dies, altero oculo effoſſo, ſcabioſo Camelo impoſitus, per forũ triumphi ſpecie traducitur, calvâ glabrâ inſtar aridæ quercûs & ovo nudiore & brevi tunicula tectus, ſpectaculum miſerabile, quod rivos lacrymarum elicere queat ex oculis non inhumanis; Sed ſtolidiſſimi & petulantiſſimi urbis incolæ, præſertim ſartores, coriarii, opifices & circumforanea ſordidaq; turba muſcarum inſtar verno tempore*

D *ad mulctras & pinguia cymbia convolantium, nulla ratione habitâ, quod is nudius tertius Imperator regio Diademate ornatus, ab omnibus laudatus, celebratus, adoratus eſſet, quodq; ſanctiſſimo Jurejurando fidem & benevolentiam ſuam ergà illum teſtati eſſent efferatis animis ſine ulla ratione ruentes, nihil mali prætermiſerunt, quo Andronicum per nefas non afficerent. Alii claves in caput ejus impegerunt, alii ſtercore nares ejus fœdarunt, alii ſpongias excrementis hominum & pecudum fœdatas in faciem ejus expreſſerunt, alii verbis obſcœnis parentes ejus inſectati ſunt. Erant & qui verubus latera ejus pungerent, impudentiores quidam lapidibus conjectis rabidum canem eum appellabant. Scortum quoddam impudens ollam ferventi aqua plenam è culina raptam in faciem ejus effudit. Nemo denique erat quin malefaceret Andronico. Ita ignominiosè in theatrum ridiculo triumpho perductum ac miſero illo camelo detractum, juxta duas columellas, quibus ſuperne lapis incumbit, prope aneam lupam & hyænam, quæ inflexis cervicibus, quaſi alte-*

A. ra ad alteram impetum factura, concitata aſtant, pedibus ſuſpendunt ſune alligatis. Tot mala perpeſſus, & alia ſexcenta, quæ prætermiſimus, tamen generoſo adhuc animo illata mala tolerabat, ac mente integrâ ad affluentem turbam & jacentem converſus nihil dicebat aliud, niſi, Domine miſerere? & quid calamum contritum infringitis? Cæterùm dementiſſima populi turba, ne tunc quidem afflict[...]mo pepercit Andronico, poſtquam pedibus ſuſpenſus fuit: ſed direptâ tunicula virilia ejus vexavit, & quidem homo nefarius longum enſem per fauces ejus uſq; ad inteſtina adegit: Duo vitrò latini generis, enſes ambabus annixi manibus, in nates ejus adegerunt, ut periculum facerent uter eſſet acutior ictus, dexteritate gloriati. Poſt tot ærumnas & clades ægrè vitam abrupit dextrâ cum dolore ad os admotâ, ut multi putarent, e[...]m calidum ex ea ſanguinem ob recentem plagam adhuc diſtillantem exſugere. Et paulo poſt:

B. Poſt dies aliquot ex alto illo miſerabili detractus, & in theatri fornicem quendam, ut beſtia projectus, jacuit, donec quidam humanitate adducti, nec iræ nimium indulgentes cadaver ejus inde ſublatum juxta Ephori monaſterium, quod ad Zeuxippum eſt in quodam infimo loco poſuerunt idq; compage nondum penitus diſſolutâ adhuc ſpectare licet. Hactenus Nicetas.

Similem ferè caſum ſuſtinuit Vitellius, ut apud Dion. l.65. in fine legi poteſt. Quomodo Mauritius Imperator per ſeditioſos milites juſſu Phocæ interemptus cum liberis ſuis miſerabiliter fuerit, & mortem fortiter his verbis: Juſtus es domine, & rectum judicium tuum, tulerit, legi poteſt apud Simocattam l.8.c.11.

Recenſet etiã Meurſius l.3.hiſt. Danicæ à Chriſtiano I. incepta. circa pr. non minus memorabile, licet non æquè miſerabile exemplum Chriſtiani II. Daniæ regis ob regimen injuſtum à ſubditis ſuis primum in exilium depulſi, poſtea in carcerem conjecti, & in eo mortui his ce verbis:

C. Cum [: Chriſtianus ille:] reges Galliæ, Angliæ, Scotiæ fœderatos ſibi haberet: Fridericum & Johannem Saxones avunculos: tum ſororium Joachimum Brandenburgicũ. Maximilianum quoq; Imperatorem, & per hunc Auſtriacã domum univerſam matrimonio contrahendo devincere animum induxit: Erat huic ex Philippo filio neptis, Iſabella, cujus fratres Carolus & Ferdinandus, avo poſteà in Imperio ſuo, ordine ſucceſſerunt: Eam ſibi cum uxorem petiiſſet, ſine negotio, ut mox dicam, impetravit. Atq; ita, rarò ſanè ſummi Dei beneficio conſecutus illud fuit, ut potentiâ Reges Daniæ univerſos (: quotquot ante ipſum unquam extitiſſent:) ſuperaret. Daniam, Sueciam ac Norvegiam à parente ſuo acceperat: Galliâ, Angliâ, Scotiâ, fœdere: Hiſpaniâ, Hungariâ & Bohemiâ atq; Imperium adeò totum Belgiumq; affinitate obſtringebatur: Tria regna poſſidebat, ſex obnoxia ſibi habebat fœdere, aut matrimonio. Quibus adde cùm Germaniam, tum in ea ſeparatim Marchionatum Brandeburgicum & Saxoniam: Adde Belgii ditiones decem & ſeptem. Tanto tamen

D. de faſtigio deturbatus, nec reſtitui tot potentium amicorum ope quitus, actis miſerè in exilio annis novem, in carcere viginti ſeptem, in quo tandem quoq; obiit, reges, principesq; omnes ſat exemplo ſuo docuit modum, affectibus imperare & cavere, ne præcipites dominandi in tranſverſum rapiantur. Quippe Deus ita regna ordinavit, ut obſequii fideiq; quantum a ſubditis reges poſcant, tantum quoq; æquitatis & amoris illis debeant: nec minorem ſibi quoq; rationem juramenti, quo ſe illis obligârunt, habendam eſſe arbitrentur. Tum oſtendit, ſe perjuria ſemper quidem ſeveriſſimè vindicare, ſed potiſſimum in iis, quos ad ſummum dignitatis gradum evectos, in hac terra quaſi Deos eſſe voluit.

Referri huc debent factiones ſeceſſionesq; ſive potius ſeditiones Nobilitatis Polonicæ, illis Rokoſi dictæ, præc. th.3. expl.3. memoratæ. Nec non ſeditio Ruſticorum in Gallia ſub Johanne II. Rege orta, cujus complices Jaquæ dicti fuerunt, referente Gaguino l.9. hiſtor. c.1.

A.

T H. V.

Cauſa ſeditionis impulſiva, proficiſcuntur vel à Magiſtratu vel à ſubditis.

T H. VI.

A Magiſtratu proficiſcuntur primariò per violatam religionem, libertatis avitæ ſuppreſſionem, Juſtitiæ denegationem, Injurias graves ſubditis illatas, illorum oppreſſionem per Tributa & ſimilia, nimis mollem gubernationem ac peregrinorum & indignorum ad officia promotionem, & incolarum & dignorum præteritionem, Item pravam bonorum publicorum & ærarii adminiſtrationem.

Explic.

B. *PRæmonendum hic eſſe duximus, cauſas in theſi poſitas à nobis hiſtoricè conſiderari, quatenus* ſcilicet illæ omnibus temporibus populum ad ſeditiones, bellaq; civilia, nec non defectiones inſtigârunt, *non verò politicè vel Ethicè, quatenus ſcilicet juſtitiam in ſe continent. Quoniam verò de violata religione præc. cap. th.9. expl.1. de libertatis ſuppreſſione th.7. expl.8. & ſeq. th.21. expl.2. de Juſtitia denegatione & ſubditorum nimis molli gubernatione th.7. expl.1. & 7.* jam dictum eſt, illa hic repetere ſupervacaneum duximus eſſe.

Circa injurias graves ſubditis illatas notandum illas generoſas mentes admodum in vindictam incitare:

Sic Carolus Comes Carolaorum Philippi Burgundi filius ob verbales injurias ſed atroces, Ludovico XI. Galliarum Regi per ſeditionem inter ſubditos ejus ſuſcitatam grave movit bellum, de quo videri poteſt *Comin. Lib.1.c.1. & ſeq.*

Eaſdem Boruſſis cauſam defectionis dediſſe ex ipſo-

C. rum literis diffidationis ſubjectionis renunciatoriis *à Waiſel. in Chron. Boruſſ. p.175.* allatis patet, de qua etiam legi poteſt *Neugeb. l 6. hiſtor. Polon. p.m.334. & ſeq.*

De ſubditorum verò oppreſſione illud monendum, eam ſeptem modis fieri (1.) quando illi ſub ſervitutis jugum mittuntur, vel ſervitutibus nimiùm premuntur, (2.) quando illis bona propria de facto eripiuntur. (3.) Quando ſub prætextu criminum locupletes proſcribuntur, & ipſorum bona fiſco applicantur (4.) Quando pecunia civitatis & proventus publici à Magiſtratu dilapidantur vel in privatos uſus convertuntur (5.) iis à Magiſtratu negotiationes & commercia adimuntur, & ab illo ſolùm exercentur. (6.) Quando illi immodicis tributis & exactionibus premuntur. (7.) Quando per Magiſtratus incuriam vel ſtudium, annonæ caritate, fœneratione & adulteratione monetæ vexantur: *Nos ſaltem circa primum modum,* ruſticorum Germanicorum præc. *th.4. in expl.* relatum exem-

D. plum, & *circa quartũ, ſeditionem magnã Pragæ ortam, ac à Theobaldo in bello Huſſit. p.3.c.23.* recenſitã allegare, *quoad tertiũ verò ad præc. c.1. th.7. expl.3.* conſignata lectorem remittere, & *circa duos poſtremos ſequentia pauca & inſigniora exempla adducere volumus. Ubi quoad quintum occurrit* illud factum *Alphonſi II. Neapolitani Regis,* quo omne oleum & triticum adhuc in campo exſtans, modico precio coemit, ſubditis quoad potuit cariſſimè vendidit, ac negotiationem ademit, *inſuper que* porcos ſubditis alendos & ſaginandos dedit, mortuorumq; verum precium ab iis poſtulavit, ac exegit, & ſimilibus ſubditos preſſit, uti narrat *Comin. l.7. Comment. c.11. hoc eventu,* quod ſubditorum odio perſpecto adveniente Gallorum exercitu, regnum deſeruerit, & in Siciliam aufugerit, *ſecundum eund. ibid.* ubi de ejus miſerabili morte ſimul agit. *Quoad ſextum autem ſe offert exemplum Helveticorum.* Cum enim ii graviſſimis tributorum premerentur oneribus & intolerandis Præfectorum injuriis laceſſerentur

Sui-

Suitenſes primum, deinde Urienſes, & Uuderwaldenſes excuſſo jugo in libertatem ſe vindicare cœperunt, Præfectos & Nobiles, qui in manus illorum inciderunt, trucidarunt, reliquos omnes deſtructis munitionibus & arcibus, expulerunt. *Birkheim. lib. 1. bell. Helv. in pr.*

Gandavenſes eandem ob cauſam periculoſiſſimam ſeditionem ſub Cæſare Carolo V. moventes, de quâ videatur *Pontus Heuterus l. 11. Rer. Belgic. f. 512. & ſeqq.*

Galli Cadurcenſes, de qua vid. *Gramond. lib. 13. p. m. 600. & ſeq.*

Neapolitani anno 1647. de qua vid. *Nicium in Pinacotheca tertia in fine ſub Thoma Auello.*

Friſii ob immodica tributa à Gotfridn Daniæ rege planè deficientes: ut latè inter alios refert *Emmius l. 5 Rer. Friſic. f. 70. & ſeq.*

Belgæ etiam ideò deficientes, *de quo th. ſeq. dicetur.*

Tributorum talium impoſitio, *Flandricæ plebi* occaſionem præbuit, Anno 1381. magnæ illi ſeditioni & inde orto ſeptennali illi bello, in quo *Albatorum*, ita enim plebs illa ab albis capitiis, ſeditioſorum teſſerâ, dicebatur, *ſupra ducenta millia perierunt*, & Rex Franciæ Comiti Flandriæ opem tulit, ac victoriam comparavit, de quo videri poteſt *Paul. Æmil. l. 9. & Polyd. Virgil. lib. 20. Hiſt. Angl. p. m. 518. ac Gaguinus lib. 9. c. 3 f. 167. & ſeq.*

Rothomagenſes ob Tributa & onera eodem tempore etiam ſeditionem moverunt ingentem, ad mercatoris cujusdam ob obæſum corpus craſſi dicti ædes convolarunt, illum currui impoſitum per urbem deduxerunt, ac Gallorum regem appellaverunt, nec ante ceſſaverunt, quam onera illa tollerentur. apud *Gaguin. d. l. f. 170. & Fulg. lib. 9. Memorab. c. 7.*

De quo plura vide apud Schoock. d. l. 1. c. 25. Im Hoff. ēū ſingul. Polit. Rat. Status 8. *Forſtn. in Hypomn. Polit. 65. & Spreng. Axiom. Status 4. & th. ſeq. 23. expl. 2.*

De ſeditione ob annonam, fœnerationem & adulterinam monetam exorta th. ſeq. expl. 2. dicetur.

De ingenti ſeditione ob injuſtam ponderum & menſurarum imminutionem ab Ulrico Wirtembergiæ Duce factam præteriti ſeculi initio ortâ & magno labore ac periculo ſedatâ legi poteſt *Tethingerus in Comment. Rer. VVirtemberg. l. 1. poſt pr. apud Schard. Tomo 2. operis hiſtor. f. m. 916. & ſeqq.*

De Præteritione verò incolarum atq; dignorum, & peregrinorum ac indignorum promotione pauca hæc notanda ſunt, illam certiſſimam ſeditionis cauſam, imprimis vero in Statu populari vel mixto ex hoc & Ariſtocratiâ eſſe: Cum per ſe ſtudia cupiditatesque honorum atque ambitiones res evertendæ reipubl. eſſe ſoleant, judicio *Ciceronis in orat. in Verr. 2. c. 53.* & honor ſeditionis cauſâ ſit teſtimonio *Ariſtot. lib. 5. Polit. 3. Ægerrimè quippe homines ferunt, ſe anteiri à ſuis æqualibus ac familiaribus Dion. lib. 41. f. m. 178.* multo magis ab indignis: *hinc inter cauſas* impulſivas ſeditionis præteritionem hanc retulit Catilina apud *Saluſt. in ejus bello c. 35. Et Flor. lib. 1. c. 26.* quartæ Romanorum ſeditioni expreſſe adſcribit honorum cupidinem.

Ut itaque prudentiſſimus Auguſtus indignioribus à Senatu remotis turbas pertimeſcendas evitaret, illum non vi, ſed bonis artibus purgavit, totum Senatum hortatus, ut ſuâ ipſi conſcientiâ teſte, de genere & vitâ ſuâ judicium ferrent, quo id effecit, ut primò 40 deinde 140. Senatores indigni Senatu cederent, teſte *Dion. lib. 52. in f.*

Ita diſſenſionibus, bellis civilibus & defectionibus in Imperio Sinico non minimam cauſam dedit nimia ab Imperatore Thienkio Eunucho Gueio conceſſa potentia & paternus illi habitus reſpectus ut refert *Martin. in bell. Tartar. p. m. 39. Eadem ratio pugnat* in promotione peregrinorum, & incolarum ſpretione, *nihil enim minus* inquilini pati poſſunt, *ideo namque Poloni* adverſus regis Miozislai viduam Rixam Indignationem moverunt tantam, ut illa cum filio Caſimiro ex regno præmetu aufugerit, recenſente *Crom. de reb. geſt. Polon. lib. 4. in pr. Et Ungari* adverſus regem Petrum anno 1039. teſte *Bonfinio rerum Hungar. Dec. 2. lib. 1.* uti etiam *Auſtriaci & Styrii* adverſus Albertum I. ſuum Ducem, *& Angliæ proceres* adverſus Henricum III. Regem ſuum referente illud *Gerh. de Roo in Hiſtor. Auſtr. l. 1. f. m. 43.* & hoc *Vergilio Hiſtor. Angl. l. 16. p. m. 403. & ſeq.* inſurrexerunt.

Plura exempla videri poſſunt apud Neumeyr. de Sedit. c. 1. puncto 10. Illisq; adde ad d. th. 7. expl. 3. & præc. th. 4. in explic. notata.

TH. VII.

A ſubditis quæ proficiſcuntur ſunt duplices, interna vel externa; Illa ſunt illorum naturalis quaſi ad ſeditionem proclivitas, item ambitio, nimia felicitas & otium; *Hæ ſunt* calamitates publicæ & plebis inſtigatores.

Explic.

I. *Ex experientia pateſcit, nonnullos populos ad ſeditiones*, ſicuti alii ad alia vitia (de quibus videatur perſonatus *Franciſcus Marinius de ſcopo reipubl. Poloniæ in præfatione) eſſe naturâ quaſi proclives*, de quo tamen conſule *Hartknoch. in Republ. Polon. l. 2. cap. 9. th. 7. Quod de Siculis narrat Thucyd. lib. 6.* & *Plutarch. in Vit. Pyrrhi c. 29. De Judæis narrant Hiſtorici, & rei veritas ex Joſepho de Bello Judaico lib. 2. c. 14. & 21. & paſſim. Dion. lib. 68. in fin. Simocatta l. 5. Hiſtor. Mauric. c. 7. & aliis conſtat.* De Gallis *Julius Cæſar lib. 3. de bello Gall. p. m. 69. l. 4. p. m. 82. & l. 5. p. m. 110. & 124. & l. 7. p. m. 150. & ſeq.* Vopiſcus in Saturn. in pr. *Trebellius Pollio in Poſthumo circa fin. & alii. De Ægyptiis idem in Æmiliano in pr.* narrat, *quod illis familiare ſit, ut vel furioſi ac dementes de levibus quibusdam ad ſumma reipubl. pericula perducantur*, ubi ſimul exemplum gravis ſeditionis refert, *& Vopiſcus in Saturn. in pr. De Alexandrinis Herodian. lib. 4. c. 15. & 16. Evagr. lib. 2. hiſtor. Eccleſ. & Socrat. lib. 7. hiſtor. Eccleſ. cap. 13. De Neapolitanis & nonnullis Siciliæ urbibus*, quod ad ſeditiones excitandas admodum proclives ſint, hiſtoriæ paſſim tradunt, & inprimis *de Neapolitanis obſervavit Valckenerus* **In dem verwirrten** Europâ *Part. I. fol. 43. quod intrà 466. annos 28. graves ſeditiones moverint, inter illas* verò admodum celebres ſint, quæ *anno* 1547. ob introductam à Prorege inquiſitionem orta, & *à Thuano l. 3. f. m. 51. & ſeq.* deſcripta eſt: *& altera*, quæ integrum poſt ſeculum ob impoſitum eſculentis & ſimilibus grave tributum orta ſub *Thomâ Aniello* electo à plebe duce in immenſum aucta, brevi tamen tempore per hujus necem ſedata fuit, ut legi poteſt apud *Nicium in Pinacotheca tertia in fine*, de qua etiam breviter agit *Schoock. de Sedit. l. 1. cap. 38. pag. 370. & ſeq. Aliam ob annona caritatem ibi acriter exercitam lege apud Thuan. l. 82. f. m. 28. & ſeq.*

De Siculis ad ſeditiones proclivibus in initio hujus explicationis diximus, illarum aliquot crudeliſſimè exercitas refert *Facellus Dec. Poſter. l. 9. c. 5. & Hugo Falcandus de Siciliæ Calamitatibus. Quibus nos addimus* ingentem anno 1672. in Meſſina vel Meſſanâ ob annonæ caritatem cœptam ac ob Vice-Regis tyrannidem reſuſcitatam & per annos aliquot durantem, ac in defectionem ad Gallos deſinentem ſeditionem ortam eſſe, ut omnibus notum eſt, & *in ſingulari libello, quem Gotfrid Joniſch ſuo Germanico Chronico ſubjunxit*, de illa conſcripto exactè recenſetur. *De Gandavenſibus ex Thuano & Meterano Auctor Addit. ad Guicciardini Belg. ſub Gandavo. De Eorundem &*

A. *Bruggenſium crebris ſeditionibus* legi etiam poteſt *Aurckeuius in hiſtor. Auſtria lib. 5. c. 26. f. 847. & f. 851. c. 32. in pr. & fin. c. 35. & c. 36. ubi notandum* Pariſias, Leodium, & Pictavium cum Gandavo de rebellione ferè concertaſſe, ut in proverbium abierit, *has quatuor urbes eſſe rebelles* ut dictus *Auct. additionum ad Guicciard. Belgium ſub Gandavo narrat*, cui junge *Schoock de ſedition. l. 2. c. 11.* Confer etiam quæ habet *Bellermont. Diſſer. 52. & Condit. de Fide Polit. l. 1. c. 4. n. 2. & ſeqq.*

De Ambitione in præcedente c. 1. th. 7. explicatione 3. dictum.

De nimia felicitate & otio ſubditorum notandum ex eo peſſimas generari filias luxum, ſuperbiam & libidinem, de quibus ex parte, in præced. cap. th. 9. expl. 5. dictum: De nimia verò felicitate optime judicat *Chryſoſtomus* lib. 1. de Curial. Nugis ita ſcribens: *Noverca virtutis omnis proſperitas bajulis ſuis ſic applaudit, ut noceat*; Et *Auguſt. 1. De Civit. Dei c. 30.* ita diſſerens: **B.** *Secundis in rebus ea mala oriuntur: in moribus, quæ ſævientibus pejora ſunt hoſtibus.* Cui jungendus *Senec. Epiſt. 36.* in pr. ſic ſcribens: *Res inquieta eſt felicitas, ipſa ſe exagitat, movet cerebrum, non uno genere alios in aliud excitat, ſcilicet ut negotium faciat in otio, & ubi benè negotiandum foret, ibi tepeſcit, qui felix eſt.* Hinc *Florus lib. 4. c. 2.* Cauſam calamitatis tantæ Romæ tunc exiſtentem nimiæ felicitati adſcribit. *Veriſſimum enim eſt illud notum Ovid. l. 2. de Arte amandi v. 438. Luxuriant animi rebus plerumque ſecundis. Cauſam refert Polyb. lib. 6. c. 55.* his verbis: *Palam eſt, ubi mora longi temporis beata fortuna ſuam ſedem in civitate firmavit, in mores luxum irrepere, in animos virorum ambitionem & pervicaciam, tùm circa Magiſtratus tùm circa alia incepta: quæ ubi ſemel creverint mala mutationis in deterius principium exiſtet ab honoribus per ambitionem petitis aut negatis.*

C. Cæterùm felicitatis hujus damna & pericula egregiè deſcribit *Flor. lib. 3. c. 6. in cap. præced. th. ult. expl. 4. annotatis, ubi plura adducta ſunt.*

Otium filiam nimiæ felicitatis peſſimam quod attinet, de eo veriſſimè Catullus carm. 52.

Otium Reges prius & beatas perdidit urbes.

Obſervavit illud Dionyſius apud Juſtin. l. 20. c. 1. grave otium regno ſuo periculoſamque deſidiam ratus, & ideo copias in Italiam trajecit, ut militum vires continuo labore acuerentur, & *Demetrius apud Eund. ſeq. lib. 35. cap. 1. Occupato Syriæ regno Novitatis ſuæ otium periculoſum ratus.* Optimè hinc *Valer. Max.* judicat de ſua Roma, quando *lib. 7. c. 2. §. 1.* ita ſcribit: *App. Claudium crebro ſolitum dicere accepimus, negotium Populo Romano melius quàm otium committi, non quod ignoraret, quam jucundus tranquillitatis ſtatus, ſed quod animadverteret præpotentia imperia agitatione rerum ad virtutem capeſſendam excitari, nimia quiete in deſidiam reſolvi.* **D** *Et ſane negotium nomine horridum civitatis noſtræ mores in ſuo ſtatu continuit.* Hinc *Senec. lib. 2. Controv. 10. Non vides ut immota fax torpeat, & exagitata reddat ignes? Molles viros otium, ferrum ſitu carpitur & rubiginem ducit, deſidia dedocet. Naſo lib. 1. Amor. El. 2. V. 11. & ſeq.*

Vidi ego jactas mota face creſcere flammas
Et rurſus, nullo concutiente mori.

Suadet hinc Deſiderius Creſcentius in artibus reconditis regendi reiſpubl. part. 1. c. 5. Ut princeps ad conjurationes & turbas cavendas otium plebi auferat, eamque ſemper laboribus fatiget, ne res ſecunda & quieta, extemplo urbanos motus exciteat, & ex brevi otio multiplex bellum oriatur. De quo plura lege apud *Gruterum Diſcurſu ad Tacit. 39.*

Multa quoque ſunt alia cauſa quæ ſeditioſa ſubditis conſilia ſuggerunt; cujuſmodi ſunt paupertas potentiorum, potentia nimia illorum, quos parere leges jubent, metus ſuppliciorum etiam juſtorum: impoſtura falſarum Prophetarum: nationum moribus & ingeniis diſſidentium in rempubl. receptio: Collegiorum & ſocietatum licentia nimia.

II. *Præterea impotenti plebi* prava quoque conſilia ſuggerunt calamitates publicæ, præſertim bellum & annonæ caritas, quæ quantum malum ſint jam *præc. l. 2. Parte 4. c. 2. th. 5. expl. 2. & c. 6. th. 17. expl. 2.* dictum eſt, ut ex illo *Homeri Odiſſ. 12.* apparet.

Dura quidem miſeris mors eſt mortalibus omnis,
At periiſſe fame, res una miſerrima longe eſt.

Perdifficile enim eſt ad carentem auribus ventrem verba facere, quia venter cibi avidus illa non audit, ut locutus quandoque eſt *Cato ad populum* de frumento diſtribuendo tumultuantem referente *Plutarch. in ejus vita c. 14.*

Cum quo concordat illud Joſephi lib. 7. belli Judaici **B.** *c. 11. Omne genus pereundi fame levius eſt. Latiſſime verò illud demonſtrat Johan. Joubertus in lib. ſingulari de ingenti fame* per totum, necnon *Philippus Boſquierus in flagello Academ. peccatorum. Idque Romæ frequentiſſimum fuiſſe refert Amm. Marcellin. lib. 26. p. m. 314.*

Quod verò illa ſeditiones ciere ſoleat, teſtatur Cic. pro domo cap. 5. referens ob illam concurſum plebis ad templum Concordiæ factum & ſeditionem ortam fuiſſe & Tacit. 6. Ann. c. 13. ſic ſcribens: *Gravitate annonæ juxta ſeditionem ventum eſt:* & paſſim illud ex hiſtoriis conſtat; *Sic Romæ fames ſeditionem excitavit. Liv. lib. 2. c. 34. & 35. Sub Auguſto eadem ob illam orta eſt, Dio lib. 54. f. m. 566.* Sic ſub *Honorio 8. & Theodoſio Juniore 3. Coſſ.* apud Conſtantinopolin magna exarſit ſeditio, penuria rei annonariæ ingruente, teſte *Marcellino Comite in Chron. Nec hodie inſolitum eſt Conſtantinopoli* ob ejus penuriam ſeditiones triſtes ex- **C.** citari, ut *hiſtoria Turcica* teſtantur paſſim. *Exemplum quoque ſeditionis* ideo Neapoli ortæ tragicum refert *Thuanus lib. 82. ſub anno 1582.* ubi videri poteſt. *Et ſimile Mediolani obventum Machiavell. hiſtor. Florent. lib. 6. p. m. 329. & ſeq.*

Nec intra ſeditionum limites hic ſe ſemper continet populus, ſed & rebellioni ſtudet, ſicuti in Romana hiſtoria multa occurrunt exempla; ſic *Conſulem Q. Metellum* referente *Cicer. d. c. 5. Antoninum Pium teſte Victore in ejus vita in fine; Claudium teſte Suetonio in ejus vita cap. 16. & Oroſio lib. 7. cap. 6. & alios Imperatores populus ob annonæ caritatem fragminibus panis petiit, & mortem inferre voluit.*

Nec tacenda clades magna in bello perpeſſa. *Eâ enim de cauſa ſæpius ſeditiones & rebelliones ortas eſſe ex hiſtoriis abundè conſtat. Sic enim Ægyptii* contra ſuum regem Apries rebellarunt referente *Herod. lib. 2. n. 67. & ſeq. Et Burgundii Reges* ritu veteri depoſita **D** poteſtate removerunt, ſi ſub eo fortuna titubaverit belli vel ſegetum copiam negaverit terra, quemadmodum etiam *Ægyptii* ejuſmodi caſus rectoribus ſuis adſignare ſoliti fuerunt, referente *Marcell. lib. 28. p. m. 377.*

Referri huc etiam poteſt fœneratorum publice permiſſa & approbata violentia, ac crudelitas, quæ apud Romanos non rarò graves ſeditiones movit, & ideò à Tacit. 6. Ann. 16. Vetus urbi malum & ſeditionum diſcordiarumq́; creberrima cauſa. Talis fuit ſeditio prima Romæ orta & a Menenio Agrippa ſopita Flor. lib. 1. c. 23. Manliana apud Livium lib. 6. c. 14. 15. & 16. & alia. Vid. etiam *Saluſt. in bello Catilin. c. 33. & Ferſt n. ad dictum loc. Taciti.*

Et adulteratio monetæ publica ac ſubita ejuſdem mutatio, quæ quantum turbarum in Polonia ſub Sigiſmundo excitarit, refert *Piaſec. ad ann. 1632.*

De excitatis in Germania noſtra ob illam tumulti-

bus & ſeditionibus, res per ſe nota eſt, imprimis verò Francofurtana ad Mœnum maximè celebris eſt, Anno 1614. & Wormatienſis anno ſequenti ideò orta.

Eandem ob cauſam Anno 1307. plebs Pariſienſis regem ſuum Philippum Pulchrum in templo obſedit, illique commeatum denegavit, referente *Gaguino in Chron. Gall. lib. 7. c. 5. f. m. 124. & ſeq. Et paulo poſt Ann. 1353. Rege Johanne in Anglia detento*, ob mutationem monetæ nova ſeditio orta eſt, ſecundum *Eundem l. 9. c. 1. f. m. 146.*

Ubi obiter monendum, Aureliano Imperatori à Monetariis ob metum ſecuturæ, de depravata pecunia pœnæ, bellum motum, & illud tandem magnâ ſanguinis profuſione deletum eſſe, uti videri poteſt apud Vopiſcum in illius vita c. 38. Aur. Victor. de Cæſaribus ſub d. Imperatore & in Epitome ſub eod. & Eutrop. lib. 9. circa med.

Plebis inſtigatores hîc nobis ſunt, qui auctoritate ſua illam ad quævis impellere poſſunt, quales ſunt Tribuni plebis & Demagogi quivis, item paſtores & concionatores turbulenti.

De illis notum eſt ex hiſtoria Romana, quod plebem etiam ſedatiſſimam, ceu tempeſtates mare tranquillum ad quosvis motus impellere potuerint & impulerint. Sic enim *Flor. lib. 3. cap. 13. Seditionum omnium cauſas tribunitia poteſtas excitavit, quæ ſpecie quidem plebis tuendæ, cujus in auxilium comparata eſt, re autem dominationem ſibi acquirens, ſtudium populi ac favorem, agrariis, frumentariis, Judiciariis legibus aucupabantur.*

Quàm artificioſe verò illi ſibi tantam poteſtatis & auctoritatis apud Romanam plebem contra Senatum acquiſiverint, latè demonſtrat Schoock. d. l. 1. c. 16. In tantum verò faſtigium excrevit illa, ut Conſules Romani apud *Liv. lib. 4. c. 2. negaverint, jam ultro ferri poſſe furores tribunitios, ventum jam ad finem eſſe, domi plus belli concitari quam foris.*

Quod Sacerdotes & Concionatores attinet notum eſt illos ob præſumtam ſanctimoniam & in religionis propagationem prælatum ardorem ad concitandam plebem ſeditioſis ſuis concionibus plurimùm valere & conſerere ſolere, uti ex hiſtoriis paſſim conſtat. De quibus *Thuanus lib. 44. hiſtor. f. m. 262.* has querelas fundit: *Præcipua concionatorum intemperies fuit, qui omiſſâ verbi divini interpretatione bacchantibus ſimiles convitiorum plauſtra, in regem evomebant, dicenda, tacenda blaterantes, tyrannum, hypocritam, perfidum crudelem vociantes ad raucedinem uſque clamoſi.* Ubi plura vide, & ejus quædam exempla vide apud *Schook. dict. lib. 1. c. 21. & 22.*

TH. VIII.

Subjectum, hoc eſt, ii, qui ad ſeditiones potiſſimum inclinant, ſunt (1.) inopes (2.) obærati (3.) Prodigi (4.) Ex maleficiorum conſcientiâ pœnas publicas metuentes (5.) Ambitioſi.

Explic.

B*Enè ſeditioſum Cicero in Catilina cap. 33. deſcribit Hominem ſine re, ſine fide, ſine ſede, ſine fortunis. Ore, linguâ, manu, vita omni inquinatum:* Et de Catilinæ ſociis ita ſcribit *2. in Catil. c. 4. Quis totâ Italiâ veneficus, quis gladiator, quis latro, quis ſicarius quis parricida, quis teſtamentorum ſubjector, quis ganeo, quis nepos, quis adulter, quæ mulier infamis, quis corruptor juventutis, quis perditus inveniri poteſt, qui ſe cum Catilina non familiariter vixiſſe fateatur.* Cui conſentit *Saluſt. in Catilin. bello c. 14. Catilina omnium flagitiorum & facinorum circum ſe, tanquam ſtipatorum, catervas habebat. Nam quicunq; impudicus, adulter, ganeo, aleâ, manu, ventre, pene bona patria la-*

A. *ceraverat, quique alienum æs grandè conflaverat, quo flagitium aut facinus redimeret; præterea omnes undique parricidæ, ſacrilegi, convicti judiciis aut pro facto judicium timentes: ad hoc, quos manus atque lingua perjurio & ſanguine civili alebat, poſtremò omnes quos flagitium, egeſtas, conſcius animus exagitabat, hi Catilinæ proximi, familiaresq; erant. Et de Ottone in ſpecie ſcribit Tacit. 1. hiſtor. 21. Et antequam Imperator ſalutaretur, compoſitis rebus nullam ſpem, omnem in turbando conſilium, multa ſimul extimulaſſe luxuriam & principi onerofam inopiam vix privato tolerandam. De Catilina verò idem Saluſt. in bell. Catilin. c. 5. Agebatur illius magis magisq; indies ferox animus inopia rei familiaris & conſcientia ſcelerum. Sic apud eundem in fragment. lib. 1. hiſtor. L. Philippus contra Lepidum declamans, dicit, ad eum concurrere homines omnium ordinum corruptiſſimi; flagrantes inopiâ & cupidi-*
B. *tatibus ſcelerum, conſcientia exagitati: quibus quies in ſeditionibus in pace turba ſunt.* Ita quoque *Halicarn. l. 5. c. 53.* refert, magnam plebis partem & præſertim egenos ac fœnore oppreſſos commotam fuiſſe ac perniciosas reipubl. cogitationes aluiſſe, & *Tacit. 3. Annal. 40.* refert Galliarum civitates ob magnitudinem æris alieni rebellionem cœpiſſe.

Rationem ſpecialem de inopibus dat Saluſt. in Catil. c. 37. hanc: Quia bonis invident, vetera odêre, nova expetunt, odio ſuarum rerum mutare omnia ſtudent. De obæratis & prodigis Tacit. 1. hiſtor. 88. Quia illis afflicta fides eſt in pace, ſumque rebus turbatis alacres, & per incerta tutiſſimi: & Livius lib. 42. cap. 30. Æs alienum & deſperatio rerum ſuarum præcipites ad novanda omnia agit. De maleficis verò Ariſt. 5. Polit. 3. quia pœnas metuunt & ignominiam publicam, pervertere eam everſione ſtatûs publici laborant, & concitatu fa-
C. *cillimi ſunt. De ambitioſis Tacit. 11. Annal. 17. quia privatim degeneres, in publicum exitioſi nihil ſpei niſi per diſcordias habent, & Cicer. 2. in Catilin. cap. 9. honores, quos quietâ republicâ deſperant, perturbatâ ſe conſequi poſſe arbitrantur.*

TH. IX.

Progreſſus hujusmodi fere eſt, (1) auctores ſeditionis clam inter ſe coëunt, & de illa conficienda conſultant [2.] per Corycæos ſuos voluntatem & affectionem plebis tacitè indagant. [3.] illa ad propoſitum idoneâ repertâ ſignum ad concurſum plerumque ſub veſperam & dieb. feſtis ac ſabbathi dant. [4.] Ad locum aliquem publicum ſe conferunt [5.] ibi ſub ſpecioſo libertatis, religionis & ſimilis prætextu plebem ad ſeditionem publicè ſollicitant. [6.] poſthac
D. Ducem ſibi eligunt, [7.] Quosvis obvios ſibi ſociant [8.] Magiſtratus ac potentiores ac divites invadunt. [9.] Omnia demum jura & fundamenta reipubl. divellunt, [10.] tandem niſi in tempore ſupprimantur, ſeditiones latiùs ſe extendunt & totas provincias pervagantur.

Explic.

S*Icuti ſeditiones uno impetu vix erumpunt, ſed illas plerumq; indicia quædam, qualia ſunt*, clandeſtini conventus, frequentes in Magiſtratum & potentiores calumniæ, querelæ de iniquitate Magiſtratus, accuſatio ſtatus publici, contemtus Magiſtratus, inobedientia, impeditio executionis Legum & ſimilia præcedere ſolent: *ita prudens & vigilans Magiſtratus*, eas facile ſubodorari poteſt, de quo Prognoſtico ex parte agit *Conzen. in polit. lib. 9. cap. 14. §. 1.* & ibi vi-

deri poteſt, conjungantur quæ *ſeq. th. 11. explic.* notata ſunt.

Fit verò progreſſus illarum plerumq́ʒ dicto modo: Ita enim Catilina tunc temporis nondum Dux, ſed complicum unus clandeſtina inſtituit conciliabula, & conſultationes occultas, univerſorumque convocatorum animos tentavit, & ſibi conciliavit, apud *Saluſt. in bell. Catilin. c.17.* ſignum pro curiâ dedit: & non modo Conſulibus ſed plerisque Senatoribus perniciem machinatus eſt, *ibid. c.19.*

Ubi notandum, ſignum illud plerumq́ʒ vociferatione & ad arma conclamationes, uti Neapoli in nuperâ illâ Anno 1647. excitatâ periculoſiſſimâ ſeditione factum, de quo videatur *Janus Nicius in ſuâ Pinacothecâ lib.3. ſub Thoma Anielli, quandoq́ʒ etiam campanarum pulſatione, uti* de Leodienſibus & Gandavenſibus refert *Schoock. d. l.1.c.7. dist.*

Sic Romanorum præſidium à Vaccenſibus die per totam Africam feſto deletum Saluſt. in bell. Jugurth. c.66. Sic Gallorum in Sicilia internecio ipſa Dominica reſurrectionis die ingruente veſpere cœpit Collenut. l.5. Hiſt. Neapol. p.m. 194. Luc. Marin. de rebus Hiſpan. lib.11. poſt pr. Fazell. de Rebus Sic. l.8. Dec. poſt f.m. 450. & ſeqq. Ideo veſperæ Siculæ dicta.

Sic quoq́ʒ Rex Angliæ Adelred omnes Danos in feſtivitate S. Britii per totam Angliam miſſis in unamquamque urbem occultis eâ de re literis interimi curavit, referente ad Ann. 1002. *Henrico Huntindonienſi in hiſtor. Anglic. lib.6. in pr. Rudolpho de Diceto in Abbreviationibus Chron. ad Ann.* 1000. *Bromtono in Chron. add. Ann.* 1002. *Ratio eſt, tùm quia* tunc quilibet ſacro & genio ſuo indulget, ab omnibus curis liber eſt, nihil timet, adeoque facillimè opprimitur, *tàm quia* illi dies à conſciis melius obſervantur quam vulgares, plura exempla vide *ſeq. cap.3. th.7. explic.2.* notata.

Ducem quod attinet, ſciendum eſt, illum facilè inveniri, cum peſſimus & ſceleratiſſimus quisque audaciſſimus ſit, & vel ſe ipſum offerat, ad exemplum *Catilinæ apud Saluſt. in bell. Catilin. c.20* vel à plebe eligatur: *Plerumq́ʒ tamen factionum inſtigatores & Demagogi in Duces eliguntur: uti apud Romanos paſſim factum*, imprimis verò *exemplo Marii & Sullæ, Pompeji ac Cæſaris* probari poteſt, *quamvis non rarò* ex infimâ plebe Dux eligatur, uti in dictâ *Neapolitanâ* accidit ſeditione, in quâ *Thomam Anelli* piſcatorem plebs ſibi Ducem ſumſit. *Nicius dict. loc.*

Prætextus ſeditionum & ad plebem irritandum uſurpari ſolitus eſt plerumq́ʒ libertatis vindicatio, & jugi abjectio: hocq́ʒ uſus eſt Catilina in Orat. ad complices habitâ apud Saluſt. d. c.20. hisce verbis: *Cæterùm mihi indies animus magis accenditur, cum conſidero, quæ conditio vitæ futura ſit, niſi nosmet ipſos vindicemus in libertatem.* Et paulò poſt: *Quin igitur expergiſcimini? en illa, illa, quam ſæpe optaſtis libertas;*

Impetu jam deſtinato ac cœpto quosdam obvios imprimis verò ſceleratos ſibi ſociant & ſocios habent, ſecundum illud *Taciti 1. hiſtor. 56. In ſeditionibus accidit, ut unde plures erant, omnes ſint. Atq́ʒ ita tandem* rectà Magiſtratus & potiores ac divites invadunt, *& Magiſtratus quidem ac potentiores, ut ſive* illos è medio tollant, reliquis bonis Duces adimant, & *ſemetipſos pro Magiſtratibus gerant*, *quàm* de iis ob prædeceſſas injurias, ſive veras, ſive putativas, ſive fictas vindictam capiant, *divites verò*, ut egeſtatem ſuam aliorum opibus expleant, ita *Catilina dict. loc. ſociis ſuis pollicebatur tabulas novas, proſcriptiones locupletium, Magiſtratus Sacerdotia, rapinas & alia omnia, quæ bellum atq́ʒ libido victorum fert.*

Claudit tandem hanc ſcenam miſerabilem cataſtrophe longè miſerabilior, omnium nempè jurium & fundamentorum reipubl. uti & amicitiæ, neceſſitudinis,

A. *cognationis diſſolutio, quod Dion Caſſius lib. 48. f.m. 374.* indicat his verbis: *In ſeditionibus & bellis civilibus omnia præter rationem eveniunt, ubi non jure ſed utilitate ſuâ ac neceſſitate amicos inimicosq́ʒ ſuos ii, qui rerum potiuntur, æſtimant, ac pro opportunitate temporis eosdem & hoſtes & neceſſarios ſuos judicans. Et Conſules Romani apud Livium lib.4. c.2. inter alia dicentes omnia jura divina & humana per ſeditioſos turbari, Cujus rationem elegantem reddit Cicero Phil. 13. c.1. quia* nec privatos focos, nec publicas leges nec libertatis jura cara habere poteſt, quem diſcordia, quem cædes civium, quem bellum civile delectat.

Plura civilium bellorum mala ſeq. theſ.19. explic.1. notavimus.

Cæterùm omnia ſeditionum mala egregiè congeſſit Thucyd. lib.3. p.m. 143. & ſeqq. ubi videatur.

Seditiones in tempore non ſedatas longius progredi & B. *totas ſæpè provincias pervagari ex hiſtoricis conſtat; Ita enim Ann. 1381. ſeditio totam ferè Angliam pervaſit, ut refert Walſingham in Richar. II.*

Similiter cum Catalauni contra Johannem Arragoniæ regem inſurgerent, ſtatim etiam Valentiæ incolæ arma arripiebant, Sardi verò & reliqui Inſulani exitum obſervabant *Marineus de reb. Hiſpan. lib.13. ante fin.*

De ruſticorum ſeditione totam ferè Germaniam pervagante jam aliquoties diximus.

Recenſere hic volumus ex Stumpfii Chron. Helvet. lib.11. c.16. in pr. Apud Valleſianos ſeditionis popularis ſignum eſſe clavam ligneam, Mazzam dictam, monſtroſâ facie inſignem quicunq́ʒ enim ſeditioni nomen dat, clavum quo equorum ſoleæ ſuffiguntur, in eam adigit, & hoc veluti ſanctiſſimo jurejurando Mazzarorum libidini, ſeſe in omnibus obſervaturum pollicetur. Conjurati hi Mazzaphororum ſecuti inimicorum domos C. *petunt, Mazzam ante ædes ſtatuunt, eâ poſitâ liberum eſt cuiq́ʒ tanquam proſcriptorum bona rapere, auferre, abſumere; Hoc genus cenſuræ ruſticæ, quâ improbos & noxios cives patria pellere & in exilium agere ſolent; anno Domini 1414. primum inventum eſt.*

De ſeditione militum cruce ſignatorum & ruſticorum in Hungariâ præcedentis ſeculi anno decimo quarto ortâ legi poteſt Nicol. Iſtuanfi Hiſtor. Hungar. l.5. f.m. 66. & 74. & Petr. de Revvâ de Monarch. Hungar. Cent.6. f.m. 62. De pœnâ verò Auctoris & complicum, quædam ſeq. th.15. expl.2. notata ſunt.

TH. X.

Remedia contra ſeditionem adhiberi ſolent ordinaria (1) matura & ante partum vel in partu ipſa facta illarum interverſio (2) reconciliatio (3) Severa animadverſio. *Extraordinarium remedium* quandoque eſt (1) interD. ventus potentis hoſtis (2) incidentes calamitates publicæ, (3) prudens mora. De quo *ſeq. th.20. expl.2. & 4. & th.26. expl.3.* egimus.

Explic.

P*Rudens reipubl. rector non ſemper ingenio ſuo obſequi, ſed vel maximè tempori cedere debet; Quemadmodum enim Medicus* non ſemper regulæ inhærere, ſed pro qualitate mali variare debet, ſecundum illud *Ovid. de Remed. amor. v.132. & ſeq.*

Temporibus medicina valet, data tempore proſunt,
Et data non apto tempore vina nocent.

Et ſapientis principis eſt adverſus commotum ſeditione populum non è veſtigio ſuâ uti auctoritate, ſed de jure ſuo nonnihil decedere, ut laxatis eorum deſideriis habenis paulatim deinde in rectum perducat tramitem Barcl. in Argen. Parte 2. l.1. c.8. p.m. 64.

Sic

Sic quoque reipobl. curandæ præpoſitus, modò duriora, modò leniora pro re nata remedia adhibere debet. *Certiſſimum namque eſt, quandoque remedia* bono animo & ſano quæſita judicio *in contrarium* ab inconſulta plebe accepta, & fomitem acerbioris fuiſſe ſeditionis, ut in *th. ſeq.* 13. *expl.* 1. demonſtrabitur. *Ita cum Aurelius in ſeditionem nimis ſevere & incivilius animadverteret, in magnum odium apud Romanos incurrit, dicentibus quibusdam* perfodiendum talem principem non optandum, *aliis*, illum quidem bonum medicum eſſe, ſed malâ ratione curantem, ut refert *Vopiſcus in illius vit. c.* 21. *Tutior ergo regulariter eſt lenitatis via, quanquam illi etiam ſemper non eſt inſiſtendum.*

TH. XI.

Mitura ſeditionum & ante illarum partum, vel in ipſo partu interverſio perfici poteſt, ſi in omnia plebis facta & dicta accuratè ac tectè inquiratur, ac rumores & indicia ſedulò obſerventur, *& ita* percepta & animadverſa plebis oſtenſio & concitatio per remotionem cauſæ ſtatim extinguatur, aut auctores plebi avellantur, aut per ſuſpiciones moras diſtrahantur. *Extraordinariè verò* ſeditiones urbanæ intervertuntur, quando ſeditioſus populus adverſus externum hoſtem vel verè vel ſimulatè in expeditionem educitur, & quando hoſtis externus potens bellum periculoſum ipſe infert.

Explic.

I. Q*Via rarò, ut in præcedentibus dictum, ſeditiones uno impetu erumpunt, ſed certa quadam indicia prævia habent* (1.) *in omnia* plebis dicta & facta à prudenti Magiſtratu accuratè & tectè ſemper inquirendum eſt, per clandeſtinos animadverſores & *delatores*, certo precio ad id conſtitutos, *ſolent verò tales* infimâ ex plebe plerumq; eligi, & in omnibus conventibus publicis & privatis ſimul comparere ac minima expiſcari. *Nonnunquam etiam principes ipſimet aſſumto plebejo veſtimento* ſolent ſubditorum conventus adire, ot ita, quid de modo adminiſtrandi & Miniſtris ac Magiſtratibus inferioribus ſentiant percipere, ut omnem iniquitatem illorum è medio tollere queant, *uti Erneſtum Archiepiſc. Salisburgenſem feciſſe refert Lauterbach.* in dem Regentenbuch *l.* 2. *c.* 11. (2.) *Rumores*, querelæ & indicia ſedulò obſervanda ſunt, quia quaſi prognoſticon ſunt à plebe conceptæ inſurrectionis ac ſeditionis, ut bene animadvertit *Leblen in ſuo Liliete p. m.* 124. ita ſcribens: *Turbati obſequii argumentum eſt, quando injurioſis ſermonibus ſatyricisque ſcriptis regnantiũ proſcinduntur punguntur q; actiones, & quando nullo contumeliæ & effrenis in loquendo licentiæ genere, in regem regiumq; nomen temperatur.*

His igitur perceptis ac animadverſis optimum remedium eſt, non negligere talia, ſed manus injicere in tempore, quia tales in uno corpore offenſæ diſſenſus habent celeres Plutarch. in præcept. reſp. regenda c. 78. *& ſeq. &* incipiens adhuc ac nondum adulta ſeditio melioribus conſiliis flecti poteſt Tac. l. 1. Hiſt. c. 31. *& ideò nonnullis apud Eund. ſeq. c.* 33. *feſtinandum videbatur, antequam creſceret invalida adhuc conjuratio paucorum. De quo plura apud Forſtn. ad l.* 4. *Ann. Tac. c.* 2. *verb. Numeroque & corpore legi poſſunt. Nec non removere aut cauſas aut auctores concitationis, quia plebs nihil audet, remotis Ducibus & Principibus Tac.* 1. *Annal.* 55. *contra verò, ſicut mare, quod naturâ ſuâ tranquillum eſt, ventorum vi agitatur, ita populus ſuâ ſponte placatus, hominum ſeditioſorum vocibus ut violentiſſimis tempeſtatibus attollitur. Cicer. pro Cluentio c.* 49. *ut etiam Scipio African.*

A. *apud Liv. lib.* 28. *c.* 27. *ac Polyb. l.* 11. *c.* 28. *eâdem utuntur ſimilitudine. Plura de ejus variabilitate vide apud Molinæum in Exemplari Morum ſub Tit. Vulgus p.* 146. *& ſeqq. & Choniat. in Annal. ſub Imper. Alexii Comneni Manuel. filii.*

Prudens ergò reipubl. Rector omnem admoveat curam, ut in tempore Seditionum cauſis & principiis obviam eat, quia parva ſcintilla primum contemta, magnum ſæpe excitat incendium, & è leviſſimis vaporibus nubes generantur, quæ deinde tremendas cient tempeſtates, ac *omne malum naſcens facilè opprimitur, inveteratum verò fit plerumq; robuſtius Cicer.* 5. *Philipp. c.* 11. & *modicis remediis primi motus* aliquando *conſident Tacit.* 14. *Ann.* 61.

Optimum v. omnium remedium eſt, ſi ſeditioſi vel à capitibus ſive incentoribus, vel inter ſeſe diſtrahantur, ita enim & robur deficit, & ſuſpiciones inter illos graves

B ſeruntur: quod bene intelligens *Cardinalis Mazarinus* in ſeditione Pariſienſi judicavit, non obnitendum exundationi, ſed in rivulos minuendam domitu ſic facilem referente *Priolo de Reb. Gall. l.* 3. *c.* 6.

II. *Seditiones magnarum civitatum, & inprimis Romæ labes eſſe Principes civitatum Hetruriæ apud Livium l.* 2. *c.* 44. *cenſuerunt, & ejus exempla apud Romanos plurima occurrunt, utpote apud Eund. l. eod. c* 23. 27. *& c.* 43. ubi ille refert: *Fabio aliquantò plus negocii cum civibus quàm cum hoſtibus fuiſſe, & apud Halicarn. l.* 6. *c.* 19 *& paſſim*, quas ut declinaret *Poſthumius* gravi bello illas declinandas eſſe cenſuit, & ideò *Conſules nihil magis è republica eſſe animadverterunt, quàm ut turbas illas urbanas in bella externa abſtraherent, ut Idem ibi refert. Quibus junge, quæ ſeq. th.* 20. *expl.* 1. *adduximus. Ubi ſimul Expl. II. de illo remedio, quo hoſtis ſuperveniens reconciliationem indirectè procurat, egimus.*

C.

TH. XII.

Reconciliatio, eſt animorum plebis à Magiſtratu averſorum hujus ſtudio facta redintegratio, eaque vel vera, vel ſimulata aut doloſa.

TH. XIII.

Vera eſt, quæ feriò & non fucatè perficitur, quod tribus ferè fieri poteſt & ſolet modis: (1.) remotione offenſionis ſive cauſæ ſeditionem procurantis (2.) Alloquio plebi verbis tum blandis tum penetralibus, & tam enormitatem delicti cum periculo conjunctam, quàm commodum ex compoſitione amicabili animorum præſentantibus per gratum ei virum facto (3.) Præmiorum & amneſtiæ ſecurâ promiſſione.

D

Explic.

I. U*Ti in omnibus rebus, ita & in ſeditionibus, niſi illorum frequens iteratio, & jam ſpreta mollis cura aliud ſuadeat, molli viâ procedendum eſt: Quemadmodum enim* ille maximam meretur laudem, qui tempeſtati ſe accommodat, quàm nimiâ eam ſuperat jacturâ: *Ita etiam* in Civilibus tempeſtatibus, maximâ ille laude afficiendus eſt, qui tempora tempore temperando abſque naufragio vel detrimento reipubl. navim fluctibus eripit incolumem. *Deſperatio ergo ſeditioſis non eſt injicienda: nam qui ſperat nihil, & exitu quærit ſolatia, comitesq; mortis.* Verè hinc quidem dictum eſt ab *Halicarnaſſæo lib.* 6. *c.* 74. *Omnem ſeditionem in quavis civitate curari poſſe, ſi ejus cauſa tollantur.*

Atque ideo primum remedium poſuimus remotionem offenſionis.

Sed illud nihilominus non ſemper effectum producit ſpera-

Digitized by Google

A. *ſperatum, & naturaliter quaſi producendum, cum ſæpius contrarium, hoc eſt, major populi concitatio, & ſeditionis efferveſcentia ex ſalubri aliàs hoc remedio proveniat: Ratio eſt, quia* populus diffidens, meticuloſus & ſuſpicax eſt, optimè cogitata, prout demagogi & ſuſurrones, quibus omni credulitate addicti ſunt, ipſi ſuggerunt peſſimè interpretari ſuetus. *Cui illa ex Guicciard. l.1. Hiſtor. p.m.20. addenda, quod ſæpe accidat, ut conſilia timore ſuſcepta, periculo inferiora ei, qui timet, videantur.*

Exemplum evidens ſe offert apud Livium lib. 6. c. 14. 15 & 16. in Manliana ſeditione: Cum enim Manlius centurionem quendam nobilem militaribus factis judicatum pecuniæ duci videret, eumq; vi eriperet, & de patrum ſuperbiâ & crudelitate fœneratorum ac miſeriis plebis vociferaretor: Nec non Senatui crimen peculatus objiciens coràm eo dictatori ad interrogata reB. ſpondere nollet, ac ideò in carcerem deduceretur, plebs verò id ægerrimè ferret, & haut procul ſeditione res eſſet, *Senatus ejus leniendæ cauſa, poſtulante nullo, Largitor voluntarius repentè factus*, Satricum coloniam duo millia civium Romanorum deduci juſſit, & bina jugera & ſemiſſes agri iis aſſignavit: *Quod cum & parvum & paucis datum & mercedem eſſe prodendi M. Manlii interpretaretur, remedio irritata eſt ſeditio.*

Cautè ideò hoc remedio utendum eſt, & quidem ita, ne Magiſtratus ipſe ſeditionis cauſa exiſtens, plebi cedendo metum quendam oſtendat, eo auctoritatem ſuam amittat, & plebem audaciâ armet, quod optimè tunc fit, quando Magiſtratus per indirectum, & aliud quaſi agendo cauſas offenſionis & concitationis è medio tollit & removet. Felicius & ſecurius igitur hoc remedium adhibetur, ſi cauſa ſeditionis penes Magiſtratum non ſit.

II. *Eloquentiâ aptâ*, plebs admodum moveri ac flecti ſolet, ſi imprimis illa à viro plebi grato, & fiC. dem merito proferatur, ſecundùm illud *Virgil. 1. Æneidos v.152. & ſeqq.*

Ac veluti magno in populo cum ſæpe coorta eſt,
Seditio, ſævitque animis ignobile vulgus,
Jamq; faces & ſaxa volant, furor arma miniſtrat:
Tunc pietate gravem ac meritis ſi forte virū quem
Conſpexere: ſilent arrectisque auribus adſtant:
Ille regit dictis animos & pectora mulcet.

Egregium hic eſt Menenii Agryppæ exemplum, qui breviculâ & concinnâ ratione, quâ rempubl. cum corpore humano comparavit, & neceſſitatem mutuarum operarum demonſtravit, ſeditioſam & in montem ſacrum ſeceſſam plebem Romanam ſedavit, ut videre eſt apud *Halicarn. l.6. c.77. Livium lib.2. c.32. & Flor. lib.1. c.23. Similiter P. Valerius* populum Romanum enormiter ſeditioſum blandâ oratione ad meliorem mentem & quietem reduxit *Val. Max. lib.8. c.9.*

Et Furius Camillus populum Româ Vejos migrare D volentem, molli ratione deflexit. *Liv. lib.6. c.55.* Hinc *Diogenes ſermonem ad gratiam inſtructum melleum eſſe laqueum* dixit *apud Laertium lib.4.* Et *Demetrius* apud *Eundem lib.5. quantum in bello ferrum, tantum in repub. eloquentiam valere dixit.* Atque de *Antiſthene lib.6. retulit, illum ex ſuavitate colloquii, quemlibet cepiſſe, ac quo vellet duxiſſe;*

Plura de hac materia vide ſupra lib.2. part.2. ſect.1. c.5. th.15. expl.4.

Licet vero veriſſimum ſit molli tractatione populum excitatum optimè in ordinem redigi poſſe, uti etiam *Euripides in Oreſte* bene animadvertit de illo ita ſcribens:

Quando enim turget populus incidens in iram,
Perinde non poteſt extingui ut vehemens ignis.
Si aut molliter aliquis ei incenſo
Laxans cedit, obſervans tempus,
Fortaſſis exhalet; tum quando remiſerit Spiritum
Poſſit eo uti, quantum velis.
Eſt in eo miſeratio, eſt & magna iracundia,
Optima res obſervandi tempora.

Attamen negandum quoque non eſt mollibus verbis non ſemper finem tranquillitatis attingi, ſed quandoque etiam acerbas increpationes maximè verò tempore bellico, & ab illo, qui fidem & benevolentiam apud populum meretur, intermiſcendas & illum ad trepidationem, ut in poſterum eò tranquillior ſit, adigendum eſſe: Quod *Tacit.* bene notavit 1. *Annal.28.* ita ſcribens: *Accitur centurio Clemens, & ſi qui alii bonis artibus grati in vulgus, in vigiliis, ſtationibus, cuſtodiis portarum ſe inferunt, ſpem offerunt, metum intendunt. Ita contra Julius Cæſar* unico verbo ſeditionem exercitus compeſcuit, *Quirites appellando*, qui ſacramentum detractabant, *Tacit. 1. Annal.42. Sueton. in ejus vita c.12.* quod etiam tangit *Lucan. lib.5. v.352. & ſeq.* ita canens:

diſcedite caſtris,
Tradite noſtra viris ignavi ſigna Quirites.

Fuit enim ſpecies ignominioſa miſſionis talis appellatio, ut ſuprà lib.2. parte 4. c.9. th.12. expl.3. demonſtravimus.

Ita quoque Auguſtus ſolo aſpectu & vultu Actiacas legiones exterruit. Tacit. ibid.

Maximoperè verò talis principis præſentia & allocutio inter & apud ſuos & inquilinos multum valet: *quia* ſubditis innatum quaſi eſt, ut ſuos reges & principes venerentur.

Hinc Artabanus Themiſtocli dixit, apud nos cum multæ ſint & pulchræ leges, ea omnium præſtantiſſima eſt, quæ honorare regem adorareque eum, tanquam Dei omnia conſervantis effigiem jubet apud *Plutarch. in Vita Themiſt. c.46.*

Si autem vulgo infeſti & exoſi adhibeantur, ille magis exarcebatur, ut rectè tradit Boter. de Polit. l.5. c.8. & Marmx Reſol. Polit. l.7. c.3. & exemplo Muſonii Rufi apud Tacit.3. Hiſtor.81. conſtat.

III. *Quod præmia vel remunerationes cum amneſtia conjuncta* plurimum apud delinquentes ſubditos valeant, exemplis abundè conſtat: *Sic enim inter alios Juſtinianus* illo remedio ſeditionem militarem compeſcuit, teſte *Zonarâ in illius Imperio*, nec demonſtratione hic indiget.

Illud vero hic notandum eſt, quod lenitati adeoque & amneſtiæ non ſemper ſit locus, *quia, ut ſeq. th.15. expl. 1. & th.27. in expl.* dicetur, in extremis & iteratis delictis, præſtat ſeveritate, quæ tunc pro medicina eſt, quàm clementia quæ incentivum & promotivum mali illius eſt, uti.

TH. XIV.

Simulata eſt, quæ fraude & dolo modis iiſdem, quæ in vera adhiberi ſolent, ut plurimùm uſurpatis perficitur.

Explic.

Sicuti reconciliatio ſeria effectum producit amicabilem & durabilem, ita ſimulata & in ſpeciem perfecta contrarium: dolo enim & inſidiis compertis, non ſolum ſeditioſorum animi, ſi imprimis potentiâ non ſpernendâ valeant, in majorem iram & furorem concitantur, *ſed etiam* quod majus eſt, diffidentiam concipientes extrema quævis etiam cum totius corporis interitu, reconciliationis omni rejectâ ſpe, & curâ tentant, *quapropter* præſtat à tali potius abſiſtere, quàm per eam rempubl. peſſum dare.

Licet enim Magiſtratus talia in animo verſans media compeſcendi & puniendi ſeditioſos tales occultè ſibi comparare & ſpem, illos ſedato tumultu & ſubdolè ad armorum depoſitionem perſuaſos in ordinem redigendi concipere poſſit, *cuius tamen & bona fides conveniens magis eſt*, ut amneſtia etiã extorta ſanctè ſervetur,

A. vetur, ne fide ſemel datâ & violatâ vinculum humanæ ſocietatis diſſolvatur, ut ſuprà *lib. 2. part. 1. c. 8. th. 4. expl. 2. & parte 4. c. 12. th. 17. expl. 1. ac ſeq. in hoc capite th. 20. expl. 1. n. (6)* deductum eſt. *Pertinet huc iniquiſſimum factum Ludovici XI. Gallıarum regis*, qui cum ſubditis ſuis ſeditioſis & rebellibus pacem inire neceſſitate adactus, violatâ illâ, omnes poſteà trucidavit, vel alias vitâ privavit, usque adeò ut & fratrem Carolum veneno ſuſtulerit. *Mayerus in hiſt. Flandr. lib. 16. f. m. 377. & l. 17. f. m. 404.*

TH. XV.

Animadverſio fit pro qualitate delinquentium & delicti ipſius per pœnam illatam, *vel corpori, qualis* ut plurimum in hoc delicto eſſe ſolet, decollatio, ſuſpenſio, fuſtigatio, *vel* honori, famæ & libertati impoſitam, *qualis* deportatio & relegatio. B.

Explic.

I. Q*Uunquam in ſeditionibus*, ut dictum, molli potius, quàm aſpero remedio utendum eſt, ut etiam Imperatoris Vicarius *Ferdinandus Archidux Auſtriæ in R. J. de dato* Speyer 1526. §. **und wiewol** & §. **es ſol ſich auch** *ſtatuit, quia tamen non ſemper* in Magiſtratu eſt, ut ſit lenis & clemens, *ſed quandoque* contra naturam ille cogatur ſeveritate uti, ut ſuprà *l. 2. part. 1. c. 10. th. 5. expl. 2. in quæſtione, qui fiat, principes bonos ſucceſſu temporis deteriores fieri? demonſtratum*, neceſſitate urgente ad pœnas & ſupplicia etiam tranſeundum eſt; *Ita tamen* ut magis ſcelera puniantur, quàm crudelitas exerceatur, & pœna paucos primarioſque auctores premat, juxta illud *Senecæ 1. de Clem. 8. Ut fulmina paucorum periculo cadunt, omnium metu: Magnarum enim poteſtatum animadverſiones terrere latius debent, quàm nocere.* C. *Sicuti* inter alios in rebellione militari *obſervavit Scipio apud Polyb. l. 11. c. 24. & 28. Animadverſio verò tempeſtivè adhibeatur*, ne ignem oleo extinguere conemur, uti *Bleſo* contigit, quo aliquos ſeditioſos milites in carcerem conjiciente flagrantior inde vis plures ſeditioni Duces. *Tacit. 1. Annal. c. 21. & ſeq.* Pertinet huc quod prudenter *Zonaras Tom. 2. in Auguſto* annotavit: *Nunquam gladius cuique ſui amorem perſuadere & extorquere poteſt. ſed eum, qui punitur, perdit, cæterorum animos ab eo qui pœnas ſumit, alienat. Neque enim ob aliorum ſupplicia amare incipiunt, ſed oderunt magis, ob metum ſibi quoque impendentem.*

Peculiari verò ratione pœnam ad paucos eſſe reſtringendam, docet *Veget. lib. 3. c. 4.* his verbis: *Nunquam ad contumaciam pars conſenſa multitudo prorumpit, ſed incitantur à paucis, qui vitiorum ſcelerumq́ impunitatem ſperant peccare cum reliquis.* Quod ſi fieri medicinam D neceſſitas extrema perſuaſerit, rectius eſt, more majorum in auctores criminum vindicari: *ut ad omnes metus, aut paucos pœna perveniat, ut Cicer. in Orat. pro Cluent. c. 45.* quoad diſciplinam militarem tamen loquitur.

Obſervavit hoc Scipio, in punitione ſeditioſi exercitus auctores ſuaſu etiam tribunorum tantùm ſupplicio afficiens, ut unde orta culpa eſſet, ibi pœna conſiſteret, ad multitudinem caſtigationem ſatis eſſe putans *Liv. l. 28. c. 26.*

Notandum hic etiam eſt (1.) Tutius eſſe auctores tales per aſtum capere, & ad remotiora tuta loca, ſub fida & arcta cuſtodia ſupplicii causâ mittere, quàm vi populo ſeditioſo eripere, & in ejus præſentiâ punire. Cujus exemplum aliquo modo reliquit Dux Albanus in Egmontio, Hornano, Johanne Caſembrotio, & Antonio Stralio, puniendis: de quibus ita *Strada Dec. 1. lib. 7. p. m. 395. Et ſanè ab aliquibus haud dubitandum eſt, quàm conſultius egiſſet Albanus, ſi clam punito Egmontio, non eam ſcenam & pompam ingratam nimium populo tragœdiæ conquiſiſſet; Etenim malè admoventur oculi, ſpectando illum ſupplicio cujus cauſam commiſeratio meliorem facere videatur.*

(2.) *Supplicia diu non ſunt differenda*, ut reliquis ſpes adimatur, capita ſua veniam impetratura vel elapſura eſſe, & animus ſive audacia per exempla reliquis adimatur.

(3.) *Si quâ complicum tantus ſit numerus*, ut abſque civium gravi jacturâ, vel enormis crudelitatis ſpecie, aut nota executio in omnes adornari queat, *primarii*, ſi indagari poſſint, *puniendi*, *ſi verò* omnes in pari culpa ſint, *per ſortem* nonnulli ad ſupplicium trahendi, & reliqui vel relegandi, vel aliàs mulctandi, vel ſub vadibus conſtitutis planè dimittendi ſunt.

De quo etiam conſulendus eſt Hiſenb. in Athl. Polit. claſſe 2. quæſt. 10.

II. *De pœnis verò hisce ſtatuit JCtus Paulus in l. 38. §. 2. ff. de pœn. Auctores ſeditionis & tumultus populo concitato pro qualitate dignitatis aut in furcam tolluntur, aut beſtiis objiciuntur, aut in Inſulam deportantur: quas pœnas Imperator Leo in l. 2. Cod. de Sedit.* ex vetuſtiſſimis decretis ortas eſſe ſcribit.

Ante aliquot ſecula moris fuit in Suevia & Franconia, ut gravem ſeditionem vel rebellionem excitans, primâ vice ſi alicujus dignitatis eſſet, humeris canem, ſi plebejus ſellam ad certum locum geſtaret, quod inter alios innuit *Gunther. Ligur. lib. 5. p. m. 351.*

Quippe vetus mos eſt, ut ſi quis rege remoto
Sanguine vel flammâ vel ſeditione aperta,
Turbine ſeu crebris regnum vexare rapinis,
Audeat: ante gravem quàm fuſo ſanguine pœnam,
Excipiat, ſi liber erit, de more vetuſto,
Impoſitum ſcapulis ad contigui comitatus
Cogatur per rura canem conſinia ferre
Sin alius, ſellam — — — —

De hac pœna ſingularem tractatum ſub titulo **Kuroqueince** *dedit Cruſius*, ubi varia legi poſſunt.

Admodum autem ſeverè ſeditio illa, quæ in coronatione Ludovici Bohemiæ regis inter Hungaros & Bohemos Pragæ anno 1510. orta eſt, punita fuit, dum quibusdam auctoribus novaculis cutis abraſa fuit, ut refert *Nicol. Iſtuanfi hiſtoria Hungar. lib. 4. fol. 58.*

Nec non in auctorem & complices primarios ſeditionis à ruſticis ſacra militia cauſa in Hungaria anno 1514 convolantibus ſuſcepta admodum ſævitum fuit à Johanne Scepuſio: Ille enim Georgium Doſcha Siculum caput illius ſeditionis victum & captum nudum, catenis vinctum, coronâque ferreâ candenti redimitum equuleo impoſuit, & venis ejus diſſectis fratrem ejus Lucam ſanguinem ex illis fluxum potare juſſit. Venis verò iterum clauſis miſſi ſunt in eum viginti ex ſociis triduo inediâ macerati, qui dentibus eum laceratum vorarunt. Tandem extractis viſceribus exenteratus & corpus in fruſta conciſum, ahenis coctum, verubus toſtum, ac comedendum reliquis appoſitum eſt, & demum iſti omnes hoc modo ſatiati tragicam acceperunt exitum, ut iiſdem verbis refert *Petrus de Revva in Monarch. Hungarica Centur. ſextâ f. m. 62.* de quo etiam legi poteſt *Nicol. Iſtuanfi l. 5. Hiſtor. Hung. f. m. 66. & 74.*

TH. XVI.

Fuerunt ſeditiones: Sequuntur bella civilia, quæ ſunt nihil aliud, quàm apprehenſio armorum à proceribus ipſis & ſubditis inter ſe, admodum juſti belli ſuſcepta & inſtituta. *Ejus conſideranda (1.) Cauſa (2.) Progreſſus (3.) Effectus (4.) Remedia.*

Explic.

Tum Catilina polliceri tabulas novas, proſcriptionē locupletium, magiſtratus, ſacerdotia, rapinas, aliaq; omnia quæ bellum atq; libido victorum fert. Et in Orat. 2. ad *Cæſarem circa pr.* de bello civil. ſub Pompejo de aliis ita diſſerit: *Nunc cum Catone, L. Domitio, cæteriſq; ejuſdem factionis quadraginta Senatores, multi præterea cum ſpe bonâ adoleſcentes, ſicut hoſtiæ mactati ſunt: cum interea importuniſſima genera hominum tot miſerorum civium ſanguine ſatiari nequiverunt: non orbi liberi, non parentes exactâ ætate, non gemitus virorum, luctus mulierum immanem eorum animum inflexit: quin acerbius in dies male faciendo ac dicendo dignitate alios, alios civitate everſum irent:* atq; & in Orat. 1. circ. pr. *Interfecit (L. Sulla) Domitium, Carbonem, Brutum alios item non armatos, neq; in prælio belli jure, ſed poſtea ſupplices per ſummum ſcelus interfectos: Plebem Romanam in villâ publicâ peceris modo conſciſſam. Heu, quam illa occulta civium funera, & repentinæ cædes in parentum aut liberorum ſinum, fuga mulierum & puerorum, vaſtatio domorum!*

Et Flor. d. lib. 3. c. 21. ubi præter jam adducta ſubnectit: *Tum Marius Juvenis & Carbo Conſules, quaſi deſperatâ victoriâ, ne multi perirent, ſanguine Senatus ſibi parentabant, obſeſſaque Curia, ſic de Senatu, quaſi de carcere, qui jugularentur, educti: Quid funerum in foro, in circo & patentibus templis?* plura vid. in expl. 3. ſeq. ratione primâ pro quiete in bello civili allata. *Cùm ergo belli civilis tanta ſint mala, mirandum eſt, Vitellium deteſtabili voce confirmare auſum fuiſſe: Optimè olere occiſum hoſtem, ſed melius civem, ut refert Sueton. in ejus vit. c. 10.*

II. *Obiter hic notandum, vocabulum proſcriptionis ab ipſis bellis Civilibus originem traxiſſe; In iis enim belligerantium pars victrix nomina adverſariorum vel diverſarum & fugitivarum partium ad morem judicialem Romanorum,* de quo in *l. 11. §. 1. ff. de Inſt. Act. & l. 4. C. de Diſtract. Pignor. in tabulis deſcripta, proponebat conſtitutis percuſſoribus in occiſos præmiis & bonis horum per haſtæ ſubjectionem publicatis. Et hoc per tabulas proſcriptionis modo primus Sylla uſus eſt, uti eruditi ſtatuunt ex Plutarch. in ejus vitâ c. 62 & ſeqq. ubi ille intra triduum Romæ* 520 *proſcripſit, hâc lege publicatâ, ut qui proſcriptum excepiſſet & ſervaſſet, capitis pœnam lueret, nemine, non fratre, non filio, non parentibus exceptis, præmium occiſori ponendo duo talenta, etiam ſi Dominum ſervus, aut patrem filius jugulaſſet.*

Et hæc quidem quo ad Romanos & verbum illud ita ſe habent, ſed quo ad rem ipſam aliter reperiuntur: ſiquidem diu ante in talibus bellis & diſſidiis obtinuit, ut divitum bona ſub ſpecie hoſtium in catalogum vel tabulas relata & publicata vel direpta fuerint, ut triginta Tyranni Athenis fecerunt, referente *Diod. Sic. l. 14. cap. 5.*

Fuêre verò tales perſonæ proſcriptæ, partim ob iram & inimicitias, *partim* propter opes, ædes ſplendidas, hortos, thermas; *Et ideo Quint. Arbelius*, vir otio totus deditus, qui non alia ratione ad ſe iſta mala pertinere exiſtimavit, quàm ut aliorum calamitates miſeraretur, in forum progreſſus tabulam proſcriptionis legens, & ſuum quoq; nomen reperiens: *Eheu*, inquit, *me miſerum: prædium in Albano meum me perſequitur! ac paululum inde progreſſus ab inſequente quodam trucidatus, teſte eod. c. 64.*

III. *Quæritur hic:* Quomodo ſe gerat in bello civili vir bonus? quieſcat, an in partes ſimul abeat?

Reſp. Quietem multi ſuadent ſeqq. rationibus (1.) *Quia viro bono & quieto & bono civi nihil magis convenit, quàm abeſſe à civilibus controverſiis: & neq; tutius neq; honeſtius reperitur quicquam, quàm ab omni contentione abeſſe. Cæſar in Epiſt. ad Cicer. in Epiſt. Cic. ad Attic. l. 10. in Editione Hamburgenſi ante Epiſt. 9. poſitâ. Et Cicer. in l. 9. Epiſt. ad Attic. 4. Meliores, inquit, me-*
A. *dius ſidius civis & viri eſſe puto, quovis ſupplicio affici, quàm illi crudelitati non ſolùm præeſſe, verum etiā intereſſe. Hinc Atticus à Sulla rogatus*, ut ſecum in bellum iret, Noli, oro te, inquit, adverſus eos me velle educere, cum quibus, ne contra te arma ferrem, Italiam reliqui. *Corn. Nep. in ejus vita. Et Pollio à Cæſare ad idem invitatus reſpondit*, diſcrimine veſtro me ſubtraham & ero præda victoris. *Paterculus l. 2. c. 86. Ac Solon* ſeditione inter urbanos & maritimos ortâ neutris acceſſit, teſte *Diog. Laert. de vit. Phil. l. 1. Quintus* quoque *Hortenſius glorsatus eſt*, quod nunquam bello civili interfuerit *Cicer. l. 2. Epiſt. famil. 16.* (2) *Quia civilia arma*, neq; parari neq; haberi poſſunt per bonas artes *Tacit. 1. Annal. 9.* (3) *Quia* ſtultus eſt qui ſe immiſcet liti ad ſe non pertinenti *Prov. 20. v. 3. c. 18. v. 6. & c. 26. v. 16. & 17.* (4) *Quia* exempla virorum ſapientiſſimorum id comprobant: Ita enim, ut jam dictum, *Solon* in bello ci-
B. vili medius permanſit, & *Atticus* cum Sulla ad bellum civile noluit progredi, teſte Corn. Nep. in ejus vita, ſimiliter ut dictum, *Aſinius Pollio*, cum Cæſare ad bellum Actiacum proficiſci recuſavit, *hac uſus excuſatione: Mea in Antonium majora merita ſunt, illius in me beneficia notiora: itaq; diſcrimine veſtro me ſubtraham, & ero præda victoris. Patercul. d. l. 2. c. 86. Cicero d. Ep. 16. pace deſperatâ ſe nihil tàm fugiſſe, quam civilia arma: Et ſe hujus conſtantiæ fere, ut nunquàm pœniteat, teſtatur. Et in Orat. ad Quirites poſt reditum c. 1. illum, quem bellum civile delectat, ex numero hominum ejiciendum, vel ex finibus humanæ naturæ exterminandū eſſe putat.*

Contra in partes ſimul abeundum eſſe ſuadet

(1) *Lex Solonis*, ſecundum quam, teſte *Cicerone d. lib. 10. Epiſt. ad Attic. Epiſt. 1.* his verbis: *Qui in ſeditione non alterius utrius partis fuiſſet, capite plexus eſt. Juxta Plut. verò in Solone c. 30. infamia notatus.*

(2) *Quia ſecundum Ariſthenum Achæorum princi-*
C. *pem quietis in bello civili electio non media, ſed nulla via eſt. Quieſcens enim fit præda victoris, adeóq; aut ſocios aut hoſtes illum habere neceſſe eſt apud Liv. l. 32. c. 21. in fin. Cui conſentit Quint. apud eundem l. 35. c. 49.* Ad Achæos ita perorans: *Quod optimum dicunt, non interponi vos bello: nihil tam vanum, imo tàm alienum rebus veſtris eſt, quippe ſine gratiâ, ſine dignitate præmium victoris eritis. Hinc Tacit. 3. hiſt. 40 inter ancipitia deterrimum eſt, media ſequi, & ideò Cato virtuoſiſſimus non ſolum civilibus armis Comitem, ſed etiam Ducem ſe præbuit.*

(3) *Quia exempla triſtia & damnoſa id probant: Sic modo in expl. 1. memoratus Arbelius*, vir otio deditus, & aliorum mala, ad ſe ſolâ commiſeratione pertinere ratus, *juſſu Sullæ interfectus eſt. Mithridates apud Saluſt. in fragm. hiſtor. lib. 4. ait, illos, quos ignavia aut prava calliditas, ut ſuis laboribus tuti eſſent, armis abſtinuit*, acerbiſſimas (Romanis ſcilicet) *pœnas ſolviſſe. Thucyd. lib. 3. p. m. 145. de ſeditione Græciæ ſcribit: Qui cives me-*
D. *dios ſe geſſerant, iis ab utrôq; premebantur: aut quia participes ſeditionis eſſe recuſarant, aut quod ſoli ſuper eſſent, odio habiti. Apud eundem quoq; Hermocrates* Syracuſanorum Legatus Camarienſibus periculum mediis illis imminens demonſtrat *his verbis: Quod ſi nos ſubegerint Athenienſes, conſiliis illi quidam veſtris ſententiiſq; vincent, Honorem enim titulumq; ipſi tenebunt & præmium victoriæ non aliud, quàm eum, qui cauſa fuerit habebunt: Sin nos ſuperiores fuerimus, vos tanquam cauſa omnium periculorum noſtrorum ultionem pœnamque ſuſtinebitis. Ita S. Servilius* in diſſenſione publicâ medium ſe gerendo nec plebis vitavit odium nec apud patres gratiam iniit. Patres mollem Conſulem & ambitioſum rati, plebs fallacem. *ut apud Livium l. 2. c. 22. legitur.*

Præclare hâc in re Alphonſus Arragoniæ & Siciliæ Rex de Senenſibus in bello Italico primum medios poſtea militum prædia factos dixit, *illis eveniſſe, quod ſolet illis, qui mediam domum incolunt, ut ab inferioribus fumo*

a ſupernè habitantibus urinâ vexentur, ut Panorm. de A.
ejus dictis & factis. l. 4. n. 23. refert.

Sed cum neutra ſimpliciter amplectenda ſit opinio, diſtinctione non unâ politici diverſitatem illam conciliare & rem enodare tentarunt.

Et primò quidem Lælius Epiſt. fam. Cicer. l. 8. Epiſt. 14. circa medium ita arbitratur: Quod homines debeant in diſſenſione domeſticâ quam diu civiliter ſine armis certatur (ita Gruterus lectionem habet) honeſtiorem partem ſequi: ubi ad bellum & caſtra ventum ſit firmiorem & id melius ſtatuere, quod tutius ſit.

Deinde Ariſtot. cap. ult. Rhet. ad Alex. vult, ut validorum & potentiores partes ſimpliciter eligantur, cui aſſentitur *Ariſtoph. in Ranis Act. 2. Sc. 2. ubi docet, viri prudentis eſſe ſemper ſe inflectere ad latus felicius, nec in parietem caducum inclinare.*

A quibus fere non abſunt, qui ſemper eas partes à quibus major utilitas exſpectanda eſt, eligendas eſſe ſtatuunt. B.

Porrò Lipſius l. 6. c. 6. diſtinguit inter viros illuſtres & claros, & vulgares, qui rempubl. non attigerunt & honores miſſos fecerunt. *Et priores quidem* vult non eſſe quietos, cum non colorem, non rationem habeant, cur clavum, ad quem tranquillis rebus ſederint, rebus turbatis velint abjicere, ſed præcipit ſimul, ut ſapiens moderatio adhibeatur, *Poſteriores verò vult*, quietem porrò colere. Cui ferè adſtipulatur *Schock. dict. Tr. lib. 2. c. 14. ſub fine.*

Nos diſtinctius adhuc progreſſuri, cum Lælio d. l. (salvâ tamen meliori opinione) putamus in rebus politicis adhuc ſub diſceptatione civili hærentibus & re adhuc integrâ, regulariter honeſtiorem partem amplectendam rempubl. conſilio & ope à quovis juvandam & ſic partem notoriè iniquiorem vel ad pacis ſtudium reducendam, vel ſi obtineri illud placidè nequeat, & ſpes victoriæ adhuc fulgeat, etiam armatâ manu in ordinem redigendam eſſe, cum nihil interſit, an ſtatim communi hoſti te opponas, C
vel connivendo illum fortiorem reddas, & poſtremo tuum ſimul hoſtem experiaris:

Quod ſi verò honeſtior pars bello jam furente inferior, tibi verò adhuc media electio libera ſit, in partem firmiorem inclinandum eſſe, juxta Ariſtoph. cum ſtultiſſimum ſit, rebus jam conclamatis periculum alterum ſine ſpe & ratione ſuſcipere.

In rebus autem religionem & DEI honorem, ut & conſcientiam per ſe concernentibus præſtare ſimpliciter vel partem honeſtiorem ſequi vel planè quieſcere, & DEO negotium committere nullo vero modo, contra conſcientiam potentiori adhærere.

Denique monemus, legem illam Solonis (ſicut apud *Gellium l. 2. c. 12. ex Ariſtotele* integra his verbis relata eſt: *Si ob diſcordiam* diſſenſionemque; ſeditio atque; diſceſſio populi in duas partes fieret, & ob eam cauſam irritatis animis utrimque; arma caperentur, pugnareturque; tùm qui in eo tempore in eoque; caſu civilis diſcordiæ non alter- D
utræ parti ſe adjunxerit, ſed ſolitarius ſeparatusque à communi malo Civitatis ſeceſſerit, is domo, patriâ, fortunisque; omnibus careto, exul extorrisque eſto) *omni prudentia referendam & ita explicandam eſſe, ut non ad augendam, ſed infringendam, ac tollendam ſeditionem lata ſit, ut bene Gellius ibi demonſtrat. Cum enim medii illi* tempore ſeditionis quieſcentes absque dubio optimi & prudentiſſimi ſint judicio *Ciceronis d. l. 9. Epiſt. ad Attic. 4. & l. 2. Epiſt. ad Famil. 16. juxta* quod bono viro & qoieto ac bono Civi, nihil magis coovenit, quàm abeſſe à civilibus controverſiis ſuprà in ratione allato *merito illis incumbit*, ut tandem ſepoſitâ quiete prudentia ac auctoritate ſua honeſtiori parte accedant, *& ſeditionem vel bonâ pace vel aliis remediis* tandem tollant, everſionemque; reipubl. præcaveant, *cum aliàs illis ſemper quieſcentibus non aliter fieri poſſet*, quàm ut iniquiores & peſſimi tandem reliquos ſuperarent, & rempubl. peſſumdarent: *Eamque explicationem juvat judicium & cenſura Plut. d. l. vide eundem in præcept. reipubl. gerendæ cap. 73.*

Vide tamen aliter hanc litem dirimentem Heſenthal. in Athl. Polit. claſſe 2. quæſt. 9.

TH. XX.

Remedia belli hujus civilis præcipua, & quidem ordinaria vel directa ſunt (1) Pietas, preces ad Deum fuſæ, pœnitentia (2) Interpoſitiones principum vicinorum & procerum ipſorum (3) Pacificatio & huic (4) annexa amneſtia (5) uſurpatione ſubditorum turbidorum & impacificorum ad bella externa. *Indirecta verò vel accidentalia* (1) Interventio & invaſio hoſtis alicujus potentis (2) Calamitates publicæ, uti peſtis, & annonæ caritas (3) Interitus capitum vel belli auctorum, vel eorundem matura translatio ſub ſpecie expeditionum in remota loca facta (4) prudens mora.

Explic.

I. D*E Pietatis, precum ardentium & pœnitentiæ effectu & remedio inſigni c. fin. th. 11. expl. 1. n. 1.* dicetur.

De interpoſitionibus & mediationibus Principum vicinorum ſciendum, illas magni ponderis eſſe, ſi à potentioribus, fidis amicis & ejusdem religionis cultoribus fiant, *parùm verò* efficere, ſi ab inferioribus, invalidioribus, infidis & diverſæ religionis tententur, ut *præc. l. 2. parte 4. c. 12. th. 13. expl. 2. demonſtratum eſt.*

De pacificatione & ejus modo ibidem quoque th. 7. & ſeqq. egimus.

De amneſtia verò, utpote, occaſione belli civilis primum inventâ, *opera pretium eſt, ut hic quædam exactius notemus, circa illam itaque obſervanda (1) Definitio (2) Origo (3) Cauſa finalis (4) Effectus (5) Congruum peragenda tempus (6) Contraria.*

(1.) *Definitionem quod attinet, approbamus illam,* qoam Bœcler. *in diſſert. de Amneſt. c. 2. §. 3.* tradit his verbis: *Eſt decretum vel lex quâ ad expedienda tollendaque; inter partes diſcordantes firma pacis impedimenta anteactorum abolitio publica, ſolennis, jurata, communi utrinque; conſenſu ſancitur: vel breviter illam damus: Eſt criminum & actionum quarumcunque; in diſcordia civili commiſſarum, & inde inter diſſidentes ortarum inimicitiarum publicâ lege & ſub juratâ fide pacis firmæ & boni publici causâ in perpetuum facta abolitio.*

(2.) *Origo quidem ejus communiter adſcribitur Thraſybulo. Cum enim ab Athenienſium victoribus Lacedæmoniis*, ad novam regiminis formam introducendam novi iis Magiſtratus ſub nomine & numero triginta Rectorum darentur, hique; tandem non invitis victoribus in tyrannos evaderent, ac per ſuam violentiam civibus anſam aliò & maximâ ex parte Thebas fugiendi darent, Thraſybulus exulum & nativitatis ſorte & virtutum laude digniſſimus Thebis unà agens ex commiſeratione urbis in ultionem & ſpem ejus liberandæ evectus, pauca manu rem aggreſſus, & præviâ unius atque; alterius loci occupatione, ac virium acceſſione, urbem introiens tyrannos Magiſtratu dejecit, & ex urbe ejecit, ſuffectis in illorum locum ad res pacandas & reſtituendas decem viris: Cum autem etiam hi dominationis flagitiis contra ſpem ſe pollucrent, & Spartanorum auxiliis ſub Duce Lyſandro robuſtiores facti Thraſybuli copiis etiam interim auctis, & Piræeum tenentibus ſe opponerent, ac ita utraque pars veluti ex duobus oppoſitis caſtris ſe mutuò infeſtarent, Pauſanias Lacedæmone non tàm miſeratione Athenienſium, quàm æmulatione & invidiâ Lyſandri adductus Atheoas veniens, ejectis decem illis tyrannis, rempubl. Atticam, pacemque reſtituit. Quo facto Thraſybulus ad ant-

ad animos civium ob crebras injurias & multa perpeſſa damna exulceratorum & inter ſe adhuc admodum diſcordantium à pure & ſanie ſanandas, ac à metu pœnarum ac reſtitutionis ablati liberandum, corporique ita animam, hoc eſt, concordiam & confidentiam reſtituendam, nonquam ſatis laudatum illud Amneſtias remedium feliciter usque ad hanc diem in Civilibus bellis poſteà uſurpatum ad famæ ſuæ immortalitatem reperit, & felici introduxit ſucceſſu. *Sed ſi hiſterias accuratiori limâ pertractamus, reperimus apud Halicarn. l.3. c.10.* Seculo U. C. ſecundò in pr. poſt Olympiadem 27. *ut ex Eodem prac. c. 2. ubi anno altero illius Olympiados Tullus Hoſtilius regnum iniiſſe dicitur patet. Metium Fuſetium Albanorum Dictaterem in bello adverſus Romanos ſub Tullo Hoſtilio geſto, per reconciliationem mediante oblivione injuriarum utrinq; illatarum bellum illud ſopiri poſſe, publicè propoſuiſſe, nec Tullum Hoſtilium abnuiſſe.*

Contra verò Thraſybulus Olympiadis 94. anno 4. Amneſtiam hanc introduxit, ut ex Diod. Siculo l. 14. c. 33. & Petavio l. 3. c. 4. & 10. patet.

Conciliari tamen hac aliquo modo poſſunt, ſi ſtatuamus Fuſetium rudimenta quaſi tradidiſſe huic medio Thraſybulum verò id in perfectionem & formam redegiſſe.

(3) *Cauſa finalis conſiſtit* in tranquillitate & cauſa pacis, ut etiam ſalute publicâ, cum iniquum non ſit, ut ſi illa aliter obtineri non poſſit, quilibet privatorum aliquid conferat & patiatur. *Habet enim aliquid ex iniquo omne magnum exemplum, quod contra ſingulos utilitate publicâ rependitur Tac. 14. Ann. 44.*

(4) *Effectus amneſtia eſt*, ut omnibus & ſingulis, niſi qui ob enormitatem delictorum communi conſenſu excluduntur, condonatio fiat commiſſorum, injuriæ omnes tollantur, iræ & dolores remittantur, & lex ſuper oblivionem, abolitionem & caſſationem talem facta, juramento confirmetur ac in publicas referatur tabulas:

Formulam ab Athenienſibus praſtiti juramenti refert ex Andocide in Orat. de Myſteriis & ejuſmodi a Carolo IX. Galliarum Rege lata legis vel edicti ex Lambino Bœclerus de amneſtia c. 2. §. 17. & ſeq. ut multa non jure acta & facta utilitaris publicæ cauſa confirmentur, de quo videndus idem *Bœclerus d. l. §. 21. & Dio l. 44. hiſt. p. m. 256. in Orat. Ciceronis.*

Ubi ſimul notandum, ex Amneſtia illa ab Athenienſibus excluſos fuiſſe tyrannos illos triginta & poſteriores decem, ut refert *Corn. Nepos in Thraſybulo.*

(5) *Quod tempus congruum attinet*, illud putamus eſſe, quando inter diſcordes partes ad extrema ventum nondum eſt, ſicut etiam *prac. Parte 4. de Pacificatione d. c. 12. th. 3. in expl.* demonſtravimus, ubi ſimul quæ extremi caſûs tempore quædam adduximus, videri poſſunt.

(6) *Contraria Amneſtiæ ſunt, quando* ejus Effectui, puta promiſſæ oblivioni & ſecuritati directè vel per indirectum contravenitur, *directè* quidem quando absq; aliquo prætextu & velo in corpora & bona quorundam contra amneſtiæ legem ſævitur, ut *à Sylla* factum de quo videatur *Appian, l. 1. B. C. p. m. 670. & ſeq. & 682. & ſeq. & Ludovico XI. Gall. Rege ſecundum prac. th. 14. in expl. notata.*

Per indirectum, quando vel ſub colore novorum criminum amneſtiæ incluſi premuntur & puniuntur, *vel ſub* honorifico aliquo titulo, puta munere bellico vel legationis, periculis, calumniæ & invidiæ exponuntur, *vel ab* officiis publicis & muneribus arcentur *vel* aliis modis ſupprimuntur.

Quoniam verò directa amneſtia violatio novas turbas & prioribus graviores excitat, ut præc. *th. 14. in expl.* dictum & uterq; modus inſuper bonæ fidei. Juramento præſtito. & ſecuritati publicæ repugnet, præterea Magiſtratus autoritatem & bonam famam minuat, & noA. vis motibus exiſtentibus omnem reconciliationis viam ac ſpem adimat, ſedulò à tali violentia cavendem eſt Magiſtratui.

Inter remedia conſervanda tranquillitatis domeſtica non minimum eſt, ſi turbida & quietis impatientia ingenia adverſus hoſtem externum in bellum educantur, *ita enim* illorum furor & pruritus à patriâ divertitur ac per externa negocia interceptus frangitur. *Bene illud olim obſervarunt Romani*, dum militem ſeditioni & turbis ſtudentem ſtatim adverſus hoſtem eduxerunt, ut *patet exemplis apud Halic. l. 6. c. 19. Plutarch. in Camillo c. 16. & Livium l. 3. c. 22. vel bellum inſtans & periculoſum finxerunt, cujus exemplum in Syllâ Front. lib. 1. Strat. c. 9. n. 2.*

Et quidem Roma poſt finita bella externa & pacem obtentam recruduiſſe bella interna ex hiſtoriis paſſim imprimis *Dion. Halic. d. c. 19. & l. 9. c. 34. nec non l. 8. c.* B. 96. ubi ſcribit, *in omnibus locis tam Gracarum quam barbararum gentium uſu venire, ut ceſſantibus externis periculis inteſtina domi ſeditiones oriantur:* ægrè namq; continere ſe poſſunt ingenia cupiditatibus aſſuefacta, ſi prohibeantur à conſuetis exercitiis, *& ideò* prudentes Reipubl. præſides ſemper alunt aliqua externorum bellorũ ſeminaria, *ſatius ducentes foris confligari quàm domi. Quâ de causâ* in controverſia in Senatu de Carthaginis deletione vel conſervatione habitâ *prudenter Naſica monuit, delendam non eſſe*, ne metu ablato æmulæ urbis, luxuriari felicitas urbis inciperet, ac cos fortitudinis cum occaſione exercendi cives in hoſte externo ad inteſtina bella evitanda ac amputanda deficeret, de quo legi poteſt *Appian. in bell. Punic. p. 57. Patere. l. 2. c. 1. Flor. l. 2. c. 14. Plut. de capiendâ ex hoſtib. utilit. c. 6. Freinsh. in Supplem. ad Liv. l. 49. Bœcl. & Rupere. ad Paterc. d. l. quod etiam eventus probavit*, ut notũ & in ſpecie tradit *Paterc. ibid. Eodem ferè modo Cleome-* C. *nes Alexandrida filius dicenti*, cur Argivos devictos, qui ſæpè bellum contra vos ſuſceperunt, non deleviſtis? Nequaquam tollendi nobis ſunt, *reſpondit*, ne deſint, qui juvenes noſtros exerceant, *Plut. in Lacon. c. 76.* quo pertinet *illud Flori l. 3. c. 12. Pœnorum hoſtium imminens metus diſciplinam veterem continebat. Hunc Romanorum morem, ſicut & alios Turci pro fundamento ſua magitudinis habent*, non enim per illum ſolum domi conſuetas aliâs ſeditiones maximâ ex parte præcidunt, ſed etiam in perpetuo armorum exercitio permanent vicinisque provincias ſuas ſi non planè adimunt, attamen valde imminuunt, de quo conſuli poteſt *Soranz. in Ottomanno parte 2. c. 50.*

Idem etiam de Septentrionalibus populis à quibusdam refertur.

II. *Quod hoſtis externus* tempore diſſenſionis civilis vel defectionis, cum exercitu valido talem regionẽ invadens, ſi præſertim ſit inveteratus & religione in- D. colarum diſſidens quandòque præter intentionem ſuam ſubditos inter ſe vel cum principe reconciliet, *ratio eſt, quia* illi rebelles non fidunt, adeoque ob metum majoris mali & ſpem obtinendæ amneſtiæ malunt conjungi, ac à partibus principis iterum ſtare, quàm tali hoſti ſubjici quod etiam *Minucius apud Halicarn. l. 8. c. 27.* expreſſit his verbis: *Inſtante communi periculo conciliari ſolent diſſentientium animi. Habemus ejus notabile exemplum in Scorione Dacorum duce*, qui cum popularea ſui, Romanis inter ſe diſſidentibus bellum inferendum eſſe ſuaderent, periculum inde eventurum ita ob oculos poſuit: *Commiſit in illorum conſpectu duos* canes, iisque acriter inter ſe depugnantibus Lupum immiſit, quo viſo mox canes concordes facti lupum adorti ſunt, & confecerũt *poſt Front. de Stratag. l. 1. c. 10. n. 4.* ut refert *Cælius Rhodig. V. L. l. 17. c. 25.* & nos *prac. c. 1. th. 7. expl. 2.* latius conſignavimus. *Quod calamitates publicas attinet*, illæ ſicuti ſeditiones & alia mala ſæpè excitare ſolent, ſecundum ſuperiùs c. 7. expl. 2. dicta, *ita*

vice verſâ rebelles civilibus & ſimilibus malis intervenientes, *tùm* ob metum divinæ pœnæ, *tùm* ob neceſſitatem publicam finem imponere non rarò ſolent, ut exemplis conſtat.

III. *De ſublatione vel translocatione capitum ſive Ducum in bello civili vide ſeq. th. 26. expl. 1. notata.*

IV. *Per prudentem moram* quandoq; ſeditiones & bella civilia tolli vel ad minimum minui experientiâ & ratione conſtat: Eſt enim *motus plebis torrenti ſimilis, qui ad breve tempus inflatus perennibus aquis conectatus fertur, mox æſtum & fervorem perditurus*, ut Moncada apud *Vallam de Rebus à Ferdin. Rege Arrag. geſtis l. 3. ante fin.* loquitur & demonſtrat, de quo *ſeq. th. 26. expl. 3.* plura retulimus.

TH. XXI.

Hactenus quoque bella civilia: Sequuntur defectio & rebellio: Quarum illa definiri poteſt, publica ſubjectionis prioris denegatio & externi Domini vel ſuperioris electio. *Hæc verò* violenta imperii excuſſio, ſolam ſuperioris perſonam reſpiciens, & ideò cum perduellionis crimine plerumque conjuncta. *Vtriusq; conſideranda* (1) *Cauſa* (2) *Occaſio* (3) *Remedium* (4) *Pœna.* *Explic.*

L*Icet in materiis politicis exacta quidem definitiones dari nequeant, ita tamen ad minimum tradendæ ſunt, ut inde definiti natura ac proprietas, & diverſum ab altero dignoſci queat: Et ideo etiam neceſſarium duximus definitione aliquali datâ defectionem à rebellione tanquam* aliqnantum diverſâ, ut inter alia ex *Dion. l. 71. f. m. 811. ubi* Imperator Marcus Antoninus de Caſſii occupatione Imperii loquens, *illam defectionem vel rebellionem potius nominat, diſcernere. Putavimus itaq; illud ita fieri poſſe, ſi defectionem ſimplicem* ſubjectionis denegationem & extranei Domini vel ſuperioris electionem, *rebellionem verò violentam imperii excuſſionem* circa individuum imperans cum perduellione plerumque conjunctam *nominaremus. Interim tamen, quamvis non inconcinnè ſtatuendum ſit, defectionem de ſubditis, rebellionem de exercitu vel ejus Duce aut parte, intelligendam eſſe, juxta præcedentem Dionis locum, putamus tamen illam etiam dici poſſe dominationis vel imperii non aviti, ſed novi per fraudes, perſuaſiones, bella & ſimilia acquiſiti & iniq; adminiſtrati, hanc verò antiqui & juſti excuſſionem. Exempla talis defectionis paſſim ſunt obvia. Ita enim Status* regni Danici Regi Chriſtierno II. ſubjectionem publicis literis denegarunt, & Fridericum Holſatiæ Ducem Regem ſibi *an.* 1523. elegerunt, de quo videri poteſt *Chytræus in Saxon. l. 10. f. m. 261. & ſeqq.* ubi literas illas refert, cui adde *Meurſ. in Hiſtor. Danicâ ad d. ann. pr.*

TH. XXII.

Cauſa defectionis & rebellionis ſunt duplices interna & externa, ſive aliundè ortæ.

Explic.

S*Olent nonnulli Politicorum defectionem diſtinguere ex ſuis cauſis in juſtam vel legitimam, & injuſtam vel illegitimam, hanc nominando, quæ* ex cauſis levibus & talem deficientiam non merentibus ab inſanâ plebe vel novitatis ſtudioſis ſuſcipitur, *illam, quæ* ex gravibus cauſis & ubi remedium ſalutis publicæ nullum amplius ſupereſt, ab invitis ſubditis proficiſcitur, de quâ in *th. ſeq. expl. 1. & 2. aliquid actum & ſimul notatum eſt*, ſubditos nunquàm datâ operâ ad illam pervenire, ſed omnia remedia placida ante ſuſcipere debere, quamvis & coacta defectio, laude & felici eventu plerumque careat. *Cum quib. conferri poſſunt quæ ſupra l. 2. c. 10. th. 7. expl. 4.* congeſta ſunt, & *habet Arniſ. de poteſt. Princ. in Subdit. c. 4.* ac *Becker. in Synopſi Jur. Publ. l. 1. c. 1. §. 4.*

Inter defectiones quæ felicem ſortita ſunt eventum à Politicis & Hiſtoricis, potiſſimum tres numerari ſolent, Helvetica, Holandica & Portugalica.

De primis duabus prudenter ita judicat Priolus de rebus Gall. l. 2. c. 31. Ad eapus & eandem Rhem ſolæ duæ nationes firmæ ſteterunt in defectione Helvetii & Hollandi: utraq; excuſſo Auſtriaco jugo. Hi in aquis: illi in montibus libertatem fundarunt. Hos tuentur repagula aquarum, illos crepidines montium: Hos divitiæ, illos paupertas: hæc ille.

Sed hi tres populi, per pacificationes publicas jam de ſuo ſtatu factoq; ab antiquis dominis plenam ſecuritatem nacti ſunt, ut notum eſt. Licet Hollandis nuper non leve periculum à Galliarum Rege, utpote externo hoſte iminuerit, & licet pacificatio intervenerit, fortè planè ſublatum vel negligendum non ſit,

TH. XXIII.

Interna ſunt, quæ domi vel ex ſubditorum innatâ ad defectionem & rebellionem proclivitate *vel citra illam* ex factis principum & eorum miniſtrorum, improbis, apud ſubditos ipſos naſcuntur, *& conſiſtunt ut plurimum in continuâ & irremedibili Magiſtratûs* (1) Religionis & privilegiorum violatione vel immutatione (2) Injuſtitia (3) Superbia & Tyrannide (4) Impotenti Libidine (5) Avaritiâ & tributorum immoderatorum violentâ exactione (6) Bonorum & virtuoſorum perſecutione (7) Pauperum oppreſſione (8) Neglectu Rei & Salutis Publicæ, uti etiam Defenſionis ſubditorum contra vim & oppreſſionem externam.

Explic.

I. D*E innatâ hâc quibusdam gentibus & urbibus malitiâ præc. th. 7. expl. 1. dictum.*

II. *Sicuti ex hiſce cauſis ſeditiones & bella civilia oriuntur*, & hæc per varia remedia de quibus in præcedentibus actum, imprimis verò amicam reconciliationem, ſublationem iſtarum cauſarum, pacificationem & Amneſtiam iterùm ſopiuntur; *Ita ſi omnia iſta remedia fruſtranea ſint, & ſubdolè tantum à Magiſtratu præ ſe ferantur*, aliter fieri non poteſt, quin patientia ſæpius læſa, decepta & floccihabita tandem in juſtam iram, furorem & defectionem ac rebellionem erumpat; *Imprimis verò illa* communiter ferè ob religionis & privilegiorum violationem impotentem libidinem, tributorum intolerabilem exactionem, neglectum rei ac ſalutis publicæ legumque fundamentalium & inſtitutorum patriorum ac libertatis violationem ſive veram ſive prætextam ſuſcipiuntur & eveniunt.

Et quidem de religionis ac privilegiorum violatione, vel immutatione præter jam ſuprà præcedent. c. 1. th. 9. expl. 1. & 8. notata ſciendum eſt, illam ſi non veram cauſam, prætextum ſaltem quandoq; defectioni dediſſe.

Sic enim illa in Belgio præterito ſeculo primò ſeditionum poſtea bellorum civilium, tandem defectionum vera & præcipua, licet non ſola cauſa fuit, juxta *auctorem hiſtoriæ tumultuum Belgic. in pr. & p. 28. & ſeqq. item 73. & 78. item in fine illius libri*, de quo etiam legi poteſt *Epiſtola Statuum Belgicorum de verâ origine Motuum iſtorum ad Philippum II. Hiſpaniæ Regem ſcripta & ex ſermone Belgico in Latinum converſa, notisq; illuſtrata à Schurzfleiſchio.*

Eandem ob cauſam, & quidem inceptã ſolummodo Catholicæ religionis in Sueciæ regnum reductionem, ac indè præſumtæ & præcautæ religionis Lutheranæ exſtirpationem Status & ſubditi illius regni occaſionem nacti, *primo animis à rege ſuo Sigismundo diſſentire, & indè* principaliter conceptam & concluſam religionis mutationem, & ob eam ortum ipſi neglectum regni & Juramenti ac *tertiâ vice* improviſo factum diſceſſum in Poloniam objicere, *tandem certum ſpacium ſub pœnâ amitten-*

amittendi regni, in quo in Succiâ revertatur, vel filium A.
Vladiſlaum mittat, & gravamina regni tollat, figere, *eo-que neglecto, poſtremo ei & filio omniq; poſteritate omnem ſubjectionem & fidelitatem publicâ renunciatione dene-gare, & ſucceſſionem in regno adimere, atq; ejus patruum principem Carolum in regem coronare auſi ſunt*, ut latè id *Exegeſis hiſtorica iſtius renunciationis* à Suecis publici juris facta, inprimis verò in reformatâ unione hæreditariâ *p.521.* relata demonſtrat.

Sic ſimilibus privilegiorum ſcilicet violatorum & libertatis adempta, uti etiam injuſtitia uſurpata, de cauſis Boruſſi confœderati Ordini Teutonico ſubjectionem anno 1454. per publicas literas renunciarunt & miſſis Legatis Caſimiro IV. Polonia regi, illam obtulerunt, uti latè refert *Waiſſel. in Chron. Boruſſ. p.m.175.*

Ita quoque Johannes I. Scotorum Rex Eduardo I. Angliæ Regi, ſcripturâ publicâ per duos Monachos miſſâ anno 1297. reſignavit, uti verbotenus illam refert B.
Walſingh. in Eduardo I. f.m. 66.

Similiter Status & nobiles Cimbro Danici regni Chriſtierno II. Regi obſequium per literas à Fecialibus allatas cauſas defectionis continentes renunciarunt, ut jam præced. th.21. expl.2. in f. retulimus.

Sic ob impotentem libidinem, tyrannidem, ſuperbiam, injuſtitiam & tributorum exactionem immoderatam anno 1282. 3. Cal. April. defecit ſive rebellavit à Carolo Andegavenſi Sicilia, trucidatis veſpere hiborii ſpacio omnibus ibidem repertis Gallis, ad numerum 8000. unde veſpero Siculo nomen ortum eſt, ut inter alios *Colleant. l.5. Hiſtor. Neapolit. p.m.194. Luc. Marin. de reb. Hiſp. lib. 11. Tit. de Siculorum defectione f. m.350. ac latiſſimè Fazellus de rebus Sicul. l.8. Decad. Poſter. f.m.450. & ſeqq. refert. f.453. addens*, cum Siculi ideo Legatos ſuos ad Papam Martinum IV. miſiſſent & veniam rogaſſent inter alia hiſce verbis: *Qui tollis peccata mundi, miſerere noſtri, hunc* per ludibrium ſolùm reſpondiſſe: *Ave* C
rex Judæorum, & dabant ei alapas.

Sic quoque ob tyrannidem, injuſtitiam & ſuperbiam & impotentem libidinem præfectorum Auſtriacorum Helvetii primam nacti ſunt occaſionem jugum principum Auſtriacorum excutiendi, ut tradit *Simler. de republ. Helvet. lib.1. p.m.49. & ſeqq.*

Eandem ob tyrannidem defecere decem tribus Iſrael à rege Jerobeamo 1. Regum 11.12. v.42. Similiter ob avaritiam & tributorum immoderabiles exactiones à Romanis deſciverunt Pannonii, quare illorum Rex Bato, Tiberio cauſam rebellionis ſciſcitandi reſpondit: vos in culpâ eſtis, qui ad cuſtodiendos greges veſtros non paſtores non canes, ſed lupos mittitis. Dion. lib.55. circa fin. & l.56. p. m.581. ut alios omittâus, *à Godofrido Daniæ rege defecit Friſia teſte Emmio Rer. Friſ. lib.5. p.m.70.*

Vide plura præc. th.6. in Explicat. & præc. l.2. p.2. Sect. 2. c.7. th.18. expl.3. notata. Ita etiam ob inculpatum ſimul regni & ſalutis publicæ neglectum prædicto Succiæ D.
regi ordines Regni ſubjectionem denegarunt, uti ex eâdem *Exegeſi* patet; *Quod etiam Wenceslao Imperatori obvenit*, ſicut ex *Langio in Chron. Citiz. ad annum 1400. Cuſpiniano in ejus vita. Lehm. in Chron. Spir. lib. 7. c.59.* & aliis videri poteſt. ac olim *Henrico IV. Imperatori, ut ſeq. expl.2.* demonſtravimus.

III. Benè tamen moneat Politici, ut Status alicujus regni vel principatus antequam à Rege deſciſcant, principi ſui iniquitatem ſuam blandis & humilibus verbis ob oculos ponant, ab illâ precibus indefeſſis illum dehortentur periculoſumque exitum repræſentent, & culpam omnis ſubſequuturi infortunii à ſe devolvant. *Illo modo principes Saxon. per Legatos ſuos Henrico IV. Imperatori* querelas ſuas præponebant, illumq; ſubmiſſe orabant, uti à malis conſiliis & cœptis deſiſteret, *promittentes* illo obtento continuationem obſequii, *contra verò*, ſi iniquitati ſuæ porrò inhæreret, defenſionem contra talem

injuſtam gubernationem & vim minitabantur, ut inter alios refert Schaffnaburg *de reb. Germ. f.m.193.*

Idem Alberto Auſtriæ Duci 1291. ſubditi ejus per Legatos denunciarunt, ut tradit *Gerh. de Roo lib.1. Ann. Auſtr. f.m. 47.*

Simile quid cum Miecislao III. ſene dicto peregerunt Poloni, ut Cromer. lib.6. f. m.107. & ſeqq. refert, ubi ſapiens Gideonis Epiſcopi Cracovienſis commentum ad emendandum Regē adhibitum ſed fruſtraneū legi poteſt.

Solent etiam quandoque ſubditi vicini alicujus Principis interpoſitione uti, quo diſſidium ortum bonis modis componatur vel ſe illius deciſioni ſubmittere. Ita enim Angli in ſuâ, adverſus regem Henricum III. ſeditione, *Ludovicum Galliæ regem* pro arbitro adhibebant & *Pruſſi in ſeditione adverſus Equites Teutonicos Imper. Friderici IV. deciſioni ſe ſubmittebant*, uti prius refert *Polyd. Vergil. lib.16. Angl. hiſtor. p. m.405. & poſterius Crom. lib.22. rer. Polon. f. m.343.*

In ſpecie autem ſemper libertas ſuppreſſa prætenditur, ab iis, qui rebellionū & defectionū auctores ſunt, quia illud nomen plebi maximè amabile, indicat hoc *Tacit. 4. hiſt.* 73. his verbis: *Libertas & ſpecioſa nomina prætexuntur, nec quiſquam alienum ſervitium & dominationem ſibi concupivit, & non eadem vocabula uſurparet, & Ann. 15. c.22. Ut imperium prævertant, libertatem præferunt, ſi præverterint, libertatem ipſam aggrediuntur.*

Cæterùm de virtuoſorum & bonorum virorum proſecutione tyrannis propriâ lib.2. part.1. c.10. th.6. expl.5. & de pauperum oppreſſione præc. c.1. in fin. & hoc cap. th.6. in explicat. dictum eſt.

TH. XXIV.

Aliūdè orta sūt, quæ à vicinis principibus vel rebuspubl. ut plurimùm *ſub falſa potiſſimum ſpecie amoris* & commiſerationis, ac juvandæ ſalutis publicæ, imprimis verò libertatis reſtituendæ ſuppeditantur, *revera autem proprii commodi*, & illos ſubjugandi causâ ſuggeruntur, ac plerumque cum *jam th. præced.* recenſitis cauſis, ſi non re ipsâ, in prætextu tamen coincidunt. *Huc pertinet, ſi Magiſtratus à Pontifice Romano excommunicentur, & ſubditi pravâ fidelitatis reſciſſione ad defectionem incitantur.*

Explic.

I. Q*Uod plerumque vicini principes ſub dicto amoris & commiſerationis ac reſtituenda libertatis oppreſſa prætextu*, turbatos peregrinorum ſubditorum animos ad rebellionem perficiendam invitent, *propriū autem commodum quærant, ex hiſtoriis ſatis patet &* clariſſimè *Tacitus* modo dictis locis 4. *hiſt.73. & 15. Ann. c.22.* indicat:

Ita Mahumetes Imperatoris Heraclii ſubditos in Africâ ad defectionem deducebat, promittendo iis libertatem & liberationem à jugo Heraclii, obtentaq; contra ejus fratrem Theodorum victoriâ Rex Damaſceni creabatur *Enuch. cap.5.* Henr. Enuſtinus in Geneal. Muhammed. *& quodammodo Cal. Curio l.1. Hiſtor. Sarac. f. m.11.*

Ita Cives Piſani inſtinctu Ludovici Ducis Mediolanenſis à Galeatio Sanſeverino ad defectionem à Florentinis ſuſcipiendam, ſub ſpe illos iterùm in ſubjectionem recipiendi animati fuerunt. *Comin. de bello Neapolit. cap.12. & Guicciard. l.2. p.m.140. & ſeqq. Ita Regi Hiſpaniarum Philippo IV. à Gallis objectum*, quod religionariis (ita Proteſtantes vocant) auctor inſurgendi fuerit adverſus regem ſuum, ut poſt alios, de ſuo tempore refert *Auctor Miniſterii Cardin. Richel. lib.2. p.m.73. & alibi.*

Ità Alberto Megapolitano Succiæ Rege, ob nimis ſeverum & grave regimen ſuis exoſo, Margaretha Daniæ

& Sueciæ regina nuncios & literas occultè ad Suecorum proceres miſit, & ut ab illo deficientes ſe eligerent eum promiſſione omnis auxilii & blandi regiminis perſuaſit, ut illud refert *Joh. Magnus in hiſtor. Sueon. lib.21. cap.12.*

Occurrunt tamen in hiſtoriis etiam exempla quædam illorum, qui ex ſolâ miſeratione & amore erga populum iniquè habitum & preſſum conſilium & auxilium ad defectionem ab improbis ſuis Magiſtratibus feliciter peragendam contulerunt:

Sic defectionem illam Siculam contra Gallos intentatam Michael Palæologus Imp. Conſtantinopolitanus, & Nicolaus III. Pontifex ſolius erga preſſos & miſere habitos Siculos miſerationis & in Petrum Arragonium legitimum Dominum amoris causâ ſtrenuè promoverunt, de quo videri poteſt *Collenut. lib.5. hiſtor. Neapol. p. m. 194. & Luc. Marin. de rebus Hiſpan. lib.11. f. m. 391. uti & Fazellus d. l. 8. f. m. 450. & ſeq.*

Ita enim Eliſabetha Angliæ Regina, & Rex Galliæ ex verâ miſeratione, afflicto Belgio ſuppetias tuliſſe ſcribuntur, *quod quidem ex parte Eliſabethæ ob ea, quæ Camdenus parte 2. Hiſtor. p. m. 267. & ſeq. item p. m. 274. & 281. imprimis verò ex literis ad Hiſpanum miſſis & pag. 283. relatis ac tandem ex conſultatione pag. 411. literis conſignatû*, quæ etiam partim à *Winſemio in Hiſtor. Friſ. lib. 4. p. 304. & ſeq.* recenſentur, *apparet, ſed de fide Caroli IX. Regis Galliæ ob Alenconii Belgis in ſubſidium miſſi præjudicioſa quadam* facta, *imprimis conſilia* occupandæ per aſtum & vim Antvverpiæ & aliarum Flandriæ urbium jam in effectum ſed fruſtrà producta, de quo inter alios legi poteſt *Reidanus lib.3. Ann. f. m. 48. & ſeqq. meritò dubitatur.*

II. *Quantas ſeditiones & rebelliones excitare ſoleat excommunicatio Papalis* adverſus magiſtratum peracta, *& imprimis* ſi ſubditi ſimul à fidelitate & ſubjectione liberi pronuncientur, *præcedentium ſeculorum hiſtoriæ ſatis ſuperq; demonſtrant*, ex quibus ſaltem ſequentes annotare volumus.

Henrico IV. Imp. à Pontifice Gregorio VII. excommunicato Principes Saxoniæ ab illo defecerunt. *Schafnab. de Rebus Germ. Emmius rer. Friſic. l. 6. f. m. 97. & ſeq.*

Eliſabethâ Angliæ reginâ Pontificis Pii V. juſſu per ſuum legatum Nicolaum Mortonum pro hæreticâ & regno indignâ declaratâ ingens defectio à Proceribus ſuſcepta fuit, ſed magno cum illorum detrimento, referente *Natali Comite lib. 20. hiſtor. & Camden. Parte 2. Hiſtor. ad an. 1570. p. m. 183. & ſeqq. ubi Bullam ipſam recenſet.*

Eodem modo propter bannum Papæ Bonifacii IIX. ab Alberto I. Imperatore deſcivere aliquot Electores & Principes Gerhard de Roo in Annal. Auſtr. lib. 2. f. m 68.

Eâdem de causâ à Leone Imperatore receſſerunt pleriq; Italiæ principes Sigon. de Regno Italiæ l. f. m. 63.

Quæri hic ſolet, an ſubditis liceat contra Magiſtratum injuſtum & Tyrannum inſurgere & rebellare?

Reſp. per diſtinctionem ſupra lib. 2. part. 1. c. 10. theſ. fin. expl. 4. in quæſtione: An Tyrannicidæ ſint excuſandi? allatam, ubi videri poteſt.

TH. XXV.

Occaſio plerumque arripitur, quando ſuperior vel bellis implicitus gravibus vel clade aliquâ inſigni affectus, *vel* militiâ caret, *vel* cum vicinis principibus graves diſſenſiones alit, *vel* peregrè profectus eſt, *vel* denique aliis rerum gerendarum mediis deſtitutus eſt.

Explic.

S*icuti in omnibus rebus opportunitas vel occaſio benè obſervata dimidium operis in ſe continet: ita etiam illud* in defectionibus & rebellionibus à ſubditis ini-A. què preſſis attendi ſolet: *idq; ex omnium ætatum hiſtoriis patet, ex quibus ſaltem ſequentia annotabimus exempla.*

Sic Dalmatæ & Pannonii Tiberio cum exercitu in Germaniam profecto rebellarunt *Dio lib. 54. & 55.*

Sic Catilina conjurationem ſuam tunc perficiebat, quando in extremis mundi finibus Romana arma peregrinabantur *Florus lib. 4. c. 1. & Saluſt. in Catilin. c. 15.* *Sic quoq; cum Zopyrio* ab Alexandro M. Thraciæ præpoſitus in expeditione (navali ſcilicet) adverſus Getas inſtitutâ, tempeſtatibus procellisque ſubitò coortis cum toto exercitu oppreſſus eſſet, cognita clade Seuthes, Odryſas populares ſuos ad defectionem compulit. *Curt. lib. 10. cap. 1. in f.* Similiter *Nabarzanes & Beſſus* cum Bactrianis & Perſarum parte non ſolum à Rege ſuo Dario in adversâ fortunâ defecerunt, ſed in illum quoque parricidium fœdiſſimum inaudito B. apud Perſas facinore commiſerunt, ut *Idem lib. 5. c. 10. & ſeq.* refert. Vide quæ *præc. l. 2. Parte 4. c. 5. theſ. 8. expl. 1. n. 13.* adduximus.

TH. XXVI.

Remedia adverſus defectionem & rebellionem quoque ſunt duplicia ordinaria & extraordinaria. Illaq; iterum duplicia, interna & externa. Ex ordinariis priora conſiſtunt (1.) In maturâ ſuppreſſione illius per divulſionem aut honorificam in ſpeciem ablegationem auctorum & Ducum, & condonatione querelarum aut gravaminũ publicorum. (2.) hiſce remediis nihil valentibus violenta ſuppreſſione, & gravi auctorum punitione. *Poſteriora verò* (1) in auxiliis à vicinis amicis ad illam ſupprimendam requiſitis & impetratis C. (2) in hoſtium externorum acceſſu voluntario, *dum enim hi* rebellem regionem, ſpe felicis progreſſus invadunt, *per accidens* & contra opinionem ſubditi cum Magiſtratu ob imminens periculum ſæpè reconciliantur. *Inter extraordinaria referenda translocatio* ſubditorum rebellium, ſed potiſſimùm *prudens mora*, ſi rebelles ſcilicet capite, mediis & externo careant auxilio, adeoq; tædio infelicis ſucceſſus frangantur, quod maximè in Monarchico ſtatu obvenire ſolet.

Explic.

I. D*E maturæ ſuppreſſionis felici effectu, præced. theſ. 11. expl. 1. & de querelarum emendatione fructuosâ, ibid. de remotione verò auctorum theſ. 20. & de violentâ*, prioribus remediis nihil valentibus, vindicatione *th. 15.* in expl. dictum. *De auxiliorum extero-* D. *rum remedio & interventu hoſtis peregrini etiam dictâ th. 20. expl. 2.* egimus.

II. *Solet etiam quandoq; extraordinario modo in recens per vim bellicam acquiſitis provinciis & ſubditis violentum hoc remedium adhiberi*, ut *tranſplantentur*, *hoc eſt*, ut totæ civitates & nationes in aliquem remotum ad rebellandum non ita aptum locum transferantur, *quod etiam, cum magnâ tamen perfidiâ, uſurpavit Philippus Macedonum Rex in Græcos, ſe bonâ fide in fœdus cum illo ſociantes;*

Alios enim ex illis populos in finibus ipſis hoſtibus oppoſuit, *alios* in extremis regni limitibus poſuit: *quoſdam* bello captos in ſupplementum urbium diviſit, adeoq; ex multis gentibus nationibusque unum regnum populumque conſtituit. *Juſtin. lib. 8. c. 6. Imò reverſus in regnum ut pecora paſtores* nunc in hybernos nunc in æſtivos ſaltus trajiciunt: *ſic ille populos* & urbes, ut illi vel replenda vel derelinquenda quæque loca videbantur, ad libidinem ſuam tranſtulit. *Id præced.*

Digitized by Google

præced. c.5. Sic Alexander M. in Bactrianas & Sogdia- A. nas duodecim à ſe ædificatas urbes quoscunque in exercitû ſeditioſos habuit, diſtribuit. *Id. l.12. c.5. Sic quoq; Solymus Turcarum Imp. Chriſtianos maritima loca tenentes*, quod metueret, ne illi cum Chriſtianâ claſſe aliquando ſe conjungerent, in mediterranea loca ſe conferre juſſit, ut ex *auctore Theſauri Politici part.2. apotel.37. refert Bellermont. Diſcurſ. polit. 48.*

Similis modo Carolus M. Saxones & Weſtphalos ſæpè rebellantes hinc indè per Germaniam translocavit *Eginhard. in Ejus Vitâ Paul. Æmyl. l.2. hiſt. Franc. circa f.* & 10000. cum mulieribus & parvulis in Galliam deportavit. *Helmoldus in Chron. Slavor. l.1. c.3. n.4. Cranz. l.2. Saxon. c.4. & 22. hocq; exilium ſeptennale fuiſſe ex privilegio 1. Eccleſ. Hamburg. probat Bangert. in Notis ad Helmold. ibid.*

Imò usq; in Tranſylvaniam ubi omnes urbium incolæ adhuc Saxonicè loquuntur, *& ad Tauricam usq; Cherſoneſum*, uti *Mauut. in Deſcript. Tranſylvan. & Busbeq. Epiſt. Turc. 4. p. m. 310.* putat, *tranſtulit.* B.

Quod tamen alii rectius Henrico Aucupi adſcribunt quia iſti incolæ purè & hodierno modo, ut ipſimet audivimus, Saxonico loquuntur, quod Caroli M. ævo non congruit, imò ipſi tradunt ſe eſſe poſteritatem puerorum vel liberorum illorum Hamelenſium, qui anno 1284. 26. Junii magicis artibus à murium captore in montem tranſlati dicuntur, de quo legi poteſt *Wierus de præſtig. Dæmon. l.1. c.16. quod tamen recentiores quidam magnis rationibus refutarunt.*

Et Saxonum primarios ob idem crimen in Italiam diſportavit Boter. lib.5. de Rat. Stat. c.6.

Ita quoq; Ludovicus XI. Galliarum Rex veteres *Atrebati* refractariæ urbis incolas poſt recuperationem in interiorem Franciam tranſtulit, novisque ex reliquo regno vocatis incolis urbem reſtauravit eamque *Franciſiam* vocat ſecundum *Gaguin. lib.10. cap.23.* C.

Idem Solymannus Solimis filius anno 1358. fecit Aſiaticos in Europam, & Europæos in Aſiam translocando *Leuncl. lib.4. Muſelm. Hiſt. f. m. 208.*

III. *Potiſſimum verò inter extraordinaria poſuimus remedium prudentem moram, ſi utrimum rebellio in ſtatu Monarchico eveniat*, quâ uſus Mazarinus in ſeditione Pariſienſi apud *Priol. l.3. de Rebus Gallic. c.6. & 17.* in poſteriori loco ita loquutus: *Atrocia illa primo impetu pertimeſcenda, cum moram pati inceperunt, ſua ſponte cadere. Conſeneſcente factione propriâ impietate ruere; ſatiatos inquietudine rerum novarum ad reverentiam Majeſtatis ſemper redire, & extorqueri pœnitentiam ab ingratis*, & rebelles capite potente prudenteque priventur, nec non mediis & auxilio deſtituantur externorum, *quia probatiſſimum eſt vulgus ſemper eſſe variabile*, & requiſitis illis deficientibus diu in rebellione non perſiſtere, præſertim ſi annnnæ commoditas illi adimatur & decedat, quod exemplis abunde D. conſtat, & *Priolus de reb. Gall.* exemplo Lutetiarum & Burdigalæ *l.8. per totum & l.9.* c.6. demonſtrat: *tum quia* vulgus furore primo exhalato, moderatiores concipit cogitationes & Principis ſui reverentiam ob metum pœnæ & vindictæ iterum induit. *De quo ex prudentiâ politicâ judicium ſuum ita exprimit dictus Auctor lib.2. c.31. Auctoritas Regum ſemper tempore valeſcit. Ira ſubditorum morâ interit. Qui fidit motibus, decipitur & decipietur in æternum. A populo, quod niſi inſtabile, ut arbori cognomini nulla umbra ludentibus ſemper foliis. Committere ſe plebi, trajicere eſt torrentem per putrem aſſerem.*

Aliud tamen eſt in ſtatu Ariſtocratico, ubi optimatum rebellionem animadverſam in primo partu ſuffocare intereſt, morâ, ob nunquàm ita deficientia idonea capita ſemper damnosâ. E leviſſimis enim vaporibus nubes generantur, quæ deindè atrociſſimas effundunt tempeſtates.

TH. XXVII.

Hactenus etiam remedia: ſequuntur pœnæ quæ pro qualitate perſonarum & delictorum, uti etiam ingenio Magiſtratus varia eſſe ſolent, autores tamen ſuos egredi non debent.

Explic.

Q*Uoniam in præc. th.15. expl. 2. de pœnis rebellibus & defectoribus infligi ſolitis jam dictum eſt, eò Lectorem remittimus, hoc tantum annectentes, quod pœna* auctores egredi non debeat, *imò quandoq;* pluribus peccantibus pauci maxime rei debitâ pœna affici, reliqui verò ex gratiâ vel planè impuniti dimitti, *vel ſaltem* modicè coerceri debeant: *ut ita pœna ad paucos, exemplum ad multos perveniat*, quemadmodũ à Scipione factum fuiſſe refert *Plut. in ejus vitâ c.15.*

Et quod Magiſtratus in ſubjugatione rebellium non violentâ ſed dedititiâ, mitiorem quandoq; impoſuerint pœnam atq; famam aliis integram reliquerint, ſolâ aliquâ ignominiæ afflictione contenti, ex hiſtoriis notum eſt.

Ita cum Mediolanenſes adverſus Imperatorem Fridericum I. rebellaſſent, his conditionibus in gratiam recepti ſunt, ut Conſules ſtrictis gladiis obedientiam totius civitatis nomine jurarent, trecenti equites 36. vexilla & claves civitatis deferrent, mille pedites caroccium (belli & libertatis ſignum) afferrent. Eoque facto ad ſingulas urbis portas murus diſjectus & foſſa repleta fuit, quantum exercitui quadrato agmine ingreſſuro foret ſatis referente *Sigon. l.13. de Regno Italiæ f. m. 312. & ſeq. addens illo Imperatorem non contentum fuiſſe, ſed* ſecedere juſſâ incolarum multitudine urbem ipſam præter pauca ædificia diruiſſe, & in Brolio ſalem ad perpetuam ſterilitatem deſignandum diſſeminaſſe.

Idem d. l. de Brixianis rebellibus, Placentinis & Bononienſibus refert, illorum muros etiam dejectos & foſſas expletas fuiſſe.

Sic quoq; cum Genuenſes obſeſſi Carolo V. Imperatori ſe in poteſtatem dediſſent, ſupplicii loco ab illo conſtitutum fuit, ut fœminæ viros ſuos præcederent, criſtasq; geſtarent virgines, & variegatis coloribus uterentur: viri contrà pulli & atrati incederent, dextram, ut dictum, uxoribus ſemper concedentes. *Idem tamen* ſimul illorum propugnacula omnia deſtruxit, *& in Caſtelli locum*, Caſtellario dictum, *patibulum extrui mandavit*, ut refert *Ubert. Folieta lib. 4. hiſtor. Genuenſ.*

Ita Gunnerus Suecorum Rex Norvegis rebellibus iterum vi ſubactis canem pro Rege conſtituit, ut ſupra *lib.2. part.1. c.2. th.2. expl.3* notatum. *Addi poſſunt hic, quæ d. l.2. parte 4. c.6. theſ. 25. expl.2. adducta ſunt.*

Quod verò Magiſtratus quandoq; in rebelles ſeveram pœnam exercuerint, ex hiſtoriis itidem patet. Sic enim Imperator Henricus VI. illi, quem Siculi contra ſe regem elegerunt nomine Jordano diadema impoſitum clavis acutiſſimis in caput infigi juſſit, ſecundum *Arnold. Abbat. in Chron. Sclavor. lib.5. c.2. Sed Albertus Stadenſis in Chron. ad Ann. 1196.* refert, quod illum in ſedem ferream candentem poni, & capiti ejus coronam ignitam ferreis clavis infigi juſſerit.

De ſeverâ imò crudeli Johannis Weidovii in auctores rebellionis vindictâ legatur Dubrav. lib.32. f. m. 264 & nos præced. theſ. 15. expl 1. egimus. Quemadmodum Nabuchdonoſor Sedechiam rebellem punivèrit, legatur 2. Reg. 25. v.7. & 2. Chron. 36. v.6.

De Baſilio Porphyrogenito Imperatore *rebelles Bulgaros captos ita puniente, ut 15000 eorû oculos erueret, ſolisq; centurionibus unum oculum relinqueret*, ut ſuis quisque Dux itineris in patriam eſſet legatur *Zonar Tom 3. Annal ſub ejus vitâ poſt med. Cedren. in Compend. Hiſtor. ſub Eod.* Imp. *f. m. 583. & Glycas in Annal. parte 4. p. m. 436. Severiſſimè verò Henricus* VI. *Imperator* ex rebellibus Siculis primarios punivit, *quendam* enim læſæ majeſtatis convictum excoriavit, *quendam* verò regno adſpirantem coronari, coronamque per tempora clavis ferreis transfigi curavit, *quosdam* ſtipiti alligatos piceque circumdatos crudeliter exſtinxit, *quosdam* vecte perforatos ventre tenus humo agglutinavit, ut refert *Otto de S. Blaſio in Appendice ad Otton. Friſing. Chron c 39 & Choniat. in Annal. ſub* Imper. *Alexii Comn. fratris Iſaaci Angeli l.2 in pr.*

Quæritur hic, an defectioni vel rebellioni venia danda?

Reſp. Per diſtinctionem: Si rebelles aliàs fidi, gravi de cauſa, puta, ob Magiſtratus Tyrannicum Imperium, oppreſſionem libertatis, legum, privilegiorum & religionis, impoſitionem intolerabilium tributorum, & ſimilium, de quibus in *præc. c.1. th.7. expl.8. & th.9. expl.1*, dictum, adeòque culpâ Magiſtratus ipſius ad rebellionem quaſi adacti fuerint, *veniam humilimè petant & ſeriam pœnitentiam agant*, fidelitatemque firmam polliceantur, *illa omnino illis non concedenda ſolùm, ſed etiam cauſa prænominata & ſimiles è medio tollenda, atq; illi ſic duplici vinculo ad futuram conſtantem fidem obligandi ſunt.*

A. *Quod ſi vero jam ante rebellionem ſuſcitarunt, vel alias infidi ſint, capita & auctores ut ſeverè puniantur, omnino Magiſtratûs intereſt. Sicuti etiam* inter remedia jam conſignata, transplantatio illorum adhiberi poteſt, *quia* raro ad bonam frugem redeunt, quorum animus tot ſceleratis factis jam inquinatus eſt, quod præcaveri poteſt, ſi illi remotas in provincias non ita fertiles, ut ita laboribus magis deſtineantur, & quidem diſſipati translocentur.

Plures diſtinctiones vide apud Forſtner. in Not. Polit. ad l. 12. Ann. Tac. c. 19.

Axioma ex prudentiâ regnativâ.

Rebellionis Crimen non ſolum à Principe vel Republ. illud experiente ſed quoque à vicinis principibus vel Rebuspubl. dignâ vindicare debet ſerveritate.

Ratio eſt, ne impunitum & debitâ pœnâ non coercitum hoc fœdum crimen longius ſerpat, & vicinis exemplum ſimilis facinoris præbeat; *Unde Tarquinii* B. *Roma ejecti atque Porſenam profugi illum ita alloquuntur: Ne ſi oriundos ex Etruſcis ejusdem ſanguinis nominisque egentes exulare pateretur: nunc monebant etiam, ne orientem morem pellendi reges inultum ſineret, ſatis libertatem ipſam habere dulcedinis, niſi quantâ vi civitates eam expetant, tantâ regna reges defendant: æquari ſumma imis, nihil excelſum, nihil quod ſupra cætera emineat, in civitatibus fore,* adeſſe finem regnis, rei inter Deos hominesque pulcherrimæ *Liv. lib. 2. c. 9. Inculcat hoc quoque Seneca in Oedip. Act. 2. v. 241. & ſeq.*

Ne ſancta quisquam ſceptra violaret dolo
Regi tuenda maxima eſt regum ſalus.
Hinc punitionem talem, munimentum
Ad præſens, in poſterum ultionem & traditum
Principibus morem vocat Tacit. 1. hiſt. 44.

Ita Darius à Parricidis lethaliter vulneratus ipſo in mortis agone Alexandro M. ultionem hujus ſceleris non ſolum ſua, ſed exempli omniumque Regum causâ commiſit, & illam non negligere illi cum decorum tùm utile futurum dixit, referente Curt. l. 5. in fin.

C. *Ideo quoque Philippus II. Hiſpaniæ Rex cædis in Mariam Scot. Reginam commiſſa ultionem ad omnes Principes pertinere dixit, referente Stradâ Dec. 2. lib. 9. plura de hoc ſeq. c. 3. lib. 10. expl. 1. conſignavimus.*

CAPUT III.

DE EVERSIONE REIPUBL. SIVE Imperii per Facta hominum occultè procurata, ubi de proditione, conjuratione & inſidiis.

S U M M A R I A.

TH. I. Facta occulta everſionem procurantia quæ & quod ſint.

TH. II. Proditio quid.

TH. III. Subjectum proditionis qui.

Expl. Proditores etiam ab hoſtibus poſt ſcelus perpetratum odio proſequi & ſæpè gravitor puniri ſolent, quia illis non fiditur.

TH. IV. Pœna proditionis propriè ſic dicta quæ.

Expl. Proditionis ſcelus quantum ſit; cur ſeverè puniendum. Pœna ordinaria quæ: ubi ſimul quædam exempla extraordinariarum pœnarũ.

TH. V. Conjuratio quid.

Expl. I. Conjurationis vocabulũ olim bonæ ſignificationis.

Expl. II. Conſpirationes duplicis ſunt generis. Cauſa juſta quæ & illius exempla.

TH. VI. Subjectum conjurationis qui.

Expl. Cauſa conjurationũ ex ſubjecto deſumi poſſunt.

TH. VII. Modus Conjurationis quis.

Expl. I. Jusjurandum conjuratorum certâ ſolennitate & ſcelerato facto interpoſito fieri ſolet. De nefando quorundã Chriſtianorũ in conjurationibus jurejurando. Exempla factorum ſceleratorum interpoſitorum.

Expl. 2. Tempus illius exequendæ in dies feſtos & feſtivos plerumque conjicitur.

TH. VIII. Revelatio conjurationum quotupliciter fieri ſoleat.

Expl. I. Conjurationes non diu in ſecreto manent, ubi tamen aliquot exempla in contrariũ afferuntur. Sæpe ſpe præmii obtinendi vel pœnæ metu deteguntur.

Expl. II. Conjurationes quædam caſu detectæ. Illæ plerumque per viles perſonas manifeſtantur.

Expl. III. Divina providentiâ revelata.

Expl. IV. Per externa ſigna & ſuſpiciones quandoque detecta.

Quænam illa.

TH. IX. Probatio conjurationum per quosvis teſtes fieri poteſt.

Expl. I. Cur in hoc crimine omnes ad teſtimonium admittantur.

Expl. II. An conjurationis reus ex ſolius delationis vi, & ſic inauditus jure interfici queat.

Exempla quædam illorum, qui detectæ conjurationi, cum vitæ jacturâ fidem habere noluerunt.

TH. X. Pœnæ conjuratoribus & complicibus ac filiis poſitæ.

Expl. I. Pœna cur in auctores tàm ſeverè ſtatuta.

Quomodo complices puniendi.

Vocabulum conſcius explicatur.

Expl. II. Cur hoc crimen etiam in reorũ filiis puniatur.

An hæc pœna per l. 22. C. de Pœnis correcta ſit?

Qualis illa ſit pœna.

Expl. III. Quid circa bona illorum reorum obtineat.

Quid circa ædes illorum.

Expl. IV. Arma & inſignia reorum cur aboleantur.

Expl. V. An conjuratoribus talibus effectu non ſubſecuto ſit ignoſcendum, an vero etiam pœna infligenda.

Expl. VI. Conjuratores tales non ſemper directè ſed etiam quandoque indirectè & immediatè puniti ſunt.

TH. XI. Remedia contra conjuratores quæ.

Expl. I. Dei protectio adverſus improbos homines. Magiſtratus præſtita demonſtratur.

Expl. II. Satellitii neceſſitas.

Expl. III. Indicia conjurationis ſemper quidem obſervanda non tamen ſemper propalanda.

Expl. IV. Innocentia vitæ Magiſtratus ſalutaris, cui ſobrietas & vigilantia addenda.

Expl. V. Prudens diffidentia neceſſaria.

Expl. VI. Traditur principem ſeverè hic animadvertere debere.

Expl. VII. Refertur aliquorum contraria opinio.

TH. XII. Inſidiæ quid.

D. *Quid circa illas conſiderandum.*

Expl. Quomodo inſidiæ à conjurationibus differant.

TH. XIII. Subjectum qui.

Expl. I. Inter domeſticos, qui referendi.

Regum miſera conditio.

Exempla eorum, qui ita inſidiis petiti.

Expl. II. Exempla à Conſanguineis interfectorum.

Expl. III. Officiarii principum neceſſarii qui hic intelligantur.

TH. XIV. Cauſæ ad inſidias ſtruendas impellentes ſunt duplices.

Expl. Exempla interemtorum ex ambitione,

Ex vindictâ.

Ob præmium, quod duplex. Henrici IV. Gall. Regis percuſſoribus à clericis promiſſa vita æterna.

TH. XV. Pœna in Inſidiatores tales eadem, quæ conjuratoribus ſtatuta.

TH. XVI. Remedia etiam eadem ſunt.

Expl. Inſidiæ difficulter evitari poſſunt.

TH. XVII.

TH. XVII. Cauſa everſionis externa in quibus conſiſtat.

TH. XIIX. Cauſa impulſiva in quibus conſiſtat.

Expl. I. In turbido ſtatu maximum periculum ab exteris imminet.

Quibus modis ſtatus publicus perturbatur.

Expl. II. Nimia alicujus provinciæ felicitas vicinos ad invaſionem invitat.

Expl. III. De ſuſpecta potentia remiſſivè.

Expl. IV. De ambitionis malo.

Expl. V. & VI. Vetus inimicitia & ambitio vicinis damnoſa.

TH. XIX. Remedia contra externum periculum hoſtem & inſultum præcipua quæ.

TH. I.

Hactenus everſio Respubl. per facta hominum manifeſta: Sequitur earundem everſio, per facta occulta procurata, quæ ſunt (1) *Proditio* (2) *Conjuratio* (3) *Inſidiæ.*

TH. II.

Proditio hîc eſt ſubdola & clandeſtina communicatio arcanorum & conſiliorum cum hoſte, vel aliis exteris, illisq; præſtita opera in detrimentum & perniciem Reip. ac Magiſtratus *cujus conſiderandum* (1) *Subjectum* (2) *Pœna.*

Explic.

P*Roditores vel inquilini vel extranei ſunt: Inter illos referimus* cives originarios vel aſſumtos, vel in Magiſtratus aut univerſitatis miniſterio comprehenſos, *qui ſicut proditores patriæ vel ſimplices propriè ſunt, & gravius peccant, ſic etiam duriori quàm extranei afficiuntur pœnâ*, ut mox dicetur: *Hi, puta extranei, ſi ſponte* ſuapte viſa & audita, lucri gratiâ adverſariis noſtris referant, *in lata ſignificatione etiam proditores, ſi verò ab hoſtibus vel vicinis præmio ad arcana conſilia aut alia expiſcanda corrupti operam ſuam locent, exploratores dicuntur*, de quibus ſupra *l. 2. part. 2. ſect. 1. c. 3. th. 5. expl. 5. & parte 4. c. 8. th. 5. expl. 2.* dictum eſt.

TH. III.

Subjectum proditionis perficiendæ ſunt homines (1) Leves, inconſtantes & infidi (2) Simulatores & diſſimulatores, qui non ante animadvertuntur, quam proditio in effectum producta (3) Avari qui famæ, fidei, omnibusq; aliis rebus commodum vel lucrum ſuum ante ferunt. (4) A Magiſtratu injuriâ aliquâ inſigni affecti, quibus dulcis vindicta amore ſui, patriæ, propinquorum & ſimilium dulcior eſt.

Explic.

P*Roditiones tales per homines leves fluxa fidei, avaros & vindictæ cupidos plerumq; perfici, experientia omnium temporum teſtatur: Integra enim fama, conſcientia & fides ſedulo ſibi à talibus cavēt, neq; ullis promiſſis ad eas perficiendas allici poſſunt: Et ideo tales poſt ſcelus commiſſum ab iis*, quibus operam ſuam locarunt, *non ſolum* parum æſtimari, *ſed etiam* quandoq; ad ſceleris illius deteſtationem conteſtandam gravibus pœnis affici ſolere, *ex hiſtoriis itidem conſtat;*

Ita Divus Antoninus Heraclamonem Thyanæ, ut patriæ ſuæ proditorem, occidi curavit vel paſſus: Ita enim ille Mallio Chiloni ſcripſit: *Occidi paſſus ſum cujus quaſi beneficio Thyanam recepi. Ego verò proditorem amare non potui & libenter tuli, quod eum milites occiderunt: Neq; enim mihi fidem ſervare potuiſſet, qui patriæ non pepercit.*

Ita quoq; Valens Imperator Agelonem & Gomarium hoſtis ſui Procopii duces & proditores ſerrâ me-

A. dios diſſecuiſſe ſcribitur *à Sozomeno l. 6. Hiſt. Eccl. c. 8.*

Simile quid de Ætolis refert *Polyb. l. 4. c. 18.*

Plura vide ſupra l. 2. part. 4. c. 8. th. 5. expl. 2. & proximè ſeq. th. 4. in expl. adducta.

TH. IV.

Pœna proditionis propriè ſic dictæ eſt capitalis & ordinaria quidem patibuli, aut gladii, uti & vivicomburii. *Explic.*

P*Roditorum propriè ſic dictorum*, tanquam hominum perfidorum ſcelus tantum incommodi generi humano affert, quantum ſalutis bona fides, ut ſcribit *Val. Max. l. 9. c. 6. in princ.* & ideò *Cicero 4. Catilin. c. 6. Nulla*, inquit, *eſſe poteſt in tanti ſceleris immanitate puniendâ crudelitas, quia, ut idem ſcribit Epiſt. ad Brut. 15. punitur non tàm ulciſcendi causâ, quàm ut & in præſens ſcelerati cives ab impugnanda patriâ deterreantur, &*
B. *impoſterum documentum ſtatuatur, ne quis talem amentiam vellet imitari.*

Nullum hic veniæ locum eſſe, & quidem celeri pœnâ vindicandum illud crimen, prudentes cenſent. Hinc Val. Max. d. l. n. 1. Sabinorum factum, quod Tarpeji filiam arcem iis prodentem in ipſo proditionis effectu promiſſi præmii loco armis obrutam necaverint, *non reprehendendum eſſe judicat.*

Et quidem ob criminis hujus atrocitatem ac metum, ne iterum illi met, quibus prodendo tunc operam ſuam & emolumentum præſtiterunt, perfidiam & levitatem ſuam etiam teſtatam facerent, *proditores inviſos ſemper fuiſſe hiſtoria paſſim tradunt.*

Ita Segeſtes in ſua Orat. apud Tacit. l. 1. c. 58. ait: *Proditores & iis, quos anteponunt, inviſos eſſe.* Et *Auguſtus Imperator* ſecundum *Plutarch. in Apophth. Legum Romanor. c. 45. dicere ſolitus* eſt: *Se proditionem amare, proditores non laudare.* Uti & *Philippus Macedonum Rex*
C. ante ipſum: *Se prodituros amare, ſed illos, qui jam prodiderunt, odiſſe, teſte Stobæo Serm. 52. in fine.* Idem *à Maximino ſeniore Imperatore* Macedoni proditori oſtenſum eſſe refert *Herodian. l. 7. c. 4. & Capitolin. ejus in vitâ c. 11. Hiſpani quoq; Proverbium habent: Proditori honorem aliquem habere fas eſt, fidem nefas. Camden. in Annal. R. E. p. 3. ad Ann. 1587.*

Imò exempla exſtant proditorum ab illis ipſis, quibus emolumento fuerunt, ob dictam ſimilem perfidiæ, & doli ſibi forte ab iis etiam obventuram ſuſpicionem & ſecuritatem, uti etiam juſtam criminis illius deteſtationem, interemtorum, inter quæ referri ſolet illud Sabinorum paulo antè adductum factum, quanquam illud aliter ex Floro explicet poſt Virdung. & alios Rupert. in ſuis ad illum ſcriptis obſervationibus l. 1. c. 1. §. 12.

Ita quoq; Artaxerxes Perſarum Rex Tennem Sidoniorum urbis civem & Proditorem re peractâ, quaſi ipſius operâ non amplius opus haberet, *interfici juſſit.*
D. *Diod. Sicul. l. 16. c. 45.*

Similiter Canutus Angliæ, Daniæ, Norvegiæ & Scotiæ Rex, Edricum, qui Edmundum Angliæ Regem ad gratiam apud ſe aucupandam proditoriè interfecerat, ad dirum ſupplicium loco præmii ſperati traxit, ut refert *Malmesbur. de reb. geſt. Angl. lib. 2. c. 11. & Knyghton. de Event. Angl. l. 1. c. 2. & 3. ac paulò aliter Huntindonienſis l. 6. hiſtor.*

Ita etiam Jaropelius Ruſſorum Princeps Ungarum quendam à ſe, ut Polonis per fictam fugam ſe commendaret, & poſtea cladem afferret, & ita à Boleslao decepto tandem urbi Visliciæ præfectum proditione hujus loci perfectâ *loco præmii linguâ, oculis & membris genitalibus privavit, recenſente Crom. l. 5. hiſtor. Polon. ad ann. 1134. p. m. 91.*

Eodem modo Turcæ Vladislaum Keretſchin. poſt quam urbem Julam per deditionem iis, prodidiſſet, Conſtantipolim captivum deducere & miſerè vitâ privarunt ut refert *Megiſ. in Annal. Corinth.*

Eximium

Digitized by Google

Eximium verò exemplum refert Polyb. lib. 4. c. 18. Ubi de Ætolis Cynetham urbem proditione receptorum exulum capientibus ita ſcribit: *Inter multa ſcelera, quæ illi tunc patrarunt, unum hoc facinus juſtiſſimum ediderunt: Quod eos, à quibus introducti in proditam ſibi urbem fuerunt, primos occiderunt eorumque bona diripuerunt.*

Obſervaruntque ferè hunc proditores etiam hoſtium ſeverè puniendi modum Turcæ ut ex præcedenti exemplo patet & *ſupra d. p. 4. c. 8. th. 5. expl. 2.* dictum eſt.

Pœnam verò ordinariam quod attinet, illam capitalem & quidem furcæ aut gladii, uti & vivicomburii eſſe ex legibus Romanis & hiſtoriis conſtat; Ita enim Paulus JCtus in l. ſi quis aliquid 28. §. 1. ff. de pœn. Trãsfugæ aut conſiliorum noſtrorum renunciatores aut vivi exuruntur, aut furcâ ſuſpenduntur. Et Menander in l. 6. §. 4. ff. de R. Militar. Exploratores, qui ſecreta renunciarunt hoſtibus, proditores ſunt & capitis pœnam luunt. Idem Tarruntenus in l. proditores 7. ff. eod. ſtatuit. Imò talem Majeſtatis reum eſſe l. 2. ff. ad L. J. Majeſt. & tanquam hoſtem ubicunq; inventum interfici poſſe l. 3. §. ult. ff. ad L. Cornel. de Sicar. ſtatuit.

Licet enim textus hi, de militibus potiſſimum loquantur, attamen de noſtris proditoribus ob fidei & nexus violentiam quoque intelligendi ſunt.

Quare benè Gilhauſ. in Arbor. Judic. Criminali cap. 2. tit. de parricid. 24. n. 9. tradit: Quod pater filium patriæ proditorem impunè occidere poſſit. Id quod ſup. lib. 1. c. 2. th. 10. expl. 1. fuſius demonſtravimus, ubi ſimul deduximus, & patrem à filio in iſto caſu impunè occidi poſſe. *Sic Cum Aquillii Vitellii ac Bruti Romam Tarquinio prodere vellent,* correpti & Bruti à parente ipſo, reliqui à Populo Romano ad mortem condemnati, ſecuri percuſſi ſunt, *teſte Plut. in Poplicola c. 8. & ſeqq.*

Notandum hic ſimul, quod Metius Fuffetius Albanorum Dux ob proditionem juſſu Tulli in conſpectu utriusque exercitus primo & ultimo apud Romanos exemplo quadrigis laceratus fuerit teſte *Liv. lib. 1. c. 28. Nec prætereunda eſt atrociſſima iſta pœna, qua Paulus Quiſinius Gubernator in Temesvvari,* nonnullos illorum, qui arcem Belgradenſem Turcis prodere voluerunt, in verubus ad ignem aſſari & à complicibus devorari juſſit, ut refert *Ortelius in Chron. Ungar. ad ann. 1493. Bonfin. Dec. 5. l. 3. in f. & Iſtuanffi Hiſt. Ungar. l. 34.*

De pœnâ proditoribus patriæ quandoque inflicta præc. th. 3. in expl. diximus.

TH. V.

Fuit proditio : Sequitur conjuratio paucorum, quæ hic nobis eſt, hoſtilis *vel in Principis ipſius, vel Reipubl. perniciem vel interitum,* ſacramento mutuo corroborata conſpiratio vel pactio, *quæ in ſpecie crimen perduellionis dicta cujus obſervetur* (1.) ſubjectum & cauſæ (2.) modus vel tempus illius ineundæ vel exequendæ (3.) Revelatio (4.) Probatio (5.) Pœna (6.) Remedia contra illam.

Explic.

I. O*Lim conjurationis vocabulum bona ſignificationis fuit, ex militiâ originem trahens, & tunc facta, quando* ob incidentem tumultum ſingulos milites vel cives ad arma capeſſenda & militiæ nomen dandum interrogare non vacabat, *& tunc* exercitum ducturus in Capitolium ibat, ac ex eo duo proferens vexilla, unum roſeum & peditum, alterum cæruleum & equitum, *congregatis inclamabat : Qui rempubl. ſalvam eſſe vult,* me ſequatur, & convenientes vel coëuntes inter ſe *jurabant, ſe rempubl. vel patriam non deſerturos. Servius ad initium lib. 5 & v. 616. lib. 7. Æneidos,* de quo etiam *præc. l. 2. parte 4. c. 3. th. 8. in expl. n. 2. egimus.*

Poſteà verò cum ſceleſti & turbulenti homines in Magiſtratus & ſtatum politicum jurejurando inter ſe præſtito nefariis inſurgerent machinationibus, conſpiratio illa communiter conjuratio, JCtis autem perduellio inde dicta quod perduellis propriè hoſtem & perduellio hoſtilitatem denotet. Cum ergo conjuratio noſtra nihil aliud ſit, quam hoſtilitas in Principem & ſtatum publicum, idcirco in ſpecie *perduellionis crimen dicitur vid. l. 1. & ſ. ff. & l. 5. in pr. C. ad Jul. Majeſt. Ant. Matth. ad l. 48. tit. 2. c. 2. n. 1. & ſeqq. ff. eod.*

II. *Statuuntur verò à nonnullis duplicis generis conſpirationes in malum finem atque improbis de cauſis ſuſcepta, & in bonum finem & quandoque juſtis quandoque talibus ſaltem in ſpeciem de cauſis inita, de prioribus* hic propriè tractandi locus eſt, *de poſterioribus autem notandum, illas ſolere ſuſcipi (1.) ex amore* pro patriâ & legitimo principe contra Tyraños & impios Principes.

Sic Jojadas & ſocii talem conſpirationem contra Athaliam ſuſceperunt pro Joâ 2. Reg. 11. v. 4. & ſeqq. Jehu contra Joramum & familiam Ahabi 2. Reg. c. 9. & 10. Sic etiam Subrius Flavius Tribunus à Nerone, cur contra ſe conſpiraſſet rogatus, reſpondit : *Oderam te, nec quiſquam tibi fidelior militum fuit, dum amari meruiſti : Odiſſe cœpi, poſtquam parricida matris & uxoris, auriga & hiſtrio & incendiarius exſtitiſti. Tacit. lib. 15. c. 67.*

Et Sulpitius Aſper quæſitus eidem ſic reſpondit : Non aliter tot flagitiis ejus ſubvenire potuiſſe. Id. ſeq. c. 68.

(2.) *Ex odio contra Tyrannum exercitio ſive iniquum Principem ſolum,* quando ſcilicet ille religionem, libertatem, leges patrias & honeſtatem violat, ſubditos intolerabilibus exactionibus & tributorum impoſitionibus, planè enervat, in bonos & virtuoſos ſævit & ſimilia Tyrannica facinora, de quibus *præc. l. 2. parte 1. c. 10. th. 3. & 6. in explic.* dictum edit.

Debent verò poſteriori hoc caſu, Proceres & ſtatus provinciæ Magiſtratum talem, ante præmonere & à talibus factis dehortari *atque primo* in eum ſolum finem, ut illum in ordinem & juſtum regimen redigant, ſe conſociare. *Sic cum conjurati Galliæ Principes* adverſus Ludovicum XI. arma caperent, Pariſium delegatis præviâ cauſarum impulſivarum relatione indicarunt, Ludovicum quidem illorum & regni Francorum regem eſſe ſed eorum muneris & dignitatis eſſe, hortari atq; commonefacere illum, majores ſuos imitari : patriis legibus uti : in ſuo quemque jure atque conſuetudine continere : vectigalia moderari : miſereri populi, cui fortunarum nihil prope ſit. Itaque petere in urbem ſine ullâ injuriâ aditum, ut refert *Gaguin. lib. 10. hiſtor. c. 7. f. m. 249. & ſeq.*

TH. VI.

Subjectum ſunt propriè ſubditi ejus contra quem conjuratio imprimis verò injuſta initur & quidem (1.) rebus novis ſtudentes & ãbitioſi (2.) inopes & alieno laborantes ære (3.) inſigni aliquâ injuria affecti (4.) Pœnam ex delictis commiſſis metuentes.

Explic.

E*X qualitatibus hiſce ſubjecti vera conjurationum injuſtarum cauſa ſimul deſumi poſſunt ſuntque hæ* (1.) ambitio & novarum rerum ſtudium (2.) inopia & obæratio (3.) inſignis injuria (4.) Metus pœnæ. *Et primi quidem ac ſecundi ideo conjurationes ineunt, quia illis, nulla ſpes compoſitis rebus, & omne in turbido conſilium Tacit. 1. hiſtor. 21.* ac *afflicta fides in pace eſt, illique per incerta tutiſſimi ſunt, idem l. Hiſtor. 88. Tertii ideo, quia injuriæ* graves intolerabiles ferè ſunt & vindictarum fertiles, *inter illas verò* referuntur adulteria & ſtupra uxoribus, filiabus, & agnatis illata, de quibus *præc. c. 1. th. 7. expl. 4.* actũ: *ademtiones bonorũ & honorum ac ſimiles.*

Sic Catilina cauſam dedit, quod pecuniarum repetundarum reus, prohibitus eſſet, conſulatum petere. *Saluſt in Catilin. c. 18. Quarti verò ideò, quia illis ob metum ex flagi-*

Digitized by Google

flagitiis maxima peccandi neceſſitas eſt; Tac. 13. Ann. 40. & ideirco ignominiam publicum prævertere everſione Status publici laborant, Ariſtotel. 5. Pol. 3.

Omnes hæ qualitates in Cn. Piſone ferè concurrerunt, de quo ita *Saluſt. in Catilin. d. c. 18. Nobilis adoleſcens, ſumma audacia, egens, factioſus quem ad perturbandam Rempubl. inopia & mali mores ſtimulabant.*

Plura vide apud Machiav. l. 3. Diſc. ad. Liv. 6.

TH. VII.

Modus conjurationis ineundæ in eo ferè conſiſtit, ut una cum Sacramento vel jurejurando præſtito ſimul ſceleſtiſſima quævis perpetrent conjurantes ad pœnitentiam ſive reſipiſcentiam ſibi præſcindendam. *Tempus vero exequendi* ejusdem plerumque rejicitur in dies feriatos vel celebrationes nuptiarum, aut conventuum publicorum.

Explic.

I. D*E jurejurando à conjuratis præſtito vel præſtari ſolito, notandum, illud plerumq;* certâ quâdam ſolennitate vel ſacrorum interventu puta *juramento & victimis*, ut indicat *Appian. l. 7. de Bellis Civil. p. m. 813.* perfici ſolere.

Sic Catilinam conjurationē ſanguinis humani vino non permixti potione cum complicibus confirmaſſe hiſtoriæ referunt, vid. *Saluſt. in Catil. c. 22. Joh. Antiochen. in Hiſtor. apud Conſtantinum Imperatorem in Excerptis p. 796. & Flor. l. 4. c. 1 Plutarchus verò in vita Ciceronis c. 13.* Catilinam & ſocios cum aliis ſeſe Sacramentis obſtrinxiſſe tùm mactati hominis carnibus guſtatis. *Cui conſentit Dio Caſſius l. 37. ſub Catilina f. m. 43.* ſcribens. *Cæſum eſſe puerum ſuperq; ejus viſceribus juramentum conceptum, & illa, ab ipſo, cum aliis eſa eſſe. Similiter in proditione vel conjuratione Aquiliorum Vitelliorum & Brutorum* in juramenti præſtatione occiſi hominis ſanguinem libatum, ac viſcera deguſtata fuiſſe, refert *Plut. in Poplicola c. 6.*

Idem fecerunt Bucoli in Ægypto, qui contra Romanos occiſo Centurione in viſceribus ejus conjurarunt, & illa ad extremum comederunt, *Xiphil. l. 71. f. m. 803.*

Notandum vero hic morem illum quo ſanguis humanus in fœderum & amicitiæ pactione potatur, *à Scythis originem traxiſſe*, ut teſtatur *Solin. in Polyh. ſecundum Edit. Salmaſii c. 15. Mela l. 11. c. 1. Herod. l. 1. c. 74. & aliis: & potionem talem* & ſanguine humano & vino vel alio liquido permixtam *Aſſiratum* dictam eſſe, teſte *Feſto ſub verbo illo, ab Aſſir*, quod iis Scythis ſanguinem denotat.

Sceleſtum hunc morem ad maleficii vel criminis perficiendi & celandi certitudinem ac ſecuritatem *ſe certo jurejurando & ſacro pignore adſtringendi etiam ad Chriſtianos tranſiiſſe valdè dolet Caſaubon. Epiſt. 170.* inter alia de conjuratione in Britanniæ Regem Jacob VI. ſusceptâ & pactâ ita ſcribens: *Certiſſimum eſt, & primo ſtatim ut quiq; ad ſocietatem infandi criminis eſt admiſſus, eum ſumta Euchariſtiâ ad ſervandum ſilentium fidem ſuam adſtrinxiſſe: & poſtea non ſemel in eundem finem hoc ſacramentum eſſe repetitum.*

Circa illa facinora ad reſipiſcentiam vel pœnitentiam præſcindendam perpetrari ſolita, notanda quædam exempla inſigniora: Inter ea ex hiſtoricis occurrit illud Valentini & Tutoris in arma Treviros retrahentium: *Occiſis Herennio & Numiſio Legatis, quo minore ſpe veniæ creſceret vinculum ſceleris Tacit. 4. hiſt. 70. Cui non abſimile eſt illud patrum Romanorum bona ejectorum Regum, plebi diripienda dantium ut contactâ regiâ prædâ ſpem in perpetuum cum his pacis amitteret. Liv. l. 2. c. 5. Porro illud Typhonis fratris ſui Oſiridis interfecti dilaniatum in viginti ſex fruſta corpus inter facinoris ſocios ita diſtribuens, ut ſingulus partem quandam acciperet, & omnes piaculo innecteret, ſibiq; in regni defenſione*

A. *& cuſtodia firmos haberet adjutores Diod. Sicul. l. 1. c. 21.*

Plura exempla vide apud Freinsh. ad Curt. l. 7. c. 6. §. 22. & Gruter. in Diſcur. ad Tacit. l. 4. Hiſt. verba: Occiſis Legatis quo minori ſpe &c. *item Rupert. ad Flor. l. 1. c. 9. §. 1. Camerar. 3. Hor. Subc.* 88.

II. *Tempus exequendæ conjurationis plerumq;* in dies feſtos & feſtivitati ac conventibus publicis deſtinatos rejicitur, *tum quod* eo tempore unicuiq; facilior ſit aditus, *tùm quod* ii, contra quos conjuratum eſt, illo tempore a curis & ſuſpicionibus ſint liberiores, *tùm quod* tunc temporis tumultu orto omnia miſceantur, & auctores ſceleris eo tutius ſe ſubducere queant, *tùm quod* iſto tempore Principes & proceres, in quos conjuratio ſuſcepta eſt, in unum congregati ſint locum, *tùm deniq;* quod talis dies à conjuratis melius obſervetur.

Sic conſpiratio vel conjuratio Harmodii & Ariſtogitonis adverſus Piſiſtrati filios, tyrannidem Athenis ex-
B. ercentes in feſtum illud celebre, magna *Panathenæa* dictum (de quo videri poteſt *Sigon. de Rep. Athen. lib. 1.*) dilata, ac in eo ex parte perfecta fuit. *Thucyd. l. 6. p. m. 185. & ſeq.*

Sic conſpiratio in Hugonottas & reformatæ religionis primores in tempus nuptiarum Regis Navarræi, quo omnes ſimul interimi poſſint, rejecta eſt: de quâ vid. *Thuan. l. 52. poſt pr. & Coneſtag. l. 5. de Bello Belgico. Conſpirationem hanc Benjamin Priolus ipſe Catholicus de reb. Gall. l. 1. c. 20. ita improbat, ut illam indignam nomine Gallico, facinus, & quod Sequanus ſuis undis non abluet, eſſe ſcribat.*

Non diſſimili modo Antoninus Imp. Romanorum, Artabani Parthorum regis filiam per dolum & ſimulatè in matrimonium petens & quaſi cum promiſſâ nuptias celebraturus in illius regnum & ad Regiam cum exercitu tendens inermes obviam euntes cum Rege Parthos inopinato aggreſſus oppreſſit, Rege vix effu-
C. giente ſed poſtea perfidiam gravi bello ulciſcente, ut refert *Herodian. l. 4. c. 18. & ſeqq.*

Conjuratio in Jacobum VI. Magnæ Britanniæ regem & Proceres Acatholicos in magnum illum regni conventum, cui 30000. hominum circiter interfuerunt, *adornata fuit ita, ut pulvere pyrio* in cellâ ſedis regiæ polito, & triginta duobus doliis ac pondo 9000. circiter conſtanti incenſo, omne illud ædificium cum rege, principe, Optimatibus & omni multitudine in cœtu periret. *De quâ vide ſeriem patefacti illius parricidii Satyrico Barclaji in fine adjectam.*

Ita Julius Cæſar Vacceherius conjurationem ſuam contra Ducem & Senatum Genuenſem feriis Paſchalibus quando publicè per urbem proceſſio ex more ducitur, inſtituit. *Brachelius l. 3. hiſtor. p. m. 193.*

Sic etiam Hanno Carthaginenſium regnum affectans, perduellionis à ſe tentatæ crimen in ſolennem filiæ ſuæ nuptiarum diem rejecit, de quo latè agit *Juſtin. l. 21. c. 4.*

D. *Plura vide apud Freinsh. ad Curt. l. 6. c. 8. §. 16. & l. 9. c. 7. §. 4. & ſupra præc. c. 2. th. 9. expl. notata.*

TH. IIX.

Revelatio conjurationum obtingit ferè quadrupliciter (1) Per complices ipſos & conſcios, reſipiſcentiâ ſive conſcientiâ, aut ſpe præmii & veniæ aut ejusdem promiſſione publicè factâ, aut tandem metu pœnæ vel pœnitentiâ ad illam adactos (2) Caſu, quando vel à garrulis complicibus fidei tertiorum illæ committuntur vel perſona extranea improviſo illas animadvertit. (3) Divina Providentia (4) Per ſigna quædā externa & ſuſpiciones.

Explic.

I. Q*Vamvis rarò conjurationes in ſecreto maneant propter multorū ſcientiam*, cum juxta *Tacit. 15. An. 59. fruſtra ſilentiū & fides in tot conſciorū animis & corporib. ſperetur: Et cruciatu aut præmio cuncta pervia ſint:*

ſint: Nihilominus tamen quadam vel diutius occulta vel planè non detecta permanſêre. Inter eas refertur illa, quam Piſo adverſus Neronem intentavit, de qua legi poteſt Tac 15. Ann. c. 54. & Sazzii cum multis aliis adverſus Laurentium & Julianum Mediceum peregerunt, de qua latè agit Machiavell. lib. 8. hiſtor. Florent. p. m. 410. usq; 415. Nec non illa in Gallos in Sicilia per Johannem Prochytam incepta & pertracto in ſocietatem Michaele Palæologo Imper. Conſtant. Nicolao III. Pontifice & Petro Arragonio, poſtquam per biennium mirè celata eſſet, proſpere perfecta, de qua legi poteſt Fazell. in hiſtor. Sicul. Dec. poſteriori c. 8. c. 4. Æmilius l. 7. Sub Rege Philipp III. f. m. 232. Sabell. l. 7. Enn. 9.

Referri etiam huc poſſunt inſidiæ Artaxerxi à Dario filio ſtructæ apud Juſtin. l. 10. c. 10.

Ut plurimum ergo memoratis modis deteguntur, & quidem per complicum reſipiſcentiam vel conſcientiæ ductum multas conſpirationes & conjurationes detectas, & ideo conjurantibus uſitatum eſſe, ut arcto juramento & fœdo aliquo facinore ſilentium & fides complicibus ſuis imponatur, uti prac. expl. dictum eſt, ex hiſtoriis paſſim patet.

Sic conjurationem Catilinæ Q. Curio complex detexit, & ideo præmia obtinere debuit. Sueton. in Jul. Cæſar. c. 17. niſi Cæſar impediſſet ibid. Sed Saluſt. c. 23. & alii ſeq. f. adducti Fulvia illius ſcorto ſimul illam detectionem adſeribunt.

In Eliſabetham Angliæ Reginam Giffardus complex conſcientiâ & charitate in patriam & Principem ductus aperuit Camden. part. 3. Annal. Angl. ad ann. 1575. p. m. 437. & ſeq.

Similiter ſpe & promiſſione præmii & veniæ multas conjurationes vel per complices ipſos vel per conſcios revelatas eſſe, ex hiſtoriis hinc inde conſtat:

Sic conjurationem in Neronem ſpe præmii detexit Milicho libertus Scevini teſte Tac. 15. Ann. 54.

Conjurationem in Ducem & Senatum Genuenſem paulo ante relatam, Radinus conjuratorum unus decem aureorum millibus & impunitate in præmium accepit teſte Bracbelio cit. loc. p. 194.

Uti nec exempla deſunt illorum, qui metu pœnæ futuræ vel pœnitentiâ conjurationes detexerunt.

Sic cum nonnulli Janiſſarii ac cubicularii Mahumeti II. Turcarum Imp. conſilium iniiſſent, de illo vinoſo & ſtertente occidendo, unus ex his conſpiratoribus Græcus & Conſtantinopolitanus Maudromenus, una cum reliquis tentorium ingreſſus, cum illos jam arcus ad occidendum illum intendere vidiſſet, conclamavit repente: Cave vitæ tuæ, mi here Amyra, cave tibi, cave, ſuoq; illum conſopitum corpore procumbens protegit: ut refert Cuſpinianus in vita Mahumetis II. circa fin.

Similiter ſanguinaria illa adverſus urbem & Rempublicam Venetam anno 1618. ab Alphonſo de la Cueva Marchione de Bedemar & Regis Hiſpaniarum Legato extraordinario admirando quodam auſu & tractandi artificio ſuſcepta conſpiratio, in ipſo exequendi illam actu à complice quodam ex pœnitentia & commiſeratione erga urbem tam miſerabiliter delendam patefacta fuit, ut legi poteſt in illius deſcriptione Gallicè an. 1674. Pariſiis in lucem editâ, & quodammodo apud Abelin. in T. 1. Theatri Europ. f. 27.

II. Conjurationum caſu detectarum exempla quoq; paſſim obvia ſunt.

Sic conjurationis Aquilliorum Vitelliorum & Brutorum contra Rempubl. Romanam paulò antè memoratæ detectionem ita refert Plut. in Poplicola cap. 6. Cum illi conjurationis per ſacramentum & victimam perficiendæ cauſa in domum Aquilliorum conveniſſent, & hæc deſerta eſſet, atq; tenebricoſa, Servus Vindicius nomine, (qui planè non inſidiandi cauſâ aut futuri providens eò venerat, ſed cum forte fortuitò intus eſſet, veritus ſe ipſis ſubito intrantibus in conſpectum dare poſt objectam ante

A. ſe arcam ſeſe abdiderat) & quæ agerentur, vidit, & conſilia eorum inaudivit: Et hic tandem conſcientiâ rei adactus, eam Valerio expoſuit.

Plerumq; vero conjurationes per viles perſonas & ſcorta, quibus concredita ſunt, revelantur, quia his nulla fides, nullum ſilentium ineſt:

Sic Prædictus Milicho libertus conſpirationem Neronianam detexit, ut prat. expl. dictum.

Nicomachus Philotæ exoletus (quod nomen ſignificat ſcortum maſculum provectioris ætatis & emeriti ſtipendii de quo videatur Voſſius ad Vellej. p. m. 50.) conjurationem adverſus Alex. M. edoctus prodidit, teſte Curt. l. 6. c. 7.

Fulvia Curii ſcortum revelatam illius conjurationem detexit. Saluſt. in Catil. c. 23. Plutarch. Flor. L. 4. c 1. quod etiam refertur in l. 1. ff. ad L. Jul. Majeſt.

Sic quoq; in recenti hiſtoria legitur Luciam Brixianam

B. nobile ſcortum conjurationem nobilitatis Mantuanæ in Ludovicum Gonzagam detexiſſe. Poſſevin. 4. hiſtor. Mantuan. ut alia exempla omittamus.

III. Divinâ providentiâ revelatas quoq; eſſe quandoq; conjurationes ex hiſtoriis conſtat:

Sic conjuratio illa magna in Jacobum VI. Magnæ Britanniæ regem, prac. th. 7. Expl. 2. memorata, mirabiliter & non ſine divinâ providentiâ revelata fuit, ut conſtat ex ſerie revelationis iſtius Barclaji Satyr. part. V. ſubnexa; cui junge quæ habet Petr. Matth. hiſtor. Tom. 3. l. 1. p. m. 18. & ſeq.

Conjuratio Herodis in recens natum noſtrum Salvatorem per ſomnium detecta à Deo fuit Joſepho Matth. 5. v. 13.

IV. Per externa ſigna & ſuſpiciones etiam quandoq; deteguntur conjurationes.

Conſiſtunt verò externa talia ſigna, & oriuntur inde ſuſpiciones plerumq; in frequenti & clandeſtino eoq; no-

C. cturno ambitioſorum, ſeditioſorũ, factioſorum, maleficorum, ferocium: & injuriâ à Magiſtratu affectorum vel aliàs læſorum hominum conventu, querelis & minis adverſus eundem, tàm publicis quam privatis, comparatione armorum, ſparſione ſcriptorum Satyricorum in vulgus & ſimilium, & quoniam raro iis ſi male locutis, male faciunt & lingua temeritas tandem pervenit ad gladios Curt. l. 6. c. 9. in med.

Magiſtratus ſi per exploratores ſuos de talibus rebus certior reddatur, ſuſpiciones de futuris turbis, ſeditionibus, ac tandem conjurationibus futuris firmas animo concipere, & in illas per occultos ſuos & fidos miniſtros ſedulo, tectè tamen inquirere poteſt ac debet, quo ita in tempore futuras vel inſtantes tempeſtates avertere & iis remedia apta, de quibus th. ſeq. 10. dicetur, adhibere ac componere queat.

TH. IX.

D Probatio conjurationum ex ſingulari ratione per quosvis teſtes etiam in aliis criminibus rejicibiles fieri poteſt.

Explic.

I. Singularis iſta ratio, cur quivis & aliàs inepti teſtes in hoc crimine probando admittantur, conſiſtit tum in favore Magiſtratus ac Reipubl. tum in odio adverſus tales reos, tum in occulto ipſius criminis conatu ac concipiendi modo, adeòq; paucitate conſciorum.

Cum itaq; crimen illud ſit maximè deteſtabile, & maximâ occultatione ſemper contrahatur, adeòq; primo accuſationis tempore non niſi imperfectè plerumq; probari poſſit, & contra omnibus modis impediri, ac in ipſo conceptu propter irreparabile damnum & periculum inde promanans ſuffocari debeat, omnis omnino generis teſtes admittendos eſſe Legislatoribus antiquioribus juſtiſſimè placuit: Et ideo JCti in lib. 7. §. 1. & 8. ff. ad L. Jul. Majeſt. ſtatuunt, ut famoſi, milites, mulieres, ſervi, in hoc crimine idonei teſtes eſſe poſſint.

Hinc

Hinc conſiliarii Alex. M. circa detectas inſidias deliberantes ita ſentiunt: Cum de ſalute regis timeretur, credulos eſſe debere: Vana quoque deferentes admittere. Curt. lib. 6. c. 8. Et Cicero Orat. 3. in Catilin. c. 3. ob fidem vili ſcorto conjurationem deferenti habitam ita ſe excuſat: Ego non arbitrabar, in tantis Reipubl. periculis mihi eſſe nimiam diligentiam pertimeſcendam. Plura apud *Petr. Matth. in Hiſtor. Tomo 2. Parte 2. l. 5. Narrat. 4. num. 8. legi poſſunt.*

Hinc *Domitianus apud Sueton. in ejus Vitâ c. 22. Conditionem principum miſerrimam eſſe ajebat, quibus de conjuratione compertâ non crederetur, niſi occiſis,* quo dicto etiam uſus eſt *Imper. Adrianus, ut Imper. Marcus in Reſcripto apud Gallicanum in Avidio Caſſio c. 2.* refert, *cujus ratio à Liviâ hæc datur apud Dion. l. 55. f. m. 561. quod tantùm principi non credatur ab inermi & privato inſidiis peti poſſe.*

II. Quærunt hîc Politici: An conjurationis de quâ hîc tractamus, reus juſſu Magiſtratus ex ſolius delationis vi & ſic inauditus jure interfici queat? *Pro negativâ pugnat.*

B

(1.) *Quia accuſatione ſolâ nemo pro convicto æſtimari adeoque nec condemnari debet Juſtiſſimum juxta Juliani Imper. in Amm. Marcell. lib. 18. relatum effatum: Si accuſaſſe ſufficeret, quis erit innocens? Hinc JCt. in l. 5. ff. de Pœnis* prudentiſſimè & juxta conſcientiam ſtatuit, *melius eſſe nocentem abſolvere, quam innocentem condemnare: ob illam rationem, quia judex condemnationem ſemel injuſtè factam non corrigere, per abſolutionem verò nocentem ad meliorem frugem perducere, vel illum denuo peccantem eo tutius tunc condemnare poteſt.*

(2.) *Quia nemo inauditus & indefenſus, ne innocens periiſſe putetur, condemnandus eſt, Tacit. 13. Ann. 20. & 3. Hiſtor. 6.*

C

Idque Neroni matris interfectionem ob Majeſtatis crimen meditanti objectum obſtaculo contra executionem fuit, teſte *eod. d. c. 20. & 21.* quod etiam *Solon* cenſuit apud *Plutarch. in Solon & Poplic. comparat. cap. 39.*

(3.) *Quia omnium prudentum conſenſus eſt, neminem etiam ex præſumptionibus, multò minùs ex ſolâ accuſatione vel delatione condemnandum eſſe, ut ſupra lib. 2. part. 1. c. 13. th. 14. expl. 6. demonſtravimus: Quoniam* præſumtiones & ſuſpiciones ſæpè fallere queant, *cùm* ex naturæ in actionibus perſpicuâ varietate, *tùm* ex accuſatorum levitate & dolis, qui tales præſumtiones & ſuſpiciones de induſtriâ præparare poſſūt, ad adverſarii interitum procurandum, vel ob præmium tertio gratificandum.

D

Hujus exemplum clariſſimum refert Livius lib. 1. c. 51. in Turno ita innocenter & per inſidias ſtructas ad mortem damnato. *Et Buchan. Rer. Scotic. lib. 14. p. m. 509. In Johannâ Duglaſſiâ, ejus Marito Johanne Leontee & Sacerdote quodam*, ex falsâ Guilielmi Leontis accuſatione criminis Majeſtatis condemnatis, & inter quos Johanna igne cremata fuit; Maritus verò ex cuſtodia arcis Edinburgicæ evaſurus miſere vitam finiit, accuſatore poſteà ex pœnitentiâ, licet ſerâ & infrugiferâ, falſam accuſationem Regi confeſſo.

Simile exemplum in Antiſtite Petrone innocenter accuſato, & abſque defenſione necato refert Dionyſ. Halicar. l. 4. Ant. Rom. c. 64. Et de Conſtantino M. Filium ſuum nothum Criſpinum *Sozomeno Hiſtor. Eccl. l. 1. c. 5. & Niceph. Calliſto l. 7. c. 35. Criſpum dictū,* ex Minervinâ concubinâ ſuſceptum ob virtutem & merita jam Cæſarem renunciatum *ex falsâ ſuſpicione à Fauſtâ conjuge ſuggeſtâ indictâ causâ interimento, ac poſtea pœnitentia ex compertâ falsâ denunciatione concepti, Fauſtam quoque ferventi balneo incluſam necanto,* refert *Zoſimus lib. 2. Hiſtor. c. 29. Sed de illo conſule Sozomen. & Calliſt. dd. ll.*

A.

(4.) *Quia & Romani talis criminis reos ex* accuſatione etiam præſumptionibus vel conjecturis roboratâ non condemnarunt, *ſed in* judicium deduci juſſerunt ad ſe defendendos. *Sic Sp. Caſſium Conſ. Rom.* perduellionis reum accuſatum judicio Populi condemnatum fuiſſe refert *Liv. lib. 2. c. 4. in f.*

Eodem modo M. Manlium in judicium deductum & condemnatum fuiſſe refert *id. lib. 6. c. 20.*

Sic etiam Scevinus licet conjecturæ non leves ab Indice Milicho conjurationis initæ in medium proferentur, â Nerone ſevero alias Principe inauditus non condemnatus, ſed in Judicium deductus ac confeſſione propriâ tandem victus eſt teſte *Tac. 15. Ann. 55. & ſeqq.* ut plura exempla omittamus.

B

Et ideo Modeſtinus in d. l. 7. ff. ad L. Jul. Majeſt. licet famoſos, milites, ſervos & libertos in teſtimonium adverſus hoc crimen admitti debere aſſerat, attamen in §. 3. addit hoc monitum: Hoc tamen crimen à Judicibus non in occaſionem ob principalis Majeſtatis venerationem habendum eſt, ſed in veritate: Nam & perſonam ſpectandam eſſe, an potuerit facere, & an antè quid fecerit, & an cogitaverit, & an ſana mentis fuerit;

Simili modo etiam Alex. M. Philotam in judicium deductum condemnare antè noluit, quam defenſio ejus audita eſſet teſte Curt. lib. 6. c. 9.

Pro affirmativâ contrà ſtat.

(1.) *Quia patriæ* hoſtis ſine ſcelere â quovis, etiam filius â Patre, & pater â filio interfici poteſt & minimè lugeri debet, inſuper verò occiſor præmio afficiendus eſt, *ut l. 35. ff. de Religioſ. & ſumt. funer. ut ſup. l. 1. c. 2. th. 11. expl. 1.* deductum eſt.

C.

(2.) *Quia ex L. Valerianâ etiam Magiſtratum injuſſu populi gerens* ſive tyrannidem exercens (quod minus delictum eſt, quam perduellionis) impunè â quovis occidi poteſt, *Dionyſ. Halicarn. l. 5. c. 19. & Plut. in Comparat. Solon. & Poplic. c. 39.*

(3.) *Quia ex omnibus cauſis, ubi periculi alicujus magni metus intervenit, abſque ordinario Judicii ſtrepitu, ad illud per celeritatem prævertendum processus initium ab executione ordiri ſolet. Prout in caſu ſeditionis præruptæ, factionisq́; cruentæ & aliarum juſtarum cauſarum moram non recipientium ſtatuit Ulpian. l. 6. & 9. ff. de injuſt. rupt. irrit. fact. Teſtam. cum quâ confer. l. 16. ff. de Appell. & l. 1. cum 2. C. quando licet unicuique ſine judice vindic.*

D.

Jam verò conjurationes in harum numerum referendas, vel ex eo ſolo liquet, quod cætera maleficia tunc proſequenda ſint, cum facta fuerunt, hoc verò conjurationis crimen niſi provideatur, ne accidat, ubi evenit, fruſtra in judicium deducatur, ut loquitur Cato apud Saluſt. in Catil. c. 52. Hinc Domitianus Imperator apud Sueton. in ejus vitâ c. 22. dixit, conditionem principum miſerrimam eſſe, quibus de conjuratione compertâ non crederetur, niſi occiſis.

Et Alexandri miniſtri apud Curt. lib. 6. c. 8. Cum de ſalute regis timetur, creduli eſſe debemus, vana quoque deferentes admittere. Nullus enim cunctationi locus eſt, iis rebus quæ non poſſunt laudari niſi peracta, judicio Othonis apud Tac. 2. Hiſtor. 38. & ubi periculoſior eſt quies, quàm temeritas, juxta ejusdem judicium ap. eund. ibid. c. 21. Expertus cunctationis pœnam Gedalia Jerem. 40. verſ. 13. & 14. juncto c. ſeq. v. 2. ac poſt & inter alios Leo Armenius, qui deſtinatum Michaeli Balbo militiæ Duci conjurationis accuſato & capto ac in carcere benè cuſtodito ſupplicium ad preces Auguſtæ in craſtinum differens, illius per literas facto ſuaſu â

complicibus mane ipſo Nativitatis Chriſti Feſto in templo inter cantandum gladiis adortus, ad altare confugiens, multis vulneribus confoſſus, ac capite & dextrâ privatus eſt, Michaele ab illis ex effracto carcere liberato, & in Imperatorem evecto, uti hiſtoriam illam longâ ſerie recenſet *poſt Zonar. l. 3. ſub Michaele illo f. m. 144. & ſeq. Cuſpin. in ejus vitâ.*

Et ante illum *Titus Veſpaſianus* â fratre Domitiano, cui vitæ inſidias ſtruenti pepercerat, ſecundum quorundam tradita interfectus, uti refert *Dio Caſſius lib. 66. in f.*

Similis mora Commodo, vitæ finem acceleravit, ut refert Herodian. l. 1. c. 25. & 26. item c. 52. & ſeq.

(4) *Quia Romani & alii Gentiles, nec non Iſraelitæ & Chriſtiani hoc puniendi modo conſtanter ſunt uſi, uti multis exemplis probari poteſt*, inter quæ maximè nota ſunt, *Tiberii Gracchi* absque ullâ accuſatione & defenſione & ſuſpicione auctore P. Corn. Naſica in Capitolio ab Optimatibus interfecti ut apud *Plut. in ejus vitâ c. 26. & ſeq* legi poteſt. *Similiter Sejanus* inauditus capite multatus eſt, ob ſimilem nimiæ poteſtatis arrogantiam, & inde ortam perduellionis ſuſpicionem *Dio Caſſ. lib. 53. p. m. 628.*

Item Plautianus in Commodi palatio & præſentiâ indefenſus & quidem â Commodi filio Antonino *Xiphilin. apud Dion. lib. 76. f. m. 867. & alii â Johann Berlin. in L. Valeriâ ſive diſceptatione de hâc quæſtione ſcriptâ, relati.*

Ita etiam Ageſilaus quindecim conjuratores Spartæ, indictâ cauſâ cum Ephororum conſenſu necavit, licet ad eum uſque diem nemo Spartanus niſi in judicio damnatus capite pœnas luiſſet. *Plut. in ejus vita c. 57.*

Quibus addendus Ancræus, juſſu Regis Galliæ in ipsâ palatii areâ, duobus globis transfoſſus & trucidatus, judicio demum poſt ejus mortem de necis juſtitiâ & cauſis inſtituto, uti refert *Gramond. lib. 2. hiſt. p. m. 158. & ſeqq.*

Plane indignum vero factum fuit Imperatoris Claudii qui C. Appium Silanum amiciſſimum & propinquiſſimum â Narciſſo liberto, ideo inſidiarum accuſatum quod ab illo in ſomno viderit Imperatorem interemptum, ſuaſu accuſatoris & uxoris Maſſalinæ vitâ privavit, referente *Dione lib. 60. f. m. 674.*

Nos cum ſanioribus Politicis neutri parti ſimpliciter adhærentes diſtinguendum putamus.

(1.) *Inter Criminis hujus manifeſtam certitudinem*, per veraces indices & teſtes, indicia infallibilia & circumſtantias magno pondere conſtantes ſe exerentem, *Et ejus dubiam fidem*, per fallaces, doloſos & ex compoſito agentes indices, nullis indiciis ſpecioſis firmatam, ſed ſolâ delatione & infirmis conjecturis conſtantem.

(2.) *Inter auctores & complices magnâ auctoritate potentiaque præditos, ac ſimul feroces*, etiam auſu atque malis moribus & rumoribus notos exercituique aut plebi charos, *& inter eos*, quibus nec auctoritas, nec potentia, nec ferocitas, nec populi aut exercitus amor, neque morum improbitas ineſt.

(3.) *Inter crimen actus jam proximum*, ac â multis & magnis complicibus tentatum adeoque periculum magnum ex pœnæ mora ſecum trahens, *& inter illud*, quod in primordio adhuc ſtat, magnis adjutoribus atque periculo deſtitutum.

Poſitis his, quoad prius membrum, trium harum diſtinctionum affirmativam amplectimur, quoad poſterius negativam.

Facit huc elegans Bœcleri judicium in Diſſert. Politicâ 13. Inſtitut. Politic. ſimul ſubnexâ interpoſitum, in illo

A. *ſimul conſiſtens, vindicationem hujus criminis non tàm tractari ex formulâ juris, quam ex politicâ ratione ſtatuit, ubi plenius legi poteſt.*

Notanda hic ſunt quædam exempla illorum qui detecta conjuratione, licet illa per non contemnenda indicia probata fuerit, fidem partim cum interitu ſuo noluerunt.

Inter quos referendus Severus Imper. qui ægrè induci potuit, ut Plautianum inſidias ſibi ſtruxiſſe crederet, de quo videatur *Herodianus lib. 3. c. 41. Commodus,* qui cuidam habitu Philoſophi incedenti & inſidias â Perennio ſtructas denuncianti fidem non habuit ſed eundem Perennio puniendum permiſit *Idem lib. 1. c. 25. & 26.*

Ita quoque Florentio V. Flandriæ Comiti mulierenla quædam divinitus inſpirata ipsâ interfectionis die ſchedam obtulit his verbis ex Pſalmiſta deſumtis in-
B. ſcriptam: *Homo pacis meæ, in quo ſperavi, qui edebat panes meos magnificavit ſuper me ſupplantationem,* ſed Comes magnanimus eum interitu ſuo id neglexit, ut refertur in *magno Chronico Belgico ad Annum 1260. m. 253.*

Cæterum de crimine hoc, & ejus qualitatibus ac vindicatione exactè egit Godofred. in Comment. ad d. l. quisquis 5. C. ad L. Jul. Majeſtat.

TH. X.

Pœna conjurationibus his & perduellionibus poſita eſt quadruplex (1.) In ipſos auctores & complices (2.) In ipſorum filios (3.) In ipſorum bona & ædes (4.) In illorum inſignia & arma, uti & nomen gentilitium.

Explic.

C. I *POena auctoribus ipſis poſita maximè ſi convicti & confeſſi ſint, ſumma ratione in ſeveritate conſiſtit quoniam* crimen hoc atrociſſimum eſt. *Decian. in Tr. crim. lib. 7. c. 37. num. 1. In Dei enim vicarium, adeoque* in Deum ipſum per conſequentiam committitur, hinc *Paris de Puteo de re milit. ſub tit. quando provocatur ad pugnam, ratione proditionis num. 3. proditorem Principis, proditorum Dei nominat:*

Et in multa alia crimina coincidit, ut demonſtr. *Carpz. in prax. Crim. p. 1. quæſt. 41. num. 1. & 2. ac ideo multa ſingularia odia meretur, qualia* (1.) *quosvis teſtes* adverſus id admitti, *ut th. præc. 9.* dictum (2.) *etiam in filiis* puniri (3.) *bona* rei confiſcari, & ædes dirui (4.) *Inſignia* ejus aboleri, ut in ſeqq. expl. dicetur (5.) *In illo* crimine non appellari (6.) *Affectum & conatum* in eo puniri, & talia, de quibus videatur *Carpz. d. l. num. 3. & ſeqq. Eſtque hoc delictum tam atrox & peſſimi exempli* ut etiam ab hoſtibus in ejus perpe-
D. tratores ob ſecuritatem regnantium ſeveriſſimè, punitum fuerit, uti patet ex *Curtio l. 5. in fine & illis, quæ præced. c. 2. in Axiomate in fine adjecto deduximus*

Quare etiam Vitellius Galbæ cædis complices ultra 120. conquiri & interfici juſſit, *non honore illius, ſed tradito Principibus more munimentum ad præſens, in poſterum ultionem*, ut ſcribit *Tacit. l. 1. Hiſt. 44.*

Notabilis eſt hiſtoria, quam hiſce verbis refert Zonaras Tom. 3. Ann. ſub Imperio Theophili Imperatoris in pr. Ille Imperio potitus nihil prius habuit, quàm ut eos, qui patri ad regnum obtinendum adjumento fuerant. Leonemque interfecerant, ſuppliciis afficeret. Quorum ne quis lateret, toto Senatu in regiam convocato ſe mandatum paternum exequi velle dixit. Nam cum eos imperii parti adjutores pro dignitate remunerari cuperet Tempus ei defuiſſe, quo minus id re ipsâ præſtaret, primum bellis — impedito, deinde morbo & obitu. Sibi

igitur mandaſſe, ut id debitum liberaliter perſolveret. Proinde hortabatur eos, qui patri ad Leonem tollendum operam navaſſent, ut à cæteris ſegregarentur. Illi dolo non intellecto ſeorſim ſteterunt, ſe profeſſi eos, qui patri ejus opem tuliſſent. Tum is ſtatim perſonâ ſimulationis depoſitâ cur, inquit, uncto Domini ſceleratas manus attuliſtis, neq; homicida duntaxat, ſed & Imperatoris parricidæ extitiſtis. Et mox ad præfectum converſus jubet, ut eos abductos dignâ facinore pœnâ afficeret; Illi igitur pro homicidis ſunt mulctati. *Quibus addendum* nonnunquam ob conjurationem per pœnarum in ſontes executionem feliciter ſuppreſſam à vicinis Regibus, Principibus, Rebuspublicis ſolere Legatos gratulationis cauſâ mitti, *ut poſt Bironum ſupplicium factum eſſe refert Petr. Matth. in Hiſtor. Tom. 2. l. 5. Narrat. 5. in pr. & Thuanus l. 128. Hiſtor. f. m. 983.*

Licet verò illa pœna ex l. 5. C. ad L. Jul. Majeſt. gladii indigitatur, attamen atrociſſimum hoc crimen ſeverius puniendum JCti putant, & ideo per gladii pœnam ibi non decollationem, ſed pœnam mortis genericè denotari putant, inter quos *Scipio Gentil. lib. 1. de Conjur. c. 2. verb. ipſe quidem p. m. 39. & ſeq.*

Quemadmodum etiam illud pro qualitate circumſtantiarum & locorum obſervantiâ, quandoq; gladio, quandoque igne, quandoque diſſectione membrorum, & quandoque etiam ſeverius punitur, teſte Damhaud. in prax. rer. Crim. c. 62. n. 9. Farinac. p. 5. Oper. Crim. quæſt. 116. n. 3. Honded. Conſil. 100. n. 18. & aliis.

In Imperio noſtro ſecundum ordin. Crim. Caroli. V. art. 124. proditores & perduelles tales prius proſtrati in terram per plateas ad locum ſupplicii rapiuntur, trahuntur, aut ignitis forcipibus lacerantur, *poſtea verò* in partes quatuor ſcinduntur, pro qualitate circumſtantiarum.

De Carolo M. refert Joh. Turpinus in ejus Vitâ c. 26. quod *Gannalonem* exercitus ſui proditorem *quatuor equis totius exercitus ferociſſimis* alligari juſſerit, ſeſſoribus ſingulis equis aſſignatis, qui contra quatuor mundi cardines eoſdem admitterent, & ſic ille in quatuor diſcerptus partes interiit.

Eodem modo Brunechildem aviam Theodorici Auſtraſiæ Regis ob hunc cum aliis novem Regibus veneno interfectum procerum decreto punitam fuiſſe, refert *Trithem. in Annal. Franc. ſub Lothario 50. Rege f. 49.* Simili ſupplicio *Albertum I. Auſtriacum poſtea* Imperatorem quoſdam rebelles affeciſſe refert *Gerh. de Roo l. 2. Hiſt. Auſtr. f. 57.*

In Angliâ illi, qui in Eliſabetha necem conjuraverant, anno 1586. juxta leges regni, ſuſpenſi, dimiſſi, genitalibus abſciſſis, *vivi videnteq; exenterati, & membratim diſſecti ſunt, teſte Camd. p. 3. hiſtor. p. m. 442.*

Eodem modo illis, qui in Jacobum VI. Britanniæ Regem conjuraverant, ſupplicium illatum fuiſſe, refert Petr. Matth. Tom. 3. hiſtor. p. m. 23. atſi quod etiam pudenda, cor & viſcera cremata, poſtquam poſteriora denuò in faciem reorum protruſa eſſent, fuiſſe ex legibus regni ſimul referat.

Cum etiam Georgius Clarentiæ Dux, regis Eduardi IV. frater, citra ejus ſcitum ſorori in Burgundia Ducali viduæ opem ferre, & ſimul ad regnum capeſſendum fratrem, ut nonnulli tradiderunt, expellere vellet, eo comperto Conſilio ad regis præſentiã advocato, *ita condemnatus fuit*, ut ex Londinenſi arce extra civitatem ad patibulum traheretur: ibi *conſpiceret inteſtina ſua cremari, mox ei caput amputaretur, & cadaver quadrifariam ſecaretur. Sed à tam ignominioſâ condemnatione, hortante matre, temperatum eſt. Ejus tamen ſupplicii genus hoc fuit. In Malvatici vini dolio vivus extinctus & inde exemtus, capite truncatus eſt.* Sicut totidem ferè verbis refert *Gaguinus lib. 10. c. 26.* meminit hujus ſupplicũ etiam *Comin. lib. 1. c. 7. & Polid. Verg. Hiſtor. Angl. lib. 24. fin. ubi in cauſam inquirit, & ex quorundam relatione fuſius illam narrat. Simile ſupplicium Jacobi 1. Scotiæ Regis ſicarii ſuſtinuerunt ap. Buchan. lib. 10. in f. vid. Limn. ad Aur. Bull. Caroli IV. c. 24. §. 1. Obſ. 9.*

In Gallia conjuratores diſſectione membrorum & evulſione cordis plerumque etiam puniuntur, uti inter alios *Salcedus*, de quo vid. *Busbeq. in Epiſt. ad Imp. Rudolph. VIII. & Montecucullus anno 1536. ac Burgoinus anno 1589.* pœnam illam ſuſtinuit, uti refert *ex Jovio l. 35. p. m. 710. & ſeq. & Moriſoto in Vitâ Henrici IV. c. 19. Freinshem. ad Curt. lib. 7. c. 5. §. 40. de ſimili ferè ſed tamen aliquantum ſeveriori in Franciſcum Ravaillacum exercitâ ob interfectum Henricum IV. Galliæ regem pœnâ videri poteſt Petr. Matth. Tom. 3. lib. 6. p. m. 360. ac de pœnâ Joh. Chaſtellio inflictâ, Serreum in Inventario ſuo ſub ejus vitâ f. m. 725. & ſeq.*

In Polonia 1620. Michael Picharſchi nobilis ob inſidias vitæ Sigismundo Regi ſtructas ſimilem pœnam ſuſtinuit Piaſec. in Chron. Geſtor. f. m. 338. Brachel. l. 1. hiſtor. p. m. 45.

Quomodo Johannes Baſilides Moſchorum Tyrannus Cancellarii ſui filium poſt patrem & duos fratres crudeliter diſſectos adhuc ſuperſtitem & captum quatuor ingentibus rotis ad id excogitatis in quatuor partes diſrumpere fecerit legi poteſt apud *Oderborn, in ejus vitâ l. 7. & Guagninum Tom. 2. Rer. Polonic. p. m. 252. & ſeq. de quo plura ſeq. expl. 4.*

Apud Macedones hujus criminis reos lapidibus obrutos fuiſſe Curt. lib. 6. c. 11. poſt. pr. & in f. refert Alexander M. tamen Beſſum ob Darium interfectum duabus arboribus incurvatis alligatum in diverſas partes diſcerpſit Plut. in ejus vitâ c. 78. ſed id aliter Curt. l. 7. c. 5. in f. & Arrian. l. 4. de Exped. Cyri p. m. 255. ac Diod. Sic. l. 17. c. 83. narrant.

Simili modo Valens Imperator rebellem Procopium punivit Sozomenus l. 6. Hiſtor. Eccleſ. c. 8.

Notandum hic obiter, apud Tripolitanos & alios maritimos Barbariæ in navibus aliquod enorme delictum committentem quatuor navigiis manibus & pedibus alligari, ac ita per veliſicationem contrariam dirumpi, ut refert Dapper in Deſcript. Africæ f. 167.

Complices & conſcios (qui *Saluſtio in bello Catilin. c. 22. & c. 24. populares vocantur,* de quo etiam conſuli poteſt *Rubenius l. 1. electorum c. 14.*) *quod attinet, licet l. 5. §. 6. C. ad L. Jul. Majeſt. expreſſe ſtatuat, illos non minus quam auctores ipſos eodem pœnæ genere afficiendos eſſe; Attamen quia inter hos & illos, nec non inter illos ipſosmet non levis interdum intercedit differentia, æquitas ipſa poſtulat, ut aliqua pœnarum varietas inter tales adhibeatur, imprimis quia plerq; ex his non ſponte, ſed auctorum precibus, pretio & perſuaſionibus in tanti criminis conſortium trahuntur. Ideoque etiam æquitas exigit, ut vocabulum conſcius in d. §. 6. non pro illo, qui ſolo modo ſcit, ſed cum reliquis eandem perficiendi criminis voluntatem habet, & operam opemque præſtat, intelligatur, ſicut etiam illud* in Criminibus & aliàs in eo ſignificatu ſumitur, ut latè demonſtrat *Albert. Gentil. ad d. tit. & leg. Diſp. 4. p. m. 87. & ſeq. & Diſp. 3. p. m. 49. & ſeq. Vide tamen Scip. Gentil. de conjur. lib 1. c. 9. verb. aſt lex conſcios, ubi tradit etiam nudum conſcium, niſi conjurationem detegat, ſevere puniendum eſſe, quia conſcientia hic punitur non amicitia.*

Si verò tales ſimul in miniſterio ejus, in quem conſpiratio mota, fuerint, adeoq; perjurium cum perfidiâ mixtum commiſerint, parum gratiæ videntur mereri. *Sane cum Henrici Deſſiati & Ducis Bullionei ac Aurelianenſis conſpiratio contra Cardinalem Richelium, & ut arguebatur non tamen probabatur ſimul contra regem concepta anno 1642. detegeretur. Cardinalis hic crimen id adeo urſit, ut non ſolùm Deſſiatus ſed etiam Franciſcus*

Auguſtus Thuanus, cui tamen ultra ſcientiam & reticentiam ſceleris parum imputari poterat, inaudita accuſatione & jam abſente Rege Lugduni capite plexi fuerint, Bullionæus autem tradito Sedano in Regis gratiâ conſervatus ſit, ut brevibus *Priolus l.1. de Rebus Gallic. c. 6. & latiſſimè Siri in Mercurio ſuo Tomo. 2. l. 3. f. 1184. ex multis ſeq.* memorat, addens, Aurelianum ſimpliciter in gratiam Regis receptum eſſe. Ubi etiam p.1224. & ſeq. duas in Thuani mortem factas inſcriptiones ſimul refert, & legi meretur, cui junge *Abelin. in Theatro Europ. Tomo. IV. f. 824.*

Quæritur hic: An ille cui crimen tale extra conſcientiam innotuit, vel complicitatem, ita loquendo, illud omnino revelare teneatur, ſub gravi pœnâ ſilentio poſitâ & imminenti?

Nos affirmativam veriorem putamus, quia unicuiq; incumbit, Principem ſuum ſalvum conſervare & habere, & qui cogitatam in aliquem contumeliam non indicat reus eſt iniquitatis Lev. 5. verſ. l. 197. ff. de V. S.

Quantum inde periculum Erballino ex præſuppoſito, quod per triduum, conſpirationem detectam Alexandro M. non detuliſſet, *ortum fuiſſet*, niſi ſe Philotæ illam ſtatim aperuiſſe ex hujus ipſius confeſſione probaſſet, *& quomodo Philotas* hic ob non revelatam illam & inde ſuſpitionem conſcientiæ ortam torturæ ſubjectus ac tandem ob confeſſionem ſive veram ſive falſam tormentis expreſſam more Macedonum tanquam criminis Majeſtatis reus ſaxis obrutus fuerit, legi poteſt apud *Curt. lib. 6. c. 7. & ſeqq.*

Non tamen inde requirimus ab eo accuſationem Legalem, ſed nudam revelationem & periculi imminentis detectionem abſque onere probandi factam vid. *Brunnem. in Comm. ad d.l.5. C.d.tit.§.6. & Albert. Gentilem. d. diſp. 4. Schoeck. de Sedit. lib. 2. c. 15. p. 599. & ſeq.*

II. Cur hoc crimen etiam in reorum filiis puniatur, cùm alias pœna ſuos tenere debeant autores, nec delicta patrum filiis nocere. l. 26. ff. d. pœn. & tot. tit. C. ne filius pro patre, & quoad hanc ipſam facti ſpeciem 2. Reg. 14. verſ. 6. & Chron. 25. verſ. 4. quibus locis jungendi ſimiles *Deut. 25. verſ. 16. & Ezech. 18. verſ. 20. & in jure civil.* ipſorum inter Imperatorum Arcadii & Honorii conſtitutio in *l. 22. C. de pœnis* (quo circa pœna illa *Ciceroni Epiſtol. ad Brut. 11. & 14. & l. 3. de Nat. Deorum c. 38. crudelis videtur*, quibus addi poteſt, quæ *Grot. l. 2. de jure bell. & pacis c. 21. n. 13. & in notat. ibidem. Sicuti etiam olim apud Romanos a Romulo uſque invaluit, uſque ad A.V.C.269. & ulterius, ut ne proditorum quidem liberi ob delictum parentum punirentur* ſicuti tradit *Halic. l. 8. c. 92.* idque exemplo filiorum Caſſi probat. Quod etiam *imperator Ferdinandus II. religioſè obſervavit, ut memorat Lamormain. De illius Virtut. c. 23.) Ratio hæc in Jure redditur, non quia peccarunt ſed quoniam ſecundum Græcos per naturam fieri vix poſſet, ut ex malis parentibus boni naſcerentur filii referente Halicarn. l. 8. c. 92. vel quia paterni ſceleris in iis metuuntur exempla d. l. 5. C. ad L. Jul. Majeſt. & Marcell. l. 28. p.m. 368.* quod in *Pacomo Agrippino notavit Tacit. An. 16. c. 28.*

Compertum enim eſt ex experientiâ & hiſtoriis, filios vel etiam liberos parentum vitiorum & morum fuiſſe hæredes & æmulos:

Inprimis verò criminis hujus, ut aliquot exemplis poſt alios probat Bellermont. Diſſert. 60. Höping de Jure inſign. c. 18. n. 105. & ſeq. nec non *Condit. d. fid. polit. l. 1. c. 3. n. 3. & ſeqq.* quare ita *Tertull. lib 4. Adverſus Marcionem poſt. pr.*

Authores ſcelerum (facinus ne creſceret ultra)
extinxit, ſobolemq; patrum peccata ſequentem.

Et quia creduntur vindices futuri Paterni ſupplicii, quod etiam pro ratione affert *Juſtin. lib. 21. c. 4. ſcribens idco ob conjurationem in Carthaginis ſuppreſſionem*

A. *vel ſubjugationem interfecti Hannonis filios & cognatos omnes etiam innoxios ſupplicio traditos fuiſſe, ne quiſquam aut ad imitandum ſcelus aut ad mortem ulciſcendam ex tàm nefariâ domo ſupereſſet. Cicero verò in Epiſt. ad Brut. 12. elegantem hanc reddit rationem, ut caritas liberorum amiciores parentes Reipubl. redderet; Quæ ratio potior videtur eſſe quàm prior, cùm alias in Jure non inſolitum ſit, ad alios terrendos & propter exempla quandoq; magnum delictum, gravius puniri, de quo latè agit Freinsh. ad Curt. l. 6. c. 11. n. 20.*

Ut ut verò nonnulli eximii JCti & Politici interque illos Budæus in annot. ad ff. ad L. Jul. Majeſt. & Balduinus in prolog. ad Inſt. de publ. Judic. hanc pœnam quoad liberos ſcil. in d. l. 5. §. 1. C. ad L. Jul. Maj. conſtitutam per dict. l. 22. C. de pœnis correctâ putent, ob hanc in poſteriori contentam rationem, quod delicta debeant ſolùm tenere autores ſuos. Attamen alii rectiùs contrarium ſentiunt, tùm quia illa ſolum de propinquis & familiaribus loquitur *tùm* quia illa de pœnâ æquali

B. qua ſcilicet ipſimet auctores plectendi, intelligenda eſt, *ut ex verbis*, calumnia, ſocietas ſceleris & nefarium crimen, patet. *Quos juvat diſpoſitio Juris Canonici in c. felicis 5. de pœn. in 6. & Conſtitutio A. B. tit. 24.* vide tamen *Limnæum ad d. c. obſ. 11.*

Notabile inprimis ex recentiori hiſtoriâ eſt exemplum in familiâ Ruvenâ Scotia, in quâ Gulielmus pater Henrico Scotiæ regi, & filius illius Joh. & Alex. Jacobo VI. hujus filio nefarias vitæ inſidias ſtruxerunt, ut refert *Thuanus lib. 124. f. m. 910. & Botoranus l. 7. Comm. p. m. 239. & ſeq.*

Illud ſingulare eſt quod apud Romanos M. Manlio perduellionis accuſato, ſtatutum fuerit, ne quis deinde M. Manlius vocaretur, referente Liv. lib. 6. c. 20.

Eſt verò pœna illa filiis deſtinata ex Conſtitut. Arcad. & Honor. Impp. in d. l. 5. §. 1. hæc: quod ab omni proximorum ſuorum hæreditate ac ſucceſſione habeantur

C. *alieni, ex teſtamentis extraneorum nihil capiant, ſint perpetuò egentes, paterna infamia eos ſemper comitetur, ad nullos honores & nulla ſacramenta perveniant, ſint poſtremò tales, ut his perpetuâ egeſtate ſordentibus ſit & mors ſolatium & vita ſupplicium.*

Cum filiabus autem in hoc delicto mitius agitur, quia ob ſexus verecundiam & conditionem, tale quid in illis non metuitur *vid. d. l. 5. §. 3. & Gentil. de conjur. lib. 1. c. 5. verb. mitior. &c.*

Occurrunt tamen in hiſtoriis exempla etiam filiarum unà cum patribus & fratribus ob tale crimen punitarũ.

Ita enim Felicianus una cum filio, duabus filiabus, genero, & ejus filiis, uti & totum illius genus, exceptis cum filiû unâ nepotibus ultimo ſupplicio ob crimen hoc in Carolum Ungariæ regem commiſſum, affecti ſunt, referente Bonfin. rer. Ung. Dec. 2. lib. 9.

Graviſſima quoque fuit vindicta quâ Friderici II.

D. *Imperatoris militia Duces in illâ conjuratione adverſus Dominum ſuum initâ ſed detectâ omnes complices uſque ad quartum & quintum gradum primo oculis, deinde vitâ per comburium puniverunt, ita ut regnum utrumq; Siciliæ univerſum vindicta hujus ſeveritatem ſenſerit, ut refert Collenut. l. 4. hiſt. Neapolit. p. m. 170.*

Singulare illud planè eſt Severum, Imperatorem, interfecto ob crimen Majeſtatis Plautiano filiam ejus quæ tamen filii Antonini uxor erat, unâ cum filio ſuo ex hoc matrimonio concepto pœnæ causâ in Siciliam relegaſſe, licet illa planè innocens maximè verò filius ille Antonini nullo modo puniendus eſſet. Herodian. lib. 3. 43.

Uti etiam illud, quod in ſententiâ quâ Ravaillacus ob necem in Henricum IV. Gall. Regem perpetratam, condemnatus fuit, fratribus, ſororibus & gentilibus ejus ſub ejuſdem ſupplicii pœnâ, ſcelerati nominis gentilitii immutatio ſimul injuncta fuerit, ut refert Petr. Matth. d. l. p. 361.

Apu

Apud Perſas delictum hoc in toto genere delinquentis puniri tradit Claudian. in Entrop. l. 2. ante fin. ibi.

Rarus apud Perſas Regum cruor, unaq; toti
Pœna manet generi - - - -

Exemplū occurrit in lib. Eſtera. c. 9. v. 10. & ſeqq. Idem apud Macedones obſervatū, ſed poſtea ab Alexandro M. ſublatum fuiſſe, narrat Curt. lib. 6. circa fin. & l. 8. c. 8.

Plura vide apud Machiav. l. 3. diſc. ad Livium 6. ſub tertio periculorum genere p. m. 466.

III. *Quoad reorum horum bona ſciendum, ſi crimen illud ſtatim notorium aut ab ipſo reo negatum non ſit, ſtatim ab illius commiſſione fiſcum* in illius bona jus quæſitum habere, nec ſententiâ declaratoriâ ad id opus eſſe *l. 6. §. 6. ff. de Jure fiſci l. fin. ff. ad L. Jul. Majeſt. Conſtit. Caroli. IV. Imp. in A. B. tit. 24. & ord. Crim. Carol. V. Imper. art.* 218. *quod etiam in pœnâ banni obtinet, ut conſtat ex iis, quæ ſupra l. 2. p. 2. ſect. 2. c. 4. th. 5. in expl. n. 3. dicta ſunt, & habet Franzk. in Exerc. ad Inſtit. 14. quæſt. 7. ſi verò notorium non ſit, à tempore* latæ ſententiæ condemnatoriæ, quæ tunc omninò neceſſaria eſt, fiſco demū applicari, de quo idem ibidem legi poteſt.

Quæritur hic (1.) An publicatio vel confiſcatio bonorum, in ſolo perduellionis crimine, an verò etiam in crimine Majeſtatis in ſpecie locum habeat?

Propriore membro apertè pugnat L. ult. ff. ad L. Jul. Majeſt. & §. 5. Inſt. de hæredibus quæ ab inteſt. Sed videatur Scipio Gentilis de conjur. lib. 1. ad verba L. quisquis verſ. bonis ejus omnibus, ubi latè de eâ agit, *& tres caſus læſæ Majeſtatis ponit.*

(2.) An etiam bona feudalia tam agnatis quàm domino adimantur & fiſco applicentur?

Antequam ad Quæſtionem ipſam reſpondeamus, præmittere volumus, Vaſallos ſimplices, qui ſcilicet Domino alicujus territorii ſolâ fidelitate & ſervitiorum præſtatione, non verò ſimul homagiali ſubjectione obligati ſunt, *propriè quidem crimen Majeſtatis non committere per textum in Clementinâ Paſtoralis §. rurſus, ibi non ſubfuit, de Re ſentent. & Re Judicatâ ac communem Doctorū opinionem*: de quo conſuli poteſt *Bidenbach. Quæſt. Nobil. 2. n. 13. Weſenbec v. 1. conſ. 1. n. 57. Struv. in Syntagm. Jur. Feud. c. 8. th. 6. n. 9. Carpzov. l. 4. Reſp. 70. n. 24. Quoniam verò hodie* omnes Principes, Comites & Barones uti etiam alii Domini immediati vaſalli ſimul & ſubditi Imperatoris & imperii ſunt, ut id benè demonſtrat *Sinold. in Colleg. Publ. vol. 1. Diſp. 6 th. 30. lit. D.* illos in crimen Majeſtatis incidere poſſe dubitandum non eſt. *Nunc ad quæſtionem* ipſam tranſeundo rationes pro & contra adducemus & noſtram opinionem ſubjungemus.

Pro fiſco ſupremi Domini militāt ſequētes rationes.

Quia. (1.) *in d. l. quisquis C. ad L. Jul. Majeſt. & l. 2. C. de Falſâ Monetâ* expreſſis & generalibus verbis ſancitum eſt, univerſa rei bona fiſco applicanda eſſe.

(2.) *Idetiam* in aliis regnis e. gr. regno Galliarum ita conſtitutum eſt, per Edictum ſcilicet Franciſci I. Regis relatum in *Codice Henrici III. l. 8. tit. 5.*

(3.) *plerіq; magni* nominis JCti idem tradunt, ut videri poteſt in *Conſiliis Tubingenſ. P. 4. conſil. 153. n. 1. & ſeq.* ubi plures rationes referuntur.

Pro agnatis verò etiam multi magni JCti pugnant, & quidem in ſpecie *quo ad feudum antiquum & ex pacto & providentiâ, quia in hoc* iis jus per inveſtituram ſive pactum à majoribus cum Domino feudi initum ſemel acquiſitum eſt *c. ſi capitanei 1. Feud. 14.* adeoq; ſine facto illorum adimi non poteſt *L. 11. ff. de Regul. Jur. & ſimil. & aliàs iniquum foret,* ut illi ob delictum alterius jure ſuo, in primis, quia illud non à delinquente, ſed beneficio primi concedentis ac acquirentis habent, privarentur, *Vultej. l. 2. Feud. c. 11. n. 71. Licet enim* filiis & deſcendentibus ob patrum delicta feuda ſimul adimantur. *Id tamen in agnatis* non ſemper locum habet *c. unico 2. Feud. 31.* cujus rationem reddit *Gail. l. 2. de Pace Publ. obſerv. 13. n. 12.* ubi legi poteſt.

A. *Et hanc opinionem,* niſi textibus Juris feudalibus expreſſis contrariaretur, validioribus rationibus & argumentis niti *Vultej. d. n. 71. p. m. 443. & ſeq.* tradit multos magnos JCtos tanquā ejus defenſores allegans.

Sed huic opinioni, ut juri feudali & praxi contrariæ inter alios validè ſe opponit *Beer. in Tr. Quatuor Quæſt. Feudal. Quæſt. 3. & 4. Merenda l. 6. controv. c. 16. & ſeqq. Excipiunt tamen nonnulli Doctores* pro agnatorum jure quosdam caſus, quos refert *Vult. d. l. & Gail. l. 2. Pace Publ. obſ. 13. n. 17. & ſeqq.*

Et tandem pro feudi domino mediato contra fiſcum & agnatos hæ rationes, *quibus omninò ſtandum eſt.* 1. *quia in c. Felicis 5. verſ. ſi quà vero de Pœnis in 6.* expreſſe ſtatuitur feuda in hoc delicto non ad fiſcum ſed Dominum deferri.

2. *quia in d. c. unico 2. Feud. 31. c. un. §. ult. 2. Feud. 24. & c. un. 2. Feud. 37.* talia feuda non fiſco ſed Domino vel agnatis attribuuntur.

B. 3. *Quia ſicut vaſallus* feudum per contractum in præjudicium Domini alienare non poteſt tot. tit. de prohibitâ feudi alienat. *ita nec* id per delictum alienare poteſt, cum utriusq; in jure par ſit ratio & effectus *argum. l. omnem 20. ff. de Judiciis & c. fin. de Foro competente, Everhard. in Topic. loco 42. n. 1. & 3. & Stephani in Dialect. Jur. l. 2. loco* 102. Et prohibitus alienare etiam prohibetur actum exercere, qui alienationi cauſam dat. *argum. l. 38. §. mater 7. ff. de Legat. 2.*

4. *Quia hæc opinio* communi Doctorum calculo approbata eſt, ut in d. Conſilio, n. 90. & 159. ac apud Vult. d. n. 71. legi poteſt.

5. *quia Eadem* per legem publicam, nempe *Capitulationem Ferdinandi III. Ferdinandi IV. & invictiſſimi noſtri Imperatoris Leopoldi art. 27. ſtabilita eſt.*

C. *Circa ædes verò reorum notandum, jam apud Romanos veteres illas dirutas eſſe: Ita enim Regis Tarquinii tanquam hoſtis patriæ domus ſolo æquata eſt apud Plutarch. in Poplic. c. 11. & Melio juſſu Cincinnati,* à Servilio equitū Magiſtro interfecto, *ille Dictator in Orat. ad populum apud Livium. l. 4. c. 15. Nec ſatis, inquit, eſſe ſanguinis ejus expiatum, niſi tecta parietesq; intra quæ tantum amentia conceptum eſſet, diſſiparentur, Liv. lib. 4. c. 15. Similiter jam ante Caſſio conſule perduellionis damnato diruta ſunt ejus ædes; Idem l. 2. c. 41. & Halic. l. 8. c. 91. & ædibus Manlii Capitolini idem contigit, referente Cicer. in orat. pro Domo c. 38. & Dione apud Imperatorem Conſtantinum in Excerptis p. 583. Sic Ciceronis quoq; & Syllæ ædes apud Appian. l. 1. Bell. Civil. p. m. 663. tanquam patriæ hoſtis ædes quoq; diruta ſunt referente ipſo in Orat. pro Domo c. 23. & 24. ac Dion. lib. 38. f. m. 70.*

D. *Illudq; etiamnum obſervari, uti poſt alios teſtatur Gomez. de delict. c. 2. rubr. de crimine Læſæ Majeſtatis.*

Solent quoque areæ ità inculta & inædificata manere, ut de Domo Melii & M. Manlii refert Cicero d. l. c. 38. de poſteriori addens ſuo adhuc tempore illam everſam duobus lucis conveſtitam fuiſſe.

Ac ſal in illas in ſignum ſolitudinis futuræ ſpargi. Ita Venetiis Theupoli & Quirini conjuratorum Principum ædes ſolo æquatæ ſunt, & poſterior in macellum converſa eſt, ut refert Juſtinianus in Hiſtor. Veneta l. 3. ante fin.

Ita Ludovicus XI. Galliæ Rex, Johannem quendam ei venenum exhibiturum capite punivit, ejus corpus in quatuor partes diſſecari, & natalem domum ſine ullâ reſtitutionis ſpe everti curavit, ut refert *Gaguin. lib. 10. hiſtor. c. 16.*

Ita quoq; Carolo I. Pio dicto Flandriæ Comite à Bochardo Stratio per conjurationem Brugis in templo interfecto, ejus & omnium complicum ædes dirutæ, reſtitutione interdicta, referente Marchantio lib. 2. Flandriæ ſub Carolo illo p. m. 212.

Simile evenit domui Comitum de Culenburg Bruxellis anno 1568. ob conjurationem in Reg. Hiſpan. Philipp. II.

Comite imputatam inſcriptione columna marmorea inſculptâ apud Meter. lib. 3. hiſt. p. 139.

Quibus tandem addendum Innocentium IV. Pontificem conſtituiſſe, ut qui Cardinalem hoſtiliter fuerit inſecutus vel percuſſerit, cum complicibus & receptatoribus crimen læſæ Majeſtatis incurrere, *ejusque domus diruta, ac in perpetuum deſolata manere debeat*, ut legi poteſt in *c. 5. de Pœnis in 6.*

Ita quoque Legibus Atticis proſpectum fuit, ut adverſus Rempubl. conſpirantium ædes diruerentur, & in areâ pila vel columna cum condemnatione elogio ponerentur, & oſſa inſuper extra patriam, cujus hoſtes judicati erant, projicerentur, ut oſtendit Herald. in Animadv. ad Jus Atticum & Romanum l. 3. c. 11. n. 5. & 6.

IV. Arma & inſignia reorum, uti & nomina Gentilitia hujus criminis aboleri & deſtrui, etiã ex antiquitate ortum eſt. Moris enim fuit apud antiquos, tyrannorum ut aliorum ſceleratorum memoriam & honorem plane delere, & ideo illorum inſignia, clypeos, effigies frangere, & ſolo affligere.

Ita enim Domitiano interfecto Senatus non ſolum valdè lætatus eſt, ſed etiam ejus clypeos & imagines coram detrahi, & ibidem ſolo affligi juſſit, noviſſimè eradendos ubique titulos, abolendamque omnem memoriam decrevit *Suet. in ejus vitâ c. 23.*

Ita etiam jam ſub Conſulum Imperio M. Manlio perduellionis damnato, decreto, ut jam dictum, cautum fuit, ne quis deinde M. Manlius vocaretur Liv. d. l. 6. c. 20.

Hinc etiam Imperatores in L. Judices 12. C. de dignit. ſtatuunt, ut ſcelerati Judices ablatis Codicillorum inſignibus & honore exuti inter peſſimos quosque & plebejos habeantur, nec ſibi poſthac de eo honore blandiantur, quo ſe ipſos indignos judicaverunt: Omnem enim honorem reatus tollit l. 1. C. ubi Senator. vid. L. Senatoris filia 47. ff. de ritu nupt. & l. eorum 24. ibique Bart. n. 1. ff. de pæn. Tiraquell. de nobilit. c. 6. n. 15. & c. 27. n. 116. Matth. de Afflict. in Comm. Feudali ad tit. Quæ ſint regalia §. & bona committentium n. 13. Caſſan. in Catal. glor. mundi P. 1. conſid. 38. Concl. 42. Boër. de Seditioſ. §. 7. & ult. n. 64. Martin Laudens. de crimine Majeſt. quæſt. 41. Renard. l. 3. Conjectan. cap. 16. Felin. de Titul. honor. l. 1. c. 70.

Ita in ſententia contra Joh. & Alex. Ruvenos Gauriæ Comites, qui Jacobo VI. Scotiæ Regi, nefarias ſtruxerant inſidias, *Ruvenorum nomen, tanquam infame & deteſtanda memoria omnino abolitum, decretumque ut ſuperſtites duo fratres gentilesque omnes eo depoſito maternum aut alterius familia adoptiva, aliena item inſignia, avitis amiſſis ſumerent. Thuan. lib. 124. hiſtor. f. m. 908. & ſeqq. & Boterani Comment. Hiſt. l. 7. p. m. 259. & ſeq.* ubi totam hiſtoriam, quomodo Rex ex his nefariis inſidiis eluctatus fuerit, lectu dignam recenſet. *Ita quoque poſtquam Ann. 1271. Abbas Fuldenſis Bertholdus de Leupolds à ſuis ſubditis atque Vaſallis ſuis occiſus, familia* der von Steinau/ *ut pote correa inſignia mutare fuit coacta & loco priorum aſſumere tres rotas & tres novaculas teſte Joh. Bangen. in Chron. Thuringia. p. m. 105. ad d. annum.*

Similiter Caroli Borbonii Ducis inſignia revulſa leguntur ob crimen Majeſtatis, in Regem Galliæ Franciſcum I. commiſſum Sleidan. lib. 6. comm. ad ann. 1527. p. m. 146. & Pasquier. des Recherch. de la France l. 5. ch. 15. f. 589.

Ita quoque anno 1663. 24. Iul. Corficio Comiti Ulfeldio & ejus deſcendentibus propter illud crimen commiſſum inſignia adempta, ac à Carnifice confracta fuêre Diar. Europ. contin. 9. p. 439.

Illud tanquàm ſingulare hic memorandum, Carolo I. Comite Flandriæ à Bocharto Stratio Anno 1126. Brugis,

A. *ut modo dictum, per conjurationem interfecto, præter pœnam auteri & complicibus illatam hoc quoque pœna adjectum, ut progenies Stratia quotannis adhuc ad fores D. Donatiani templi ſexto nonas Martias, per Cornicinem execraretur, referente Marchantio l. 2. Flandr. ſub Carolo. illo d. p. 212.*

Nec ſilendum hic eſt, Johannem Baſilidem Magnum Moſchorum Ducem in conjuratione illâ 1567. detectâ, omnes complices cum uxoribus, liberis, famulitio, animalibus, canibus & catis, imo etiam piſcibus in aquis ſtolido judicio ad mortem damnaſſe & craxiſſe, ut refert Salomon Henningius in Chron. Livoniæ. Churlandice diverſis in locis, cum quo, exceptis piſcibus, conſentit Guagninus Rer. Polon. Tom. 2. ſub Moſchoviâ c. 5.

V. Quæritur hic: An conjuratoribus talibus effectu non ſubſecuto ſit ignoſcendum an verò pœna infligenda?

Reſp. Pro negativâ, pugnant ſeqq. rationes.

(1.) *Quia* conjuratores tales rarò veram pœnitentiam agunt, *præſertim* ſi Magiſtratum ſuum vel odio proſequantur, vel contemtui habeant, de cujus cauſis ſupra *lib. 2. parte 1. c. 9. th. 4. Expl. 3. dictum. Quem enim quisque odit, periiſſe expetit.*

Et quem contemnit, non timet.

Obſervavit hoc Craterus Alexandri M. Conſiliarius de Philotæ inſidiis ita ſentiens: *Ille ſemper inſidiari tibi poterit, tu non ſemper Philota ignoſcere: Nec eſt, quod exiſtimes, eum, qui tantum facinus auſus eſt, veniâ poſſe mutari. Scit eos, qui miſericordiam conſumſerunt, amplius ſperare non poſſe, ap. Curt. lib. 6. c. 8.*

Apud Eundem lib. 7. c. 5. de Beſſo, hoc judicium fertur. Nullis meritis perfidia mitigari poteſt.

Referenda huc eſt ex Lampridio in Antonio Diadumeno c. 8. Epiſt. Ant. Diadumeni ad patrem Macrinum ſcripta, hujus contenta: Non ſatis, mi pater, videris in amore noſtro tenuiſſe tuos mores, qui tyrannidis affectata conſcios reſervaſti ſperans eos vel amiciores tibi futuros, ſi iis pareeres, vel ob antiquam familiaritatem dimittendos: quod nec debuit fieri nec potuit. Nam primum omnium jam te exulcerati ſuſpicionibus amare non poſſunt, denique crudeliores inimici ſunt, qui obliti veteris familiaritatis ſe inimiciſſimis tuis junxerunt. Quibus conformia ſunt, quæ habet Dio lib. 66. f. 753. his verbis: Adeo homines malo ingenio præditi nullis beneficiis vincuntur, quando Tito paravêre inſidias, à quo tot beneficia acceperant. Hinc etiam Jacobi VI. Angliæ & Scotiæ Regis gratia conjuratoribus facta, prudentibus multis improbata fuit, ut tradit Petr. Matth. in hiſtor. Gall. Tom. 2. part. 2. narr. 5. p. m. 199.

Vide tamen exempla in contrarium ſeq. th. 11. expl. 7. cum limitationibus & diſtinctionibus.

D. VI. *Notandum hic etiam talis criminis reos non ſemper directè, id eſt per ordinarium Magiſtratum, ſed etiam quandoque indirectè vel ex vindicta privatâ eorum, qui interfecti amici ac fideles ſunt, vel à Deo ipſo immediate puniri.*

Prioris pœna exemplum eſt in Eliſabetha Hungariæ Regina, quæ ob adornatam Carolo Siciliæ & Hungariæ Regis necem, una cum complice Nicolao Palatino & Percuſſore Blaſio Forgach *à Joh. Hervato Croatiæ Præfecto Caroli fideli in itinere capta & ad ſupplicium tracta eſt, referente Bonfin. Dec. 3. lib. 1. f. m. 393. & ſeq.*

Poſterioris in tribus illis ſeditionis & rebellionis capitibus Core, Dathan & Abiram juſto Dei judicio à terrâ abſorptis Num. 16. v. 32. & ſeq.

TH. XI.

Remedia contra conjurationes tales ſunt (1.) Pietas & preces ardentes, ad Deum fuſæ (2.) ſufficiens & fidum præſidiũ ad latus ſemper poſitum.

poſitum (3.) Diligens & tecta in omnes ſubditorum & peregrinorum animos, actiones & mores, inquiſitio (4.) Innocentia vitæ & probitas regiminis (5.) Provida & cauta in ſuos fiducia (6.) ſevera in deprehenſos conjuratores animadverſio vel (7.) illâ nihil proficiente benigna venia, clementia ac beneficentia conjurantibus exhibita.

Expl.

I. *DE pietatis & precum ardentium inſigni ad protectionem divinam & malorum averſionem obtinendam effectu cap. ſin. th. 11. dicetur, & aliàs in genere ſupra l. 2. part. 1. c. 6. th. 2. expl. 1. n. 2. indicavimus.*

Quod verè Deus ter Opt. Max. ſuos in hiſce terris Vicarios miris à periculis graviſſimis modis protegat & liberet, etiam ex prophanis hiſtoriis ſatis patet; ſiquidem exempla talia ſunt obvia, imprimis verè ſingularis protectio divina, ſe in illâ conjuratione, quam Alexander & Johannes Ruvens fratres adverſus Jacobum VI. Scotiæ Regem ſceleratiſſimo animo machinati ſunt, apparet: Rex enim hic ſub ſpecie theſauri manifeſtandi ab Alexandro in ſuas ædes Perthi blandiſſimis & humillimis verbis ac perſvaſionibus invitatus & allectus & tandem poſt prandium per quatuor conclavia ſemper à tergo obſerata in cubiculum deductus, inermis à nefario iſto parricida pugione adortus, vitam ſuam mirabiliter conſervavit, & ex iſtius & complicum manibus evaſit, uti totam hiſtoriam latè pertexuit Thuan. d. hiſt. lib. 124. f. m. 907. & ſeqq. Boterus in Comm. hiſtor. lib. 7. p. m. 239. & ſeq. & Camden. P. 4. hiſter. p. m. 770.

Plura exempla d. lib. 2. p. 1. c. 6. th. 2. expl. 1. n. 2. adducta ſunt.

II. *Præter divinam protectionem quoq; Principes quodammodo licet non ſemper a Conjurationibus ſibi cavere poſſunt, & quidem ſi ſibi de fido & ſufficiente proſpiciant præſidio vel Satellitio,* de cujus neceſſitate & utilitate ſupr. *lib. 2. parte 2. ſect. 1. c. 3. th. 3. expl. 5.* diximus, ubi ſimul demonſtravimus neglectum ſatellitium Julio Cæſari exitiale fuiſſe.

III. *Exploratores quoq; principibus aliqualem adverſus conſpiratores & conjuratores ſecuritatem præſtare & contra conſpirationes remedium eſſe poſſe extra dubium eſt. Ex loquelis enim, actionibus & moribus ſubditorum peregrinorum, indicium de benè vel malè affectis illorum animis ſatis deſumus, & ex unâ ac alterâ ſuſpicione, conjecturâ vel præſumtione in arcana ſcelera aliquo modo deſcenſus fieri poteſt, ut paulo ante th. 8. expl. 4. demonſtratum eſt. Videri poſſunt quæ ſupra d. th. 3. & expl. 5.* de exploratoribus hiſce & ſimilibus occultis miniſtris annotavimus. *Quibus porro addendum, non ſemper indicia propalanda eſſe à Principe ſed quandoque pro re natâ reticenda & reprimenda, quo* ſolum ſæpè inſidiarum evitandarum remedium eſt, ſi non intelligantur *Tac. l. 14. Ann. c. 6. cujus exempla hinc inde occurrunt, & inter alia nobis præbent Principes & Senatores Carthaginenſes ap. Juſtin. lib. 21. c. 4.* ad quem locum vide *Thyſium.* Aliud exemplum refert *Plut. in Alcibiad c. 56.*

Prudenter etiã hoc obſervavit Cardinalis Richelius, cùm enim cognoviſſet inſidias ſibi à Gaſtone Regis fratre ſtrui, ita ut poſtero die è Floriaco, ubi tunc degebat, captivus abducendus eſſet, noctè inde digreſſus Gaſtoni ſurgenti ad Fontem Belleaqueum ex improviſo adſtitit, & tanquam rei illius ignarus induſium moris & officii cauſâ obtulit; referente Vittor. Siri. Tom. 2. hiſt. l. 3. f. 1509. & ſeq.

IV. *Innocentiam vitæ & probitatem regiminis quod attinet, jam ſupra lib. 2. Part. 1. c. 9. th. 5. expl. 3. inter alia ex Plinii Panegyr. c. 19. demonſtravimus, illam fidiſſimam Principis eſſe cuſtodiam, arcem inacceſſam &*

A. *inexpugnabile munimentum: Deduximus quoq; ibid. ex innocentiâ hac, item lenitate, clementia, beneficentiâ & largitionibus oriri benevolentiam ſubditorum & tutam ſecuritatem.*

Quoad hoc crimen hiſce virtutibus adjungimus ſobrietatem & vigilantiam, quia nemo ſobrio, vigilanti & curioſo Principi facilè inſidias ſtruit, & contra illum ob metum, illius curioſæ vigilantiæ & providentiæ patefuturi criminis conjurat. *Licet etiam* in tales & innocentiſſimos furor hominum & impietas non rarò deſævierit.

V. *Cum nemo citius opprimatur, quàm qui nihil metuit, & omnibus fidit, omnino princeps* in fiduciâ erga ſuos & illos, qui ſeſe humillimâ ſubmiſſione commendatos faciunt, *providus & cautus eſſe debet, ne fictâ & falsâ* veneratione ac probitate decipiatur, uti ſæpius, imprimis verò *per Clericos* ſub ſpiritualis ſimplicitatis & ſanctitatis colore factum: *Sicut accidit Henrico IV. Galliæ Regi qui* in Lupari & ſuo cõclavi à *Joh. Chaſtello*

B. Jeſuitarum alumno per medios proceres in cubiculum usq; ad regẽ penetrante, *cultro in os infixo graviter vulneratus fuit*, ut inter alios refert *Serrent in Inventario ſuo ſub illius vitâ f. m. 725. & ſeq.*

VI. *Quia crimen hoc omnia alia quæ in Deum ter Opt. Max. nõ committũtur, atrocitate ſuperat, ut præc. th. 10. expl. 1. deductum & ejus ſuſceptores* tantæ plerumque inſtinctu Diaboli pervicacitatis ſunt & præfrictæ malitiæ, ut raro eos pœnitentia occupet, & ſpes melioris vitæ tueatur, *ad deterrẽdos verò cæteros mortales ſeverâ animadverſione in tales opus ſit, omnino princeps* à lenitate in illo puniendo ſibi temperet, quo ita cæteros ab exemplo deterreat, & ſibi ſuisq; ſecuritatem comparet, ut jam *d. præc. th. 10. expl. 5.* demonſtratũ eſt.

VII. *Vice verſâ ſuadent nonnulli Politicorum, ut*

C. *quando exacerbati animi ſubditorum vel aliorũ* atrocibus etiam pœnis à conjurationibus ac inſidiis deflecti non poſſint, *ad clementiam & beneficentiam tranſcendat, Princeps, imitando Liviam, quæ marito Auguſto* ratione inſidiarum â Cinnâ ei ſtructarum ſuaſit illud apud Dion. Caſſ. lib. 55. p. m. 559. his verbis: *Ego ita judico plus clementiam (hoc in caſu) quàm ſævitiam proficere, nam miſericordes non ii tantum quibus delicti gratia facta eſt, charos habent, ſed reliqui etiam omnes reverentur & colunt, ita ut deinceps nemo eos lædere auſit: quod quoque latè refert Seneca 1. de Clement. 9. concludendo, Auguſtum poſtea Cinnam amiciſſimum fidiſſimumque habuiſſe, & hæredem ſolùm huic fuiſſe, nulliſque amplius inſidiis ab illo petitum. Quo etiam intuitu Dio ap. Plut. in ejus vitâ c. 59. ait; Nullius hominis malitiam quantumvis magnam, ita prorſus intractabilem eſſe & indomitam, ut non mutari beneficiis crebris poſſit.*

D. De quo vide *excerpta Diſputationis a Barone Liſtio ex Taciti Agricolâ deſumta apud Bernegg. in Expoſit. d. Taciti libri in Proœm. loco V. Nec deſunt exempla illorum qui inſidiatoribus ſuis loco pœnæ, gratiam quandam contulerunt, & ſic ſecuritatem ſibi quæſivere.*

Sic Carolus II. Imp. hominem, qui ipſi necem paraſſet, ad ſe acceſſiri juſſit, eique mille aureos donavit, cui ſicarius gratias egit, & ad conſpiratores regreſſus dixit: Neſciebam qualis eſſet Carolus, nunc liberalem & clementem principem ferire non poſſum, referente poſt alios Leblen in Lilieto p. m. 36.

Refert quoque Dio Caſſ. d. l. f. m. 563. veniâ Cinnæ ita conceſſâ neminem amplius Auguſto inſidiatum eſſe. Quod etiam ex Seneca jam memoravimus.

Quomodo Alexander Severus Ovinio Camillo jam rebellionis convicto ignoverit, legi poteſt in Lamprid. in ejus vitâ c. 48.

Singulare eſt quod de Malcolmo Scotiæ Rege refert Boeth. lib. 12. f. m. 256. & Vergil. lib. 10. Hiſt. Angl. p. m. 223. Hunc ſcilicet inſidiis petitum, cum

eas reſciſſet, venatum iiſſe, & in vallem undeque ſilvis ſeptam principem conſpirationis ſponte & quod Rex inſidiarum notitiam haberet, neſcium, ſeqnutam ſevocaſſe & ob illas increpitam ad ſingulare certamen provocaſſe, addens nunc, ubi non ex inſidiis ſed virtute res ageretur, quis prævaleret oſtenſurum eſſe. Inſidiatorem vero illum hoc viſo in genua procidiſſe, ſupplicem delicti veniam petiiſſe, eamque cum hac conditione ne deinceps ſimilia tentaret impetraſſe.

Eandem hiſtoriam adhuc plenius recenſet Ethelredus Abbas in hiſtoria ſua Angl. de vita & miraculis Eduardi Regis columna 367. & Knigthon. de Event. Angl. l. 2. c. 6. nec non *Buchan. lib. 7. hiſtor. Scot. p. m. 210. Sed regem nominat Milcolumbum quod nomen tamen eundem denotat.*

Imitatus vero hic Rex videtur Liutprandum Longobardorum Regem, qui reſciſcens duos ſuos armigeros ipſi vita inſidias ſtruere, in profundiſſimam ſylvam cum eis ſolus egreſſus eſt mox evaginatum gladium contra eos tenent, iiſdem, quia eum occidere cogitaverunt, improperavit. Quod ut facere deberent hortatuſ eſt. Qui ſtatim ejus pedibus provoluti ei ſunt cuncta, quæ machinati erant profeſſi, ſicuti *Diac. l. 6. de Geſt. Longobard c. 38.* recenſet.

Non ſemper tamen beneficia ad placandos inſidiatores exhibita ignea & ab inſidiis illos retrahendo ſatis valida fuiſſe Berengarius Italiæ Rex exemplo ſuo docet, à Flamberto & poſt inſidias detectas amato, honorato, & donis munerato nihilominus occiſus, ut legi poteſt apud Luithpr. l. 2. Hiſtor. Ticin. c. 18. & ſeqq.

Sed forte hic diſtinguendum erit (1.) inter modum & gradus hujus delicti, an nimirum illud ſaltem mente conceptum aut etiam effectui proximum ſed tamen vel pœnitentia intentantis, vel per delatores aut complices detectum, an verò realiter in effectum deductum vi nimirum adhibita & contraria vi impeditum, vel etiam plenè, acriter ſcilicet corpus principis lædendo vel illum plane etiam necando, abſolutum fuerit. Priori modo veniæ locum dari poſſe concedimus, poſteriori vero modo ad exemplum neſarii hujus actus & deterrendos ab illo alios ſevera & quidem pari in utroq; caſu pœnâ crimen illud puniendum eſſe, omnino ſtatuimus, quo etiam contendunt Liviæ conſilium & exempla adducta, excipimus tamen (2.) niſi crimen illud ſaltem cogitantes vel etiam ad effectum deducturi tales ſint, ut ſpes melioris mentis deficiat, adeoq; ex veniâ illâ reſipiſcentia vera ſperanda non ſit, quod vel ex iterato illo crimine vel ex pravo delinquentis animo facile præſumi poteſt. Innuit etiam poſterius hoc Livia apud Dion. d. l. 55. p. m. 560. ita locuta: Neq; ego omnibus ex æquo noxiis parcendum eſſe dico, ſed audaces, inquietos, malitioſos, & ſiniſtri conſilii homines immedicabili & continua malitia aſſuetos exſcindere te jubeo.

TH. XII.

Hactenus conjurationes: Sequuntur inſidiæ in Principem ſtructæ, quæ nobis hic nihil ſunt aliud, quàm nefariæ & clandeſtinæ domeſticorum & amicorum in principem è medio tollendum quaſi furtim factæ molitiones. *Ejus conſideranda (1.) Subjectum (2.) Cauſa (3.) Pœna. (4.) Remedia.*

Expl.

Solent quidem conjurationes ab inſidiis à multis Politicis ſeparari, ſed vera differentiæ rationes omitti, quocirca, ut illarum aliqua hic notentur, opera duximus precium eſſe.

Putamus vero illas ab inſidiis diſtingui poſſe, (1.) ratione modi, ut ita loquamur, concipiendi: Illæ enim prævio Juramento, unde & nomen ſortiuntur, *hæ vero* abſque illo contrahi ferè ſolent (2.) *ratione perſona-*

A. *rum. Illæ enim à perſonis extra familiam & quandoq; etiam territorium conſtitutis, ſive peregrinis & ſæpe ignotis, ac à pluribus ſemper: hæ vero à domeſticis & familiæ addictis, & ſæpe ab uno, perpetrari ſolent, ut ſequenti theſi dicetur (3.) ratione objecti: conjurationes enim non ſolum in perſonam principis ſed etiam ſtatum & Rempubl. ipſam inniti ſolent ac poſſunt: Inſidiæ vero ſaltem in perſonam principis & ejus liberorum, non verò ſtatum ſimul, directè ſcilicet,* quia per conſequentiam quoque ad ſtatus detrimentum & everſionem tendere poſſunt.

TH. XIII.

Subjectum ſunt (1.) domeſtici (2.) conſanguinei & familiares (3.) officia nobis neceſſaria præſtantes.

Expl.

B. 1. I*Nter domeſticos referimus illos*, qui in aulis degunt, & quotidie miniſteriis ſuis Principi præſto ſunt, *ubi* inſidiarum ab his ſtructarum infinita in hiſtoriis ſacris & profanis occurrunt exempla, *ita ut jam Curtius ſuo tempore veriſſimè ſcripſerit: Regum exitus ſi reputaverimus, plures à ſuis, quam ab hoſtibus interemptos reperiemus lib. 9. c. 6. idemque teſtata ſit Livia apud Dion. paulo poſt alleg. loco & dicto.*

Et confirmat Seneca Epiſt. 4. ita ſcribens: Recognoſce exemplum eorũ, qui domeſticis inſidiis perierunt, aut aperta vi & dolo, & intelliges non pauciores irâ ſervorum cecidiſſe, quàm Regum: Ut hinc elegans hoc, quamvis in diverſo negotio *à Guevara l. 2. c. 12. circa fin. uſurpatum ſimile* locum hic habeat: *Ut ligna abſumuntur carie in iis generatâ, & à tineis in Veſtimento natis, illud abroditur: Simili modo intra parietes aliquis eum nutrit, cujus ſcelere deinde & vitâ & dignitate ſpolietur. Quà de cauſa non immerito Livia ap. Dion. lib. 55. p. m. 558. conqueritur* his verbis: *Illud*
C. *inter cætera difficillimum eſt imperio, quod non reliquorum more tantum nobis ab hoſtibus, ſed ab amicis quoque timemus, quodque multo plures ab his, quàm ab alienis perniciem invenerint.*

Eo difficilius verò caveri poſſunt inſidiæ hæ, *quo magis* ſub ficto obſequio, officio, fide teguntur & bene tegi poſſunt, ut *ſeq. th. 19. in expl.* dicetur, *amici enim hoſtilia molientes, nec facile caveri, nec ſi præveniamur repelli poſſint Halic. lib. 3. c. 37.*

Inſigniora vero ſaltem quædam exempla à nobis notabuntur.

Inter ea occurrit Ella Rex Iſraelis filius Bæſæ à præcipuo ſuo miniſtro Simri Regnum affectante & poſtea rapiente interfectus 1. *Reg. 16. v. 9. Ahaſverus* cui à cubiculariis ſuis Bigthana & Theres inſidiæ vitæ quamvis abſque effectu ſtructæ ſunt. *Eſth. c. 2. v. 21. & ſeqq. & cap. 6. v. 2. Simon Macabæus* unà cum filiis per inſidias à Ptolomæo genero interemptus 1. *Ma-*
D. *cab. ult. v. 16. & ſeqq.*

Sic etiam Carolo Hungariæ regi unà cum liberis & conjuge à Feliciano familiariſſimo inter epulandum inſidiæ vitæ, licet fruſtra, ſtructæ fuere *Bonfin. d. Dec. 2. l. 9. f. 346. Similiter Jacobo 1. Scotiæ regi* à domeſtico ſuo Johanne inſidiæ vitæ ſtructæ fuerunt, ut narrat *Buchan. l. 10. p. m. 358.*

Idem Ethodio Scotorum Regi 25. evenit, memorante *eod. lib. 4. p. 114. Fethelmacho Regi* 38. ſecund. *eund. lib. eod. p. 125.*

Alexander Amyntæ filius Macedonum Rex inſidiis matris Euridices interfectus à Ptolomæo Alonte *Juſtin. lib. 7. c. 5. & ibidem Bongarſius. Hieronymus Siciliæ Rex* ab indigemine corporis cuſtode interfectus *Liv. lib. 24. c. 7. Sic Aurelius Imp.* malitiâ notarii ſui & manu Mucaporis interemtus eſt in manſione, quæ eſt inter Heracliam & Byzantium *Vopiſcus in ejus vitâ c. 35. ubi c. ſeq. cauſam refert.*

II. Exem

II. Exempla à conſanguineis, quibus conjugum alterutrum annumeramus, *& familiaribus* interfectorum quoq; paſſim occurrunt. *Artaxerxes* à Dario filio aſſumtis in ſocietatem facinoris quinquaginta fratribus interfectus *Juſtin. l. 10. c. 10. ubi oſtenti genus eſſe ſcribit*, quod ex tot liberis nemo inventus fuerit, quem aut paterna Majeſtas, aut veneratio ſenis, aut indulgentia Patris, à tantâ immanitate revocarit, & nemo in tanto populo parricidium revelarit. *Sennacheribus* in templo preces ad Deum ſuum fundens à duobus ſuis filiis interemptus eſt 4. *Reg. 19. verſ. 4. Philippus Imp.* à familiari ſuo Ottone Wittelsbachio Bambergæ in ſuo hypohauſto interemptus *Arnold. Abbas in Chron. Slav. l. 7. c. 14. Albertus I. Imper.* à Nepote ex fratre Johanne & tribus pueris nobilibus ſuis, ſibi alias fidiſſimis, inter exſpaciandū interfectus *Munſter. in Cosmogr. l. 3. c. 19. n. 34. Fugger & Bircken.* **In dem Oeſterreich. Ehrenſpiegel** *l. 2. c. 10. n. 3. & 5.* ubi circiter 1000. homines ob parricidium hoc interemtos fuiſſe aſſerunt: *Paulo aliter* hiſtoriam hujus parricidii refert *Gerh. de Roo in hiſtor. Auſt. lib. 2. p. m. 77. & ſeq. ubi ſimul nomina & ſupplicia complicum refert*, addens in unâ Farvangâ ad Palmenſem correum pertinente arce expugnatâ ſexaginta tres captos gladio pœnas luiſſe, nec à vindictâ ceſſatum eſſe, quod omnes cædis conſcii & affines aut dederint pœnas, aut fugâ ſalutem quæſiverint, de quo etiam legi poteſt *Bircken ſeq. l. 3. c. 1. n. 4. Referri huc debet exemplum Arminii* propinquorum dolo interemti referente *Tacit. 2. Annal. c. fin.*

Memorabile exemplum uxoris maritos duos per inſidias è medio tollentis occurrit in Roſimundâ Chunimundi Gepidarum Regis filiâ: Quod ſic *poſt Diacon. l. 2. de Geſtis Longob. c. 28.* recenſet *Sigon. l. 1. de Regno Italiæ ſub Alboino Rege 1. Cum Alboinus Regina uxori quadam die in convivio plus ſolito lætus liberiori genio propinaret poculum de cranio patris ejus (quem ante hac in prælio interfecerat) condiderat, porrigi juſſit, atq; ipſam, ut hilariter cum patre ſuo biberet, invitavit, cujus vocis fœditate ita ſubito animum iracundia impetem ad necem parentis & mariti contumeliam ulciſcendam convertit, ac re cum Helminge & Peredeo familiaribus regis communicata ambos muliebri aſtu, blanditiisque in perniciem excitinuq; regis armavit. Ita non multo poſt, ubi res à muliere compoſita ad inſidias inſtructaque ſatis fuerunt, vir fortiſſimus ac multarum gentium victor incautus ac ſomnū capiens domeſtica uxoris fraude atque inteſtina familiarium conſpiratione extinctus eſt. Scelere hoc perpetrato dictum Helmingem matrimonio ſibi junxit, illo vero patefacto ad Longinum Exarchum Ravennenſem confugit, & ab hoc ſpe matrimonii facta eo deducta blanditiis fuit, ut Helmingi ex balneo exeunti peſtiferum poculum pro ſalutari porrigeret. Quo magna ex parte jam hauſto poſtquam venenum ille ſe bibiſſe animadvertit, extemplo exclamavit, atque eam, quod reliquum erat haurire unde in pectus intentato gladio compulit: ita ambo unius horæ momēto vi veneni præſentis abſumti meritas parricidii pœnas luerunt.*

III. Inter officia Principibus neceſſaria præſtantes hic referimus Clericos, Medicos, Coquos, & Pincernas, uti & delibatores.

Circa inſidias à Clericis ſtructas duo ſaltem maximè nefaria exempla annotabimus, in veneno ſub Sacra Euchariſtia communicantibus exhibito. Quorum prius in peracto ſcelere eſt in Henrico VII. Imp. cui abſente Coufeſſionario ordinario *Jacobinus (alias Bernardinus de monte Poliziano) ordinis S. Dominici* venenum tale ſub Sacramento ſacroſancto exhibuit, verſo calice vitæ, in calicem mortis, uti poſt alios *Naucler.* ſcribit *Gener. 44. f. m. 246. addens: Senſit mox Imperator mortem adeſſe, & fertur Monacho dixiſſe: ò Domine,*

A. *recedatis: nam ſi percipiunt devoti noſtri hoc malum quod nobis feciſtis, morte miſerabili moriemini; Deus vobis ignoſcat. Conſentit Collenut. lib. 5. hiſtor. p. m. 347. Cuſpinianus in ejus vita in f. Cromer. lib. 11. Rer. Polon. ſub Vladiſlao Lottico ad Ann. 1313. Sebardius de Fide Pontific. erga Imperat. p. m. 103. Gerhardus de Roo in hiſt. Auſtr. l. 2. f. m. 84. ubi annum his verbis refert.*

HeInrICVs à MonaCho CæsVs.

Quod tamen alii, interque eos Veterus in ejus Vita in dubio relinquit. Bertelius vero in Deſcr. Ducat. Luxemburgici & Principum Luxemburgicorum ſub vita illius ac Maſen. Tomo 2. Annal. Treverens. l. 17. n. 38. & ſeq. plano negat, adducens aliquot teſtimonia de Monachi illius innocentiâ.

Similiter Victori II. Papa Sacramentum Cœnæ ſumturo à ſubdiacono ſuo toxicum in Calicem immiſſum, *ſed ſcelus divina providentia* per miraculum detectum fuiſſe refertur à *Lamberto Schaffnaburgenſi ad ann.*
B. 1054. *quamvis Platina de vita Pontif. Victore III. hoc effective accidiſſe illumque veneno illo hauſto mortuum omnino fuiſſe ſcribat.*

Per Medicos, Coquos, Pincernas & delibatores venena Principibus ſuis fuiſſe ſæpius propinata etiam ex hiſtoriis conſtat.

Sic Claudio Imp. à delibatore vel prægustatore ſuo *Haloto* Spadone venenum juſſu Agryppinæ primò propinatum, illo verò invalido habito, *à Medico Xenophonte* aliud magis rapidum ſub ſpecie medicamenti pinnâ in fauces miſſum vitam ei ademit, teſte *Tacit. 12. Ann. 66. & ſeqq.*

Simili modo Britannicus periit, teſte *eod. Annal. 13. c. 16.*

Ita quoque Alexander M. veneni à prægustatoribus Philippo & Jolla Antipatri filiis in Scypho Herculis exhibiti hauſtu periit *Curt. lib. 10. cap. 4. in Supplemento Freinshm. vel ut in textu ipſo ſeq. c. 10. habetur,*
C. *a Jolla ſolùm, de quo tamen legi poteſt Plutarch. in ejus Vitâ in f. & Arrian. de Alexandri expeditione l. 7. p. m. 500. & ſeq.*

M. Antonino Phil. Imper. etiam à Medicis venenum in gratiam Commodi propinatum fuiſſe refert *Xiphilinus apud Dion Caſſ. lib. 71. f. m. 814.*

Carolum Calvum per Iudæum Medicum nomine Sedeckiam illi propter artis peritiam perquàm familiarem veneno ſublatum fuiſſe omnes Gallici hiſtorici, & inter illos Guguinus l. 5. c. 1. ante fin. referunt.

Joachimum II. Electorem Brandenb. anno ætatis 66. & præteriti ſeculi 71. à Medico ſuo Lipoldo, Judæo, veneno exſtinctum fuiſſe refert *Joh. Cernitius de Elector. Brand. in ejus vita.*

TH. XIV.

D. *Cauſa ad inſidias tales impellentes ſunt duplices, in bonum & malum finem directa: In bonum finem ſive verè ſive apparenter directa ſunt* (1.) amor in patriam adverſus Tyrannum liberandæ ejus gratiâ ſuſceptus (2.) Odium in Principem diverſam vel pravam religionem foventem, introducentem & promoventem, nec non ex aliis ejus iniquis factis ortum. *Poſterioris generis* (1.) Ambitio ſive regnandi cupiditas (2.) Vindicta ob graves injurias ſuſcepta (3.) Metus pœnæ (4.) Præmiū ab inimicis in necem principis poſitum.

Expl.

D*E hac in bonum finem intentionaliter directâ cauſâ ſupra th. 5. expl. 2. In ſpecie vero de amore in patriam, odio in principem, ambitione, ibid. & th. 6. in expl.* uti etiam antecedentibus dictum eſt.

De ambi-

De ambitione vero hinc duo exempla referenda ſunt, unum illud Simri ex ſacris literis *prac. th. expl. 1. alterum Agryppinæ* ex prophanis hiſtoriis *ibid. expl. 3.* allatum.

Quoad vindictam adjiciendum eſt, ſicut illius dulcedinem Juvenalis Satyra 13. v. 180. ſatis expreſſit his verbis:

Eſt vindicta malum vitâ jucundius ipsâ:

Ita viris fortibus, virtuoſis & potentibus aliquam juſti ſpeciem ſunt habere creditur, quando injuriâ aliquâ inſigni præter meritum ſunt affecti, & imprimis exilio mulctati. *Sic M. Coriolanus* injuriam ſibi illatam armis vindicaſſet, niſi jam inferentem ſigna filium mater Veturia lachrymis ſuis exarmaſſet *Flor. lib. 1. c. 22. Sic Jacobo VI.* Scotiæ Regi à Ruvenis fratribus ob patri illatam mortem ex vindictæ cupiditate ingentes vitæ inſidiæ ſtructæ fuerunt, *ut ſup. th. 11. expl. 1.* memoratum.

B. *Circa quartam cauſam impulſivam ſciendum eſt, præmii illius promiſſionem conſiſtere vel in precio, vel in honore, vel in ſalute æternâ.*

Quoad priora duo, exempla paſſim ſunt obvia, & ad illa referri poteſt, quod Philippus II. Hiſpaniæ Rex ei, qui Wilhelmum Auriacum vivum aut mortuum traderet 25000. *Coronatos annuos cum Nobilitatis dignitate promiſiſſe ſcribitur à Meterano lib. 16. hiſtor. ſub anno* 1580. *De cauſâ qua Bironium & Finenm, ut etiam Ravalliacum* ad necem Henrico IV. Gall. Regi intentandam armavit, videri poteſt *Moriſotus in Henrico M. c. 40. &* 52.

Notatu hic dignum eſt, quod in Thuan. Contin. hiſtor. lib. 3 p. m. 77. ſcribitur: Monachum quendam Bironi dixiſſe: Si Finaus inſtitutum tuum prodet, ille ad inferos detruditur, tu in paradiſum eveheris. Et quod Petrus Barrierus inſidiator Henrici IV. confeſſus fuerit, ſibi credulo & timenti audaciam per confeſſionem factam à Varadio C. *Jeſuitâ promiſſione æternæ vitæ refert Id. Moriſotus c. 33. De hâc re plura vide apud Gerhard. in Loc. Commun. de Eccleſ. ſect. 10. n. 262.*

TH. XV.

Pœna in tales inſidiatores eadem ſtatuta eſt, quæ in conjuratores ob ſceleris paritatem.

TH. XVI.

Remedia adverſus tales inſidias (1.) Pietas & diligens precatio (2.) innocentia vitæ & probitas regiminis (3.) Fidum & inquilinum ſervitium ac præſidium (4.) Provida & cauta in ſuos conſanguineos, familiares & miniſtros fiducia (5.) Severa in inſidiatores deprehenſos animadverſio, vel vice verſâ (6.) ex nonnullorum opinione clemens venia, & beneficentia largiter in delinquentes exercita. D

Explic.

LIcet inſidiæ tales difficulter & vix quidem niſi divinâ ope per pietatem & vitæ probitatem impetratâ, evitari poſſint, quia lateoter & ſub ſpecie & colore obſequii, fidei, & officiorum adverſus tale quid non metuentes ſtruuntur, ut *Cicer. 1. in Verr. c. 14.* his verbis egregie oſtendit: *Nullæ ſunt occultiores inſidiæ, quàm quæ latent in ſimulatione officii, aut in aliquo neceſſitudinis nomine: nam eum qui palam eſt adverſarius facilè cavendo vitare poſſis: hoc vero occultum inteſtinum domeſticum malum, non modo non exiſtit, verum etiam opprimit, antequam perſpicere atque explorare potueris. Huic etiam Curt. lib. 9. c. 6.* ſcribit: *Regum exitus ſi repu-*

A. *taverimus, plures à ſuis quàm ab hoſtibus interemtos reperiemus.* Sicuti & nos hoc *prac. th. 13. expl. 1.* demonſtravimus:

Attamen remedia memorata malo huic ponere voluimus. Et de remedio 1. 2. 4. & 5. jam ſupra th. 11. ſufficienter dictum eſt, de tertio prac. lib. 2. parte 2. ſect. 1. c. 3. th. 5. expl. 4. & prac. th. 11. expl. 2. de ſexto verò eâdem. th. 11. expl. 7.

TH. XVII.

Hactenus cauſa Everſionis efficiens interna: ſequitur externa, quæ foris vel extrinſecus exiſtit, hoſtibus nimirum externis Rempubl. ſive vi, ſive dolo tentantibus ac tandem invadentibus. U*bi conſideranda* (1.) *Cauſa impulſiva* (2.) *Remedia adverſus tales.*

TH. XVIII.

Cauſæ impulſivæ ſunt ut plurimum Reipubl. illius (1.) Status perturbatus (2.) nimia felicitas (3.) ſuſpecta potentia & inde (4.) Oriens æmulatio & invidia (5.) Vetus odium & inimicitia (6.) Ambitio.

Explic.

I. *CUm in turbidis rebus & arma & conſilia imparia fere ſint ad externam vim declinandam, hoſtes ſemper in id intenti ſunt, ut vel ipſimet* inimicorum ſuorum res perturbent, ad eos melius per inſidias & vim aggrediendos ac opprimendos, *vel* ſi Reſpubl. ipſamet perturbato in ſtatu exiſtat, eam tunc invadant, & ſibi ſubjiciant. *Perturbatur verò Reipubl. ſtatus*, per facta hominum puta factiones, tumultus, ſeditiones, bella civilia, defectiones, conjurationes & inſidias in Magiſtratum directas: *Item per* calamitates publicas, annonam, puta, peſtem & monetariam ut etiam uſurariam pravitatem, *de quibus jam in præcedentibus dictũ, & tandem* per Principis vel capitis defectum, ſi nimirum Reſpubl. Rectore ſuo & ſucceſſore ſit deſtituta, illiuſque tam facilè capax fieri nequit, *quod imprimis in electitiis regnis obvenit, ubi per interregna* ſæpiſſimè, ut præteritis ſeculis Germania noſtra maximo cum detrimento experta eſt, illa in extremam detruduntur perniciem.

II. Sicut vero prædicta perturbationes hoſtibus invadendi occaſionem præbent, *ita etiam nimia felicitas* iiſdem ſalivam ad Rempubl. aliquam armis petendam & opprimendam movet *tùm* ob divitias inde ſperatas, tum ob incolarũ effæminatos per illam animos & inde præconceptam facilis ſubjugationis ſpem, *de quâ vide prac. s. 1. th. 9. expl. 4.* notata.

III. De ſuſpecta potentiâ, & an per ſe illa juſtam cauſam bello inferendo præbeat, prac. lib. 2. parte 4. s. 1. th. 9. expl. 3. dictum eſt.

IV. Æmulationis quoq; & invidiæ vitium erga vicinum nimium potentem & filicem bellandi cupiditatem magnis Principibus ingerere & multa regna evertere, in aprico eſt. *Ita enim Carthago* tanquã æmula urbs ex Senatus conſulto exciſa eſt de quo ita *Paterculus lib. 1. c. 12. P. Scipio Æmilianus (juſſu ſcilicet, ut dictum, Senatus) eam urbem magis invidiâ Imperii, quàm ullius ejus temporis noxis invisam Romano nomini funditus ſuſtulit, feciique ſuæ virtutis monumentum. quod fuerat avi ejus clementiæ. Carthago diruta eſt, cùm ſtetiſſet annis* 667. *ab hinc annos* 177. *Cn. Cornel. Lentulo M. Mummio Conſ. Hunc finem habuit Romani Imperii Carthago æmula vide etiam Polyb. 1. lib. c. 52.* ubi de ſummo Imperio

inter

inter duos hoſce populos æmulationem fuiſſe ſcribit. A.
Idem tradit Flor. lib. 2. c. 2. Gell. lib. 10. c. 27. & Saluſt. in Catil. c. 9. Cæterum de excidio illo videri poteſt *Chriſtoph. Henrich. in Carthagine lib. 3. c. 2. & 3.*

Idem de Corintho refert Patercul. lib. c. 13 vide d. lib. 2. parte 4. c. 1. th. 11. expl. 3. nota 1.

V. & VI. Veterem inimicitiam odiumque inveteratum per pacificationes fœdera, amicitias poſtea initas apud magnates nunquam ferè radicitùs evelli *ſed ſemper inprimis verò inter nationes* naturâ & ingenio inter ſe diſcordes, repullulare & reviviſcere experientia teſtatur.

Ita cauſam excidii Carthaginenſis Romanis ſimul præbuit vetus odium, quod hic ultra metum duravit, & ne in victis quidem depoſitum fuit, neque ante inviſum eſſe deſiit, uti ſcribit *Paterc. d. c. 12.*

De ambitionis malo d. p. 4. c. 1. th. 11. expl. 3. & prac. c. 1. th. 7. expl. 3. egimus. B.

TH. XIX.

Remedia contra externum hoſtem periculum & inſultum præcipua ſunt ſequentia (1.) Invocatio nominis divini (2.) Turbarum inteſtinarum per cauſarum impulſivarum remotionem, ſedatio (3.) Confœderatio cum vicinis fidis & potentibus (4.) Exercitus validi perpetuique comparatio & incolarum in armis exercitatio.

Explic.

DE invocatione nominis divini ejusque utilitate paſſim imprimis verò ſupra *l. 2. p. 1. c. 6. th. 6 expl. 1.* de remotione gravaminum *proximè prac. c. 2. th. 13. expl. 1.* de confœderatione & exercitu valido perpetuoque atque incolarum in armis exercitatione *d. lib. 2. p. 4. c. 2. th. 4. expl. 1. & th. 6. expl. 1.* quoque abunde dictum eſt. C.

CAPUT IV.

DE CAUSA EVERSIONIS FORmali, Subjecto, Adjunctis, Effectu & contrariis.

SUMMARIA.

TH. I. Cauſa Efficiens everſionis Formalis in quibus conſiſtat.
Expl. I. Everſio propriè ſic dicta quando eveniat.
Quomodo Everſio ab aliis mutationibus & converſionibus differat.
Converſio quotuplici ter fiat.
In quam ſpeciem unaquæque reſpubl. potiſſimum convertatur.
Expl. II. Converſionum harum pro diverſitate formarum diverſa cauſa, & quomodo illæ fiant exemplis demonſtratur.
Expl. III. An populo liceat ſemel conſtitutam Reipubl. formam in aliam mutare?
Ubi de Belgarum unitorum & Helvetiorum hodiernâ libertate. D.
TH. II. Subjectum everſionis quale.
TH. III. Urbes quomodo everti ſoleant.
Expl. I. Exempla urbium per facta hominum incendio deletarum, per furorem bellicum ſolo æquatarum & per ignem cœlo delapſum exciſarum.
Expl. II. Exempla urbium per terræmotum deletarum.
De ſingulari terræmotu, Braſmatia dicto.
Expl. III. Per diluvia & inundationes non ſolùm civitates ſed integras quoque regiones & nationes everſas fuiſſe.
Recenſentur diluvia & inundationes.
Expl. IV. Exempla urbium & provinciarum per inſecta & animalcula deſolatarum & incolarum per eadem ejectorum.
TH. IV. Homines non ſolùm prædictis calamitatibus, ſed etiam fame, ferro & peſte miſerè conſumuntur.
Expl. I. Murium damna per occaſionem expenduntur, & recenſentur. Illos à Deo in pœnam immitti demonſtratur.
Locuſtarum damna & exempla, uti etiam quædam ſingularia.
Famis diræ exempla referuntur.
Expl. II. Exempla magnarum ſtragium per bella editarum.
Expl. III. Exempla peſtium immanium.
Peſtem quandoque per venenatum pulverem instinctu Diaboli à ſceleratis hominibus diſſeminatam fuiſſe traditur.
TH. V. Adjuncta everſionis quæ.
TH. VI. Tempus, quo evenire ſolet everſio, periodus vocatur.
Expl. I. Demonſtratur cuique imperio & regimini à Deo certum ſtatutum eſſe durationis vel incrementi ac decrementi ſpatium.
Expl. II. Tempus illud à ſolius Dei voluntate dependet, adeoque à nobis pro certo termino conſtitui nequit.
TH. VII. Signa vel prognoſtica everſionis quæ.
Expl. Everſionem certa ſigna præcedere vulgo ſtatuitur.
Cometæ an talia ſint & alia mala deſignent? disquiritur & negativa defenditur.
An Parelia, terræmotus, inundationes tale quid deſignent.
TH. VIII. Everſionis effectus in quibus conſiſtant.
Expl. I. Metropoles cur ab hoſtibus vulgo deleri ſoleant, ubi exempla.
Expl. II. Reges & Principes ac illorum familiæ plerumque exſtirpari vel in captivitatem à victoribus abduci ſolent, ubi exempla.
Expl. III. Primores populi ab iisdem interimi vel in ſervitutem deduci ſolent, quandoque etiam integri populi capiuntur vel venduntur, ubi exempla.
Expl. IV. De hominum ſtrage remiſſivè.
Expl. V. Migrationes gentium ſunt duplices, ubi illarum exempla.
TH. IX. Contraria everſionis quæ.
TH. X. Illa ſunt cunctis formis vel communia vel ſingulis propria:
TH. XI. Communia quæ & duplicia.
Expl. I. Pietatis effectus demonſtrantur.
Juſtum regimen Deo placet.
Juſtitia neglectus exitioſus, & cultus proficuus eſt Magiſtratui.
Laxa diſciplina damnum refertur remiſſivè.
Bona conſilia conſervant, mala deſtruunt.
Expl. II. De utilitate & neceſſitate armorũ remiſſivè.
De obſervatione & amicitiâ vicinorum ac pacis & fœderum ſervatione remiſſivè.
Exploratores & delatores cur ac quomodo conſtituendi.
Expl. III. Agitur de ſecretis Imperiorum pignoribus & Geniis ſeu Diis tutelaribus.

Refe-

Referuntur ſeptem Romani Imperii pignora.
Acus magnæ Matris Deûm.
Mater Deûm duplex, & quæ ex iis Romanorum propria, quomodo illa Romam deducta & pro pignore habita fuerit.
Quadriga Vejorum fictilis quæ & quomodo Romam delata fuerit.
Cineres vel oſſa Oreſtis quomodo Romam pervenerint.
Sceptrum Priami quomodo Romam translatum ſit.
De Velo Ilionæ judicium refertur.
Palladium unde dictum, quid & quomodo Romam venerit variæ relationes.
Ancile quid, unde dictum, ejus forma & efficacia.
Byzantii etiam quædam pignora Imperii fuerunt.
De aliis pignoribus remiſſivè.
Genius quid, à Romanis cultus, Genius Cæſaris Bruti, Socratis, fuit duplex, publicus populi Romani, & privatus uniuscujusque, illius templum Romæ.
Quid de Geniis ſentiendum.
De Angelis quædam.

TH. XII. Monarchiam in ſpecie quæ conſervent.

Expl. I. Vitæ innocentiam Principi ſalutarem eſſe remiſſivè.
Expl. II. Auctoritas à Principe accuratè & decenter conſervanda.
Expl. III. Princeps tempeſtivè ſucceſſoribus ſtudere debet.
Expl. IV. Quomodo Princeps ſe erga agnatos gerere debeat remiſſivè.
Expl. V. Principi quale ſatellitium eſſe debeat.
Expl. VI. Juſtum & moderatum regimen in quo conſiſtat.
Expl. VII. Quantum momenti Principi in affinibus amicis & fœderatis potentibus, vicinis, & ſubdis poſitum ſit remiſſivè.
Expl. VIII. Cur & quomodo Princeps plebem & nobilitatem æſtimare debeat.
Cur nobiles inprimis obſervari debeant.
Expl. IX. Quantum momentum in legitimâ divitiis ærarii conſtitutione & juſtâ adminiſtratione ſitum ſit remiſſive.
Expl. X. De Obſervatione civium potentum & divitum.

TH. XIII. Ariſtocratiam in ſpecie quæ conſervent contra introductionem Monarchiæ & Democratiæ.

Expl. I. Cur Magiſtratus brevis ſpacii eſſe debeant.
Cur peregrini potentes & divites in civitatem non ſint recipiendi.
Cur Optimates æqualem ſtatum & concordiæ ſtudium inter ſe conſervare debeant.
Quomodo divites & potentes obſervandi & coërcendi.
Factiones maturè ſupprimendæ.
Expl. II. Plebs quomodo æſtimanda ſit.
Conventicula quomodo admittenda ſint.
Armatæ ſtationes in publicis urbium locis neceſſaria & utiles ſunt.
Egeni cives cur ſublevandi ſint.
Quomodo commercia in urbibus adornanda & quibus concedenda ſint.

TH. XIV. Democratiam & quidem reſtrictam quæ in ſpecie conſervent.

Expl. I. Cur divites & potentes tempeſtivè coërcendi ſint, remiſſivè.
Illi in hoc ſtatu ad Magiſtratum non ſunt admittendi.

A. *Expl. II. Magiſtratus cur ex vilibus Opificibus non ſit conſtituendus.*
Nimia libertas cur plebi non ſit permittenda.
Leges publicæ & diſciplina publica cur non ſit negligenda.
Axiomata ad hunc Statum pertinentia.
I. Æqualitas triplex hujus primarium fundamentum eſt, & quomodo in æqualitate honoris hic procedendum ſit.
II. Demagogi coërcendi & planè eliminandi.
III. Quomodo circa officia & Magiſtratus providendum ſit.
IV. Conſultationes quomodo in illo inſtituendæ ſint.

TH. I.

Hactenus cauſæ Everſionis Reipubl. ſequitur Formalis, quæ conſiſtit in violentâ diſſolutione
B. & abolitione tum Magiſtratus, tum ſubditorum, tum libertatis & ſtatûs publici.

Explic.

I. P*Rec. c. 1. th. 1. in Explic. Everſionem propriè tunc evenire diximus*, quando Reipubl. forma cum ipſo populo ſimul vel ipſius forma & ſtatus ſolùm violenter exſtinguitur, ſimulque deduximus quomodo illud fiat: *Hîc illis addimus*, etiam per talem everſionem neceſſariò libertatem, leges & Magiſtratus ſimul exſtingui.

Differt ergò everſio hæc ab aliis mutationibus in eo, quod illa formam Reipubl. & Magiſtratum ſimul, nonnunquam etiam populum ipſum aboleat, violenter transmutet, vel planè exſtinguat: *Hæ verò ſolùm* formas Rerumpubl. quidem mutent, ſed non violenter, neque planè exſtinguant, licet quandoque Magiſtra-
C. tum etiam, ſalvo tamen manente ſtatu, aboleant.

Et ideò illæ communiter converſiones, & à quibusdam reformationes vocari ſolent, ut ibid. docuimus.

Fit verò talis converſio aut mutatio Reipublicæ vel ex unâ rectarum in aliam, *vel* ex unâ vitioſarum in aliam, *vel* ex unâ ſimplicium in quandam compoſitam, *vel* ex harum unâ in ſimplicem aliquam.

Et quidem porrò quævis vel in meliorem vel in deteriorem quandam formam, ex quibus illa perfectiva, hæc verò corruptiva Politicis vocatur, ut videre licet apud Bodin. l. 4. de Republ. c. 1. poſt. pr. & Arniſ. 2. Polit. c. 1.

Prius evenit quando vel ex rectis *Democratia laudabilis vel Politia* in Ariſtocratiam, *hæc in Monarchiam, ex vitioſis verò una in quandam rectam tranſit: Poſterius verò* quando Ariſtocratia in Democratiam & in genere rectæ in vitioſas transmigrant. De quo vid. late *Heider. in Syſtem. Polit. c. 7. p. m. 1007. & ſeq.*

D. *Ubi ſimul notandum, mutationem talem regulariter in formas cognatas fieri, quales ſunt ex ſimplicibus* Democratia, Politia, Ochlocratia & Oligarchia: Monarchia, Dominatus & Tyrannis, *Ex compoſitis* Monarchia & Ariſtocratia, Ariſtocratia & Democratia.

Raro enim & non niſi maximo cum damno, labore ac temporis quodam decurſu Reſpubl. quædam bonis mediis ac per ordinem in ſui diſſimilem tranſit, uti in ſpecie de Reipubl. Romanæ Ariſtocratico-Democraticæ in Monarchiam deductione, conſtat: *Ubi vero malis mediis puta* per factiones & ſeditiones ſtatus Democraticus ſive ſimplex ſive mixtus in Oligarchiam tandem degeneravit, tunc facile & quidem neceſſario in Monarchiam vel unius Dominatum tranſit, uti demonſtrat *Bœcler. in Annot. ad Flor. l. 4. c. 6. verſu Diximus ab initio, & Sicyoniorum civitatis exemplum ſeq. expl. 2. adductum: ob rationem quia* inter potentiæ

ſocios

ſocios concordia diu ſtare non poteſt, & tandem unus illorum vi & dolo potentior redditus Rempubl. ad ſe rapit, ut oſtendit prælaudatus *Bœcl. d. l. c. 6. Ratio eſt, quia diſſimilior vel remotior ſpecies non niſi magnis concuſſionibus & laboribus per gradus* Ex. gr. Democratia vel Politia in Ariſtocratiam hæc in Oligarchiam, & tandem in Monarchiam vel Dominatum vel Tyrannidem transformatur, Oligarchia v. ob potentiæ nexum & Dominatus exercitium Monarchiæ & Dominatui, quam aliis formis propior eſt.

II. *Converſionum harum variæ ſunt cauſæ, ſecundum formarum differentiam: Democratia* in Oligarchiam plerunque tranſit per tribunorum plebis & Demagogorum improbitatem & inſidias, *quoniam* hi apud populum omnia valentes Rempubl. pro lubitu per factiones & ſimilia conturbant, ac tandem reliquis potentioribus per varias calumnias & artes oppreſsis ſive vi, ſive æſtu Rempubl. ad ſe trahunt, uti id de Româ *Flor. lib.* 3. *c.* 13. egregie docet.

Oligarchia verò vel per eandem potentiæ uſurpationem & eaſdem unius artes *in Monarchiam, Dominatum & Tyrannidem* eò facilius degenerat, uo modo diximus, & ex Triumviratu Romano in Monarchiam verſu ex *Flor. d. l.* 4. *c.* 3. & Annot. *Bœcl. ad illum locum ac ex eod. d. l.* 3. *c.* 13. patet. *Similiter* in Sicyoniorum civitate ſcribit *Plut. in Arat. c.* 2. eam poſtquam in contentiones & ſeditiones popularium Oratorum incidit, perpetuis tumultibus agitatam laboraſse, aliumque poſt alium Tyrannum pertuliſſe. *Rationes cur Tribuni & Demagogi iſtius facile Imperium ad ſe trahant, Politici reddunt, tum quia* ut dictum populum ad omnia ſibi obſequentem habent, atque ita à ſimili Reipubl. curâ abſtrahunt, *tum quia* ipſorum poteſtas magna & diuturna eſt, ac tandem in Imperium evadit. *Vel in Democratiam* elabitur, quando Oligarchici (1.) *ſtatu ſuo* nondum firmato & plebe adhuc valente, injuriis illam crebris laceſſunt, adeoque improbitatem ſuam nimis improvidè detegunt. *Vis n. injuria tales publica*, mutationem in omni Reipubl. genere, ſicut *præc. c.* 1. *Th.* 7. *expl.* 1. *demonſtratum* eſt, procurant, *ita vel maximè* in hoc vitioſo ſtatu: *Sufficiat rem planè claram unica Decemvirorum Romanorum ob tales injurias dejectorum exempla, de quo Liv. lib.* 3. *c.* 36. *& ſeqq. videatur demonſtraſse* (2.) *Inter ſe diſsident, quod inter alia exempla Argentinenſium*, qui Nobiles Rempubl. ad ſe trahentes & inter ſe diſsidentes depreſſerunt, & ſtatu Oligarchico ſublato, ſtatu Democraticum Ariſtocratiâ mixtum. de quo *vid. Limn. Tom.* 3. *lib.* 7. *c.* 3. *n.* 7. *& ſeqq vel Democratiam reſtrictam*, ut poſt alios ſenſit *Knipſchild. de iurib. Civit. Imp lib.* 3. *c.* 31. *n.* 50. *& ſeqq.* introduxerunt.

Qui verò de cauſis & modis diſcordia in hoc oriri poſſint, tradit Conring. in Diſs. Polit. de Morb. & mutat. Rerumpubl. th. 44.

Ariſtocratias propriè ſic dictas communiter mutant (1.) *Multitudo virorum magnorum & virtuoſorum. Cum n. omnes* in Magiſtratum evehi eodem uti & ſucceſsivo tempore, novis ſemper ſuccreſcentibus, nequeant præteriri, *quia ſe* condignos vel etiam pro imaginatione & Philautiâ magis dignos æſtimant, *ideò ſe* indigne haberi & præteriri queruntur, ac ſi feroces & elati ſimul ſint animi, turbas movent, unde tandem factiones & ſeditiones exſurgunt *ac Rempubl. vel ejectis illis omnibus in Democratiam aut Anarchiam vel potentioribus reliquos ſuperantibus & ſup-*

A *primentibus in Oligarchiam ac tandem in Monarchiam vel Dominatum tranſit.* (2.) Unius maximè excellentis, divitis & apud plebem multum valentis nimia æſtimatio & evectio, quo in caſu ſtatus hic in Dominatum facile transmutatur *ſive* ſenſim & aſtutiâ *ſive* uno impetu & vi, quod poſterius tentavit apud Carthaginenſes *Hanno*, qui ob excellentiam & divitias ad occupandum Dominatum, Regnumque invadendum interfecto Senatu animum ſuum intendit. *Juſtin. lib.* 21. *c.* 14.

Quod verò alii adjiciunt, Ariſtocratias ob juſtitia neglectum & ſimilia vitia mutari, id non in vera & propria Ariſtocratia, utpote in quâ talia vitia, per naturam ſtatus illius non reperiuntur, *ſed impropria & abuſiva*, quæ mixtum ex mixturâ præeminentis Oligarchiæ cum Democratia conſtat, & de qua *Ariſtotel.* 4. *Polit.* 8. *loquitur*, intelligendum eſt. *Monarchiam verò ut cap.* 1. *th.* 7. *&* 8. enumerata & communiter

B. Rempubl. concernentia vitia ex parte Magiſtratus & ſubditorum ita in ſpecie ex parte ſubditorum transformant *ſequentia ex illis vitiis ſurgentia mala.* 1. Subditorum metus. 2. Magiſtratus contemtus & odium, & 3. inde evenientes rebelliones, conjurationes & inſidiæ adverſus Magiſtratus initæ, & iis ſtructæ, de quibus *præc. c.* 3. *à th.* 5. uſque ad fin. actum eſt. *Plerumque autem Monarchia ex his cauſis à parte ſubditorum* in Ariſtocratiam mutatur, *à parte verò Magiſtratus* nimium potentis & depoſitionem impedientis, in Dominatum & Tyrannidem tranſit.

III. *Nobilis hoc loco movetur quæſtio* 1. An populo liceat ſemel conſtitutam Reipubl. formam in aliam mutare?

Reſp. Nos ex Doctorum & piorum Politicorum ſententia, quæſtionem hanc per ſequentes diſtinctiones re-

C. *ſolvimus, hoc præmonentes, per populum* nos juxta vocabuli proprietatem totam ſubditorum tam inferiorum quàm ſuperiorum, quos ſtatus vocare ſolent Politici, communitatem intelligere.

Aut enim populus talis tempore ſuſceptæ mutationis Magiſtratum habet vel non habet. Priori caſu, ſi Magiſtratus ille ſit abſolutæ poteſtatis & plena Majeſtate præditus nullo modo illi licet impiè debita ſubjectio denegari, & in illius dejecti locum alius Magiſtratus ſubſtitui, ne dum nova Reipubl. forma introduci poteſt, ut ſup. *lib.* 2. *p.* 1. *c.* 10. *inf.* attigimus, & *Armſ. de Auctor. Princ. c.* 1. *n.* 6. *& ſeqq.* demonſtrat. *Si verò ille ſub certis pactis* & promiſſionibus juratis à populo ſibi conſtitutus, *adeoque ad certa præſcripta* Legum & in pactis illis contenta vel facienda vel omittenda (uti Ex.

D. gr. in Imperio noſtro Imperator, tum ad Leges fundamentales, tum certa ficta per capitulationem, uti vocant, obligatus eſt) *abſtrictus ſit, iis non obſervatis*, ſed ſtudio, ac quidem enormiter ac pervicaciter violatis ſpe emendationis poſt plurimas ſubditorum preces & admonitiones plane evaneſcente à ſtatibus & populo, *jure removeri, & poſtea ex communi placito vel conſenſu* ſtatus ille Monarchicus in alium Ex. gr. Ariſtocraticum vel Democraticum pro genio & lubitu gentis mutari poteſt. *Ratio eſt, quia* per conventionem talem & quidem juratam ad regiminis gubernacula admoti ſecundum conventionis vel contractus Leges, quarum natura in eo conſiſtit, ut ſi illa pars, cujus gratia vel cauſa conſtitutæ ſunt, eas violet, altera pars ipſo Jure ab illarum rerum, quæ per tales leges conceſſæ ſunt, obſervatione liberata ſit. *Ponit hinc Alexand. Carerius lib.* 2. *de Poteſt. Pontif. c.* 2. *hanc regulam:* Qui per

Digitized by Google

A. Electionem communitatis conſtituitur (puta ob non ſervata pacta) punitur & deponitur per communitatem: *Exempla talium remotorum in Imperio Rom. ſunt* Henricus IV. Wenceslaus Ignavus & alii, de quibus *ſupra lib. 2. part. 3. c. 3. Th. 17. expl. 2.* dictum eſt.

Poſteriori caſu quando nimirum Magiſtratu perpetuo deſtituitur populus, & quidem per ejus vel mortem vel abdicationem voluntariam, vel temporali ſive ambulatorio per finitum illius officium caret, tunc antequam alius eligatur ſuæ poteſtatis & arbitrii factus, communi conſenſu pro beneplacito *Reipubl. formam, ſicut* ab initio eligere, *ita tunc eandem in meliorem vel ingenio ſuo aptiorem reformare poteſt. Cum his tamen exceptionibus niſi (1.) Lex aliqua publica* inveterata & Juramento confirmata de Republ. nunquam transmutaodâ lata obſtet; *Tunc enim* Legi iſti ſtrictè eſt inhærendum, *niſi* Reipubl. talis ab illius correctione dependeat, nam illo caſu, talis ſalvâ conſcientia mutari poteſt, ita tamen, ut conſilio prudenter & adhibitis Theologis inſtituto, publicâ Juramentum illud

B reſcindatur auctoritate, ne imperitis vel nimis conſcientioſis aut ſuperſtitioſis ſcrupulus conſcientiæ injiciatur, ac tandem ex illo majores oriantur turbæ, ſeditiones & tandem bella civilia.

2. *Familia certa,* uti in Regnis & Principatibus hæreditariis ac multo magis legitimis fit, *Jus ſucceſſionis quaſitum ſit: Eo n. in caſu ſicut alias* nemini, nedum Principi tali, Jus ſuum ſine ejus facto auferri poteſt; *Ità vice verſa,* quando familiæ talis individua contra pacta & quandoque Juramentum ſuum ad Reipubl. concreditæ interitum conſilia tendunt ac agitant, *& circa Legum fundamentalium, libertatis* avitæ, veræ religionis & ſimilium everſionem, abſque ullà emendationis ſpe & deprecationis effectu, unicè occupata ſunt, atque ita in ſucceſſuribus pro-

C. pter hæreditarium quaſi invertendarum illarum rerum ſtudium ſpes melior non effulget, *tunc eandem familiam* à Jure ſuo ſucceſſionis omnino excludi, & vel novum Magiſtratum ſolùm conſtitui, vel unam Reipubl. formam in aliam transmutari poteſt cordatiores Politici exiſtimant, *ita tamen* ut ab illorum ſanguine manus abſtrahatur, *in exemplum trahentes,* quod Suecici regni Proceres & populus præterito ſeculo Sigiſmundum Regem ſuum nativum una cum filio & totâ poſteritate ob cauſas ejuſmodi, *prac. c. 1. Th. 7. expl.* 8. relatas, à regni gubernatione excluſerint, quo de negotio plura legi poſſunt in *Exegeſi hiſtorica ea de re in publicum emiſſa.*

Item quod eaſdem ob cauſas confœderati Belgii Ordines, præterito ſeculo Regi Hiſpaniarum Philippo II. & ejus Succeſſoribus, nec non Helvetii ſeculi de-

D cimi quarti initio, icto primo inter Urios, Suitios & Underveldos Ann. 1315. publicè fœdere, cui poſtea reliqui acceſſerunt, *pedetentim Auſtriacis Principibus,* tanquam hæreditariis ſuis Dominis debitam ſubjectionem in perpetuum ſubtraxerint & denegaverint, *nova ſibi & innata libertati convenienti Reipubl. forma, nimirum* Democratica juxta quoſdam, ſecundum alios v. mixta ex Ariſtocratia & Democratia, cum Magiſtratibus propriis conſtituta, de quo poteſt *Simlerus de illorum Rep. l. 1. p. m. 76. ubi tabulas illius fœderis & in ſequentibus etiam reliquorum refert, & lib. 2. in pr.* ubi de ſtatu illorum tractat. Quæ tamen facta auctoribus ſuis defendenda relinquimus, *doctrinam noſtram ſupra lib. 2. parte 1. c. 10. Th. ult. in fin. adductam in theſi hic repetentes & illud addentes,* tam Hollandicam quàm Helveticam Rempubl. in publicis Oſnabrugæ & Monaſterii pacis firmandæ cauſa habitis Imperii & Legatorum Hiſpanicorum, Gallicorum ac Suedicorum conventibus pro liberis declaratas fuiſſe, ut *quoad Helvetios* conſtat ex *inſtrumento pacis Germano-Suedico art. 6. in f. & Germano-Gallico: Et quoad Hollandos in Inſtrumento pacis Hiſpanico-Belgico in pr. De harum defectionum firmitate vide judicium Prioli de Rebus Gall. l. 2. c. 31.*

Plura de hac quæſtione legi poſſunt apud Heſenth. in Athleta Polit. Claſſe 7. quæſt. 3.

Quæſt. 2. An Civitas mutato ita regiminis ſtatu maneat eadem?

Affirm. Grot. l. 2 c. 9. §. 8. Lampad. de Republ. Rom. p. 1. §. 60. Limn. Tomo V. l. 1. c. 4. n. 24. & ſeqq. Bœcl. in Diſſert. de eo quod Civitas egit.

Negat Conring. in not. ad Lamp d. l. Felden. ad Grot. d. l. Piccart. in Comment. ad Ariſtot. Polit. lib. 3. c. 3. (quod alius eſt 2.) *& alii plurimi moti auctoritate Ariſtot. d. l. Quibus etiam nos prac. l. 1. c 8. th. 5. in explic. ob rationes ibi conſignatas ſubſcripſimus.*

Continet verò hæc quæſtio ſimul in ſe quæſtionem, an & quatenus Civitas ita mutata ex factis prædeceſſorum obligetur. De qua opinionem noſtram l. eodem c. 6. th. 14. expl. 1. membro 2. annotavimus.

TH. II.

Subjectum recipiens everſionis ſunt tàm integra regna & totæ provinciæ, quàm ex iis quædam illarum partes, *in ſpecie verò* Urbes & homines, de quibus hic ſeparatim aliquid dicemus.

TH. III.

Urbes plerumq; per facta hominum, puta incendia tàm voluntaria & doloſa, *quàm* fortuita & caſualia, *uti etiam* devaſtationes hoſtiles & ſolo æquationes pœnales, *item* immerſiones per aquas, *non raro autem* à Deo immediatè & citra factum humanum, *nempè* per ignem à Cœlo dimiſſum, terræmotus, diluvia & inundationes aquarum, ac tandem animalcula quædam à Deo in vindictam armata evertuntur.

Explic.

1. E*Xempla Urbium facto hominum accedente incendio deletarum exhibent nobis Troja,* de quo videatur inter alios *Dictys-Cretenſis de bell. Troj. l. 5. p. m. 134. (quamvis de tali urbis illius interitu meritò dubitent viri eruditi, ut videre licet apud Rupert. in Hiſtor. univerſal. c. 4. p m. 84. & ſeqq.) Corinthus de cujus miſerabili interitu videri poteſt Flor. lib. 2. c. 16. Numantia, de quo Idem d. l. c. 17. Carthago per ſeptem & decem dies flagrans* ſecundum Eundem *d. l. c. 15. Sidoniorum Urbs* proditione Tennis & Mentoris in poteſtatem Artaxerxis Perſarum Regis redacta à Civibus ipſis de ſalute ſua deſperantibus incendio *ita funditus deleta eſt, ut* area illius à victore prædicto, pro rogo, uti ille dixit, vendita fuerit, & numerus ſimul combuſtorum hominum XL. millia exceſſerit, ut refert *Diodor. Sicul. lib 16. c. 45. Sardes* à Cimmeriis captæ & unius militis facto totæ conflagratæ *Herod. lib. 5. n. 143. Perſipolis* Regia totius Orientis ad unius ſcorti Thaidis impias preces ab Alexandro M. ipſo primum ignem regiæ injiciente, *ita funditus deleta, ut* illius veſtigium non inventum fuiſſet, niſi Araxis amnis id oſtendiſſet, ut refert *Curt. lib. 5. c. 7.*

Simi-

Idem de Heliopoli magnâ & eleganti urbe à Romanis funditus deletâ refert *Hieronymus in Daniel. cap.* 11.

Ita etiam *Babylon* urbs illa maxima funditus quaſi deſtructa, & ex ea per Nicanorem Seleucia exſtructa fuit, ita, ut nihil præter muros remanſerit ſecundum *Pauſan. in Arcad. f. m.* 319. *Plin. l.* 6. *c.* 26. *& Strabon. l.* 16. *poſt pr.* ſicuti etiam *Hieronymus in Eſaiam c.* 13 *v.* 19. refert, ſuo tempore intra muros Regis Perſarum vivarium fuiſſe, & *Rabbi Benjamin in Itinerario ſuo p. m.* 134. memorat, propter ſerpentes & ſcorpiones rudera Palatii Nabuchodonoſoris intrari non poſſe.

A quo autem ita deſtructa ſit, non ita conſtat. Oroſius quidem l. 2. *c.* 2. *&* 6. Cyro id adſcribit. *Verùm Xenoph. l.* 7. *de Ejus Inſtitut. n.* 192. ſolius occupationis meminit. *Herodot. autem l.* 3. *in f.* non Cyrum, ſed Darium in ſecunda occupatione demum ejus muros circumcidiſſe, & portas omnes amolitum eſſe refert. *De totali vero deſtructione præter Oroſium dd. ll. nemo veterum quidquam narrat, niſi quod Arrianus de Expedit. Alexandri M. lib.* 3. *p. m.* 195. incidenter memorat, quod Alexander Babylonem ingreſſus templa, quæ Xerxes ſubverterat, inſtaurari Babylonitis juſſerit, & in his templum Beli. *& ſeq. l.* 7. *p. m* 480. refert, Illum, cùm ex Græcia reverteretur, templum Beli, quemadmodum & cætera Babyloniorum loca ſacra ſubvertiſſe, Alexandrumque illorum reſtaurationem promoviſſe.

An ergo hic urbem aliquo modo etiam quo ad profana ædificia deſtruxerit, non reperitur, à multis verò negatur, tùm quia templa non ex hoſtilitate adverſus urbem, ſed ex doctrina Magorum, qui parietibus Deos includere impium putabant referente *Cicer. l.* 2. *de LL. c.* 9. procul dubio diruit, tùm quia urbs illa ſub Alexandro M. adhuc floruit, ut refert *Curt. lib.* 5. *c.* 1. his verbis: *Cæterùm ipſius urbis pulchritudo ac vetuſtas, non Regis modò, ſed etiam omnium oculos in ſemet haud immeritò convertit. Dicendum ergò fortè eſt, illam* non unicâ hoſtili vi, ſed per varios modos ſucceſſivè interiiſſe, ut indicat *Strabo d. l.* 16. *in pr.* his verbis: *Babylonis partem Perſæ diruerunt, partem conſumſit tempus, partem Macedonum negligentia, præſertim poſtquam Seleucus Nicanor Seleuciam ad Tigrim condidit, ſtadiis tantùm trecentis à Babylone diſſitam.* Quod poſtremum etiam *Plinius d. lib.* 6. *c.* 26 narrat his verbis: *In ſolitudinem rediit exhauſta vicinitate Seleuciæ, ob id condita à Nicanore, &* *Pauſanias l* 1. *f. m.* 19. his verbis: *Et cùm (Seleucus) conditâ Seleuciâ ad Tigrin fluvium in eam Babylonios inquilinos deduceret, neque muros Babylonis demolitus eſt, neque Beli templum evertit, & Chaldæis, ut proxima templo loca inhabitarent, permiſit.*

Quidquid ſit, ex authoritate dictorum Hiſtoricorum omninò ſtatuendum eſſe videtur, à quodam Perſicorum Regum, ſive is Darius ſive Xerxes, qui etiam poſt defectionem & Zopyri necem Babylonem cepiſſe ſcribitur à *Cteſia in excerptis n.* 3. *&* 4. quod etiam *Plut. in Apophth. Reg. num.* 5. indicat, ſive uterque ſucceſſivè fuerit, Babylonis ruinam initium ſumſiſſe, quod etiam *Curtio d. l.* non contrariatur: *Licet enim hic* illam urbem ſub Alexandro M. adhuc floruiſſe refert, *quia tamen* illius ambitum 368. ſtadiorum tunc ſaltem quo ad quartam partem, nempe 90. ſtadia, inhabitatam fuiſſe ſubjungit credendo, id in tutelam ejus factum eſſe, quoniam in vacuis locis ſementa ſparguntur, quo tempore obſidionis alimenta in ipſa urbe præſtò eſſent *Nos putamus*, loca iſta non ab initio conditæ, ſed à temporibus deſtructæ urbis deſerta manſiſſe, ac poſtea ad ſementa illa uſurpata fuiſſe, ac poſtea, ob incolarum paucitatem, quoniam in obſidione ſecunda, à Dario peractâ, ferè omnes fœminæ ab inco-

A. lis ipſis trucidatæ ſunt, & procul dubio tàm durante illâ, quàm in occupatione ipſa violenta magna virorum pars interiit, ſenſim decreviſſe, ac tandem à dicto Seleuco, poſt mortem Alexandri M. totius Aſiæ Domino, deductis in novam urbem Seleuciam incolarum reliquiis, ad incitas ac interitum redactam eſſe, ut apud *Pauſan. d. l.* ex parte legitur.

Aquileja anno 454. ab Attila Hunnorum Rege igne & ferro funditus deleta, de qua poſt *Jornand. de Rebus Geticis cap.* 68. *Callimachum in illius vita & Otton. Friſingenſ. lib.* 4. *Chron. cap.* 27. *legi poteſt Bonfin. Dec.* 1. *lib.* 6. *fol. m.* 93. Ex quibus primi tres ſimul referunt, ciconias ante occupationem pullos ſuos è nido in tecto Arcis conſtructo avexiſſe, & Attilam hoc in omen obtinendæ urbis traxiſſe.

B. *Heraclea* anno 805. à Muſſlimis Duce Raſjido incendio funditus deleta eſt ſecundum *Elmacinum in Hiſtor. Sarrac. l.* 2. *c.* 6.

De Bardervici, nobiliſſimæ atque antiquiſſimæ Saxoniæ urbis, deletione anno 1188. ab Henrico Leone factâ legi poteſt *Helmold. in Chron. lib.* 3. *c.* 2 & ibi *Bangertus Cranz. l.* 7. *Saxon. c.* 2. *& Sagittarius in Illius Hiſtoria c.* 7. §. 12.

Præterito quoque tempore *Leodium* à Carolo Burgundo expugnatum, direptum & exuſtum eſt. *Cranz. lib.* 12. *Vandalia cap.* 40. *Comin. lib.* 2. *cap.* 13. *&* 14. *& Gaguin. lib.* 10. *Hiſtor. Franc. cap.* 11.

Et in præterito Germano-Svedico bello militari furore in cinerem redactæ ſunt multæ egregiæ civitates, *Haderslebia* in Jutia, *Parvvalckum*, (quæ referente *Landsbergio in Bello Germ. cap.* 1. *pag.* 50.
C. unâ die ter capta & liberata, ter incenſa, ter reſtincta & toties direpta fuit) *Stargardia* & *Gartzium* Pomeraniæ, & *Magdeburgum* Saxoniæ Inferioris. Et quidem in hac nobiliſſima urbe 10. Maji 1631. captâ & igne deletâ circiter 30000. hominum ferro & igne ſimul periiſſe, *Chemnit. vol.* 1. *Belli Sveco-Germ. lib.* 3. *n.* 15. *& VVaſſenberg. in Floro ſuo German. p. m.* 186. refert, alii verò 28000. periiſſe firmiter aſſerunt.

Exempla urbium per incendia caſualia perditarum etiam paſſim ſunt obvia, inter quæ ſaltem referre voluimus ſequentia:

Anno 1657. *Metropolis Japoniæ Jedo* per tale incendium intra biduum ſuper 100000. ædibus privata fuit, ut refert *Montanus in Deſcript. Legat. Holland. ad Imperatorem Japonenſem f* 368.

Anno 1666. *Metropolis Angliæ Londinum* per ſi-
D. mile incendium (quod tamen nonnulli poſtea pro doloſo habuêre) ultra 12000. ædium jacturam paſſa eſt.

Similiter anno 1677. *Glogovia*, Principatus cognominis Metropolis, uſque ad paucas ædes tali incendio periit.

Sed in antiquitate exemplum ſine exemplo, ut Seneca 91. *refert, occurrit in urbe Lugdunenſi Galliæ celeberrimâ, per incendium tale ita exſtinctâ, ut nox una inter urbem maximam & nullam fuerit, adeòque nullum ejus veſtigium amplius exſtiterit.*

Sed nec exempla urbium per furorem hoſtilem abſque injectione ignis deletarum & ſolo æquatarum deſunt, inter quas occurrit *Alba*, quæ ob proditionem à Metio Fuffetio contra Romanos commiſſam, Romam prius tanquam in communem urbem totâ ejus multitudine deductâ, unâ horâ ſolo æquata eſt, ut latè tradit *Halicarn. l.* 3. *c.* 42. *& Liv. l.* 1. *c.* 28. *& ſeq.*

Ninus ſecundum Diod. Sic. l.2.c.28. ab Arbace, ſed ſecundum Herod lib.1.p.m.49. rectius a Cyaxare demum (de quo *Marshamus in Canone Chron. Seculo* 17. *p. m.* 526. legi poteſt) *vel ſecundum Hiſtoriam Tobiæ cap.14.v.17. & Druſium in Prophetam Nahum c.1. à Nebucadnezare & Ahaſvero* (quem Druſius hîc cum dicto Cyaxare, & poſt varias opiniones relatas *Calovius in Illuſtratis Bibliis Tomo 1. in præmiſſo Chron. Biblico f.m.116. & ſeq.* cum Dario Hyſtaſpidâ eundem facit) devaſtata.

Thebe Græcæ ab Alexandro M. everſa, *Plut. in ejus vita cap. 20. Diod. Sicul. lib. 17. cap. 13 Ælian. lib.13. V.H. cap.7. & Arrian. in Expedit. ejus lib.1.p.m.* 26.

Sic quoque Macedones *Branchidarum oppidum* ita diruerunt, ut ne illius veſtigium exſtaret, *Curt. lib. 7. cap. 5.* & Imperatoris Juliani milites urbem *Dacıram* ad Euphratem ſitam planè deſtruxerunt. *Zoſimus lib. 3. Hiſt.* Porro *Vejorum urbs* à Romanis ſecundum *Flor. lib. 1. cap. 12. & Propert. lib. 4. Eleg.* 11. deleta eſt, ut poſterior indicat his verſibus:

Et Veji veteres & vos tum præda fuiſtis,
& veſtro poſita eſt aurea ſella foro,
Nunc intra muros paſtoris buccina lenti
Cantat, & in veſtris oſſibus arva metunt.

Tuſculum à Romanis anno 1191. ex ſola ira & vindictæ cupiditate, cùm à Pontifice Cœleſtino donatum illis eſſet, funditus deletum referente *Sigon. lib. 15. poſt princ.*

Mediolanum antea à Vraja Vitigis Gothorum Regis Duce vaſtatum teſte Procopio lib.2. hiſtor. Goth. p.m.278. & poſtea anno 1162. à Friderico I. Imp. ob perfidiæ & ſeditionum frequentiam funditus *everſum ita fuit*, ut aratrum per urbem decuſſatim fuerit tractum, & ſal, ne quid fructus amplius ibi proveniret, diſſeminatum, *ex Ottone de S. Blaſio in Appendice ad Ottonem Friſing. cap.16. Sigonio lib. 13 de regno Italiæ ad illum annum fol. m. 313. & Bernhardo Corio in hiſtoria ſua conſtat*, de quo etiam legi poteſt *Urſperg. in Chron. ſub dicto Imperatore Tit. De everſione Mediolani.*

Auguſtam Vindelicorum à Bojis Romanis ereptam, & ſolo æquatam fuiſſe, refert *Avent. lib.3. pag.m.149. & Zeillerus in Topographiâ Sueviæ verb.* Augſpurg: ubi ſimul varias illius ruinas & mutationes recenſet.

Tripoli in Africa miſerrimè à Turcis vaſtata ac everſa, ut apud *Hippolit. à Collibus de Princ. c.36.* videri poteſt.

Illud poſtremo notandum, à Sempronio Graccho in Celtiberia 150. *Civitates ſecundum Flor. lib. 2. cap. 17. à Tiberio Graccho verò* 300. *urbes, ut ex Polybio refert Strabo lib. 3. pag. m.* 294. addens, id riſu Comico in illius gratiam dictum ab eo, qui turres urbes appellat, ut in triumphalibus pompis fieri mos eſt, *ab Annibale* 400. *Romanorum civitates, App. in bell. Pun. pag. 55. & 137. à Paulo Æmylio in Epyro* 70. *oppida*, ut refertur in *Fragm. Polybii l. 7. & à Livio l. 45. c. 34. ac quodammodo à Plutarcho in Æmylio Paulo c.49.* In bello ſacro *inter Phocenſes & Thebanos geſto* 20. *Pauſan. lib.9. fol.m.385. & ſeq.*

Sub Adriano in Judæa furore bellico 50. *arces muniti ſſimas &* 985. *oppida ſive nobiliſſimos & celeberrimos vicos ſolo æquata fuiſſe*, ut memorat *Dio lib. 69. fol. m.* 794.

Nec non juſſu Maximini ſenioris in Germania Transrhenana per 300000. *vel* 400000. *vicos incenſos eſſe, ut refert Capitol. in Maximin. Seniore cap.* 12.

A. *Quibus addendum, quandoque deſtructionem talem ad tibiarum & tubarum cantum perfectam fuiſſe, ut refert de Athenis Plut. in vita Lyſandri c.28. & de Corintho Flor. l.2. c 16.*

Illud ſingulare eſt, quod Crotoniatæ Sybarim urbem captam immiſſo flumine immerſerint, Strabo lib. 6. pag. m. 480. Idem Latrones in Sinarum urbem nobiliſſimam Caifung. anno 1642 perpetrarunt, quo non ſolùm tota illa urbs, ſed etiam ultra trecenta hominum millia effoſſo immenſo flumine Croco aquis abſorpta eſt, ut narrat *Mart. de bello Tartarico pag. m. 36. & Arnold. Montanus in deſcriptione Legationis Hollandicæ ad Imperatorem Japonienſem fol.* 39.

Exempla urbium à DEO per ignem è Cœlo dimiſſum ob illarum peccata exciſarum & deletarum ſunt Sodoma & Gomorrha, Geneſ. 19. v. 24. & ſeq.
B. *item quodammodo Antiochia*, quæ referente *Cedreno in Compend. Hiſt. ſub Juſtino Imperatore fol. m.* 300. *anno* 525. primò terræ motu & igne, cujus ortum nemo cognoſcere potuit, ac poſtea *igne ex aere inſtar ſcintillarum decidente* diruta & combuſta fuit. *Per fulgura vero plurium.*

Ita enim præteriti ſeculi anno quadrageſimo ſexto Mechlinia per fulgur pulverem pyrium in turri ſervatum ſimul incendens miſerabiliter devaſtata fuit, ut ocularis teſtis *Guicciard. in Belgio in illius deſcriptione* memorat. Cui junge *Sleidan. lib. 17. pag. m. 490. & Munſter. lib. 3. Coſmogr. fol.* 730.

Eodem modo, anno 1647. 5. *Auguſti Brema ingens perpeſſa eſt damnum, ut refertur in Topogr. Saxon. Infer. fol. m. 50. Plura exempla vide apud Meiger. in Nucl. Hiſtor. lib. 6. cap. 5. &*
C. *c.8.*

Quibus tandem addimus, quaſdam urbes inprimis ignis infortunio ſubjectas eſſe, inter quas referenda *Gotha Thuringiæ, Ulzena in Ducatu Lunaburgenſi, Schöninga in Ducatu Brunovicenſi, Hanovia in noſtro Ducatu Ligniconſi, quæ omnes intra hominum memoriam maximâ vel magnâ ex parte aliquoties conflagrarunt.*

II. *Per terræ motus* (qui teſte *Cicerone de Haruſpic. reſponſ. in f.* pro Deorum immortalium voce & pæne oratione habendi ſunt) dirutæ & conquaſſatæ quoque ſunt admodum multæ civitates, & inter illas *Sicyoniorum urbs*, *Pauſ. lib. 2. fol. m.* 62.

Helice, Idem lib.7.p.m.280.

Antiochia, de qua ita *Xiphil. ad lib. 68. Dion.*
D. *fol. m. 781. Dum Trajanus moraretur Antiochiæ, terra motus ingens factus eſt, & multis Civitatibus, ſed Antiochiæ præſertim, magna clades illata. Nam cùm Trajanus illic hiemaret, cumque magnus eo numerus militum, magna privatorum hominum multitudo, litium, legationum, negotiationis & ſpectaculorum causâ undique convenisſet, id damnum ad omnes nationes populosque ita pertinuit, ut in urbe Antiochia omnis orbis terrarum ſubjectus Imperio Romano detrimentum acceperit.*

Eandem ſub Juſtino Imperat. maximo terræ motu concuſſam fuiſſe refert *Evagr. lib. 4. cap. 50. & Cedrenus ſub illo Imperatore fol. 300. addens* illam tunc terræ motu & incendio planè interiiſſe, ac ab Imperatore Juſtiniano magnis quidem ſumtibus reſtaurari cœptam, ſed biennio pòſt, nempe anno 528. iterum ac cum 4870. hominibus exſtinctam eſſe, uti *ſeq. f.302. & 303. legi poteſt.*

Ac

Ac iterum ſub Mauritio Imperat. anno 637. peremptos 60000. *hominum, refert ocularis teſtis Evagr. lib. 6. c. 8.* & poſt illum ac alios *Hotting. in hiſtor. Eccleſ. c. 6. ſect. 1. p. m. 307. & ſeqq. & c. 8. ſect. 1. p. m. 481. uti & c. 9. ſect. 1. p. m. 577.*

Daphnem urbem Antiochiæ finitimam regnante Tiberio terræ motu funditus everſam fuiſſe refert *Idem Evagrius lib. 5. c. 17.*

Meminit quoque Juſtinus terræ motus ingentis, quo Syria vaſtata fuit, & 120000. hominum & multæ civitates perierunt, *lib. 40. c. 1.*

Sub Tiberio 12. *celebres Aſiæ urbes* eodem modo dirutas eſſe refert *Tacit. 2. Annal. 47. & Senec. Epiſt. 91.*

Eodem ibid. memorante, terræ motu in Achaja clariſſimarum urbium fundamenta ita conſumta fuerunt, ut ſuo tempore nec quicquam exſtiterit, ex quo apparuerit illas ſaltem fuiſſe.

Anno 737. in Oriente admirandus ortus terræ motus, & unâ nocte ſexcentas urbes diruit ſecundum Elmacinum in Hiſtor. Sarracen. lib. 1. cap. 17. ex verſione Herpenii.

Anno 753. referente Sigeberto in Chronographia ad illum annum terribilis terræ motus fuit, quo urbes *aliæ* quidem ex toto, *aliæ* ex parte ſubverſæ ſunt, *aliæ autem* à montanis ad ſubjecta campeſtria loca cum muris & habitatoribus ſuis integræ & ſalvæ ad ſextum lapidem transmigrarunt, *quod etiam ad annum tamen* 750. *refert Nicephorus Patriarcha in Breviario Hiſtor.*

Anno 856. horribilis terræ motus in Comaſa & ejus pagis exſtitit, ita, ut ad 45000. hominum perierint, Elmacinus in d. Hiſtor. l. 2. c. 11.

Anno 859. referente Elmacino in Hiſtor. Sarrac. cap. eod. ingens iterum Antiochiæ exſtitit terræ motus, quo 1500. ædificia & 90. murorum turres conciderunt.

Anno 1105. *referente poſt alios Sigonio lib. 9. fol. m. 237. Metamaucus* inſula, ditionis Venetæ, contractè Metamacus, Italicè Malomocus, ſecundum *Leandr. Alberti de Inſulis Italiæ pag.* 90. de qua etiam legi poteſt *Hundius in Deſcript. Italiæ fol. 354. terræ motu ita concuſſa eſt, ut planè ſubmerſa fuerit, & ſeq.* 1117. *memorante eodem ſeq. lib.* 10. *fol. m.* 252. *tantus in Italia terræ motus fuit*, ut ejus impetu mœnia, templa, turresque urbium paſſim cum ingenti mortalium ſtrage procubuerint, fontes turbati ſint, templorum lampades nullo impellente ventorum flatu per aërem latæ, præcipuè *Parmæ* nova Baſilica, *Veronæ* ædificiorum pars maxima corruerit.

Anno 1279. *in Italia* ingens iterum terræ motus exſtitit, ita, ut inter alia tres montes, inter quos duo lacus & caſtrum erant ſiti, penitus conſederint, lacus verò & caſtrum ipſum voragine terræ abſorptum fuerit, *memorante eodem lib. 20. fol. m.* 119.

Anno 1348 25. *Febr.* in Auſtria, Moravia, Hungaria, Carinthia & Carniola ingens terræ motus exſtitit, qui 40. dies durans, circiter 26. urbes, cum multis arcibus, pagis & hominibus perdidit. *Bercken in hiſtor. Auſtriaca l. 3. c. 6.*

Anno 1450. *tota Neapolis* terræ motu concuſſa fuit, deletis ſimul in illo regno 30000. hominum, *Alſted. in Chron. tit. 32. pag. m. 320. Quod tamen anno 1456. factum fuiſſe Collenut. lib. 6. pag. m. 461. refert.*

Anno 1618. *Plura oppidum Rhetiæ* ab adhærente rupe altiſſimâ interveniente terræ motu a uno

A. quaſi momento ita obruta & exſtincta fuit, ut ſtatim nullum ejus veſtigium ſuperfuerit: de quo inter alios videndus *Lundorpius in bello Civili Germanico, Brachel. lib. 1. Hiſtor. Furtenbach in Itiner. Italiæ p. 7. & ſeq. & latiſſimè Sprecherus in Hiſtor. Motuum Rhetic. p. m. 63. & ſeqq.*

Anno 1627. horribilis terræ motus univerſam ferè Apuliam concuſſit, multis urbibus, oppidis, arcibus, pagis, ſylvis, & hominibus ſupra 12000. abſorptis, *Alſted. d. l. p. 328.*

Anno 1638. ingens terræ motus in Sardinia & Sicilia exſtitit, per quem ſex civitates magnæ & ducenti circiter vici ac pagi, ut & 40000. hominum interierunt, & provincia ad 40. milliaria Italica deſolata eſt, referente *Georgio* Wintermonat *in relatione hiſtor. ad illum annum.*

Eodem referente Kirchero in præfat. Oper. ſui de B. *Mundo ſubterr. cap.* 2. in Calabria terræ motus (procul dubio idem) ſe ſpectante oppidum S. Euphemiæ celeberrimum evertit, ita, ut veſtigium ejus non ſuperfuerit, lacu putidiſſimo in ejus locum enato, & omnia disjecit, ita, ut cum ſociis ſuis in itinere ad 200000. paſſuum nil niſi cadavera urbium, caſtellorumque ſtrages horrendas reperierit. *Idem in lib. 2. cap. 12. §. 1. memorat, anno 1646. in America maximum & omnibus ſeculis memorandum terræ motum totum ferè Chilenſe regnum* in vaſtitatem redegiſſe, nonnullis in eo altiſſimis montibus, quos *Andes* vocant, abſorptis.

Tandem hoc ipſo, dum hæc ſcribimus, anno 1667. Dalmatiæ principalis urbs & libera urbs vel Reſpubl. Raguſa terræ motu valdè concuſſa fuit, ut in *Diar. Europ. parte* 17. *p.* 281. legi poteſt.

C. *Plura exempla omittimus, legi tamen poſſunt apud Cedrenum paſſim, & inter recentiores apud Meigerium in Nucl. Hiſtor. l. 6. c. 6.*

Claudamus hanc materiam, mirâ quâdam de terræ motu, ſequentibus verbis à *Camdeno p. 2. Ann. Angl. p. m.* 200. recenſitâ hiſtoriâ:

Anno 1571. duodecimo Calendas Martii veſperi horâ ſextâ in Orientale Comitatus Herefordenſis parte ad viculum Kinnaſton terra deceſſit, monsque cum ſubjecta caute (ingenti mugitu primùm & ſtridore, ut à vicinis longè exaudiretur) tanquam ſi ex diuturno ſomno conſurrexiſſet, ſe extulit, & in ſuperiorem locum relicto cubili profundo aſcendit, ſecum unà deferens arbores infixas, caulas & ovium greges. Arborum quædam terrâ obruta jacuêre, aliæ montis accedendo adjuncta ita coaluerunt, ac ſi eo loco primùm radices egiſſent. Quo loco diſceſſerat, D. *hiatum quadraginta pedes latum, longum octoginta ulnas reliquit: Ager omnis viginti jugerum plus minus erat, inter eundum ſacellum obvium evertit. Taxum in Cœmiterio ſitam ab Occidente in Orientem tranſtulit. Eadem vi, publicas vias cum caulis, ſepibus & arboribus inſitis protruſit. Ex culta paſcuam, ex paſcua rurſus cultam effecit. Terram eminentiorem, cui obviam occurrit, provolutam & vi majori actam in montem celſiorem tanquam aggere facto redegit. Ita cùm à veſpere die Saturni uſque ad meridiem die Lunæ obambulaſſet, tanquam ex itinere feſſus & mole ſuâ laborans ſubſtitit. Eandem hiſtoriam etiam narrat Spedus in Theatro Imperii Magnæ Britanniæ lib. 1. c. 25.* collem ita motum *Marcley* vocans.

Similem de alio terræ motu idem Camdenus refert p. 3. p. m. 366.

Similis quoque fuiſſe videtur, qui anno 753. exſtitit, & paulò antè ex Sigeberto relatus eſt.

Pertinet huc prodigium, quod de univerſo oliveto viam publicam transgreſſo arvisque inde è contrario in locum oliveti projectis in Neronis ruinam factum refert *Plin.lib* 17.*c*.27.

Narrat quoque poſt *Mart.Polon.l.4.Chron.ſub Honorio Pontifice p.m.*187.*ubi tamen illud poſt Friderici II. Imper.tempora & anno* 1294.*id eveniſſe refert Naucler. vol.2.generat.*41.*f.*217.*f.*6.*ſub Friderico II. Imperatore Montem quendam in Burgundia ſe diviſiſſe*,& quinque millia hominum ſuffocaſſe,tandemque ad alios montes mirabiliter acceſſiſſe, & *Kircherus in d. tract. de Mundo ſubterraneo lib.* 4. *Sect.* 2. *cap.* 9. §. 2. *fol. m.* 220.

Ex formidabili terra motu exorto in Regno Neapolitano integrum montem vinearum cultura nobilem ex loco ſuo in alium tribus inde millibus paſſuum intervallo diſſitum ſine ullo in intermediantibus locis ſui veſtigio relicto translatum fuiſſe,adhucque diuturnam inter dicti montis poſſeſſorem eſſe litem,utrum reditus ſolutioneque pecuniaria, qua regius fiſcus exigere ſolet ex priori, ubi mons prius ſteterat, an ex poſteriori, in quem conjectus fuerat, loco petenda ſint: citatque,ex quo hiſtoriam illam deſumſerit,auctorem *Peer.Caſtellum Medicum,in opere ſuo de Veſuvio pag.ult.& Simon Dunelmenſis in hiſter.rer. Angl.ad annum* 1117.*Tunc temporis* in Longobardia villam quandam pergrandem motam fuiſſe repentè de ſtatu proprio,& jam ab omnibus in longè remoto conſiſtere loco & cerni,quam etiam habet hiſtoriam *Bromton.in Chron.Angl.poſt an.*1113.*& Knigthon.lib.2.d.Event.Angliæ c.*8. *ac Hoveden.parte* 1.*Ann. Angl.ſub Henrico I.*

Pertinet huc,quod refert *Avent.lib.7.f.*486.in maximo illo terræ motu anno 1348. qui Noricum valde afflixit,duos montes concurriſſe,& urbes cum adjacentibus devoraſſe.

Nec ab hac materia aliena eſt hiſtoria,quam referunt *Annales Regum Francicor.ſub Ludovico ad annum* 822. *apud Reuber. Tomo uno Scriptor. Germ. his verbis:* In regione Turingorum quodam in loco juxta flavium ceſpes Longitudine pedum 50. Latitudine 14. altitudine ſesquipedali de terra ſine manibus & præciſus & ſublatus eſt,& ab eo loco,in quo ſumtus eſt,15.pedum ſpacio diſtans inventus eſt: Ubi etiam alia hiſtoria exſtat.

III. *Per diluvia & inundationes aquarum non ſolum Civitates,ſed integras quandoque regiones everſas & corruptas fuiſſe,ex ſacra etiam ac prophana hiſtoria notiſſimum eſt.*

Nam præter univerſale illud ob peccata primorum hominum, à Deo anno poſt orbem conditum 1656.*juxta calculum Petavii in Rationario temporum part.*2.*c*.1. *Degorei VVhear in Relectionibus de ratione legendi hiſtorias part.1.ſect.2.ac aliorum celeberrimorum Chronologorum immiſſum diluvium ex ſacris literis plusquam notum,& de quo multa egregia ex prophanis hiſtoricis congeſſit Rupert.in hiſt.univerſali cap.1.pag.m.14.& ſeqq.duo adhuc apud prophanos ſcriptores notata reperiuntur diluvia particularia, unum Ogygium ab Ogyge vel Ogygio, qui* tunc ſub Phoronæo in Attica vel Achaja *ſecundum Oroſium lib* 1.*c*.7. vel in Bœotia ſecundum *Pauſ.l.9.f.m.* 344.*& Ludov.Vivem ad lib.*18.*Auguſtini de Civit.Dei c*.8.regnavit,dictum,*& juxta Acuſilai calculum (erroneum tamen) anno ante Chriſtum natum* 1795. *vel ſequenti,& poſt prædictum Noachicum* 532.*tempore Patriarchæ Jacobi vel juxta alios,quinto ab ejus obitu anno, & ita ante poſterius jam memoratum diluvium* 248.*annis, ac conſequenter anno periodi Julianæ* 2937.*& conditi mundi* 2188.*vel juxta VVhearum d.l* 2185.*exortum eſt, de quo etiam Coquæus in Comm.ad Auguſt.d.c.*8.*conſuli poteſt, duravitque juxta Xenoph.in Æquivocis,& So-*

A. *lin.in Polyhiſt.c*.17.*quod Salmaſio eſt* 11.*per novem,ſecundum alios verò per duos menſes. Meminit illius etiam Auguſt.d.l.*18.*c*.8.*ubi illud majus,quàm Deucalionæum ſequens fuiſſe narrat.*

Alterum v. Deucalionæum à Deucalione, qui tunc in Græcia vixit, *ita appellatum &* 248. *ut dictum annis poſt Ogygium*, ut refert *Cedrenus in Compend. Hiſtor. fol. m.* 11. *ac adeò Mundi* 2436. *vel juxta VVhearum d. l.* 2437. *tempore Cecropis Athenienſium Regis &* 18. *annos ante exitum Iſraëlitarum ex Ægypto. in Græcia vel potius juxta Oroſ. d. lib.* 1. *cap.* 9. *in Theſſalia ortum,de quibus vid. Petavium in Ratiocin. temp. p.* 1. *lib.* 1. *cap.* 4. *&* 7. *& p.* 2. *cap.* 5. *&* 9. *& excerpta Scaligeri Græca pag.* 363.

Mentionem etiam aliorum diluviorum faciunt nonnulli Hiſtorici, nempe Ægyptiaci, quod Nilo per
B. *totam regionem exundante* 44. *annis præceſſit Ogygium, juxta calculum Reuſn. in Iſagoge hiſtor. lib.* 2. *p. m.* 182. *& Italici, quod anno poſt Chriſtum natum* 536.*juxta ejusdem computum d.l.p.m.*394.*contigit.*

Ubi etiam alicujus,quod Inſulam Atlantidem Europæo Orbe majorem per æſtum maris abſorpſit,uti ex *Platone in Timæo ſive lib.*32.*fol.m.*476. *Plin.lib.*2. *cap.*90. *Amm. Marcellin.lib.*17. *p.m.*98. *Tertull.in Apologet. cap.* 39. *Lipſ. de Conſtant. lib.* 1. *cap.* 16. *& alii referunt.*

*Nec non aliùs Thucyd.lib.3.p.m.*147.*& iterum aliùs in finibus Venetæ ditionis & Liguriæ,quod anno* 517.*contigit, & omnia præter Noachicum ſuperaſſe ſcribitur à Reginone in Chron.lib.*1.*ad illum annum,ac Hibernicum præc.c.*1.*ib.*9.*expl.*3. *relatum.*

Porro inter inundationes marium & fluviorum ma-
C. *ximè memorabiles referenda ſunt ſequentes:*

Sub Imperatore Juſtino anno 525.*eluvione Scirti amnis Edeſſa urbs deleta eſt, referente Cedreno in Compendio Hiſtor.ſub illo Imperatore f.*300.

Anno 591.*inundatio Tiberis tanta fuit*,ut ſuper muros Romæ influxerit. *Marianus Scot.lib.*2. *ætat.* 6. *Sigon.lib.*1.*de Regno Italico f.m.*16.

*Similis refertur ab eodem lib.*1.*fol.m.*94. *Romæ anno* 791.*obveniens.*

Anno 876. per ejusmodi inundationem *in Saxonia* ingens illatum eſt damnum,ut refert *Sigeb.in Chronogr. ad illum annum.*

Anno 1164. *in Friſia tanta inundatio maris fuit, ut præter* ingens terrarum & ædificiorum damnum etiam *ultra* 100000. *homines peſſundederit, & etiamnum nomine ſancta Juliana clarum ſit, Emm.in hiſt. Friſica lib.*7.*f.m.*110.

D. *Anno* 1216. *in eadem Friſia* aliquot magnæ inundationes,& inter illas,quæ adhuc *ſancti Marcelli nomine*, à die,quâ obtigit,memoratur,exſtiterunt. *Id.l.*9.*f.m.* 128.*& ſeqq.*

Anno 1277.*iterum* tanta ibi maris eluvio fuit,ut inde primum ingens ſinus apertus,& inde poſtea à rapido & rabido fluxu ac motu *Dullarti nomen* ſortitus ſit, *Id.l.*12.*in pr.*

Anno 1275. *in Marchia Miſnenſi* ingens fuit Albis fluvii inundatio, ædificiis,hominibus,pecori & montibus ipſis maximè pernitioſa. *Addit. ad Lampert. Schaffnab.*

Anno 1287. *in Friſia iterum* tanta inundatio maris fuit, ut *ultra* 80000. *hominum* eâ interierint, *Lang.in Chron.Citizenſ.ad illum annum.*

Anno 1372. *iterum* eluvione maris, *Dionyſianâ dictâ*, in Friſia, Hollandia, Selandia & Flandria ingens damnum eſt illatum ſecundum eund. *Emm.lib.* 18.*f.m.*214.

Anno

Anno 1421. iterum talis, prædictas terras afflixit juxta *eund. lib.* 19. *f. m.* 286.

Anno 1429. alia immenſa inundatio, *Franciſcana*, à die eventûs dicta, Friſiam vaſtavit. *Id. lib.* 20. *circa fin.*

Anno 1490. in Gallia citeriori & Brixianorum finibus, in Italia ac ad Padum eluviones aquarum ingentia damna attulerunt, *Bemb. hiſt. Veneta lib.* 2. *circa princip.*

Anno 1509. iterum Friſiam inſolita inundatio afflixit, *Emm. lib.* 43. *f. m.* 676.

Anno 1515. Rheni inundatio ubique magno affecit damno accolas, *Lang. in Chron. Citiz. ad illum annum.*

Anno 1530. *Tiberis* exundans Romæ immenſa intulit damna, ſexcentas ædes diruit, & ultra 12000. hominum ſuffocavit, *VVolff. in Lect. Memor. Cent. decimâ ſextâ, fol. m.* 304. *&* 659. & *Auctor Hiſtor.* B. *Frundsbergica fol.* 195. *ubi addit, ſimilem exundationem eodem anno in Germania inferiori evenisse, quæ ſecundum nonnullos maxima poſt Noachicum diluvium fuit.*

Anno 1595. inundatio Rheni, Vahalis, Iſalæ & Moſæ ingens damnum accolis intulit. *Reidan. in Annal. Belg. lib.* 12. *f. m.* 313.

Anno 1597. *in Hollandia* & vicinia, magna maris inundatio fuit, *Id lib.* 14. *f. m.* 393.

Anno 1613. *in Thuringia* magna inundatio aquarum fuit, de qua diſſertationem ſingularem ſcripſit *M. Andreas Pulcie*, ubi videri poteſt.

IV. *Per animalcula quoque & inſecta DEUS* juſtiſſimus peccatorum vindex provincias deſolare, incolas ejicere, & Civitates deſolari ſolet.

C. *Et quidem, ut ex M. Varrone ac Theophraſto ſcriptum reliquit Plin. lib.* 8. *cap.* 29. *in Hiſpania oppidum à cuniculis, in Theſſalia à talpis effoſſum, in Gallia à ranis civitatem pulſam, à locuſtis in Africa, ex Gyaro Cycladum inſulâ incolas à muribus fugatos, in Italia Amyclas à ſerpentibus deletos. Citra Cynamolgos Æthiopes latè deſertam eſſe regionem à Scorpionibus & Solpugis, gente ſublatâ & à Scolopendris abactos Trerienſes. Vid. eund. ſeq. cap.* 57. *& lib.* 10. *c.* 65. *ac Strabon. l.* 16. *p. m.* 556.

De Hiſpania gente Gymneſiarum inſulam inhabitante refert Idem Strabo lib. 3. *pag. m.* 260. *&* 303. *eam quandoque, ut fertur, Romam legatos miſiſſe, & aliam ſedem petiiſſe, quoniam à cuniculis ejectarentur, dum illis propter multitudinem obſiſtere nequirent. Similiter cùm cuniculi Inſulas Baleares ſubfoſſione perderent, ſubditi ad Senatum Ro-* D. *manum conſilii petendi causâ miſerunt, & illo impetrato feles ex Africa attulerunt, eoque modo cuniculos ſuſtulerunt, ut ex hiſtoriis narrat & pluribus exemplis demonſtrat Bertius in Explic. Tabul. Geograph. contract. in Deſcript. Major. & Minor. pag.* 107.

In Media per paſſerum ingentem copiam ſemina jacta abſumentium incolas aliò migrare coactos fuiſſe refert *Diod. Sic. l.* 3. *c.* 30.

Sic quoque refert Idem d. lib. 3. *cap.* 30. quod in Italia agreſtium vis murium fœcundâ luxuriâ in agris natorum è patria quosdam expulerit.

Autariatæ per ranas in nubibus cretas, & pro uſitatis delapſas guttis patriam deſerere & in locum alium profugere compulſi fuerunt.

Quod poſterius confirmat *Juſtin. lib.* 11. *cap.* 2. ſcribens: *Caſſandrum ab Apollonio redeuntem incidiſſe in Abderitas (qui abſque dubio ſunt illi, quos* A. *Diodorus Autoriatas vocat) qui propter ranarum & murium multitudinem relicto patrio ſolo ſedes quærebant, & veritum, ne Macedoniam occuparent, factâ pactione, in Societatem eos recepiſſe, agrosque illis ultimos Macedoniæ aſſignaſſe.*

Quod etiam olim in Pæonia & Dardania accidiſſe refert *Euſtathius in Comment. ad Iliadem Homeri.*

Neuros Scythiæ populos à ſerpentibus ſolo ſuo depulſos eſſe recenſet *Herodot. lib.* 4. *num.* 113. *& ab iisdem Amyclarum civitatem deletam, Plin. d. lib.* 8. *cap.* 29. *& lib.* 3. *cap.* 5. *E Troade incolas per mures agreſtes expulſos fuiſſe* narrat *Idem lib.* 10. *cap.* 65. *Idem de Italia Diod. Sicul. lib.* 3. *c.* 30. *& de Chalcidenſibus*, qui omnia illorum bona devorarunt, ut neque ferro parcerent, *Heraclides in Politiis paulò ante finem.*

B. *Ita ſcribit Franciſc. Badingius Concion.* 2. *de deſolat. Hieroſolym. & Regionis Saxon. inferioris.* ſuo tempore prope Bergas Norvegiæ in portu quodam *mures* pluiſſe hominibus admodum nocivas & *feles non timentes.*

Quid? quod Deus ipſe dicit, ſe crabrones populo ſuo præmiſiſſe ad expellendos Eromæos, Gargaſcbeos, Chimæos, & Jebuſæos, ita, ut nec gladio, nec arcu ad illorum expulſionem eguerint. *Joſ.* 24. *v.* 12. *Sapient.* 12. *v.* 8. juxta promiſſionem antea factam *Exod.* 23. *v.* 28. *& Deut.* 7. *v.* 20. *de quibus plura ib. ſeq. expl.* 1. *adducentur.*

Mirum ergo non eſt, ſi à Beſtiis majoribus, utpote Leonibus, famis neceſſitate compulſis, imbelles quædam gentes à patriis expulſæ ſint ſedibus, ut de *Rhizophagis* narrat *Diod. Sicul. d. lib.* 3. *cap.* 23. *Quia etiam Alexander M.* cum victrici ſuo exercitu C. in India à beſtiis nocturno tempore aquatum euntibus & exercitum illum ſibi objectum habentibus ita oppetitus fuit, ut per aliquot horas difficilem ſuſtinuerit pugnam, dum inter alias à ſerpentibus binorum ternorumque capitum triginta ſervi & viginti milites, & ab una novi generis beſtia, elephantem magnitudine ſuperante, & tribus in fronte cornibus munitâ, ab Indis *Odonta* dictâ, triginta ſex Macedones interfecti, & quinquaginta tres falcati inutiles redditi ſunt, *uti ipſe in Epiſtola de ſitu Indiæ ad Præceptorem ſuum Ariſtotelem ſcriptâ, & à Cornelio Nepote Latinitate donatâ, ac à Johanne Andr. Cruſio ſuo de Nocte tractatus c.* 4. *n.* 4. *pro parte inſertâ, ſcribit, ubi videri poteſt.*

TH. IV.

D. *Homines quod attinet, illi non ſolùm prædictis quoque, ſed inſuper etiam famis, ferri & peſtis calamitatibus obnoxii ſunt.*

Explic.

I. Q*Voniam in præcedentibus exemplis* hominum terræ motibus & diluviis ac inundationibus ſimul peremtorum aliqua mentio facta eſt, pluraque ex auctoribus allegatis peti poſſunt, *hîc ſaltem quædam de famis, ferri & peſtis calamitatibus adducturi ſumus.*

Et ergo quoad primum prænotandum famis calamitates, uti notum, oriri *ex ſterilitate* & annonæ caritate nimiâ, *ſterilitatem verò* ex Cœli tempeſtatibus, puta nimia ſiccitate circa ſegetes, vel pluviarum intempeſtivâ & circa meſſis plerumque tempora eveniente continuitate ac eluvione maris aquarumque, nec non vaſtationibus bellicis cum

ruricolarum & pecorum abactione, ac fugá & incendiis prædiorum ruſticorum conjunctis, *item pro genio loci ex inſectorum & frugivororum animalculorum puta*, murium, cricetorum & curculionum frequenti generatione ac erucarum, bruchorum & *Locuſtarum* peregrinis ex oris advolantium frugum depaſtione.

Ubi de his poſtremis notandum eſt, quod licet illarum pernicies apud nos Europæos tam frequens non ſit, uti apud Aſiaticos & Africanos, ſæpè tamen ex illis terris ad noſtras regiones illas advolare, & immenſa damna frugibus inferre, idque Deo peccatorum noſtrorum ſevero & juſto punitore ita volente, ut teſtantur Biblia *Exod.10.v 4.5.6.& 12.ac ſeqq. Deut.28.v.38.1.Regum 8.v* 37. & alibi, quod etiam inſuper inde probari poteſt, ſi aliàs fides relationi habenda, quod *in Anglia quondam* locuſtarum exercitu omnia depaſcente, *quadam ex illis reperta fuerint, quæ in alis ſuis has literas: Ira Dei, formatas habuerunt*, ut ſcribit *Gvevara lib. 3. Epiſt. Aurear. de quibus paulo poſt.*

Mures quoque tales eſſe Dei pœnam, & inter alios asſerit *Arnob.lib.1.adverſus Gent.pag m.3.* & id oſtendunt ſacra Biblia, *1. Samuel.6. v.4.& 5. & exempla Hattonis* Epiſcopi Moguntini & *Pompilii vel Popeli Junioris* Poloniæ Regis unà cum ſcelerata uxore & liberis à muribus conſumtorum, de quibus videri poteſt poſt *Mechov.l.1.Chron.Pol.c.11.Cromer.l.2.circa fin.& alios Neugeb.l.2.Earund.Hiſtor.in f.& Cruſius Annal.Svevic.part.2.lib.4.p m.136.& ſeq.* (*ubi hic etiam* Wilderolfum Epiſcopum Argentinenſem anno 997. ab illis devoratum eſſe refert) narrant.

Referri huc poteſt, quod ex Herod. adducit Joſeph.10. Antiq.1.in f.& hic lib.2 n.63.refert: Cùm Senacheribus Peluſium obſedisſet, unâ nocte tantam extitiſſe murium vim, ut militum ejus arcus, pharetras & reliqua arma corroderent, quo factum eſt, ut Rex obſidionem ſolveret, mira, ſi modò vera, hiſtoria. *Cui ferè congruit, quod de Chalcidenſibus recenſet Heraclides in Polit.* Eos à muribus Civitate ſuâ pulſos eſſe, qui bona illorum omnia ita devorabant, ut neque ferro parcerent.

Nec tacendum, quod recenſet Theodoret.lib.hiſt.Eccl. c.30. Saporem Perſarum Regem cum numeroſiſſimo exercitu per crabrones & culices ab obſidione Niſibis precibus Jacobi Epiſcopi iſtius loci a DEO immiſſos pulſum fuiſſe.

De erucis, locuſtis, bruchis & melolonthis à DEO immiſſis pœnis vid. Joël.c.1.v.4 & ſeq. & c.2.v.25. In ſpecie verò de his à Deo in pœnam immiſſis animalibus & inſectis vide *Ravanellum in Biblioth. ſacrâ in verbo fructus n.* VII.

Circa Locuſtas verò ſequentia maximè obſervatu digna ſunt exempla:

In Romana hiſtoria à Livio lib.42.cap.10.recenſetur, quod locuſtarum tantæ nubes a mari vento in Apuliam illatæ fuerint, ut examinibus ſuis agros latè operuerint, & ad eam peſtem frugum tollendam C. Sicinius Prætor deſignatus cum Imperio in Apuliam miſſus ingenti agmine hominum ad colligendas eas coacto aliquantum temporis abſumſerit.

In Paral. Urſpergenſi fol.m.329. ſequens occurrit hiſtoria: *Anno 1475. Menſe Auguſto locuſtæ ad longitudinem unius digiti humani, capita veſpertilionum habentes, apparuerunt, quæ ex Pannoniis per Moraviam & Sileſiam prodiiſſe ferebantur. Longitudo congregationis earum erium milliarium, & latitudo unius cum medio milliari erat. Volabant ordinatis aciebus, loca frugum & arborum, in quas cadebant, devorabant, nihil præter terram & fimum ſordidum relinquebant.*

Anno 1542. ſimile ferè in Germania contigiſſe

A. narrat *Sleidanus l.14.Comment.p.m.379. de quo etiam legi poteſt VVolfius in Memorabil. Centur.16.f.m.478. & 509.*

Memorant quoque Annales Francici incerti auctoris ſub Ann. 873. tempore novarum frugum novi generis plagam & primum in Francorum gente viſam, Germanicum populum peccatis exigentibus non mediocriter afflixiſſe: Fuiſſeque vermes quaſi Locuſtas, quatuor pennis volantes, & ſex pedes habentes, & in tanta copia ex Oriente veniſſe, ut univerſam terræ faciem inſtar nivis operuerint, cunctaque in agris & pratis viridia devaſtarint, fuiſſeque ore lato & extenſo inteſtino, duosque habuiſſe dentes lapide duriores, ac tanta multitudine adveniſſe, ut unâ diei horâ centum jugera frugum prope Moguntiam conſumerent, & inter volitandum ſplendor Solis per unum milliaris ſpacium vix appareret.

B. *Conformis ferè, ſed longè memorabilior eſt relatio, quam poſt Reginonem lib. 2. Chron. ad annum 874. Aventin. lib. 4. fol. m. 262. & ſeq. habet*, ſequentibus verbis: *Primâ æſtate Anni 874. grandiores ſolito Locuſtæ pollicem viri implentes ab Oriente externa pabula quæſituræ occiduum Solem verſus ſtridore tanto pennarum pervolarunt, ut aliæ alites crederentur, Solemque per quinque millia paſſuum obumbrarent, ſollicitè ſpectantibus populis, ne ſuas operirent terras, dirâ meſſes contegebant nube, multa contactu adurentes, omnia morſu eradentes, cortices quoque arborum atque fores tectorum. Centum quinquaginta jugera uno die depaſtas fuiſſe memoriæ proditur. Viginti millibus paſſuum uno die per aëra inſtructâ acie, compoſitisque ordinibus ferebantur, terræ incumbentes caſtra faciebant. Duces cum paucis itinere unius diei præcedebant agmen, quaſi loca*

C. *opportuna caſtris capturi. Eâdem horâ, quâ antecurſores pridie venerant, univerſa copia poſtridie aderant. Ante ortum Solis in loco, cui inſederant, non movebantur, orto Sole agmine per cohortes ſuas proficiſcebantur; Tandem illæ a vento ſublatæ in Oceanum Belgicum actæ ſunt, rejectæque æſtu ad continentem fœtore corruperunt aëra: ſubſecuta dira peſtilentia eſt.*

Refert quoque Zanaras Tomo 3. ſub Imperio Alexii Comneni, Illo tempore infinitam locuſtarum multitudinem & tantam ab Occidente ortam, ut inter volandum nubibus æquipararetur, & Solem obumbraret, & illas Francorum in Orientem trajectum portendiſſe.

Videri etiam poteſt Sigeb. ad illum annum & Finzelius von den Wunderzeichen *parte 1.*

Licet vero hæ hiſtoria admodum mira in ſe contineant, omnia tamen illa ſuperat hiſtoria illa, quam

D. *Carolus IV. Rex Bohemiæ & poſtea Imperator in vita ſua, propriâ manu conſcriptâ, & nuper à Frehero cum antiquis ſcriptoribus, rerum Bohemicarum ſimul edita, tanquam ocularis teſtis, de Locuſtarum exercitu Bohemiam ſuam infeſtante pag. m. 99. refert, his verbis: Illâ hieme (puta Anni 1335.) in Carniæ previo tradidimus filiam noſtram primogenitam Margaretham Ludovico primogenito Caroli Regis Hungariæ, & ligavimus nos, contra omnem hominem. Poſt verò hoc cùm ſororius noſter in craſtinum nos invitaſſet ad prandium, in ortu Solis unus militum ſuſcitavit nos de ſomno, dicens: Domine ſurgatis, noviſſimus dies eſt, quia totus mundus plenus eſt Locuſtis. Tunc ſurgentes aſcendimus equum, & velociter cucurrimus, volentes finem videre earum, usque ad Pulcaniam, ubi finis earum erat, per 7. milliaria in longitudine, latitudinem verò earum minimè poteramus conſiderare, quarum vox ſimilis erat ſono tumul-*

tumultuanti. Alæ earum erant ſcripta quaſi denigratis literis, & in ſpiſſitudine erant quaſi nix condenſata, ita, quod Sol propter eas videri non poterat. Fœtor magnus procedebat ab eis; Et diviſa ſunt alia verſus Bavariam, alia verſus Franconiam, alia verſus Lombardiam, alia hinc inde per univerſam terram. Et erant generativa, quia dua per noctem generabant viginti & ultra. Erant parvæ, & cito creſcebant, & inveniebantur in tertium annum.

In perpetuam illarum memoriam compoſitum tunc fuit Chronodiſtichon ſequens, nam usque ad illum annum duraverunt:

M. tria C. ter a X. poſt octo venêre cicadæ,
quas nive mox truce proſtravit Lux altera Lucæ.

Meminit earundem Aventin. lib. 7. f. m. 477.

Nec tacenda eſt illarum ingens multitudo, quæ anno 1542. in Auguſto ex Lituania & Polonia veniens per Sileſiam noſtram & totam Germaniam ſe contulit, & omnes fructus conſumſit, de quibus ita Polius in Hemerologio Sileſiaco, ad 29 Auguſti: Selbigen Tages umb Zeigers 18. iſt eine unzehliche Menge Heuſchrecken/ wie eine dicke finſtere Wolcke/ über die Stadt (nemlich Breßlau) gezogen/ drey Stunden lang/ an etzlichen Orten ſo dicke/ daß ſie den Sonnen-Schein auffhielten/ oder als wenn es dicke ſchneiete/ und man für den Schnee-Flocken die Wolcken nicht ſehen kan/ haben gerauſchet wie geharniſchte Leute oder Küriſſer. Wo ſie ſich niederlieſſen auff dem Felde/ fraſſen ſie alles Geträyde/ Gras und Kraut auff. Sie waren mancherley Farbe/ grüne/ gelbe/ blau/ weiß/ ſchwartz/ mit verſtarcken Flügeln/ darauff etzliche unbekante Buchſtaben/ auff dem Rücken wie Mönchs-Kappen geſtaltet/ und ſaſſen immer ihrer zwo auffeinander/ grőſſer als die Finger lang/ lagen an etzlichen Orten Knie hoch/ ſie kamen auß Littauen durch Pohlen/ und durchzogen gantz Deutſchland. Meminit earundem Frideborn in Chron. Stetin. l. 2. p. m. 42.

Ita anno 1674. 23. Maji & ſeq. tanta locuſtarum copia quadam Sileſiæ noſtra loca occupavit, ut in prætervolatu vix cœlum adſpici poſſit.

Refert etiam Ravanell. in Biblioth. ſua ſacra ſub verbo Locuſta n. 5. Anno 1629. in Patria ſua, non procul ab Utica ſive Uzetia Occitaniæ, Locuſtarum agmina exorta ſe vidente cum ingenti omnium admiratione & ſtupore in agris pagorum ſitorum ad amnem le Gardon intra paucos dies omnes ferè fruges devoraſſe obnitentibus induſtriis & vi, quâ poterant, maximâ, incolis, qui adverſus illum hoſtilem exercitum prodibant cum ſono tympanorum, clamore ac fuſtibus abigebant, ac in foſſas paratas demergebant, ibique ſtatim contumulabant, ne ſcil. aër putredine & fœtore earum corrumperetur. Sed à diverticulo ad viam!

Exempla famis memorabilis in utraque hiſtoria occurrunt ſequentia.

Tempore Joſephi fames per ſeptennium integrum fuit apud omnes populos, excepta Ægypto, ubi per prudentiam illius occurſum eſt huic fami, Gen. 41. v. 53. & ſeqq. c. 47. v. 18. & ſeqq.

Similis fames etiam ſub Rege Iſraëlitarum Joramo exſtitit, 2. Reg. 8. v. 2. & 3.

De ingenti fame in obſeſſa urbe Samaria legatur ibid. c. 2. v. 24. & ſeq.

Cui æquiparari ſolet fames illa, quæ ſub Claudio Cæſare fuit, quam refert Joſeph. Antiq. lib. 3. c. ult. & Euſebius lib. 2. c. 8. annectens, famem hanc orbem afflixiſſe, & ab iis auctoribus, qui procul à fide Chriſtiana ſunt, hiſtoriis ſuis inſertam fuiſſe, ac ad eam reſpexiſſe Agabum in vaticinio ſuo in actis Apoſtolor. cap. 11. v. 28. quam etiam refert Sueton. in ejus vita c. 18. Regino l. 1. in pr. & Herm. Contr. ad A. M. 4007.

A. Fuit quoque ingens fames ſub Judicibus, 1. Ruth. v. 1. ſub Davide, & quidem triennalis, 2. Sam. 21. v. 1. Eliſæo, 2. Reg. 4. v. 38. & alia ſub eodem ſeptennalis, 2. Reg. 8. v. 1. Item ſub Joramo, 2. Reg. 6. v. 25. & ſeqq. & Zedekia, 2. Reg. 25. v. 3.

Et omnium ferè maxima fames in famoſa illa obſidione Hieroſolymarum ſub Veſpaſiano & Tito, quæ ultra 700000. Judæorum ſuſtulit, ſiquidem per unam ſolummodo portam elati fuêre 115000. & 600000. per mœnia projecti, multa quoque millia in ædibus inſepulta manſerunt, ut hoc adducit Alſtedius in Chronol. tit. 32. p. m. 312. De qua etiam legatur Joſeph. l. 6. Belli Judaici c. 11. & Egeſippus de Excid. Hieroſ. lib. 5. c. 17. 21. 25. 39. & 40.

In prophanis hiſtoriis occurrunt ſequentia memorabilia exempla:

Tempore Vitigis in tota Italia tanta fames fuit, ut in
B. ſolo Piceno 50000. perierint, & quod notabile, tunc duæ mulieres ſeptendecim viros per inſidias noctu interfecerint ac comederint, ipſæ à decimo octavo, cui eaſdem ſtruxerant, cæſæ, Procop. lib. 2. hiſtor. Goth. p. m. 272.

Anno 851. inaudita in Germania fames exſtitit, Sigebert. in Chronogr. ad illum ann. & Mutius in Chron. German. l. 6. in f. & l. 11. f. m. 85.

Anno 1010. fames & peſtis omnium maxima toto orbe graſſata eſt, Alſted. in Chronol. tit. 32.

Anno Chriſti 1042 fames paſſim per integrum ſeptennium graſſata eſt, Idem ibid. & Sachſe in der Keyſer Chron. P. 3. ſub Imp. Henr. III. cap. 8. ex Annonio lib. 5. c. 48.

Anno 1125. tertia pars hominum in toto orbe eâ interiiſſe ſcribitur, Alſted. in Chron. d. tit. 32. p. m. 310 & Cuſpinianus ſub Henrico V.

C. Anno 1271. etiam fames ingens in Germania fuit. & duravit tribus annis, Siffridus Presbyt. in Epit. l. 2. ad illum annum.

Alſted. in Chron. d. tit. 32. meminit illius, Langius in Chron. Citiz. ad ann. 1316. & Cruſ. in Ann. Suevic. parte 3. lib. 4. c. 3. f. 205. ubi ſimul refert frumentum ex Sicilia in mediam Germaniam advectum eſſe.

Tempus illud in memoriam per verbum CUCULLUM expreſſum fuit in ſequenti verſiculo:

Ut lateat nullum tempus famis, ecce CVCVLLVM, ut inter alios ex Chron. Saxon Spangenb. Sachſe in d. Chron. P. 4. ſub Imp. Ludovico IV. c. 8. narrat.

Quibus addendum, circa idem tempus etiam in Polonia ingentem famem per triennium exſtitiſſe, ita, ut etiam parentes filios & hi parentes occiderint, & nonnulli cadavera è patibulis ſurrepta comederint, referente Mechov. l. 4. c. 8. in f. & Cromero l. 11. ſub VVences-
D. lao Rege, f. m. 189.

Anno 1316. in Anglia tanta quoque fames exſtitit, ut quidam parentes liberos ſuos clam mactaverint & ederint, alii verò alios liberos per furtum abstractos comederint, referente VValſing. in Eduardo II. f. 108.

Similem ferè peſtem anno 1349. per univerſum orbem vagaſſe, & in ſola Florentia plus quàm 60000. hominum illâ exſtincta eſſe refert Trithem. in Chron. Sponheim. f. m. 321.

Immaniſſimam quoque famem à Sinis in urbe Caifung. obſeſſis perpeſſam fuiſſe refert Martinius de bello Tartar. p. m. 35.

Anno 1604. tanta fames in Tranſylvania fuit, ut mater ſex liberos, & duo liberi matrem comederint, ſicut refert Meteran. lib. 24. fol. 273. & Thuan. lib. 131. fol. m. 1039.

Nec ſilentio prætereunda immanis illa fames, quæ anno 1636. in Alſatia graſſata eſt, quâ nonnulli ad huma-

humana cadavera quærenda & edenda adacti fuerunt, ut legi poteſt *in Theatro Europ. Tomo 3. p 618. & illa, quæ ſeq. anno VVormatiæ & Francofurti ad Mœnum* extitit, & homines ad cadavera, immò vivos homines in eſcam vertendum coëgit, ibid. ſol. 770. & ſeq. *uti etiam anno* 1641. *evenit*, & ad ſimilia in Thuringia ac præcipuè Jenæ invitavit, ut in *eodem Theatro Tomo IV. f. 632. refertur.*

Plura ſtudio præterimus, & curioſum lectorem ad Meigerum in Nucleo Hiſtor. l. 6. c. 7. & exempla à nobis *præc. l. 2. parte 4. c. 2. th. 5. expl. 2. & c. 6. th. 17. expl.* 5. adducta remittimus.

II. *Nec minor pars hominum ferro & bello occubuit,* ſiquidem maximè ſaltem memorabilia exempla adducendo *Rex Iſraelitarum Pekah unâ die Judæorum interfecit* 120000. 2. *Chron.* 28. *v.* 6.

Abia Rex Juda in pugna cum Jeroboamo Rege Iſraëlitarum horum interfecit 500000. *ſelectos viros,* 2. *Chron.* 13. *v.* 17.

In tribus ab Alexandro M. cum Dario commiſſis præliis 1500000. *homines interiiſſe Oroſius lib. 3. cap. 17. narrat.*

Bellum Punicum II. intra 17. *annos ex Doctorum calculo conſumſit* 1500000. *hominum.*

In bello civili à Cæſare & Pompejo & iis cum adverſa partis Ducibus geſto ultra 400000. à Cæſare cæſa fuiſſe narrat *Paterculus l. 2. c. 47. & Appian. de Bello Gallico in pr.*

Annibal tempore belli geſti diverſis præliis *ſtravit* 300000. *virorum. Idem. de Bell. Punic. p. m.* 137.

De Pompeji victoriis, videatur Plinius lib. 7. c. 26. ubi refert, illum fudiſſe, fugaſſe, occidiſſe, in deditionem accepiſſe *vicies ſemel centena octogi. ter tria millia hominum.*

Ingens quoque ſtrages hominum, in bello à Divo Claudio contra Gothos geſto, edita fuit; ſiquidem ipſe Claudius apud *Pollion. in ejus vita c.* 8. *ad Brocchum* illa literis ſuis expreſſit: *Delevimus* 320000. *Gothorum,* 2000 *navium merſimus. Tecta ſunt flumina ſcutis: ſpathis & lanceolis omnia littora operiuntur. Campi oſſibus latent tecti, nullum iter purum eſt, ingens carrago deſerta eſt. Tantum mulierum cepimus, & binas & ternas mulieres victor ſibi miles poſſit adjungere.*

In Obſidione Hieroſolymitana à Romanis ſusceptâ interemta ſunt *Judæorum* 1100000. *juxta calculum Joſephi de Bell. Jud. lib. 7. c. 17. vel ſecundum Egeſippum lib. 5. cap. 49.* 1000000. *adde his Jornand. de Regn. Succeſſ. ſub Tito & Veſpaſiano, & Lipſ. 2. de Conſtant.* 21.

Sub Trajano à Judæis in rebellione adverſus Romanos circa Cyrenem horum & Græcorum ad 220000. *& in Ægypto ac Cypro* 240000. *interfecerunt, ut Dio apud Xiphilin. l. 68 in f. refert.*

Sub Hadriano Imperat. eorumdem in excurſionibus præliisque cæſa ſunt 580000. *Dio lib. 69. fol. m.* 794.

Imperatorem Heraclium ſub Imperio Coſroæ in uno prælio 500000. *Perſarum interemiſſe Elmacinus in Hiſtor. Saracen. lib. 1. c. 1. p. m. 16. in verſione Erpenii Latinâ recenſet.*

Juxta Zoſimum lib. 5. circa med. validiſſimus Radagiſi Regis Gothorum 500000. militum conſtans exercitus brevi fame, peſte & ferro periit.

Tamyris Scytharum Regina Cyrum cum exercitu 200000. hominum ita interemit, ut ne nuncius quidem ejus cladis ſuperfuerit, *Juſtin. lib. 1. cap. 8. de quo tamen, an ita ſe habeat, præc. lib. 2. parte 4. c. 12. th. 1. in expl. diſquiſivimus.*

In Orientem ſub Godofredo Bullionæo contra Turcas & infideles ducta eſſe 300000. *peditum &* A. 100000. *equitum, Lonic. Hiſtor. Turc. Tomo 1. pag. 14. & Curio Hiſtor. Sarac. lib. 3. fol. m. 146. ad annum* 1096. *ſupra* 500000. *circiter in genere, Cario vero lib. 4. Chron. ſub Lothario Saxone, pag. m.* 591. 600000. *peditum &* 100000. *equitum narrat.* Vide tamen *Chronicon Hieroſolymitanum à Reineccio editum lib. 6. pag. 122. & Ludov. Maimbourg en l' Hiſtoire de Croiſade Tom. 1. lib. 1. pag. m. 46. & ſeqq. ac paſſim,* ubi demonſtrat ingentem illum exercitum potiſſimâ ex parte ex hominibus inutilibus conſtitiſſe, adeòque nihil illo effici potuiſſe.

In Prælio ad Strigonium inter Turcas & Regem Hungariæ Ludovicum anno 1526. commiſſum ad 200000. periiſſe poſt *Steph. Broderith. apud Sambucum in Append. ad Bonfinium de Rebus Hungar. f. m.* 773. & alios refert *Neugebauer Hiſt. Polon. lib. 7. pag. m.* B. 518.

In prælio inter Bajazethem Turcarum Imperatorem & Tamerlanem Tartariæ magnum Principem, in quo exercitus illius 500000. & hujus 1000000. hominibus conſtitit, commiſſo *Turcarum* 140000. *& Tartarorum* 200000. cæſa fuiſſe *Perondinus in vita Tamerlanis refert.*

Similiter in prælio inter Attilam Hunnorum Regem & Theodoricum Regem ac Aëtium in campis Catalaunicis commiſſo ad 180000. *hominum deſiderata eſſe Olaus in vita Attilæ c. 7 in f. narrat, cui etiam conſentit Callimachus in Eadem.*

In India & America ultra 33. milliones hominum intra paucos annos ab Hiſpanis eſſe interemta demonſtrat *auctor Domin. Hiſp. c.* 27.

Circa annum CHRISTI 710. intra biennium circiter, cùm Mauri Hiſpaniam invaderent, diverſis C. prælis ad 700000. hominum utrinque cæſa fuiſſe, refert *Terapha de Regibus Hiſpaniæ ad illum annum.*

Similiter bellum nuperum Tartarico-Sinicum multas myriades hominum intra paucos delevit annos, ut ex *Martinio in ejus belli deſcriptione* patet.

Plura exempla ſupra lib. 2. parte 4. cap. 5. th. 3. explic. 2. & cap. 10. th. 3. explic. adduximus.

III. *Tandem horribiles quoque occurrunt in ſacra & prophana hiſtoria peſtis & famis plerumque junctæ calamitates.*

Ita enim ſub Davide Rege die non toto illa abſumſit 700000. Iſraëlitarum, 1. *Chron.* 22. *v.* 14. 1. *Sam.* 24. *v.* 15. *& ſeqq.*

Tempore belli Punici III. in ſola Numidia 800000. *&* D. *circa maritimam oram* ſupra 200000. hominum *ac apud Uticam* 30000. militum interierunt, *Oroſius lib. 5. c.* 11.

Anno 492. tanta peſtis in Anglia fuit, ut vivi mortuos ſepelire nequirent, *Polyd. Vergil. lib. 3. hiſtor. circa finem.*

Anno Chriſti 654. peſtis graviſſima tribus æſtivis menſibus graſſata eſt, *cunctis viſibiliter apparente bonum & malum Angelum noctu civitatem circuire: Et quoties* juſſu boni Angeli malus Angelus venabulo, quod manu ferre videbatur, oſtium cujusque domus percuſſiſſet, tot ex eadem ſequente die intecibant, *poſt Sigebert. in Chron. ad illum annum & Regin. in Chron. lib. 1. ad annum ſequent. Sigeb. de Regno Ital. lib. 2. ad annum* 680.

Meminit etiam Evagrius lib. 4. c. 28. ſuo tempore peſtem ſæviſſe integris 52. annis, ita, ut ſemper de loco in locum migraverit, & quaſi per circulos ſtato tempore in priora loca redierit.

Ingen-

Ingentis quoque & ſingularis peſtis meminit Thucydides lib. 2. p. m. 82.

Anno 1010. *fuit peſtis omnium maxima in toto Orbe.*

Anno 1062. *iterum.*

Anno 1068. Tanta peſtis & fames fuit, ut vivi incapaces eſſe mortuis ſepeliendis.

Et ſimilis 1315. *ut in Expl. 1. adductum.*

Anno 1115. & 1311. peſte & fame tertia pars hominum abſumpta eſt.

Anno 1316. tanta peſtis in Angliâ vagata eſt, ut vivi vix mortuos ſepelire potuerint *ſecundum Walſingh. d. l.* & ſeq. Anno 1439. Peſtis ſimiliter in Angliâ ita graſſata fuit, ut vix decima pars hominum ſuperſtes fuerit, ſecundum *Eundem ſub Eduardo III. Rege f.* 168.

Anno 1348. Per totum Orbem peſtis totis tribus annis ſævit, in quâ periere *Monachorum nudipedum* 124434. *Pomarius in Chron. Sax. ſub Ottone Archi-Episc. Magdeb.* 31. & *Spangenb. in Chron. Saxon. f.* 382 *& ſeq. Fredeborn. in Chronico Stetinenſi l. 1. p. m.* 57. initium ejus ponit in annum 1347. & finem in quintum annum Florentiæ 60000. & Lubecæ 90000. hominum *Ioh. Regkman. in Chron. Lubec. p.* 248. & *Gobelinus Perſona in Coſmodr. æt. 6. c.* 69. ubi tamen id anno 1350. factum refertur. Cluver. in Epitom. hiſt. ſub Ludovico IV. Bavaro p. m. 573. *Maximam v. illam omnium per triennium durantem & à diluvio uſque ad illud tempus majorem non fuiſſe ſcribit Albertus Argentinenſis in Chron. ad illum annum, illamque ex millenis hominibus vix decem reliquiſſe. Petrarcha l. 8. Epiſt. 7. Platina in Vit. Pontif. ſub Clem. 6. p. m.* 264. *& Chron. Normberg. ad prædictum annum memorant. Vel alicubi ſimi vel quinti ſecundum Blondum Dec. 2. l. 10. f. m.* 366. *Vel etiam quaterni ſecundum Avent. l. 7. f. m.* 486.

Anno 1353. Florentiæ peſtis adeo ſævüt, ut intra illum ibi ultra 96000. hominum abſumſerit, narrante *Machiav. l. 2. Hiſtor. Florent. in f. quæ procul dubio eum prædictâ utpote per triennium durans eadem fuit.*

Similiter Anno 1500. tanta peſtis fuit, ut nonnullis in locis tertia, alicubi dimidia pars hominum interierit, ut refert *Nicol. Baſilius in Appendice ad Naucler. Gener. Tomo 2. in fine.*

Anno 1580. in Cairo tanta exorta eſt peſtis, ut intra ſeptem menſes 500000. hominum abſumſerit, referente *Dappero in Deſcript. Africæ f.* 129.

Immanis quoque peſtis per totam Europam Anno 1625. *graſſata eſt*, ita ut Londini in Angliâ intra ſeptimanam unam perierint 4870. ut refert *Zeiler. Epiſt.* 74.

Anno 1631. *eadem in Venetiis ſævüt*, ut intra 11. menſes mortui fuerint 94164. homines, juxta *eund. Zeil. ibid.*

Anno 1665. & 1666. *juxta Diar. Europ. ad illos annos* Londini illa quoque admodum ſævüt, & quidem ita, ut dicto Anno 1665. à 25. April. intra 33. ſeptimanas 58968 s. homines, ſoloque menſe Septemb. 30699. abſumſerit.

Præterito Anno 1679. etiam Viennæ Auſtriæ valde ſævüt, à quibusdam enim ſecundum nonnullorum calculum, ſed forte erroneum intra illum ad 100000. hominum interiiſſe dicuntur.

Et hoc ipſo Anno nempe 1680. Pragæ eadem multa millia abſumſit.

Plura horrenda Peſtis exempla vide apud Goclenium in tract. de Peſte f. 2. & Biſciolam lib. 1. Hor.

A. *Subceſiv. cap. 12. nec non Dietericum* in ſeinen **Predigten über das Buch der Weißheit** *parte 2. conc. 4. ſuper c. 18. f. m. 1024. & Drelincourt.* **In den liebreichen Beſuchungen, ins Deutſche übergeſetzt** *parte 3. cap. 33. ac Kircher. in Scrutinio Peſtis, ubi in f. Chronologiam memorabilium Peſtium ſubjecit.*

Illud ſingulari memoratione dignum, quod experientiâ teſte Peſtis per venenatum pulverem vel ſimile quid diſſeminari quaſi poſſit, ſiquidem id Anno 1606. *Taurini in Pedemontio Oſeas Schadaus p. 3. Sleid. Continuati* lib. 25. factum fuiſſe refert, addens unum Barbitonſorem præterito anno ultra 2000. homines ita infeciſſe.

Simile Anno 1542. & 1606. *Reichenſteinii & Franckenſteinii in Sileſia [de quo etiam legi poteſt Nicol. Polius in Hemerologio Sileſiaco ad diem 23. Februarii & 5. Octobr.] à nefariis hominibus per-*
B. *actum eſt.*

Ac Anno 1630. *Mediolani evenisse refert poſt Merian. Tomo 2. Theatri Europ. f.* 274. *Zeiller. dict. Epiſt.* 74.

Idem Anno 1672. *Franckenſteinii* à Sandapilario ejus loci intentatum, ſed per Dei gratiam ſcelus illud in tempore revelatum, *& nefarius ille homo una cum complicibus, conjuge ſcilicet & filiâ ſeveriſſime punitus eſt, quod factum 23. Ian. ſequentis anni.*

Quod etiam olim Romæ per maleficium actum eſt, ſecundum *Liv. l. 8. Hiſt. c.* 18.

TH. V.

Subjectum Everſionis ſequuntur Adjuncta, quæ duo potiſſimum ſunt, Tempus & Signa.

C.

TH. VI.

Tempus illud appellari ſolet fatalis Rerumpubl. periodus, & nobis nihil eſt aliud, quam certum annorum à Deo cuique Imperio, Regno, Principatui, Reipubl. & Genti, durationi, incrementis, decrementis & interitui determinatum & poſitum ſpacium.

Explic.

1. P*Oſitum eſſe à Deo unicuique regimini & ſtatui, certum durationis terminum ex ſacris literis & profanis hiſtoriis abunde patet. Ita enim Deus omnium* Regnorum Fundator & Deſtructor *Belſazari per manum quandam* in pariete dealbato ſcribi fecit, hæc
D. verba: *Mene, mene, Tekel, Upharſin, quæ ex Danielis Prophetæ interpretatione vel explicatione ſignificarunt: Deus regnum tuum numeravit, & perfectiſſime numeravit illud, appendit, diviſit*, juxta paraphraſin *Tremellii Daniel. c. 5. verſ. 25 & ſeqq.*

Ita quoque Deus populo ſuo certum captivitatis tempus conſtituit, nempe 70. annos, & illud ipſum iterum ſtatuit pro termino interitus & devaſtationis Babylonico & Chaldaico Regno. Ierem. 25. verſ. 12. & cap. 29. verſ. 10. Dan. c. 9. verſ. 2. 2. Chron. 36. verſ. 21.

Similiter idem certo tempore multis aliis regnis interitum ſtatuit, dict. c. Ierem. 25. verſ. 18. & ſeqq. de quo etiam *præc. c. 1. th. 4. expl. 1.* quædam annotavimus; *& expl. 2. Geneſis nonnullarum magnarum Urbium retulimus.*

Et pro

Et pro bonitate ſuâ everſioni hominum univerſali per diluvium eventuræ certum converſionis tempus nempe centum & viginti annos ſtatuit Geneſ. c. 6. v. 3.

Apud prophanos Scriptores inter alios ab Halicarnaſſ. lib. 8. c. 26. proferuntur hæc Legatorum Romanorum verba: Nihil in humanis rebus ſtabile, & quicquid ad ſummum claritatis faſtigium evectum eminere cœperit, indignationem Deorum non effugit vertiturque rurſus in nihilum, de quo plura *præc. cap.* 1. *Th.* 4. *Expl.* 1. congeſſimus, *& ſimul demonſtravimus fatum illud Stoicum plane nullius ponderis adeoq; explodendum eſſe.*

II. *Licet in Sacris literis, ut jam tradidimus, expreſſè conſignatum reperiatur. Deum* univerſi conſervatorem & directorem, & peccatorum juſtiſſimum Vindicem, regnis, rebus publicis & populis ob peccatorum multitudinem & reſipiſcentiæ neglectum *certum interitus tempus ſtatuiſſe, quia tamen illud à ſolo ejus beneplacito & inſcrutabili decreto dependet, regula inde à nobis certa, inter quos terminos imperia, regna, reſpublicæ, Principatus & gentes interire ac diſſipari ſoleant, nullo modo conſtitui poteſt, præſertim enim ex hiſtoriis conſtet,* durationis vel interitus hujus tempora pro Dei beneplacito & regiminum talium juſtâ & virtuosâ vel injuſtâ & iniquâ gubernatione & populorum probâ vel improbâ vitâ, quâ Deus ad gratiam vel pœnam invitatur, ſemper variaſſe, ut in ſpecie legi poteſt apud *Alſted in Chronol. Tit.* 15. *& inſuper tempora* iſta ab Hiſtoricis & Politicis, uti etiam quibuſdam Theologis obſervata *non abſolute & ordinativè, vel à priori, ſed relativè, ab eventu ſcilicet vel poſteriori,* ad Dei nutum ſimplex vel nudum beneplacitum reſpiciendo, conſideranda, adeoque ad exempla trahenda non ſint: quo reſpiciens *Bœcler. add. l.* 4. *Flori c.* 3. tradit, *periodos obſervatas ſolum eſſe eventus: Quoniam rationis, aut cauſa, aut ſideris in numeris nihil eſt.*

Quamvis enim nonnulli magni viri tales interitus dicti terminos, uti naturalibus & veris, ita etiam myſticis hiſce corporibus quaſi naturales eſſe, ſive à naturâ ipsâ provenire ſtatuant, *tradendo, quod, quemadmodum illa* in ſenectute ſuâ viribus & naturali calore deſtituuntur, & tandem neceſſariò intereunt, *ita etiam hæc* ſerâ poſteritate à primævo virtutum & probitatis ſtudio deflectente neceſſariò incrementis & viribus internis deficiant, adeoque interitum patiantur, ſicuti *præc. c.* 1. *Th.* 4. *expl.* 1. *&* 2. latius demonſtravimus.

Id tamen ſaltem ſecundariò ac Deo ita mediatè, per inſtrumenta ſcilicet, agente evenit, ut ibidem etiam tradidimus. *Vide Fliſcum de Fato, Sphærâ* 1, *ante fin. ubi Numeris certis maximam vim tribuit.*

TH. VII.

Signa antecedentia vel late ſic dicendo prognoſtica communiter traduntur ſequentia: **Cometæ, terræmotus inſoliti, plures ſimul in aëre viſi Soles, inſolitæ aquarum eluviones, & alia prodigia, portenta ac oſtenta.**

Explic.

INſignis hanc in rem eſt *Herodoti l.* 6. *p. m.* 370. *ſententia: Cum Deus puniturus eſt gentem, vel urbem, prodigiis id prius ſolet ſignificare.* Quò etiam reſpicit *Nicetas Choniates in Annal. in libro, de*

A. *Rebus, poſt expugnatam urbem geſtis,* ita quaſi cum admiratione ſcribens: *Nec ullæ clades urbis ullo portente vel cæleſti* vel terreſtri præſignificatæ ſunt: quod olim plerumque factum eſt, cum cædes hominum vel excidia urbium imminebant. Neque cruentæ guttæ cœlo deciderunt, neque ſanguinea meſſis extitit, vel igniti lapides ex æthere deciderunt, neque quidquam denique inuſitati accidit, ſed tacita vel tranquilla vindicta multis manibus & pedibus ita nos oppreſſit, ut delicta prubè ulta miſerrimos omnium mortalium effecerit.

Referenda huc ſunt, quæ præc. l. 2. *Parte* 4. *c.* 7. *Th.* 4. *expl de prodigiis, portentis & oſtentis adducta ſunt, & quæ Cicero l.* 2. *de Natura Deorum c.* 5. *de omnibus hiſce ſignis latè diſſerit.*

B. *Quod jam in ſpecie Cometas concernit, communis quidem* Ethnicorum & Chriſtianorum veterum, uti etiam plurimorum hodiernorum *opinio* fuit ac adhuc eſt, *illos non niſi mala & calamitates publicas, utpote bella, peſtes, fames, eluviones aquarum, interitus imperantium, diſſenſiones civiles, ſeditiones & ſimilia portendere,* urbibusque & Rebuspublicis exitioſos eſſe, ut legi poteſt apud *Ptolom. l.* 2. *Quadripartit. conſtruct. Cicer. d. l.* 2. *c.* 5. *Plin. l.* 2. *c.* 25. *Sueton. in Nerone c.* 36. *& in Claud. c.* 46. *ac Dione l.* 60. *in f. nec non Tacit. l.* 14. *Ann. c.* 22. *& l.* 15. *c.* 46. *multos Poëtas & in ſpecie Virgil. l.* 1. *Æneid. v.* 487. *& ſeq Lucan. l* 1. *ante f. Claud. de Bello Getico v.* 243. ubi notanter canit.

Et nunquam cœlo ſpectatum impune Cometam &c. *Manil. l.* 1. *Aſtron. in f.* ubi latiſſimè calamitates illas refert. *Quibus nonnulli ex Patribus calculum ſuum addiderunt.*
C. Et ex Recentioribus annumerandus *Fliſcus de Fato Sphæra poſt medium, ubi multa exempla damnoſorum Cometarum refert. Quod etiam majori labore perfecit Hevelius in Cometographia fine,* de quo etiam legi poteſt *Lavaterus in Catalogo Cometarum.*

Sed his ſe multi ex hodiernis Scriptoribus magni nominis non immeritò opponunt, ſtatuendo, illos talium calamitatum neque cauſas neque ſigna naturalia & prognoſtica certa eſſe, ut id inter alios exactiſſimè demonſtrat *Eraſtus in Comment. vel Iudicio de Cometarum Significationibus, Dudithius in Epiſt. de iisdem. Squarcialupus in Comment. vel Opinione de Cometis. Grynæus in libello de Natura & Signific. Cometar. c.* 14. *& ſeqq. Fienus in Diſſert. de Cometa anni* 1618.
D. *Gaſſend. in Phyſic. Sect.* 2. *l.* 5. *c.* 3. *& Primeroſius l.* 2. *de Vulgi erroribus in Medicina c.* 34. *& paucis tangit Scalig. in Exercit. ad Cardan.* 79. *§.* 2.

Sicuti etiam noviſſimè Staniſl. Lubienietius in Theatro Cometico Exitus Theatro Cometico Parte 2. *ſubnexo f.* 2. 14 16. *&* 45. *illis indifferentem efficaciam tribuit, & Hevel. in ſua Cometographia l.* 1. *Sect.* 6. *f.* 121. *& l.* 3. *in pr. prædictiones illas & divinationes Aſtrologorum pro variis oblectamentis habet addens, illas non tam veritatis promovendæ, quam lucri & populo placendi cauſâ proferri. & l.* 10 *in pr. loco promiſſa plena de illorum Effectibus & Significationibus tractatione ita de iis ſcribit.*

Haud abſurdum eſſe ſtatuo, ſi Aſtrologis indulgeas, malevolos pariter i.e. benevolos æthereorum corporum adſpectus accidere poſſe, utique etiam concedendum eſt, diverſos Cometarum ſtellarumq; adſpectus, qui in diem mutantur, diverſiſſimos progignere effectus & operationes.

Cometa

Cometa enim, quia ex Planetis ſecundum noſtram hypotheſin originem ſuam ducunt, de naturâ eorum partem ſimul ſibi vendicant. Idcirco neceſſariò ſequitur, non univerſos Cometas eſſe malignos atq; indices malorum eventuum, ut plurimi arbitrantur, ſed partim benignos ac ſæpius feliciſſimarum actionum prodromos: quemadmodum plurimis hiſtoriis atq; exemplis confirmari & demonſtrari integrum eſt. De quo etiam *Keckerm. in Syſtem. Phyſico l.6.c. 5. Parte priori. f. 379. legi poteſt. Neq; nova hæc eſt opinio, ſiquidem Servius ad l.10. Æneid. v.272. ex Plinio refert. Illos fieri de Planetis quinq;, eoſde interdum bona, interdum peſſima ſignificant: Nam ſi de Venere aut Jove fiant, optima prænunciant; ſi de Marte aut Saturno deteriora Nam Mercurialis ſemper talis eſt, qualis ille, cui adhæret, unde & miniſter Deorum fingitur.*

Nos Cometis malas iſtas operationes, neq; ut cauſis neq; ut ſignis attribuentes judicium noſtrum ſequentibus declaramus thematibus.

1. *Sicut* ad cujusque rei naturalis eſſentiam, & efficaciam vel operationem indagandam ac accuratè demonſtrandam *duplicia fundamenta, unum* ex arte vel doctrinâ de illius cauſâ efficiente, materiali, formali & finali exactè traditâ, *alterum* verò ab experientiâ ſimiliter veris hypotheſibus innixâ deſumtum adhiberi debent & ſolent: *Ita etiam* circa Cometarum naturam, proprietatem & operationem exactè & infallibiliter tradendam iiſdem fundamentis uti debemus.

Quoniam verò ſecundum omnium Phyſicorum & Cometologorum confeſſionem illorum cauſa efficiens, materialis, formalis & finalis ita exactè hucusque indagata non eſt, ut certò certius omnibus ad oculum demonſtrari potuerit, *ad poſterius pleriq; recurrunt, ſed quàm incertum, immò erroneum & fortè planè falſum etiam illud hoc in negotio ſit, ex ſequentibus ſatis ſuperq; patet.*

2. *Cometarum apparitionem vel exiſtentiam ſemper quidem* notabiles nonnulli eventus ſive boni & proſperi, ſive mali & infauſti proximè vel poſt intervalla breviora aut longiora neceſſariò inſequantur, quoniam mundus perpetuis agitatur motibus & varietatibus, *inde tamen non niſi ineptè & invalidè infertur vel concluditur, calamitates illos ſubſiquentes, ab iis tanquam ſuis cauſis vel ſignis naturalibus profluere, non minus,* ac ſi omnes res proſperas poſt illorum exiſtentiam ſimili vel etiam majori frequentiâ obvenientes illis neceſſariò tanquam effectus vel res ſignatas adſcribere vellemus, *id quod ſeq. n.5. clarè refutatur.*

3. *Tàm ex vanâ hominum ſuperſtitione quàm naturali pravitate oritur*, ut mala præ bonis magis obſerventur, imò etiam in differentia ſæpè in malam ſi non peſſimam partem detorqueantur, *quoniam* mens hominum dictæ ſuperſtitioni & pravitati dedita, accedente in primis malæ conſcientiæ ſtimulo & præconceptâ à majoribus opinione ſemper mala & pœnas metuit, quàm bona & præmia ſperat, *& inde evenit*, ut bona etiam ſumnia & excellentia poſt unumquemque cometam evenientia, utpote annonæ vilitas, ac pacata ſalubria & alia felicia tempora communiter non obſerventur, *ac ideo* rarò ab Hiſtoricis vulgi indolem imitantibus vel in ejus gratiam ſcribentibus, ut *exemplo Taciti d. l.14. Ann. c.32. & Sueton. d. c.36.* conſtat, tanquam ſingularia quædam vel malis iſtis eventibus obſervatis opponenda annotentur: *Cùm tamen* ſi ad Cometarum effectus vel ſigna æquâ & non præconceptâ mente attendere velimus, tàm malos quàm bonos eventus exactè obſervare debeamus, *ut inde* ex utrorumque inter ſe comparatione accuratum & ſincerum de illorum efficaciâ & operatione judicium ferre queamus.

A. 4. *Ita referente Seneca l. 7. Nat. Queſt. c.21. ſub Neronis principatu lætiſſimo*, (qui in primum ejus quinquennium incidit) *Cometa ſex menſibus ſe ſpectandum præbuit. Narrante Plin. l.2. H. N. c.25. Divus Auguſtus Cometam, qui ſuo tempore apparuit, admodum fauſtum eſſe judicavit, & ipſius Plinii judicio terris ſalutare ſidus fuit. Memorante Eraſto in d. Comment. in pr. poſt Cometam, qui anno* 1097. *ſplenduit, æſtas omni fructuum genere affluentiſſima & fertiliſſima eſt conſecuta; Nec dubitarunt, qui tunc vixerunt, credere & affirmare, à Cometâ præcedente id indicatum fuiſſe, cum nihil magni mali accidiſſet, cujus enim prænuncium facerent. Annus quoq;* 1506. *poſt duram hyemem optimus & ſummâ omnium rerum vilitate celebris fuit; quam ſimiliter ſignificatum à Cometâ, qui in Auguſto conſpiciendum ſe exhibuit, præoſtenſam fuiſſe putarunt, qui tunc vixerunt. Ubi ex propriâ experientiâ ibid. & ſeq. p.8. addit, annum* 1556. 1558. *&* 1575. *in quibus*
B. *Cometæ fulſerunt, admodum fœcundos fuiſſe.*

5. *Sed his & contrariis exemplis non evinci, ea Cometarum effectus vel res ſignatas eſſe, inde patet, quia ut* ab experientia & exemplis ad cauſam aliquam efficientem vel ſignum naturale firmum & infallibile ducatur argumentum, *non ſufficit hiſtorica obſervatio vel relatio, ſed neceſſe eſt, ut talia exempla vel tales effectus* (1) *exiſtente tali cauſâ vel ſigno ſemper & ſolùm eveniant* (2) *illa cauſa vel iſtud ſignum tunc ſolum exiſtat, nec alias cauſas, in primis vero certiores vel magis apodicticas concurrentes habeat* (3) *ut naturæ talis cauſa non contrarientur ſed congruant.*

Si jam exempla illa tanquam effectus vel res ſignatæ cum requiſitis his accuratè conferantur, falſam adverſariorum illationem eſſe, oppidò liquebit: Siquidem quo ad (1) dictos pravos effectus fulgente Cometâ ſemper & ſolùm eveniſſe, ex modò relatis contrariis effectibus ſatis refutatur, *quoad* (2) alias cauſas ſimul tunc
C. non concurriſſe, falſum eſt, *quia* Planetæ ſemper in firmamento cœli exiſtentes conſtantibus & certioribus, ex omnium confeſſione operationibus præditi ſunt, *adeoq;* his effectus tales multò certius adſcribuntur, *quâ etiam de cauſâ Hevelius d. l.10. in pr.* poſt alios illos, ſcilicet Cometas horum, nempe Planetarum, naturâ ſibi vindicare quoad hos effectus judicat. *Quoad* (3) omnes à Phyſicis & Cometologis Cometis attributas operationes illorum naturæ non congruere, *immò* quaſdam illi contrariari inde patet, *quia ſi* illa ignea & calida eſt, omninò pluvias & inundationes, uti etiam peſtes producere non poteſt, de quo legi poteſt *Claramontius de Univerſo l.15. c.20. ſin verò* frigida humida & putrida eſt, ſiccitatem vel ariditatem adeoque ſterilitatem, uti etiam bilem & humores calidos, adeoque bella, ut adverſarii inde concludunt, excitare nequit; *Sed ut contradictiones*
D. *hæ evitentur, nonnulli & inter alios Keckerman. in Syſtem. Phyſico d. l.6. cap.5. parte pr. & d. p.381. & Hevel. d. l. in pr. & alibi iſtis ſecundum Planetarum, cum quibus communicant, naturam vel indolem diverſas immò contrarias proprietates & operationes tribuunt*, ſed per illam opinionum diverſitatem cauſam ſuam magis produnt quàm firmant. *Quibus junge, quæ de hâc Aſtrologorum & Aſtrologiæ incertitudine in genere differit Scholzius in Sphærâ Mirabilium Creationis, Creaturæ & Creatoris Parte 2. c. 4. p.79. & ſeqq.*

6. *Incertitudinem porrò hujus experientiæ demonſtrat incertitudo ſpacii, intra quod nimirum effectus hi ſe exerere & durare debeant aut poſſint ſiquidem nonnulli* ex nullâ tamen ratione idoneâ fingunt, efficaciam iſtam pro qualitate cometarum & illorum cito vel tardo curſu *modò citius modò ſerius oriri, & modò parvo modò longiori, modò longiſſimo temporis ſpacio durare, ſicuti*

Niphus durationis illius ejtò & Gemma Friſius citante Squarcialupo de Cometis Parte 1. *c.*7. *quadragenta, plurimi verò Aſtrologorum tot annos, quot quisq; curſu ſuo dies vel ſecundum moderatiores menſes tranſegit, ut etiam recenſet Keckerman. d. l.*6. *c.*5. *parte priori pag.*383. *ponant, quo ita, ut putamus, incertitudini ſua conſulant, velumq; obducant & imaginativas unius operationes cum ſubſequentium effectu ſemper conjungant, cum tamen* Eclipſibus Solis & Lunæ & aliis horum & reliquorum Planetarum affectionibus longè breviora operationum ſpacia ſtatuant *& nihil inde lucrentur, niſi ut* diverſos diverſorum Cometarum (utpote qui ſæpe brevi temporis & quandoque ſaltem anni ſpacio, ut, vetera omittendo, anno 1400. 1401. 1402. & 1403. item anno 1432. 1433. & 1435. porro 1456. 1457. & 1458. & 1504. 1505. & 1506. item 1511. 1512. B. 1513. 1515. & 1516. nec non 1521. 1522. 1523. 1526. 1527. 1528. 1529. 1530. 1531. 1532. & 1533 porro 1538. 1539. 1540. 1541. & 1542. item 1556. 1557. 1558. 1559. & 1560. referente *Hevelio l.* 12. *Cometologia ſub dictis annis*, à ſe diſtantes apparuerunt, *immo* quandoque in anno uno duo, ut anno 1337. 1456. & aliis ſecundum *Eund. ſub illis annis, & quod magis eſt* etiam quatuor in uno anno, nempe 1618. referente *Ricciol. in Almageſto l.* 8. *Sect.* 1. *de Cometis.* de quo etiam legi poteſt *Fliſcus d. Sphærâ I p.m.*233.) effectus, quos ipſimet partim excogitant partim agnoſcunt, *inepte & abſurdè confundant, & in unumquemq; accuratâ cenſurâ fluctuare cogantur.*

7. *Obſervandum quoq; eſt in ſacris Literis nullam Cometarum mentionem & ne hiſtoricè quidem fieri*, quod omninò factum eſſet, ſi vel ſigna irati Dei eſſent, vel per ſe aliquam & quidem mali ſignificationem continerent, & quidem eò magis, quia talia C. prodigia mali prænuncia etiam in illis, utpote 2. *Maccab.*5. *in pr.* & alibi annotata ſunt.

8. *Manet itaq; fixum & ſtabile Cometis, Planetis, & aliis ſideribus ac ſtellis conjunctim vel diviſim, integris vel defectuoſis, ſimplicibus ſive ſolis vel multiplicatis*, ex. gr. Solibus pluribus conjunctim viſis, qui *Parelia Seneca l.*1. *Quaſt. Natural. c.* 11. *&* 13. ex Græcâ linguâ vocantur, *conſideratis nullum in hominum interitum, multò minùs voluntates, cogitationes & actiones à Deo ter Optimo Maximo communicatum aut tributum eſſe arbitrium, directorium, vel imperium, adeoq;* bellorum & diſſidiorum civilium vel externorum incentiva, cauſasque impulſivas, multò minus verò efficientes, de quo *Eraſtus de Cometar. Signif. p.m.* 4. *& ſeq.* legi poteſt, & pacis conciliationes iis attribuendas, ſed ad maximum ex divinâ præordinatione quasdam ſaltem ſignificationes concedendas D. eſſe, ut poſt *Eraſtum in d. Comment. p.m.*19. *& alios. Neubuſ. l.*2. *Fatidic. Sacrer. c.*6. *&* 7. *ac l.*3. *c.*6. *p.*239. *& ſeqq. ac l.*8. *p.* 313. *& ſeqq.* contra Aſtrologorum figmenta, quæ inter alios latè diſſeminat & inprimis, quo ad rerum humanarum mutationes per ſeptem diverſas aſtrorum influxiones demonſtrare conatur *Fliſcus de Fato Sphærâ* 1. *differt.*, ubi legi meretur, eique *Schottus in curſu Mathemat. l.* 10. *c.*4. *theſ.* 6. *& in Corollario ac Epilogo addi poteſt.* Quibus inter Theologos hodiernos celeberrimos accedit *Benjamin Gerlach.* **Im unvorgreifflichen Urtheil von der Cometen Würckung und Bedeutung** *cap.* 4.

De cæteris putativis prognoſticis, nempe inuſitatis terræ motibus & aquarum eluvionibus *præc. th.* 3. *expl.*2. *&* 3. & de prodigiis, portentis ac oſtentis *præc. l.*2. *parte* 4. *c.*7. *th.* 4. *expl.* 1. latè egimus.

A. *Quod vero effectum pareliorum ſive plurium ſimul in ſpeciem apparentium Solium concernit, de iis videatur Corn. Gemma l.*1. *Coſmocrit. c.*8. *& Neubuſ. d. c.*7. ubi multa exempla adducunt.

*Sed nec hæc aliquid portendere vel efficere poſſunt, cùm ſaltem ſint reciprocationes vel imagines ſolis unius & veri per objectas ſpiſſas nubes tanquam in ſpeculo exhibitæ ut bene tradit Seneca d. c.*11. *&* 13. *& ipſemet concedit Neubuſ. d. l.*

TH. IIX.

Hactenus etiam fuère adjuncta Everſionis: Sequuntur effectus, qui conſiſtunt potiſſimum (1.) in B. deſtructione urbium primariarum & regiarum, (2.) captivitate, excœcatione & exſtirpatione regnantium, (3.) interemtione vel abductione in captivitatem primorum ex populo, & maximæ hujus partis, vel etiam hujus translocatione in peregrina loca, (4.) in horribili hominum ſtrage, (5.) migratione populi in alias provincias ob hoſtilem patriæ occupationem vel everſionem ſuſceptâ, vel ejus expulſione.

Explic.

I. *IN Everſione Rerumpublicarum violentâ metropoles & alias primarias urbes ſimul quandoque ex propoſito & irâ ad delendam ſimul antiqui Imperii vel regiminis famam & memoriam totaliter vel maximâ ex parte deſtrui ſolere, demonſtrant quàm plurima exempla, & inter* C. *illa Troja* à Græcis ſecundum *Dictyn Cretenſem de Bello Trojano l.*5. *p.m.* 134. de quo tamen vide præc. th. 3. explic. 1. notata. *Alba* ſecundum *Halic. l.*3. *c.*42. *& Liv. lib.*1. *c.*28 *& ſeq.* *Veja* ſecundum *Flor. l.*1. *c.*12. *Carthago, Corinthus, & Numantia* ſecundum *Eundem l.*2. *c.*15. 16. *&* 17. item *Heliopolis* ſecundum *Hieronym. in Daniel. c.*11. *à Romanis, Ninive* ſecundum *Diod. Sic. l.*2. *c.*28 *ab Arſace vel potiùs* ſecundum *Herodot. l.*1. *p.m.*49. demum *à Cyaxare*, *vel denique à Nabuchdoneſore & Ahaſvero* ſecundum *libr. Tobiæ c.*14. *in f. & ea, quæ præc. th.*3. *expl.*1. diximus, *Babylon* diverſimodè, ut *ibidem* etiam deduximus, *Olynthus à Philippo Macedonum Rege* apud *Juſtin. lib.*8. *c.*3. *Hieroſolyma à Nabuchdoneſore &* ejus belli Duce *Nebuſar Adan*, 2. *Reg.* 25. *v.* 8. *& ſeqq.* 2. *Chron.*36. *v.*17. *& ſeq.* & *Jerem. cap.*39. *v.* 1. *& ſeqq.* & apud *Joſeph. Antiq. Judaic. lib.*9. *c.*10. *atque poſtea à Tito Veſpaſiano apud Eund. l.*7. *de Bello Judaico c.*18. deſtru- D. cta. *Athenæ à Xerxe Perſarum Rege ſecundum Herod. l.*8. *p.m.*515. *& ſeq. & Cteſiam in Excerptis poſt pr.* *Eadem quoque Regiarum eſt ratio, ut exemplis pluribus conſtat.*

II. *Quod eveniente tali violentâ Reipubl. everſione veteres regnantes & illorum familia in captivitatem abduci vel planè exſtirpari ſoleant tùm jure belli, tùm hâc ratione nititur, quia ita* per æmulorum & vindicum amotionem occaſio ſimul ſubditis adimatur, tàm ob amorem in veteres, quàm odium in novos Dominos, ſi præſertim, ut plerunque fit, veterem libertatem & publicum ſtatum intervertant, inſurgendi & rebellandi, ut exemplis pluribus conſtat.

Ita enim Nebucadnezar Hieroſolymam obſidens fugitivum Regem Zedeckiam cum liberis cepit, & hos in præſentia ejus necavit, illum verò oculis privatum & catenis vinctum Babylonem in captivitatem abduxit, ut 2. *Reg.* 25. *v.*7. *& ſeqq. & Jerem.*39. *v.*4. *& ſeqq. legitur.*

Simili-

Digitized by Google

Similiter Romani ferè omnes bello ſuperatos & captos Reges in triumphis deductos in carcerem Romæ detruſerunt, & in eo interemerunt, ut ex hiſtoriis notum & præc. *l.* 2. *part.* 4. c. 11. *th.* 12. *expl.* 2. *n.* 3. ſub concomitantibus Triumphorum, quodammodo dictum eſt, *Eumenes verò in Panegyr. Conſtantini Auguſti c.* 10. in genere memorat addens, unum Perſem ad Pauli preces vitâ donatum eſſe.

Et tartari præteritis annis Regnum Sinenſe armatâ manu ſubigentes omnea ex Imperatorio ſanguine conquiſitos interemerunt more per totam Aſiam in tali occupatione conſveto, ut memorat *Martin in Hiſtor. Illius belli p. m.* 60. *& ſeq.*

Ita etiam Carolus Andegavenſis Siciliæ & Neapoleos Rex Cunradinum ultimum Sveviæ Ducem & in illis Regnis jure avi ac patruorum ſucceſſorem poſt prælium in fugâ captum per decollationem publicè à carnifice factam amovit, ut inter alios refert *Collenut. in Hiſtor Neapolit. l.* 4. *p. m.* 208. *&* 218. *ac ſeq. & Birchen. in Hiſtor. Auſtriacâ l.* 2. *c.* 4. *f.* 192. *& ſeq.*

Et Ludovicus XII. Galliarum Rex Ludovicum Mediolani Ducem, captum in Galliam miſit, ubi in turri Locenſi mortuus eſt, ut recenſet *Guicciard. l.* 4. *in pr. & circa f. Jovius l.* 7. *& l.* 14. *in f. ac Birken, in d. Hiſtor. l.* 6. *v.* 4. *in pr.*

Occaſione ſupra dicta excæcationis Regis Zedeckiæ notare hic volumus, procul dubio inde morem iſtum, quo poſterioribus temporibus in Imperio Orientali Imperii invaſor vel etiam legitimus ſucceſſor anteceſſorem ſuum imperio dejectum, vel etiam proximum cognatum & principalem miniſtrum oculis privavit, & in carcerem vel monaſterium detruſit, introductum fuiſſe.

Occurrunt autem ejuſmodi exempla apud Nicetum Choniatem in Annal. ſub Imperio Alexii Comneni Manuelis filii f. m. 30. in Alexio Protoſebaſto: *ſub Imperio Andronici Comneni l.* 1. *f. m.* 36. in Alexio Comneno: *ſub Imperio Iſaaci Angeli l.* 1. *poſt pr.* in Andronici filiis Johanne & Manuele: *Ibidem f.* 42. in Alexio Comneno *& l.* 3. *f.* 49. in Andronico Comneno: *& f.* 51. in Iſaaco Comneno. *Plura exempla apud Niceph. Gregoram in Hiſtor. Rom.* occurrunt.

III. *Similiter* in tali occupatione primores ex populo interimi vel in captivitatem abduci, aut in peregrina loca transplantari, & illud quoque ſæpè in maximâ populi parte factum eſſe exemplis probatur.

Ita enim Nebucadnezar ſecundam Prophetam Jeremiam d. c. 39. *v.* 6. omnes Principes Judæ necavit: *Et Darius* captâ rebelli Babylone, quamvis ex aliâ ratione nimirum in pœnam, procerum tria millia per ſuſpendium ſuſtulit, ut narrat *Herodot. l.* 3. *in f.*

De translatione primorum ex populo vel etiam integrorum populorum in peregrina loca præc. c. 2. *th.* 25. *expl.* 2. latè egimus, & aliquot exempla adduximus. *Quibus hic addimus exemplum Iſraelitarum* captivorum à Rege Aſſyriorum Salmanaſſere in Mediam abductorum 2. *Reg.* 17. *v.* 6. *Judæorum* in captivitatem Babylonicam à Nebucadnezare deductorum 2. Reg. 24. *v.* 14. *& ſeqq. & c.* 25. *v.* 11. 2. *Chron.* 36. *v.* 20. *ac Jerem. d. c.* 39. *v.* 9. *& apud Joſeph. l.* 10. *Antiq. Judaic. c.* 11 *Iſraelitarum, à Teglaphalaſſare* Aſſyriorum Rege in ſuum regnum traductorum apud *eund. l.* 9. *c.* 11 *p. m.* 264. *Judæorum à Ptolomæo Lagi* in Ægyptum traductorum *Ibid. l.* 12. *c.* 1.

Plura ſtudio præterimus. Pertinent etiam huc captivorum incolarum in ſervitutem venditiones, cujus exemplum occurrit inter alia in Thebanis captâ & dirutâ ab Alexandro M. urbe ab inoremptione reſiduis ad 30000. ſub corona venditis *apud Juſtin. l.* 11. *c.* 4. *Plutarchi in illius vitâ c.* 10. *Ælianum l.* 13. *V. H. c.* 7. *& Diod. Sicul. l.* 17. *c.* 14. *in Satricis* urbe à Romanis diruta & incenſa ad 4000. eodem modo diſtractis *apud* [illegible]

IV. *De horribili hominum ſtrage præc. th.* 4. *expl.* 2. *latè egimus.*

V. *Migrationes populorum quod concernit, ea duplices ſunt, voluntariæ* & citra hoſtilem vim in terras fœcundiores meliorum commoditatum causâ ſuſceptæ proprieque ſic dictæ, *& coactæ*, vel per hoſtiles patriæ occupationes & furores extortæ.

Priores, utpote quæ cauſam everſionibus ſimul dant, hujus loci non ſunt, & paſſim apud Scriptores occurrunt, pleræque verò *à Schonborn, in Polit. l.* 7. *c.* 26. *& Richt. in Axiomat. Polit.* 35 *& ſeq.* annotatæ ſunt.

Poſteriores verò tanquam effectus priorum & everſionum propriè huc pertinent, *quamvis* negandum non ſit, illas etiam quandoque, ſi inprimis à populo integro & numeroſo in terras non ita frequenter inhabitatas inſtituantur, non quidem intentionaliter ſed per accidens everſionem tandem rerumpublicarum per expulſionem ſcilicet vel ſubjugationem veterum incolarum ſecum ferant.

Ejuſmodi Exempla occurrunt in Judæis ob Aſſyriorum vim & metum in Ægyptum migrantibus 2. *Reg.* 25. *v.* 26. *& apud Joſeph. d. c.* 11. *p. m.* 283. *in Cymmeriis* à Scythis Nomadibus è ſedibus ſuis ejectis & ideo in Aſiam tranſeuntibus apud *Herod. l.* 1. *p. m.* 7. 48. *& l.* 4. *p. m.* 247. *in Gothis* à Cimmeria è Pannoniâ pulſis *apud Procop. Grotiana Editionis l.* 4. *p.* 420. *in Vandalis* à Gothis expulſis apud *Sigebert. in Chronog. ad ann.* 412. *in pr. in Athenienſibus* ob Xerxis irruptionem in Græciam ex urbe ſuâ migrantibus *apud Herodot. l.* 8. *p. m.* 315. & ſimilibus.

TH. IX.

Contraria ſunt remedia, quibus talis everſio præcavetur & evitatur.

TH. X.

Suntque illa vel omni Reipublica forma communia, vel unicuique ſingularia.

TH. XI.

Communia iterum ſunt duplicia Proxima & Remota: Illa ſunt (1.) cura pietatis per preces tàm publicas quàm privatas ad Deum pro averſione impendentis mali ſeriò fuſas & veram pœnitentiam declarata. (2) Juſtum & ad ſalutem vel utilitatem publicam directum regimen. (3.) Juſtitiæ & legum tàm publicatum quàm privatarum ſtricta obſervantia vel neglectarum ad verum uſum reductio (4.) Diſciplinæ publicæ ſimilis obſervantia vel reſtitutio. (5.) Conſiliorum bonorum & utilium adhibitio ac apprehenſio. *Hæc verò* (1.) Studium armorum (2.) obſervatio & amicitia vicinorum, item pacis & fœderum ſerius cultus. (3.) conſtitutio fidorum & proborum exploratorum. (4.) ſevera in turbatores ſtatus publici ejuſque hoſtes exercita pœna & vindicta.

Explic.

1. 1. P*ietatis affectus inſignis inter alios hic eſt, ut ea apud Deum mereatur benedictionem longi & quieti imperii*, ut de Joſaphat legitur 2. *Chron.* 17. *v.* 3. *& ſeqq. uti ex adverſo* neglectus Dei adimit regna &

ſceptra 1. *Reg.* 11. *v.* 11. *&* 33. *ac c.* 15. *v.* 23. 2. *Chron.* 7. *v.* 19. *& ſeqq. & ex hoc pietatis fonte fluit Divina protectio Prov.* 3. *v.* 26. *ſicuti ex impietate interitus ibid. prac. v.* 2. *v.* 11.

Magiſtratus itaque omnibus viribus pietatis ſtudium ipſe colat & ſubditis inculcet, *de quo prac. l.* 2. *p.* 1. *c.* 6. *th.* 6. *expl.* 1. *diximus*, veramque religionem defendat, ac promoveat, utpote per quam regna & principatus firmantur ſecundum ea, quæ *d. P.* 1. *c.* 12. *th.* 4. *& in explicationibus* deducta ſunt, & per veram pœnitentiam iram Dei avertat, everſionemque ſui & regiminis ſui deprecetur in tempore ſecundum *Eſaiam c.* 1. *v.* 16. *& ſeq. & Jerem. c.* 4. *v.* 1. Regem Ninivæ imitans, de cujus pœnitentiâ & conſervatione *Jonas c.* 3. *v.* 6. *&* 10. agit.

2. *Juſtum & ad ſalutem ac utilitatem publicam directum regimen* Dei gratiam & protectionem mereri probatione non indiget.

3. *Sicuti juſtitia & legum neglectus.* per ea quæ præc. *c.* 1. *th.* 7. *expl.* 1. diximus, everſionem Reipublicæ internè procurat, *ita illius & harum* ſtricta obſervantia & neglectarum ad verum uſum reductio conſervat eandem, *conſiſtit enim in illâ* maximâ ex parte *Magiſtratus auctoritas & obſervantia, ut prac. l.* 2. *p.* 2. *c.* 11 *th.* 14. *expl.* 1. diximus, *& concordia inter eundem & ſubditos*, ut experientiâ & ſanâ ratione conſtat.

4. *Quantum detrimenti laxa diſciplina afferat, & prac. c.* 1. *th.* 7. *expl.* 7. demonſtravimus: & *apud Loccen. l.* 1. *de Ordin. Republ. c.* 4. legi poteſt. *Quomodo verò diſciplina publica* à Magiſtratu conſervari poſſit *prac. l.* 1. *P.* 1. *c.* 12. *th.* 2. *& in expl.* deduximus,

5. *Sicuti bona conſilia* & fidi ac prudentes conſiliarii illa procurantes non minima Regni & Principatu alicujus felicitas & tutela ſunt, ideoque tales Deo ter optimo Maximo Regibus & Principibus ad incrementum ſingulare obtinendum quaſi largiuntur & offeruntur ſecundum illa, quæ *prac. l.* 2. *P.* 1. *c.* 9 *th.* 2. *expl.* 2. *n.* 3. per exempla demonſtravimus: *Ita vice verſa* Deus Gentem aliquam puniturus reges & Rectores pueros conſtituit, conſiliarios probos è medio tollendo, & in illorum locum pravos ſubſtituendo ex omni hiſtoriâ notum eſt.

II. 1. *De ſtudio armorum, ac ejus neceſſitate & utilitate prac. l.* 1. *c.* 1. *th.* 4. *expl.* 4. *& l.* 2. *P.* 2. *Sect.* 2. *c.* 5. *th.* 7. *& in expl ac c.* 6. *th.* 3. *in expl.* diximus: *De malis ex corruptâ bellicâ diſciplinâ ortis vide Loccen. de Period. Imper. l.* 4. *c.* 16.

2. *De obſervatione & amicitiâ vicinorum prac. l.* 2. *P.* 1. *c.* 8. *th.* 5. *& expl. & P.* 4 *c.* 2. *th.* 6. *expl.* 1. *&* 2. *ac de firmâ fœderum & pacis ſervatione lib. Eod. P.* 2. *ſect.* 2. *c.* 10. *th.* 9. *& in expl. ac d. P.* 4. *c.* 12. *th.* 1. *in expl. & th.* 20. *in expl* latè egimus.

3. *Licet ab omnibus Politicis inter notas Tyrannorum & aliorum improborum Principum conſtitutio delatorũ & exploratorum referri ſoleat, ut notum & prac. l.* 2. *P.* 1. *c.* 10. *th.* 6. *expl.* 1. diximus, *diſtinguendum tamen hic eſt* 1. *inter delatores* ceu improbos miniſtros & exploratores ceu honeſtos & probos miniſtros. 2. *inter finem cujus causâ* exploratores conſtitui ſolent, *qui apud Tyrannos & improbos alios Principes malus*, utpote ad ſuſpectos vel inviſos ſubditos è medio tollendos vel expellendos, & divites bonis privandos directus eſt, *apud bonos verò & probos Principes bonus*, utpote ad malos & ſeditioſos vel ſimiles pravi ingenii ſubditos coercendos & puniendos, & ſalutem ac ſecuritatem publicam conſervandam tendit: *Cum enim* etiam optimi Principes quandoque citra meritum & datam cauſam ab improbis, turbulentis & ſeditioſis ſubditis, proditionibus, conjurationibus & inſidiis impeti ſoleant, ut *prac. c.* 3. *th.* 3. *& in explicationibus, th.* 6. *& in explicationibus ac th.* 10. *& in explicationibus, nec non th.* 13. *& in explica-*

A *tionibus* latè demonſtravimus, *Principibus talibus non ſolum non vitio dandum, ſed etiam omninò neceſſarium eſt*, ut ad talia ſcelera in tempore antevertenda & ſaluti ſuæ conſulendum tales fidos & probos exploratores conſtituant, ſi enim tales contra hoſtes externos & legitimos jure conſtitui & uſurpari poſſunt, quid ni iisdem adverſus ſceleratos internos hoſtes Principes uti queant, modo illis caute & provide fides habeatur ſecundum *Bacon. in Hiſtor. Henrici VII. Angliæ Regis p. m.* 393. *& ſeq.* per ea, quæ *d. c.* 3. *th.* 15. *expl.* 3. adduximus, quibus jungi poſſunt, quæ habet *Septal. l.* 2. *de Rat. Status c.* 7. *& Schoock de Seditiõn, l.* 2. *c.* 4. *Hanc verò exploratorum conſtitutionem ideo inter communia remedia retinemus, quia etiam in Ariſtocratico ſtatu* ſæpe evenire ſolet, ut plebs inquieta & novitatis ſtudioſa tàm ex inſtinctu proprio, quàm nonnullorum incitatorum contra optimates vel Magiſtratum inſurgat, illumque dejiciat & novam Reipubl. formam, nempe Democraticam

B introducat, cujus exempla in magnis urbibus planè frequentia ſunt, de quo *Schoockius d. tr. l.* 1. *c.* 14. *& ſeqq.* legi poteſt.

Quâ etiam de causâ in nonnullis magnis Germaniæ urbibus exploratores & delatores conſtituti ſunt.

III. *Patet hinc, quid ſentiendum ſit.*

1. *De quibusdam Imperiorum ſecretis, ut à Floro l.* 1. *Hiſt. c.* 2. *vocantur, Pignoribus.*

2. *De Geniis & Diis Tutelaribus certarum Nationum & Rerumpublicarum, quibus præcipuè Gentiles efficaciam ab interitu eas præſervandi & defendendi*, ut ex ſequentibus patet, *attribuerunt.*

Et quidem, quo ad Prius, apud Romanos talium quædam obſervata, & accuratè cuſtodita, immò, ne ſurriperentur, anxiè occultata fuiſſe ex hiſtoriis notum eſt.

Memorat verò illorum ſolus & unus, quantum Nos ſcimus, *Servius ad l.* 7. *Æneid. v.* 188. & quidem in recentioribus editionibus (nam in antiquioribus non reperivimus) ex quibus nos Abrah. Commelini Lug-

C duni Batavorum anno 1646. in quarto editâ uſi ſumus, ſeptem his verbis: *Septem ſunt paria, quæ Romanum Imperium tenent, Acus Matris Deûm, Quadriga fictilis Vejorum, Cineres Oreſtis, Sceptrum Priami, Velum Ilionæ, Palladium, Ancilia.*

De quibus, quoniam partim ignota, partim à paucis Auctoribus accuratè tradita ſunt, in gratiam curioſorum & antiquitatis ſtudioſorum lectorum *hic quædam annotare voluimus.*

I. *Acus magna Matris Deûm quid fuerit, nullibi reperire potuimus, niſi quod Demſter. ad Roſini Antiq. l.* 5. *c.* 35. *generaliter exiſtimet, illam ita dictam eſſe, quia vel Sacerdotes*, uti aliorum Deorum, ita etiam hujus Deæ effigiem (quo ad crines ſcilicet) quod ex *Arnob. adverſus Gent. l.* 4. *p. m.* 151. ex his verbis; *ſaltatur & Magna ſacris compta cum infulis Mater*, quodammodo conjiciendum eſt, iſtâ adornaverint, *vel hæc ipſa* Dea, dum viveret, in texendo illâ uſa ſit. *Sed quia* hæc utraque ratio ad tantam efficaciam iſti imprimendam applicari non poteſt, nec an vel quo in loco illa,

D ut de reliquis pignoribus memoriæ proditum eſt, ac in ſpecie tanquam tale pignus cuſtodita, atque cujus propriè ex duabus illis paulò poſt recenſitis Deûm Matribus fuerit, à nullo veterum memoratur, *tota illa res* procul dubio vel Sacerdotum rudi & ſuperſtitioſo populo falſa plerumque imponentium, vel auctorum iſtorum, ex quibus iſta Servius deſcripſit, vel hujus ipſius nudum commentum, vel tandem mendum aut gloſſa deſcriptorum eſt.

Quod verò hanc ipſam Deûm Matrem concernit, eam non unam ſed duplicem fuiſſe, ex veterum ſcriptis colligimus, quamvis pro unâ ſaltem ab omnibus habeatur; *Unam ſcilicet communem vel univerſalem, Cybe-*

Cybelem, quæ cœli & terræ filia, Saturnique uxor fuit ſecundum *Hygin. in Præfat. Fabularum poſt pr. & Opis ab Eod. Fab.* 139. *Macrob. l.* 1. *Saturn. c.* 10. & aliis, item *Rhea*, *Bona Dea*, *& Tellus* vocata ac omnium rerum generatrix creduta fuit, ut ex *Varrone apud Auguſtin. l.* 7. *de C. D. c.* 24. *Macrob. d. l.* 1. *c.* 22. & ſcriptoribus Ethnicis communiter, uti etiam *Arnob. l.* 3. *p. m.* 119. *& inſcript. Gruteri f.* 27. *& ſeqq.* conſtat.

Alteram verò ſpecialem & poſtea Romanorum propriam factam, ac à primo ejus cultore Idæo Idæam, & à loco originis Phrygiam & Peſſenuntiam ſecundum Halic. l. 1. *c.* 61. *& l.* 2. *c.* 19. *Ciceron. l.* 2. *de Legib. c.* 9. *& de Senect. c.* 13. *Virgil. l.* 2. *Æneid. v.* 139. *Liv. l.* 34. *c.* 3. *& l.* 36. *c.* 40. *Lucret. l.* 2. *v.* 605. *Arnob. l.* 2. *p. m.* 95. *l.* 4. *p. m.* 151. *& l.* 7. *ante fin. Clem. Alexandr. in Protrept. f.* 5. *ac alios dictam, de cujus ridiculo ortu & progreſſu ubi etiam factis latè Arnob. l.* 5. *p. m.* 157. *& ſeqq. agit. Originem tamen illius aliter refert Herodianus l.* 1. *Hiſtor. c.* 35.

Hæc verò ex ſequenti occaſione poſtea Romam translata & ibi culta fuit.

Cum Res Romana tempore Hannibalis in Italiâ jam penè victoris in extremis verſarentur anguſtiis, & ſecundum Livium l. 29 c. 10. 11. & 14. *ideo libri Sibyllini de ſalute publicâ conſuli eſſent, ex occaſione illa quod in his repertum eſſet: Quando hoſtis alienigena terra Italiæ bellum intuliſſet, eum pelli Italiâ vincique poſſe, ſi Mater Idæa Peſſinunte Romam advecta eſſet. nomine S. P. Q. R. legati Delphos ad conſulendum in hoc negotio miſſi ſunt, & reſponſum obtinuerunt, per Attalum Regem compotes ejus fore, quod peterent, cum Romam Deam devexiſſent, tum curarent, ut eam qui vir optimus Romæ eſſet, hoſpitio exciperet. Ubi Pergamum venerunt, Rex Legatos comiter acceptos Peſſinuntem in Phrygiam deduxit, ſacrumque illis lapidem, quem Matrem Deûm incolæ eſſe dixerunt, tradidit & Romam deportare juſſit. Illo Romam nunciato conſultum fuit, quis optimus vir eſſet, & P. Scipio Cn. filius pro illo declaratus, hicque à Senatu cum matronis Deæ navi obviam miſſus, à Sacerdotibus Deam accepit, in terram extulit (quod tamen aliter narrat* Lactant. l. 2. c. 8. & Herodianus d. l. 1. c. 35.) *& primoribus matronis Romam deferendam tradidit. Illa itaque hanc cum magnâ veneratione pridie Idûs Aprilis, qui feſtus fuit, in ædem Victoriæ, quæ in Palatio eſt, pertulerunt, & populus frequens dona Deæ in Palatium tulit, lectiſterniumque & ludi, Megaleſia appellata, celebrati fuerunt.* De illius vi Romanum Imperium protegendi legi etiam poteſt Herodianus d. l. 1. c. 35. Plura de ejus cultu & anniverſario feſto habet *Halicarn. d. l.* 2. *c.* 19. *Marcell. l.* 23. *p. m.* 241. *Prudent. Periſteph. Hymno* 14. *v.* 155. *& ſeq. & Julianus Imper. in Hymno in illius laudem compoſito, ac quodammodo Herodian. l.* 1. *c.* 32.

Ex quibus patet ſecundum Romanorum ſuperſtitionem non priorem illam communem ſed hanc ſpecialem Matrem Deûm pro pignore iſto Imperii habendam vel habitam fuiſſe.

Cum verò hæc ut Arnob. d. l. 5. *p. m.* 158. *& ſeq. latè demonſtrat ex lapide formata fuerit* ac ideo *lapis parvus* intra manum comprehenſibilis furvi & atri coloris ſecundum *Eund. d. l.* 7. *ante fin. vel lapis nigellus ſecundum Prudent. d. Hymn.* 14. *v.* 155. *& ſeq. ubi illum argento clauſum fuiſſe refert, manſerit, ac talis Romam delata & ibi culta ſit, ut ex Livio d. l.* 29. *c.* 11. 14. *&* 37. *& l.* 41. *c.* 13. *ac Arnob. d. l.* 7. *ante f. conſtat, omnino dicendum eſt potius Deam*

A *ipſam quàm ejus acum pro imperii pignore habitam fuiſſe, hujus enim virtute & ope Romam ac Italiam ab Hannibalis armis liberatam fuiſſe Romani crediderunt & tradiderunt, ut Arnob. d. l.* 7. *ante f. expreſſo refert, & Cicero in Orat. de Haruſp. Reſponſ. c.* 13. *ferè innuit.*

2. *De quadrigâ fictili Vejorum res ita ſe habet. Cum Tarquinius Collatinus adhuc Romanorum Rex templum Jovis Capitolini jam ferè abſolviſſet, quadrigas fictiles ſive augurio aliquo ſive ſuo conſilio illius culmini imponere voluit, ac ideo illas Vejentibus fabris (rectius figulis) faciendas locavit, ſed paulo poſt Româ expulſus regno excidit.*

Cum itaque fabri vel figuli iſti quadrigas has effinxiſſent, ac in fornacem poſuiſſent, contra ordinarium eventum illa in majorem formam excreverunt, tantumque roboris & duritiei obtinuerunt, ut ablato fornaci culmine & parietibus deſtructis ægrè inde eximi potuerint.

B *Quod ſignum vel portentum cum aruſpices felicitatem & potentiam iis, apud quos quadrigæ illa eſſent, interpretarentur, Vejentes illas Romanis repoſcentibus reddere recuſarunt, reſpondentes, illas jam Tarquinii non verò illorum, qui hunc expuliſſent, ſcilicet Romanorum eſſe.*

Poſtquam igitur paucis interjectis diebus à Vejis equorum certamina ederentur, & victor ipſe (Ratumena ſecundum Plin. l. 8. c. 42. *dictus) coronatus currum è Circo paulatim ageret, equi ſive divinitus ſive fortuito conſternati aurigâ abrepto ſummâ celeritate Romam verſus contenderunt, & cum victor ille eos nullo modo coercere poſſet, impetui illorum concedens ab iis uſque ad Capitolium raptatus, & ibi apud Portam, quæ poſtea ab illo ſecundum* Plin. d. l. & Feſtum ſub verbo Ratumena *nomen Ratumena obtinuit, abjectus eſt:* Quo miraculo metuque compulſi Vejentes dictis fabris, ut quadrigas illas Romanis traderent, mandaverunt, *ut Plutarch. in Poplicolâ c.* 19. *&* 20. iiſdem penè verbis. *Feſtus verò*
C *d. l.* conciſus ac paulò aliter, *& Plin. l.* 28. *c.* 2. ſaltem quo ad prodigium excretarum in fornace harum quadrigarum memorat. Ex quo conjicere licet, vera eſſe, quæ de hoc pignore *Servius d. l.* refert.

Quibus obiter addimus, Romanis & aliis gentibus in uſu fuiſſe, ut ſuis Diis quadrigas dicarent, vel offerrent, ut ejus exempla occurrunt apud *Plut. in Romulo c.* 46. *Halic. l.* 2. *c.* 55. *nec non Liv. l.* 29. *in f. & l.* 35. *c.* 41.

3. *De cineribus vel potius oſſibus Oreſtis refert quidem Hyginus Fab.* 261. quod illa de Aricîâ Romam tranſlata & ante templum Saturni, quod eſt ante Clivium Capitolinum juxta Concordiæ templum condita fuerint, quæ etiam verbotenus narrat *Serv. ad l.* 2. *Æneid. v.* 113. adeoque procul dubio ex illo deſcripſit: *An verò illi* poſtea pro Pignoribus Imperii à Romanis habiti ſimul fuerint, à nemine quam *Servio d. l.* 7. *ad v.* 188. annotatum reperi-
D vimus.

4. *De ſceptro Priami pauca reperire potuimus: Id tamen ex Virgil. l.* 7. *Æneid. v.* 143. *& ſeqq. conſtat.* Æneam cùm in Italiam navi appelleret Regi Latino quædam munera, tanquam reliquias ex Trojano incendio, & inter illa Priami ſceptrum miſiſſe; *Et ita illud forte poſtea ad Etruſcos, ac ab his ſub Rege Tarquinio cum reliquis inſignibus ab Halicarn. l.* 3. *c.* 48. *memoratis ad Romanos pervenit, & tandem ſecundum Servium d. l. inter* Pignora *impe-*

rit relatum fuit, ut quidem Nos, ſalvo aliorum judicio, putamus.

5. *De Velo Iliona, quæ Priami filia natu maxima fuit ſecundum Virgil. l.1. Æneid. v. 657. & ſeq.* & *Hygin.* Fab. 90. & 109. *ac alios* nihil invenire potuimus, niſi *quod Virgil. ibid. v. 653. referat, quod Æneas inter alia ex Troja ruinâ ſimul abducta monumenta Didoni velamen Helenæ & ſceptrum Ilione dono dederit.*

6. *De Palladio, à Pallade ſive Minervâ, cujus ſimulacrum fuit, dicto notandum eſt, Illud* fuiſſe breve ſcutum ligneum illo tempore, quo Ilus templum in arce Trojanâ condidit, de cœlo, ut fertur, lapſum, & in iſto templo reconditum, ut inter alios *Dictys Cretenſis l. 2. de Bello Trojano p. m. 124. & ſeq.* narrat addens, illud tempore ſimulatè tractatæ pacis Antenori à Theano templi illius Sacerdote precibus & præmiis largè promiſſis traditum ac ita per Ulyſſem & ſocios in Græcorum caſtra non advertentibus Trojanis delatum eſſe.

Sed Halicarn. l.1. c. 69. hæc paulò aliter & ſic narrat. Chryſen Palantis filiam à Minervâ accepiſſe ipſius Deæ effigiem & ſacra magnorum Deorum, eaque Dardano in dotem attuliſſe, huncque in urbe à ſe conditâ effigiem illam, Palladia dictam, & Deorum imagines repoſuiſſe, ejus verò nepotes hæc ſacra Gentilia Ilium transportaſſe, iisque ab Llienſibus in arce templum cum adyto dicatum fuiſſe, exiſtimantibus ea divinitus miſſa eſſe: Æneam verò captâ inferiori urbe potitum arce ſacra magnorum Deorum ex adytis abſtuliſſe cum eo, quod ſuperfuit, Palladio, nam alterum in nocturno furto ab Ulyſſe & Diomede ſumptum eſſe, cum illis verò Æneam ab urbe profugiſſe eaque ſecum in Italiam deportaſſe. Ubi adhuc aliam narrationem ex *Aratino* habet, eò tendentem, quod ad exemplar veræ effigiei alia indiſcretæ ſimilitudinis efficta & ad fallendas inſidias in propatulo poſita fuerit, eamque ab Achæia furto ſurreptam eſſe.

Alii porro id iterum aliter & ſic narrant, nimirum Diomedem & Ulyſſem arcem per loca occulta adſcendiſſe, & illius cuſtodibus occiſis ſacram illam effigiem abſtuliſſe & Æneæ tradidiſſe, ſed Nautem illi iterum abſtuliſſe, ut latè recenſet *Servius ad l. 2. Æneid. v. 169. & ſeq. Aliam narrationem habet Silius de Bello Punico l. 13. poſt. pr.*

Alii tandem memorant, ſimulacrum illud à Trojanis tunc, cum interitum animadvertiſſent, intra murum abſconditum, & tum demum repertum, Romamque translatum eſſe, cum Cn. Fimbria ſub Valerio Flacco Conſule Ilium in bello Mithridatico expugnaſſet, ut *Idem ibid.* etiam refert.

Meminit ejus expugnationis etiam Strabo l. 13. p. m. 460. & ſeq. ſed ſeq. p. 262. rationes affert, cur illud antiquum Ilium non fuiſſe credatur. *Addit verò Pomponius Sabinus ad d. Virgilii locum* illud Romæ in templo Veſtæ, quod inter Capitolium & Palatium fuit, ſervatum, & flagrante illo templo à L. Cecilio Metello Pontifice Max. è mediis flammis ereptum, huncque ob flammarum ardorem oculis privatum eſſe, referens illud Romam ab hoſtibus defendiſſe, creditum enim eſſe Gallos Senonas & Hannibalem in urbem irruere auſos, ſuccubuiſſe ejus vi & pœnas luiſſe. *Meminit hujus incendii etiam Herodian. l. 5. Hiſtor. c. 15.*

Plura de hoc Palladio & ejus effigie vide apud Rupert. ad Flor. l. 1. c. 2. §. 3. & quædam apud Reineſ. l. 3. V. L. c. 5. p. 417.

7. *De Ancilibus ab ancīſu ſecundùm Varron. l. 6. de L. L. n. 3. dictis notanda ſequentia.*

Ancile ſaltem unum fuiſſe, ſed quia ad ejus formam diverſa, ut paulò poſt dictum eſt, exemplaria confecta ſunt, *ideò* verbum illud à multis Scriptoribus in plurali uſurpari.

Verum autem ſecundùm Romanorum ſuperſtitionem ancile fuiſſe breve ſcutum temporibus Numæ Pompilii, ut fertur, cælo delapſum ac in ejus Regiâ ignorato modo, quo illatum ſit, repertum, ne verò in detrimentum Urbis & Imperii à quopiam furto auferatur, per aliquot exemplaria induſtriâ Mamurii confecta repræſentatum, & in ſolatium ac commodum Romanorum ſtato anni tempore per Sacerdotes aliosque urbis primores à Magiſtratu Saliorum delectos circumlatum fuiſſe, ut *Halicarn. l. 2. c. 72. Plut. in Numâ c. 24. & Feſtus ſub verbo Mamurii refert.*

Illius formam à Plut. ſeq. c. 25. deſcribi, à Gutherio v. de Veteri Roman. Jure Pontif. l. 1. c. 11. p. 51. & Ruperto d. §. 3. ex nummis antiquis delineatam exhiberi,

Illud verò pro pignore Imperii ideo habitum fuit, quia *primò*, ut diximus, de cælo cecidiſſe fertur, & *deinde* vox edita fuit, omnium potentiſſimam fore civitatem, quàm diu id in eâ manſiſſet, ut refert *Feſt. d. l.*

Byzantii quoque quædam fatalia Imperii pignora fuiſſe olim legimus, ſed auctorum, qui illorum mentionem faciunt, jam non recordamur, niſi quod *Nicet. Choniat. in f. Annalium* referat, Latinos occupatâ urbe ejus decantata munimenta, quæ à certâ partium ſerie *Stoecbeede* dicta, & muri ac valli loco contra hoſtes vel apertâ vi vel inſidiis graſſantes excogitata fuerunt, evertiſſe, *ubi legi poteſt. De Serpente ibidem* pro remedio adverſus peſtem habito vide *Leunclav. in Pand. Turc. p. 130.*

De aliorum & ſimul Chriſtianorum quorundam Imperii pignoribus conſuli poteſt Rupert. d. §. 3. n. 2. & 3.

Quo ad poſterius verò, nempe Genios & Deos tutelares, obſervandum eſt, Gentiles pleroſque illorum exiſtentiam & vim conſtanter crediidiſſe: Ita enim *Symm. l. 10. Epiſt. 54.* Varios cuſtodes urbibus cunctis mens divina diſtribuit: ut animæ naſcentibus ita populis fatales Genii *diſtribuuntur*, quem ideo perſtringit *Prudent. l. 2. contra Symmach. v. 71. & ſeqq.* ita canens

- - - ſunt varia naſcentibus, inquit,
contingunt pueris animæ: ſic urbibus offert
hora, diesque ſuum, cùm primùm mœnia ſurgunt,
aut fatum aut Genium, cujus moderamine regnent.

Hinc Servius ad Virgil. l. 1. Georg. v. 203. ſcribit, *veteres Genium dixiſſe naturalem Deum uniuscujusque loci, vel rei, aut hominis, & ad l. 6. Æneid. v. 743.* cum naſcimur, duos Genios ſortimur, unum, qui hortatur ad bona, alterum, qui depravat ad mala. Nec incongruè dicuntur Genii, quia cum unusquisque genitus fuerit, ei ſtatim obſervatores deputantur. *Idem ſcribit Cenſorinus de Die Natali c. 3. & ex Illo Natalis Com. in Mythol. l. 4. c. 3.* Genius ita nobis aſſiduus obſervator appoſitus eſt, ut ne quidem puncto temporis longius abſcedat, ſed ab utero matris acceptos ad extremum

A mum vitæ *diem comitatur*. *Menander Comicus his verbis.*

Hominem unumquemque, ſimul in lucem editum,
Sectatur Genius vitæ, qui auſpicium facit,
bonus nimirum - - - -

& Marcell. l. 21. p. m. 198. *his verbis Ferunt, Theologi in lucem editis hominibus cunctis, ſalvâ firmitate fatali, hujusmodi (Genios) quadam velut actus rectura numina ſociari, ubi etiam prædictum Menandrum allegat.*

De Genio Bruti vide inter alios Appian. l. 4. de Bell. Civil. p. m. 1067. & Plut. in ejus vitâ c. 52. & 70. ac in Cæſare c. f. ubi in prac. c. etiam Genii Cæſaris meminit. Socratis inter alios *Lactant. l. 2. Inſtit. Divin. c. 15.* ubi refert,

Quo ad *Genios locorum & regionum* in ſpecie tia ſcribit *Claudianus in Epiſt. ad Serenam,*

Quid non proficient ſcribentes voce Serena
vel Genius regni, vel pietatis amor.

B *Aufaſtim apud Feſtum de V. S. ſub verbo Genii. Alii Genium eſſe putarunt uniuscujusque loci Deum,* & *Arnob. adverſus Gentes l. 1. p. m. 15. Qui Faunos, qui ſtatuas, civitatumque Genios qui Pauſas reverentur atque Bellonas.* Meminit quoque illorum *Virgil l. 7. Æneid. v. 136.*

De Populi Romani Genio & templo ei dicato ita ſcribit Dio l. 47. f. m. 328. Vultures templum Genii P. R. inſederant, & l. 50. f. m. 422. Bubo in Æde populi conſedit, ac Marcell. l. 23. p. m. 238. refert Julianum Auguſtum *gracile Genii templum* adſcendiſſe. Idem *l. 20. p. m. 162. & l. 25. p. m. 287. Genii Romanorum publici* meminit. *Quibus addendum* illi in rebus triſtibus majores hoſtias cæſas fuiſſe, ut narrat *Liv. l. 21. c. 62. Quibus addendum* & ſecundum *Prudent. d. l. c. 2. v. 444. & ſeqq. Roma ferè omnibus locis certos Genios attributos fuiſſe*, dum ita canit.

C *Quamquam cur Genium Roma mihi fingitis unum?*
Cùm portis, Domibus, thermis, ſtabulis ſoleatis
Aſſignare ſuos Genios, perque omnia membra
Urbis, perque locos, Geniorum millia multa
Fingere, ne propriâ vacet angulus ullus ab umbrâ.

Plura de Geniis & an revera ſint lege apud Fluddium in Hiſtor. Microcoſmi tr. ſect. 2. parte 4. l. 3. & ſeq. & Kipping. in Antiq. Roman. l. 1. c. 1. th. 4. iisque adde, quæ *Lactantius d. c. 15.* conſignavit.

Quibus addendum, ex hâc Geniorum & Deorum tutelarium doctrinâ ortum eſſe, quod Romani ex obſeſſis urbibus Deos patrios ideo evocarint quò iis illas ita expugnare poſſint, ut præc. *l. 2. p. 4. c. 6. th. 17. expl.* 14. latè diximus.

D *Nos Chriſtiani* Geniis his ſuis auctoribus relictis *Angelos bonos* ad piorum hominum tutelam à Deo creatos & deſtinatos eſſe teſtibus Sacris literis utpote *Exod. c. 14. v. 19. & ſeq. c. 23. v. 20. & c. 33. v. 2. Pſal. 34. v. 8. & Pſal. 91. v. 11. & ſeq. Eſaia 37. v. 36. Daniel. 6. v. 22. Tob. 5. v. 5. Matth. 28. c. 10. & Act. Apoſt. 5. v. 19. ac c. 12. v. 7. & ſeq. firmiter quidem credimus, ſed quod illi ſimul Imperiorum & Regnorum tutores ſint, uti quidam ex Danielis c. 10. v. 13. probare conantur, cum Calovio in Bibliis V. Teſt. Tomo 2. ad illum locum ob rationes ibi adductas negamus.*

TH. XII.

Monarchiam vel Principatum, illiusque rectorem à ruinâ vel everſione in ſpecie præſervant (1.) Vitæ innocentia (2.) Auctoritatis accurata & congrua obſervatio. (3.) Legitimorum ſucceſſorum tempeſtiva procuratio & ita futuri interregni evitatio. (4.) cognatorum condigna æſtimatio. (5.) præſidii & munimentorum pro genio ſubditorum & facultatibus conſtitutio & conſtans conſervatio. (6.) Juſtum & moderatum imperium (7.) provida affinitatum, amicitiæ & fœderum, pacisque cum vicinis potentibus, fidis & ſubditis acceptæ contractio ac ſtudioſa conſervatio. (8.) Subditorum tàm nobilium quàm plebejorum æquabilis, diſtincta tamen obſervatio, ad condigna officia præ exteris promotio, ac ita in fide, amore ac obſequio conſervatio. (9.) Legitima ærarii locupletis inſtitutio & juſta adminiſtratio. (10.) Potentum & divitum nobilium prudens & moderata attenuatio.

Expl.

I. Q*Uantum commodum & fructum* vitæ innocentia Principi conferat, *præc. l. 2. P. 2. c. 9. th. 5. expl. 3.* deduximus & inſuper apud *Septal. de Ratione Status l. 2. c. 7.* legi poteſt.

II. *De Authoritate à Principe* accuratè & condecenter obſervandâ & ejus neceſſitate, uti etiam eam acquirendi & amittendi modis indeque proveniente reſpectivè utilitate ac damno etiam *ibidem th. 4. expl. 1. & ſeqq.* prolixè egimus, *hîc addendo*, authoritatem illam tàm à ſeveritate nimiâ ac auſteritate quàm à nimiâ lenitate, quarum illa eam magis deſtruit quàm conſervat, hæc verò infringit & labefacit, debere eſſe ſemotam, ut exemplis quàm plurimis & ſanâ ratione conſtat, ac *præc. l. 2. P. 1. c. 13. th. 9. expl. 6. & th. 15. expl. 13.* deduximus.

III. *Quantum Principi* in tempeſtivâ legitimorum ſucceſſorum procuratione ſitum ſit. *d. P. 1. c. 4. inf. Axiomate 1. & 2. regulâ quartâ* demonſtravimus.

IV. *Quomodo Princeps* ſe erga matrem, fratres, ſorores & reliquos agnatos gerere debeat ſimiliter *d. P. 1. c. 8. th. 2. & in expl. 4.* tradidimus.

V. De Principis ſatellitio & quale illud eſſe debeat. d. l. 2. P. 2. ſect. 1. c. 3. th. 5. expl. 1. & quomodo Julius Cæſar cum vita ſua jactura Prætorianos dimiſerit præc. P. 4. c. 4. th. 2. expl. 1. demonſtravimus: *De munimentorum verò neceſſitate ac utilitate*, & an arces in civitatibus fidelibus exſtruendæ *d. P. 2. ſect. 2. c. 5. th. 1. ac in expl. quaſt. 2.* egimus, de quo etiam *Septal. l. 2 de Ratione Status c. ult. legi* poteſt.

VI. Juſtum & moderatum regimen in eo conſiſtit, ut juſtitia omnibus exactè tribuatur, & in illâ exercendâ inprimis verò in pœnis infligendis medium inter nimiam ſeveritatem ac lenitatem obſervetur, ut *quo ad prius prac. l. 2. P. 1. c. 8. th. 4. expl. 1. & c. 9. th. 4. expl. 3. & 4. quo ad poſterius verò hic prac. expl.* 2. jam diximus & *loc. com. de Ordin. Republ. l.* 3. *c.* 2. demonſtrat, ſi enim Princeps medium hoc non adhibeat, in miſerrimum ſæpè ſtatum, imo in interitum ſe præcipitat, ut exemplum *Galba apud Sueton. in Ejus vita c.* 14. ubi hoc judicium de illo fert, *Modo acerbior, modo remiſſior ac negligentior, quam conveniret Principe electo atque illius atatis fuit, & ſeq. c.* 16. *uſque ad fin.* ubi miſerabilem illius exitum refert, de quo etiam *Tac. 1. Hiſtor. c.* 41. legi poteſt, probat, nec non inquilini tam nobiles quàm plebeii præ exteris ad officia condigna ac cuilibet apta promoveantur, de quo *ſeq. expl* 8. diximus.

VII. Quantum momentum Principi in affinibus, amicis, & fœderatis potentibus, vicinis & fidis ponendum ſit, *prac. l. 1. c. 3. th. 11. expl. 1. l. 2. P. 1. c. 4. th. 5. & in expl. & c. 8. th. 2. expl. 2. item P. 2. ſect. 2. c. 10. th. 3. expl. 3. & 4.* deduximus.

Cur verò omnes illi ſubditis grati eſſe debeant ratio hac eſt, quia ſi tales iis propter metum ſuppreſſionis vel aliâs ſuſpecti ſint, facilè inde ſuſpicio & odium in Principem excitari ac ſeditio & bellum inteſtinũ, ex hoc verò rebellio & defectio oriri poteſt, ut ex hiſtoriis ſatis conſtat.

IIX. Cur Princeps plebem non minùs quàm nobiles diverſis tamen modis & gradibus aſtimare & obſervare debeat, ratio hac eſt, quia plebs neglecta tanquàm incondita & ad ſeditiones per ſe prona facilè irritari & concitari, ac ab obſequio & amore Principi ſuo debito, intervenientibus in primis incitatoribus & demagogis divelli poteſt, ſicuti *Roma*, quamvis in ſtatu Democratico Ariſtocratico, ſæpius factum eſt, plèbe per ſeceſſiones à reliquo civium corpore ſe ſeparante, cujus exempla occurrunt apud *Livium l. 2. c. 32. 55. & 64. & l. 3. c. 52. & 65. ac paſſim, nec non Halicarn. l. 6. c. 31. & ſeqq. ac l. 8. c. 95.* quâ de cauſâ prudentes Magiſtratus ſemper omnem curam impenderunt, ut plebis ſavorem quibuscunque illecebris obtinerent, ſicuti ab omnibus Romanorum Regibus factum eſt *Halicarn. l. 3. c. 90.* de Patribus conſcriptis & Senatu. *Liv. l. 2. c. 1. & c. 9. & l. 5. c. 30.* de Auguſto *Tacit. l. 1. c. 2.* ut alia exempla omittamus, refert, de quo *prac. l. 2. Part. 1. c. 2. th. 3. expl.* 1. ubi de promotione ad officia egimus, plura protulimus. *Nobilitatem verò ab illo praprimis obſervandam eſſe* multò magis rationi ſanæ convenit, ſequentibusque fundamentis probatur, *quia.*

1. Illi ob generoſum ortum generoſos & honeſtos alunt ſpiritus, adeoque ad ardua tendunt, & principi utilem operam præſtare poſſunt ac ſolent ſecundum illud *Seneca Epiſt.* 39. *Habet hoc in ſe generoſus animus, quod concitetur ad honeſta. Neminem excelſi ingenii virum humilia delectant, & ſordida & Agryppa apud Dion. l. 5. f. m. 469. neque vir egregius ullus ſine magno animo naſcitur neque ea magnanimitas ex ſervili vita ratione oritur.*

2. *Omnes boni ſecundum Ciceron. in Orat. pro Sextio c. 9. ſemper nobilitati favemus, & quia utile eſt Reip. nobiles homines eſſe dignos majoribus ſuis, & quia valet apud nos clarorum hominum bene de Republ. meritorum memoria, etiam mortuorum.*

3. *Inillis* ob virtutem quaſi ingenitam maximum belli robur, & principis potentia ac auctoritas conſiſtit, ut mox pluribus demonſtrabitur.

4. *Ob pradictam indolem*, ſi ſpernantur, vindictæ cupidi & Principi valde noxii ſunt, tùm ſeditiones ciendo cujus *exemplũ* inter alia occurrit *in Maximino Seniore, qui* nobilem circa ſe neminem paſſus eſt, ſecundum *Capitol. in Maximinorũ vitâ c. 9.* ob hanc & alias cauſas tàm inviſus omnibus, ut ipſe cum filio ab imperio dejectus, auditâ hujus interfectione laqueo vitam finiverit *Ibid. c. 9.* Ita quoque præterito ſeculo *Neapolitana Nobilitas* à Porege ſpreta & à Rege non exaudita magnam ſeditionem movit apud *Thuan. l. 3. f. m.* 51. & 86. tum rebelliones promovendo, ut multis exemplis conſtat. Ita enim illos, quorum operâ in arduis rebus uti debet ſecundum Mœcenatem apud *Dion. l. 52. f. m.* 474. ſibi adverſarios & tandem planè hoſtes reddet.

5. *Talis princeps eſſe creditur*, quales illi ſunt quos amore proſequitur,

Et ob has aliasque cauſas à Nobis prac. l. 2. P. 2. Sect. 1. th. 3. expl. 2. n. 1. & Agryppa apud Dion. l. l. 52. f. m. 469. relatas praſtat, ut majoribus vel dignoribus officiis potiùs Nobiles quàm plebeji adhibeantur.

Omnibus itaque modis Princeps intentus eſſe debet, ut præfatis & aliis modis ſubditi in fide, amore & obſequio retineantur, quoniam in illorum benevolentiâ munimentum & ſecuritas ejus conſiſtit, ut *prac. l. 2. P. 1. c. 9. th. 5. expl.* 1. demonſtravimus, ubi *ſeq. expl.* 3. etiam de modis comparandi & conſervandi illam egimus.

IX. *Quantum momenti* in ærarii locupletis legitimâ conſtitutione & juſtâ adminiſtratione ſitum ſit, *prac. l. 2. P. 2. ſect. 2. c. 8. th. 7. in expl. & ibid. c. 7. th. 15. in expl. th. 17. in expl. th. 18. in expl. 1. & 2. & th. 19. in expl.* diximus, uti ſimul de ſeditionibus ex injuſtis pecuniæ colligendi modis & iniquâ ærarii adminiſtratione egimus, quibus, junge, quæ in *hujus libri 3. cap. 1. th. 7. expl. 3.* ſub avaritiæ modis & *c. 2, th. 23. expl.* 2. de defectionibus, ob tributorum immoderatorum exactionem exortis tradidimus.

X. *Licet* ſecundum Politicorum obſervantiam divites & potentes cives in Monarchia non ita metuendi ſint quàm in Ariſtocratiâ, & ideo hæc materia à nobis in theſin ſeq. rejecta ſit, *occurrunt tamen exempla* talium etiam Monarchico in ſtatu exitioſorum, quæ quoniam magna ex parte à *Forſtn. ad l. 2. Ann. Tac. c. 5. p. m.* 146. relata ſunt, Lectorem eò & quo ad remedia ad *th. ſeq. expl. 1. n. 3.* remittere voluimus.

TH. XIII.

Ariſtocratiam in ſpecie & inprimis contra Monarchia introductionem praſervant (1) Ambulatorium & quidẽ ad breve tempus conſtitutum regimen. (2.) Excluſio peregrinorum admodum potentum & divitum à jure civitatis. (3.) Optimatum inter ſe æqualis ſtatus, & ideo adhibita præcautio,

ne

ne unus aliquis nimium honorem vel per reliquorum promotionem, vel per ambitionem ac excedentes modum divitias obtineat, & unanime concordiæ ſtudium ac vinculum, nec non ad utrumq; obtinendum illorum, qui reliquis nimiâ potentiâ & opulentiâ graves, ac ſimul propter turbida conſilia Reipublicæ ſuſpecti ſunt, honeſta ablegatio vel pro re natâ, è civitate ejectio. (4.) factionum matura ſuppreſſio. *Contra mutationem verò in Democratiam præmunit* (1.) Plebis condecens æſtimatio circa honorum & officiorum collationem & matrimoniorum contractionem. (2.) Severa inhibitio omnium publicorum plebis conventuum & nullorum niſi præſentibus Senatus Commiſſariis permiſſio, in privata verò conventicula ſedula obſervatio per fidos & juratos exploratores & delatores facta, (3.) Conſtitutio armatarum ſtationum & excubiarum propè loca publica, utpote curias, forum, tribunalia, armamentaria, portas urbium & vallorum, ac ſimilia, nec non in urbis regionibus, & primariis plateis, illarumq; angulis ordinata. (4.) Egenorum civium ſublevatio circa onera publica, & nimia fœnora, & per ſubſidiorum ſtatas, tam quo ad pecuniam quam quo ad annonam erogationes. (5.) Commerciorum publica moderata tamen & prudens permiſſio.

Expl.

1. D*E utilitate magiſtratus ambulatorii & quidem brevis temporis in ſtatu Ariſtocratico, & quomodo per illum modum machinationes adverſus Rempubl. præcaveri poſſint, præc. l. 2. parte 1. c. 1. th. 12. expl. 2. egimus & Septal. l. 3. de Rat. Stat. c. 4. poſt pr.* legi poteſt. *Quibus hic addimus* ad evitandas tales machinationes etiam multum conferre, ſi divites & potentes rarò ad Magiſtratus promoveantur, & dignitates ac officia ſæpe varientur. E. gr. qui Conſul fuit depoſito officio vilius officium obtineat, *primus in genere conſtituerunt Romani auctore L. Genucio Tribuno Plebis* per plebis ſcitum ſecundum *Liv. l. 7. c. 42.* poſt decennium demum repetitionem Magiſtratus & Conſulatus eidem permittentes: vide *Eund. l. 10. c. 13.* ubi Q. Fabius Maximus ad hanc Legem provocat.

2. *Peregrinos admodum potentes & divites in civitatem tum* propter talem conditionem *tum* propter peregrinitatem recipi non debere ſana ratio dictitat. *Quia tales quo ad prius* altos ſpiritus gerunt, magiſtratui ægrè parent, reliquosque cives ſpernunt, *quo ad poſterius* verò à veteribus civibus ideo iterum ſpernuntur, & ad res novas movendas utrâque de cauſâ facilè incitantur, *ut taceamus*, illos ab extraneo Principe vel jam ante ad tales res movendas corruptos eſſe, vel facilè ſaltem corrumpi poſſe, & inſuper caſu aliquo infelici vel turbulento exiſtente civitati iſti, utpote non nativæ, tantam fidelitatem & operam, qualem originarii navant cives, non præſtare.

3. *Per optimatuum æqualem inter ſe ſtatum & unanime concordiæ ſtudium ac vinculum* ſicut quo ad poſterius in omni Rerumpublicarum ſpecie fit, ita etiam Ariſtocratiam in ſpecie ab immutatione & interitu conſervari notiſſimum eſt, quemadmodum è contra-

A rio per diſcordiam omnes illæ everti ſolent ſecundum *præc. c. 1. th. 7. expl. 2.* conſignata. *Omnis ergo cura adhibenda eſt*, ne ex illis unus ſive per reliquorum inconſultam promotionem, ſive per propriam ambitionem, quæ per matrimonia cum exteris potentibus & divitibus contracta, & ideo ſecundùm Politicos ac in ſpecie *Septal. l. 3. de Ratione ſtatus c. 12. p. m. 208. & ſeq.* omni modo prohibenda, & immenſas opes valde augetur, ſupra reliquos evehatur, & ita occaſionem adipiſcatur, per malas artes rempublicam ad ſe trahendi, ut multis exemplis, & *inprimis C. Julii Cæſaris & Octavii Cæſaris* conſtat. *Medicæos ſanè* primùm Coſmi ſenioris immenſæ divitiæ (de quibus *Machiav. in Hiſtor. Florent. l. 7. p. m. 361. & ſeqq.* legi poteſt) deinde ejus nepotis Laurentii virtus & prudentia viam ad obtinendum Florentiæ Principatum paravit, ut ex hiſtoriis notum eſt & refert *Cinus in d. Coſmi vit. l. 1.*

Ut itaq; à talium invaſionibus & turbis ſecuritas
B *obtineatur, ab Athenienſibus Oſtraciſmus & Syracuſanis Petaliſmus*, quo potentes, divites & ſuſpicione malâ laborantes per civium ſuffragia in exilium miſſi fuerunt; ut ex *Diod. Sicul. l. 11. c. 86.* & aliis *præc. l. 2. parte 1. c. 6. th. 2. expl. 3.* demonſtravimus, inventus fuit, de quo etiam legi poteſt *Septal. l. 4. de Rat. Status c. 6.* ubi ex *Jovio l. 1. Hiſt. poſt pr.* refert, Venetos optimatium alios præcellentium ſpiritus omnimodo præcidere. *Hodierni verò Politici molliora & quidem ſequentia poſſimum remedia præſcribunt.* (1.) *Ut* talibus, tanquam ambitioſis, honorificæ in ſpeciem ſed reverâ damnoſæ, nempe admodum ſumtuoſæ dignitates, curationes & legationes conferantur, quia ita illi, ut ſuam magnificentiam aliorumque æſtimationem demonſtrent ac ſibi comparent, opes ſuas per magnos ſumtus & luxum diſtrahunt, adeoque vires ſuas frangunt. (2.) *Ut* ab illis grandem pecuniam ſucceſſivè Reſpublica vel ejus nomine Senatus ſub ſpecioſâ utilitate & neceſſitate publicâ mutuò accipiat, atque ita ſimiliter bonis modis & artibus vires illis præſcindat, frenumq;
C imponat. (3.) *Ut* tales ad longinquas & diuturnas legationes ſub honoris ſpecie uſurpentur, & ita tam propter diuturnam abſentiam, quàm facultatum imminutionē Reipublicæ patriæ exitioſi eſſe nequeant. *Aliud adhuc remedium*, ut ſcilicet tales, ſi delinquunt, ſeverius puniantur, refert *Forſt. ad l. 2. An. Tac. c. 5. p. m. 160.*

(4.) *Quoniam ex factionibus diſſidia, & ex his multa mala, & in primis ſeditiones ac bella civilia oriri ſolent, ut partim præc. c. 2. th. 3. in expl. n. 3. dictum, partim experientia teſtatur*, in his autem pars victrix Rempublicam ſibi ſubjicit, *omnino* Reipublicæ intereſt & optimatum reliquorum ſalus requirit, ut illæ quam citiſſime ſupprimantur.

11. *Plebem decenter æſtimandam eſſe jam præc. th. 12. expl. 8. demonſtravimus*, cùm verò illa nullâ re magis irritetur, quàm ſi ab honoribus & officiis planè excludatur, & matrimoniorum libertas ipſi denegetur, *quo ad prima duo* ibidem quomodo æſtimandi ſint, ſimul tradidimus, *quo ad ultimum* autem notandum, in Republicâ Romanâ quidem ob prohibitam talem
D communionem inter plebem & Patricios magnas controverſias ad ſeditiones ſpectantes ortas eſſe, ut apud *Liv. l. 4. c. 1. & 2. ac Loccen. de Period. Imperior. l. 4. c. 11.* legi poteſt, & tamen *Appium* cum Collegis legem ſanxiſſe, *ne Patriciis cum plebejis licita eſſent matrimonia, ut Halicarn. t. 10. l. 69. & l. 11. c. 31. refert. Et quoniam reverâ* incongruum eſt ac indecorum, inter diverſi ſtatus homines matrimonia promiſcuè contrahi, ut *præc. l. 1. c. 1. th. 11. expl. 1.* demonſtravimus, *communionem illam ſaltem* ad non adeò diſparis ſtatus homines reſtringendam eſſe putamus.

2. *Conventicula plebis* promiſcuè concedenda non eſſe *præc. l. 1. c. 3. th. 4. in expl.* docuimus, *ſi tamen* ad illius

Digitized by Google

ruricolarum & pecorum abactione, ac fugâ & incendiis prædiorum ruſticorum conjunctis, *item pro genio loci ex inſectorum & frugivororum animalculorum puta*, murium, cricetorum & curculionum frequenti generatione ac erucarum, bruchorum & *Locuſtarum* peregrinis ex oris advolantium frugum depaſtione.

Ubi de his poſtremis notandum eſt, quod licet illarum pernicies apud nos Europæos tam frequens non ſit, uti apud Aſiaticos & Africanos, ſæpè tamen ex illis terris ad noſtras regiones illas advolare, & immenſa damna frugibus inferre, idque Deo peccatorum noſtrorum ſevero & juſto punitore ita volente, ut teſtantur Biblia *Exod.10.v 4.5.6.& 12. ac ſeqq. Deut.28.v.38.1.Regum 8.v* 37. & alibi, quod etiam inſuper inde probari poteſt, ſi aliàs fides relationi habenda, quod *in Anglia quondam* locuſtarum exercitu omnia depaſcente, *quadam ex illis reperta fuerint, quæ in alis ſuis has literas: Ira Dei, formatas habuerunt*, ut ſcribit *Guevara lib.3. Epiſt. Aurear. de quibus paulo poſt.*

Mures quoque tales eſſe Dei pœnam, & inter alios aſſerit *Arnob.lib.1.adverſus Gent.pag m.3.* & id oſtendunt ſacra Biblia, 1. *Samuel. 6. v.4. & 5. & exempla Hattonis* Epiſcopi Moguntini & *Pompilii vel Popeli Junioris* Poloniæ Regis unà cum ſcelerata uxore & liberis à muribus conſumtorum, de quibus videri poteſt poſt *Mechov.l.2.Chron.Pol.c.11.Cromer.l.2.circa fin.& alios Neugeb.l.2.Earund.Hiſtor. in f. & Cruſius Annal.Suevic.part.2. lib.4.p m.136.& ſeq. (ubi hic etiam* Wildeſolfum Epiſcopum Argentinenſem anno 997. ab illis devoratum eſſe refert) narrant.

Referri huc poteſt, quod ex Herod. adducit Joſeph.10. Antiq.1.in f.& hic lib.2 n.63.refert: Cum Senacheribus Peluſium obſediſſet, unâ nocte tantam exſtitiſſe murium vim, ut militum ejus arcus, pharetras & reliqua arma corroderent, quo factum eſt, ut Rex obſidionem ſolveret, mira, ſi modò vera, hiſtoria. *Cui ferè congruit, quod de Chalcidenſibus recenſet Heraclides in Polit.* Eos à muribus Civitate ſuâ pulſos eſſe, qui bona illorum omnia ita devorabant, ut neque ferro parcerent.

Nec tacendum, quod recenſet Theodoret.lib.hiſt.Eccl. c.30. Saporem Perſarum Regem cum numeroſiſſimo exercitu per crabrones & culices ab obſidione Niſibis precibus Jacobi Epiſcopi iſtius loci a DEO immiſſos pulſum fuiſſe.

De erucis, locuſtis, bruchis & melolonthis à DEO immiſſis pœnis vid. Joël.c.1.v.4 & ſeq. & c.2.v.25. In ſpecie verò de his a Deo in pœnam immiſſis animalibus & inſectis vide *Ravanellum in Biblioth.ſacr.â in verbo fructus n.* VII.

Circa Locuſtas verò ſequentia maximè obſervatu digna ſunt exempla:

In Romana hiſtoria à Livio lib.42.cap.10.recenſetur, quod locuſtarum tantæ nubes à mari vento in Apuliam illatæ fuerint, ut examinibus ſuis agros latè operuerint, & ad eam peſtem frugum tollendam C. Sicinius Prætor deſignatus cum Imperio in Apuliam miſſus ingenti agmine hominum ad colligendas eas coacto aliquantum temporis abſumſerit.

In Paral. Urſpergenſi fol.m.329. ſequens occurrit hiſtoria: *Anno 1475. Menſe Auguſto locuſtæ ad longitudinem unius digiti humani, capita veſpertilionum habentes, apparuerunt, quæ ex Pannoniis per Moraviam & Sileſiam prodiiſſe ferebantur. Longitudo congregationis earum trium milliarium, & latitudo unius cum medio milliari erat. Volabant ordinatis aciebus, loca frugum & arborum, in quas cadebant, devorabant, nihil præter terram & fimum ſordidum relinquebant.*

Anno 1542. ſimile ferè in Germania contigiſſe A. narrat *Sleidanus l.14.Comment.p.m.379. de quo etiam legi poteſt VVolfius in Memorabil. Centur.16.f.m.478. & 509.*

Memorant quoque Annales Francici incerti auctoris ſub Ann. 873. tempore novarum frugum novi generis plagam & primum in Francorum gente viſam, Germanicum populum peccatis exigentibus non mediocriter afflixiſſe: Fuiſſeque vermes quaſi Locuſtas, quatuor pennis volantes, & ſex pedes habentes, & in tanta copia ex Oriente veniſſe, ut univerſam terræ faciem inſtar nivis operuerint, cunctaque in agris & pratis viridia devaſtarint, fuiſſeque ore lato & extenſo inteſtino, duosque habuiſſe dentes lapide duriores, ac tanta multitudine adveniſſe, ut unâ diei horâ centum jugera frugum prope Moguntiam conſumerent, & inter volitandum ſplendor Solis per unum milliaris ſpacium vix appareret.

B. *Conformis ferò, ſed longè memorabilior eſt relatio, quam poſt Reginonem lib. 2. Chron. ad annum 874. Aventin. lib. 4. fol. m. 262. & ſeq. habet*, ſequentibus verbis: *Primâ æſtate Anni 874. grandiores ſolito Locuſtæ pollicem viri implentes ab Oriente externa pabula quæſituræ occiduum Solem verſus ſtridore tanto pennarum pervolarunt, ut aliæ alites crederentur, Solemque per quinque millia paſſuum obnumbrarent, ſollicitè ſpectantibus populis, ne ſuas operirent terras, dirâ meſſes contegebant nube, multa contactu adurentes, omnia morſu eradentes, cortices quoque arborum atque feres tectorum. Centum quinquaginta jugera uno die depaſtas fuiſſe memoriæ proditur. Viginti millibus paſſuum uno die per aëra inſtructâ acie, compoſitisque ordinibus ferebantur, terra incumbentes caſtra faciebant. Duces cum paucis itinere unius diei præcedebant agmen, quaſi loca* C. *opportuna caſtris capturi. Eâdem horâ, quâ antecurſores pridie venerant, univerſa copia poſtridie aderant. Ante ortum Solis in loco, ubi inſederant, non movebantur, orto Sole agmina per cohortes ſuas proficiſcebantur; Tandem illa a vento ſublata in Oceanum Belgicum acta ſunt, rejectaque æſtu ad continentem fœtore corruperunt aëra: ſubſecuta dira peſtilentia eſt.*

Refert quoque Zonaras Tomo 3. ſub Imperio Alexii Comneni, Illo tempore infinitam locuſtarum multitudinem & tantam ab Occidente ortam, ut inter volandum nubibus æquiparetur, & Solem obumbraret, & illas Francorum in Orientem trajectum portendiſſe.

Videri etiam poteſt Sigeb. ad illum annum & Fincelius von den Wunderzeichen parte 1.

Licet verò hæ hiſtoriæ admodum mira in ſe conti- D. *neant, omnia tamen illa ſuperat hiſtoria illa, quam Carolus IV. Rex Bohemiæ & poſtea Imperator in vita ſua, propriâ manu conſcriptâ, & nuper à Frebero cum antiquis ſcriptoribus, rerum Bohemicarum ſimul edita, tanquam ocularis teſtis, de Locuſtarum exercitu Bohemiam ſuam infeſtante pag. m. 99. refert, his verbis: Illâ hieme (puta Anni 1335.) in Carniprivio tradidimus filiam noſtram primogenitam Margaretham Ludovico primogenito Caroli Regis Hungariæ, & ligavimus nos, contra omnem hominem. Poſt verò hoc cùm ſororius noſter in craſtinum nos invitaſſet ad prandium, in ortu Solis unus militum ſuſcitavit nos de ſomno, dicens: Domine ſurgatis, noviſſimus dies eſt, quia totus mundus plenus eſt Locuſtis. Tunc ſurgentes aſcendimus equum, & velociter cucurrimus, volentes finem videre earum, uſque ad Pulcaniam, ubi finis earum erat, per 7. milliaria in longitudine, latitudinem verò earum minimè poteramus conſiderare, quarum vox ſimilis erat ſono tumul-*

inſultuantes. Alæ earum erant ſcripta quaſi denigratis literis,& in ſpiſſitudine erant quaſi nix condenſata, ita, quod Sol propter eas videri non poterat. Fætor magnus procedebat ab eis; Et diviſa ſunt alia verſus Bavariam, alia verſus Franconiam, alia verſus Lombardiam, alia hinc inde per univerſam terram. Et erant generativa, quia dua per noctem generabant viginti & ultra. Erant parva,& cito creſcebant,& inveniebantur in tertium annum.

In perpetuam illarum memoriam compoſitum tunc fuit Chronodiſtichon ſequens, nam usque ad illum annum duraverunt:

M.tria C.tria X.poſt octo venêre cicadæ,
quas nive mox truce proſtravit Lux altera Lucæ.

*Meminit earundem Aventin. lib.7.f.m.*477.

Nec tacenda eſt illarum ingens multitudo, quæ anno 1542.in Auguſto ex Lituania & Polonia veniens per Sileſiam noſtram & totam Germaniam ſe contulit,& omnes fructus conſumſit, de quibus ita Polius in Hemerologio Sileſiaco, ad 29 Auguſti: Selbigen Tages umb Zeigers 18. iſt eine unzehliche Menge Heuſchrecken/wie eine dicke finſtere Wolcke/über die Stadt (nemlich Breßlau) gezogen/drey Stunden lang/an etzlichen Orten ſo dicke/daß ſie den Sonnen-Schein aufhielten/oder als wenn es dicke ſchneiete/und man für den Schnee-Flocken die Wolcken nicht ſehen kan/haben gerauſchet wie geharniſchte Leute oder Küriſſer. Wo ſie ſich niederlieſſen auff dem Felde/fraſſen ſie alles Getrâyde/ Gras und Kraut auff. Sie waren mancherley Farbe/grüne/gelbe/blau/weiß/ſchwartz/mit verſtarcken Flügeln/darauff etzliche unbekante Buchſtaben/auff dem Rücken wie Mönchs-Kappen geſtaltet/und ſaſſen immer ihrer zwo auffeinander/größer als die Finger lang/lagen an etzlichen Orten Knie hoch/ſie kamen auß Littauen durch Pohlen / und durchzogen gantz Deutſchland. *Meminit earundem Frideborn in Chron. Steten.l.2.p.m* 42.

Ita anno 1674.23.Maji & ſeq.tanta locuſtarum copia quædam Sileſiæ noſtræ loca occupavit,ut in prætervolatu vix cœlum adſpici poſſit.

Refert etiam Ravanell.in Biblioth.ſua ſacra ſub verbo Locuſta n.5. Anno 1629.in Patria ſua,non procul ab Uticâ ſive Uzetia Occitaniæ, Locuſtarum agmina exorſa ſe videnti cum ingenti omnium admiratione & ſtupore in agris pagorum ſitorum ad amnem le Gardon intra paucos dies omnes ferè fruges devoraſſe obnitentibus induſtriâ & vi,quâ poterant, maximâ, incolis, qui adverſus illum hoſtilem exercitum prodibant cum ſono tympanorum,clamore ac fuſtibus abigebant, ac in foſſas paratas demergebant ibique ſtatim contumulabant,ne ſcil. aër putredine & fœtore earum corrumperetur. Sed à diverticulo ad viam!

Exempla famis memorabilis in utraque hiſtoria occurrunt ſequentia.

Tempore Joſephi fames per ſeptennium integrum fuit apud omnes populos, excepta Ægypto, ubi per prudentiam illius occurſum eſt huic fami, *Gen.41.v.53.& ſeqq. it.47.v.18.& ſeqq.*

Similis fames etiam ſub Rege Iſraëlitarum Joramo exſtitit, *2.Reg.8.v.2.& 3.*

De ingenti fame in obſeſſa urbe Samaria legatur ibid.*c.2.v.24.& ſeq.*

Cui æquiparari ſolet fames illa, quæ ſub Claudio Cæſare fuit, quam refert *Joſeph. Antiq.lib.3.c.ult.& Euſebius lib.2.c.8. annectens,* famem hanc orbem afflixiſſe,& ab iis auctoribus, qui procul à fide Chriſtiana ſunt, hiſtoriis ſuis inſertam fuiſſe, ac ad eam reſpexiſſe Agabum in vaticinio ſuo in *actis Apoſtolor.cap.11.v.28.* quam etiam refert *Sueton.in ejus vita c.18. Regino l.1.in pr.& Herm. Contr.ad A.M.*4007.

A. *Fuit quoque ingens fames ſub Judicibus, 1.Ruth.v.1. ſub Davide,& quidem triennalis, 2.Sam.21.v.1. Eliſæo, 2.Reg.4.v.38.& alia ſub eodem ſeptennalis, 2.Reg.8.v.1. Item ſub Joramo, 2.Reg.6.v.25.& ſeqq.& Zedekia, 2.Reg. 25.v.3.*

Et omnium ferè maxima fames in famoſa illa obſidione Hieroſolymarum ſub Veſpaſiano & Tito, quæ ultra 700000. *Judæorum ſuſtulit,* ſiquidem per unam ſolummodo portam elati fuêre 115000.& 600000.per mœnia projecti, multa quoque millia in ædibus inſepulta manſerunt,ut hoc adducit *Alſtedius in Chronol.tit.32.p.m.*312. De qua etiam legatur *Joſeph.l.6.Belli Judaici c.11.& Egeſippus de Excid.Hieroſ.lib.5.c.17.21.25.39.&* 40.

In prophanis hiſtoriis occurrunt ſequentia memorabilia exempla:

Tempore Vitigis in tota Italia tanta fames fuit, ut in B. ſolo Piceno 50000. perierint, & quod notabile, tunc duæ mulieres ſeptendecim viros per inſidias noctu interfecerint ac comederint, ipſæ à decimo octavo, cui easdem ſtruxerant, cæſæ, *Procop.lib.2.hiſtor.Goth. p.m.* 272.

Anno 851.inaudita in Germania fames exſtitit, *Sigebert.in Chronogr.ad illum ann.& Mutius in Chron.German.l.6.in f.& l.11.f.m.*85.

Anno 1010. fames & peſtis omnium maxima toto orbe graſſata eſt, *Alſted. in Chronol.tit.32.*

Anno Chriſti 1042 fames paſſim per integrum ſeptennium graſſata eſt. Idem ibid. & Sachſe in der Keyſer Chron. *P.3.ſub Imp. Henr.III.cap.8.ex Annonio lib.5.c.* 48.

Anno 1125.tertia pars hominum in toto orbe eâ interiiſſe ſcribitur, Alſted.in Chron.d.tit.32.p.m.320 & Cuſpinianus ſub Henrico V.

C. *Anno* 1271.etiam fames ingens in Germania fuit,& duravit tribus annis. *Siffridus Presbyt.in Epit.l.2.ad illum annum.*

Alſted. in Chron.d.tit.32. meminit illius, *Langius in Chron.Citiz.ad ann.1316.& Cruſ.in Ann.Suevic.parte 3. lib.4.c.3.f.205.ubi ſimul refert frumentum ex Sicilia in mediam Germaniam advectum eſſe.*

Tempus illud in memoriam per verbum CUCULLUM *expreſſum fuit in ſequenti verſiculo:*

Ut lateat nullum tempus famis, ecce CVCVLLVM, *ut inter alios ex Chron.Saxon Spangenb.* Sachſe *in d. Chron.P.4.ſub Imp.Ludovico IV.c.8. narrat.*

Quibus addendum, circa idem tempus etiam in Polonia ingentem famem per triennium exſtitiſſe, ita, ut etiam parentes filios & hi parentes occiderint,& nonnulli cadavera è patibulis ſurrepta comederint, referente *Mechov.l.4.c.8.in f. & Cromero l.11.ſub VVenceſ-* D. *lao Rege, f.m.* 189.

Anno 1316. in Anglia tanta quoque fames exſtitit, ut quidam parentes liberos ſuos clam mactaverint & ederint, alii verò alios liberos per furtum abstractos comederint, referente *VValſing.in Eduardo II.f.*108.

Similem ferè peſtem anno 1349.per univerſum orbem vagaſſe,& in ſola Florentia plus quàm 60000. *hominum illâ exſtincta eſſe refert Trithem.in Chron.Sponheim.f.m.* 321.

Immaniſſimam quoque famem à Sinis in urbe Caiſung. obſeſſis perpeſſam fuiſſe refert Martinus de bello Tartar.p.m.35.

Anno 1604.tanta fames in Tranſylvania fuit, ut mater ſex liberos,& duo liberi matrem comederint, ſicut refert *Meteran.lib.24.fol.273.& Thuan.lib.131.fol.m.* 1039.

Nec ſilentio prætereunda immanis illa fames, quæ anno 1636. in Alſatia graſſata eſt, quâ nonnulli ad

huma-

humana cadavera quærenda & edenda adacti ſuerunt, ut legi poteſt *in Theatro Europ. Tomo 3. p* 618. *& illa, quæ ſeq. anno VVormatiæ & Francofurti ad Mœnum* exſtitit, & homines ad cadavera, immò vivos homines in eſcam vertendum coëgit, ibid. ſol. 770. & ſeq. *uti etiam anno* 1641. *evenit*, & ad ſimilia in Thueingia ac præcipuè Jenæ invitavit, ut in *eodem Theatro Tomo IV. f. 632. refertur.*

Plura ſtudio prætermimus , & curioſum lectorem ad Meigerum in Nucleo Hiſtor. l. 6. c. 7. & exempla à nobis *præc. l. 2. parte 4. c. 2. th. 5. expl. 2. & c. 6. th. 17. expl. 5.* adducta ecmittimus.

II. *Nec minor pars hominum ferro & bello occubuit*, ſiquidem maximè ſaltem memoeabilia exempla adducendo *Rex Iſraelitarum Pekah unâ die Judæorum interfecit* 120000. 2. *Chron.* 28. *v.* 6.

Abia Rex Juda in pugna cum Jeroboamo Rege Iſraëlitarum horum interfecit 500000. *ſelectos viros*, 2. *Chron.* 13. *v.* 17.

In tribus ab Alexandro M. cum Dario commiſſis præliis 1500000. *homines interiiſſe Oroſius lib. 3. cap. 17. narrat.*

Bellum Punicum II. intra 17. *annos ex Doctorum calculo conſumſiſſe* 1500000. *hominum.*

In bello civili à Cæſare & Pompejo & iis cum adverſæ partis Ducibus geſto ultra 400000. à Cæſare cæſa fuiſſe pateat *Paterculus l. 2. c.* 47. *& Appian. de Bellis Gallicis in pr.*

Annibal tempore belli geſti diverſis præliis *ſtravit* 300000. *virorum. Idem. de Bell. Punic. p. m.* 137.

De Pompeji victoriis, videatur Plinius lib. 7. c. 26. ubi refert, illum fudiſſe, fugaſſe, occidiſſe, in deditionem accepiſſe *vicies ſemel centena octogiuta tria millia hominum.*

Ingens quoque ſtrages hominum in bello à Divo Claudio contra Gothos geſto, edita fuit; ſiquidem ipſe Claudius apud *Pollion. in ejus vita c.* 8. *ad Brocchum* illa literis ſuis expreſſit: *Delevimus* 320000. *Gothorum*, 2000 *navium merſimus. Tecta ſunt flumina ſcutis: ſpathis & lanceolis omnia littora operiuntur. Campi oſſibus latent tecti, nullum iter purum eſt, ingens carrago deſerta eſt. Tantum mulierum cepimus , & binas & ternas mulieres victor ſibi miles poſſit adjungere.*

In Obſidione Hieroſolymitana à Romanis ſuſceptâ interemta ſunt *Judæorum* 1100000. *juxta calculum Joſephi de Bell. Jud. lib. 7. c. 17. vel ſecundum Egeſippum lib. 5. cap. 49.* 1000000. *adde his Jornand. de Regn. Succeſſ. ſub Tito & Veſpaſiano , & Lipſ. 2. de Conſtant.* 21.

Sub Trajano à Judæis in rebellione adverſus Romanos circa Cyrenem horum & Græcorum ad 220000. *& in Ægypto ac Cypro* 240000. *interfecerunt, ut Dio apud Xiphilin. l. 68. in f. refert.*

Sub Hadriano Imperat. eorundem in excurſionibus præliisque cæſa ſunt 580000. *Dio lib. 69. fol. m.* 794.

Imperatorem Heraclium ſub Imperio Coſroæ in uno prælio 500000. *Perſarum interemiſſe Elmacinus in Hiſtor. Saracen. lib. 1. c. 1. p. m. 16. in verſione Erpenii Latinâ recenſet.*

Juxta Zoſimum lib. 5. circa med. validiſſimus Radagiſi Regis Gothorum 500000. militum conſtans exercitus brevi ſane, peſte & ferro periit.

Tomyris Scytharum Regina Cyrum cum exercitu 200000. hominum ita interemit, ut ne nuncius quidem ejus cladis ſuperfuerit, *Juſtin. lib. 1. cap. 8. de quo tamen, an ita ſe habeat, præc. lib. 2. parte 4. c. 12. th. 1. in expl. disquiſivimus.*

In Orientem ſub Godofredo Bullionæo contra Turcas & infideles ducta eſſe 300000. *peditum &*

A. 100000. *equitum , Lonic. Hiſtor. Turc. Tomo* 1. *pag.* 14. *& Curio Hiſtor. Sarac. lib. 3. fol. m.* 146. *ad annum* 1096. *ſupra* 500000. *circiter in genere , Curio verò lib. 4. Chron. ſub Lothario Saxone, pag. m.* 591. 600000. *peditum &* 100000. *equitum narrat.* Vide tamen *Chronicon Hieroſolymitanum à Reinecein editum lib. 6. pag.* 122. *& Ludov. Maimbourg en l' Hiſtoire de Croiſade Tom. 1. lib. 1. pag. m.* 46. *& ſeqq. ac paſſim* , ubi demonſtrat ingentem illum exercitum potiſſimâ ex parte ex hominibus inutilibus conſtitiſſe , adeòque nihil illo effici potuiſſe.

In Prælio ad Strigonium inter Turcas & Regem Hungariæ Ludovicum anno 1526. commiſſum ad 200000. periiſſe poſt *Steph. Broderith. apud Sambucum in Append. ad Bonfinium de Rebus Hungar. f. m.* 775. & alios refert *Neugebauer Hiſt. Polon. lib. 7. pag. m.*
B. 518.

In prælio inter Bajazethem Turcarum Imperatorem & Tamerlanem Tartariæ magnum Principem, in quo exercitus illius 500000. & hujus 1000000. hominibus conſtitit, commiſſo *Turcarum* 140000. *& Tartarorum* 200000. cæſa fuiſſe *Perondinus in vita Tamerlanis refert.*

Similiter in prælio inter Attilam Hunnorum Regem & Theodoricum Regem ac Aëtium in campis Catalaunicis commiſſo ad 180000. *hominum deſiderata eſſe Olahus in vita Attilæ c. 7. in f. narat, cui etiam conſentit Callimachus in Eadem.*

In India & America ultra 33. *milliones hominum* intra paucos annos ab Hiſpanis eſſe interemta demonſtrat *auctor Domin. Hiſp. c.* 27.

Circa annum CHRISTI 710. intra biennium circiter, cùm Mauri Hiſpaniam invaderent , diverſis
C. præliis ad 700000. hominum utrinque cæſa fuiſſe , refert *Tarapha de Regibus Hiſpaniæ ad illum annum.*

Similiter bellum nuperum Tartarico-Sinicum multas myriades hominum intra paucos delevit annos , ut ex *Martinio in ejus belli deſcriptione* patet.

Plura exempla ſupra lib. 2. parte 4. cap. 5. th. 3. explic. 2. & cap. 10. th. 3. explic. adduximus.

III. *Tandem horribiles quoque occurrunt in ſacra & prophana hiſtoria peſtis & famis plerumque juncta calamitates.*

Ita enim ſub Davide Rege die non toto illa abſumſit 700000. Iſraelitarum, 1. *Chron.* 22. *v.* 14. 1. *Sam.* 24. *v.* 15. *& ſeqq.*

Tempore belli Punici III. in ſola Numidia 800000. *&*
D. *circa maritimam oram* ſupra 200000. hominum *ac apud Uticam* 30000. militum interierunt, *Oroſius lib.* 5. *c.* 11.

Anno 492. tanta peſtis in Anglia fuit, ut vivi mortuos ſepelire nequirent, *Polyd. Vergil. lib. 3. hiſtor. circa finem.*

Anno Chriſti 654. peſtis graviſſima tribus æſtivis menſibus graſſata eſt , *cunctis viſibiliter apparente bonum & malum Angelum noctu civitatem circuire: Et quoties* juſſu boni Angeli malus Angelus venabulo, quod manu ferre videbatur, oſtium cujusque domus percuſſiſſet, tot ex eadem ſequente die interibant, *poſt Sigebert. in Chron. ad illum annum & Regin. in Chron. lib. 1. ad annum ſequent. Sigeb. de Regno Ital. lib. 2. ad annum* 680.

Meminit etiam Evagrius lib. 4. c. 28. ſuo tempore peſtem ſæviſſe integris 52. *annis, ita, ut ſemper de loco in locum migraverit, & quaſi per circulos ſtato tempore in priora loca redierit.*

Ingen-

Ingentis quoque & ſingularis peſtis meminit Thucydides lib. 2 p. m. 82.

Anno 1010. *fuit peſtis omnium maxima in toto* Orbe.

Anno 1062. *Iterum.*

Anno 1068. Tanta peſtis & fames fuit, ut vivi incapaces eſſe mortui ſepeliendis.

Et ſimilis 1315. *ut in Expl.* 1. *adductum.*

Anno 1115. & 1311. peſte & fame tertia pars hominum abſumpta eſt.

Anno 1316. tanta peſtis in Angliâ vagata eſt, ut vivi vix mortuos ſepelire potuerint *ſecundum VValſingh. d. l.* & ſeq. Anno 1439. Peſtis ſimiliter in Angliâ ita graſſata fuit, ut vix decima pars hominum ſuperſtes fuerit, ſecundum *Eundem ſub Eduardo III. Rege f.* 168.

Anno 1348. Per totum Orbem peſtis totis tribus annis ſævijt, in quâ periere *Monachorum undequedum* 124434. *Pomarius in Chron. Sax. ſub Ottone Archi-Epiſc. Magdeb.* 31. & *Spangenb. in Chron. Saxon. f.* 382 *& ſeq. Fredeborn. in Chronico Stetinenſi l.* 1. *p. m.* 57. initium ejus ponit in annum 1347. & hunc in quintum annum Florentiæ 60000. & Lubecæ 90000. hominum *Ioh. Regkman. in Chron. Lubec. p.* 248. & *Gobelinus Perſona in Coſmodr. æt.* 6. *c.* 69. ubi tamen id anno 1350. factum referunt. Cluver. in Epitom. hiſt. ſub Ludovico IV. Bavaro p. m. 573. *Maximam v. illam omnium per triennium durantem & à diluvio uſque ad illud tempus majorem non fuiſſe ſcribit Albertus Argentinenſis in Chron. ad illum annum, illamque ex millenis hominibus vix decem reliquiſſe. Petrarcha l.* 8. *Epiſt.* 7. *Platina in Vit. Pontif. ſub Clem.* 6. *p. m.* 264. *& Chron. Norimberg. ad prædictum annum memorant. Vel alicubi ſim vel quint ſecundum Blondum Dec.* 2. *l.* 10. *f. m.* 366. *Vel etiam quaternis ſecundum Avent. l.* 7. *f. m.* 486.

Anno 1353. Florentiæ peſtis adeo ſævijt, ut intra illum ibi ultra 96000. hominum abſumſerit, narrante *Machiav. l.* 2. *Hiſtor. Florent. in f. qua procul dubio cum prædictâ utpote per triennium durans eadem fuit.*

Similiter Anno 1500. tanta peſtis fuit, ut nonnullis in locis tertia, alicubi dimidia pars hominum interierit, ut refert *Nicol. Baſilius in Appendice ad Naucler. Gener. Tomo* 2. *in fine.*

Anno 1580. in Cairo tanta exorta eſt peſtis, ut intra ſeptem menſes 500000. hominum abſumſerit, referente *Dappero in Deſcript. Africæ f.* 129.

Immanis quoque peſtis per totam Europam Anno 1625. *graſſata eſt*, ita ut Londini in Angliâ intra ſeptimanam unam perierint 4870. ut refert *Zeiler. Epiſt.* 74.

Anno 1631. *eadem ita Venetiis ſævijt*, ut intra 11. menſes mortui fuerint 94164. homines, juxta *eund. Zeil. ibid.*

Anno 1665. & 1666. *juxta Diar. Europ. ad illos annos* Londini illa quoque admodum ſævijt, & quidem ita, ut dicto Anno 1665. à 25. April. intra 33. ſeptimanas 58968 2. homines, ſoloque menſe Septemb. 30699. abſumſerit.

Præterito Anno 1679. etiam Viennæ Auſtriæ valde ſævijt, à quibusdam enim ſecundum nonnullorum calculum, ſed forte erroneum intra illum ad 100000. hominum interiiſſe dicuntur.

Et hoc ipſo Anno nempe 1680. Pragæ eadem multa millia abſumſit.

Plura horrendæ Peſtis exempla vide apud Goclenium in tract. de Peſte f. 2. *& Beſcrolam lib.* 1. *Hor. Subceſiv. cap.* 12. *nec non Dietericum* in ſeinen Predigten über das Buch der Weißheit *parte* 2. *conc.* 4. *ſuper c.* 18. *f. m.* 1034. *& Drelincourt.* In den liebreichen Beſuchungen, ins Deutſche übergeſetzt *parte* 3. *cap.* 33. *ac Kircher. in Scrutinio Peſtis, ubi in f. Chronologiam memorabilium Peſtium ſubjecit.*

Illud ſingulari memoratione dignum, quod experientiâ teſte Peſtis per venenatum pulverem vel ſimile quid diſſeminari quaſi poſſit, ſiquidem id Anno 1606. *Taurini in Pedemontio Oſeas Schadæus p.* 3. *Sleid. Continuati* lib. 25. factum fuiſſe refert, addens unum Barbitonſorem præterito anno ultra 2000. homines ita infeciſſe.

Simile Anno 1542. & 1606. *Reichenſteinii & Franckenſteinii in Sileſia* [*de quo etiam legi poteſt Nicol. Polius in Hemerologio Sileſiaco ad diem* 23. *Februarii &* 5. *Octobr.*] *à nefariis hominibus peractum eſt.*

Ac Anno 1630. *Mediolani eveniſſe refert poſt Merian. Tomo* 2. *Theatri Europ. f.* 274. *Zeiller. dict. Epiſt.* 74.

Idem Anno 1672. *Franckenſteinii* à Sandapilano ejus loci intentatum, ſed per Dei gratiam ſcelus illud in tempore revelatum, *& nefarius ille homo una cum complicibus, conjuge ſcilicet & filiâ ſeveriſſime punitus eſt, quod factum* 23. *Ian. ſequentis anni.*

Quod etiam olim Romæ per maleficium actum eſt, ſecundum *Liv. l.* 8. *Hiſt. c.* 18.

TH. V.

Subjectum Everſionis ſequuntur Adjuncta, quæ duo potiſſimum ſunt, Tempus & Signa.

TH. VI.

Tempus illud appellari ſolet fatalis Rerumpubl. periodus, & nobis nihil eſt aliud, quam certum annorum à Deo cuique Imperio, Regno, Principatui, Reipubl. & Genti, durationi, incrementis, decrementis & interitui determinatum & poſitum ſpacium.

Explic.

I. P*Oſitum eſſe à Deo unicuique regimini & ſtatui, certum durationis terminum ex ſacris literis & profanis hiſtoriis abunde patet. Ita enim Deus* omnium Regnorum Fundator & Deſtructor *Belſazari per manum quandam* in pariete dealbato ſcribi fecit, hæc verba: *Mene, mene, Teckel, Upharſin, quæ ex Danielis Prophetæ interpretatione vel explicatione ſignificarunt: Deus regnum tuum numeravit, & perfectiſſime numeravit illud, appendit, diviſit,* juxta paraphraſin *Tremellii Daniel. c.* 5. *verſ.* 25 *& ſeqq.*

Ita quoque Deus populo ſuo certum captivitatis tempus conſtituit, nempe 70. *annos, & illud ipſum iterum ſtatuit pro termino interitus & devaſtationis Babylonico & Chaldaico Regno. Ierem.* 25. *verſ.* 12. *& cap.* 29. *verſ.* 10. *Dan. c.* 9. *verſ.* 2. 2. *Chron.* 36. *verſ.* 21.

Similiter idem certo tempore multis aliis regnis interitum ſtatuit, dict. c. Ierem. 25. *verſ.* 18. *& ſeqq.* de quo etiam *præc. c.* 1. *th.* 4. *expl.* 1. quædam annotavimus, *& expl.* 2. *Geneſis nonnullarum magnarum Urbium retulimus.*

Et pro

Et pro bonitate ſuâ everſioni hominum univerſali per diluvium eventura certum converſionis tempus nempe centum & viginti annos ſtatuit Geneſ. c. 6. v. 3.

Apud prophanos Scriptores inter alios ab Halicarnaſſ. lib. 3. c. 26. proferuntur hac Legatorum Romanorum verba: Nihil in humanis rebus ſtabile, & quicquid ad ſummum claritatis faſtigium evectum eminere cœperit, indignationem Deorum non effugit vertiturque rurſus in nihilum, de quo plura *prac. cap. 1. Th. 4. Expl. 1.* congeſſimus, *& ſimul demonſtravimus fatum illud Stoicum plane nullius ponderis adeoq; explodendum eſſe.*

II. *Licet in Sacris literis, ut jam tradidimus, expreſſè conſignatum reperiatur. Deum* univerſi conſervatorem & directorem, & peccatorum juſtiſſimum Vindicem, regnis, rebus publicis & populis ob peccatorum multitudinem & reſipiſcentiæ neglectum *certum interitus tempus ſtatuiſſe, quia tamen illud à ſolo ejus beneplacito & inſcrutabili decreto dependet, regula inde à nobis certa, intra quos terminos imperia, regna, reſpublica, Principatus & gentes interire ac diſſipari ſoleant, nullo modo conſtitui poteſt, præſertim enim ex hiſtoriis conſtet,* durationis vel interitus hujus tempora pro Dei beneplacito & regimiorum talium juſtâ & virtuoſâ vel injuſtâ & iniquâ gubernatione & populorum probâ vel improbâ vitâ, quâ Deus ad gratiam vel pœnam invitatur, ſemper variaſſe, ut in ſpecie legi poteſt apud *Alſted in Chronol. Tit. 15. & inſuper tempora* iſta ab Hiſtoricis & Politicis, uti etiam quibuſdam Theologis obſervata *non abſolute & ordinativè, vel à priori, ſed relativè, ab eventu ſcilicet vel poſteriori,* ad Dei nimirum ſimplex vel nudum beneplacitum reſpiciendo, conſideranda, adeoque ad exempla trahenda non ſint: quo reſpiciens *Becler. add. l. 4. Flori c. 3.* tradit, *periodos obſervatas ſolius eſſe eventus: Quoniam rationis, aut cauſa, aut ſideri innumeris nihil eſt.*

Quamvis enim nonnulli magni viri tales interitus dictis terminos, uti naturalibus & veris, ita etiam myſticis hiſce corporibus quaſi naturales eſſe, ſive à naturâ ipsâ provenire ſtatuant, *tradendo, quod, quemadmodum illa* in ſenectute ſuâ viribus & naturali calore deſtituuntur, & tandem neceſſariò intereunt, *ita etiam hac* ſerâ poſteritate à primævo virtutum & probitatis ſtudio deflectente neceſſariò incrementis & viribus internis deficiant, adeoque interitum patiantur, ſicuti *prac. c. 1. Th. 4. expl. 1. & 2.* latius demonſtravimus.

Id tamen ſaltem ſecundario ac Deo ita mediatè, per inſtrumenta ſcilicet, agente evenit, ut ibidem etiam tradidimus. *Vide Fliſcum de Fato, Sphara 1, ante fin. ubi Numeris certis maximam vim tribuit.*

TH. VII.

Signa antecedentia vel late ſic dicendo prognoſtica communiter traduntur ſequentia: Cometæ, terræmotus inſoliti, plures ſimul in aëre viſi Soles, inſolitæ aquarum eluviones, & alia prodigia, portenta acoſtenta.

Explic.

I*Nſignis hanc in rem eſt Herodoti l. 6. p. m. 370. ſententia: Cum Deus puniturus eſt gentem, vel urbem, prodigiis id prius ſolet ſignificare.* Quò etiam reſpicit *Nicetas Choniates in Annal. in libro, de*

A. *Rebus, poſt expugnatam urbem geſtis,* ita quaſi cum admiratione ſcribens: *Nec ulla clades urbis ulio portento vel cæleſti* vel terreſtri prædignificatæ ſunt: quod „ olim plerumque factum eſt, cum cædes hominum „ vel excidia urbium imminebant. Neque cruentæ „ guttæ cœlo deciderunt, neque ſanguinea meſſis extitit, vel igniti lapides ex æthere deciderunt, neque „ quidquam demique inuſitati accidit, ſed tacita vel „ tranquilla vindicta multis manibus & pedibus ita „ nos oppreſſit, ut delicta probè ulta miſerrimos omnium mortalium effecerit.

Referenda huc ſunt, qua prac. l. 2. Parte 4. c. 7. Th. 4. expl. de prodigiis, portentis & oſtentis adducta ſunt, & qua Cicero l. 2. de Natura Deorum c. 5. de omnibus hiſce ſignis latè diſſerit.

B. *Quod jam in ſpecie Cometas concernit, communis quidem* Ethnicorum & Chriſtianorum veterum, uti etiam plurimorum hodiernorum *opinio* fuit ac adhuc eſt, *illos non niſi mala & calamitates publicas, ut pote bella, peſtes, fames, eluviones aquarum, interitus imperantium, diſſenſiones civiles, ſeditiones & ſimilia portendere,* urbibusque & Rebuspublicis exitioſos eſſe, ut legi poteſt apud *Ptolom. l. 2. Quadripartit. conſtruct. Cicer. d. l. 2. c. 5. Plin. l. 2. c. 25. Sueton. in Nerone c. 36. & in Claud. c. 46. ac Dione l. 60. in f. nec non Tacit. l. 14. Ann. c. 22. & l. 15. c. 46. multos Poetas & in ſpecie Virgil. l. 1. Æneid. v. 487. & ſeq. Lucan. l. 1. ante f. Claud. de Bello Getico v. 243.* ubi notanter canit.

Et nunquam cælo ſpectatum impune Cometam &c. Manil. l. 1. Aſtron. in f. ubi latiſſimè calamitates illas refert. *Quibus nonnulli ex Patribus calculum ſuum addiderunt.* Et ex Recentioribus annumerandus C. *Fliſcus de Fato Sphara poſt medium, ubi multa exempla damnoſorum Cometarum refert. Quod etiam majori labore perfecit Hevelius in Cometographia fine,* de quo etiam legi poteſt *Lavaterus in Catalogo Cometarum.*

Sed his ſe multi ex hodiernis Scriptoribus magni nominis non immeritò opponunt, ſtatuendo, illos talium calamitatum neque cauſas neque ſigna naturalia & prognoſtica certa eſſe, ut id inter alios exactiſſimè demonſtrat *Eraſtus in Comment. vel Iudicio de Cometarum Significationibus, Dudithius in Epiſt. de iiſdem. Squarcialupus in Comment. vel Opinione de Cometis. Grynaus in libello de Natura & Signific. Cometar. c. 14. & ſeqq. Fienus in Diſſert. de Cometa anni 1618.* D. *Gaſſend. in Phyſic. Sect. 2. l. 5. c. 3. & Primeroſius l. 2. de Vulgi erroribus in Medicina c. 34. & paucis tangit Scalig. in Exercit. ad Cardan. 79. §. 2.*

Sicuti etiam noviſſimè Staniſl. Lubienieczius in Theatro Cometici Exitus Theatro Cometico Parte 2. ſubnexo f. 2. 14 16. & 45. illis indifferentem efficaciam tribuit, & Hevel. in ſua Cometographia l. 1. Sect. 0. f. 121. & l. 3. in pr. pradictiones illas & divinationes Aſtrologorum pro variis oblectamentis habet addens, illas non tam veritatis promovenda, quam lucri & populo placendi causâ proferri. & l. 10 in pr. loco promiſſa plena de illorum Effectibus & Significationibus tractationis ita de iis ſcribit.

Haud abſurdum eſſe ſtatuo, ſi Aſtrologis indulgeas, malevolos pariter ac benevolos æthereorum corporum adſpectus accidere poſſe, utique etiam concedendum eſt, diverſos Cometarum ſtellarumq; adſpectus, qui in diem mutantur, diverſiſſimos progignere effectus & operationes.

Cometa

Cometa enim, quia ex Planetis ſecundum noſtram hypotheſin originem ſuam ducunt, de naturâ eorum partem ſimul ſibi vendicant. Idcirco neceſſariò ſequitur, non univerſos Cometas eſſe malignos atq; indices malorum eventuum, ut plurimi arbitrantur, ſed partim benignos ac ſapius feliciſſimarum actionum prodromos: quemadmodum plurimis hiſtoriis atq; exemplis confirmari & demonſtrari integrum eſt. De quo etiam *Keckerm. in Syſtem. Phyſico l.6.c. 5. Parte priori. f. 379. legi poteſt. Neq; nova hac eſt opinio, ſiquidem Servius ad l.10. Æneid. v.272. ex Plinio refert. Illos fieri de Planetis quinq;, unde interdum bona, interdum peſſima ſignificant: Nam ſi de Venere aut Jove fiant, optima prænunciant; ſi de Marte aut Saturno deteriora Nam Mercurialis ſemper talis eſt, qualis ille, cui adhæret, unde & miniſter Deorum fingitur.*

Nos Cometis malas iſtas operationes, neq; ut cauſis neq; ut ſignis attribuentes judicium noſtrum ſequentibus declaramus thematibus.

1. *Sicut* ad cujusq; rei naturalis eſſentiam, & efficaciam vel operationem indagandam ac accuratè demonſtrandam *duplicia fundamenta, unum* ex arte vel doctrinâ de illius cauſâ efficiente, materiali, formali & finali exactè traditâ, *alterum* verò ab experientiâ ſimiliter veris hypotheſibus innixâ deſumtum adhiberi debent & ſolent: *Ita etiam* circa Cometarum naturam, proprietatem & operationem exactè & infallibiliter tradendam iisdem fundamentis uti debemus.

Quoniam verò ſecundum omnium Phyſicorum & Cometologorum confeſſionem illorum cauſa efficiens, materialis, formalis & finalis ita exactè hucusque indagata non eſt, ut certò certius omnibus ad oculum demonſtrari potuerit, *ad poſterius plerique recurrunt, ſed quàm incertum, immò erroneum & fortè planè falſum etiam illud hoc in negotio ſit, ex ſequentibus ſatis ſuperq; patet.*

2. *Cometarum apparitionem vel exiſtentiam ſemper quidem* notabiles nonnulli eventus ſive boni & proſperi, ſive mali & infauſti proximè vel poſt intervalla breviora aut longiora neceſſariò inſequantur, quoniam mundus perpetuis agitatur motibus & varietatibus, *inde tamen non niſi ineptè & invalidè infertur vel concluditur, calamitates illos ſubſequentes, ab iis tanquam ſuis cauſis vel ſignis naturalibus profluere, non minus,* ac ſi omnes res proſperas poſt illorum exiſtentiam ſimili vel etiam majori frequentiâ obvenientes illis neceſſariò tanquam effectus vel res ſignatas adſcribere vellemus, *id quod ſeq. n.5. clarè refutatur.*

3. *Tàm ex vanâ hominum ſuperſtitione quàm naturali pravitate oritur*, ut mala præ bonis magis obſerventur, imò etiam in differentia ſæpè in malam ſi non peſſimam partem detorqueantur, *quoniam* mens hominum dictæ ſuperſtitioni & pravitati dedita, accedente in primis malæ conſcientiæ ſtimulo & præconceptâ à majoribus opinione ſemper mala & pœnas metuit, quàm bona & præmia ſperat, *& inde evenit*, ut bona etiam ſumma & excellentia poſt unumquemque cometam evenientia, utpote annonæ vilitas, ac pacata ſalubria & alia felicia tempora communiter non obſerventur, *ac ideo* rarò ab Hiſtoricis vulgi indolem imitantibus vel in ejus gratiam ſcribentibus, ut *exemplo Taciti d. l.14. Ann. c.32. & Sueton. d. c.36.* conſtat, tanquam ſingularia quædam vel malis iſtis eventibus obſervatis opponenda annotentur: *Cùm tamen* ſi ad Cometarum effectus vel ſigna æquâ & non præconceptâ mente attendere velimus, tàm malos quàm bonos eventus exactè obſervare debeamus, *ut inde* ex utrorumque inter ſe comparatione accuratum & ſincerum de illorum efficaciâ & operatione judicium ferre queamus.

4. *Ita referente Seneca l. 7. Nat. Quæſt. c.21. ſub Neronis principatu lætiſſimo*, (qui in primum ejus quinquennium incidit) *Cometa ſex menſibus ſe ſpectandum præbuit. Narrante Plin. l.2. H. N. c.25. Divus Auguſtus Cometam, qui ſuo tempore apparuit, admodum fauſtum eſſe judicavit, & ipſius Plinii judicio terris ſalutare ſidus fuit. Memorante Eraſto in d. Comment. in pr. poſt Cometam, qui anno 1097. ſplenduit, æſtas omni fructuum genere affluentiſſima & fertiliſſima eſt conſecuta; Nec dubitarunt, qui tunc vixerunt, credere & affirmare, à Cometâ præcedente id indicatum fuiſſe, cum nihil magni mali accidiſſet, cujus eum prænuncium facerent. Annus quoq; 1506. poſt duram hyemem optimus & ſummâ omnium rerum vilitate celebris fuit; quam ſimiliter felicitatem à Cometâ, qui in Auguſto conſpiciendum ſe exhibuit, præoſtenſam fuiſſe putarunt, qui tunc vixerunt. Ubi ex propriâ experientiâ ibid. & ſeq. p.8. addit, annum 1556. 1558. & 1575. in quibus Cometæ fulſerunt, admodum fœcundos fuiſſe.*

5. *Sed his & contrariis exemplis non evinci, ea Cometarum effectus vel res ſignatas eſſe, inde patet, quia ut* ab experientia & exemplis ad cauſam aliquam efficientem vel ſignum naturale firmum & infallibile ducatur argumentum, *non ſufficit hiſtorica obſervatio vel relatio, ſed neceſſe eſt, ut talia exempla vel tales effectus* (1) *exiſtente tali cauſâ vel ſigno ſemper & ſolùm eveniant* (2) *illa cauſa vel iſtud ſignum tunc ſolum exiſtat, nec alias cauſas, in primis verò certiores vel magis apodicticas concurrentes habeat* (3) *ut natura tales cauſæ non contrarientur ſed congruant.*

Si jam exempla illa tanquam effectus vel res ſignata cum requiſitis his accuratè conferantur, falſam adverſariorum illationem eſſe, oppidò liquebit: Siquidem quoad (1) dictos pravos effectus fulgente Cometâ ſemper & ſolùm eveniſſe, ex modò relatis contrariis effectibus ſatis refutatur, *quoad* (2) alias cauſas ſimul tunc non concurriſſe, falſum eſt, *quia* Planetæ ſemper in firmamento cœli exiſtentes conſtantibus & certioribus, ex omnium confeſſione operationibus præditi ſunt, *adeoq;* his effectus tales multò certius adſcribuntur, *quâ etiam de cauſâ Hevelius d. l.10. in pr.* poſt alios illos, ſcilicet Cometas horum, nempe Planetarum, naturâ ſibi vindicare quoad hos effectus judicat. *Quoad* (3) omnes à Phyſicis & Cometologis Cometis attributas operationes illorum naturæ non congruere, *immò* quaſdam illi contrariari inde patet, *quia ſi* illa ignea & calida eſt, omninò pluvias & inundationes, uti etiam peſtes producere non poteſt, de quo legi poteſt *Claramontius de Univerſo l.15. c.20. ſin verò* frigida humida & putrida eſt, ſiccitatem vel ariditatem adeoque ſterilitatem, uti etiam bilem & humores calidos, adeoque bella, ut adverſarii inde concludunt, excitare nequit; *Sed ut contradictiones hæ evitentur, nonnulli & inter illos Keckerman. in Syſtem. Phyſico d. l.6. cap.5. parte pr. & d. p.381. & Hevel. d. l. in pr. & alibi iſtis ſecundum Planetarum, cum quibus communicant, naturam vel indolem diverſas immò contrarias proprietates & operationes tribuunt*, ſed per illam opinionum diverſitatem cauſam ſuam magis produnt quàm firmant. *Quibus junge, quæ de hâc Aſtrologorum & Aſtrologiæ incertitudine in genere diſſerit Scholzius in Spherâ Mirabilium Creationis, Creaturæ & Creatoris Parte 2. c. 4. p.79. & ſeqq.*

6. *Incertitudinem porrò hujus experientiæ demonſtrat incertitudo ſpatii, intra quod nimirum effectus hi ſe exerere & durare debeant aut poſſint ſiquidem nonnulli* ex nullâ tamen ratione idoneâ fingunt, efficaciam iſtam pro qualitate cometarum & illorum cito vel tardo curſu *modò citius modò ſerius oriri, & modò parvo modò longiori, modò longiſſimo temporis ſpatio durare, ſicuti*

A *Similiter Romani* ferè omnes bello ſuperatos & captos Reges in triumphis deductos in carcerem Romæ detruſerunt, & in eo interemerunt, ut ex hiſtoriis notum & præc. *l. 2. part. 4. c. 11. th. 12. expl. 2. n. 3.* ſub concomitantibus Triumphorum, quodammodo dictum eſt, *Eumenes verò in Panegyr. Conſtantini Auguſti c. 10.* in genere memorat addens, unum Perſem ad Pauli preces vitâ donatum eſſe.

Et tartari præteritis annis Regnum Sinenſe armatâ manu ſubigentes omnes ex Imperatorio ſanguine conquiſitos interemerunt more per totam Aſiam in tali occupatione conſveto, ut memorat *Martin in Hiſtor. Illius belli p. m. 60. & ſeq.*

Ita etiam Carolus Andegavenſis Siciliæ & Neapoleos Rex Cunradinum ultimum Sveviæ Ducem & in illis Regnis jure avi ac patruorum ſucceſſorem poſt prælium in fugâ captum per decollationem publicè à carnifice factam amovit, ut inter alios refert *Collenut. in Hiſtor. Neapolit. l. 4. p. m. 208. & 218. ac ſeq. & Birken. in Hiſtor. Auſtriacâ l. 2. c. 4. f. 192. & ſeq.* B

Et Ludovicus XII. Gallarum Rex Ludovicum Mediolani Ducem, captum in Galliam miſit, ubi in turri Locenſi mortuus eſt, ut recenſet *Guicciard. l. 4. in pr. & circa f. Jovius l. 7. & l. 14. in f. ac Birken, in d. Hiſtor. l. 6. v. 4. in pr.*

Occaſione ſupra dictæ excæcationis Regis Zedeckiæ notare hic volumus, procul dubio inde morem iſtum, quo poſterioribus temporibus in Imperio Orientali Imperii invaſor vel etiam legitimus ſucceſſor anteceſſorem ſuum imperio dejectum, vel etiam proximum cognatum & principalem miniſtrum oculis privavit, & in carcerem vel monaſterium detruſit, introductum fuiſſe.

Occurrunt autem ejuſmodi exempla apud Nicetam Chonsatem in Annal. ſub Imperio Alexii Comneni Manuelis filii f. m. 30. in Alexio Protoſebaſto: *ſub Imperio Andronici Comneni l. 1. f. m. 36.* in Alexio Comneno: *ſub Imperio Iſaaci Angeli l. 1. poſt pr.* in Andronici filiis Johanne & Manuele: *Ibidem f. 42.* in Alexio Comneno *& l. 3. f. 49.* in Andronico Comneno: *& f. 51.* in Iſaaco Comneno. C *Plura exempla apud Niceph. Gregoram in Hiſtor. Rom.* occurrunt.

III. *Similiter* in tali occupatione primores ex populo interimi vel in captivitatem abduci, aut in peregrina loca transplantari, & illud quoque ſæpè in maximâ populi parte factum eſſe exemplis probatur.

Ita enim Nebucadnezar ſecundum Prophetam Jeremiam d. c. 39. v. 6. omnes Principes Judæ necavit: *Et Darius* captâ rebelli Babylone, quamvis ex aliâ ratione nimirum in pœnam, procerum tria millia per ſuſpendium ſuſtulit, ut narrat *Herodot. l. 3. in f.*

De tranſlatione primorum ex populo vel etiam integrorum populorum in peregrina loca præc. c. 2. th. 25. expl. 2. latè egimus, & aliquot exempla adduximus. *Quibus hîc addimus exemplum Iſraelitarum* captivorum à Rege Aſſyriorum Salmanaſſere in Mediam abductorum *2. Reg. 17. v. 6. Judæorum* in captivitatem Babylonicam à Nebucadnezare deductorum *2. Reg. 24. v. 14. & ſeqq. & c. 25. v. 11. 2. Chron. 36. v. 20. ac Jerem. d. c. 39. v. 9. & apud Joſeph. l. 10. Antiq. Judaic. c. 11* D *Iſraelitarum à Teglaphalaſſare* Aſſyriorum Rege in ſuum regnum traductorum apud *eund. l. 9. c. 11 p. m 264. Judæorum à Ptolomæo Lagi* in Ægyptum traductorum *Ibid. l. 12. c. 1.*

Plura ſtudio præterimus. Pertinent etiam huc captivorum incolarum in ſervitutem venditiones, cujus exemplum occurrit inter alia in Thebanis captâ & dirutâ ab Alexandro M. urbe ab interemptione reſiduis ad 30000. ſub corona venditis *apud Juſtin. l. 11. c. 4. Plutarchi in illius vitâ c. 26. Ælianum l. 13. V. H. c. 7. & Diod. Sicul. l. 17. c. 14. in Sarracis* urbe à Romanis diruta & incenſa ad 4000. eodem modo diſtractis *apud Liv.* [illegible]

A IV. *De horribili hominum ſtrage præc. th. 4. expl 2. latè egimus.*

V. *Migrationes populorum quod concernit, eæ duplices ſunt, voluntariæ* & citra hoſtilem vim in terras fœcundiores meliorum commoditatum causâ ſuſceptæ proprieque ſic dictæ, *& coactæ*, vel per hoſtiles patriæ occupationes & furores extortæ.

Priores, utpote quæ cauſam everſionibus ſimul dant, hujus loci non ſunt, & paſſim apud Scriptores occurrunt, pleræque verò *à Schonborn, in Polit. l. 7. c. 26. & Reche. in Axiomat. Polit. 35 & ſeq.* annotatæ ſunt.

Poſteriores verò tanquam effectus priorum & everſionum propriè huc pertinent, *quamvis* negandum non ſit, illas etiam quandoque, ſi inprimis à populo integro & numeroſo in terras non ita frequenter inhabitatas inſtituantur, non quidem intentionaliter ſed per accidens everſionem tandem rerumpublicarum per expulſionem ſcilicet vel ſubjugationem veterum incolarum ſecum ferant.

B *Ejuſmodi Exempla occurrunt in Judæis* ob Aſſyriorum vim & metum in Ægyptum migrantibus *2. Reg. 25. v. 26. & apud Joſeph. d. c. 11. p. m. 283. in Cymmeriis* à Scythis Nomadibus è ſedibus ſuis ejectis & ideo in Aſiam tranſeuntibus apud *Herod. l. 1. p. m. 7. 48. & l. 4. p. m. 247. in Gothis* à Cimmeriis è Pannoniâ pulſis *apud Procop. Grotianæ Editionis l. 4. p. 420. in Vandalis* à Gothis expulſis apud *Sigebert. in Chronog. ad ann. 412. in pr. in Athenienſibus* ob Xerxis irruptionem in Græciam ex urbe ſuâ migrantibus *apud Herodot. l. 8. p. m. 315.* & ſimilibus.

TH. IX.

Contraria ſunt remedia, quibus talis everſio præcavetur & evitatur.

TH. X.

C *Suntque illa vel omni Reipublica formæ communia, vel unicuique ſingularia.*

TH. XI.

Communia iterum ſunt duplicia Proxima & Remota: Illa ſunt (1.) cura pietatis per preces tàm publicas quàm privatas ad Deum pro averſione impendentis mali ſeriò fuſas & veram pœnitentiam declarata. (2) Juſtum & ad ſalutem vel utilitatem publicam directum regimen. (3.) Juſtitiæ & legum tàm publicarum quàm privatarum ſtricta obſervantia vel neglectarum ad verum uſum reductio (4.) Diſciplinæ publicæ ſimilis obſervantia vel reſtitutio. (5.) Conſiliorum bonorum & utilium adhibitio ac apprehenſio. *Hæc verò* (1.) Studium armorum (2.) obſervatio D & amicitia vicinorum, item pacis & fœderum ſerius cultus. (3.) conſtitutio fidorum & proborum exploratorum. (4.) ſevera in turbatores ſtatus publici ejusque hoſtes exercita pœna & vindicta.

Explic.

I. 1. P*ietatis affectus inſignis inter alios hic eſt, ut ea apud Deum mereatur benedictionem longi & quieti imperii*, ut de Joſaphat legitur *2. Chron. 17. v. 3. & ſeqq. uti ex adverſo* neglectus Dei adimit regna &

ſceptra 1. *Reg.* 11. *v.* 11. *& 33. ac c.* 15. *v.* 23. 2. *Chron.* 7. *v.* 19. *& ſeqq. & ex hoc pietatis fonte fluit Divina protectio Prov.* 3. *v.* 26. *ſicuti ex impietate interitus ibid. præc. c.* 2. *v.* 11.

Magiſtratus itaque omnibus viribus pietatis ſtudium ipſe colat & ſubditis inculcet, *de quo præc. l.* 2. *p.* 1. *c.* 6. *th.* 6. *expl.* 1. *diximus*, veramque religionem defendat, ac promoveat, utpote per quam regna & principatus firmantur ſecundum ea, quæ *d. P.* 1. *c.* 12. *th.* 4. *& in explicationibus* deducta ſunt, & per veram pœnitentiam iram Dei avertat, everſionemque ſui & regiminis ſui deprecetur in tempore ſecundum *Eſaiam c.* 1. *v.* 16. *& ſeq. & Jerem. c.* 4. *v.* 1. Regem Ninivæ imitans, de cujus pœnitentiâ & conſervatione *Jonas c.* 3. *v.* 6. *&* 10. agit.

2. *Juſtum & ad ſalutem ac utilitatem publicam directum regimen* Dei gratiam & protectionem mereri probatione non indiget.

3. *Sicuti juſtitiæ & legum neglectus*. per ea quæ præc. *c.* 1. *th.* 7. *expl.* 1. diximus, everſionem Reipublicæ internè procurat, *ita illius & harum* ſtricta obſervantia & neglectarum ad verum uſum reductio conſervat eandem, *conſiſtit enim in illâ* maximâ ex parte *Magiſtratus auctoritas & obſervantia*, *ut præc. l.* 2. *p.* 1. *c.* 11 *th.* 14. *expl.* 1. diximus, *& concordia inter eundem & ſubditos*, ut experientiâ & ſanâ ratione conſtat.

4. *Quantum detrimenti laxa diſciplina afferat*, *& præc. c.* 1. *th.* 7. *expl.* 7. demonſtravimus: & *apud Loccen. l.* 1. *de Ordin. Republ. c.* 4. legi poteſt. *Quomodo verò diſciplina publica* à Magiſtratu conſervari poſſit *præc. l.* 3. *P.* 1. *c.* 12. *th.* 2. *& in expl.* deduximus.

5. *Sicuti bona conſilia* & fidi ac prudentes conſiliarii illa procurantes non minima Regni & Principatu alicujus felicitas & tutela ſunt, ideoque tales Deo ter optimo Maximo Regibus & Principibus ad incrementum ſingulare obtinendum quaſi largiuntur & offeruntur ſecundum illa, quæ *præc. l.* 2. *P.* 1. *c.* 9 *th.* 2. *expl.* 2. *n.* 3. per exempla demonſtravimus: *Ita vice verſa* Deus Gentem aliquam puniturus reges & Rectores pueros conſtituit, conſiliarios probos è medio tollendo, & in illorum locum pravos ſubſtituendo ex omni hiſtoriâ notum eſt.

II. 1. *De ſtudio armorum, ac ejus neceſſitate & utilitate præc. l.* 1. *c.* 1. *th.* 4. *expl.* 4. *& l.* 2. *P.* 2. *Sect.* 2. *c.* 5. *th.* 7. *& in expl ac c.* 6. *th.* 3. *in expl.* diximus: *De malis ex corruptâ bellicâ diſciplinâ ortis vide Loccen. de Period. Imper. l.* 4. *c.* 16.

2. *De obſervatione & amicitiâ vicinorum præc. l.* 2. *P.* 1. *c.* 8. *th.* 5. *& expl. & P.* 4 *c.* 2. *th.* 6. *expl.* 1. *&* 2. *ac de firmâ fœderum & pacis ſervatione lib. Eod. P.* 2. *ſect.* 2. *c.* 10. *th.* 9. *& in expl. ac d. P.* 4. *c.* 12. *th.* 1. *in expl. & th.* 20. *in expl* latè egimus.

3. *Licet ab omnibus Politicis inter notas Tyrannorum & aliorum improborum Principum conſtitutio delatorū & exploratorum referri ſoleat, ut notum & præc. l.* 1. *P.* 1. *c.* 10. *th.* 6. *expl.* 1. diximus, *diſtinguendum tamen hic eſt* 1. *inter delatores* ceu improbos miniſtros & exploratores ceu honeſtos & probos miniſtros. 2. *inter finem cujus causâ* exploratores conſtitui ſolent, *qui apud Tyrannos & improbos alios Principes malus*, utpote ad ſuſpectos vel inviſos ſubditos è medio tollendos vel expellendos, & divites bonis privandos directus eſt, *apud bonos verò & probos Principes bonus*, utpote ad malos & ſeditioſos vel ſimiles pravi ingenii ſubditos coercendos & puniendos, & ſalutem ac ſecuritatem publicam conſervandam tendit: *Cum enim* etiam optimi Principes quandoque citra meritum & datam cauſam ab improbis, turbulentis & ſeditioſis ſubditis, proditionibus, conjurationibus & inſidiis impeti ſoleant, ut *præc. c.* 3. *th.* 3. *& in explicationibus, th.* 6. *& in explicationibus ac th.* 10. *& in explicationibus, nec non th.* 13. *& in explicationibus* latè demonſtravimus, *Principibus talibus non ſolum non vitio dandum, ſed etiam omninò neceſſarium eſt*, ut ad talia ſcelera in tempore antevertenda & ſaluti ſuæ conſulendum tales fidos & probos exploratores conſtituant, ſi enim tales contra hoſtes externos & legitimos jure conſtitui & uſurpari poſſunt, quid ni iiſdem adverſus ſceleratos internos hoſtes Principes uti queant, modo illis caute & provide fides habeatur ſecundum *Bacon. in Hiſtor. Henrici VII. Angliæ Regis p. m.* 393. *& ſeq.* per ea, quæ *d. c.* 3. *th.* 11. *expl.* 3. adduximus, quibus jungi poſſunt, quæ habet *Septal. l.* 2. *de Rat. Status c.* 7. *& Schoock de Sedition. l.* 2. *c.* 4. *Hanc verò exploratorum conſtitutionem ideo inter communia remedia retulimus, quia etiam in Ariſtocratico ſtatu* ſæpe evenire ſolet, ut plebs inquieta & novitatis ſtudioſa tàm ex inſtinctu proprio, quàm nonnullorum incitatorum contra optimates vel Magiſtratum inſurgat, illumque dejiciat & novam Reipubl. formam, nempe Democraticam introducat, cujus exempla in magnis urbibus planè frequentia ſunt, de quo *Schoockius d. tr. l.* 1. *c.* 14. *& ſeqq.* legi poteſt.

Quâ etiam de causâ in nonnullis magnis Germaniæ urbibus exploratores & delatores conſtituti ſunt.

III. *Patet hinc, quid ſentiendum ſit.*

1. *De quibusdam Imperiorum ſecretis, ut à Floro l.* 1. *Hiſt. c.* 2. *vocantur, Pignoribus.*

2. *De Geniis & Diis Tutelaribus certarum Nationum & Rerumpublicarum, quibus præcipuè Gentiles efficaciam ab interitu eas præſervandi & defendendi, ut* ex ſequentibus patet, *attribuerunt.*

Et quidem, quo ad Prius, apud Romanos talium quædam obſervata, & accuratè cuſtodita, immò, ne ſurriperentur, anxiè occultata fuiſſe ex hiſtoriis notum eſt.

Memorat verò illorum ſolus & unus, quantum Nos ſcimus, *Servius ad l.* 7. *Æneid. v.* 188. & quidem in recentioribus editionibus (nam in antiquioribus non reperivimus) ex quibus nos Abrah. Commelini Lugduni Batavorum anno 1646. in quarto editâ uſi ſumus, ſeptem his verbis: *Septem ſunt pignora, quæ Romanum Imperium tenent, Acus Matris Deûm, Quadriga fictilis Vejorum, Cineres Oreſtis, Sceptrum Priami, Velum Ilionæ, Palladium, Ancilia.*

De quibus, quoniam partim ignota, partim à paucis Auctoribus accuratè tradita ſunt, in gratiam curioſorum & antiquitatis ſtudioſorum lectorum *hic quædam annotare voluimus.*

I. *Acus magnæ Matris Deûm quid fuerit, nullibi reperire potuimus, niſi quod Demſter. ad Roſini Antiq. l.* 5. *c.* 35. *generaliter exiſtimet, illam ita dictam eſſe, quia* vel Sacerdotes, uti aliorum Deorum, ita etiam hujus Deæ effigiem (quo ad crines ſcilicet) quod ex *Arnob. adverſus Gent. l.* 4. *p. m.* 151. ex his verbis, *ſaltatur & Magna ſacris compta cum infulis Mater*, quodammodo conjiciendum eſt, iſtâ adornaverint, *vel hæc ipſa* Dea, dum viveret, in texendo illâ uſa ſit. *Sed quia* hæc utraque ratio ad tantam efficaciam iſti imprimendam applicari non poteſt, nec an vel quo in loco illa, ut de reliquis pignoribus memoriæ proditum eſt, ac in ſpecie tanquam tale pignus cuſtodita, atque cujus propriè ex duabus illis paulò poſt recenſitis Deûm Matribus fuerit, à nullo veterum memoratur, *cæteræ illæ res* procul dubio vel Sacerdotum rudi & ſuperſtitioſo populo falſa plerumque imponentium, vel auctorum iſtorum, ex quibus iſta Servius deſcripſit, vel hujus ipſius nullum commentum, vel tandem mendum aut gloſſa deſcriptorum eſt.

Quod verò hanc ipſam Deûm Matrem concernit, eam non unam ſed duplicem fuiſſe, ex veterum ſcriptis colligimus, quamvis pro unâ ſaltem ab omnibus habeatur: *Unam ſcilicet communem vel univerſalem*

Cybe-

Cybelem, quæ cœli & terræ filia, Saturnique uxor fuit ſecundum *Hygin. in Præfat. Fabularum poſt pr. & Opis ab Eod. Fab.* 139. *Macrob. l.* 1. *Saturn. c.* 10. & aliis, item *Rhea*, *Bona Dea*, *& Tellus* vocata ac omnium rerum generatrix credita fuit, ut ex *Varrone apud Auguſtin. l. 7. de C. D. c. 24. Macrob. d. l. 1. c.* 22. & ſcriptoribus Ethnicis communiter, uti etiam *Arnob. l. 3. p. m. 119. & inſcript. Gruteri f. 27. & ſeqq.* conſtat.

Alteram verò ſpecialem & poſtea Romanorum propriam factam, ac à primo ejus cultore Idæo Idæam, & à loco originis Phrygiam & Peſſenuntiam ſecundum Halic. l. 1. c. 61. & l. 2. c. 19. Ciceron. l. 2. de Legib. c. 9. & de Senect. c. 13. Virgil. l. 2. Æneid. v. 139. Liv. l. 34. c. 3. & l. 36. c. 40. Lucret. l. 2. v. 605. Arnob. l. 2. p. m. 95. l. 4. p. m. 151. & l. 7. ante fin. Clem. Alexandr. in Protrept. f. 5. ac alios dictam, de cujus ridiculo ortu & progreſſu uti etiam factis latè Arnob. l. 5. p. m. 157. & ſeqq. agit. Originem tamen illius aliter refert Herodianus l. 1. Hiſtor. c. 35.

Hæc verò ex ſequenti occaſione poſtea Romam tranſlata & ibi culta fuit.

Cum Res Romana tempore Hannibalis in Italiâ jam penè victeris in extremis verſarentur anguſtiis, & ſecundum Livium l. 29 c. 10. 11. & 14. *ideo libri Sibyllini de ſalute publicâ conſulti eſſent, ex occaſione illa quod in his repertum eſſet: Quando hoſtis alienigena terræ Italiæ bellum intuliſſet, eum pelli Italiâ vincique poſſe, ſi Mater Idæa Peſſinunte Romam advecta eſſet. nomine S. P. Q. R. legati Delphos ad conſulendum in hoc negotio miſſi ſunt, & reſponſum obtinuerunt. per Attalum Regem compotes ejus fore, quod peterent, cum Romam Deam devexiſſent, tum curarent, ut eam qui vir optimus Romæ eſſet, hoſpitio exciperet. Ubi Pergamum venerunt, Rex Legatos comiter acceptos Peſſinuntem in Phrygiam deduxit, ſacrumque illis lapidem, quem Matrem Deûm incolæ eſſe dixerunt, tradidit & Romam deportare juſſit. Illo Romam nunciato conſultum fuit, quis optimus vir eſſet, & P. Scipio Cn. filius pro illo declaratus, hicque à Senatu cum matronis Deæ navi obviam miſſus, à Sacerdotibus Deam accepit, in terram extulit (quod tamen aliter narrat* Lactant. l. 2. c. 8. & Herodianus d. l. 1. c. 35.) *& primoribus matronis Romam deferendam tradidit. Illæ itaque hanc cum magnâ veneratione pridie Idûs Aprilis, qui feſtus fuit, in ædem Victoriæ, quæ in Palatio eſt, pertulerunt, & populus frequens dona Deæ in Palatium tulit, lectiſterniumque & ludi, Magaleſia appellata, celebrati fuerunt.* De illius vi Romanum Imperium protegendi legi etiam poteſt Herodianus d. l. 1. c. 35. Plura de ejus culto & anniverſario feſto habet *Halicarn. d. l. 2. c. 19. Marcell. l. 23. p. m. 241. Prudent. Periſteph. Hymno 14. v. 155. & ſeq. & Julianus Imper. in Hymno in illius laudem compoſito, ac quodammodo Herodian. l. 1. c.* 32.

Ex quibus patet ſecundum Romanorum ſuperſtitionem non priorem illam communem ſed hanc ſpecialem Matrem Deûm pro pignore iſto Imperii habendam vel habitam fuiſſe.

Cum verò hæc ut Arnob. d. l. 5. p. m. 158. & ſeq. latè demonſtrat ex lapide formata fuerit ac ideo *lapis parvus* intra manum compreheoſibilis furvi & atri coloris ſecundum *Eund. d. l. 7. ante fin. vel lapis nigellus ſecundum Prudent. d. Hymn. 14. v. 155. & ſeq. ubi illum argento clauſum fuiſſe refert, manſerit, ac talis Romam delata & ibi culta ſit, ut ex Livio d. l. 29. c. 11. 14. & 37. & l. 41. c. 13. ac Arnob. d. l. 7. ante f. conſtat, omnino dicendum eſt potius Deam ipſam quam ejus acum pro imperii pignore habitam fuiſſe, hujus enim virtute & ope Romam ac Italiam ab Hannibalis armis liberatam fuiſſe Romani crediderunt & tradiderunt, ut Arnob. d. l. 7. ante f. expreſſe refert, & Cicero in Orat. de Haruſp. Reſponſ. c. 13. ferè innuit.*

2. *De quadrigâ fictili Vejorum res ita ſe habet. Cum Tarquinius Collatinus adhuc Romanorum Rex templum Jovis Capitolini jam ferè abſolviſſet, quadrigas fictiles ſive augurio aliquo ſive ſuo conſilio illius culmini imponere voluit, ac ideo illas Vejentibus fabris (rectius figulis) faciendas locavit, ſed paulo poſt Româ expulſus regno excidit.*

Cum itaque fabri vel figuli iſti quadrigas has effinxiſſent, ac in fornacem poſuiſſent, contra ordinarium eventum illa in majorem formam excreverunt, tantumque roboris & duritiei obtinuerunt, ut ablato fornaci culmine & parietibus deſtructis ægrè inde eximi potuerint.

Quod ſignum vel portentum cum aruſpices felicitatem & potentiam iis, apud quos quadrigæ illæ eſſent, interpretarentur, Vejentes illas Romanis repoſcentibus reddere recuſarunt, reſpondentes, illas jam Tarquinii non verò illorum, qui hunc expuliſſent, ſcilicet Romanorum eſſe.

Poſtquam igitur paucis interjectis diebus à Vejis equorum certamina ederentur, & victor ipſe (Ratumena ſecundum Plin. l. 8. c. 42. *dictus) coronatus currum è Circo paulatim ageret, equi ſive divinitus ſive fortuito conſternati aurigâ abrepto ſummâ celeritate Romam verſus contenderunt, & cum victor ille eos nullo modo coercere poſſet, impetui illorum concedens ab iis uſque ad Capitolium raptatus, & ibi apud Portam, quæ poſtea ab illo ſecundum* Plin. d. l. & Feſtum ſub verbo Ratumena *nomen Ratumena obtinuit, abjectus eſt:* Quo miraculo metuque compulſi Vejentes dictis fabris, ut quadrigas illas Romanis traderent, mandaverunt, *ut Plutarch. in Poplicolâ c. 19. & 20.* iiſdem penè verbis. *Feſtus verò d. l.* conciſius ac paulò aliter, *& Plin. l. 28. c. 2.* ſaltem quo ad prodigium excretarum in fornace harum quadrigarum memorat. Ex quo conjicere licet, vera eſſe, quæ de hoc pignore *Servius d. l.* refert.

Quibus obiter addimus, Romanis & aliis gentibus in uſu fuiſſe, ut ſuis Diis quadrigas dicarent, vel offerrent, ut ejus exempla occurrunt apud *Plut. in Romulo c. 46. Halic. l. 2. c. 55. nec non Liv. l. 29. in f. & l. 35. c.* 41.

3. *De cineribus vel potius oſſibus Oreſtis refert quidem Hyginus Fab.* 261. quod illa de Ariciâ Romam tranſlata & ante templum Saturni, quod eſt ante Clivium Capitolinum juxta Concordiæ templum condita fuerint, quæ etiam verbotenus narrat *Serv. ad l. 2. Æneid. v.* 113. adeoque procul dubio ex illo deſcripſit: *An verò illi* poſtea pro Pignoribus Imperii à Romanis habiti ſimul fuerint, à nemine quam *Servio d. l. 7. ad v.* 188. annotatum reperimus.

4. *De ſceptro* Priami *pauca reperire potuimus: Id tamen ex Virgil. l. 7. Æneid. v. 143. & ſeqq. conſtat.* Æneam cùm in Italiam navi appelleret Regi Latino quædam munera, tanquam reliquias ex Trojano incendio, & inter illa Priami ſceptrum miſiſſe; *Et ita illud forte poſtea ad Etruſcos, ac ab his ſub Rege Tarquinio cum reliquis inſignius ab Halicarn. l. 3. c. 48. memoratis ad Romanos pervenit, & tandem ſecundum Servium d. l. inter Pignora Imperii*

ris relatum fuit, ut quidem Nos, ſalvo aliorum judicio, putamus.

5. *De Velo Iliona, quæ Priami filia natu maxima fuit ſecundum Virgil. l. 1. Æneid. v. 657. & ſeq.* & *Hygin.* Fab. 90. & 109. *ac alios* nihil invenire potuimus, niſi *quod Virgil. ibid. v. 653. referat, quod Æneas inter alia ex Troja ruinâ ſimul abducta monumenta Didoni velamen Helenæ & ſceptrum Ilione dono dederit.*

6. *De Palladio, à Pallade ſive Minervâ, cujus ſimulacrum fuit, dicto notandum eſt, Illud* fuiſſe breve ſcutum ligneum illo tempore, quo Ilus templum in arce Trojanâ condidit, de cœlo, ut fertur, lapſum, & in iſto templo reconditum, ut inter alios *Dictys Cretenſis l. 2. de Bello Trojano p. m. 124. & ſeq.* narrat addens, illud tempore ſimolatè tractatæ pacis Antenori à Theano templi illius Sacerdote precibus & præmiis largè promiſſis traditum ac ita per Ulyſſem & ſocios in Græcorum caſtra non advertentibus Trojanis delatum eſſe.

Sed Halicarn. l. 1. c. 69. hæc paulò aliter & ſic narrat. Chryſen Palantis filiam à Minervâ accepiſſe ipſius Deæ effigiem & ſacra magnorum Deorum, eaque Dardano in dotem attuliſſe, huncque in urbe à ſe conditâ effigiem illam, Palladia dictam, & Deorum imagines repoſuiſſe, ejus verò nepotes hæc ſacra Gentilia Ilium transportaſſe, iisque ab Illienſibus in arce templum cum adyto dicatum fuiſſe, exiſtimantibus ea divinitus miſſa eſſe: Æneam verò captâ inferiori urbe potitum arce ſacra magnorum Deorum ex adytis abſtuliſſe cum eo, quod ſuperfuit, Palladio, nam alterum in nocturno furto ab Ulyſſe & Diomede ſumptum eſſe, cum illis verò Æneam ab urbe profugiſſe eaque ſecum in Italiam deportaſſe. Ubi adhuc aliam narrationem ex *Aratino* habet, eò tendentem, quod ad exemplar veræ effigiei alia indiſcretæ ſimilitudinis effıcta & ad fallendas inſidias in propatulo poſita fuerit, eamque ab Achæis furto ſurreptam eſſe.

Alii porro id iterum aliter & ſic narrant, nimirum Diomedem & Ulyſſem arcem per loca occulta adſcendiſſe, & illius cuſtodibus occiſis ſacram illam effigiem abſtuliſſe & Æneæ tradidiſſe, ſed Nantem illi iterum abſtuliſſe, ut latè recenſet *Servius ad l. 2. Æneid. v. 169. & ſeq. Aliam narrationem habet Silius de* Bello *Punico l. 13. poſt. pr.*

Alii tandem memorant, ſimulacrum illud à Trojanis tunc, cum interitum animadvertiſſent, intra murum abſconditum, & tum demum repertum, Romamque translatum eſſe, cum Cn. Fimbria ſub Valerio Flacco Conſule Ilium in bello Mithridatico expugnaſſet, ut *Idem ibid.* etiam refert.

Meminit ejus expugnationis etiam Strabo l. 13. p. m. 260. & ſeq. ſed ſeq. p. 262. rationes affert, cur illud antiquum Ilium non fuiſſe credatur. *Addit verò Pomponius Sabinus ad d. Virgilii locum* illud Romæ in templo Veſtæ, quod inter Capitolium & Palatium fuit, ſervatum, & flagrante illo templo à L. Cecilio Metello Pontifice Max. è mediis flammis ereptum, huncque ob flammarum ardorem oculis privatum eſſe, referens illud Romam ab hoſtibus defendiſſe, creditum enim eſſe Galloa Senones & Hannibalem in urbem irruere auſos, ſuccubuiſſe ejus vi & pœnas luiſſe. *Meminit hujus incendii etiam Herodian. l. 5. Hiſtor. c. 15.*

Plura de hoc Palladio & ejus effigie vide apud Rupert. ad Flor. l. 1. c. 2. §. 3. & quædam apud Reineſ. l. 3. V. L. c. 5. p. 417.

A 7. *De Ancilibus ab anciſu ſecundùm Varron. l. 6. de L. L. n. 3. dictis notanda ſequentia.*

Ancile ſaltem unum fuiſſe, ſed quia ad ejus formam diverſa, ut paulò poſt dictum eſt, exemplaria confecta ſunt, *ideo* verbum illud à multis Scriptoribus in plurali uſurpari.

Verum autem ſecundùm Romanorum ſuperſtitionem ancile fuiſſe breve ſcutum temporibus Numæ Pompilii, ut fertur, cælo delapſum ac in ejus Regiâ ignorato modo, quo illatum ſit, repertum, ne verò in detrimentum Urbis & Imperii à quopiam furto auferatur, per aliquot exemplaria induſtriâ Mamurii confecta repræſentatum, & in ſolatium ac commodum Romanorum ſtato anni tempore per Sacerdotes aliosque urbis primores à Magiſtratu Saliorum delectos circumlatum fuiſſe, ut *Halicarn. l. 2. c. 72. Plut. in Numâ c. 24. & Feſtus ſub verbo Mamuris refert.*

B *Illius formam à Plut. ſeq. c. 25. deſcribi, à Gutherio v. de Veteri Roman. Jure Pontif. l. 1. c. 11. p. 51. & Ruperto d.* §. 3. ex nummis antiquis delineatam exhiberi,

Illud verò pro pignore Imperii ideo habitum fuit, quia *primo*, ut diximus, de cælo cecidiſſe fertur, & *deinde* vox edita fuit, omnium potentiſſimam fore civitatem, quàm diu id in eâ manſiſſet, ut refert *Feſt. d. l.*

Byzantii quoque quædam fatalia Imperii pignora fuiſſe olim legimus, ſed auctorum, qui illorum mentionem faciunt, jam non recordamur, niſi quod *Nicet. Choniat. in f. Annalium* referat, Latinos occupatâ urbe ejus decantata munimenta, quæ à certâ partium ſerie *Stoechede* dicta, & muri ac valli loco contra hoſtes vel apertâ vi vel inſidiis graſſantes excogitata fuerunt, evertiſſe, *ubi legi poteſt. De Serpente ibidem* pro remedio adverſus peſtem habito vide *Leunclav. in Pand. Turc. p. 130.*

C *De aliorum & ſimul Chriſtianorum quorundam Imperii pignoribus conſuli poteſt Rupert. d. §. 3. n. 2. & 3.*

Quæ ad poſterius verò, nempe Genios & Deos tutelares, obſervandum eſt, Gentiles pleroſque illorum exiſtentiam & vim conſtanter crediſſe: Ita enim *Symm. l. 10. Epiſt. 54.* Varios cuſtodes urbibus cunctis mens divina diſtribuit: ut animæ naſcentibus ita populis fatales Genii *diſtribuuntur*, quem ideo perſtringit *Prudent. l. 2. contra Symmach. v. 71. & ſeqq.* ita canens

- - - ſunt varia naſcentibus, inquit,
contingunt pueris animæ: ſic urbibus affert
hora, diesque ſuum, cùm primùm mœnia ſurgunt,
aut fatum aut Genium, cujus moderamine regnent.

D *Hinc Servius ad Virgil. l. 1. Georg. v. 203.* ſcribit, *veteres Genium dixiſſe naturalem Deum uniuſcujusque loci, vel rei, aut hominis, & ad l. 6. Æneid. v. 743.* cum naſcimur, duos Genios ſortimur, unum, qui hortatur ad bona, alterum, qui depravat ad mala. Nec incongruè dicuntur Genii, quia cum unusquisque genitus fuerit, ei ſtatim obſervatores deputantur. *Idem ſcribit Cenſorinus de Die Natali c. 3. & ex Illo Natalis Com. in Mythol. l. 4. c. 3.* Genius ita nobis aſſiduus obſervator appoſitus eſt, ut ne quidem puncto temporis longius abſcedat, ſed ab utero matris acceptos ad extremum

mum vitæ *diem comitatur. Menander Comicus his verbis.*

Hominem unumquemque, ſimul in lucem edi-
tum,
Sectatur Genius vitæ, qui auſpicium facit,
bonus nimirum - - - -

& Marcell. l. 21. p. m. 198. *his verbis Ferunt, Theologi in lucem editis hominibus cunctis, ſalvâ firmitate fatali, hujuſmodi (Genios) quadam velut actus rectura numina ſociari, ubi etiam prædictum Menandrum allegat.*

De Genio Bruti vide inter alios Appian. l. 4. de Bell. Civil. p. m. 1067. & Plut. in ejus vitâ c. 52. & 70. ac in Cæſare c. f. ubi in præc. c. etiam Genii Cæſaris meminit. Socratis inter alios *Lactant. l. 2. Inſtit. Divin. c. 15.* ubi refert,

Quoad *Genios locorum & regionum* in ſpecie tia ſcribit *Claudianus in Epiſt. ad Serenam,*

Quidnon proficient ſcribentes voce Serena
vel Genius regni, vel pietatis amor.

Auſaſtius apud Feſtum de V. S. ſub verbo Genii. Alii Genium eſſe putarunt uniuſcujuſque loci Deum, & *Arnob. adverſus Gentes l. 3. p. m. 15. Qui Faunos, qui ſtatuas, civitatumque Genios qui Panſas reverentur atque Bellonas.* Meminit quoque illorum *Virgil l. 7. Æneid. v. 136.*

De Populi Romani Genio & templo ei dicato ita ſcribit Dio l. 47. f. m. 328. Vultures templum Genii P. R. inſederant, & l. 50. f. m. 422. Bubo in Æde populi conſedit, ac Marcell. l. 23. p. m. 238. refert Julianum Auguſtum *gracile Genii templum* adſcendiſſe. Idem *l. 20. p. m. 162. & l. 25. p. m 287. Genii Romanorum publici* meminit. *Quibus addendum* illi in rebus triſtibus majores hoſtias cæſas fuiſſe, ut narrat *Liv. l. 21. c. 62. Quibus addendum* & ſecundum *Prudent. d. l c. 2. v. 444. & ſeqq. Romæ ferè omnibus locis certos Genios attributos fuiſſe,* dum ita canit.

Quamquam cur Genium Roma mihi fingitis
unum?
Cùm portis, Domibus, thermis, ſtabulis ſoleatis
Aſſignare ſuos Genios, perque omnia membra
Urbis, perque locos, Geniorum millia multa
Fingere, ne propriâ vacet angulus ullus ab um-
brâ.

Plura de Geniis & an revera ſint lege apud Fluddium in Hiſtor. Microcoſmi tr. ſect. 2. parte 4. l. 3. & ſeq. & Kipping. in Antiq. Roman. l. 1. c. 1. th. 4. iisque adde, quæ *Lactantius d. c. 15.* conſignavit.

Quibus addendum, ex hâc Geniorum & Deorum tutelarium doctrinâ ortum eſſe, quod Romani ex obſeſſis urbibus Deos patrios ideo evocarint quò iis illas ita expugnare poſſint, ut præc. *l. 2. p. 4. c. 6. th. 17. expl. 14.* latè diximus.

Nos Chriſtiani Geniis his ſuis auctoribus relictis *Angelos bonos* ad piorum hominum tutelam à Deo creatos & deſtinatos eſſe teſtibus Sacris literis utpote *Exod. c. 14. v. 19. & ſeq. c. 23. v. 20. & c. 33. v. 2.* Pſal. 34. *v. 8. &* Pſal. 91. *v. 11. & ſeq. Eſaiæ 37. v. 36. Daniel. 6. v. 22. Tob. 5. v. 5. Matth. 28. c. 10. & Act. Apoſt. 5. v. 19. ac c. 12. v. 7. & ſeq. firmiter quidem credimus, ſed quod illi ſimul Imperiorum & Regnorum tutores ſint, uti quidam ex Danielis c. 10. v. 13. probare conantur, cum Calovio in Bibliis V. Teſt. Tomo 2. ad illum locum ob rationes ibi adductas negamus.*

TH. XII.

Monarchiam vel Principatum, illiusque rectorem à ruinâ vel everſione in ſpecie præſervant (1.) Vitæ innocentia (2) Auctoritatis accurata & congrua obſervatio. (3.) Legitimorum ſucceſſorum tempeſtiva procuratio & ita futuri interregni evitatio. (4.) cognatorum condigna æſtimatio. (5.) præſidii & munimentorum pro genio ſubditorum & facultatibus conſtitutio & conſtans conſervatio. (6.) Juſtum & moderatum imperium (7.) provida affinitatum, amicitiæ & fœderum, pacisque cum vicinis potentibus, fidis & ſubditis acceptis contractio ac ſtudioſa conſervatio. (8.) Subditorum tàm nobilium quàm plebejorum æquabilis, diſtincta tamen obſervatio, ad condigna officia præ exteris promotio, ac ita in fide, amore ac obſequio conſervatio. (9.) Legitima ærarii locupletis inſtitutio & juſta adminiſtratio. (10.) Potentum & divitum nobilium prudens & moderata attenuatio.

Expl.

I. Q*Uantum commodum & fructum* vitæ innocentia Principi conferat, *præc. l. 2. P. 2. c. 9. th. 5. expl. 3.* deduximus & inſuper apud *Septal. de Ratione Status l. 2. c. 7.* legi poteſt.

II. *De Authoritate à Principe* accuratè & condecenter obſervandâ & ejus neceſſitate, uti etiam eam acquirendi & amittendi modis indeque proveniente reſpectivè utilitate ac damno etiam *ibidem th. 4. expl. 1. & ſeqq.* prolixè egimus, *hic addendo*, authoritatem illam tàm à ſeveritate nimiâ ac auſteritate quàm à nimiâ lenitate, quarum illa eam magis deſtruit quàm conſervat, hæc verò infringit & labefacit, debere eſſe ſemotam, ut exemplis quàm plurimis & ſanâ ratione conſtat, ac *præc. l. 2. P. 2. c. 13. th. 9. expl. 6. & th. 15. expl. 13.* deduximus.

III. *Quantum Principi* in tempeſtivâ legitimorum ſucceſſorum procuratione ſitum ſit. *d. P. 1. c. 4. inf. Axiomate 1. & 2. regulâ quartâ* demonſtravimus.

IV. *Quomodo Princeps* ſe erga matrem, fratres, ſorores & reliquos agnatos gerere debeat ſimiliter *d. P. 1. c. 8. th. 2. & in expl. 4.* tradidimus.

V. De Principis ſatellitio & quale illud eſſe debeat. d. l. 2. P. 2. ſect. 1. c. 3. th. 5. expl. 1. & quomodo Julius Cæſar cum vitæ ſuæ jactura Prætorianos dimiſerit præc. P. 4. c. 4. th. 2. expl. 1. demonſtravimus: *Demunimentorum verò neceſſitate ac utilitate*, & an arces in civitatibus fidelibus exſtruendæ *d. P. 2. ſect. 2. c. 5. th. 7. ac in expl. quæſt. 2.* egimus, de quo etiam *Septal. l. 2 de Ratione Status c. ult.* legi poteſt.

 VI. Ju-

VI. Juſtum & moderatum regimen in eo conſiſtit, A ut juſtitia omnibus exactè tribuatur, & in illâ exercendâ inprimis verò in pœnis infligendis medium inter nimiam ſeveritatem ac lenitatem obſervetur, ut *quo ad prius prac. l. 2. P. 1. c. 8. th. 4. expl. 1. & c. 9. th. 4. expl. 3. & 4. quo ad poſterius verò hic prac. expl.* 2. jam diximus & *loc cen. de Ordin. Repubｌ. l.* 3. *c.* 2. demonſtrat, ſi enim Princeps medium hoc non adhibeat, in miſerrimum ſæpè ſtatum, imo in interitum ſe præcipitat, ut exemplum *Galba apud Sueton. in Ejus vita c.* 14. ubi hoc judicium de illo fert, *Modò acerbior, modò remiſſior ac negligentior, quam conveniret Principe electo atque illius ætatis fuit, & ſeq. c.* 16. *uſque ad fin.* ubi miſerabilem illius exitum refert, de quo etiam *Tac.* 1. *Hiſtor. c.* 41. legi poteſt, probat, nec non inquilini tam nobiles quàm plebeii præ exteris ad officia condigna ac cuilibet apta promoveantur, de quo *ſeq. expl* 8. diximus.

VII. Quantum momentum Principi in affinibus, B amicis, & fœderatis potentibus, vicinis & fidis ponendum ſit, *prac. l. 1. c. 1. th. 11. expl. 1. l. 2. P. 1. c. 4. th. 5. & in expl. & c. 8. th. 2. expl. 2. item P. 2. ſect. 2. c. 10. th. 3. expl.* 3. & 4. deduximus.

Cur verò omnes illi ſubditis grati eſſe debeant ratio hac eſt, quia ſi tales iis propter metum ſuppreſſionis vel aliâs ſuſpecti ſint, facilè inde ſuſpicio & odium in Principem excitari ac ſeditio & bellum inteſtinum, ex hoc verò rebellio & defectio oriri poteſt, ut ex hiſtoriis ſatis conſtat.

IIX. Cur Princeps plebem non minùs quàm nobiles diverſis tamen modis & gradibus æſtimare & obſervare debeat, ratio hac eſt, quia plebs neglecta tanquàm incondita & ad ſeditiones per ſe prona facilè irritari & concitari, ac ab obſequio & amore Principi ſuo debito, intervenientibus iis primis incitatoribus & demagogis divelli poteſt, ſicuti *Roma*, quamvis in ſtatu Democratico Ariſtocratico, ſæpius factum eſt, plebe per ſeceſſiones à reliquo civium corpore ſe ſeparante, cujus exempla occurrunt apud *Livium l. 2. c. 32. 55. & 64. & l. 3. c. 52. & 65. ac paſſim, nec non Halicarn. l.* C *6. c. 31. & ſeqq. ac l. 8. c.* 95. quâ de causâ prudentes Magiſtratus ſemper omnem curam impenderunt, ut plebis favorem quibuscunque illecebris obtinerent, ſicuti ab omnibus Romanorum Regibus factum eſt *Halicarn. l. 3. c.* 90. de Patribus conſcriptis & Senatu. *Liv. l. 2. c. 1. & c. 9. & l. 5. c.* 30. de Auguſto *Tacit. l. 1. c.* 2. ut alia exempla omittamus, refert, de quo *prac. l. 2. Part. 1. c. 2. th. 3. expl.* 1. ubi de promotione ad officia egimus, plura protulimus. *Nobilitatem verò ab illo præprimis obſervandam eſſe* multò magis rationi ſanè convenit, ſequentibusque fundamentis probatur, *quia.*

1. Illi ob generoſum ortum generoſos & honeſtos alunt ſpiritus, adeoque ad ardua tendunt, & principi utilem operam præſtare poſſunt ac ſolent ſecundum illud *Seneca Epiſt.* 39. *Habet hoc in ſe generoſus animus, quod concitetur ad honeſta. Neminem excelſi ingenii virum humilia delectant, & ſordida & Agryppa apud* D *Dion. l. 5. f. m. 469. neque vir egregius ullus ſine magno animo naſcitur neque ea magnanimitas ex ſervili vita ratione oritur.*

2. *Omnes boni ſecundum Ciceron. in Orat. pro Sextio c. 9. ſemper nobilitati favemus, & quia utile eſt Reip. nobiles homines eſſe dignos majoribus ſuis, & quia valet apud nos clarorum hominum bene de Republ. meritorum memoria, etiam mortuorum.*

3. *In illis* ob virtutem quaſi ingenitam maximum belli robur, & principis potentia ac auctoritas conſiſtit, ut mox pluribus demonſtrabitur.

4. *Ob prædictam indolem*, ſi ſpernantur, vindictæ cupidi & Principi valde noxii ſunt, tùm ſeditiones ciendo cujus *exemplū* inter alia occurrit *in Maximino Seniore, qui* nobilem circa ſe neminem paſſus eſt, ſecundum *Capitol. in Maximinerũvienſc. 9.* ob hanc & alias cauſas tàm inviſus omnibus, ut ipſe cum filio ab imperio dejectus, auditâ hujus interfectione laqueo vitam finiverit *Ibid. c.* 9. Ita quoque præterito ſeculo *Neapolitana Nobilitas* à Porege ſpreta & à Rege non exaudita magnam ſeditionem movit apud *Thuan. l. 3. f. m. 51. & 86.* tum rebelliones promovendo, ut multis exemplis conſtat. Ita enim illos, quorum operâ in arduis rebus uti debet ſecundum Mœcenatem apud *Dion. l. 52. f. m.* 474. ſibi adverſarios & tandem planè hoſtes reddet.

5. *Talis princeps eſſe creditur*, quales illi ſunt quos amore proſequitur,

Et ob has aliasque cauſas à Nobis prac. l. 2. P. 2. Sect. 1. th. 3. expl. 2. n. 1. & Agryppa apud Dion. l. l. 52. f. m. 469. relatas præſtat, ut majoribus vel dignioribus officiis potiùs Nobiles quàm plebeji adhibeantur.

Omnibus itaque modis Princeps intentus eſſe debet, ut præfatis & aliis modis ſubditi in fide, amore & obſequio retineantur, quoniam in illorum benevolentiâ munimentum & ſecuritas ejus conſiſtit, ut *prac. l. 2. P. 1. c. 9. th. 5. expl.* 1. demonſtravimus, ubi *ſeq. expl.* 3. etiam de modis comparandi & conſervandi illam egimus.

IX. *Quantum momenti* in ærarii locupletis legitimâ conſtitutione & juſtâ adminiſtratione ſitum ſit, *prac. l. 2. P. 2. ſect. 2. c. 8. th. 7. in expl. & ibid. c. 7. th. 15. in expl. th. 17. in expl. th. 18. in expl. 1. & 2.* C *& th. 19. in expl.* diximus, ubi ſimul de ſeditionibus ex injuſtis pecuniæ colligendi modis & iniquâ ærarii adminiſtratione egimus, quibus, junge, quæ in *hujus libri 3. cap. 1. th. 7. expl.* 3. ſub avaritiæ modis & *c. 2. th. 23. expl.* 2. de defectionibus, ob tributorum immoderatorum exactionem exortis tradidimus.

X. *Licet* ſecundum Politicorum obſervantiam divites & potentes cives in Monarchia non ita metuendi ſint quàm in Ariſtocratiâ, & ideo hæc materia à nobis in theſin ſeq. rejecta ſit, *occurrunt tamen exempla* talium etiam Monarchico in ſtatu exitioſorum, quæ quoniam magna ex parte à *Forſtn. ad l. 2. Ann. Tac. c. 5. p. m.* 146. relata ſunt, Lectorem eò & quo ad remedia ad *th. ſeq. expl. 1. n.* 3. remittere voluimus.

D

TH. XIII.

Ariſtocratiam in ſpecie & inprimis contra Monarchia introductionem præſervant (1) Ambulatorium & quidē ad breve tempus conſtitutum regimen. (2.) Excluſio peregrinorum admodum potentum & divitum à jure civitatis. (3.) Optimatum inter ſe æqualis ſtatus, & ideo adhibita præcautio,

ne

ne unus aliquis nimium honorem vel per reliquorum promotionem, vel per ambitionem ac excedentes modum divitias obtineat, & unanime concordiæ ſtudium ac vinculum, nec non ad utrumq; obtinendum illorum, qui reliquis nimia potentiâ & opulentiâ graves, ac ſimul propter turbida conſilia Reipublicæ ſuſpecti ſunt, honeſta ablegatio vel pro re natâ, è civitate ejectio. (4.) factionum matura ſuppreſſio. *Contra mutationem verò in Democratiam præmunit* (1.) Plebis condecens æſtimatio circa honorum & officiorum collationem & matrimoniorum contractionem. (2.) Severa inhibitio omnium publicorum plebis conventuum & nullorum niſi præſentibus Senatus Commiſſariis permiſſio, in privata verò conventicula ſedula obſervatio per fidos & juratos exploratores & delatores facta, (3.) Conſtitutio armatarum ſtationum & excubiarum propè loca publica, utpote curias, fora, tribunalia, armamentaria, portas urbium & vallorum, ac ſimilia, nec non in urbis regionibus, & primariis plateis, illarumq; angulis ordinata. (4.) Egenorum civium ſublevatio circa onera publica, & nimia fœnora, & per ſubſidiorum ſtatas, tam quo ad pecuniam quam quo ad annonam erogationes. (5.) Commerciorum publica moderata tamen & prudens permiſſio.

Expl.

1. D*E utilitate magiſtratus ambulatorii & quidem brevis temporis in ſtatu Ariſtocratico, & quomodo per illum modum machinationes adverſus Rempubl. præcaveri poſſint, præc. l. 2. parte 1. c. 1. th. 12. expl. 2. égimus & Septal. l. 3. de Rat. Stat. c. 4. poſt pr.* legi poteſt. *Quibus hic addimus* ad evitandas tales machinationes etiam multum conferre, ſi divites & potentes rarò ad Magiſtratus promoveantur, & dignitates ac officia ſæpe varientur. E. gr. qui Conſul fuit depoſito officio vilius officium obtineat, *prius ingenere conſtituerunt Romani auctore L. Genucio Tribuno Plebis* per plebis ſcitum ſecundum *Liv. l. 7. c. 42.* poſt decennium demum repetitionem Magiſtratus & Conſulatus cuidam permittentes: vide *Eund. l. 10. c. 13.* ubi Q. Fabius Maximus ad hanc Legem provocat.

2. *Peregrinos admodum potentes & divites in civitatem tum* propter talem conditionem *tum* propter peregrinitatem, recipi non debere ſana ratio dictitat. *Quia tales quo ad prius* altos ſpiritus gerunt, magiſtratui ægrè parent, reliquosque cives ſpernunt, *quo ad poſterius* verò à veteribus civibus ideo iterum ſpernuntur, & ad res novas movendas utrâque de causâ facilè incitantur, *ut taceamus*, illos ab extraneo Principe vel jam ante ad tales res movendas corruptos eſſe, vel facilè ſaltem corrumpi poſſe, & inſuper caſu aliquo infelici vel turbulento exiſtente civitati iſti, utpote non nativæ, tantam fidelitatem & operam, qualem originarii navant cives, non præſtare.

3. *Per optimatum æqualem inter ſe ſtatum & unanime concordiæ ſtudium ac vinculum* ſicut quo ad poſteriora in omni Rerumpublicarum ſpecie fit, ita etiam Ariſtocratiam in ſpecie ab immutatione & interitu conſervari notiſſimum eſt, quemadmodum è contra-

A rio per diſcordiam omnes illæ everti ſolent ſecundum *præc. c. 1. th. 7. expl. 2.* conſignata. *Omnis ergo cura adhibenda eſt*, ne ex illis unus ſive per reliquorum inconſultam promotionem, ſive per propriam ambitionem, quæ per matrimonia cum exteris potentibus & divitibus contracta, & ideo ſecundùm Politicos ac in ſpecies *Septal. l. 3. de Ratione ſtatus c. 12. p. m. 208. & ſeq.* omnimodo prohibenda, & immenſas opes valde augetur, ſupra reliquos evehatur, & ita occaſionem adipiſcatur, per malas artes rempublicam ad ſe trahendi; ut multis exemplis, & *in primis C. Julii Cæſaris & Octavii Cæſaris* conſtat. *Medicæos ſanè* primùm Coſmi ſenioris immenſæ divitiæ (de quibus *Machiav. in Hiſtor. Florent. l. 7. p. m. 361. & ſeqq.* legi poteſt) deinde ejus nepotis Laurentii virtus & prudentia viam ad obtinendum Florentiæ Principatum paravit, ut ex hiſtoriis notum eſt & refert *Cunus in d. Coſmi vitâ l. 1.*

Ut itaq; à talium invaſionibus & turbis ſecuritas obtineatur, ab Athenienſibus Oſtraciſmus & Syracuſa-
B *nis Petaliſmus*, quo potentes, divites & ſuſpicione malâ laborantes per civium ſuffragia in exilium miſſi fuerunt, ut ex *Diod. Siculo l. 11. c. 86.* & aliis *præc. l. 2. parte 1. c. 6. th. 2. expl. 3.* demonſtravimus, inventus fuit, de quo etiam legi poteſt *Septal. l. 4. de Rat. Status c. 6.* ubi ex *Jovio l. 1. Hiſt. poſt pr.* refert, Venetos optimatum alios præcellentium ſpiritus omnimodo præcidere. *Hodierni verò Politici molliora & quidem ſequentia peſſimum remedia præſcribunt.* (1.) *Ut talibus*, tanquam ambitioſis, honorificæ in ſpeciem ſed reverâ damnoſæ, nempe admodum ſumtuoſæ dignitates, curationes & legationes conferantur, quia ita illi, ut ſuam magnificentiam aliorumque æſtimationem demonſtrent ac ſibi comparent, opes ſuas per magnos ſumtus & luxum diſtrahunt, adeoque vires ſuas frangunt. (2.) *Ut* ab illis grandem pecuniam ſucceſſivè Reſpublica vel ejus nomine Senatus ſub ſpecioſâ utilitate & neceſſitate publicâ mutuò accipiat, atque ita ſimiliter bonis modis & artibus vires illis præſcindat, frenumq;
C imponat. (3.) *Ut* tales ad longinquas & diuturnas legationes ſub honoris ſpecie uſurpentur, & ita tam propter diuturniorem abſentiam, quàm facultatum imminutionem Reipublicæ patriæ exitioſi eſſe nequeant. *Aliud adhuc remedium*, ut ſcilicet tales, ſi delinquant, ſeverius puniantur, refert *Forſt. ad l. 2. An. Tac. c. 43. p. m. 160.* (4.) *Quoniam ex factionibus diſſidia, & ex his multa mala, & in primis ſeditiones ac bella civilia oriri ſolent, ut partim præc. c. 2. th. 3. in expl. n. 3. dictum, partim experientia teſtatur*, in his autem pars victrix Rempublicam ſibi ſubjicit, *omnino* Reipublicæ intereſt & optimatum reliquorum ſalus requirit, ut illæ quam citiſſime ſupprimantur.

II. *Plebem decenter æſtimandam eſſe jam præc. th. 12. expl. 8. demonſtravimus*, cùm verò illa nullâ re magis irritetur, quàm ſi ab honoribus & officiis planè excludatur, & matrimoniorum libertas ipſi denegetur, *quo ad prima duo* ibidem quomodo æſtimanda ſit, ſimul tradidimus, *quo ad ultimum* autem notandum, in Republicâ Romanâ quidem ob prohibitam talem
D communionem inter plebem & Patricios magnas controverſias ad ſeditiones ſpectantes ortas eſſe, ut apud *Liv. l. 4. c. 1. & 2. ac Locten. de Period. Imperior. l. 4. c. 11.* legi poteſt, & tamen *Appium* cum Collegis legem ſanxiſſe, *ne Patriciis cum plebejis licita eſſent matrimonia, ut Halicarn. c. 10. l. 69. & l. 11. c. 31. refert. Et quoniam reverâ* incongruum eſt ac indecorum, inter diverſi ſtatus homines matrimonia promiſcuè contrahi, ut *præc. l. 1. c. 1. th. 11. expl. 1.* demonſtravimus, *communionem illam ſaltem* ad non adeò diſparis ſtatus homines reſtringendam eſſe putamus.

2. *Conventicula plebis* promiſcuè concedenda non eſſe *præc. l. 1. c. 3. th. 4. in expl.* docuimus, *ſi tamen* ad il-

lius

lius rogationem concedantur, ut nomine Senatus Commiſſarii vel alii miniſtri publici iis interſint, ad omnes clandeſtinas machinationes præcavendas utile, neceſſariumque ac in multis Imperialibus civitatibus receptum eſt.

3. *Memoratas vigilum ſtationes* & excubationes ad ſecuritatem publicam & turbulentam multitudinem in obſequio retinendam admodum conducere, ſana ratio dictitat & quotidiana experientia probat, ſicuti etiam *Auguſtæ Vindelicorum & Noribergæ* prætereà ſub portâ Curiæ aliquot tormenta cum vigilibus poſita ſunt.

4. *Paupertatem* rem eſſe admodum gravem notum eſt, & ideo eâ preſſos, uti etiam obæratos novarum rerum ſtudio flagrare, ac in omnibus tumultibus & ſeditionibus primas partes agere ex hiſtoriis & in primis *Halicarn. l. 5. c. 53. & l. 6. c. 23.* conſtat, ac *prae. c. 2. th. 8. in expl.* latè probatum eſt.

Quod ſi ergo verè pauperes & citra culpam ſuam egeni, ut omninò par eſt, circa opera publica ſubleventur, à fœneratorum injuſto nexu liberentur, & inſuper certis pecuniæ & annonæ erogationibus juventur, non ſolùm libenter quieſcunt, ſed etiam ſuperioribus tanquàm benefactoribus ſuis omni gratitudine & obſequio obſtricti ſunt & manent, quod optimè obſervavit prudentiſſimus *Imperator Auguſtus* populum annonâ ſibi devinciens, referente *Tacito 1. Ann. 2.*

5. *Commerciorum publica quidem ſed moderata & prudens permiſſio in eo conſiſtit, ut* (1) negociationes, & artificia ac opificia, uti etiam agricultura per diſtinctos civium ordines exerceantur, adeoque commercia illa omnibus indiſtinctè non permittantur: *Si enim illud fiat*, non ſolùm propter multitudinem & imperitiam mercatores pauperеſcunt, ſed etiam opificia & artificia, uti etiam agricultura cum irreparabili Reipubl. damno negliguntur, civesq; in extremam paupertatem & quandoque famem incidunt, ac tandem ad turbas, tumultus & ſeditiones excitandas ex deſperatione & inopiâ tali incitantur. (2) *Si civibus* & inquilinis emtio rerum ad victum pertinentium intra ſtatas horas ſolùm, & his elapſis demum negociatoribus & propolis permittatur. (3) *ſi talib9 rebus* à Magiſtratu certa & juſta precia ponantur, de quo *prae. l. 2. parte 2. ſect. 1. c. 6. th. 3.* egimus & (4) *ſi monopolia* non permittantur, ut *d. l. 2. parte 1. c. 12. th 6. expl. 3.* tradidimus: quoniam plebs his neglectis ad turbas, tumultus & ſeditiones, ac conſequenter ſæpè ad Magiſtratûs dejectionem ac expulſionem irritatur, ac ita Status publicus perturbatur atque immutatur.

TH. XIV.

Democratiam & quidem reſtrictam tandem in ſpecie conſervans à mutatione in Ariſtocratiam, ſi adminiſtratio viris prudentibus, honeſtis probisq; ac divitiis potentiaque nimiâ non præditis committatur, & contra paucorum potentum & divitum nimia poteſtas & licentia partim per ſtudia populi ſubdolè obtenta partim in illum violenter exercita in tempore frangatur, *à degeneratione verò in Anarchiam*, ſi (1) magiſtratus ex vilibus opificibus ſolùm non conſtituatur (2) plebi nimia libertas non permittatur & (3) leges publicæ ac diſciplina publica accuratè cuſtodiantur.

Expl.

1. CUr divites & potentes tempeſtivè coërcendi ſint *prae. th. 13. expl. 1. n. 3.* tradidimus & quædam remedia contra illos ſubjecimus, *hic ſaltem addemus*, optimum in Democratico ſtatu contra illos remedium eſſe, ſi ad Magiſtratû planè non adhibeantur, quod per leges vel ſtatuta in hoc ſtatu facilè introduci & obtineri poteſt; quoniam ſecundum vulgatum illud:

Turpius ejicitur, quàm non admittitur hoſpes

de quo legi poteſt *Septal. de Rat. Status l. 7. c. 18. p. m. 451.*

II. Magiſtratus ex vilibus opificibus ſolùm, ut in hâc Reipubl. formâ facilè & ſæpe evenire ſolet, conſtitui non debet, *quia illi* prudentia & arte regendi deſtituuntur, ac ob vilem ſtatum à concivibus ſpernuntur, atque ita ad Anarchiam tranſitus facilè contingere poteſt, de quo *Septal. d. p. 451.* multa utilia tradit, cui jungi poteſt *Laccen. l. 4. de Admin. Republ. c. 2.*

Ob nimiam quoque plebi permiſſam libertatem, quam magiſtratu ex vilibus talibus perſonis conſtituto & ideo vilipenſo ſibi ſumere ſolet, Anarchiam oriri facile poſſe & ſolere in propatulo eſt.

Quantum periculum ex neglectu legum publicarum & diſciplinæ publicæ Rebuspubl. omnibus oritur, *prae. c. 1. th. 7. expl. 7. & 8.* latè demonſtravimus, id quod in hâc Reipubl. formâ in primis vitandum eſt.

Subjicienda his ſunt nonnulla Axiomata ad hunc Statum ejusq; indolem & conſervationem ſimul pertinentia.

I. In hoc ſtatu pro fundamento primario ponitur æqualitas libertatis, conditionis & honoris, idque quidem quo ad prima duo ſimpliciter ita ſe habet, quo ad tertium verò ſe diſcrepantia in illo exerit, quod plebeji indiſcretè ad dignitates aſſumi velint, ex adverſo verò illi, qui ſe cæteros divitiis, eruditione & prudentiâ præcellere putant, ſe illis præferendos eſſe contendant, & ex hoc litigio ſæpè magnæ turbæ cum everſione Reipubl. conjunctæ ortæ ſunt.

Sed quoniam poſteriores tum ob divitias ad dignitates ſuſtinendas, tum ob prudentiam & rerum agendarum ſcientiam ad regimen exercendum aptiores omninò ſunt, per prudentes, eloquentes & apud plebem auctoritate ac gratiâ prævalentes viros res eò deducenda eſt, ut priores his ultrò cedant, ſecundum prudens conſilium *Septal. d. l. 7. c. 19.*

II. Ut verò hoc eò facilius obtineatur, Demagogi, utpote qui omnem operam navant, quo vulgares & præcellentes concives inter ſe collidant, & in turbido piſcentur, *omnibus modis coërcendi & ſi incorrigibiles ſint, planè exterminandi ſunt, quoniam* per tales turbatores ſtatus hic facile everti & in alium converti poteſt, *ut aliquot exemplis Ariſtot. l. 5. Polit. c. 5. probat.*

III. Ut Officia pluribus pateant, legibus ſanciendum eſt, ut illa ſint ad breve tempus reſtricta, & poſt longum demum temporis ſpacium eidem perſonæ iterum conferantur, ſicut jam *prae. th. 13. expl. 1. n. 1.* monuimus: *Quibus hic ex Politicorum conſilio addimus*, ad plebem circa officiorum collationem demerendam & pacandam, utile eſſe, ut plura officia, licet ſterilia & in ſpeciem ſaltem talia, excogitentur & ordinentur.

IV. Ut conſultationes eò minori cum difficultate & morâ perficiantur & ad proſperum effectum deducantur, utile eſt, ut ex toto civium corpore per tribuum ſuffragia quidam cum plenâ decernendi & exequendi poteſtate conſtituantur, quia aliâs multitudo civium in diverſas partes cum Reipubl. maximo damno tranſit, nec ob diverſa ſtudia ad conſenſum deduci poteſt.

Finis Libri Tertii & totius Operis.

Digitized by Google

INDEX RERVM,

Tomi Secundi.

A.

AN Romani plus virtuti ſuæ quàm fortunæ debuerint? 5. D.

An lupa Romuli & Remi nutrix fuerit, vel ſcortum quoddam, 7. A.

An Leo Pontifex Imperium in Carolum M. contulerit? 27. D.

An Imperium noſtrum rectè ſit, & dictum Romanum? 29. D. an hæreditarium unquam fuerit? 36. A.

An omnes Status Imperii ſub decem Circulis complectantur, 52. A.

An inter Magnates circa occupatas aliorum terras præſcriptionis locus ſit? 78. B.

An bona cuidam Principi ablata à tertio poſſeſſore illa poſtea jure belli tenente vindicari poſſint? 97. C.

An Imperator eligendus neceſſariò Catholicæ Religioni addictus eſſe debeat? 189. D.

An Archiepiſcopus Moguntinus per ſolam Electionem habilis fiat ad actum convocationis perficiendum? 93. A.

An Elector Secularis ante Inveſtituram Actui Electionis efficaciter intereſſe poſſit? 95. A.

An Capitulatio aliquid detrahat Majeſtati? 102. D.

An Imperium Imperatore ſit majus? 105. B.

An poſt electionem Electores ab Electo in ſignum grati animi aliquid accipere poſſint? 109. D.

An quis ſibi ipſi ſuffragium dare poſſit, 117. D.

An unus Elector ex commiſſione tertii duo ſuffragia habere poſſit? 114. A.

An prætenſa ingreſſio in Monaſterium ſufficiat? 150. B.

An & quatenus Imperator Imperium reſignare poſſit? 150. D.

An Imperatores Juriſdictionem in Cameram privativè contulerint? 183. A.

An judicium Auſtregarum ante Maximiliani tempora in uſu fuerit? 191. A. judices illarum vocantur Judices ordinationis, & cur? ib. B. In cauſis ad illas ſpectantibus juriſdictio Cameræ & Conſilii aulici ceſſat, ib. C. illarum juriſdictio eſt ordinaria, ib. qui Imperii Status illis uti poſſint? ib. D. Civitates Imperiales iis non utuntur, 192. A. illarum quædam tamen gaudent conventionalibus, & quæ ib. B.

An Imperator Status in Regnum Bohemiæ, & in ſpecie Pragam ad judiciũ ibi ſuſtinendũ citare poſſit? 211. D

An Corona Romana Imperatori neceſſario petenda ſit, 213. D.

An in cauſa Collectandi major ſuffragiorum pars minorem vincat? 214. B.

An Electori per diſpoſitionem Aureæ Bullæ poteſtas teſtamento filiis ſuis tutorem conſtituendi adempta ſit? 240. A.

An in una eademque perſona ſecularis & eccleſiaſtica dignitas concurrere poſſit, 288. C.

An Civitatibus Imperii jus voti conſultativi & deciſivi olim competierit, & quid hodie obſervetur, 453. D.

An Patricii Civitatum Imperialium verè ſint Nobiles? 457. D.

An in his Civitatibus Senatus ſolùm, vel Civis ſolùm Univerſitatem repræſentent? ib.

An in ſcholis de militia tractari poſſit? 616. D.

An Magiſtratui Chriſtiano liceat bellum gerere? 620. A.

An duella permitti debeant? 621. A.

An miles tenetur in belli cauſas inquirere, & juſto tantum bello nomen ſuum dare? 628. D.

An bellum juſtè geratur adverſus vicinum potentiorem ob formidinem nimiæ potentiæ, 634. D.

An hoſti occulto potius inferendum bellum, quàm tempus concedendũ, ut ipſe inferre poſſit? 635. D.

An Princeps Chriſtianus juſtè poſſit bellum inferre barbaris non hoſtib. ſolo Ethniciſmi intuitu? 636. A

An Princeps omni tempore olim ablata repetere, & bello vindicare poſſit? 639. C.

An in bello Civili medietas ſit amplectenda? 641. B.

An libertas publica, ita propugnanda ſit, ut potius vitæ, quàm illius jactura tolerari debeat? 642 D.

An pro Religionis defenſione bellum ſuſcipi poſſit ac debeat? 643. B.

An ars pugillatoria militi utilis ſit? 657. B.

An armis hodiernis plus dubeatur quàm antiquis, 669. B

An liceat Chriſtianis in bellis tormentis uti? 681. D.

An Spadones militare poſſint? 712. B.

An Clericus miles eſſe poſſit? 716. D.

An Magiſtratus ſubditis ſuis bona conſcientiâ hoſpitationem imponere poſſit? 726. C.

An unus atq; alter Concivium certa quadam pecunia ſe ab onere hoſpitationis ab illa liberare poſſit? 726. D.

An equites peditibus ſint præferendi, 746. D.

An lecti milites conductitiis ſint præferendi? 749. B.

An conducat auxiliis vicinorum uti? 750. C.

An liceat fontes & aquas obſeſſorum veneno inficere, 819. A.

An illi, qui extrema pervicaciter experiuntur veniam & honeſta deditionis pacta mereantur, 837. A.

An Dux transfugis ad inſidias perficiendas licitè uti poſſit, & hi deprehenſi ultimo afficiendi ſint ſupplicio 839. C.

An, & quomodo prælium à pugna differat, 856. B.

An Dux belli tempore prælii veſte auro gemmisque conſpicua indutus eſſe debeat? 923. C.

An Dux belli deſperatis rebus fuga ſe ſubducere ſalvâ exiſtimatione queat? 924. D.

An præſtantius ſit urbem aliquam munitam & potentem expugnare, quàm collatis ſignis ex hoſte fuſo inſignem aliquam reportare victoriam? 925. B.

An ſtratagematibus uti licitum & honeſtum ſit? 957. C.

An dolus & fraus verborum in pactionibus & actionibus bellicis ſit licita? 960. C.

An Officiales ipſimet milites peccantes in flagranti crimine armis ſuis coërcere queant? 979. D.

An privilegia Romanis militibus conceſſa etiam noſtris competant, 1005. C.

An induciæ ad unam cauſam datæ ad aliam extendi poſſint? 1068. D.

An Conſules Romani propria authoritate pacem inire potuerint, 1070. C.

An Imperator noſter propria authoritate pacem inire queat, 1071. C.

An minor vel captivus Princeps illud facere poſſit ; ib. C. D.
An quis Confœderatorum aliis inſciis & invitis ? 1072.
An fœminæ ad pacis negotia mittendæ ac admittendæ ? 1076. D.
An Clerici adhibendi ? 1077. C.
An victus teneatur expenſas refundere, licet illud non ita pactum ſit ? 1082. D.
An pax confecta Succeſſores obliget ? 1087. A.
An obſidum perſonæ ſaltem quoad libertatis interceptionem, an verò etiam quoad vitam ipſam oppignoratæ ſint ? 1093. A.
An obſides aufugientes hoſti reſtituendi, ib. C.
An obſes morte dantis liberetur ? 1094. C.
An Papa poſſit renunciari, 1154. C.
An conjurationis reus juſſo Magiſtratus inauditus jure interfici queat ? 1205. B.
An ille, cui conjuratio innotuit illam revelare teneatur, 1207. A.
An confiſcatio bonorum in ſolo perduellionis crimine locum habeat ? 1209. D.
An bona feudalia tam agnatis, quàm domino in crimine conjurationis adimantur, & fiſco applicentur, 1209. B.
An conjuratoribus effectu non ſubſecuto ſit ignoſcendum, 1212. B.
An populo liceat ſemel conſtitutam Reip. formam in aliam mutare ? 1226. B.
An parelia, terræ motus, inundationes, everſiones Rerumpubl. deſignent ? 1251. C. D.
A quo induciarum tempore arma quieſcere debeant ? 1067. C.
Abbas quale ſit verbum, 294. C.
Abbates & Præpoſiti in ſpecie ſic dicto qui ? 294. B. quales eſſe debeant, & quomodo diſtinguantur, ib. D.
Abbates Fuldenſes ſunt Primates inter Abbates in Germania & Gallia, 295. A. & Imperatricis Archicancellarii, ib. B.
Abbates Campidunenſes in Eccleſiaſticis ſoli Pontifici obnoxii, 295. C.
Abbates Murbacenſes & Luderſenſes jam conjuncti ſunt, & à Domo Auſtriaca quoad Collectas Imperii eximuntur, 295. B.
Abbatia Hirſchfeldenſis tanquam Principatus ſecularis per Pacificationem Oſnabrugenſem Landgraviis Heſſo-Caſſellanis eſt attributa, 296. D.
Abbatiſſæ & Abbatiæ quæ Principalem dignitatem habeant, 296. B.
Abdicatio Magiſtratus intempeſtiva Rebusp. exitioſa, 1153. D.
Abſtinentia ab alieno maximè in milite requiritur, 984. A.
Academiarum fundatio ad Majeſtatica jura pertinet, 164. A.
Acies quomodo rectè ordinanda, 896. D. in ejus Structione maximum momentum ſitum eſt, ib. quæ circa illam notanda, 898. C.
Acquiſitio bellica jure licita, & quæ circa illam conſideranda, 1014. 1012. A.
Actus bellici in quibus conſiſtant, 795. A.
Actus coronationis Imperatoris in quibus conſiſtat, 125. B.
Acus magna mater Deûm, 1256. C.
Adductio Ducum in ſuſpicionem apud ſuos magni momenti eſt, 966. C. quibus modis illud fieri poſſit ? 967. A. B. C.
Adminiſtratio Reipubl. Sagata in quo conſiſtat, 615. B.
Adminiſtratio Reipubl. & togata & ſagata, 615. C.
Alæ (Aln) etymon 461. B. ſitus, ib. primordium libertatis imperialis, ib. C. ejus inſignia, ib. Cenſus, ib.
Alshemii ſitus, & antiquus & hodiernus Status quis fuerit, & nunc ſit, 595. A.
Altenburgum Miſniæ à quo Imperii urbs facta, & quomodo in Ducum Saxoniæ poteſtatem venerit, 595. D. C.
Amazones mulieres bellicoſiſſimæ, 715. D.
Ambitio & avaritia efficax mutationis Rerumpubl. medium, 1151. B.
Ambitionis mala, 647. D. 648. per tot.
Amicabilis compoſitio ante belli illationem per arbitros tentanda, 655. B.
Amici & ſocii in bello in tempore acquirendi, 684. A.
Amicus à ſocio quomodo differat ? 684. B.
Amniſtiæ definitio, 1192. C. origo, ib.
Ancile quid fuerit, 1260. A. ejus forma & efficacia, ib. B.
Ancus Martius quartus Rom. Rex, 9. B. Deorum cultum & religionem, nec non agriculturæ ſtudium reſtituit, ib.
Andernaci antiquitas & hodiernus Status, 595. D.
Animadverſio quomodo inſtituenda, 1189. B.
Annonæ caritas & peſtis bella ſæpe concomitari ſolent, 1024. C.
Antwerpia quomodo ab Imperio avulſa ſit, 604. D. quæ ibi notabilia, 605. C.
Apparatus belli in quibus conſiſtat, 655. D.
Aquiſgrani ſitus, 461. D. etymon, ib. 462. C. D. ruina, D. reſtauratio, ib. 463. A. inſigne, ib. privilegia, ib. C. D. Cenſus, 464. A.
Arbitri pacis qui ? 1079. B. quales eligendi, 1080. B.
Archicancellarius Moguntinus quis primus fuerit, 262. C. ſub Ottone M. dignitas illa hæreditaria in Archiepiſcopatu Moguntino facta eſt, 262. D.
Archiduces in Imperio noſtro ſoli Auſtriaci, 298. D. illi per duo ferè ſecula titulo hoc conſtanter uſi ſunt, 299. D. quæ circa eos obſervanda, ib. Origo Archiducalis hujus dignitatis incerta, 300. D. quomodo tam amplas Provincias acquiſiverint, 302. D.
Archiepiſcopi qui ſunt, 287. A.
Archiepiſcopi Imperii Rom. 47. D. quot illorum in Germania fuerint, ib. C.
Archiepiſcopus Colonienſis Archicancellarius per Italiam conſtitutus eſt, 263. A.
Archiepiſcopus Trevirenſis Archi-Cancellarius per Galliam & Regnum Arelatenſe inſtitutus fuit, 263. D.
Arelatenſe Regnum, quid ſub ſe contineat, 267. A.
Argentorati ſitus, 464. B. varium etymon, ib. diverſum nomen, 465. A. B. C. privilegia & jura ſingularia, 466. ſeqq. ejus inſigne, 470. A. Cenſus, ib.
Ariſtocratia quomodo contra Monarchiæ introductionem præſervetur, 1264. D. quomodo contra mutationem in Democratiam præmuniatur ; 1265. A.
Arma unde dicta. 663. D. ſunt vel læſoria, 664. A. vel protectoria, 665. A. eorum fabricationes nulli privato concedenda, 668. C.
Arma vel alia inventa nova, vel hoſtibus incognita valde nocent, 667. D. læſoria quæ, & illorum ſpecies, 1101. protectoria quæ, & eorum ſpecies, 1114. D.
Arma militum ſæpius à Duce inſpectanda ? 668. A.
Arma, & in ſpecie clypeum amiſiſſe fortibus olim gentibus maximum dedecus fuit, 669. A.
Armis venenatis & artibus magicis in bello abſtinendum, 972. A.
Armatum aliquem ab hoſte capi maximè turpe Romanis fuit, 469. C.
Armiſtitium ab induciis differt, 1065. C.

Ars ſimulandi & diſſimulandi in bello admodum neceſſaria, 709. A.

Articuli pacis quomodo confici debeant? 1081. C.

Aſſecuratio de ſervandâ pace quot modis fieri ſoleat, 1091. D.

Avaritia vitium, 649. B. in pacis conditionibus oſtendi non debet, 941. C.

Auctoratio militum quid, & in quo conſiſtat. 722. D.

Auctoritas à Principe accuratè & decenter conſervanda, 1262. C.

Auguſtæ Vindelicorum ortus, 470. D. etymon. ib. varia fortuna. 471. A. D. C. amplificatio. ib. D. principium libertatis Imperialis, ib. C. privilegia, ib. D. ſingularia, ib. 472. per tot inſigne, 473. A. Cenſus, ib.

Auſtrega unde dicatur, 190. D. ſunt duplices, ib.

Auſtriæ Ducatus à Friderico, II. Imp. in Regnum evectus fuit, 163. B.

Avulſio membrorum Imperii titulis à corpore quot modis fiat, 58. D.

Axiomata quædam circa obſidia munitorum locorum obſervanda, 851. C.

- - - ad prælium pertinentia, 927. C.

- - - circa pacem obſervanda, 1099. A. B.

B.

Barones unde dicti, 385. D.

Baſilea quando fœderi Helvetico acceſſerit, & ab Imperio avulſa ſit? 605. D.

Bavariæ Elector quibus ſpecialibus juribus gaudeat, 241. D.

Bella civilia quid ſint, & quæ circa illa conſideranda, 1176. D. eorum cauſæ, 1178. progreſſus, ib. B. effectus primarii, ib. C. remedia præcipua contra illa, quæ 1192. A.

Belli definitio, 615. D. ejus derivationes, 617. B. affinia, ib. C. quomodo illud à prælio differat. 619. A. ejus origo, ib. B. quæ circa illud conſideranda, 622. B. ejus variæ diſtributiones, ib. cauſæ eorum quotuplices. 623. C. illius cauſæ debent eſſe juſtæ. 627. B. quæ illæ ſint? 626. D. illud non ſolum debet eſſe juſtum, ſed etiam neceſſarium, 630. A. ejus præliminare in quo conſiſtat? 652. C. ejus ſubjectum, 695. A. objectum, 777. D. illud non niſi graviſſimis de cauſis ſuſcipiendum. 786. C. in illo innocentibus vitæ periculum non eſt inferendum, 777. B.

Bello parta ſtrenuè defendenda, 704. C.

Bellum navale magis periculoſum, & damnoſum quam terreſtre, 857. C.

Berna quando exſtructa, imperio immediatè ſubjecta, Helvetico fœderi ſociata, & ab imperio avulſa fuerit, 606. A. B.

Biberaci ſitus, 473. etymon ib. ortus ib. D. primordium Status imperialis, ib. Privilegia. 474. D. inſigne, ib. C. cenſus, ib.

Biſantium quando & quomodo ab Imperio avulſum ſit? 606. B.

Bona conſilia Rempubl. conſervant, mala deſtruunt, 1259. C.

Bononia imperialis quondam urbs quando ab imperio avulſa. 606. C.

Bos in Coronatione Imperatoris quomodo in culinam deducatur, 128. D.

Bopfingæ ſitus, 474. ortus, ib. inſigne, ib. D. cenſus, ib.

Boppartum à quo Imperatore Trevirenſi Archiepiſcopo oppignoratum & quomodo ab hoc plane ſubactum fuerit, 595. D.

Brackelæ Weſtphaliæ Controverſia cum Padebornenſi Epiſcopo, 571. D.

Brandenburgicus Elector quibus ſpecialibus juribus gaudeat, 242. B. Burggravius Norimbergenſis non quoad titulum nudum, ſed cum effecta eſt, 247. B. in ſuis Provinciis liberè vectigalia nova erigere, & antiqua augere poteſt, ib. C.

Bregantiæ antiquus & hodiernus ſtatus, 596. A.

Bremæ ſitus, 474. D. antiquitas ib. etymon incertum & varium, 475. C. D. munitio prima & poſtrema, 476. A. gymnaſium ib. D. ædificia publica, ib. Status regiminis, ib. D. privilegia, ib. aſſumtio inter civitates Imperialis, & ob eam controverſia cum Archiepiſcopo, & poſtea cum Rege Sueciæ, ac inde exorta bella, 477. ſeqq. cenſus, 481. D. inſigne. 482. A.

Briſacum quomodo & quando Auſtriacis oppignoratum. 606. D.

Brunſwiga à quo condita, & à quibus aucta, 596. B. eſt caput Hanſeaticarum in Saxoniâ ſitarum urbium, ib. ejus munimenta & obſidiones, ib. C. ibi tormentum belli maximum, ib. D. privilegia. ib. inſigne, ib.

Buchaviæ ſitus, 482. A. cenſus. 482. A.

Buchorniæ ſitus, 482. etymon. ib. antiqui domini, ib. D. incertum tempus ſtatus immediati, 843. B. Commercia. 483. D. inſigne, ib. cenſus, ib.

Burggraffii Principum dignitate gaudentes qui, 369. A

Caduceatores unde dicti, 1074. D.

Caduceum, quid, ib.

Cæſaris nomen unde, 84. C. ejus duplex uſurpatio, 85. A. quis ita primùm vocatus ſive factus Cæſar fuerit, ib. B. inde provenit Germanicum Kayſer/ib.

Calones qui fuerint & caculæ, 776. C.

Camera Imperialis quando inſtituta. 185. C.

Cameracum quomodo & quando ab Imperio avulſum ſit. 606. D.

Campi urbs imperialis quomodo & quando Belgis ceſſerit, & ab Imperio diſceſſerit, 607. A.

Campiductores qui propriè dicti, 714. B.

Campoduni ſitus, 484. A. etymon. ib. antiquitus, ib. incertum tempus Status immediati, ib. C. privilegia, ib. D. Status regiminis, ib. Abbas, ib. religio, ib. inſigne, ib. Cenſus, 455. A.

Canes quandoque ſimul in bellum deducti, 777. C. loco vigilum in turribus excubarunt, 806. C.

Capellæ etymon. 262. A.

Capitulatio quo tempore, & à quibus Electoribus conficiatur, 101. C. unde dicta. 102. A. quo tempore introducta, ib. quando & ubi electo præſenti prælegatur, & quibus ceremoniis ab illo juramento confirmetur, 115. D. fit per meram conventionem, 153. D.

Captivi regulariter ſunt redimendi, 958. B. ib. veteri & novo jure acquiruntur, 1019. ſeq. abſque vel mediante lytro dimittendi, 1084. C.

Cardinales unde dicti, 285. D. illorum origo, dignitas ac tituli hodierni, ib. ex illis quodlibet Regnum Chriſtianum Papam pro capite Eccleſiæ agnoſcens peculiarem ſuum Protectorem habet, 286. A. illorum inſigne & numerus, ib. C.

Carrago quid ſit, & quæ gentes eâ uſi ſint, 799. D.

Carthaginis magnitudo & vires, 12. D.

Caſtra quid ſint & quæ circa illa obſervanda, 798. C. eorum etymon. ib. D. quomodo à metatis, manſionibus & ſtativis differant, 799. A. qualis locus iis debeat deſtinari, 799. D. illorum forma in quibus conſiſtat, 800. B. eorum conſervatio quomodo fiat, 802. D. illorum motio quomodo fieri debeat. 803. C. quomodo diſtinguantur 804. C.

Catalogus Principum Secularium Germaniæ, Jus ſuffragii in Comitiis Imperii univerſalibus habentium, 48. A.

Catalogus Abbatum & Prælatorum Imperii, ib. D.

Catalogus Comitum & Baronum Imperii, 49. A.

Catalogus Liberarum Imperii Civitatum, 40. D

Cataphracti Romanis & Perſis noti fuerunt, 747. D.

Celeritas in bello utilis, 704. B. 953. A

Chemnitium quando ex immediata provincialis urba facta ſit, 597. A
Circuli Imperii quot ſint, 50. C. quid circa illos notandum, ibid. eorum jus, 51. D.
Civitates Imperialea in Comitiis non omnes comparere debent, 217 C.
Civitates Imperiales à Statibua Imperii exemtæ quæ ſint, 594. D.
Civitates Imperialea ab Imperio avulſæ quæ, 604. B.
Civitates Imperiales quæ in Rhenano, 460. D. & quæ in Suevico ſcamno ſint, 461. A.
Civitates Imperii quid, 453. C. quæ circa illas obſervanda, 454. C. Origo illarum in genere quis, ib. D. illarum jura & onera communia quæ, 457. C. earum diviſio, 458. C.
Civitates ſimplices, & officialea quæ, & quæ harum officia, 459. B.
Clades alibi perpeſſa ſolerti conſilio tegenda, 954. B.
Clades publica, fœneratio, & adulteratio monetæ quid apud plebem poſſit, 1176. C. D.
Clarigatio quid ſit communiter, 638. C. 795. c. ejus antiquitas, ib. quomodo à Romanis facta, 685. D. quib. ceremoniis ab illis bellum indictum, & quare haſta in hoſticū injecta, 689. A. unde illa dicatur, 690. A. quomodo à diffidatione diſtinguenda, ib, C. quomodo à belli denunciatione differat, ib. D. ejus neceſſitas, 691. A. quomodo fieri debeat, ib. D. quando illa facta, hoſti non ſtatim bellum inferendum, ſed ſpacium aliquod ipſi concedendum eſt, 692. A.
Claſſea primo à quibus uſurpatæ, 858. D.
Claſſicum unde dicatur, 905. B.
Collatio munerum apud Romanos in quibua conſtiterit, 999. D.
Collectæ Imperii publicæ ad quid inſtitutæ, 214. C. quomodo diſtribuantur, 215. B.
Colmariæ ſitus, 485. A. etymon diverſum, ib. primordium Status immediati, ib. C. incorporatio in Præfecturam Hagenoenſem, ib. D. infortunia, 486. A. ib. B. Cenſus, ib.
Colonienſis Elector quibus ſpecialibua juribus gaudeat, 241. C.
Coloniæ Agrippinæ ſitus, 486. B. C. etymon. ib. antiquitas, C.
Columbæ literarum portatrices, 965. C. D.
Cometæ an calamitates publicas, & alia mala deſignent, 1248. B.
Comitatus Electorum qualis eſſe debeat, 97. D. quædam circa Legatos Electorum monenda, 98. B.
Comites Palatini ad Rhenum Ducibus ſemper æqui parati, 348. C. fuerunt ſub priſcis Francorum ſimul Præfecti provinciarum & palatiorum regiorum, 349. B. à quibus Provinciia Palatini ad Rhenum dicti ſint, 349. D. Proſapia hodiernorum Comitum Palatinorum antiqua planè incerta, & quare, 350. B.
Comites, Barones, & reliqui Domini Imperii qui, 383. A.
Comitum diverſa ſignificatio ſecundum progreſſum temporis, 383. A. eorum appellatio poſteà ad ſpecialia officia ſtrictè applicata fuit, ib. D.
Commeatus in bello neceſſitas, 662. A.
Comparitio ſtatuum, Imperii ad Comitia Imperii propriis ſumptibus perficienda, 206. D.
Conditiones pacia æquæ ac honeſtæ concedi debent, 1082. C.
Confœderati paci includendi, 1085. B. quod tamen à Turcis non obſervatur, ib. C.
Conjuratio quid, 1207. D quæ circa illam conſideranda, ib. ejus ſubjectum, 1208. D. ejus pœna quotuplex, 1204. B. remedia contra illam quæ, 1212. D.
Conſilia belli occultanda, 705. A.
Conſilia bellica directa quæ, 943. C. eorum utilitas & neceſſitas, ib. D. maximè ſunt occultanda, 944. D. & quare, 945. B.
Conſilia belli obliqua quæ & quotuplicia, 957. A.
Conſtantia antiquiſſima urba quomodo, cur & quando ex immediata provinciales urbs facta ſit, 597. B. C. D. habet Epiſcopum antiquiſſimum & ditiſſimum, ib. D. fuit ibi Concilium notiſſimum, 598. A. ejus inſigne. ib.
Conſtantinus Magnus ſedem Imperii Romani Byzantium ſecum tranſtulit, 16. B.
Conſultatio inter Ducem & primarios militum officiarios quomodo fieri ſoleat, 891. B.
Controverſi vel dubii Statua urbes quæ, 580. D.
Convocatio Electorum quomodo fieri debeat, 92. C
Corona Cæſarea ex qua materia, & cujus authoritate confecta ſit, 120. B. ejua pondus, forma, & hodierna cuſtodia, ib. D. 121. A. quomodo illa cum cæteris Cleinodiis in locum coronationis transferati, 122. D
Corona triumphalis cui data fuerit, & ex qua materia illa confecta, 994. C. D. 995. B. C. ovalis cui conceſſa, ib. C. obſidionalia ex qua materia confecta, & cui data, ib. D. civica ex qua materia, & quare data, 996. B. muralia item, 997. B. Caſtrenſia itidem, ib. navalis item, ib. C.
Coronæ apud Romanos quot, & quales quæque, 994. B.
Coronatio electio Imperatoria quomodo, & à quibus ex parte Electorum perficiatur, 118. B. quæ circa illam, & unctionem notanda, 119. D.
Coronatio Imperatricis quomodo perfici ſoleat, 131. D.
Corpora Rerumpubl. vel Univerſitatum myſtica non incongruè cum corporib. humanis cōparantur, 4. A
Corruptio Ducum & militum hoſtilium per largitiones & dona an ſicut utilis, ita honeſta ſit, 970. A
Coſſaci à Stephano Battorio inſtituti, 737. D
Crimen læſæ Majeſtatis quo reſpectu in Electores committatur, 233. D
Cuiq; imperio & regimini à Deo certum ſtatutum eſt durationis, vel incrementi ac decrementi ſpatium, 1246. C. illud à ſolius Dei voluntate dependet, 1247. A.
Cuniculus cur Germanis Mina appelletur, 822. D
Curatio corporum in quibus conſiſtat, 894. B
Curatio vulneratorum militum Imperatori in compit. 934. B
Cuſtodia morum in quibus conſiſtat, 981. D

D.

Dantiſcum quomodo & quando in Polonorum poteſtatem venerit, 607. B
Decimatio quid, & quando illa locum habeat, 991. C. D
Declaratio Victoriæ per gratiarum actiones & triumphos quomoda facta, 1044. C
Deditio quot modis fiat, 840. D. quando ad arbitrium & gratiam obſidentis fiat, 841. C
Defectio & rebellio quid, 1195. B. quomodo utraque inter ſe diſcernatur, ib. cauſæ utriusq; , ib. D. internæ quæ, 1196. B. externæ quæ, 1198. C. remedia adverſus illam, 1200. B. pœnæ, 1202.
Defenſio eſt juris naturalis, 641. C
Defenſionia quæ juſtæ cauſæ, 641. D
Delatores cur, ac quomodo inſtituendi, 1255. D
Deliberatio de bello inchoando in quibus conſiſtat, 653. B
Democratia quando in Oligarchiam tranſeat, 1225. B
Democratia quomodo à mutatione in Ariſtocratiam conſervetur, 1267. D
Deſperationia vis omnia humana vincit, 824. A
Depoſitio Imperatoris quibus fundamentis nitatur, & quibus fundamentis impugnetur, 146. A. B. à quo fieri debeat, ib. D. quibus de cauſia, 148. A. quomodo illa per ſic debeat, ib. B. quis effectus ſequatur, ib. D.

Deus

Deus ob felicem eventum & victoriam ante prælium invocandus,902.D.
Dignitas Archicancellariorum ad officia Electorum proprii pertinet,237.D.
Dii tutelares Gentilium, 1260.C. plerique illorum exiſtentiam & vim conſtanter crediderunt,ib.
Diminutio Imperii, & quæ circa illam obſervanda, 58.C. modi illius qui, & quot, ib. quibus titulis fundantur alios eximentes, 63.C. cauſæ per quas Imperium ita diminutum eſt,66.C.
Diſciplinæ bellicæ utilitas & neceſſitas,978.D. à quo illa dependeat,979.D. ad eam obſervandam requiritur juſta ſtipendiorum ſolutio,980.B. ejus finis, 1011.C.
Diſciplina publica quomodo violetur,1156.C.
Diſcordia Magiſtratuum Rebuspubl. & Regnis everſionem procurat,1147.C.
Diſcordiam inter hoſtes ſereri quã fructuoſum,961.C
Diſtinctio Comitum in Officiales,& ſimplices,389.C.
Diſtinctio Comitum in immediatos, & mediatos, & illorum in quatuor claſſes,ib.
Diſtinctio inter tubicines,cornicines&buccinatores, 906.
Donatio ex præda quibusdam benè merentibus facta, 999.D.
Donativa in quibus rebus conſtiterint, 1000. per tot.
Donavverdæ ſitus, 581.B. diſſidia & bella inter illã urbem & Bavaros,581.D. quomodo, quare & quando à Duce Bavariæ occupata ſit,582.A.
Dortmundæ ſitus, 491.C. antiquitas, ib. etymon,ib. vaſtatio,ib. incendium,492.B. privilegia, ib. C. inſigne, ib. Cenſus, ib.
Ducatus in tres claſſes diſtinguuntur,308.A.
Ducatus Bergenſis à quo inſtitutus,334.A.
Ducatus Bremenſis & Verdenſis ex Epiſcopatu in Ducatum converſus,& Regibus Succiæ conceſſus, 348.B.
Ducatus Brunovicenſis & Lunæburgenſis unde ortus,327.D. à Friderico II. Imperatore erectus eſt, 328.A. familia illa unde deſcendat,ib.B.
Ducatus Clevenſis à quo erectus, & quomodo cum Bergenſi & Juliacenſi junctus ſit, 334.C.D.
Ducatus Geldrenſis à quo & quando erectus, 330.A.
Ducatus Holſatiæ à quo inſtitutus, & ex quibus Provinciis conflatus ſit,341.A.B. quæ de Ducibus hiſce & Ducatu notanda, ib.C.
Ducatus Juliacenſis quando erectus,330.D. quomodo ad Duces Clivenſes delatus ſit,331.A.
Ducatus Lucemburgicus à quo inſtitutus, & cui hodiè pareat,334.A.B.
Ducatus Magdeburgenſis ex Archiepiſcopatu in Ducatum converſus, & Electori Brandeburgenſi in perpetuum Imperii feudum conceſſus,348.C.
Ducatus Mantuanus à quo & quando erectus fuerit, 345.C. quæ de illo notanda, ib.
Ducatus Mechelnburgicus quando erectus,329.B.
Ducatus Mediolanenſis à quo inſtitutus,331.C. adhuc eſt imperii feudum,333.D.
Ducatus Montisferatenſis à quo inſtitutus, 347.D. quid de his Ducibus notandum,348.D.
Ducatus Mutinenſis à quo inſtitutus,340.A. quæ de his Ducibus notanda,ib.
Ducatus Pomeranicus quando, & à quo inſtitutus, 324.D. quot Ducatus, Comitatus & Dominatus contineat,326.B. ejus diviſio, ib. D. Ducalis illa familia quando extincta fuerit,ib.
Ducatus Sabaudicus à quo inſtitutus,335.D. quid circa illos Duces notandum,335.D.
Ducatus Saxoniæ inferioris unde ortus,326.B. Horum Ducum familia olim ampliſſima ad unum Ducem redacta eſt,327.B.
Ducatus Saxoniæ ſuperioris, à quo ad hodiernos Electores & Duces Saxoniæ tranſlatus ſit, 337.C. quid de hiſce Ducibus,ib.D.
Ducatus Wirtembergicus à quo inſtitutus, 347.C.
Duces belli duplices,695.A. quid in utrisque requiratur,ib. cur Imperatores dicti,ib.C.
Ductus exercitus ex metatis duplici fit modo, ſed diverſo fine,795.D.
Ducum dignitas in Imperio noſtro proxima eſt ab Archiducibus, 304.C. quando hæreditarii facti ſint,307.C.D.
Duellum cur ante prælium olim inſtitutum, 907.C. ejus detractatio non ſemper ignominioſa, 909.D.
Duisborgum olim Imperii urbs, ejus Cenſus nuperus, 598.B. exemptio & lis de illa, ib. Academia ibi inſtituta, ib.
Dux bellicus quomodo ſe erga ſuos gerere debeat, 934.B. miſericordiæ & clementiæ ſtudere debet, 939.D.

E.

Eccleſiaſtici Principes quando & à quo primum juriſdictionem ſecularem obtinuerint,286.B.
Effectus Electionis & Coronationis Germanicæ in quibus potiſſimum conſiſtat,145.D.
Egræ ſitus, antiquus Status,582.C. oppignoratio, ib. D. an iterum relui poſſit, ib.
Ehenhemii ſuperioris ſitus,492.D. Cenſus,493.A.
Elbinga quondam urbs Imperialis quomodo ab Imperio avulſa fuerit,607.C.
Electio quid, & quæ circa illam conſideranda,88.A.
Electitia Regna tanquam ſaltem uſufructuaria,76.C.
Elector Moguntinus omnes Electores convocare debet, & quomodo omiſſio unius atque alterius vindicari poſſit,91.C.D. quibus ſpecialibus juribus gaudeat,240.D. in Collegio Electorali primus eſt Decanus,242.C. omnes Imperii Receſſus, Imperatorisque Decreta ſubſcribit,ib.D. ſigilla Imperatoris & Imperii Archiva ſub ſua cuſtodia & inſpectione habet,ib. Vice-Cancellarius Imperii, & reliqui Cancellariæ Imperialis officiarii ipſi juramento obſtricti ſunt,ib. Legati Statuum illi ſe ſiſtunt,243. A. perpetuus Cameræ Imperialis Viſitator eſt,245. A. Poſtarum Directorium ac patrociniũ habet,ib.
Electores in Imperio quot.47.A. in Comitiis vel ipſimet,vel per Legatos comparere ſolent,216.D. rarò ſuffragium ſuum alteri Coelectori concedunt, ib. qui, & quot hodie ſint,218.B. ante Pacificationem ſaltem ſeptem fuerunt,ib.C. cur octavus additus ſit, 219.A. cur olim ſeptem inſtituti,219.C. cur Collegium ex Eccleſiaſticis & Politicis conſtet, ib. D. quæ circa illos conſideranda,220.C. illorum origo, D. univerſorum poteſtas in quibus conſiſtat,231.A. unde poteſtatem illam habeant,ib.D. ſingulare & primarium inter Imperii Status conſtituunt Collegium,232.A. illi Regibus comparantur,ib.C. illorum Privilegium de non appellando & devocando quomodo differat,234.C. illorum numerus ſine ſtatuum Imperii conſenſu augeri non poteſt, 236.D. ſine Coelectorum conſenſu in bannum declarari, & feudis ſuis privari non poſſunt, ib. in inveſtitura Cancellariæ Cæſareæ nihil ſolvunt, ib.
Electores Eccleſiaſtici cur Nepotes ab Imperatoribus vocentur,237.B. Banno Imperiali non ſubjacent, 238.D. per ſolam electionem Canonicam habilitantur ad Imperatorem eligendum, ib.
Electores ſeculares jure primogenituræ gaudent, 239.A. illos provinciat Electorales indiviſibiles, ib.D. ſolâ ſucceſſione principatuum jura acquirunt illo decimo octavo anno legitimam ætatem conſequuntur, 239.D.
Epiſcopi quot,47.D. qui illi ſint,287.D. quæ circa Epiſcopos Germaniæ notanda,288 B. illi olim per Imperatores confirmati & inveſtiti fuerunt, ibid.

quamdiu inveſtitura, illa ap. Imperatores manſerit, & à quo Pontifici ademta ſit, ib. C. D. quo tempore Principes ſimul ſeculares, & Vaſalli Imperio facti fuerint, 289. B. eorum numerus cur hodie ita imminutus ſit, ib. D.

Electorum ſecularium officia olim certis familiis non propria, ſed ambulatoria fuerunt, 287. C.

Eloquentiæ vis & utilitas in ſeditionibus, ſi à grato proveniat viro, 1183. C.

Equitum ubi prima mentio in S. literis fiat, 742. D. Illo hodie ſunt triplicis ordinis, 443. C.

Equopedites (Germanicè **Dragoner**) an cum antiquis ferentariis vel velitibus comparandi? 746. C.

Erectio ſignorum & vexillorum à quibus inventa, 727. B. utrorumque differentia, ib. illorum figuræ variæ, 708. D. eorum ſanctitas & veneratio, 732. B. pœna illa deferentium & amittentium, 112. D.

Erfurdia Thuringiæ Metropolis, 597. B. fundamenta quæ pro immedietate habuerit, ib. illa pro mediatâ quando declarata, ib. C. hodie planè ſubacta, ib. ejus origo, 598. C. ſitus, Academia, campana maxima, 599. B. C.

Eruptiones quomodo inſtituendæ, 828. C.

Eslingæ ſitus, 493. A. etymon, 493. B. origo, ib. C. prima munitio, ib. acceſſio ad Imperium, ib. varia fortuna, ib. D. ſubactio, 494. A. regimen, ib. B. ædificia publica, ib. Religio, C. privilegia, ib. encomia, ib. D. exemtio à Steuris, 495. A. cenſus, ib. protectores, ib. B. inſigne, ib.

Everſio Reipubl. quid, & quæ circa illam obſervanda, 1142. quando obtingat, ib. C. ejus cauſæ, 1143. ſeqq. ejus cauſa externa in quibus conſiſtat, 1220. cauſæ impulſivæ in quibus conſiſtant, 1220. ib. B. quatenus ab aliis mutationibus differat, 1224. B. ejus adjuncta, 1246. C. ſigna vel prognoſtica quæ, 1247. D. ejus effectus, in quibus conſiſtat, 1252. B. contraria ejus quæ, 1254. C.

Excuſatio à militia, & ejus cauſæ, 718. A.

Execrationes Dei in violatores pacis & fœderum, 1046. B.

Exempla eorum qui à Numine in infantia ſingulariter protecti, 7. C.

Exempla imminutionum Imperii ex diſſidiis inter Papas & Imperatores ortarum, 47. D.

Exempla duorum & trium legitimè electorum & regnantium Imperatorum, 89. C.

Exempla quædam robuſtorũ aliquot virorum, 671. C.

- - - eorum, qui victoriæ quaſi ſecuri pœnas vecordiæ ſuæ dederunt, 780. B.

- - - urbium incendio deletarum, 1228. D.

- - - per furorẽ bellicum ſolo æquatarum, 1239. D

- - - per ignem cœlo delapſum exciſarum, 1232. B

- - - per terræ motus deletarum, 1232. C. D.

- - - per diluvia & inundationes everſarũ, 1235. D.

- - - per inſecta & animalcula deſolatarum, 1237.

- - - famis diræ, 1241. D.

- - - magnarum ſtragium, 1243. B.

- - - peſtium immanium, 1244. C.

- - - migrationum gentium, 1254. B.

Exercitatio militum neceſſaria, 733. D.

Exercitia militum in quibus conſiſtant, 1135. B.

Exercitus diſtributio, 765. D.

Expeditionis Romanæ primordium, & antiqua forma, 28. A. quamdiu illa intermiſſa, & quare, ib. C. quantum detrimenti inde natum, ib. quomodo tandem ſumptus in illam expendendi ad Turcica bella tranſlati, 214. A.

Exploratio per privatos fieri quidem poteſt, non vero per Principes, & Duces ipſos, 962. C.

Exploratorum miniſterium & uſus, 951. C. 961. D. cur & quomodi illi inſtituendi, 1255. D.

Extrema Provocatio quale Jus, 158. C. jus hoc Imperatori vi Majeſtatis competit, 159. C.

F.

Factio quid, 1164. A quomodo definiatur, & quæ circa illam conſideranda ib. remedia varia contra illam, 1167. D. illius propria ſedes, 1168. D.

Fœminæ in militia cur non tolerandæ, 775. C.

Famæ in bello modò ſerviendum, modò non, 947. A.

Famis vis & mala, 1176. B.

Fatalis Rerumpubl. periodus quid ſit? 1246. C.

Feuda ſecularia cur **Fahn-Lehen** dicantur, 159. D. eorum Inveſtituræ olim in publicis Conventibus Imperii & Curiis peracta fuerunt, ib. hodiè caduca illa Feuda reditibus Imperii applicanda ſunt, 161. C.

Fides in bello ſanctè, ſervanda, 705. D.

Florentina urbs Imperialis à Carolo V. Mediceis tradita, 607. C.

Fœdus cum potentiore non facilè ineundum, 684. D.

Fores conclavis in electione Imperatoris à quo, & quando referentur, 115. D.

Francofurti ad Mœnum origo, 495. C. denominatio, ib. cum **Sachſenhauſen** unus Senatus, 496. C. ſucceſſiva munitio, ib. nundinæ univerſales valdè privilegiatæ, ib. D. jus eligendi ibi Regis Romanorum, 497. A. ejus Cives in tres diſtincti ordines, ib. B. ſeditio magna, & quomodo punita, ib. ibi primùm Camera Imperialis fuit, ib. C. privilegia. 428. A. cenſus, ib. B. de jure creandorum Magiſtrorum pugilum **der Marxbrüder**/ib. C. **Das Pfeiffer-Gericht**/ib. Urbs illa quid Argentinæ in nundinis Johannæis trâdere teneatur, ib. Inſigne, ib.

Fridbergæ ſitus, 498. D. origo, ib. nomen unde, ibid. dignitas, 499. A. controverſia cum Burggravio de immedietate, ib. B. privilegia, ib. C. imminuta per incendia, ib. cenſus, 500. B. inſigne. ib. C.

Fures & fugitivi in bello quomodo ap. homines quandoque puniti fuerint? 990. A.

Fuſtigationis modus quis, 988. A. quid hodie loco illius uſurpetur, ib. D.

G.

S. Galli oppidum quomodo & quando ab Imperio ſucceſſivè avulſum, 607. D.

Gelnhuſæ ſitus, 500. C. oppignoratio, & inde lis de exemtione & cenſu, 501. A. ejus ortus & acceſſio ad imperium ignoratur. ib. C. ibi caſtrum Ganerbiorum, ib. privilegia, ib. Inſigne, ib. D. Cenſus, 502. A. ejus oppignoratio, 583. A.

Gemeiner Pfenning quid. 214. C. ejus prima introductio, ib. C.

Gemundæ ſitus, 502. A. ridiculum & aliud verum etymon, ib. B. C. antiqui domini. 507. A. acceſſio ad Imperiũ, ib. B. privilegia, ib. C. Inſigne, ib. D. cenſus, ib.

Geneva olim Imperii urbs, quomodo avulſa, 6015. A.

Gengenbachii ſitus, 804. A. origo. ib. etymon. ib. B. acceſſio ad Imperium, ib. C. Abbatia, ib. D. Cenſus, 509. A. inſigne, ib.

Genius quid, 1260. D. quid de illis ſentiendum, 1261. C.

Germani unde dicantur, 46. A.

Germanica vox **Freyer** & **Freyherr** unde derivetur, & quid olim ſignificaverit, 386. C. D. Germanicum **Herzog** congruit cum origine latina, 305. A.

Germanica vox **Heller** unde, 512. D.

Giengæ ſitus, 509. A. quando ad Imperium pervenerit, ib. B. cenſus, ib. C. inſigne, ib. D.

Goſlariæ ſitus, 505. D. etymon. ib. D. origo 506. A. celebritas, & frequens Imperatorum acceſſus, ib. B. C. D. erebræ calamitates, 507. A. ademtio metalli fodinarum, & inde ſecuta paupertas, ib. B. C. receptio in Hanſam, 508. B. privilegia, ib. Cenſus, ib. inſigne, ib. D.

Grôninga olim inter Civitates Imperiales comprehenſa, nunc ab eodem avulſa, 608. B.

Hagenoæ etymon, 508. D. ſitus, ib. prima munitio & amplificatio, 509. A. translatio ad Imperium, ib. præfectura Imperialis decem civitates ſub ſe complectens, & jam ad Regem Galliæ ſpectans, ſalva quidem immunitate & libertate, ſed non ſervata: ib. B. C. judicium Provinciale ibid. D. ibi quondam in caſtro Cleinodia Imperii cuſtodita, ib. A. adminiſtratio, 510. A. privilegia, ib. ærarium Imperatorium in Alſatia, ib. C. cenſus, inſignia, C. privilegia, 590. A. Jus ſtapulæ, ib. C.

Halliæ Sueviceæ etymon, 510. D. origo, 511. B. acceſſio ad Imperium, 511. D. vetus monomachiæ jus, 512. A Vexillum, 512. C. jus cudendæ monetæ, ib. D. inſigne, ib. D. Senatus, 512. A. Privilegia, ib. C. quot olim ibi, & hodie ſartagines Saltzpfannen/ ib. D. cenſus, ib. Dominia extra Urbem, 514. A. bellum, ib. incendia varia, ib.

Hamburgi antiquum nomen, 583. B. varium etymon, ib. alia antiqua nomina, ib. C. origo, 584. A. incrementa, ib. C. decrementa, ib. D. reſtauratio, 585. C. Ejus ſtatus, & quæ illa pro ſua libertate proferat, 587. D. cenſus, 589. C. Bancum publicum, 590. C. ædificia publica, ib. D. inter civitates Hanſeaticas antiquiſſima, 525. A. inſignia, cenſus, ib. B.

Heilbronnæ ſitus, 514. D. etymon, ib. ortus, ib. acceſſio ad imperium, ib. D. occupatio & direptio à ruſticis ſeditioſis, 515. C. templum cathedrale cum turri, ib. torneamentum ibi habitum, ib. privilegia, ib. D. Nundinæ, ib. hiſtoria de piſce longævo, 516. A. cenſus, ib. C. ſeditio, ib. inſigne, ib.

Hervordiæ ſitus, 516. D. ea à multis annis ab Imperatoribus ipſis, & imperio pro civitate Imperiali habita, ſed Elector Brandenburgicus illam eximere conatur, ib. qualia argumenta libertatis & immedietatis pro ſe adducat, & quomodo illa ab Electore Brandenburgenſi impugnentur, & quomodo urbs illa hodie ſe gerat, quoad ſuum ſtatum, 591. C. D.

Homines famis, ferri & peſtis calamitatibus obnoxii ſunt, 1238. D.

Honores & favores publici ap. Romanos in quibus conſtiterint, 1001. D.

Hoſpitatio militum quid, 725. B. qui ab illa immunes ſint, 726. B.

Hoſtis non contemnendus eſt, 706. A. 777. D. 949. A. non minus juſtè quàm fortiter eſt vincendus, 781. A. ei data fides ſanctè ſervanda eſt, 783. A. bellū deprecatus, & ſatisfacere promittens, temerè bello petendus non eſt, 781. A. exercitatus & ferox morâ ac tædio frangendus eſt, ib. D. ad deſperationem non eſt adigendus, 788. A.

Hoſtis in hoſticum deducturus exercitū ſuum, & hoſtem quæſiturus, ante omnia de apparatu bellico & annona probe ſibi proſpicere debet, 796. A. non nimis pertinaciter perſequendus, 921. D. quomodo invadendus, 948. B. ad deſperationem non eſt adigendus, 949. B. eò deducendus, ut nolit nocere, nec poſſit? 949. B. à tergo non relinquendus, 950. A. ex ipſius erratis noſtra corrigenda, ib. B. ejus vis & potentia prudenter diſtrahenda, 951. D.

Hoſtes plures ſimul non quærendi, vel ſtudioſè laceſſendi, 784. B.

I.

Janitzari à quo Imperatorum Turcicorum primùm inſtituti, 739. D.

Idololatria quid, 1154. D. ejus origo, ib.

Immutatio inconſulta religionis & libertatis antiquæ multum detrimenti in Rep. affert, 1155. A.

Imperator ſummum eſt Imperii noſtri Caput, eoque nomine verus Monarcha, 84. B. abſque Statuum Imperii conſenſu in Collectis Imperii nulli portionem ſuam remittere poteſt, 214. D. novum Electoratum ſolus inſtituere non debet, 219. C.

Imperii Romani infantia quot annis circumſcribatur, 4. D. quid circa illam notandum, 5. D. ejus adoleſcentia quot annis circumſcribatur, 11. B. exempla fortitudinis ſub illa, 12. A. illius Juventus quot circumſcribatur annis, ib. B. res fortiter ſub ea geſtæ, ib. D. ſub illa per ſingularem Dei providentiam univerſalis pax, 13. B. ejus ætas ingraveſcens quot annos complectatur, 13. D. à quo ætas illa inceperit, 14. D. ætas hæc graviſſimè Chriſti Eccleſiam afflixit, 15. C. nihilominus tamen literarum ſtudia in illa floruerunt, ib. ejus ſenectus quem terminum habuerit, 16. B. in hanc ætatem incidit decima perſecutio Eccleſiæ, 17. A. hæreſiarchæ illius temporis, ib.

Imperii nova conſtitutio in quibus conſiſtat, 17. C. ejus primordium Carolo M. debetur, ib.

Imperii Romano-Germanici præeminentia in quo conſiſtat, 41 C. cur ſacrum dicatur, & à quo tempore id factum, 41. D. diſtributio illius in Claſſes & Circulos 46. D. ejus membra, uti quælibet ſub ſuo circulo continentur, 52. D. ſeqq.

Imperium Rom. poſt lapſum 500. circiter annorum ab Auguſti Imperio ad barbaras nationes pervenit, 16. D. eſt myſticum caput, 84. D.

Imperiorum augmentum & diminutio à Deo provenit, 66. D.

Inclinantibus copiis in tempore ſuppetiæ ferendæ, 920. A.

Induciæ primordium Pacificationis, & quid illæ ſint, 1065. B. ad longiora tempora non facilè ineundæ, & quare, 1066. C.

Indulgentia nimia, & laxa diſciplina mutationem Reipubl. procurat, 1154. C.

Ingenium Ducis hoſtilis ante omnia probè dignoſcendum eſt, 946. C.

Injuſtitia cauſa eſt everſionis Reipubl. 1146. C. id quod exemplis probatur, 1147. A. B.

Inſcriptio ſola in Matriculam Statum Imperii non efficit, 208. C.

Inſidiæ in Principem ſtructæ quid 1215. D. earum ſubjectum, 1216. B. cauſæ, 1218. D. pœna, 1219. C. remedia adverſus tales inſidias, 1219. D.

Inſidiarum ſtructio, ſi perfidia ac violatio promiſſorum abſit, licita eſt, 968. B.

Inſignia Imperii ante Coronationem ab Archiepiſcopo Conſecratore coronando tradi ſolita quæ 140. A

Inſtrumenta apparatus bellici quæ? 659. B.

Inſtrumenta pacis regulariter in illa lingua, cujus uſus contrahentibus utrinque cognitus eſt, confici debent, 1081. C.

Inſtrumentum ſuper electione perfectâ quomodo & à quibus conficiatur, 115. B.

Interceptio commeatus & militum hoſti admodum nocet, 967. D.

Inveſtitura ſummæ Majeſtatis ſignum infallibile eſt, 159. D.

Iſnæ ſitus, 516. D. etymon, ib. antiqui domini 517. D. acceſſio ad imperium, ib. C. conflagratio duplex, ibid. ibi Abbatia immediata, ib. D. religio, 518. A. inſigne, ib. Commercia, ib. cenſus, ib.

Judæi hodie vigore Regalium recipi poſſunt, 196. A.

Judicium militare certis ſolemnitatibus conſtitui, & ſententiis ferri debet? 977. D. ejus tres ſpecies in militia Germanica, 978. A. qui ejus Officiales & miniſtri, 998. C.

Jura Dicaſteriorū & Judiciorum Provincialiū à Statibus ad imitationē Cameræ ſunt introducta, 194. C.

Juriſdictio militaris in quibus conſiſtat? 999. A.

Jus creandorum Regum, Ducum, Principum, &c. certiſſimum ſummæ Majeſtatis criterium, 161. D.

Jus conſtituendi Poſtas ſoli Imperatori vi Majeſtatis competit, 164. D.

Jus

Jus primariarum precum quid, 171. B.
Jus indulgendi inducias moratorias univerſales ad Reſervata Imperatoris quoque ſpectat, 173. C.
Jus meri & mixti Imperii maximam partem à jure ſuperioritatis dependet, 194. C.
Jus remittendi pœnas capitales Statibus ex longiſſima conſuetudine competit, 195. B.
Jus ſalvum conductum ſubditis concedendi Statibus Imperii ſaltem particulariter competit, 195. C. quomodo illud vires ſuas habeat, ib.
Jus belligerandi etiam Statibus competit, 195. D.
Jus ſequelæ, conſcribendorum militum, & aperturæ, itidem ib.
Jus Indicendi & habendi Conventus Provinciales Statibus Imperii competit, 196. D.
Jus Statuum circa Religionem in Inſtr. Pac. roboratum, ib.
Jus concedendi Nundinas particulares ſtatibus competit, 197. B.
Jus monetas cudendi, itidem, ib. C.
Jus ſuccedendi in bonis indignorum, & ſine heredibus morientium, 197. C.
Jus reſtituendi famam quando locum habeat, 197. D.
Jus foreſtale à banno ferino differt, 198. A. hodie inter Regalia refertur, 198. A.
Jus Statuum circa veniam ætatis, ib. B.
Jus territoriale quomodo probetur 198. C. quis illius ſit effectus, C. inſeparabilis Status Imperii prærogativa eſt, 211. D.
Jus ſeſſionis & ſuffragii verus Statuum Imperii character eſt, 206. A.
Jus Poſtliminii quale, 1023. B.
Juſtitiæ neglectus Magiſtratui exitioſus, & cultus proficuus eſt, 1255. B.
Juſtum regimen Deo placet, 1255. A.

K.

Kaufbeuræ ſitus, 518. B. etymon ib. Origo, 519. B. acceſſio ad Imperium ib. religio, ib. D. Inſigne, ib. Cenſus, ib.
Keyſersbergæ ſitus, 520. A. elogium ib. hodie à Gallis vaſtata ib. ejus ortus, ib. acceſſio ad Imperium ib. Inſigne, ib. Cenſus. ib.

L.

Landaviæ ſitus, 520. B. etymon ib. Origo, ib. C. oppignoratio, ejusque cauſa, & redemtionis modus, ib. D. acceſſio ad Imperium, 521. C. privilegia, ib. D. inſigne ib. D. cenſus 522.
Landgravii qui: 352. B. quæ de iis notanda, ib. C. D.
Landsfürſtliche Obrigkeit differt à **Landes Hoheit** 192. D.
Legati quando mittantur, & qualis locus ad tractandum eligi ſoleat 1074. C. eorum requiſita præcipua, 1075. C.
Leges XII. tabularum quando latæ 11. D.
Leges militares quid & quomodo diſcernendæ, 980. C. communes & ſingulares quæ ſint, 981. A. B.
Lemgoviæ in Weſtphaliâ antiquus & hodiernus ſtatus, 599. D.
Leutkirchæ ſitus, 522. A. etymon, ib. Origo, ib. C. acceſſio ad Imperium, ib. D. Cenſus, ib. inſigne ib.
Libido adverſus Magiſtratum eam exercentem magnum movet odium, & vindictæ deſiderium, 1152. B. ejus pœna, 1159. A.
Limburgi im̃ediatus ſtatus, 599. D. antiquus cenſus, 600. A. oppignoratio, deſtructio, antiqui domini, ib. B. C.
Lindaviæ ſitus, 523. B. etymon ib. antiquitas ib. acceſſio ad imperium, 524. B. incendia ib. C. Abbatia Virginum, & cum hac lis de immedietate, ibid. territorium ib. D. mercatura, ib. religio, 525. A. Senatus, ib. privilegia, ib. inſigne, ib. C. cenſus, ib.
Lixæ qui fuerint, 776. B.
Locus Electionis & Coronationis ordinarius quis ſit? 144. D.
Locus opportunus in prælio eligendus 894. C. 951. C. quantum in eo ſitum ſit ib. quæ regulæ de illo notandæ, 896. C.
Locuſtarum damna & exempla, 1239. C.
Lubecæ ſitus, 525. D. etymon, ib. origo, 526. B. frequentia infortunia & bella, 526. D. Epiſcopatus ib. D. caput eſt urbium Hanſeaticarum, 527. A. jus ſingulare, ib. B. Portus egregius, ib. Gymnaſium celebre, ib. regimen, ib. religio, ib. C. jus præſentandi Aſſeſſorem Cameræ, 527. ib. ædificia publica pro indigentibus, ib. locus inter Deputatos Imp. ib. cenſus, 527. D.
Luca Italiæ Reſpublica an ab Imperio planè avulſa, 608. C.
Luſtratio quid, 720. A.
Luxus incommoda, 1161. B.

M.

Machinæ bellicæ quotuplices, 672. A.
Magdeburgi origo, etymologia, 591. A. privilegia, ib. B. ſummum olim Dicaſterium, 593. A. Archiepiſcopatus, ib. C. Burggraviatus, ib. templum cathedrale cum duobus turribus, ib. D.
Magiſter Ordinis Johannitarum Abbatibus annumeratur, 296. A. inferiorem inter eos obtinet locum, & quare, ibid. quæ de illo notanda, ib.
Magiſtratus quomodo everſionem Reip. maturet, 1146. C.
Magnum victoriæ momentum adimere hoſti commoditates, & quomodo id fieri poſſit, 921. B.
Mandata quotuplicia, & quæ circa illa attendenda? 1078. C.
Manifeſta (uti vocant) quid de illis ſentiendum, 692. C.
Marchiones qui, 354. D.
Marchio & Marchia quale verbum, & ejus etymon diverſum, 355. A. B. quæ hic notanda, ibid. C.
Marcoduri antiquus & hodiernus ſtatus 600. C.
Mareſchalli vox unde derivetur, 269. A.
Marggravii unde orti, 737. C.
Mater Deûm duplex, & quæ ex iis Romanorum propria 1256. D. quomodo illa Romam deducta, & pro pignore habita fuerit 1257. B.
Matricula quid, 208. D. an habeat plenam probandi vim 209. A. quot illorum à Sigismundo I. Imp. usque ad hæc tempora confectæ, ib. C. obſidio & deſtructio miſerabilis 594. A. Religio ib. B. inſignia, ib.
Mediatores paces qui? 1079. B.
Medicorum & Chirurgorum ope nulla carere poteſt civitas, ita multò minus exercitus, 774. A.
Memmingæ ſitus 528. A. etymon, ib. acceſſio ad Imperium, ib. inſigne, ib. D. Cenſus, ib. regimen, 529. A. Religio, ib. judices primæ inſtantiæ, 530. A. Privilegia, ib. infortunia, ib. B.
Mercatores eſculentorum & potulentorum in exercitu neceſſarii, 774. B.
Metis quomodo & quando primùm, & poſteà planè ab Imperio avulſa, 608. C. D.
Metropoles cur ab hoſtibus vulgò deleri ſoleant? 1252.
Metropolitani qui 285. C.
Migrationes Gentium duplices ſunt, 1254. A.
Miles unde dicatur, 706. D. cur à præda ſe abſtinere debeat, 922. D.
Milites dupliciter conſiderandi, 706. C. ordinarii qui, & quotuplices 736. D. prætoriani quando & à quo ap. Romanos inſtituti, 737. D. ſubſidiarii qui, 740. B. tyrones qui, ib. C. veterani qui, 741. A. gregari qui, & quod eorum munus? 751. B. officiarii qui & quotuplices, 751. D. 762. per tot.

Militibus parcè & prudenter utendum, 920. A.
Militum munus & officium in quibus conſiſtat partibus, 763. D.
Miſſio ſanguinis apud Rom. quid fuerit, 988. B.
Miſſio ignominioſa in ſpecie quid, 989. B.
Modeſtia qualis in milite requiratur, 983. C. D.
Modi collectionis militum quot, 707. C.
Mollis modus in ſeditionibus prius tentandus, ac ideo removenda offenſionis cauſa, 1181. D. cautè tamen hoc remedio utendum, 1183. B.
Monarchia quomodo à ruina vel everſione præſervetur, 1262. A.
Moguntia quando & quomodo ex immediata provincialis urbs facta, 600. D.
Monaſterii S. Gregorii ſitus, 529. C. etymon, ib. acceſſio ad imperium, ib. cum abbate commune in vallum imperium, ibid. D. inſigne, ib. Cenſus, ib.
Mos quorundam gentium ante invaſionem terram & aquam ab hoſte poſtulandi, 692. D.
Mors omnia ſolvit, 146. A.
Mors Ducis bellici ſolerti conſilio tegenda, 954. B.
Motio exercitus quomodo fiat? 1129. C.
Muhlhuſæ Thuringiæ ſitus, 530. D. etymon, ib. antiquitas, ib. acceſſio ad Imperium, ib. B. bella, ib. incendium, ib. C. ſeditio, ib. conventus, ib. Electorum, & nonnullorum Statuum Imperii, ib. D. clientela, ib. inſigne, 531. A. cenſus, ib.
Muhlhuſium Alſatiæ quomodo & quando ab Imperio avulſum, 609. A.
Munus Ducis bellici quibus partibus abſolvatur, 914. C.
Munus Officialium in quibus conſiſtat, 930. C.
Munus militum in quo conſiſtat, 931. B.
Mures Dei pœna, 1239. D.

N.

Naves quomodo olim diſtinctæ fuerint, 863. D. actuariæ quæ, 869. A. onerariæ quæ, ib. B. præſidiariæ quæ, 866. A. incendiariæ, ib. B. annonariæ, ib.
Naves admirandæ magnitudinis, 867. D.
Navium fabricandarum forma à piſcibus deſumta, 867. B.
Neoburgum ad Rhenum, quando & quomodo Auſtriacis oppignoratum, 601. A.
Neomagum quando ab Imperio alienatum fuerit, 609. D.
Nimiæ felicitatis mala, 1159. D. 1175. B.
Nobiles Domini, Edle Herren / ad Baronum claſſem quoque pertinent, 388. A.
Nocturnæ invaſiones non ſunt in totum improbandæ, 968. D.
Nomenclatura militaris quid, & ejus diviſio, 1099. D. illius objectum quotuplex, 1101. C.
Nordhuſæ ſitus, 531. B. etymon, ib. antiquitas, ib. infortunia & bella, ib. C. in illa aliquot Conventus Imperii habiti, ibid. D. Statua Rulandi, ibid. D. Vogteia Imperii, ibid. ſeditiones, 532. C. incendia ib. Ludus equeſtris ſingularis, ib. inſigne, ibid. B. cenſus, ibid.
Nordlingæ ſitus, 532. C. antiquitas, ib. etymon, ibid. infortunia & bella, ibid. D, 577. R. I. 533. A. D. acceſſio ad Imperium, ibid. ædificia publica, ib. D. obſidiones, ib. Senatus, ibid. inſignia, ibid. cenſus, 534. A.
Norimbergæ ſitus, vetuſtas & etymon, 534. B. C. origo, ib. D. acceſſio ad Imperium, 535. A. antiqui domini, incrementa, celebritas, ibid. B. C. obſidio & devaſtatio, ibid. C. infortunia & bella, ib. D. ampliatio, 536. A. caſtrum, Noricum olim dictum, ib. Conventus Imperii & ambitus hodiernus, ibid. C. caſtrum Imperii, ib. in illo ſedes Prætoris ac præſidium, ib. curia celeberrima, ib. D. armamentarium, granaria, Bibliotheca, ib. ibi clenodia Imperii, 537 A. prior pars Aureæ Bullæ ibid. confecta, ib. Regimen, ib. forma ſpecifica, ibid. D. Senatus, ibid. D. judicia, 538. A. B. ampliſſimum territorium, ib. C. redemtio à Burggravio, ib. D. jua inter civitates convocatrices, ibid. inſigne vetus & novum, ib. Academia, 539. A. Senatorum privilegium, ib. leges publicæ, ibid. privilegia, ibid. B. Religio, 540. A. banchum publicum, ib. cenſus, ib.
Novem diſtinctæ perſecutiones Chriſtianorum, quæ illorum multa millia abſumſerunt, 15. C.
Numa Pompilius, fecundus Romanorum Rex, 8. D. ad pacis ſtudia & artes quaſi natus fuit, ibid.

O.

Obſervationes de fauſto vel infauſto prælii eventu unde deſumi ſoleant, 469. C.
Obſeſſi quæ in deditione per pacta obſervare debeant, 843. B.
Obſeſſorum officia quæ ſint, 826. C.
Obſeſſus locus quomodo ſine hoſtili vi occupetur, 840 A. quibus de cauſis per rebellionem hoſti tradi ſoleat, 848. D.
Obſidentium officia quæ, 815. C. D.
Obſides Pacis vel inviti, vel ſpontanei dantur, 1092. C. ad unam cauſam dati ad aliam obligati non ſunt, 1093. D.
Obſidio quomodo inſtituenda, & quæ circa iſtam conſideranda, 811. C. D. ſeqq. ejus conſequentia, 824. D. quibus de cauſis tollatur, 849. C.
Occaſio in bellis obſervanda, 945. C.
Occupatio loci obſeſſi dupliciter fit, 875. A. quæ circa occupationem violentam inſidiis mixtam obſervanda, ib.
Offenburgi origo, etymon, ſitus, 540. B. C. inſigne, cenſus, ib. D.
Officia Electorum ſingulorum quæ, 261. C.
Officia per deditionem locum aliquem occupantium in quibus conſiſtant, 846. B.
Officia militaria apud Romanos & hodie Europæos uſitata, 1134. A.
Officialium bellicorum munus in quibus conſiſtat, 930. C.
Officium Ducis bellici in victos quomodo præſtandum, 938. D.
Oligarchia quomodo in Dominatum & tyrannidem degeneret, 1225. B.
Olim Archicancellarii non ipſimet, ſed Vicecancellarii Imperatorum diplomata ſubſcripſerunt, 262. B.
Omina unde dicantur, 876. D.
Ominis definitio, 877. A. unde depromi illud ſoleat, ib. B.
Omnes Principes Eccleſiaſtici ſunt Ordinis S. Benedicti, 289. C.
Onera Imperii publica à Statibus ſuſtinenda in quibus conſiſtant, 212. C. quædam totum concernunt Imperium, quædam ſaltem aliquos Status, ibid. D.
Oppenheimium antiqua Imperii urbs quomodo ad Palatinos pervenerit, 601. B.
Oppidum S. Galli quomodo, & quando ab Imperio ſucceſſivè avulſum, 607. D.
Oppreſſio ſubditorum & pauperum acerrimis ſæpe ſeditionibus à ſubditis vindicata eſt, 1161. B.
Oſſa Oreſtis quando Romam pervenerint, 1258. C.
Oſtentum quid ſit, 871. B.
Otto III. Imperator à plurimis pro auctore Electorum habetur, 220. D.

Digitized by Google

Ovatio quid, unde dicta, & quomodo à triumpho differt? 1054. D.

P.

Pacificatio Oſnabruggenſis & Monaſterienſis omnes ſuperat præſtantia & gravitate negociorum, 1081. B.
Pacificationes in caſtris inter exercitus hoſtiles initæ, 1074. D.
Pacta ſanctè ſunt ſervanda, 846. D.
Palatinus Elector quib. ſpecialibus privilegiis gaudeat, 242. C. Imperatoris Judex ex antiqua conſuetudine eſt. 247. D. Nobiles, imò etiam Comites creare poteſt, 249. D. Conſervator eſt Privilegiorum Ordinis militaris S. Joannis, 249. D. Defenſor eſt fabrorum ærariorum, deß Keßler-Handwercks/ib.
Palladium unde dictum, quid & quomodo Romam venerit, 1259. A.
Parma an ab Imperio planè avulſa, 609. B.
Patriarcha quis, & quot Patriarchæ, 264. D.
Pax quid, 1059. B. quæ circa illam conſideranda, 1062. occaſio ad illam tractandam quomodo captari debeat, 1062. triplex tempus ejus conciliandæ, 1063. quæ circa illius tractationem conſideranda. 1099. C. ejus requiſita, in quibus conſiſtant, 1089. C. illius declaratio & executio, in quibus conſiſtat, 1096. B. ejus conſervatio quibus modis fiat, 1097. D. ejus contraria quæ? 1098. A.
Pecuniæ utilitas & neceſſitas, ac quatenus illa nervus belli ſit, 659. C.
Peditatus quare die Infanterey dicatur, 746. A.
Perfidia ſpecies eſt proditionis. 965. B.
Pfaffen-Gaß unde dicatur, & ubi ſit, 292. D.
Pfuliendorffij ſitus, 540. D. antiquitas, ib. antiqui domini, 541. A. acceſſio ad Imperium, ib. B. Cenſus, ib. C. inſigne, ibid.
Pietatis effectus, 1254. D.
Piſa an ab Imperio planè avulſa, 609. C.
Placentia an ab Imperio planè avulſa, 609. B.
Pœna impoſitionis in aſinum ex antiquitate eſt, 992. B
Pœna Strappachordii qualis, & à quibus inventa, 992. A.
Pœnarum irrogatio contra quos exercenda, 984. C. quæ circa illas obſervanda, ib. capitales quæ, 983. A. non capitales quæ, 986. D.
Pontifices Romani præclaro Duci in bello contra hoſtes Eccleſiæ geſto gladium mittere ſoliti, 664. C. unde mos ille originem habeat? ib. D.
Populi quidam naturâ ſeditioſi, 1174. B.
Portentum quid, 871. B.
Poteſtas Imperatore mortuo novum liberrimi eligendi & Imperio præficiendi inter inſigniora Electorum jura non minimum eſt, 91. C. in quibus conſiſtat, 153. A.
Poteſtas quam idem liberrimè propria authoritate exercere poteſt, in quo conſiſtat? 158. C.
Poteſtas concedendi Jus Stapulæ & nundinarum univerſalium inter Reſervata Imperatoris refertur, 164. B.
Poteſtas cudendi monetas quoque eſt de juribus Majeſtatis, 164. C.
Poteſtas legitimandi liberos naturales, veniam delictis concedendi, & famam ac honores reſtituendi ad reſervata Imperatoris pertinet, 167. A.
Poteſtas veniam ætatis concedendi etiam ad Jura Majeſtatis ſpectat, 168. C.
Poteſtas largiendi jus Civitatis condendæ, & jam conditam muniendi ad Imperatoris Reſervata rectè refertur, 170. B.
Poteſtas Cameræ Imperialis in quibus conſiſtat? 182. B. ab illa appellari non poteſt, ib. C. ab Imperatore & Statibus ſimul dependet, ib.
Poteſtas Judicio Aulico Rothvvilenſi & Judicio Provinciali in Svevia communicata in quo conſiſtat? 388. D.
Poteſtas Statibus cōmunicata quotuplex ſit? 490. B. quæ Statibus ex Jure Auſtregarum competat, ibid. C.
Poteſtas Statibus in ſuos ſubditos competens ſuperioritas territorialis dicitur, & quid illa ſit? 192. C. materia hæc eſt difficilis, & quare, ibid. illius origo, ibid. differt à Regalibus, 193. B. oſſibus territoriorum inhæret, adeoque à nullo Statuum aliis concedi vel communicari poteſt, ib. D. quæ circa illam conſideranda, ibid. quæ ejus partes, 194. A.
Poteſtas & jura Electoribus Eccleſiaſticis & Secularibus ſeorſim competentia quæ, 236. D.
Prædæ ſpecies quæ, 1014. D. ejus ſingularia jura in quibus conſiſtant, 1016. A. ad quos pertineat, 1019. B. C.
Prælium quomodo diſtingvatur, 857. A. ordinarium quod. 868. D. quod tumultuarium, ib. illius actus in quo conſiſtat, 914. B.
Præmia quotuplicia, 993. B.
Præparatio ad prælium in quibus conſiſtat, 893. D.
Præpoſiti Principes qui. 297. A.
Prandium unde dictum, 894. B.
Primates Germaniæ qui, 285. B.
Primores populi à victoribus interimi, vel in ſervitutem deduci ſolent, 1253. C.
Princeps cur & quomodo plebem & nobilitatem æſtimare debeat? 1263. B.
Principes in ſpecie qui, 360. D. inter illos Anhaltini antiquiſſimi ſunt, 361. A.
Principes Eccleſiaſtici & Seculares vel ipſimet, vel per proprium Legatum in Comitiis Imperii comparere, vel ſuffragium ſuum alii Principi vicino liberi committere poſſunt, 217. B.
Principes ſeculares qui, & quot illorum ſpecies. 297. D.
Principis etymon, 284. B.
Principum ipſorum congreſſus rarò felicem naniſcuntur exitum, 1074.
Principum Eccleſiaſticorum quot ſint ſpecies, 284. C.
Privilegia militum in quibus conſiſtant, 1003. A.
Prodigium quid, 871. B.
Proditio amatur, proditores odio digni æſtimantur, 963. D. ejus diſtinctio, 1205. B. ſubjectum, ib. C. pœna, 1206. A.
Proditores qui, 963. B.
Prognoſticon ex clamore militari, & quomodo ille apud Romanos ſublatus fuerit? 912. B. C. an talis clamor exercitui proficuus ſit, nec ne? ib.
Proſcriptionis vocabulum à bellis civilibus originem traxit, 1289. C.

Q.

Quadriga Veterum fictilis quæ, & quomodo Romam delata fuerit, 1258. A.
Quæ cooperante toto Collegio Electorali fiunt, in quibus conſiſtant, 114. D.
Quæ ab Electo in coronatione, & poſt illam perficiantur, 142. D.
Quæ de Judicio Provinciali in Svevia notanda, 189. C. qui ejus hæreditarius ſit Judex, 190. A. ab illo ad Cameram appellari poteſt, ib.
Quæ poteſtas & jura Electoribus ſingulis ordinariè & extraordinariè competant, 240. D.

Quæ

Quæ Electoribus quibusdam extraordinariè, & tanquam Vicariis Imperii competant, 251. C.
Quæ Poteſtas Electori Moguntino circa electionem, ac eidem cum Electore Colonienſi circa coronationem Imperatoris competat, 261. B. C.
Quæ ſint Civitates Electorales, die Chur-Städte, 276. A.
Quæ circa Ducatum Bavaricum notanda, 308. C.
Quæ circa Ducatum Saxonicum, 311. A.
Quæ circa Ducatum Svevicum, 314. D.
Quæ circa Ducatum Lotharingicum, 317. D.
Quæ circa Ducatum Burgundicum, 311. C.
Quæ circa antiquum Ducatum Bohemiæ, 323. A.
Quæ circa Ducatum Thuringiæ, 324. A.
Quæ circa Ducatum Brunovicenſem & Lunæburgenſem, 328. C.
Quæ circa Ducatum Mechlenburgicum, 329. C.
Quæ circa Ducatum Geldrenſem, 330. A.
Quæ circa Ducatum Mediolanenſem, 331 D.
Quâ in ætate eſſe debeat Imperator conſtitutus? 90. A.
Quæ circa ſalvum conductum Electoribus vi Aureæ Bullæ præſtandum conſideranda, 96. B.
Qualis ſit hodie Imperii noſtri ſtatus, 30. D.
Qualis Securitas à Magiſtratu loci Electoribus & Legatis præſtanda? 98. C.
Qualis debeat eſſe in Exercitu juſta inter equites & pedites numeri proportio? 747. C.
Qualitates in milite circa quæ verſentur, 720. A.
Quando & quomodo tranſitus à vicinis ſit petendus? 687. D.
Quantum tempus ad electionem perficiendam deſtinatum, & quæ retardantium pœna? 116. D.
Quare olim inter ſummos Principes, vel liberos populos tantum bella legitima fuerint? 623. C.
Quedlinburgum in Saxonia à quo muris circumdatum, 602. C. ad imperium pertinuit, ibid. quando Abbatiſſæ ſubjectum fuerit, ib.
Qui Imperium diminuant denegando onera, 65. B.
Qui præter noſtrum Imperatorem illo titulo utantur, 80. B. ejus diſtrictus, ib.
Qui Comites, Barones & Domini ad Claſſem Svevicam pertineant, 393 A.
Qui Comites, Barones & Domini ad Claſſem Wetteravicam pertineant, 406. D. Collegium borum Comitum, Baronum & Dominorum ſemper habet Directorem & Vice-Directorem, 406. D.
Qui Comites, Barones & Domini ad Claſſem Franconicam pertineant, 418. C.
Qui ad Claſſem Saxonico-Weſtphalicam pertineant, 43•.
Quibus ceremoniis Electores ex Curia in templum ſe conferant, 107. D.
Quid abſente electo peragatur, 117. C.
Quis ſede Archiepiſcopali Moguntina vacante Collegium Electorale ad eligendum novum Imperatorem vel Regem Romanorum convocare poſſit? 92. D.
Quis primus Bohemiæ Rex creatus fuerit, 222. B.
Quis modus referendi & correferendi inter duo ſuperiora collegia & collegium civitatum hodiè in uſu ſit, 434. A.
Quo tempore Imperium hæreditarium & ſucceſſivum factum ſit? 38. D.
Quo tempore Imperium à Pontificibus collatum primò fuerit, 39 C.
Quo ordine electus in Palatium deducatur, 117. A.
Quomodo in Electione Sacra peragantur, & quale juramentum præſtetur, 104. C.
Quomodo Eccleſiaſtici & Laici, ac eorum Legati jurent, ib. D.
Quomodo conclave in templo obſervetur, & electio in illo perficiatur, 111. D.
Quomodo ſuffragia ordine ferantur, & an illa viva voce, vel in ſcriptis proferantur? 112. A. B. C.
Quomodo conſenſus electi explorandus? 115. A.
Quomodo & à quibus Electoribus Electus altari imponatur, & ab eo deponatur? 116. D.
Quomodo Electo Electores gratulentur? 117. C.
Quomodo illi Imperium committatur, ib. D.
Quomodo minor à potentiore bello laceſſitus ſe gerere debeat? 645. B.
Quomodo hoſtis petendus, obſidio inſtituenda, prælium inſtruendum, & victoria proſequenda? 706. C.
Quomodo ſe vir bonus in bello civili gerere debeat? 1189. D.
Quoto Auguſti anno CHRISTUS natus fuerit, 14. C.
Quotupliciter milites ratione circumſtantiarum diſtingvantur, 736. C.

R.

Ratiſponæ antiquitas, 541. D. etymon varium, ibid. D. multa infortunia, 543. B. & incendia, ibid. C. obſidiones, 544. A. ampliatio, ibid. celebritas, ibid. B. acceſſio ad imperium, ibid. C. ædificia publica, ibid. Pons lapideus, ibid. D. torneamenta ibi habita, 545. A. locus in Scamno Svevico primus, ibid. C. eſt una ex Civitatibus deputatis, ibid. Senatus, ibid. Privilegia, ib. D. Religio, 546. A. Inſigne, ib. Cenſus, ib.
Ravenspurgi antiquum nomen, 546. C. ſitus, ibid. territorium, ibid. acceſſio ad imperium, ibid. munitio, vicina loca, turris tubicinaria, ib. D. torneamentum, 547. A. Religio, inſigne, cenſus, ib.
Reconciliatio quid, & quotuplex, 1182. A. ſimulata quæ, 1184. D. illius effectus periculoſus, ib.
Reges & Principes, ac illorum familia plerumque exſtirpari, vel in captivitatem à victoribus abduci ſolent, 1252. D.
Reges Bohemiæ olim Imperio contribuerunt, 211. C.
Regnum Arelatenſe à Friderico I. per matrimonium acquiſitum, & imperio rurſus ſubjectum, ſed ſub Rudolpho I rurſus amiſſum, & Regno Galliæ unitum fuit, 266. D.
Reichs-Schilling und Reichs-Steuer der Städte ad collectas Imperii pertinet, 215. A.
Regimen juſtum & moderatum in quo conſiſtat, 1263. A.
Relatio in numerum militum quid, 721. B.
Religionum diverſitas in Germania imminutioni Imperii non parvum incrementum dederunt, 76. B.
Religioſa tyrannis excidium Reip. ſecum trahit, 1156. D.
Remedia ablata recuperandi in quo conſiſtant, 77. A.
Remedia belli civilis præcipua quæ, 1192. A.

Remedia contra externum hoſtem quæ,1221. D.

Remunerationes ſingulares apud Romanos quæ 992. B.

Repreſſalia non minùs quàm bella, Jure Gentium introducta fuerunt 618. D. quando & à quibus adhibenda 619. A.

Res ſecundæ cur difficiliùs plerumque ferantur 1189. D.

Reſervata Jura unde dicantur 153. D. illa ad Majeſtatis referenda 154. B. quæ jura inter Reſervata illa referenda ſint? 153. A.

Reſignatio Imperii quid ſit, 149 A. an Pontifici illa fieri debeat? ibid. B. ejus duplex caſus, ib. C. quales cauſæ idoneæ ſint, 149. D. modus reſignandi qualis, 150. C.

Reutlingæ ſitus, etymon, 547. B. origo, acceſſus ad Imperium, ib. infortunia, ib. C. incendia, 548. A. clientela, ib. B. religio, ib. Jus Aſyli, ib. regimen, ib. C. privilegia, cenſus, ib. D. inſigne, 549. A.

Rex Bohemiæ quibus ſpecialibus juribus gaudeat, 241. D. inter ſeculares Electores primus eſt, 244. D. ad curiam Imperatoris vocatus ſaltem in certis locis comparere debet, ib. ad cenſum Romanæ expeditionis nihil confert.

Rex Romanorum quis intelligatur, 176. D. an vivo adhuc Imperatore, & quidem invito adjungi poſſit, 177. B. ejus poteſtas, 176. D.

Rheinfelda Alſatiæ quomodo & quando Auſtriacis oppignorata, ſe liberaverit, & iterum ſubacta fuerit 601. D.

Ritus apud nos Chriſtianos poſt victoriam uſitatus 1055. C.

Roma ante Conſtantinum M. unica ſedes Monarchiæ Romanæ fuit 16. B.

Romani verum & genuinum Urbis nomen celaverunt 6. C.

Romani milites ſuos ab Annibale captos redimere noluerunt, & quare 938. C.

Romanis & aliis gentibus in uſu fuit, ut ſuis Diis quadrigas dicarent 1258. C.

Romanorum aſtus in acquirendis ſociis 685. D.

Romanorum primi ſeptem Reges quomodo appellati 6. D.

Romuli natales 6. D. quid circa eas conſiderandum, ibid. quid circa ejus nutritionem 7. A. quid circa ejus fratricidium 7. D. quid circa illius exceſſum 15. B.

Rotenburgi ad Tuberim etymon, ſitus 8. A. acceſſio ad Imperium, ibid. B. Burggraviatus & Præfectura Imperii, ibid. ampliatio, ibid. C. choreæ opilionum annuæ, ibid. cum Judæis diſſidium, ibid. D. privilegia, ibid. Regimen 550. C. religio, ib. Torneamentum, ib. cenſus, inſigne, ib. D.

Rotwilæ ſitus, etymon, 550. D origo, 551. B. acceſſio ad imperium, ibid. Judicium Imperatorio-aulicum, ib. C. varia infortunia, ibid. D. fœdus cum Helvetiis. 552. A. inſigne, cenſus, ibid.

Rumor de adventantibus novis auxiliis, & fugiente hoſte utilis, 969. C.

S.

Sarbrück & Sarburg ad imperium etiam pertinuit, ejus Dominus, 60a A. ejus exuſtio, ib. B.

Saxoniæ Elector quibus ſpecialibus juribus gaudeat, 242. A. cum Moguntino in perquirendis ſuffragiis in conventibus Electorum & Principum quodammodo concurrit, 245. A. eſt Burggravius Magdeburgenſis, 245. B. judicium & protectionem in buccinatores & anaearoſtas habet, 247. A. in omnibus actibus publicis Mareſchalli imperialis officium præſtat, & Imperatori gladium evaginatum præfert, 268. D.

Sceptrum Priami quomodo Romam tranſlatum ſit? 1258. D.

Servius Tullius ſextus Romanorum Rex, 9. D. quare Servius dictus, ibid. cenſum ſecundum claſſes inſtituit, 10. B. Concordiæ fœdus inter Romanos & Latinos ſancivit, ib. inſidiis Generi ſui extinctus eſt, ib.

Schafhuſium quomodo & quando ab imperio avulſum, 609. D.

Seditio quid, 1169. C. unde dicta, ibid. quomodo à tumultu differat, 1169. C. à Magiſtratu quomodo proficiſcatur, 1172. A. à ſubditis unde oriatur, 1174. B. ejus progreſſus qualis, 1178. D. Remedia contra illam quæ, 1180. C. matura oppreſſio quomodo inſtituenda, 1181. B.

Seditioſorum indoles, 1177. D.

Seditiones rarò uno impetu irrumpunt, 1178. D. illarum ſignum quomodo dari ſoleat, 1179. A. cur feſtis diebus prodeant, ibid. B. earum Duces quales, ib. C. prætextus, ib. C. niſi in tempore ſedentur, longiùs ſurgunt, 1180. B.

Seleſtadii ſitus, etymon, 552. B. antiquitas & celebritas, ibid. C. acceſſio ad imperium, 553. B. pertinentia ad Præfecturam Hagenoenſem, 553. C. obſidiones, ibid. pugna cum Armeniacis, ibid. religio, ib. D. ſeditiones, inſigne, cenſus, ib.

Sepultura cæſorum militum Duci incumbit, 974. B.

Signum ad pugnandum quotuplex, 904. B.

Singulare ſignum nonnullarum gentium, quod exercitus in itinere, ſubſiſtentia & prælio obſervare debet, 796. D.

Soldat unde dicatur, 707. A. 751. C.

Spiræ ſitus, varia nomina, etymon, 553. D. 554. per tot. prima gubernatio ſub Judicibus provincialibus, & poſtea Epiſcopis, 555. C. acceſſio ad imperium, ibid. varia damna & infortunia, ſeditiones, ibid. D. ibi ſepulturæ multorum Imperatorum, 556. B. ejus templum cathedrale quando exſtructum, exuſtum & reparatum, ibid. urbis renovatio, ibid. C. Epiſcopus & hujus aula, ac receptio in civitatem, item jus in illa, ib. D. ibi jus ſtapulæ, ib. cuſtodia archivi civitatum imperialium Rhenenſium, 557. A. Camera Imperialis, ib. aſylum propè templum cathedrale, ibid. Ejus regimen, ib. B. Religio, ib. C. privilegia, ibid. inſigne, 558. A. cenſus, ib. B.

Spolia à Judæis Deo, & ab Ethnicis illorum Diis conſecrata fuerunt, 1042. B.

Stationes quid, 806. B.

Status Imperii quis, & quæ circa illum conſideranda, 205. A. jura & prærogativæ illius in quo conſiſtant, 205. D. ad probationem ejus quæ requirantur, 209. D.

Status Imperii ſine conſenſu Electorum hodie ob delicta feudis ſuis privari nequeunt, 212. D. quomodo diſtribuantur, 218. B.

Stipendium quando miles Romanus primùm acceperit, & quale, 1006. A. B.

Strages & cædes neceſſariò bellum ſequuntur, 1007. B.

Strategotrophia quid, 1001. B.

Subditi pacis tempore in armis exercendi, 655. D. quomodo tam pedites, quàm equites exercendi? 658. D.

Subſiſtentia victoris in loco prælii victoriam probare ſolet, 1038. B.

Svinfurti ſitus, etymon, antiquitas, 558. B. C. D. antiqui Domini, ibid. D. infortunia & damna,

mna,ib.ædificia publica,559.E. frequens oppignoratio,ib.B.& propria redemtio,ib.C. nundinæ plures,ib.privilegia,ib.Senatus,ib.D.inſigne,560.cenſus,ib.
Sumtus pro conſcribendo milite,totius Imperii ſtatus univerſi circuli de proprio ſecundum quotam ſuam expendere debent, 217. D.
Superbia Magiſtratus multum turbarum & mali excitat, 1153. B.
Superioritas Majeſtatica quale Jus, 153. C. effectus ejus quis, 157.D.
Superioritas territorialis quid, 192. C.
Superſtitio veterum circa omina, prodigia, oſtenta, 869.D.ſeq.
Suſatum in Weſtphalia quomodo primùm ad Electores Colonienſes, & poſtea Clivenſes Duces pervenerit, 402. C.
Suſtentatio Cameræ Imperialis quomodo ſucceſſivè huic præſtita, donec à Statibus perpetuò ſuſcepta, 215. D.216.A.B.C.
Synonymia Imperii Cancellariorum, Archicancellariorum, & Archicapellanorum, 261. D. quare illi Archicapellani dicti, ibid. quis primùm titulum illum uſurpaverit. 262.B.

T.

L. Tarquinius Priſcus quintus Rom. Rex,9. C.bellica virtute claruit, ib. inſidiis inimicorum interemtus, ib.D.
Tarquinius Superbus ſeptimus & ultimus Rom. Rex, 10. C. unde ſic dictus, ib. Regno privatus, 11. A.
Taxa in Comitiis Imperii univerſalibus à quibus conficiatur, 100.D.
Tentoria olim ex pellibus facta, 801. C. unde ſic dicta, ib.D.
Teſſera militaris olim apud Germanos die Kride nominata, & quare, 808. A. hodie das Wort/ die Loſung dicta, ib. à quo inventa ſit, ib. B. illa ſanctè occultanda & tacenda eſt, 809. D. vel uno verbo, vel duobus fit, 894. A. differt a clamore bellico, 894. B.
Tigurum urbs Imperialis ab antiquiſſimo tempore, quomodo & quando ab Imperio avulſum, 610. B. ibi Gymnaſium celeberrimum, Bibliotheca publica celebratiſſima, Curia magnifica, Armamentarium inſtructiſſimum, & ergaſtulum, ib.C.
Timorintæ apud Turcas qui, 709. A.
Titulus Eminentiſſimorum etiam Electoribus eccleſiaſticis tribuitur, 237. D.
Titulus Dominorum in triplici ſignificatu uſurpatur, 388.D.
Tormenta noſtra bellica, & eorum ſpecies. 675. C. illorum & pulveris Pyrii inventor, 677. A. an Chinenſibus jam olim illud inventum notum fuerit, 678.B. eorum comparatio cum tonitrubus, 679.B.
Tranſitus exercitus per vicina amica territoria quomodo inſtituendus. 795. D.
Trevirenſis Elector quibus ſpecialibus juribus gaudeat, 241. C. ſecundum in Collegio & Conventibus publicis locum obtinet, 243. D. eſt Primus & Vicarius Apoſtolicæ Sedis per Galliam Germaniamque, 244. A.
Treviris antiquitas, 602. D. argumenta pro immediate, adjudicatio Archiepiſcopo facta, 607. A. Academia, Archiepiſcopatus, Palatium, 603.
Triarii apud Romanos qui, 900. C.
Triumphus unde dictus, 1045. A. quis ejus inventor, ibid. ejus actus ſolennis, 1047. ſeqq. ejus finis, 1047. C.
Trophea unde dicta, 1040. ubi erecta, 1041. C.
Tubæ vel buccinæ cantus in cujusque vigiliæ primordio uſitatus, 810. A.
Tullum quomodo & quando primum, & poſtea planè ab Imperio avulſum, 610. D.
Tullus Hoſtilius tertius Rom. Rex. 9. A. artem bellandi & diſciplinam militarem primùm apud ſuos introduxit, ibid. periit incendio domus, unâ cum uxore, ibid. D.
Tumultus quid propriè ſignificet, & quomodo à bello differat, 618. C.
Turcæ Europæos magnitudine tormentorum bellicorum hodiè vincunt, 679. D. 821. C. ob exactam diſciplinam militarem laudantur, 979. D. rarò pacem ſervant, 1098. D.
Turckheimii ſitus, etymon, cenſus, 560. C. inſigne, ib. D.
Tympana Romanis ignota, Parthis verò uſitata, 906. C.

V.

Vacantia Imperii quibus modis contingat, 146. A.
Uberlingæ antiquum nomen, ſitus, antiqui domini, 560. D. acceſſio ad Imperium, 561. A mercimonia, 561. B. privilegia, ib. religio, ib. C. inſigne, ib. cenſus, ib. D.
Ubi Maximilianus I. & Carolus V. coronam Romanam acceperint, 217. D.
Velitationes quid, & earum uſus, 910. C.
Veneti ab incunabulis primis exſtructæ in mari Civitatis libertatem plenam nacti ſunt, 59. A.
Verdæ controverſia præterito tempore cum Epiſcopo propter prætenſam exemptionem exercita, 594. D. ejus Cenſus nuperrimus, ib.
Verodunum quomodo & quando ab Imperio avulſum, 610. D.
Veſalia ſuperior à quibus Trevirenſibus Archiepiſcopis oppignorata fuerit, 603. C.
Veſaliæ inferioris cenſus nuperus, exemtio prætenſa, ejus exemtio & litiſpendentia in Camera Imperiali, 594. C.
Veteres ad authoritatem Regibus ſuis conciliandam eos cœleſti alicui origini falsò adſcripſerunt, 6. D.
Vicariis Imperii quid competat, 251. C. eorum origo, 1. D. diſtinctio, in hæreditarios, perpetuos ſive perſonales, & temporaneos, 252. C. ſubjectum, 254. D. forma, 458. A. objectum, 259. A. finis, 260. C. effectus, 261. A. & contraria, ib.
Vicinus inimicus armis potens longa pace frangendus potius, quam bello laceſſendus eſt, 786. D.
Victor Deum auctorem victoriæ, agnoſcere, eique gratias agere, 1028. B. quoad ſeipſum ſe moderare, 1029. D. erga devictos clemens eſſe debet, 1030. C.
Victoriam non ſemper licet proſequi, 1037. A. quæ circa illam conſideranda, 1026. C. ejus cauſa efficiens principalis eſt Deus, 1026. D. ſecundaria eſt prudens aciei diſpoſitio & directio, 1027. D. ejus uſus in quibus conſiſtat, 1028. C. quomodo illa fortiter proſequenda ſit, 1034. C. illius declaratio quot modis fiat, 1038 A.
Vienna Auſtriæ à quo, & quando Imperialis urbs facta ſit, & quamdiu permanſerit, 603. D. ibi turris altiſſima, 16. Academia, campana inter maximas Germaniæ numeranda, Regia Archiducum & Imperatorum, Armamentarium, Bibliotheca, 604. A.
Vigiliæ propriè nocturnæ, excubiæ verò diurnæ ſunt, 805. C. earum requiſita, ib. illæ apud Romanos in quatuor vices fuerunt diſtinctæ, & quidem ad clepſydram, 805. D. earum diligentiſſima viſitatio perquam neceſſaria, 806. D. illa hodie duplex eſt, 807. D. quæ circa illas obſervanda, 829. C.

Ulmæ etymon,ſitus. 560. 561. A. vetus celebritas,562. C. munitio prima, 562. D. acceſſio ad Imperium, 563. A. privilegia, ib. B. ampliſſimum territorium, ib. D. damna & pericula, 564. B. ædificia publica, ib. D. Senatus, ib. D. comprehenſio ſub civitatibus convocatricibus, 566. D. Religio, ib. inſignia, cenſus, ibid.
Unio Electorum fraterna quotuplex, 231. A.
Urbes quomodo everti ſoleant, 1228 C.
Urinatores qui, 962. B.
Utrum Carolus M. in Germanos, an verò in Gallos Imperium transtulerit, 17. D.
Utrum Electores tanquam univerſi, aut ſinguli eligant, 114. B.
Utrum medietas inter vicinos belligerantes ſit amplectenda? 607. D.
Utrum hoſtis in ſuo territorio quærendus, an verò domi expectandus ſit? 788. B.
Utrum primus impetus inferendus, an ſuſtinendus ſit? 919. C.
Utrum in temporali pace diuturnior vel brevior pax magis conducat, 1091. B.

W.

Wangenæ ſitus, territorium, 565. D. Religio, acceſſio ad Imperium, 566. A. inſigne, cenſus, 16. B.
Warburgum Weſtphaliæ qualem cenſum habuerit, ejus exemtio & litispendentia ad illam in Camera Imperiali, 594. C.
Weiſſenburgi Sebuſiorum antiquitas & origo, 560. B, C. acceſſio ad Imperium, ib. D. Regimen, 567. D. privilegia, 568. A. Cenſus, Inſigne. ib. B.
Weiſſenburgi Norici ſitus, etymon, origo, 568. C. acceſſio ad Imperium, ib. D. privilegia, 569. B. ſenatus, inſigne, cenſus, ib. D.
Wetteravia unde dicta, & ejus diſtrictus, 406. C.
Weſterwald ubi ſitus, 406. D.
Wetzlariæ ſitus, origo, 569. D. acceſſio ad Imperium, 570. A. privilegia, ib. ſeditio, incendium, inſigne, cenſus, ib. D.
Wilæ ſitus, etymon, acceſſio ad Imperium, Religio, 571. A. inſigne, cenſus, ib. B.
Wimpinæ vetuſtas, ſitus, etymon, 571. C. acceſſio ad Imperium, ib. D. Senatus, 572. A. inſigne cenſus, ibid. B.
Windeshæmii varia nominatio, etymon, ſitus, acceſſio ad Imperium, 572. D. privilegia, ib. Senatus, 572. A. inſignia, cenſus, ib. D.
Wormatiæ antiquitas, etymologia, 573. C. ſitus, everſio, reſtitutio, ib. D. acceſſio ad Imperium, 574. A. Epiſcopatus perantiquus, ib. C. torneamenta, 575. D. ſeditiones, damna, Senatus, 575. D. clientela Electoribus Palatinis olim competens, 576. A. Appellatio, Privilegia, ib. B. inſigne, cenſus, 576. D.

Z.

Zellæ ad Hammersbachum etymon, ortus, ſitus, 577. A. Religio, Aquila, Cenſus, ib. B.
Zwickaviæ ſitus, antiquus immediatus & hodiernus ſtatus, illa quando Ducibus Saxoniæ ſubjecta, & cur ita dicta fuerit, 604. B.C.

A 4 d
1655564

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

H.8.